

**Acerca de este libro**

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

**Normas de uso**

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.

+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.

+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.

+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

**Acerca de la Búsqueda de libros de Google**

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

# LVD. MOLINAE
## E SOCIETATE IESV,

PRIMARII QVONDAM IN EBORENSI ACADEMIA
Sacræ Theologiæ Professoris,

# DE IVSTITIA ET IVRE TRACTATVS,


Qui est

## *DE IVSTITIA COMMVTATIVA CIRCA*
*Bona externa: Aliàs de Contractibus.*

IN QVO QVAESTIONES ATQVE DIFFICVLTATES ad hanc materiam pertinentes, non minus breuiter ac doctè examinatæ, quàm neruosè & accuratè ex infallibilibus S. S. IVSTITIAE fundamentis decisæ videntur; ita vt nil amplius relictum sit, quod ab aliquo desiderari aut addi possit.

*Opus non solum Studiosis, Theologis, Canonistis; verum etiam Legum Latarum Doctoribus in vtroque foro, tam Ecclesiastico, quam Seculari versantibus, apprime vtile & necessarium.*

CVM TRIPLICI INDICE, ALTERO DISPVTATIONVM, altero verò locorum Sacræ Scripturæ, & alio Materiarum amplissimo, atque locupletissimo.




VENETIIS, Apud Sessas. M DC XIIII.

*Permissu Superiorum, & Priuilegio.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# ILLVSTRISSIMO, ET SAPIENTISSIMO SENATORI, ANDREÆ MAVROCÆNO.

*Ascanius Collosinus S. P. D.*

VT Sol suo præstanti lumine, Vir Illustrissime, cæterorum est orbium moderator, ac Dux in Cœlis, quo sublato è mundo, tenebræ vniuersa occuparent, neque aliorum orbium splendores, lucem retinere, aut tueri vllo modo possent: sic inter Virtutes est ipsa Iustitia, & Ius, sine qua omnes aliæ corruant necesse est, neq; cõsistere humana societas valeat, qua de rebus humanis erepta, Sol quasi de mundo tollitur. De hac igitur, qui scripsere, auctores, hi præcipuum scribendi sibi delegerunt argumẽtum, & qui eius munia quotidiana opera iudicijs exercendis, & hominum erratis vendicandis, ac coercendis, frenandisq; cupiditatibus se se exercent, hi maximo semper honore apud omnes habiti, & hi Principes Rerumpub. & Reges iudicantur; quod vt melius interdum præstare possint, non est alienum legendis præclarorum Virorum scriptis, mentis aciem, quamuis interdum, & suaptè natura, & aliorum studiorum adiumento satis aptam, & accommodatam melius quodammodo efformare, & quasi expolire. Inter omnes vero, qui nostra, patrumque memoria de Iustitia, & Iure scripsere, doctorum hominum grauissimo consensu, nemo melius, nemo accuratius, nemo ad Christianam Philosophiam, ac iustitiam accommodatius literarum monumentis quæstiones consignauit, quàm LVDOVICVS MOLINA, vir doctissimus, & integerrimus, ex illa celebri societate IESV, tanquàm ex equo Troiano, & seminario quodam doctissimorum hominum progressus in lucem. Huius viri cum disputationes de contractibus exquisitè admodum, & doctè pertractatæ, ederentur, eligendum mihi aliquem statui Patronum, cuius nomine in libri quasi fronte præscripto, & auctori, ac mihi patrocinium, & ipsi etiam aliquis honos ex publico litteratorum prospectu tanquam in honoris, & gloriæ Theatro accerseretur. Tuque vnus mihi potissimum occurristi, Vir illustriss. cui & honos iste deberetur, & onus, siue munus, quippe

qui maxime præstare id, ac subire posses. Quis enim tibi ex Veneta nobilitate, si omnia, quæ in te sunt, cum propria, tum familiæ ornamenta, & laudes expendamus, est anteponendus? Si enim quærimus auctoritatem, ea est in te, quantum fert ætas, maxima, qui non solum eam tibi comparasti constanti virtutum omnium quasi decursu, dum nihil omittis, quod ad perficiendum optimum Senatorem possit desiderari, sed etiam præclarissimis R.P. de te iudicijs, quæ te nullis non dignitatibus, & ornamentis cumulauit. Si doctrinam, & eruditionem, nullum est in humanis pectoribus penu expolitius, & exornatius tuo, qui a teneris videris ipso musarum lacte nutritus: nam in his primis studijs, quibus ad humanitatem imbuuntur ingenia magnis factis breui progressibus, in Philosophiæ spatia, ephœbus, ac pene puer te contulisti, in qua palæstra, & arena cum te præstitistis, vt nullus tenera ætate præstantior te Philosophus Venetus haberetur. In hoc quasi fonte, imò potius oceano alte defixis pedibus, omnes deinde aliarum scientiarum riuulos delibasti, nihilque tibi relictum est intentatum, nihil imperscrutatum, ex quo cum præclara de tua doctrina opinio, & fama percrebuisset, merito amplis. Xvirorum Collegium omnibus suffragijs conscribendæ Venetæ Historia honestissimo, & grauissimo muneri te præfecit. Si verò familiæ splendorem: Quis MAVROCOENAE gentis ne scit Encomia? Quot Principes, Quot Senatores, Quot Antistites, & Cardinales protulerit? plenæ sunt historiæ MAVROCOENORVM præclaris gestis: quæ si vellem breuiter enumerando recensere, volumen potius, & historia contexenda, quàm epistola. Sed si cætera omnia prætermitto, domesticam tamen laudem præterire tacitus nullo modo possum: nam patrem Senatorem amplissimum summa prudentia, & spectata integritate maximè conspicuum quis in Vrbe non admiratur, non colit? cuius tanta elucet in ipso vultu, & moribus humanitas, tanta comitas, atque facilitas, vt omnia sibi beneuolentiam conciliet, cuius tu vestigia pari passu, vna cum fratribus tuis, omni virtutum, & splendoris publici genere ornatissimis NICOLAO, & PAVLO, ita imitaris, vt viui parentis tria expressa simulachra liceat facile agnoscere. Si tandem desideramus honores à R.P. impertitos, qui maioribus hac ætate, qua tu es, perfunctus est? Omnes velocissimè honorum gradus peruolasti, ad omnes tibi magistratus, & curias, ad ipsum Aduocatoris, seu Tribuni munus, ad Collegium, ad Senatum, patuit aditus: nihil non concessum, quod per ætatem petere liceret, aut expectare, vt iam quasi anticipato omnium iudicio qualis sis breui futurus, nemini sit dubium: Cum igitur tu in R.P. eruditione, splendore familiæ, & dignitatibus, quasi lumen aliquod clarissimum eluceas, merito tui patrocinium mihi esse expetendum iudicaui. Accipe igitur in tuam clientelam, & munus ipsum, nempe auctoris librum, qui agit de Iustitia & Iure, & me Bibliopolam tibi multis officijs, & quadam animi deuota inductione, ac obseruantia iampridem deuinctissimum, & meliora in dies (si hæc non aspernabere) ad commune studiosorum commodum expectato. Vale.

Digitized by Google

# TYPOGRAPHVS INDVSTRIO LECTORI.



CELEBRIS illa, & omnium passim sermonibus circumlata diuini Platonis (erudite Lector) occurrit sententia, non solum sibi natum esse hominem, sed ortum ipsius partim patriam, partim parentes, & amicos sibi vendicare. Cuius Platonici & ego in presens placiti commonefactus, meo veteri instituto, & iampridem mihi vsitato more facere satis percupidus, studiosorum vt conatus enixè promouerem, nec labori parcendum assiduo, nec sumptus, vllos, quamuis graues, etiam mihi subterfugiendos sum arbitratus: idque potissimum in ijs authoribus imprimendis, quos vel ingenij excellentis præstantia, vel insignis cum pietate coniuncta eruditio successuræ omni commendatos reddidit, & exhibitos posteritati. Inter quos cum non postremas, immo principes multorum non iniquè sentientium iudicio facilè partes obtineant Reuerendi admodum Societatis IESV Patres, in hoc toti fuimus, vt selecta quædam eorundem Opera non ita multo ante doctis spectanda ingenijs, & euoluenda, & domi, & foris nostro non illaudato, vt arbitramur, conatu obijcerentur. Hinc Zuarez in primam Aristotelis Stagiritæ Philosophiam Commentarios nuper edidimus: & Vasquez præterea vt religione paris, ita ingenio non dissimilis in Primam Diui Thomæ Aquinatis partem priorem Lucubrationum Codicem exhibitum publicauimus, secundum non ita multo post prolaturi, vt & primum in secundam partem Commentarium cito nos pollicemur daturos. Nec omittendum putauimus Reuerendi Patris Salmeronis in Euangelicam Paraphrases historiam, quarum priori iam prolato vt dici consueuit Tomo, alios quos auidè iampridem præstolamur in dies doctorum manibus terendos, euoluendosq; (auspice Deo) quam ocissimè offeremus. His accessit eruditionis solidissimæ fama celeberrimi sanè viri P. Molinę de Contractibus Tractatus, quem exactissimæ Doctorum censuræ subiectum, studiosissimeq; emendatum, & præfixis cuilibet Disputationi Summarijs studio nouiter nostro adornatum, prelo subiectum typographico, recenter euulgauimus: cuius vt quam plurima propediem alia felicis ingenij monumenta expectamus,



Digitized by Google

ita pari animo, & qua hæc priora præstitimus propensæ voluntatis testificatione studiosorum commodis vt ingenuè non minus, quam constanter quantum per nos, remq; nostram fieri potest, subseruiamus lubentes, breui propalata in publicum proferemus, haud dubiè non nescij quanta, quamq; insignis ex assidua eorum lectione vtilitas doctis omnibus, & diuinæ potissimum sapientiæ assectis amatoribus simul, & admiratoribus summo cum fœnore literario, & vberrimo pariter cum fructu sit prouentura; Tu pro ea, qua es humanitate, conatus nostros gratanter amplectere, & benigno fotos applausu tuis vsibus adaptatos ad maius promoue incrementum, sic vltro currentibus nobis calcaria additurus haud contemnenda, efficies indubiè vt nobis nil tuis & fuisse hactenus, & esse in præsens commodis antiquius re ipsa, & solemni experimento videas comprobatum. Interim vale, & diu fœlix viue, bencque volenti in talionis vicem ex animo bene etiam, si placet; precare. Ex Calcographia nostra Veneta Anno renascentis seculi. MDCI. ipsius Idibus Martijs.

Digitized by Google

# INDEX DISPVTATIONVM,
## quæ in hoc secundo tomo de Iustitia continentur.


Pactum, & contractus, quid sint, & de obligatione ciuili, & naturali. Disp. 252
De contractib. nominatis, & innominatis. 253
Qui contractibus solo consensu, qui solo verbo, qui scriptura, & qui opere compleantur. 254
De pacto nudo, & vestito, & quando ex pacto, ac contractu innominato oriatur, aut non oriatur ciuilis obligatio. 255
Si pactum nudum iuramento confirmetur, num ex eo oriatur ciuilis obligatio, & num de iure canonico, & ciuili, detur ex illo actio. 256
Vtrum ex pacto nudo naturalis, atque in conscientiæ foro, oriatur obligatio; & num de iure canonico, & in Regno Castellæ, actio ex eo concedatur. 257
Quousque in pacto nudo, & contractibus innominatis, iure ciuili locus sit pœnitentiæ, & an de iure canonico, & in Regno Castellæ, locum habeat. 258
Contractus, qui bonæ fidei, & qui stricti iuris, & de alijs contractuum diuisionibus. 259
Contractus iuxta loci consuetudinẽ, ac leges censendus est celebratus, & ad quorũ cõtractuum probationẽ de iure Lusitano publica scriptura sit necessaria. 260
Qui possint contractus celebrare. 261
Promissio differt à proposito: & de duplici promissionum genere, ac simul de virtutibus veritatis, & fidelitatis. 262
Promissio ante acceptationẽ reuocarine liberè possit, & vtrũ ex sua natura id habeat, an expositiuo iure. 263
Promissio à quo acceptari possit, & quousque absenti facta valeat. 264
Donationi an modus, & grauamen in fauorem tertij possit apponi. Et num, antequam per eum acceptetur, possit tolli, ac reuocari. 265
Promissio interior homini facta, vtrum vim habeat obligandi. 266
Promissio, aut stipulatio, vt obliget, quantum deliberationis, & spontanei, habere debeat. 267
Promissio, aut stipulatio, de re incerta, de facto alieno, de re sacra, aut publica, & de homine libero, an valida sit. 268
Promissio rei, quæ solum est in spe, an valeat. Et cui res promissa pereat. 269
De promissione soluendi debitum alienum, vel soluendi proprium alio die, aut loco, & de promissione sub disiunctione, aut copulatiue, atque rei incertæ ex aliquibus. 270
De promissione rei impossibilis, illicitæ, aut idcirco contra bonos mores, quod occasionem præberet ruinæ, & quid si hæc vltima iuramento confirmetur. 271
Ex quibus causis licitum sit, non implere promissionẽ acceptatam, antequam impleatur. 272
Discrimẽ inter promissionẽ, & donem consumatã. 273
Qui donare possint. Et peculiariter de eleemosynis, & donationibus vxoris. 274
De donationibus mariti, & de insumptis cum concubinis, & simul de donatione à milite, aut clerico, facta concubinæ. 275
Religiosus quousque donare, aut eleemosynas facere possit. 276
Filiusfamilias, minor, prodigus, & mancipium, quousque donare possint. 277
Donatio quæ insinuatione indigeat, vt sit valida, & quid sit iuramento confirmetur. 278
Donatio q̃ insinuatione non indigeat, vt sit valida. 279
Donatio omnium donantis bonorum, validane sit, & quid si iuramento confirmetur. 280
De reuocatione donationis, ob donatarij ingratitudinem. 281
De reuocatione donationis, q̃ donãti filij nascãtur. 282
De reuocatione donationis facta vni filiorum, quando alij postea nascuntur. Et de facta extraneo ab habentes filios. Et num detur inofficiosa donatio comparatione ascendentium. 383
Donatio, stipulatio, seu promissio, quotuplex sit. Et de pura, atque in diem. 284
De donatione, stipulatione, seu promissione conditionali. 285
De donatione sub modo. Et num donata ad inducendã mulierem ad prauum assensum, aut ad alios fines, restitutioni sint obnoxia, si finis non sequatur. Atque de eleemosynis, et alijs donationibus, ob causas emẽtitas, et in quibus interuenit falsa demõstratio. 286
De donatione causa mortis. 287
Donatio causa mortis quousq; cũ contractibus, & quousque cum vltimis voluntatibus conueniat. 288
De donatione inter coniuges. 289
De sponsalitia largitate, & donationibus ante nuptias, aut propter nuptias. 290
De donatione Patris ad filium. 291
De donatione remuneratoria, & vniuersim de donatione ob causam. 292
Dolus culpa iuridica, & casus fortuitus, quid, quotuplex item sit iuridica culpa. 293
De commodato, & discrimine illius à precario, & quãdo res commodata repeti possit. 294
Commodatarius quousque teneatur, si res pereat, aut deterior fiat. 295
Præferendane sint res commodate proprijs, quando vtraque saluari non possunt, & cui pereant, si per tertium mittantur personam. 296
Commodatarius quousque teneatur, si in mora sit restituendi rem commodatam. Et de expensis cum ea factis. Et an in ea fieri possit compensatio. 297
De precario. 298
De mutuo. 299
De mutuo facto Ecclesiæ, ciuitati, aut minori. 300
De mutuo filiofamilias facto. 301
De exceptione non numeratæ pecuniæ circa mutuũ. 302
De fœnore quid, & quotuplex sit. 303


Illicita-

Illicitane sit vsura. 304
De vsura mentali. 305
Accepta per vsurā mētalē quousq; restituēda sint. 306
Vsurane sit in mutuo cum pacto, vt mutuatarius comitetur vxorem mutuantis, vt mulier copiam sui faciat, aut vt mutuatarius remittat iniuriam. 307
Vtrum vsura sit mutuo dare cum pacto, vt mutuatarius tantum mutuo det. 308
Vsurane sit, mutuare cū pacto, vt mutuatarius faciat, aut soluat, quod alioquin facere tenetur, aut, vt pretio iusto curare, patrocinari, metere segetes, colere agros, molere in molendino, vel emere ex officina mutuantis, teneatur. 309
Vsurane sit mutuare cum pacto, ut teneatur mutuatarius conducere, aut emere, vel vendere aliquid, accipere partem mutui in mercibus, aut in debito, aut soluere in alio loco, aut prestare munus a lingua, ab obsequio, vel à manu, aut liberare a tributis, vel alio onere, aut conferre officium, vel beneficiū. 310
Vtrum vsura sit mutuo dare triticū, aut aliquid aliud vt tantumdem reddatur, quando plus valebit: aut dare, quando plus valet, vt reddatur in tritico aequalis valor, vel dare vetus, vt reddatur nouum. 311
Si valor pecuniæ pragmatica accrescat, vsurane sit, totidem, quot mutuo datæ sunt, pecunias accipere, & vniuersim quid de incremento, aut decremento, monetarum, ac mensurarum, sit censendum. 312
De ministris Regis, qui, vt expectent debitores, velut soluāt creditoribus, aliquid accipiunt. Et de cōducētibus reditus Regios cum pacto, vt aliquot millia aureorū pretij sumat Rex in debitis, quę Rex dēt. 313
Damnum emergens, & lucrum cessans, quid. Et num vsura sit, aliquid vltra sortem accipere ratione dāni emergentis. Aut eum, qui sub vsuris mutuo accepit, partem alteri sub eisdem vsuris mutuo dare. 314
Vtrum vsura sit ratione lucri, quod ob mutuum cessat, aliqui vltra sortem accipere. 315
Lucrum quando, & quousque, cessare sit censendū. 316
Vtrum pactum, vt mutuatarius, si tempore præfixo nō soluerit, certam soluat pœnam, vsurarium sit. 317
Vsurane sit ratione periculi rei mutuo datæ, quod mutuans subeat, aliquid vltra sortem accipere. 318
Vsurane sit, fideiussorem aliquid accipere, vt fideiussor alterius existat. 319
Vsurane sit, accipere fructus pignoris vltra sortem. Et num vitetur emendo potius eandem rem cum pacto de retrouendendo. 320
Vtrum immunis ab vsura sit gener, qui, interim dū dos ei non persoluitur, pignus fruendum accipit, non cōputando fructus in sortem. 321
An dissoluto matrimonio, possit adhuc gener accipere fructus pignoris, nō cōputādos in sortem. Et quid de filijs vxoris defunctæ. Quid item de vxore defuncto viro: & de vxore, & hæredibus, non descēdentib. vxoris, comparatione viri, aut hęredū viri. 322
Vsurane sit, proprietarium in sortem non computare fructus pignoris pro mutuo a feudatario, aut emphyteuta, acceptos. 325
Vtrum pactum legis commissoriæ locum habeat in pignoribus, & num sit vsurarius. 324
Vtrum in monte pietatis vsura interueniat. 325
Vtrum vsurarius dominium eorum comparet, quæ per vsuram acquirit. 326
Vtrum vsurarius comparet dominiū eius, quod re vsuraria vlterius acquirit, illudve restituere teneatur. Et quid de acquisitis a latrone, aut depositario re furtiua, aut deposita. 327
Alienata in fraudē creditorem quæ dicantur, & quousque rescindi ea alienatio possit, obnoxiūque, quod ita alienatum est, restitutioni ab accipiente sit. 328
Vtrū bona vsurarij hypothecata ipso iure sint pro vsuris soluendis, & bona furis pro furtis soluēdis. 329
Celebrantes cōtractus cum vsurarijs, furibus, & alijs eiusmodi, quousque ad ristitutionem teneantur. 330
De cooperantibus ad vsuram, an peccent, & ad restitutionem teneantur. 331
Hēdes vsurariorū quousq; restituere teneātur vsur. 332
Cognoscere de crimine vsurariorū, ad q̄ tribunal spectet & qui vsurarij notorij, seu manifesti, dicantur. 333
De pœnis vsurariorū, ac quorundam illis fauētiū. 334
Vtrum licitum sit accipere mutuum ad vsuram: suadereque minus malum ad maius vitandum. 335
Emptio, & venditio quid. 336
Venditionis, & emptionis contractus, quando censeatur perfectus. 337
Arrha quid operetur i cōtractu emptionis, & vēditionis. Et quando comparetur dominium rei venditæ. Atque de alia eiusdem contractus perfectione. 338
Emptio, & venditio triplex, & quæ earum peculiariter negotiatio dicatur. Et num licita sit. 339
Quæ res uendi possint, aut non possint: quarumque proinde rerum uenditio sit illicita. 340
An possit cogi aliquis rem suam uendere. 341
Emptio, & venditio quousque clericis, & religiosis, licita, aut illicita sit. 342
Euentus alij, in quibus ex parte ementis, aut uendētis, illicita, aut nulla, redditur emptio, ac venditio. 343
Ex circumstantia loci, ac temporis, quando emptio, & uenditio illicita reddatur. 344
Monopolijs quousq; empt. & uend. illicita, aut iniusta, reddatur, & de recōdētis mercesi tps caritatis. 345
Venditio num illicita ex eo reddatur, quod res carius alienigenis vendantur, atque ex periurijs, & mendacijs, & affectu ad lucrum. 346
De pretio iusto rei in se, & de lege taxato, itemque de pretio rigoroso, medio, & infimo. 347
Naturale pretiū unde iustū, aut iniustū iudicandū. 348
De emptione, & venditione infra, uel ultra, dimidium iusti pretij. 349
Liceitene possit aliquid uendi maiori pretio, quā ualeat, aut emi minori, quando non est ultra, aut infra, dimidium iusti pretij. 350
Euentus, in quibus, sine iniustitia, & restituēdi onere, transgresso sit pretij, alioquin iusti. Et num mexcator, qui infimo pretio uendit, & partem mercis non reddidit, quæ deerat usque ad pretium rigorosum, restituere illam teneatur. 351
Validane sit empt. & uēd. in qua dolus interuenit. 352
Venditor quousque uitium rei, quam uendit, manifesta re teneatur. Et uniuersim, quando ob uitium in re empta repertum dissoluatur uenditio, aut de pretio sit minuendum. 353
Iustane sit uēditio pretio currenti, facta ab eo, qui sciebat, merces eiusdem generis breui in magna abundantia superuenturas: aut pragmaticam, qua minueretur pretium, breui promulgandam. 354


An

An liceat rem carius vendere expectata solutione, aut vilius anticipata emere, præsertim ob lucrum cessant, aut damnum emergens. 355
Vtrũ ratione periculi amittendi capitale, difficile quæ & cũ molestia, illud recuperandi, liceat vendere credito vltra pretium iustũ rigorosum, aut emere anticipata solutione infra pretiũ infimũ iustũ. 356
An modus vendendi res credito, faciat accrescere pretium illarum iustum. Et quid de rebus, quæ ingenti quantitate ad nundinas deferuntur, aut mari asportantur. 357
In emptione anticipata solutione, quando vsura intercedat, quando non item. 358
Praxis circa lanarum emptionem ac venditionem in aliquibus Castellæ locis. 359
Licita ne sit lanarum emptio prædicto modo pecunia anticipata, cum regulariter accrescere soleat pretium tempore traditionis, & paulo ante. 360
Vtrum debitum in tempus futurum iuste ematur minori pretio anticipato, quam sit, quod debetur. 361
De emptione ouium reiiciendo periculum, & custodiã vsque ad certum tempus in venditorem. Et reitẽpore, quo minus valet tradenda quando plus valebit. Et de emptione boum, quos venditor non habeat, eos illi locando. 362
Quando intermedius, qui aliquid alterius vendidit, aut aliquid nomine alterius emit, possit, aut non possit, accipere sibi incrementum pretij. 363
De pretio legitimo, hoc est, lege, publicave autoritate, taxato, circa frumentum præsertim. 364
Vtrum expediat, in Lusitano præsertim Regno, taxari frumentum eo, quo consueuit modo. 365
Si res empta pereat, aut deterior ante traditionẽ reddatur, an pereat, deteriorve reddatur, emptori, an venditori. 366
De venditione, & vniuersim de alienatione ad corpus, & ad mensuram. 367
Fructus rei venditæ ad quem pertineant. 368
Quando res aliqua diuersis tẽporibus venditur multis, vnicuique in solidum, quis emptorum cæteris sit præferendus. 369
De retractu rerum emptarum, & venditarum iure propinquitatis. 370
De retractu ratione cõionis in re cũ venditore. Et cõmunia quædam huic, & precedente retractui. 371
Vtrũ in census vẽditione locũ habeat retractus. 372
Vtrum contrario partium consensu emptio & venditio dissoluatur. 373
De dissolutione contractus emptionis, & venditionis pacto de retrouendendo in eo apposito. 374
Vtrũ emptio cũ pacto de retrouendendo licita sit. 375
Vtrum licita sit emptio cum pacto de retrouendendo maiori pretio. Et num res interim, dum non redimitur, locari licitè possit venditori. 376
Vtrum licita sit emptio cum pacto de retrouendendo in emptoris fauorem. Et vniuersim, quando contractus dissoluitur, ad quem pertineant fructus ex re vendita medio tempore percepti. 377
De dissolutione venditionis pacto legis commissoriæ, & adiectionis in diem. 378
De venditione conditionali. 379
Vtrum, euicta re vendita, teneatur venditor de euictione. 380
Census quid sit. Et de reseruato censu. 381
Vtrum ex censu reseruatiuo alcauala gabella debeatur. 382
Census consignatiuus quid, & quotuplex sit. 383
An ex contractu census consignatiui alcaualla gabella debeatur. 384
Vtrum census realis, tam redimibilis, quàm irredimibilis licitus sit. 385
Census ad certum annorum numerorum, tam realis, quàm personalis, an licitus sit. 386
Licita ne sit emptio census personalis perpetui. 387
Vtrum emptio vitalitij, seu census ad incertum annorum numerorum, licita sit. 388
De conditionibus vt census perpetuus cum pacto de retrouendendo sit licitus Bulla etiam Pij V. quoad primam clausulam exponitur. 389
Exponũtur quiq; clausulæ in eadẽ bulla frequẽtes. 390
Quinque sequentes clausulæ exponuntur. Et num census realis sine pacto de retrouendendo, in ea comprehendantur. 391
Reliquũ bullæ exponitur, præter clausulã vltimã. 392
Vtrum census (præsertim in hoc castellæ Regno) redimi, aut emi ex prioribus emptoribus, possint minori pretio, quàm fuerint empti. Et num cõditio, quod redimi non possint per partes, licita sit. Additur etiam vltimam clausula bullæ. 393
Decisio quorundam dubiorum. 394
De censibus multis mensibus, post bullam Pij V. Romæ editam, celebratis sine conditionibus in ea contentis in diœcesibus, vel publicata non fuit, & communiter ignorabantur, quid censendum. 395
Permutatio, & cambium, quot modis vsurpentur. Et de permutatione presè sumpta. 396
Vtrũ ex pmutatione, et cãbio alcauala debeatur. 397
Cambium presè quid. Vsus campsoriæ artis an sit licitus. Et quotuplex sit cambium. 398
Utrũ pro cãbio minuto licitũ campsori sit incremẽtũ accipere vltra pretia monetarum lege taxata. 399
De varijs aureis, atq; argẽteis, monetis in Castella & in Lusitania tẽporis progressu cussis, deque earum valore tũc, & modo, atq; de valore massæ auri, & argẽti in eisdem Regnis diuersis temporibus. 400
Vtrũ p pecunia, cui valor certus, dũ cussa est, autoritate publica est cõstitutus, liceat ãplius accipere. 401
Minister deferens solutionem in pecunijs aureis, illasque in itinere iuste commutans pro maiori pretio, an sibi retinere possit incrementum. 402
Vtilitas cambij pecuniæ de loco ad locum. Atque de eiusmodi cambio, quando campsor anticipatam accipit solutionem. 403
Licitum ne sit cambium cum incremento, quando cãpsor prius dat pecuniam in vno loco, quem recipiat in alio. 404
Decisio quorundam dubiorum circa duas præcedẽtes disputationes. Et simul de eis, qui mercede reportant iumenta, quæ erant conducturi. 405
Et num licitum sit cambium cum incremento ob vno loco ad alium eiusdem Regni. 406
De duplici valore eiusdẽ pecuniæ in diuersis locis. 407
Vtrum si pecunia aliqua lege, aut consuetudine recepta, maiorem valorem, comparatione minutarum rerum pecuniarum, habeat in vno loco, quàm in alio, fiat ad æqualitatem, de loco ad locum earum

Digitized by Google

earum cambium, atque adeo iustè. 407
Qui ad cābia de loco in locū exercenda concurrāt. 408
De varijs modis, quibus pecunia in cambio consignatur, ac litterarum cambij, & bancarij licitè quoddam aliud stipendium accipere possint. 409
De cambio ob diuersum valorem, quem in diuersis locis habet pecunia, non comparatione minutarum pecuniarum, sed ex circunstantijs concurrentibus, concluditurque res tota de cambijs. 410
Societas quid sit. 411
Societas quotuplex. 412
Socius ex qua culpa, & vniuersum quousque, etiam si ne culpa, alijs socijs teneatur, & quid sit teneri aliquem solum quantum commodè facere potest. 413
Societas quot modis dissoluatur. 414
Varij modi, quibus societas ad negotiationē, & lucrū, contrahitur, & vnde iudicandum, an insta sit. 415
Quando vnus apponit capitale, & alius operas, & industriam, an, dissoluta societate, sit solum lucrum inter eos diuidendum, vel etiam capitale. 416
Vtrum possit esse licitus cōtractus, vt periculum totū capitalis ad eū pertineat, qui apponit operas. 417
Expensæ, quas facit, qui in societate operas, & industriam adhibet, vnde sint soluendæ. 418
Qui, operas apponendo, societatem init cum alijs, qui capitale apponunt, an similes alias societates possit inire cum alijs. 419
De contractu societatis circa animalia. 420
De societate omnium bonorum. Ac simul de ea, quæ inter eos fratres esse solet, qui paternam hæreditatem habent indiuisam. 421
De societate inter coniuges contractus medietatis bonorū celebrantes matrimonium, & quousque ab inuicem in bonorum alienationibus pendeant. 422
De societate matrimoniū celebrantium in Castella, & Lusitania cōtractu arrharū, et dotis. Et quę dos profectitia, quaq; aduētitia dicatur. Et de aliquib. priuilegijs dotis, et ex parte eius, cui promittitur. 423
Parentes quousque teneantur dotare filiam, aut donare filio ad nuptias. Promisso talis dotis, aut donationis, quousq; intelligatur de bonis promittentis, aut eius pro quo promittitur. Et quousq; facta, aut impleta a viro, contingat bona vxoris. 424
Fideiussores pro dote quousque marito obligentur, & quando de dote restituenda dati a marito valeāt. Si dos non soluatur, an reditus loco illius possit accipere maritus. Et an sustinere matrimonij onera teneatur. Item, qui dotem promisit, quando teneatur solum, quantum commodè facere possit. 425
Dominium rerum dotalium quando ad maritum pertineat. Et cui res dotales pertant. 426
In obtinenda dote sibi promissa quando negligens fuit maritus, si, qui eam promisit, impotēs factus sit ad soluendum, quousque periculum ad maritū spectet. Quando item aliquid datum marito in dotē euincitur, quousq; maritus agere possit de euictione. 427
Bona dotalia quousq; alienari possint, aut non, præsertim dotalis fundus, & quis is sit. Si euincatur constāte matrimonio, an sit recursus postea vxori. 428
Vtrum vxor repetere aliquando possit dotem a marito constante adhuc matrimonio. 429
De bonis paraphernalibus vxoris, & cęteris ad capitale ipsius attinentibus. 430
De arrhis vxoris. 431
Quæ de iuri communi ad maritum ex bonis vxoris spectabant. 432
De capitali viri. Et quæ bona in Castella & Lusitania dicantur superlucrata, atque vtrique coniugum communia. 433
Dominium, & possessio, bonorū superlucratorum, nū matrimonio cōstante, etiam ad vxorē pertineāt. Et quā plenè dispositio suę medietatis, dissoluto matrimonio, ad eā spectet, & quando illam amittat. 434
Quousque vir & vxor renunciare possint lucris acquisitis, & acquirendis. Et si vxor renunciet, aut non renunciet lucris, quousque debitis, & contractibus, a marito celebratis teneatur. 435
Vtrum si vxor, aut hæredes illius, medietatē lucrorū velint, teneātur perseuerare in cōtractibus a marito celebratis, nec finitis. Et vtrū, si maritus fideiussor extitit, et aliqd soluit, teneatur id totū actipere in medietatē lucratorum, quæ ipsam cōtingit. 436
Administratio bonorū, præsertim lucratorū, quousq; cōueniat viro, & quousq; vxori. Et num vir de bonis superlucratis dotare possit filiā prioris matrimonij, aut sine vxore instituere maioratum. 437
Matrimonio, dissoluto vxor, aut hęredes illius, extrahunt dotem quā priuilegiata actione, & qualis hypotheca in bonis viri illis pro dote competat. 438
Exceptio nō numeratę dotis quousq; marito, eiusq; hæredib. aduersꝰ vxorē hęredesq; vxoris, cōpetat. 439
Exceptio nō numeratæ dotis quousque cōpetat creditorib. mariti aduersus vxorē, hæredesq; vxoris. 440
Quæ alia bona extrahant vxor, & hæredes illius, & quib. priuilegijs ea gaudeant. Quæ itē maritus, aut hęredes illius, et quomodo partitio absoluatur. 441
Intra quātum tēpus, dissoluto matrimonio, dos sit soluēda vxori, aut hæredibus illius. A quo tēpore fructus dotis ad eā pertineant. Et quousq; alenda sit dū dos ei nō soluitur. Ac num maritus solum teneatur ad soluendā dotem in quantū facere possit. 442
Dos, & bona vxoris, vbi exigantur. Et iuxta cuius loci leges celebratus censeatur matrimonij contractus. Ac quousque causa dotis ad Ecclesiasticum iudicem attineat. 443
Emphyteusis vnde dicta. 444
Emphyteusis quid. 445
Emphyteusis, communis vna, Ecclesiastica alia. Et num in hac ciuilibus legibus sit standum. 446
De origine emphyteutici contractus, & num sit stricti iuris, ac nominatus contractus, & num scriptura perficiatur. 447
Quādo scriptura est de substātia cōtractus, aut necessaria ad illius probationē, si post eā legitimè cōfectā amittatur, an admittatur probatio per testes. 448
An emphytcuta edere teneatur directo dominio instrumentum emphyteusis. Et de præscriptione emphyteusis. 449
Vtrum ad emphyteuticum contractum necesse sit, vltra pensionem, solui aliquid pro ingressu. Et quibus prohibitum sit id accipere. 450
Pensio emphyteusis quanta, & in qua materia, ac quando soluenda. 451
Vt emphyteusis contractus validus sit, num necesse sit certam ac determinatam pensionem constitui. Et quæ pensio iusta sit censenda. Et num


Digitized by Google

num in hoc contractu locum habeat. l. 2. C. de rescindenda venditione. 452
Emphyteuta quanto tẽpore pensionẽ non soluendo incidat in cõmissum. Et an purgare morã possit. Et num possit expelli à proprietario autoritate propria. 453
Infortunium in re emphyteutica, vel in fructibus aut sterilitas, an liberent emphyteutam à solutione pensionis. 454
Emphyteuta in commissum incidens, quæ melioramenta in re emphyteutica facta, amittat proprietario, & à quo puncto fructus rei emphyteuticæ, ad proprietarium spectent. 455
Emphyteuta an teneatur ad expẽsas circa rem emphyteuticam, & ad onera, & tributa ex illa. 456
Emphyteuta num in commissum incidat, si rem emphyteuticam deteriorem reddat. 457
Emphyteuta an expelli à re emphyteutica possit, quia necessaria est proprietario ad proprios usus: aut quia emphyteuta illa abutitur ad malos vsus. Et an, si emphyteuta fructus ex re emphyteutica vẽdat, præferendus in eorum emptione sit proprietarius. 458
Emphyteuta num in commissum incidat rem emphyteuticam vendendo irrequisito proprietario, an illam eodem pretio velit, & de laudemio proprietario, si res alteri vendatur, soluendo. 459
Coheredes, aut cõparticipes in emphyteusi, an vẽdere vnus possit alteri partem suã, proprietario minimè requisito. Et num laudemium ex ea venditione sit soluendum. Item num emphyteusis sit diuidua. Et de incapitatione illius de iure Lusitano. 460
Emphyteuta an in cõmissum incidat, si emphyteusim, as meliorationes irrequisito proprietario alia titulo, quã vẽditionis, alienet, etiã hypothecæ illã subijciẽdo. Et nũ ex ea alienatione debeatur laudemiũ. 461
Incrementum in re emphyteutica, & seruitutes in ea acquisitæ, ad quem pertineant. 462
Melioramenta ab emphyteuta in re emphytetica facta unus ad ipsum, hęredesque ipsius, spectent, quando emphyteusis absque culpa finitur. Et quomodo sint æstimanda. Et num ex ea æstimatione deducendi sint fructus ab emphyteuta ex meliorametis post emphyteusim finitam percepti. 463
Alienatio quotuplex. 464
Quæ ecclesiastica bona sine legitima causa, & solemnitate, de qua inferius dicemus, alienari non possint, & quæ valide possint. 465
Vtrũ Ecclesiastica bona, quæ sine certis causis, & forma alienari nõ possunt sine eis possint subijci hypothecæ, tradi in emphyteusin, locari ad longum tempus, & quid de locatione vltra triennium. 466
Vtrum alienatio, aut locatio, in maius tempus, quam sit iure permissum, valida sit in minus tempus iure permissum, in eo maiori inclusum. 467
Quis bona Ecclesia alienare possit. Quę causa, & quę solẽnitas ad immobilia, & mobilia pretiosa alienãda requiratur. Et quæ bona dicantur de mensa. 468
Vtrũ res Ecclesiæ concedi possint in emphyteusim perpetuam. Et nũ, si concedantur accipienti, & hæredibus, aut successoribus illius, solum intelligatur de descendentibus, an etiam de extraneis. 469
Possessor maioratus utrum tradere possit res maioratus in emphyteusin, & quid de alijs speciebus alienationis. 470
Emphyteuta quousque tradere, iterum possit in emphyteusin, seu liuellare. Et an tunc dominium vtile retineat. 471
Emphyteusis, alia noua, alia antiqua. Item alia hæreditaria, alia ex pacto, & prouidentia, seu familiaris, & alia mixta. Eadem in feudo. 472
Variæ formæ, quibus res in emphyteusin, aut feudum, traduntur. Et expenditur, quę earum emphyteusin, aut feudum, hæreditaria efficiant, & quæ ex pacto, & prouidentia. 473
Vtrũ in emphyteusi, ac feudo, succedant fœmina. 474
Vtrum in emphyteusi, aut feudo, succedat illegitimus. 475
Quando vterque coniux participet in emphyteusi perpetua, etiam si illam attulerit alter ipsorum. 476
Emphyteusis quando iuxta portiones hæreditarias, et quando æqualibus portionibus, inter hæredes diuidenda. Quando item institutus in re certa, participat emphyteusi. Et quando hæres tenetur in emphyteusi creditoribus defuncti. 477
Pater vtrum in emphyteusi, aut feudo, præiudicare filijs possit, præsertim ea vendendo, aut vni eorum prælegando. 478
Vtrum emphyteusis, aut feudũ, cõprehendantur in restitutione fideicommissi vniuersalis. Et nũ emphyteusis, aut feudũ, imputari debeãt in legitima. 479
De nominatione ad emphyteusim. Et num pupillus possit ad eam nominare. 480
Num seruus pœna possit ad emphyteusin nominare, & quando emphyteusis eius, cuius bona publicantur, ad fiscum pertineat. 481
Num religiosus possit ad emphyteusin nominare: & quando emphyteusis religiosi ad monasterium pertineat. 482
Nõnulla alia circa nominationẽ ad emphyteusin. 483
Vtrũ finita emphyteusi teneatur proprietarius renouare contractũ successori vltimo emphyteutæ. 484
De feudo cur hoc loco nõ disputetur in peculiari. 485
Locatio, & conductio, quid. 486
Locatio, & conductio quam affinia emptioni, & venditioni sint. 487
Quis locare, & conducere possit. 488
Quid locari possit: & num etiam res conducta. Et vtrũ contractus locationis, & conductionis transeat ad hæredes locantis, & conducentis. 489
Vtrum contractus locationis transeat ad emptorem, aut ad alium successorem particularem, qui titulum habeat à locante, ita quod nouus successor stare teneatur locationi factæ à locante. 490
Fiscus succedẽs in bonis cõfiscatis, num stare teneatur locationi factæ per condemnatũ, & maioratus locationi factæ per suũ antecessorem, ac fideicommissarius locationi factæ per hæredem grauatum. 491
Vtrũ minor stare teneatur locationibus factis per suũ tutorẽ, aut curatorẽ; & uxor dissoluto matrimonio, locationibus factis per maritũ: & maritus locationibus de bonis dotalibus factis ante matrimoniũ: ac beneficiarius, aut prælatus, locationibus factis de bonis Ecclesiasticis per suos antecessores. 492
Si res locata pereat, aut quocunque alio impedimento conductor, vti, aut frui, ea non possit, quousque locator, & conductor, teneantur, aut non teneantur, vnus alteri. 493

Ex

*Ex qua culpa conductor locatori, & locator conductori, teneatur.* 494
*Vtrum propter sterilitatem superuenientem remittēdū sit conductori de pensione, & propter insolitum augmentum teneatur ad maiorem pensionem.* 495
*Ad quas expēsas rei locatæ, teneatur cōductor, & ad quas locator. Et quādo locator teneatur soluere cōductori expensas, quas in rē conductā fecerit.* 496
*Pēsio rei locatæ quādo soluēda. Et nū pro illius solutione, ac deterioratione rei locatę, sint tacitè hypotheca tæ res, quę in eā fuerint inuectę, atq; et fructus.* 497
*Finito locationis tēpore, sub qua pęna teneatur conductor restituere rē conductā locatori petēti, Et an cōductor ius habeat prælationis, ac retētionis pro eodē pretio. Et quando ex continuatione censeatur tacitè prorogatus contractus, & quousque.* 498
*Locator in quibus euentibus expellere potest conductorem ante finitum tempus contractus.* 499
*Licitumne sit locare aliquid, quo intelligitur conductorem vsurum ad lethale peccatum.* 500
*Vsurariane sit conductio vestiariorum minori anticipata pecunia, quam speretur redditura, vt interdum fit in Episcopatu Conchensi.* 501
*Si pretium detur pro loco in naui ad Indos, verbi gratia, & reluctantibus uentis, aut alia de causa, nauis eo non perueniat, sed regrediatur ad portum, an saltem pars pretij sit restituenda.* 502
*Licitumne sit locare animalia cum pacto, ut conductor semper teneatur seruare numerum integrum eorum fœtibus, aut aliunde.* 503
*Quid de duobus contractibus, ad locatum, & conductum attinentibus, sit dicendum.* 504
*De famulis, qui se ad seruiendum locant.* 505
*De iusta famularum mercede.* 506
*De contractu assecurationis. Et de quodam alio illi simili, Hispalique consueto.* 507
*De contractu sponsionis.* 508
*De contractu sortium.* 509
*De quo ludo sit hic sermo. Et an iuste, & licitè exerceri valeat.* 510
*Ludus ex circumstantijs vitiosus redditur. Et num vitiosus ex eo sit, quòd lucrum eo intendatur, aut quòd pecunia in illo fortunæ subijciatur.* 511
*Ludus quousque iure humano, ciuili, & canonico, sit prohibitus.* 512
*Vtrum acquisita ludo prohibito, obnoxia sint restitutioni.* 513
*De repetitione eius, quod ludo prohibito quis est lucratus, & quousq; lucrans reddere illud teneatur.* 514
*Vtrū, qui credito aliquid ludo phibito amisit, teneatur in conscientia, illud soluere. Et nū in Castella, qui id lucratus est, possit illud accipere, ac retinere.* 515
*Vtrum trahens aliquem ad ludendum, restituere teneatur, quod fuerit ab eo lucratus.* 516
*Fraus, & deceptio in ludo, quando iniusta, obligetque proinde ad restitutionem.* 517
*Ludus cum fure, depositario, vsurario, aut alio possidente, ac ludente rem alienam, quousque vtrinque obligationem restituendi inducat.* 518
*Ex ludo cum filiofamilias, aut cum minore, quando restituendi obligatio consurgat.* 519
*Ludus cum Religioso, cum mancipio, cum coniugatis quando restituendi obligationem inducat.* 520
*An ludus humano iure prohibitus, sit aliquando culpa lethalis. Et qd habētibus mēsas ludo expositas.* 521
*Depositum, & sequestrum, quid.* 522
*Depositum quotuplex. Et num in eo, quod vim mutui habet locus sit exceptioni nō numerata pecunię. Et ad quem dominium, & possessio rei depositæ spectet. Deciditurque quidam notabilis euentus:* 523
*Vsus rei depositę & lucrū ex illa, ad quē spectet.* 524
*Depositarius quis esse possit. Et de deposito facto Ecclesiæ.* 525
*Depositum quando reddēdum. In illo an locum habeat compensatio alterius debiti. Et num deponens alijs creditoribus depositarij præferatur.* 526
*Depositarius ex qua culpa teneatur: etiam quando ob aliud munus annexum habet depositum.* 527
*Pignus, & hypotheca quid, & quotuplex sit. Et quæ in vniuersali hypotheca comprehendantur.* 528
*Quæ res pignori, & hypotheca subijci possint, subiectæque cēseantur: & qui subijcere eas possint.* 529
*Quæ res pignori, aut hypotheca subijci nequeant.* 530
*Pignus, aut hypotheca, de re aliena facta, a procuratore, negotiorum gestore, tutore, aut curatore, vel filio quousque valeat, aut etiam facta de re propria in fauorem alterius.* 531
*Pignus, & hypotheca, in quibus obligationibus locum habeant. Et quid, si sub conditione, aut in diem, constituantur. Et num res vni obligata, possit alteri pignori, aut hypotheca, subijci.* 532
*Si res pignori, aut hypothecę subiecta, variationem aliquam, augmentum ve, aut diminutionem suscipiat, quousque censenda sit perseuerare pignori, aut hypotheca subiecta.* 533
*Traditio, aut obligato pignori instrumēto aliquo, res, illo contenta, pignori obligata censetur. Et quousque vniuersim hypothecari a intentari possit aduersus debitorem, aut possessorem rei hypothecatæ.* 534
*Vti re pignori tradita, an liceat creditori. Fructus eiusdem rei ad quem spectent. Quando ea res sit restituenda debitori. Et an retineri possit pro expensis circa eam factis. Atque ex quanta culpa teneatur creditor, si ea res pereat.* 535
*Quibus hypotheca tacita competat in bonis aliorum. Et qui in hypotheca præferantur alijs. Et de priuilegio creditorum personalium. Atque quo ordine satisfaciendum sit creditoribus.* 536(537
*Quibus modis tollitur pignoris, ac hypothecę obligatio.* 538
*De venditione pignoris ob debitum, & pactis circa venditionem, quæ solent antecedere.* 539
*Fideiussor quis, & quotuplex.* 540
*Fideiussores qui esse possint, qui non item: de priuilegio Velleiani mulieribus concesso, & de fideiussoribus minorum.* 541
*Vtrum fideiussor in plus, quàm principalis debitor, aut in rem aliam, obligari possit.* 542
*Si multi simul obligentur ad aliquid, vt principales debitores, quando singuli in solidum conueniri possint, quando non item.* 543
*Si multi sint fideiussores eiusdē debitoris, quādo singuli conueniri possint in solidum, quando non item.* 544
*Si aliquis fideiussorū in solidum soluat totum debitū, quousq; repetere possit à confideiussoribus: & quousque, tam ipse, quam quicunque alius fideiussor, soluens pro debitore, repetere à debitore possit.*



Digitized by Google

*Num, antequam fideiussores soluere cogantur, excussio fieri debeat in bonis debitoris principalis. Et fideiussore indemnitatis.* 545
*Fideiussio quando finiatur. Et fideiussor quando compellere possit debitorem, vt eum a fideiussoria obligatione liberet, aut vt sibi retribuat, quod pro eo soluit. Et quousque fideiussor defendere causam seu debitorē, teneatur.* 546
*De fideiussoribus in iudicio.* 547
*Mandatum quid.* 548
*Mandatum quotuplex. Et ex qua culpa mandatarius teneatur. Et vniuersim quanta obligatio ex mandato tam ex parte mandatarij, quam ex parte mandantis oriatur.* 549
*De mandato ad res illicitas.* 550
*De procuratore ad negotia.* 551
*Vtrum mandatarius, & procurator, excedere possint limites mandati. Et quando eorum munus reuocari possit, aut expiret.* 552
*De negotij gestis.* 553
*Ad quas expensas is, cuius negotium gestum est, negotij illius gestori teneatur. Et quæ alimenta minor persoluere teneatur ei, qui ea ipsi præbuit.* 554
*De alijs quasi contractibus.* 555
*Transactio & compositio; quid.* 556
*Circa quæ fieri non possit transactio, & qui transigere non possint.* 557
*Transactio quam amplè intelligenda sit, aut non sit.* 558
*De nouatione, & delegatione.* 559
*De compensatione in foro exteriori.* 560
*De alijs modis, quibus liberatio fit ab obligatione soluendi.* 561
*Solutio presse quid. Et num, qui ad factum tenetur, satisfaciat soluendo interesse. Et qua ratione tuto fieri solutio minori debeat.* 562
*Solutio facta alteri, quam creditori, quando debitorem ab obligatione debiti liberet, quando non item:* 563
*Quando solutio fieri debeat, & quousque locum habeat purgatio moræ.* 564
*Quando idem debitor varia contraxit debita comparatione eiusdem creditoris, si quid ei soluat, pro quo debito sit censendum solutum. Et vniuersim de ordine seruando in solutionibus.* 565
*Vtrum quando vnum pro alio soluitur, debeatur inde tributum illud, quod alcauala in Castella, & sysa in Lusitania, nuncupatur.* 566
*Si soluatur indebitum, quousque repetitio illius concedatur, aut non.* 567
*Solutum indebitum vi sententiæ, quæ in rem transit indicatam, quousque repeti possit, aut non possit.* 568
*Expenduntur nonnulli euentus, num in illis locum habeat condictio indebiti. Et quousque rei indebita, & fructus illius, sint restituendi.* 569
*Datum ob causam, causa non subsequuta, quousque sit restituendum. Et de acceptis ob turpem causam.* 570
*Pro debito non soluto, quando quis detrudi debeat in carcerem, quousque illud soluat, & qui priuilegio gaudeant, vt, pro debito detrudi non possint in carcerem.* 571
*Cessio bonorum quousque permissa, & quousque debitorem a debiti solutione liberet.* 572
*De restitutione in integrum circa contractus, aut quasi contractus.* 573
*Qui alij beneficio restitutionis in integrum gaudeant.* 574
*In restitutione in integrum, an res cum fructibus sit reddenda. Et num, post celebratam locationem rei minoris, reipublicæ, aut Ecclesiæ, quod alius pretiū augeat, sufficiens causa sit, vt restitutio in integrum concedatur.* 575



Digitized by Google

# INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ,

Quorum explanatio intelligi ex hoc opere aliqua ex parte potest. Numerus paginam indicat: per A. columna prior, per B. posterior significatur.


### Geneseos.

IN sudore vultus tui vesceris pane tuo. Cap. 3 fol. 676. A
Habeo duas filias, educam eas ad uos, & abutimini eis, sicut vobis placuerit; dummodo viris istis nihil mali faciatis. Cap. 19. fol. 205. A
Prouideat Rex virum, &c. Et infra. Aperuit Ioseph vniuersa horrea, ac vendebat Aegyptijs. Cap. 41 255. B
Emit Ioseph omnem terram Aegypti. Cap. 47. nu. 282. A
Quintam partem Regi dabitis. Cap. 47. 361. B

### Exodi.

Non concupisces rem proximi tui. Cap. 20 382. A

### Leuitici.

Si attenuatus frater tuus, vendiderit possessiunculam suam, & voluerit propinquus eius, potest redimere, quod ille vendiderat. Cap. 25. 308. B
Quando vendens quippiam ciui tuo, vel emes ab eo, &c. Cap. 25. 322. A & seq.

### Deuteronomij.

Non fœneraberis fratri tuo, sed alieno. Cap. 23. 141. A
Fœneraberis gentibus multis, & ipse a nullo fœnus accipies. Cap. 28 142. A

### Primi Regum.

Homines vident ea, quæ parent, Deus autem intuetur cor. Cap. 16 38. B
Festinauit igitur Abigail, & tulit ducentos panes, &c. Cap. 25. 55. A

### Psalmi.

Quid pecuniam suam non dedit ad vsuram. Ca. 14. 140. A
Non defecit de plateis eius vsura, & dolus. Cap. 54. ibid.
Quoniam non cognoui litteraturam. Cap. 70. 214. B
Ex vsuris, & iniquitate redimet animas eorum. Cap. 71. 140. A

### Prouerbiorum.

Facta est velut nauis institutoris. Cap. 31 213. B

### Ecclesiastes.

Si quid uouisti Deo, ne moreris reddere, displicet enim Deo infidelis, & stulta promissio. Cap. 5. 38. B

### Ecclesiastici.

Duæ species difficiles, & periculosæ mihi apparuerunt, difficile exuitur negotians a negligentia, & non iustificabitur caupo a peccatis labiorum. Cap. 26. 215. A
Qui quærit locupletari, auertit oculum suum. Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur: sic & in medio venditionis angustiabitur peccator. Cap. 27. 215. A

### Isaiæ.

Fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis illius Ca. 29. 142. A

### Ezechielis.

Ad vsuram non commodauerit, & amplius non acceperit; Ad vsuram dantem, & amplius accipientem, nunquid viuet? Vsuram, & superabundantiam, non acceperit. Cap. 18. 140. A
Non fœneraberis fratri tuo ad vsuram. Cap. 29. 142. A

### Matthæi.

Simile est Regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo vadit, & vendit omnia, quæ habet, & emit agrum illum. Cap. 13. 250. B
Eiiciebat omnes ementes & vendentes de templo. Cap. 21
Accesserunt, qui didrachma accipiebant. Cap. 18. 396. B. 2. 4. E. 228. A
Licet censum dari Cæsari, an non? Cap. 22. 338. B

### Lucæ.

Mutuum date, nihil inde sperantes. Cap. 6. 140. A
Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego cum vsuris exigissem illam? Cap. 19. 137. A. 142. A

### Ad Romanos.

Non sunt facienda mala, vt eueniant bona. C. 320. A. & B.
Si radix sancta, & rami. Cap. 11. A. 187. A

### Secundæ ad Corinthios.

Cum essem astutus, dolo vos cepi. Cap. 12. 111. B

### Primæ ad Thessalonicenses.

Nequis supergrediatur, neque circunueniat, in negotio fratres suum, quoniam vindex est Dominus de his omnibus. Cap. 4 239. B

### Primæ ad Timotheum.

Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. Cap. 6. 215. A

### Secundæ ad Timotheum.

Nemo militans Deo, implicat se negotij secularibus. Cap. 2. 227. B


INDEX

Digitized by Google

# INDEX RERVM NOTABILIVM.

Quæ in hoc opere continentur, ordine alphabetico exactissimè digestus.


Acceptilatio, & nuda remissio de iure Castellæ extinguit quamcunque obligationem ciuilem. disput. 254. nume. 11

Acceptilationis forma si non seruetur, per pactum nudum, saltem tollitur naturalis obligatio. disp. 254. num. 10

Acceptilatio quid, & est contractus latissimè. disp. 252. nume. 12

Acceptilatio verbis perficitur, & ad quid inuenta. disp. 254. nume. 8

Acta per procuratorem interim dum ignoratur reuocatum mandatum, valida sunt. disput. 263. nu. 6

Actio ad repetendas vsuras solutas hodie permittitur, etiã de iure Lusitano, & Castellæ. disp. 304. nu. 14

Actio an detur de iure canonico ex sola promissione antequam acceptetur. disp. 263. nu. 10

Actio competens ex l. 2. C. de rescin. vend. an valida sit, etiã cum iuramento. disputat. 349. nu. 13. & 15

Et quid de iure Lusitaniæ, & Castellæ. ibid.

Actio competens fideiussori aduersus eum, pro quo fideiussit, quænam sit. disp. 549. num. 7

Actio de dolo ad æstimationem quãdo competat aduersus factum, quod irreparabile sit, & quando ad solutionem. disp. 570. nu. 4

Actio de iure canonico, & ciuili datur ex promissione non acceptata, iuramento tamen confirmata. disp. 263. nu. 19

Et quid in Lusitania, & in regno Castellæ. ibid. nu. 20

Actio ex pacto nudo, eo modo, quo de iure canonico, etiam in Castella datur. disp. 257. nu. 13

Actio ex pacto nudo oritur de iure canonico, ex communi. disp. 257. num. 5

Necessariam tamen esse in eo causæ expressionem, ex cõmuni. ibid. nu. 6

Actio negotiorum gestorum directa cui competat, & cui contraria. disp. 553. nu. 5

Actio redhibitoria & quanto minoris quanto tempore præscribantur. disp. 353. nu. 5. & seq.

Et quid de iure Lusitano. nu. 7

Actio redhibitoria, & quanto minoris quo casu non detur, ita quod etiam in foro conscientiæ contractus sit validus. disp. 353. nu. 14

Actio, per quam fit retractus, personalis est, aut in rem scripta, & stricti iuris. disp. 371. nu. 13

Actio quæ, vel quod remedium competat, si aliquid datur, vt aliud fiat, aut detur, & non sit impletũ. disp. 570. nu. 2

Actionis ad actionem permittitur compensatio, sicut obiecti ad obiectum. disp. 300. nu. 5

Actionis cessio si fiat in potentiorem ratione dignitatis, aut alterius qualitatis, an cedens incidat in pœnam amissionis iuris. disputat. 340. nu. 15

Et quid de iure Lusitano. ibid.

Actor si caret sufficienti testium probatione, aut alia, quæ de iure cõmuni sufficeret, quid agere possit. disp. 260. n. 3

Adiectus quis, & quando solutio ei facta liberet debitorem. disput. 563. num. 7

Administratio omnium bonorum de iure Castellę, & Lusitaniæ ad quem pertinear. disp. 437. nu. 1

Aedificium, vt destruatur, vendi non potest, nisi ruinã minetur. disp. 340. nu. 28

Aequalitas in contractu censuali non inuenitur, & ob id iniustus. disp. 385. nu. 4

Et quomodo intelligatur. nu. 18

Aestimatio multorum, quæ in societate interueniũt, in quibus consistat. disp. 415. nu. 3

Aestimatio rei dotalis æstimatę, & ante matrimonium subsecutum peremptæ, ad solam vxorem pertinet. disp. 426. num. 12

Aestimatio rei dotalis extra limites iusti pretij, ad iustũ pretium reducitur, licet deceptio non fuerit vltra, vel infra dimidium iusti pretij. disput. 426. num. 12

Aestimatio rei dotalis simpliciter facta, præsumitur pro vẽditione. disp. 426. nu. 10

Aestimatio rei quid operetur. disp. 295. nume. 9

Aetatis veniam ante vigesimũ quintum annum impetrans, amittit beneficium restitutionis in integr. disp. 573. nu. 4

Alcauala ab ecclesiasticis exigitur sine præuia trina monitione, de reb. quas negociando vendunt. disp. 342. num. 6

Alcauala an debeatur quando amissa arrha receditur a cõtractu. disp. 338. nu. 6

Alcauala, an debeatur, quãdo fit venditio cum pacto de retrouendendo. disp. 374. num. 12

Et quid quando fit distractas, an alia debeantur. ibi. n. 13

Alcauala an debeatur, resoluto contractu vẽditionis ex pacto legis commissoriæ, & adiectionis in diem. d. 378. n. 8

Alcauala an duplex debeatur, quando contractus per mutuum contrarium consensum rescinditur. disp. 373. nu. 6

Alcauala a quo contrahentiũ solui debeat. disp. 397. nu. 13

Alcauala de iure Castellę ex permutatione duplex debetur. disp. 397. nu. 1

Idem in Lusitania. ibid. num. 2

Alcauala an debeatur, etiam in prorogatione pacti de retrouendendo, ad tempus celebrati. disp. 374. nu. 14

Alcauala eo ipso, quod emptor rem non emit, quæ postea retrahitur, debetur. disputat. 371. num. 15

Alcauala ex cambio propriè sumpto non debetur. disputa. 397. nu. 16

Alcauala excessione actionum, quæ a creditore fit debitori, aduersus correos, an debeatur de iure Castellæ, & Lusitaniæ. disp. 544. nu. 9

Alcauala ex donatione remuneratoria non debetur in Castella, & Lusitania. disp. 397. nu. 14

Alcauala ex quib. rebus non debeatur. disp. 397. nu. 12

Alcauala non debetur, si venditio non sit ratificata. disput. 337. nu. 19

Alcauala non restituitur, etiam si contractus per beneficiũ restitutionis in integrum rescindatur. disp. 573. nu. 20

Alcauala, seu gabella quando debeatur ex contractu cẽsuali reseruatiuo. disp. 382. num. 1

Item quando, & cui gabellario sit soluenda, quando prædium daretur pro annuo censu decem aureorum, cum facultate illum redimendi certo aliquo pretio. disputa. 382. nume. 2

Alcauala seu Sisa, in Lusitania, & Castella, quæ sit. disput. 336. nu. 10

Alcauala seu tributum, an ex nouatione debeatur. dis. 559. nume. 18

Aleæ nomine qui ludi comprehendantur. disp. 512. nu. 1

Alienatio facta per filium puberum de bonis aduentitijs cũ consensu patris, an valida sit. disp. 261. nu. 4

Et quid in regno Castellæ. ibid. num. 6

Alienatio in fraudem creditorum quando censeatur facta. disp. 328. num. 1

Alienatio rei dotalis mobilis, quæ seruando seruari potest, quando valida sit. disp. 428. num. 14

Alienatio quot modis sumatur. disp. 464. nu. 1

Alienatio latè sumpta quid comprehendat. disput. 464. numero 2

Alienatio rerum ecclesiæ vt valida sit, vltra alia acquisita,




Digitized by Google

etiam iusta causa,& debita solemnitas a iure præscripta, requiritur.disp.468.num.14
Alienatio si sit ipso iure nulla,res alienata cũ omnib.fructibus ex ea perceptis,restituitur ecclesia.disp.468.num.15
Alienatio si non reddit alienantem impotentem ad soluenda debita,quocunque titulo facta valet,etiam in foro cõscientiæ.disputa.328.num.6
Alienatione facta quocunque titulo,transfertur dominium in accipientem,etiam in foro conscientiæ,si conscius non fuit,alienationẽ factam fuisse in fraudẽ credit. d.328.n.7. Declara tamen,vt ibid.
Alienationem accipiens si sciat, rem sibi alienatam fuisse alienam,& alienans similiter,tenetur eam restituere,aut illius valorem,etiam in foro conscientiæ . disp.328.nu.8
Alienationem accipiens,etiam in foro conscientiæ restituere non tenetur quod in fraudem creditorum est sibi alienatum,si a creditorib.non petatur, vel petatur elapso anno,a die scientiæ talis alienationis. disp.328.nume.9
Alienationem scienter accipiens in fraudem creditorum,an peccet contra iustitiam,sicut alienans.disput.328.nu.10
Alienatum in fraudem creditorum quot modis dicatur, & qua actione reuocetur.disp.328.num.2
Alienatũ per vltimam voluntatẽ in fraudem creditorũ,reuocatur, etiam si bona fide sit alienatum. disp.328.nu.5
Alimenta competentia quomodo iudicis arbitrio taxanda. disp.413.nu.7
Alimenta, & expensæ quando pietatis causa facta præsumantur,& quando non.disp.554.nu.11
Alimenta præstita pietatis intuito quando repeti possunt. disp.569.nu.2
Ancillæ partus quando spectet ad maritum, & quando ad vxorem.disp.432.nu.9
Animalia quot modis tradi possunt ad lucrum,& damnũ. disput.420.num.1
Arrhæ ius statutum in emptione,& venditione, habet locũ etiam in locatione,& conductione.disp.338.num.5
Arrhæ matrimonij an constitui,& augeri possint post matrimonium contractum,& quando.disp.431.nu.7
Arrhæ matrimonij contrahendi quid, & an differant ab alijs.disp.431.nu.1
Arrhę matrimonij,& donatio ante nuptias,differunt.disp. 431.nu.6
Arrhæ matrimonij in Lusitania, an soluendæ sint de toto acerbo bonorum mariti, an vero de solo tertio quod ad ipsum spectet,si descendentes,aut ascendentes habeat.disputat.431.nu.11
Arrhæ quid.disp.338.nu.1
Arrha quare in matrimonio concessa, & quare pęna prohibita.disputat.431.nu.3
Arrha matrimonij in Castella,et Lusitania quid.d.431.n.4
Arrham quis amittat.disp.431.num.2
Arrhas matrimonij promittens vltra decimã partem suorũ bonorum,secundum ius Castellæ, aut vltra tertiam secũdum ius Lusitaniæ,& iuramento confirmans, an vi iuramenti teneatur promissionem implere. disp.431.nu.12
Arrhæ nomine datum ante emptionem perfectam, amittit emptor si ab ea discedat,& si venditor,& arrhã restituit, & tantundem de bonis suis dare tenetur.disput.338.nu.2 Idem & post emptionem perfectam de iure Lusitano, & Castellæ cum duabus limitationibus.ibid.num.4
Arrhæ matrimonij ob quam causam promittantur.disput. 431.nume.5
Arrhæ soluendæ sunt vxori de solis bonis viri, facta prius inter virũ,& vxorem diuisione etiã luctorum. d.441.n.6
Assecurans nauim onustam mercibus pro certa summa, si ad talem portum non peruenerit destinatum, an teneatur,& quomodo,si in ea non sint merces, vel aliud accidens interueniat.disp.507.num.6
Assecurans pro certa quantitate,quę deinde cõperiatur fuisse minus,an teneatur ad totam summã assecurationis,an vero tãtũ,pro ea quantitate,quę re vera erat.d.507.nu.5
Assecurationem petentis quomodo probetur scientia,quod res perijsset.disp.507.num.4
Assecurationis cõtractus initus cum societate non facit transire dominium pecuniæ in alterũ socium. disp.417.n.11
Assecurationis contractus quid,& ad quam speciem contractus attineat.disput.507.num.2
Assecurationis contractus,vt iustus sit,quæ requirantur.disput.507.num.3
Auctoritas quid.disp.468.num.4
Aurum obrizum quid,& vnde dictum.disput.500.nume.5

B

BAncarij duob.modis pecunias soluunt. disp.509.nu.21
Bancarij in quo differant a depositarijs.disp.408.nu.5
Bancarij prioris generis,quando lethaliter peccent in eorũ officio,& ad restitutionem teneantur.disput.408.num.7
Bancarij prioris generis, qui nihil accipiunt pro deposito, an iustè stipendium possint accipere a deponentibus, & quomodo.ibid.nu.8
Et quid de bancarijs secundi generis.nu.9
Bancarijs duob.modis consignantur pecuniæ.disp.409.n.1
Bancariorum abusus varij.disp.409.num.9
Bancariorum duo genera.disp.408.num.6
Bancariorum officium quale.disp.408.num.4
Beneficij collatio non est donatio, sed executio eius, quod episcopus ex munere facere tenetur.disp.263.nu.11
Beneficium restitutionis in integ.quibus modis peti pót,& apud quem iudicem.disp.573.nu.22.& seq.
Beneficium restitutionis in integrum transit etiam ad hæredes minoris.disp.573.nu.18
Bona dotalia æstimata ea æstimatione, quæ faciat emptionem, quando possunt ab vxore tanquam propria vendicari. disp.426.nu.13
Bona ecclesiæ quis alienare possit.disp.468.nu.1
Bona ecclesiæ secularis inferioris a cathedrale, vt alienari possint,quæ requirantur.disp.568.nu.13
Bona ecclesiæ si impignorẽtur,aut hypothecę subijciantur, vel alio modo alienent,necessaria est cã legitima,& debita solẽnitas alias alienatio erit ipso iure nulla.d.368.n.16
Bona ecclesiastica,quæ possint alienari sine causa,& solemnitatibus,& quæ non.disp.465.nu.1
Bona fides, quot modis accipiatur. disputatio.254.num.4
Bona inducta & illata in prędium conductum,vt tacite subijciantur hypothecæ,quæ requirantur.disp.497.num.6 Et quid de inuectis permanẽter,quę aliũde postea asportata fuerint.ibid.nu.7
Limita tamen non procedere in bonis alienis inuectis, ibid. num.8.cum declaratione.vt ibid.
Bona monasterij quibus solemnitatibus alienari possint. disput.468.nu.12
Bona quænam sint,quę ad virum,de bonis vxoris spectant. disp.432.nu.1
Bonorum mobilium appellatione, quæ seruando seruari non possunt,quid comprehendatur.disp.465.nu.3 Et quid de his, quæ seruando seruari possunt . ibid. nu.4
Bonum commune quando pręferendum particulari . disp. 365.num.4

C

CAlliditas quid.disp.293.nu.5
Cambia licita cum incremento publicis campsoribus, sunt etiam licita priuatis.disput.405.nu.1
Cambij, & bancariorum praxis, & consuetudines varię. disp.409.num.8
Cambij incrementum,quod venit, quando fit cambium de vno loco ad alium,venit etiam eodem modo,quando interueniet permutatio eorundem locorum, ratione indigentiæ.disp.405.nu.2
Cambij litterę ad quem regulariter mittantur.d.409.nu.6
Cambij litterarum variæ formæ.disp.409.num.5
Cambiorum origo inter mercatores,& affectio.disput.408. num.2
Cambiorum iustum pretium inconstans, & varium. disp. 410.num.6



Digitized by Google

Cambiorum praxis ad omnes nundinas, vnde originem ducat. disp. 409. nu. 4
cambium ad proximas nundinas quando licitum sit, vt recipiat incrementum, iuxta bullam Pij V. & quando illicitum & vsurarium. disp. 404. nu. 6
cambium an variandum, & regulandum secundum maiorem, & minorem valorem pecuniæ, quem ipsa habet de loco ad locum. disp. 410. nu. 1
cambiũ cum incremento de vno loco ad alium eiusdem regni, alias ante leges prohibitiuas licitum; an restitutioni sit obnoxium, nulla expectata sententia. disp. 405. nu. 6
cambium cum incremento, quando licitum sit de vno loco ad alium eiusdem Regni. disp. 409. nu. 5
Et quid de iure Castellæ, & Lusitaniæ. ibid.
cambium cum incremento quomodo licitum, quando campsor prius dat pecuniam in vno loco, quã recipiat in alio. disp. 404. nu. 1
cambium de loco ad locum, an iustum sit, vel ne, ad tria capita recurrendum. disp. 410. nu. 4
cambium de loco ad locum duob. fit modis. disp. 405. nu. 3
cambium de loco ad locum, quando recipere possit incrementum, ratione expectatæ solutionis. disp. 404. nu. 5
cambium de loco ad locum quare vtile, & necessarium. disp. 403. nu. 1
cambium, & permutatio idem in lata eorum significatione. disp. 396. nu. 1
cambium, & permutatio tribus modis sumitur in eorum significatione. disp. 396. nu. 2
cambium ex quib. rebus proprie consistat. disp. 398. nu. 2
cambium in quo per accidens sequatur transportatio pecuniæ de vno loco ad alium, ad commodum indigentis paratis cum incremento licitum est. disp. 405. nu. 4
cambium minutum ad quid vtile. disp. 344. nu. 1
cambium potest fieri de re nondũ existente ad tempus quo existet. disp. 396. nu. 7
cambium proprie quid. disp. 396. nu. 4
cambiũ quid requirat, vt iustũ appellari possit. dis. 329. n. 2
cambium quotuplex. disp. 398. nu. 5
cambium reale, & siccum quid. disp. 398. nu. 7
cambium siccum cur, & vnde dictum. disp. 396. nu. 8
campsoria ars quomodo licita. disp. 398. nu. 4
campsor, an iuste possit accipere incrementum cãbij; quod, bona fide dedit ad aliquem locum, & tamen compertum fuit, non fuisse verum, ita quod solutio necesse fuit fieri in loco, in quo cambium dat. non fuit. disp. 404. nu. 7
campsores priuati an accipere aliquid possint pro eorum muneribus sicut faciunt campsores publici. disp. 399. numero 5
campsores quid accipere possint pro eorum munere, & obsequio. disp. 399. nu. 3
Et quid in Castella, & Lusitania seruatur. nu. 4
Intellige, tamen, & declara, vt nu. 6
campsoribus quomodo licitum sit, pro commutatione pecuniæ de loco ad locum lucrum aliquod, vel incrementũ accipere. disp. 403. nu. 2. & 4
campsor in cambio de loco ad locum quomodo committere iniustitiam, & vsuram potest. disp. 403. nu. 8
campsor potest licite aliquid accipere pro vniuersali transportatione pecuniæ. disp. 410. nu. 5
campsor priuatus quomodo licite possit accipere lucrum. disp. 399. nu. 8
campsor quis dicatur. disp. 398. nu. 3
campsor si pro eius munere iustè aliquid sibi retineat quod alias a lege sit inhibitum, an peccet, & ad restitutionẽ teneatur. disp. 399. nu. 7
capitale viri, quæ bona contineat, & quid ad illud spectet. disp. 433. nu. 1
capitale per vnum ex socijs positum in societate, efficitur cõmune omnibus socijs. disp. 411. nu. 6
capituli, consulunt, de vsuris intellectus. disp. 306. nu. 4
capituli, salubriter de vsuris, dispositio habet locum in genere, nõ solum comparatione soceri, sed etiam alterius, qui vxorem duxerit. disp. 321. nu. 5
Imò etiam in Lusitania, quando aliqui contractu mediatis bonorum celebrant matrimonium. ibid. nu. 6
capituli salubriter, de vsuris, expositiones variæ, & intellectus, cum vera auctoris sententia. disp. 321. nu. 2. & 3
cap. cum tu. de vsuris, vera expositio, & intellectus. disput. 329. nu. 4
cap. 1. de feudis, & cap. conquestus, de vsur. quomodo intelligantur. disp. 323. nu. 2
cap. illos vos, de pig. quomodo intelligendũ. disp. 377. nu. 6
capitulum, consulent de vsuris, de qua spe lucri intelligẽdũ. disp. 505. nu. 7
caractum quid. disp. 5. nu. 4
casus fortuitus quid dicatur. disp. 295. nu. 13
casus fortuitus quot modis sumatur. disp. 293. nu. 25
cautela pro iudicibus quando accipiunt fideiussorẽ sub certa pœna, desistendo in iudicio reum intra certum tẽpus. disp. 547. nu. 6
cautio idonea quæ dicatur. disp. 334. nu. 9
cautio iuratoria, quando danda. disp. 334. nu. 10
cautio Mutiana in donatione causa mortis, & alijs quę morte confirmatur, quando habeat locum. disp. 288. nu. 9
cedens bonis pro debito, pro quo habet priuilegium ne cõueniatur vltra quam facere possit. disp. 572. nu. 2
cedere bonis quid significet. disp. 572. nu. 6
censualis contractus an licitus, quando est in pecunia soluẽda, vel fructib. qui nõ percipiũtur ex agro. disp. 385. n. 12
censualis contractus, an pariat mala. disp. 385. nu. 5
censualis contractus circa res temporales ratius. disp. 381. nume. 7
censualis contractus, contra aliquid eorum, quæ in bulla Pij V. sunt disposita celebratus, an iudicandus sit in totũ nullus, an vero solum id quod contra dictam bullam reperitur. disp. 392. nu. 2
censualis contractus in dubio an iudicandus sit potius quã emphyteuticus. disp. 381. nu. 6
censualis contractus in quibus differat ab emphyteusi. disput. 381. nu. 3
censualis contractus multiplex. disp. 372. nu. 1
censualis contractus quando dicatur emptio. disp. 383. n. 2
censualis contractus quomodo nullus iudicatur ex clausula secunda bullæ Pij V. disp. 390. nu. 2
censualis contractus realis cum pacto de retrouendendo similis contractui vsurario. disp. 385. nu. 1
Et quomodo intelligatur. nu. 14
censualis contractus reseruatiuus quomodo iudicandus. disput. 381. nu. 8
censui reali quid correspondeat, & quid personali. dis. 383. nume. 4
censu ista quid, & quid censuarius. disp. 383. nu. 12
census ad certum numerum annorum minori pretio, an licitus, & quando. disp. 386. nu. 1. & seq.
census an debeatur ex domo de nouo constructa super fundo, in quo erat domus vetus dirupta, subiecta censui. disput. 344. nu. 3
census an possit redimi, & extingui etiam in alijs rebus loco pecuniæ quibus dominus contentus sit. disp. 394. numero 7
census ante bullam Pij V. aut vbi recepta non est, quomodo validi iudicandi. disp. 390. nu. 3. 5. 7. 9. & 11.
census ante bullam Pij V. creati quomodo iudicandi liciti. disp. 389. nu. 6
census communis quid. disp. 372. nu. 4
census consignationis quid. disp. 383. nu. 1. & seq.
census constitutus in certis prædijs determinatis, habet se ad instar seruitutis. disp. 385. nu. 8
census contractus post publicationem bullæ Pij V. multos menses ab ignorantibus celebrati, quando validi sint. disput. 393. nu. 3
census creati, ante bullam Pij V. quoad clausulam decimãtertiam, & decimamquartam quomodo validi iudicandi, etiam in Castellæ Regno. disp. 392. nu. 5.
census creati ante clausulam septimam bullæ Pij V. vel vbi non est recepta, quomodo validi. disp. 391. nu. 2. 4. 6. & 8



Digitized by Google

Et quid de iure Castellæ. nu.7
Census debitor ad quid censeatur teneri per clausulam decimam bullæ Pij V. disp.391.nume. 12
census dominus in venditione rei, an præferatur etiam habentibus ius retractus.disp.394. nu.8
census in prælio aliquo si vendantur, an deduci possit in pactú,vt si præsidium vendatur dominus census pro eodē pretio præferatur cæteris emptorib.si velit.disp.372. n.6
census integrè potest exigi a quocunque possidente partem rerum censui subiectorum.disp.383. nu.9
census irredimibiles non sunt in bulla Pij V. comprehensi. disp.393. nu.4
census mere personalis ex natura rei constitui potest super personam.disp.387.nu.6
census obligatio vna cum re expirat,ipse re perempta. disp. 387.nu.11
census omnes reales irredimibiles, an censeantur sublati per clausulam nouam bullæ Pij V. & solum redimibiles sint ad nup.disp.391. nu.9
census pensio,an reditus inter bona immobilia computantur.disp.383.nu.10
census perpetuus cum pacto de retrouendendo, vt sit licitus,quæ conditiones requirantur.disp.389. nu.1
census perpetuus,& irredimibilis plus valet quàm redimibiles.disp.393. nu.2
census personalis duplex. disp.383. nu.5
census personalis perpetuus pro minori pretio quam sit quantitas pensionum,ex quib.capitibus iustificari possit, vt sit licitus.disp.387. nu.7
census personalis pót licitè lege statui.disp.387.nu.2.& 12
census personalis quando emptori perire dicatur, disputat. 387. nu.13
census personalis si pereat cum persona & bonis soluentis, quomodo pereat etiam emptori. disp.386. nu.4
census quando imponi possit in re aliena. disp.394. nu.9
censu reali in aliquo prædio constituto,quos effectus potest adhiberi hypotheca aliorum bonorum.disp.387.nu.8
census reales irredimibiles quare semper in Ecclesia iusti sunt iudicati iuris doctis. disp.391. nu.10
census realis perpetuus pro minori pretio, quam latitudo pensionum licitus.disp.386. nu.3
census realis quando in aliquo prædio constituitur, simul resultat obligatio mere personalis ad eum soluēdum pro se,& successoribus suis.disp 387.nu.4
censeo realis quid,& an idem sit cum seruitute. disput.385. nume.10
census realis quid,& in quo differat a personali cum hypotheca,disp.383.nu.6
census realis quomodo licitus. nu.6
census realis si collocatur in aliquibus prædijs determinatis,an prædijs peremptus, dicatur etiam census peremptus.disp.383.nu.7
census realis frematur soluendus quotannis,siue prædium, in quo est collocatus,fructus eo anno ferat, siue nó, quot modis licitus sit.disp.385.nu.13
census redimibilis in regno Castellæ, an emi possit minori pretio,quā ad rōnē quatuordecim pro vno. disp.393.n.1
census redimibilis quid.disp.374. nu.2
census redimibilis semel constitutus, an possit licitè emi minori pretio,quam ad rationem quatuordecim pro vno. disp.393.nu 3
census redimibilis,vt possint per partes etiam magnas redimi,in Hispanijs non seruatur.disp.393. nu.8
census reseruatiuus quid.disp.381. nu.2
census si ematur in re non libera, an pensiones licite recipiantur.disp.394. nu.4
Et quid de iure Castellæ.ibid. nu.5
census si in pecunia soluatur,non videtur differre, a mutuo quo vltra sorte aliquid pecunia soluitur. disp.385. nu.3.
Intelligе tamen, vt nu.17
census,si in pecunia soluatur potest vendi, alias erit permutatio,aut alius contractus innominatus. disp.383. nu.11
Et quid in Castella,& Lusitania seruatur. ibid.
census soluitur de re propria,pensio verò de aliena. disput. 381.nu.4
census tā realis quàm personalis quotuplex. disp.383. n.13
censum vendens,an possit dare parte pretij cuidam tertio, vt soluat partem pensionis, quæ ei parti pretij respōdet. disp.394.nu.2
census venditio an iusta sit,quid attēdendū. disp.383. n.10
census vitalitius quid.disp.383.nu.13
census vnde dictum.disp.381.nu.1
census vt redimi possit per partes, ita grauamen est, sicut cum per totum.disp.393. nu.6
census,vt redimi possit per partes,non venit ex natura pacti de retrouendendo,sed est specialiter cum pactum deducendum.disp.393.nu.7
cessio bonorum locum habeat pro debito proueniente ex delicto.disp.572.nu.17
Et quid de iure Castellæ,& Lusitaniæ.nu.18
cessio bonorum antequam fiat,quid præcedere debeat. disput.272.nu.5
cessiones actionum,quæ solent fieri a creditore debitori in integrum debitum soluenti, aduersus correos,a legislatoribus inuenta sunt.disp.544.nu.8
cessione bonorum renuncians,cum iuramento, an credere bonis possit in euentibus a iure permissis.disp.572. n.19
cessionis exceptio tantum prodest debitori, qui bonis cessit,cum autem fideiussori.disp.572. nu.10
circunstantiæ,ex quib.contractus iustus dicatur, secundum quem statum attendendus.disp.360.nu.5
ciuitas in bonis eius administratorum tacita habet hypothecam.disp.536. nu.8
ciuitatis nomine etiam oppida intelliguntur nomine. disp. 300. nume.1
clausula decimatertia,& decimaquarta,cum earum dispositionibus declarationibus,& effectib. dis.392. n.4. & 5.
clausula prima,seu conditio bullæ Pij V.& eius effectus,& declarationes.disp.389. nu.3
Et quid de iure Lusitano,& Castellæ.ibid. nu.4
clausula ratio manente pacto,quid operetur. disputat.556. nume.14
clausula secunda,seu conditio bullæ Pij V. quid operetur cum eius declarationibus. disp.390. nu.1
clausula respectiua,seu conditio bullæ Pij V. & eius effectus,& declarationes.disp.391. nume.1
Item octaua,& nona.nume.3. & 5.
clausula,seu conditio decimaua,& eius effectus, & declarationes bullæ Pij V.disp.391.nu.11
Item clausula vndecima. nume. 13
clausula,seu conditio duodecima bullæ Pij V.cum eius declarationibus,& effectibus.disp.302.nume. 1
clausula,seu conditio,vt census per partes redemi possit,an sit necessario addenda ad bullam Pij V.vt census redimibilis vsurarius,aut iniustus non sit.disp.393.num.5
clausula tertia bullæ Pij V.& eius effectus, & declarationes.disp.390.uu.4
Item clausula quarta,quinta,& sexta cum earum effectibus,& declarationibus.ibid.nu.6.8.& 10.
Et quid circa clausulam sextam de iure Castellæ.ibidem nume.12
Clement.1.de reb. eccles. non alienand. quomodo intelligendo.disp.467.nume.4
clerici an vendere frumentum teneantur pretio lege taxato.disp.364. nu.14
clerici artificio aliquo vti possunt,vt inde vitam eorum sustentent,nisi artificium turpe, ac sordidum, & indecens sit.disp.342.num.13
clerici conducere possunt prædia, ad eorum sustentationē, non autem & lucrum faciat.disp.342. nu.15.
clerici emere possunt necessaria, & vendere superflua ex redditibus eorum.disp.342.nu.11
Imò licet aliquid vilius emerint, non animo reuendendi carius,pñt accrescēte pretio vēdere carius,& lucrari.ibi.
clerici,& religiosi, an negocia mere lucratiua possunt per alios exercere.disp.342.nu.10



Digitized by Google

Clerici negotiantis non sunt exempti a tributo. d. 342. nu. 5
clericus, & religiosus simpliciter sit interdictus sub culpa lethali aleatū ludus, siue aliqua modificatione, seu declaratione. disp. 521. num. 6
clerici siue ecclesiastici emere licitè possunt aliqua, quæ in aliud commutant, ac casus vendant. disp. 342. num. 24
clericus, & religiosus potest esse depositarius. disputat. 525. numer. 3
clericus in quibus officijs vilioribus, si ea exerceat, amittitur priuilegium, & in quib. non. disp. 342. nu. 9
clericus priuilegium habet, ne in carcerem pro debito ciuili detrudi possit, etiam si illud commode soluere posset. disp. 571. nu. 12
Et quid de clericis cōiugatis ea dispositione concil. Trid. ibid. nu. 11
Declara tamen, & limita, & num. 14. & 15
Et quid si renunciet priuilegio c. Odoardus cum iuramento, an sibi præiudicet. nu. 16
clericus, si rem vendidit laico, tenetur coram iudice seculari eum defendere, coram quo fuit mota. disputa. 380. nume. 11
clericus, vel ecclesiasticus, vt ob negociationē priuilegium amittat quot sint necessaria. disp. 342. nu. 4
clericus vsurarius etiam iure canonico est infamis iure deponendus ab officio, & beneficio, & repellendus ab obtinendo. disp. 334. nu. 5
colonus ob prauam culturam, fundum se vineam deteriorē reddens, ad fructus ferendus in tempus futurum, ad quid locatori teneatur. disput. 494. nu. 13
coloni perseuerantes colere terras ecclesiæ sub vniformi pensione, per tempus ad præscribendum habile non potest expelli ab alijs emphyteutis ab eadē ecclesia inuestitis diuersis temporibus. dispu. 449. nu. 11
Imo in perpetuum emphyteuta iudicandus est, nu. 12
Limita, & declara, vt num. 24
colonus quomodo possit se tueri præscriptione aduersus proprietarium, vel emphyteutam. disp. 449. nu. 8
colonus, vt perpetuus emphyteuta pronuncietur, quot probare debeat. disp. 449. nu. 23
commodans quando teneatur ad damna commodatario subsequuta. disp. 294. num. 16
commodanti superuenies detrimentum in re commodata est sufficiens causa ad reuocandum commodatū. ibi. n. 9
commodata, res quando mittitur ad commodantem per aliam personam, quam ab eo designatam, cuius periculo pereat. disput. 296. nu. 9
commodata res si sit duob. quando quilibet teneatur insolidum. disp. 297. num. 8
commodata res sit tradita nuncio antequam per creditorē significetur, vt eadem tradantur, periculo perit debitoris. disp. 296. nu. 8
commodata res tradita nuncio ad eam deputato, periculo perit creditoris, alias secus. disput. 236. nu. 7
commodatarius ad quas expensas reo commodatæ teneatur. disp. 297. num. 5
commodatarius constitutus in mora non solum tenetur rē restituere, sed etiam ad valorem illius. disp. 297. num. 2
commodatarius de qua culpa teneatur, ad restitutionem totius rei acceptæ. disp. 295. nu. 6
commodatarius etiā ex leuissima culpa a mora constitutus, tenetur ad omnia damna etiā lucri cessantis. d. 297. nu. 3
commodatarius ex impotentia implendi cōtractū in mora constitutus, quib. casib. ad interesse teneatur. disp. 297. n. 4
commodatarius potest præferre res suas pretiosiores, reb. sibi commodatis vilioribus. disput. 296. nu. 5
commodatarius quando censeatur esse, non restituendo tē commodatam. disput. 297. nu. 1
commodatarius quādo teneatur etiam de leuissima culpa. disp. 295. nu. 1
Quando item de leui lata, & de dolo. ibi. nu. 2
Fallit in precario, in quo tantum venit dolus, aut lata culpa. ibid.
commodatarius quibus casibus teneatur rem suam viliorē compensare cum re commodata pretiosiori. disput. 296. num. 3
commendatarius quo casu non teneatur rem restituere, sed tantum æstimationem vsus. disp. 295. nume. 5. & 8
Item quo casu eam retinendo, neque peccasse dicatur. ibid. nu. 6
commodatarium regulariter non tenetur de casu fortuito. disp. 295. num. 4
Fallit tamen, vt ibid.
commodatarius si non adhibeat exactissimam diligentiam in re commodata custodienda, de leuissima tenetur culpa. disp. 295. num. 22
Secus in deposito locato, & similib. in quib. sufficit illa diligentia quæ communiter adhiberi solet. ibid. nu. 24
commodatarius tenetur de dolo si in communi periculo res suas omnes saluet, & commodata omittat. disp. 296. nu. 1
Idē in precario, & commodato ad vtilitatem solius commodantis. ibid.
commodatarius tenetur præferre rem commodata pretiosiorem suæ propriæ viliori. disp. 296. num. 2
commodatarius tenetur præferre res commodatas suis propijs, si æque prætiosę sint. disp. 296. nu. 6
commodatarius vtendo re commodata ad aliud quam cōmodata est, contra domini voluntatem, vel fines vsus excedendo, furtum committit. disput. 295. num. 7
commodato definitio, & ethymologia. ibid. nu. 1
commodati materia, quæ. ibid. num. 2
commodatum, & donatio in quibus differant. ibid. num. 10
commodatum, & precarium inter lucratiuos contractus connumerari. dispu. 299. num. 1
commodatum propriè repeti non potest ante tempus completū tacitè, vel expresse, pro quo fuit concessū. ibid. n. 6
commodatum quādo reuocari possit ante tempus ad vsum concessum. ibid. num. 9
commodatum quot modis sumatur. disp. 294. nu. 3
commodatum, vt a precario distinguitur quid. ibid. num. 4
communitates si habeant inter se terminos communes, non coguntur stare in communiore. disputat. 414. nu. 16
commutatio æqualis pro æquali ex natura rei licita est. dispur. 410. nu. 2
compensari debitum in diem, vel sub conditione quando possit cum debito pura. disp. 569. num. 19
compensatio ad quæcunque debita opponi potest. disputat. 560. num. 13
compensatio ciuilis debiti cū debito naturali, nec non, & retentio debiti naturalis soluti, conceditur. disp. 257. nu. 3
compensatio est exceptio, & non actio. disp. 560. nu. 5
compensatio in commodato quando locum habere possit. disp. 297. nu. 7
compensationem quando opponere possit, absentem defendens sine mandato. disp. 566. nu. 18
compensationi res iudicata quando obstet, vt opponi non possit. disp. 560. nu. 20
compensationis exceptio an competat etiam quando quis se obliganit cum iuramento debitum solutum. disp. 560. nume. 9
compensationis exceptio opponi potest etiam coram iudice delegata. disp. 560. nu. 11
compensationis exceptioni quib. casib. locum habet. disput. 560. nu. 6. 7. & 18
compensationis exceptio quibus casibus non admittatur. disp. 560. nu. 12
Et quid de iure Castellæ, & Lusitaniæ. ibid.
compensationis renunciatio, an & quando valida sit. disp. 560. nu. 8
compensatio quando habeat locum, & quæ in ea requirantur. disp. 560. num. 14. & seq.
compensatio quare iure ciuili introducta. disputatio. 560. nume. 2
compensatio quibus casibus statui censeatur facta licet non sit petita, neque vllā facta protestatio. disp. 560. nu. 3
compensatio quib. in rebus locum habere dicatur. disput. 297. nu. 6



Digitized by Google

cõm pensatio.quid.disp.560.nu.1
compensatio quot, & quibus casib.locum non habeat.disp. 560.num.21
compõsatio sterilitatis cũ vbertate,vt locum habeat, quanta esse debet vbertas præcedentium,vel sequẽtium annorum.disp.495.nu.10
compositio aliquid & quotuplex,& est generalior trãsactione.disp.556.nu.5
compromissum in aliquem tãquam arbitrum, aut arbitratorem, quando censeatur.disp.415.nu.7
compromissum quid,& rationem habet transactionis.disp.556.nu.6
condemnatus ad certam pecuniæ summã soluendam, an si statim eam non soluit,teneatur ad annum censum donec eam soluat,non obstante bulla Pij V.disp.394.num.1
conditio indebita quibus in casibus locum non habeat. disput.569.nu.1
conditio,an modus sit, id quod apponitur in maioratu, est valde attendendum.disp.285.nu.5
conditio apposita, seu grauamen in donatione in fauorem tertij, an possit donante remitti antequam ab illo tertio acceptetur,vbi tenet cum Bart. & magis communi. disp. 265.num.8
Et quid si tertius ille esset ecclesia,vel plus locus. ibi. n.9
Item quid de iure Castellæ.ibid.nu.10
conditio de futuro non determinata ad vnum apposita in donatione,stipulatione,aut promissione,quando suspendat,& quando non.disp.185.nu.5
conditio impossibilis apposita donationi causa mortis, habetur pro non apposita.disp.285.nu.4
conditio impossibilis in donatione causa mortis, & alijs, quæ morte confirmantur,habetur pro non apposita. disput.288.nu.8
conditio impossibilis quando non habeatur pro non apposita.disp.284.nu.2
conditio in alterius commodum apposita, in contractibus non habetur pro impleta, licet secus in vltimis voluntatibus.disp.185.num.10
Declara tamen,& intellige.vt ibid.
conditiones omnes semper implendæ sunt, iuxta formam expressam,nec sufficit æquipollens.disp.285.nu.7
conditiones requisitæ in contractu census redimibiles in extrauagantib. Martini V. & Calixti III. reperiuntur. disputat. 389.nu.2
conditioni indebiti,& sine causa, & omni legum auxilio renuncians,an possit repetere indebite solutum . disp. 569. nume.8
Et quid si renunciauit cum iuramento.ibid.num. 9
conditio non impossibilis determinata ad vnum quomodo non suspendat dispositionem.disp.285.num.1
Declara,vt nu.5
conditio non transitoria ad hæredes,vt impleatur,quęnam sit.disp.285.nu.6
conditio ob causam quomodo locum habeat.disputat.270. num.1
conditio potestatiua negatiua sub qua forma promissionis intelligatur.disp.285.num.9
conditio sine causa,quibus casibus competat.disp.568.nu...
conditio, vt qui nunquam matrimonium contraxit, in posterum etiam non contrahat,vitiat contractum, cui apposita est.disp.285.nu.11
conducens operarium ad certum totum opus conficiẽdum, quod casu aliquo fortuito nõ potuit perficere,tenetur illi vel eius hæredibus soluere de mercede pro rata eius, quod fecit.disp.494.nu.17
Limitatur tamen,vt num.18
conductio quibus personis prohibita, etiam de iure Castellæ,& Lusitano.disp.488.nu.2
conductio vestiariorum antiori pretio anticipata pecunia, quam speretur redditura,an vsum sit,cum onere restituẽdi prout aliquando fit in episcopatu Cõchensi.id.501.n.2
conductor ad expensas rei conductæ tenetur iuxta consuetudinem loci, nisi aliud actum sit,& idem in locatore dicendum.disp.496.nu.1
Et quid, si non sit consuetudo,ad quas ambo teneantur, disp.496.nu.2.vbi ad plenum.
conductor an cessante bello, & alio periculo rei, teneatur continuare rem conductam.disp.493.num.4
conductor,colonus,& inquilinus,quot nominib. Hispaniç, & Lusitaniæ vocentur.disp.486.nu.5
conductor compensare potest vtiles expensas in mercede debita pro re conducta,ex communi.disp.496.nu.3
conductor domus non reddens certiorem dominum de vicino nouum opus ædificante, vel de domo vicini ruinam minante,in præiudicium domus conductæ,tenetur domino ad interesse. disp.494.nu.14
conductor expulsus a successore bonorum locatorum, an possit agere ad interesse aduersus hæredes locatoris. disput.491.nu.6
conductor locatione finita, qua pęna puniatur, si rem non restituat.disp.498.nu.1
Et an idem sit in commodatario, & depositario, & alijs similibus,ibid.nu.2
conductor locatori tenetur de dolo lata culpa, ac leui, non autem de leuissima.disp.494.nu.1
Idem in locante operas suas,ibid.nu.2
Fallit,nisi aliud inter partes conuentum sit. ibid. nu.3
conductor locatori tenetur non solum de sua propria culpa,sed etiam suorum,& externorum.disp.494.nu.4
conductor potest rem sibi locatam retinere, quousque expensæ factæ in re conducta sibi soluantur. disp.496.nu.6
conductor,quando ob sterilitatem quacunque causa prouenientem,liberetur a solutione pensionis.disp.495.nu.1
conductor,quando teneatur de damno in prædio conducto illato ob inimicitias.disp.494.n.15
conductor quando teneatur de igne, in re conducta casu fortuito accenso.disp.494.num.7
conductor renuncians casibus fortuitis,an censeatur etiam insolitis renunciare.disp.455.nu.12
Et quid si talis renunciatio iuramẽto confirmet.ibi.n.13
conductor secundus non tenetur actione personali,sed tantum ei,qui rem sibi sublocauit.disp.489.nu.3
conductor vsufructuarij an repetere possit expensas a proprietario factas in re locata, & ad ipsum proprietarium per mortem vsufructuarij deuoluta.disp.496.nu.5
conductor vt a solutione pensionis liberetur, propter periculum rei,quid sufficiat.disput.393.num.3
conductor,vt possit allegare perseuerantiã in re locata post locationem finitã,quantũ tẽpus requiratur.d.498.nu.10
confessariorum interrogationes, circa vsuras, iuxta quas regulas fiendę.disputa.305.nu.4.& seq.
confessariorum instructio in materia cãbiorum . d.410.n.9.
confessio dotis receptæ facta ante matrimonium,vel in ipsa matrimonij celebratione,elapsaque sint tempora ad excipiendum, non solum præiudicat creditoribus ipsius mariti, sed etiam vxor præfertur illis in ea dote. d.440.nu.4
Declara tamen,vt ibid.
confessio dotis receptæ quando post matrimonium contractum habet vim donationis,nihil refert,an sint elapsa tẽpora exceptionis dotis non numeratæ,an non. disp.439. nume.12
confessio dotis receptæ si fuit facta a marito constante matrimonio,quando noceat conditoribus , & quando non. disput.440.num.6
confessio dotis si probetur fuisse facta in fraudem,nunquam nocebit creditoribus mariti.disp.440.nu.2
confessio sola mariti dotis receptæ non præiudicat creditoribus ipsius mariti,nisi cum ea sint elapsa tempora exceptionis opponendę non numeratæ dotis,vel illi renũciatum.disp.440.nume.3
coniugum alter si aliquid in partem sui capitalis attulit, qđ bona fide possidere cæperat, sed constante matrimonio pręscriptio illius fuit completa,an ad lucra communi spectet.disp.433.num.7
consanguineus an possit retrahere rem patrimonialem , simul venditam cum alijs non patrimonialibus vnico pre-




Digitized by Google

tio.disputat.370. num.16
Consanguineus propinquior,an possit ante terminum elapsum compelli,vt respondeat,num velit retrahere. disp. 320.num.14
consanguineus propinquior non potest vnam rem retrahere,sine alijs,qñ vnico pretio venduntur. disp.370. nu.15
consanguineus proprietarij, qui rem vendidit vsufructuario,præfertur eidem in iure retractus.disp.371. nu.9
consanguineus proximior an possit retrahere rem venditam remitiori propinquo.disp.370. nume.12
consanguineus proximior hæres existens venditori prædij suorum maiorum,intra terminum a iure concessum, an habet ius retractus.disp.370. nu.10
consensus expressus idem est, quod collaudatio, & approbatio.disp.468. nu.6
consensus partis in donatione filij causa mortis, ob quam causam sit necessarium.disp.288. nu.25
consensus solus patris non sufficit in donatione causa mortis facta per filium patri.disp.288. nu.26
consilium pro muliere, quæ contrahit matrimonium cum alienigena.disp.443.nu.3
consors,seu comparticeps si concurrat cum consanguineo consortis vendentis in retractu,pfertur illi.disp.371. n.7
Declara tamen,& intellige, vt ibid.
consortes plures vnius rei pro indiuiso, si reperiantur,vnus eorum,si vult,potest petere diuisionem,alijs inuitis. dis. 414.nu.17
consortis nomine,seu habentis rem cum aliquo pro indiuiso,qui intelligantur venire. disp.371. nu.8
consuetudo multorum locorum in materia cambij,& bancariorum partim approbata,& partim reprobata. disp. 409.nu.7. & seq.
consuetudo taxandi pretium rei certo tempore,quæ approbanda,& quæ non.disp.365. nu 8
consulens aliquid,fieri ad quid teneatur ei,qui tale exequutus fuit consilium.disp.549. nu.2
consulens maleficium qua pœna puniatur. disp.549.nu.8
contractum quibus casibus vitiat inuoluntarium mixtè. disput.326. nu.9
contractus assecurationis si non exigatur tanquam conditio sine qua mutuans, non vult mutuare, sed mutuatarius sua sponte illum fuit,nulla interuenit in eo vsura.disput.318.nu.3
contractus celebratus ante duos menses a legis publicatione irritantis contractum,ab habente notitiam illius, quãdo sit nullus,etiam in foro conscientiæ. disp.395. nu.5
Et quid de iure Lusitano. nu.6
contractus conditionalis conditione impleta,retrotrahitur ad tempus,quo fuit celebratus.disp.337. num.11
Limita tamen,& declara,vt nu.12
contrahés cum vsurarij, & alijs similibus,& ab eis scienter rem alienam accipiens, tenetur eam restituere proprijs dominis, si debitor eam non restituerit, si vero ignoranter,tenetur,si eam habeat,alias quantum ex illa fuerit locupletior effectus.disp.330.nume.3
contractus de iure Castellæ, quando censeatur suspensus, vt scriptura perficiatur.disp. 397. num.8
contractus diuisione multæ.disp.259. nu.6
contractus duplex in cambio de loco ad locum interuenit. disp.403.nu.7
contractus,& pacta quando pariant obligationẽ, & actionem ciuilem.disp.255. nu.1
contractus feudi,& emphyteusis quibus cõditionibus instituti possint.disp.323. nu.4
contractus fieri in ecclesijs quomodo licitum. disput.344. nume.3
contractus improprij, quasi contractus dicti, alia exempla varia,ex quibus oritur negociorum gestorum actio. dis. 555. num.3
contractus in dubio,an nominatus sit,vel innominatus,cẽsetur innominatus.disp.253. num.8
contractus in Lusitania celebratus, qualem probationem requirat.disp.260.nu.2
contractus innominati negatiui reducuntur ad affirmatiuos,& compositi ex multis resoluuntur in simplices, ex quibus constant.disp.254.nu.7
contractus innominati regulandi, ac iudicandi sunt iuxta eos nominatos contractus,quibus magis similes sunt.disput.253. nu.9
contractus innominatus quid.disp.253. nu.3
contractus innominatus quomodo transeat,in contractum nominatum.disp.556. nu.8
contractus innominatus stipulationis forma vestitus,transit in contractum nominatum.disp.213. nu.5
contractus latius adhuc, & minus proprie quid. disp.252. nume.10
contractus latius quid.disp.252.nu.6
contractus medietatis bonorum inter coniuges, & arrharum,& dotis,dicuntur societatis.disp.422. nu.1
contractus medietatis bonorũ inter coniuges est proprius Lusitaniæ.disp.422.nu.2
contractus mixtus ex censu reali & personali,quis dicatur. disp.387.nu.9
contractus nominati ab innominatis, necnon pacto nuda a vestitis,quo iure non differebant.disp.257. nu.2
contractus nominatus quid.disp.253.nu.1
contractus non potest celebrari per eum, qui vsu caret rationis.disp.261. nu.1
contractus omnes stricti iuris dicuntur, qui non sunt enumerati inter contractus bonæfidei, prout de actionibus dicitur.disp.259. nu.2
contractus pignoris, & hypothecè latè quid, & quid præstse. disp.528.nu.4. & 5.
contractus quid consensu perficiantur, & qui scriptura, & qui verbis.disp.254.nu.1.& 3
contractus quidã bonæfidei,alij stricti iuris.disp.259. nu.1
contractus quidam quomodo cognoscantur ad locatum,& conductum pertinere.disp.504.nu.1.& 2
contractus quid.disp.252. nu.3
contractus quilibet,an vsurarius sit, vel ne, quomodo cognoscatur,regula traditur.disp.303.nu.8
contractus quilibet iuxta leges, & consuetudinem loci celebratus censetur.disp.260. nu.1
contractus qui re perficiantur, & quid in eis attendendum. disp.254. nu.13
contractus,qui solet fieri Hispali causa mercium, & negociationis,quo nomine nuncupari potest, & quando licitus sit.disp.507.nu.8
contractus qui solo consensu perficiuntur etiam si ex interuallo consensus vnius sequatur, validè perficiuntur. disput.254.nu.6.
contractus, quo quis securam reddit vitam alicuius vsque ad certum tps,pro pretio aliquo,validus est. dis.507. n.7
contractus respectiui qui,& qui non respectiui.disput.253. nume.4
contractus,seu actiones bonæfidei in quibus differant a cõtractibus,seu actionibus stricti iuris. disp.259. nu.3
contractus si suspendatur,vt scriptura perficiatur, ante illa completam non perficitur, & quando arrha amittatur. disp.254. nu.12
contractum innominatorum quatuor genera.disp.253.n.6
cooperans parti accipienti ad vsuram, ad nullam restitutionem tenetur.disp.331. nu.2
creditor accipere potest a fideiussore moderatum pretium, vt fideiussorem ab ea obligatione liberet. disputat. 319. nume.3
creditor ad quid teneatur in illis casibus, in quibus non tenetur de euictione pignoris vendito.disp.538. nu.29
creditor an teneatur in debito computare fructus,qui ex pignore percipere potuit, & non percepit. disputat.535. nume.7
creditor anterior quando possit agere aduersus posteriorem creditorem ad pecuniam ei solutam per debitorem. disp.536.nu.27
creditor cogi non potest vendere pignus sui debitoris. disput.538.nu.5

Tenetur

Digitized by Google

Tenetur tamen illud exhibere præstita debita, cautione ab ipso debitore. ibid.
Creditor consentiens alienationis rei sibi hypothecata censetur remisisse ius pignoris, vel hypothecæ. disp. 537. nu. 2
Immo si consentiat, vt eadem res obligetur posteriori alicui creditori. ibid.
Sed an in dubio, & absolutè censeatur remisisse totum ius an verò solum comparatione creditoris illius cui consensit. ibid. nu. 3
creditor consentiens alienationis rei sibi hypothecatæ, cum protestatione quod sibi saluum maneat ius suum, nō censetur ius hypothecæ remisisse. disp. 537. nu. 9
Idem si consentit venditioni cum conditione, vt de pretio debitum solueret. ibid. nu. 10
creditor consentiens alienationis rei sibi hypothecatæ, quæ non fuit secuta, non censetur remisisse ius pignoris. disput. 537. nu. 13
Idem in alienatione ficta, vel si alienatio non fuit valida. ibidem.
Idem quando creditor esset minor, qui consensisset alienatione, ibid. nu. 14
Idem in procuratore generali ipsius creditoris consentiente rem hypothecæ subiectam alienari a debitore, vel eius procuratore. ibid. nu. 15
Secus tamen econuerso, si creditor consensu procuratori generali debitori. ibid.
creditor consentiens alienationi rei sibi hypothecatæ, quæ postea ex alia causa ad eundem debitorem peruenit, non recuperat hypothecam: secus tamen si ex eadem causa. disp. 537. nu. 16
creditor consentiens in vnum actum alienationis, an censeatur consentire in quemcunque alium. disp. 357. nu. 11
creditores duos habentes hypothecam in aliqua re si illā a debitore emanant, censetur sibi inuicem hypothecam remisisse. disp. 537. nu. 4
creditores mariti post litem contestatam, an semper opponere possint exceptionem non numeratæ dotis contra vxorem, vel eius hæredes. disp. 440. nu. 1
creditoribus pluribus vnius debitoris, quo ordine sit satisfaciendum, vbi longa distinctio. disp. 536. nu. 29. & 30
Et quid de iure Lusitano, & Castellæ, ibid. nu. 31. & 32
Et quomodo creditoribus personalibus, qui non habent ius prælationis sit facienda solutio. ibid. nu. 33
creditor in euentibus, in quibus de euictione tenetur, ratione pignoris venditi, tenetur etiam ad interesse. disputat. 538. nu. 30
creditor in pignore victo, quando habeat recursum aduersus debitorem. disp. 538. nu. 31
creditoris negligentia in exigendo debitū a principali quādo prosit fideiussori, ad eum liberandum. disp. 546. n. 13
creditor non computans fructus pignoris in debitum vsuram committit. disp. 535. nu. 5
Quod ampliatur, etiam in pignore prætorio, & iudiciale. ibid. nu. 6
creditor per pactū de vendendo, non potest pignus vendere, antequā debitor sit in mora soluendi. disp. 598. nu. 2
creditor personalis non tenetur sibi a debitore solutum, alijs creditoribus contribuere, etiam in conscientiæ foro. disp. 536. nu. 34
Intellige tamen, & declara. vt ibid.
Idem dicendum in creditore personali, qui prius in iudicio obtinuit sententiam pro se, & executioni mandauit. disp. 536. nu. 35
Et quid in eo seruatur qui missus est in possessionem bonorum debitoris ex primo decreto. ibid. nu. 36
Et quid de iure Lusitano. nu. 37
creditor pignus possidens per sententiam, an ponere possit a iudice, vt præscribat certum terminum debitori, ad illud recuperandum, ne cogatur computare fructus illius in sortem. disp. 538. nu. 18.
creditor posterior in prædio ex eius pecunia empto, quam mutuauit creditori, vt illud emeret, & sibi hypothecatū esset, præfertur omnibus alijs creditoribus anterioribus ipsius debitoris. disp. 536. nu. 16
Idem in creditore, qui mutuo dedit, vt ædificiū aliquod reficeretur. ibid. nu. 17
Idem in eo, qui pecuniam dedit ad nauim erruendā, vel instruendam. ibid. nu. 18
Idem etiam in eo, qui dedit pecuniam, in conseruationē rei alteri obligatæ. ibid. nu. 19
Fallit tamen, vt tales creditores non præferantur in hypotheca vxoris. ibid. nu. 20
Declaratur hæc limitatio. vt nu. 21
creditor posterior quando agere possit aduersus debitorē, vt rem aliam idoneam hypothecæ sibi, & pignori subijciat. disp. 532. nu. 4
Item quando agere possit de crimine stellionatus. ibid.
creditor posterior, qui mutuo dedit pecuniam, qñ præferatur priori in eadem re sibi obligata. disput. 536. nu. 23
creditor posterior, scriptura publica, præfertur creditori anteriori scriptura priuata. disp. 536. num. 28
Cum declaratione tamen. vt ibid.
creditor potest sibi retinere pignus pro alio debito eiusdē debitoris, licet primo soluto pro quo erat pignus traditum. Quod idem est etiam in pignore prætorio, & iudiciale. disp. 535. nu. 12. & 13
creditor primus, qui ius habet prælationis, si vendat rem sibi hypothecæ subiectam, non potest a debitore, neque a posteriore creditore repeti, offerendo illi, vel emptori, pretium. disp. 538. nu. 17
Declara tamen & intellige, vt nu. 19. 20. & 21
creditor prior quando cogatur tradere rem sibi hypothecatam, & in solutū acceptam, seu emptam, secundo creditori similiter hypothecatam, oblato sibi pretio, vel debito. disp. 536. nu. 24
Idem in anteriori creditore, qui ratione priuilegij posterioris in tempore, efficitur posterior in iure. ibid. nu. 25
creditor prior, quod præferatur posteriori, quomodo intelligendum. disp. 536. nu. 22
creditor quando non teneatur ad pensionem domus in pignus sibi traditæ. disp. 535. nu. 8
creditor, quando pactum non adest, quo ordine procedere debeat ad pignoris venditionem sui debitoris, & quid de iure Castellæ. disp. 538. nu. 6
creditor quando possit ad venditionem pignoris procedere nulla facta denunciatione, & quid de iure Castellæ. disp. 538. nu. 2
creditor quando teneatur de euictione pignoris per eum venditi. disp. 538. nu. 28
creditor quo casu potest iurare in litem aduersus debitorē, vel tertium possessorem, rem hypothecatæ subiectam detinentem. disp. 534. nu. 9
creditor quo ordine vendere teneatur multa pignora sibi pro eodem debito specialiter, & generaliter obligata. disput. 438. nu. 23
creditor si cum debitore conueniat, vt ei debitum mittat per eū qui tale signū attulerit, & alius veniat afferens tale signū, cuius periculo debitū pereat. disp. 296. nu. 10
creditor si dolo vendit pignus minori pretio, quo poterit agere debitor ad interesse aduersus eum. disp. 538. nu. ..
Idem quando vendit pignus, seu ordine iuris seruato. disput. 538. nu. 26
creditor si ex fructibus pignoris debitum est consequutus, statim pignus efficitur liberum, etiam si ad aliorum manus deuenerit. disp. 535. nu. 4
creditor si inscio domino pignore vtatur ad suum commodo, furtum cōmittit quoad illius vsum, non tamen quoad rem ipsam. disp. 538. nu. 1
Quid autem si domino consentiente, dic, vt nu. 2
creditor subscribens se chirographo debitoris, vel alteri instrumento, quo profiteatur rem illam sibi non esse hypothecæ subiectam, censetur remisisse ius hypothecæ. disput. 537. nu. 5
Cum declaratione, vt ibid.
Item traditione instrumenti facta debitori per creditorem. ibid. nu. 6



Digitized by Google

Vel laceratione, seu cancellatione ipsius, ibid.
Fallit tamen, vt ibid.
Creditor tenetur etiam de leui culpa, ne fructus ex pignore percipiantur. disp. 320. nu. 2
creditorum, pars maior, debitoris defuncti remittere potest partem debiti, in præiudicium aliorum creditorum etiam, priuilegiatorum. disp. 572. nu. 12
Et quid de iure Castellæ obseruatur, nu. 18
cruzados in Lusitania antiqui cuius valoris. dis. 400. n. 14.
cruzados in Lusitania, hodie quomodo eorum lingua appellentur. disp. 400. nu. 15
culpa iuridica late quid. disp. 293. nu. 12
culpa iuridica quot modis summatur, ibid. nu. 11
culpa lata quid. ibid. nu. 18. & 21
culpæ latæ species quot, ibid. nu. 14. & 20.
culpa lethalis non facile iudicanda. disp. 344. nu. 4
culpa quando dicatur dolus, & ibid. nu. 15
culpa theologicè, ibid. nu. 10
culpa, vt à dolo distinguitur, quid. ibid. nu. 16
custodiam habens alicuius rei, pro certa mercede constituta, an teneatur etiam de leuissima culpa. disp. 494. nu. 19
custos rei quando teneatur de casu fortuito. disputat. 494. nume. 6
custos, vt non teneatur de custodia, seu leuissimè culpa, quid probare debeat. disp. 494. nu. 20

D

DAmna, & lucra, post contractam societatem omnium bonorum aduenientia, quando communia efficiantur. disp. 421. nu. 3
Et quid de damnis, quæ post matrimonium contractum aduenient. ibid. nu. 4
Damna rerum eodem modo æstimantur, sicut lucrum cessans. disp. 316. nu. 9
Damnum emergens duplex. disp. 314. nu. 3
Damnum emergens pecunia est æstimabile, & ob id aliquid vltra sortem absque vsura exigi potest. disp. 314. nu. 5
Damnum emergens quid. disp. 314. nu. 5
Damnum propriè quid. disp. 511, nu. 3
Damnum rei dotalis æstimatæ cum pacto, vt vel ipsa, vel æstimatio soluatur, ad vxoris electionem, ad solum pertinet virum. disp. 426. nu. 16
data animo trahendi ad aliquem finem, non possunt repeti, licet finis non sequatur. disp. 286. nu. 1
Declara tamen, & intellige, vt ibid.
datum pro expensis ad iter faciendum, an & quando repeti possit. disp. 570. nu. 3
datum si sit alicui, vt aliquid efficiat, quod remedium competat, si id non fit factum. disp. 570. nu. 5
debita ex debito cum debitis personalibus computantur. disp. 565. nu. 6
debita post societatem inter coniuges facta, quomodo, & per quem sint soluenda. disp. 424. nu. 6
debitor absens quando dicatur, ad hoc vt possit contra eũ procedi tanquam contumacem. disp. 545. nu. 3
Et quid de iure Castellæ, & Lusitaniæ, ibid. nu. 4
debitor ad aliquid faciendum, si id fecit, quod postea cognouit se non teneri, repetere poterit æstimationem eius, quod fecit. disp. 569. nu. 6
debitor cedere bonis, in omnibus casibus potest, in quibus pro ciuili debito detrudi potest in carcerem. disput. 572. nume. 1
debitor delegatus an censeatur astrictus creditori debitoris deleganris, etiam si postea comperiatur se nõ esse debitorem deleganti. disp. 559. nu. 17
debitor dubius in morte, an quid soluit, possit repetere, si probare potuerit, id non debuisse. disputatio 567. numero 6.
debitor emere rem suam non potest a creditore, quam si emat, non erit emptio, sed debiti solutio. disputatio. 538, nume. 24
Idem in creditore dicendum, quando vendit pignus, & postea illud ab emptore emit, vnde debitor potest illi pretium offerre, ibid.
debitor ex cessione bonorum, duo consequitur commoda. disp. 572. nu. 9
debitori quando reddenda sit res a creditore in pignus sibi data. disp. 535. nu. 9
Item quando ei concedatur iurare in litem aduersus creditorem, vt ei soluat damna, rei pignoratæ, ibid. nu. 10
debitoris bona creditori hypothecata, si vendantur, an debeatur tributum, si eorum pretium non sufficiat ad creditori soluendum. disp. 566. nu. 2
debitor offerens cum effectu creditori solutionem, liberatur a pęna, & damnis. disp. 564. nu. 5
debito principalis oĩa bona sua creditori hypothecans, an aliqd eorũ inuito creditore alienare possit. disp. 545. n. 19
debitor qñ in mora soluendi censeatur esse. disp. 538. nu. 3
debitor quando sit admonendus, vt soluat antequam contra eum agatur, vel personali, vel hypothecaria actione. disp. 534. nu. 4
debitor quas expensas soluere teneatur creditori, factas in re sibi pignorata. disp. 535. nu. 11
debitor quicunque cedere bonis potest, tam per se ipsum, quam per procuratorem, & tam solo verbo, quã per scripturam. disp. 572. nu. 3
Imò etiam antequam mittatur in carcerem, cedere bonis potest. ibid. nu. 4
debitor, qui vult cedere bonis, quas inducias petere possit, ad soluendum. disp. 572. nu. 11
debitor quo ordine detrudi põt in carcerem. disp. 571. nu. 1
Fallit nisi esset suspectus, de fuga. ibid. nu. 2
Item fallit nisi ad certum tempus se obligasset, alias detruderetur in carcerem, ibid. nu. 3
Item fallit in debitore fisci. nu. 5
debitor si cum creditore habeat plura debita, quod nam prius præsumatur soluisse. disp. 568. nu. 1
debitor si legat rem alteri hypothecatam, vel eam alienari in testamento prohibeat, non præiudicat creditori. disp. 538. nu. 22
Declara, & intellige, vt ibid.
debitor si stipuletur tertio certum quid dari eius creditori, valet stipulatio. disp. 264. nu. 17
debitor si vendidit rem hypothecæ subiectam cum consensu creditoris, sed nondum tradidit, vel tradita sit, sed ab emptore nondum sit pretium solutum censetur nihilominus remissum ius hypothecæ. disp. 537. nu. 12
debitor soluens vni ex suis creditoribus totum debitũ, eum præponendo alijs creditoribus anterioribus, an peccet, cũ ei nihil aliud satisfaciendũ remaneat. disp. 536. nu. 38
debitum cum fideiussore censetur prius solutum quam sine fideiussore. disp. 565. nu. 4
Item debitum antiquius, vbi debita æqualiter grauant debitorem. ibid. nu. 5
debitum & actio vendi possunt, & transeunt in emptorem actiones vtiles, & directæ. disp. 340. nu. 12
Itemque donari, & dari in dotem, legari, permutari, & alijs titulis concedi, ibid. nu. 12
Intellige tamen, & declara, vt nu. 14
debitum in tempus futurum, quando iustè debitor emere possit a creditore minori pretio anticipata solutione. disput. 361. nu. 2
Et quid, quando tertius emit a creditore, anticipata solutione, an iustus sit contractus. disp. 361. nu. 3
Et an idem sit in debito de præsenti, vel de præterito, nõdum tamen solutio. ibid. nu. 5
debitum pecuniarium duob. modis procedere potest in debito. disp. 572. nu. 15
debitum quid censeatur, quando aliquid alternatiuè, vel disiunctiuè debetur. disp. 569. nu. 5
debitum, seu ius, quod creditor habet, vt sibi in tempus futurum aliquid soluatur, duobus intelligi modis. disput. 361. nu. 1
debitum sine onere, & expensis exigibile, quãdo emi possit minori pretio, anticipata solutione. disp. 361. nu. 4



Digitized by Google

Debitum ſub conditione pendentem in futurum, per errorem ſolutum, repeti poteſt. diſp. 567. nu. 8
deceptio, & fraus quando in ludo iniuſta interuenire dicatur. diſp. 517. nu. 4. & 5
deceptio multiplex. diſp. 352. nu. 1
deceptus ſi velit ſtare contractui, decipiens quoque tenetur illi ſtare, non econuerſo, licet contractus ſit nullus. diſp. 352. nu. 8
decimæ perſonales ſunt de iure, licet de conſuetudine non ſoluantur, niſi in aliquibus locis. diſp. 387. nu. 3
decrementum alicuius rei ineſtimatæ, per alterum coniugũ in partem ſui capitalis allatæ, an reſarciendum ſit de cõmunibus lucris. diſp. 433. nu. 11
delegare quid. diſp. 559. nu. 5
delegatio vt valeat, quid requiratur. diſp. 559. nu. 6
delegatio, ſicut & mutuatio, fieri debet ſtipulatione. diſput. 559. nu. 7
deliberatio plena ad effectum validandi contractum, quæ dicatur. diſp. 267. nu. 3
denunciatio de pignore vendendo per pactum inter creditorem, & venditorem remitti poteſt, ſed non admonitio. diſp. 538. nu. 8
denunciatio quando neceſſaria non ſit ad effectum, vt venditor de euictione teneatur. diſp. 380. nu. 9
deponens pecuniam apud vſurarium, quo caſu ad reſtitutionem teneatur. diſp. 331. nu. 4
deponens quando alijs creditoribus depoſitarijs præferatur. diſp. 526. nu. 9
deponens ſeruum, ſciens eum eſſe furem, tenetur depoſitario de furto, & idem etiam ſi ignoret. diſp. 527. nu. 9
depoſita res reddenda eſt, vbi depoſita fuit, vel in loco, in quo reperitur, niſi dolo, vel culpa depoſitarij, ſit in alium locum translata. diſp. 526. nu. 2
depoſitarius non poteſt compenſare ſibi debitum eum re depoſita, neque exceptionem, ſeu retentionem opponere. diſp. 526. nu. 7
conceditur tamen ſibi actio depoſiti contraria pro expenſis in re depoſita factis. ibid. nu. 3
depoſitarius omnis eſſe poteſt, qui habet iudicium rationis, & etiam fœmina. diſp. 525. nu. 1
Et quid de iure Luſitano, & Caſtel. ibid. nu. 5
depoſitarius quando ſolutum teneatur de dolo, & lata culpa. diſp. 527. nu. 1
Item quando de leuiori, & caſu fortuito. ibid. nu. 2
Item quando de leui, non autem leuiſſima. ibid. nu. 3
depoſitarius quando teneatur etiam de culpa leuiſſima, ſed non de caſu fortuito. diſp. 524. nu. 8
depoſitarius in quo caſu reddere non teneatur incrementũ, ex depoſito factum. diſp. 402. nu. 4
depoſitæ rei vſus, & lucrum ſpectat ad depoſitarium quando depoſitum tranſit in mutuum, alias non, immo depoſitarius vtendo tenetur actione furti. diſp. 524. nu. 1
declaratur tamen, vt nu. 1
depoſiti dominium ad quem ſpectet, quãdo depoſitũ tranſit in mutuum. diſp. 523. nu. 4
Cum declarationibus, vt nu. 6
Et quid in ſequeſtro. ibid. nu. 5
depoſitum qñ tranſit in mutuum, an habeat locũ exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium. diſp. 523. nu. 3
depoſitum quid, & de quibus fiat rebus. diſp. 522. nu. 1
depoſitum quotuplex. diſp. 520. nu. 1
depoſitum reſtituere negans, condemnatur vna cum fructibus & intereſſe ad illud reſtituendum. diſp. 526. nu. 3
Immo ſi depoſitum fuit factum cauſa neceſſitatis, vt incendij, & ſimilium condemnatur ad duplum ſoluendũ. ibid. nu. 4
depoſitum ſtatim vt petitur, reddendum eſt, etiam ſi res fuerit depoſita vſque ad certum tempus. diſp. 526. nu. 1
Declaratur, tamen, & limitatur. vt nu. 5
depoſitum tranſiens in mutuum quando fiat. diſp. 523. n. 2
didrachma quid, & cuius valoris. diſp. 400. nu. 9
dies, aut terminus certus ſolutioni præſcriptus, conſtituit ſtatim eo tranſacto debitorem in mora, ſine ſpe aliqua purgationis. diſput. 564. num. 4
Declara, vt nu. 6
dies, & tempus quo caſu faciant conditionem proprie, & quando non. diſp. 284. nu. 5
dilatio ſolutionis pretij, quando poſſit eſſe circunſtantia, vt pretium iuſtum mercis accreſcat. diſp. 357. nu. 3
diligentia a conductore, vel alio ſimili adhibenda, quo modo intelligenda. diſp. 494. nu. 5
diſiunctiua appoſita in alicuius fauorem, quid operetur. diſp. 270. nu. 5
diſpoſitio generalis non comprehendit ea, quæ veriſimiliter diſponens exciperet. diſp. 282. nu. 2
depoſitio l. 1. C. de iu. dot. an ſit hodie correcta. diſputatio. 427. nu. 3
depoſitio §. vltimi, Luſitanarum ordinationum, tit. 77. in quo ſenſu intelligenda. diſp. 476. nu. 4
diſpoſitionis reductio ad ius cõe, qñ facienda. diſp. 435. n. 5
doctores, & aduocati gaudent priuilegio, ne conueniantur vltra quam facere poſſint, & ideo neque in carcerem detrudi. diſp. 571. nu. 17
Et de iure Luſitano etiam ſenatores, & eorum vxores, & ſi viduæ ſint, modo honeſte viuant. ibid. nu. 18
Idem in vxore cum marito, & patrono cum liberto, & alijs ſimilibus. ibid. nu. 19
dolo deceptus quando quis dicatur. diſp. 352. nu. 2
Dolus bonus quid. diſp. 293. nu. 3
dolus dans cauſam contractui adhibitus a quodam tertio, non reddit contractum nullum, ſed datur decepto actio aduerſus tertium. diſp. 352. nu. 11
Intellige, vt nu. ſeq.
dolus dans cauſam contractui bonæ fidei, reddit contractũ ipſo iure nullum, ex parte decepti, non decipientis. diſpu. 352. nu. 7
Limita in matrimonio. ibid. nu. 9
Declara, & intellige, nu. 11
dolus dans cauſam cõtractui ſiue bonæfidei ſiue ſtricti iuris, quando eundem ipſo iure reſcindat, & quando ope exceptionis. diſp. 259. nu. 5
Et quid in conſcientiæ foro. ibid.
Excipitur tamen matrimonium, licet dolus cauſam illi dederit. ibid.
dolus dans cauſam cõtractui ſtricti iuris, reſcindit cõtractũ ope exceptionis, vel actione de dolo, ſecus in foro conſcientiæ, in quo eſt ipſo iure nullus. diſp. 352. nu. 16.
dolus, & lata culpa venit in promiſſionẽ rei, quæ eſt in ſpe. diſp. 269. nu. 2
dolus incidens in contractu, non reddit contractum nullũ, ſed datur actio decepto ad repetendum quod plus dedit. diſp. 242. nu. 13
dolus latè quid. ibid. nu. 2
dolus malus quid. ibid. nu. 4. & 19
dolus quando dare cauſam cõtractui dicatur. diſp. 352. n. 4
dolus quando dat cauſam contractui, decipiens tenetur decepto ad damna omnia tam lucri ceſſantis, quam damni emergentis. diſp. 352. nu. 10
dolus quando incidit in contractu, an detur optio decipienti, vel illum reducere ad æqualitatem, vel contractum reſcindere. diſp. 352. nu. 14
dolus quando incidit in contractu ſtricti iuris, in foro conſcientiæ ad quid tenetur dolosus, & ad quid in foro exteriori. diſp. 352. nu. 17
dolus quando in contractu incidere dicatur. diſp. 352. n. 51
dolus quid requirit, vt diſtinguatur a culpa. ibid. nu. 19
dolus quot modis in contractu interuenire poſſit. diſputat. 352. nume. 3
dolus quot modis interuenire dicitur in contractu. diſput. 352. nume. 6
dolus verus quid, & quid præſumptus. ibid. nu. 17
dominium an ſtatim princeps transferat, ſine alia traditione in contractibus ab eo celebratis. diſp. 369. nu. 13
dominium bonorum debitors, qui bonis ceſſit, antequam diuendantur, ad ipſum debitorem ſpectat. diſputat. 572. nume. 8

Domi-

Digitized by Google

dominium bonorum paraphernalium, an & quando ſpectet ad maritum. diſput. 430. nu. 2
Et quid de iure Caſtellæ, & Luſitaniæ. ibid.
dominium de iure ciuili quomodo tranſferatur, quando per vim aliquid eſt traditum. diſput. 326. nu. 7
Et quid in foro conſcientiæ. nu. 8
dominium eorum, quæ ex capitali poſt contractam ſocietatem acquiruntur, cui ex ſocijs intelligatur acquiri. diſput. 411. nume. 7
dominium ex ſolo actu, ſeu promiſſione interiori, non tranſfertur, & quare. diſp. 266. num. 1. & 2
Quod etiam habet locum in regno Caſtellæ. ibid. num. 4
dominium in permutatione, & cambio an tranſferatur per traditionem ex vna parte, ſi ex alia non ſit tranſlatum, aut res oblata, aut habita pro tradita. diſp. 396. nu. 8
Et quid de iure Luſitano. num. 9
dominium quare per traditionem comparetur. diſput. 326. num. 2
dominium qui prius comparat alicuius rei per traditionem, alterius in re per hypothecam, præfertur in quocunque cõtractu omnibus alijs, qui neque dominium, neque ius in re ſunt conſecuti. diſp. 369. nu. 11
dominium regulariter non tranſfertur per nudum contractum venditionis, niſi traditio ſequatur. diſp. 369. nu. 4
dominium rei dotalis æſtimatæ cum pacto, vt vel ipſa, vel æſtimatio ſoluatur, ad electionem vxoris permanet apud vxorẽ: ſecus ſi electio ad maritum ſpectaret. d. 426. nu. 17
dominium rei donatæ cauſa mortis penes donatarium quomodo intelligatur ſtare. diſp. 287. nu. 3
dominium rei eccleſijs, aut pijs locis ſtatim acquiritur ſine alia traditione tempore contractus. diſp. 369. nu. 12
dominium rei tranſferri non poteſt ſine traditione, neque per contractum, neque per diſſolutionem ipſius. diſput. 378. nu. 6
Limita tamen in pacto legis commiſſoriæ, & etiam adiectionis in diem. ibid. nu. 7
dominium rei venditæ vt in emptorem tranſeat, quæ requirantur. diſp. 497. num. 3
dominium rerum dotalium æſtimatarum, quæ in pondere numero & menſura conſiſtunt pleno iure ſpectat ad maritum. diſp. 426. nu. 6
dominium rerum dotalium æſtimatarum, quo caſu pleno iure tranſeat ad maritum. diſp. 426. nu. 8
dominium rerum dotalium poſt traditionem quando tranſeat ad maritum, & quando non. diſp. 426. nu. 2. & 19.
Intellige tamen, vt nu. 18.
dominium rerum dotalium, ſoluto matrimonio ad vxorem tranſfertur abſque traditione. diſp. 426. num. 3
dominium rerum per vſuratium, & furem venditarum, remanet ſemper penes antiquos dominos. diſp. 330. nu. 2
dominium rerum regulariter ante traditionem nunquam tranſfertur. diſp. 426
dominium vtile vt præſcribatur, quod tempus requiratur. diſp. 449. nu. 15
dominium habens in curia, quam inde breui ſciebat diſceſſuram, & locans pretio tunc currenti, an peccet, & ad reſtitutionem teneatur. diſp. 354. num. 7
dominus ſi expẽdat pro famulo, quando præſumatur cauſa pietatis expendiſſe. diſp. 554. nu. 14
donans aliquid, aut tradens etiam metu cadente in conſtantem virum tranſfert dominium in accipientem. diſputat. 326. nu. 3
Limita tamen, vt ibid.
donans, an, & quando teneatur de euictione. diſp. 252. numero 9
donans cauſa mortis, poteſt quandocunque ante eius mortem donationem reuocare. diſp. 287. nu. 21
donans quando dicatur fieri pauperior, vel non. diſput. 289. num. 10
donans, ſi mittat rem donatario per nuntium, & antequam donatarius accepter mortuus ſit, donatio redditur nulla, & res reſtituenda eſt hæredibus eius. diſp. 263. nu. 3
Donare contrahere, & promittere quilibet poteſt, qui non reperiatur expreſsè prohibitus. diſp. 274. nu. 1
donata coniugibus a conſanguineis mariti, ſeu ſponſi efficiuntur mariti, niſi contrarium probetur de voluntate. diſp. 430. nu. 5
Idem in donatis a conſanguineis vxoris, vt efficiantur ipſius vxoris, niſi contrarium probetur. ibid.
donata per ſponſalitiam largitatem quando ceſſeant ea, quæ a ſponſo ſponſæ mittuntur. diſp. 290. nu. 6
donata ſponſo a conſanguineis ſponſi tempore ſponſalium, cuius efficiantur etiam de iure Luſitano, & Caſtellæ. diſput. 430. nu. 6
Et quid econuerſo, ſi donetur vxori conſanguineis mariti. ibid. nu. 7
donata ſponſo, vel ſponſæ per patrem, aut matrem, efficiuntur ipſius. diſp. 430. nu. 8
donata vtique coniugũ tempore nuptiarum ab extraneis, efficiuntur communia. diſp. 430. nu. 4
Idem etiam conſtante matrimonio. ibid.
Idem etiam in donantis a conſanguineis vtrique eorum, ibidem.
donatarij capacitas, vel incapacitas attenditur tẽpore mortis donantis, non autem donatoris. diſp. 288. nu. 10
Idem in donante dicendum. ibid.
donatarij hæredes an poſſint ratam habere donationẽ per notarium acceptatam nomine ipſius donatarij. diſputat. 264. nume. 11
donatario, quando res donata cauſa mortis traditur dominium tot modis fit reuocabile, quot modis donatio cauſa mortis reuocatur. diſp. 287. nu. 2
donatarius, cui vltra quingentos ſolidos aliquid abſque inſinuatione eſt donatum, quando poſſit retinere exceſſum tuta conſcientia antequam repetatur. diſputat. 278. numero 21.
donatarius quibus caſibus non fit ditior, etiam ſi donans fiat pauperior. diſp. 289. nu. 18
donatarius ſi grauetur reſtituere poſt certum tempus rem ſibi donatam, cuidam tertio, acquititur ei, & eius hæredibus vtilis actio ad eam rem exigendam. diſputat. 265. nume. 3
Imò etiam actio realis ſecundum aliquos. ibid. num. 4
Contrarium tamen tenet. nu. 5
Secus tamen eſt de iure Caſtellæ. ibid. nu. 7
donatio acceptata eſt contractus latiſſimè. diſput. 252. numero 11
donatio acceptata per alium a iure conceſſum, licèt nõ poſſit reuocari, pendet tamen a ratihabitione donatarij. diſput. 264. nu. 7
donatio ad nuptias in Hſpanijs quid. diſp. 290. nu. 9
donatio ad pias cauſas cuiuſcunque ſit ſummæ vel quantitatis, valet ſine inſinuatione, non obſtante aliqua lege ciuili, vel ſtatuto. diſp. 270. nu. 2
donatio ad pias cauſas non acceptata an valida ſit. diſput. 263. nu. 18
donatio ante nuptias, & propter nuptias de iure communi quid. diſp. 290. nu. 8
donatio antequam acceptetur, poteſt pro donantis arbitrio reuocari etiam de iure Luſitano. diſputatio. 263. numero 2
donatio an valida ſit, ſi quis donec hæreditatem ſuam alteri. diſp. 280. nu. 10
donatio a principe, non recognoſcente ſuperiorẽ, vel principi facta, non indiget inſinuatione, cuiuſcunque ſit quãtitatis. diſp. 279. nu. 3
Idem in donatione facta a Duce belli. ibid. nu. 4
donatio, aut promiſſio, vel legatum iuris ſepulchri valida eſt. diſp. 268. nu. 14
donatio cauſa mortis deportatione donantis expirat quando bona veniunt applicanda fiſco. diſputatio. 288. numero 18
Secus tamen in donatione inter coniuges. ibidem. num. 19. & 21
Item ſecus de iure Luſitaniæ, & Caſtellæ. ibidem, numero 20



Digitized by Google

Donatio causa mortis donatarij morte ante donantem reuocata, censetur. disp. 287. nu. 10
donatio causa mortis duobus modis perfecta iudicatur, disput. 287. nu. 7
donatio causa mortis fieri potest duobus modis, seu conditionibus. disp. 287. nu. 8
donatio causa mortis fieri potest etiam inter absentes per epistolam, vel inter nuncium, sed requiritur donatarij acceptatio. disp. 287. nu. 9
donatio causa mortis in alterius volũtatem collata, valida est, & quare. disp. 288. nu. 22. & seq.
donatio causa mortis insinuatione non indiget. disput. 279. nume. 12
donatio causa mortis inter coniuges, duobus casibus morte donantis non confirmatur. disp. 289. nu 11
donatio causa mortis iuramento confirmata, quo casu non transeat in donationem inter viuos, & quando sic. disp. 287. nu. 18. & 20
Et quid de iure Lusitanię. nu. 19
donatio causa mortis non acceptata, si haberet solemnitatem requisitam in codicillo, aut in testamento, valeret in vim legati. disp. 287. nu. 6
donatio causa mortis non indiget insinuatione. disput. 288. nume. 3
declaratur tamen, quoad donationes parentum erga filios, & vnius coniugis ad alterum. ibid. nu. 4
donatio causa mortis omnium bonorum præsentium, & futurorum valida est. disp 280. nu. 11
donatio causa mortis omnium bonorum valida est. disput. 288. nume. 15
donatio causa mortis publici vsurarij in casu c. quanquam. de vsur. in 6. nulla est. disp. 88. nu. 31
donatio causa mortis, quam actionem pariat. disp. 228. numero 14.
donatio causa mortis, quando reuocata non censetur. disp. 287. nu. 14
donatio causa mortis quando transeat in donationẽ inter viuos. ibid. nu. 15
donatio causa mortis quando valida sit inter coniuges, & quando non. disp. 288. nu. 17
Et quid de socero. ibid.
donatio causa mortis quid. disp. 287. nu. 1.
donatio causa mortis quoad sui initium cum contractibus conuenit, sed quoad effectum, cum vltimis voluntatibus. disp. 288. nu. 1
donatio causa mortis subsecuta traditione, est titulus habilis ad dominium transferendum, licet reuocabiliter. disput. 287. nu. 4
donatio causa mortis valida est, licet hęreditas nõ adeatur. disp. 288. nu. 12
donatio causa mortis, vt valida sit, quinq. testes requiruntur, secus tamen de iure Castellæ. disp. 288. num. 12
donatio conditionalis, quo casu intelligatur pura, & statim sit soluenda. disp. 284. nu. 4
donatio de iure communi, & Castellæ vsque ad quam summam validatur sine insinuatione. disp. 278. num. 1.
Et quid de iure Lusitano tam in masculo, quam in fœmina. ibid.
donatio de iure Lusitano, quando egeat insinuatione, & quando non. disp. 279. nu. 14
donatio dicitur pactum vestitum iuris priuilegio. disp. 355. nume. 6
donatio ex alijs causis ingratitudinis, præter enumeratas in l. vlt. C. de reuoc. donat. non potest reuocari, contra communem. disp. 281. nu. 3
donatio excessus, aut defectus in emptione, & venditione, & alijs similibus contractibus quando præsumatur. disp. 351. num. 4
donatio ex quibus causa reuocetur de iure communi, & quibus de iure Lusitaniæ, & Castellæ. disp. 281. nume. 1
donatio facta a milite eius concubinæ est nulla etiam in foro conscientiæ. disp. 275. nu. 10
datum in pro mercede sui corporis, vel in recompensationem pro obsequijs exhibitis, nõ potest repetere. ibid. quid autem in clerico. ibid. nume. 11
donatio facta a patre filio in potestate, quibus casibus statim valeat. disp. 291. nu. 2
Et quid de iure Castellæ. ibid. nu. 3
donatio facta cum clausula, quòd tot sint donationis, quot fuerint summæ infra quingentos solidos, censetur in fraudem legis facta. disp. 278. nu. 11
Amplia tamen, & declara, vt nume. 12. & seq.
donatio facta ecclesiæ non reuocatur in totum per superuenientiam liberorum. disp. 282. num. 10
donatio facta extraneo abeo, qui non habet liberos, postea liberis superuenientibus reuocatur, & quare. disp. 282. n. 1
donatio facta extraneo in totum efficitur nulla ob superuenientiam liberorum. disp. 282. nu. 4
donatio facta inter coniuges post matrimonium contractum, ante tamen quam consumetur, indiget confirmatione mortis donantis. disp. 289. nu. 2
Secus tamen de iure Castellæ. ibid. num. 3
donatio facta patri a filio tempore emancipationis, licet videatur ob causam, tamen eget insinuatione. disput. 279. nume. 8
donatio facta per patrem nepoti ex filio meliorando, eum in tertio suorum bonorum, non potest per filium tanquã inofficiosa rescindi. disp. 283. nu. 6
donatio facta vni filiorum, si alij filij postea nascantur, reuocatur tanquam inofficiosa, vsque ad debitã legitimæ quantitatem. disp. 283. num. 1
Idem quoque etiam si nati essent alij filij. ibid. nu. 2
Immo etiam si talis donatio esset re, & consilio inofficiosa. ibid. nu. 3
Et quid de iure Castellæ dicendum? copiosè. ibid. nume. 5
donatio in dotem, vel ad nuptias, vel propter nuptias sine insinuatione valida est. disp. 279. nu. 7
donatio in materia l. si vnquam, iuramento confirmetur, quando valida sit. disp. 282. nu. 7
donatio inter coniuges morte confirmata, retrotrahitur ad tempus, quoad fructus, in quo traditio rei donatæ facta est. disp. 289. nu. 8
donatio inter coniuges, morte etiam ciuili donantis, confirmatur, excluso fisco: conditionaliter tamen, nisi ante mortem naturalem reuocetur. disputatio 289. numero 6
donatio inter coniuges, quæ morte confirmatur, an irreuocabilis fiat, si iuramento confirmetur. disputatio 289. nume. 19
Et quid de iure Lusitano. ibid.
donatio inter coniuges, quot modis tacitè censeatur reuocata. disp. 289. nume. 12. & 13
Et quid de iure Lusitaniæ, & Castellæ, ibid. nu. 14
donatio inter coniuges regulariter de iure antiquo inualida erat: hodie vero si non reuocatur morte donantis cõfirmatur. disp. 289. nu. 9
donatio inter coniuges, sine insinuatione, morte donantis confirmatur intra summam tantum a iure sine insinuatione permissam. disp. 289. nu. 7
Fallit nisi testamento vel codicillo a donante sit confirmata. ibid.
donatio inter coniuges statim a morte donantis, nulla expectata aditione hæreditatis transfert dominium in donatarium, iuxta insinuationem factam vel non. disputat. 289. nu. 9
donatio inter coniuges, vt morte donantis cõfirmetur, quid requiratur. ibid. nu. 4.
donatio inter coniuges, vt morte donantis confirmetur satis est, vt res donata tradita sit per clausulam constituti, vel alium fictum actum per quem ciuilis possessio acquiritur. disp. 289. nu. 5
donatio interna secundum ius naturale, an obliget donante in foro conscientiæ ad manifestandum, & tradendum donatario. Vbi cum Ledesmio videtur tenere. disput.

Digitized by Google

ſputatio.266.nume.5.& 8.

Donatio inter viuos, ſi ob ingratitudinem reuocetur, non repetuntur fructus percepti ante litem conteſtatam. diſput.287.nu.12

donationes tantum inofficioſæ factæ extraneo, reuocantur vſque ad legitimam filij. diſp.283. nu.7

donationi perfectæ conditio aut grauamen apponi non poteſt: ſecus ſi non eſt perfecta.diſp.265.nu.1.& 2

donationis reuocatio ob ſuperuenientiam liberorum,fit nõ ſolum ex præſumpta conditione donantis, ſed etiam ex lege,& ſtatuto iuuatur.diſp.282. nu.3

donatio non acceptata quæ a promiſſione incipit, perfici poteſt per epiſtolam,aut internuncium. diſp.264. nume.2

Quinimmo nuncius ſpecialiter ad id debet eſſe deputatus. ibid.nu.3

Secus autem erat ante L.ſi quis argentum. C. de donatio. ibid. nume.4

donatio ob cauſam non poteſt propter ingratitudinem donatarij reuocari.diſp.281. nu.7

donatio omnium bonorum etiam futurorum de iure Caſtellæ iuramento firmata valida eſt.ibid.nu.5

donatio omnium bonorũ præſentium,quando reduci poſſit ad ſummam a lege permiſſam ſine inſinuatione,vt valida ſit.ibid.nu.6

donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum facta Eccleſiæ,valida eſt,ex communi.ibid.nu.4.

donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, facta in contractu matrimonij,vel tranſactionis, & ſic miſta cum cauſa oneroſa,valida eſt.diſp.280.nu.12

Declara tamen,vt ibid.

donatio omnium bonorum præſentium, & futurorũ inualida & ex communi.diſp.280.nu.1

Imò de iure Caſtellæ omnium bonorum præſentiũ tantum.ibid.nu.2

donatio omnium bonorum præſentium & futurorum iuramento confirmata valida eſt,cõtra communem. diſp. 280.nu.3

donatio omnium bonorum præſentium & futurorum non comprehendit iura,& actiones.ibid.nu.7

donatio omnium bonorũ præſentium, & futurorum reſeruato vſufructu,quando valida non ſit.ibid. nu.8

Et quid de iure Caſtellæ dicendum.nu.9

donatio patris facta filio cum traditione, ſi non reuocetur, confirmatur morte,& quo ad fructus trahitur retro ad tempus,quo fuit facta traditio.diſp.91.nu.1

Intelligendo tamen regulam debere ſecundum inſinuationem.ibid.

donatio perfecta,in quo differata promiſsione acceptata, & ad impletionem obligante.diſp.273. nu.4

donatio per l.ſi vnquam, quando reuocatur per filium legitimatum,poſtea naturam.diſp.282. nu.9

donatio per nativitatem filiorum extincta, qñ reuiuiſcat ſi filij poſtea decedant, viuente patre.diſp.284. nu.8.

donatio præſumpta inter virum,& vxorem ex confeſsione dotis a marito facta,quam vere non habuit,an iuramento confirmetur.diſp.439. nu.10

Et quid ſi maritus dicat, iuro me tantum dotis recepiſſe, an eo ipſo,vt donationis cenſeatur iuramento confirmata,& irreuocabilis.ibid. nu.11

donatio propter nuptias ſi filio non ſoluatur, quid ipſe facere poſsit.diſp.425.nu.5

donatio pro redemptione captiuorum reparatione domorũ conſtruẽda eccleſia,ſeu hoſpitali,aut alio pio loco valet in quocunque ſumma ſine inſinuatione. diſp.279.nu.1

donatio quando contractus latè,quando nõ.diſp.252.nu.7

donatio quando dicatur perfecta.ibid.nu.3

donatio quando in totum reuocetur ob ſuperuenientiã liberorum,& quando non,etiam de iure Luſitano,& Caſtellæ.diſp.282. nu.5

donatio quando præſumatur.diſp.567.nu.5

donatio quid.ibid.nu.2

donatio vnde dicta.ibid.nu.1.

donatio,vt valida ſit,quæ ſint neceſſaria,ibid. nu.5

donatio reciproca,quando egeat inſinuatione. diſput.239. nume.10

donatio re,& conſilio inofficioſa, facta extraneo, quando reuocetur in totum per filios.diſp.283. nu.8.

Et idem dicendum de aſcendentibus prout de filijs. ibid. nume.9

donatio remuneratoria,& ob cauſam,etiam ſi cauſa ſit de futuro,inſinuatione non indiget,vt ſit valida. diſp. 279. nume.5.

donatio remuneratoria triplicis generis.diſp.292.nu.1

donatio remuneratoria,vel ob cauſam non eſt proprie donatio.diſp.279.nu.6

donatio remuneratoria,vel ob cauſam, quando egeat inſinuatione.diſp.279.nu.9

donatio remuneratoria, vel ob cauſam, quibus caſibus per ſuperuenientiam liberorum,reuocetur in totum. diſput. 282. nume.11

donatio reuocari non poteſt per l.ſi vnquam. C. de reuoc. donat.quando conſtaret patrem de liberis cogitaſſe. diſput.288. nu.6

donatio ſi iuramento confirmetur, an valida ſit abſque inſinuatione quo ad incrementum? Quod ſic,de iure communi,& Caſtellæ.diſp.278.nu.8

Declara tamen,vt nu.10.

de iure tamen Luſitano ſecus eſt.ibid. nu.9

donatio ſi reuocabilis ſit,ius eam reuocandi tranſit etiam ad hæredes donantis.diſp.281.nu.4

donatio,ſtipulatio,aut promiſsio,ſub conditione facta, reuocari non poſſunt,vel eis aliquod grauamen addi, licet adhuc conditio non ſit impleta. diſp.285. nu.5.

donatio,ſtipulatio,& promiſsio quando puræ dicantur.diſput.284.nu.1

donatio ſub conditione mortis abſolutè, quænam ſit. diſput.287.nu.9

donationes cauſa mortis in quibus ſimiles ſunt legatis, & in quibus non.diſp.288.nu.12.& 13.

Et quid de iure Caſtellæ.ibid.

donationes duæ de eadem re ſi fiunt factæ duobus, quænam præferenda.diſp.264.nu.12

donationes remuneratoriæ inter coniuges non debent conuerti in eleemoſynas propinquorum alterius coniugis. diſp.274.nu.9

donator ſi conuenitur ex donatione facta, nondumque impleta,deducẽdum eſt prius totũ æs alienum, totq. bona, eo ſoluto,ei manere debent,ne egeant.diſp.413. nu.13

Limita tamen in donatione traditione impleta. ibid.

Quam ſublimita ſecus eſſe in regno Caſtellæ. ibid.

Limita etiam in donatione remuneratoria,vt nu.14.

donatum pro remuneratione, an ſit præcipuum eius cui donatur, ſicut eſt donatione ſimplici. diſputatio. 433. numero 9

dos ante reſtituenda marito dum efficitur dives, bonaque ſua rectè adminiſtrat.diſp.429. nu.8

dos dari,aut promitti a quibus poſsit de iure communi. diſput.423. nu.7

Et quid de iure Caſtellæ, & Luſitaniæ. nu.8

dos de iure communi ad quid detur viro. diſputat. 423. numero 5

dos & alia bona mulieris intra quantũ tempus ſint ſoluenda ab hæredib.viri ipſi mulieri,vel eius hæredib. diſput. 442.nu.1

Et quid de iure Caſtellæ,& Luſitaniæ. ibid.nu.2

dos exigitur in loco domicilij mariti tempore, quo celebratus fuit contractus,ex communi.diſp.443. nu.1

dos filiæ patre danda,quãta eſſet debeat.diſp.424. num.2.

dos magna tradita a patre filiæ, quouſque reuocari poſsit per ſuperuenientiam liberorum.diſp.424. nu.14

dos marito data qua ratione reuocari non poteſt propter ingratitudinem vxoris.diſp.281. nu.8

Idem in donatione ad nuptias facta viro. nu.9

dos marito promiſſa, ſi illi non ſoluatur, an teneatur ſoluto matrimonio ſoluere vxori aut eius hæredibus arrhas. diſp.431.nu.10.




Digitized by Google

Dos promissa filiæ, aut donatio ad nuptias filio, matrimonio constante, implenda est de bonis superlucratis viro, & vxori communibus. disp. 434. nu. 4
Dos quid. disp. 423. nu. 1
Dos sine matrimonio esse non potest. disp. 423. num. 3
Dotis causa tacitam habet stipulationem tam quoad restitutionem, quam quoad eius solutionem. disp. 423. num. 9
Item tacitam hypothecam. nu. 20
Et quid de iure Lusitano. nu. 11
Dotis fructus an spectent ad maritum, si ipse ante nuptias sustentabat sponsam. disp. 432. nume. 4
Dotis fructus a quo tempore incipiant deberi mulieri. disp. 442. nu. 3
Dotis fructus, & aliorum bonorum vxoris, quando cedant in eorum augmentum. disput. 432. nu. 3
Dotis fructus vt ad virum pertineant, quot sint necessaria. disp. 432. nu. 2. 5. & 6
Dotis promissio, & traditio tacitam habet traditionem, si nuptiæ sequantur. disp. 423. nu. 3
Dotis stipulatio per generum facta ad arbitrium soceri valida est. disput. 268. nu. 2
Drachma Euangelij cuius erat ponderis. disp. 400. nu. 8
Drachma, quæ, & quot faciant vnciam. disp. 400. num. 2
Quid in Castella seruatur. ibid.
Ducati diuersus valor quomodo intelligendus, & regulandus. disp. 410. num. 8
Ducatus antiquus, cuius erat ponderis, & valoris. disp. 400 nume. 7

E

Ecclesia ad instar minoris aduersus eius cõtractũ habet quadriennium ad petendam in integr. rest. d. 574. nu. 1
Quod ampliatur in hospitalibus, & alijs pijs locis, qui sub nomine in Ecclesiæ comprehenduntur. ibid. num. 2
Fallit tamen in aliquib. euentib. vt etiam vltra quadriennium habeat beneficium restitutionis. ibid. nu. 3
Idem in Reipublica, & milite, & alijs similib. vt n. 4. & 5
Ecclesiæ res in feudum, vel emphyteusim tradi consueta, antequam incorporetur, vt fiat de mensa, potest de nouo tradi absque solemnitatibus requisitis. disput. 468. nu. 17
Cum declaratione tamen. vt ibi. & nu. 19
Et quid si talis res sit alicuius monasterij, collegij, vel capituli, requiratur, vt de nouo concedatur, ibid. nu. 18
Ecclesiæ res quando dicenda sit consueta tradi in emphyteusim, vel feudum. disput 468. nu. 20
Et quando censenda sit incorporata mensæ, vt de mensa dicatur. ibid.
Ecclesiæ administratori, quando competat aduersus Ecclesiam actio negotiorum gestorum. disp. 300. num. 5
Ecclesiæ tacita hypotheca in bonis administrantium ipsius bona. disp. 536. nu. 7
Ecclesia, & ciuitas, vt teneãtur de mutuo, quid per mutuantem probari debeat, & quibus casibus, & quare. disput. 390. nu. 2. & 7
Ecclesia læsa ex contractu cum laico celebrato, coram quo iudice petere possit in integrum restitutionem. disp. 573. num. 25
Ecclesia quando præsumatur velle succedere in emphyteusi ecclesiastica, etiam illegitimos. disp. 475. num. 9
Ecclesia quomodo teneatur de depositio facto apud clericum, vel religiosum. disp. 525. nu. 4
Ecclesiastica bona, an possunt hypothecari, & in emphyteusim tradi sine causa, & solẽnitatibus requisitis. disp. 466. num. 1. & 3
Ecclesiastica bona subijci possunt hypothecæ in generali, non autem in particulari. disp. 466. nu. 2
Ecclesiastica res ab antiquo consueta tradi in emphyteusim, potest eo modo absque alia solemnitate tradi, quo erat tradi consueta. disp. 476. num. 3
Ecclesiastica res, quomodo in emphyteusim perpetuam cõcedi potest. disput. 469. nu. 1
Ecclesia, vel ciuitas quãdo censeatur fieri locupletior, & de mutuo teneatur. disp. 300. nu. 4
Emens alueuaria ad interficiendas apes, ceramque, ac mel extrahendum, qua pœna puniatur. disput. 340. nu. 20
Emens boues equos venditor non habet, eosdemque locet vẽditori, quomodo ad restitutionẽ teneatur. d. 362. nu. 3
Emens rem aliquam communi pretio tempore contractus, seu tradẽdam tempore quo speratur plus valitura, an restituere teneatur incrementum quod sperabatur tempore traditionis futurum licet non euenerit. disp. 362. nu. 2
Emens rem propriam ab vsurario, vel fure, & alijs similibus, vel alio titulo accipiens, quando restituere eam teneatur. disp. 330. nu. 4. & 12
Ementes, & vendentes licitè possunt se circonuenire. disp. 351. nu. 2
Ementes, & vẽdentes, seipsos decipientes infra, vel vltra iustum pretium, quare, ius ciuile, & canonicum permittat. disp. 350. nu. 6
Ementes tempore messis, aut alio tantam rerum copiam, et seruantes, vt caritas in ciuitate inducatur, & alij cogãtur multo carius emere de manu illorum, an ad restitutionẽ teneantur. disp. 345. nu. 5
Et quid de iure Lusitano, & Castellæ. ibid.
Emere quis credito in nundinis quando censeatur. disputat. 409. nu. 5
Emphyteusi ecclesiastica concessa in perpetuum pro se, & hæredibus, an comprehendantur etiam ascendentes, & hæredes quoscunque extraneos. disp. 469. nu. 2
Emphyteusim si quis accipiat pro se, & filijs, ac descendentibus, an si inter medius emphyteuta incidat in commissum, cæteris noceat, ad quos ius emphyteuticum transire debet. disp. 453. num. 13
emphyteusis accepta pro vno filiorum, aut pro filijs communibus ab vtroque parente genitis, non potest in eorum præiudicium iterum innouari. disp. 478. nu. 4
Emphyteusis ad certum numerum annorum concessa, transit intra id tempus ad quoscũque successores. dis. 469. n. 6
Emphyteusis an, & quando ad fœminas transeat. d. 474. n. 9
Emphyteusis antequam mensæ incorporetur, potest de nouo sine solemnitatibus requisitis eo modo quo, prius concedi eadem causa legitima durante. disp. 469. nu. 7
Emphyteusis concessa, in facultate nominãdo successorem in illa. an valida sit. disp. 480. num. 1
Emphyteusis concessa sine solemnitatibus a iure requisitis, secundum consuetudinem loci præscriptam, valida est. disput. 469. nu. 8
Emphyteusis diuidenda inter plures, an incapitari debeat, vt vnus tãtum integram pensionem soluat proprietario, & cæteri pro portione soluant in capitulo. disp. 460. nu. 3
Emphyteusis diuidi potest inter hæredes, siue consortes, domino irrequisito, ex communi. disp. 460. nume. 1. & clarius. num. 7
Et quid de iure Lusitano. ibid.
Emphyteusis duplex, noua, & antiqua. disp. 472. num. 1
Emphyteusis ecclesiastica accepta pro hæredibus descendẽtibus, de iure Lusitano, non pertinet ad vxorem relictam hæredem ab vltimo possessore, sed ad nepotem possessoris: disp. 476. nu. 5
Emphyteusis ecclesiastica, & secularis an differant, si ambo concedantur alicui pro se, & eius liberis, seu descendentibus. disp. 473. nu. 3
Emphyteusis ecclesiastica non nominationis, concessa vt deuenire possit ad extraneum, non pertinet ad fiscũ, sed, libera reuertitur ad ecclesiam si eam velit: secus autem in melioramentis. disp. 481. nu. 3
Idem in emphyteusi ex pacto, et prouidẽtia, quę excludat extraneos, ẽt si secularis sit, vt fiscus non succedat, ibi. n. 4
Intellige tamen, & declara, vt nu. 51
Emphyteusis ecclesiastica regulatur secundum ius canonicum, & non ciuile, nisi quatenus ius ciuile ab Ecclesia tacitè, vel expressè fuerit approbatum. disp. 446. nu. 2
Emphyteusis est contractus nominatus. disp. 444. num. 3
Emphyteusis & feudum concessa sibi, filijs, & hæredibus censenda sunt hereditaria, saltem mixtè. disp. 473. nu. 4
Emphyteusis, & feudum duobus modis dici possunt hæreditaria. disp. 472. nu. 2

Emphy-

Digitized by Google

Emphyteusis, & feudi ex pacto & prouidentia, ijs debetur, pro quibus sunt accepta. disput. 478. nu. 3
emphyteusis, et feudū simpliciter hereditaria q d. 272. n. 2
emphyteusis, & locatio ad longum tempus, an distincti sint contractus, an non. disp. 445. nu. 7
emphyteusis, & locatio ad longum tempus quot modis in iure accipiantur. disp. 445. nu. 8. & 9
emphyteusis finita per caducitatem in commissum, ex deuoluitur absolute ad proprietarium. disp. 484. nu. 1
Quod amplia, & limita, vt nu. 2
emphyteusis hereditaria qualiter inter hæredes diuidenda. disp. 477. nu. 1
Et quid de iure Lusitano. nu. 2
emphyteusis illius cuius bona confiscatur, quando spectat ad fiscum. disp. 481. nu. 2
emphyteusis in Lusitania aliquando sunt communes vxori in viro, aliquando propriæ defuncti. disp. 376. nu 6
Sed bona feudalia, coronæ Regni, aut maioratus nō sunt communia. ibid.
emphyteusis nominationis eius, cuius bona publicantur, non pertinet ad fiscum, quando ob crimen delinquens seruus pœnæ efficitur. disp. 481. nu. 8
emphyteusis perpetua de iure Lusitano an, & quando efficiatur communis vtrique coniugi, si alter ipsorum illam attulerit. disp. 476. nu. 1. & 3
Et quid in emphyteusi ecclesiastica. ibid. nu. 2
emphyteusis quando censeatur renouata per tacitum consensum, absque scriptura, & quomodo respondēdum per emphyteutam pro conseruatione sui iuris. disp. 447. nu. 7
emphyteusis quando pro ingressu iudicanda sit potius emptio, & venditio. disp. 450. nu. 3
emphyteusis quid, & in quibus differat a locatione, & conductione. disp. 445. num. 1. & 2
emphyteusis quotuplex. disp. 446. nu. 1
emphyteusis religiosi quando ad monasterium pertineat, & quando ad eius hæredes ab intestato. disp 482. nu. 1
emphyteusis secularis pro liberis suscepta, an sit hæreditaria, vel ne. disp. 479. nu. 3
emphyteusis secularis si sit concessa pro se, & filijs eius, an veniant etiam filij naturales. disp. 475. nu. 4
Fallit in emphyteusi ecclesiastica. nu. 6
Et quid si sit concessa pro se, & liberis etiam illegitimis, an veniat spurius sub tali appellatione. ibid. nu. 5
emphyteusis si per venditionem primi emphyteutæ, qui habet facultatem nominādi, transeat in diuersas personas, primo emphyteuta viuente, secunda persona nominata censetur illa, quæ reperitur in emphyteusi tempore mortis ipsius primi emphyteutæ, & deinceps. disp. 482. nu. 3
emphyteusis si sit concessa ad aliquot certas vitas, vltimus superstes quas personas possit nominare, & quæ censeatur expresse nominata. disput. 483. nu. 4
emphyteusis si sit concessa, cū facultate, vt emphyteuta vendere illam possit cui voluerit, tenebitur nouus emphyteuta soluere laudemium. disp. 459. nu. 26
emphyteusis tam communis, quam Ecclesiastica concessa sine expressione temporis, vsque ad quod tempus censeatur concessa. disp. 469. num. 3
emphyteusis titulo præscriptionis acquisita, vsque ad tres vitas censetur præscripta. disp. 469. nu. 4
emphyteusis, vel feudum ex pacto, & prouidentia, non imputantur in legitima ex communi. disp. 479. nu. 4
Immo, neq; ex illis falcidia, aut trebellianica deducitur, ex communi. ibid.
Declaratur tamen, quod tale feudum imputetur in legitimam. ibid. num. 5. 6. 7. & 8
emphyteusis, uel feudum, quando comprehendantur in restitutione fideicommissi vniuersalis. disp. 479. num. 1
emphyteusis vel feudum hæreditaria etiam mixtè in legitimam imputantur. disp. 479. nu. 2
emphyteusis vnde dicta, cum aliquorum opinionibus relatis. disp. 444. nu. 1
emphyteusis vsque ad tertiā generationem concessa, ad extraneos nō transit, sed solum descendentes. disp. 469. nu. 5
emphyteusis vsque ad q tempus cōcedi possunt. d. 445. n. 3
emphyteuta ab emphyteusi liberatur, re emphyteutica omnino destructa. disp. 454. nu. 1
Imò vero finitur contractus emphyteusis. ibi. nu. 2
Fallit tamen nisi in se suscepisset periculum casuum fortuitorum, ibid. nu. 3
Itē fallit, nisi res, vel domus sit destructa culpa ipsius emphyteutæ. ibid. nu. 4
Item fallit, nisi ex parte sit destructa. num. 6
Declara, vt nu. 8
emphyteuta an donare possit rem emphyteuticam, melioratioesque eius domino irrequisito. disput. 461. nu. 7
emphyteuta an expelli possit a re emphyteutica, quia necessaria sit proprietario. disput. 458. nu. 1
Et quid quando illa abutatur ad malos vsus. ibid.
Et an si vendat fructus ex re emphyteutica, præferendus sit proprietarius in eorum emptione. ibid.
emphyteuta an incidat in commissum totius rei, ob non integram solutionem pensionis, an vero pro parte, pro rata pensionis non solutæ. disp. 453. nu. 11
emphyteuta an in commissum incidat, si rem emphyteuticam detetiorem reddat, & quando. disp. 457. nu. 1
emphyteuta an possit locare ad longum tempus decēnij, aut vltra irrequisito domino. disp. 461. nu. 3
Et quid de seruitute, an possit eam constituere, domino irrequisito. ibid. nu. 4
Et an idem in feudatario. nu. 5
Et quid de vsufructu dicēdū, an possit ille cōcedere. nu. 6
emphyteuta destruēs syluā cęduā absque proprietarij facultate, vt vineam plantet incidit in commissum. d. 437. n. 3
emphyteuta ecclesiæ an teneatur ad collectas ratione vtilis dominij. disp. 456. nu. 5
Et quid in feudis & vsufructuarijs, & quādo dominus directus est ecclesia, & feudatarius, vel vsufructuarius persona laica, vel contrario. ibid. nu. 6.
emphyteuta edere tenetur directo domino, instrumentum emphyteusis nec non in prædia, & eorum fines, alias omnia eius prædia præsumuntur emphyteutica. disp. 14. n. 1
Declara tamen, & intellige, vt nu. 3
emphyteuta, & alij non tenentur deducere ab expensis, & meliorationibus, fructus, quos ex rei restituenda perceperunt. disp. 463. nu. 19
emphyteuta, & alij possunt sibi retinere rem restituendam, donec meliorationes eis soluantur, fructusque licite percipiunt, disp. 463. num. 20
emphyteuta, & feudatarius ex pacto, & prouidētia, qn possint præiudicare vocatis ex inuestitura. disp. 478. nu. 5
emphyteutæ vnus hæredū si non soluat suam portionē pensionis, an omnes incidant in commissum. disp. 453. nu. 12
emphyteuta exponere potest venditioni, domino irrequisito, meliorationes, ac ius emphyteuticum. disp. 454. nu. 7.
Intellige, & declara, vt num. 7
emphyteuta habens facultatem nominandi, ante eius mortē quem voluerit potest ad eius libitum vsque ad mortem variare, & mutare eandem nominationem. disp. 483. n. 1
Cum declaratione, vt ibid.
emphyteuta habens facultatem nominandi nulla facta mētione mortis non potest, nominationem factam reuocare. disp. 483. nu. 2
Fallit tamen, & limitatur, vt ibid.
emphyteuta ignorans debere pēsionem, an tempore elapso solutionis pensionis incidat in commissum. disp. 453. n. 9
emphyteuta ignorans vendēs rem emphyteuticam irrequisito domino, non incurrit caducitatem, quæ ignorantia transfert onus probandi scientiam in proprietarium. disput. 459. nu. 21
Quod ampliatur etiam in venditione necessaria. ibidem num. 22
emphyteuta incidens in commissum, an possit mora purgare. disp. 453. nu. 5
Et quid de iure Castellæ. ibid.
emphyteuta in commissum incidens, an amittat meliorationes postea factas. disp. 455. num. 3



Digitized by Google

Et quid de feudatario. ibid. nu. 2
Emphyteuta infra quantum tempus incidat in cómissum, seu perdat ius suum, non soluendo pensionem. disp. 453. num. 1
emphyteuta infra quantũ tempus possit moram purgare, vt biennio elapso censeatur celeriter illã purgare. d. 453. n. 6
emphyteuta in re emphyteutica vt meliorem reddat, plus iuris habet quam proprietarius, & vsufructuarius. disp. 457. nu. 6
emphyteuta irrequisito domino potest celebrare contractũ permutationis: laudemium tamen tenetur soluere nouus emphyteuta. disp. 461. num. 1
Declara tamen, & intelige, vt nu. 2
emphyteuta non incidit in pœnam, seu cómissum, nisi proprietario volente. disp. 453. nu. 2
emphyteuta ob elapsum temporis an statim incidat in commissum si pensio soluenda sit exigua, & res emphyteutica sit magni valoris. disp. 453. nu. 10
emphyteuta partem iuris emphyteutici alienans, an incidat in commissum in totum. disp. 459. nu. 15
emphyteuta per biennũ, vel triennũ non soluens, an incidat in commissum si in contractu emphyteutico pœna alia fuit imposita pensionem non soluenti. disp. 453. nu. 4
emphyteuta potest dare in dotem, & donare propter nuptias filio rem emphyteuticam, irrequisito proprietario. disp. 461. nu. 9. & seq.
Idem in successione quouis titulo, & hypotheca. disputa. 461. nu. 11. & 12
emphyteuta præscindens oliuetum vetustum, & platanis vineam, an incidat in commissum. disp. 457. num. 2
Distingue, vt nu. 7
emphyteuta propter bellum, vel pestem in regione, vel aliã similẽ causam, an a solutione pensionis liberetur, & a pœna commissi. disp. 454. nu. 13
emphyteuta quando de pretio nunciauit proprietario, ritèque vendidit, & tradidit, si postea remedio l. 2. C. de rescind. vend. rescindatur contractus, non requiritur noua licentia proprietatis. disp. 459. nu. 19
emphyteuta quando possit iterum tradere in emphyteusim rem emphyteuticam, vel liuellare. disp. 471. nu. 1
emphyteuta quare dicatur incidere in commissum, seu caducitatem. disp. 453. nu. 2
emphyteuta quas expensas petere potest a proprietario, factas in re emphyteutica. disp. 456. nu. 1
Et quid de iure Lusitano. ibid. nu. 2
emphyteuta qui incidit in commissum ob non solutam pensionem, an propria auctoritate expelli possit a proprietario. disp. 453. num. 21
emphyteuta recuperans ius suum emphyteuticum alienatum, a commisso non liberatur. disp. 459. nu. 14
Limita tamen, vt ibid.
emphyteuta secundus incidens in commissum ob non solutam pensionem, amittit ius emphyteuticũ proprietario, non autem primo emphyteutæ. disp. 471. nu. 13
emphyteutam, si contendatur, incidisse in commissum, an ad proprietarium spectet probare non fuisse solutam pẽsionẽ, an vero ad emphyteutã, eam soluisse. dis. 493. n. 17
emphyteuta si in commissum incidit, & dominus non est pœnam exequutus, an eius hæredes possint hoc facere. disp. 453. nu. 11
emphyteuta si iurauit se soluturum quotannis pensiones, an incidat in commissum, eo ipso, quod semel tempore congruo pensionem non soluit. disp. 453. nu. 4
emphyteuta si occultet instrumentum, vel dolo illud amisit, stabitur iuramento proprietarij si dicat emphyteusim esse finitum, aut titulum fuisse nullum. disp. 449. num. 51
emphyteuta, si velit dimittere rem emphyteuticam proprietario, an teneatur proprietarius eam accipere, an vero possit eum cogere perseuerare in emphyteusi. disp. 453. num. 22
emphyteuta si offerat proprietario pensiones plurium annorum sequentium, idem proprietarius non tenetur illas recipere. disp. 453. nu. 20
emphyteuta soluere tenetur onera, & tributa tam realia, quam personalia, quæ occasione rei emphyteuticæ imponuntur. disp. 456. nu. 3
Cum declaratione tamen, vt ibid.
Idem dicendum in feudatario. ibid. nu. 4
emphyteuta statim habita licentia a proprietario, vendendi, potest vẽdere ius suum cui voluerit: dum modo non sit de his quibus vetari solet emphyteuticum emere disput. 459. nu. 5
emphyteuta tradens in emphyteusim rem emphyteuticam, an transferat vtile dominium in vltimum emphyteutã, an vero penes eum remaneat, vel sit in vtroque simul, & decidit. disp. 472. nu. 5. 6. & 31
emphyteuta tutus præscriptione soluẽdi pẽsionẽ, non tenetur vdere aliud instrumẽtum emphyteusis. disp. 449. n. 6
emphyteuta vendens, & tradens ius emphyteuticum, domino irrequisito, sub conditione si ipsi domino placuerit, non incidit in commissum. disput. 459. nu. 10
Idẽ in vẽditione facta cũ pacto legis cómissoriæ & adiectionis in diem, aut alia simili, conditionem. ibid. nu. 12
Idẽ etiam in alienatione nulla, licet facultas adesset proprietarij. ibi. nu. 13.
Limitatur tamen, nisi dicat, saluo iure proprietarij. ibid. nume. 11
emphyteuta vendens rem emphyteuticam irrequisito domino, incidit in commissum. disp. 459. nu. 1
Intellige tamen, & declara, vt ibid.
emphyteuta volens vendere ius suum, si non habeat licentiam a proprietario, tenetur illum expectare per duos menses, disp. 459. nu. 3
Et quid de iure Lusitano etiam in emphyteusim Ecclesiæ. ibid. nu. 4
emphyteuta vt in commissum non incidat, an satis sit intra biennium, aut triẽnium offerre proprietario pensionem. disp. 453. nu. 8
emphyteuta volẽs alienare ius suum, debet requirere omnes proprietarios eiusdem rei, alias incidet in commissum. disp. 459. nu. 16
emphyteutica res an sit tacitè hypothecam pro solutione pensionis. disp. 451. nu. 8
emphyteutica res quando dicitur perijsse pro parte, quid intelligatur venire nomine partis. disp. 454. nu. 7
emphyteutica res si pereat pro parte, quo casu minuenda sit pensio. disp. 454. nu. 8
emphyteuticum ius an vendi possit vno ex cohæredib. vel consortib. per eodẽ cohæredes, vel consortes, domino irrequisito solutione laudemij. disp. 46. nu. 2. & clarius. n. 8
emphyteuticum ius, & ius melioratiõũ, quas emphyteuta in re emphyteutica facit diuersa, sunt. disp. 455. num. 10
emphyteuticum ius, quando ab vno in eũ transit vltimus emphyteuta debet proprietariũ requirere de pretio qui pro eodem pretio cæteris præfertur temporibus. disput. 459. nu. 18
emphyteuticum ius quando venditur, alcauala debetur. disput. 459. num. 27
emphyteuticus contractus a locatione in quo differat. disp. 451. nu. 3
emphyteuticus contractus an scriptura perficiatur. disput. 447. nu. 4
Et quid in ecclesiastica emphyteusi. ibid. nu. 5
emphyteuticus contractus est ciuili iure introductus. disp. 447. num. 1
emphyteuticus contractus est stricti iuris. disp. 447. nu. 2
emphyteuticus contractus vltra pensionis solutionem quid requirat. disp. 450 nu. 1.
Et quid de iure Lusitano. nu. 2
emptæ rei dominium quando cõtinuare præsumatur apud venditorem. disp. 368. nu. 13
Empta res cum pacto de retrouendendo quomodo licitè, dum non redimitur, locari possit vendentori. disput. 376. nume. 1
Empta res cum pacto de retrouendendo si pereat, emptori patit, & non venditori. disp. 320. nu. 4

empta res quando venit restituenda ex capite læsionis, an restituenda sit cum fructib. ex ea perceptis. disp. 349. n. 10
Et an sit idem cum publica subhastione. ibid. nu. 11
Idem an dicendum in locationib. permutationib. cæbijs, & reliquis bonæ fidei contractibus. nu. 12
Et quid de iure Castellæ. ibid.
empta res si pereat ante traditionem, vel deterioretur, cuius periculo pereat, disp. 366. nu. 1. 4. & 8
empta res si post traditionem pereat, emptoris periculo perit. disp. 366. nu. 2
emptio argenti, vel auri cum pacto de retrouendendo intra certum tempus quodam maiori pretio quam fuerit, an sit licita, an vero vsura palliata. disp. 400. nu. 17
emptio census personalis perpetui quomodo licita. disput. 387. nu. 1. 6. 7. & seq.
emptio census realis licita quando pretium pro loci consuetudine est commensuratum. disp. 385. nu. 8
emptio cum pacto de retrouendendo, & pretio diminuto vsura an iudicatur. disp. 385. nu. 2
emptio cum pacto de retrouendendo in fauorem emptoris, vt scilicet venditor rem redimere non teneatur, nisi quando emptor voluerit, an licita sit. disp. 377. nu. 7. 8. & 9.
emptio cum pacto de retrouendendo maiori pretio, quam in prima venditione factum fuit quomodo licita. disput. 376. nu. 2
Cum duabus declarationibus. ibid. nu. 3
emptio cum pacto de retrouendendo quare licita. disp. 374. nume. 5.
emptio, cum pacto, quod emptor quando voluerit, teneatur venditor redimere rē per eū venditā non computatis fructib. medij temporis in partem pretij, sed emptori reseruatis quibus modis licita sit, & quibus non. disp. 377. n. 8
emptio, & venditio an sit, si pro re aliqua detur pretium, & res alia. disp. 336. nu. 8
emptio, & venditio census realis quibus circunstantijs licita. disp. 385. nu. 11
emptio, & venditio contractus distinctus a permutatione, locatione, & emphyteusi. disp. 336. nu. 4.
emptio, & venditio, & similes contractus pro communi vtilitate introducti. disp. 350. nu. 4
emptio, & venditio ex inordinato affectu, quando est culpa lethalis. disp. 346. nu. 2
emptio, & venditio non est nulla, si res vendatur ea conditione, si emptori placuerit, licet alias non valeat, quando pretium est positum in arbitrio alterius contrahentium. disp. 337. nu. 15
emptio, & venditio non potest esse in partem, & filium in potestate nisi circa bona castrensia, aut quasi. dis. 343. n. 8
emptio, & venditio quando est perfecta, potest alter contrahentium alterum compellere vt fiat publicum instrumentum. disp. 337. num. 3
emptio, & venditio quando perfecta censeatur ad effectum, vt fructus rei venditæ ad emptorem pertinent, si aliud inter contrahentes non sit conuentum. disp. 368. nu. 8
emptio, & venditio quando per mutuum consensum dissoluatur in exteriori foro. disp. 373. num. 5
emptio, & venditio quando suspenditur vt scriptura perficiatur, quid debeatur in Hispanijs. dis. 337. nu. 6
emptio, & conductio quibus casibus minori pretio, quam iustum est, licita sit. disp. 351. nu. 1
emptio, & venditio quid. disp. 253. nu. 2. & 6
emptio, & venditio quo ad pretium collata in arbitrium certæ personæ valida est. disp. 33. nu. 8
Declara tamen, & intellige. ibid. nu. 9. 14. 15. 16
emptio, & venditio quomodo cognoscatur distincta a locatione, & conductione. disp. 336. nu. 11
emptio, & venditio quomodo contrario, ementis, & vendentis consensu dissoluatur. disp. 373. nu. 1
Et quid de locatione, & cæteris contractibus similibus. ibid. nu. 2
emptio, & venditio quomodo in Hispanijs celebrantur. disput. 337. nu. 4.
emptio, & venditio ratione loci sacri illicita. disp. 344. nu. 1
emptio, & venditio solo consensu, & sine scriptura perficitur, nisi aliter sentiant contrahentes. disp. 337. nu. 5
emptio, & venditio trib. modis perfecta dicitur. disp. 366. num. 16
emptio, & venditio triplex. disput. 331. nu. 3
emptio, & venditio valida est, quando statuitur certum pretium relatione facta ad aliquid aliud. disp. 337. nu...
emptio, & venditio verè in contractu censuali interuenit, disp. 385. nu. 7
emptio, & venditio vt valida sit, necesse est in pretium constituatur. disp. 337. num. 7
emptio facta cum pacto retrouendendo, cum diminutione pretij reprobatur, & vsuraria iudicatur. disp. 375. num. 7
emptio infra dimidium iusti pretij, sed venditio vltra dimidium, quomodo consideretur. disp. 349. num. 2
emptio lanarum pecunia anticipata, vt fieri solet in aliquibus Castellæ locis, an licita sit. disp. 359. nu. 1
emptione perfecta de iure communi, neuter contrahentium potest discedere a contractu, alias & arrha amittitur, & ad totale interesse tenetur. disp. 338. num. 3
emptionis, & venditionis contractus cum pacto de retrouendendo in fauorem solius emptoris appositio, tanquam suspecti, sunt, penitus reijciendi. disp. 377. nu. 9
emptionis, & venditionis contractus quando est perfectus, non potest alter contrahentium ab eo discedere altero inuito. disput. 337. nu. 1
emptionis, & venditionis contractus simul cum pecunia originem habuit. disp. 336. nu. 3
emptio opificij auri, vel argenti pretio ad æquale pondus massæ, nulla habita ratione opificij, quando iniusta sit cū onere restituendi. disp. 400. nu. 16
Emptio ouium pretio communi, cō pacto, vt vsque ad certum tempus seruentur a venditore eius periculo & fructus earum sit emptoris, est contractus iniustus, cū onere restituendi. disp. 362. nu. 1
emptio seruitutis quomodo licita. disput. 385. nu. 9
emptio vitalitij, seu cēsus in certū annorum numerum, quādo licita. disp. 388. nu. 1
emptor anticipata solutione an possit licitè emere domum sibi post certum tempus vel post mortem venditus tradendam, quæ tunc credebatur eodem pretio valere, quo nunc tempore contractus. disp. 358. nu. 5
emptores eiusdem rei, quibus nō fuit tradita, habente actionem personalem aduersus venditorem ad interesse. disp. 369. nu. 5
emptor etiam si agnoscat vitium rei emptæ, quo casu possit habere actionem aduersus venditorem. disp. 353. n. 23
emptor ille est cęteris præferendus in re vendita qui primo est traditæ, licet alij sint in tempore priores. disput. 365. nume. 3
Declara tamen, vt nu. 7
emptor non tenetur stare locationi per venditorem facta, sed expellere potest conductorem. disp. 490. num. 1
Idem si quocūque alio titulo etiam legato, res alienetur, ac transeat in singularem successorem. ibid. nu. 2
Idem etiam si res locata alienetur quoad dominium vtile. nu. 5. eod.
Idem econuerso, vt nec conductor teneatur stare emptore. ibid. num. 3
Fallit hoc, nisi locator cedat in particularem successorē ius, & actionem, quam aduersus conductorem habet, vt continuaret contractum. ibid. nu. 4
Fallit regula principalis, nisi res esset locata ad decēnū, aut vltra, quoniā conductor verè est emphyteuta. ibi. n...
Item fallit quoad locationem ad modicum tempus, in... multis casibus, seu euentibus. ibid. nu. 7
emptor offerens pretium venditori, cui fit in mora tradendi rem venditam potest agere ad fructus omnes, quos venditor ab ea die percepit, vel percipere potuerit. disp. 358. nu. 16.
emptor posterior præfertur anteriori, etiam si venditio prior fuit iuramento firmata. disp. 369. nu. 16
emptor posterior, qui soluit pactum, & res fuit ei tradit
præfer-

Digitized by Google

præfertur cęteris emptoribus,qui non soluerent pretium, licet res fuit eis tradita.disput.369.nu.6
emptor prior quo casu poterit euincere a posteriore emptore rem ab eo emptam.disp.369.nume.15
emptor quando ad nullas vsuras venditori teneatur ob retardationem solutionis pretij.disp.368.nu.12
emptor quando stare teneatur colono, vel inquilino . disp. 368.num.7.
emptor quando teneatur augere pretium rei venditæ minori pretio per errorem venditoris,putantis rē vel fuisse vitiosam,vel non tanti valere.disp.353.nu.12
emptor quando teneatur venditori ad vsuras propter retardationem solutionis pretij,& ad quas.disp.368.nu.9
emptor rei absentis,& longe distantis,quando eam minori pretio emere possit,quam valeat in loco vbi est.disp.404 num.2
emptor rei,in qua eo ignorante,erat cēsus legitimus, an possit se aggraciare, & sic vēditionem rescindere.d.394.n.6
emptor secundus scienter rem emens alteri venditam, venditoremque incitans,vt sibi eam vendat,tenetur etiam in foro conscientiæ,eam restituere priori emptori , etiam si ab eo non petatur.disp. 328.nu.11
emptor si cognito vitio rem non erat empturus , aut saltem minori pretio,quando contractus sit nullus,vel validus. disp.353.nu.4
emptor si prædium emit cum fructibus pendentib. & a die emptionis perfectæ vsque ad retractum , fructus aliquos percepit, an restituere teneatur prædium vna cum fructibus perceptis,aut illorum æstimatione. disp.371.nume.12
emptores,si sint plures eiusdem rei,nondum alicui traditæ, ille est præferendus qui est prior in tempore.disput.368. num.1
emptor, vt rei emptæ dominium comparet , quid fieri necessarium sit etiam de iure Lusitano. disp.338.nu.7
episcopus an possit dispensare cum clerico vsurario post pœnitentiam peractā,vt habili reddatur ad ecclesiastica beneficia.disp.334.nu.6
episcopus & abbas soli possunt bona de mensa alicui concedere, ad vitam tantum ipsius concedentis. disput.468. num.19
episcopus solus sine alijs solennitatibus , potest rem ecclesiæ paruæ vtilitatis alienare.disp.468.nu.9
equus commodatus ad aliquem vsum,quando periculo cōmodatarij,& quando commodantis perire dicatur.disp. 293.nu.22
error in substantia quot modis contractum vinet venditionis.disput.340.nu.23
euictio an , & quando detur in contractu transactionis , si aliqua res per transactionem mihi tradita,fuerit euicta . disp.556.nu.23
Transigentium mens. & intentio qualis.ibid.
exceptio excussionis non factæ in bonis debitoris non opposita a fideiussore,non vitiat processum. disp.245.nu.6
Imò post litem contestatam apponi non potest. ibi. nu.7 ni si in casu,vt nu.8
exceptio ex epistola alicui Adriani inter exceptiones dilatorias,& peremptorias,anomala repetatur. disputat. 343. num.3
Et quando opponi possit.ibid.
Non competit fideiussori post quam soluerit . ibidem num.4
Imò , in hoc differat a beneficio Velleiani, in quo mulier repetere potest, post quam soluit .
exceptiones de iure ciuile competentes , omnes externæ dicuntur, etiam si competant de iure Castellæ. disput.266. num.3
exceptio,ne quis conueniatur vltra quam facere posset, potest quandocunque opponi,etiam post sententiam , nondum tamen executioni mandatum.disp.413.nu.15
exceptio non numeratæ dotis,an detur , quod confessio dotis receptæ fuit iuramento confirmata . disputatio.339. num.7
exceptio non numeratæ dotis intra quantum tempus conceditur marito , vel eius hæredibus post dissolutum matrimonium.disp.439.nu.1
Imò etiam per modum querelæ seu protestationis intentari potest.ibid.nu.2
Limita,vt non admittatur talis exceptio,in aliquib.casibus.disp.ibid.nu.3.4.5.& 6
exceptio non numeratæ pecuniæ, an opponi possit a debitore per instrumentum guarentigiatum. disp.302.num.16
exceptio non numeratæ pecuniæ competens debitori, transit ad eius hæredes,& fideiussores actiue,& passiue.disp. 302.nu.12
exceptio non numeratę pecuniæ de iure Lusitano admittitur etiam post tempus statutum , ad effectū,vt onus probandi debitor in se suscipiat.disput.302.nu.15
exceptio non numeratæ pecuniæ etiam de iure Lusitano,an competat debitori ex alia causa,in mutuum tamen noua ta.disp.302.nu.14
exceptio non numeratæ pecuniæ extraiudicialis operatur, vt exceptio perpetuata censeatur, onusque probandi contrarium in creditorem sit reiectum. disp.302.num.11
exceptio non numeratæ pecuniæ habet locum in quacunq; re mutuo promissa.disp.302.nu.3
exceptio non numeratæ pecuniæ in mutuo intra biennium & duobus modis opponi potest.disp.302,nu.1
Fallit de iure Lusitano,in quo tantum sexaginta dies cōceduntur.ibid.nu.2
exceptio non numeratæ pecuniæ in mutuo intra quantum tempus proponi debet.disp.257.nu.9
Item exceptio non numeratæ dotis , & non recepti debiti. ibid.nu.10.& 11
exceptio non numeratæ pecuniæ non habet locum in alijs contractibus præterquam in dote.disp.302.nu.4
exceptio non numeratæ pecuniæ opponi potest a debitore non obstante iuramento,etiam in foro conscientiæ. disp. 302.nu 17
exceptio non numeratæ pecuniæ quo casu non admittatur etiam si intra biennium apponatur. disp.302.n.10.& 13
exceptio peremptoria per fideiussorem scienter omissa,nocet eidem fideiussori,& non debitori.disp.546.nu.16
Limita tamen,& declara,vt ibid.
exceptio rei non traditæ competit intra triginta dies confitenti se recepisse spe traditionis , alias probare tenetur rē non fuisse traditam.disp.302.nu.5
exceptio transactionis priuilegiata ob lites dirimendas. disput.556.nu.10
exceptio Velleiani est perpetua , & opponi potest quandocunque etiam post vltimam sententiam diffinitiuam, antequam sit facta solutio.disput.540. nu.5.& 7
Declaratur tamen,vt ibid.
executionem paratam de iure nouissimo Castellæ, quæ sint illa,quæ habeant, & qub ordine executio facienda. disp. 538.nu.12
Et quid de iure Lusitano.ibid.nu.13
exequutores testamentorum quibus pœnis puniantur etiam de iure Lusitano,ementes aliquid de reb. defunctū. disp. 343.nu.3
exhæredatius rectractus habent,etiam,si renunciauerint eū iuramento successioni in bonis parentum. disputat. 370. nume.52
expensæ ab eo,cuius negocium gestum est, vt peti possint, quid requiratur.disp.554.nu.5
expensas faciens alicui animo gratuito,& liberalitate, non potest postea mutare propositum , illas petendo actione negociorum gestorum.disp.554.nu.10
expensæ factæ per eū,qui in societate operas,& industriam apponi, de quibus bonis extrahendæ . disputat. 418. nume.1.& 3.
expensæ factæ per alterum coniugum,quando,& ex quibus detrahendæ.disp.433.nu.12
expensæ factę per socium in medicis, & farmachis de quib. bonis extrahendæ.disp.418.nu.4
Et quid si socius fuit a latronib.spoliatus , vel alio modo bona

Digitized by Google

bona sua propria amiserint, vel ab hostibus capti⁹. disp. 418. nu. 5
Declara tamen, & intellige, vt nu. 6
Expensæ factæ in re melioranda, quæ veniant soluendæ per proprietarium. disp. 463. nu. 7
Expensæ modicæ in re emphyteuta factæ quæ dicantur. disputat. 463. nu. 8
Expensæ omnes extrahendæ tẽpore dissolutionis societatis, & id quod ex societate debetur, nisi debeatur sub conditione in futurum pendente. disp. 418. nume. 9
Expensæ, quæ fiunt societate, quotuplex sint. disp. 418. nu. 2
Expensæ vtiles factæ cum negocio gerendo debentur negociorum gestori, vbi nulla intervenit prohibitio. disputat. 554. nu. 3
Imò etiam sufficit, vt a principio fuerint vtiles. ibid.
Et quid si gestor deceptus fuit, credens se vtiliter gerere. dispu. 554. ibid.
Extraneus dotans an possit dotem extrahere, sicut vxor facit. disput. 416. nu. 7
Extraneus pecuniam dans debitori, vt soluatur creditori habenti priorem hypothecam, quomodo succedat in locum ipsius creditoris. disp. 356. num. 26

F

FAlcidia in donatione causa mortis habet locum, sicut in legatis. disputat. 288. num. 5
Idem in donatione inter virum, & vxorem, & alijs, quæ morte confirmantur. ibid. nu. 6
Falcidia ex donatione inter virum, & vxorem detrahitur sicut ex legatis. disp. 289. nu. 10
Famuli seruientes debitoribus ad soluenda debita, an teneãtur restituere quod pro eorum mercede acceperunt. disp. 330. nu. 7
Famulus qñ teneatur de furto, ab alio facto. disp. 506. nu. 4
Famulus vel nuncius retinens sibi vel iniustè differens rem alteri donandam de commissione donantis, tenetur hęredibus eam restituere. disp. 263. num. 7
Fallacia quid. disputat. 293. nu. 6
Fraus in quibus consistat. disput. 293. nu. 7
Fœmina semel excluſa a masculo, an semper censeatur excluſa. disp. 474. nu. 8
Fœminæ an succedant in emphyteusi, susceptа pro se, & filijs. disp. 474. nu. 10
Et quid de iure Lusitano. ibid.
Fęminæ, quando ab emphyteusi non excluduntur, succedũt in ea nepotes ex fęmina vtriusque sexus. disputat. 474. num. 11
Fęminæ regulariter ad successionem feudi nõ admittuntur, ex communi. disp. 474. nu. 1
Et idem de illegitimis, ibid.
Fallit tamen, vt num. 2. 3. 4. & 5
Fęnus quid significare potest. disp. 304. nu. 17
Fęnus vnde dictũ, & quot modis summatur. disp. 303. nu. 4
Feuda quibus in locis magis frequentia, disput. 485. num. 1
Feudatarius duobus modis subinfeudare potest. disp. 371. nume. 14
Feudatarius potest rem feudalem de consensu domini subinfeudare. disp. 471. nu. 12
Feudi & emphyteusis ex pacto, & prouidentia, formæ. disput. 473. num. 1
Feudum, aut ecclesiastica emphyteusis si concedatur sub hac forma, tibi, & hæredibus tuis masculis, vel de corpore tuo natis, quo nomine appellari debeant. disp. 473. n. 5
Et quid si dictum sit, concedo tibi, & hæredibus tuis legitimis hanc rem in feudum, aut emphyteusim. ibidem numero 6
Et quid si dicatur, concedo tibi hanc rem in feudum iure Francorum. ibid. nu. 7
Item quid si dicatur, tibi, ac tuis. ibid. nu. 8
Item si dicatur tibi, & successorib. tuis. ibid. nu. 9
Feudum concessum sub hac forma, concedo tibi hanc rem in feudũ, an appellare debeat hæreditariũ. disp. 473. nu. 2
Feudum, & emphyteusis ex pacto & prouidentia, an de iure reperiantur. disp. 472. nume. 8
Feudum & emphyteusis ex pacto, & prouidentia quid. disput. 472. nu. 6
Feudum, & emphyteusis hæreditaria mixtè quæ. disputat. 472. nu. 9
Feudum, & emphyteusis quando sunt, ex pacto, & prouidẽtia, non est necesse, vt qui in eis succedit, sit hæres. disput. 472. nu. 7
Feudum, & emphyteusis quando sunt hæreditaria, an sufficiat hæredem esse primi possessoris, an vero necesse sit hęredem esse vltimi. disp. 472. nu. 10
Feudum simpliciter concessum, an censeatur concessum etiam pro hæredibus extraneis. disput. 472. nu. 5
Fideiubens pro minore quo casu non obligetur. dispu. 540. num. 22
Fideiussor accedere potest etiam pro naturali obligatione tantum. disp. 534. nu. 9
Fideiussor an liberatus sit ab obligatione in casu euictionis eius, quod a debitore fuit solutũ, vel alio simili. d. 546. n. 3
Item an in casu quo creditos proroget terminum debitori, solutioni præfixum. ibid. nu. 6
Fideiussor an licite paciscatur cum debitore quod si intra terminum præfixum debitum non soluat, maneat pignus sibi venditum certo aliquo pretio. disp. 324. nu. 6
Fideiussor compensare potest cum creditore, si quid ipse creditori debeat. disp. 560. num. 16.
Idem etiam in procuratore dicendum. ibid. nu. 17
Fideiussor conueniri non potest a creditore antequam debitor principalis. disp. 545. num. 1
Declaratur tamen, vt num. 2. 5. 14. & 16
Fideiussor datus in alienatione fundi dotalis, an teneatur de euictione. disp. 428. nu. 9
Fideiussor de iudicio sisti ad quid detur, & de eius obligatione. disp. 539. nu. 15
Fideiussor de non rixando, sub fideiussoribus iudici talibus continetur. disp. 539. nume. 16
Idem in fideiussore in rem propriam. ibid. nu. 17
Fideiussorem non obligari in plus quam principalis, quo modo intelligendum. disp. 541. num. 1
Fideiussores maritus dare non potest pro dote restituenda. disp. 425. nu. 2
Imò obligatio eorum est nulla, neque huic priuilegio renunciari potest, nisi adsit iuramentum. ibid.
Fallit tamen in multis euentibus, vt nu. 9
Fideiussores plures vnius debitoris quando conueniri possunt in solidum, & quando pro parte. disp. 543. num. 1
Fideiussores quæ personæ esse non possunt. disp. 540. nume. 16. vsque ad 21
Fideiusoria obligatio quot modis extinguatur. disput. 546. nu. 2. 4. & 5
Fideiussor indemnitatis quibus casib. potest opponere exceptionem excussionis principalis etiam post litem contestatam. disp. 544. nu. 1
Fideiusor indẽnitatis quis dicat, & quot modis. d. 545. n. 9
Fideiusor in eadem scriptura, se obligans tanquam fideiussor, & principalis, censetur renunciare beneficio excussionis principalis, secus si in scriptura diuersa. disputat. 545. num. 14
Intelligе tamen, & declara, vt nu. 15
Fideiusor in iudicio datur tam in causa ciuili quam criminali. disp. 547. nu. 1
Fideiusor in quibus casib. non potest in plus obligari, q̃ principalis. disp. 541. nu. 2
Fideiusoris morte non extinguitur obligatio, sed ad hæredes transit. disp. 546. nu. 1
Fideiusoris obligatio quando dicatur diuersa ab obligatione principalis. disp. 541. nu. 8
Fideiusoris obligatio quando nulla reddatur, & quando non. disp. 539. nu. 8
Fideiusoris obligatio quomodo subeat rationem mandantis, & mandatarij. disp. 539. nu. 21
Fideiusor iudicatũ solui ad quid detur, & quæ sit eius obligati.

Digitized by Google

gati.disput.539.nu.13
Et quid de iure Castellæ,& Lusitaniæ.ibid.nu.14
Fideiussor iuramento confirmans eius obligationem fideiussoriam,an censeatur priuilegio excussionis principalis renunciasse.disp.545
Et quid de fideiussore indemnitatis.ibid.num.13
Fideiussorius contractus de iure canonico, & Castellæ valet, etiam sine stipulatione.disp.539.nu.10
Fideiussor mandati agere non potest,aut negotiorum gestorum actione aduersus debitorem principalem, vt eum liberet ab obligatione fideiussoria.disp.546.nu.6
Fallit tamen in multis casib.seu euentib. vt nu.8. & seq.
Et quid de iure Castellæ in primo euentu.ibid.
Fideiussor ministri publici, an possit renunciare beneficio excussio.disp.545.nu.13
Fideiussor negans se fideiussorem pro eo debito,pro quo cõuenitur amittit excussionis priuilegium. disp.545.nu.16
Cum declaratione tamen,vt ibid.& nu.4
Idem in pluribus tutoribus dicendum aduersus pupillũ, & contutores.disp.ead.num.5
Fideiussor, opponẽs exceptionem epistolæ diui Adriani intra tempus,in quo alter fideiussor est soluendo, liberatur etiam si postea alter fideiussor efficiatur non soluendo. disp.543.nu.5
Immo etiam sufficit tempore solutionis opponere, dummodo eo tempore alter fideiussor sit soluendo, licet postea non soluendo efficiatur,ibid.nu.6
Fallit tamen,vt exceptionem talem non possit opponere, in aliquibus euentibus.disp.543.nu.7
Et quid de iure Castellæ & Lusitaniæ..ibid.num.8
Fideiussor potest arctius obligari quam principalis,licet nõ in plus.disp.541.nu.6
Et in quibus casibus,& euentibus.num.7
Fideiussor potest licitè aliquid accipere, vt pro alio fideiubeat, ratione periculi,atque obligationis. disp.319.nu.1
Fideiussor potest se obligare in minus,quam debitor principalis.disp.541.nu.3
Fideiussor pro dote soluenda potest etiam mulier constitui, renunciareque Velleiano.disp.425.nu.1
Fideiussor pro reo criminaliter accusato non potest obligari ad pœnam corporalem, sed tantum pecuniariam pro eo sistendo in iudicio.disp.547.num.3
Declaratur tamen,& limitatur,vt ibid.
Fideiussor pro reo in iudicio sistendo intra certum tempus, quando incidat in pœnam si intra ad tempus eum non sistat.disp.547.nu.5
Et quid de iure Castellæ, & Lusitaniæ.ibid.
Fideiussor quãdo obligatur in plus quã principalis,an obligatio nulla reddatur in totum, an vero quoad excessum tantum.disp.541.num.4
Et quid si adsit iuramentum. nu.5
Fideiussor quid & quotuplex. disput.539.nu.1.12.& 13
Et ad quid inuenta fideiussoris obligatio.ibid.nu.2.vnde dicatur.nu.3.& pro quacunque obligatione accedere potest.ibid.num.4
Imò non solũ pro certa obligatione in specie, sed etiam in genere pro quacunque de futuro contingente. disp.ea. num.5
Imò vero pro obligatione etiam quæ oritur ex delicito. ibid. nu.6
Ac etiam pro obligatione, quæ oritur ex dispositione publicæ potestatis,ritè aliquid statuentis.ibid.nu.7
Fideiussor quomodo potest in rem aliã obligari diuersam ab ea ad aliquã debitor principalis obligatur.d.541.n.7.
Fideiussor renunciare potest exceptioni excussionis principalis debitoris.disp.541.nu.11
Declaratur tamen,vt nu.12
Fideiussor soluens omissis exceptionibus, seu defensionib. quæ opponi poterant,quando agere poterit actione mandati aduersus principalem debitorem, ad repetendum quod pro eo soluit.disp.546.nu.14
Et quid si exceptio omissa erat peremptoria,an sibi nocebit,& quando.ibid.nu.15
Fideiussor sub certa pœna de sistendo reum in iudicio intra tempus, eo elapso, quando habeat electionem de eum defendendo.disp.547.nu.7
Et quid si reus moriatur,quando intelligatur liberatus a pœna.num.8
Et quid etiam si nulla sit pœna constituta,qua pœna puniri possit a iudice propter moram.ibid.nu.9
Et quid si nullum sit tempus de soluendo constitutũ, quo modo puniri possit.ibid.
Fideiussorum vnus totum debitum soluens, quãdo ab alijs pro eorum portione repetere possit, & quomodo ex iure cesso agere poterit aduersus alios.disp.534.nu.1.& 7
Fideiussor vnusquisque esse potest, qui obligare se potest, nisi reperiatur expressè prohibitus. disp.540.nu.1
Vnde fallit in multis personis,& casibus,vt nu.seq.
Fideiussor,vt agere possit ex iure cesso aduersus confideiussores, quomodo debeat probare solutionem creditor fecisse.disp.544.nu.10
Fides distincta virtus a veritatis virtute.disp.262.num.6
Fides,quæ est virtus,& fundamentum iustitiæ, vnde dicta. disput.262.num.4
Filia si sine consensum parentum se nubat in facie Ecclesię, non potest exhæredari.disput.425.nu.7
Filij eius,qui crimen læsæ maiestatis commisit,vel in hæresim incidit, incapaces sunt emphyteusis etiam ex pacto, & prouidentia.disp.481.nu.6
Filij prioris matrimonij tacitam habent hypothecã in bonis matris,quæ trãsit ad secũdas nuptias pro recuperãdis bonis sibi a marito aliquo titulo gratuito datis.dis...n.10
Item habent hypothecam in bonis patris administrantis eorum bona aduentitia.disp.436.nu.11
Filiofamilias competit exceptio Macedoniani aduersus sibi mutuantem.disp.301.nu.1
Etiam si sit in dignitate, ex qua patriam egrederetur potestatem.ibid.nu.6
Filiofamilias habenti bona castrensia, hodie non competit exceptio Macedoniani.disp.301.nu.7
Filiofamilias soluenti debitum ex causa mutui contractum, non competit repetitio.disp.301.nu.8
Intellige tamen,& declara, vt ibid.
Filius adiens hæreditatem paternam cũ beneficio inuentarij,an possit reuocare alienationem emphyteusis,aut feudi, quando sunt hæreditaria mixtè.disp.547.num.10
Filiusfamilias cur nõ possit testari de bonis aduentitijs, cũ consensu patris,etiam si vsumfructum habeat, & tamen causa mortis si pater cõsentiat,potest donare.d.288.n.23
Filiusfamilias in testamento an possit donare causa mortis ex consensu patris,licet non sit clausula, quod si non valet vt testamentum,valeat vt codicillus,aut donatio causa mortis.disp.288.nu.27
Filiusfamilias pubes tenetur ex omni contractu a se facto ẽt sine consensu patris,præter quam in mutuo. d.261.nu.5
Filiusfamilias,quando donare possit, & de quib. bonis.disput.277.nu.1
Filiusfamilias quousque donare possit causa mortis, etiam de iure Castellæ,& Lusitaniæ.disp.288.num.24
Filiusfamilias, si de bonis profectitijs patris lucretur plus, quam ipse per ludum poterant de eis bonis ..lenare, an teneatur restituere incrementum. disp.519.n...
Filius legitimè exhæredatus a patre,an succedat in emphyteusi, & feudo patris.disp.477.nu.4
Filius natus ex matrimonio in ecclesiæ facie valido reputato, an succedat in feudo,vel emphyteusi, aut maiorato, concesso pro se,& filijs legitime, aut ex legitimo matrimonio natis.disp.475.num.14
Fiscus in bonis debitoris tacitam habet hypothecam. disp. 536.nu.5
Fiscus non tenetur stare locationi factæ de aliquibus bonis determinatis,secus si cõfiscatur bona omnia, aut aliquota illorum.disput.491.nume.1
Fallit tamen,vt nu.2.
Fructus percepti ex bonis vtriusque coniugis,vsque ad tempus soluti matrimonij, quibus casib.efficiantur communes,

Digitized by Google

nes,& quibus non.disp.433.nu.13
Fructus pignoris quibus casibus suis accipere potest, vltra sortem,& quibus non.disp.320.nu.1
Fructus pignorum nõ tenetur gener computare in sortem, quæ pro dote promissa, interim dum ei non soluentur,accepit.disp.321.nume.1
Fructus rei consistentes in vsu, cum pacto de retrouendendo,quando ad emptorem pertineant,& quando ad venditorem.disp.374.num.6
Fructus rei emphyteutæ, quæ in commissum incidit,a quo puncto deberi incipiant proprietario.disp.455.nu.4
Fructus rei emptę cum pacto de retrouendendo eodem pretio,non computantur in sortem.disp.420.nu.3
Fructus rei emptæ cum pacto de retrouẽdendo, quando ad emptorem,& quando ad venditorem pertineant.disput.374.num.4
Et quomodo intelliguntur,quando spectant ad venditorem.ibi.nu.5
Fructus rei locatæ tacite sunt hypothecati pro pensione.disput.536.nu.13
Fallit in emphyteusi.ibid.
Fructus rei non dicuntur nisi deductis expensis in ipsa re factis ratione fructuum colligendorum.disp.455.nu.5
Fructus rei quid.disput.502.num.3
Fructus rei quomodo æstimandi.disp.463.nu.15
Fructus rei venditæ quando spectent ad emptorem,& quãdo ad venditorem.disp.368.nu.1
Fructus rerum dõtalium quomodo pertineant ad vxorem soluto matrimonio.disp.322.nu.3
Fructuum valor deducí debet de expensis in re aliena factis per bonæfidei possessorem.disp.463.nu.14
Fructuum dotis appellatione,quid veniat.disp.432.nu.7
Frumenti pretium quando taxatur duo sunt tempora considerandа.disp.365.nu.1
Frumenti pretium rarissimè taxandũ,propter magnas difficultates.disputat.365.nu.10
Frumentum taxatio quare necessaria.disp.368.nume.12
Frumenti taxatores quid cauere debeant.disp.365.num.13
Frumentum alienigenæ asportantes de loco vbi est taxa,ad locum,vbi eis non imponitur taxa,& illud pluris vendentes, an pecent,& ad restitutionem teneantur.disput.364.num.12
Et quid si incolæ sint,qui illud asportent.ibid.num.13
Frumentum,an licitum sit vendere vltra pretium lege taxatum,asportandum tamen ad locum vbi carius venditur, sumptibus vendentis.disp.364.num.15
Frumentum quomodo,& quando taxãdum,& quid obseruandum,vt taxa iuxta dicatur.disp.365.nu.9
Frumentum si detur melius quam consueuit vendi an possit accipi vltra pretium lege taxatum,vel si peius,teneatur venditor,de pretio descendere.disp.364.num.11
Fundi dotalis alienatio facta constante matrimonio,vt valida sit,quid requiratur.disp.428.nu.7
Fundi dotalis alienatio facta per vxorem de consensu viri, an confirmetur, matrimonio soluto per mortem viri.disput.428.num.8
Fundi dotalis alienatio in quibus casibus valida sit,disput.428.nu.10.& 12
Fundus dotalis alienari non potest constante matrimonio, etiam de vtriusque coniugum consensu,& alienatio facta est nulla.disp.428.nu.2
Immo nec hodie sufficit vt vxor iterum biennio post alienationem consentiat, remanentibus viro sufficientib.bonis vnde soluere postea vxori possit pretium talis fundi.disput.428.num.3
Fundus dotalis suus dicatur.disp.428.nu.7
Fundus dotalis si sit per sententiam alteri adiudicatus, an mulier soluto matrimonio,possit petere,vt sibi reddatur, probando eius maritum non rectè cum fundum dissendisse.disp.428.nu.11
Fur,& vsurarius,& alij similes lucrantes in ludo,an restituere teneantur,& quando.disp.518.nu.2
Furto subtripiens pecuniam a mercatore tenetur illi de lucro cessantes.disp.316.num.8
Fur vendens rem furto sublatam acquirit pretium sibi. licet non transferat in emptorem dominium, & cõtractus valet.disput.328.nume.8
Fallit si tempore cõtractus tam emptor,quam venditor sciant rem furtiuam.ibid.num.9
Idque etiam verum de iure Lusitano, & Castellæ.ibid.

G

GAbella alcaualæ an debeatur ex contractu census consignatiui,& quando,disp.384.nu.1
Gabella an debeatur de censu redimibili,& quando,& cui gabellario.disput.382.nu.3
Gabella an debeatur ex tota summa rei venditæ cum onere census,an vero eo detracto.disput.384.nu.4
Gabella ex vitalitij venditione debetur.disp.384.
Gabella, seu alcauala ex æstimatione rei dotalis quæ facit emptionem non debetur.disp.426.num.15
Gabella cui potius gabellario ex ducbus debeatur,quando sub vno fuit tantum pactum nudum de permutando, & sub altero fuit traditione vestitum.disp.397.nu.5
Gabella duplex quo casu debeatur.disp.354.nu.2
Gabella non debetur ex retrouendntione facta virtute pacti de retrohẽdendo apposiri in prima vẽditione.d.384.nu.3
Gabella,quæ alcauala dicitur, an debeatur ex dissolutione contractus per contrarium consensum,an vero ex priori contractu.disput.373.num.3
Gabella,quæ ex permutatione debetur,quando deberi incipiat.disp.397.nu.3
Gabellarius quando teneatur in actione quanto minoris, gabellæ partem remittere.disp.343.nume.11
Gabellarius, an teneatur restituere gabellam ei solutam ex venditione rei tanquam liberæ, quæ tamen onus census habebat.disp.384.nu.5
Gabellę an debeantur ex interdũ venditionib.a primo emptore vsque ad retrahentem celebratis.disp.371.nu.16
Gener an possit pacisci cum socero, vt quotannis, donec ei dos soluatur certam pecuniæ quantitatem ipsi soluat.disput.321.nu.9
Gener an vsurarius dicatur,si possessione soceri fruatur,donec ei residuum dotis soluatur, cum ex dilatione solutionis nullum lucrum ei cesset.disp.321.nu.8
Gener, ex capite lucri cessantis, potest accipere iustam recompensationem,vbi dilationem solutionis dotis.disput.321.num.7
Genus quare perire non possit.disp.366.nu.5
Granum argenti quid.disp.400.nu.6
Granum auri cuius valoris.disp.400.nu.10
Granum auri est septuagesima secunda pars octauæ.disput.400.nu.3
Gratia,aut priuilegium concessum vsque ad sedis Apostolicæ beneplacitum,non expirat morte concedentis.disp.298.num.11
Gratia concessa vsque ad Papæ, vel Regis beneplacitum, an expiret morte eius, qui eam concessit,vel non.disput.298.nu.12
Gratia, & priuilegium sub qua forma morte non expirat concedentis, sed reuocatio requiratur,& sub qua sic.disput.298.num.10
Et quid in Lusitania seruatur. ibid.
Gregis fętus marito in dotem datus,ad quem spectet. disp.426.nu.5

H

HErbæ si vendantur in pabulum iumentorum & pharmacopola comperiat aliquam earum magni pretij, an teneatur in conscientia denegare illius valorem,& ad restitutionem.disp.353.nu.13
Hæredes viri quomodo restituere teneantur dotem vxori, vel eius hæredibus.disp.322.nu.2
Hæredes viri si sint in mora soluendi dotem,tenetur solum ad lucrum cessans.disp.322.nu.6

Hære-

Digitized by Google

# INDEX.


Hæreditas nondum delata si vendatur, nulla est venditio. disputat. 340. num. 6
Idem si donetur, ibid. nu. 8
Etiam si venditor, aut donator, esset substitutus pupillaris. num. 9
Imò etiam talis priuatur hæreditate cum ad ipsum delata fuerit fisco que adducitur. ibid. nu. 10
Hæreditatis pars pro indiuiso, & quota & seruitus etiã vendi potest. disput. 540. nu. 11
Hæredum, & successorum nomine, etiam in emphyteusi ecclesiastica comprehenduntur extranei. disp. 473. nu. 4
Hæres iuris ignorãtia soluens legata, vel fideicommissa, relicta in testamento minus solemni, non repetit. disputat. 567. nu. 7
Limita tamen, vt ibid.
Hæres putatiuus soluens debita defuncti ex ipsius hæreditate, quando illa repetere possit. disp. 569. num. 7
Hæres, quando tenetur ex emphyteusi, soluere creditorib. defuncti. disp. 477. nu. 5
Homo liber potest dari obses & in pignus pro bono pacis inter bellantes. disp. 350. nu. 7
Et quid si detur pro re ad rem bellicam non spectante. ibid. num. 8
Et quid de iure Lusitano, & Castellæ, nu. 9
Hora etiam, solutioni statuta interpellat pro creditore. disput. 564. nu. 7
Hypotheca conuentionalis quotuplex, & quid vniuersalis hypotheca expressa. disp. 528. nu. 12
Quid particularis expressa & tacita. ibid. nu. 13. & 15
Et quid vniuersalis tacita, nu. 14
Hypotheca in censu reali an habeat locum post bullam Pij V. disp. 389. nu. 5
Hypothecam habens in re præfertur omnibus alijs, quibus res fuit tradita. disp. 369. num. 14
Hypotheca quot modis sumatur. disp. 528. nu. 2.
Hypotheca quotuplex tam latè, quam prolsè sumpta. disp. 528. nu. 7
Hypothecaria actio aduersus tertium possessorem quãdo, & quo ordine intentanda. disp. 534. nu. 5
Hypothecaria antequam intentetur aduersus tertium possessorem, quid probare debeat. disp. 534. num. 6
Hypothecaria quibus euentibus intentari potest aduersus tertium possessorem, sine excussione in bonis, ac fideiussorium facienda. disp. 534. nu. 7. & 8
Hypotheca tacita quid, & quid expressa. disp. 528. nu. 89
Hypotheca tacita a quo tempore incipiat. disp. 438. nu. 14
Hypotheca tacita vxoris pro eius dote recuperanda, an præferatur etiam expresse habenti. disp. 438. num. 10
Hypothecæ ius est longè diuersum a censu tam reali quam personali. disp. 534. nu. 10

I

Illegitimi, etiam si naturales filij sint, & postea legitimentur, non succedunt in feudo, ex communi. disput. 475. num. 1
Et quid in emphyteusi. ibid. nu. 2
Legitimati vero ita emphyteusi, sicut in alijs bonis succedunt. ibid. nu. 3
Illegitimus obtinens emphyteusim ecclesiasticam ante dispensationem, an licitè post dispensationem, possit eã retinere. disp. 475. nu. 18
Incapitatio emphyteusis, quo sit in Lusitania, an debeat fieri coram iudice. disp. 460. nu. 4
Et quid si maior hæredum pars non conuenerit. ibi. nu. 5
Incrementum, ex pacto prouenies, de duplum soluendo marito, in casu euictionis fundi dotalis æstimati, cedere debet de augmentum dotis. disp. 426. nu. 14
Incrementum in re emphyteutica, & etiam feudali ad quẽ pertineat. disp. 462. nu. 1
Indebitum accipiens quando teneatur rem restituere cum fructibus perceptis, & qui percipi possent. disp. 569. nu. 4
Ingratitudo quænam sufficiat ad reuocandum etiam donationem perfectam. disp. 272. num. 12
Iniuria volenti, & consentienti quo casu fiat. disp. 304. nu. 6
Inuecta in rem locatam quando tacitæ subijciantur hypothecæ. disp. 536. nu. 14
Innouatio non est titulus nouus, vel continuatio præcedentis. disp. 452. nu. 2
Insinuatio ad quid introducta. disp. 278. nu. 5
Insinuatio de iure Lusitano debet fieri coram Rege, aut senatoribus ad id deputatis. disp. 278. num. 6
Insinuatio quid, & coram quo fieri debeat. disp. 278. num. 3. & 6
Et quid de iure Castellæ. ibid.
Insinuatio non requirit causæ cognitione, neque iudicis decretum, etiam de iure Castellæ. disp. 278. nu. 4
Insinuationi, vel legi, quæ illam introduxit, renunciari non potest per donantem. disp. 278. nu. 7. & quid si cum iuramento. ibid. nu. 8
Institores, seu factores qui. disp. 339. num. 2
Institutus in re certa, quomodo partẽ possit habere in emphyteusi, disp. 477. nu. 3
Intellectus ad c. ad nostram, de reb. eccle. non alien. disput. 575. nu. 2. & 3
Intellectus ad l. 1. & l. quoties. C. de donatio. disp. 265. nu. 6
Intellectus ad l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æsti. disp. 484. nu. 10
Intellectus ad l. congruit. C. de loc. disp. 484. nu. 11
Intellectus ad l. cum domini. ff. locati. disp. 499. nume. 4
Intellectus ad l. cum hæreditas. de fest. ff. ad Treb. d. 557. n. 2
Ad l. ante restitutam. ff. de solutio. ibid. nu. 3
Ad l. vltim. §. vltim. ff. de transa. ibid. nu. 4.
Ad l. 1. C. de pact. ad c. Rainaldus, in princ. de testamen. ibid. num. 5
Ad capit. 1. §. si Vasallus, vlt. si de feudo defunct. ibidem. num. 6
Intellectus ad l. non dubium. C. de legibus. disp. 513. nu. 3
Intellectus ad l. peto. §. prædium. ff. de leg. 2. disputat. 470. nume. 8
Intellectus ad l. quod si minor. §. restitutio. & l. patri. §. si pecuniam. ff. de min. disp. 575. nu. 3
Intellectus ad l. si & me & Titũ. ff. si cert. pet. nouiter datus. disp. 329. nu. 5
Intellectus nouus. ad l. 2. C. de pact. inter empto. & vendit. disp. 374. nu. 7
Intellectus nouus ad c. ad nostram, de iureiu. dis. 560. n. 10
Intellectus verus, & communior. c. nauiganti. de vsuris. disput. 318. num. 5
Intellectus. §. inter locatorem, in l. item quæro. ff. loca. alijs reprobatis. disp. 499. nu. 3
Interesse extrinsecum quando veniat in mutuo. d. 299. n. 7
Inuoluntarium ex errore quo casu non vitiet contractum ex natura rei. disp. 352. nu. 12
Inuoluntarium ob ignorantiam non concedi ad annullandum contractum. disput. 353. nu. 19
Iudex an possit emphyteusim ei adiudicare, qui maiorem partem in illa habuerit, cogendo, vt soluat in reliquis æstimationem partium illorum. disp. 460. nu. 6
Iudex ecclesiasticus incidenter cognoscere potest de causa dotis. disp. 443. num. 4
Iudex quales fideiussores in iudicio accipere debeat, ac ipse periculum subeat. disp. 547. nu. 2
Iudex quibus euentibus, sine recursu ad principem, potest rescindere sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam per beneficium restitutionis in integrum. disp. 566. nu. 7
Iudex, & alij ministri publici temporalem iurisdictionem habentes, non possunt aliquid emere, præter necessaria ad victum, nec alium contractum facere, neque acceptare, alias puniuntur. disp. 343. nu. 1
Et qua pœna de iure Lusitano, & Castellæ puniantur. ibi.
Iudices ordinarij ecclesiastici qui sint. disp. 334. nu. 11
Iura, & nomina debitorum sub quorum bonorum nomine comprehendantur. disp. 465. num. 2
Iuramentum appositum in contractu donationis, quid operetur. disp. 278. nu. 10


Iura-

Digitized by Google

Iuramentum appositum in donatione causa mortis, quo casu non faciat donationem irreuocabilē. disp. 287. nu. 17
Iuramentum non se extendit vltra id, quod in contractu cōtinetur. disp. 499. nu. 2
Iuramentum vestit pactum nudū, & ex eo facit oriri actionem de iure ciuili. disp. 256. nu. 2
Iurans se soluturum quod ludo perdit, an facta solutione, licite possit repetere, & quando. disp. 515. nu. 7.
Iure primi emphyteutæ resoluto, eo ipso resolutum est ius secundi. disp. 471. nu. 10
Ius accrescendi habet locum in donatione causa mortis sicut in legatis. disp. 288. nu. 7
Ius ad pensionem, & ad pœnam commissi, si pensio non soluatur, quid sit. disp. 471. nu. 8
Ius ciuile a canonico in quo differat, dum ex pacto nudo superuentu causæ vestito, datur actio. disp. 257. nu. 12
Ius naturale duobus modis resistit alicui actioni, aut acceptioni. disp. 326. nu. 10.

L

LAnarum in regno Castellæ emptio pecunia anticipata, quomodo licita sit. disp. 360. nu. 1
Lanarum in regno Castellæ tria sunt genera. disp. 359. n. 3
Lanarum emptio in Castella anticipata solutione, ex quib. circunstantijs permissa, disp. 360. nu. 3. & 5
Lanarum emptio in Castella anticipata solutione, cur fiat. disp. 359. nu. 5
Lanarum pretia in regno Castellæ, multum pendere a commissionibus a Genua missis. disp. 359. nu. 4
Lanarum pretium augentes, vel diminuentes, circunstantiæ quæ. disp. 359. nu. 7
Lanarum venditiones in Castella quo tempore anticipata solutione fiant. disp. 359. nu. 6
Lanæ in regno Castellæ inter præcipuos eius naturales diuitias connumeratur. disp. 359. nu. 2
Laudemium an debeatur ex locatione ad decenniū, aut vltra, si ille, qui habet rem conductam ius illud alteri vendat. disp. 452. nu. 25
Laudemium debetur proprietario, & pro re emphyteutica donata. disp. 461. nu. 8
Fallit in dote, & donatione propter nuptias facta filio. Ibid. & nu. seq.
Laudemium de quibus rebus soluendum proprietario, & quando non. disp. 459. nu. 24
Legatarius pro legato tibi soluendo, tacitam habet hypothecam in bonis defuncti. disp. 536. nu. 15
Leges Cæsareæ permittentes vsuras abrogatæ sunt iure canonico. disp. 304. num. 13
Leges, & Canones ligantes & ligantes in omni prouincia post duos mēses a die eorū publicationis. disp. 295. n. 1
Imò etiam vim habent post duos menses a publicatione facta, etiam ad contractus iam initos reddendos tibi. nu. 2
Declara tamen plene, & intellige, vt nu. 4
Leges & consuetudines loci attendendæ sunt, in quo maxima tempore celebrationis cōtractus dotis habebat domicilium, nō illius, in quo fuit celebratus contractus. d. 445. n. 2
Legislator non abrogans legem alias iustam a se latam, sed modo iniustam, tenetur omnia damna subditis restituere. disput. 364. nu. 9
Declara tamen, vt ibid.
Legitimatus ad beneficia ecclesiastica obtinenda censetur quoque ad emphyteusim, & feuda ecclesiastica legitimatus nisi aliud exprimatur. disput. 475. nu. 15
Legitimatus rescripto principis, non potest succedere in emphyteusi ecclesiastica. disp. 475. nu. 10
Idē in feudo, nisi aliud in particulari legitimetur. ibid. nu. 11
Imò nec in emphyteusi seculari, quando concessa esset pro se, & filijs legitimè natis. ibid. nu. 12
Et quid in legitimato per subsequens matrimonium, an succedat in feudo, vel emphyteusi concessa pro se, & filijs legitimè natis. ibid. nu. 13
Læsio in contractu emphyteutico an sit vltra, vel infra dimidium iusti pretij quomodo iudicandum. disp. 452. n. 5
Læsio per minorem probanda est, vt restitutio in integrum ei concedatur. disp. 573. nu. 12.
Læsio quæcunque non sufficit minori ad obtinendum beneficium restitutionis in integrum. disp. 573. nu. 10
Leuis culpæ nomine quid intelligatur venire. disp. 313. n. 3
Lex ciuilis admittens illegitimos in defectum legitimorum in successione emphyteusis, an extendatur etiam ad Ecclesiasticam emphyteusim. disput. 446. nu. 3
Lex pretium taxans, vt in foro conscientiæ obliget, quid requiratur. disp. 364. nu. 6
Lex rationabilis, & iusta in foro fori, an præsumendum sit eandem esse iustam in foro Poli. disp. 364. num. 8
Lex 2. de rescind. vend. in loquum habeat in contractu emphyteutico. disp. 452. nu. 4
Lex taxationis frumēti ex quib. iniusta reddat. d. 364. n. 10
Lex, taxās infra iustum infimum pretium, quod res ex eius natura habet, dicitur iniqua, & iniusta. disp. 365. nu. 5
Lex taxæ quæ solet infimum iustum pretium rei constituere potius, quæ summum, aut medium, iusta dicitur: iniusta verò cum infra infimum taxat. disput. 365. num. 6
Liberatio, ne quis teneat reddere rationē administrationis, nō impedit quin teneatur ad ea, quę si facta nō fuisset talis remissio, reali actionem reddere tenebatur. d. 171. n. 12
Litigiosa res pignori subijci non potest, quemadmodū nec vendi. disp. 531. nu. 1
Litigiosa res quæ dicatur de iure Lusitano, & quæ sit eius pœna eam vendenti, seu credenti. disp. 330. nu. 16
Locans agnum ad pastum, in quo erant herbæ nociuæ, ad quid conductori teneatur. disp. 494. nu. 10
Locans operas suas alicui; fideliterque non laborans, ad quid conductori teneatur. disp. 493. nu. 9.
Locans operas suas, & industriam, quādo teneatur locatori ad interesse. disp. 404. nu. 16
Locans vasa vitiosa ad vinū, vel aliud simile ferendū, tenetur ad interesse cōductori, vitiū illorum ignorāti. d. 494. n. 9
Locare aliquid ad peccatum, quod attingat intentio locantis, omnino illicitum est. disp. 500. num. 1
Locare aliquid alicui, qui vsurus sit eo, ad iniuriā alterius lethalem, peccatum est lethale, & ob id illicitū. d. 500. n. 2
Locare aliquid propter quod potest suspicari abusus ad peccatum, quando licitum, & quando non. disp. 500. nu. 4
Locare, & conducere omnes possunt, qui vendere pariter, & emere possunt. disp. 488. nu. 1
Locare meretricibus, domum, non cum intentione, vt ibi fornicationem exerceant, sed tantum ad habitationem illarum, peccatum non est. disp. 500. nu. 3
Locare quis potest omnia quæ vendi possunt, & etiam seipsum, & famulum, & rem conductam. disp. 489. nu. 1
Intelligendo tñ ad eundem vsum, quo eā cōduxit. ibi. n. 2
Locata res censetur ad eum vsum, ad quem est destinata, vel locari consueta. disp. 489. nu. 4
Locata res si pereat, aut eripiatur culpa locantis, tenetur locans ipse conductori ad omnia damna, & etiam interesse lucri cessantis. disp. 493. nu. 6
Locata res si pereat, aut ex alio quocunque impedimento conductor ea vti frui non possit, quousque locator, & cōductor ad inuicem teneantur. disp. 493. nu. 1
Locata res si sit euicta, ad quid locator conductori teneatur. disp. 493. nu. 8
Locatæ rei impedimentum oriens ex parte conductoris, nō liberat eum a solutione pensionis. disp. 493. nu. 5
Locatio ad longum tempus rei Ecclesiasticæ, an licita sit sine causa, & solemnitatibus requisitis. disp. 466. nu. 4
Locatio ad modicū tempus suspensa, vt scriptura perficeretur, an per patiētiā locationis locatione tali finita, censeatur tacitè prorogata in annum sequentem. d. 498. nu. 13.
Locatio animalium cum pacto, vt numerus eorum seruetur integer ex eorum fœtibus, an sit licita, & quod modis fiat. disput. 503. nu. 1. & 2
Locatio aut alienatio rei ecclesiasticæ vltra tempus a iure permissum, an inualida sit tantum quoad excessum, an verò in totum. disp. 467. nu. 1



Digitized by Google

Locatio duplex. disp. 445. nu. 4
Locatio equi, quæ fit de vno loco ad alium, potest per eundem conductorem econuerso fieri de illo loco ad quem, ad locum a quo regressionis rationes, disp. 405. nu. 3.
Locatio, & conductio quot modis valida sit. dis. 337. n. 17.
Locatio, & conductio in quibus conueniant cum emptione, & venditione. disp. 487. nn. 1
Locatio, & quælibet alia alienatio rei ecclesiasticæ quando inualida, etiam quoad breuius tempus inclusum in maiori inualido. disp. 467. nu. 3
Locatio facta ad longum tempus, de quo tempore intelligatur. disp. 445. nu. 5
Locatio propriè an dicatur, etiam si non detur pretium, sed aliquid aliud. disp. 486. nu. 3
Locatio quid, & quid conductio. disp. 486. nu. 1
Locatio quot modis sumatur, & in quibus differat ab emphyteusi, & alijs contractibus tam nominatis, quam innommatis. disp. 486. nu. 2
Locationes rei Ecclesiasticæ vltra triennium, sine causa, & solemnitatibus, prohibita est sub pœna. disp. 446. num. 8
Et quomodo licita. nu. 9
Locatione ad longum tempus vtile dominium, iusque in re, & successio requiritur. disp. 445. nu. 6
Locatione finita, potest dominus cui vult, libere eandem rē locare. disp. 498. nu. 6
Declaratur tamen, vt nu. 7.
Et quid de iure Lusitano. ibid. nu. 8
Locatione finita, quando ex tacito partim consensu censeatur protogatus contractus. ibid. nu. 9
Locationis, & conductionis contractus ad hæredes transit tam locatoris, quam conductoris. disp. 489. nu. 6
Fallit tamen, vt num. 7. vsque in finem.
Locationis tēpore transactio, ex tacito cōsensu partiū, vsq; ad q̄ tēpus cēseatur renouatus contractus, disp. 449. n. 10
Locator ad tempus permittens colonum finito tempore cōtinuare, intelligitur eodem genere contractus, & sub eisdem conditionibus id concedere. disp. 449. nu. 9
Locator an teneatur soluere expensas factas per conductorem, q̄si est pactū in genere, q̄ res meliorarentur per cōductore, nec dictū esset, quod suis sumptibus. disp. 496. nu. 4
Locator quibus in casibus potest conductorem expellere ante finitum tempus contractus, etiam si sit pactum pœnale. disp. 499. nu. 1. 5. 11. & 12.
Locator, qui conductori ad interesse lucri cessantis tenetur, an teneatur etiam ad interesse extrinsecū. disp. 493. nu. 5
Locator si indigeat domo locata, potest expellere conductorem ab ea. disp. 499. nu. 5
Ampliatur etiam si ex parte indigeat, & postea accreuit eius necessitas. ibid. nu. 10
Limitatur, vt nu. 8.
Locatoris scientia de periculo rei non sufficit, vt conductos a denunciatione excusetur. disp. 493. nu. 2
Lucra acquirenda per coniuges, quibus lucris, et contractui comparetur, disp. 435. nu. 3
Lucrum cessans duobus modis deduci potest in pactum. disput. 317. nu. 8
Lucrum cessans potest ex mutuo peti, etiam ex pecunia, ex cumulo aliarū extracta, & negociationi destinata. disp. 316. nu. 5
Lucrum cessans qualiter æstimandum, vsque ad limites iusti. disp. 316. num. 6
Lucrum cessans quid. disp. 314. num. 2
Lucrum cessans quod quis licitè vendere potest mutuatario, quid. disp. 316. nu. 4
Lucrum cessans vendi potest a mutuante tanquā quid pretio æstimabile. disp. 315. nu. 6
Lucrum & fructus rei differunt. disp. 402. nu. 2
Lucrum ex mutuo non cessat, si pecunia mutuata, destinata erat negociationi. disp. 316. nu. 3.
Lucrum in societate æquale quomodo computetur, intelligatur. disp. 415. nu. 5
Lucrū in spe nō dēt ita æstimari, sicut lucrū in re. d. 316. n. 7
Lucrum in spe, siue lucrum cessans duplex. disp. 315. nu. 13
Lucrum solum in potentia non censetur cessare, nisi ad actū deueniat. disp. 316. nu. 2
Lucrum vt cessare censeatur, quæ requirātur. disp. 316. nu. 1
Ludens cum filiofamilias, aut maiore, quando restituere teneatur, quod ab eis est lucratus. disp. 519. nu. 1
Ludens cum filiofamilias, in casu quo tenetur restituere, an teneatur restituere parentibus, & post mortem eorū eidem filio, a quo lucratus est. disput. 519. num. 2
Et quid econuerso, si filius, vel alius impotens ad alienādū in ludo lucratus fuerit, an restituere teneatur. ibi. n. 3
Ludens cum fure, depositario, & vsurario, & alio rem alienam possidente, quando teneatur restituere, quod ab eis lucratus est, & econuerso. disp. 518. num. 1
Ludens cum marito an teneatur restituere vxori partem lucri. disp. 520. nu. 5
Ludens cum religioso, an restituere teneatur quod ab eo lucratus est, & quando. disp. 520. nu. 1
Et quid de seruo, aut mancipio. num. 2
Et an idē dicēdū sit in vxore, & ēt marito. ibi. nu. 3. & 4.
Ludens quando restituere non teneatur, peccatumque non committat ludendo. disp. 517. nu. 2
Ludens si iurauit se soluturum quod ludo perdidit, tenetur, sed an possit repetere, quod soluit. disp. 525. quinc. 6
Ludens trahēs aliquem ad ludendū, an restituere teneatur, quod ab eo est lucratus, & quādo. disp. 516. nu. 1. 2. & 3
Ludo accipiens quod lucratus est, quando possit, & teneatur restituere. disp. 415. nu. 8
Ludo acquisita, iure humano prohibito, quomodo sint restitutioni obnoxia. disp. 513. nu. 1.
Ludo amissum an repeti possit per ludentem, etiam transacto tempore ei concesso ad repetendum. disp. 512. num. 4
Ludo amittens, an possit cum lucrante pacisci, vt partem sibi restituat, ne totum in iudicio repetat. disp. 514. nu. 4
Ludo humano iure prohibito ludens quando incidat in peccatum mortale. disp. 521. nu. 1
Ludo in Lusitania amittens credito, tenetur in conscientia soluere. disp. 515. nu. 3
Secus tamen in Castellæ Regno. nu. 4
Ludo præsētes qñ admonere nō teneātur ludētes. d. 517. n. 3
Ludo prohibito aliquid amittens credito, quando teneatur in conscientia illud soluere. disp. 505. nu. 1. & 2
Ludo prohibito amittens de iure communi, etiā in cōsciētię foro nō tenetur soluere, immo ante latā sententiā pōt excipere de nullitate, cū nulla adsit obligatio. disp. 515. n. 5
Ludo prohibito amittenti nō datur de iure Lusitano repetitio, sed amissū pro dimidia accusanti, & pro altera dimidia fisco applicatur. disp. 514. n. 1. Idē de iure Castellæ.
Ludo prohibito amittens, si non potest per repetitionem suam iudicis obtinere, an possit licitè tantundem occultè accipere, aut retinere de bonis lucrantis, in recompensationem eius, quod ita amisit. disp. 514. nu. 3
Ludo prohibito lucrans, an statim in foro conscientię teneatur reddere, an vero expectare sententiam. disp. 514. n. 2
Ludus admixtus contractui, quid & an licitus. disp. 510. n. 2
Ludus an licitus, in quo pecunia fortunę subijcit. d. 511. n. 4
Ludus cartarum in regnis Castellæ, & Lusitaniæ quando prohibitus sub culpa lethali. disp. 521. nu. 2.
Et quid de conficientibus, aut vendentibus cartas ad ludum, & tesseras. ibid. nu. 3. & 4
Ludus de iure naturali est contractus, disp. 513. nu. 2
Ludus ex quibus circūstantijs malus reddatur, & vitiosus. disp. 511. nu. 1
Ludus quo iure, & quousque prohibitus. disp. 512. nu. 2
Et quid de iure Castellæ. nu. 3. & Lusitaniæ. nu. 5
Ludus quot modis vsurpatur, & quid latè. disp. 530. nu. 1
Ludus si ad lucrū ordinet, an vitiosus reddat. disp. 511. n. 2
Ludus sub qua pœna de iure canonico prohibitus. disputat. 512. nu. 7
Lusitana lex, quæ statuit emphyteutā censeri nominasse filiū suū naturale in defectū descēdentium legitimorū, an extendat etiā ad emphyteusim ecclesiasticā. disp. 475. n. 7
Lusitanæ leges, & Castellæ, quæ pretiū imposuere monetis aureis, non obligant hodie in conscientia. dis. 401. nu. 5

Lusi-

Digitized by Google

M

MAcedoniani exceptio competit filiofamilias, etiam in conscientiæ foro, & quare. disp. 301. nu. 2.
Quid in Castella, & Lusitania. ibid.
Macedoniani exceptio, & priuilegium, ad quas etiam personas extendatur. disp. 301. nu. 3
Macedoniani exceptio opponi potest etiam post sententiã, ante tamen solutionem. disp. 321. nu. 5
Macedoniani exceptioni, seu priuilegio renunciare non potest, & communi, disp. 301. nu. 4
Machinatio quid, & quæ cõprehendat sub se. disp. 293. n. 8
Maioratu institutio omnium bonorum præsentium, & futurorum, quando valida, etiam de iure Castellæ, & quando cum. disp. 280. nu. 13
Maioratus institutio qñ egeat insinuatione. disp. 279. n. 11
Maioratus possessor an possit concedere vsumfructum in rebus maioratus, qui solum duret, dum ipse dominus fuerit maioratus. disp. 470. nu. 5
Et quid si sit filiusfamilias, an pater poterit habere vsumfructum. ibid. nu. 6. & decidit. nu. 10.
Maioratus possessor concedere potest alicui in tempus vitæ suæ commoditatem vsusfructus, vel alterius seruitutis, cũ obligatione sola personali non autẽ reali. disp. 470. nu. 4
Maioratus possessor non potest de nouo tradere in emphyteutica bona maioratus, siue institutionis, vel Regis licentia. disp. 470. nu. 11
Fallit, nisi sit consuetudo in cõtrariũ, vt ita Lusitania. ibi. Idem in locatione ad longum tempus dicendum. ibidem num. 12
Instrumento vero neque hypothecæ vniuersali subijci possunt, sicut fit de reb. ecclesiæ. ibid. nu. 14
Maioratus possessor non potest tradere res maioratus in emphyteusim. disp. 470. nu. 1
Et quid de seruitute, an possit eam constituere in reb. prædictis. ibid. num. 2.
Mancipium generali hypothecæ subiectum, manumitti potest a debitore, si habent aliam bona vndesoluan. disput. 537. nu. 18
Instrumento fauore libertatis potest minor viginti quinque annis consentire, vt manumittatur, licet amittat ius suum pignoris. ibid. nu. 19
Mancipium quando possit donare, & eleemosinas facere. M disput. 277. nu. 4.
Mandans delictum fieri an puniri debeat eadem pœna statui, qua mandatarius exequens. disp. 550. nu. 4
Mandans, & mandatarius quando teneantur adinuicem, & quæ actione. disp. 549. nu. 4
Mandans etiam re non integra an possit reuocare mandatum. disp. 552. nu. 6
Mandans percuti aliquem citra mortem an puniri debeat ordinaria, si mors inde sequuta fuerit. disp. 550. num. 5
Mandatarius pro mandatis quæ exercens, quando denegãda sit occulta compensatio. disp. 548. nu. 5
Mandatario pro executione mandati quando debeatur stipendium etiam in foro conscientiæ, & quando non. disp. 548. nu. 4
Mandatarius de re illicita tenetur mandatum non adimplere, & in conscientiæ foro restituere quicquid acceptu. disput. 550. nu. 1
Immo etiam damna per iniuriatum crassa in defectum mandantis. ibid. nu. 3
Mandatarius exequens mandatum in vtilitatem tertij, an habent actionem aduersus sic mandãtem, an vero aduersus tertium. disp. 549. nu. 10
Mandatarius non exequens mandatum, vel male exequẽs, de qua culpa teneatur. disp. 149. nu. 5
Mandatarius quam actionem habeat aduersus mandantẽ ad consequendam, quod sibi & mandato debetur. disp. 549. nu. 6
Mandatarius quando non possit renunciare mãdatum. disput. 552. nu. 5
Mandatarius quas expensas consequi potest aduersus mandantem. disput. 549. nu. 8
Mandatarius si aliquod damnum patiatur occasione mandati, an habeat actionẽ aduersus mandantẽ. disp. 548. n. 9
Mandatarius, vel procurator nomine mandantis, vendentes, an possint habere fidem de pretio. disp. 552. nu. 4
Mandati actio quo casu oriatur contra mandantem, etiam si forma mandati seruata non fuit. disp. 552. nu. 2
Idque tanto magis vbi certa mandati forma præscripta non fuit. ibid. num. 3
Mandatum de alienando non extenditur ad donationem. disput. 275. nu. 8
Mandatum debiti ex quibus præsumatur. disp. 550. nu. 6
Mandatum generale sufficit ad defendendum contra petentem restitutionem in integrum, sed ad eam petendam speciale reperitur. disp. 573. nu. 30
Mandatum generale ad omnia, non extenditur ad illicita. disp. 550. nu. 1
Mandatũ morte mãdantis, qñ non expensæ. disp. 263. nu. 4
Mandatũ propter sumptũ quid cõprehendat. disp. 548. n. 2
Mandatum quando transeat in contractum locationis, & conductionis. disp. 548. nu. 3
Mandatum quot modis dicitur expectare. disp. 552. nu. 7
Mandatum quod. disp. 548. nu. 1
Mandatum quis contractus dicatur. disp. 548. nu. 6
Mandatum quotuplex. disp. 549. nu. 1
Maritum vergere ad inopiam, nõ est necessaria exacta probatio. disp. 429. nu. 3
Maritus ad solutionem dotis tenetur in quantum facere potest. disp. 442. num. 6
Declara tamen, vt ibid.
Idem dicendum in quibusdam alijs personis, qui hoc priuilegio potiuntur. ibid. nu. 7
Maritus alere vxorem quo casu non teneatur. disp. 425. n. 6
Maritus alienare potest inuita vxore res dotales çstimatas, quæ in pondere, numero, & mensura cõsistunt. disp. 428. nu. 15. Cum declaratione, vt ibid.
Maritus bona an sit æstimanda in arrhis matrimonij a marito promissis, & quomodo, & quid de maioratu vxoris in dotem dato. disp. 431. nu. 9.
Maritus de iure Castellæ potest disponere de omnibus bonis, nisi reperiatur fecisse animo defraudandi vxorẽ portione sua. disp. 275. nu. 5. & 7. Et quod in Lusitania. nu. 9
Maritus de iure Lusitano quando donare possit, & quando non, sine consensu vxoris. disp. 275. nu. 1. Et quid econuerso de vxore.
Maritus dues, & male administrans, an cogi possit restituere vxori dotem. disp. 429. nu. 2.
Maritus fideiussor existens, & soluens, tenet aliud solutũ sibi assumere in partẽ p̃ medietate lucrorũ. disp. 436. nu. 2
Declara tamen, vt ibid.
Et quid de iure Lusitano. ibid.
Maritus fundum dotalem a se alienatum, repetere potest. disp. 428. nu. 4
Maritus iure Lusitano, quando possit sine consensu vxoris, rem immobilem hypothecare. disp. 422. nu. 12.
Maritus habere non potest in præiudicium vxoris, & familię. disp. 520. nu. 4
Maritus non põt disponere de bonis communibus sine cõsensu vxoris, alias sibi cõputantur in partẽ. disp. 275. n. 6
Imò donatarius, si maritus non accepit in partem suam, tenetur in foro conscientiæ rem vxori manifestare. ibid.
Maritus pro dote sibi promissa soluenda, tacitam habet hypothecam in bonis eius quo promisit, sed non prefertur alijs creditoribus anterioribus. disp. 536. nu. 1
Maritus quando confessus est recepisse dotem, neque constat de ipsa illam recepisse, an censendus sit spe numerationis, seu traditionis dotis, eam confessionem fecisse an vero potius animo donandi id vxori. disp. 439. nu. 8
Maritus quando teneatur de euictione etiam ad interesse, occasione fundi dotalis per eum vendit. disp. 428. nu. 5
Et quid de iure Lusitano. ibid. nu. 6.
Maritus quod facere possit, si res dotis promissa tempore constituto non soluatur. disp. 425. nu. 4.



Digitized by Google

Maritus quousque agere possit de euictione rei dotalis sibi euictæ.disp.427.nu.2
Maritus si casu aliquo fortuito ad inopia vergat, an mulier possit contrahere dotem.disp.424.nu.5
Maritus si det fideiussores pro dote, an vxor possit illos reij cere, & eius petere dotem.disp.429.nu.4
Maritus si donet concubinæ vel alteri cui carnaliter sit affectus, pót de iure Lusitano vxor eo viuere totum repetere, & etiã quatuor annis post ipsius mortem.disp.275.nu.2.
Maritus seruũ dotalem inuita vxore manumittere potest, si habeat, vnde illius soluat æstimationem.disp.428.nu.13
Maritus vt lucretur fructus dotis, a quo die anni, & tempore fiat computatio.disp.432.nu.11
Masculus ex fœmina an excludat fœminas, quæ succedunt in feudo in defectum masculorum.disp.474.nu.7
Mater in quib. casibus teneatur filiam dotare.disp.424.n.3
Matres transeuntes ad secundas nuptias ex quibus causis reuocent donationes filijs factas: & quando ex solo attẽtato etiam si non sequatur effectus.disp.281.nu.2
Matrimonia in Lusitania duobus modis celebrantur, & in dubio primo mõdo intelliguntur contracta.disp.274.n.4
Matrimoniũ contractũ de iure cõi valde differt a matrimonio cõtracto de iure Castellæ, & Lusitanię. disp.274.n.5
Matrimonium contractum per epistolam, vel internunciũ perinde est validum, ac si cum principali contractum esset. disp.551.nu.3
Matrimonium contractũ post votum simplex castitatis irritum factum fuit a Gregorio XIII.disp.326.nu.11.
Matrimonium contrahentes solent duos celebrare contractus.disp.321.nu.4
Mediator inueniens ab vno rem emendam certo quodam pretio, & ab alio emens minori pretio, an possit sibi retinere incrementũ, quo potuit carius emere.disp.364.nu.2
Meliorameta ab emphyteuta in re emphyteutica facta, quibus casibus spectent ad emphyteutam, & quibus nõ. disp.436.nu.1. & 3
Meliorameta facta per maritũ in bonis maioratus an successor in maioratu teneatur soluere vxori, aut filijs eius, qui illa fecit.disp.433.num.4
Meliorameta soluere, vel ea tolli permittere, an sit in optione proprietarij.disp.463.nu.9.
Meliorameta quando accrescant rei emphyteuticę vel feudali, & quando non.disp.463.nu.10
Melioramentorum nomine quid in re emphyteutica veniat.disp.463.nu.2
Meliorationes in re emphyteutica, & feudali, quomodo ęstimandæ, & soluendæ.disp.463.nu.11
Cum limitatione, vt nu.16.
Meliorationes, quæ ex pacto pertinent ad proprietariũ, an antequam emphyteusis finiatur, imputentur in legitimam.disput.479.num.9
Meliorationes, quæ veniant soluendæ per proprietarium, & quæ non.disp.463.nu.6
Mensura tritici si plus valet in vno loco, quã in alio, iniusta fit commutatio eiusdem mensuræ. disp.407.nu.2.
Mercator an possit repetere pretium datũ magistro nauis, pro eius mercibus vehendis, si nauis medio itinere profecta vi ventorum sit ad portum reuersa.disp.502.num.1
Mercatores merces in nundinis pecunia credita vendi consuetas carius credito vendẽtes, quam pecunia numerata, an peccent, & ad restitutionem teneantur. disp.357.nu.2
Mercator mutuãs destinatã pecuniã ad negotiandũ, pót recte exigere æstimationem lucri cessantis.disp.315.nu.11
Mercator sciens obsidionem parari ciuitati, in qua merces habeat, & cito eas vendens, an teneatur emptoribus restituere pretiũ, si illæ ab hostib. sint direptæ, vel alia ratione iacturam propter illas passi sint.disp.354.nu.6
Mercator, sicut & piscator pót rectè vẽdere interesse quod pecunia sperat.disput.315.num.12
Mercator vendens infimo pretio eius merces, & partẽ mercis retinens vsque ad pretium rigorosum, an peccet, & restituere teneatur.disp.351.nu.5
Mercator in se suscipiens pecuniã dotalem ad negotiãdum cogitur ẽt in se periculum illius suscipere.disp.417.nu.4
Mercatores si inter se conueniant, ne quisquam ipsorum intra certum pretium vendat, aut vltra certum pretium emat, an restituere teneantur damna priuatis, ea de causa subsequuta.disp.345.nu.4
Mercatorum qui ad cambia concurrunt, tria genera, disp.408.nu.1.3.& 4
Merces in futurum plus valituræ, non plus valent, quam tẽpore præsenti ei, qui eas vendere cogitur. disp.355.nu.8
Metus reuerentialis in quibus personis cõsideretur, & quid operetur, disp.267.nu.7
Et quid in foro conscientiæ.ibid.nu.8
Miles, qui in militiã versatur, non tenet, nisi ad id, q̃ facere potest, & ideo hũ pót in carcerem detrudi.disp.571.nu.9
Minister, seu dispositarius q̃n incrementum possit pro se retinere eius pecuniæ, quam deferebat creditori, ex qua tale incrementum lucratus fuit.disp.402.num.1
Ministri publici munus accipientes a debitoribus, vt eos expectent, vsuram committunt.disp.313.num.1
Et quot modis vsuram committant.ibid.
Minor adoptatus, aut arrogatus hẽt idẽ beneficiũ restitutionis in integrũ, q̃ minor legitimus, & naturalis.d.573.n.8.
Minor, & prodigus, quando contrahere possint, & quando non.disp.261.nu.2
Minor, existens sub tutela, vel cura donare non potest, aut eleemosinas facere, nisi quantum fuerit a tutore, vel curatore permissum.disp.277.nu.2
Intellige tamen, & declara, vt ibid.
Minor in mutuo eodem gaudet priuilegio Ecclesię, & ciuitatis, vt mutuans teneatur probare conuersum esse mutuum in eius vtilitatem. disp.300.nu.8
Minor inueniens se lęsum ex acceptatione hæreditatis sibi damnosæ, vel repudiatione sibi lucrosæ, restituitur in integrum lęsione probata.disp.573.nu.7
Minor inueniẽs se læsum etiam ex facto tutoris, vel alterius administrantis eius bona, habet in integ. restitutionẽ, vel etiam agere potest ad interesse aduersus eundem tutorẽ, vel curatorem. disp.573.nu.5.
Minor læsus in renunciatione, seu permutatione beneficij ecclesiastici habet in integrum restitutionem, etiam re non integra.disp.573.nu.16
Minor lęsus in cõtractu oneroso, qũo restituat.d.573.nu.13
Minor mutuum accipiẽs læsumque se inueniens, habet restitutionẽ in integrũ, cum onere tantum soluẽdi ex ea pecunia, id quod ex ea sit factus locupletior. disp.573.nu.15
Minor quo casu ex donatione per eum facta, non restituitur in integrum disp.573.nu.14
Minor si maior factus ratificet q̃ fecerat in minori ætate, amittit beneficium restitutionis in integ.disp.573.nu.35
Idẽ si minor cõtractũ iuramẽto cõfirmauit.dis.573.n.34
Minor iuramento validant donationem alias inualidam. disp.288.nu.29.
Fallit de iure Lusitaniæ, & Castellæ.ibid.nu.30.
Minor quousque causa mortis donare possunt, aut non. disput.288.nu.28
Minori an detur beneficium restitutionis in integrum etiã aduersus tertium possessorem.disp.573.nu.19.
Minori conceditur in integrum restitutio, etiam si læsio cõsistat in lucro ei cessante.disp.573.nu.11
Minori, & Ecclesiæ læsis vltra, vel citra iustum pretiũ, datur restitutio in integrum, disp.350.nu.7
Minori tacita hypotheca in bonis tutoris, & curatoris. disput.536.nu.6
Monasterium bonorum capax an habet ius retractus loco religionis.disp.370.nu.8.
Monasterium si vẽdat ingressũ prædij an proximiori cõsanguineo talis ingressi, competat ius retractus. dis.370.n.9
Monetas destuere argenteas etiam alterius regni in Lusitania prohibitum est, cum graui pęna. disp.401.nu.2.
Idem in Castella.nu.3
Monopolium vnde dictum.disp.345.nu.3.
Monopolium quid.disp.345.uu.2
Monopolia, quæ licita, & quæ non.disp.345.nu.3

Morę

Digitized by Google

Morę purgatio, de aliquem pręsentando in iudicio ad pęnam euadendam, quando fieri possit. disp. 564. nu. 10
Morę purgatio de æquitate canonica an semper admittatur. disp. 564. nu. 3
Mulier an renunciare possit priuilegio Velleiani, & quando. disp. 540. nu. 8
Et quid de iure Castellæ, & Lusitanæ. nu. 9. 11. & 12
Mulier bñficio Velleiani põt nouationẽ elidere. d. 559. n. 16
Mulier de iure Lusitano aliquid in pretij accipiens a cõiugato, pro actu venereo, licet in prędiudiciũ vxoris cedat, nõ tenetur ante larã sententiã ei restituere. disp. 275. nu. 4
Mulier in quibus casibus non potest vti priuilegio Velleiani. disp. 540. nu. 14
Et quid de iure Lusitano in tertio casu. ibid. nu. 15
Mulier iurans se non vsuram priuilegio Velleiani, ex tali iuramento obligatur. disp. 540. nu. 13
Mulier non potest in carcerem pro debito ciuili detrudi, etiam si debitrix sint fisco. disp. 571. nu. 6
Fallit nisi sit meretrix. ibid. nu. 7
Et quid si sit tutrix, vel curatrix filiorum, aut nepotum renunciauit priuilegio Velleiani. ibid. nu. 8
Mulier pro alio fideiussor existens, obligatur, sed ope exceptionis senatusconsulti Velleiani defenditur, etiam in foro conscientiæ. disp. 540. nu. 2
Hodie verò ex tali fideiussione nulla oritur obligatio. ibid. num. 3
Imò repetere põt q̃ soluit, condictione indebiti. ibi. nu. 4
Intellige tamen, vt nu. 6
Mulier pro dote recuperanda quam actionem habeat, & quibus præferatur. disput. 458. nu. 1
Et an idem sit in quasi dote. ibid. nu. 2
Mulier transiens ad secundas nuptias, an disponere de arrhis possit in prędiudicium filiorum primi matrimonij, & quibus casibus. disp. 431. nu. 8
Munus triplex, a lingua, ab obsequio, & a manu, & quid vnumquodque eorum. disp. 310. nu. 7
Mutuans accipiens a muliere copiam sui pro mutuo, restituere tenetur. disp. 307. nu. 2
Cum declaratione tamen, vt ibid.
Mutuans ad hoc, vt mutuatarius remittat iniuriam, quando dicatur committere vsuram. disp. 307. nu. 3
Mutuans aliquid intra certum tempus non potest mutuatarium grauare, vt intra illud, vel breuius tempus, sibi tantundem mutuet. disp. 308. nu. 8
Mutuans aliquid in vno loco cum pacto, vt mutuatarius soluat in alio, vsuram committit. disp. 310. nu. 6
Declaratur tamen, vt ibid.
Mutuans cum conditione sine qua non, an possit illud exigere, quòd sub ea intendit. disp. 308. nu. 5
Mutuans cum onere, vt mutuatarius partem accipiat in pecunia, & partem in debito, quod non facile exigi potest, vsuram committit. disp. 310. nu. 5
Cum declaratione tamen, vt ibid.
Mutuans cum pacto, vt mutuatarius aliquod debitum soluat, de quo debito intelligatur. disp. 309. nu. 1
Mutuans cum pacto, vt mutuatarius eidem teneatur tantundem mutuare, vsuram committit. disp. 308. nu. 4
Mutuans cũ pacto, vt mutuatarius, tẽpore messis vendat ei triticũ pretio cõi, dicitur facere emptionẽ. disp. 309. nu. 9
Sed in Lusitania est prohibitum. ibid.
Mutuans cum pacto, vt mutuatarius teneatur ad aliqua q̃ vsurã cõmittat, & q̃ intelligatur locare. disp. 309. nu. 7
Mutuans cum pacto, vt mutuatarius teneatur frequentare gynasium, seu molendinum mutuantis, quando vsuram dicatur committere. disp. 309. nu. 10
Mutuans cum pacto, vt mutuatarius teneatur conducere locare, emere, aut vendere aliquid, quando vsuram committat, & quando non. disp. 310. nu. 1
Mutuans debitori impotẽti, an teneatur creditori restituere, quicquid lucri ex mutuo accepit. disp. 339. nu. 11
Mutuans, & mutuatarius quot modis dicuntur dare, & accipere aliquid vltra sortem. disp. 306. nu. 2
Mutuans mille cum pacto vt mutuatarius accipiat quingenta in mercibus, quando vsuram committat, & quando non. disput. 310. nu. 2
Et quid de iure Lusitanię, & Castellæ. ibid. nu. 3. & 4
Mutuans quando restituere teneatur per vsuram accepta. disp. 306. nu. 1
Mutuans q̃s tenetur restituere pro grauamine, tenetur ẽt ad oẽs circunstantias augentes grauamẽ. disp. 309. nu. 4
Mutuans quare probare teneatur, mutuum fuisse conuersum in vtilitatem Ecclesiæ, vel ciuitatis. disp. 300. nu. 7
Mutuans Reipublicę, vt eximatur a soluendis tributis, vsuram committit. disp. 310. nu. 9
Mutuans si probat numeratam pecuniam, ad quid cogatur mutuatarius, qui excepit, & si non probat, quid cogatur reddere mutuatario. disp. 302. nu. 9
Mutuans si pro periculo, quod in se suscepit, non plus accepit, quam iustum pretium, nihil de pretio restituere tenetur. disp. 318. nu. 4
Mutuans tenetur liberare mutuatarium ab onere ei iniuncto ratione mutui. disp. 309. nu. 6
Mutuantem an liceat alicui inducere sibi mutuare, vt malũ euitet maius, & sic generaliter, an liceat inducere aliquem ad minus malum, vt vitet maius. disp. 335. num. 3
Mutuanti quando concedatur actio aduersus Ecclesiam, vt sibi mutuum soluat. disp. 300. nu. 6
Mutuatariũ obligare inutiliter ad id, q̃ naturaliter, et ex charitate tenetur, est pręcio æstimabile, & ob id vsura. d. 309. n. 3
Mutuatarius ad quid teneatur, etiam si non exprimatur, & ad quid non. disp. 299. nu. 3
Mutuatarius mutuanti est naturaliter obligatus ea obligatione, quæ dicitur ad antidora. disp. 308. nu. 1
Mutuatarius mutuanti obligatur ciuiliter duobus concurrentibus. disp. 308. nu. 3
Mutuatarius non tenetur soluere ante tempus mutuanti ratione damni sibi ex mutuo obuenti. disp. 314. nu. 6
Mutuatarius renuncians exceptioni non numeratæ pecuniæ, ad quem effectum non potest excipere, pecuniam non fuisse numeratam. disp 302. nu. 6
Mutui materia quæ res sint. disp. 299. nu. 4
Mutui obligationem in futurum exigere, vt cõcedatur mutuum in presenti, & exigere, tanquam conditionem sine qua non sunt diuersa. disp. 308. nu. 6
Mutuo accipere pecuniam ad vsuram, vt eam expendat in torneamentis, & ludis, an licitum sit. disp. 335. nu. 2
Mutuo accipiens sub vsuris an possit totũ quod accepit, aut partem, alteri sub eisdẽ vsuris mutuo dare. disp. 324. n. 7
Mutuò aliquid dare, vt tantundem reddatur, quando plus valebit, an vsura dicatur, & quando. disp. 311. nu. 1
Et quid de iure Lusitano. ibid. nu. 2
Mutuo dans inuitus, exigere licitè potest interesse lucri ea de causa ipsi cessantis ante terminum solutioni destinatum, & de eo paciscì. disp. 315. nu. 1
Mutuo dare alicui cum pacto, vt teneatur fideiussor esse pro mutuante, vsura committitur. disp. 319. nu. 2
Mutuo date nolle, nisi petens se periculum rei maneat, vt vltra sortem aliquid a mutuatario mutuans accipiat, vsura est. disp. 318. nu. 1
Limita tamen, vt nu. 2
Mutuo dare triticum vetus, vt ei in nouo reddatur, quantum valebit nulla vsura committitur. disp. 311. nu. 4
Declaratur tamen, vt ibid.
Mutuo petẽs ab opifice instrumenta artis tenetur ad valorẽ vsus instrumentorũ & de lucro cessante. disp. 315. nu. 10
Mutuo sponte ad certũ terminũ dans, licitè põt paciscì tam de dãno emergente, quã de lucro cessante. disp. 315. nu. 2
Mutuo sponte dans potest intra terminum mutui paciscì de lucro cessante, sicut de damno emergente, quantum prudentis arbitrio videbitur. disp. 315. nu. 5
Mutuo triticũ dare, quando plus valet, vt ei in tritico ęqualis valor reddat, dicit̃ vẽditio. & nõ mutuũ. disp. 311. n. 3
Mutuum recipere ad vsuram quibus casibus licitũ sit, suaderique possit ad maius malũ vitandum. disp. 335. nu. 1
Mutuum an possit dari debitum ex alio contractu, vt inde ex eo aliquid percipiatur. disp. 304. nu. 16



Digitized by Google

Mutuum dare cum pacto tanto, vel expresso cuiuscumque muneris vsura est.disp.310.nu.8
Mutuũ dare Medicis, Aduocatis, & alijs, qui ex caritate operas præstare tenentur, an sit vsura, & qñ. disp.309.nu.2.
Mutuum quando dicatur versum in vtilitatem Ecclesiæ, vel ciuitatis, vt ad id teneantur, disp.300.nu.3
Mutuum quando sufficienter compensetur per venditionẽ tantundem. disp.308.nu.9
Mutuum quando sit restituendum. ibid.num.6
Mutuum quid. ibid.nu.1
Mutuum virtute quid. disp.303.nu.6

N

Naturalis filij, & descendentes habent ius retractus in bonis ascendentium, ex communi. disp.370.nu.4
Immo in Hispanijs succedunt in nobilitate patris. ibid.
Fallit in spurijs, nisi rescriptio principis sint legitimati. ibidem.
Naues conducta ad merces asportandas si culpa domini perijt, ad quid ipse teneatur conductori. disp.494.nu.12
Negocia alterius gerens insolita tenetur etiam ad damna, quæ inde prouenerunt, seu prouenire possunt. disp.554. num.7
Negocia omnia aut rata habenda sunt per eum, cuius ea sunt gesta, aut in totum reijcienda. disputatio.554. numero 8.
Negociatio, an & quando licita sit. disp.339.nu.6
Negociatio ex quibus capitibus mala, & illicita reddatur. disp.339.nu.7
Negociatio mere lucratiua, qua aliquid emitur, vt carius vẽ datur, est clericis prohibita, per seipsos illam exercentibus, non tamen est nulla. disput.342.nu.1.& 6
Negociatio politica clericis non est licita. disputatio. 342. nume.12
Negociatio proprijssimè quæ. disp.339.nu.4
Negociatio proprijssimè sumpta, non est opus virtutis, neque vitij, sed indifferens, disp.339.nu.5
Negociatio quibus clericis permitta, vt neque debeatur tributum, & quæ. disp.342.nu.8
Negociationem nomine litteraturæ, de qua in Psalm. 70. significari. disp.339.nu.8
Negociationes clericis prohibitæ, quæ dicantur, & quæ nõ. disput. 342. nu.7.
Negociorum gestor de qua culpa teneatur ei, cuius negocia gessit, si aliquod illi damnum euenit. disp.553.nu.6.
Et quid de casu fortuito, & quando, ibid.nu.7
Negociorum gestor in quo differat à procuratore, & mandatario. disp.554.nu.15
Negociorum gestor non potest petere expensas superfluas factas in rebus illius, cuius negocia gessit. disputatio.554. num.9
Negociorum gestor post prohibitionem sibi factam, nõ habet actionem de his, quæ post prohibitionem gessit, secus de his, quæ ante gessit, & expendit. disputatio.numero primo.
Fallit tamen, nisi fauor publicus versetur. ibid.nu.2
Negociorum gestor quis. disp.553.nu.2.
Negociorum gestor regulariter non tenetur de ijs, quæ non gessit. disp.553.nu.8
Fallit tamen, vt ibid.
Negociorum gestores, seu factores, & alij, qui aliorum nomine dant ad vsuras, seu exigunt, quo casu ad restitutionem teneantur, disp.331.nu.8
Negociorum gestorum actio competit etiam, si quis credat gerere negocia vnius, & gerat negocia alterius. disp. 553. nume.10
Negociorum gestorum actio in quo differat ab actione mãdati. disp.553.nu.4
Negociorum gestorum actio pro quibus datur tam tutori contra pupillum, quam ipsi pupillo contra tutorem. disp. 555.num.1
Negocium gerens alterius in sui commodum, & vtilitatem tenetur ei, cuius negocium gessit, etiam de casu fortuito. disp.554.nu.4
Negocium gerere incipiens, & postea imperfectum relinquens ad quid teneatur. disp.553.nu.9
Negocium vnde dictum, & quotuplex. disp.339.nu.1
Negocium, vt probetur esse gestum animo depredandi, quibus coniecturis probetur. disp.554.nu.6
Nepos ex filia an succedere possit in emphyteusi susceptа pro se, & filijs, ac nepotibus, ac masculis, aut pro se, & descendentibus masculis. disp.474.nu.12
Nepos legitimus ex filio illegitimo an incapax sit ad succedendum in Ecclesiastica emphyteusi aui, quatenus a filio incapaci procedit. disp.475.nu.7.
Nobilis etiam non miles an de iure Castellæ gaudeat priuilegij militum, ne in carcerem pro debito ciuili detrudatur. disp.571.nu.10.
Et quid si renunciet priuilegio, an sibi præiudicet. ibidẽ num.11
Nominatio successionis in dubio quando censeatur, & quãdo pura concessio vsusfructus rei traditæ. disp.480.nu.2
Nominatione facta ad emphyteusim per pupillum, an pupillus ipse petere possit restitutionem in integrum. disp. 480.num.11
Nominationes tacitæ an sint de iure communi, vel ne, & quid in Lusitania seruetur. disp.480.nu.8
Nominatus a patre in substitutione pupillari pupillo facta censetur eo ipso nominatus, si pupillus ipse in pupillari ætate decedat. disp.480.nu.9
Idem in nominato in substitutione exemplari. ibid.
Nominatus a pupillo a septennio vsque ad pubertatis annos an præferatur nominato a patre in substitutione pupillari. disput.480.num.10.
Nominatus tacite sub conditione, an censeatur dispositiue nominatus, concludit nominatum sub dispositione expressa. disp.480.nu.3
Nominatus vnus in dubio quando censeatur, & quãdo gradatim. disput.480.nu.4.
Quod idem est etiam in emphyteusi bonorum coronæ Regni. ibid.num.5.
Quod intellige, & declara, vt ibid.
Item ampliatur etiam, si quis ab iutestato decedat. ibid. nume.6.
Fallit tamen, vt nu.7
Notarij conficientes instrumenta contractus vsurarij, quibus casibus ad restitutionem teneantur. disp.331.num.6
Idem de testibus dicendum. nu.7.
Notarij, & alij ministri publici, conficientes istrumenta renunciationis non numeratæ pecuniæ, qua pæna puniantur de iure Lusitano. disp.302.nu.8.
Notarius de mãdato ordinarij potest stipulari restitutionẽ vsurarum, nomine eorũ, quib. est restitutio faciẽda: secus autem sine ordinarij mandato, ex cõmuni. disp.334.n.12
Nouatio an per delegationem facta censeatur, etiam si non exprimatur id fieri animo nouandi. disp.559.num.8.
Et quid de iure Castellæ. ibid.nu.9
Item an censeatur facta per pœne appositionem, seu pactum aliud pœnale. ibid.num.10.
Et quid in casibus, vbi ius nouum repugnat veteri, an saltem ope exceptionis censeatur facta. ibid.num.11
Nouatio debiti priorem extinguit obligationẽ pignoris, vel hypothecæ, nisi de ea fiat expressa mẽtio. disp.537.nu.17
Nouatio quando, & quibus modis fiant. disp.559.num.2
Et quando, & quibus casibus censeatur facta, vel nõ. ibi. nu.4.12.13.& 14
Nouatio vnde dicta, & quid sit. disp.559.num.1.

O

Obligati plures si sint ad aliquod indiuiduũ, vnusquisq; eorum tenetur in solidum, disput.542.num.4.
Obligatio ad antidora vnde. disp.308.num.2
Obligatio ad mutuum in futurum est pretio æstimabilis, & ob id vsura, ex communiori. disp.308.num.7.

Obli-

Digitized by Google

Obligatio,an,& quando soluatur etiam in conscientiæ foro per sententiam.disp.561.nu.3
Obligatio ciuilis an oriatur de iure Castellæ ex nuda promissione,antequam acceptetur.disp.263.nu.9
Obligatio ciuilis tantum ex confessione mutui sub spe futuræ munerationis oritur.disp.302.nu.18
Obligatio,& actio negociorum gestorum tam directa,quã contraria,ex quibus oriatur.disp.553.nu.3.10.& 11
Obligatio communis pluribus pro indiuiso, quibus modis dicatur. disp.54.nu.1
Obligatio ex fide latius,quam obligatio ex iustitia. disput. 262.num.
Obligatio ex iustitia duplex,naturalis tantum,naturalis,& ciuilis simul.disp.252.nu.5
Obligatio ex virtute fidei,in quo differat ab obligatione ad verum dicendum.disp.262.nu.7
Obligatio naturalis in foro conscientiæ oritur ex pacto nudo.disp.257.nu.1
Obligatio naturalis oriens ex pacto nudo, quos effectus pariat de iure ciuili.disp.257.nu.4
Obligatio item soluitur per præscriptionem. disp.561.nu.4
Item per debiti remissionem,si obligatio sit naturalis,secus si ciuilis,quæ eliditur per exceptionem,ibid.nu.5
Et quid de iure Castellæ.ibid.
Obligatio quando soluí dicatur, si res debita in indiuiduo pereat siue culpa,& mora debitoris. disputatio.561.numero 1
Obligatio soluendi pro aliquo pretio æstimabilis est. disp. 319.nu.4
Obligatio soluitur etiam iuramento delato debitori in defectum probationis.disp.561.nu.2
Cum declaratione,vt ibid.
Obligationes ex quasi contractu,quæ sint, & quid sit quasi contractus.disp.153.nu.1
Obligatus ad factum,an, & quando liberetur soluendo interesse.disp.562.nu.5
Obsequium pro mutuo præstitum quando veniat in restitutionem.disp.307.nu.1
Officia publica quibusque emi, ac vendi possint, & quousque non.disp.340.nu.30
Onus appositum in mutuo quando sit pecunia æstimabile, & obid vsura.disp.309.nu.8
Opera serui venditi, & pretium pro operibus illis, cui debeantur.disp.368.nu.3
Operarius requisitus ab aliquo vt eum comitetur,potest abeo petere pretium lucri cessantis.disp.315.nu.9
Opinio Bart.& communis in materia renouationis emphyteusis faciendę per proprietarium successori vltimi emphyteutæ,an in Lusitania seruetur. disp.484.nu.12
Optio datur tertio possessori, qui rem meliorauit, vel soluere valore rei,quę valebat ante meliorationem, vel accipere melioramentorum valorem, & rem ipsam cedere.disp.533.nu.5
Optio alicuius rei penes quem in dubio sit.disp.270.nu.6

P

PActa contra bonos mores quæ sint. disputatio. 379. num.4
Pacta in emphyteusi apposita seruanda sunt. disput. 484. num.5
Pacta in emphyteutico contractu apposita, quando seruanda,& quando non.disp.467.nu.2
Pacta legis commissoriæ, & adiectionis in diem, in quibus conueniant.disp.378.nu.3
Pactum adiectionis in diem, quid. disputatio. 378. numero 2
Pactum de competenti pretio soluendo vltra sortem pro damno emergente licitum est. disp.314.nu.4
Pactum de retrouendendo an faciat rem minus valere, ita quod emptor teneatur de pretio rei descendere,& quantum.disp.375.nu.6.& 8
Pactum de retrouendendo an habeat effectum,& se extendat contra tertium,cui a primo emptore res fuit vendita. disp.374.nu.10
Pactum de retrouendendo parit tantum actionem personalem,non autem realem.disp. 374.nu.11
Pacti de retrouendendo effectus, & natura quę.d.474.nu.8
Pactum de retrouendendo in contractu appositum sub hac forma,vt quandocunque venditor vellet, posset rem venditam redimere,nullo præfixo termino,quomodo intelligendum.disp.374.nu.9
Pactum de retrouendendo, nulla lege prohibitum. disput. 375.nu.2
Pactum de retrouendendo nulli contrahentium iniuriosum,nec præiudiciale ei,qui emit.disp.375.nu.3
Et quid de iure Castellæ,& Lusitanæ.ibid.num.4
Pactum de retrouendendo quid.disp.374.nu.1
Pactum de retrouendendo quot modis in fauorem venditoris apponatur.disp.374.nu.3
Pactum donationis nudum ciuilem obligationem parit hodie,etiam de iure ciuili.disp.257.nu.7
Pactum legis commissoriæ in contractu verbis directis appositum, an non existente conditione dissoluat contractum, perinde ac si nunquam fuerit celebratus, ita quod etiam gabella non debeatur.disp.378.nu.9
Pactum legis commissoriæ in pignoribus prohibitum, & irritum est.disp.324.nu.3
Pactum legis commissorię in venditionib.quid.d.324.nu.1
Et quid in pignoríb.ibid.nu.2
Pactum legis commissoriæ quid.disp.378.nu.1
Pactum,ne quis teneatur de dolo,est ipso iure nullum.disp. 295.num.8
Pactum nudũ a pacto vestito in quib.differat.disp.255.n.5
Pactum nudum de retrouendendo in fauorem venditoris, vestitum cohærentia contractus,parit actionem præscriptis verbis contra emptorem, vt stet illi pacto. disp.382. nume.4
Pactum nudum iuramento confirmatum parit actionem non solum de iure Canonico, sed etiam ciuili. disp.256. nu.1.& 2
Pactum nudum quid.disp.255.nu.2
Pactum nudum variis modis vestitur.disp.255.nu.3
Pactum quid. ibid.nume.2
Pactum,quod creditor non possit vendere pignus sui debitoris,quid operetur.disp.588.nu.7
Pactum quodcunque,& quęuis conditio apponi possunt in contractu emptionis, & venditionis, nisi iuri, ac bonis moribus repugnent.disp.379.nu.3
Pactum, quod debitore intra terminum non soluente, pignus sit venditum iusto pretio arbitrio boni viri, validum est.disp.324.nu.4
Etiam de iure Castellæ,& Lusitaniæ.ibid.
Pactum, quod si venditor intra certum tempus debitũ non soluerit, maneat pignus venditum pretio iusto, ad arbitrium boni viri taxando,validum est. disp. 538. nume.1
Imò etiam si nihil sit dictum de pretio,intelligendum est ad arbitrium boni viri.ibid.
Pactum,seu clausula apposita in donatione,quod non possit reuocari donatio ex quacunque causa ingratitudinis, nihil valet,ex communi.disp.281.nu.5
Et quid de iure Castellæ.ibid.
Pactum,seu conditio apposita in contractu censuali, quod debitore non soluente intra certum tempus, incidat in commissum,quo casu valeat.disp.381.nu.5
Pactum vnde dictum.disp.252.nu.1
Pactum, vt emphyteuta ob non solutam pensionem, non incidat in commissum,validum est.disp.453.nu.15
Idem dicendum in pacto,quod ante biennium,vel triennium non soluens,incidat in commissum.nu.16
Pactum, vt quis de casu fortuito teneatur, an omnes casus comprehendit.disp.494.nu.8
Pactum, vt societas nunquam dissolui possit, nullum est. disp.414.nu.15
Pactum, vt societas transeat ad hæredes, est nullum. disp. 414.nu.4

Decla-

Digitized by Google

Declara tamen, vt num. seq.
Paraphernalia bona quæ, & vnde dicta. disp. 430. nu. 1
Paraphernalibus bonis quænam bona connumerari etiam possunt. disp. 430. nu. 3
Paria sunt destruere domos, & arbores præscindere. disp. 457. nu. 4
Parochus quoad vsurarum tantum restitutionis vtilem acquirit actionem. disp. 264. nu. 13
Partitio bonorum quomodo facienda inter virum & vxorem, aut eorum hæredes. disp. 441. nu. 7
Partus, aut fructus quando venduntur, dicitur venditio conditionalis, si nascantur, aut percipiantur. disput. 340. num. 18
Pater an teneatur solum de dolo, & lata culpa malæ administrationis bonorum filij. disp. 535. nu. 12
Pater compelli potest tradere filiam nuptui, si sit vltra 25. annum, & eam de bonis proprijs dotare. disp. 424. nu. 1
Pater etiam in emphyteusi, & feudo ex pacto, & prouidentia, potest præiudicare filijs, incidendo in commissum. disp. 478. nu. 11
Pater, & mater simul si promittunt dotem filiæ, aut donationem propter nuptias filio faciant, vnusquisque eorum tenetur pro medietate etiam de iure Castellæ. disp. 424. num. 10
Imò etiã valere promissionem de bonis dotalib. ibi. n. 21
Et quid de iure Lusitano. nu. 12
Pater in emphyteusi, vel feudo hæreditarijs mixtè, potest in præiudicium filiorum disponere, cum consensu proprietarij, vbi necessario requiritur. disp. 478. nu. 6
Quod idem in emphyteusi, vel feudo, ex pacto, & prouidentia. ibid. nu. 9
Limitatur tamen, vt nu. 7
Item limitatur si alienatio per eum fieret titulo gratuito, quatenus inofficiose fecisset. disp. 478. nu. 8
Pater in emphyteusi, vel feudo hereditarijs simpliciter, potest filijs præiudicare. disp. 478. nu. 1
Fallit in titulo lucratiuo, si inofficiose id faciat. ibid.
Fallit etiam in emphyteusi, vel feudo, ex pacto, & prouidentia. ibid. nu. 2
Quam limitationẽ declara, & intellige, vt n. 5. ad plenũ.
Pater promittens filiæ censetur de bonis proprij promittere, non autem filiæ. disp. 424. nu. 4
Idem in donatione propter nuptias facta filio. ibid.
Declara, & intellige, vt nu. 5
Et quid in Regno Castellæ. ibid. nu. 8
Item fallit in matre, & alijs, qui non habent filios in potestate. disp. 424. nu. 6
Pecunia ad quid introducta. disp. 336. nu. 2
Pecunia attendatur secundum eius valorem, nisi aliud actum sit. disp. 322. nu. 2
Pecunia cum pacto, vt totum eius sit periculum, qui ponit operas, quot modis dari potest. disp. 417. nu. 7
Pecunia debita in certa materia, & forma regulanda est ad eius valorem currentem, nisi aliud actum sit. disp. 312. n. 5
Pecunia in vno loco, cum onere totidem in alio exigendi, quando incrementum recipiat. disp. 404. nu. 4
Pecunia mutuo simpliciter data, censetur quoad valorem, non autem quoad speciem data. disp. 312. nu. 13
Pecunia plus valoris duobus modis habere potest in vno loco quam in alio. disp. 406. nu. 1
Pecunia quando licitum sit augeri, etiam si eius valor sit publica auctoritate taxatus. disp. 401. nu. 4
Pecunia, quæ subest mercatoris industrię, plus valet, quam si esset in manu alterius. disp. 315. nu. 7
Pecunia tradita ad negotiandum, cum periculo eius, qui eã sumit, quot modis reddat contractum iniustum, cum onere restituendi incrementum. disp. 417. nu. 9
Pecunia vnius loci commutanda pro pecunia in alio, quomodo se habeat ad instar mercis. disp. 406. nu. 3
Pecuniam mutuans cum onere, vt rarior, & melior in hominum æstimatione reddatur, quando vsuram committat, & quando non. disp. 312. nu. 6
Pecunię commutatio in maiori, vel minori quantitate, quãdo licita. disput. 410. nume. 3
Pecuniæ commutatio quando fit ad æqualitatem, & quando non, cum pecunia, quæ in vno loco minus valet, comparatione pecuniarum in ære minutarum, commutatur pro alia simili reddenda, in loco, vbi comparatione pecuniarum ærearum plus valeat. disp. 407. nu. 1
Et quid praxi, & consuetudine. ibid. nu. 3
Pecuniæ incrementum, vel decrementum in mutuo, attenditur tempore translationis dominij in mutuatarium. disp. 312. nu. 4
Pecuniæ necessitas, & abundantia facit augere, & diminuere valorem illius. disp. 406. nu. 2
Pecunię transportatio de loco ad locum in commodũ eius qui cambium petit, est pretio æstimabilis. disp. 403. nu. 5
Pecunię valor publica auctoritate taxatus, ratione lucri cessante, potest aliquod incrementum pati. disp. 401. nu. 1
Pecuniæ valor soluendus est, qui tempore contractus aut legis currebat, nisi actum sit, vt in specie reddatur. disp. 312. num. 1
Pœna apposita non stanti alicui contractui, quomodo apponi soleat. disp. 559. nu. 15
Pœna c. 1. de vsur. lib. 6. contra quoscunque locantes domos vsurarijs, vt vsuras in illis exerceant. disp. 334. nu. 20
Pœna, Clem. 1. de sepul. & cap. quamquam. de vsur. lib. 6. contra vsuratibus. disp. 334. nu. 8
Pœna de vsuris contra quoscunque statuta facientes clemẽ. vnicæ quibus permittantur vsuræ. disp. 334. nu. 21
Pœna contra clericos negotiatorum exercentes, quotuplex sit. disp. 342. nu. 2
Et quid de iure Lusitano, & Castellæ. ibid. nu. 3
Pœna contra vsurarios statuta in regno Hispaniarum, quæ sit, & quæ de iure Lusitano. disp. 334. nu. 4
Pœna conuentionalis in quo differat a legali, & iudiciali. disp. 317. nu. 3
Pœna excommunicationis latæ sententiæ statuta à Leone Decimo, contra eos, qui disputat, aut prædicant contra montes pietatis. disp. 325. nu. 3
Pœna infamię, contra vsurarios de iure ciuili communi statuta, an hodie locum habeat etiam in exercentes vsuras, iure illo permissas. disp. 334. nu. 2
Pœna infamię de iure ciuili communis statuta, extenditur de iure Castellæ ad omnes vsurarios. disp. 334. nu. 3
Pœna Lateranensis Concilij contra vsurarios statuta. disp. 334. nu. 7
Pœna moderata statũi potest mutuatarius, si in termino præfixo non soluerit. disp. 317. nu. 4
Pœna pecuniaria in pœnam corporis quibus casibus conuertenda. disp 572. nu. 16
Pœna, qua punitur conductor, commodatarius, depositarius, & alij similes non restituentes res alienas, vt locum habeat, quid requiratur. disp. 498. nu. 3
Et an talis pœna transeat ad eorum hæredes. ibid. nu. 4
Pœna quotuplex. disp. 317. nu. 1
Pœna, vt iustè in contractu mutui statui. & exigi possit, quæ conditiones obseruandæ. disp. 317. nu. 5
Pœnas possunt contrahentes statuere, & se ad illas obligare. disp. 317. num. 2
Pœnæ contra ludentes, & eos acceptantes in domibus statutæ de iure Lusitano. disp. 512. nu. 6
Pœnitentia de iure Castellæ non admittitur a contractu innominato. disp. 258. nu. 5
Pœnitentia locum habet in pollicitatione, quando reuocata non est. disp. 258. num. 7
Pœnitentia non habet locum, etiam de iure ciuili, in contractu innominato, dum illi ex vtraque parte est satisfactum, ex communi. disp. 258. nu. 1
Pœnitentiæ est locus in contractu etiam stipulatione firmato, vbi altera partium ex parte sua non vult implere contractum. disp. 258. num. 2
Pœnitentiæ non est locus in contractib. nominatis, & alijs, qui eis æquiparantur. disp. 258. nu. 6
Pœnitentiæ non est locus in contractu innominato, si alter contrahentium velit stare contractui. disput. 258. num. 4

Pœniten-

Digitized by Google

Pœnitentiæ quando sit locus in contractu innominato tam ex parte implentis, quam non implentis, & quando non. disp.256.nu.3
Pensio an augenda sit propter insolitum augmentum fructuum, vbi late.disp.495.nu.15
Pensio conductori quibus casibus ob sterilitatem non remittatur. disp.495.nu.6.7.8.9.11.& 14
Pensio determinata in emphyteusi constitui debet, ad validitatem contractus.disp.451.num.1
Pensio emphyteusis non remittitur ob infortunium, aut sterilitatem in fructibus obuenientem.disp.454.nu.9
Limitatur, nisi sterilitas sit tanta, quę fructus tollat omnino.ibid.nu.11
Hanc tamen limitationem declara, vt nu.12
Pensio in contractu emphyteutico in omni re constitui potest. disp.451.num.4
Et quid in Lusitania seruatur.ibi.nu.5
Item constitui potest in quantitate certa, vel quota fructuum.ibid.nu.6
Pensio in contractu emphyteutico quanta esse requiratur, vt differat a locatione.disp.451.nu.2
Pensio iusta, quæ sit censenda.disp.452.nu.3
Pensio quibus temporibus soluenda.disp.451.num.7
Pensio, reditus canon, & census conueniunt emphyteutico contractui, pro eodemque accipiuntur.disp.451.num.1
Pensio, reditus, & census duobus modis accipitur.disputat. 383.nu.3
Pensio rei locatæ quo tempore soluenda. disp.497.nu.1
Pensio rei venditæ quæ antea erat locata, quando ad venditorẽ, & quando ad emptorem pertineat. disp. 368.nu.5
Et quid si emptor erat fiscus.ibid.nu.6.
Pensio soluenda in fructibus debet solui post fructus collectos, nisi aliud etiam sit.disput.497.nu.2
Periculum dotis promissæ, & per negligentiam mariti non exactæ quousque ad maritum spectet.disp.427.nu.1
Periculum, & commodum rerum dotalium, quomodo spectet, ad vxorem.disp.427.nu.4.7.& 18
Periculum rei dotalis æstimatæ, & ante matrimonium subsequutum peremptæ, ad solam vxorem pertinet.disput. 426.nu.11
Periculum rei venditæ ad mensuram, quando ad solum venditorem pertineat.disp.366.nu.15
Periculum rei venditæ quando ad venditorem, & quando ad emptorem spectat.disp.366.nu.8
Periculum rei venditæ; quando contractus est conditionalis, ad quem spectet.disp.379.nu.5
Periculum rei venditæ quibus casibus ad solum pertineat venditorem.disp.266.nu.13
Permutatio an censeatur, vt debeatur gabella, quando datur individuum aliquod vnius speciei pro alio eiusdem speciei simili, etiam in valore.disp.397.nu.9
Permutatio de numero est contractuum, qui opere, & facto perficiuntur, non autem consensu, aut stipulatione. disp.397.nu.4
Permutatio ex contractus innominatus. disp.253.nu.10
Permutatio propriè quid.disp.366.nu.3
Permutatio propriè, similis est emptioni, & venditioni. disput.396.nu.5
Permutatio quãdo ex donatione censeatur.disp.397.nu.15
Permutatio quo casu fieri possit cum re minori pretio quã valeat.disp.404.nu.3
Permutari res possunt, dum non existant, in tempus quo existent.disp.396.nu...
Permutationis contractus antiquius emptione, & venditione.disp.336.nu.1
Persona libera in pignus dari non potest constituendo in illa ius reale, ita vt vendi, aut in seruitutem redigi ob debitum possit.disp.387.nu.5
Personæ prohibitæ emere ius emphyteuticum, quæ sint.disput.459.nu.6
Pietatis mons an licitè possit aliquid accipere vltra sortem. disp.325.nu.2
Pietatis mons quid, & quæ leges illius.disp.322.nu.1
Pignori, aut hypothecæ res subiecta si mutetur, remanet similiter obligata.disp.553.nu.4
Pignori, aut hypothecæ subijciens rem suam pro alio, an cogere possit debitorem, vt eam rem ab eo onere liberet. disp.537.nu.20
Pignori domus subicta si corruat, aut exuretur, fundus remanet obligatus.disp.533.nu.1
Idem in vinea, & oliueto dicendum.ibid.nu.2
Idem in fundo alluuione destructo, cuius aliqua pars remaneat.ibid.nu.3
Pignori & hypothecę etiam obligari possunt iura, & actiones, & omnia incorporalia, quemadmodum corporalia. disp.529.nu.9
Idem dicendum in nominibus debitorum.ibid.nu.10
Idem quoque in vsufructu.ibid.nu.11
Item in emphyteusi.ibid.nu.12
Et quid in seruitutibus.nu.13
Idem in iurisdictione, & iurepatronatus, & nu.14.& 15
Pignori, & hypothecæ res subijcere qui possint. disp. 529. num.16
Pignori, & hypothecæ subijci non possunt, quæ vendi, vel alienari non possunt.disp.530.nu.1
Pignori, & hypothecæ subijci potest ius, quod quis habet in re.disp.529.nu.17
Pignori habens rem alienam obligatam, quando possit agere contraria pignoratitia actione, aduersus eum, qui illam obligauit. disp.529.nu.4
Pignori rem tradens manet in possessione ciuili eius rei naturali apud creditorem manente.disp.534.nu.3
Pignori res aliena quousque dari possit.disp.529.nu.3
Pignori res sacræ quando obligari possunt.disp.530.nu.2
Idem de iure patronatus dicendum.ibid.nu.3
Et quid de rebus publicis, & libero homine. ibidem. nume.5.& 6
Pignori re vni obligata, quando possit alteri eadem subijcis.disp.572.nu.3
Pignori scripturam, vel instrumentum tradens, censetur, id obligasse quod in eis continetur, non tamen res tradita censetur.disp.534.nu.1.& 2.
Pignori subijci possunt etiam res in spe.disp.529.nu.1
Pignoris ac hypothecæ obligatio quot modis tollatur. disput.357.nu.1
Pignoris fructus percepti per creditorẽ, cõputantur in debitum, & necessarius, aut vtiles expensas. disp.535.nu.3
Et quid de fructibus quos percipere possit, & non percepit.ibid.nu.7
Piscator vendẽs iactum retis, si noluerit iacere rete, tenetur ad æstimationem prout erat in spe. disp.440.nu.20
Pistores detrahendo de panibus certi ponderis publica auctoritate statuti pro certo pretio, quantum sit pro satisfactione eorum mercedis, non peccant.disp.353.nu.24
Pignus conuentionale quid & prætorium, & quid iudiciale.disp.528.nu.10
Et quid inter se differant & ab hypotheca. ibid.num.11
Pignus conuentionale, quo ordine, & intra quantũ tempus vendi potest, qñ nullum adest pactum.disp.538.nu.16
Pignus ecclesiasticum, quando, & quo ordine vendi potest a creditore.disp.538.nu.27
Pignus, & hypotheca in quo differant.disp.464.nu.3
Pignus, & hypotheca latè quid, & quid præsse. disp. 528. nu.3.& 5
Pignus, & hypotheca prestari potest, & habet locum in omni contractu, & obligatione.disp.532.nu.1
Item pro toto debito, & parte etiam pro naturali tantum obligatione, & etiam debito alieno. ibid.
Pignus, & hypotheca suspensa intelligitur, donec sit impleta conditio.disp.532.nu.2
Pignus iudiciale potest vendi post quatuor menses, elapsos die vltimæ sententiæ latæ.disp.538.nu.10
Pignus iudiciale quid.disp.538.nu.9
Pignus iudiciale, si emptor non inueniatur ad iudicandum, est victor pro iusto pretio, arbitrio boni viri. disput. 538. num.14



Digitized by Google

Pignus non censetur per solam scientiam, præsentiam ac taciturnitatem remissum, quando res pignori subiecta alienatur. disp. 537. nu. 7
Fallit in multis casibus. disp. 537. nu. 8
Pignus si pereat, vel deterius fit redditum, de quo creditor teneatur. disp. 535. nu. 14
Et quid de pignore prætorio, & iudiciale. nu. 15
Pignus vnde dictum. disp. 528. nu. 1
Possessio naturalis rei emphyteuticæ, vna cum qua si possessione dominij vtilis, transit in secundum emphyteutam, adeo quod proprietarius dicitur per eum naturaliter possidere. disp. 471. nu. 7
Possessio sola voluntate non possidendi amittitur. disput. 266. nu. 6. quinimo, & dominium quando possessio simul relinquitur. ibid.
Possessor bonæ fidei hereditatis alicuius, soluens creditoribus defuncti, quando repetere possit. disp. 569. nu. 3
Possessor bonæ fidei quas expensas recuperat, & quas non: idem in malæ fidei possessore. disp. 463. nu. 13
Possessori bonæ fidei ad recuperandas expensas in re aliena factas, quæ actio competat. disp. 463. nu. 12
Potestas legitimandi cõcessa a sumino Pontifice legato, aut Comiti Palatino, non intelligitur ad succedendum in maioratu, feudo, aut emphyteusi ecclesiastica, nisi ad id expresse sit concessa. disp. 475. nu. 16
Declara tamen, & intellige, vt nu. 17
Potestati alterius subiecti, vsque ad quam summam donare, vel promittere possint. disp. 274. nu. 2
Praxis quæ seruanda in foro conscientiæ, circa contractus dolo inuitas. disp. 352. nu. 18
Precariarum contractus licitus iure canonico, & ciuili. disput. 388. nu. 3
Precariæ ad quid de quinquennio in quinquennium innouentur. disp. 298. nu. 15
Precariæ quid sint, & quot modis fiant. d. 298. nu. 13. & 14
Precario ad certũ tempus aliqui concedi pot. disp. 298. n. 3
Precario aliquid concedi non pot cũ pacto, vt non repetat, nisi finito toto tẽpore, pro quo conceditur. disp. 298. n. 4
Precario concedi possunt seruitutes ex iura. disp. 298. nu. 6
Precario rem accipiens dicitur illam naturaliter possidere, secus tamen in commodatario. disp. 298. nu. 5
Precario rem commodatam pretiosiorem accipiens, quando cum ea compensare possit rem suam viliorem. disput. 296. nu. 4
Precario rem habens tenetur solum de dolo, & lata culpa. disp. 298. nu. 7
Precarium quid. disp. 294. nu. 5
Precarium quid, & in quo differat a commodato. disp. 298. nume. 1
Precarium quot modis finitur. disp. 298. nu. 8
Precarium statim reuocari non potest, nisi ex aliqua rationabili causa. disp. 298. nu. 2
Precarium vt censeatur reuocatum, quibus casibus sit reb. contrarijs necessarius, & quibus non. disp. 298. nu. 9
Præceptum iudicis de non soluendo, est loco sequestri. disput. 522. nu. 4
Prædium cõstante matrimonio per alterum coniugum propria pecunia emptum cuius efficiatur. disp. 433. nu. 8
Prædium per maritum retractum iure sanguinis constante matrimonio an pro dimidio ad vxorem spectet, an vero dimidium pretij. disp. 433. nu. 6
Prælati præstant iuramentum coram summo Pontifice, de non alienandis reb. ecclesiæ. disp. 468. nu. 8
Prælationis priuilegium an sit personale tantum, an verò tacitam in se habeat hypothecam. disp. 438. nu. 7
Prælationis priuilegium, cui magis competat in eadem re, ex plurib. illud habentib. ibid. nu. 11
Prælatus, an sine solemnitate, & consensu capituli possint repudiare legatum, ecclesiæ factum, adeo quod non incidat in pœnam. disp. 468. nu. 11
Prælatus, & beneficiarius, an teneantur stare locationibus, de rebus ecclesiasticis factis per eorum prædecessores. disp. 492. nu. 6
Prælatus iurans non alienare bona ecclesiastica, incõsulto Romano Pontifice, an periurus sit locando ad longum tempus. disp. 466. nu. 6
Pretia rerum ex quibus metiunda. disp. 348. nu. 7
Pretij diminutio, quę fit ex pacto de retrouendendo, de quo pretio iusto sit intelligenda. disp. 379. nu. 9
Pretij taxati quæcunque transgressio contra iustitiam est. disp. 364. nu. 2
Pretij taxati transgressor incidit in culpam lethalem. disp. 364. nu. 3
Pretij taxati incremẽtũ restitutioni obnoxiũ. d. 364. nu. 4
Pretio æstimabilia sunt periculum amittendi capitale, qualitas loci, & personæ timor expensarum, & labor in debito recuperando. disp. 356. nu. 2
Pretium alienationis per virum sine consensu vxoris facte, de quibus bonis restituendum. disp. 422. nu. 10
Pretiũ augentes, & nouuentes circumstantiæ. disp. 348. n. 3
Pretium commune rerum quomodo iustum iudicandum in diuersis locis. disput. 410. nu. 7
Pretium in locatione tam propria, quam impropria, quid esse possit. disp. 486. nu. 4
Pretium iustum emptori dandum pro canabio de loco ad locum, prudentis arbitrio taxandum relinquitur. disput. 403. nu. 6
Imo solet augeri, & minui, secundũ varia accidẽtia. ibid.
Pretium iustum census realis irredimibilis, quale censendum. disp. 385. nu. 15
Pretium iustum census realis redimibilis, quomodo taxandum. disp. 385. nu. 16
Pretium iustum, ex quibus accrescat. disp. 348. nu. 6
Pretium iustum, variari, ex modo vendendi. disp. 348. nu. 4
Pretium iustum variari non debet propter indigentiam emptoris, seu conditionis. disp. 348. nu. 5
Pretium iustum non ex natura rerum, sed ex vsu hominum perdere, & æstimatione. disput. 348. nu. 2
Pretium iustum rei venditæ, qui tempore attendendum. disput. 349. nu. 3
Pretium iustum, vt dicatur, quando quis fideiussor existit, quid attendendum. disp. 319. nu. 5
Pretium lege non taxatum, duobus modis decrescere ratione anticipatæ solutionis. disp. 360. nu. 6
Pretium legitimum ex natura rei posterius naturali. disp. 347. nu. 4
Pretium legitimum rerum taxare, ad publicos pertinet potestates, & principatus. disp. 374. nu. 1
Pretium loco rei succedit. disp. 327. nu. 2
Pretium lucri cessantis quomodo taxandum. disput. 355. num. 6
Pretium naturale duplex. disp. 348. nu. 1
Pretium naturale iustum triplex. disp. 347. nu. 3
Pretium naturale quod. ibid. nu. 2
Pretium ratione incrementi, vel decrementi rei venditæ ad corpus, quando debeat augeri, vel minui. disp. 367. nu. 6
Pretium rei attendendum est tempore quo traditur res, & non tempore contractus. disp. 358. nu. 2
Pretium rei ex quibus iudicandum. disp. 386. nu. 5
Pretium rei iustum quo tempore spectandum. d. 360. nu. 2
Pretium rei iustum quotuplex. disp. 247. nu. 1
Pretium si varietur illius rei quæ in genere, vel indefinite debetur, commodum eius, & incommodum spectat ad emptorem. disp. 366. nu. 7
Pretium tempore abundantiæ taxatum non præsumitur tempore caristię perdurare. disp. 364. nu. 7
Pretium, vt pro lucro cessante, sine vsura, accipi possit, quæ conditiones attendendæ. disp. 316. nu. 10
Princeps an possit dispensare, vt fœmina succedat in feudo in præiudicium agnatorum. disp. 474. nu. 6
Princeps peccat contra iustitiam, cum onere restituẽdi dãna si quamprimum leges publicari non curet, quæ de diminutione pretij rerum disponunt. disp. 354. nu 4
Princeps si taxat infra infimum iustum pretium rei, quod ex eius natura habet, peccat, & tenetur restituere, damna dominis rerum inde sequuta. disp. 367. nu. 7

Princeps

Digitized by Google

Princeps supremus contrahens cum suo subdito, an, & quando obligatus ei maneat. disp. 261. nu. 9
Principes, & alij vsurarios iuuantes, ad restitutionem tenentur. disp. 331. nu. 5
Priuilegium diuisionis, & exceptio, seu beneficium Epistolæ diui Adriani inter plures reos, & fideiussores quando competat, etiam contra fiscum. disp. 543. nu. 2
Priuilegium habens, ne conueniatur vltra quam facere possit, qua cautela vti possit, vt etiam alius eius nomine possit hoc priuilegio gaudere. disp. 413. nu. 17
Priuilegium prælationis quibus competat post vxorem, in bonis mariti. disp. 536. nu. 3
Priuilegium, quo quis gaudet, ne conueniatur vltra quam facere possit, an transeat ad eius hæredes. disp. 413. nu. 16
Priuilegium, quod mulier in dote exigenda, omnibus anterioribus creditoribus præferatur, ad eius hæredes non transit. disp. 438. nu. 3
Fallit in filijs aut alijs eius descendentibus. disp. 438. ibid.
Priuilegium, quod socius non teneatur vltra quam facere possit, quomodo intelligendum. disp. 413. nu. 6
Procurator ad donandum, si donet antequam ipse, vel donatarius sciant reuocatum mandatum, valet donatio. disput. 263. nu. 5
Fallit in matrimonio. ibid.
Procuratori ad litem etiam si vincat, non potest fieri solutio. disp. 563. nu. 9
Procurator ad litem non potest facere transactionem neque aliam remissionem, nisi habeat ad id speciale mandatum. disp. 563. nu. 10
Procurator ad negocia cui acquirat actiones directo & immediate, an sibi, an vero domino. disp. 591. nu. 2
Idem an in eo qui per epistolã cõtraxit, & interrutio. ibid.
Procurator ad negocia, & ad lites quot annorum esse debeat. disp. 551. nu. 6
Procurator ad negocia quis dicatur. disp. 551. nu. 2
Procurator, & inter nuncius in ciuilibus negocijs in quo differant in acquirendo domino. disp. 551. nu. 4
Procurator et mandatarius seruare tenentur formam mandati, alias si transgrediantur, nullum domino afferant præiudicium. disp. 552. nu. 2
Procurator, & negociorum gestor quando possint rem pignori subijcere, & quando non. disp. 532. nu. 2
Idem in tutore, & curatore dicendum. ibid. nu. 3
Procurator principis, & communitatis potest eorum nomine stipulari, & promissionem acceptare. disp. 264. nu. 15
Idem in procuratore particularis. ibid. nu. 16
Procurator quando transigere potest de rebus domini. disput. 557. nu. 19
Procurator reddere domino tenetur rationem administrationis, & illi iura, & actiones reddere. disp. 551. nu. 5
Prodigus, & mente captus sine curatore non possunt, nec donare, nec eleemosinas facere. disp. 277. nu. 3
Promissa res quando perijt cuius periculo intelligatur peremta. disp. 269. nu. 3
Promissio acceptata, etiam inter ablentes, per epistolam, aut internuncium, parit hodie ciuilem obligationem, & actionem. disp. 264. nu. 1
Promissio acceptata, quo casu est illud pactum nudum, cui ex priuilegio iuris concessum est, vt obligationem ciuilem pariat. disp. 261. nu. 12
Promissio antequam acceptetur, regulariter non parit obligationem. disp. 263. nu. 1
Promissio antequam traditione perficiatur, ex quibus causis licitum sit non impleri. disp. 272. nu. 1
Promissio contra bonos mores quotuplex. disp. 271. nu. 9
Promissio de aliquid soluendo tali anno, vel singulis annis, quando intelligatur in principio, aut in fine temporis facta. disp. 284. nu. 9
Promissio de aliquo faciendo, vel soluendo sine aliquo termino, & pœna facta, quando obliget promittentem ad pœnam, & damna. disp. 564. nu. 9
Promissio de donando facta, absenti, vt non possit reuocari, quæ requirantur. disp. 264. nu. 5
Promissio de re incerta, quando valida sit. disp. 268. nu. 1. & quid in foro conscientiæ. ibid. nu. 3
Promissio de re mala siue ex se mala, siue quia prohibita, nulla est. disp. 271. nu. 3
Declara tamen, vt in ea parte promissio valeat, quæ est licita, vel possibilis. ibid. nu. 4
Promissio de re sacra, aut religiosa, & publica, inualida est omnino. disp. 268. nu. 10
Idem est de ea promissione, qua liber homo tanquam mancipium promittitur. ibid. nu. 11
Etiam si talis res mutet statum. ibid. nu. 12
Declaratur tamen, vt nu. seq. vsque ad finem.
Promissio de soluendo debitum alienum, etiam si sit pactum nudum tantum, contrahit obligationem ciuilem. disp. 270. nu. 1
Idem in debito proprio ipsius promittentis. ibid.
Declara tamen. ibid. nu. 2
Promissio de soluendo disiunctiue, aut copulatiue facta, quando obliget omnes ad soluendum in solidum, & quãdo pro parte. disp. 270. nu. 3
Promissio dotis, & quædam aliæ iuris priuilegio vestiuntur. disp. 255. nu. 7
Promissio dotis si ante matrimonium præcessit & cõstante matrimonio subsecuta est cõfessio dotis receptæ, an vxor in tali dote præferatur vxoribus mariti. disp. 440. nu. 7
Promissio duarum, vel plurium rerum sub nomine disiunctiuo, quomodo sit adimplenda, & cuius periculo res promissa pereat. disp. 270. nu. 4
Declara, vt num. seq.
Promissio etiam acceptata non est propriè contractus, disput. 252. nu. 4
Promissio, & stipulatio in diem in quo differat a legato in diem. disp. 284. nu. 3
Promissio & stipulatio vt valida sit, quid requiratur. disp. 67. nu. 5
Intelligi & declara. ibid. nu. 6
Promissio facta absenti per quas personas acceptari possit, vt fiat irreuocabilis, ex parte promittẽtis. disp. 264. nu. 8
Promissio facta ad certum diem, cuius sint multi eiusdem nominis, de quo intelligatur. disp. 284. nu. 7
Promissio facta verbis generalibus, & vtbo ne nor do, & ad complacentiam alterius prolatis, non inducit obligationem. disp. 268. nu. 4
Declara tamen, vt num. seq.
Promissio generalis promittentem non obligat, nisi ad ea, ad quæ interrogatus veritatem liter respondisset, se obligaturum. disp. 272. nu. 3
Ampliat multis modis, vt nu. 6.
Item multo magis intelligi in foro conscientiæ, sub eo, num. 5.
Declara tamen, vt nu. 7. 8. 9. 10
Promissio gratuita facta præsenti, & tacenti, acceptata ab eo censetur, & hic non potest reuocari. disp. 264. nu. 6
Promissio in diem certum parit obligationem, licet incertum sit quando sit futurus, & transit ad hæredes. disput. 284. num. 2
Promissio interna de re licita, & iuramento etiam interno confirmata, obligat promittentem sub mortali. disput. 266. num. 7
Promissio liberalis acceptata, cõtractus est late, oritig; potestate obligatio, ex parte promittentis. disp. 252. nu. 8
Promissio mutua si ex vna parte non impleatur, potest licitè non impleri ex altera. disp. 272. nu. 11
Promissio nuda, antequam acceptetur, quo casu ciuilem parat obligationem. disp. 263. nu. 8
Promissio obligans solum ex honestate morali, si iuramento confirmetur, parit actionem etiam ciuili iure. disput. 262. num. 9
Promissio obligans solũ, ex honestate morali, si illius violatio sit alteri perniciosa, obligat sub mortali. ibid. nu. 10
Promissio, quomodo cognoscatur a proposito promittendi, ex verborum forma colligitur. disp. 263. nu. 17
Promissio rei impossibilis simpliciter facta, nulla est, etiã si sit

Digitized by Google

fit iuris impossibilitas. disp. 271. nu. 1. & 2
Limita tamen, & declara multis modis. ibid. nu. 2. & 4
Promissio rei, quæ est in spe, dicitur habere tacitam conditionem, si extiterit, vel percipietur, & ob id valida est, disput. 269. nu. 1
Promissio, seu clausula non reuocandi donationem causa mortis, in qua parte instrumenti adiungi possit, vt donatio irreuocabilis fiat. disp. 287. nu. 6
Promissio, seu donatio acceptata per notarium stipulante nomine absentis, an reuocari possit per promittentem antequam ratihabitio sequatur. disp. 264. nu. 9
Et quid in Lusitania seruatur. ibid. nu. 10
Promissio, seu stipulatio de facto alieno, nullius est valoris. disp. 268. nu. 6
Limita tamen secus esse de iure Castellæ, & de æquitate canonica. ibid. nu. 8
Item secus esse in aliquibus casibus, de iure communi. ibi. nu. 9
Promissio, seu stipulatio inualida est, quando promissor de re vna intellexit, et is qui petit de alia, et quare, d. 270. n. 7
Declara tamen nu. seq. & quid in foro conscientiæ. nu. 9
Idem in regno Castellæ dicendum. ibid. num. 10
Promissio simplex ex iustitia non semper obligat sub mortali. disput. 262. nu. 11
Promissio, vel pactum contra bonos mores vel quæ inducit ad peccandum, nulla est ipso iure. disput. 271. nu. 5. plene tamen declara, vt nu. seq.
Promissionem simplicem non parere naturalem obligationem, antequam acceptetur, ex quo iure proueniat. disp. 523. nu. 12. & 13.
Et quid de iure Castellæ. ibid. num. 14. & 15
Promissionem, vt quis teneatur implere, quid sit necesse. disp. 227. nu. 2
Promissiones, aut pacta iure tantum humano nulla, iuramento confirmata, quando valeant. disp. 271. nu. 8
Promissionis, & stipulationes eorum qui non habent rationis vsum, inualidæ sunt. disp. 267. nu. 1
Idem in his, qui habent rationis vsum, sed non fiat deliberate. ibid. nu. 2
Promissiones externæ ex defectu plenè deliberationis, quare non obligent. disp. 267. nu. 4
Promissionis acceptatio triplex. disp. 263. num. 16
Promissionis appellatione, quando quis in præteritum, vel in futurum aliquid remittit, quid veniat. disp. 271. nu. 11
Promissionis violatio quando nó sit ex suo genere mortale peccatum, vt neque qui promisit, cogi possit. d. 262. nu. 8
Promissionum genera duo. disp. 262. nu. 2
Promittens, de iure Castellæ, si intendit se absenti obligare, non potest promissionem reuocari. disp. 264. nu. 18.
Promittens ducere aliquam mulierem in vxorem, si ante matrimonium contractum illa fornicetur, non tenetur eam ducere. disp. 272. nu. 4
Ampliá idem esse, si ante matrimonium fieret leprosa, vel paralitica, aut aliud turpius accideret, ei ibidem n. 5
Declara, vt ibid.
Promittens sine causa, quando donare præsumatur. disput. 257. nu. 8
Propositum a promissione quomodo distinguatur. disput. 262. nu. 1
Propriétario non permittitur mutare formam rei vsufructuariæ, etiam si meliorem illam efficiat. disp. 457. nu. 5
Proprietarius accipiens a nouo emphyteuta pensione, censetur consensisse in contractu, & liberasse primum emphyteutam a pena commissi. disp. 459. nu. 20
Intellige tamen, vt ibid.
Proprietarius an teneatur renouare emphyteusim successori vltimi emphyteutæ, intra tempus debitum petenti, etiam si illam alteri concesserit, & sic re non integra. disput. 484. nu. 7
Proprietarius, an teneatur renouare emphyteusim successori vltimi emphyteutæ, propter meliorationes in re emphyteutica factas. disp. 484. nu. 13
Proprietarius emens a secundo emphyteuta ius emphyteuticum tenetur soluere primo emphyteutæ incrementum pensionis. disput. 472. nu. 9
Proprietarius, emphyteusi ad longum tempus finita non censetur per eius patientiã prorogasse tacito cõsensu contractũ, in forma emphyt. vt circa contractus. disp. 498. nu. 11
Idem dicendum, vt nec per annum censeatur facta prorogatio. ibid. nu. 11
Proprietarius finita emphyteusi, quibus personis, & casib. remanere emphyteusim teneatur. disp. 484. nu. 3
Et quid in emphyteusi ecclesiastica. ibid. nu. 4. & 8
Intellige, vt nu. 6
Contrarium tamen vide. nu. 9. contra communem.
Proprietarius nó exequens pœnam commissi aduersus emphyteutam, an posterit hoc facere aduersus eius hæredes. disp. 453. nu. 19
Proprietarius petens sibi edi instrumentum emphyteusis ab emphyteuta, tenetur de calũnia iurare. disp. 449. nu. 4
Proprietarius quando soluere teneatur meliorationes, & quando non. disp. 463. nu. 16
Proprietarius quomodo non teneatur computare fructus pignoris in sortem pro mutuo a feudatario, aut emphyteutica acceptos. disp. 3251. nu. 1. & quare. nu. 3
Proprietarius recipiens ab emphyteuta pensiones debitas, an censeatur ille remittere caducitatem. disp. 453. num. 7
Prorogatio locationis ex tacito vtriusque partis cõsensu, locum habet etiam in prædijs communitatis, ac reipublicæ. disp. 498. nu. 14
Fallit in rebus mobilibus, vel se mouentibus. ibid. nu. 15.
Prorogatio locationis tacito cõsensu in prædijs rusticis, quæ censeatur facta per annũ, & in vrbanis solum quousq; alter cõtrahentũ discedere velit a contractu. d. 498. n. 17
Prorogatio tacita locationis quomodo intelligatur facta. disp. 498. nu. 16
Proxeneta vel alius intermedius, vendens rem maiori pretio, quam ei impositum fuerat, an possit sibi illud incrementum retinere. disput. 362. nu. 1.
Proxenetæ, & arariorum an, & quando ad restitutionem teneantur. disp. 331. nu. 10
Pupillus in re empta ex sua pecunia, præfertur anterioribus creditoribus etiam expressam hypothecam habentibus. disp. 537. nume. 9
Pupillus pro quibus expensis teneatur tutoris actione negotiorum gestorum. disp. 553. nu. 2
Pupillus tenetur actione depositi, & quantum ex re deposita locupletior factus est: imò & de dolo si sit dolicapax. disp. 525. nu. 2


Q


QVantitas in contractu tribus modis exprimi potest. disp. 367. num. 3


R


RAtihabitio retrotrahitur ad tempus, quo celebratus fuit contractus. disput. 337. nu. 20
Reconuentio quid, & quando computat. disp. 560. nu. 4
Rectores locorum eligere debent, vt necessaria iusto vendantur pretio. disp. 365. nu. 3
Reditus omnes mensę episcopalis, ac capitularis, in Conchę si episcopatu, in quibus consistant. disp. 501. nu. 1
Regalis argenteus quid, & eius valor. disp. 400. nu. 13
Regula iuris, qui prior in tempore, potior in iure, quo modo intelligatur. disp. 369. nu. 2
Regula, quod resoluto iure dantis, resoluitur ius accipientis, quo casu habeat locum. disp. 491. nu. 4
Rei plures debendi proprie qui dicantur, disp. 542. nu. 5
Et quo modo conueniri possunt a creditore. ibid. num. 6
Et quid de iure Authenticorum. ibi. nu. 7
Et an in regno Castellæ, & Lusitaniæ obseruetur tale priuilegium, & ius Authenticorum. ibid. nu. 8. & 9
Rei plures debendi, seu promittendi, quando in solidũ conueniri possunt, & quando pro parte. disp. 542. nu. 3. & 19




Digitized by Google

vsque ad finem.
Rei promittendi qui dicantur, & qui credendi.d.542.nu.2
Religiosi,quando ex eorum contractu teneantur, & quando non.disp.261.nu.7
Religiosi, qui in monasterijs inducunt, non possunt eleemosinas facere, nec donare, nisi ex beneplacito superioris saltem præsumpto.disp.276.nu.7
Religiosi superiores monasterij debent facere eleemosinas competentes.disp.276.nu.1
Donare etiam moderate possunt pro ratione administrationis.ibid.nu.2
Quid autem in inferiorib.ministris.vide.nu.3
Religiosis annui reditus,qui beneficia ecclesiastica nõ sint, an post Concil.Triden.possint concedi.disp.276.nu.6
Religiosus beneficium habẽs,aut vsum aliquorum bonorũ quã lo possit eleemosinas facere,ac donare.disp.276.n.5
Religiosus electus à monasterio,dum vuit, potest eleemosinas & donationes non malas facere.disp.276.nu.4
Qui autem in vltima voluntate.ibid.
Religiosus emissa professione, an nominare possit ad emphyteusim,& quando.disp.482.nu.2
Remedium l.2.C.de rescind. vend. quando competat conductori prædij.disp.495.nu.3
Remissio debito inter donationes connumeratur. disput. 278.nu.18
Remissio debiti vltra quingentos solidos, vel vltra summam in Lusitania constitutam,inualida est sine insinuatione,ex communi.disp.278.nn.17
Intellige,& declara,vt nu.19.20
Remissio doti,vel furti,quando valida sit.disp.271.nu.7
Declara,vt nu.10
Renunciare quis potest ijs,quæ in eius fauorem introducta sunt.disp.540.nu.10.
Renunciatio exceptioni non numeratæ dotis ,facta à marito, qua renunciat lucra ex bonis vtriusque an statim valida sit.disp. 289.nu.17
Renunciatio iuri de futuro, quod pendet ab acceptatione, non eget insinuatione.disp.279.nu.3
Renunciatio lucris communibus facta per alterum coniugẽ,an valida sit,si renũcias habeat creditores.d.435.n.6
Renunciatio lucris futuris facta constante matrimonio in fauorem alterius coniugis, comprehenditur sub donatione inter virum, & vxorem sicut est de iam acquisitis. disp.435.nu.2
Renunciatio lucris futuris facta per vxorem, vel mirum ante celebratum matrimonium, valida est siue sit facta in toto siue in parte.disp.435.nu.1
Renunciatio non numeratæ pecuniæ, vt sit valida, an satis sit fieri in eodem instrumento confessionis mutui,an vero aliud requiratur instrumentum.disp.302.nu.7.
Et quid de iure Castellæ,& Lusitano, & qua pœna notarij & ministri publici puniuntur.ibid.nu.8
Reorũ vnus debẽdi totũ debitum soluens, si ei non sint cessę actiones a creditore,potest in subsidium agere actione negociorum gestorum aduersus correos. disp.544.nu. 6
Rescissio quandoque datur ad reuocandum factam. disp. 353.num.6
Resolutio contractus quando in voluntatem emptoris conferatur fructus medio tempore percepti ad quem spectãt. disput.377.num.3
Resolutio contractus venditionis potest in voluntatem conferri tam emptoris,quam venditoris. disp.377.num.2
Resolutio in foro conscientiæ, eo casu quando res empta fuit diminuto pretio,cum pacto,de retrouendendo, quomodo sit f cienda.disp.375.nu.10
Restitutio in integrum an concedatur minori aduersus venditionem perfectam, vbi alios postea inuenitur emptor, qui plus pretij afferat.disp.575.nu.5
Restitutio in integrum coram quo iudice peti possit,an loci contractus,an vero domicilij. disp. 573.num.24
Restitutio in integrum minori quibus casibus concedatur. disp.573.num.9.& 17
Restitutio in integrum non datur ex contractu vel quasi nullo,sed agitur de nullitate ipsius.disp.573.num.6
Restitutio in integrum quid.disput.573.nu.1
Restitutio rei plena, intelligitur cum fructibus ex restituenda perceptis.disp.371.num.14
Restitutionem in integrum solus pater petere potest sine mandato,non alij consanguinei.disp.573.nu.28
Restitutionis in integrum beneficium conceditur minoribus etiam quadriennio post vigesimum quintum annum completum.disp.573.num.3
Restitutionis beneficium competens minori, non prodest maiori,si res,de qua agitur, sit diuidua,licet pro indiuiso ad vtrumque spectet.disp.573.nu.31
Sed quid si res est indiuidua,vt seruitus.ibi.nu.32
Retractui an sit locus,proximiori consanguineo alienantis prædium censuale,& quando.disp.372.nu.7
Retractus an locum habeat si res patrimonialis detur risolutum pro aliquo debito.disput.370.num.18
Retractus, etiam habet locum contra terminum statutum, quando patrimoniale prædium credito venditur,sed retrahens non tenetur soluere pretium,nisi in termino emptori concesso.disp.370.nu.19
Retractus,& ius prælationis differunt.disp.371.nu.2
Retractus iure sanguinis,si concurrat cũ iure cõmunitatis, proprietario,& superficiario,quis præferẽdus.d.371.n.3
Et quid in emphyteuta,& feudatario.ibid.nu.4
Retractus ius an concedatur personis aliquo respectu emere prohibitis.disput.370.num.11
Retractus vis an habeat extraneus hęresi,loco defuncti,cui competebat.disput.370.nu.7
Retractus ius conceditur etiam ad contractum censualem mixtum,& emphyteusi.disp.372.nu.5
Retractus ius non conceditur consanguineis censum communem vendentis.disp.572.nu.5
Retractus ius pro parte an competat in eodem gradu propinquo.disp. 370.nu.13
Retractus quid,& quib.contractib.locũ hẽat.disp.370.n.1
Retractus vt concedatur de iure Castellæ.disp.370.nu.2
Retractus,vt concedatur,quid necessario requiratur. disp. 370.num.3
Retrahens an teneatur rem retractam iterum venditori dare eam redimere volenti.disp.370.nu.26
Retrahens,& venditor si concurrant ad redimendum quis præferendus.disp.370.nu.25
Retraheres potest retrahere offerendo pretium sub eadem conditione,sub qua sui facta venditio.disp.370.nu.24
Retrahenti tempus ad retrahendum concessum, quando incipiat currere in venditione sub conditione in futurum pendente.disp.370.nu.23
Retrahenti tempus concessum ad retrahendum, an computandum sit de momento ad momentum, vel quomodo.disp.372.nu.22
Retrahenti tempus concessum ad retrahendum, an incipiat à tempore venditionis, an vero à tempore traditionis.disp.370.nu.20
Retrahenti tempus concessum ad retrahendum an similiter habeat locum in venditione facta ad publicam subhastationem.disp.370.nu.27
Et quid de iure communi dispositum,& Lusitano seruatur.ibidem.
Reus promittens se certo quadam tempore sistere in iudicio,quando excludatur a purgatione morę.disp.547.n.4
Et quid de iure Castellæ.
Rex si habeat in feudum regnũ, in parte dicitur proprietarius,& in parte feudatarius,diuersis respectib.d.471.n.3

S

SAcrilegium lethale est, res ad sacrum locum asportare, & ibid m vendere.disp.344.nu.2
Sartorum astutiæ, & sagacitates, qui emunt panos,vt vestes alicui conficiant,quomodo explicandæ,& diluendę. disp.363.num.3
Scriptum, quando est de substantia contractus, si sit e casu

Digitized by Google

casu amissa vel sine culpa, et dolo eius, cuius interest testes possunt adhiberi ad fidem faciendam de ea. d. 448. nu. 1
Scriptura si malitia, & dolo deperdita sit, duo testes, qualescunque sint, sufficiunt ad probandum, quid in ea contineretur. disp. 448. nu. 8
Scrutum quid, & cuius valoris, etiam in Castellæ regno. disput. 400. nu. 11. & 12
Selibra auri, quæ & cuius ponderis. disp. 400. nu. 1
Sensus nouus, & intellectus. l. 60. Taur. tit. 9. lib. 5. nouæ collectio. disp. 435. nu. 4
Sententia criminalis, quæ trãsit in rẽ iudicatam, retractari nõ potest per nouas probationes, sed recurrendum est ad principẽ pro eius moderatione, vel rescissione. d. 568. n. 5
Idemque in sententia ciuili, etiam si essent liquidissimæ probationes, sed venit rescindenda per beneficium restitutionis in integrum. ibid. nu. 6
Sententia lata super ijs, quę in aliquo testamento non viso, continentur, an sit nulla, si viso testamento esset in contrarium iudicandum. disp. 557. nu. 13
Sententiæ exequutio circa rem tradendum impediri non debet longo tempore litibus in meliorationibus liquidandis. disp. 463. nu. 18
Separatio inter coniuges quoad torum, & habitationem fienda, ob nimiam viri sæuitiam. disp. 341. nu. 2
Sequestratarius nõ debet reddere depositum, antequam lis finiatur, & constet cui res sit reddenda. disp. 526. nu. 6
Sequestrum quomodo concedatur. disp. 522. nu. 3
Sequestrum quid. disp. 522. nu. 2
Serui quando ex eorum contractu obligentur, & quando non. disp. 261. nu. 8
Seruitutes acquisitæ per emphyteutam, aut vasallum, pertinent ad proprietarium. disp. 462. nu. 2
Secus autem si sint acquisitæ titulo oneroso. d. 462. num. 3
Seruitutes reales locari non possunt, secus de personalibus. disp. 489. nu. 5
Seruus pœnæ in Castellę, ac Lusitanię Regnis, potest ad emphyteusim nominare, etiam si damnatus sit ad mortem naturalem. disp. 481. nu. 1
Sylua subiecta, pignori, etiã ligna eius incisa subiecta sunt: nisi ad opus aliquod sint posita. disp. 533. nu. 6
Socer matrimonio constante non tenetur ad solutionem dotis nisi inquantum facere potest, secus soluto matrimonio per mortem vxoris. disp. 425. nu. 8
Fallit in hæredibus eiusdem soceri. nu. 9
Item fallit in alijs personis dotantib. qui non sint descẽdentis vxoris per lineam masculinam. disp. 425. nu. 10
Socer si in fraudem creditorum alienat dotem, inscio genero, non datur actio aduersus generum, sed aduersus filiã post mortem mariti: nisi liberi supersint. disp. 328. nu. 3
Idem in donatione ad nuptias facta filio. ibid. nu. 4
Societas absolutè contracta latè intelligenda. disp. 412. n. 6
Societas ad lucrum simpliciter contractus, intelligitur de æquali, & æqualiter diuidendo. disp. 415. nu. 4
Societas ad negociationem, & lucrum; an iusta vel iniusta sit, quib. regulis cognosci potest. disp. 415. nu. 2
Societas ad negociationem, & lucrum, quot modis contrahatur. disp. 415. nu. 1
Societas an possit iniri cum alijs, per eum, qui operas tantum apponit. disp. 419. nu. 1
Societas contracta cum iuramento, vt ad hæredes transeat quando obliget hæredes, vt eidem stare teneatur. disput. 414. nu. 15
Societas contracta interuentione animalium, quo casu licita. disp. 420. nu. 2
Societas cũ marito cõtracta an & qñ valida sit. d. 411. nu. 7
Societas cũ pacto assecuratiuo, quo casu licita. d. 417. n. 10
Societas cum pacto, vt aliquis arbitretur de quota parte tangente vnicuique sociorum, eo mortuo est ipso iure nulla. disp. 415. nu. 6
Societas duobus modis contrahi potest. disp. 411. nu. 4
Societas in dubio an præsumatur an vero locatio, dum aliquis tradit alicui animalia custodienda, promittendo illi partem fructuam aliquotam. disp. 411. nu. 2
Et quid de institore, seu factore, & alijs ministris mercatoris. ibid. nu. 3
Societas, in dubio an sit an vero emphyteusis, si quis tradat alicui fundum colendum, cum pacto vt reddat medietatem, vel quartam, aut aliam aliquotam partem fructuum. disp. 414. nu. 3
Societas inita, vt particularia damna ad vnum sociorum tantum pertineant, quando valida. disp. 415. nu. 9
Societas inter coniuges contractu medietatis bonorum, quando contracta censeatur. disp. 422. nu. 3
Societas inter fratres omnium bonorum quando censeatur contracta, & quando non. disp. 421. nu. 6
Societas inter socios tacito consensu continuata censetur. disp. 414. nu. 6
Immo etiam per hæredem eodem tacito consensu. ibid. num. 7
Ac etiam si hæres esset pupillus, modo tacite consentiat per suum tutorem. ibid. nu. 8
Et inter coniuges etiam, vt altero eorum defuncto, per hæredem tacito consensu continuata censeatur. ibid. n. 9
Societas medietatis bonorum an censeatur contracta in matrimonio putatiuo. disp. 422. nu. 7
Societas omnium bonorum duobus modis contrahi potest. disp. 421. nu. 9
Societas omnium bonorum potest contrahi etiam inter eos, qui bona non habent æqualia, vt dissoluta societate in partes diuidantur æquales. disp. 412. nu. 4
Societas omnium bonorum, quando tacitè contracta intelligatur. disp. 421. nu. 2
Societas posterior quando iniri possit per socium, qui operas tantum ab hac dest. disp. 419. nu. 2
Societas quare contrahi potest, vt vnus capitale, vel partem illius ponat, & alter industriam, quod secus in mutuo. disp. 411. nu. 5
Societas quib. casib. transeat ad hæredes. disp. 414. nu. 10
Societas quid. disp. 411. nu. 1
Societas quib. modis soluatur. disp. 414. nu. 1. 12. 13. 14. & seq.
Societas quotuplex, & quibus modis contrahi potest. disp. 412. nu. 1. 5. 7. & 8
Societas si sit contracta, vt vnus apponat operam, & industriam, alter animalia, quot modis facienda æstimatio, vt licita dicatur. disp. 420. nu. 3
Idem de piscatura, & alijs similib. dicendum. ibid. nu. 4.
Societas si sit inita, vt vnus ponat capitale, et alter operas, capitale perẽpto, dissoluitur eius periculo, q id posuit, sine restitutione operarũ ab altero nõ præstitarũ. d. 416. nu. 3
Societas simpliciter contracta, intelligitur omnium bonorum præsentium, & futurorum. disp. 412. nu. 2
Immo, nisi aliud exprimatur, intelligitur, vt in partes æquales omnia bona diuidantur. nu. 3
Societas simpliciter irrita sine expressione partium lucri, & capitalis, intelligitur regulari secundum consuetudinem loci in quo fuit contracta. disp. 416. nu. 2
Societate cõtracta vt vnus capitale, & alter operas ponat, dominiũ capitalis quãdo efficiatur commune. d. 416. n. 5
Societate dissoluta inter coniuges, quomodo eorum bona diuidenda. disp. 422. nu. 4
Declaratur, vt nu. 5
Societati renunciare ante tempus præfixum, quibus casibus liceat. disp. 414. nu. 19
Societatis contractus an licitus sit, vt periculum totum capitalis ad eum pertineat, qui apponit operas, & quomodo, & quibus euentib. disp. 417. nu. 1. & 7. cum seq.
Et quid in alijs contractib. ibid. nu. 2
Societatis contractus appellandus est etiam, quando vnus ponit capitale, & alter nauigium cum operibus ministri. disp. 416. nu. 6
Societatis contractus coniunctus cum contractu assecurationis, quando illicitus. disp. 417. nu. 5
Declara, & intellige, vt nu. 10
Societatis contractus inter virum, & vxorem de iure cõmuni conceditur, secus de Lusitano, & Castellæ. d. 423. n. 6



Digitized by Google

Societatis contractus licitus, vt qui ponit operas, partem etiam periculi capitalis in se sumat. disp. 417. nu. 3
Societatis contractus, quãdo licitus, si vnus apponit capitale cũ tertia parte solũ periculi, & lucri, & alter operas cum periculo reliquarum partiũ capitalis, & lucri. d. 417. n. 12
Societatis propria natura, & conditiones, quæ, & quæ dicatur Leonina societas. disp. 417. nu. 6
Socij hæres quænam teneatur conuuuare, per defunctum cepta. disp. 414. nu. 2
Sociorum aliquis si vult renunciare societati, quas conditiones seruare debeat. disp. 414. nu. 18
Sociorum vnus si pecuniam ponit, & alter operas, quomodo pecuniæ lucrum æstimandum. disp. 416. nu. 4
Sociorum vnus si ponat capitale, & alter industriam, quomodo lucrum solum sit inter eos diuidendum, & quomodo vna cum capitali. disp. 416. nu. 1
Socius alteri socio in vtroque foro, tenetur de toto damno, quod prouenit etiam ex leui culpa. disp. 413. nu. 1
Fallit in leuissima, vel casu fortuito. ibid. nu. 2
Socius ex sola culpa non amittit priuilegium, vt non teneatur vltra quã facere põt, nisi fuerit ẽt in dolo. disp. 413. n. 9
Socius habet ius retractus in partem venditam ab altero socio pro indiuiso; secus si partes essent diuisæ. disp. 371. nu. 1
Socius omnium bonorum quando possit dotare filias de cõmunibus bonis. disp. 421. nu. 5
Socius pro conseruatione mercium, an teneatur facere sumptus, quasi eos mutuando alijs locis. disp. 418. nu. 8
Socius quando cum socio compensare possit. disp. 560. n. 15
Socius quando non teneatur contribuere socio ad damnum ei illatum resarciendum. disp. 418. nu. 7
Socius quando teneatur præstare nudam cautionem, pro soluendo debito. disput. 413. nu. 10
Socius, qui operas tantum apponit, contrahens posteriorem societatem, contra pactum in prima appositum, ad quid teneatur. disp. 419. nu. 3
Et quid si non sit appositum pactum, sed posterior societas præiudicat primæ. ibid. nu. 4
Socius si habeat officium, vnde alimenta sibi possit comparare, vendenda sunt reliqua omnia eius bona, pro debitis eius soluendis. disp. 413. nu. 8
Socius socio non tenetur vltra quam facere potest, etiam si sit societas vnius rei contracta. disp. 413. nu. 4
Immo etiam habet locum in societatib. scolasticorum in eadem domo habitantium. ibid.
Fallit tamen in casu, vt nu. 5. & 9
Socius tenetur socio contribuere partem suam, donec omnes æqualiter habeant portionem suam. disp. 413. nu. 18
Socius, vt iudicetur quantum facere, possit, ne egeat, quid deducendum, & obseruandum. disp. 413. nu. 11
Idem in alijs, qui priuilegio hoc gaudent. ibid.
Solemnitas non necessaria si minus aptè interueniat, contractum non vitiat. disp. 448. nu. 7
Solidus quanti valeat de iure communi, & quanti de iure Castellæ. disp. 278. nu. 2
Soluens per errorem debitum, quod nec naturaliter, nec ciuiliter, est debitũ, repetit p cõdictionẽ indebiti. d. 467. n. 1
Soluens scienter post sententiam absolutoriam, repetere non potest. disp. 568. nu. 10
Solutio anticipata, mutuum est virtute, & ob id in ea vsura committitur. disp. 315. nu. 3
Soluto etiam latè sumpta liberat ab obligatione etiam accessoria. disp. 562. nu. 4
Solutio facta creditori quando non liberet debitorem si creditor accusetur de crimine, cuius bona veniant confiscanda. disp. 563. nu. 8
Solutio facta de mandato creditoris, qui postea reuocatus fuit, quando liberet debitorem. disp. 563. nu. 6
Solutio facta ei, qui non est nec tacitè procurator, licet negotia gesserit creditoris, non liberat debitorẽ. disp. 563. nu. 5
Solutio facta filio, vel seruo exposito alicui negotiationi, quando liberet debitorem. disp. 563. nu. 4
Solutio interesse liberat ab obligatione facti, & quid veniat nomine interesse. disp. 562. nu. 4
Solutio minori quo pacto fieri debeat. disp. 562. nu. 6
Solutio quid. disp. 562. nu. 1
Solutio rei determinatæ in individuo facta alteri quam creditori, & res soluta ei pereat antequam perueniat ad creditorem liberat debitorem. disp. 563. nu. 1
Declaratur tamen, vt ibid.
Solutio rei indeterminatæ in individuo facta alicui deputato à creditore, an liberet debitorem si pereat, & quando. disp. 563. nu. 2
Et quid si soluatur procuratori ipsius creditoris. ibid. n. 3
Solutionem exspectare, mutuũ virtute dicitur. disp. 315. nu. 2
Solutioni terminus præfixus operatur tacitum pactũ quod mutuatarius ad interesse teneatur, quod mutuans defectu solutionis in eo termino priuatur. disp. 315. nu. 3
Declara tamen, & intellige, vt nu. seq.
Solutionum genera quot. disp. 562. nu. 3
Solutum debitum ex vrgentiori causa, & quod plus grauat debitorem, prius præsumitur. disp. 565. nu. 2
Declara tamen, & limita. nu. 3
Solutum per sententiam iuramento decisorio, repeti potest, si legitimæ probationes postea in contrarium reperiantur. disp. 568. nu. 9
Solutum vigore sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam, tanquam indebitum, non repetitur, neque probatio admittitur, quod fuerit indebitum. disp. 568. nu. 1
Fallit, nisi lata esset sententia falsis allegationibus, vel probationib. ibid. nu. 2
Idemque si lata esset contra absentem, vel minorem. ibid. num. 3
Item fallit in fisco, minore, & ecclesia, quib. datur restitutio per noua instrumenta, aduersus rem iudicatam, non autem per nouos testes. ibid. nu. 4
Sors quid. disp. 303. num. 9
Sortes quando licitæ, & quando non. disp. 509. nu. 3
Sortes quot modis fiant. disp. 405. nu. 1
Speciei indiuiduum indefinitè si debeatur, obligatio permanet in omnibus illius speciei indiuiduis. disp. 366. nu. 6
Sponsalia, & matrimonium solo consensu perficiuntur, & quid sint. disp. 254. nu. 5
Sponsalitia largitas in fruitione non indiget, in quacunque sit summa. disp. 290. nu. 7
Spõsalitia largitas pertinet etiam ad capitale rei. d. 433. n. 2
Sponsalitia largitas quid. disp. 290. nu. 1
Sponsalitia largitas quibus casib. valida sit, etiam si matrimonium non sequatur. ibid. nu. 3
Et quid de iure Castellæ, & Lusitaniæ. ibid. nu. 4. & 5
Sponsalitia largitas si aliud non exprimatur, semper intelligitur sub conditione matrimonij futuri. disp. 290. nu. 2
Sponsio, quid, & est contractus iustus, ac licitus, nisi aliqua circunstantia maculetur. disp. 508. nu. 1
Sponsio quot modis fieri potest. disp. 508. nu. 2
Stabularij, caupones, & nautæ, molendinarij, sartor, & fullones, & alij similes tenentur de leui culpa, & aliquando ẽt de leuissima, sed non de casu fortuito. disp. 527. nu. 4. & 5
Fallit tamen in casu, vt nõ teneantur, nisi de dolo. ibi. n. 6
Et quid de iure Lusitano. ibid. nu. 7
Statutum an sit licitum, quod hæredes viri teneantur soluere vxori certam pecuniæ quantitatem, donec ei dotem persoluant. disp. 322. nu. 7
Statutum an valeat, quod socer teneatur soluere genero certam pecuniæ quantitatem ad onera matrimonij sustinenda, donec ei dos soluatur. disp. 321. nu. 10
Statutum faciens mentionem de pignore, an comprehendat hypothecam presè sumptam. disp. 528. nu. 6
Stellionatus crimen qñ committi censeatur. disp. 532. nu. 5
Sterilitas fructuum, quando tanta sit dicenda, vt pensio pro rata minui debeat. disp. 495. nu. 2
Et quid de iure Castellæ & Lusitaniæ. ibi. nu. 4. & 5
Stipulatio Aquiliana quę & qualiter extinguat obligationem. disp. 254. nu. 9
Stipulatio in Castella non est necessaria ad validitatem contractus. disp. 254. nu. 7
Stipulatio qua verborum forma perficiatur. disp. 254. nu. 3



Digitized by Google

Stipulati quis potest per procuratorē, tabellionem vel aliū. disp.254.num.4.
Stipulationem continuo sequi debet responsio, & non ex interuallo. disp.254.nu.5.
Subscriptio ad aliquam rem, seu contractum, quando necessaria per prælatum Ecclesiæ. disp.468.nu.7
Successor in maioratu, vel fideicommissarius non teneatur stare locationi factę de bonis maioratus, aut fideicommissi. disp.491.nu.3 Declara, vt nu.5
Successor singularis in re subiecta hypothecę, an teneatur stare locationi. disp.490.nu.8
Sumptus facti re vendita per venditorem ante venditionem perfectam, gratia fructuum colligēdorum, ad venditorem spectant, sicut, & fructus rei. disp.368.nu.4
Superficiarius concurrens cum consorte, & consanguineis proprietarij vendentis in retractu præfertur eisdem. disp.371.num.6
Superficiarius si vendat vtile dominij, proprietarius in iure retractus prefertur consorti, & consanguineis. d.371.n.5.

T

TAxatio rerum, quę permittitur, vt sciatur quanta gabella debeat, ad iudicem spectare. disp.397.nu.10.
Tempus à iure permissum, separari potest à tempore prohibito, sicut vtile ab inutili. disp.467.nu.2
Tempus, & locus in cambio præcipue attendenda. disp.398.num.6
Tempus minori ętatis, quo conceditur restitutio quale. disp.573.num.2
Tempus quando interpellet pro creditore aduersus debitorem, ita vt mora purgari non possit. disp.564.nu.1
Declaratur tamen, vt nu.2
Tempus, quo vendi potest pignus prætorium, est iudici arbitrarium. disp.538.nu.15
Tempus, quod datur condēnatis ad soluendum potest arctari, & prorogari pro iudicis arbitrio. disp.538.nu.11
Et quid de iure Castellæ. ibid.
Tempus solutioni a iudice statutum, facit teneri eo transacto debitorem ad pœnam, interesse, & damna. disput.564.num.8
Tempus solutionis dotis a quo puncto currere incipiat. disp.423.num.4
Testamentum a notorio vsurario ante præstitam cautionem confectum, an vires assumat, si vsurarius ante mortem idoneam præstet cautionem. disp.334.nu.7
Testamentum eius qui alias fuit notorius vsurarius, nullum est, si ante mortem non restituat, vel idoneam cautionem non præstet. disp.374.nu.16
Testamentum eius, qui vsurarius non erat, sed postea est notorius vsurarius effectus, an nullum reddatur. disput.334.num.19
Testamentum notorij vsurarij est ipso iure nullum, & quæcunque alia illius vltima voluntas. disp.334.nu.14
Testamentum notorij vsurarij infidelis subiecti Christiano principi est, nullum. disp.334.nu.15
Testamentum vsurarij notorij, qui cauit idoneè, sed secretè post cautionem vsuras exercet, an validum cēsendum sit. disp.334.nu.18
Testes ad improbationem sufficiunt duo fide digni, etiam si ad validitatem scripturæ plures essent necessarij. disput.446.nu.2
Testes deponentes de scripturę amissione, quid deponere debeant. disp.448.nu.5
Testes duo; aut tres singulares omni exceptione maiores in Hispanijs admittuntur, ad probādum vsuram palliatam. disp.333.nu.3
Testes non sunt examinandi super amissione scripturæ non necessariæ ad contractum. disp.448.nu.6
Testes quales esse debeant ad probandam veritatem, vel falsitatem scripturæ amissæ. disp.448.nu.4
Testes, vt faciant fidem de scriptura, & eius amissione, quot probari debeant. disp.448.nu.3
Tractatus quid. disp.468.nu.5.
Traditio eiusdem rei factę plurib. emptorib. in dubio præsumitur facta priori emptori. disp.369.nū.10
Traditio per actum fictum, an sit sufficiens causa, vt emphyteuta incidat in commissum. disp.459.nu.9
Traditio rei est complementum contractus, & sic pars integralis. disp.397.nu.7
Traditio rei est solum conditio pacti, sine qua ex pacto non oritur obligatio. disp.397.nu.6
Traditionis nomine venit etiam ea, quæ fit per actum fictū. disp.369.nu.9
Transactio alias inualida, quia facta circa rem, quę transiuit in rem iudicatam, an iuramento validetur, etiam in foro exteriori. disp.556.nu.3
Transactio de re dubia facta adeo valida est, vt nec in conscientiæ foro, trāsigentes teneantur alteri rem restituere, q̄ postea ad alterum pertinere compererint. disp.556.nu.18
Declaratur tamen, vt nu.19
Transactio, & compromissum sunt contractus innominati. disp.556.nu.7
Transactio facta cum debitore hereditatis, an valida sit ignoratis, quæ vltima voluntate defuncti continentur. disput.557.nu.14
Et quid si renuncietur iurib. quæ disponunt inualidam esse. ibid.num.15
Item quid si iuramento sit confirmata. nu.16
Transactio generalis quo casu porrigatur etiam ad incognita. disp.558.nu.3
Cum declaratione, vt nu.4
Transactio generalis sequuta post petitionem particularem, an, & quando restringatur salua proprietate sermonis. disp.558.nu.5
Transactio indefinite facta circa aliqua bona, quādo vniuersaliter omnia bona comprehendat. disp.558.nu.1.& 2
Transactio quid. disp.556.nu.1
Transactio rescinditur ex capite lęsionis infra, vel vltra dimidiū iusti valoris vel ad ęqualitatem reducitur. d.556.n.20
Idem in transactione facta per vim, vel metum, & etiam de re aliena. ibid. nu.21
Idem si sit facta cum minore, qui sit notabiliter lęsus. ibid. num.22
Transactio, seu quietatio, vel remissio pleniſſima, quibus verbis fieri potest, vt referatur etiam ad incognita. d.558.n.6
Transactio si sit iuramēto firmata, & simul in ea apposita pęna, potest vtrumq; peti, quod sterur trāsactioni, & quod soluatur pęna, esto non fuerit apposita clausula, rato manente pacto. disp.550.nu.16
Idem si fuit aquiliana stipulatione vallata. ibid.nu.17
Transactio stipulatione vestita, transit in contractum nominatum, pariētem actionem, & obligationem, secus, si nuda, de iure communi. disp.556.nu.9
Fallit hoc tamen de iure Castellę, & de ęquitate canonica. ibid.nu.11.& 12
Transactio super alimentis, an, & quando valida sit. disput.557.nu.17
Et quid si sit iuramento confirmata. ibid.nu.18
Transactio super contentis in testamento quando prohibita, & quando non. disp.557.nu.12
Transactio, vel compromissum nō potest fieri de rebus alienari prohibitis, & quæ sint personæ quæ prohibentur. disput.557.nu.1.& 19
Fallit tamen, & limitatur in multis euentibus, vt nu.7.8.9.10.& 11
Trāsactio vt valida sit, quid requiratur. disp.556.nu.2.& 4
Transactione facta sub certa pęna, transigentes coguntur vel illi stare, vel soluere pęnam, non autem ad vtrumque. disp.556.nu.13
Transactioni si sit apposita pœna, & alter transigentium dicat se non velle ei stare, & postea pęniteat, an per talem pœnitentiam euitet pœnam. disp.556.nu.15
Transgressor legis vltra solutionem pœnę tenetur etiam ad restitutionem damnum passo. disp.364.nu.4
Tributum ex compensatione an debeatur. disp.560.nu.22
Tributum, seu alcauala an debeatur, quando in renouatione vnum debitum pro alio soluitur. disp.566.nu.1

Tutor,

Digitized by Google

Tutor, & alij legitimam administrationem habētes, possunt pro his, quorum bona administrant petere restitutionem in integrum etiam sine mandato, disp. 573. nu. 26
Fallit in alijs, nisi habeant ad id speciale mandatum. disp. 573. nu. 27
Et intellige hoc, vt nu. 29
Tutor & alius quilibet extraneus, dotem, vel donationem propter nuptias promittens, quo casu censeatur de suis proprijs bonis promittere. disp. 424. nu. 7
Tutor, & curator possunt nomine pupilli, & minoris stipulari. disp. 264. nu. 15
Tutores, & curatores, & in Lusitania iudices orphanorum, non possunt emere res minorum, quorum curam gerunt. disp. 343. nu. 2

V

VAsallus vasalli tenetur potius obedire supremo domino, quam eius proprio, & immediato. disput. 471. numero 4
Et idem in secundo emphyteuta. ibid.
Vectura pro mancipio mortuo antequam ad locum destinatum deportetur, non debetur. disp. 502. nu. 2
Vendendæ res, quæ pondere, numero, aut mensura consistunt, in duplici sunt differentia. disp. 366. nu. 11
Vendendi modus res ad creditum, an faciat crescere pretium illarum iustum. disp. 357. nu. 1
Vendens bona fide cum ignorantia probabili rem vltra iustum pretium, licet non peccet, tenetur tamen restituere quamprimum scierit. disp. 350. nu. 5
Declara tamen, & intellige, vt ibid.
Vendens eandem rem duob. incidit in pœnam falsi. disp. 369. num. 6
Vendens merces pretio currenti, sciens alias eiusdem generis breui in magna copia superuenturas, non peccat contra iustitiam, nec ad restitutionem tenetur. disp. 354. nu. 1.
Quinimmò nec peccat contra ciuitatem nu. 2
Peccat tamen, si sciat pragmaticam, seu legem publicandam super diminutione pretij. ibid. nu. 3
Vendens merces suas ad creditum maiori pretio, quam tempore contractus valeant, quando ab vsura excusetur, & quando non. disp. 355. nu. 5
Vendens rem maiori pretio quam valeat, aut emens minori, an peccet, ita quod teneatur in foro conscientiæ restituere, vel supplere vsque ad iustum pretium. disp. 350. nu. 1
Quod sic. nu. 4
Vendens vltra dimidium iusti pretij, vel emens infra dimidium iusti peccat, & tenetur ad restitutionem, etiam in foro exteriori. disp. 349. nu. 1
Vendentes vsurarijs, & alijs similibus attinentia ad cibum, & vestitum, an restituere teneātur ea, quæ in recompensationem ab illis accipiunt. disp. 330. nu. 5
Vendere credito ad tempus vltra pretium iustum, vel emere infra infimum pretium anticipata solutione, an liceat, ratione periculi amittendi capitale, vel cum difficultate illud recuperandi ratione loci, vel personarum qualitate. disp. 356. nu. 1
Vendere non potest, aut permutare de iure Lusitano pater, aut alius ascendens quicquam alicui descendentium. disp. 343. num. 7
Vendere, quo pretio volunt mercatores suas merces permittendi non sunt. disp. 365. nu. 11
Vēdere rem ad creditum carius expectata solutione, & emere vilius anticipata solutione quando liceat. disp. 355
Vendens rem ad tempus vltra pretium iustum rigorosum, & emens infra pretium infimum iustum, anticipata solutionem vsuram committit. disp. 355. nu. 2
Declara tamen, & intellige. nu. 4
Vendere rem suam minus iusto pretio, quo casu quis cogatur. disp. 365. nu. 2
Vendere rem suam nemo regulariter cogi potest. d. 341. n. 1
Fallit tamen multis modis.
Vendere Saracenis, & Turchis quid prohibitum sit Christianis de iure communi, & quid de iure Lusitano. disp. 343. num. 9
Vendi etiam possunt res in spe existentes. disputatio. 340. num. 17
Vendi potest tota hereditas, aut illius pars, quando venditoris est, declara. disp. 340. nu. 4
Declara, vt nu. 7
Vendi quæ res possint, & quæ non. disputatio. 340. nu. 1. & sequen.
Vendi res aliena quomodo, seu quo sensu prohibita. disput. 340. nu. 31
Et quid de iure Lusitano, & Castellæ. ibid.
Vendita hæreditate, & non tradita, dominium illius non transit in emptorem, sed in secundum, cui est tradita. disp. 340. nn. 6
Vendita hæreditate transeunt in emptorem ante cessionem factam omnes actiones vtiles actiuæ, & post cessionem etiam directæ: sed passiuæ remanent penes hæredem, & quare. disp. 340. nu. 5
Vendita res si casu fortuito pereat, nec emptori, nec venditori competit actio. disp. 340. nu. 6
Vendita res si est ager ad pastum, qui herbas pecoribus nocuas haberet, datur redhibitoria, etiam si vitium venditor ignorauerat. disp. 353. nu. 9
Venditio ad corpus est, cum incipitur a corpore, & additur mensura, seu quantitas: venditio vero ad mensuram, cum incipitur a mensura, & additur res. disp. 367. nu. 4
Venditio ad mensuram dicitur, quando est facta certo pretio pro vnoquoque iugere. disp. 367. nu. 7
Venditio conditionalis quid. disp. 379. nu. 1
Venditio conditionalis, quos pariat effectus. disputat. 379. num. 2
Venditio duplex censetur, si à principio res aliqua certo pretio vendatur, & postea partes conueniant, vt loco pretij res alia æstimata accipiatur. disp. 397. nu. 111
Venditio duplex, in vnaquaque permutatione interuenire censetur. disp. 397. nu. 2
Venditio eius, quod absque peccato vendi non potest, quo casu sit nulla. disp. 340. nu. 34
Venditio eius, quod vendibile non est nulla redditur. disput. 340. nu. 33
Venditio, & locatio quando licita sit, vltra iustum pretium. disp. 351. nu. 2
Venditio facta animo donandi rem æstimatam, quando dicatur donatio, vt gabella non debeatur. disputatio. 373. num. 4
Venditio facta in pignoribus, si vsque ad talem diem, debitor non soluerit, pignus sit venditum iusto pretio, arbitrio certæ personæ iudicandum, valida est. disput. 337. num. 14
Venditio facta per absentem cum cautione de rato, quando censeatur perfecta, cum postea rata fuerit habita. disput. 337. nu. 18
Venditio illicita ex parte contrahentium quibus casibus redatur. disp. 346. nu. 3
Venditio illicita redditur, si res carius extraneis vendantur, quam naturalibus. disp. 346. nu. 1
Intellige tamen, & declara, vt nu. 2
Venditio liberi hominis nulla est; qui fuerit seruus. disput. 340. nu. 24
Venditio nulla, quot modis reddatur, & quot modis ratione erroris. disp. 340. nu. 23
Venditio nulla redditur ob defectum tacitę conditionis, quæ ei semper inesse dicitur. disp. 366. nu. 10
Venditio omnium bonorum magis valida, quàm donatio facta filiæ ad contrahendum matrimonium. disput. 340. num. 1
Venditio pacto adiectionis in diem, & legis commissoriæ, quot modis dissolui possit, vel non. disputatio. 378. numero 4
Venditio propriè quæ dicatur, & in quibus consistat rebus. disp. 336. nu. 5
Venditio quando dicatur fieri ad corpus, & quando ad mēsuram.

Digitized by Google

ſurans. diſp. 366. num. 9
Venditio, quando eſt conditionalis, ante impletam conditionem, nec tributum debetur: ſecus ſi ſit modalis. diſp. 537. num. 10
Declara, vt num. 13. & 19
Venditio, quando eſt facta ad menſuram, quod alluuione accreſcit, antequam menſuretur, ad venditorem ſpectat. diſput. 367. num. 8
Venditio quando iudicanda ſit, vt habeat locum retractus, ſi quis vendat certam rem patrimonialem pro certo pretio; & pro re alia ſimul. diſp. 370. nu. 17
Venditio quando non dicatur vſuraria, neque illicita, dum pretium eſt in depoſito, ſub aliqua conditione. diſp. 368. num. 15
Venditio quando potius cenſenda ſit, quàm permutatio. diſput. 336. nu. 9
Venditio quando re tradita, & ſoluto pretio, quocumque modo diſſoluitur, ad quem pertineant fructus medio tempore percepti tam in foro conſcientiæ, quam in exteriori. diſp. 377. nu. 4
Venditio quot modis reddatur nulla, ſi res vendita deſtructa erat, aut perierat. diſp. 340. nu. 22
Venditio rei duobus ſit modis. diſp. 366. nu. 3
Venditio rei immobilis, aut quæ cum immobili computatur, facta à viro ſine conſenſu vxoris, inualida eſt de iure Luſitano. diſp. 343. nu. 6
Venditio rei propriæ mentis nulla eſt. diſp. 340. nu. 33
Venditio rei ſacræ, & publicæ ſine Principis ſupremi cõſenſu nulla eſt, etiam ſi conferatur in tempus, quo talis eſſe deſierit. diſp. 340. nu. 25
Declara tamen, vt nu. 26
Et quid de iure Luſitano. nu. 27
Venditio ſi eſt facta ad quantitatem, quando addendum ſit, vel minuendum de pretio. diſp. 367. nu. 10
Venditio ſi fiat ad corpus, & non ad menſuram, quando periculum ſpectet ad emptorem. diſp. 366. nu. 12
Venditio ſi reſcindatur remedio l. 2. C. de reſcind. vend. an gabella debeatur. diſp. 349. nu. 7
Et quid in Luſitania ſeruetur. ibid. nu. 8
Venditio ſi ſit facta ad corpus, tota res vendita cenſetur, etiã quo ad incrementum in ea repertum. diſp. 367. nu. 5. & 6
Venditio ſi ſuſpendatur, vt ſcriptura perficiatur, an tempus retrahendi currat à die ſcripturę, an verò à die mutui conſenſus. diſp. 370. nu. 21
Venditio ſola iuris emphyteutici irrequiſito domino, ſine traditione, non eſt ſufficiens cauſa incurrendi in pœnam commiſſa. diſp. 459. nu. 8
Venditio, vel alienatio fit aut ad corpus, aut ad menſuram, diſp. 367. nu. 1
Venditio vel alienatio quando dicatur facta ad corpus, & quando ad menſuram. diſp. 367. nu. 2
Venditio veneni, & aliorum ad malum incitantium, ſeu noxalium, quando prohibita. diſp. 340. nu. 35
Venditione alicuius rei prohibitæ, cenſetur etiam prohibita quæcunque illius alienatio. diſp. 466. nu. 7
Venditione omnium bonorum facta, intelligitur tantum de præſentibus, niſi aliud exprimatur. diſp. 340. nu. 3
Venditiones anticipata pecunia factæ, cur validæ dici poſſint. diſp. 360. nu. 4
Venditionis contractus quot modis diſſoluatur. diſ. 377. n. 5
Venditionis nomine, quæ res veniant. diſp. 336. nu. 6. & 9
Venditor an re acquirat dominium rei, quam vendidit, abſq; traditione, ſi ſine pacto legis commiſſoriæ, & adiectionis ad diem, vendidit ſub hac forma, vendo tibi hanc rem tanto pretio, ea lege, vt, ſi intra annum reſtituero tibi pretiũ, res ſit inempta. diſp. 378. nu. 5
Venditor an ratione affectionis particularis, quam habet ad rem poſſit aliquid vltra iuſtum pretium accipere. diſput. 351. num. 3
Venditor de vitio animi rei venditæ, non tenetur emptori. diſp. 359. nu. 10
Et quid de iure Caſtellæ. ibid.
Venditor, lite mota ſuper re vendita, vel denunciata, quid facere teneatur de iure communi, & Luſitano. diſp. 380. num. 10
Venditor non reuelans vitium abſconditum rei venditæ, tenetur emptori ad omnia damna inde ſequuta. diſput. 353. num. 2
Venditor quando non teneatur de vitio rei occulto. diſput. 353. nu. 15
Venditor quando non teneatur vitia rei manifeſtare. diſput. 353. num. 20
Venditor quando re euicta teneatur ad duplum eius rei. diſput. 380. nu. 13
Venditor quando teneatur ad expenſas in lite factas. diſput. 380. num. 14
Venditor, quãdo vltra fructus omnes, teneatur etiam ad omne intereſſe intrinſecum rei venditæ. diſp. 368. nu. 10
Venditor quo caſu agere poſſit contra emptorẽ, ad intereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergentis. diſp. 368. nu. 27
Venditor quo caſu tẽ venditam poſſit inuito emptori, proijcere, vel expellere, aut alteri vendere. diſp. 366. nu. 14
Venditor rei in ſpe, ſi ipſa non exiſtat, tenetur emptori ad æſtimationem. diſp. 340. nu. 19
Venditor rei vitia non manifeſtans, doloſus cenſetur. diſput. 353. num. 3
Venditor rei vltra dimidium iuſti pretij ad quid teneatur, etiam in foro conſcientiæ. diſp. 349. nu. 5
Venditor ſcienter non manifeſtans vitium rei, quod manifeſtare tenetur, aut emptor non monens venditorem de maiore rei valore, lethaliter peccant. diſp. 353. nu. 21
Venditor ſcienter vendens rem alienam ignoranti tenetur emptori ad valorem rei, & intereſſe, ex communi. diſput. 380. num. 6
Quinimò etiam in foro conſcientiæ tenetur non ſolum ad pretium, ſed etiam ad intereſſe amiſſum. ibid.
Venditor ſi falſum dicat in qualitate rei, vel quantitate, tenetur actione empti. diſp. 367. nu. 9.
Venditor, ſi læſus ſit, & emptor eligat reſtituere rem, & accipere pretium, quid agendum. diſp. 549. nu. 9
Venditor ſi ſciat legem fore publicandam ſuper rerũ valore, an poſſit eas in magna quantitate exponere, vendendas, cum maxime ſciat, emptores, legem ignorantes, tantundem eodem pretio ab alijs emptoris. diſp. 354. nu. 5
Venditor ſi ſciat valorem rei, eamque plutis vendat, quam valeat, an ad reſtitutionem teneatur. diſp. 352. nu. 15
Venditor ſi ſoluto pretio non tradat emptori rem, tenetur ei ad intereſſe tam lucri ceſſantis, quam damni emergentis. diſp. 337. nu. 2
Venditor ſi ſuas merces ſtatim ſit venditurus, ſed creditur, illas poſt tres menſes plus eſſe valituras, an poſſit illas ad creditum vendere, ſoluendas in id tempus pretio, quo plus minusve ſperaretur, tunc eſſe valituras. diſput. 355. num. 7
Venditor tenetur de euictione, euicta re vendita. diſput. 380. num. 1
Amplia in permutatione, & alij modis. ibid. nu. 2
Item in tranſactione quandoque. ibi. nu. 3
Idem in parte rei venditæ euicta. ibi. nu. 4
Et quot modis in ſeruitutibus. ibi. nu. 5
Idem etiam ſi ignorauit rem alienam vendidiſſe, vt poſt latam vltimam ſententiam teneatur, etiam in foro conſcientiæ. ibid. nu. 7
Fallit tamen, & limitatur in multis euentibus. ibid. nu. 12
Venditor tenetur de vitio rei vẽditæ emptori, etiam ſi ignorabat vitium, ſicut emptor. diſp. 353. nu. 8
Fallit tamen in duobus euentibus, ibid.
Venditor vt de euictione teneatur, quæ neceſſario requirantur. diſp. 378. nu. 8
Venditores quando poſſint aliquid detrahere de rebus venditis, quarum pretium non eſt lege taxatum, quod ſit pro eorum mercede, & labore. diſp. 353. nu. 25
Venditori actio ex vendito datur contra primum emptorem, non autem contra tertium poſſeſſorem. diſput. 349. num. 4
Fallit tamen, vt ibi.




Digitized by Google

Venditori an licitum sit non manifestare vitium rei, modo minuat in pretio, quantum res illa minus cum eo vitio valet. disp. 353. nu. 17
Venditum, aut consumptum de capitalibus vtriusque cõiugum, quomodo compensandũ de lucris. disp. 433. nu. 10
Verbum, statim, quomodo intelligatur. disp. 284. nu. 6
Vestimentorum genera quinque, quibus vestiuntur pacta nuda. disp. 255. nu. 4
Vineas, aut oliuetũ si sit in emphyteusim concessum, destructa vinea vel oliueto casu fortuito, finito emphyteusis: secus si fundus nudus sit in emphyteusim concessus, super quo sit plantata vinea, vel oliuetum. disp. 454. nu. 5
Vir, de iure communi, & Castellæ quæ bona possit alienare sine consensu vxoris, & quæ de iure Lusitano. disput. 437. num. 2
Vir, & vxor etiam si transeant ad secũdas nuptias, possunt libere disponere de medietate lucrorum in priori matrimonio acquisitorum. disp. 434. nu. 3
Vir & vxor quando teneantur accipere in partem bona per eos amissa, aut alienata. disp. 422. nu. 13
Vir post mortem vxoris dotãs filiam, aut donationem propter nuptias filio faciens, quibus bonis censeatur id facere. disp. 424. nu. 9
Vir, quæ bona possit alienare sine consensu vxoris, & quæ non, dum matrimonium est celebratum contractu medietatis bonorum. disp. 422. nu. 8
Vir quomodo possit dotare filias, vel donare propter nuptias filio ex priore vxore, sine consensu secundæ vxoris. disp. 424. nu. 13
Vir si constante matrimonio iure propinquitatis retrahat rem a propinquo suo venditam, an vxor, vel hæredes eius, soluto matrimon. consequi debeant medietatem illius, an solum pretij medietatem. disp. 371. nu. 10.
Vir si constante matrimonio vendat fundum de bonis super lucratis, cuius dominium spectat ad vxorem, an vxor possit illum retrahere, tanquam partem habens in eo fundo. disp. 371. nu. 11
Vir si prædium suum vendidit cum pacto de retrouendendo, illudque constante matrimonio redimat, incrementum prædij, quo plus valet, quam pretium, ad virum pręcipuum spectat. disp. 433. nu. 5
Vir sine consensu vxoris si fideiussor existat, quæ bona possit obligare, & quæ non. disp. 422. nu. 11
Vir vxori si legat rem aliquam dotalem æstimatam, debetur eidem legatum, & valor etiam ipsius. disp. 426. nu. 9
Vitalitij pretium iustum quomodo taxandum. dis. 388. n. 5
Virtus veritatis, seu veracitatis quæ disp. 262. nu. 3
Vitalitiũ legari potest, aut donari, & ita ẽtemi. d. 388. nu. 2
Vitalitiam qua ratione licitum reddatur. disp. 378. nu. 4
Vitalitium quando est census realis, collocatus in aliquo prædio, aut redditibus regijs, pretium illius taxandum est prudentis arbitrio. disp. 388. nu. 6
Vitium in re quot modis consideretur. disp. 353. nu. 1
Vitium rei venditæ quando occultum dicatur. d. 353. n. 18
Vitium rei venditę, si est patens nulla datur actio aduersus venditorem, nisi emptor sit deceptus vltra dimidium, d. 353. nu. 16
Et quid in foro conscientiæ. ibid.
Vitium vnius rei venditę quando annullet contractũ quoad omnes. disp. 353. nu. 22
Vitricus expendens pro priuigno, non præsumitur donare, ideo habet actionem negociorũ gestorum. d. 554. nu. 13
Vsufructuarius repetit melioramenta à se facta in re, qua fruitur. disp. 463. nu. 4
Vsura an sit licita, vel ne. disp. 304. nu. 1. & seq.
Vsura an sit, mutuare cum pacto, quod si debitum intra certum tempus non soluatur, pignus maneat venditum iusto pretio. disp. 324. nu. 5
Vsura aperta quid, & quid palliata. disp. 303. nu. 13
Vsura ex natura rei est illicita contra iustitiam commutationum. disp. 304. nu. 7
Vsura ex veteri testamento illicita. disp. 304. nu. 8
Item ex nouo, & iure canonico. ibid. nu. 9. & 10
Vsura extra mutuum non dicitur, licet lucrum ex alio contractu proueniens iniustum sit ibi. nu. 7
Vsura licita, quæ. ibid. nu. 3
Vsura mentalis quid. ibid. nu. 12
Vsura naturali, diuino, & humano iure illicita. disput. 304. nu. 2. & 7
Vsura non est, quod soluitur a mutuatario pro mercede, & labore operantium, sed stipendium. disp. 304. nu. 3
Item quod soluitur pro actione mutuo dandi, ibi. nu. 4
Vsura non est, si quisquam credito vendat, quo plures emptores ad se trahat. disp. 309. nu. 5
Vsura pro obiecto vitij, & pro ipso vitio sumitur. ibid. n. 2
Vsura pro obiecto vitij quid. ibid. nu. 5
Vsura pro vitio quid. ibid. nu. 10
Vsura quando interueniat in emptione anticipata solutione, & quando non disp. 338. nu. 1
Vsura realis quid. ibid. nu. 11
Vsura secundum se, etiam in Deuteronomio est illicita, licet ibi contra extraneos permissa. disp. 304. nu. 15
Vsura, vel simonia quando comitti dicatur in concessione officij, vel beneficij. disp. 310. nu. 10
Vsura vnde dicta, & quot eius significationes. ibid. n. 1. 2. 3
Vsuram committunt mercatores, qui in nundinarum dissolutione, in qua pretium mercium solet decrescere, vendunt merces suas ad creditum pro pretio quod a principio nundinarum currebat. disp. 355. nu. 3
Vsuram mentalem an constituat omnis spes, & intentio obtinendi lucrum aliquod ex mutuo. disp. 305. nu. 1.
Vsuram mentalem, quæ spes, & intentio constituant. disp. 305. nu. 2. & seq.
Vsuraria intentio in mutuante, an sit, vel ne, quomodo discernit possit. disp. 205. nu. 5
Vsurariæ res in duplici sunt differentia disp. 327. nu. 3
Vsurarij bona an tacite sint hypothecata pro vsuris soluendis, disp. 329. nu. 1. & 3. Deredit. nu. 6
Et quid de bonis furis. ibid. nu 2
Vsurarij, furis, & aliorum similium bona, in duplici sunt differentia. disp. 330. nu. 1
Vsurarij notorij, et...mante latam sententiam, de iure ciuili communi sunt infantes. d. 334. nu. 1
Vsurarij, notorij, & manifesti quot modis dicant. d. 333. n. 2
Vsurarijs, & alijs similibus ministeria exhibentes tenentur restituere, quæ ab eis pro mercede munerum acceperunt. disp. 330. nu. 6
Vsurarij suadentes, vt dent ad vsuram, ad restitutionem tenentur. disp. 331. nu. 3
Vsuriariorum famuli quando ad restitutionem teneantur. disp. 331. nu. 9
Vsuriariorum hæredes restituere tenentur vsuras, & ad id cogi possunt. disp. 332. nu. 1
Vsuriariorum hæredes si confecerint inuentarium, non tenentur in exteriori foro vltra vires hæreditarias, secus autem in foro conscientiæ. disp. 332. nu. 2
Vsuriariorum plures si sint hæredes, an pro parte non restituentis teneantur. disp. 332. nu. 3
Vsuriariorum punitio ad iudicem spectat secularem, sed vsurarum cognitio, & declaratio ad ecclesiasticũ. d. 333. n. 1
Vsurarius ad vsuram accipiens, non potest repetere quod per vsuram soluit, nisi ipse prius restituat vsuras ab alijs acceptas. disp. 334. nu. 22
Vsurarius an comparet dominium eorum, quæ per vsuram acquirit. disp. 326. nu. 1
Vsurarius an sit mutuans si excitet mutuatarium ad mutui beneficium remunerandum. disp. 305. nu. 6
Vsurarius comparans per vsuram rem aliquam fructiferã, quare etiam fructus restituere teneatur. disp. 326. nu. 5
Vsurarius interdum per accidens efficitur dominus pecuniæ quam per vsuram acquirit. disp. 326. nu. 6
Vsurarius mentalis an teneatur restituere lucrum ex mutuo sicut realis. disp. 306. nu. 3
Vsurarius non comparat dominium fructuum earum rerum per vsuram acquisitarum, quæ vsu non consumuntur. disp. 327. nu. 4



Digitized by Google

Vsurarius non comparat dominium rei per vsuram immediate acquisitæ. disp. 326. nu. 4
Vsurarius quicquid acquisit pecunia vsuraria, an restituere teneatur. disp. 327. nu. 1
Vsurarius si negociando reb. vsu consumptibilib. vsurauè acquisitis, aliquid vlterius acquirat, comparat dominiũ illius: sed restituere tenetur mutuatario damnum omne emergens, & lucrum cessans, quod vsuram non restituerit. disp. 327. nu. 5
Idem in depositario dicendum. ibid. nu. 6
Immo idem etiam in fure. ibid. nu. 7
Vsurarius, vt incidat in pœnam, c. quamquam de vsur. lib. 6. quid requiratur. disp. 334. nu. 13
Vsurarius vt notorius dicatur, an sufficiat per iudicia, & argumenta probari. disp. 333. nu. 4
Vsuræ cooperari quot modis quis dicatur. disp. 331. nu. 1
Vsuræ permitti possunt ad vitanda maiora mala. disp. 304. num. 18
Vsuræ pretij non soluti quomodo æstimandæ. d. 368. n. 11
Vsuræ pretij quando non debeantur venditori iuxta fructuum valorem. disp. 368. nu. 14
Vsuræ quæ iure Cæsareo concedebantur. disp. 304. nu. 11
Vsuræ vsurarum prohibitæ Cæsareo iure. disp. 304. nu. 12
Vsus domus venditæ ante perfectam venditionẽ, ad venditorem; post perfectam ad emptorem pertinet. d. 368. n. 2
Vsusfructus alicuius rei, cuius proprietas spectat ad alium, quam mariti, an sit communis tam viri, quam vxoris, an verò sit præcipuus viri. disp. 433. nu. 3
Vsusfructus verus species est alienationis. disp. 470. nu. 7
Vsusfructus vxoris si datus sit marito in dotem, quid censeatur etiam datum. disp. 432. nu. 8
Vxor alenda est de bonis viri, si aliunde non habeat donec ei dos soluatur. disp. 442. nu. 4
Et multo magis si prægnans remansit, siue dos, sit ei tradita, siue non. ibid. nu. 5
Et quid in Lusitania seruatur. ibid.
Vxor an possit extrahere dotem, de potestate viri, quem sciebat esse pauperem, dum cum eo matrimonium contraxit, maleque administraturum. disp. 429. nu. 6
Vxor an possit repetere de iure Lusitano pecuniam, per maritum concubinæ detractam. disp. 275. nu. 3
Vxor de iure Lusitaniæ, & Castellæ non potest etiam donare causa mortis. disp. 288. nu. 16
Vxor debitoris impotentis, an teneatur restituere quicquid insumit. disp. 330. nu. 8
Et quid de filijs. nu. 9
Et quid etiam de filia dotata, & genero. ibid. nu. 10
Vxor debitoris, qui bonis cessit, an possit capere bona mariti pro solutione eius dotis, et bonorum paraphernalium, in præiudicium aliorum creditorum ipsius mariti, maximè dum probat, maritũ eius bona dissipasse. d. 572. n. 14
Vxor, & maritus si cõtractum cum aliquo tertio celebrent, quid præsumendum ex parte mariti. disp. 343. nu. 5
Vxor etiam in bonis mariti, dummodo ea ipse administrauit. disp. 441. nu. 1
Priuilegium tamen prælationis non habet contra alios creditores, cum soli doti inuenitur concessum. ibid. nu. 2
Vxor habens administrationem bonorum potest donare, & eleemosinas, & sumptus facere, quæ vir consueuerat. disp. 274. nu. 15
Vxor in dote confessata à marito non habet hypothecam, seu prælationem in bonis mariti in concursu aliorum creditorum. disp. 439. nu. 13
Vxor in tacita hypotheca pro eius dote recuperanda præfertur cæteris creditoribus anterioribus, similiter tacitas hypothecas habentibus, ex communi. disp. 438. nu. 8
Declara tamen, & intellige, vt nu. 9
Vxor interim donec ei dos soluatur, quomodo alimentari debeat de bonis mariti. disp. 322. nu. 4
Vxor non potest aliquid emere vel vendere de bonis, quorũ administratio de iure Lusitano, & Castellę, pertinet ad maritum, etiam si iuramento viri firmetur. d. 343. nu. 4
Vxor non potest immoderatas eleemosinas facere sine consensu viri. disp. 274. nu. 8
Et ita ex hoc habetur intellectus ad c. quod Deo. 33. q. 5. vbi Augustinus.
Vxor potest ad euitandum notabile, & temporale damnum viri, aut familiæ, donare, & sumptus facere necessarios. disp. 274. nu. 11
Et quid de damno spirituali. ibid. & nu. seq.
Vxor potest ob debitum, matrimonio constante, amittere bona sua etiam dotalia, aut superlucrata. disp. 434. nu. 5
Immo remanẽs vidua, & luxuriosè viuens, amittit bona superlucrata tẽpore matrimonij industria mariti defuncti, ac sua acquisita, reuertuntur ad hęredes mariti. ibid. n. 6
Et quid si semel tantum, atque iterum fornicetur, an amittat ea bona superlucrata. ibid. nu. 7
Vxor pro dote recuperanda habet tacitam hypothecam in bonis omnibus viri, etiam si maritus sit minor. disp. 438. num. 4
Idem in dote putatiua dicendum. ibid. nu. 5
Ampliatur etiam, vt eam habeat aduersus fideiussorem. ibid. nu. 6
Limitatur in sponsa per verba de futuro. ibid. nu. 7
Vxor putatiua an acquirat medietatem lucrorum, sicut quando matrimonium est validum. disp. 433. nu. 14
Vxor quando est proprietaria, satis est emphyteutam nunciare marito, vt possit ius suum vendere. disp. 459. nu. 17
Vxori, quando possit eius nutrici etiam contra voluntatem præsumptam viri sui, dare certam quantitatem pecuniæ. disp. 274. nu. 10
Vxor quo casu repetere potest dotem à maritò matrimonio constantæ. disp. 429. nu. 1
Vxor renunciare potest tacitę hypothecæ, quam habeat in bonis mariti, pro solutione suę dotis. disp. 438. nu. 15
Et quid in expressa. ibid.
Vxor si habeat victum à marito prescriptum potest parcius viuendo de illo donare, & eleemosinas facere, ex communi. disp. 274. nu. 14
Vxor si habeat virum prodigum, potest contra illius voluntatem abscondere, & seruare bona. disp. 274. nu. 12
Vxor statim simul cum marito acquirit dominium, & possessionem eorundem bonorum superlucratorum quæ ipse maritus acquirit. disp. 434. nu. 1
Declara tamen, & intellige, vt nu. 2
Vxor tacitam habet hypothecam in bonis mariti pro dote recuperanda, & eius hęredes etiam extraneis. d. 536. n. 2
Vxor tenetur stare locationi factæ per maritum in bonis paraphernalibus, & tanto magis de iure Castellæ, & consuetudine Lusitaniæ. disp. 492. nu. 2
Quid autem in locatione bonorum dotalium. nu. 3
Et quid de iure Castellæ, & consuetudine Lusitaniæ. ibid. nu. 4
Et quid econuerso de marito, an teneantur stare locationi per ipsum factæ de rebus dotalibus. ibid. nu. 5
Vxor, vltra bona paraphernalia extrahit etiam de bonis mariti sponsalitiam largitatem. disp. 441. nu. 3
Idem donationem dissoluto matrimonio confirmatam, & arrhas sibi promissas. disp. 441. nu. 4. & 5
Vxores habentes ex pacto expressas hypotheces, an præferantur anterioribus similiter expressas habentibus hypothecas. disp. 438. nu. 13
Vxores, vsque ad quam summam donare possunt. disp. 274. nu. 3. recitantur opiniones, nu. 6. Decidit. nu. 7
Vxori hypotheca, pro bonis paraphernalibus, quo iure competat in bonis mariti. disp. 536. nu. 4

FINIS.

Digitized by Google

# LVDOVICI MOLINAE
## DOCTORIS CELEBERRIMI,
## E SOCIETATE IESV,
# DE IVSTITIA,
## Tomus Secundus.

In quo vltra omnes hucusque scribentes amplissimè materia tractatur,

# DE CONTRACTIBVS.

## Pactum, & Contractus, quid sint, & de Obligatione ciuili, & naturali.

### DISPVTATIO CCLII.

*SVMMARIVM.*

1 *Pactum vnde dictum.*
2 *Pactum quid.*
3 *Contractus quid.*
4 *Promissio etiam acceptata non est propriè Contractus.*
5 *Obligatio ex iustitia duplex, naturalis tantum: naturalis, & ciuilis simul.*
6 *Contractus latius quid.*
7 *Donatio quando Contractus latè, quando non.*
8 *Promissio liberalis acceptata, Contractus est latè; oririq; pōt ex ea obligatio ex parte promittētis.*
9 *Donans an, & quando teneatur de euictione.*
10 *Contractus latius adhuc, & minus propriè quid.*
11 *Donatio acceptata est Contractus latissimè.*
12 *Acceptilatio quid, & est Contractus latissimè.*

Disput. 114. huius secundi tractatus de iustitia, dicere cœpimus de Translatione dominij propria dñi prioris voluntate, indeque hucusque egimus de vltimis voluntatibus. Nunc verò de Contractibus est disserendum, vt intelligatur, quousque contrahentium voluntate transferatur, aut non transferatur dominium, & quātum iuris ex vnoquoque contractu, aut quasi contractu, comparetur. Prius autem dicemus de Contractibus in genere sumpto latissimè vocabulo Contractus: deinde verò ad singulos descendemus.

Quia verò Pactū, si propriè vocabulū sumat, latius patet, quā Contractus, a Pacto erit ordiendum. Vlpianus l. 1. in prin. ff. de pactis, ait, a pa-
1 ctione † dictum esse pactum, & a pacto nomen pacis fuisse deriuatum, quasi effectus a causa traxerit nomen. Placet tñ, quod Isidor. li. 5. Ethym. ait & refertur c. pactum, de verb. sign. Nempe a pace dictum esse pactum. A pacto verò, ait glo. l. 1. cit. deriuatam esse pactionem.

2 Pactum, seu † pactio, vt Vlpianus l. 1 cit. ait, *Est duorū aut plurium, in idem placitū, & consensus.* Mutuò vero sese explicant hæc, & illa alia eiusdem Vlpiani definitio. l. 3. ff. de pollicitationibus. *Pactū est duorum consensus, atq; conuentio.* Hinc cōstat, pollicitationē, seu promissionē, interim dum acceptata nō est, pactū nō esse, eo q̄ non sit duorū in idē placitū, & conuentio, sed sit solū offerentis promissum, vt eadem l. 3. Vlpianus subiungit. Qn̄ aūt acceptata iam est, tunc vere sortitur rōnem pacti, vt Pau. in c. 1. de pactis, nu. 4. rectè cum Bac. affirmatur; eò q̄ sic iam duorum in idē placitum, & consensus. Hac eadem ratione donatio, qua res gratis alicui traditur, eo ipso, quod acceptata est, rationem habet pacti: qui similiter est duorum in idem placitum, & consensus.

3 Contractus † propriè, & prefsè sumptus, vt Vlpianus l. Labeo 2. ff. de verb. signifi. ex eodem Labeone refert, *est vltro, citroque obligatio.* Id est est pactum, ex quo vltro, citroque oritur obligatio. Quo fit, vt illa Labeonis enūnciatio formalis nō sit, sed effectiue sit exponenda, subintellecta causa, vnde oritur ille effectus in abstracto, per quē contractum definit. Emptio ergo, & venditio contractus est propriè: qm est pactum, non quodcūque, sed ex quo, tam ex parte ementis, quam vendētis, oritur obligatio eo ipso, quod est celebratum. Emptor quippe eo ipso ex iustitia tenetur tradere pretium venditori, & venditor tenetur tradere emptori mercem, hoc est, rem illi venditam. Quin vēditor, post traditam mercem, tenetur emptori de euictione, hoc est, soluere illi quantum sua intererat, rem illam de sua potestate nō esse extractam, si ab alio tanquam sua, aūt tanquam ad se spectās,
4 euincatur. Promissio † verò acceptata nō est propriè contractus: quoniam licet ex parte promittētis oriatur iustitiæ obligatio ad tradendam rem promissam; ex parte tñ eius, cui facta est promissio, nulla ex iustitia oritur obligatio, de qua sola est sermo in definitione Labeonis. Imò vero definitio illa ex Labeonis, Vlpianique mente, intelligenda solū vt de obligatione ciuili, ex qua de iure ciuili, atq; in exteriori foro, conceditur actio.

5 Duplex † namque obligatio ex iustitia distinguitur. Vna, naturalis tantum, hoc est, quæ oritur quidem ex ipsa rei natura, neque iuris positiui tutato impeditur; attamen iure ciuili non fouetur, eo quòd propter illam concedere non velit actionem. Talis est, quæ in eo oritur, qui vendidit quidem rem vltra iustum pretium, sed non vltra di-



Digitized by Google

midium iusti: hic enim ex ipsa rei natura, atque in conscientiæ foro, de iustitia tenetur restituere, quod vltra iustum pretium accepit: ne tamẽ lites multiplicentur, neque de ciuili, neque de canonico iure, conceditur aduersus eum actio. Altera distinguitur ex iustitia obligatio naturalis simul, & ciuilis, nempè illa, quæ ex sola rei natura, vel posito simul iuris positiui statuto, oritur, foueturque iure ciuili cõcedente actione aduersus eum, qui illa astringitur. Eiusmodi est obligatio, qua is, qui vendidit frumentum vltra pretium lege iusta taxatum, restituere tenetur excessum pretij, & sunt penè infinitæ aliæ, quæ ex contractibus iustis, variisque aliis radicib, ottũ frequenter hẽnt.

6 Secundo sumitur † contractus, latius quidem, sed minùs propriè, pro omni pacto, ex quo oritur obligatio, saltem ex altera parte, vt colligitur ex l. si donationis C. ꝙ motus cã, ex l. si quis emptionis, in prin. C. de præscrip. trig. ann. & ex l. contractus C. de fi. instr. atq; affirmat gl. in authentica sacra puberum. C. si aduersus vendit. verb. contractib.

7 In hac † contractus acceptione donatio, qñ incipit à traditione rei, quæ donatur, non est contractus: qm̃ eo ipso, ꝙ res traditur, neque ex parte donatarij, qui illam accepit, & accepit, neq; ex parte donantis, qui ad nihil aliud denuo teneatur, vlla remanet iustitiæ obligatio: præsertim cũ, qui ita donauit, de euictione non teneatur, vt patet l. Arist. §. vlt. ff. de donationib. & affirmant glos. §. aliæ, verb. venditionis, inst. de donationib. Anto. Gom. 2. tom. var. res. c. 2. nu. 3. & c. 4. nu. 1. & doctores cõiter. Excipitur, nisi donatarius expensas fecisset in re sibi donata, & is, q donauit, conscius erat, qñ donauit, rem ad alium pertinere; nã tunc tenetur ad expensas & damna subsequuta, nõ verò ad valorem rei, quam donauit, vt patet ex l. Arist. §. vltim. cit. atque hoc pacto intelligendus est Cont. de contractib. q. 16. Ea tñ obligatio per accidẽs sequitur ex donatione, per se vero ex dolo, & scientia donantis ꝙ res illa ad alium pertineret, ratione cuius scientiæ censetur fuisse causa iniusta damnorum per accidens ex ea donatione subsequutorum.

8 Qñ † verò donatio a promissione incipit, est cõtractus in hac secda acceptione; quoniã licet ex promissione acceptata nulla obligõ oriatur ex parte donatarij (quicquid tñ Sotus. 6. de iust. q. 2. ar. 1. in cõtrarium dixerit) proculdubio oritur ex parte donantis. Etenim quãuis promissio illa ex liberalitate donãtis sit profecta, fueritque proinde actus liberalitatis promittẽtis, & non iustitiæ; ex ea tñ resultauit obligõ iustitiæ, qua promittens eo ipso ex iustitia astrictus mãsit ad id implendum, ꝙ, sola liberalitate ductus, promisit, vt inferius suo loco fusius explicabit. Imò verò gl. vlt. l. Arist. §. vlt. cit. & gl. §. aliæ, ver. venditionis, inst. de don. Anr. Gom. 2. to. var. res. c. 2. nu. 35. & cõior † doctorũ sñia, q̃ refert, affirmãt,

9 qñ præcessit promissio acceptata, & sequitur traditio rei promissæ, teneri donantem de euictione. Huius rei hanc reddunt rationem, ꝙ donans per antecedentem promissionem mãsit obligatus ad tradendũ dñium rei promissæ; id verò opere non impleuit, qñ res tradita erat aliena, eaque de cã euincitur. Eandem sñiam confirmant, ex l. 1. C. de iure dot. vbi, qñ res in dotem data euincitur, si præcessit pollicitatio, seu promissio illius, tenetur socer genero de euictione. Sñiam hanc verã esse existimo, qñ, ꝙ promissum est, non erat res certa, & determinata in singulari, sed in specie, aut genere, vt ducenti aurei, tot modij tritici, tot boues, aut aliud simile. Tunc. n. quia promissio non magis respiciebat hoc, q̃ illud singulare, promittens non liberatur ab obligatione soluendo alienum, esto per ignorantiam illud soluat. Qñ tñ res promissa certa erat in singulari, putà hæc domus, hic equus, tale mancipium, aut aliud simile, arbitror, si, post illam traditam, euincatur, non teneri donantem de euictione, nisi, dum promisit, animus illius fuerit, in euentu, ꝙ res ea sua non esset, velle se astringere aliã similem, vel valorem illius rẽ dere; qui aius regulariter non est præsumendus in promittentibꝰ. Ratio huius nostræ sñiæ est, quòd promissio illa solum habueris ortum ex liberalitate, neque plus obligat promittentem in cõscĩa, aut in exteriori foro, q̃ promittere intenderit, ac se obligare; quare, cum promissio solum habuerit pro obiecto hoc singulare determinatũ, certè promittens, vi promissionis, ad illud solum tenetur; & q̃is casu ante traditionem pereat, aut post traditionem cõperiatur esse alienũ, & euincatur, ad nihil aliud tenetur, nisi cõstet, alium fuisse ipsius animum. Possumus confirmare hanc nram sententiã. Primò, quoniã in dubio melior est cõditio possidentis; qui aũt promisit, & tradidit rẽ determinatam in singulari, est in possessione cæterarũ suarum rerum; quare, nisi sibi constet, aĩum suũ fuisse, in euentu, ꝙ euinceretur, tradere iterũ æstimationem illius ad nihil aliud tenetur. Secũdò, quoniã, qui promittit rem in singulari determinatam, fortasse aliã non promitteret, si sciret illã non esse suam: quare, cum donatio non ad aliud astringat donantem, quã ad id, ad ꝙ se astringere intendit: consequens est, vt nisi de contrario aĩo promittentis constet, astringendus in eo euentu non sit, aliam loco illius soluere. Tertio, quoniã,

10 qñ † donatio incipit a traditione, certè non alia de cã donans nõ tenet de euictione, nisi quia non aliud donare intẽdit, q̃ id præcisè, ꝙ tradit: quare, cum is, qui rẽ determinatã in singulari promisit non aliud promittere, aut donare intenderit, quàm singulare illud determinatum, ꝙ promisit certè nihil aliud cogendus esto soluere, esto id euincatur. Accedit legẽ Arist. §. vlt. ff. de donationib. vniuersim loqui de donatione rei determinatæ in singulari, nihil distinguendo, vtrũ a traditione, an a promissione inceperit. Ad l. aũt. 1. C. de iure dot. cui contraria sententia nititur, dicendum est. Ibi esse sermonẽ de promissione rei generis in dotem, atq; adeò ex causa onerosa, eaque de causa statui, vt si donatio a promissione incepit, teneatur socer genero de euictione; longè verò alia ratio est de promissione merè gratuita, de qua modo disputamus. Illud postremo hac de re est obseruandum, quando donator expressit se teneri velle de euictione, tunc esto donatio a traditione inciperet, teneretur de euictione, vt ha-

habetur lib.2.C.de euictione.

10 Tertiò sumitur † contractus latius adhuc, & minus propriè, pro quocunque pacto, siue ex eo
11 oriatur obligō, siue non. Atque † hoc modo donō, siue a promissione, siue a traditione incipiat, eo ipso, q̄ est acceptata, appellatur contractus, vt colligitur ex l.si donationis.C.q̄ metus causa, ex l.si quis emptionis, in pr. C.de præscr.trig.anno. & ex l.contractus.C.de fide instr.atq; affirmant gl.in auth.sacramenta puberū, verb. contractib. C.si aduersus vendit.& Molin. l.4.de primog.c. 2.n.61. Licet.n.ex ea donatione acceptata, quæ a traditione incipit, nulla obligatio oriatur, tam ex parte donantis, quā donatarij: quatenus tñ ex ea transfertur dominiū concurrente consensu, tam donantis ad donandū, q̄ donatarij ad acceptandum, verè est pactū, atque cōtractus in latissima acceptione contractus, de qua nunc loquimur.

In hac eadē acceptione est contractus acceptilatio, qua, interrogante debitore, suum creditorē acceptumne, seu solutum, habeat debitum, velitve illud remittere, creditor respondeat, acceptum habeo, seu remitto, eaque extinguitur debitum præcedens. Quāuis.n.ex eiusmodi acceptilatione nulla oriatur obligō, quin potius dissoluatur præterita, qua debitor creditori tenebatur, eaq; de cā distractus, hoc est, dissolutio contractus in aliqua duarum priorum acceptionum, appelletur in iure, quia tñ fit concurrente consensu creditoris debitum condonantis, & debitoris condonationem postulantis, ac acceptantis, sortitur rationem contractus in tertia acceptione, de qua loquimur. Tres has contractus acceptiones tradunt Cōtad. de contractib.q.16. Syl.ver.contractus.q.1. & Doctor.cōiter consonat Bar.tum alibi, tum l.Labeo ff.de verb.sign. & colliguntur ex tribus iuribus sup.cit.iunctis glo.ibi. Neque vlt.acceptio a voce contractus dissonat: tractus quippè voluntatum, seu consensuum diuersorum in idem, ad dñium trasferendum, aliquam ve obligationem efficiendum, aut dissoluendam, non immeritò contractus, latè sumpto vocabulo, nuncupatur, vnde nō est, quod Sotus, aduersus iura, & doctores, has tres contractus acceptiones reprehendat.

## De Contractibus nominatis, & innominatis.

### DISPVTATIO CCLIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Contractus nominatus quid.*
2 *Emptio & venditio, quid & nu. 6.*
3 *Contractus innominatus quid.*
4 *Contractus respectiui qui, & qui non respectiui.*
5 *Contractus innominatus, stipulationis forma vestitus, transit in contractum nominatum.*
6 *Contractuum innominatorum genera quatuor.*
7 *Contractus innominati negatiui reducuntur ad affirmatiuos: & compositi ex multis resoluuntur in simplices, ex quibus constant.*
8 *Contractus in dubio, an nominatus sit, vel innominatus, censetur innominatus.*
9 *Cōtractus innominati regulādi, ac iudicandi sunt iuxta eos nominatos contractus, quibus magis similes sūt.*
10 *Permutatio est contractus innominatus.*

CONtractus latissimè sumptus diuiditur, in nominatum, & in innominatum, vt colligitur apertè ex l.1.§.vlt. iuncto §.penultimo, antecedente, & ex l.iuris gentium, in princ. ff.de pactis. Contractus † innominatus, vt Vlpianus l.iuris gentium citata ait; est, *qui in nomine generali pactionis, aut contractus, non stat, sed transit in proprium, & specificum nomen contractus.* Intelligē, siue talis contractus sit de iure gentiū peculiareque sibi nomen vendicet, siue de iure ciuili cum peculiari nomine, & forma sit introductus.

2 Prioris † generis est venditio, hoc est, pactum mercis pro pretio, vt tritici pro pecunia. Quando nanque duæ res, quæ non sunt pretium, commutantur vna pro alia, vt vinum pro oleo, aut triticum pro lana, vel res, quæ sunt pretia, similiter commutantur, vt aureus nummus pro pluribus argenteis, aut nummus argenteus pro pluribus æreis, non est emptio, & venditio, sed permutatio, ac cambium. Eiusdem generis sunt, locatio, societas, commodatum, mutuum, & alij similes, in quibus computa sponsalia, & matrimonium. Cæterum cum hi duo contractus postremi non versentur circa bona externa, sed circa mutuam corporum potestatem ad generationis actum, extra hunc secundum de iustitia tractatum sunt.

Posterioris generis sunt, Emphyteusis, & feudum, stipulatio, & acceptilatio, qui de iure ciuili inuenti & introducti sunt: atq; hi duo vltimi sub certa verborum forma introducti sunt, qua seruata, resultat ex eis ciuilis obligatio, conceditur que proinde actio aduersus eos, qui illis nolunt stare.

3 Contractus verò innominati sunt, qui proprio, ac specifico contractus nomine carent. Exempla mox subijcientur.

Cōtractuum, siue illi nominati sint, siue innominati, quidam † sunt respectiui, nempe illi, in
4 quib. vnus obligatur, vt alter vicissim se obliget, ac proinde vtrinque pariunt obligationem, sunt que contractus in prima, ac proprijssima acceptione disputatione præcedente explicata. Tales sunt venditio, locatio, societas, & similes. Alij vero sunt non respectiui, illi videlicet qui non ex vtraque parte contrahentium pariunt obligationem, ac proinde solum continentur in duabus posterioribus acceptionibus contractus, disputatione præcedente explicatis. Eiusmodi est acceptilatio, iuxta ea, quæ ibidem dicta sunt.

Est etiam stipulatio, qū adhibetur promissioni ex vna duntaxat parte effectæ. Etenim †
5 stipulationis forma iure ciuili inuenta, introductaque est, vt innominatos contractus transire faceret in contractus nominatos, ex eisque obligationem ciuilem oriri efficeret. Si ergo stipulationis forma adiungatur promissioni ex vna duntaxat parte effectæ, transire illā efficit in cōtractum nōiatum non respectiuū: si vero adiungatur mutuæ vtrīq; promissioni, vt si dicatur, promittisne mihi datu rū tritici modium, vt colā agrum tuū, & alius vicissim dicat, promitto colere agrum meū pro tritici modio, tunc, vtroq; promittēte, resultat contractus respectiuus nominatus tōne stipulationis adiunctæ, de qua re latius duabus disputat. sequ.



Digitized by Google

9 Contractus † omnes respectiui innominati ad vnum ex quatuor generib. reuocantur, vt habetur l.naturalis,in princ. ff.de præscripris ver.& l. 5.tit.6.part.6 Nempe,do vt des,do vt facias, facio vt des facio vt facias. Quando.n.res,quæ non est pretium,datur pro pretio,est emptio.& venditio.vt habetur l.naturalis,citata, §.& si quidem, atq; adeo est contractus nominatus. Quando verò duæ res,quarum neutra est pretium, aut certè quarum vtraque est pretium,dantur,aut promittuntur,vna pro alia,est contractus innominatus, do vt des. Idem quando operæ,aut factum alicuius,est locabile,& pro eo pretium datur, aut promittitur,est locatio,ac conductio, ac proinde est contractus nominatus, vt habetur eadem l.naturalis. §.at cum;sed quando datur,aut promittitur res,quæ non est pretium,est contractus innominatus;ex parte quidem eius, qui factum promittit,est contractus,facio vt des; ex parte verò eius, qui rem pro facto promittit,est contractus, do vt facias,vt eadem l.subiungitur, vt si vnus cum altero conueniat,dabo tibi equum meum, vt manumittas seruum tuum. Idem est, si detur pretium pro facto, quod locabile non est, vt si quis dicat, do tibi centũ,& manumitte seruũ tuũ. Ita habetur.§.cit. iuncta gl. Accursij ibi. Quod autem eo modo distinguendi sint duo illi contractus,do vt facias, & facio vt des, affirmat cum Bartol.cõis opinio,quã Padilla l.naturalis. §.sed si facio nu. 5.refert, ac sequitur. Qñ verò factum pro facto promittitur,aut commutatur, est contractus, facio,vt facias: vt si vnus cum altero conueniat,reficiam domos tuas,& tu cole agrum meum.

7 Nõnulla sunt obseruanda. Primũ est. Ad † affirmationem reduci negationem; quin sub facto latè sumpto, comprehendi non factum. Vnde si quis ita pactscatur,do tibi equum meum,vt desisses à litè cum Petro, vel vt tale quid aliud non facias, talis contractus comprehenditur sub illa specie,do,vt facias.

Secundũ, contractus compositos ex simplicibus commemoratis, soluendos esse in simplices, ex quib. cõstant, atque adeo contractus compositos connumerandos esse cũ simplicib. ex quibus constant. Vtrumq; affirmant Padilla l.naturalis. in prin.nu.22.Bar.& alij,quos Padilla refert.

8 Tertium,in dubio, an † contractus aliquis nominatus sit,vel innominatus, censendus est innominatus. Ita probant l.1. & 2.ff.de præscrip.ver. & l.1.ff.de æstimatoria actione,& affirmant Bar. & cõior doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Alua. Valas.de iure emphy.q.6.nu.4. Qñ tamen res data esset simul pro pretio, & re alia,vt fundus pro mille aureis, & equo,si pretiũ excederet,vt in exemplo proposito excedit,censetur venditio. Ita cum Bart.& communi doctorũ sententia Padilla vbi supra nume.2.& probant l. tenetur,§.1.ff.de actio.empt.l.Arist.in prin.ff.de donat.& multo apertius c.ad quæstiones, de rerũ permutatione.

Quartum est, cum ex quatuor illis capitibus, quæ contractus omnes innominatos comprehendunt, ortum etiam habeant contractus nominati respectiui:consequens est, vt quidã ex cõtractib. innominatis magis similes sint quibusdã ex con-
9 tractib. nominatis,q̃ alijs. Contractus † vero innoiati regulandi, ac iudicandi sunt iuxta eos nominatos contractus,quib. magis similes sunt. Vt contractus,do vt des,regulandus est iuxta emptionem & venditionem: datur.n. in emptione, & venditione res,quæ est pretium, pro re quæ non est pretium. Contractus verò,do,vt facias, regulandus est iuxta cõductionem,in qua res, quę est pretium,datur pro vsu,aut opera locabili.

Quæst. Superest,enodemus difficultatem, quæ ex hactenus dictis oritur. Si nanque expendas,quæ de contractu illo innominato, do,vt des,dicta sunt, consequi videtur permutationem, & cambium, esse contractus innominatos; cum tamen, si ad definitionem contractus nominati attendas,inter noiatos compræhendi nõ obscure videantur. Est quippe permutatio contractus quidam gentium iure introductus, emptione, & venditione antiquior,atque inter omnes vniuersim nationes receptus,quod emptioni,& venditioni non conuenit; gaudet præterea peculiari nomine permutationis,aut cambij.

10 Communis † sententia affirmat, permutationẽ esse contractum innominatum. Ita gl.in rubr. C.de rer.perm.& gl.vl.l.i.C.eo.tit. Bar.& Doct. quos refert,ac sequitur Padilla l.naturalis,in prin. nu.23. Tametsi gl.vlt.cit.& multi,quos idem Padilla ibid.§.& si quidẽ,nu.9.cit.& quos sequitur Ant.Gom.1.to.var.reso.c.8. in fi.perperam affirment, permutationem solum esse,quando res certa in individuo permutatur, pro re in individuo
ε certa,neque compræhendi in contractu, do,vt des: quem solum comprehendere arbitrantur, quando, saltem ex altero extremo, commutatur
† res,certa quidem in genere, aut in specie, sed incerta in individuo. Ab eis verò meritò dissentiunt Padilla ibid. Pinel. in rubr. C.de resc.vend. par.2.c.1.nu.10.& doctores, quos citant,qui satis perspicuè ostendunt, & commutationem rei, ex parte vtriusque extremi certæ in individuo, compræhendi sub contractu,do,vt des,& tam,latè patere permutationem, quam contractum,do, vt des. Communis verò vtriusque glossæ, Bar.& doctorum sententia, nempe permutationem contractum esse innominatum, satis perspicuè colligitur ex l.iuris gentium,in prin.ff.de pact.ex l.naturalis.§.si quidem .ff.de præscr.ver.ex l.5.tit.6. par.5.& ex alijs iuribus.

Satisfit argum. Ad id verò,quod in contrarium obijcitur, respondent gl.in rub.C.de rer.permut. Bar.in l.iuris gentium.in prin. & alij,permutationis nomẽ ex se commune esse contractib. omnib. respectiuis,etiam,emptioni,& venditioni: vt aũ contractus aliquis nominatus sit,nõ satis esse,si retineat nomen alicuius generis supremi, aut subalterni contractus,sed necesse esse, vt vendicet sibi peculiare, & specificum nomen vt in definitione ipsa contractus nominati dictum est: id verò permutationi non conuenit. Quæ tota hac disputatione dicta sunt, & quæ in ea addi possent, ex dicendis disputationib.sequentur manifesta.

Qui

# Qui Contractus solo consensu, qui solo verbo, qui scriptura, & qui opere compleantur.

## DISPVTAT. CCLIV.

### SVMMARIVM.

1 *Contractus qui consensu perficiantur, & qui scriptura, & qui verbis, & nu. 3.*
2 *Sponsalia, & matrimonium solo consensu perficiuntur: & quid sint.*
3 *Stipulatio qua verborum forma perficiatur.*
4 *Stipulari quis potest per procuratorem, tabellionē, vel alium.*
5 *Stipulationem continuo sequi debet responsio, & non ex interuallo.*
6 *Contractus qui solo consensu perficiūtur, etiā si ex interuallo consensus vnius sequatur, valide perficiuntur.*
7 *Stipulatio in Castella non est necessaria ad validitatem contractus.*
8 *Acceptilatio verbis perficitur, & ad quid intenta.*
9 *Stipulatio Aquiliana qua, & qualiter extinguat obligationem.*
10 *Acceptilationis forma si non seruetur, per pactum nudum saltem tollitur naturalis obligatio.*
11 *Acceptilatio, & nuda remissio de iure Castellæ extinguit quamcunque obligationem ciuilem.*
12 *Contractus si suspendatur, vt scriptura perficiatur, ante illam completam non perficitur, & quando arrha amittatur.*
13 *Cōtractus qui re perficiātur, & quid in eis attendendū.*

1 COntractuum, quidam perficiuntur † consensu, & intelligendum est de mutuo inuicem expresso, & manifesto. Talis est emptio, & venditio; locatio & conductio; societas, & mandatum vt hī insti. de obli. ex consensu. §. vnico. Eiusmodi namq; nomina imposita sunt ad significandas has ipsas conuentiones, placitaue, atque mutuos consensus. Quo fit, vt si contrahentes non suspendant eiusmodi contractus vt scriptura perficiantur, eo ipso, & mutuo inter se consentiunt, perfecti sint, pariantque obligationē ciuilē, atq; actionem, esto nulla interuenerit traditio, aut forma verborū, vel scriptura, & esto contrahentes ad maiorē firmitatem, atque, vt contractus melius probari possint, animū habeant, vt publica scriptura ea de re postea conficiatur. Possunt ēt eiusmodi cōtractus perfici inter absentes per epistolā, quibus sibi inuicē mutuos consensus exprimant, atq;
2 per internuncios, vt §. cit. subiungitur. Hæc † eadē locū habent in sponsalibus & matrimonio, eo & solo mutuo consensu ad inuicē expresso fiāt, ac perficiantur: nomenq; sponsalium mutuū cōsensum, ac promissionē matrimonij inter se postea cōtrahendi significet: matrimonij vero nomē cōcessionē facultatis corporū ad generationis actū, per mutuū ad eā concessionem consensum significet. Alij contractus verbis perficiuntur, hoc est, certa
3 verborū, vocumve, forma. Eiusmodi est † stipulatio, quæ perficitur præcedente vnius interrogatione, qua ab altero petit, promittis, aut astringis te mihi daturum tū, aut facturum hoc, aut illud, vel daturū, aut facturū hoc pro illo, & subsequuta tū ipsius, ac sponsione alterius, qua id se facturum promittit, aut concedit. Ita hī inst. de verb. obl. in pc. l. 5. §. stipulatio. ff. eo. tit. & l. 1. ti. 11. p. 5. Is autē, qui interrogat, ac promitti petit, stipulari sibi ab alio dī, vñ stipulās, & stipulator appellatur: is vero, a quo stipulatur, promissor nuncupatur. Sumitur ēt interdū stipulari passiuè, quo pacto, qui interrogatur & promittit, stipulari & stipulatus dī, vt patet l. si non sortē, §. pen. ff. de cōdit. ind. in auth. de æqualitate dotis, §. 1. iuncta gl. ibi, in ver. stipulentur, & §. præterea nouatione, iuncta glo. ibi, in ver. stipulatus, inst. quibus mod. tollitur obl. Quondā certæ verborū formæ erāt præscriptæ ad interrogādū, & rñdendum, sine quibus cōtractus non valebat: hodie verò satis est, vt quibuscūque voc. id, in idiomate aliquo significantib. vnus sufficienter exprimat alteri petitionē suā, & alter illi suū consensum. Ita hī Inst. de verb. obl. §. 1. l. oēs. C. de contrah. & com. stip. & l. 2. tit. 11. p. 5. vñ satis est, si promissor interrogatus rñdeat, etiā, vtique aut aliud simile, vt affirmat glo. l. oēs cita. Satis est itē si dicat quid ni, aut cur non; vt hī l. 1. §. si quis. ff. de ver. obl. & l. 2. Castellæ citata: q̄ addit; si rñdeat, bonum est; si ita fiat, fiet bene nō censeti perfectam stipulationem, atque adeò neq; oriri inde obligationem: qm̄ eiusmodi verba, non significant consensum, & promissionem, quę tūc fiat. Dixi paulò antea; id in idiomate aliquo significantibus qm̄, vt affirmat gl. vlt. §. 1. Inst. de ver. ob. & cōis sīa, q̄ Ant. Gom. 2. tom. var. res. c. 9. nu. 3. refert, ac sequitur, non satis est, si id significet ex sola impositione stipulantis, & promittentes. Obserua tū stipulationem factam inter homines diuersarū linguarū, & si interrogatio fiat in vno idiomate, & promissio in alio, validā esse, modo tū se inuicē intelligāt, saltē p interpretem. Ita hī l. 1. §. vlt. ff. de ver. ob. & §. 1. inst. eo. ti. & l. 1. tit. 11. p. 5. Quia cōtractus, de quo loquitur, verbis, hoc est, vocib. tā stipulātis, q̄ promittētis, perficitur, neq; literæ, aut nutus, ad eū perficiēdū sufficiunt, inde efficitur, vt inter absentes, hoc est inter adeo distātes, vt vnus significationē vocis alterius percipere nequeat perfici nō possit. Ita hī §. itē verborū inst. de inut stip. l. 1. in prin. ff. de ver. obl. & l. 1. tit. 11. p. 5. Si tū in publico instrō conti neatur, stipulantē, & promittentē, præsentes fuisse, statur instrō, nisi is, qui promisit, contrariū sufficientissimè probet, vt hī, §. item verborum cit. l. optimā C. de contrah. stip. & l. 32. ti. 11. p. 5. Ex eodem ēt capite efficitur, vt cum muto, aut surdo, vt voces non audiat, contrahi non possit stipulatio: quia mutus neq; interrogare, neq; promittere voce potest: surdus aūt de quo loquimur, neque interrogationē, neq; promissionē potest audire. Ita hī §. mutuū, Inst. de inutil. stip. l. 1. in princ. ff. de ver. ob. l. 1. §. pen. & vlt. ff. de actio. & obl. &
4 l. 2. tit. 11. p. 5. atq; alijs iurib. Quia † tū contractus, qui verbis nō perficiātur, nutib. aut scripto fieri a muto, & a surdo possunt, vt hī l. in quibuscunque. ff. de actionib. & obl. sanè surdus, & mutus per procuratorem nutibus, vel scripto, ad id deputatum aut per publicum tabellionem stipulari, & promittere possunt, item per seruum, aut filium, possunt stipulari, idemque est de absentibus. Ita habetur l. 1. in prin. ff. de ver. obl.
5 Illud obserua, vt valida sit stipulatio, † necesse

esse, vt nō solū stipulans, & promittēs, præsentes sint, modo explicato, sed etiā, vt nūtio continuo, post interrogationē, sequat, hoc est, non ex interuallo, ita vt promittens prius diuerterit ad alia: si nanq; postquā ad alia diuertit, nōdeat, neq; iterū adhibeat interrogatio, inualida est stipulatio: q̄uis autē interrogatus discedat, si nō reuertatur, & promittat anteq̄ ad alia diuertat, valida est stipulatio. Ita hꝫ l. 1. §. q̄ pſens, & l. continuus, in prin. ff. de ver. obl. & l. 2. tit. 11. p. 5. In † cōtractib. aūt, q̄ cōsensu pficiunt, esto ex interuallo sequatur cōsensu alterius partis, perficitur, contractus, vt hꝫ l. si stipuler, §. vlt, iuncta gl. ibi, ff. de verb. oblig.

6

7 Illud postremo † obserua, de iure Regni Castellæ, l. 3. tit. 8. lib. 3. ord. q̄ est hodie l. 2. tit. 16. lib. 5. nouæ collect. promissionem, & contractū, valida esse eo ipso, q̄ intelligatur vnum incendisse obligare se alteri, siue absenti, siue pſenti, & siue inter posita sit stipulatio, eiusque forma sit seruata, siue nō, sed expressus sit solum consensus, quo se intenderit obligare, indeq; oriri obligationē ciuilē, & cōcedi actionem aduersus eum qui intendit eo modo se obligare. Quia verò multa in sequentibus occasione illius legis in controuersiam sunt adducēda, libuit eam referre. q̄ sic habet: *Pareciēdo que alguna se quiso obligar a otro por promiſsion, o por algun contrato, o en otra manera, sea tenudo de cūplir aquello, aque se obligò, y no pueda poner excepcion, que no fue hecha stipulation, que quiero dezir prometiemento con certa solennidad de derecho, o que fue hecho el contrato, e obligacion, entre abſentes, o que no fue hecho ante eſcriuano publico, o que fue hecha a otra perſona priuada en nombre de otros entres abſentes, o que se obligo alguno que daria otro, o harias alguna cosa; mandamos que toda x ia vala la dicha obligacion y contrato que fuere hecho, en qualquier manera quo parazca que vno fe quiſo obligar a otro.* Hinc patet in Regno Castellæ, esto stipulatio literis, aut nutibus sit facta, atque adeo a muto, aut surdo, & inter absentes atque ex interuallo, imò esto interrogatio non præcesserit, sed nuda promissio nutibus aut literis sit facta (quæ proinde stipulationis rationem non sortitur) validam esse, vt inter alios Greg. Lop. l. 1. & 2. tit. 11. p. 5. obser. Meritò namq; in eo regno tot subtilitates solennitates, ac tricæ iuris ciuilis, quæ litibus ansā præbēt, neque cōscīæ forum cum exteriori consentire sinunt, abolitæ sunt. Reliqua, quæ de stipulatione hoc loco dici poterāt, explanabuntur commodius in sequētib. examinabiturq; nū in Castellæ Regno necessaria nihilominus sit acceptatio promissionis, vt ex ea obligatio in eo regno oriatur.

8 Acceptilatio † ēt est cōtractus seu potius distractus, qui verbis perficitur. Atque vt hꝫ instit. quibus mod. tollitur obl. §. item per acceptilationem, solum dissoluit obligationē ciuilē verbis contractā, i. per stipulationē, nō verò ciuiles obligationes, quæ ex alijs capitib. oriūtur. Sicut. n. ciuili iure introductū fuit, vt stipulatio, q̄ verbis perficitur, ciuilē induceret obligationē; ita, vt ibidē subiungitur, consentaneū rōni fuit iudicarū, vt obligatio illa, alijs quoq; verbis, acceptilationis, ſ. dissolueretur. Fit aūt acceptilatio, vt ibidē hꝫ, & l. 1. ff. de accep. debitore interrogante creditorem, q̄ tibi promisi, hēs ne acceptū? respondente que creditorē (intellige, incontinenti, vt de stipulatione dictū est) hēo, aut alijs verbis æquipollētib. Quia verò acceptilatione obligō ciuilis, p stipulationē producta, non secus extinguitur, q̄ ō, q̄ ex stipulatione debebatur, solueretur, inſti. §. cit. acceptilatio appellatur imaginaria, seu virtualis solutio.

Inſti. loco citato, & l. & vno, ff. de accep. traditur modus, quo obligationes ciuiles ex alio capite, q̄ ex stipulatione, oborte, p acceptilationē tandem extinguātur. Videlicet, si † debitū ex quocū que alio capite, in debitū ex stipulatione prius cōuertatur, & deinde fiat acceptilatio. Vt creditor a debitore in hunc modū prius stipuletur, quātum mihi ex tali, vel tali titulo dēs, vel quātum talis, vel talis res æstimabitur, ad q̄ mihi teneris, dare spondes? & debitor nōdeat spondeo, conuertunt debitū ex alijs capitib. in debitum ex eiusmodi stipulatione, q̄ Aquiliana appellat; eo q̄ a Gallo Aquilio ad effectū, de quo mō agimus, inuenta sit. Qō si vlterius debitor a creditor petat, quidquid tibi hodierna die p Aquilianā stipulationē spopōdi, idne oē acceptū hēs, creditorq; nōdeat, hēo; tūc p eiusmodi acceptilationē extinguitur oē debitum, & obligō ciuilis. Paul. Castr. (cuius est sūmatiū legis. l. 1. ff. de accep.) in eo ait. Si † non seruetur forma acceptilationis, sed solū interueniāt pactū nudū, seu promissio creditoris p debitorē accepta, q̄ remittit debitū p stipulationem cōtractum, illud venō petet, q̄uis tūc nō extinguat obligō ciuilis, extingui tñ nālem, iuxta ea q̄ disputatione sequēti dicenda sint. Quia ergo in eo euentu manet obligō ciuilis, cōceditur quidē creditori actio aduersus debitorē: quia tñ extincta est obligō naturalis pacto illo nudo, teneturq; proinde creditor nāliter, atq; in cōscīæ foro, illud nō petere, cōceditur debitori exceptio aduersus creditorē, q̄ pactus sit, non petiturum debitum, id ve remiserit, qua exceptione ciuilis actio eliditur, atq; defenditur debitor, qui iam tunc obligatione nāli, atq; in cōscīæ foro, ad nihil tenetur. Hæc patēt ex §. præterea debitor inſt. de except. in eodem ſummario addit Paul. Castr. si obligatio ciuilis, qua debitor creditori tenebatur, ortū habuit, non ex stipulatione sed ex contractu, qui solo cōsensu, aut re perficitur, & p acceptilationē a creditore sit remissū debitum, licèt, iuxta ea quæ dicta sunt, extincta non sit ciuilis obligatio, ac proinde in foro exteriori concedatur creditori actio aduersus debitorem, nihilominus per acceptilationem illam, quæ rōnem habuit pacti de remittendo, aut non petendo debitum, fuisse extinctam obligationem naturalem, atque ex ea acceptilatione concedi debitori exceptionem, qua ciuilis illa obligatio similiter eliditur, iuxta §. præterea debitum, citatum. Vtinam hæ quoq; subtilitates a ciuili iure nūquā fuissent introductæ, q̄ & litibus fométa præbent, & difficilè intelliguntur, neq; externis fori, cū 11 cōscīæ foro cōsentire sinunt. Lege † vernalla Castellæ supra citata abolitæ sunt, cum ex nudo pacto, nō solum exceptio, sed & ciuilis actio concedatur,

Digitized by Google

datur, ac proinde oriatur, non solũ naturalis, sed etiam ciuilis obligatio, qua contraria obligatio ciuilis omnino tollitur, ac extinguitur, non secus ac per acceptilationem extinguitur ciuilis obligatio ex stipulatione contracta.

Alij contractus scriptura perficiuntur. In pri-
12 mis † namq; qñ contrahentes suspendũt contractum, vt scriptura perficiatur, tunc, ẽt si is ex natura sua solo consensu perficiatur, vt perficiuntur emptio, & locatio, ante scripturam tñ oĩno completam, & subscriptam contractus ita suspensus non perficitur, sed fas est cuique contrahentiũ ab eo contractu discedere. Si tñ alter contrahẽtium arrham accepit, & a tali contractu vnus cõtrahentium sine alterius consensu recedat, tunc, si sit is, qui arrhã dedit, illã amittit: si verò, qui illã accepit, reddit arrhã duplã. Ita hẽ l. contractus. C. de fide inst. & li. 4. ord. Leg. tit. 36. Vbi simul explicatur, qñ aliqui cẽsendi sint, aut nõ sint, voluisse suspendere contractũ, vt publica scriptura perficiatur. Matãta de ordine iudiciorũ par. 4. dist. 9. n. 88. & disp. 4 n. 4. cũ Bal. & alijs affirmat, eo ipso, q̃ contrahentes, dũ contractũ celebrabant, dixerunt, quæratur nobis tabellio, qui instrm conficiat, censeri voluisse suspendere contractum, vt scriptura perficiatur, nisi contrariũ aliũde cõster.

Deinde, qñ de ciuili, aut canonico iure, pro forma alicuius contractus, aut ad validitatem illius requiritur scriptura, non antea perficitur, q̃ scriptura conficiatur, vt habetur ti. 36. citato. Exemplum ibi adhibetur, in contractu Emphyteutico de re Ecclesiastica, & in contractu, qui ad sui validitatem insinuatione indiget, vt de donatione vltra certam quantitatem suo loco dicetur.

13 Alij deniq; † contractus sunt, qui re ipsa, traditione ve perficiuntur, neq; antea censentur consummati. Eiusmodi sunt donatio, mutuũ, cõmodatũ, depositũ, pignus, & similes. Vt verò illos discernas, accipe egregiã Bar. regulã l. iuris gentiũ, in pr. n. 2. ff. de pact. Attendendũ est ad nomẽ cõtractus, & quidẽ si significat rẽ ipsã, factũve externũ, tũc nõ perficitur cõtractus ante illud exequutioni mandatũ. Vt quia donatio significat donationẽ rei liberaliter, ante traditionẽ rei non cẽsetur perfectus cõtractus donationis. Quia itẽ mutuũ significat dationẽ rei non liberaliter, sed vt reddatur cadẽ in specie, ac valore, qua ratione p mutuũ transfertur dñium, vtiq; ante traditionẽ rei, q̃ mutuo datur, nõ cẽsetur pfectus contractus mutui. Eadem rationem, qm̃ commodatũ significat traditionẽ rei liberaliter quo ad vsum, vt eadem numero reddatur, ante traditionẽ liberalem talis rei, quo ad vsum, non censetur perfectus iste contractus. Similiter, quia depositũ significat positionẽ rei apud aliquẽ in custodiã, & pignus apud creditorẽ pro debiti assecuratione, hi contractus ante rei traditionem non censentur perfecti. Quia verò hypotheca solum significat obligationẽ rei pro debiti assecuratione, absque vlla talis rei traditione, perficitur solo consensu: sicut vẽditio, & locatio, q̃ significant actus solo consensu contrahendi illis contractib. & sicut societas, quę significat conuentionem inter aliquos ad negotiationem, ad cõe ipsorum cõmodum, ac damnum vlterius exercendã. Deniq; quia permutatio significat traditionem mutuã rei vnius pro alia, ante traditionẽ vtrinq; non censetur perfecta omnino. Idemque est de cæteris respectiuis contractib. innominatis. Tametsi, qñ ex altera parte hi omnes innominati contractus impleti sunt, ciuilis obligatio cõsurgat, vt disputatione sequente dicetur.

## De Pacto nudo, & vestito, & quando ex Pacto, ac Contractu innominato oriatur, aut non oriatur, ciuilis Obligatio.

### DISPVTATIO CCLV.

*SVMMARIVM.*

1 *Contractus, & pacta quando pariant obligationẽ & actionem ciuilem.*
2 *Pactum nudum quid.*
3 *Pactum nudum varijs modis vestitur.*
4 *Vestimentorum genera quinque, quibus vestiũtur pacta nuda.*
5 *Pactum nudum a pacto vestito in quibus differat.*
6 *Donatio dicitur pactum vestitum iuris priuilegio.*
7 *Promissio dotis, & quædam aliæ iuris priuilegio vestiuntur.*

1 VT l. iuris gentium, ff. de pactis, hẽ, pacta, seu † conuẽtiones, interdũ pariunt obligationẽ ciuilẽ, atque adeo ex illis datur actio: interdũ vero eam non pariunt. Qñ. n. transeunt in pactũ, seu contractũ noĩatum, ciuilẽ actionem, & obligationẽ pariunt: qñ aũt in contractũ noĩatum nõ transeunt, neq; ciuilẽ obligationẽ, neque actionẽ pariunt. Excipitur, nisi vel interueniat factũ, seu causa posita in rerum natura, ob q̃ vltra conuentionẽ, sit tã aliquid debitum, vel nisi eiusmodi pacta continenti, & non ex intervallo cohæreãt, & contungantur cum contractu aliquo noĩato, aut cũ contractu in quo interuenit factum, seu causa. Adde tu, cum gl. l. iurisgentiũ. §. sed cũ nulla, ver. igitur, & cum gl. 1. §. quinimò, ff. de pact. vel nisi legis priuilegio alicui pacto, in quo nihil horum inuenitur, concessum peculiariter sit, vt ciuilem obligationem, atq; actionem pariat. Hęc oĩa hñr, l. iurisgẽt. cit. in prin. & duob. §§. citatis.

Vt verò hæc melius intelligantur, atque ad ea explicanda, quæ in titulo huius disputationis sũt proposita accedamus, sciendũ est. Hæc tria distingui in iure, pollicitationem, simplicem ve promissionẽ non dũ acceptatam, pactũ nudum, & pactũ vestitũ. Quia verò eiusmodi pollicitatio non est pactũ, vt disputatum est, interim eã omittamus, hoc solo admonito. De iure ciuili cõi non oriri ex illa ciuilem obligationem, neque cõcedi actionem, vt interius, dum de promissionibus, & donationib. sermo fuerit, ostendetur; quo in loco examinabimus ẽt, vtrum ex illa naturalis saltem obligatio oriatur, & vtrum de iure canonico, atq; in Castellæ Regno actio ex ea concedatur.



Digitized by Google

2 Pactum nudum, vt habetur † l.iuris gentium, locis citatis, præsertim §.sed cum nulla est, quod neque in contractum transit nominatum, neque vna cum eo intervenit factum, aut causa, ex parte alterius paciscentium, vnde, vltra pactum, alter maneat obligatus, neque in contrarium cũ eiusmodi pacto, aut cum contractu nominato cohæret. Verbi gratia, promisisti te mutuo daturum Petro centum, illeque promissionem acceptauit, sed nondum illi pecuniam tradidisti, neque in ea promissione intervenit stipulatio, qua Petrus prior interrogaret, promittis te mihi mutuo datum centum, & tu responderes promitto, tale pactum est nudum: qm̃ neque rationem sortitur stipulationis, neq; mutui, eò quòd, vt disputatione præcedente explicatum est, facto, traditioneve pecuniæ, aut alterius similis rei, contractus mutui cõsumetur: neque item sortitur rationem cuiusuis alterius contractus nominati, vt patet, neque cohæret cum alio contractu, aut pacto, vt supponimus. Similiter pactum nudum est, si conueniisti cum aliquo te traditurum, illi viginti oues pro vno boue, & neque stipulatio intervenit, neq; facta est vlla traditio, neq; pactum est cohærens cũ aliquo alio contractu. Ratio est, qm̃ contractus ille est innominatus, do vt des, ex nulloque capite transit in contractum nominatum, & ex neutra parte intervenit traditio, factum, seu causa; vnde, vltra pactum, vnus alteri teneretur, neque cohæret incontinenti cum aliquo alio contractu. Quo fit, vt, iuxta ea quæ in principio huius disputationis dicta sunt, ex neutro ex his duobus pactis ciuilis obligatio oriatur, nec concedatur actio.

3 Si aũt quiuis † eorum fieret intercedente stipulatione, tunc, quia eo ipso sortiretur rationem cõtractus noĩati, diceretur pactum vestitum, oriretur que ex illo ciuilis obligatio. Vt si pacto illi, de cõmutandis viginti ouib. pro vno boue, adiũgeretur stipulatio, qua te interrogante, num promitteret dare bouem vnum pro viginti ouib. ille rideret, promitto; & rursus interrogante illo, nũ promitteres dare viginti oues pro vno boue; responderes, promitto, tunc esto ex neutra parte fieret traditio, esset pactum stipulatione vestitũ, oriretur que ex illo ciuilis obligatio, atque cõcederetur actio, quæ ex eodem pacto nudo celebrato nequaquam cõcederetur, & vtrumque habetur expresse leg ex placito. C. de rerum permutatione. Quia verò hodie contractus alioqui innoĩati si literis mandentur, ac coram tabellione, aut scriba publico fiant, celebrari consueuerunt intervenie te mutua stipulatione, interrogante ministro publico vtrumque cõtrahentium nomine alterius, illisque sibi mutuò spondentibus atque in instro publico fides cõsueuit fieri intervenisse eam mutuam stipulationem affirmant Bar. l. 2. ff. de condict. ob causam, & alij, quos Antonius Gomez 2. tom. var. resol. c. 8. n. 4. refert, ac sequitur, hodie rarò dari contractus innoĩatos, præsertim si corã tabellione, aut scriba publico, celebrentur. Simili modo, si eodem nudo pacto, de commutandis viginti ouibus pro vno boue, superuenerit non quidem stipulatio, sed traditio ex altera parte, quia vel tu traderes alteri viginti oues, vel alter traderet tibi bouem, eo ipso pactum illud maneret vestitum ea traditione, & causa, propter quã, vltra pactum is qui nondùm ex sua parte contractum impleuit, obligatus ciuiliter maneret ei, qui impleuit, ac proinde huic, qui impleuit, conceditur actio, quam iura præscriptis verbis, aut in factum vocant, qua, si alter tempore debito ex sua parte non impleat, cogere illum potest, vel ad interesse, nempe vt, quod promisit, soluat, aut quãtum, id soluisse sua intererat, vel vt cõdictio, seu actio, vt sibi restituat, quod accepit, tanquam datum ob causam, causa non subsequuta, optioq; est penes eum, qui impleuit, vt agat, quo ex his duobus maluerit modis. Ita colligitur ex l. cum precib. §. præter, ex l. quoniam assueueras C. de rerum permut. & habetur expresse l. naturalis. §. & siquidem. ff. de præscrip. verb. vbi Padilla. nu. 16. explicat, cur actio præscriptis verbis dicta sit, & quid inter eam, & actionẽ in factum, differat. Lege eũdem autorem a n. 10. & Ant. Gom. 2. to. var. res. c. 8. n. 3. Cum. §. cit. consentit. l. 5. ti. 6. par. 5. quæ addit, concedi iudicem in litem aduersus eum, qui non impleuit, vt in damnis sequutis stetur iuramento eius, qui impleuit; iudice tñ simul arbitrante, an tanti æstimandi sint. Vt etiam statui. l. 43. ti. 14. p. 5. vt qñ, qui impleuit, repetit, & dedit agere simul possit ad interesse, seu damna sequuta ex eo, & alter non impleuerit, vbi Greg. Lopez eandem legem illam ita exponere conatur, vt ab hactenus dictis non discordet. Illud ẽt est admonendum. l. naturalis §. & si factum. ff. de præs. verb. & l. 5. ti. 6. & l. 45. ti. 14. p. 5. affirmari, in contractu, facto vt des concedi peculiariter ei, qui factum impleuit, aduersus alterum, qui non retribuit, quod promisit, actionem de dolo, non verò præscriptis verbis: quod multum faceſſit negotij inexpertis, difficileque rationem reddunt diuersitatis, cur ita in eo contractu peculiariter statuatur. Lege inter alios Padillam. §. cit.

Etiam vestitur pactum nudum cohærẽtia alterius contractus noĩati, aut vestiti ex adimpletione alterius partis: eo namq; ipso, & incontinenti cum aliquo eorũ coniungitur, ea cohærentia censetur vestitum, oriturque ex illo peculiaris ciuilis obligatio, daturque actio p̃scriptis verbis ad interesse aduersus eũ, qui est in mora adimplẽdi tale pactum, vt hẽ l. iuris gentium. §. quinimò. ff. de pact. V. g. si dum quis domos suas vendidit, aut locauit alteri, simul cum eo iniuit pactum, & cõmutabit bouẽ cum equo, aut & pro boue colet agrũ locatoris, tale pactum vestitur cohærentia illius alterius cõtractus vẽditionis, aut locationis, consurgitque eo ipso ex illo ciuilis obligatio. Idẽ est, si quis tradidit decẽ oues alteri, vt in futurum coleret agrũ ipsius, & simul pactũ cũ eo iniuit, vt pro ariete, quem in reditu illi daret, iter quodam conficeret: tũc. n. quia hoc scẽm pactum cohæret cum illo priori, innominato quidem, sed vestito adimpletione ex parte tradentis oues, censetur eo ipso vestitũ, consurgitq. ex illo obligatio ciuilis, sicut ex priori. Idem esset, si in duobus exemplis propositis priùs fierent priores illi contractus, & postea,

Digitized by Google

postea, antequàm contrahentes ad alia diuerterent, adiungerent posteriores: interim namque, dum contrahentes ad alia non diuertunt, censentur addere incontinenti posteriora pacta: secus aũt esset, si, postq̃ ad alia diuertissent, illa addederent: nam tunc ex interuallo censerentur addita.

4 Ex dictis patet, quædam † esse pacta, quæ eo ipso, ꝙ fiunt producuntur vestita, nẽpe contractus, qui solo consensu perficiuntur, vt vẽditio, locatio &c. statim namq; eiusmodi pacta sortiuntur peculiare, & specificũ nomen contractus, neque alio indigent vestimento. Alia verò esse, quæ adhibita certa quadã verborũ forma, vestiuntur, vt pacta, alioquin nuda, q̃ in stipulationẽ, aut acceptilationẽ transeunt. Atq; hæc eo ipso sunt ẽt contractus noïati. Alia præterea esse, q̃ in facto ꝓficiuntur, ac vestiũtur, vt in contractus transeant noïatos, cuiusmodi sunt, mutuũ, cõmodatũ, & depositum. Alia itẽ esse, q̃ ita vestiuntur facto, adsẽtuve causæ, vũ, vltra pactũ, resultet obligatio, vt non transeant in contractus noïatos. Eiusmodi sunt contractus innominati subsequuta adimpletione, saltẽ ex altera parte, vt explicatũ est. Alia denique esse, quæ sola cohærẽtia intõtinenti cũ aliquo ex alijs contractib. vestitis, ipsa quoq; vestita cẽsentur, vt paulò ante explicatũ ẽt fuit. Atq; hos quinque modos, quib. pacta vestiuntur, connumerãt gl. Bar. & alij l. iuris gentiũ §. quinimò. ff. de pac.

5 Discrimen inter † pacta nuda, & pacta quouis modo vestita, vt ex dictis ĩ facile intelligitur, est. Quòd ex pacto vestito oritur ciuilis obligatio, daturq; proinde actio: ex pacto verò nudo nulla oritur ciuilis obligatio, Vnde iurisc. l. iuris gentium, §. sed cum nulla, sic colligit. *Igitur nuda pactio obligationẽ non parit.* Intellige, ciuilem. Rationem reddit Cou. c. q̃uis pactum, de pact. p. 2. §. 4. a nu. 12. ne lites multiplicentur, quæ valde excrescerent, si ex nudo pacto actio concederetur, impugnarque. rationẽm, quam alij reddunt.

Qñ aũt audis, ex nudo pacto non oriri ciuilẽ obligationẽ, intelli ge (vt sup. dicebamus) nisi ius priuilegio alicui pacto nudo concedatur, vt ex eo ciuilis oriatur obligatio, atq; detur actio. Hac rõne quãus de iure antiquo, si donatio a promissione acceptata incipiebat, ex sola gratuita promissione, anteq̃ traditio fieret, nõ oriebatur ciuilis obligatio, qñ stipulatio non interueniebat: idq; ppea ꝙ esset pactũ nudũ, eo ꝙ ante traditionẽ, neq; donõ sit cõpleta, neq; transeat in contractũ noïatũ,

6 vt disp. præcedente explicatum est hodie tñ † de iure Codicis ex pacto donõnis nudo ciuilis orit obligatio, & datur actio, q̃ transit ad hæredes donatarij, & aduersus hæredes promittentis, vt hẽ l. si quis argentum, præsertim, §. vlt. C. de donationib. vbi exprimitur, actionem, quæ ex eiusmodi pacto nudo donationis datur, esse conditionẽ ex ea ipsa lege. Idem habetur inst. eod. tit. §. aliæ aũt l. 4. tit. 4. p. 5. & lib. 4. Lusit. ord. tit. 55. in prin.

7 Eodem iuris † priuilegio ex nudo pacto dotis promissæ oritur ciuilis obligatio, & datur actio. Dotis nãq; cõtractus, vt ex noïe ipso liquet, neq; perfectus cẽsetur, neq; proinde rõnem contractus noïati sortitur ante traditionẽ, vt de donatione, mutuo, & commodato, disp. præcedente explicatum est: quo fit, vt dotis promissio acceptata inter nuda pacta sit annumerãda. In nuptiarum tñ fauorẽ concessum est, vt ex illa ciuilis obligatio oriretur, & daret actio, vt patet, l. ad exactionem. C. de dot. promiss. Idẽ iuris priuilegiũ cõcessum est promissioni, qua qs alicui promittit se soluturũ ei debitum, ꝙ alius illi debebat, aut se soluturũ ei alia die, aut loco, debitũ, ꝙ ipsemet promittẽs illẽ debebat, de qua re disp. 270. circa ferm. Bar. l. iuris gentiũ in prin. prope finẽ, ff. de pactis, ait, iure prætorio idẽ priuilegiũ concessũ esse pacto nudo pignoris, nẽpe vt ex illo oriatur ciuilis obligõ, & detur actio, iuxta l. si tibi, §. de pignore, ff. de pactis. Cæterum, cum pignoris pactum cohærere soleat cũ contractu, ad cuius securitatẽ pignus promittitur, ratiõ dabitur pactum nudum pignoris. Quosdã alios varios euentus connumerat gl. l. iuris gentium. §. sed cum nulla, verb. igitur, ff. de pactis, in quibus ex pacto nudo iuris priuilegio datur actio, & gl. §. de constituta. inst. de actionib. verb. nulla. Dubitant doctores, nũ eiusmodi priuilegium legis, appellandũ sit vestimentũ pacti, ita vt neq; in his euentibus concedendũ sit ciuilẽ obligationem oriri ex pacto nudo. gl. in verb. igitur cit. & alia, §. quinimò, affirmãt, eiusmodi priuilegium appellandum esse vestimentum pacti. Bar. verò ibidẽ id reprobat. Quãuis aũtẽ quæstio videatur esse de vocabulo: placet tñ Bart. opinio, cui consonat, tũ cõis loquendi modus, tum ẽt l. fideiussor, iuncta glo. ibi, verb. actio aliqua, ff. de fideiuss. Lege apud Bar. fundamentũ, cui ẽt nititur.

## Si Pactum nudum iuramento confirmetur, num ex eo oriatur ciuilis Obligatio, & num de iure canonico, & ciuili, detur ex illo actio.

### DISPVTATIO CCLVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Pactũ nudum iuramento confirmato parit actionẽ non solũ de iure canonico, sed ẽt ciuili, & nu. 2.*

2 *Iuramentum uestit pactum nudum, & ex eo facit oriri actionem de iure ciuili.*

3 *Fideiussor tenetur etiam ex obligatione naturali ex parte debitoris principalis.*

DIsputandum est, an iuramentum inter vestimenta pacti nudi sit annumerandũ, quasi in causa sit, vt ex pacto, alioquin nudo, ciuilis obligatio oriatur, ac detur actio.

Bar. l. iuris gentium. §. quinimo. n. 16. ff. de pactis, & fusius l. si quis pro eo, in prin. ff. de fideiuss. for affirmat, iuramentum in vno solo euentu in causa esse, vt de iure ciuili ex pacto, alioquin nudo, ciuilis oriatur obligatio, & detur actio, nempe qñ libertus promittit sub iureiurando patrono operas, vt habetur l. vt iurisiurandi. ff. de operis libert. l. vl. ff. de libera. caus. & l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. Ex his namq; iuribus, argumẽto a cõtrario sensu, colligit Bar. in alijs casibus a iure

non

non expressis, ex pacto nudo iuramento cõfirmato non oriri obligationem ciuilem, neq; concedi actionẽ. Quin. l. si quis pro eo, apertè decidere videtur, qñ libertus nõ esset, sed ingenuus, qui operas sub iureiurando alicui promisisset ex tali pacto iuramento confirmato non concedi actionẽ aduersus promittentem. Atq; hæc est cõiot sñia, præsertim iuris Cæsarei interpretum, vt affirmãt Pano. c. cum venissent nu. 26. de institutionibus, & Cou. c. quamuis pactum par. 1. §. 2. nu. 4.

De iure verò Canonico Inn. & alij, quos Pan. loco cit. & Cou. loco ẽt cit. nu. 3. referunt, asseruerunt, ex pacto nudo iuramento confirmato, non concedi actionem, sed solum Ecclesiasticum iudicem ex officio suo rõne peccati, in quo is perseuerat, qui seruare non vult pactum nudum iuramento cõfirmatum, quo se astrinxit, posse illum compellere, vt pactum impleat. Ducuntur hi autores, quoniã de iure ciuili ex tali pacto iuramento confirmato nec oritur ciuilis obligatio, nec datur actio, ergo neq; de iure canonico; siquidẽ nullus est textus, in quo id sit mutatum, & vbi non est peculiaris constitutio iuris canonici, standum sit iuri ciuili, vt patet c. 1. de noui operis nunciat.

Duabus tñ conclusionibus satisfaciendum est huic disputationi. Prima est aduersus Inn. & qui
1 illum sequuntur. Nempe, de iure † canonico ex pacto nudo iuramento confirmato actionem concedi. Hæc est Bar. l. si quis pro eo, citata, Pan. vbi sup. Felini. c. 1. de iureiur. & cõis, ut refert ac sequitur Cou. n. 3. cit. eamq; asserere vt glos. c. quoties cordis oculis. 1. q. 7. verb. & pro te. Probari uerò põt. Primò, quoniam ex pacto nudo conceditur actio iure canonico, iuxta c. 1. de pactis, cũcta glo. ibi, & affirmat cõis doctorum sñia, ut disp. sequẽti est ostendendum, ergo longè maiori cum ratione ex eod. pacto nudo iuramento confirmato dabitur actio eo. iure can. Secundò, quoniã ex cõtractu iure ciu. & can. irrito, si non sit contra bonos mores, ut nõ est, uenditio fundi dotalis, & alienatio facta a minore datur actio iure ciuili, & canonico, qñ iuramento confirmat, ut constat ex c. cũ contingat. de iureiu. c. cum mulieres. eo. tit. lib. 6. c. quamuis pactũ, de pact. li. 6. & ex auth. sacramẽta puberum. C. si aduersus uendit, dictumque copiosè est disp. 149. & 150. ergo longè maiori cũ rõne conceditur ex pacto nudo iuramento confirmato: quando quidem pactum nudum ex se parit obligat naturalem in cõscientiæ foro, quod nõ habet cõtractus irritus, & ex iuramento, quo cõfirmatur, oritur illa alia obligatio, legitimũq; ius ei, cui est præstitum, quod ad hæredes ipsius transit, & ratione cuius ex contractu in se irrito, sed non illicito, conceditur actio iure canonico, & ciuili, vt disp. 150. fusè explicatum est.

2 Secũda cõclus. Ex pacto † nudo iuramẽto cõfirmato, iu. ciuili cõceditur actio. Hanc affirmãt Pan. nu. 26. cit. Cou. c. quis pactũ, par. 1 §. 2. a nu. 3. & par. 2. §. 4. nu. 15. & 16. & alij, quos citat: mihiq; est indubitata, iuxta ea quę disp. 149. & 150. explicata sunt. Eã meo iudicio sufficienter probat 2. arg. quo pcedẽs cõclusio cõfirmata est. Eandẽ confirmant autores citati ex iurib. quib. Bart. & alij contrariæ opinioni nituntur. Etenim in eis pacto nudo iuro cõfirmatur actio datur iure ciuili, vt Bar. ipse, & alij cõfitentur: neq; est ratio, cur ex alijs nudis pactis iuro confirmatis nõ detur similiter, nisi pactũ sit iure ciuili prohibitũ, eaq; rõne nullũ: vt vero Couegregie ostendit, in eis iuribus sermo non est de operis quibuscunq; sed de eis, q̃ libertis ad certũ tps impoui cõsueuerãt, & quas illi intuitu libertatis, qua donabãtur, promittebãt, prohibitũ aũt erat ingenuas, vel stipulatione, vel iuro, ad eas obligari, statutũq; erat, vt, si ingenuus quouis horũ modorũ ad eas se astringeret, totũ esset irritũ, & inane; eaq; de cã iura illa, pſertim l. si quis pro eo, statuunt, vt q̃is sit libertus iuro ad eas se astringat, cõcedatur aduersus eũ actio, si tñ ingenuus sit, qui illas iuro promittit, totũ sit irritũ, & inane, & neq; nãlis obligõ inde oriatur, eaque de cã, neq; fideiussor ad quicq̃ teneatur: cũ tñ, vt fideiussor teneatur, satis sit obligatio nãlis ex parte debitoris principalis, vt patet 3 l. fideiuss. §. fideiuss. ff. de fideiuss. Qñ tñ ingenuus, non vt libertus, sed vt ingenuus, sub iureiur. promitteret operas suæ artis, vt sartor, aut sutor, non solũ si stipulatio interueniret, atq; adeò cõtractu noñato illas promitteret, cõcederetur aduersus eũ actio, sed ẽt si illas sub iuro nudo aliquo pacto polliceretur; nisi tñ pactum esset respectiuum, & alius ex sua parte nõ vellet id impleret nam tunc neq; alter tenet, eo p̃ sub tacita cõditione, si alter ẽt stare vellet pacto, id ꝓmisi, ac iuro cõfirmauit.

## Vtrum ex Pacto nudo naturalis, atque in conscientiæ foro, oriatur Obligatio; & num de iure canonico, & in Regno Castellæ actio ex eo concedatur.

### DISPVT. CCLVII.

#### *SVMMARIVM.*

1 *Obligatio naturalis in foro conscientiæ oritur ex pacto nudo.*
2 *Contractus nominati ab innominatis, nec nõ pacta nudum a vestitis, quo iure non differebant.*
3 *Compensatio ciuilis debiti cũ debito naturali, nec nõ & retẽtio debiti naturalis soluti, cõceditur.*
4 *Obligatio naturalis oriens ex pacto nudo, quos effectus pariat de iure ciuili.*
5 *Actio ex pacto nudo orit de iure canonico, ex cõi. Necessariam tamen esse in eo causæ expressionem, ex communi, & nu. 6.*
7 *Pactum donationis nudum ciuilem obligationem parit hodie, etiam de iure ciuili.*
8 *Promittens sine causa quãdo donare præsumatur.*
9 *Exceptio non numeratæ pecuniæ in mutuo intra quantum tempus proponi debet.*
*Item exceptio non numeratæ dotis, & non recepti debiti. nu. seq.*
12 *Ius ciuile a canonico in quo differat, dum ex pacto nudo superuentu causæ uestito, datur actio.*
13 *Actio ex pacto nudo, eo modo, quo de iure canonico, etiam in Castella datur.*

Docto-

Digitized by Google

DOctores cõiter, quos sequuntur Coua. c. q̃uis pactum, par. 2. §. 4. n. 13. Ant. Go. 2. to. var. res. c. 9. nu. 2. & Padilla, l. naturalis, §. & si qdẽ, nu. 17. ff. de præscr. verb. cõsentiunt, ex pacto
1 † nudo naturalem oriri obligationem, qua paciscentes in conscientiæ foro tenentur illis stare, & sub culpa lethali, si id, ad qđ ex tali pacto astringuntur, tanti referat, vt ad culpam sufficiat lethalem. Ratio est, qm̃, stando in solo iure naturali, ac gentium, antequã ciuile ius introduceretur, nulla
2 erat differentia inter † contractus nominatos, & innominatos, vt cum Fortunio, & alijs, Alu. Val. de iure Emphy. q. 6. nu. 2. rectè ait, neq; itẽ inter pacta nuda, & vestita: quare in conscię foro, spectaq; ipsa rei natura, ex oĩb. oriebatur obligatio, q̃ ea de cã naturalem appellamus, vt à ciuili, ex qua actio ciuili iure conceditur, eã distinguamus. Ius verò ciuile ad litium multiplicitatem vitandam, quamuis ex nudis pactis concedere noluerit ciuilem obligationem & actionem (paucis quibusdã pactis exceptis, vt disp. 255. ostensum est) nihilominus vim suã, quã stando in solo naturali, ac gentiũ iure, ad naturaliter obligandum habebant, ab eis non abstulit: quin potius pp illam, varios ex illis effectus introduxit. Nempe, vt is, cui
3 † ex pacto nudo aliquid debebatur, quamuis exigere illud in foro exteriori non posset, posset tamẽ id sibi semel solutum in eodẽ exteriori foro retinere, neque posset cogi illud reddere. Itẽ vt si ipse eidem aliquid deberet, posset facere compensationem in eo, q̃ sibi ex pacto nudo creditor debebat, neque in exteriori foro compelli posset plus solvere, q̃ incrementum. Præterea (& fere in idem recidit) posset excipere aduersus exigentem, esse sibi ex pacto nudo tm̃, vel tm̃, debitum, aut remissum, neque teneri id soluere. Ita hr̃, l. iuris gentiũ, in prin. & §. sed cum nulla. ff. de pac. Diuidẽs nãque Vlpianus pacta vniuersim, quæ gentium iure ex se vim habent, sic ait. *Iuris gentium conuentionis, quædam actiones pariunt* (intellige, ciuili iure.) *& quædã exceptiones*. Et protinus, subiungit, solos contractus noĩatos, & pacta vestita, parere actionem: nuda verò solam exceptionem. Vnde §. sed cum nulla, cõcludit. *Igitur nuda pactio obligationẽ, non parit, sed parit exceptionem.* Intelligit iure ciuili, atque in exteriori foro. Item pp obligationem ex pacto nudo remanentem, quamuis nõ detur ciuilis actio aduersus ita paciscentem, datur tm̃ aduersus fideiussorẽ, si fideiussor pro tali pacti implet̃e est datus; retinetque eadẽ ratione põt pignus, si pro nudo pacto implendo sit datus, l. fideiussor, §. fideiussor, ff. de fideiuss. Confirmant
4 † ex pacto nudo retulisse naturalẽ obligationem, & pp eam iure ciuili concedi effectus commemoratos §. præterea debitor. Instit. de excep. l. Stichum, §. naturalis, ff. de sol. l. ex hoc iure, cuncta gl. ibi, in verb. obligationes, ff. de iust. & iu. & l. cum hoc amplius, §. is natura iuncta gl. ibi, ff. de reg. iur.

Quod ad fm eorũ, quæ proposita sunt, attinet,
5 cõis sniã doctorũ est, ex pacto † nudo iure canonico cõcedi actionẽ iuxta c. 1. de pact. Ita affirmant gl. Pan. Fel. & alij ibidẽ, Ant. Gom. 2. to. var. res. c. 9. in calce n. 1. Cou. 2. q̃uis pactum p. 2. §. 4. n. 14. & alij. Cum. n. ex pacto nudo naturalis obligatio oriat, hoiesq; in cõscię foro nudis pactis, vt ostẽsum est, stare teneãtur vtiq; rõ, animarumque salus ac bonum postulabant vt canonico iure ex pacto nudo actio concederetur, quod & factum est.

Obseruat optimè Felinus cũ alij, ca. 1. de pact. nu. 10. actionẽ, quæ iure canonico ex pacto nudo daf, solum habere locum in causis ad tribunal Ecclesiæ rõne personarum, aut materiæ, spectantiũ, itẽq; in causis laicorum in terris Ecclesiæ cõmorantium, tpalive dño Summi Põtificis subiectorum; secus autem in causis tpal. b. aliorum laicorum. Habet tm̃ aduersus eos locũ media illa denũciatio inter fraternam, & iudicialem, de qua sermo est c. nouit, de iud. & de qua diximus in materia de correctione fraterna, & dicemus tract. 5. ea namque via cogi possunt à prælatis Ecclesiæ stare pactis nudis, vt in cõscię foro tenent, quatenus à lethali culpa eruant. Ita Fel. loc. cit. Bart. in extra ad reperiẽdũ, ver. denunciationẽ, nu. 10. & multi alij. Obseruant & Fel. c. 1. de pac. Pan. & idẽ Fel. c. si cautio, de fide inst. Cou. n. 14. citato, & doctores cõiter, vt iure † canonico ex pacto nudo actio
6 concedatur, qua paciscẽs cogatur implere pactũ, necessariã esse causæ expressionem; alioquin reus non cogetur soluere, nisi actor causam sufficienter probet, iuxta, c. si cautio citatũ, l. cum de indebito, §. vlt. ff. de prob. & l. gñaliter, C. de nõ num. pec. V. g. esto cõperiatur scriptura aliqua, in qua contineatur, Petrum conuenisse cum Ioanne, se daturum Ioanni quippiã tali die, puta bouem, vel centum aureos, si in ea scriptura non contineatur causa, pp quam Petrus id erat daturus, non cogetur id dare, nisi Ioannes causam sufficienter probet, aut Petrus illam confiteatur. Si verò in scriptura expressa sit causa, eo ipso cogetur Petrus id soluere nisi sufficientissimè probetur, eã causam non extitisse; qm̃ eo ipso, q̃ causam in scriptura, aut extra scripturam, est confessus, ad ipsum spectat probare, eã non extitisse. Exemplũ accipe. Si inueniatur scriptura, in qua contineatur. Petrum astringere se dare Ioanni centũ die Diui Michaelis, q̃a. n. causari pt Petrus se id promisisse ꝓ obsequio, q̃ Ioannes erat ei exhibiturus, neque exhibuit, aut in cõpẽsationẽ ꝓ re alia, q̃ non exhibuit, ad Ioãnẽ spectat ꝓbare extitisse cãm, neq; aliter Petrus cogetur soluere. Si verò in scriptura contineatur, se daturũ id in recõpensationẽ obsequij, aut alterius rei, q̃ exhibuit, aut tunc exhibet cogetur Petrus soluere, nisi ipse sufficienter probet, eã cãm verè nõ extitisse, vt iurib. citatis hr̃. Quo loco obserua, sufficientẽ causam, vt soluere cogat, esse titulũ donationis. Vñ, si in scriptura cõtineatur, aut dixisse probet, promitto me dono daturũ Ioanni, aut in eleemosynã, vel quouisalio modo gratis, atque ex liberalitate, centũ, aut bouem, vel aliud simile, cogetur id soluere, tã in seculari, q̃ in Ecclesiastico foro; quoniã † pactũ donationis nudũ, ciuilẽ obligationẽ parit hodie, & de iure ciuili, iuxta l. si quis argentum. C. de don. & alia iura vt d. 255. ostensum est, & affirmant doctores citati. Obiect.

Quòd si quis ita obijciat, qui absque causæ ex-
8 pressione promittit, donare † voluisse pſumitur,

iuxta

iuxta l. Campanus, ff. de lib. qñ ergo in scriptura continetur debitū, neque expressa est causa, præsumendum est fuisse donationē, isque qui ꝓmisit, cogendus est soluere, nisi ipse contrarium probet.

Solui-tur. Dicendū est, id intelligēdū esse, qñ cōstat, aut sufficienter ꝓbat, eū, qui promissit, habuisse scientiā dum promittebat, nullam aliam subesse cām, ex qua promitteret, vt ex verbis eiusdē legis constat; tunc. n. donasse præsumitur, si tñ constet, promittentem credidisse aliq̄ subesse cām, quæ non erat, aut simus in dubio, an fortè ductus cā aliqua, quæ non suberat, vel quę non est sortita effectum, promisit, tunc non tam vehementer præsumitur donare voluisse, vt cogatur stare pacto nudo.

Confirmant Doctores citati, qñ cā non est expressa, aut aliunde non sufficienter probatur, iure canonico non concedi actionē ex pacto nudo, qua reus pactum implere cogatur, quoniam non plus iure canonico conceditur actio ex pacto nudo, q̄ iure ciuili ex stipulatione cōcedatur: sed iure ciuili ex stipulatione nō conceditur actio, qua ꝓmittens stare cogatur promissis, nisi expressa fuerit promissionis cā, siue ea fuerit dōnis titulus, siue aliqua alia, vt patet l. 2. §. circa, ff. de doli except. quamuis. n. de stipulatione, & promissione subsequuta constet, si tñ causa talis ꝓmissionis nō fuit exꝑssa, pōt qui promisit opponere ei, qui in iudicio secū contēdit, vt stet ꝓmissis dolo malo agere; eo ꝙ adimplera non sit cā ob quam promisit: dicet nāq. se promisisse dare illi centū tali die pp totidē, q̄ mutuo ab eo erat accepturus; neque accepit, vel pp aliā similē cām, quæ non extitit & tunc ad actorē ptinebit probare, cām fuisse impletam, aut dōnis titulo ea ꝓmisisse: eadē ergo ratione ex pacto nudo nō cōcederetur actio iure canonico, nisi de causa constet, ob quā aliquid fuit promissum.

9 Illud tñ † obseruo, in mutuo, esto q̄s confiteatur accepisse pecuniam, triticum, aut ꝙ vis aliud mutuo concedi tñ ei exceptionē intra biennium à die talis cōfessionis scripto factę ꝙ id non acceperit, sed spe futuræ numerationis pecuniæ aut tradōnis rei mutuo, eā confessionē fecerit, ꝙ si intra biennīū ita excipiat, tunc ad aduersarium spectat probare, numerasse pecuniam, aut tradidisse rem mutuo; alioquin cadet à cā. Si verò labatur biennīū, anteq̄ excipiat, tūc ad mutuatariū ipsum spectat probare, numeratā nō fuisse pecuniā: aut rem traditā non fuisse mutuo, alioquin soluere cogetur. Ita hꝫ l. in cōtractib. C. de non nu. pec. & alijs iuribus vt in materia de mutuo copiosius dicemus.

10 In dote ꝓterea, esto † maritus confiteatur recepisse dotē, interim tñ dū constat matrimoniū fuisse, illi est excipere, dotem non fuisse numeratam, sed spe numerationis factā fuisse eā confessionem, factaq; ea exceptione, ad eum, qui dotem promisit, probare spectat, numeratam fuisse. Dissoluto verò matrimonio, siue p̄ mortē alterius coniugis, siue per diuortium si matrimonium non durauit per biennīū expletum, integrum est marito, vel patri ipsius, aut hæredibus intra annum à dissolutione matrimonij, idē excipere, & tūc ei, q̄ dotem promisit, probare incūbit, traditā fuisse dotem, alioquin soluere illā coget. Si verò matrimonium duxerit vltra biennium, sed dissolutū est ante decennium expletū, solū est integrum id excipere intra tres menses à die soluti matrimonij. Si autē vltra decennium durauit matrimoniū; tunc, eo dissoluto, non conceditur talis exceptio, sed ad eum, qui id confessus est, vel ad hæredes ipsius probare spectat, traditā non fuisse dotem, alioqn cadent à cā. Hæc oīa hñt, l. vlt. & in auth. ibi subiuncta, C. de
11 dote cauta nō numerata. Vniuersim, qñ † ex quocunque capite aliq̄d debebatur, siue id esset pecunia, siue quippiam aliud, si à creditore facta scripto fuerit confessio, se id recepisse, aut ea de cā ꝓmiseris restituturū instr̄m, in quo tale debitū cōtinebat, fas est eiusmodi creditoribus intra triginta dies à facta ea confessione, aut promissione instr̄i, excipere, se eam fecisse, aut promisisse instr̄m spe numerationis futuræ, aut tradōnis debiti, neque tñ id esse opere præstitum: & tunc ad debitorem spectat probare, soluisse debitū, alioquin cogetur iterū soluere. Trā factis verò illis 30. diebus non admittitur talis exceptio, sed ad creditorem spectat probare, debitum non fuisse solutum. Ita hꝫ l. in contractib. §. super, C. de non num. pec.

Illud postremò circa hanc secundā partē huius
12 disputationis, est obseruandū. Latissimum † esse discrimē, inter ius ciuile, & ius canonicum, dū dicimus, iure ciuili non concedi actionem ex pacto nudo, si tñ vestiatur superuentu causę dari eodem ciuili iure actionem, vt disp. 255. ostensum est, & dum hac disputatione dicimus, vt ex pacto nudo actio iure canonico concedatur, qua aduersarius stare pacto nudo compellatur, necessariā esse causæ expressionem, aut probationē. Illic namq. sermo est de cā exequutioni mandata, q̄ proinde pactū vestit, neque illud relinquit intra limites pacti nudi: hic verò sermo est de cā expressa in ipso pacto, aut aliunde probata, vel q̄ reus confiteatur, siue illa executioni sit mandata, siue non. V.g. si Petrus paciscatur cū Ioanne, se illi daturū mutuo centū, neque illa tradiderit, cum mutuum includat cām onerosā, nēpe vt Ioannes totidem postea restituat, de iure can. concederetur Ioanni actio aduersus Petrum, vt illa mutuo det, de iure verò ciuili actio ei denegabitur, eo ꝙ illud sit pactum nudi, ex neutraque parte facta sit vlla traditio, seu adimpletio; quæ adimpletio causæ pactum nudū vestiens appellatur. Si item Petrus & Io. publico instō absq. stipulatione cōuenerūt, vt tali die cōmutaret bouē pro decem ouib. atq. ex neutra parte facta sit vlla tradō, de iure can. vnicuique eorū, aduersus alterū renuentē, concederetur actio, eo ꝙ exꝑssa fuit cā, ob q̄ dare pactus est, nēpe in cōmutationē pro alia re, de iure tñ ciuili nō concederetur, quoniā illud est pactū nudū nondū vestitū superuentu causæ adimpletionis ex altera parte contrahentiū. Plurib. exēplis tē hanc, ex se satis ꝑspicuā, elucidat Couc. q̄uis pactum. p. 2. §. 14. q̄ lōgè melius loquuntur, q̄ hac de re loquantur. Anto. Gom. 2. to. var. tef. c. 9. in calce. n. 3. Padilla l. naturalis, §. & si quidē nu. 18. & 19. & multi alij ex iuris peritis, nō attēdentes ad diuersas illas causæ
13 acceptiones. Qd † attinet ad tertium eorum, q̄ in has disputatione proposita sūt, hꝫ dicendum est.

Eo

Eo modo, quo de iure can. explicatū est dari ex pacto nudo actionē, affirmandum esse dari ex eodē pacto nudo in regno Castellę in foro seculari, iuxta l. 3. tit. 8. li. 3. ord. q̄ est l. 2. tit. 16. li. 5. nouæ collec. legisq; illius verba retulimus disp. 254. Idq̄ possumus cōfirmare, q̄m, si pacto nudo apposita sit stipulatio, ēt de iure ciuili cōi concedit ex illo actio, vt disp. 255. ostensū est, eo q̄ trāseat eo ipso, non solū in pactū vestitū, sed ēt in contractū nominatum: sed, vt hī l. Castellæ citata, in eo regno ex quocunq; pacto & promissione acceptatis, eodem modo cōceditur actio, siue forma stipulationis apposita sit, siue non: ergo in eo regno perinde ex pacto nudo conceditur actio, atque ex iure canon. In hac doctrina doctores oēs Hispaniæ conuenire, & inter alios Greg. Lup. l. 3. tit. 6. ver. *Qualquier de las partes*. l. 1. tit. 11. verb. *gran pro*, & l. 4. tit. 4. gl. 1. p. 5. Moli. lib. 4. de prim. c. 2. nu. 62. Cou. lib. 1. var. resol. c. 14. n. 13. & Ant. Gom. 2. to. var. res. c. 8. nu. 1. & c. 9. n. 3. Tametsi quidā ex eis, & nonnulli alij, non vt oportet, loquantur, non attendentes ad varias illas acceptiones causæ paulò ante explicatas. Hactenus dicta ex ijs, quæ disput. seq. subiungemus, dilucidiora reddentur.

## Quousque in pacto nudo, & contractib. innominatis, iurę ciuili locus sit pœnitentiæ, & an de iure canonico, & in regno Castellæ, locum habeat.

### DISPVTATIO CCLVIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœnitentia non habet locum, etiam de iure ciuili, in contractu innominato, dum illi ex vtraque parte est satisfactum ex communi.*

2 *Pœnitentiæ est locus in contractu etiam stipulatione firmato, vbi altera partium ex parte sua non vult implere contractum.*

3 *Pœnitentiæ quando sit locus in contractu innominato tam ex parte implentis, quā non implentis, & quando nō.*

4 *Pœnitentiæ non est locus in contractu innominato, si alter contrahentium velit stare contractui.*

5 *Pœnitentia de iure Castellæ non admittitur a contractu innominato.*

6 *Pœnitentiæ non est locus in contractibus nominatis, & alijs qui eis æquiparantur.*

7 *Pœnitentia locum habet in pollicitatione, quando reuocata non est.*

1. concl. Disputationi huic nōnullis cōclusionib. perspicuitatis gratia est satisfaciēdū. Prima est.

1 Q̄n† contractu innominato vtraq; ex parte est satisfactum, neutri contrahentiū est locus pœnitentiæ, ēt de iure ciuili cōi: quin potius vicissim vnus tenetur alteri de euictione, vt colligitur ex gl. 1. in fin. l. ex placito. C. de rer. permut. Et affirmat cōis doctorum sua, quā sequitur Anto. Gom. 2. tom. var. res. c. 8. n. 3. Conclusio hæc perspicua est: q̄m aduersus eum, qui impleuit, non est alteri pœnitentiæ locus, vt videbimus: ergo, q̄n vterq; impleuit, neutri locus est pniæ. Secunda conclusio. Etiāsi

2. concl. 2 † pactum stipulatione esset firmatum, si vnus cōtrahentiū implere ex parte sua non vellet cōtractū, integrum esset alteri pœnitere, ac dissoluere contractum, tā in exteriori, quam in cōsciæ foro, quin integrū ēt illi esset repetere, q̄ ex parte sua dedit. Ita colligit, argū a contrario sensu, ex l. 3. ti. 6. p. 5. & affirmat ibi Greg. Lopez gl. 1. & 3. cū alijs, quos citat, idq; confirmat ex l. 3. §. idē erit, ver. sed si tibi, ff. de cond. cau. data causa non sequuta. Potest ēt probari q̄m in pactis respectiuis inest tacita condō seruandi pactum, si & alius seruauerit: quarè, si vnus fidē frangat, aut pactum nō seruet, neq; alter seruare tenetur, quin possit repetere, quod dedit. Tertia conclusio † de iure ciuili eōi in contractib. innominatis, re integra ex parte vtriusque contrahentium, ita q̄ neuter ex parte sua pactum impleuit, locus est pœnitentiæ vnicuique eorū. Quod si alter tantum impleuit, locus ēt est pœnitētiæ ex parte eius, qui impleuit, possitque proinde repetere, quod dedit, esto alter neque in mora, neque in culpa sit, sed paratus sit implere. Ex parte verò eius, qui nondum impleuit, non est locus pniæ comparatione eius, qui impleuit: quin potius actio datur ei, qui impleuit, aduersus illū alium, vt cogat eum implere, vel, si implere nō possit, vt cogat illū soluere interesse, aut restituere, q̄d accepit, prout maluerit is, qui impleuit, iuxta ea quæ disp. 255. plenius explicata sunt. Si tū is, qui nondū impleuit, sumptus aliquos fecisset, parādo se ad implendū, vel alia rōne damnum in suis proprijs bonis ex alterius pœnitentia ei emergerent, tunc, qui impleuit tenet, vel non pœnitere, stando contractui, vel seruare illum indemnem, resarciendo ei damna inde subsequuta. Idem credo esse, esto neuter impleuisset, si ex eō, q̄ vnus pœniteret, alteri similia damna orirentur. Tota hæc conclusio constat ex l. 3. præsertim in prin. ac §. 1. & multò apertius ex l. si pecuniā, in prin. & per totam legem, ff. de cond. cā data, & affirmant gl. & Bart. ibi, Ant. Gom. 2. to. var. res. c. 8. nu. 3. & doctores cōiter. Obijcies q̄is ex contractib. innominatis non oriatur obligatio ciuilis ex parte eius, qui impleuit, cōparatione eius, qui nō impleuit, orirut tū obligatio naturalis, ex qua iure ciuili admittitur compensatio eius, quod ex ea est debitum, & exceptio, vt hæc oīa disput. præcedente ostensa sunt: ergo non est pœnitentiæ locus in seculari foro ei, qui impleuit, q̄n is, qui nō impleuit, paratus ex sua parte est implere. Cō sequentia patet, q̄m is, qui nondum impleuit, q̄n, qui impleuit, repetere in iudicio ex capite pœnæ voluerit, quod dedit, excipiet, seu obijciet, sibi naturaliter id esse debitum, nec teneri illud reddere. Ad hanc obiectionem dicendum est, tunc solū ex obligatione naturali contrahi ciuili iure compensationem & exceptionem, q̄n obligatio est simplex, hoc est, nōcum correndentia similis obligationis ex parte alterius, ac, in re proposita, erat cum correspondentia similis obligationis, in nāq;, qui dedit, similiter erat nāliter obligatus, tū ad dandum tū ēt ad nō repetēdum, postq̄ dedit. Quia ergo ex parte eius, qui dedit, nulla est orta obligatio ciuilis cōparatione eius, qui accepit, & non impleuit, atq; eo ipso, q̄ is, q̄ dedit, pœniteat, extinguit ciuilis obligatio implēdi ex parte alterius, q̄ nōdū impleuerat; voluit ius ciuile ex mutua obligatione

natu-

naturali vtrinq; remanẽte, si p pẽnitẽtẽ nõ staret, concedere cõpensationẽ, & exceptionẽ. Quod ad ius canonicũ attinet, vtrũ iuxta illud pnïa in cõtractib. innoïatis sit admittẽda, quẽadmodũ ciuili iure pmittitur Bal. qbusdã in locis, & nonnulli alij, quos Fel. in c. 1. n. 13. de pac. & Greg. Lope. l. 3. t. 6. p. 5. referũt, cõcedendã esse affirmãt. Ducũtur, qm̃ iure ciuili ita est dispositũ, neq; canonico reperitur contrariũ sancitum; in foro aũt Ecclesiastico standũ est dispõnib. iuris ciuilis, qñ can. iure nihil in contrariũ est statutũ. Hinc colligũr, q̃uis iure canonico actio ex pacto nudo cõcedat, denegari tñ ex contractu innoïato illi, qui nondũ impleuit aduersus eum, qui impleuit, vt cogat eũ stare cõtractui, per pnïam ab eo nõ recedẽdo. Nihilominus † hanc quartã subijciamus conclusionẽ. Licet qñ is, qui nondũ impleuit, est in mora, aut aïo deliberato nõ implendi tpe debito, fas sit ei, qui impleuit, dissoluere contractum, & repetere se, q̃ dedit, idque tã de iure can. & ciuili, quam in foro conscientiæ, iuxta ea, quæ concl. 2. dicta sũt: artñ q̃diu nõn est in mora, paratusque est ex sua parte implere, neque de iure can. neq; in conscĩæ foro fas est ei, qui impleuit, repetere ex capite pœnitentiæ, q̃ dedit: si vero repetat, ipsiq; in sęculari foro adiudicetur, tenetur id restituere, atque stare contractui. Quod si impotens factus sit eo, q̃ res iam non sit in ipsius ptãte, tenetur restituere quãtum alteri intererat, cũ a contractu non discessisse. Hanc conclusionẽ secutus est postea Bald. in rub. C. de rer. perm. a priori snïa discedens: eandẽ amplectuntur Fel. & Gre. Lop. loc. cit. & alij. Rõ vero illius est, qm̃ ex cõtractu innoïato oritur ex vtraque parte obligõ naturalis, ẽt antequã quic q̃ impleatur, rõne cuius vnusquisque eorũ in foro conscię tenetur stare contractui, interim dũ alius nõ tenuit, neq; in mora est implendi, vt disp. pcedente ostẽsum est atque rõne huius obligationis conceditur actio iure canon. ex pacto nudo, atque adeo pnïa non admittitur ẽt re integra vt ibidem explicatum est: ergo neque etiã concedetur pnïa ex parte eius, qui impleuit interim dum alius nõ est in mora, paratusq; est implere: cũ nihil in hoc euentu de iure can. exceptũ sit, & ius ciuile æquè pnïam admittat re vtrinq; integra, atque eã admittit ex parte eius, qui solus impleuit. Cõfirmat cõclusio, qm̃, si stipulatio interuenisset, neuterq. esset in mora, sanè neque iure ciuili admitteretur pnïa, siue re integra, siue ex parte eius qui impleuit, vt patet l. ex placito. C. de rer. permut. ius aũt canonicum, & conscĩæ forũ nihil curant stipulationis solennitatem, sed perinde canonicũ ius cõcedit actionem ex pacto nudo, ac si stipulatio intercessisset, quæ vltra pactum, solum addit præcedentem quandã interrogationem: ergo neque de iure can. neque in foro conscĩæ, licita est pnïa qñ neuter contrahentiũ est in mora. Quinta conclusio. In Regno † Castellæ nõ est locus pnïæ in cõtractib. innoïatis, sicut nec de iure can. nec in foro conscientiæ. Hæc patet ex l. 3. tit. 8. libr. 3. ord. quæ est l. 2. tit. 16. li. 5. nouæ collect. Vt. n. disput. pcedẽte pbatũ est, concedit ex pacto nudo actionẽ, denegatq; pinde pnïam. Ita affirmant Greg. Lopez l. 3. gl. 3. ti. 6. p. 5. & Ant. Go. 2. to. var. resc. 8. n. 4. & 5. Iuxta hactenus dicta, posset Sũmus Pontifex, ac dẽret, abrogare eas leges ciuiles, quæ in contractibus innoïatis pœnitentia admittunt, concedunt q; repetitionem eius, q̃ ex altera parte ritè solutum est. Etenim, vt ex dictis constat, fouent peccata, liteſq; multiplicãt, tantum abest, vt eas minuant. Quin oïa ẽt, quæ de pacto nudo, & vestito, & cõtractibus innoïatis, & noïatis, subtiliter potius q̃ vtiliter, de iu. ciu. ab ethnicis hoïb. inuenta, atq; introducta sunt, aboleri deberẽt, vt in Regno Castellæ leg. illa 3. citata, aut oïno, aut magna ex parte, cõsentaneè ad ius canonicum, factum est; exteriusq; forũ, conscientiæ foro, æquari dẽret. Nec dubito, ea rõne minuerent potius, q̃ augerentur lites, hoïesque liberarentur a difficili admodũ harum rerum perscrutatione, prout hactenus sparsim, atq; inuolutè iure ciuili traditæ sunt. Sexta conclusio. In cõtractib. † noïatis, & in alijs, qui priuilegio iuris ciuilis, aut vinculo iuri, noïatis contractibus hac in parte æqui parant, vt sunt donõ acceptata antequã opere impleatur, & dotis promissio, locũ non habet pnïa. Hæc cõstat ex l. sicut, & ex alijs iurib. q̃ gl. vlt. ibi citãt. C. de act. & ob. quæ sanè iura de eiusmodi contractib. sunt intelligenda. Obserua, tñ, quosdã contractus noïatos esse, qui ex sua nã hñt, vt per alterum, aut vtrumuis contrahentium, dissolui possint, qñcunque libuerit, ẽt altero inuito: atque in his locũ in hoc sensu hẽt pnïa, q̃ integrũ est illa dissoluere, vt vim vlterius non hẽant, artñ quæ ex illis ad illud vsque momentũ sortita sunt effectũ, vim ex eisdẽ contractib. retinent. Eusmodi sunt, societas, qñ nonvsq; ad certum tps fuit contracta: dissolui namque pt, qñcunq; quĩuis sociorum noluerit: item præcariũ, id est, commodatum vsque ad beneplacitũ concedentis, mandatum, depositum, & siquialij sũt similes, vt gl. cit. & alia l. si pecuniã, ff. cã data, iuxta varia iura, affirmãt. Postrema cõclusio. In † pollicitatione, anteq̃ acceptet, licita est de iu. ci. can. atq. in foro cõscĩæ pnïa, vt suo loco videbimus. Idẽ est in quocunque pacto, qñ ex rõnabili cã concedit ur prãs illud reuocandi, vt in donationibus qñ adsunt causæ, ex quib. facta ex potestas illas reuocandi, vt suis locis videbimus.

4. concl. 4

6 6. concl.

7 7. concl.

## Contractus, qui bonę fidei, & qui stricti iuris, & de alijs contractuum diuisionibus.

### DISPVTATIO CCLIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Contractus quidam bonæ fidei alij stricti iuris.*
2 *Contractus oẽs stricti iuris dñr, qui non sunt enumerati inter contractus bonæ fidei, prout de actionibus dr.*
3 *Contractus seu actiones bonæ fidei in quibus differant a contractibus seu actionibus stricti iuris.*
4 *Bona fides quot modis accipiatur.*
5 *Dolus dans causam contractui siue bona fidei, siue stricti iuris quando eundem ipso iure rescindat, & quando ope exceptionis.*
*Et quid in conscientiæ foro. (dederit.*
*Excipitur tamen matrimonium, licet dolus causam illi*
6 *Contractus diuisiones multæ.*

5. concl. 5

Subij-

Digitized by Google

SVbijciendæ sunt aliæ contractuum diuisiones. Atque in primis eorum, quidem † dicuntur bonæ fidei, & quidam stricti iuris. Eadem diuisio fit actionum, vt patet inst. de actionibus §. actionum, & duobus sequentibus. Ea tñ diuisio latius patet; eò ꝙ actiones interdum ex cõtractu, interdum verò ex quasi contractu, aut alio titulo, oriantur. Porro ex illis actionibus, quæ bonæ fidei appellantur, & oriuntur ex contractib. intelliges, qui contractus bonæ fidei dicantur; cæteri namque contractus, qui actiones bonæ fidei non pariunt, stricti iuris sunt. Institutæ aũt loco citato sequentes actiones appellantur bonæ fidei, ex empto, vendito, locato, conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, pro socio, tutelæ, commodati, pignoratitia, familiæ erciscundæ, id est, quæ inter cohæredes circa diuisionem familiæ defuncti datur, cõi diuidundo, hoc est, quæ inter eos datur, qui cõe aliquid habent inter ipsos diuidendum, de æstimato, i. quæ ex eo consurgit, ꝙ tibi rẽ trado æstimatam, vt vel illam restituas, vel æstimationem: si aũt maiori pretio eam distraxeris, sit tuum incrementum: item bonæ fidei actio est permutatione (intellige, vt permutatio distinguitur a tribus alijs contractibus innominatis) item actio petitionis hæreditatis, & actio dotis exigendæ, aut recuperandæ post dissolutum matrimonium, itemque ea actio dotis, quæ hodie ex stipulato nuncupatur, vt inst. loco citato hꝫ. Cæteræ
2 † aũt actiones, quæ ibi non enumerantur, & cõtractus, aut quasi contractus, ex quib. oriunt (inter quæ computa stipulationem intra limites stipulationis, id est, qñ non adhibetur cõtractui bonæ fidei) stricti iuris appellantur, vt gl. Accursij, & alij doctores ibi, iuxta tres eos §§. affirmant. Idem asserunt gl. Pan. & alij c. cum venerabilis, de exceptionib. Cou. reg. possessor par. 2. §. 6. à n. 4. Syl. verb. contract q. 2. Alua. Valas. de iure Emphyt. q. 5. nu. 1. & alij doctores, quos citant.

Præter alia discrimina, hæc duo traduntur inter contractus, seu actiones, bonæ fidei, & stricti
3 iuris, Primum, ꝙ † in illis habet iudex facultatẽ ex bono & æquo iudicandi, ꝙ sibi fuerit visum, ét si in cõuẽtione id expressum, dictumq; nõ sit: in his verò nõ pót iudicare, nisi iuxta id, quod in cõuentione fuit expressum, qñ aliter circa contractum aliquẽ, aut actionem, nõ fuerit peculiariter inte statutum. Ita colligitur apertè ex §. in bonæ fidei. inst. de actionib. & tradunt doctores ibi, at-
4 que alijs locis citatis. Porrò sumitur † bona fides in re, de qua disputamus, nõ vt distinguitur contra malã fidẽ, dolũ, fraudẽ, ac calliditatẽ: eiusmodi namque bona fides in oĩb. contractibus esse debet, vt hꝫ l. bonam fidem. C. de actionib. & oblig. sed pro æquitate, seu iudicis arbitrio iuxta id, qđ æquitas, naturaq; rei postulat. Vnde cõtractus bonæ fidei in proposito dicuntur, in quibus iudicis arbitrium ac dispositio, iuxta id ꝙ æquitas, & natura rei postulat, plurimum pót. Ea verò de causa, mẽbrum cõtra diuisum sunt contractus stricti iuris. i. in qbus iudicis arbitrium non tm̃ pót, sed iuxta id, ꝙ dictum, conuentumque est, tenetur iudicare. Qua in re duo obserua. Vnũ est, sicut inter præcia iusta continentur, infimum, mediũ, & rigurosum: ita iudicium, siue strictius sit iuxta id omnino, qđ partes conuenerunt, vt in contractibus stricti iuris siue sit benignius, iuxta id, quod plus æquitas, quàm iuris rigor, postulat, vt in cõtractibus bonæ fidei, semper contineri intra limites iusti iudicij, quod suo ambitu, & iustum benignius, & iustum rigurosum complectitur.

Alterũ est bonã fidẽ, seu æquitatẽ arbitrio iudicis, quæ locũ habet in bonæ fidei contractibus, non itẽ in contractib. stricti iuris, non idẽ esse, ꝙ Epicheiã, qua, sicut in legibus iudicamus, q̃ euentus non censeantur eis cõprehensi; eò ꝙ, si de illis in particulari interrogaretur legislator, qñ legẽ condebat, rñdisset suã mentem non esse, vt comprehenderentur, ita in contractibus iudicemus neutrius contrahentium mentẽ fuisse, vt ceuserentur cõprehensi, nisi in eorum altero fuisset fraus, & dolus, q̃ ci non debent patrocinari. Quia ergo iudicium, vt eiusmodi euẽtus in pactis cõprehendantur, cum iustitia pugnat, sanè, neq; in contractib. stricti iuris, locum habet. Atq; de eiusmodi iudicio intelligitur tritum illud sermone prouerbium: *Summũ ius, summa iniuria*; Adhibetq; Tullius. 1. lib. officiorũ exemplũ in eo duce, qui, cùm pactũ iniuisset cum hoste, vt tribus dieb. a pugna abstineret, noctibus ipse aduersus eos pugnabat.

Discrimẽ itaque inter contractus bonæ fidei, & stricti iuris est, ꝙ in illis pt̃ iudex plus extẽdere iudicij suũ ad id, ꝙ æquitas inter cõtrahentes postulat: in his verò longè minus, sed verbis ac dispositioni cõtrahentiũ adhærere debet, quantum iusticia patit. eaq; de cã cõtractus stricti iuris appellãtur. Originẽ huius diuisionis, atq; appellationis, vtriusq; mẽbri, explicãt Cou. & Alu. Val. locis citatis, exclusa falsa quorundã existimatione. Illos lege. Cur ét illis potius q̃ iuris, cõcessa sint priuilegia; cõiter dicunt doctores cãm fuisse, qñ illi frequentiores sunt, & ad conuictũ humanum magis necessarij; qñ tñ de re constat, nõ multũ curandũ est, vñ legũlatores fuerint ducti.

Secundum discrimẽ est, quod de iure ciuili, qñ
5 † dolus dedit cãm cõtractui bonæ fidei, qa videlicet alter celebraturus non fuisset talẽ cõtractũ, nisi dolo ad eũ celebrãdũ fuisset inductus, cõtractus est ipso iure nullus, nisi is qui dolo est adductus, velit nihilominus vt sit validus, eò quòd in odiũ dolosi sit ipso iure nullus, non verò in odiũ eius, q̃ dolum est passus. Qñ verò dolus cãm dedit cõtractui stricti iuris, cõtractꝰ nõ est ipso iure nullus, sed venit rescindẽdus exceptione, seu oppositione, p eũ, qui dolũ est passus, ꝙ dolo fuerit inductus ad ita cõtrahẽdũ. Si ãt dolus cãm nõ dedisset cõtractui, qa, esto nõ interuenisset dolꝰ, cõtractus fuisset celebrãdus & nihilominꝰ alter cõtrahẽtiũ dolo fuisset iductꝰ, vt plus daret, aut minus acciperet, q̃ alioquin daturus, aut accepturus erat, validus q đẽ est contractus siue sit bonæ fid. siue stricti iuris, sed agit vt resarciat dãnũ qđ pp dolũ alter cõtrahẽtiũ accepit. Hæc oĩa patẽt ex l. si dolo. C. de rescin. vẽd. ex l. 3. §. vl. ff. p socio. & dolo vel me. C. de inutil. stip. iũctis glossis eisdẽ in utrib. eaq; affirmãt gl. & Bard. & elegãter ĩ prĩ. ff. de

Digitized by Google

ff. de dolo. gl. l. 2. C. de rescind. vend. gl. & Pan. c. cũ dilect. nu. 6. & sequenti, de emp. & vend. Conrad. de contractib. in summario totius, operis, ad q. 77. dicto 14. vnà cum dicto. 1. & 2. ibi subiunctis. Couar. reg. possessor. part. 2. §. 6. nu. 6. Aluar. Valas. de iure emphyteu. q. 5. num. 9. & doctores cõiter. Quare reijcienda est paucorum sententia, quos Pan. Couar. & Conrad. referunt, asserentiũ, etiam quando dolus dat causam contractui bonæ fidei, non esse ipso iure nullum, sed rescindẽdum esse doli exceptione, non secus ac contractus stricti iuris doli exceptione rescinditur.

Illud cum Conrad. & Couarr. locis citatis, & cum alijs admonuerim, in conscientiæ foro, quãdo dolus causã dedit contractui, & si is sit stricti iuris, esse nullum. Rõ est, qm̃ consensus in cõtractũ per dolum, qñ secluso dolo eliciẽdus nõ fuisset, insufficiẽs ex ipsa rei natura est, vt ex eo obligatio ratione talis contractus resultet, eò quòd non sit tã voluntarius, quã ad id est necesse. Quo fit, vt hoc secundum discrimen solũ habeat vim in foro exteriori, in quo voluit ius prouidere de maiori, magisq; præsentaneo remedio, in contractib. bonæ fidei, quàm in cõtractib. stricti iuris. Fortasse tamen expediret, vt iuxta rei ipsius naturam, forum exterius æquaretur conscientiæ foro hac in parte, esseтque proinde ipso iure nullus contractus stricti iuris, cui dolus causam dedisset, sicut est contractus bonæ fidei. Lege quæ de hac re fusius dicimus. disp. 352. Illud postremò admonuerim, nos hic non loqui de contractu matrimonij, in quo peculiare est, ℣, esto dolus causã illi dederit, sit nihilominus validus, tam in conscientiæ, q̃ in exteriori foro, nullaque exceptione possit rescindi, pp ipsius naturam, indissolubilitatemque quam iure naturali sibi vendicat. De qua re in materia de mr̃imonio sermo erit: aliqd etiã in progressu huius operis adijcietur. Quæ de dolo, dante, aut non dante causã contractui, dicta sunt, dilucidiora fient [illegible] in materia de emptione & venditione, vbi etiã explicabimus, quid sit dolus.

6 Deinde contractuũ, quidã † sunt, quibus trãsfertur dominium, & directum, vt plerũque fit donatione, venditione, permutatione, mutuo, & alijs, quidam, quibus transfertur dñium vtile tantum, vt feudum, & emphyteusis, tã in perpetuũ, quam ad tempus vltra decenniũ: quidam, quibus solum cõceditur vsusfructus, vt sunt multæ ex locationib. quidam, quib. solum conceditur vsus, vt commodatum, & locatio nonnullarum rerum ad solum vsum, vt iumentorum ad iter: & quidã, quib. nihil horum conceditur, vt depositum, & pignus, atque hypoteca; neque. n. fas est depositario, aut ei, cui aliquid in pignus datum est, vti rebus depositis, aut in pignus datis, sed solum eas custodire, aut tenere ad securitatem.

Item contractum, comparatione eius, qui ex illis aliquid accepit, aut cui aliquid debetur, vel remittitur, quidam dicũtur lucratiui. Illi videlicet, quib. absq; vllo onere, vel recompensatione, ex mera liberalitate aliquid conceditur, aut promittitur, vt sunt donatio, siue a promissione, siue a traditione incipiat; acceptilatio, qua merè liberaliter quippiam alicui remittitur, & commodatum, vel precarium, quo ad vsum rei, qui per eius modi contractus conceditur; res in a commodatario accipitur cum onere, vt restituatur; & vt diligentissima custodia circa eã adhibeatur; vt suo loco dicemus. Alij aũt contractus dicuntur onerosi, nempe illi, quibus onus vicissim imponitur, vt sunt emptio, venditio, locatio, & alij similes.

## Contractus iuxta loci consuetudinem ac leges censendus est celebratus. Et ad quorum contractuum probationem de iure Lusitano publica scriptura sit necessaria.

### DISPVTATIO CCLX.

#### SVMMARIVM.

1 *Contractus quilibet iuxta leges, & cõsuetudinem loci celebratus censetur.*

2 *Contractus in Lusitania celebratus, qualem probationem requirat.*

3 *Actor si caret sufficiẽti testiũ probatione, aut alia, quæ de iure cõmuni sufficeret, quid agere possit.*

1 Circa contractus in genere obseruandum est. Vnumquenq; † iuxta leges, & consuetudinem loci, in quo fit, censeri celebratum, atque esse exponẽdũ. Ita probat. L. ℣. si nolit. §. quia assidua. ff. de ædilitio edicto, & affirmant Bar. l. nemo est. ff. de duob. reis, Panor. c. cum. M. nu. 5. de const. Sylu. verb. contractus. q. 8. & doctores cõiter.

2 Obseruãdum † deinde est, quamuis hactenus dicta, qñ videlicet oriatur obligatio ciuilis, & detur actio ex aliquo contractu, & qñ contractus perfectus censeatur, & qñ non, locum in Lusitania habeant, nihilominus hoc esse in eo peculiare, qñ contractus, aut distractus, vel solutio debiti, est rei immobilis, quæ excedit valorem sexcentorum *reais*, vel rei mobilis, aut rerum mobilium, quæ excedunt valorem triginta millium *reais*, non admittitur probatio per testes, neq; per scripturam priuatam eius, cum quo contractus est celebratus, esto in ea quinque aut plures testes adhibeantur, sed solum per scripturam publicam, cõfectam per tabellionem, aut scribam publicũ, vel per scribam nauigij si in nauigio aliquo, interim dum nauigant, aut commorantur in mari, vel fluminibus conquisitionis (*de la conquista*) vocat. & nauigationis eius regni, fuerit celebratus, aut in loco, vel oppido eiusdem conquisitionis; modo tamen ibi non sit tabellio, vel scriba publicus. Atque in regressu tenetur scriba nauigij tradere eiusmodi scripturas, in nauigio, aut tali loco confectas, alicui ex tabellionibus, aut scribis publicis loci, ad quem nauigium redierit, aut in quo onus deposuerit. Si tamen contractus celebretur in alio regno, circa tales contractus admittitur in Lusitania ea probatio per testes, quæ *de iure communi*, vel de iure, aut consuetudine *talis* regni,

fuerit

fuerit sufficiés. Quando aũt contractus de rebus mobilibus, quæ non excedunt quantitatẽ triginta millium *reais*, celebratus in Lusitania est per scripturã publicã, tunc non admittitur probatio per testes solutionis ex tali contractu debitæ, sed solum per scripturam publicam. Hæc omnia habentur 3. li. ord. titu. 45. in princip. & §. 1. 2. & 3.

Quo loco obserua, ti res immobilis, circa quã celebratus est contractus, non excedebat valorem sexcentorum *reis*, quando celebratus fuit contractus, aut res mobiles non excedebant valorem triginta millium *reais*, esto post celebratum contractum eum valorem ante solutionem excedãt, admitti probationem per testes, aut scripturam priuatam quoniam habenda est ratio valoris tempore celebrationis contractus, circa quam solam lex disponit, non verò incrementi, aut decrementi, quod postea per accidens aduenit.

2 Quãdo aliquis caret publica scriptura ad probandos eiusmodi contractus, aut debita, in quibus scriptura publica requiritur ei permittitur, vt vocare eum possit ad iudicium, cum quo contraxit, aut qui tale quid debet, vt in iudicio illius iuramento stetur. Et quidem, si reus iurauerit, se nihil tale contraxisse, vel nihil debere, vel, esto confiteatur se contraxisse, aut debitorem fuisse, iuret tñ se nihil illi debere, quia soluit, aut legitima alia de causa, continuò à iudice absoluitur, & actor condemnatur, vt expensas oẽs soluat, siquas reus, comparendo in iudicio, fecit, aut siquid ea de causa amisit. Quòd si reus iurare non velit, tunc iuramento actoris statur, cogiturque reus soluere, quod actor iurauit, eum sibi debere.

Hæc tamen intelligũntur, quando tam actor, quàm reus sunt præcipui, quorum alter debet, & alteri debetur, quique merito de tali debito scire debent. Si enim hæres, aut similis, sit is à quo defuncti debitum exigitur, aut aliquid, quod penes defunctum erat depositum, tunc satis est, si iuret se nescire de tali debito, aut re, quidve de ea factum sit, vt absoluatur, neque tunc stabitur iuramento actoris. Si tamen reus noluerit hoc iurare, stabitur iuramento actoris. Quòd si neque actor iurare voluerit, absoluetur reus. Similiter, si hæres, aut testamenti executor, aliquid defuncto debitum, ab aliquo exegerit, id debitoris iuramento relinquens, si debitor se nihil tale debere iurauerit, absoluetur. Quòd si iurare noluerit, cogetur soluere, neque ses iuramento actoris relinquetur; eo quod non actor, sed solus reus, in eo euentu scire de tali debito meritò debeat. Hæc omnia locum etiam habent, quando debitum est tale, quòd admitteretur probatio per testes, aut scripturam priuatam, iuxta ea, quæ dicta sunt, sed actor hac etiam probatione caret, & habentur expresse tit. 45. citato a §. 4. vsque nonum, iuncto titu. 85. & §. penult. & vlti. titu. 36. lib. 4. ord.

Quamuis reus falso iurauerit, vt absolueretur, idque per testes, aut per instrumentum publicum probari posset, non admittitur talis probatio, etiam ad solũ effectum, vt ille de periurio puniatur, sed solum quando illi fuisset ostensa scriptura ipsiusmet priuata, isq; iurasset, suam non esse; tunc enim probatio in oppositum admittitur ad effectum dũtaxat, vt is de periurio puniatur. Ita habetur tit. 45. cit. §. 9. & tit. 85. §. 3. Subiungitur verò §. 4. sequenti, vt quando ex publica scriptura cõstat, reum fuisse periurũ, certior Rex fiat, vt tunc iudicet, quid faciendum sit, vt ostium periuriis præcludatur.

3 Illud obserua, quæ † dicta sunt, habere et locũ de iure cõi, quando actor sufficienti testium probatione, aut alia, quæ de iure cõi sufficeret, caret vt patet l. manifestæ, ff. de iureiurand. l. in bonæ fidei. l. delata, & l. generaliter. C. eodem titu. cap. vlti. in princip. eodem titu. & affirmat Maranta de ordine iudic. parte 6. cap. de iuramento & eius differentia & vsu num. 11. & 12.

4 Quamuis clerici, vel testificando, vel quacunque alia ratione, iurare coram seculari iudice prohibeantur sine licentia sui prælati, qñ tñ aliquid ciuiliter petunt corã iudice seculari, idque iuramẽto ipsorũ relinquitur, conceditur eis in Eborensi archiepiscopatu coram eo absque alia licentia iurare. Ita habetur in Constitu. tit. 10. cap. 12.

5 In Lusitania multi euẽtus excipiuntur, in quibus contractus, debita, & solutiones probari possunt per testes, esto sint de rebus immobilibus, quæ excedũt valorẽ sexcentorũ *reais*, & de mobilibus, quæ valorẽ superant triginta milliũ *reais*.

Primus, quando pacta fuerunt celebrata inter parentes & filios, non quidem adoptiuos, sed naturales, aut inter socerum, aut socrum, & generum, aut nurum, cõstante matrimonio. Donum namque promissiones, & pacta, quæ ante contractum matrimonium fiunt, scripturam publicam ad sui probationem exigunt, vt declaratum postea fuit. 6. par legum extrauag. tit. 1. l. 2. idemque est de contractibus post matrimonium dissolutum inter eosdem celebratis. Item contractus celebrati inter fratres, siue vtrinque coniunctos, siue ex altera parte tantum, & inter fratrueles, atque inter consobrinum & patruum, patris frattem, aut matris, possunt per testes probari, etiam a successoribus in eorum bonis post illorum mortem.

Si tamen contractus inter prædictas omnes personas scriptura publica fuissent celebrati, tunc non admittitur probatio per testes dissolutionis talis contractus, aut solutionis debitorum, quæ ex eisdem contractibus resultarunt, sed solum per scripturam publicam. Hæc omnia habentur libro tertio, ordinat. titul. 45. §. 10. 11. & 19. iuncta l. 2. titul. primo, partis 6. legum extrauag.

Secundus, quando societas inter mercatores aliquos circa contractus aliquos, conductiones aut mercimonia scriptura publica fuit celebrata, ac probatur, tunc probari possunt per testes, aut quacunque alia legitima probatione, quæ de iure communi sit sufficiens, quæcunque dubia, quæ inter ipsos, aut ipsorum hæredes, circa eiusmodi societatem, aut res ab illa dependentes, vel ad eam attinentes, fuerint orta. Ita habetur titul. 45. citato. §. 12.



Digitized by Google

Tertius, Solutiones pẽsionum Emphyteusis, census, aut locationis domus, vel cuiusuis alterius rei, modo non excedant quantitatem triginta millium *reais* (intellige de singulis, esto multæ simul sumptæ eam quantitatẽ superent) probari possunt per testes, nihil impediente, quod cõtractus, ex quibus debentur, publica scriptura fuerint celebrati. Ita habetur tit. cit, §. 13.

Quartus, *Aluaraes*, quos in eo regno vocant, si scripti, ac signati sint p Archiepos, Epos, *Abbades bentos, fidalgos, de solar, Caualeiros*, à rege confirmatos, doctores in sacra Theologia, aut in iure canonico, vel ciuili (modo in vniuersitate aliqua per examen creati sint) aut per ministros iustitiæ *do desembargo*, legitimã probationem in eo regno efficiunt aduersus eos, à quib. scripti, ac subsignati sunt. Si aũt sint Archieporum, Epõrum, *dos Infantes, Duques, Mostres, Marqueses, ou Condes*, satis est, si per ipsos subscripti; modo nõ confecti sint per ipsorum scribas, vt plenam probationem efficiant. Ita habetur ibidem §. 14.

Quintus, Commodatum vestium, armorum, iumentorum vasorũ argenti, & auri, ad cibũ, & potum, & aliarum supellectilium probari potest per testes, esto excedant quãtitatem triginta millium *reais*. Ita habetur ibidem §. 15.

Sextus, Necessaria nõ est scriptura publica ad probãdas solutiones *de fysas*, & aliorũ tributorum, neq; ad probãdas emptiones, & vẽditiones per proxenetas inter exteros, & naturales, neque inter naturales, si fiunt p proxenetas ad id spãliter deputatos. In his tñ duob. euentibus duo testes, & proxeneta ipse, necessarij sunt ad probationẽ. Neq; item necessaria est scriptura publica ad probandũ ea, q̃ vẽdenda traduntur præconib. aut mulieribus, quas in eo regno, *adelas* vocant, vel quæ traduntur sartorib. aut alijs opificib. ad ea aptandum. Ita habetur ibidem §. 16. 17. & 18.

Septimus. Necessaria nõ est scriptura publica ad probandũ ea, quæ ex quasi contractu debentur, vt qñ Petrus aliquid Paulo debet, quia vtiliter Petri negotium gessit, nulla inter vtrunq; pactione præcedente. Item neque in locationibus, & conductionib. rerum immobilium per annũ; modo tñ precium non excedat valorem triginta millium *reais*. Ita habetur ibid. §. 20. & 21.

Qñ contractus probari iuxta hactenus dicta, non potest, nisi scriptura publica, non admittitur probatio per testes, esto in iudicio petatur minor summa inclusa in maiori quam petere non licebat. Vt, si res mobilis vendita fuit quadraginta mille *reais*, non licet petere triginta, aut pauciores, adhibita probatione contractus per testes. Ita habetur loco citato. §. pen.

Si cõtractus simulatus, scriptura publica fuit celebratus. V. g. in quo vsura cõtinebatur sed latebat ex forma scripturæ, tunc simulatio probari potest per testes. Ita habetur ibid. §. vlt.

Illud postremo circa ea oĩa, quæ de iure Lusitano hactenus dicta sunt, obserua. In euentibus, in quibus dictum est, probationem non admitti, nisi per scripturã publicam sæpissimè solere recurri ad regem, vt cõcedat, non obstante ea ordinatione, posse per testes rem probari; obtenta verò ea facultate, admittitur probatio per testes. Lege verò circa hanc totam dispositionem Lusitaniam longam disputationem apud Aluarum Vaias. de iure emphy. q. 7.

## Qui possint contractus celebrare.

### DISPVTATIO CCLXI.

### SVMMARIVM.

1 *Contractus non potest celebrari per eum, qui vsu caret rationis.*
2 *Minor, & prodigus, quando contrahere possint, & quando non.*
3 *Filius familias pubes contrahere potest de bonis castrensibus, vel quasi.*
4 *Alienatio facta per filium puberem de bonis aduentitijs cum consensu patris, an valida sit. Et quid in regno Castellæ. nu. 6.*
5 *Filius familias pubes tenetur ex omni contractu a se facto, etiam sine consensu patris, præterquã in mutuo.*
7 *Religiosi quando ex eorum contractu teneantur, & quando non.*
8 *Serui quando ex eorum contractu obligentur, & quando non.*
9 *Princeps supremus cõtrahens cum suo subdito, an, & quando obligatus ei maneat.*

EXplicauimus contractus in genere; ad id verò attinere videtur, vt in genere etiam, qui eos celebrare possint, dicamus. Cum verò con-
1 tractuum † celebratio actus sit humanus, notum est eos omnes, qui vsu rationis carent, non posse per seipsos illos celebrare; vt sunt infans, dormiens, ebrius, furiosus, phreneticus, & alij similes. Quare, vt donatio eis facta valida sit, per aliũ debet nomine ipsorum acceptari.

Ex reliquis, qui prohibiti non sunt, celebrare
2 possunt cõtractus. Quousque † autẽ minores, & prodigi celebrare eos possint, aut non possint, dictũ est d. 224. iunctis ijs, quæ à d. 220. dicta sunt.

3 Filius familias, si pubes sit, circa ꝑ bona castrensia, aut quasi castrensia, celebrare potest cõtractus; eo quòd liberam eorum bonorum habeat administrationem, non secus ac si sui iuris omnino esset; non autem si sit impubes, vt vtrũque disp. 230. & 231. ostendimus.

De bonis aduentitijs, quando pater habet illorum administrationem, & vsumfructum, licet conueniant doctores, si filiusfamilias vigesimum quintum annũ excedat, validam esse alienationem, quam de eis bonis ex patris consensu fecerit, & inualidam, si sine illius consensu illam efficiat, vt disp. 228. circa quartum effectum pa-
4 triæ potestatis, dictum est; dubitant † tamen, nũ, si pubes sit, & vigesimumquintum annum non excedat, valida sit alienatio de eisdem bonis ex patris consensu facta.

Quæst.

Quorundã.

Ant.

Digitized by Google

Ant. à Butrio, Imola, & multi alij ex iuris canonici interpretib. c. constitutus, de in integr. restitu. argumento illius textus, validam esse negant. Etenim in eo habetur, quendam patrem habentem bona aliqua sibi cõia cum duobus suis filijs familias minoribus, illa vendidisse, atque, ad contractus firmitatem, illos emancipasse, fecisseque, vt, post emancipationem, cõtractui consentirent, quasi, nisi prius emanciparentur, patriamq; egre deserentur potestatem, insufficiens esset ipsorum consensus, interueniẽte etiam patris authoritate & voluntate. In eadem sententia est Faber. §. pupillus. Instit. de inutilib. stipulat. & sunt quidam alij ex iuris Cæsarei interpretibus. l. vlt. §. filijs autem. C. de bonis quæ liberis.

Argum. eorum.

Quamuis autem hic textus apertè, argumento a contrario sensu, doceat, filios familias posse alienare sua bona aduentitia de voluntate, & consensu patris; authores tamen citati respondent, intelligendum esse de filijs familias maioribus viginti quinque annis. Confirmare possunt eandem sententiam ex §. pupillus, in fine, Instit. de inutilib. stipulat. vbi habetur, impuberem pubertati proximum, neque ex authoritate, & cõsensu patris, posse se cuiquã obligare, & multo minus alienare bona sua: eadem autem est ratio de eo pubere, qui sub patria est potestate, neque vigesimum quintum annum explenit.

Confir.

Contrariam sententiam affirmant, communiter iuris Cæsarei interpretes, tũ alibi, tũ l. vltim. §. filijs aũt, citato, atq; inter alios glo. ibi, & Paulus Castrensis, quin, & Bartol. dum approbat ibi eandẽ glossam, estque nobis procul dubio amplectenda, eo q; apertè colligatur ex eo textu, qui de consensu patris permittit filium familias alienare bona aduentitia, nedum se alijs circa ea obligare. Arctare verò textum illum ad solos filios familias maiores viginti quinque annis, præterquàm quod liberè fiat, textus ipse perspicuè innuit contrarium; cum in eo dicatur, prohiberi filijs familias alienare bona aduentitia, quorum pater habet vsumfructum, sine patris consensu, ad coarctandos iuuenales calores, ne postea tristẽ exitum sentiant: id autem commodè non dicitur de maioribus viginti quinque annis.

Cõtraria vera sñia

De impuberibus autẽ, q̃ neque de consensu, & authoritate patris alienare possint quæcunque sua bona, aut se alteri obligare, habetur expresse §. pupillus, citato. Et quamuis impubes, interueniente authoritate cui curatoris, possit, se alteri ciuiliter obligare, vt suo loco dictum est: idcirco tũ obligari de patris authoritate est ei denegatum, vt gloss. §. pupillus, citato ait; quoniam tutor tenetur pupillo, si male authoritatem præbeat; pater, verò, propter reuerentiam paternam, non tenetur filio impuberi, esto malè authoritatem præster: argumento text. l. cum oportet. §. non autem hypotheca. C. de bon. quæ liberis.

Obserua tamen, cum diximus, filium familias puberem de consensu patris posse alienare, & obligare bona sua aduentitia, intelligendum esse, modò, si immobilia sint, decretum iudicis accedat: vniuersim namque alienatio, aut obligatio, boni immobilis minoris sine decreto iudicis, inualida est, vt patet l. non solum. l. ob res alienũ & alijs iuribus. C. de prædijs minorum, & affirmat cõis doctorum sententia C. edere etiam suæ legitimæ portioni non potest filius familias, etiã de consensu, & authoritate patris: quoniam sunt peculiaria iura, quæ illam irritam reddunt, vt disp. 149. dictum est. Si item filius familias minor læsus reperiretur ex alienatione, aut obligatione suorum bonorum facta de consensu patris, cõcederetur ei beneficium restitutionis in integrum.

Ad c. constitutus, dicẽdum est. Fortè alterum filiorum fuisse impuberem, cuius proinde cõsensus erat nullus, interim dum erat filius familias, et si consensus, & authoritas patris accederet, eaque de causa emancipatum fuisse, vt, manente patre tutore illius, præstanteque authoritatem, & simul accedente iudicis decreto: validus esset contractus ille. Atq; hac de causa præcipit Summus Pontifex in eodem textu, vt attendatur, num tota solemnitas de iure requisita, vt contractus ille fuerit validus, seruata fuerit, an non, quod si seruata non fuerit, contractus pronuncietur nullus: si verò fuerit seruata, subueniatur minoribus per beneficium restitutionis in integrum.

Ad argumentũ.

Dicendũ deinde est, si vterque filius tempore contractus pubes erat, illos emancipasse pp opiniones, quæ sunt, vtrũ contractus per filiũ familias puberem, sed minorem, factus de consensu patris, sit validus, an non: & qm̃ existente ipso curatore, ex iuris dispositione, facilius debet iudex consentire in alienatione boni immobilis, vt suo loco dictum est; bona autem, quæ in eo capite referuntur vendita per patrem, immobilia erant.

Confirmatio ex §. pupillus nullius est momẽti. Etenim ibi ea de causa coarctatio fit ad filium impuberem, quòd propter debilem ætatem, neque de consensu patris, expediat permitti obligationem.

Sicut circa bona aduentitia, quorum pater habet vsumfructum, & administrationẽ, cõceditur filio alienatio, & administratio de consensu patris; ita sine expresso illius consensu cõceditur illi alienatio, & obligatio quando liberam eorum habet administrationem, vel quia longe a patre degit, vel quia ei pater vsumfructum, liberamq; eorum bonorũ administrationem relinquit. Idẽ esset circa bona profectitia, si a patre expositus esset ad eis negotiandum; quoniam eo ipso, consentire censeretur, facultatemque illi concedere, vt circa eiusmodi bona negotietur. Lege, quæ circa hæc omnia diximus disp. 228. circa primũ, & quantum effectũ patriæ ptãtis, & disp. 230. 231. & 232. quibus adde, quæ de filio familias clerico, disp. 238. diximus. Illud insuper obserua, quãuis alienationes, a filio familias extra prædictos casus factæ, validæ non sint, nisi dependerent 4 a cõsensu patris, nihilominus filiũ familias puberem, vniuersim teneri ex contractibus a se factis, etiam si patris, neque tacitus consensus ad eos celebrandos interuenerit, darique aduersus filium actionem, vt constat ex §. itẽ inutilis, Inst. de inutilib. stip. l. filius familias. 2. de actionib. &

obligationib, l. tam ex cõtractibus. ff. de iudicijs, & ex l. 1. §. filiorũ, ff. depositi: illi tñ si minor sit, læsusque reperiatur, conceditur beneficium restitutionis in integrum, non secus ac alijs minoribus, qui extra patriam sunt potestatem, vt patet l. 3. §. sed vtrum, ff. de minoribus. Quare, quæ de contractibus celebratis à puberibus, qui parente carent, & curatorem non habent, dicta sunt disput. 224. intelligenda similiter sunt de puberibus, qui sub patria sunt potestate.

Ex mutuo tamen, filio familias sine consensu patris facto, non conceditur plerunque aduersus eum actio, vt in materia de mutuo dicetur, idq; ex beneficio senatus consulti Maced.

6 In Regno † Castellæ l. 22. titu. 11. libr. quinto, nouæ collect. prohibitum est filium familias, siue maior sit, siue minor, itemq; minorem quemcunque, qui sub tutore, aut curatore sit, quicquã creditò emere per se, vel per interpositam personam, sine patris, tutoris, aut curatoris autoritate, neque quemquam id eis creditò vendere: alioquin contractus, etiam si iuramento confirmatus sit, nullus atque inefficax redditur, vt vllo tẽpore ex illo quicquam exigi possit, etiam à fideiussoribus, grauesque pœnæ aliæ statuuntur ijs, qui, iuramento adhibito, illum celebrant. Quia verò hæc propter commune bonum in pœnam iustam venditoribus statuuntur, credo in foro conscientiæ, nihil ex eiusmodi contractibus deberi, etiam à fideiussoribus, sed posse se in conscientiæ, & in exteriori foro, aduersus creditores rueri exceptione ex illa lege, quæ id in pœnam iustam venditoribus statuit. Etenim legislator id iustè in sensu a me explicato, statuere potuit; existimandumque nũ est aliud intendisse, alioquin lex illa occasionem peccatis præberet; quod de Christiano legislatore in hoc euentu nõ est præsumendum.

7 De † religiosis quousque celebrare possint cõtractus, tam quando sub obedientia viuunt, siue longè à superioribus degant, siue præsentes sint, & siue à superioribus ad id sint deputati, siue non, quàm quando a religione sunt expulsi, vel cum dispensatione in seculo viuunt, dictum est disput. 140.

8 Ex † contractu seruorum (vt disp. 140. ex parte dictum est) siue cũ dominis, siue cum alijs cõtraxerint, non oritur ciuilis obligatio, ac proinde neque illis, neq; aduersus illos conceditur actio in foro seculari, etiam postquam ad statum libertatis peruenerunt. Ita habetur l. in personam, l. quod attinet. ff. de regul. iuris l. serui. ff. de actionib. & oblig. l. si quod domino. ff. de condict. indeb. l. 1. & sequentib. C. an seruus proprio facto.

Excipitur, qñ mancipium domino pro libertate pecuniam promisit: tunc enim, concessa ei libertate, conceditur actio aduersus illum libertati donatum, vt pecuniam pro libertate interim dũ seruus erat, promissam, domino soluat. Ita habetur l. promissæ. C. an seruus proprio facto.

Eodem modo, si pactum fuit inter dominum & seruum, vt pro certa pecunia illum manumitteret, dominusq; pecuniam a seruo accepit, conceditur seruo actio aduersus dominum, vt eum manumittat, vt in calce disp. 38. dictum est.

Licet autem ex contractu serui ciuilis obligatio non oriatur, oritur tamen naturalis, qua & ipse in conscientiæ foro stare tenetur contractui, illum, quo ad poterit, vel interim dum seruus extiterit, vel postquàm liber fuerit effectus, adimplendo, & dominus, aut quicunque alius, qui cum eo contractum celebrauit, stare contractui, illumque implere tenetur, interim dum mancipium implere etiam ex sua parte vult, si contractus sit oneroſus.

Ita habetur l. quod attinet. ff. de regulis iuris, l. serui. ff. de actionib. & obligat. Et l. naturaliter, ac l. si quod dominus. ff. de condictio. indeb. Atque ex hac naturali obligatione proficiscitur, vt, si dominus seruo aliquid debebat, idque postquàm fuit manumissus, soluit, concedatur domino repetitio, eo quòd soluerit, quod naturali obligatione ei debebat, vt habetur expresse leg. si quod. ff. de condict. indebiti. Item vt, si quis nomine serui soluat, vel ipse, postquam fuerit manumissus soluat, non concedatur repetitio, & vt is, qui pro seruo fideiussor extitit, soluere teneatur, & pignus pro eo datum similiter maneat obligatum, siue alius id dederit, siue seruus ipse de peculio, cuius habebat administrationem, vt hæc omnia habentur l. naturaliter. ff. de condit. indeb. Lege etiam, quæ diximus disp. 38. cit. & Anton. Gom. 2. tom. var. resol. c. 1. nu. 3. Syluestrum ver. restitutio. 2. q. 14.

9 Vtrum † autẽ, si princeps supremus cum suo subdito contractum ineat, maneat ei obligatus. Consentiunt omnes, manere obligatum. Sed vtrum ea obligatio sit solum naturalis, an verò etiam ciuilis. Communior sententia affirmat, esse solum naturalem, quæ vim quasi ciuilis habet. Ducuntur, quoniam ciuilis obligatio ortum habet a ciuili positiuo iure, à quo eiusmodi princeps est exemptus.

Dicendum tamen arbitror cum Anton. Gom. 2. tom. var. resolut. c. 1. nu. 1. & pauci alijs, quos tam ipse, quàm Padilla l. interpositas. nume. 37. C. de transact. referunt, esse etiam ciuiliter obligatum. Tum quia princeps eo ipso, quòd contractum cũ suo subdito celebrat, censetur se subijcere, & obligare, vt actio ciuilis aduersus eum possit intentari, & vt possit condemnari in foro suo seculari: sicut subditus vi eiusdem contractus similiter manet ei obligatus: alioquin nullus cum eo contrahere vellet.

Tum ẽt qm, licet ministri ipsius, ipso renitente, non possint illum coercere, & cogere, vt contractum adimpleat; si tñ contra iustitiam resisteret, esset ea in re tyrannus, atque respublica tota posset tunc eum coercere, & cogere, vt starer contractibus: modo tamen ex eiusmodi coactione alia longè maiora mala non timerentur; nã tunc expediret potius tyrannidem illam ferre.

De vxore quousque sine viri consensu celebrare possit, aut non possit, contractus, commodius notum fiet disp. 257. 343. atque dum de contractu societas inter coniuges sermo fuerit.

Promis-

Promissio differt à proposito: & de duplici promissionum genere, ac simul de virtutibus veritatis, & fidelitatis.

## DISPVTATIO CCLXII.

### SVMMARIVM.

1 *Propositum a promissione quomodo distinguatur.*
2 *Promissionum genera duo.*
3 *Virtus veritatis, seu veritatis quæ.*
4 *Fides, quæ est virtus & fundamentum iustitiæ, vnde dicta.*
5 *Obligatio ex fide latius, quã obligatio ex iustitia,*
6 *Fides distincta virtus a Veritatis virtute.*
7 *Obligatio ex virtute fidei, in quo differat ab obligatione ad verum dicendum.*
8 *Promissionis violatio, quando non sit ex suo genere mortale peccatum, vt neque qui promisit, cogi possit.*
9 *Promissio obligans solum ex honestate morali, si iuramento confirmetur, parit actionem etiam ciuili iure.*
10 *Promissio obligans solum ex honestate morali, si illius violatio sit alteri perniciosa, obligat sub mortali.*
11 *Promissio simplex ex iustitia non semper obligat sub mortali.*
12 *Promissio acceptata, quo casu est illud pactum nudum, cui ex priuilegio iuris concessum est, vt obligationem ciuilem pariat.*

DIcendum deinceps est de cõtractibus in particulari, ordiendumque erit a donatione, quæ contractus est lucratiuus. Quia verò donatio à promissione solet incipere, & ante traditionem neque perfecta censetur, neque ratione contractus nominati sortitur, vt disput. 152. & duab. sequentib. explanatum est, a gratuita promissione erit incipiendum, sub ea illam complectendo, quæ ex gratitudine proficiscitur. Quamuis autẽ originis ordo postulabat, vt, ante promissionem externam, expenderemus, num ex sola interna promissione obligatio oriretur, quia tñ commodius id fiet, si prius examinauerimus, quantãvim ꝓmissio externa ad obligãdũ, anteq̃ acceptetur, hẽat; postq̃ hoc fuerit explicatũ, illud pstabim⁹.

1 Illud ante oĩa † est obseruandũ, longè diuersa esse, aliquam habere propositum, voluntatem ve deliberatam, ac firmam quippiã in gratiã alicuius faciendi, idque verbo futuri tpis exprimere, dicẽdo, faciam hoc, vel dabo tibi hoc, aut illud, & aliquem ex sua liberalitate seipsum propria volũtate astringere ad quippiam faciendum, idque verbo futuri tpis exprimere, dicendo, promitto me facturum; vel daturũ tibi hoc, aut tali die dabo tibi hoc, aut in gratiam tui faciam hoc, aut illud. Primũ namq; non est promissio propriè loquendo, neq; vllam inducit obligationem id implendi vt ex se est manifestũ, & cõstat ex c. literaturam, de voto, & voti redẽptione, atq; affirmãt, D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 1. distinguens propositũ a voto, hoc est, a ꝓmissione Deo facta, tãq̃ quippiã ad votũ prærequisitũ, Nau. in Man. c. 12. nu. 26. & alij cõiter. Perperã tñ gl. ibi in c. literaturã, citatũ, exponit textũ illũ, quasi ibi sit sermo de pacto nudo; cũ solũ sermo sit de proposito ingrediẽdi religionẽ, qđ ex eo definitur nullam induxisse obligationẽ, ꝙ ad promissionẽ nõ ptigerit. Scdm verò est ꝓmissio, atq; si acceptetur, adsintq; cætera circunstãtiæ ad id necessariæ, de qb. in l. dicetur, sp inducit obligationẽ. Qñ ergo verba ambigua sũt, nũ solũ ꝓpositũ significẽt, an vero promissionẽ, ad ꝓferẽtis aĩum recurrẽdũ est, quid significare intẽderit. Præsertim cũ in his gratuitis, nõ plus qs obligetur, q̃ seipsũ obligare ĩtẽderit.

2 Illud deinde est † obseruandũ, promissionem quasdã esse, q̃ solũ inducunt obligõnẽ implendi, qđ promissũ est, ex honestate quadã morali, non tñ ex iustitia: quasdã verò, q̃ simul inducunt obligationẽ ex iustitia. Id verò vt melius intelligas, obserua. Sicut moderatè comedere est actus exte-
3 rior virtutis, moralis tẽperãtiæ: ita † proferre dicta cõsona menti, esse actũ externũ Veritatis moralis, cuius vitiũ oppositũ est mẽtiri. Recta nãq; rõ pscribit, dicta proferẽda esse cõsona menti voluntatẽq;, teneri ea dicta imperare, q̃ menti dissona nõ sint. Portò eiusmodi virtutis, q̃ in volũtate residet, ab Arist. 2. Ethic. c. 7. & à D. Tho. inferius. q. 109. Veritas appellatur, desumpto nomine virtutis, a veritate actus ab ea imperati. Quo fit, vt veritatis vocabulũ æquocũ sit, ad virtutẽ moralẽ explicatã, & ad veritatẽ, q̃ in actu ab ea imperato esse aut credi in esse dẽt a proferente, vt sit actus externus illius virtutis moralis D. Th. loc. cit. ait, virtutẽ hanc appellari ẽt posse. Veracitatẽ. Sicut aũt proferre dicta consona menti, actus est virtutis moralis: sic ẽt adæquate facta promissis, aut constitutis cum aliquo, actus est virtutis moralis, quoniã id similiter postulat recta ratio.
4 Virtus † verò, q̃ eiusmodi actum imperat, autore Cicerone, 1. de officijs, nũcupatur: & vt ait dicitur a fio, & dico quasi per eã fiat quod dictũ est. Atque hæc videtur prima huius vocabuli vsurpatio inter multas, quas initio huius 2. 2. explicauimus. Eandẽ Tullius ibi definit, *esse dictorum conuentorumque constantiam, & veritatem.* Constãt quippe, veraq; redditur, dicta, & conuenta, cũ fit, quod dictum, conuentumque est. Subiungit Tullius fidem hanc esse iustitiæ fundamentum. Quo loco obserua non dixisse esse iustitiam ipsam, sed esse iustitiæ basim, ac fundamentum.

5 Obligatio † namq; ex fide latius patet, quam obligatio ex iustitia. Et qñ iustitia ex eo euertitur, ꝙ fides non seruatur, pactaque, & conuenta non implentur, duo vitia committuntur. Vnum, iniustitiæ, ex suo genere lethale, quatenus proximo non redditur, quod supposito pacto, & conuentione, ei ex iustitia debetur. Alterum verò, infidelitatis, ex suo genere veniale, vt dicemus, quatenus indecorè dictum, & conuentum opere non impletur, sed falsum efficitur. Reijcienda est ergo opin. Caietani inferius. quæst. 13. ar. 1. asserentis, quando aliquis ex contractu ad id tenetur ex iustitia, quod promissum, conuentumque est,

iustitiam ipsam esse fidei virtutem, qua statur dictis, & conuentis: solum verò esse rationem formalem virtutis fidei, quando quis ex sola morali honestate, modo explicato, tenetur. De infidelitate explicata intelligitur illud Ecclesiastes. 5. *Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere: displicet. n. Deo infidelis* (quæ scilicet opere non impletur) *& stulta promissio*.

Caietanus inferius, q. 113. art. 1. in dubiũ vertit, num virtus fidei explicata distincta sit specie a virtute morali veritatis, seu veracitatis, etiam explicata. Existimatq; eiusdem esse speciei: quoniam, inquit, eiusdem moris esse videtur, hominem verum dicere, & dicta, seu promissa, ac conuenta, vera efficere, illa opere implendo.

6 Arbitror † tamen esse virtutes specie distinctas. Tum quia alterius rationis est verum dicere, ad quod tenetur quis in omnibus assertionibus promissionibus, ac conuentionibus, dũ proferuntur; & alterius, opere implere, quod promissum, conuentumque cum proximo est: virtutes autem morales ex obiectis distinguuntur specie. Tum etiam quoniam obligationes ex illis duabus virtutibus explicatis alterius, atque alte-
7 rius rationis sunt. Obligatio † quippe ex virtute fidei ad promissum implendum, dictumque, seu conuentionem veram reddendam, est per cõparationem ad eum, cui aliquid est promissum, aut cum quo conuentio facta est, eaque de causa, si ille id remittat, promittens non tenetur reddere veram promissionem, aut conuentionem: at verò obligatio ad verum dicendum, hoc est, ad proferendum iuxta id, quod est in mente, tam in assertionibus, quam in promissionibus, & conuẽtionibus, tolli nequit ab eo, quo cum loquimur.

Quòd si, dum quis promittit, animum habeat non implendi, dupliciter peccat. In primis, quia mentitur, contrarium loquens, ac habet in mente, quod commune est, tam assertionibus, quàm promissionibus falsis. Deinde verò, quia propositum habet non adimplendi in futurum promissionem ipsam, vt ex virtute fidei eo ipso tenetur, quòd animum habuit promittendi, nihil impediente coniuncto proposito id non adimplendi. Confirmatur nostra sententia, quoniam qui, solum proponens dare Petro centum, asserit se ea illi daturum, tenetur quidem verum dicere, hoc est, habere tunc animum ea dandi; non tamen tenetur postea dictum suum verum efficere, propositum adimplendo; quoniam ex solo proposito non nascitur illa alia distincta, atque alterius rationis, obligatio per comparationem ad alterũ quæ ex promissione resultat.

Qñ quis solum promittere, atque obligare se intendit ex morali, politicaque honestate, modo
8 explicato, id † quod vt plurimũ euenit, infidelitas, violatiove promissionis absq; vlla rationabili causa, non est ex suo genere culpa lethalis, sed venialis, vt bene Caiet. infr. q. 113. ar. 1. affirmat. Neque, qui promisit, cogi potest a publica potestate, vt, quod, promisit, adimpleat, vt idem Caietanus ibidem rectè subiungit. Multò autem minus tenetur quis implere solum propositũ quicquam adimplendi, quod verbis de futuro, modo supra explicato, significauit. Atque his de causis meritò Caietanus q. 88. art. 1. cit. asserit, parum æstimari hodie simplices hominũ promissiones, iuxta illud, *Pollicitis dies quilibet esse potest*.

9 Obserua † tñ, si quis promissionẽ, ex sola honestate morali secũm se obligantem, iuramento confirmaret, tunc illũ, cui fieret, comparate vtũ ius vt sibi impleatur, concediq; ex ea promissione ciuilem actionem, non solum canonico, sed ẽt ciuili iure, iuxta ea, quæ dispu. 150. dicta sunt, & quæ in calce disputatione sequenti dicetur.

Dictum est, promissionem ex sola morali honestate non obligare ex suo genere sub culpa lethali: quoniã sicut mendaciũ ex suo genere solũ est culpa venialis, & tñ, si proximo sit perniciosum, est culpa lethalis, qñ detrimẽtum, quod infert, non leue est: ita ẽt infidelitas, de qua loquimur, si pernicioſa notabiliter ei sit, cui aliquid promissum est, erit lethalis culpa esto, qui promisit, non intenderit obligare se ex iustitia.

10 Quemadmodum † enim, qui promitteret suppetias se alteri in bellũ illaturum, eaque de causa alius rebus suis aliter non consuleret, lethaliter peccaret, si dum promitteret, mentiretur non intendẽdo illum adiuuare, idque propterea, ꝙ mendacium illud esset perniciosum: ita si, post eandẽ promissionem factam aĩo implẽdi, sua culpa non staret promissis, lethaliter peccaret: eo ꝙ similiter infidelitas illa valde pernicioſa esset ei, cui talis promissio esset facta. Idem dic, si medicus aut aduocatus, operam suam polliceretur ei, cuius vita aut bona periclitarentur, nisi subueniret, & de eo, cui secretum alicuius momenti committeretur, fide accepta de illo non reuelando; quæ omnia exempla sunt Caiet. q. 113. cit.

Illud postremò obserua circa promissionem qua quis solum ex honestate politica ac morali, intendit se obligare, ꝙ cum obligatio, quæ ex ea resultat, & sit ad alterũ, & non sit ex iustitia, sed ex morali solum honestate, consequens est, vt fidei virtus, qua quis ex ea promissione tenetur, & sit virtus iustitiæ annexa, quatenus est ad alterũ, & nihilominus deficiat a perfecta ratione iustitiæ, quatenus, quod ex ea est debitum, est solum debitum ex honestate morali.

Caietanus infra quæst. 88. art. 1. & art. 3. ad 1. & quæst. 113. artic. 1. quibus in locis de simplici promissione loquitur, hoc est, quæ neque iuramento, neque stipulatione firmatur, neque fit in recompensationem pro aliqua re alia, nullam videtur tradere promissionem simplicem, quæ ex iustitia obliget: vnde absoluè ait, obligare solum ex honestate morali, & sub culpa veniali ex suo genere. Contra verò Sotus 7. de iustit. quæstio. secunda, artic. 1. ad primum, aduersus Caietanum indistincte asseuerat, simplicem promissionem ex iustitia obligare, eaque de causa esse ex suo genere culpam lethalem eam non imple-
11 re. Nos verò media via incedimus. Arbitramur namque falsum esse, promissionem omnem simplicem obligare ex iustitia, ac proinde censemus, concedendam esse cum Caietano promissionem,

Digitized by Google

sionem, quæ solum ex morali, & politica honestate obliget, eamque frequentiorem inter homines esse, quàm quæ ex iustitia obligat.

Et nihilominus existimamus, dari simplicem promissionem, quæ ex iustitia obliget, atque adeo ex genere suo sub culpa lethali; immo cuius transgressio obligationem inducat restituendi, non solum damna alia inde subsequuta, sed etiam rem ipsam promissam: eo quòd ex iustitia debita eo ipso sit, quòd fuit promissa: quin in foro exteriori actio conceditur ex eiusmodi promissione acceptata Prior pars huius nostræ sententiæ, in qua cum Caietano conuenimus, & a Soto dissentimus, ex hactenus dictis est perspicua.

12 Posterior † verò, in qua cum Soto consentimus, vel ex eo probatur, quòd, vt disputatione 255. ostensum est, huiusmodi promissio acceptata, est illud pactum nudum, cui priuilegio iuris concessum est, vt ex illo ciuilis oriatur obligatio, atque detur actio, tam donatario, quàm hæredibus illius, aduersus eum, qui gratuitò promisit, & aduersus hæredes illius l. si quis argentum. §. vltimo. C. de donatio. §. aliæ autem, Institut. eodem titul. l. 4. titu. quarto, part. 5. Lusitan. ordin. tit. 55. in princ.

Confirmatur vtraque pars nostræ sententiæ, quoniam, cum gratuita promissio ex sola promittentis liberalitate proficiscatur, sanè in potestate ipsius est illa solum se obligare ex morali honestate, vel omnino sua sponte debitorem rei promissæ se constituere. Sicut enim traditio liberalis rei alicuius, titulus est sufficiens ad transferendum dominium illius: ita promissio liberalis rei alicuius titulus esse potest sufficiens, vt debita sit ex iustitia, si promittens eo vsque intendit se obligare; pacta namque, & contractus, libera sunt dum fiunt; sed postquàm sunt facta, obligant ex iustitia, vel ex ipsa rei natura, vel ex intentione promittentis, si contractus omnino sit gratuitus & lucratiuus.

Quãdo ergo quis ex gratuita promissione ita se intendit constituere homini debitorem, sicut qui castitatem, paupertatem, obedientiam, aut aliud quippiam Deo vouet, se intendit constituere Deo debitorem, censetur intendisse obligare se homini ex iustitia; quando verò non tantum onus intendit supra se inducere, solum existimandus est intendisse se illi obligare ex honestate morali.

Porrò in conscientiæ foro standum in eiusmodi gratuitis est intentioni eius, qui promisit; eo quòd ex sola ipsius voluntate pendeat quousque se debitorem voluerit constituere. In foro verò exteriori coniecturis est id iudicandum, attentis circunstantijs omnibus concurrentibus. Quòd si publica scriptura, aut chirographo, a se subscripto, quis diceret, promitto me daturum hoc, vel illud, aut astringo me id soluturum, censeretur intendisse obligare se ex iustitia, & non ex sola morali honestate.

## Promissio ante acceptationem reuocari ne libere possit, & vtrum ex sua natura id habeat, an ex positiuo iure.

### DISPVT. CCLXIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Promissio antequam acceptetur, regulariter non parit obligationem.*
2 *Donatio antequam acceptetur, potest pro donantis arbitrio reuocari, etiam de iure Lusitano.*
3 *Donãs si mittat rẽ donatario per nunciũ, & anteq̃ donatarius acceptet mortuus sit, donatio redditur nulla, & res restituẽda est hæredibus eius.*
4 *Mandatum morte mãdantis, quando non expiret.*
5 *Procurator ad donandum, si donet antequam ipse vel donatarius sciant reuocatum mandatum, valet donatio.*
*Fallit tamen in matrimonio.*
6 *Acta per procuratorem interim dum ignoratur reuocatum mandatum, valida sunt.*
7 *Famulus vel nũcius retinens sibi, vel iniustè differens rem alteri donandam de commissione donantis, tenetur hæredibus eam restituere.*
8 *Promissio nuda antequam acceptetur, quo casu ciuilem pariat obligationem.*
9 *Obligatio ciuilis an oriatur de iure Castellæ ex nuda promissione antequam acceptetur.*
10 *Actio an detur de iure canonico ex sola promissione, antequam acceptetur.*
11 *Beneficij collatio non est donatio, sed executio eius quod episcopus ex munere facere tenetur.*
12 *Promissionem simplicem non parere naturalem obligationem, antequam acceptetur, ex quo iure proueniat, & nu. seq. decidit.*
*Et quid de iure Castellæ nu. 14-15.*
16 *Promissionis acceptatio triplex.*
17 *Promissio, quomodo cognoscatur a proposito promittendi, ex verborum forma colligitur.*
18 *Donatio ad pias cãs non acceptata an valida sit.*
19 *Actio de iure canonico, & ciuili datur ex promissione nõ acceptata, iuramento tamen confirmata.*
*Et quid in Lusitania, & in regno Castellæ num. 20.*

1 CONueniũt doctores, promissionẽ † antequã acceptetur, atq; adeo antequãm in pactũ transeat, regulariter neq; obligationẽ ciuilem, neque actionẽ in seculari foro parere, vt constat. tum ex alijs iurib. tum ex l. pactum, ff. de pollic. iũcta gl. ibi in ver. offerentis, ex l. nuda pollicitatio. ff. de contrah. stip. cuius hæc sunt verba. *Nuda pollicitatione secundũ ea, quæ sæpe constituta sunt, ad præstanda ea, quæ promiserat, vrgeri quenquam non semper iura permittunt.* Atque hinc oritur pro-
2 missionẽ, seu † donationẽ, anteq̃ acceptetur, posse, pro donantis libito, reuocari, vt habetur l. b. 4. Lusitanarũ ord. tit. 55. in prin. argumẽto a cõtrario sẽsu, & colligitur ex l. 4. ti. 4. p. 5. ex l. si patet, in prin. ff. de manumis. vindicta, & ex alijs iurib.



Digitized by Google

statim citādis, atq; affirmat cōis doctorum sniā, quā sequuntur Ant. Gom. 2. tom. var. res. c. 9. nu. 1. Greg. Lopez l. 4. citata, glo. 1. Iulius Clarus. §. donatio. q. 12. & Molina l. 4. de primogen. c. 2. n. 58. Inde † ét pronenit, si quis dono misit rē aliq; per suum famulum, aut quendam alium cuidam tertio, & antequā tertius ille donationē acceptaret, vel quia eā ignorabat, vel qualibet alia ratione, is, qui dono illā mittebat, mortuus est, donationem reddi nullam, esseque proinde rem illam restituendā hæredibus donantis, non verò donatario. Ita habetur expresse l. 2. §. sed, & si qs, iuncta gl. ibi ff. de don. & affirmat cōis doctorū sniā, quam inter alios, refert ac sequitur Ant. Gom. 2. 10. var. resol. c. 4. nu. 3. Ratio autem est, qm̄ cum mandatū morte mandantis regulariter expiret, vt patet l. mandatum, C. mandati, & §. rectè quoque, Insti. eodem tit. eo ipso donatio illa censetur tacitè reuocata, antequam per donatarium acceptetur. Consentit l. absenti, ff. de donationib. quæ addit, idem esse, etiam si per seruum donatarij res ad donatarium dono mittatur; nisi tñ eo animo illi tradatur, vt statim sit donatarij: cū enim seruus tunc nomine domini recipiat, sitque de numero personarum, quæ donatarij loco accepere possunt, vt disputatione sequenti dicetur, dominoque acquirat, vtique tunc alis donatio, neque expresse reuocari potest, nedum tacitè morte donantis: præsertim cū in eo casu seruus rōnem mandatarij nō sortiatur. Consentit præterea l. si ego, ff. de donat. vnde probanda non est snia Gregor. Lopez l. 23. tit. par. 3. *ver. mutando*, vbi cum Bart. ait, si pecunia sit iam nuncio numerata, non expirare mandatum morte mandantis, sed nuncium posse illam tradere ei, ad quem à defuncto mittebatur: est enim contra iura citata, & communem doctorum sententiam, nisi intelligant de nuncio eos, ad quem mittitur, qui mittentis nomine illam recipiat.

4 Dixi, mandatū † regulariter expirare morte mandātis: quoniā id intelligitur. In primis, si res sit integra, vt l. mandatū circa habetur. Deinde, quoniā, si mandatū sit rei, q̄ mādatarius exequatur post morte mandantis, non expirat morte mādātis, vt ait glossa l. mandatum citata, & habetur l. si vero. §. vlt. ff. mandat. Præterea quia, si mandatum sit ad pias causas, quam nis fas sit mandanti illud reuocare interim dum viuit, morte tamē ipsius non censetur reuocatum, vt cum communi doctorum sententia, quam refert, affirmat Cōuar. 1. var. resol. c. 14. nu. 16. arg. text. in l. si ergo. §. 1. ver. sed benignus. ff. de iure dotium. Idē probat apertius, l. si pater, in princip. ff. de manumissis vindicta; vbi mandatum fauore libertatis morte mandantis non expirat. Quare, si quis aliquid alicui dedit, vt traderet in eleemosynam, aut vt consumeret illud in alia causa pia, talis donatio, & mandatum reuocata nō censentur morte mandantis, sed in ijs ipsis rebus sunt illa instrumenda ad quas sunt tradita.

Ant. Gom. nu. 3. citato, cum communi sententia, quam refert, ait. 5 Si quis † constitutus ab aliquo esset procurator cum facultate donandi, & aliquid donaret, antequam ipse, & donatarius, qui eam donationem acceptasset, conscij essent reuocatam esse talem facultatem, vel expresse, vel tacitè, morte eius, cuius constitutus erat procurator, validam esse eiusmodi donationem. Ratio est, quoniam hoc est discrimen inter mandatarium, & procuratorem, quòd acta per mortem, ac simplicem mandatarium regulariter sunt inualida, postquàm mandatum est reuocatum, etiā tacitè mandantis morte esto mandatarius ipse, isque, circa quē mandatū exequitur, reuocationē ignorent: acta verò per procuratorem, antequam de reuocatione facultatis cōstet, valida sunt. Excipitur c. vlt. de procuratoribus, lib. 6. qñ matrimonium per procuratorē celebratur: quia enim de ratione matrimonij est consensus principaliter contrahentis, vtique, si tempore, quo procurator matrimonium illud celebrat, principalis reuocauerat facultatem, propositumve mutauerat, inualidū erit tale matrimoniū, esto reuocatio à procuratore, & ab altero cōtrahente ignoraretur.

6 Quòd † acta per procuratorem, interim dum ignoratur facultatem esse reuocatam, valida sint, habetur l. si mandassem, l. inter causas, ff. mandati, l. vero procuratori, in prin. & §. 1. ff. de solutionib. & multis alijs iurib. quæ Ant. Gom. ibidem citat, & affirmat glo. c. vlt. de procurat. lib. 6. Obserua tamen, q̄ quando exequutio simplicis mandatarij non esset donatio, sed contractus onerosus cum aliquo tertio, auctore mandatario expensas aliquas fecisset, etiam in deferenda aliqua donatione, tunc, esto morte mandantis, aut alias reuocatum esset mandatū, si tamen id mandatarius ignoraret, dum mandatū exequeretur, competeret illi actio mandati, vt ei no indemnis seruaretur, & vt ipsi persoluerentur expensæ, vt habetur §. recte quoque. Instit. manda. & in calce d. sp. §. 12. subiungimus. Quare ferè nullum est discrimen, si donationem excipias, inter procuratorem, & simplicem mandatarium.

Iuxta hactenus dicta, arbitror † esse dicēdum, si qui famulo, aut cuidam alij aliquid dedit, vt dono alteri traderet, isque iniustè id sibi vsurpauit, aut traditionē, vel manifestationem donationis ei, cui facta fuerat, iniustè distulit, vt acceptare eam posset, contingatq; eum, qui dono misit, interim è vita discedere, teneri tunc eiusmodi famulum, aut internuncium, ad duplicem rei illius restitutionē, qñ donatio non fuit ad pias causas.

Vnam, hæredibus eius, qui donabat: eo quòd mandatum non fuerit impletum, morteque mandantis expirauerit, ac proinde res illa pertineat iam, non ad donatarium, sed ad hæredes donantis, iuxta ea quæ hactenus dicta sunt. Alteram verò donatario, quem vsurpatione, aut detentione illa, iniustè priuauit emolumento illo, quod alioquin erat consequuturus.

Est verò hic euentus satis frequens in cōfessionibus, & a nemine explicatus. Certè Christianis principibus consulerem, legem ferrent, qua statuerent, in donationibus, mandatum non expirare morte mandantis. Aequitas namque postulat, vt voluntas illa defuncti, quam mandari exequutioni

quotioni præcipit, & in qua vsque ad mortẽ perseueranerit, immo & quam ipse ex parte executioni mãdare cepit, perficiatur, neq; eiusmodi iuris ciuilis subtilitatibus impediatur. Interim tñ dũ leges ciuiles citatę hac in parte non reuocantur, earũ dispositioni est stãdum; eo q̃ voluntatẽ, mandatumq; illud defuncti, irrita reddere potuerunt, vt donatio illa effectum cõsequeretur, nihil impediẽte, qđ cõtrarium rationi esset magis consentaneum, & qđ seclusis illis legibus, contrariũ esset dicendum, stando in solo iure naturali.

In principio huius disputationis idcirco dictum † est promissionem, antequam accepteur, 8 regulariter neq; ciuilem obligationẽ, neq; actionem parere, quoniã interdũ ex sola promissione oritur obligatio, & datur ciuilis actio. Vt quando facta est ciuitati ad reparandũ, qđ per incẽdium, terremotum, aut aliam ruinam perijt l. pactum, l. propter incendium, & l. ob causam. ff. de pollic. Item qñ facta est in gratitudinem propter bonorum ciuitate, aut republica, promittenti concessum. Item quando opus promissum est ciuitati, fierique cepit cogitur promittens illud implere.

Item, si quis rem aliquam promisit ciuitati, illamque municipibus tradidit, esto nondum sit a ciuitate acceptata, non conceditur ei repetitio, & reuocatio promissionis, quin, si illam vsurper, cõpareque possessionem illius, conceditur ciuitati aduersus illum repetitio, l. pactum, & l. 1. ff. de pollicit. eũ tamẽ, si quis alicui tradat rẽ aliquam, quam dono dat alteri, qui nondum eam acceptauit, integrum illi sit, eam repetere ab eo, cui illam tradidit, reuocareque donationem, vt patet l. absenti fide donat, & l. si ergo, ff. de neg. gest. Consentiũt in his glos. c. sicut. vers. pollicitationem. 12. quæst. 2. Couar. ea quamuis pactum par. 2. §. 4. num. 15. & Anton. Gom. 2. tom. var. resol. c. 9. nu. 1. quia it, hanc esse communem opinionem.

Vtrum de iure regni Castellæ ex promissione facta priuatis, antequam ab eis acceptetur, oriatur ciuilis obligatio, & detur actio, neque integrum sit promittenti illam reuocare, ac nullam reddere, concertatio † est inter doctores Castel- Quæst. 9 lanos, propter l. 3. tit. 8. li. 3. ord. quæ est l. 2. tit. 16. libr. 5. nouæ collect. cuius verba disput. 255. retulimus. Anto. Gom. 2. tom. var. resolut. cap. 4. num. 3. & cap. 9. num. 3. itemque cap. 11. nu. 18. partem amplectitur affirmantem, propter legem illã, quæ id perspicuè videtur disponere. In quo, inquit c. 4. citius Castellæ excedit, non solum ius commune, sed etiam caponicum, quod ex nuda promissione actionem non opacedit. Eandẽ sententiam sequitur Rodericus Xuarez, Didacus Perez, & Dueñas, quos Molina lib. 4. de primog. cap. nu. 59. refert.

Couar. cap. quamuis pactum, par. 2. §. 4. num. 15. (tametsi ibi non admodum firmus) & li. 1. variar. resol. cap. 14. num. 13. censet, quamuis de iure Castellæ promissio absentis facta valida censenda sit, quatenus, si per aliquem præsentem nomine absentis, vel per ipsummet absentem postea acceptetur, firmare reddatur; attamen nihil lege Castellæ impedire, posse promittentem reuocari, ac nullam reddi, interim dum per donatarium, aut alium loco illius, non est acceptata, atque ita apud iudices practicari: quoniam nõ fuit intentum illius legis reuocare ius cõe, quatenus statuit, vt interim dũ donatio non est acceptata, possit reuocari per donantem. In hac eadem sñia est Greg. Lopez l. 4. tit. 4. gl. 1. & l. 1. tit. 11. verb. *Gran pro.* part. 5. Addit tñ si ex verbis donationis constat, donantem voluisse se obligare, vt quia promisit non reuocare dõnem, vel quia illam iuramento confirmauit, tunc, virtute illius legis Castellæ irreuocabilem esse, etiam antequam acceptetur: & idem videtur dicere l. 1. tit. 11. si in scripturis dicat, se astringere tradere hoc, vel illud. Eandem sententiam amplectitur Molina lib. 4. de primog. c. 2. num. 6. & præter Couar. & Greg. Lopez, citat pro ea Auendanium.

Probat illã primo, quoniã lex illa loquitur solũ de stipulatione, & cõtractu, neq; est extendenda ad dõnem, quæ propriè non est contractus.

Prætermissis verò alijs, quæ tñderi poterant, constat legem illam de nuda etiam promissione loqui. Aut namq; vt disp. 255. retulimus, *Pareciendo que alguno se quiso obligar a otro por promission, o por contrato, o en otra manera, &c.* vbi promissionis meminit, vltra contractum, & vniuersim addidit, *o en otra manera.*

Secundò eam probat, quoniam lex dicit, *Pareciendo que alguno se quiso obligar a otro*: is aũt, qui donauit, non intendit se obligare antequam donatarius certior fit factus, & accepter, iuxta quædam iura, quæ Molina citat.

Rñderi põt, fortasse id verum habere, qñ donatio incipit à traditione per internuncium, vt si donãs mittat, aut iubeat dari aliquid donatario, nulla præcedente promissione, secus aũt qñ incipit à promissione, quoniã promissio obligationẽ faciendi significat; neque de iure cõi obligatio oritur ab acceptatione, nisi tanquã a conditione, sine qua ex eiusdem iuris cõis dispositione non oritur ex promissione obligatio, sed oritur ex promissione ipsa, quæ ex natura sua obligationẽ significat, ac vi sua obligationem efficit. Præterea licet, quod Molina affirmat, verum esset stando in iure cõi, quod obligationem abstulit à promissione, antequam acceptaretur (neque enim homines plus se intendunt obligare, quam iuxta iura, & consuetudinem loci) nõ tamen est verũ supposita ea lege Castellæ, quæ & vim suã obligandi integram promissioni restituit, & in multis alijs ius commune abrogauit. Denique, nihil Molinæ rationibus impedientibus, admittendæ proculdubio erunt limitationes, quas Greg. Lopez fãe opinioni adhibuit.

Tertiò eam probat, qm̃, esto dicamus, dictam legem reiecisse solẽnitatem stipulationis, & deduxisse rem ad æquitatẽ canonicam, qua ex pacto nudo actio exoriebatur; adhuc non põt dici, eam legem excluisse, acceptationem: cũ de iure etiam canonico, acceptatio necessaria sit, & ante eam donans libere possit donationem reuocare.

Dicendum est, cũ ius canonicum nihil in contrarium circa necessitatem acceptationis statuerit,

Digitized by Google

rit, in foro ecclesiastico, quo ad necessitatem acceptationis, standū esse dispositioni iuris ciuilis, vt mox dicemus: legem autē Castellæ manifestè correxisse ea in parte ius commune, eaque ratione in Castellæ regno validam esse promissionē aliquam quæ de iure ciuili, & canonico, valida non est: id quod Greg. Lopez confiteri debet in quadam limitatione, quam addit.

Duæ aliæ rationes, quas Molina addit, nullā vim hñt, eaque de causa, eas nec refero, nec soluo.

Iuxta hæc, licet quondam in Couarruuiæ opinionem propenderim, modo tñ plus in aliorum opinionem inclino, esto promissio, siue scripto, siue verbo facta, nec iuramento, nec promissione eā non reuocādi, sit cōfirmata Ducor, qm̄ id perspicuè lex illa significat: & quoties in ea mentio fit contractus, adiungitur verbum, *o obligacion*, quæ eam etiā comprehendit obligationem, quæ ex simili promissione, & ex quouis alio capite proficiscitur, de quibus omnib. vt relatum est, in princ. illius legis sermo habetur. Quod autem de praxi Couar. refert, alij non docent: quin potius tanquam rem valde in prætorijs dubiam, tā cæteri, quam Couar. ipse qōnem disputant. Et saltem nihil erat adeo receptum, ac firmum, quin fas sit contrarium amplecti. Adde, non immeritò posse vitio verti iurisperitis quòd iura particularium regnorum, plus iusto, ad iuris communis dispositiones pertrahere conentur.

Quæs. 10 Dubium est, vtrum † de iure canonico actio detur ex promissione antequā accepterur. Panor. c. qualiter, de pactis, dari existimat. Ductus verbis eiusdem capitis, quæ sic hñt. *Studiosè agendū est, vt ea, quæ promittuntur, opere compleantur.* In eadem sñia est Fortunius l. 1. ff. de pactis, eam verò confirmat, ex ca. si tibi absenti. de præb. lib. 6. vbi habetur, collationem beneficij, factā ab Episcopo absenti, validam esse, esto is illam nondum acceptauerit, immo neque fuisse factam nouerit: neque Episcopum posse illam reuocare, & beneficium alteri conferre antequam is, cui erat facta, illam repudiet. Immo vero estò illam repudiet, si tamen antequam Episcopus beneficium alteri conferat, repudiationis huius pœniteat, & collationē acceptet, beneficium ad ipsum, & non ad illum aliū, cui posterius facta fit collatio, spectare. Contrariam sñiam, nempe ex promissione, antequam acceptetur, non concedi actionem iure canonico, affirmant idem Pan. sibi contrarius, c. cum inter vniuersas, de electione. nu. vlt. Felinus c. 1. de pactis, a num. 7. & communis doctorum sententia, quam referunt, & sequuntur Couarr. ca. quamuis. pactum par. 2. §. 4. numero decimoquinto Ant. Gom. secundo, tom. variar. resolut, cap. 9. numero primo, & Molina lib. 4. de primog. c. 2. num. 62.

Panor. fundamentū.

Confirmatur.

Decis.

Operæpretium tamen erit simul expendamus, num ex promissione, antequam acceptetur, oriatur naturalis obligatio, ita vt promittens in conscientiæ foro implere teneatur promissionē, nec licitè possit illam reuocare. Ex huius namq; dubij definitione, quid circa præcedens dubium dicendum sit, magna ex parte pendet. Panorm. & Felinus locis citatis oriri arbitrantur, neque promittentem in conscientiæ foro posse reuocare talem promissionem. Contrarium affirmant Bart. l. si vnus. §. Pactus, num. 16. ff. de pactis, cū quadam glo. ibi, Couar. c. quamuis pactum part. 2. §. 4. nu. 15. & Ant. Gom. 2. tom. var. resolut. c. 9. num. 1. nempe non oriri obligationem naturalem (intellige, completam (sed tuta conscientia promittentem reuocare posse promissionem antequam acceptetur. Atque hæc sententia placet, cum qua coniunctum omnino est, de iure canonico ex promissione antequam acceptetur non concedi, actionem, vt cōior doctorum sñia affirmat. Ratio autem vtriusq; sententiæ hæc est, qm̄ ius ciuile in reipublicæ commodum, atq; ad tollendos scrupulos, & minuēdas lites, statuere potuit, vt promissio & donatio, antequam acceptaretur, nullā omnino vim haberet ad obligandum donantem, sed integrum oīno illi esset, promissionem ac donationem pro suo libito reuocare: id autē apertè statuit iuribus supra citatis, quarè, cum iure canonico nihil comperiatur sanctum in contrarium, iuraq; ciuilia in Ecclesiastico foro vim habeant, qm̄ canonico iure nihil in cōtrarium est definitum, vt patet cap. 1. de noui operis nunciatione, & alijs iuribus, consequēs est, vt de iure canonico, neq; dicendum sit concedi actionem, neque oriri obligationem naturalem ex promissione, aut donatione, antequam acceptetur, sed donantem posse libere illam reuocare.

Ad cap. qualiter. de pactis, cui Panormit. nitebatur, dicendum est, ibi esse sermonem de promissione acceptata: id quod magis patet ex lib. 8. Epist. Beati Greg. Epistola 38. vnde caput illud fuit desumptum. Ad cap. si tibi absenti, dicendum est cum Couar. loco citato, beneficij † collationem non esse donationem, sed executionem eius, quod Episcopus ex suo munere tenetur facere; quæ idcirco iuris canonici dispositione statim vim habet, neque potest per Episcopum reuocari. Vt tñ ius canonicum in beneficiorum collationibus meritò id statuit: ita ex rationabili aliqua causa potuisset contrarium statuere, nempe, vt qñ Episcopus pro suo arbitrio, beneficium conferebat, posse interim dum collatio nō esset acceptata, illam reuocare, & beneficium conferre illi, qui dignior & aptior apparet, nihil impediente, quod beneficium non sit bonum Episcopi, sed Ecclesiæ, & quod Episcopus in collationibus solum sit minister, ac dispensator.

Ad Pan. fund.

Ad confir.

11

12 Dubium est, vtrum, quòd † promissio, antequam acceptetur, obligationem naturalem non pariat, sed integrum promittenti sit illam reuocare, proficiscatur ex sola natura ipsa rei, quia videlicet promissio, stando in solo iure naturali, secluso que iure omni positiuo, nō plus obligat: an verò ortum habeat ex iure positiuo, quod ob rationes paulò antea à nobis explicatas, in communebonum id statuit, liberamque reuocationem promittenti concessit non interrogato prius donatario, an vellet illam acceptare.

Quæs.

Pauci sunt, qui de hac re loquantur: eo quòd ad praxim non multum id scire referat Sotus. 3. de

Soti sententia.

Digitized by Google

de iustitia, quæstio. 5. articu. 3. de donatione, quæ verbo absenti fieret, antequã is eã sciret, & acceptaret, cũ prius obiecisset, obligare ante acceptationem, addidit. Respondetur tamen, ꝙ cum datio relationẽ dicat ad accipientem, non videtur oriri obligatio antequàm alter accepret; & ideo reuocari fortè potest, etiam absque vlla iusta causa.

Si autem solemniter coram testibus donatio fiat absenti, tunc standum est iuri ciuili. Arbitrot enim absq; donatarij consensu, vel legitima causa, iura reuocationem non sinere: quòd si ita est, nec conscientia id permittit. Hactenus Sotus. Vbi vides, trepidum, arbitrari, ex promissione, ac donatione non oriri obligationem antequã, acceptetur, ac proinde posse reuocari. Et videtur loqui ex natura ipsa donationis, & promissionis non acceptatæ: cum ea ratione ducatur, quod donatio relationem dicat ad accipientem.

impugnatur. Cæterum licet, vt donatio perfecta sit, in contractumque transeat nominatum, non solum acceptantem, sed etiam accipientem exigat, vt disput. 254. ostensum est; non tñ dicit relationem ad accipientem, nisi secundum dici, vt dialectici appellant. Similiterque licet promissio, vt pacti rationem sortiatur, acceptationem eius, cui fit, requirat, non tamen dicit ad illum relationem, nisi secundum dici: siue autẽ promissio, aut donatio, acceptata sit, siue non, semper relationem scẽm dici inuolùit ad eũ, cui fit. Etenim promissio nõ acceptata alicui fit, & donatio non acceptata similiter alicui fit, sicut & illæ quæ acceptatæ sunt.

Præterea parum id refert ad rem, de qua disputamus, nempè vtrum promittens, aut ex parte sua animo interno, & verbo externo omnino donans, vi talis promissionis obligatus ex natura ipsa rei maneat ad tradendam rem, si donatarius, cui ita ex parte sua se obligauit, illam velit acceptare, atque ea dẽ causa teneatur ad faciendum illum certiorem promissionis, aut donationis, eo modo illi factæ, vt videat an velit eam acceptare.

Item secum ex parte pugnare videtur Sotus in verbis, quæ subiungit. Ex eo enim quòd coram testibus donatio aut promissio, absenti fiat, sanè neque accipiens, neque acceptans, datur: quare si ratio, cui in prioribus verbis nitebatur, vlla esset esto coram testibus donatio, aut promissio, esset facta, reuocari posset, antequàm absens illam sciret, & acceptaret.

Præterea, si de iure communi loquatur, ex hactenus dictis constat, testes nihil omnino impedire quominus promittens, aut eo pacto donans absenti, libere donationẽ possit reuocare; si verò loquatur de iure Castellæ propter l. 3. citatam, atque iuxta opinionem Antonij Gomezij & aliorum quos supra retulimus, sanè testes solum inseruiunt ad probationem: similique modo in eo regno cogeretur ille opere promissionem, ac donationem implere, esto testes non interessent, sed ipse donationem aut promissionem, animo se obligandi, confiteretur. Quare corruunt fundamento, & doctrina Soti.

Def. Quæst. 13 Nihilominus, quòd † ex solo iure positiuo oriatur, promissionem, antequam acceptetur, non parere obligationem naturalem, non verò ex natura ipsa promissionis, affirmat in primis Couar. ca. quamuis pactum part. 2. §. quarto, nu. 16. in vltimis verbis. Deinde in eadem sententia sunt Panorm. & Felinus, dum, vt supra retulimus docẽt, nihil impediente dispositione iuris ciuilis, oriri ex promissione antequam acceptetur, obligationem naturalẽ, & multò magis Fortunius, qui ex illa aut concedi etiam actionem de iure canon. in eadem quoque sententia sunt, qui existimant, ex sola promissione interna oriri obligationem naturalem atque in foro conscientiæ, quos disputat. 265. referemus; multo enim magis id asseuerabunt de eadem cum externa iam fuerit effecta.

Hanc sententiam primo persuadet id, quod supra ostendimus, nẽpe de iure ciuili ex promissione facta ciuitati, aut reipublicæ, concedi actionẽ, esto acceptata nõ fuerit. Si nãq; ea promissio, spectata sola ipsius natura, vim obligandi non haberet, sanè ciuiles ius numquã supra suam naturam, & vim, id illi tribueret. Licet enim ius aliquãdo in cõe bonum consueuerit vim obligandi, quam ex sua natura habent, ab aliquibus contractibus, aut actibus, auferre, vt ab alienationibus factis a minoribus, aut ab Ecclesijs sine solemnitatib. ad id cõstitutis, ab alienatione fundi dotalis, a donationib. sinẽ insinuatione factis vltra certam summã, & a multis alijs; non tñ consueuit vim actib. ad alienandum supra ipsorum naturam tribuere.

Præsertim quando alienatio est merè gratuita, qualis est, de qua nunc disputamus. Neque. n. est æquum, vt respublica meis bonis me spoliet, actionibus merè gratuitis, a me prodeuntib. vim sup. ipsorum naturam tribuendo, vt in alios dominium, aut ius, meorum bonorum trãsferat. Neque forte potest, maximè cum nulla, in re proposita, subsit rationabilis causa, vt id fiat.

14 Secundò, eam † persuadet l. 3. Castellæ citata, q̃ statuit, vt, sine acceptatione, validæ sint multæ promissiones; id quod neque Greg. Lopez, neq; Couarr. negant, quando ex promissionibus constat, promittentem sine acceptatione intendisse se obligare. Neque enim dicendum est, legem illam vim intendisse tribuere eiusmodi promissionibus sup. ipsarum naturam, neque fortè potuit id efficere, vt proximè dictum est.

Tertiò idẽ persuadet, ꝙ qui arbitrantur promissionem externam, antequam acceptetur, suapte natura non habere vim ad obligandum, ducuntur, quoniam ante acceptationem non habet rationem pacti, & antequam rationem pacti sortiatur, habere non possit vim obligandi. At verò hoc fundamentum, vel inde facile euertitur, quod qñ p eũ acceptatur, quia donatario non est constitutus ad id procurator, vtique non sortitur rationem pacti, antequam accedat donatarij consensus, & acceptatio, & tamen, si promissio acceptata sit per tabellionem publicum, aut per filium aut seruum donatarij, illo inscio, neque ad id prius facultatem præstante, eo ipso de iure ciuili incipit obligare promittentem dependenter ab acceptatione, & consensu donatarij futuro, ita quod promittens reuocare nõ potest, promissionem

Digitized by Google

nem illo intermedio tempore, quo donatarius, an illam ratam habeat, non interrogatur, vt disputatione sequenti dicetur: ergo, quòd promissio externa, antequam acceptetur, rationem non habet pacti, non impedit, quominus suapte natura vim habeat tunc obligandi.

Quarò idem persuadet ratio, cui Couarr. loco cit. nititur. Nempe, in gratuitis promissionibus acceptatis, obligationem promittentis, ex natura rei, non oriri ex acceptatione, sed ex promissione ipsa, qua ex liberalitate promittere vult ac se obligare donatario sine vlla recompensatione, aut mutua obligatione, ex parte donatarij; quare, secluso iure positiuo, quod in bonum cõe introduxit acceptationem, tanquam conditionem sine qua regulariter non vult promittentem esse obligatum, vtique, stando in solo iure naturali, promissio ipsa gratuita obligat. Sicut autem ius positiuum acceptationem donatarij introduxit, tanquã conditionẽ, sine qua promissio non obligaret: ita in aliquibus potuit illã oĩno remittere, vt in promissionibus ciuitati factis; in alijs verò potuit illã relaxare ex parte, nẽpe vt sufficeret acceptatio tabellionis publici, & aliorum, quos disputatione sequenti explicabimus: id quod etiã fecit,

15 Eodemq; † modo ius Castellæ potuit plus adhuc laxare habenas, nempe vt nullius acceptatio necessaria esset, qñ cõstaret promittentẽ voluisse se obligare. Semper quidẽ promissio, & donatio, eatenus ex acceptatione donatarij ex natura rei pendent, quatenus, si ille non acceptet, obligatio, quæ ex illarum natura oriebatur, dissoluetur, sicut etiã, postquam acceptata est donatio, aut promissio, dissoluitur obligatio ex illa cõtracta, quotiescunque donatarius obligationem remittit.

Verumtamen quod contendimus, est, promissionẽ ipsam ex natura sua, secluso iure positiuo, quod aliud statuit, vim habere, antequã acceptetur, ad obligandũ ex parte sua promittentem, ita vt manifestare donatario promissionem teneatur, vt, si eã acceptare velit, illam adimpleat, prout ex parte sua ante acceptationem tenebatur.

Est enim magnoperè aduertendum discrimen illud, quod Sotus locò citato, & alibi, inter gratuitam promissionem, & non gratuitam, seu respectiuam, qualis in contractibus cernitur, tradit. Quod respectiua promissio pretij in emptione, & ducendi aliquam vxorem in sponsalibus, etiam ad obligandum ex parte promittentis, est suapte natura conditionalis, si & tu rettribuas, ac repromittas; eaque de causa, ante vtriusque promissionem completam, neutra obligat, sed fas est cuicunque libere ab ea discedere: at verò gratuita promissio est absoluta, ac proinde statim ex parte promittentis, quantum est, natura rei obligat, neque acceptatio ex natura rei necessaria est, nisi vt sciatur, donatarium velle tenere obligatũ promittentem, vt ex parte sua obligatus illi iam est, vi solius spontaneæ, ac gratuitæ promissionis ab eo factæ.

16 Non defuerunt † his nostris temporibus, qui, vt tuerentur promissionem ante acceptationem ex natura rei nullo pacto obligare, triplex genus acceptationis confingerent. Vnum, quo donatarius ipse acceptaret. Alterũ, quo alius loco, & nomine eius acceptaret. Et tertium, quo nullo homine in particulari acceptante, a principe, seu legislatore, per legem acceptatio fieret eo ipso, q̃ lege statuit, vt promissio aliqua absque cuiusquã acceptatione vim obligandi habeat.

Est tñ cõmentitium asserere, legislatores arbitratos fuisse, promissionem ex sua natura non habere vim obligãdi secluſa acceptatione, atque dũ statuerunt, vt promissiones aliquæ sine acceptatione obligarent, intendisse, per eam legem acceptare eas promissiones loco donatariorũ, sicque vim obligandi eis tribuisse. Etenim neque apud iura, neq; apud vllum Doctorem, vel Theologũ, vel Iurisperitum, est ea de re vllum vestigium.

Præterea, qui affirmant promissionem ex sua natura non habere vim obligandi secluſa acceptatione, ducuntur, quia sine acceptatione non sortiuntur rationem pacti: at verò ex eo, quòd lex velit eas sine acceptatione obligare, profectò rationem pacti non sortiuntur, priusquam a donatario ipso sint acceptatæ: quarè commentitiũ est recurrere ad triplex illud genus acceptationis, vt tueantur ex natura rei, secluſa acceptatione, non habere vim obligandi.

Illud postremò admonuerim, lõge diuersa esse,
17 quempiam † promittere aliquid alicui, aut se cum in hunc modum statuere, atque exterius profetre, dono rem hanc Petro, & ex voluntate donandi, mittere illam Petro, seu præcipere vt illi detur. Duo enim priora obligationem donandi significant; hoc verò tertium solum propositum, & voluntatem donandi significat, & imperium vt id exequutioni mandetur. Quarè in hoc tertio quentu ex natura rei, secluſa dispositione iuris ciuilis communis, integrum donatori videtur, antequam res illa Petro tradatur, reuocare donationem; eo quod nondum se astrinxerit ad opere illam complendã, sed illa omnia ex voluntate emanauerint donandi. Quo fit, vt, nihil l. 3. Castellæ impediente, integrum huic in eo regno sit, mandatum reuocare, quandoquidem nihil est, vnde appareat voluisse se obligare; lex verò illa, vt cogi quis possit implere aliquid, exigat, vt constet intendisse se obligare. Eadem ratione, si in eo regno eiusmodi donator moriatur, antequam mandatarius donationem compleat, vtique, cum morte mandantis expiret mandatum illud, res illa tradenda erit hæredibus mandantis, non verò donatario, iuxta iura superius citata.

18 Dubium vlterius est vtrum † donatio ad pias causas non acceptata valida sit. Glossa leg. illud. verb. alia causa. C. de sacrosanc. eccles. inualidam esse affirmat. Eam sequuntur Molina libro 4. de primogen. cap. 2. num. 58. Iulius Clarus. §. donatio. quæst. 12. versic. vlt. Couar. 1. resol. ca. 14. nu. 16. & in rub. de test. part. 3. nu. 13. & Anto. a Gama decis. 383. numer. 3. dicuntque communiter esse approbatam. Quæſ.

Quod notãdum esse addit Iulius Clarus, quia de facili quis responderet contrarium. Pro hac sententia non aliam rationem esse video, quam,

iuxta

iuxta sola ciuilia iura, id proculdubio esse dicendum: nihilque in contrarium iure canonico inueniri dispositum.

Decis. Felinus tñ c. 1. de pactis num. 7. cum Bar. Bal. Pan. & alijs, quos citat, asseuerat, ex ea oriri obligationem naturalem, & concedi actionẽ, ac proinde validam esse. Atque hæc sententia mihi omnino placet. Qm̃ sicut leges ciuiles, quæ inualida reddunt ea testamenta, quæ carent certa quadam solemnitate, nullam vim hñt in dispositionib. ad pias causas, eo ꝙ circa illas nihil, quod earum validitati deroget, prout spectantur in solo iure naturali, vim hẽt sine approbatione Summi Pontificis: ita ẽt neque ciuiles leges, quæ annullãt promissiones non acceptatas, vim hñt in promissionib. circa pias causas; cum nihil tale à iure canonico approbatum reperiatur. Hac eadem ratione dicemus inferius dões ad pias causas validas sine insinuatione esse vltra summã iure ciuili præscriptã, nihil impediente, ꝙ ciuile ius dões, ẽt ad pias causas comprehendere intendat, vt patet l. illud C. de sacrosanct. Eccl. quod nouisse Accursiũ videtur, vt in gloss. citata assereret, promissiones ad pias causas sine acceptatione inualidas esse.

Et dictis in hoc dubio constat, Bartolum etiã & Baldum in ea esse sententia vt dicant, ex promissione non acceptata oriri obligationem stãdo in solo iure naturali: neque eam aliter affirmare possunt, ex ea facta ad pias causas oriri obligationem naturalem, & dari actionem.

Quæst. Postremum dubium in hac materia est, vtrũ ex promissione nõdum acceptata, iuramento tñ à promittente confirmata, concedatur actio iure canonico, & ciuili. Bart. & cõior sententia Iuris Cæsarei interpretum, quemadmodum negant ex pacto iuramento confirmato concedi actionem de iure ciuili; affirmant in eo concedi de iure canonico, vt disp. 256. retulimus: sic quoque negant ex ea promissione concedi actionem iure ciuili. Bartolus q; l. si quis pro eo, ff. de fideiussoribus neque obligationem naturalẽ ex ea prodire affirmat, sed solũ obligationem in ordine ad Deum, quem iurans tenetur non adduxisse in testem falsi, infidelisq; promissionis. Quemadmodum ẽt Inn. & alij negant, iure canonico concedi actionem ex pacto nudo iuramento confirmato, vt ibidem retulimus est: ita quoque negant, concedi ex promissione, de qua agimus.

Decis. 19 Dicendum † nihilominus est cum Pan. c. cum venissent, de constit. nu. 26. & 27. Couar. c. quamuis pactum par. 1. §. 2. nu. 2. & 4. & par. 2. §. 4. nu. 16. & alijs, quos citat, iure canonico, & ciuili, cõcedi ex illa actionem; non quidem, quod reuiuiscat vis ad obligandum, q̃ promissio iuramento non confirmata, stando in solo iure naturali, haberet anteq̃ acceptetur, vt disput. 150. ostẽdimus, sed quod, vt ibi late probauimus, ex iuramento, quod confirmatur, qm̃ ipsa in se non est de re illicita, & quando, tam ipsa, quam iuramentũ merè spontaneè emissa sunt, oriatur, non solum obligatio in ordine ad Deum efficiẽdi, ne in testem infidelis promissionis sit adductus, sed etiam peculiaris ad hominem, cui sub iuramento facta est, ius illi tribuens, ꝙ ad hæredes etiam ipsius pertrã sit, rõne cuius res promissa illi debetur simpliciter, & cuius rõne actio de iure canonico, & ciuili datur, etiam qm̃ promissio, aut contractus, quæ tali iuramento confirmantur, irrita, & nulla sunt iure humano, vt patet c. cum contingat, de iureiuran. c. cum mulieres, eo. tit. lib. 6. ca. quamuis pactum, de pact. libr. 6. & in auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vend. Qm̃ verò hæc satis perspicua sunt ex ijs, quæ disp. 256. & disp. 150. dicta sunt, iũctis ijs, quæ disp. 149. præmiseramus, necesse non est pluta hac de re adijcere.

20 Illud † tamen admonuerim, cum de iure Lusitano irritum esset tale iuramentum, nisi de peculiari regis licentia esset emissum, quin & promissio, esto alioquin esset valida, irrita eo ipso esset, vt disp. 149. ostensum est, vtique ex tali promissione iuramento confirmata actio in Lusitania non concederetur.

In Castella verò, si vera esset opi. Mol. & aliorũ, qui affirmant, ex promissione non acceptata in eo regno non dari actionẽ, sanè, cum licitũ in eo regno sit ea iuramento confirmare, quæ seclusso iuramento valida non essent, vt disp. 149. dictum est; admittendum erit, ex illa iuramento confirmata actionem in eo regno concedi.

Iuxta nostram verò sñiam idem dicendũ est, non quidem, ꝙ ea promissio præcisa à iuramento valida in eo regno non sit, sed ꝙ l. 12. tit. 1. li. 4. nouæ collect. concessum expresse in eo regno est, perpetuas donationes posse iuramento confirmari, vt disput. 149. retulimus. Si tamen promissio eiusmodi non esset perpetua, sed rei alicuius ad tempus concedendæ, tunc, si iuramento confirmatur inualida esset in eo regno: eo quod irrita eo ipso esset, quod iuramento confirmaretur, nisi in dotem, aut arrhas, esset facta, vt disp. 149. ostensum est.

## Promissio à quo acceptari possit, & quousque absenti facta valeat.

## DISPVT. CCLXIIII.

### SVMMARIVM.

1 *Promissio acceptata, etiam inter absentes, per epistolam, aut internuncium, parit hodie virilem obligationem, & actionem.*

2 *Donatio non acceptata, quæ a promissione incipit, perfici potest per epistolam, aut internunctium. Quinimo nuncius specialiter ad id debet esse deputatus: nu. 3.*

*Secus autem erat ante l. si quis argentum. C. de donat. num. 4.*

5 *Promissio de donando facta absenti, vt non possit reuocari, quæ requirantur.*

6 *Promissio gratuita facta præsenti & tacenti, acceptata ab eo censetur, & sic non potest reuocari.*

7 *Donatio acceptata per alium ex iure concessum, licet non possit reuocari, pendet tamen a ratihabitione donatarij.*

Promiss-

Digitized by Google

8 *Promissio facta absenti per quas ꝑsonas acceptari possit, vt fiat irreuocabilis ex parte ꝑmittentis.*

9 *Promissio seu donatio acceptata per notariũ stipulantẽ nomine absentis, an reuocari possit per promittentem antequam ratihabitio sequatur.*

*Et quid in Lusitania seruatur. nu. 10.*

11 *Donatarij hæredes an possint ratam habere donationem per notarium acceptatam nomine ipsius donatarij.*

12 *Donationes duæ de eadem re si sint factæ duobus, quænam præferenda.*

13 *Parochus quo ad vsurarum tantum restitutiones vtilem acquirit actionem.*

14 *Procurator Principis, & communitatis potest eorum nomine stipulari, & promissionem acceptare.*

*Idem in procuratore particularis. nu. 16.*

15 *Tutor, & curator possunt nomine pupilli, & minoris stipulari.*

17 *Debitor si stipuletur à tertio certũ quid dari eius creditori, valet stipulatio.*

18 *Promittens, de iure Castellæ, si intendit se absenti obligare, non potest promissionem reuocare.*

PRomissio eo ipso, quòd est acceptata ab eo, cui facta est, esto intra limites pacti nudi cõtineatur, iuris tñ priuilegio hodie post l. si quis argẽtum. C. de donat. ex ea oritur ciuilis obligatio, & datur actio, vt disputatione 255. & disputatione præcedẽte ostensum est. Hinc † est, quòd quãuis ante legẽ, si quis argentũ ex promissione acceptata nõ offeretur ciuilis obligatio, nec daretur actio, nisi vel interueniret stipulatio vel sequeretur traditio, qua pactũ illũ nudum vestiretur, transiretque in contractũ nominatum donationis: hodie tamen neutrum ad id sit necessarium.

Inde verò aliud oritur discrimen, nẽpè, quod cum stipulatio fieri non possit inter absentes per epistolã, aut internuncium, sed solum inter præsentes, vt disp. 254 vsum est, quondãca † donatio, quæ a promissione incipiebat, interim dum traditio non sequebatur, perfici non poterat per epistolam, aut internuncium, ita vt ex illa ciuilis oriretur obligatio, & daretur actio: hodie verò, quia solo mutuo consensu exterius expresso spondentis, & acceptantis, perficitur, fieri, perficique optime põt per epistolam, & internunciũ, quib. vnus promittat, & alius accepte; non secus, ac de alijs contractibus qui consensu perficiuntur, vt disp. 254. citata dictum est. Ita iuxta l. si quis argentum, & alij iura quæ priuilegium illud promissioni acceptatæ concedunt glo. l. nec ambigi. C. de don. & cõis doctorum sententia, quam inter alios referunt, ac sequuntur Anton. Gome. 2. tom. var. resol. c. 4. nu. 2. & Iul. Clarus. §. testamẽtum. q. 12. vbi cum eadem gl. & communi doctorum sententia, admoner, necessarium † omnino esse, vt internuncius sit ad id specialiter deputatus: alioquin inualida erit donatio.

Dixi supra, ea † donatio, quæ à promissione incipit, interim dum traditio non sequebatur, quoniam donatio, quæ traditione perficitur, etiam ante legem si quis argentum, fieri poterat inter absentes, per epistolam, aut internuncium, quibus mediantibus vnus alteri significaret, se ad illum dono mittere talem rem quam alius reciperet, aut dono illi dare rẽ, quam donatarius apud se habebat, vel quibus donatarius peteret dari nũcio talem rem, aut sibi condonari rem, quã apud se habebat. Ita habetur l. etiam l. absenti. ff. de donat. l. nec ambigi, & l. si aliquid. C. eo. tit. & affirmat communis doctorum sententia, quam Ant. Gom. loco cit. refert, ac sequitur.

5 Dubiũ est, si quis † absenti aliquid dono promitteret, neque tamen is nuncium ad illum mitteret, qui ipsius nomine id illi significaret, sed quidam ex ijs, qui id audierunt, suo proprio motu id illi referret, illeque promissionem acceptaret, an censetur de iure communi perfecta donatio, ita vt promittens non posset, deinceps illam reuocare. Doctores, quos referunt & sequuntur Iulius Clarus, §. donatio. quæst. 1. versic. scias, & Menchaca lib. 2. de vsu controuers. cap. 15. num. 8. negant manere perfectam. Dubiũ. Decis.

Ratio eorum videtur esse, quoniam de iure communi, vt acceptatio perficiat donationem, necesse est, vt promissio ad acceptantem deuenerit per ipsummet promittentem, aut per suũ proprium instrumentum, nempè per suum procuratorem aut per epistolam suam vel internunciũ ad id à se deputatum. Idemque censent esse in contractibus respectiuis, nempè, vt perficiantur, necesse esse, vt mutuus vicissim consensus ab vno ad alterum perueniat per ipsummet consentientem, aut per suum instrumentum; alioquin non ita perfectum censeri contractum, quin vterius liceat ab eo libere discedere. Atque hæc opinio, vt communis, atque in praxi recepta, amplectenda videtur.

6 Dubium deinde † est, si promissio gratuita fiat præsenti, & tacenti, vtrum censenda sit completa, ita vt non possit deinceps reuocari. Communis sententia, quam referunt & sequuntur Iul. Clar. §. donatio. quæst. 14. versic. sed pone, Couarr. in sub. de test. part. 3. nu. 3. & Molina lib. 4. de primogen. cap. 2. num. 76. affirmat censeri perfectã; quoniam licet in onerosis, qui tacet, non censeatur consentire; in gratuitis tñ, & quæ in commodum tacentis cedunt, consentire censetur l. qui patitur, iuncta glos. ibi. ff. mandati, & regula qui tacet, de reg. iur. lib. 6. quare, cum donatio sit expressa, & consensus, seu acceptatio, lege præsumpta, censenda est donatio perfecta, ita vt deinceps reuocari non possit. Neq; dissentit, sed potius cõsentit, Ant. Gom. 2. tom. var. resol. c. 9. nu. 2. cum communi opinione, quã etiam refert; solũ enim negat, in onerosis præsumi consensum tacentis. Dubiũ. Decis.

Qñ cui promissio fieret, ita eam acceptaret, vt illã executionem q; illius, in arbitrio promittentis relinqueret, vt si diceret, si volueris, aut si ita tibi placuerit, tunc promittens non tenetur, saltem sub lethali culpa, promissionẽ implere, quoniam non esset integrè, & plenè acceptata.

Iure et concessum est, vt quidam in particulari stipulari possint pro alijs, acceptareq; proinde promissiones, & donationis, alijs effectas.

Et

7 Et † quauis id operetur, vt donans post eam acceptationem reuocare non possit donationem; semper tamē à ratihabitione, & consensu donatarij pender, vt firma omnino sit donatio. Id in primis cōcessum est ijs, qui sub aliorum sunt potestate, comparatione eorum sub quorum potestate, sunt, vt habetur §. si quis alij, Inst. de inut. stipul. & l. 7. tit. 11. par. 5.

8 Tale in primis † est mancipium comparatione domini: siue enim sibi stipuletur, aut acceptet, siue domino, perinde dominus potest id exigere sibi, ac si ipse esset stipulatus, & acceptasset. Ita habetur l. 2. ff. rem pupilla sal. fore l. 7. cita. & affirmat glo. §. si quis alij citato, atque consentit, §. itē vobis, Inst. per quas perso. nob. acquir. & in sti. p quas perso. nob. oblig. acquir. in prin. Meritò aūt glo. citata, iuxta §. de his, & §. itē placet, in sti. p quas perso. nob. acquirit. addit, etiā stipulationē, aut acceptationem, factam à mancipio domino, qui solū dius habet vsum fructū, aut vsum, validā esse: itemque factam per mancipiū, quod bona fide possidebatur, siue alienum esset mācipium siue esset homo liber. Idem affirmat gl. cap. quanquam, de vsur. lib. 6. verb. possint acquirere.

Talis etiam est filius, interim dum sub patris est potestate, vt habetur l. 7. citata, & affirmant glossæ citatæ.

Talis similiter est religiosus comparatione abbatis, seu monasterij, vt habetur eadem l. 7. & affirmat glossa primo loco citata. Religiosus namque, quo ad acquisitionem bonorum monasterio, mancipio comparatur, iuxta authent. de monachis §. illud quoque, vt cum Bart. & Innocent. affirmat Greg. Lopez l. 7. cit.

Alij verò, qui simpliciter sunt sui iuris, stipulari, & acceptare, non possunt loco eorum, quibus ex parte subducuntur, vt famulus loco heri, filius sui iuris loco patris, aut matris, discipulus loco magistri, & alij similes.

Deinde id concessum est iudicibus, dum nomine partis absentis stipulantur, siue ea pars sit pupillus, siue alius. Itemque tabellionibus, seu notarijs. Quod absque controuersia concedunt omnes, qñ tabellio, aut notarius, in actib. iudicialib. pro aliquo absente eorū, qui ad tale iudicū spectant, stipulatur, aut acceptat, ab alijs, quia id ēt iudicium pertinent. Id verò expresse de iudice, & eiusmodi tabellione, disponit l. 7. tit. par. 5. consentiunt l. 1. §. exigere. C. de magist. conueniendis, l. nón aliter. ff. de adopt. l. 2. 3. & 4. ff. rem pupilli saluam for. & c. quanquam, de vsur. lib. 6.

9 Qñ † verò tabellio, aut notarius, tanquam minister qdē publicus stipularetur aut acceptaret, attamen extra iudiciū, est controuersia maxima inter doctores, quam dilucidius, quàm alij, refert Molina lib. 4. de primogen. c. 2. à num. 67.

Quæs.

Ipse autem censet, non esse dubitandum, acquiri absenti ex tali tabellionis acceptatione vtilem actionem, ita vt necessarium nō sit tabellionem cedere in illum eam actionem: quia hanc affirmat esse communem opinionē Bart. & aliorum, quos citat. Id etiam tabellionis acceptationem operari vult, quòd, sequuta ratihabitione, seu acceptatione, donatarij, oīno cōfirmatur donatio, competitque donatario vtilis actio aduersus donatorē, atq; illius hæredes. At verò dubiū notum ait esse, vtrum, interim dum non accedit ratihabitio & acceptatio donatarij, integrum donatori sit reuocare donationem per tabellionem acceptatā, eamq; nullam reddere ac proinde extinguere vtilem illàm actionē, quæ ex tali tabellionis acceptatione donatario competebat dependenter ab ipsius ratihabitione, & acceptatione.

Cōis doctorum sententia quā, inter alios, referunt, ac sequuntur Couarr. in rub. de testi. par. 3. nu. 13. & 1. var. resol. ca. 14. nu. 12. Iul. Clarus. §. donatio quæst. 3. & Greg. Lopez l. 7. citata, asseuerat, donatorē in illo intermedio tempore reuocare non posse donationem: eo quòd, sequuta acceptatione per ministrū publicum, non minus firma & completa censeatur, quàm sequuta acceptatione per filium familias, mancipium, aut aliam personam, cui iure concessum sit, nomine absentis stipulari, aut acceptare: quarè, cum in intermedio tempore inter horum acceptationem, & ratihabitionem donatarij, non possit donator reuocare donationē consequēs est, vt neque in intermedio tēpore inter acceptationē tabellionis, & ratihabitionē donatarij, possit eam reuocare.

Contrariam sententiā amplectūtur Decius, & multi alij quos Molina loco cit. nu. 69. refert, ac sequitur, nēpe integrū esse donatori in intermedio illo tēpore illam reuocare: neque desunt inter autores huius opinionis, qui affirment, illam esse eōem. Ducuntur, quoniam non inuenitur textus, qui eam vim tribuat donationi acceptatæ per tabellionem, aut notarium, vt ante ratihabitionem donatarij non possit eam donator reuocare.

1 Quid de hac re sentiam, quæ sequuntur, appe- Decis.
2 nio nio Couar. & Ialij Clari. Atq; in Lusitania, † videtur omnino amplectenda, non solū quia cōior, & quia Bar. opinio, sed ēt quia videtur sancita l. 4. red. tit. 5. in prin. his verbis. *As doacoens que ras & simpresmente feitas sem algoa condicao, ou causa passada, ou presente, ou futura, tanto que sam feitas per voorgamento da queles que as fazem, & acceptacam da queles a quem sam feitas, ou o tabalham, ou pessoa que per dereito em sem nome pode aceitar, logo sau firmes & perfeitas em tal guisa, que iamais em tempo algum naum podem ser reuogadas.* Ecce solum in particulari expressit personam tabellionis: reliquas verò personas, quæ de iure acceptare possunt nomine absentis generalibus verbis comprehendit. Porrò acceptatio donationis per tabellionem, non in iudicio, sed extra iudicium, fieri consuevit.

Deinde, stando in solo iure cōi, non video textū apertum, qui tribuat tabellioni, aut notario, facultatē stipulandi, & acceptandi extra iudicium nomine absentis: oēs enim, si expendantur, loqui videntur in iudicio, atque ex iudicis præscripto.

Tertiò, omnino displicet opinio Molinæ loco citato, quatenus ex vna parte affirmat, donationem acceptatam per tabellionem parere vtilem actionem absenti, sequutaque ratihabitione

ne

ne absentis, manere omnino firmam donationē; & ex altera asserit, in illo intermedio inter acceptationem tabellionis, & ratihabitionem donatarij, posse donatorem illam reuocare; & extinguere vtilem actionem.

Etenim nullus est textus expressus, qui acceptationi tabellionis extra iudiciū factæ vim ad illum primum effectū, aut ad alium, plus tribuat, q̄ si esset persona alia particularis: quarè, si ex illo capite Molina negat acceptationem factā extra iudicium reddere irreuocabilem dōnem, debet ēt negare, acceptationem vim habere, vt ex ea absenti resultet vtilis actio, & vt sequuta ratihabitione, sit donatio oīno firma: perinde atque ex acceptatione hōis priuati nomine absentis nihil illorum sortiatur donatio facta absenti: id qđ ex eo fundamento negare etiam videtur Cynus, & alij, quos Molina vbi supra num. 70. cit.

Quartò, tanq̄ opinio cōis, & quæ de iure Lusitano est sancita, & vbique in praxi videtur magis recepta amplectenda est opin. Couat. & Iulij Clari (Cum Bart. Ioan. & cum Glossa Accursij §. si quis alij, Instit. de inutilib. stipul. Doctores nāque ita cōiter intelligunt iura, vt tabellio, aut notarius, facultatem stipulandi, & acceptandi habeat nomine absentis, quotiescunq; tanquā persona publica acceptat: licet autem, qñ in scriptura publica acceptat censeatur tamquam persona publica acceptare, nisi aliunde contrarium constet: quando tamen verbo in colloquijs priuatis acceptaret, non censeretur, vt publica persona acceptare, nisi exprimeretur: quare non est necesse, vt semper tanquam persona publica accepter, acceptareque præsumatur: quod tamen Molina loco citato contendit.

Quinto, qñ acceptatio non esset circa meram donationem, sed cum modo, & grauamine iniuncto donatario; de quo dubium esset, an donatarius id vellet acceptare cum eo modo, & grauamine, & multò magis qñ acceptatio esset in contractib. respectiuis vtique, ex sola acceptatione tabellionis nomine absentis, donatio, aut alius contractus, nullā sortiretur firmitatem ante ratihabitionem, & consensum absentis; qui vicissim alteri secum contrahenti manifestus fieret, sed integrum in illo intermedio tpe illi alteri esset ab donatione, aut cōtractu, recedere, vt bene loco citato Molina affirmat. Ratio autem est, quoniā, cum ciusmodi contractus respectiui sint, atque singulorum consensus hanc tacitam habeant conditionem, si, & tu vicissim in grauamine, aut retributione, consentias; sanè sicut is, cuius nomine tabellio acceptasset; discedere posset à contractu, antequam ipse per seipsum consentiret, & id alteri contrahenti notum fieret, ita ēt is, qui priori loco adhibuit consensum, discedere posset, reuocareque suum consensum; etenim eiusmodi contractus, non censentur perfecti ante vtriusque consensum mutuò acceptatum.

Obserua, qñ donatio esset ingens, & modus, ac grauamen adeò modicum comparatione donationis, vt credendū omnino esset, nullū id non esse acceptaturum cum eo modo, & grauamine, vt euenire solet in institōnib. maioratuum, tūc sanè, idem dicendum erit de eiusmodi institōnib. ac vocationibus ad illas, quod de alijs meris donationibus, quando (iuxta ea, quæ suo loco dicentur) irreuocabiles instituerentur, vt ex se est satis perspicuum: cum sit prorsus eadem ratio.

11 Iuxta hactenus † dicta patet, quid dicēdum sit ad sequens dubium. Petrus donauit centum aureos Ioanni absenti, & loco Ioannis acceptauit tabellio, sed anteq̄ donatio ad aures Ioannis peruenisset, isque illā ratā haberet, Ioannes è vita discessit, quæritur, nūm actio vtilis, q̄ Ioanni ex tabellionis acceptatione competebat, transeat ad hæredes Ioannis, possintque dōnem ratam habere, atque acceptare. Ad quod proculdubio, iuxta opinionem Couarr. & Iulij Clari, quam paulo ante amplexati sumus, affirmanter est respondēdum, vt ipsimet affirmanter etiam respondent. Dubiū. Decis.

Etenim ex acceptatione tabellionis acquisitū fuerat Ioanni integrum, & perfectum ius ad rem promissam, tamquam ex donatione integra, & perfecta, quæ iam reuocari non poterat per Petrum, eaque ratione, ius illud iam perfectè acquisitum, transit ad hæredes Ioannis.

Idem omnino dicēdum est, si Petrus ante acceptationem Ioānis moreretur: tunc enim, quia acquisitum erat Ioanni ius perfectum ex tabellionis acceptatione, nequid ibi interuenit mandatum quod sorte mandantis expiraret, & ex cuius tacita reuocatione donatio nulla redderetur; vtique hæredes Petri debitores sunt Ioanni, & hæredibus Ioannis, rei a Petro Ioanni donatæ. In his consentit etiam Molina lib. 4. de primog. c. 2. nu. 77. tametsi ductus alijs fundamentis, quę apud illum legas.

12 Ex eisdem patet, † quid ad hoc aliud dubium dicendum sit. Petrus donauit equum Ioanni absenti, tabellioque nomine Ioannis acceptauit donationem, sed antequam Ioannes ratam eam haberet, eundem equum donauit Francisco, qui per seipsum donationem acceptauit, quæritur, quæ harum donationum præferenda sit.

Dicendumque proculdubio est, si neutri facta sit traditio, Ioannem, cui prius facta fuit donatio, & qui prius ius perfectum acquisiuit, præferendum esse. Si verò traditio facta fuit Fráciſco, quia tunc eo ipso dominium consequutus est, Ioannes verò solum habebat ius ad rem, actionemque personalem, dicendum est præferēdum esse Francisoum; attamen Petrum teneri Ioanni persoluere integrum rei valorem, ratione iniustitiæ aduersus illum commissæ, tradendo Francisco rem sibi ex iustitia debitā. In his consentiunt Couar. in Rubr. de test. part. 3. num. 13. & Iulius Clarus quæstio. 13. cit. quicquid alij in contrarium dixerint. Dubiū. Decis.

13 Parochus † licet cap. quanquam, de vsuris lib. 6. inter eos computetur qui vtilem actionem cōparare possunt absentibus; id tamen solum habet locum in casu illius capitis, vt ex textu ipso est manifestum, nempe, vt cautione ipsi præstita de restituendis malè partis per vsuram, vtilem actionem comparet ijs, quibus sunt restituenda.

Procu-

Digitized by Google

14 Procurator † principis ciuitatis, oppidi; aut alterius communitatis, stipulari & acceptare potest nomine eorum, eoq; ipso cõparat illis vtilẽ actio-
15 nem. Idem est † de tutore pupilli, & curatore minoris, amentis, & cadẽ rõne prodigi, cõparatione eorum, quorũ est tutor, aut curator. Ita hẽ l. eum qui. §. vlt. ff. de constituta pec. & l. 8. tit. 11. par. 6.
16 Procurator † cuiusuis alterius, licèt possessionem & dominium rei, quã nomine eius acquirit, comparet ei, cuius est procurator; etiam si ille id ignoret, vt habetur l. possessio quoque. §. vlt. ff. de acquir. poss. & l. ea quæ ciuiliter, ff. de acquir. rerum dominio, nihilominus, si aliquid nomine illius stipuletur, aut acceptet, non eo ipso competit actio ei, cuius est procurator, sed necesse est eã illi prius cedat. Si tamen cedere illam renuat, cogetur iudicis autoritate, mãdatique actione, eam cedere, vt habetur, §. vltimo citato. & l. 1. in fine. ff. de institoria actione. Aut certè tantum de bonis procuratoris traditur ei, cuius erat procurator, quantum ea actio æstimabitur, vt iuxta iura citata, habetur, l. 8. tit. 11. p. 3. Quando autem nõ sunt bona illius, & siue morte, siue absentia, aut alia simili de causa, sufficienter subuenri aliter non potest ei, cuius erat procurator, aut cuius negocium gesserat; tunc vtilis actio sine vlla cessione illi conceditur, vt habetur l. 2. ff. de instito. actione, & colligitur ex l. pe. §. vlt. C. ad Trebell. & ex leg. 1. Code actionibus & obligationibus atq; hęc omnia disponuntur l. 8. citat. Lege alia iura, quæ Fabro Gregor. Lopez ibi citat.

Insequentibus tñ euentibus ex stipulatione, aut acceptione eiusmodi procuratorum conceditur absque vlla cessione vtilis actio ei, quorum sunt procuratores. In primis, si præsens sit is, cuius quis est procurator, dum stipulatio, aut acceptatio fit l. si procuratori præsentis. ff. de verborũ obligationibus, & l. 9. tit. 11. par. 5. Deinde, si stipulatio, aut acceptatio, fieret circa soluendam pensionem, fructus, aut alios reditus, ex re propria illius, cuius est procurator, vt ex locatione domus, aut alterius rei. l. quod procurator, ff. de procuratorib. & l. 9. cita. Item quando stipulatio facta esset in iudicio. l. omnibus. 1. ff. de prætor. stipulatio. l. si procurator. ff. si quis caut. & l. 9. citata.

Quando stipulanti, aut acceptanti, interesse dari, aut fieri aliquid, alteri absenti, valida est stipulatio, qua ipso id illi alteri stipulatur. Vt si tutor cedat alteri tutelam, valida est stipulatio, qua ipse rem pupilli saluam fore ab illo altero stipulatur. Si item quis stipulatur dari aliquid procuratori suo, valida est stipulatio: quoniam id in commodum ipsius stipulantis cedit.

17 Item, si quis † stipuletur a Ioanne dari cẽtum Petro, quæ stipulator ipse debet Petro, valida est stipulatio: actio tamen non competit Ioanni ex ex stipulatione, sed ipsimet stipulanti, qui cogere Ioannem potest, vt, quod promisit sibi dare Petro, soluat Petro, & insuper, vt sibi satisfaciat, si quæ damna ex eo sequuta sibi sunt, quod non soluerit Petro tempore constituto. Ita habetur institut. de inutilibus stipulationib. §. sed & si quis. l. stipulatio ista. §. si stipuler, & §. si quis insulam. ff. de verb. obl. & l. 10. tit. 11. par. 5.

Euentus omnes explicatos, & quosdam alios, in quibus valet stipulatio, aut acceptatio, facta absenti, aut nomine absentis, ponit gl. 2. §. si quis alij, Insti. de inutil. stip. Eam legito.

Illud post remò est obseruandum, iuxta legem tertiam Castellæ tit. 8. lib. 3. ordin. quæ est l. 2. ti-
18 tu. 16. lib. 5. nouæ collectio. quando † promittens Ius Ca
interi si se absenti obligare, non posse reuocare pro stellæ.
missionem, nostra quidem sententia disputatione præcedẽte explicata, esto nullus omnino eam promissionem nomine illius acceptasset; ex omnium verò sententia, qñ saltem per aliquem priuatum, nomine illius esset acceptata, vt Greg. Lopez Couar. & alij doctores, qui cum ipsis conueniunt, affirmat. Multò autem magis non poterit in eo regno illam reuocare, quando per aliquã ex personis hactenus explicatis esset acceptata.

## Donationi an modus, & grauamen in fauorem tertij possit apponi. Et num, antequam per eum acceptetur, possit tolli, ac reuocari.

### DISPVTAT. CCLXV.

*SVMMARIVM.*

1 *Donationi perfectæ conditio, aut grauamen apponi non potest: secus si non est perfecta. & nu. 2.*

3 *Donatarius si grauetur restituere post certum tempus rem sibi donatam cuidam tertio acquiritur ei, & eius hæredibus vtilis actio ad eam rem exigendam.*

*Imo etiam actio realis secundm aliquos. nu. 4.*

*Contrarium tamen tenet, nu. 5.*

*Secus tamen est de iure Castellæ nu. 7.*

6 *Intellectus ad l. 1. & l. quoties. C. de donatio.*

8 *Conditio apposita seu grauamen in donatione in fauorem tertij, an possit a donante remitti, antequam ab illo tertio acceptetur: vbi tenet cũ Bar. & magis communi.*

*Et qd si tertius ille esset ecclesia, vel pius loc9. n. 9.*

*Item quid de iure Castellæ nu. 10.*

Disputatio hæc quoad posteriorem illius partem cum præcedente disp. est conũcta & ideo hoc loco examinanda est. Donationi † eo ipso, q9 perfecta est, quia videlicet non potest iam reuocari, vel qm̃ acceptata est, vel ex alijs capitibus iuxta ea, quæ hactenus explicata sunt, neque conditio, neq; grauamen aliud apponi potest, sine donatarij libera voluntate. Ita hẽ expresse l. perfecta. C. de don. quæ sub modo, & affirmãt Couar.
2 1. var. resol. c. 14. n. 1. & Doct. cõiter. Interim † verò dum reuocati potest, apponi ei potest cõditio, vel aliud grauamẽ, tam in fauorem ipsiusmet donantis, quam in fauorẽ tertij, nẽpe, vt post tãtum tps, aut post mortẽ donãtis, restituat, vt rem totã, vel partẽ, tali, vel tali, aut Ecclesiæ, vel Hospitali, velut quotannis tantum, vel tantũ, ad hoc vel illud soluat, aut faciat hoc vel illud. Ita argumento a contrario sensu hẽ l. perfecta, citata, & expresse

l.1.2.3.eodem tit. & l.7. tit.4. par.5. atque affirmant Couar.ibidem,& doctores communiter.

Ratio aũt est,qm̃ cum donatio ex mera donãtis liberalitate proficiscatur,neq; donatarius eam acceptare cogatur, integrum sanè donatori est,donare,quod suum est,appositis quibuscunq; conditionibus,& grauaminibus, quæ iniqua in se non sint, neque iure positiuo vetita.

3 Si donatarius † grauetur restituere post certũ tempus rem sibi donatam cuidam tertio, tunc, esto tertius ille,neque stipulatus fuerit a donante, neq, donationem acceptauerit,aduenientе tempore,quo res est restituenda,competit illi,& hæredibus illius,vtilis actio ad eam rem exigendam, vt expresse habetur l.quoties. C.de donatio.sub modo,& consentit communis doctorum sententia.

Decius,& alij,quos Couar.vbi supra num.3. Quæst. 4 refert,censuerunt, eiusmodi † actionem esse non solum personalem, sed etiam realem, posseque proinde eiusmodi tertium vendicare illam a quocunque possideretur. Vnde vlterius infertur, eo ipso quod illi rei à donatore appositum est grauamen illud, non solum non posse donatarium illam alienare,sed etiam si id tentet, alienationem esse nullam.

Argu. Ducũtur,vt hanc sibi opinionem persuadeant, quoniam,vt habetur l.quoties,citata, antiquitus, quando tertius ille, neque stipulatus a donatore erat rem illam sibi restitui,neque donationem acceptauerat,si, aduenientе tempore restitutionis, donatarius illam non restituebat, concedebatur actio,non tertio illi, sed ipsimet donatori ad illã exigendam:lege verò illa quoties,conceditur vtilis actio illi tertio,nempe illa, quæ quondam donatori concedatur;sed actio,quæ donatori conceditur,quando pactum & grauamen donatario appositum non seruatur,est rei vendicatio, vt patet l.prima. C. de donatio. quæ sub modo, ergo hæc eadem competit illi tertio.

Cõfir. Confirmat hanc sententiam l.7.titu. 4. par.5, quæ statuit, quando donatarius grauatus est restituere post certum tempus,vel donatori,vel alicui tertio rem sibi donatam, aduenientе eo tempore transire ipso iure,absque aliqua traditione, dominium & possessionem talis rei in eum,cui erat restituenda,

Decis. 5 Contrariam sententiam, nempe † actionem, quæ competit illi tertio, esse solum personalem, ac proinde, si res illa a donatario vendita & tradita sit alicui alteri,aut alio titulo sit alienata, validam esse alienationem, solumque posse agi aduersus donatarium ad interesse,affirmat communis doctorum sententia,quam referunt & sequũtur Couar.numero 3.cita.& Anton. Gome. ad l. Tauri.num.25.

Atque ea est nobis proculdubio amplectenda: quoniam vt habetur l. traditionibus. C. de pact. & dispur.2.& 3.latè a nobis explicatum est, regula est generalis;sine traditione non transferri dominium,nisi in casibus expressis a iure; in quorũ numero non est is,de quo disputamus,vt ex solutione argumenti,cui contraria sententia nititur, erit manifestum. Quod si tertius ille, cui restitutio rei donatæ faciendæ foret, esset Ecclesia, aut alius pius locus,vel ciuitas, aut in redemptionem captiuorum esset id insumendum, tunc actio realis ad illud vendicandum competeret,iuxta l.penult.C.de sacrosanctis Ecclesijs,vt disp.3. fusius dictum est. Alias rationes,& iura, lege apud Couar.& Anton.Gom.loca citatis.

Ad argumentum contrariæ opinionis,concessa maiori,neganda est minor. Id autem,quod l.1. Ad arg. 6 disponitur, solum † habet locũ in casu illius textus, nempe quando quis donauit aliquid cum eo grauamine,vt sibi alimenta ministrarentur:quãdo enim non ministrantur, conceditur ei realis actio ad vendicandam rem,quam donauit,idque peculiari priuilegio alimentorum. Immo verò ex eadem l.iuncta l.quoties, colligitur contrarium in re,de qua disputamus.

Etenim l.quoties,solum conceditur, & donatori,& tertio, cui res erat restituenda, condictio rei illius: condictio verò,vt l. illa 1. habetur, est actio personalis,& non realis: sic quippe in ea lege scriptũ legimus. *Nam non solum condictio tibi in hoc casu,id est,in personam actio,iure procedit, verum etiam vendicationem quoque diui principes in hoc casu dandam esse sanxerunt.* Ad confir.

Quod ad cõfirmationem attinet, Couar.loco cit.num.5. conatur violenta satis interpretatione reducere disputationem illius legis ad terminos iuris communis:ipse † ẽ, vel inuitus, confitetur 7 se illi nõ satisfacere,nanquitq; de iure Castellæ cõpetere actionẽ realem, imò & comparari dominium ac possessionẽ rei illius ab illo tertio ipso, q aduenit tempus, in quo res est restituenda. Alias etiã non minus violentas interpretationes adhibet Anto. Gom. loco cit.nu.2.& legi illi,vt eã ad terminos iuris cõmunis reducat. & postremò etiã addit:dico posse de iure regni Castellæ comparari in eo euento dominium & possessionem. absq; vlla traditione. Atque hoc omnino nobis placuit disp.3.citata,cum Gregor. Lopez ad eam legem,Molina,& Roderico Xuarez, quos citauimus:est.n.ea lex expressa, corroboratq; id lex 6. præcedens,in qua, cũ de donatione rei cũ grauamine,vt alimẽta præstẽtur sermo sit illi in eadem lege equãtur donationes aliæ factæ cũ aliis grauaminib.id q Gr. Lop.ad eãdẽ legẽ admonuit. Hæc q attinet ad priorẽ partẽ disputationis propositæ.

Quod verò attinet ad posteriorem, dubiũ est 8 vtrum,quando † donatio facta est cum grauamine apposito in fauorem tertij, possit donator illud remittere, & reuocare, interim dum ab illo tertio non est acceptatum.

Etenim,vt ex dictis in priori huius disputationis parte constat,illi tertio competit actio ad illud exigendũ aduenientе tẽpore, quo sibi est præstandũ,esto neq; a donatore id fuerit stipulatus, neq; illud acceptauerit, cõpetitq; illi talis actio, ita vt necesse non sit,quenquam in eum illam cedere. Quæst.

In primis,quando in modũ maioratus aliquid esset donatum, vt ordine quodam in illud succederent in perpetuũ aliqui de certa familia, tunc, quia donatio cẽsetur facta familiæ,satis est,si primus acceptet, vt omnino acceptatũ censeatur, ita vt,ex

vt, ex defectu acceptationis, nefas deinceps sit, maioratum reuocare. Ita Molina lib.6.de primogen.c.2.num.75.de qua re suo loco dicetur.

Quando verò quouis alio modo grauamẽ apponeretur in fauorem vnius, aut plurium, qui ordine quodã succederent, conueniunt etiam docto res, si à tertio esset acceptatum, non posse per donatorem reuocari cõparatione illius. Si verò per tabellionem, noïe illius esset acceptatum, Cou.1. var.resol.c.14.nu.11. Iulius Clarus.§.donat.q.13. versi.pen.& vniuersim omnes, quos disputatione præcedente diximus asserere, satis esse donationem, factam absenti, acceptatam esse per tabellionem, vt non posset reuocari, asseuerant, reuocari non posse. Molina verò loco citato.num.74. consequenter ad opinionem, quam ex illo disputatione præcedente retulimus, censet, reuocari posse. Quidam, cum quib. Cou. loco cit.num.13. consentire videtur, arbitrantur, stipulationem factam ab ipso donatore noïe tertij absentis, qua à donatario stipuletur, vt absenti tali tẽpore talem rem, aut tm, vel tm, tribuat, æquipollere stipulationi factæ noïe illius absentis à tabellione, vel notario. Huius tñ assertionis nullum video solidum fundamentum: eo quod non adducatur textus; qui probet, donatarium habere facultatem stipulandi nomine absentis grauamẽ, quod in illius fauorem imponit donatario.

Quando item donator iuramento confirmasset grauamen, inualida esset reuocatio; eo quod ex sola promissione iuramento confirmata, esto a donatario acceptata non sit, datur actio, estque res promissa, simpliciter atque omnino debita donatario, vt disp.263. ostensum est, atque in re proposita, cum Gulielmo Benedicto, & alijs, affirmat Couar. vbi supra num.10.

Quando res non esset integra, quia grauamen solutum esset tertio absenti, conueniunt communiter doctores, non posse reuocari. Ita Iulius Clarus, §.donatio.quæst.13.in calce versic.penult. & Couar. vbi supra in fine, num.13. & num.14. eaque de re sanè non potest esse dubium: quoniam eo ipso tertius ille acceptasset donationem. Iulius Clarus ibidem vult, adueniente tempore constituto, vt solueretur grauamen esto neque traditum, neque acceptatum esset à tertio, cui est soluendum, non posse iam per donatorem reuocari, & idem affirmant multi, quos Couarr. ibidem refert.

Ducuntur, quoniam ab eo temporis momento est iam ius perfectè quæsitum illi tertio. Si tamen Couarru. ibidem attentè legatur, sanè cum eis non consentit, nisi tertius ille esset Ecclesia, aut pius locus, vel captiui, in quorum redemptionem id præceptum esset solui: quia enim ab eo puncto actio cõpetit tertio illi, iuxta legẽ, quoties, citatam: & eo ipso, quòd ius & actio ex donatione Ecclesiæ, & alijs enumeratis, competit comparent ius in re, immo & dominium rei sibi debitæ, iuxta l.penult. C.de sacrosanct. Eccles. inde prouenit, quòd reuocari grauamẽ illud deinceps non possit.

Comparatione verò eius tertij, qui de proximè enumeratis non esset, planè sentit Couarr. cũ Bart. iuxta ea, quæ mox dicemus, posse reuocari: quoniam, inquit, sicut statim, facta donatione cũ grauamine, tertius ille comparauit ius ad rem, sed reuocabile; ita adueniente tẽpore quo res est restituenda, habet solum ius ad rẽ, & actionẽ personalẽ, non verò realem, idq; dependenter ex eo, quod donator in eadem voluntate perseueret, ac proinde est ius similiter reuocabile. Arbitror tamen, recedendum non esse ab aliorum opinione.

Quoniam lex, quoties, non prius donatori, & tertio, tribuit actionem aduersus donatarium ad grauamen exigendum, quam adueniat tempus restitutionis, donatariusque promissum nõ seruet: quarè, cum ab eo puncto tertio illi ea actio iã cõperat, censetur habere ius perfectũ ex dispositione legis, quoties, vt sit sibi omnino, atq; perfectè debitũ, ac proinde tanquam iam illi omninò debitum, ita vt donatarius in culpa sit, si illud ei nõ tradat, reuocare illud non potest donator.

Quando donator, qui grauamẽ apposuit, mortuus esset, antequam adueniret tempus restitutionis, & antequam grauamen acceptatum esset à tertio, in cuius fauorem est relictum, Bar. & communis sententia, quam referunt & sequuntur Couar. loco cit.num.17. & Iulius Clarus.qu.13.cit. versic.vlt. affirmant manere eo ipso donationem grauaminis confirmatam, neque reuocari posse per hæredes donatoris: eo quòd potestas, & ius, quod in donatore erat ad reuocandum grauamẽ, non transeat in ipsius hæredes. Ita probant l.3.ff. de seruis exportandis. l.1. iuncta glo. ibi in verb. si iam discesserat. C. si mancipium ita fuerit alienatum. & l.3.ff. qui sine manumissione.

Exceptis his omnibus euentibus, Bar. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verborum obligationib. & communior multo doctorum sententia, quam referunt & sequuntur Couar. 1. var. resol. cap. 14. à num.7. Iulius Clarus. §. donatio. quæst. 13. ver. penult. Nauar. in Apolog. de redit. Eccles. quæst. 1. monito. 71. & Molina lib.4. de primog. cap. 2. num.74. affirmat, integrum esse donatori pœnitere, ac reuocare grauamẽ in fauorem tertij appositum. Eam probant. Primò ex l.3.ff. de seru. expor. ex l. 1. & vlt. C. si mancipium ita fuerit alien. & ex l.3.ff. qui sine manumissio. vbi habetur, vendito, aut donato mancipio sub ea lege, & grauamine, vt post certum tempus manumitteretur, integrum esse domino ante illud tempus pœnitere, ac reuocare grauamen in fauorem mancipij appositum: ergo idẽ est in quocumque grauamine in fauorẽ cuiuscumque alterius tertij appositi, antequam ab illo acceptetur. Secundò, ex l. Aristo. in princ. ff. de donat. vbi probatur, donationem, quatenus aliud pactum continet, esse contractum innominatum, eaque de causa, quoad eum pactum, licitam esse pœnitentiam; vt si quis seruus suum dono Socrati dedit ea lege, vt post quinquennium manumitteretur, licitam esse pœnitentiam intra quinquennium, elapsoque quinquennio posse illum separare à Socrate, & seruituti eum subijcere, vt Bartol. Paulus Castrens. & multi alij, eum textum interpretantur, iuxta l.3.

§.1.ff.de condictio. causa data, & iuxta l.pecuniam.§.1.eo.tit.vbi id expresse habetur.

Tertiò argumentatur Molina,quoniam qñ ali quid donatur alicui cum grauamine in fauorem tertij,censentur ibi esse duæ donationes: vna,rei, quæ donatur,altera verò cõparatione tertij,quoad grauamen, ꝙ in illius fauorem constituitur;ergo sicut prima antequam acceptetur, potest reuocari;ita & secunda, interim dum grauamen illud ab illo tertio non acceptatur. Hæc tamen ratio nõ eas vires habet,quas primo aspectu vr habere.

In primis,quoniã excipienda sunt priuilegia, quæ l.quoties. C.de donatio quæ sub modo,huic secundæ,& nõ illi primæ donationi sum cõcessa. Deinde,quoniam Barto. & ferè cæteri,qui illum sequuntur,censent, suam opinionem locũ habere,ẽt si tertius,in cuius fauorẽ grauamen esset appositũ,esset Ecclesia,aut alia pia causa:at verò donatio facta ciuitati,valida est sine acceptilatione, vt disput.263.ostensum est. Et fortasse,iuxta ea, quæ cum eodem Bar. Felino, & Baldo ibidem de donationes ad pias causas antequam acceptetur, dicta sunt recedendum erit à Bar.& communioni sententia eorum qui Bartolum sequuntur, qñ grauamen appositum esset in causæ pię fauorem.

Contrariam sententiam, nempe eo ipso,quod facta & acceptata est donatio, cui grauamen est impositum, nefas esse donatori reuocare, grauamen,ẽt si acceptatum ab eo non sit, in cuius fauorem est appositum, sequuntur Paulus Castrensis varijs in locis, Guli. Bened. Rodericus Xuarez, Dueñas,& alij, quos Anto.Gom.ad l.40. Tauri. num.29.refert ac sequitur. Et quamuis Rodericus Xuarez asseueret, cõem doctorum sentẽtiam esse contra Bar.meritò tamen Anto.Gome. fatetur, Bartoli opinionem multò esse communiorẽ.

Argumẽtum. Hanc suam sententiã probant hi autores. Primò,ex leg.quoties. C.de donat.quæ sub mod.Ea namque lex ius & actionem tribuit tertio, etiam ante acceptationem grauaminis, cum tamen donatio non acceptata, neque actionem, neque ius tribuere soleat, vt ex dictis præcedentibus disputationibus constat: quarè,cum ius & actio alicui acquisita,reuocari non possint consequens profectò est,vt tale grauamen reuocari non possit.

Soluitur Dicendum tñ est,solum probare, nõ posse reuocari postquã transactum est tempus,post quod debet impleri iuxta ea, quæ supra cum autoribus contrariæ opinionis dicta sunt: ab eo.n.solũ tempore competit tertio ius plenum, & actio ad petẽdum grauamen,vt supra dictum est, idq; dependenter ex eo,quod antea non fuerit per donatorẽ reuocatum,vt probant alia iura citata.

Argumẽtum. Deinde eandẽ sniam probãt ex l.1. ff.qui sine manumiss.vbi Paulus Iurisc5sultus ait, si seruus venundatus sit ea lege, vt post certum tps manumittatur,esto venditor pœniteat, manere libertũ.

Soluitur Glossa tamen Accursij ibi respondet, sermonem esse de pœnitentia vẽditoris post trensactum illud tempus, atque adeo postquàm mancipium consequuturum erat libertatem,in quo casu reuocari non potest, vt supra dictum est. Quarè Bartoli opinioni,tanquam cõiori,& quæ iuribus posteriorib. nititur,adhærendum censeo.

Nota bene Couar. loco cit. in calce num.8. qñ grauamen impositum fuisset in fauorem hæredis donatoris,validam ex omnium opinione esse rẽuocationẽ,esto transactum esset tps in quo grauamen esset adimplendum, & esto grauamen esset acceptatum a tali hærede; id verò satis est manifestum ex ijs,quæ diximus disput.196.

10 Illud † postremo est obseruandum, in regno Castellæ,iuxta l.3.ordin.sæpe citatum,ex omniũ sententia grauamen appositum eo ipso, quod à quocunque priuato est acceptatum nomine tertij,in cuius fauorem appositum est, non posse amplius reuocari. Ex nostra verò,& eorum sentẽtia, quos disp.263.citauimus, eo ipso,ꝙ grauamen a donatore est appositũ animo se se obligandi,non posse etiam reuocari, etiam si à nemine sit acceptatum,neq; aduenit tempus, in quo impleri per donatarium debet,vt ex dictis eadem disputatio, ne est manifestum. Ius Castellæ.

## Promissio interior hominis facta, vtrum vim habeat obligandi.

### DISPVTATIO CCLXVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Dominium ex solo actu seu promissione interiori, nõ transfertur,& quare,nu.2.*
*Quod etiam habet locum in regno Castellæ.num.4.*
3 *Exceptione de iure ciuili competẽtes, oẽs extrenæ dicuntur,etiam si competant de iure Castellæ.*
5 *Donatio interna secũdum ius naturale,an obliget donantem in foro conscientiæ,ad manifestandũ, & tradendum donatario,Vbi cum Ledesmio videtur tenere. nu.8.*
6 *Possessio sola voluntate non possidendi amittitur. Quinimo & dominium,quando possessio simul relinquitur.*
7 *Promissio interna de re licita,& iuramento etiam interno confirmata, obligat promittentem sub mortali.*

VT ab eo, quod nihil continet difficultatis, nos expediamus. Almainus in 4.d.15. q. 2.§.circa istum modũ,& Thomas Argentinas in materia de matr.q.1.rectè quidem affirmant, solo interiori actu non transferri dominium,atque adeo rectè censent, esto quis interius dicat, do rẽ banc meam Petro, nõ transire dominiũ illius in Petrum. Nituntur tamen debilib. fundamentis.

Argumẽtum. Argumentatur.n. Primo, interius consensus vtriusque coniugum, non sufficit ad contrahendum matrimonium,ac proinde, vt coniuges mutuam potestatem in corpora accipiant; ergo neq; datio interna cuiusuis alterius rei satis est ad trãsferendum dominium.

Secundũ Secundò donationes & contractus pendent a legib. ciuilib. vt sint validi; sed ciuiles leges solũ respiciunt externa opera; ergo donatio merè interna insufficiẽs est ad transferẽdum dominium.

Legitimè

Digitized by Google

Legitima autem ratio, cur actu solo interno
1 dominium non transferatur, est. Quoniã, vt † disput. 2. & 3. ostensum est, & constat ex l. traditionibus. C. de pactis, & ex l. quoties. C. de rei vend. atque ex alijs iuribus, ad dominij translationem regulariter necessaria est traditio: atque inde prouenit, vt non solum donatione, aut contractu, interni, sed neque externus, transferatur regulariter dominium, nisi accedente traditione.

Ad 1. argum. Consequentia primi argumenti Almaini, & Argentinatis, nulla est. Quoniã matrimonium est contractus respectiuus, eaque de causa vtriusuis consensus tacitam habet conditionem, si & alter vicissim consentiat: atque ea ratione non cẽsetur contractus absolutus, nisi post mutuam expressionem consensuum, eorundẽque mutuam acceptationem, sed integrum cuique contrahentium est, ante mutuam expressionem, & acceptationem consensuum, discedere à contractu: id quod commune est contractibus omnibus respectiuis.

Quòd si quis actu purè interno se astringeret alicui, ducere illã in vxorem, ita quòd gratis vellet super se inducere eam obligationem ducendi illam, si per eam non staret; tunc locum haberet quæstio in titulo huius disputationis à nobis proposita: quia non esset contractus respectiuus, sed nuda promissio, à sola liberalitate emanans.

Ad 2. Secundum verò eorundem argumentum nullas profectò vires habet. Donationes namque & contractus, in hoc sensu à legibus ciuilibus pendent, & ciuiles leges possunt ex iusta causa reddere inualidos contractus, & donationes, qui stando in solo iure naturali essent validi: non verò quasi nullus contractus, aut donatio, possint esse validi, nisi prius lex ciuilis aliquid circa eos statuat, validosve illos reddat. Secluſa quippe legẽ omni ciuili, stando q; in solo iure naturali, validæ sunt promissiones, vẽditiones, & emptiones, permutationes, & alij contractus, vt ex se est notissimum, consentitque cõis doctorum sententia.

Vt autem ad id, quod in titulo propositum est, accedamus. Sanè ea quæstio parum vtilitatis habet ad praxim. Cum enim iure ciuili, in cõmune reipublicæ bonum, facta sit potestas reuocandi promissiones, & donationes antequam accepten tur, etiam si verbo, aut scripto, factè sint, atque adeo, etiam si exterius sint manifestatæ, vt ex dictis disput. 263. & sequentibus, constat; vtique longè magis, post eam iuris ciuilis dispositionẽ, fas erit reuocare promissiones & donationes meré internas quicquid sit, vtrum secluſa ea iuris ciuilis dispositione, stando que in solo iure naturali, vim
3 ex se habeant ad obligandum. Imo † verò, cum facultas reuocandi donationes, antequã accepten tur, vniuersalis sit, exceptiones, quæ iure ciuili factæ reperiuntur, nempe quando promissio, aut donatio facta est ciuitati, & ita de alijs, intelligendæ sunt, quando tales promissiones, aut donationes, sunt exterius factæ: alioquin, si mere essẽt internæ, censendæ essent adhuc comprehensæ in concessione illa vniuersali.

4 Idemque est † de exceptione illa amplissima facta in Regno Castellæ, l. 3. titu. 8. libr. 3. ordin. quæ est. 2. titu. 16. libr. 5. nouæ collectionis, cuius verba retul mus disputatione 254. vt constat, tũ ex tota illa lege, tum præcipuè ex illis eius verbis. *Pareciendo que alguno se quiso obligar a otro por promission.* Et enim id non potest innotescere, nisi promissio exterius sit facta.

Quo fit, vt in eo regno circa promissionẽ merè internam adhuc vim habeat dispositio iuris ciuilis cõis. Si ergo in aliquo euentu controuersia proposita locum hodie habet in praxi, solum est, quando promissio merè interna esset ad piam aliquam causam, neque esset votum, sed facta esset animo solum se obligandi alicui priuatæ personæ, idque iuxta opinionem, quam disp. 263. amplexati sumus, nempe in promissionibus, & donationibus, ad pias causas, locũ nõ habere dispositionẽ iuris ciuilis, quæ cõcedit promissiones, & donationes, antequã acceptentur posse reuocari.

5 Quod ergo hoc † loco potissimum disputare intendimus est, vtrum secluſa dispositione iuris ciuilis, standoque solum intra limites iuris naturalis, donatio merè interna, qua quis diceret se cum, dono talem rem meã Petro, aut promitto Petro me daturum illi hanc rem, obliget in foro conscientiæ sic donantem, aut promittentem, ad manifestãdam Petro donationẽ, aut promissionem eo modo factam, atque ad tradendùm illi eã rem, si illam velit accipere donationemque, aut promissionem acceptare: ita quòd Petrus, vi talis donationis, aut promissionis internæ sibi factæ, comparet ius ad illam rem, haud dissimile ei, qđ hæres, siue ex testõ, siue ab intestato, comparat ad bona defuncti, eo ipso, quod ille è vita discedit. Quamuis. n. hæredi integrum maneat adire, hoc est acceptare, vel repudiare, eam hæreditatem; interim tñ dum illam non repudiat, ius cõparauit ad illã, estq; illi manifestanda, atq; offerenda, vt videat, an adire an potius repudiare illam velit. Quæst.

Multi, qui ad dispõnem iuris ciuilis supra relatam non attenderunt, illamve ignorarunt, absolutè controuertunt, an donatio, vel promissio, mere interna, obliget in foro conscientiæ, atque de illorum numero sunt Sotus, & Ledesmius, locis citandis. Cæterum solum in sensu à nobis explicatores hæc est in controuersiam vocanda.

Pars quæ affirmat, suaderi potest. Primo qm̃ voces, & scripta, sunt signa conceptuũ, neq; vim habent obligandi, nisi ex interiori actu, quẽ exprimunt, atque ex voluntatis intentione se obligandi, & promittendi: qua de causa instituta de rerum diuisione. §. per traditionẽ, ac alibi habetur, *nihil tam conueniens esse naturali æquitati, quam voluntatem domini volẽtis rem suam in alĩ transferre ratam habere*: ac planè, si ab externa promissione, aut donatione, auferas voluntatem, intentionem internam se obligãdi, tollis in foro conscĩæ illius obligationem: ergo donatio, aut promissio, mera interna (quantũ est ex se) vim habet obligandi in foro conscientiæ, non solum, si Deo fiat, sed etiam si fiat homini. Parsaffir mãs suadetur 1.

Secundo, acceptatio, stando in solo iure naturali, necessaria non est, vt promissio, aut donatio, sit valida, & irreuocabilis: sed iure positiuo (cõe Secundo

bonum introductum est, vt regulariter sit conditio ad id requisita: neque enim ius positiuum ijs donationibus, & promissionibus quæ sine acceptatione validæ, & irreuocabiles sunt, id tribuit supra ipsarũ naturã, neq; fortè potuit, vt hæc omnia disputatione 263. latè ostensa sunt: sed si externa signa necessaria sunt, vt ꝓmissio, aut donatio interna obliget, id solũ est, qa aliter non potuit acceptari ab eo cui est facta, nisi ille sit Deus, q intuetur cor: ergo promissio, aut donatio, merè interna, stando in solo iure nãli, valida & irreuocabilis est, non solũ si Deo, sed ẽt si hoĩ sit facta.

Patet consequentia, quoniam acceptatio necessaria nõ est, stando in solo iure naturali, vt interna donatio, & promissio obliget; & signa externa necessaria nõ sunt, nisi propter acceptationem, ac proinde vtrumque est conditio iure humano introducta, vt interna donatio obliget.

Tertiò. Tertiò, si heri actu merè interno aliquid alicui promisisti, aut donasti, & hodie, nulla de nouo facta promissione, aut donatione, neque item præterita confirmata, illi verbis significes, heri tibi hoc ꝓmisi, aut donaui, vide, nũ id velis, ratãq; ꝓmissionẽ, aut donationẽ, habeas? certè illo acceptante manes obligatus: ergo interior ꝓmissio ex natura sua, stando in solo iure naturali, te obligat.

Patet consequentia: quoniam significatio illa verbis facta non fuit promissio, aut donatio, ac proinde neque obligauit: solum autem fuit instrumentum, quo promissio, aut donatio interior fuit manifestata, quod necessarium erat, vt posset à donatario acceptari: acceptatio vero solum est conditio iure ciuili introducta, vt donatio obliget, qua secluſa, donatio, stando in solo iure naturali, obligat, vt dictum, ostensumque est.

Quartò. 6 Quartò, possessio, sola † volũtate nõ possidendi, amittitur, vt patet l. j. §. si vir l. 3. §. in amittenda, & l. si quis. 2. §. vlt. ff. de acquirenda possess. dictumque à nobis est in materia de possessione. Quin & dominiũ, sola voluntate illud deferẽdi, amittitur, quando possessio simul relinquitur, licèt non quando possessio retinetur, vt habetur l. si quis. §. vlt. citato iuncta glos. ibi, eaque de causa statim, ac aliquid pro derelicto à proprio domino animo interno habetur, amittitur illius dominium, & fit primò occupantis. Imò verò, sine actu interno deferendi, dominium amittitur, per animũ quasi habitualem, illud deferendi, quia videlicet in ea est affectione, vt, si interrogaretur, responderet, se liberã relinquere eam rem occupãti: qua ratione ligna parui pretij, quæ inundãtia flumina secũ longissimo tractu deferũt, ita vt præsumendũ sit, dominos ea non quæsituros, ẽt si scirent apud quos essent, dicimus haberi pro derelictis, & fieri primò occupãtis; & anchoras, à proprijs dominis relictas in portubus, quia recedũt nolentes sumptus facere, aut industriã apponere in eis extrahẽdis, aut quærendis, dicimus haberi pro derelictis, & fieri primò occupantis, eaque extrahentis; ergo pari ratione donatio, aut ꝓmissio, merè interna, erit satis, stãdo in solo iure naturali, vt donatarius comparet ius, à nobis sup. explicatũ ad rẽ sibi ita donatam, aut promissam.

Quintò, quanuis in promissione interna (quic Quir quid aliquid dicãt) mendaciũ non reperiatur; eo quòd mendaciũ in eo sit positum, quòd aliud significetur exterius, quàm quod mente habetur; nihilominus, comparatione illius infidelitas datur, facto non implendo, quod promissum est, vt patet in voto, promissioneve interna facta Deo, iuxta illud Ecclesiastes. 5. *Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere; displicet enim ei infidelis, et stulta ꝓmissio*, cum ergo infidelitas mala in se sit, nisi legitima causa adsit, quæ excuset ab opere implẽdo, qđ promissum est; cõsequẽs profectò est vt ex interna promissione, stãdo in solo iure naturali, obligatio cõsurgat implẽdi, qđ ita promissum est.

7 Postremò, promissio † interior de re nõ illicita homini facta, si iuramento, etiam merè interno, confirmetur, sub lethali culpa obligat ad impletionẽ eius, quod promissum est, idque nõ solũ cõparatione Dei, ne adductus sit in testẽ falsæ, infidelisve promissionis, sed etiam comparatione hominis, cui talis promissio est facta, isque comparat verũ ius ad illam rẽ, estque sibi verè debita, iusque illud transfert ad ipsius hæredes; quin & remittere potest totã obligationem, eaque ratione omnino liberare ab omni onere talis promissionis iuramento confirmatæ eum, qui ita se astrinxerat, vt hæc omnia disputatione 149. & 150. latè ostensa sunt: ergo per actum merè internum, potest homo se obligare alteri homini, stando in solo iure naturali, atque in foro conscientiæ, atque adeo euertitur fundamentum totum, cui nituntur, qui affirmant, promissionem merè internam obligare non posse, etiam stando in solo iure naturali, & in solo foro conscientiæ. Sextò.

D. Thom. inferius, quæst. 88. artic. 1. in cõtrariam videtur inclinasse sententiam. Ait namque promissionem hominis vnius non posse fieri alteri homini, nisi per verba, aut per quæcunque alia externa signa; Deo autem fieri posse per solam internam cogitationem: quoniam, vt habetur 1. Reg. 16. *Homines vident ea, quę parẽt: Deus autem intuetur cor.* & in 4. d. 38. q. 1. art. 1. quæst. 1. ait, nõ posse quemquam obligari volũtate, nisi soli ei, qui voluntatis est agnitor, qualis est solus Deus. Atque hæc est communior sententia.

Ledesmius tamen exponit D. Thom. quòd intelligat, promissionem non posse fieri homini per actum merè internum, ita vt, qui promittit, compelli posset ad implendam promissionem: eo quòd necessaria ad id sit cognitio promissionis. Posset etiam dici, D. Tho. loqui, supposita dispositione iuris positiui, quæ vim obligandi ab ea abstulit. Quo pacto videntur intelligere multi ex ijs, qui in eadem sententia sunt.

Ex ijs, qui accuratius rem hanc disputare cæperunt, Sotus. 4. de Iust. quæstio. quinta, articu. primo, ad 1. & fusius. 7. de Iust. quæstio. secunda, articu. 1. ad 1. propositis nonnullis ex argumentis, quæ nos paulò ante confecimus, licet non tanta vi, quantam nos illis adhibuimus, dubiam esse asserit hanc quęstionem, atque in vtrãque partem posse defendi. Potiùs verò inclinat, promissionem, & donationem pure internam,

vim

vim non habere ad obligandum in foro cõscientiæ atque stando in solo iure naturali, nisi tanquam conditio, sine qua non, accedat exterior illius manifestatio. Atque in eadem sententia videtur fuisse Victoria in suis prælectionibus in secundam secundæ. Nulla verò alia ratione ducuntur, quàm ꝙ cum homini sit naturale verbis, aut signis externis significare alijs suos conceptus, ex promissione interna nulla potest oriri obligatio, antequàm exterius manifestetur.

Ledesmio. 2. 2. q. 18. art. 1. dub. 13. plus placet,
8 † promissionem, & donationes meră internas, obligare in foro conscientiæ stando in solo iure naturali. Atque hanc sententiam videtur mihi persuadere vehementer sex illa argumenta, quæ in illius confirmationem nos confecimus. Iuxta eã verò dicendum esset, non solum vota merè interna, hoc est promissiones de meliori bono Deo factas, obligare (quod omnes concedunt) sed etiã promissiones merè internas ad pias causas, non Deo, sed hoĩbus factas: vt si quis secum promitteret in eleemosynam alicui pauperi decem aureos, aut orphanæ alicui in particulari promitteret centũ aureos in dotem ob illius paupertatem.

Esset autem hoc ita asserendum de promissionibus merè internis ad pias causas, si vera sit opinio, quam disp. 263. sequuti sumus, nempe donationes, ẽt externas, factas ad pias causas reuocari non posse, esto acceptatæ nondum sint. Si namque, vt alij affirmant, reuocati possent, longè maiori cum ratione possent illæ reuocari ante acceptationem, quæ merè essent internæ.

Cui plus placeret contraria opinio, propter D. Tho. authoritatem, & pp rationem illam, quòd promissio, aut donatio, vt comparatione alicuius obliget, debet suapte natura posse cognosci ab eo, cui fit, quod non conuenit donationi merè internæ comparatione alterius hoĩs, ad tria priora argumenta dicat. Quamuis in promissione externa vis obligãdi proficiscatur à promissione interna, meræ tñ internæ deesse conditionẽ, sine qua ex ea non oritur obligatio, nẽpè manifestationẽ illius externã, defectu cuius condõnis nõ obligat.

Ad tria priora argumẽta.

Ad quartum dicat, licèt actus internus sufficiat, vt, qui illum exercet, aliquid in seipso amittat, non tamen vt transferat ius in alterum, nisi accedat conditio sine qua non, hoc est manifestatio externa eiusdem actus.

Ad 4.

Ad quintũ dicat, infidelitatẽ, cõparatione internę promissionis, supponere obligationẽ ad implendum, quod promissum est: & quia eiusmodi obligatio datur comparatione voti interni, eo ꝙ illud intueatur Deus: non verò comparatione internæ promissionis factæ homini, ob defectũ conditionis sine qua obligat, hoc est, exterioris manifestationis; inde proficiscitur, vt nulla cernatur infidelitas, in non adimplenda tali promissione.

Ad 5.

Ad sextum non video, quid aliud possit dici, quam illam obligationem in ordine ad hominẽ, cui promissio illa iuramẽto confirmata facta est, ortum habere ex iuramento ipso, quod obligat comparatione Dei, eaque de causa, tanquã quippiam iuramento accessorium, illudque concomitans, resultare ex actu merè interno comparatione alterius hominis.

Ad 6.

## Promissio, aut stipulatio, vt obliget, quantum deliberationis, & spontanei habere debeat.

### DISPVT. CCLXVII.

### SVMMARIVM.

1 *Dominium ex solo actu, seu promissione interiori, non transfertur, & quare. num. 2.*
*Quod etiam habet locum in regno Castellæ num. 4.*
3 *Exceptiones de iure ciuili competentes, oẽs externæ dicuntur, etiã si competant de iure Castellæ.*
5 *Donatio interna secundum ius naturale, an obliget donantem in foro conscientiæ, ad manifestãdum & tradendum donatario.*
*Vbi cum Ledesmio videtur tenere. nu. 8.*
6 *Possessio sola voluntate non possidendi amittitur. Quinimò & dominium, quando possessio simul relinquitur.*
7 *Promissio interna de re licita, & iuramento etiam interno confirmata, obligat promittentem sub mortali.*

VT promissio, aut stipulatio, valida sit (idẽque est de donatione completa) necesse in primis est, vt sit actus humanus plene deliberatus. Qua † ratione promissiones, & stipulationes
1 eorum, qui rationis vsum non habent, inualidæ omnino sunt, vt patet §. furiosus, & §. pupillus, In titul. de inutilibus stipulationib. & l. 4. titu. 11. part. 5. atque ex se est notissimum.

2 Item si procedant ab habente vsum rationis, sed non sint plenè deliberatæ, inualidæ similiter sunt, vt communiter doctores meritò affirmant: eo quòd non sint actus integrè humani.

3 Obserua tamen, eam deliberationem plenam, quæ in materia lethalis culpæ sufficeret, vt consensus culpa esset lethalis, vt si quis subita ira peractus, attendẽs quid faceret, alium grauiter percuteret, sufficere etiã, vt promissio, siue Deo, siue homini facta, obliget. Neque credo meliorem regulam tradi posse ad iudicandum, quando votũ, aut promissio homini facta, ex capite deliberationis obliget.

4 Quo fit, vt † rarò admodum promissiones externæ ex defectu plenæ deliberationis desinant obligare. Consentit Nauarr. capitul. non dicatis. numero 67. §. addo decimo tertio. Et in Manual. capitulo duodecimo, numero vigesimoquarto, idque doctè probat.

5 Item † vt promissio, aut stipulatio, valida sit, (idem est de donatione completa) necesse est, vt neque per metum, neque per vim, aut dolum, sit exorta, tam eius, cui promissio fieret, quam alterius, qui ea via intenderet, vt illa alteri fieret. Ita habetur l. 28. titul. 11. part. 5. & l. dolo. C. de inutilib. stipulatio. Concinit Diuus Tho. 2. 2. quæstio. 89. artic. 7. ad 3. Quod verò lege 28. cit. sub-



Digitized by Google

iungitur, ne mpe esto promissio vi, metu, aut dolo extorta, iuramento cõfirmetur, promittentem non teneri eam implere, falsum proculdubio est, iuxta ea, quæ disputat. 149. dicta sunt & iuxta id, quod D. Tho. in resp. ad 3. citata, affirmat, nisi prius relaxetur iuramentum, aut ab eo, cui talis promissio est facta, obligatio illud implendi remittatur. Lege Greg. Lopez ad eam legem.

6 Id † verò quod in ea lege adijcitur, nempe, si cessante postea metu, dolo, ac vi, is, qui promisit, adimpleat, promissionem, accipientem, restituere non teneri, quod ita accepit; verum est in foro exteriori: quia præsumitur sua sponte iam donare, velleq; confirmare præteritam promissionẽ: consentit etiam l. si per vim. C. de ijs quæ vi, metusve causa fiunt. Idem locum etiam habet in foro conscientiæ, si constet eo animo adimpleuisse promissionem. Si verò inuoluntariè illam adimpleuit; quia errore ductus putabat se teneri adimplere antiquam promissionem, aut alia simili de causa, & tunc accipiens tenetur in foro conscientiæ restituere, quod ita accipit.

Ratio autem horum est. Tũ quia æquitas non patitur, vt commodum quis ex iniquitate reportet, vel sibi, vel alteri, cui ea via illud intendit: reportaret autem, si, qui ita inuoluntariè promittit teneretur promissionem implere. Tum etiam, quoniã id inuoluntarij mixtè, quod in ea promissione inuenitur per iniustitiam est causarum ab iniustè effectum intendente: tale autem voluntarium mixtè satis non est, vt quis dominium, vel ius rei suæ in alterum transferat, maximè ex mera liberalitate, vt de se est notissimum.

Si autem voluntarium mixtè, quo aliquid vni promitteretur, solum sumeret occasionem ex nequitia alterius, minimè eum effectum intendentis, tunc sufficeret, vt valida esset promissio. Verbi gratia, si quis, dum iniustè mors sibi imminet ab aliquo, aliquid Deo voueat, vt ab eo periculo ipsum eripiat, valida est promissio: quoniam, licet metu voueat, voluntarium tamen, quod in eo voto cernitur, solum habuit occasionem ex morte iniusta, quæ sibi imminebat.

Valida similiter esset promissio, qua alteri homini aliquid promitteret, vt ipsum ab eo periculo liberaret: quoniam similiter voluntariũ, quod in ea promissione cerneretur, nõ esset intentum, sed solum haberet occasionem ex nequitia alterius. Quando item iustè metus incuteretur, valida esset promissio, quæ ex tali metu oriretur, etiã si fieret ei, à quo metus prouenit. Vt si quis aliquid alicui promitteret, vt iustam pœnam ipsi, aut alteri condonaret, valida esset promissio, modo, qui eam condonaret, potestatem haberet ad illam pro eo pretio, aut præmio relaxandam.

7 Duo sunt hoc loco obseruanda. Vnum † est, ét reuerentialem metum, qualis est, quem filius, aut filia, interdum habet patri, vxor marito, famulus, aut vasallus, dño, clericus Episcopo, & libertus patrono, si inuoluntariam mixtè efficiat promissionem, aut stipulationẽ, reddere illam nullã, vt colligitur ex l. 1. §. quod onerandæ, in fine, iuncta gloss. ibi. ff. quarum rerum actio non datur. Qm reuerentialis metus æquiparatur ea in parte metui per minas incusso. Ita Sylu. ver. restitutio 2. pronunciato. 7. consentit in his omnib. Nauar. in Man. c. 12. nu. 52. &c. non dicatis num. 67. §. Addo decimotertio, lege iura & doctores, quos citat.

8 Alterum est in foro † conscientiæ ét si metus nõ sit cadens in constantem virum: tñ promissionẽ re vera inuoluntariam mixtè efficiat, reddere illam nullam, vt bene notat Syl. pronunciato 7. citato, & duob. sequentib. & consentit Nauar. §. citato: qm ideirco metus promissionẽ nullam reddit, quia inuoluntariam mixtè illam efficit. In foro autem exteriori, qñ metus esset leuis, qui in virum constantem habita qualitate personæ, non cadit, non subuenietur ei, qui ex eiusmodi metu promitteret: eo quòd non præsumeretur tam leuem metum effeciisse promissionẽ inuoluntariam mixtè, vt Nauar. loco citato rectè ait.

## Promissio, aut stipulatio de re incerta, de facto alieno, de re sacra, aut publica, & de homine libero, an valida sit.

### DISPVTATIO CCLXVIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Promissio de re incerta, quando valida sit.*
*Et quid in foro conscientiæ. num. 3.*
2 *Dotis stipulatio per generum facta ad arbitrium soceri valida est.*
4 *Promissio facta verbis generalibus, & vrbano modo, & ad complacentiam alterius prolatis, non inducit obligationem.*
*Declaratamen, vt nu. seq.*
6 *Promissio, seu stipulatio de facto alieno, nullius est valoris.*
*Limitatamen, secus esse de iure Castellæ, & de æquitate canonica. nu. 7.*
*Item secus esse in foro conscientiæ. nu. 8.*
*Item secus esse in aliquibus casibus de iure communi, num. 9.*
10 *Promissio de re sacra, aut religiosa & publica, inualida est omnino.*
*Idem est de ea promissione, qua liber homo tanquam mancipium promittitur. nu. 11.*
*Etiam si talis res mutet statum. nu. 12.*
*Declaratur tamen, vt numero sequent. vsque ad finem.*
14 *Donatio, aut promissio, vel legatum iuris sepulchri, valida est.*

QVod ad primum attinet, quando aliquid promittitur ita incertum, vt neque ex circunstantijs intelligi possit quid, aut quantum
1 id sit, inualida est † promissio, aut stipulatio: præsertim, quando, si iuxta verborum rigorem, qui promisit, adimplere vellet promissionem, inutilis esset ei, cui facta est. Vt si quis promitteret frumentum, non explicata quantitate: nam exhibendo paucos granos, satisfaceret: aut si promitteret animal;

animal; tradendo quippe muscam, aut aliud nullius valoris animal, impleret promissionem, aut si promitterer ædificare alteri domum, non exprimendo vbi, aut cuius quantitatis; & sic de alijs similibus promissionibus. Ita colligitur ex l. triticum, & ex l. ita stipulatus, in prin. ff. de verbor. obligat. ex l. 2. §. si quis insulam. ff. quod certo loco l. cum post, §. gener. ff. de iure dotium, l. 1. tit. 11. p. 5. & ex alijs iuribus.

2 Si tñ † genet stipulatus a socero esset, dotẽ tali die soluendam, quantam socer esset arbitratus; statuitur, §. gener citato, validam nihilominus esse stipulationẽ: neque arbitrio soceri esse standũ, sed teneri tradere dotẽ cõpetentem quantitati suorum bonorum, & qualitati generi spectatis cæteris circunstantijs. Ratio autem ibi redditur; qm̃ eiusmodi dotem tenetur parens tradere filiæ, esto nulla præcessisset stipulatio. Qñ etiam ex circunstantijs constaret, quid censeretur promisũ; tunc etiam in foro exteriori cogeretur, qui promisit, soluere, quod intelligeretur intendisse promittere, etiam si verba fuissent ambigua, & standо in solo rigore verborum, adimpletio illius esset inutilis. Ita habetur l. triticum citata.

3 In foro † autem conscientiæ standum est mẽti promittentis; quotiescunque. n. aliquid vtile promittere intendit, id in foro conscientiæ implere tenetur. In foro autem exteriori, si is, cui facta est promissio, iuramento promittentis relinqueret, vt pronunciaret, quid promittere intenderit, cogeretur id facere promissionemq; iuxta id, quod intendit implere. Quin additio ad marginem, l. triticum citata, cum Archidiac. & alijs affirmat, de æquitate canonica, eum, cui talis promissio esset facta, semper posse petere, vt arbitrio boni viri pronuncietur, quid promittens in similibus euentibus soluere teneatur. Lege quò ad hæc omnia, quæ disput. 198. diximus circa similem quæstionem de legato rei incertæ.

4 Qñ † item vrbane atq; ad complacendum potius, q̃ ad se astringendum, verbis generalib. aliqua offeruntur, non inducunt obligationem. Vt si petenti vnũ, illud concedatur, & insuper addatur, reliqua etiam bona mea tua sunt, & de illis, ꝙ libuerit, facere poteris; aut si, nihil petenti dicatur, mea omnia bona in tuum obsequium sunt parata, & de eis facere poteris quod libuerit.

Ita Panormit. c. cum venissent de instit. nu. 5. & alij ibi, Felin. c. cum iuramento, de homicidio, Nauar. de datis, & acceptis, monito 11. num. 23. & alij, quos citat argumento c. cum venissent citati, & aliorum iurium, quæ Nauar. citat.

5 Obserua † tñ, in eiusmodi oblationibus verbis generalibus ex forma loquendi, qualitate personarũ, & ex cæteris circunstantijs concurrentibus iudicandum in foro exteriori esse, quid animo verè donandi oblatũ sit, & quid solũ vrbanè, aut ad cõplacendum, sine donandi animo sit oblatũ. Interdum namque, neque id, quod in particulari est petitum censebitur generali oblatione donatum, seu verè promisũ; interdũ verò, facta alicui vniuersali concessione sumendi de suis bonis, aut insumendi, ꝙ placuerit, censebitur facta donatio eius, ꝙ ex ea concessione generali vsurpatũ, consumptum ve fuerit; neque alia melior pòt statui regula ad id iudicandũ, quam ex circunstantijs, arbitrio prudentis. Atque ita adduci ad concordiã possunt, Nauar. loco citato, qui affirmat, quod in particulari fuit petitum, censeri donatum generalibus verbis, & Anto. Gom. 2. tom. var. res c. 4. nu. 5. in fine, qui id negat. In foro autem cõscientiæ intemioni offerentis est standum, nũ donandi animo, aut solum complacendi, vel vrbane loquendi, sua obtulerit, aut aliquid eorum.

Quòd ad secundum, quod proposuimus, astinet. 6 Si quis † promittat factum alterius inutilis est promissio, aut stipulatio. Vt si Petrus promittat Francisco, Ioannem daturum illi centum aut Ioannem facturum illi hoc, vel illud, inualida est talis promissio. Si tamen Petrus promittat Francisco, se curaturũ, aut se effecturũ, vt Ioannes det illi hoc, vel illud, aut vt hoc, vel illud ei efficiat, valida est talis promissio; quoniam iam tũc promittit factum proprium, quod curaturum, aut effecturum cum Ioanne pollicetur. Ita habetur §. si quis alienum, & §. versa vice Instit. de inutilib. stipul. l. stipulatio illa in princip. l. illa stipulatio. §. 1. l. inter stipulantem. l. si ita stipulatus §. 1. ff. de verb. oblig. l. vlt. §. vlt. ff. si certum petatur, & l. 11. tit. 11. part. 5. Atque affirmant Couar. c. quãuis pactum par. 2. §. 5. nu. 1. & doctores, quos, inter alios, refert ac sequitur Gama decis. 32. nu. 2.

7 Hodie † tamen in regno Castellæ post legem. 4. tit. 8. lib. 3. ord. quæ est l. 2. titu. 16. lib. 5. nouæ collect. perinde quis tenetur, si promittat factum alterius, ac si promitteret se effecturum, vt ille id efficeret, sublata meritò subtilitate illa iuris communis. Id autem constat; quoniam, iuxta eam legem non admittitur exceptio, quòd promiserit factũ alterius, vt constat ex illis verbis illius, quæ disputatione 254. retulimus; *o que se obligo alguno que daria, o otro, o que haria alguna cosa*, idẽque affirmat Greg. Lopez ad l. primam citatã. Quin Couar. nu. 1. citato, cũ gl. c. Eleutherius, 91. dist. cum Præpositiuo, Panor. Fel. & alijs, quos citat, ait idem esse de æquitate canonica; imò idem in causa matrimoniali esse de iure ciuili. Ius Castellæ.

Quòd si is, qui promisit se curaturum, aut effecturum, vt alius aliquid efficiat, aut de iure regni Castellæ, & æquitate canonica, qui alienum factum promisit (immo † in foro conscientiæ in quocunque alio regno, iuxta Couarr. ibidem. nu. 2. si dum factum alienum promisit intellexit, se id curaturum) negligens fuit in curando, vt alius id efficeret, cogitur per se ipsum id præstare, aut si præstare id non possit, cogitur soluere, quãtum interierat id fieri, cum damnis omnibus ex eo, qđ impletum non fuerit, subsequutis. Ita habetur l. 11. Castellæ citat. & consentiunt Decius & alij, quos Gama. nume. 2. cit. & multo copiosius Couar. vbi supra a num. 3. referunt ac sequuntur. Si autem, quod in se erat, fecit, vt alius id efficeret, & denique si per ipsum non stetit, quia superuenit legitimum impedimentum, propter quod nihil potuit efficere, communior sententia, quam Gama, Greg. Lopez, & Couarr. locis citatis referunt,

Digitized by Google

runt, ac sequuntur, affirmat, ad nihil teneri, argumento l. vlt. §. penult. ff. ad legem Rodiam de iactu maris, & aliorum iurium. Imo tunc, si promisit aliquam pœnã illam non debet; quoniam non transgressus est id, ad q̃ sub ea pœna se obligauit.

Quando autem promisit, non solum se curaturum, sed etiam se effecturum, aut consequuturũ, vt alius aliquid daret, aut efficeret, placet mihi opinio Couarr. nume. 3. citato, & aliorum quos citat (quicquid multi in contrarium dicãt) nempe illum teneri ad interesse, aut ad pœnam, si sibi aliquam imponeret, nisi id consequeretur; nam tunc, nõ interesse, sed pœnam, censendus est polliceri, nisi id assequatur. Atque hoc planè est, qđ apertè statuit lex Castellæ citata. Quod tamẽ intelligo, nisi ex circunstantijs constaret, ad nihil se voluisse astringere, si id non consequeretur, sed solum id affirmasse, fretum aliũ, precibus & industria sua, id facturum, atque ad significandum quanto conatu, ac diligentia, id esset curaturus, idque intellexisse eum, cui id pollicitus est.

In foro autem conscientiæ standum est intẽto promittentis. Nisi forte sciebat, se id non obtenturum, aut ea de re dubitabat, decipitque eo modo promittendi illũ, cui id promisit, vt onerosum contractum propter eam promissionẽ efficeret, quem alioquin non erat facturus. Verbi gratia, si effecit, vt alius acciperet aliquam vxorem; quia promisit se obtenturum illi officiũ aliquod à Rege, idque tanquã certum illi persuasit, cum intelligeret incertum esse; tunc enim tenetur illi solvere, quantũ id æstimaretur, quod esse se obtenturũ, illi promisit. Quo ad hæc omnia lege Maran. tã disp. sua 7 in qua non multũ à nob s dissentit.

9 De iure † communi nonnulli euentus sunt, in quibus promissio obligat, esto factum alienum promittatur. Primus, quando, qui factum alienũ promisit, se astrinxit ad aliquam pœnam, nisi ille alter id efficeret. Licet enim tunc non teneatur ad interesse (nisi id sub disiunctione cum pœnam promiserit) tenetur tamen soluere pœnam. Ita habetur l. stipulatio ista, in princip. vers. vlt. ff. de verborum obligationib. & §. versa vice, In tit. de inutilib. stipulat. atque affirmat gloss. §. si quis alium, Instit. eodem titu. Ratio autem est, quoniã, vt bene Couar. loco citato notat, quod tunc proprium, in defectu, quòd alius id, quod penes ipsum est, non efficiat. Neque illud propriè habet rationem pœnæ, sed ratione recompensationis eius, quod ille alius noluerit facere. Quarè, esto nulla interceserit culpa eius, qui id promisit, tenetur eam pœnam soluere.

Secundus, quando quis promisit, ipsius hæredes aliquid facturos; tunc enim tenentur, vt habetur l. 11. tit. 11. part. 5. & l. vlt. C. de contrahend. stipulatio. Vbi simul statuitur, si quis promiserit, cum morietur, se domum ædificaturum alicui, validam esse promissionem, hæredesque teneri eam implere. Idem habetur §. ita autem, In tit. de inutilib. stipul.

Tertius, si quis in iudicio promittat alium fisti, vel alium ratum aliquid habiturum: tunc enim valet promissio, & nisi alius compareat, aut ratum id habeat, quod in iudicio promisit ratum illum habiturum tenetur promittens ad interesse. Ita habetur l. illa 11. Castellæ l. quoties quid. ff. de verb. ob. & l. 2. ff. rẽ ratam hab. Ratio, iuxta Couar. loco citato. nu. 7. est, quoniam in eiusmodi stipulationibus, iuris interpretatione, qui alienum factum promittit, censetur se promittere interesse, nisi alius id efficiat.

Quartus, in promissione, seu stipulatione, rem pupilli saluam fore, vt habetur l. 11. citata, & l. prætoriæ. ff. de prætor. stipul.

Quintus, quando aliquis iuramento promisit factum alterius: tunc enim, quia præsumendus non est, periurium committere, cẽsendus est promittere intendisse, quod in sua erat situm potestate, nempe se id curaturum. Ita additio ad glos. §. si quis alium, In titu. de inutilibus stipulation. Panorm. Felinus; & cõis sententia, quam referunt, & sequuntur Couar. c. quamuis pactũ, par. 2. §. 5. nu. 2. & Grego. Lopez l. 11. citata. Lege circa hos, & quosdã alios euentus, gl. §. si quis aliũ citatam.

Quod ad reliqua attinet, quæ proposuimus:

10 promissio † de re sacra, aut religiosa, itemque de re aliqua publica, in communem omnium vsum deputata, quæ iuxta ea, quæ in calce disput. 12. & disp. 79. dicta sunt, possideri ab eo non possunt, cui promittuntur, inualida est omnino.

11 Idemque est † de promissione, qua liber homo tanquam mancipium promittatur. Ita habetur §. 1. Insti. de inutil. stip. l. inter stipulantem, §. sacram. ff. de ver. ob & l. 22. tit. 11. par. 5.

12 Esto autẽ † res, ea de causa inutiliter promissa, mutet statum, vt si publica res priuata fiat, aut liber homo fiat mancipium, nõ propterea conua lescit promissio, sed inutilis, ac nulla perseuerat. Quòd si, quando res fuit promissa, eius conditionis erat, vt valida esset promissio, si tamen postea mutet statũ, vt, si mancipiũ libertatem consequatur, aut si res, quæ erat priuata, & prophana, fiat publica, aut sacra, reddit inutilis promissio. Hæc habentur §. neque in pendenti, & §. item contra, In tit. de inutilib. stipul. l. inter stipulãtẽ §. sacrã. ff. de ver. obl. & l. 22. citata. Circa promissionem quarundam aliarum rerum, quæ possideri non possunt ab eo, cui facta est promissio, num valida sit talis promissio, idem dicendum est, quod delegato earundẽ rerũ diximus in calce disp. 196.

13 Nonnulla † autem circa hæc obserua. Primũ est, si facto eius, qui promisit, mancipium consequeretur libertatem aut res priuata publica fieret, aut sacra, eaque de causa inutilẽ redderet promissionem, tũc teneri ad interesse, vt ex se est notissimum, & innuitur §. item contra, citato.

Scđm si res ex parte sacra sit, & ex parte nõ vt calix quo ad argentum, & similia; tunc valida est promissio de re sacra, quo ad id, q̃ in re sacrum nõ est. Ita gl. §. 1. verb. relig. Insti. de inutilib. stipul.

Tertium, licet promissio sepulchri inualida sit, eo quòd sepulchrum res sacra sit; promissio

14 † tamen, aut donatio, iuris sepulchri, aut iuris mortuum in sepulchrum inferendi, esset valida; sicut & legatum de eiusmodi iurib. val dum est: quippe eiusmodi iura possideri possint à laico, vt

disput.

Digitized by Google

disput. 188. cum Molina lib. 1. de primogen. cap. 24 à num. 35. diximus.

Quamuis aũt ius sepulchri, aut mortuum in sepulchrum inferendi, concedi, promitti, donari, ac legari possint, non tamen vendi: eo quòd, cum rebus sacris computentur, atque adeo id esset simonia, vt patet c. quæsta. & c. postquam. 13. q. 2. & l. 1. tit. 13. par. 2. affirmatque Greg. Lopez ibi, & Molina loco citato. num. 40.

Quarum est, quamuis promissio de homine libero, re sacra, aut publica, sit inutilis; nihilominus, si oneroso titulo promissum id est in recompensationem pro alia re, tunc promittens ad interesse tenetur, videlicet quantum alteri intererat, id vel mancipium esse, vel rem priuatam; eo autem modo tenetur, quo si res promissa aliena esset, teneretur de euictione. Ita glo. §. 1. In tit. de inutilib. stip. Grego. Lop. l. 22. citata, & doctores communiter. Si autem titulo lucratiuo promissa esset ad nihil omnino teneretur, nisi dolo ita promisisset, indeque damnum resultaret.

## Promissio rei, quæ solum est in spe, an valeat. Et cui res promissa pereat.

### DISPVTATIO CCLXIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Promissio rei quæ est in spe, dicitur habere tacitã conditionem, si extiterit, vel percipietur, & ob id valida est.*

2 *Dolus & lata culpa venit in promissione rei, quæ est in spe.*

3 *Promissa res quando perijt, cuius periculo intelligatur perempta.*

QVod ad primũ attinet, dicendum est, Validam esse promissionem eorũ, quæ adhuc sunt in spe. Nẽpe fructuũ, qui ex aliquo prædio nascentur, partus ancillæ, aut aliorũ
1 † animalium, & similium rerũ. Habere tamen tacitam conditionem, si nascentur, aut inde percipientur, alioquin non debentur, nisi culpa eius, qui promisit, factum sit, vt non nascantur, aut percipiantur, intellige de lata culpa, si promissio fuit
2 gratuita: id quod satis expressit l. Castellæ citata, quæ solum ait promittentem teneri de dolo atque adeo de lata etiam culpa, quæ cum dolo computantur. Hæc omnia docuimus disp. 200. circa legatum similium rerum. Et, quod ad promissionem attinet, habentur l. 29. tit. 11. parte 5. l. interdum. & l. inter stipulantem. §. sacram, vers. si stipulatus. ff. de verb. obl.

Potrò fructus ita promissi soluendi sunt, quando ad statum peruenerint, in quo tradi possint, vt habetur l. 20. citata. Rectè tamen ibi Gregor. Lopez ait, fructus, attenta eorum qualitate, & consuetudine, quando percipi soleant, esse soluendos. Et partus animalium non ante esse a matribus separandos, & soluendos, quam id sine eorum periculo fieri possit.

Quia verò partus ancillæ lactari per aliam fœminam potest, lactandus quidẽ est a propria matre, interim dum alia quæri possit. Postea verò expensis donatarij est lactandus & educendus, quas donatarius soluet domino ancillæ; si alia commodè non potuerit inueniri, necesseque sit, vt per propriam lactetur matrem.

3 Quod ad secundum attinet. Quãdo † res promissa certa est in indiuiduo, atque in diem certã soluenda, si ante ad euentum eius diei pereat, sine debitoris culpa, intellige late, si ex gratuita promissione debeatur, iuxta ea, quæ paulò antea dicta sunt, perit creditori, ad nihilque promissor tenetur. Ita habetur l. penultim. ff. de solutionib. l. 18. tit. 11. & l. 9. tit. 14. part. 5. & consonant alia iura, suffragaturque ratio manifesta, quoniam ea sola debeatur.

Si tamen aliquid ex ea remansit, quod eadem rationem retineat, quam habebat in toto, vt si res promissa erat nauis, aut domus, & remanserunt tabulæ, ligna, aut lapides, tunc id creditori debetur, iuxta ea, quæ disput. 194. de legato rei similis dicta sunt. Si tamen aliquid illius remãsit, quod diuersæ rationis sit, atque erat in toto, vt si remanserunt carnes animalis promissi, credo non deberi creditori, iuxta ea quæ ibidem dicta sunt, sed pertinere ad promissorem.

Hęc eadẽ omnia similiter dicenda sunt, si dies non erat statuta, in qua soluenda esset res illa certa promissa in indiuiduo &, antequam peteretur, sine lata culpa promissoris, perijt. Si verò res determinata in indiuiduo, atque in diẽ certam promissa perijt post eum diẽ, aut res promissa non in diẽ certam, perijt, postquam creditor merito illã exegit; tunc, si promissor non fuit legitime impeditus, atque adeo in culpa fuit eam non soluẽdo, ipsi perit, teneturque valorem illius soluere.

Hæc omnia traduntur l. 18. citata, & consentiunt alia iura. Si verò fuit legitime impeditus, ita vt nõ fuerit in culpa, eã non soluendo, perit creditori, vt eadem lege innuitur, & constat ex l. quod te mihi. ff. si cert. pet. ex l. vlt. §. penult. ff. ad l. Rodiam de iactu, consonat etiam l. cum res in princip. ff. de legat. 1. & affirmant Bartol. & alij, quos Greg. Lop. l. 12. cit. & Couar. c. quamuis pactum par. 2. §. 5. à nu. referunt ac sequuntur.

Hæc eadem similiter locum habent, qñ promissa erat pars aliqua indeterminata de toto aliquo, atque id totũ, vnde erat soluenda, perijt. Vt si ex tritico, quod alicui in naui aliqua vehitur, is promittat modium tritici mque totum nauis pereat, ad nihil tenetur. Ita colligitur ex leg. in naui Saufeli. ff. locati. Et est prorsus eadẽ ratio, ac qñ res determinata in indiuiduo promissa fuit.

Quando res promissa erat mancipium in indiuiduo determinatũ, & antequam promissor, iuxta hactenus dicta, esset in mora illud soluendi, ab eo interficiatur; tunc, si ob delictum aduersus promissorem commissum, quod ea pœna esset dignũ illud interficit, ad nihil omnino tenetur, vt si illud interfecit, quia reperit adulteram cum sua vxore, aut concũbens cum filia. Ita habetur l. 19. titu. 11. par. 6.

Id quod indubitatum est, si authoritate publi-

ca

ca id fecit. Si autem authoritate propria, lex citata statuere vī partem affirmantem. Neque id probabilitate caret: qm̃, si esset mancipium alienum, non teneretur valorē illius soluere; cum meritò ostenderet, tanta pœna esse dignum, a quumque esse, vt totum damnum, quod dedit interficiendo illud, publica authoritate ipsi condonetur in recompensationem grauissimæ iniuriæ, quam à tali mancipio accepit, & vt cæteri homines à tali flagitio deinceps abstineant; nedum qñ mancipium erat suum, gratisque alteri ab eo erat promissum: qñ enim illud promisit, non censetur se voluisse obligare, vt si ex tali causa illud interficeret, teneret valorē illius donatario soluere. Atque hoc plane est quod lex illa Castellæ statuere vī.

Denique qñ res promissa indeterminata erat in individuo tunc ex eo, ꝙ res multæ illius speciei casu fortuito pereat promissori, nó liberatur ab ea soluenda, vt patet l. incendium. C. si cert. petat. Excipe, nisi ad tantā paupertatem deuenisset ea de causa promissor, vt censendū sit, nō intēdisse in eo euentu se obligare, iuxta ea, quæ inferius disp. 272. de reuocāda licitè promissione dicētur.

Illud postremo obserua, qñ sub certa pœna se quis astrinxisset soluere aliquid ad certum tēpus, siue id esset determinatum in individuo, & certū in specie, aut genere, tunc, si sine sua culpa, id soluere non potuit, vel quia superuenit impedimentum, vel quia, iuxta hactenus dicta, perijt ei, cui erat promissum, vt iq; promittens non tenetur ad pœnam; quoniam à pœna ēt conuentionali, excusatur debitor, qñ per ipsum non stetit, vt rectè cū alijs ostendit Cou. c. quāuis pactū, par. 2. §. 5. a nume. 4. quicquid quidam alij refragentur.

Excipe, nisi in conuentione esset expressum; vt in quocunque euentu teneretur ad eam pœnā, ita vt id iam non habeat pœna rationem, sed solū nomen, & sit quasi obligatio ad interesse, si id, ēt sine sua culpa, non soluat. Videndum tamen est, vtrum, si obligatio maneat soluendi debitū principale, talis pœna rationem induat vsuræ, sitque proinde illicita: eo quòd neque in veram pœnam possit accipi, neque in recompensationem interesse damni emergentis, aut lucri cessantis, neque alio iusto titulo: si namque aliquis esset iustus titulus, ratione cuius esset imposita, tunc rectè posset exigi, & accipi.

## De promissione soluendi debitum alienum, vel soluendi proprium alio die, aut loco, & de promissione sub disiunctione, aut copulatiuè, atque rei incertæ ex aliquibus.

### DISPVTATIO CCLXX.

#### SVMMARIVM.

1 *Promissio de soluendo debitum alienum, etiam si sit pactum nudum tantum, contrahit obligationem ciuilem.*

*Idem in debito proprio ipsius promittentis.*

*Declara tamen, vt num 2.*

3 *Promissio de soluendo disiunctiuè, aut copulatiuè facta, quando obliget omnes ad soluendum in solidum, & quando pro parte.*

4 *Promissio duarum vel plurium rerum sub nomine disiunctiuo. quomodo sit adimplenda: & cuius res periculo promissa pereat.*

*Declara, vt num. seq.*

5 *Disiunctiua apposita in alicuius fauorem, quid operetur.*

6 *Optio alicuius rei penes quem in debito sit.*

7 *Promissio, seu stipulatio inualida est, quando promissor de re vna intellexit, & is qui petit, de alia, & quare.*

*Declara tamen, vt num. seq.*

*Et quid in foro conscientiæ. num. 9.*

*Idem in regno Castellæ dicendum. num. 10.*

QVando quis alicui promittit, se soluturum ei debitum, quod quidam tertius illi debet, esto inter absentes fiat promissio, siue per epistolam siue per nunciū, siue quacunq; alia ratione, atque adeo, esto nulla interueniat stipulatio,
1 sed sit solum pactum nudum, contrahit † obligationē ciuilē, daturque aduersus eum actio, idque esto debitum alterius solum esset naturale, pro quo nō concederetur actio in foro exteriori. Idē est si promitteret, se soluturum illi debitum proprium ipsius, promittentis, sed alio die, aut alio loco. Ita habetur §. de constituta. Instit. de actionib. ff. & C. de cōstituta pecuniā p totū, & l. 3. tit. 11. part. 5. Atque hunc ēt euentum disputatione 255. computauimus inter eos, in quibus de iure cōi datur actio ex pacto nudo iuris priuilegio.

2 Aduerte † tamen, vt in foro exteriori ex tali promissione detur actio, opus esse, vt ex verbis ipsius promittentis sufficienter intelligatur voluisse se obligare: si namque solum diceret, integrè tibi soluetur debitum, quod Petrus tibi debet, aut aliud simile, quod ambiguum esset, an intenderet se ipsum obligare, non cogetur in exteriori foro propter similia verba soluere. Ita habetur expressè in authen. si quando. C. de const. pec. & in authen. vt cum de appellat. cog. §. ad hoc aliud, & l. 3. tit. 11 par. 5.

3 Quod si, qui se † constituit debitorē pro alio, sic dicat, promitto tibi me, aut Franciscum soluturos tibi debitum Petri; tunc, si Franciscus consentiat, vterque tenetur soluere debitū, sed vnusquisque eorum dimidium tantum. Si vero Franciscus non consentiat, tunc, qui sub ea forma promisit, tenetur soluere integrum debitum. At vero, si promissio copulatiuè fiat sub hac forma, promitto tibi me & Franciscum soluturos tibi debitum Petri, tunc siue Franciscus consentiat, siue non, qui sub illa forma promisit, solum tenetur soluere dimidium. Hæc omnia statuta expressè sunt tribus iuribus citatis.

4 Quando † promissio fit duarum, aut plurium rerum, sed disiunctiuè, vt promitto tibi Pamphilum aut Strichum seruos meos, tunc nisi in promissione electio relinquatur ei, cui promissio fit,

in

in potestate promittentis est soluere, quem ex illis maluerit, vt ex se est notissimum, & colligitur ex l. stipulatus sum Damam. ff. de verborum obl. & habetur l. 2. §. Scœuola. ff. de eo quod certo loco, & l. 23. tit. 11. par. 5.

2 Si tamen, ante impletam promissionem vna illarum pereat, tenetur promissor soluere alteram remanentē. Ita habetur l. Stichum. §. 1. ff. de solutionib. l. 2. §. Scœuola. ff. de eo quod certo loco l. statu liberum. §. vlt. ff. de leg. 2. l. cū is qui, in prin 8 cip. ff. de condict. indeb. & l. 23. tit. 11. par. 5. Vtū autem, si illa, quæ perijt, vilior erat, aut promissor plus illa incipit indigere, aut magis ad eam affici, 1 satisfaciet offerendo valorem eius, quæ perijt; si quidem illam poterat ipse eligere, vt solueret.

Mihi pars, quæ affirmat, videtur vera, quando- 1 res illa non perijt culpa promissoris, vt bene affirmat glos. §. Scœuola, citato, verb. solum, iūcta additione in margine, & probat l. cum res. §. sed si Stichus. ff. de leg. 1. atque amplectitur Gregor. Lopez ad l. 23. citatam. Quando verò culpa promissoris res illa periret, posset creditor non esse contentus pretio, sed velle accipere rem, quæ salua manet, vt habetur expresse l. Stichum. §. 1. ff. de solutionibus. Quòd si postquam promissor elegisset eam rem, quæ perijt, vt illam solueret, illa sine ipsius culpa periret, non teneretur soluere eam, quæ remanet, neque pretium eius, quæ perijt, sed periret ei, cui facta esset promissio, vt ex se est notissimum, & cōsentit. §. Scœuola, citatus.

5 Illud obserua, si quis † diceret, concedo tibi vnum vel duo plaustra lignorum de mea sylua, aut 2 aliud simile, vel diceret, permitto tibi illa extrahere; tunc optio est penes donatarium: quoniam disiunctiua in fauorem illius manifestè est apposita: quare, postquam extraxisset vnum plaustrū, non posset dominus sylvæ eum prohibere extrahere aliud. Ita Maranta, cum multis alijs, quos citat, in l. si actor nu. 41.

6 Quando res † vna determinata in singulari promissa fuit, verumtamen ambiguū est, quæ ex duabus, aut pluribus, sit, vt si promissor duos seruos habebat eiusdem nominis, verbi gratia, Pamphili, & dixit, promitto tibi seruum meū Pamphilum, neque ex circunstantijs concurrentibus cōstare potest, quē intellexerit; tunc optio est penes promissorē, aut hæredes illius. l. qui ex pluribus. ff. de verborū obligationib. & l. 23. tit. 11. par. 5.

In hoc tamen euentu, si res vna ex illis pereat, non credo teneri soluere alteram, sed standum esse iuramento promittentis, quam intellexerit. Quòd si defunctus sit, & omnino ignoretur, an fuerit quæ supereſt, an quæ perijt, certè, quæ remanet, diuidenda erit inter eum, cui promissio est facta, & hæredes promissoris.

Ratio est, quoniam obligatio promissoris non 2 cecidit super vtramque rē, vt in promissione duarum rerum sub disiunctione, sed super vnā earum tantum: ignoratur verò, quæ illarum sit. In foro aūt cōscientiæ, quando promissor est certus, quā intenderit, si illam intendit, quæ perijt, ad nihil tenetur: si verò intendit alteram, eam integram tenetur soluere, vt ex se est notissimum.

7 Illud obserua, quando promissor de re vna intellexit, is verò, qui rem petiuit, aliam intellexit, atque † stipulatus est, inualidam esse stipulationem, seu promissionem, vt habetur §. si de alia, Instit. de inutilib. stipulat. l. inter stipulantem. §. 1. l. continuus. §. 1. ff. de verborum obligation. l. 26. & 27. tit. 11. par. 5.

3 Ratio est, quoniā, vt stipulatio valeat, necesse est vt stipulans & promittens in vna & eadem re conueniant: alioquin de nulla re est perfectus contractus, immo neque perfectum est nudum pactum promissione vnius, & acceptatione alterius. Hinc, si vnus petat Pamphilum, & alius respondeat, non, sed dabo tibi Stichum, inualida est promissio & stipulatio, nisi stipulator continuò Stichum accepter, ita probat. §. fide alia Instit. de inutilib. stipul. & habetur l. 27. citata.

Hac eadē ratione, si quis stipuletur absolute, dicens, Promittis mihi dare decē, & alius respondeat sub conditione, promitto, si naues ex India hoc anno veniāt, nisi stipulans acceptet incontinenti eā promissionem sub eō conditione, est inutilis talis promissio, seu stipulatio. Ita hī l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verborum obligationib. l. 26. cit. Idē est, si quis stipuletur vnam rē determinate, vt Pamphilum, et alius respondeat, Pamphilum vel Stichū dabo tibi, inualida quoq; est stipulatio & promissio, nisi, qui stipulatur, incontinenti acceptet eā promissionē sub disiunctione. Idē præterea est, si præcedat stipulatio plurium rerum sub disiunctione, & sequatur concessio vnius illarum determinate: nisi enim incontinenti acceptetur, inualida est. Hinter stipulantem. §. si stipulante. ff. de verb. obl. & affirmat Anto. Gomez. 2. to. var. resol. c. 9. num. 4. concl. 5.

8 Si tamen quis stipulatus sit centum, & alius respondeat, dabo tibi quinquaginta, esto non fiat nouus acceptatio, valet promissio solum quo ad quinquaginta: quia est promissio partis, quæ in stipulatione continebatur. Idem est, si petiuit equum, & mulam, & alius respondit dabo tibi equum: valet namque promissio quoad equum: quoniam equus continebatur in petitione.

Quod si stipulanti centū, respondeatur dabo tibi centū & quinquaginta, nisi alia quinquaginta, quæ insuper promittūtur, acceptentur incōtinenti, non valet promissio quoad quinquaginta, q̄ insuper promittūtur, sed solū quoad centū petita & promissa. Hæc habentur l. 1. §. stipulāti, & §. sed mihi. ff. de verborum obligationib. §. quotiens, Instit. de inutilib. stip. & l. 24. & 26. tit. 11. par. 5.

Quando aūt §. præterea, Instit. de inutilib. stipulationib. dicitur, nō valere stipulationem, si petas decem, & rideatur, dabo quinque, aut si petas quinque, & respōdeatur, dabo decem, intelligendum. i. non quoad quinque inclusa in decem, in quibus stipulans & promittens conueniunt, sed quoad alia quinque, in quibus discrepant.

9 In foro † autem conscientiæ existimo, si, qui petebat, id eo sensu acceptauit, quia id gratum habuit, licet nihil fuerit locutus, atque id intellexit promittens, vt semper est præsumendum, quando id vtile erat ei, cui promittebatur, iuxta

regulam

regulâ,qui tacet,de reg.iu. in 6. quæ in fauorabilib. tacenti,est intelligenda,teneri promittentem id illi dare iuxta ea quæ disp.264.dicta sunt.

10 Idem † existimo verum hîc in Regno Castellæ in exteriori foro,pp legem tertiam eius regni, sæpius citatã,& de iure canonico, vbi stipulationis solemnitas necessaria non est,consentiq; no biscum Ant.Gom.2.tom. var.resol.c.9.nu.4.cõclus.1.& 4.quicquid Greg.Lopez l.26.citata gl. vlt.dicar. Idem credo esset, qñ vnus peteret aliquid sub condõne, & alius concederet absolutè, aut peteret ad longius tps soluendum,& alius cõcederet ad breuius quicquid in contrarium dicat Anto.Gom.num.4.citato conclus.2.qm promittens intendit se obligare,vt supponimus: cum autem fauorabilius sit petenti, quod ipsi promittitur,quam quod petebat,dubitandum non est,tacitè acceptasse promissionem. Immo idem credo esset, quando peteret absolutè, & concederetur sub conditione,aut peteret ad breuius tempus, & concederetur ad longius, si circunstantiæ sint, quæ omnino persuadeant, petentem acceptasse tacitè,quod illi concessum fuit, quando eo modo quo petebat,non fuit illi concessum,quicquid sit de iuris Cæsarei subtilitatibus.

Atque idem credo esse, quando stipulatio esset sub disiunctione, & responsio esset vnius rei determinatæ, vel è contrario, stipulatio esset vnius rei determinatæ,& concessio esset sub disiũctione illius cum alia. Et obserua,quamuis prædicta non valerent in ratione stipulationis, nisi incontinenti sequeretur acceptatio eius,quod respõderetur: valerent tamen in ratione simplicis promissionis tacitè saltem acceptatæ.

Illud demũ obserua, si stipulans,& promissor in re promissa conuenerunt, cæterum nomen loci designat ad solutionem erat æquiuocũ, vnusque de vno loco intellexit, & alius de alio,validã esse promissionem. Quod si coniecturæ sint, de quo loco verisimiliter debuit esse sermo,nisi promissor dolò fuerit vsus, qui tñ illi prodesse non debet, in illo loco promissorem cogendum esse soluere,l.quoties in stipulationibus, iũcta gl.ibi, ff.de ve.b.obl.& l.25.tit.11.par.5. Si verò res sit omnino dubia,eligendus est locus qui promissori fuerit fauorabilior, l.semper in stipulationibus,ff.de regul.iuris.

## De promissione rei impossibilis,illicitæ, aut iccirco contra bonos mores quod,occasionem præberet ruinæ, & quid si hæc vltima iuramento confirmetur.

### DISPVTATIO CCLXXXI.

*SVMMARIVM.*

1 *Promissio rei impossibilis simpliciter facta, nulla est: etiam si sit iuris impossibilitas, sub num.2. Limita tamen,& declara multis modis, vt nume. 2.& 4.*

3 *Promissio de re mala, siue ex se mala,siue quia prohibita,nulla est.*

*Declara tamẽ,vt in ea parte promissio valeat,quæ est licita,vel possibilis,num.4.*

5 *Promissio,vel pactum cõtra bonos mores, vel quæ inducit ad peccandum,nulla est ipso iure.*

*Plene tamen declara,vt nu. seq.*

7 *Remissio doli,vel furti,quando valida sit.*

*Declara,vt nu.10.*

8 *Promissiones, aut pacta iure tantum humano nulla,iuramento confirmata,quando valeant.*

9 *Promissio contra bonos mores quotuplex.*

11 *Promissionis appellatione, quando quis in præteritum, vel in futurum aliquid remittit, quid veniat.*

12 *Liberatio,ne quis teneatur reddere rationem administrationis,nõ impedit,quin teneatur ad ea, quæ,si facta non fuisset talis remissio,reali actione reddere tenebatur.*

VT promissio obliget,necesse est possibile sit, quod promittitur:ad impossibile namque
1 † nullus obligatur l.impossibilium. ff.de regul. iur.regula nemo potest, de regul.iur.in 6.Inst.de inutilib.stipulationib.in princ.& l.21.tit.11 par. 5.Hac rõne,si quis promittat rem aliquam determinatam in singulari,quę perierat qñ promissio est facta,aut quæ,antequã tempus solutionis adueniret,perijt,nulla est talis promissio: quia impossibile est impleri, q promissum est. Ita habetur.In tit.de inutilib.stp.in princ.& l.21.citata.

2 Excipitur,qñ † res furto erat accepta,& perijt. Si.n.postquam perijt,is eam stipuletur a iure,cui fur illam debebat;tunc,quia fur erat in mora, atque ex iniusta acceptione (esto non accederet ea stipulatio) illam debebat, valida est talis stipulatio,ac promissio ad effectum,vt fur teneatur æstimationem soluere stipulanti. Idem est, quoties debitor illius rei ex quocunque alio titulo in mora erat illam soluendi,quando perijt. Ita habetur l.inter stipulantem, §.Stichum, ff.de verb.obl.l. promissor Stichi,ff.de consti.pec.& l.penul.ff.de cond.fur. Si tamen,antequam res furto ablata periret,is, cui debebatur, stipularetur illam à fure, aut fur promitteret se illi eam traditurũ tali die, altero consentiente, atque tempore intermedio res illa periret;tunc periret domino, ad nihilque teneretur illi fur,eo quod,interueniente ea stipulatione,aut promissione acceptata, desinit fur esse deinceps in mora illam tradendi. Ita habetur expresse,l.scire.§.vlt.ff.de ver.obl.

Sicut impossibilitas facti, de qua proximè loquuti sumus,nullam reddit promissionem; sic etiam impossibilitas iuris, siue illa sit diuini, siue humani iuris.

3 Hac † ratione promissio de re mala, siue quia ex se mala est, siue quia positiuo iure prohibita, est eo ipso nulla.§.quod turpi. Instit.de inutilib. stipulationib.l.generaliter, & l.veluti, ff.de verborum oblig.reg. non est obligatorium & regu. in malis de regu.iuris lib.6.& capit.in malis.22. quæst.4. Atque suffragatur ratio, quoniam contradictionem implicat, quempiam ad illicitum

teneri

Digitized by Google

teneri: tunc enim illi tum dicerem, aut certè daretur perplexitas, quâ, & faciendo id peccauimus, & similiter, id non faciendo: vtrumque autem constat valde esse absurdum. De hac re tota copiosè est dictum disp. 95.

4 Illud obserua, ꝙ promissum † est, partim licitũ sit, partim illicitum, aut partim possibile, & partim impossibile tũc eũ, qui promisit, teneri implere partem licitã, ac possibilẽ: *vtile nanq; per inutile non vitiatur*, vt habet te. vtile, de re. iu. lib. 6.

Quidã exemplũ adhibent in promissione prodiga, dicentes, hunc teneri implere promissionem quoad quantitatem, in qua nulla est prodigalitas, non vero quoad incrementũ. Arbitror in exemplum esse falsum. Etenim licèt promissio sit ex liberalitate, id est, non ex debito; postquam tamen promissio est facta, adimpletio, atque exequutio, non est ex liberalitate, sed ex debito, vel iustitia, si promissio talis erat, quæ ex iustitia obligaret; vel honestatis, si promissio solum ex honestate morali obligauit, iusq; solum ex honestate morali transtulit, iuxta ea quæ in superioribus tradita sunt. Quare, cum in exequutione nulla sit prodigalitas, sed sit adimpletio debiti iam contracti, vt ex iustitia, aut ex æquitate morali, post promissionem factam promissor tenetur, certè integram promissionẽ in conscia, & exteriori foro, tenetur adimplere, nihil impediente, quod promissio prodiga, atque cum veniali peccato fuerit, sibique imputare debet promissor imprudentiam, culpaq; suam, tanquam quantitatem promittendo, neque id præiudicare potest iuri, quod donatarius ex tali promissione acquisiuit. Sicut non præiudicaret, si donatio illa prodiga à traditione inciperet, aut si, post promissionem prodigam, facta esset traditio rei ita promissæ: neque enim donatarius restituere tenetur receptum ex eo capite, quòd prodige ipsi esset datum. Ac certè, si exemplum, quòd improbamus, verum esset, sequeretur, puellam nobilem diuitem, quæ malè fecit sponsalia contra voluntatem patris cum ignobili ac pauperc contrahendo, eo quòd exequutio esse non possit sine scandalo aliorum, & dedecore ipsius puellæ, non teneri implere, quod ita promisit, vtpotecũ peccato, imò & cum prodigalitate, promissum id autem nullus affirmare potest, præsertim cum cõtra praxim sit Ecclesiæ. Licèt enim puella illa prodiga fuerit, maleque fecerit id promittendo; alius tamen ea promissione ius sibi comparauit iustitiæ, vt in ipsius bonum id impleretur, neque puella, suppositâ promissione, male facit, eam adimplendo, quin potius facit bonum, imò vero facit id, quod ex iustitia tenetur, quod si omitteret, lethaliter peccaret.

5 Non solum est † nulla promissio, quam si exequutioni mandet promittens, transgrediatur, ius aliquod, atque adeo peccabit venialiter, aut lethaliter, sed etiã nulla sunt ea promissio, aut pactum, quæ idcirco sunt contra bonos mores, quòd vel manifestã tribuunt peccati occasionem, vel præiudicium afferunt, facileve afferre possunt moribus, quos esse expedit in bene instituta republica.

Ex primo † capite irrita & nulla sunt ipso iure promissiones, & pacta, quibus vnus alteri concedit, vt non teneatur de furto, aut dolo, quod in furtum cõmiserit, aut vt id exigi ab eo non possit. Vt si quis aliquem in œconomum, aut emptorẽ, vel negotiorum suorum gestorem, sumpserit, pacto inito cum eo, vt is non teneatur de dolo, aut de furto, quod in ea administratione commiserit: tale namque pactum, aut promissio ipso iure est nulla, quia contra bonos mores: præberet quippe manifestam ruinæ occasionem tali administratori, neque id in vlla bene instituta republica permitti vlla ratione debet. Si † tamen, postquã furtum, aut dolus, in administratione, sunt cõmissa, remittantur ab eo, cuius erant illa bona, aut iura, tunc valida est talis remissio; quoniam non præbet ruinæ occasionem, sed solum condonat debita contracta, aut delicta antea commissa. Inualidum similiter est, si quis paciscatur, aut concedat alicui, vt non teneatur de iniuria, aut vi, quã in futurum intulerit, secus autem, si condonetur iniuria, aut vis antea illata; aut si tutori, aut curatori, testator concedat, vt non teneatur de dolo, quod commiserit in administratione bonorum filiorum suorum. Hæc habentur l. si vnus. §. illud, & §. pacta. ff. de pactis. l. pacta quæ. C. de pactis. l. quidã decedens, in princ. (alias est l. ita autem. §. Iulianus) iuncta glo. ibi verb. ius publicum, ff. de administr. tutor. & l. 29. titu. 11. part. 5. Idem etiam erit, si quis inuitans aliquem ad furtum, aut ad aliud delictum, ante delictum commissum illi promittat, se soluturum loco illius pœnam si in quam ob tale delictum in futurum condemnetur, vt habetur l. si à reo, §. vlt. de solutionib.

Ex secũdo capite nulla sunt sequentia pacta & promissiones. *Si quis promittat se non reuocaturũ testamentum, aut se decessurum ab intestato*, vt disp. 151. dictum est. *Si quis ita stipuletur ab aliquo, tantũ ne mihi dare spõdes, si me hæredẽ non instituas?* & alius id ei promittat, nulla est talis promissio, vt habetur l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. id enim potestatem liberè testandi ex parte aufert. Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, similiter est nulla, quia aufert potestatem testandi vt suo loco inferius dicetur. Pactum circa bona eius, qui adhuc viuit, sub conditione, si ad ipsos, aut eorum aliquẽ, ea bona deuentãt, est nullũ, nisi in tali pacto is consentiat, cuius sunt ea bona, vt habetur l. vlt. C. de pactis. Pactũ Pœnæ appositæ non stanti sponsalibus est ẽt nullũ, vt habetur c. gemma, de sponsalibus eo quòd matrimonia libera esse debeant, & id eorũ deroget libertati. Nulla ẽt sunt pacta & promissiones his similia, de quibus proprijs in locis est sermo. Ex his enim omnibus præiudicium facile oriri potest aduersus bonos mores, aduersusve id, quod expedit, vt in bene instituta republica, ad cõe bonum sequatur, vt ex parte disp. 151. explicauimus, eaque de causa irrita sunt iure humano.

Illud tamen obserua, cum ea quæ sub his pactis, & promissionibus cadunt, mala in se non sint, neq; item eiusmodi pacta, & promissiones, ex se ipsis sint irrita & nulla, sed ex sola dispositione iuris humani; non plus hæc esse extendenda,

Digitized by Google

da, quàm humano iure irrita sint reddita. Neque valere hoc argumentum, tanta, aut maior ratio est, vt hoc irritum reddatur, quanta, vt illud, neque minora incommoda nata sunt sequi ex hoc, quam ex illo; ergo sicut illud irritum est tali iure humano, ita censendum est hoc esse irritum. Etenim, vt aliquid humano iure irritum sit, aut prohibitum, non satis est, si sufficientes causæ sint, vt prohibeatur, aut irritum reddatur, sed vlterius requiritur, vt iuris dispositione propter eas, aut alias causas, prohibitum aut irritum sit: interimque dum ea iuris dispositio non accedit, neque irritum, neque prohibitum est censendum.

Quæst. 8 Dubium est, vtrum† si pacta, & promissiones, quæ ex duobus capitibus explicatis irrita, ac nulla sunt iure humano, iuramento confirmentur, obligent vi iuramenti ad sui obseruationem. Multi ducti, quòd eiusmodi pacta & promissiones sæpè in iure dicantur esse contra bonos mores, passim censent, esto iuramento confirmentur, nihil omnino obligare, vt disput. 151. ex parte retulimus. Etenim non est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum, vt habetur leg. non est obligatorium, de reg. iur. lib. 6.

Argumẽtũ.

Decis. Hoc tñ loco statuenda est hæc regula vniuersalis, ad quã in sequentibus dirimemus quæstiones hisce de rebus occurrentes. Si promissio, aut pactum, homini fiant, & iuramẽto cõfirmentur, obligant, esto irrita sint iure humano ex duobus capitibus explicatis, modo tñ iure humano non reperiatur etiam irritum iuramentum, quo confirmantur. Itaque qñ iuramentum non est etiam iure humano irritum, tunc, vt promissio, aut pactum iuramento confirmata, non obligent ad sui adimpletionem, si homini sint facta, necesse est, vt sint de re mala, hoc est, iure diuino, aut humano, prohibita. Neque satis esset, si promissio ipsa, aut pactum, essent prohibita fieri, sed necesse esset, vt exequutio ipsa, obiectum ve promissionis, aut pacti, esset prohibitum, vt disp. 151. ostendimus. Hæc regula satis comprobata reperietur, si expendantur, quæ diximus disp. 151. citata, iunctis duabus antecedentibus, vbi validissime eam confirmauimus in promissione nõ reuocandi testamentum, & in nonnullis alijs euentibus estq; eadem prorsus in cæteris, quę ea comprehenduntur, & vbi iecimus fundamenta, vnde est satis perspicua. Possumus verò eam confirmare, quoniam non minus est cõtra bonos mores promissio, qua vsurario promittimus vsuram, aut grassatori centum, ne iniuste nos interficiat, quæ illi accipere non possunt sine culpa lethali, & onere restituendi; neque minus eiusmodi promissio est irrita, q̃ cæteræ promissiones, quæ ex duobus capitibus cõmemoratis sunt contra bonos mores: sed promissio illa facta vsurario, aut grassatori, obligat, si iuramento confirmetur, vt disp. 149. ostensum est: ergo & istæ aliæ, qñ homini fiunt, & qñ humano iure nõ est irritum iuramentũ, quo confirmãtur.

Diximus, eiusmodi promissiones, & pacta iuramento cõfirmata obligare, si homini fiant: qm̃, si fiant Deo, ita vt ratione voti iuramento cõfirmati subeant, & vel non sint de re bona, vel esto de re bona sint, minus aliquod bonum impediant, tunc non obligant: eo quod Deus tes indifferentes sibi promissas, non velit, neque item velit, vt promissionibus ipsi factis maius bonum impediatur, vt tribus disputationib. citatis ostensũ est.

Addidimus præterea; modo iuramentum quo confirmantur, nõ sit ẽt irritum iure humano: qm̃ si irritum iure humano sit, etiã si eiusmodi pacta, & promissiones, homini fiant, nõ assumunt vires ex iuramento, vt disp. 149. explanatũ est, adhibito exemplo ex Concil. Trident. sess. 25. c. 16. vbi irritæ redduntur renũciationes, & obligationes, etiã ad pias causas, quæ à nouitijs fiunt ante professionẽ, esto iuramẽto confirmentur, nisi de licẽtia Episcopi, aut eius vicarij fiant intra duos dũtaxat menses ante professionẽ, &c. Adhibito etiã exemplo de iure Lusitano, & regni Castellæ, vbi irritæ sunt obligationes, & contractus, si in eis iuramentum apponatur, idq; ne ea rõne causæ seculares à seculari ad Ecclesiasticũ forũ auocentur.

Ad argum. 9 Ad id, vnde† multi dicuntur, vt à nostra discedant regula, dicendum est, duobus modis dici aliquid contra bonos mores. Vno presse, & propriè, quia videlicet est peccatũ veniale saltẽ, contra diuinũ, vel humanum ius. Altero late, quia licèt, in se non sit peccatum, inde tñ bonis moribus, quos in bene instituta republica seruari decet, potest facile præiudicium afferri, vt disp. 151. explicatũ est. Qñ autem iura affirmant, pacta, & promissiones, de quibus nostra regula loquitur, esse contra bonos mores, sumunt late, esse aliquid contra bonos mores: regula verò iuris, quæ habet, non esse obligatorium iuramentum præstitũ contra bonos mores, sumit presse, esse aliquid contra bonos mores, pro eo videlicet, quod bonis moribus est aduersum, quale est solũ peccatum.

10 Dictũ† est supra, si postquã furtũ, aut dolus, in administratione, aut in quauis alia re sunt commissa, remittantur, validã esse remissionem: qm̃ non præbet occasionẽ ruinæ, vt præberet, si quis dolũ, aut furtum, antequàm committerentur, remittat, sed solũ condonat debitum contractum, ac delictũ commissum, vt expressè habetur l. si vnus. §. illud, iuncta glo. ibi, & §. pacta. ff. de pactis. Obseruandum tñ est, qñ quis administrationẽ alterius habuit, aut negociũ illius egit, vel quippiam cum eo partitus est, aut societatem, vel quoduis aliud negocium habuit, ex eo, quòd vel à ratione administrationis reddenda liberetur, vel quòd, partitione facta, aut ratione cuiusuis alterius rei reddita, liberationem accipiat ab eo, qui illam præstare poterat: imò ex eo, quòd is, qui liberationem tradit, promittat se nihil deinceps ab eo exigiturum ea de re, non propterea censeri condonare, si quid furto inde acceperit, aut si quid dolo in ea administratione, aut negocio, commisit: sed posse id exigere, nisi expressè dolum, aut furtum commissum, condonauerit, vel talibus verbis liberationem, aut condonationẽ efficiat, vt sufficienter intelligatur, dolum ẽr, aut furtum, intendisse remittere. Ita habetur l. tres fratres, ff. de pactis. l. quidam decedens (aliàs l. ita autem. §. Iulianus.) ff. de adminis. tut. l. Aurelio. §. Gaius. ff. de liber. legat.

Digitized by Google

legat. & l. 30. tit. 11. par. 5. Habentq; hæc verũ & si liberatio, & promissio, confirmata esset iuramẽto, vt rectè Couar. ait, 2. var. resol. c. 14. nu. 1. Qm̃ iuramentum solum cõfirmat ea, quę in liberatione, & promissione, intelligebantur. Si tñ quis depositario culpam in depósito commissam remitteret, censeretur ei dolum, & latam culpam remittere: qm̃ aliquam censeretur velle ei condonare: ille autem solum de dolo, & lata culpa, quæ dolo æquiparatur, tenebatur, vt suo loco patebit. Ita habetur l. si vnus §. illud, iuncta gl. ibi. ff. de pact.

11 Illud † verò est obseruandũ; si cui, vel in præteritum, vel in futurum, remittatur rõnis redditio administrationis, aut si quid in negocio aliquo commisit, aut cõmittet, leuissimã & leuem culpã censeri remissam, vt bene Couar. c. 14. citato nu. 3. adnotauit: id enim significat ea remissio, quæ sanè, neque in futurum, irrita est iure aliquo.

12 Postremò illud est † obseruandũ, facta alicui liberatione rõnis reddendæ administrationis alicuius siue per vltimam voluntatẽ a testatore, siue alia rõne ea fiat, nihil id impedire, quin exigi ab illo possint, quæ, si facta non fuisset ea liberatio, realiactione reddere tenebatur. Imò verò, si vltra id, de quo rationem reddere illi remittitur, quippiam aliud debebat ei, qui reddere eam rationem illi remittit, id ét compelli potest solui. Ita colligitur ex l. Aurelio. §. Caius l. Aurelius §. Mauiq. & l. creditor debitori. §. Titia. ff. de liberat. legata. Lege Couar. c. 14. citato, latè de his disputantem.

## Ex quibus causis licitum sit, non implere promissionem acceptatam antequam impleatur.

### DISPVTATIO CCLXXII.

#### *SVMMARIVM.*

1 *Promissio antequam traditione perficiatur, ex quibus causis licitum sit non impleri.*

2 *Promissionem, vt quis teneatur implere, quid sit necesse.*

3 *Promissio generalis promittentem non obligat, nisi ad ea, ad quæ interrogatus verisimiliter respondisset, se obligaturum.*
*Amplia multis modis, vt nu. 6.*
*Item multo magis intellige in foro conscientiæ, sub eo, num. 3.*
*Declara tamen, vt nu. 7. 8. 9. 10.*

4 *Promittens ducere aliquam mulierem in vxorem, si ante matrimonium contractum illa fornicetur, non tenetur eam ducere.*
*Amplia idem esse, si ante matrimonium fieret leprosa, vel paralitica, aut aliud turpius accideret ei, num. 5.*
*Declara, vt ibi.*

11 *Promissio mutua, si ex vna parte non impleatur, potest licitè non impleri ex altera.*

12 *Ingratitudo quænam sufficiat ad reuocandum etiã donationem perfectam.*

DIsputatione 263. ostensum est, fas esse reuocare promissionem, antequam acceptetur, exceptis nonnullis euentibus ibi explicatis. Sue etiã loco infernus explicabimus, quibus ex causis fas vniuersim sit reuocare donationẽ, & si cõsummata omnino sit per traditionẽ. Nunc verò solũ disputamus, ex 1 quibus † causis licitũ sit, non implere promissionẽ, anteq̃ traditione perficiatur: tum qñ acceptata est, tum etiã in euentibus, in quibus disp. 263. diximus, obligare antequã acceptetur.

D. Tho. 2. 2. q. 110. art. 3. ad quintum, cum Seneca & Tullio, ait, vt † quis teneatur implere pro- 2 promissionem alioquin obligantem, necesse esse, vt non mutetur status personarum, rerum seu negociorũ. Subscribunt Caiet. 2. 2. q. 88. art. 1. & q. 113. art. 1. Sotus 7. de iustitia, q. 2. artic. primo, ad primum. Nauar. in manu. c. 18. & doctores communiter. Non tamen sufficit quæcunque mutatio. Verumtamen in primis sufficeret, quæ adimpletionem de facto redderet impossibilem, aut etiam de iure, hoc est illicitam, iuxtà ea, quæ præcedentibus disputationibus sunt dicta.

Vt si promisisti tali die dare talem seruum, aut equum, & ante eum diem mortui sunt, ad nihil eo ipso teneris.

Si item ensem dare promisisti, & ante traditionem is, cui promissus est, in furiam, aut amentiam incidat, non teneris eum illi dare: quia potius peccares illum ei tradendo; teneris tamen, vel seruare illum ei in aliud tempus, vel tradere illum, aut æstimationem illius, curatori.

Deinde, ea rerum mutatio deobligat promittentem ab adimpletione promissionis, quæ, si ei 3 † occurret, quando promisit, ea exciperet, de eave interrogatus tunc, responderet, mentem suam nõ esse, in eo euentu se obligare. Ratio huius est qm̃ liberalis, gratuita promissio, non plus obligat, quã promittẽs se intendere obligare: promittens autẽ non intendit se in eo euentu obligare. Sicut enim in generali concessione non venũt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessus, vt habetur reg. in generali, de reg. iur. lib. 6. ita in promissione non veniunt euentus, quos, si in speciali, cum his, vel illis circunstantijs proponerẽtur, excipere promittens, dum promisit. Etenim quemadmodũ in legibus locum habet epicheia ad excipiendos euentus, de quibus dubitandum non est, si legislatori occurrerent illos excepisset, qui proinde eiusmodi legibus non censentur cõprehensi, esto legislator nihil de eis quãdo legem tulit, cogitauerit: sic ét in promissione, quæ est velut lex quædam, quam sibi promittens imponit, non censentur comprehensi euentus, quos tunc promittens excepisset, si ipsi occurrerent, aut proponerentur. Neque alius potest esse melior interpres suæ propriæ promissionis, quam promittẽs ipse, esto absolutè promiserit, neque quicquam de euentibus, tunc inopinatis, cogitauerit.

Quando namque superueniunt, interrogãdus est, an si illi, dum promisit, occurrerent, ab aliove proponerentur, diceret, mentem suam esse, vt illis nolle se obligare: quod si id respondeat, censendi sunt non fuisse comprehensi.



Digitized by Google

Exempla sunt. In primis, si Deo vouisti oēs sextas ferias anni ieiunare, eoque anno dies natiuitatis Dñi sexta feria celebretur, in qua omnes fideles carnibus vescuntur; ad iudicandum, an ea die, nihil impediente voto, possis carnibus vesci, & non ieiunare, interrogandus es, an si, dū votū emisisti, tibi occurreret, eo anno festum natiuitatis incidere in die veneris, cū diem exciperes: & si affirmāter respōderes, certè non teneris ieiunare.

Si autem trepides, scrupulosusque ac timoratæ conscientiæ, plus iusto, sis, arbitrio prudentis iudicandum est, te non teneri ieiunare. Neq; enim credendum est, te, & eo die, voluisse a carnibus abstinere, & esse singularem cum familiæ onere in piscibus tibi solis parandis.

4 Deinde, † si mulieri promisisti ducturum eam vxorē, atque, ante matrimonium contractum, illa fornicetur, non teneris eam ducere: qm̄ non intēdisti in eo euentu, superuenientéve ea circunstantia, te astringere ad illam ducendam vxorem: præterea, quia indigna est, cui fidem datā serues. Ita habetur cap. quemadmodum, de iureiur.

5 Vbi † additur, idē esse, si post talem promissionem illa fieret leprosa, paralitica, vel amitteret oculos, aut nasum, vel aliquid aliud turpius, aut æquè turpe, illi euenireti: qm̄ hi omnes euentus per epicheiam censendi sunt non comprehensi in ea absoluta, atq; sine vlla limitatione promissione, quæ tñ tacitam habet conditionē, si rerum status illis modis non varietur. Idē esset, si ei, quā virginem existimabas, promisisti ducturū eā vxorem.

Si enim ante cōtractum matrimonium certò intelligas, vel experientia propria, vel relatione aliorum, eam tunc non fuisse virginem, non teneris illam ducere vxorem, quando, si id scires, nūquam ducturum eam illi promisisses. Quādo autem cap. quemadmodum citato, dicitur, eum, qui sub iureiurando promisit, ducturum aliquam vxorem, non posse illi opponere fornicationē præcedentem, sed subsequentem, intelligendum id est, de fornicatione præcedente sibi nota tempore promissionis: secus autem de ignota, per quam virginitatem amisit, aut quæ illam notabiliter reddidit magis infamem, quam antea ab eo esset nota. Si namque tempore promissionis infamis erat ob fornicationes, idque sciebat, & nihilominus eā ducturū promisit, vtique, quod postea detegantur aliæ fornicationes, quæ paulò plus infamem eam reddunt, sufficiens causa non est, vt fas sit eam promissionem non adimplere.

6 Similiter, si † aliquid promisisti, atque ad tantam egestatem postea deueniſti, vt si id præsciuisses, numquam tale quid promitteres, non teneris promissionem implere. Si item operam tuam alicui promisisti ad illius negocium gerendum, aut ad quippiam aliud, inciditque filius tuus in grauem morbum, ita vt multum indigeat opera, & præsentia tua, neque rei vtrique sufficiens sis, nō teneris promissionem implere: quoniam non intendebas in eo euentu te obligare.

Idem est in alijs similibus euentibus, qui prudentis arbitrio iudicandi sunt, spectata qualitate, & quantitate, mutationis rerum, collataque cum re promissa, atque expensis cæteris circunstātijs concurrentibus: semper namque id erit sequendum, quod recta ratio præscripserit, prudentisve iudicauerit arbitrium, vt probè Caiet. q. 113. citata adnotauit, neque alia commodior, ac certior regula potest statui. Habenda verò ante mentis oculos sunt exempla proposita, quibus facilè quiuis manducetur ad iudicandum in alijs, qui occurrerint, euentibus.

7 Sunt verò nōnulla obseruanda. Primum † est, si postquā quis in mora fuit implendi, quod promisit, superueniat impedimentum, quod, si ante moram superuenisset, eum omnino deobligaret, non manere omnino deobligatum: qm̄, licèt iam tunc non teneatur implere, quod promisit, tenetur tñ ad interesse, damnaque ex eo subsequuta, quod nō impleuerit tempore, quo potuit, & debuit. Vnde, si promisisti i soluere centum hoc mense, &, cum posses, neque vlla adesset causa, quæ te excusare, id omisisti, casuque postea in maximam deueniſti egestatem, certè id non te excusat ab onere ea soluendi, non secus, atque alia debita, ad quæ ex delicto, aut contractu oneroso ante eam egestatem tenebaris: quoniam a tempore moræ teneris ex iniusta detentione ad interesse, damnaque subsequuta, atque adeo ex delicto.

8 Secundū, si impedimentum † excusans ab impletione promissionis sit ad tēpus: postea, sublato impedimento, implendā esse promissionē. Vt, si religionē ingredi promisisti, superuenīēte euētu, quē si prouidisses, non te astrinxisses ad ingrediendū in eo euentu, certè, redeuntibus rebus ad pristinū statum, ingredi teneris religionem. Hęc tñ obseruatio prudētis arbitrio est iudicanda; neque enim est vniuersim vera. Si namq;, dū diues esses, centum Petro ex liberalitate promisisti, quæ te status & abundantia bonorum, inter alia, ad id inuitauit, atq; antequam esses in mora, subitò in maximam deueniſti paupertatem, profecto omnino excusaris ab adimpletione promissionis, neque si postea casu aliquo, aut tua industria, ad pristinū deueniſti fortunam, teneris implere promissionem; qm̄ non te intendisti obligare, nisi non variato rerum statu, in quo, qm̄ promisisti, eras.

9 Tertiū, qm̄ † quis ob mutationem status rerū ab adimpletione promissionis deobligatur, deobligari ab illa implenda, etiam si iuro sit confirmata; id quod probat c. quemadmodum, de iureiur. supra citatum. Ibi namq; de promissione iuramento confirmāta erat sermo. Suffragatur etiā ratio. Etenim q̄ cōditionē tacitam admittit promissio, si iuramento non confirmetur, admittit, qm̄ illi accedit iurum. Neque enim aliud sub iuramento promittimus, quam quod continet promissio in se, quam iuramento confirmamus.

10 Quartum, valdèque † attendendum est. Longè diuersa esse, promittentem non penetrasse, quod promisit, ita videlicet, vt si, quæ in re promissa continebantur, omnino penetrasset, eave fuisset expertus, continuisset se ab emittenda tali promissione, & rerum statū ita esse mutatū, vt si ea mutatio, dum promittebat, occurrisset nollet in eo euentu promittere, vel se obligare. Ex his autem

Digitized by Google

autem duobus, hoc secundum est, de quo hactenus fumus loquuti, & quod cum communi Doctorum sententia dicimus de obligare ad implenda promissione.

Illud verò primum nequaquam à promissione implenda deobligat: quoniam ea, quæ non satis penetrauit: & quæ in particulari non erat expertus, sunt, quæ in promissione continentur annexave sunt rei, quam promisit, ac proinde ea omnia promisit, esto, si ea esset expertus, illaq; penetrasset, numquam talem promissionem emisisset: sibi autem imputet, quod, re non satis expensa, ac cognita, id promiserit.

Hac ratione non deobligatur ab ingressu religionis, qui, non penetrans pœnitentias & difficultates alicuius religionis, eam vouit. Neque postea integrum ex eo capite illi est, eam egredi, quòd, si illa penetrasset, fuisserque expertus, nunquam id vouisset. Quin potius, si egrediatur voti est transgressor, lethaliterque peccat, vt omnes confitentur, seruatque Ecclesiæ praxis.

Votum namque non solum non satis maturè, sed & temerè animi leuitate factum, obligat. Tametsi leuitas animi in vouendo, conducat ad facilius impetrandam dispensationem, quãdo aliæ adsunt causæ, nempe quia non habet mores, naturamue, statui illi satis aptam, aut vires competentes ad laborem religionis, aut aliud simile.

Dubium est, vtrum si duo vicissim sibi aliqua
11 † promittant, neutraq; promissio facta sit intuitu, aut in recompensationẽ alterius, fas sit vni ea de causa non implere, quod alter nõ ad impleat. Nauar. c. decimo octauo, nu. 7. citato, negat.

Longè verò probabilius arbitror, fas id esse. Sicut enim in alijs debitis locum habet compensatio, sic etiam in debitis ex gratuita promissione. Adde, alterum eo ipso, quod implere ex sua parte non vult, indignum esse; cui promissio impleatur, esseque ingratum.

12 Quæ ingratitudo † sufficiat ad reuocandã donationem, etiam si esset completa adhibitione rei promissæ, longè plus sufficit ad promissionẽ non implendam: quæ autem ad reuocandam donationem sufficiat, dicetur suo loco inferius.

Quando promissio facta est ob causam, quæ non existit, dicetur inferius suo loco, quando non obliget.

## Discrimen inter promissionem, & donationem consummatam.

### DISPVTATIO CCLXXIII.

#### SVMMARIVM.

1 *Donatio vnde dicta.*
2 *Donatio quid.*
3 *Donatio quando dicatur perfecta.*
4 *Donatio perfecta in quo differat a promissione acceptata, & ad impletionem obligante.*
5 *Donatio vt valida sit, quæ sint necessaria.*

1 DOnatio, † vt Paulus Iurisconsultus l. Senatus. ff. mort. causa donatio. ait, dicitur a dono, quasi doni datio. Quo fit vt solum habeat locum, quando datio ex liberalitate procedit.

Tum enim solum datum rationem habet doni. Vt autem colligitur ex D. Thom. in prima distinctio. decima octaua, quæstio. prima articul. secundo, & ex Arist. quarto Ethicor. capitul. secundo, potest in hunc modum definiri.

2 Est † datio liberalis, seu, vt Diuus Thomas, & Aristo. aiunt, irredibilis, id est, non in commutationem pro re alia quæ retribuatur. Intellige, quasi vna ex iustitia sit debita in recompensationem pro alia, vt comprehendamus remuneratoriam donationem, quæ verè est donatio ex liberalitate procedens, idque, quod ea datur, verè est donum; tametsi procedat simul ex gratitudine: quod rationem donationis non impedit. Porrò is, cui donatio fit donatarius nuncupatur.

Vt disputatione 252. 254. & 255. dictum est,
3 donatio † tunc est perfecta, rationemque fortitur contractus nominati, quando fit traditio rei, quæ donatur, & acceptatur; idque siue traditio actu vero, siue ficto, fiat, iuxta ea, quæ in materia de possessione dicta sunt.

4 Donatio † ergo hoc modo sumpta, differt a promissione acceptata atque obligãte ad impletionem, quòd donatione transfertur dominium in donatarium, eo quòd interueniat traditio: promissione verò acceptata, non item, sed solum comparat donatarius ius ad rem sibi promissam, iuxta ea quæ disputatione secunda, & tertia, dicta sunt.

Quo fit, vt si is, qui promisit, rem promissam alteri tradat, siue gratuito, siue oneroso titulo, cõparet is dominium illius, cui tradita est ille verò alius, cui erat promissa, solum personali actione agere potest ad interesse aduersus eum, qui sibi illam promisit: eo quod non haberet ius in re; sed ad rem, iuxta ea quæ ibidem dicta sunt.

5 Vt donatio † presse sumpta valida sit, ea omnia sunt necessaria, quæ ad validam promissionẽ præcedentibus disputationibus necessaria esse explicauimus. Interdum verò sumitur donatio latè, vt etiam gratuitam promissionem, antequam impleatur, comprehendit. Quemadmodum autẽ explicando promissionem multa miscuimus de donatione latè sumpta: sic in sequentibus de eadẽ donatione latè sumpta erit plurimum sermo.

## Qui donare possint. Et peculiariter de eleemosynis, & donationibus vxoris.

### DISPVTATIO CCLXXIV.

#### SVMMARIVM.

1 *Donare, contrahere, & promittere quilibet potest, qui non reperiatur expresse prohibitus.*
2 *Potestati alterius subiecti vsque ad quam summã donare, vel promittere possit.*

3 *Vxores vsque ad quã summam donare possint. Vbi recitantur opiniones, nu. 6. Decidit. nu. 7.*

4 *Matrimonia in Lusitania duob. mod. celebrantur. & in dubio primo modo intelliguntur cõtracta.*

5 *Matrimonium contractum de iure communi valde differt a matrimonio contracto de iure Castellæ, & Lusitaniæ.*

8 *Vxor non potest immoderatas eleemosynas facere sine consensu viri.*

*Et ita ex hoc habetur intellectus ad c. quod Deo. 33. q. 5. vbi Augustinus.*

9 *Donationes remuneratoriæ inter coniuges non debent conuerti in eleemosynas propinquorum alterius coniugis.*

10 *Vxor quando possit eius nutrici etiam contra voluntatem præsumptam viri sui, dare certã quantitatem pecuniæ.*

11 *Vxor potest ad euitandum nobile, & temporale damnum viri, aut familiæ, donare, & sumptus facere necessarios.*

*Et quid de damno spirituali, an possit pro eruendo virum a peccato, eleemosynas facere? num. seq.*

12 *Vxor si habeat virum prodigum, potest contra illius voluntatem, abscondere, & seruare bona.*

13 *Vxor habens administrationem bonorum potest donare, & eleemosynas, & sumptus facere, quæ vir consueuerat.*

14 *Vxor si habeat victum a marito præscriptum, potest parcius viuendo de illo donare, & eleemosynas facere, ex communi.*

1 II, de quib. disp. 26. dictum † est, celebrare posse contractus, donate possunt, siue ad pia elargiendo eleemosynas, siue ad non pia; nisi quatenus ratione aliqua prohibiti sint, vt explicabitur.

2 Illud † vniuersim dici potest quo ad eos, qui alterius subsunt potestati circa administrationẽ aliquorum bonorum posse de eis donare, tam in eleemosynas, quam quouis alio modo, de consensu siue expresso, siue tacito, aut præsumpto eius, cui ita subsunt, quantum intellexerint illius esse voluntatẽ. Ita doctores cõiter, & inter alios, D. Tho. 2. 2. q. 32. attic. 8. tametsi de solis eleemosynis eo loco agat, teaque ex se est notissima.

3 Vt verò examinemus quousque † vxores, quæ sub virorum sunt potestate, donare possint, obseruandum est. Duobus modis celebrari matrimonia in Lusitania, vt latius dicemus inferius, dum de contractu societatis fuerit sermo.

4 Vno, † contractu medietatis bonorum, de quo nulla mentio fit de iure cõi, & quo pacto censentur matrimonia oĩa contracta in eo regno, nisi fuerit aliud expressum tempore celebrationis matrimonij. Eo namque ipso, quod matrimonium per carnalem copulam fuerit consummatum, bona vtriusque coniugis cõia fiunt quo ad dñium, dissolutoque matrimonio per mortem alterius, aut facto diuortio inter illos, diuidũtur bona omnia in duas partes æquales, & vna traditur vni, alia verò alteri, aut hæredibus illius. Altero modo celebratur, contractu arrharum & dotis, vt vocant, de quo solo mentio fit de iure cõi. Est verò 5 latissimum † discrimen, maximeque obseruandum ad rem, de qua modo agimus, inter hoc matrimonium, vt celebrabatur de iure cõi, & vt celebratur de iure Regni Castellæ, & de consuetudine Lusitaniæ. Quod de iure cõi viro dabatur certum quid in dotem vxoris ad sustinenda onera matrimonij, seu vt vxori competentem tribueret sustentationem; administratio aũt dotis & fructus oĩs, atque emolumenta illius toto tempore, quo matrimonium perseuerabat, pertinebant ad solum virũ: dissoluto verò matrimonio, restituebat solam dotem vxori, aut hæredibus illius. Præter dotem, tenebatur vxor administrare familiã quo ad ea, quæ propria sunt vxoris in familia, atque adeo tenebatur præstare industriam, & operas, quæ, attenta qualitate ipsius & familiæ, ipsã decerent, & quas familiæ administratio postularet. Si quid aũt vlterius sua industria, opera, & labore lucrabatur, suum erat, & non mariti. Præterea, omnia alia bona, quæ, persoluta dote, vxori restiabant, & quæ postea illi donatione, legato, iure hæreditario, aut quacunque alia ratione, obueniebant, aut acquirebat, ad ipsam spectabant, non solum quo ad dñium, sed ẽt quo ad administrationẽ liberãq; eorũ dispõnẽ: tametsi poterat administrationẽ eorũ cõmittere marito, si vellet. Atq; hæc omnia bona, paraphernalia, dñr, a para, quod græcè significat iuxta, & pherna, qđ significat dotẽ, quasi bona iuxta dotẽ. De iure verò Castellæ, & de consuetudine Lusitaniæ, administratio omnium bonorũ, ẽt paraphernaliũ vxoris, atq; opera & industria vxoris constãte matrimonio acquisita pertinet ad solum maritum: nullãq; oĩno hẽt vxor administrationẽ bonorũ, nisi fortè, dũ cõtraxerunt, aliqua sibi excepit ad suos vsus, & liberã administrationẽ ac dispõnẽ: q̃q̃ rarissimẽ euenit. Dissoluto verò matrimonio, vxor extrahit prius, quæcunq; attulit, esto nihil remaneat marito, aut hæredib. mariti: deinde extrahit maritus, q̃cunq; ẽt attulit, si qd verò bonorũ superfluit, tale incrementũ appellatur bona suplucrata, dimidiũq; pertinet ad virũ, & alterum dimidiũ ad vxorẽ, aut hæredes vxoris.

6 Hoc † ita cõstituto, ad rẽ accedamus. Pal. in 4. d. 15. q. 3. ar. 6. cõcl. 2. Gab. ibid. d. 16. q. 4. cõcl. 4. autores summarum ver. eleemosyna, & doctores cõiter affirmãt, vxorẽ de bonis paraphernalib. facere posse eleemosynã, & alias donationes, quas voluerit, ẽt inuito marito: eo q̃ dñium, & administratio eorũ, ad ipsã spectet, neq; ea in parte viro subijciatur. Atqué hoc ipsum innuit D. Th. 2. 2. q. 32. ar. 8. ad 5ẽdm: verumq; est de iure cõi, iuxta ea, q̃ paulo ante retulimus, de quo ipsi loquuntur Nau. in Man. c. 17. n. 154. hoc restringit, nisi vbi cõsuetudo, & statuta prouinciæ aliter decernerẽt: qđ ppius Castellæ, & cõsuetudinẽ Lusitaniæ addidisse uĩr, in quib. administratio bonorũ paraphernaliũ ad solũ uirũ spectat. Vnde censet, in his regnis nõ posse uxores facere eleemosynam de bonis paraphernalib. *sine cõsensu, saltem tacito uiri*, ut statim subiungit de bonis cõib. superlucratis eã nõ posse facere eleemosynam in eisdẽ regnis sine uiri cõsensu: eo q̃ illorũ administratio, non ad uxorem, sed ad solum uirum spectet.

Palud.

Digitized by Google

Palud. & Gabr. locis citatis, Sylvest. & Angel. verb. eleemosyna, Richard. in 4 d. 15 art. 2 q. 6. D. Thom. 2. 2 q. 32. art. 8 ad 2. & alij, asserunt, si vxor laboriosa atque industriosa sit, nihilq; subtrahendo de ijs, quæ ad competentē suæ familiæ administrationem ex suo opere, & labore necessaria sunt, aliquid insuper lucretur acu, aut quocunque alio labore & industria, posse de eiusmodi lucro facere eleemosynas, & donationes, etiam inuito viro: qm̃ tale lucrū suum est quo ad dominium & administrationem. Loquuntur tñ hi Doctores de iure cō., iuxta quod, quæ eo modo comparat, ipsius sunt, ēt quo ad administrationem, vt dictum est Nauar. tamen nu. 154. citato contrarium affirmat habere verū in Lusitanię & Castellæ regnis: eo q̃ huiusmodi lucra, vna cum cęteris, cōmunia sint viris cum vxoribus, administratioque tota eorum ad solum virum pertineat: quare non plus potest donare de iure eiusmodi lucris sine viri facultate, quā de bonis paraphernalibus. Doctores cōiter, si eorum dicta rectè expendas; conuenire videntur, vxores de bonis, quorum administratio ad virum spectat, non posse facere eleemosynam, & multo minus alias donationes, absque expresso, aut præsumpto, viri consensu. Quare, cū in his duobus regnis administratio omnium vniuersim bonorū pertineat ad virū ex eorundem dictis videtur sequi vxores nullā regulariter posse facere eleemosynā, aut donationem, sine consensu, saltem præsumpto, viri: si verò, illā efficiant, peccare, tenerique restituere, quod ita dederint, saltem accipiendo id in partem bonorum, quæ ipsas contingit, si viros id velle arbitrentur, aut dubitent, nisi veniam a viris obtinuerint. Atque hæc videtur esse Nauarri sententia.

Doctores nihilominus cōiter affirmāt, vxores, sine viri expressa facultate & consensu, posse facere eleemosynas, quas mulieres eiusdem status, & conditionis, pro facultatum quantitate, ac liberorum, & familiæ indigentia, solent cōiter efficere: idemque censent de alijs donationibus, & alienationibus, quæ a mediocribus eiusdem status & cōditionis mulieribus fieri solent. Ratio est, quia præsumere possunt, eam esse viri voluntatē. Quam D. Tho. in 4. d. 15. q. 2. art. 5. q. 1. Nauar. loco citato, n. 155. Abulens. in 6. c. Matth. q. 57. Sylu. & Ang. locis citatis; addunt. Quamuis maritus prohibeat vxorē simplicia facere, posse eam sibi persuadere, institutū mariti ea prohibitione solū esse, vt ipsam cōmeat, ne vltra cōsuetū modū eleemosynas, & similia efficiat: nō verò, ne cōsueta efficiat.

In euentu autem, in quo mulier sibi persuaderet, mariti voluntatē esse, ne quicquam omnino in eleemosynam tribuat, ait Palud. loco citato, posse de communibus bonis distribuere, quātum dissoluto matrimonio ad ipsam, vel ad liberos suos, de bonis ipsius spectabit, sumendo id in eā partem, quo tempore dissolutum fuerit matrimonium. Iuxta quam sententiam maiores eleemosynas, quam consueras, posset eo animo efficere.

Est tamen opinio falsa: quoniā, cum administratio omnium bonorum ad virum, cōstante matrimonio, pertineat, non potest vxor, ipso inuito, priuate eum parte talis administrationis. Præsertim cum id in damnū mariti alia via cedat. Tum quia proprij ipsius filij, quos ex ea suscipiet, minorem legitimam portionem tempore dissoluti matrimonij in bonis talis mulieris habebunt. Tum etiam qm̃ bonis, quæ ita vxor expendit, negociari, atque lucrari poterat alia. Tum denique qm̃ minui possunt bona cōia, ita, vt, dissoluto matrimonio, non tanta portio vxori ex illis obueniat, periculoque se exponit mulier, ne, assueta eiusmodi largitionibus, tandem de bonis ēt mariti donet Nauar. Abulen. Sylvest. locis citatis, & alij, censent, qm̃ vxori constaret, voluntatem mariti esse, vt nihil omnino donet, aut expēdat, peccare, si quid, ēt in eleemosynas, donet, teneriq; restituere id marito, saltē accipiendo id in partem bonorū, quæ ad ipsam spectat. Quin Nauar. loco citato idem ait, si quid contra mariti voluntatem insumat in ludis, pigmēris, & alijs similibus reb.

7 Equidem, † quemadmodū falsā omnino existimo opinionē Paludani: sic duram nimis, mini meq; amplectendā censeo horū aliorū doctorum sententiā, quatenus negant, vxorē, ēt inuito marito, posse facere moderatas eleemosynas, & alias donationes, atq; alienationes, quas mulieres eiusdem status & conditionis facere consueuerūt pro qualitate facultatum vtriusque coniugis, dotis, & bonorum, quę ipsa adduxit, atq; aliarum circunstantiarū cōcurrētium: idq; præsertim Hispanijs & maximè in Lusitania, quando matrimonium contractu medietatis bonorum fuit celebratum. Decis.

Primò, quoniam vxor non est mancipium viri, sed socia, neque est expers administrationis familiæ, & bonorum, sed compar, tametsi viro ea in parte subiecta tamquam familię capiti, ne quid inordinatè, aut superflue efficiat.

Secūò, qm̃ nō perinde debet vir vxori alimēta, & sustentationē, atq; filio, vt esse possit, qualis vir voluerit: sed debet illi, tanquā socię, familiæque matri, decentem sustentationem pro qualitate status, & quantitate facultatum vtriusque, spectatisque alijs circunstantijs concurrentibus in cuius quasi precium vxor dedit illi dotē, & insuper præstat iuuamen, atque operas suas, quantum postulat recta familiæ administratio ex parte vxoris: ad decentem autem sustentationem vxoris pertinent ea omnia, quæ fœminæ status, & conditionis ipsius, habere & facere consueuerunt.

Neque enim pater decentem sustentationem tradere diceretur filio in studio, aut curia, nisi illi supeditaret necessaria, non solum ad victum, & vestitum, sed etiam ad sumptus, quos iuuenes eiusdem conditionis & status facere ibidem consueuerunt: eodemque modo vxori non diceretur tradere competentem sustentationem, nisi illi habere, ac facere permitteret, quæ mulieres eiusdem conditionis & status communiter habere, & facere, consueuerunt. Quin potius, si certa portio illi in iudicio ad suam competentem sustentationem adiudicaretur, ratio in ea adiudicanda haberetur, non solum victus, vestitus, ornatus, ac famulatus, iuxta qualitatem suę personę, spectatisque cęteris circunstantijs concurrētibus,

bus,sed ét eleemosynarum, & honestę recreationis,atq; donationum,quas recta ratio postularet, vt,spectatis eiſdem circumſtãtijs,efficeret. Quia ergo vir irrationabiliter illi prohiberet eiusmodi omnes ſumptus vxor ſtare non teneretur tali prohibitioni,vtpotè irrationabili, ſibique iniurioſæ, niſi peculiaris aliqua ratio interueniret, propter quã ipſi potius, quã alijs eiuſdem ſtatus & cõditionis id interdiceretur: vt ſi deuenirẽt ad maiorẽ paupertatẽ, quam eſſet aliorum ſui ſtatus, aut haberent plures filios,quam illi: Tunc enim æquitas postularet,vt coniux vterque ſumptus temperaret, vxorque viro parere teneretur,dum limites æquitatis nõ tranſgrederetur: in dubioque mariti præſcripto ſtare teneretur. Iuxta hæc ergo, dũ vxor non alios ſumptus facit in victu, veſtitu, ornatu, eleemoſynis, honeſtis recreationibus, & moderatis largitionibus, quam conſuetos aliarũ mediocrium ſui ſtatus, dicendum eſt, illam non peccare, eſto contra viri voluntatẽ illos efficiat.

Imò, eſto peccaret faciendo contra viri voluntatem aliquos vltra regulariter conſuetos inter mediocres eiuſdem ſtatus; ſi tamen non excederent latitudinem ſumptuum, quos mulieres ſui ſtatus facere conſueuerunt arbitror, nõ teneretur reſtituere: qm̃ non eſſent vltra eos,quos, dũ contraxit,quaſi emit,& per conſequens,nõ tam peccaret contra iuſtitiam quam contra obedientiam, quam ea in parte marito debet. Semper tamẽ cõfeſſarij reſtringere debent vxores,vt, quoad fieri poſſit, maritis obtemperent, pacemque cum eis ſeruent. Præſertim cum nullum periculum immineat peccati ex parte ipſarũ, ſi a ſumptibus abſtineãt,& facilè per exceſſum incurrere poſſint peccatum, ſi virorum tranſgrediantur voluntatem.

Quãdo aũt vxores contra mariti volũtatẽ notoriè excederẽt,nõ ſolum peccarẽt,ſed ét reſtituere teneretur exceſſum,ſi intelligerent,maritos ad reſtitutionem velle eas obligare, aut ea de re dubitarent. Ad noſtrã hãc ſnĩam explicatã accedere videntur Richardus loco cit. Viguerius in inſti.c. 12.§.2.ver.5.& Io. Med.in codice de elemoſy.q. de q bus bonis ſit eleemoſyna faciẽda.§.ex dictis.

Dixi ſupra, hanc noſtram ſententiam habere locum præſertim in Hiſpanijs: quoniam in eis vxores nulla bona ſibi reſeruant, quorum diſpoſitio ad eas pertineat, vt ſibi vxores de iure communi reſeruabant bona paraphernalia, ex quib. liberè poterant eleemoſynas,& alias donationes, ac ſumptus, pro libito facere in quacumque ſumma:durum autem,atque irrationabile valde eſſet, miſeram mulierem, quæ in manus incideret auſteri,atque auari viri, nihil omnino poſſe alienare ad ſuum decentem ornatum,competentes eleemoſynas,atque honeſtam recreationem,neque illa, quæ mediocres mulieres ſui ſtatus alienare conſueuerunt,abſque illius facultate,valdeque irrationabiliter, & iniuſte inita eſſet cenſenda talis ſocietas bonorum inter virum & vxorem.

Addidi, maximè in Luſitania, qñ matrimonium contractu medietatis bonorum eſt celebratum:quoniam, licet in Luſitaniæ & Caſtellæ regnis,quando matrimonium contractu arrharum & dotis eſt celebratũ,adminiſtratio omnium bonorum pertineat ad maritos, nihilominus dos, bona paraphernalia,& arrhæ,ſemper ſalua vxori manent,idque totum accipit ipſa,aut hæredes ipſius, diſſoluto matrimonio, eſto nihil remaneat viro,aut hæredibus viri. neque tenetur ad debita a marito conſtante matrimonio contracta quin potius præfertur alijs creditoribus: quando autem matrimonium contractu medietatis bonorum eſt celebratum, non ſic res habet, ſed ſumptuũ omnium,quos vir facit,dimidium perit vxori: ſi autem, conſumptis omnibus bonis viri, & vxoris, aliqua debita remaneant diſſoluto matrimonio per mortem viri, vxor tenetur ſoluere dimidium: multo autem durius eſt, vxorem talem ineundo ſocietatem bonorum cũ viro, nihil omnino abſq; illius facultate poſſe alienare:ſed, ſi ille auſterus & auarus ſit,ad omniaque deneget illi facultatem, teneatur illi reſtituere, quæ moderatè, iuxta aliarum ſui ſtatus conſuetudinem, alienauerit, libero illo remanente ad alienandum de communibus vtriuſq; bonis, quæ libuerit,quam ſit in contractu arrharum & dotis.

8 Quod ſi † quis nobis obijciat. cap. quod Deo. 33. q. 5. vbi Auguſtinus cuidam coniugatæ ait: *nihil de tua veſte,nihil de tuo auro,vel argento,vel quacunque pecunia,aut rebus vllis terrenis tuis,ſine arbitrio eius*(viri ſcilicet)*facere debuiſti.* Dicẽdum eſt ibi loqui Auguſtinum, de immoderatis eleemoſynis, & largitionibus, quales illæ erant. Erogauerat enim omnia bona ſua viuente marito, indutaque monachali habitu, inſtar monialium,in domo priuata viuere volebat. Obiectio

Quia ergo vxor moderatas eleemoſynas, & donationes,pro qualitate ſui ſtatus facere,poteſt, etiam ſine viri facultate,vt dictum eſt; ſanè poteſt eas congregare, non ſolum parentibus indigentibus,ſed etiam fratribus, aut alijs conſanguineis, easq; illis tribuere abſq; viri facultate: modò tamen alias eleemoſynas, & largitiones non faciat, quæ ſimul cum his ſumptæ ſummam,quam ſine mariti facultate poteſt expendere,excedant.

Eodẽque modo vir,quæ in alios pauperes põt diſtribuere,aut alijs elargiri,poterit congregare, & diſtribuere conſanguineis ſuis indigentibus.

Poſſumus hoc probare, quoniam ordo caritatis poſtulat, vt pauperes conſanguinei, aut affines,alijs pauperibus,cæteris paribus præferantur: quare, cum ea omnia alijs pauperibus poſſent licite tribui,aut etiã donari,non indigentibus, conſequens profectò eſt, vt tribui licitè poſſint conſanguineis indigentibus. Immo æquitas postulat, vt aliquantulũ in conſanguineos benignior ſit, quam in alios, & vt id non ægrè ferat alter coniux,dummodo exceſſus nõ ſit multus:quoniã vna ex circumſtantijs,quæ expendi debent ad iudicandum, quantum vxor ſine conſenſu viri, aut etiam vir ſine conſenſu vxoris, expendere poſſit, eſt, indigentia occurrens ſuorum propinquorũ.

Nonnulla tamen ſunt obſeruanda. Primum 9 eſt,ne † remuneratoriæ donationes, quæ quibuſdam ex gratitudine debentur, ac proinde ad quas vterque coniux tenetur, omittantur, & conuertantur

mertantur in eleemosynas eiusmodi propinquorum alterius coniugis. Ratio autem, cur hoc obseruandum sit, est. Tum quia eiusmodi remuneratoriæ donationes, esse possunt maiores, pro quantitate meritorum, quam aliæ.

Tum ét quia id debitum est vtriusque coniugis, ceditq; in splendorẽ & honorem vtriusque: vnus aũt coniux non põt priuare alterũ eo emolumento, tribuendo id suis consanguineis indigentibus. Secundum est, vt, nisi indigentia cõsanguineorũ sit maxima, aliquæ nihilominus eleemosynæ ordinariæ fiãt alijs, in exẽplũ vicinorũ, & honorem familiæ, atq; ne alijs id generet scandalum, qui nesciunt causam, cur cõsuetæ eleemosynæ prætermittantur. Tertium est disp. 218. circa quintum effectum patriæ potestatis, explicatũ esse, quousque, non solũ filij, sed ét filiæ, esto coniugatæ sint, teneantur præbere alimenta parentibus eis indigentibus; possintq; illas, ac teneri, soluere hoc debitum etiam inuito marito. Lege quę ibi dicta sunt. Quin arbitror, eiusmodi debitũ de cõmunibus bonis vtriusque coniugis esse soluendum, si matrimonium contractu medietatis fuit celebratum. Si verò arrharum & dotis, existimo soluendũ esse de bonis superlucratis, si quæ tunc sint. Quòd si bona superlucrata non sint, idque parentibus vxoris tribuantur, debere vxorem sumere, quod ita fuerit insumptum in partem, quæ ipsam, dissoluto matrimonio contingit.

Dubiũ. 10 Ex dictis † possumus decidere quæstionẽ, cui Nauar. loco citato nu. 155. respondet, an videlicet mulier, quæ amplissimam attulit dotem, possit ei, quæ ipsi lac præbuit, tradere quadraginta aureos contra præsumptam viri voluntatem. Nauarr. negat, etiam si per partem discursu temporis eos illi daret, quando a principio intendit ad eam summam per partes deuenire.

Decis. Credo tñ habendam in primis esse rõnem cõparatione vxoris, rationemque postulare, vt eam faciat, modo non sit immoderata, attenta qualitate talis vxoris: at verò vxor dote, & bonis suis emit, vt expensas posset efficere, quas ad eã facere spectat; quare, si maritus, attentis facultatibus vtriusque, posset eã donationẽ facere suæ propriæ nutrici, fortasse posset etiam facere vxor eandem suæ nutrici, præsertim si matrimoniũ contractu medietatis fuit celebratum, aut (esto contractu arrharum & dotis celebratũ fuerit) si sint bona superlucrata cõia vtrique coniugi, poterit illam facere in Hispanijs de illis communibus bonis.

Demiq; quamuis censeã, non esse plus iusto habenas laxandas vxoribus, sed restringendas potius eas esse hac in parte, certe, si vxor se ab alijs donationibus & sumptibus, alioquin sibi licitis, contineret, vt eam summam nutrici, quando æquitas postulat; tribueret, tam amplam dotem, & tot bona potuit afferre, & tam copiosæ vtriusque coniugis possent esse facultates, vt nõ dubitarem affirmare, licitum esse dare eam summam, vel simul, vel certe per partes: at verò habere a principio animum ad eam summam perueniendi per partes, non credo sufficientem causam esse, vt id illicitum sit, quando licitum esset sine eo animo decursu temporis idem efficere.

Quæ sequuntur, confitentur doctores, licere
11 vxori clam, inuitoque marito: In † primis, ad vitandum notabile damnum viri, aut familiæ, elargiri poterit vxor, aut insumere, quæ ad id expedire iudicauerit.

Sic Abigail contra, atque vir eius fecerat, illo minimè consulto, obtulit munera Dauid. 1. Regum 25. quibus illum placauit. Ita affirmant Palud. Gabr. Nau. & plerique alijs locis citatis. Ratio autem est, quoniam damnum temporale viri, aut familiæ, in ipsam etiam vxorem, & in bona ipsius, redundat: eaque de causa siue immineat ex malitia viri, siue aliunde, & siue ex inaduertẽtia, ignorantia, impotentia, malitia, aut alia ratione, vir illi non occurrat, licitum est vxori occurrere illi, facereque ad id sumptus necessarios, sibi, suæque familiæ consulendo.

12 Hac † eadem rõne, vt Nauarrus ibid. nu. 154. & alij, rectè affirmãt, si vir prodigat ac dilapidet bona, fas est vxori ea, contra illius beneplacitum, abscondere, & seruare, prouidendo in futurum sibi, & familiæ: neque enim ea in parte tenetur parere marito in commune ipsius & mariti detrimentũ. Id verò, quod Nauar. ibidem, & alij affirmãt, fas videlicet esse vxori, ad vitandũ spirituale damnum viri, contra ipsius beneplacitum, facere moderatas eleemosynas, vt ea via Deus illum illuminet, & adducat ad veram pœnitentiam, nobis sanè non probatur, qñ id non redundaret in temporale damnum vxoris. Quoniam spirituale malum viri, non ita redundat in vxorem, quin ipsa vitare possit quodcumque peccatum: sicut autem extraneus non posset accipere bona illius, atque ex illis facere eleemosynas, vt ille eueretur à peccato: ita vxor nõ potest elargiri bona viri in eleemosynas ipso inuito, vt a peccato eruatur.

13 Deinde, qñ † bonorũ administratio ad vxorẽ spectat, eo ꝙ maritus absens sit, aut prodigus, vel mente captus, aut quacunque alia ratione, tunc vxor largiri põt eleemosynas, eaq; donare, atque expendere, quæ maritus consueuerat. Consentiũt Palud. Nauarr. & alij locis citatis. Equum tamen est, vt vxor parcior aliquantulũ sit, quã erat vir: præsertim quando intelligeret, eam futurã fuisse viri voluntatem, si præsens, aut compositi esset.

14 Quando † item maritus certum quid præscriberet vxori ad victum, aut ad alios suos sumptus, si illa parcius viuendo aliquid reseruaret, de illo eleemosynas, & donationes alias, posset facere, vt Doct. communiter affirmant. Hæc de vxore.

## De donationibus mariti, & de insumptis cum concubinis, & simul de donatione a milite, aut clerico facta concubinæ.

### DISPVT. CCLXXV.

*SVMMARIVM.*

1 *Maritus de iure Lusitano quando donare possit, & quando non, sine consensu vxoris.*

*Et quid econuerſo de vxore.*

2 *Maritus ſi donet concubinæ, vel alteri cui carnaliter ſit affectus, poteſt de iure Luſitano vxor eo viuente totum repetere, & etiam quattuor annis poſt ipſius mortem.*

*Quod etiam ad hæredes vxoris extenditur.*

*Et etiam ſi bona fuerint per virum concubinæ vendita.*

3 *Vxor an poſſit repetere de iure Luſitano pecuniam, per maritum concubinæ donatam.*

*Et quid de iure Caſtellæ nu. 5.*

4 *Mulier de iure Luſitano aliquid in precium accipiēs a coniugato, pro actu venereo, licet in præiudicium vxoris cedat, non tenetur ante latam ſententiam ei reſtituere.*

5 *Maritus de iure Caſtellæ poteſt diſponere de omnibus bonis, niſi reperiatur feciſſe animo defraudandi vxorem portione ſua. & nu. 7.*

*Et quid in Luſitania nu. 9.*

6 *Maritus non poteſt diſponere de bonis communibus ſine conſenſu vxoris: alias ſibi computantur in partem.*

*Imò donatarius ſi maritus nō accipit in partē ſuā, tenetur in foro conſciētiæ rē vxori manifeſtare.*

8 *Mandatum de alienando non extenditur ad donationem.*

10 *Donatio facta a milite eius concubinæ eſt nulla etiam in foro conſcientiæ.*

*Datum tamen pro mercede ſui corporis, vel in recompenſationem pro obſequijs exhibitis, non poteſt repetere.*

*Quid autem in clerico. nu. 11.*

1 DE † iure Luſitano nefas eſt maritis, non ſolum donare, ſed etiam quouis alio modo alienare bona immobilia ſine expreſſo conſenſu vxoris, ſiue contraxerint contractu medietatis bonorum, ſiue arrharum, & dotis, vt habetur 4. lib. ord. titu. 6. & fuſius alibi dicetur inferius. De pecunia ēt, & alijs bonis mobilibus ſiquid donauerit maritus ſine cōſenſu vxoris tunc, diſſoluto per mortem alterius matrimonio, tenetur id accipere vir, aut hæredes illius, in partem, quæ ipſum contingit. Niſi donatio ſit remuneratoria aut in eleemoſynam: has enim facere poteſt vir ſine cōſenſu vxoris. Modo tñ immenſæ non ſint: nā tūc vxor aut hæredes illius, agere poſſunt ad eam annullandā. Intellige, quatenus in preiudiciū ipſius fuerit, nempe contendendo, vt exceſſum accipiat vir in partem ipſum attingentem, atq; in defectū bonorum mariti, vt donatarius reſtituat dimidiū incrementi, quod ad vxorem ſpectat. Hæc habentur tit. 6. citato. §. vlt. Hæc tamen ordinatio accipienda eſt politicè, atq; vt eſt vſu recepta. Poteſt namq; vir, tanquā bonorum adminiſtrator, facere inconſulta vxore, donationes minoris momēti, quas pro bonorū vtriuſque quantitate, adminiſtratio ipſa bonorū efflagitat, ita vt non teneatur poſtea illius accipere in portionem bonorū: quæ ipſum contingit. Præſertim cum diſputatione præcedente dictum ſit, vxorem quoque efficere poſſe inconſulto viro, moderatas donationes, quas pro qualitate ſui ſtatus, & quantitate facultatum, attentiſq; alijs circunſtantijs, ſimiles aliæ vxores facere cōſueuerunt. Imò ſicut filius familias in curia, aut ſtudijs, longè a parētibus degēs, adminiſtrationem q; habens bonorum, quæ ipſi ad ſuā ſuſtentatione mittuntur, facere poteſt donationes, quas alij ſui ſtatus facere conſueuerunt, qñ pater non plus illum reſtringit, quā alij a parē tibus cōiter reſtringātur; & ſi quid parui momēti inutiliter & malè donet, aut conſumat, non tenetur id poſtea adducere ad partitionē cum fratribus: ita longè maiori cum rōne dicendum eſt de marito, nempe, eſto aliquid leue pro quantitate facultatum malè donet, aut inſumat, non teneri poſtea ſumere id in portionē, quæ ipſum cōtinget: neque enim bonorum adminiſtratio in hac fluxa, & labili vita, tanto cum rigore eſt committenda. Eadem quoque ratione, ſi vxor modicum quid de communibus bonis malè donet, aut inſumat, non tenetur id ſumere in ſuam portionē.

Si verò maritus ſummam aliquam donaret in dotem ſororī, aut donationes alias magnas, atque extraordinarias faceret, inconſulta, libereque non conſentiente vxore, aut vxor ſine conſenſu viri, tunc accipere illas tenerentur in partem, quæ vnumquemque eorū contingit. Ait verò Nauar. in manu. c. 17. nu. 155. ſi maritus non accipiat in partem ſuam donationem ita magnam factam ſine conſenſu vxoris, teneri donatarium admonere vxorem, vt vel compenſationem faciat, vel cogat maritum, aut hæredes mariti, vt eam ſumant in portionem mariti. Obſerua tamen, ſi vxor eſſet, quæ, ignorante id marito, illam efficeret: tunc quia vxor adminiſtrationem eorum bonorū non habet, atque adeo contra iuſtitiam aduerſus maritum peccat, non ſolum ipſa, ſed etiam donatarius, vtique non ſatis eſſet, (quando mulier eam non acciperet in ſuam portionem) ſi admoneret eā de re maritum, aut hæredes mariti, ſed ēt teneretur ipſe reſtituere marito, aut hæredibus illius, partē talis rei donatæ, quæ ad maritum ſpectaret.

2 De eodem Luſitano † iure, ſi maritus quippiā dedit concubinæ, aut alteri, cui carnalitet ſit affectus, ſiue illud mobile ſit, ſiue immobile, poteſt vxor, ſine viri conſenſu, id repetere toto tempore vitæ viri, & quatuor annis poſt mortem viri, quo tempore toto illi adiudicabitur, vt integrum ſit ipſius & præcipuum, & vt ad ſuum libitum poſſit de eo diſponere, etiam viuente viro.

Quòd ſi vxor è vita diſceſſerit ante virum, hęredes vxoris, dummodò deſcendentes, aut aſcendentes, illius ſint, poſſunt intra quatuor annos a morte illius id repetere. Idem diſponitur de bonis, quę per virum tali concubinæ fuerint venditа, pignori data, vel alio contractu in illam tranſmiſſa, nullumque precium cogetur ſoluere vxor, aut hæredes illius: quoniam præſumitur interueniſſe fraudem, virumque nihil precij accepiſſe. Quia ergo lex fundatur in præſumptione, ſi vxori conſtaret, maritum verè accepiſſe precium, in foro conſcientiæ teneretur reddere precium, aut quoduis aliud, quod vir in recompenſationem accepiſſet. Hæc habentur. 4. lib. ordin. tit. 8. & li. 5. tit. 28. §. vltimo.

Gama

Digitized by Google

Gama decis. 226. refert, cum vxor quædam à
3 concubina † mariti repeteret pecuniã, quàm maritus illi donauerat atq; ꝓ vxore lata à iudice inferiori fuisset sentẽtia iuxta Lusitana iura: citata, reuocatã postea fuisse iudicio quorundã senatorũ. Ducti autem fuerunt ad eam reuocandam. In primis, quia dicebant, ordinationem solum loqui de rebus, quarum dominium non transiuit in cõcubinam atque adeo quas vxor vendicare potest: licet autem maritus pecunias concubinæ donasset, concubinam tñ illas consumpsisse, aut ex illis emisse bona aliqua, quorum comparauit dominiũ; eo quòd, qñ quis emit aliquid pecunia aliena, verè comparat dominium rei emptæ. Deinde qñ maritus, vt alienare potest bona mobilia sine consensu vxoris, ita potest illa donare: neque vxor potest reuocare donationem factam à marito, nisi qñ est immensa, neque supersunt bona, vnde ipsa accipere possit suam medietatem, bonave, quæ ad ipsam spectãt, iuxta §. vlt. citatum.

Non dubito, tñ, cum Gama ibidem, sententiã inferioris iudicis fuisse rectè latã, nec debuisse reuocari, reuocationemq; fuisse cõtra ordinationes sane intellectas. Etenim ordinationes vniuersim loquuntur de quacunquere data cõcubinæ à marito siue illa mobilis sit, siue immobilis. Neque loquuntur solum; qñ res potest vendicari, quia dominium perseuerat apud vxorem, sed ẽt si consumpta sit: quandoquidẽ concubina contra legis præscriptum illam accepit, & cum periculo, quòd eam teneretur soluere si vxor, iuxta eam ordinationẽ, illam repeteret. Neq; sane aliter consultum sufficienter fuisset vxori, vt ordinationes ea in parte consulere illi intenderũt, nisi de omni vniuersim re intendissent. Adde, maritum vniuersim transferre in cõcubinã dominiũ rei mobilis, quã illi tribuit, neque concubinam teneri illã restituere vxori ante latã sententiã, aut valorem illius, si maritus indemnẽ velit seruare vxorẽ. Quòd si indemnẽ illam non seruet, tunc concubina tenetur illi restituere, non integrum valorẽ rei illius, sed qđ ex re illa ad vxorẽ spectabat, hoc est, dimidiũ, si contractu medietatis bonorũ fuit matrimoniũ celebratum, aut si rès illa ad lucra cõia viro, & vxori spectabat, qñ matrimonium celebratum fuit cõtractu arrharum, & dotis: nihil verò, si nulla erant bona superlucrata, neque id impediebat, quo minus vxor integre dotem, & cætera bona, quæ ad ipsam attinebãt, acciperet. Quare, si concubina rẽ illã vendidisset, nõ posset vxor eã vẽdicare à tertio illo possessore, sed solũ cõpeteret illi actio personalis ad valorẽ illius rei aduersus concubinã. Quo fit, vt lex Lusitana, quæ vxori rẽ illã integrã concedit per repetitionẽ à concubina mariti, pœnalis sit, neque vim habeat ante latã sententiã. Atq; ex his euersum manet primum eorum, q bus senatores illi nitebãtur. Secũdum verò nullius est momẽti: qñ, licet ordinationes concedãt marito alienare bona mobilia sine consensu vxoris quocumq; alio titulo; expresse tñ statuũt, vt si quid donet sine consensu vxoris, teneatur id accipere in partẽ, quæ ipsum contingit, nisi donationes sint remuneratoriæ, aut elemosynæ. Exceptio aũt illa, qñ donationes sunt immẽsę, solũ intelligitur de elemosynis & remuneratorijs donationib. vt hæc oĩa aperte patẽt. tit. 6 §. vltim. citato.

4 Ex dictis † patet in Lusitania, qñ mulier aliqua à coniugato accipit aliquid in precium actus veneręi, aut in donationem, ita vt id cedat in præiudicium vxoris talis coniugati, ante latã quidem sẽtẽtiam non teneri illud integrum restituere vxori. Quando tamen bonum illud cõcerat viro cũ vxore, vt regulariter esse solet sane, cum concubina cooperetur ad iniustitiam, quam vir vxori facit id ita insumendo, licet comparet dominium rei ita acceptæ, neq; teneatur quicquam restituere vxori, si maritus, vt tenetur, vel remissionẽ ab vxore obtineat, vel illi satisfaciat, accipiẽdo rẽ illã in partem bonorum, quæ ipsum cõtingit, si intelligit vxorẽ velle, vt id restituat; qñ tamen concubina credit illum non restituturum vxoremq; velle, vt vir restituat, tenetur ipsa restituere vxori partem quam talis vxor in ea re habebat. Idem dic de ijs, quę amasius ab aliena vxore simili modo accipit. Solũ namq; in defectũ talis vxoris, tenetur restituere marito portionem, quæ ex rebus ita acceptis marito obueniebat, & si quæ damna, saltẽ lucri cessantis, inde illi vlterius obuenerunt.

5 In regno † autem Castellæ in quo nõ est in vsu contractus medietatis bonorum in matrimonio, dubium est, quousque donare vir possit de bonis superlucratis eaq; expendere sine consensu vxoris, & vtrũ ad aliquam restitutionẽ teneatur vxori si ea bona superflue donet, aut male expendat. Atq. in primis constat in eo regno, virum liberã habere dispositionẽ horum oĩum bonorum absq; consensu vxoris, ẽt si immobilia sint, validumq; esse omnem contractum quo ea alienat, nisi probatum fuerit, factum esse animo defraudandi vxorẽ portione sua. Sic enim habet. l. 5. nouę collect. *Otro si, que los bienes, que fueren ganados y mejorados y multiplicados durante el matrimonio entre el marido y la muger, los pueda enagenar el marido durãte el matrimonio, si quisiere sin licentia ni otorgamiẽto de su muger. Y que el cõtrato de enagenamiẽto vala: saluo si fuere probado que lo hizo con, teloſamẽte por defraudar o damnificar a la muger.* Quæſt.

Palatius Rub. in rub. c. per vestras de don. §.
6 66. ait, permissum † nõ esse viro donare de bonis cõibus sine consensu vxoris, eaque de causa si aliquid de illis, sine tali consensu, donet, teneri id sumere in partem, quæ ipsum contingit. Idẽ censet de ijs, quæ, vt se liberet à delicto sua culpa commisso, de illis bonis insumit: longe verò maiori cum ratione censet idem de ijs, quæ cum meretricib. insumit, aut aliter prodigit, ac destruit.

Nauar. in Man. c. 17. nu. 155. licet cũ Io. Lup. in rub. de donat. inter virum, & vxo. dicat, maritum non teneri restituere vxori, quæ de lucris communibus bene, aut male, insumit: quoniam, inquit, ea sola, quæ tempore diuortij inueniuntur lucrifacta, censentur lucra; reliqua verò, licet pro dimidio lucrifierent vxori, lucrifiebant tamen reuocabiliter, ita quòd maritus, ad quem spectabat libera illorũ administratio, potuit, bene, vel male, illa administrando, sibi & vxori nocere;

Digitized by Google

cere; nihilominus in calce numeri illius cõtratiũ censet de donationibus, nempe, si eas sine consensu vxoris faciat, teneri illes sumere in partẽ suã; & donatarium, si id maritus non accipiat in partem suam, teneri manifestare rem vxori, vt illa, vel compensationem faciat, vel cogat illum, aut hæredes illius, sumere id in partem suam.

Antonius verò Gom. ad l. 50. Tauri. num. 75. Greg. Lop. ad l. 13. tit. 10. par. 5. Io. Lupus, a Nauar. relatus, & alij, asserunt, in eo sensu esse viro permissam oẽm vniuersim lucrorũ cõium administrationẽ, quod siue donando, aut vt a delicto liberetur, siue cũ meretricib. aut quouis alio modo prodigendo, illa insumat, ad nullã restitutionẽ vxori teneatur, sumendo, quod ita insumpserit, in suã portionẽ: modo tamen ea non insumat in fraudem vxoris, vt illam priuet parte eorũ bonorum; quod præsumeretur, quando immodicam aliquã faceret donationẽ: Atq; hoc pacto intelligunt legẽ Castellæ relatã, quæ id sonare vi: affirmãtq; ita esse receptũ in stylo ac praxi in eo regno.

Quod aũt id absq; vxoris iniuria potuerit constitui, atque in praxi recipi, suadent quæ sequuntur. In primis quod vxor contrahens in eo regno semper hẽt saluum totum suum capitale, esto nihil cõmo remaneat marito, aut hæredibus mariti, atq; adeo damnũ totum capitalis vtriusque pertinet ad solum maritum. Deinde, & maritus sit, qui præcipuè lucratur: & quòd de iure cõmuni lucra oĩa ad solum maritum pertinebant, quemadmodum & dãna: quare alienum ab æquitate non est, & quanuis in eo regno vxori concedatur dimidiũ luerorum, quæ tpe dissolutionis matrimonij reperientur, viro tamen libere concederetur facultas alienandi bona oĩa mobilia, & immobilia (saluo semper capitali vxoris) toto tempore, quo matrimonũ perseueraret, neque astringeretur ad vllam restitutionem vxori, esto prodigè & inordinatè illa expenderet ac perderet: modo tamen nihil faceret in fraudem vxoris animo minuendi portionem quam in lucris habere debebat.

7 Media † tamen quædam snĩa est nobis amplectenda cum Molina lib. 2. de primog. c. 10. à nu. 65. qui doctè, vt assolet, rem hanc explicat, & cũ Gutier. de pract. qq. lib. 2. q. 121. idemq; voluisse videtur Nauar. & voluerunt alij, quos citat. Nempe, quod ad donationes attinet, aliquantulum plus habere maritum laxas habenas in Castella de bonis superlucratis, quam in Lusitania: põt enim aliquantulũ largius exercere liberalitatem circa illas, quæ cum bonorum administratione solent esse coniunctæ ac licent. Non tamen potest exercere excessiuas, & quæ in notabile detrimentum vergerent vxoris quo ad bona superlucrata, siue illa donet suis consanguineis, aut affinibus, siue alijs: quoad excessum enim teneretur tum in conscientiæ, tum etiã in exteriori foro, illas accipere in medietate bonorum, quæ ipsum contingeret: Ratio est, quoniam nomine facultatis ad
8 † alienandum, non censetur concessa potestas ad donandum, præsertim excessiue, argumento l. creditor §. Lucius. ff. mand. vbi in mandato de disponendo de re tanquam propria, non intelligitur concessa potestas ad donandum, quanuis alias possit illam alienare. Item quia per epicheiam non censentur lege illa Castellæ concessæ marito excessiuæ donationes in præiudiciũ vxoris: lex quippe esset irrationabilis, parumq; æqua, quod præsumendum non est de legislatoribus, Christianis præsertim: neque lege comprehenditur id, de quo si legislator in particulari interrogaretur, neganter responderet. Adde eiusmodi excessiuas donationes, præsumi factas animo defraudandi vxorem, esto ex affectu ad consanguineos, aut extraneos, factæ sint. Ea verò lege, de qua loquimur, prohibitæ intelliguntur donationes factæ, etiam præsumptiuè, in fraudem vxoris, vt rectè Molina exponendam eam legem censet. Intelligendam præterea eam censeo, & si delicto mulieris aliquid etiam insumatur, idque in causa sit solum, vt lucra communia minuantur, nihil de capitali suo teneatur ea de causa restituere marito. Secus autem, si tales sumptus capitale viri minuerent: nã tunc vxor teneretur indemnẽ seruare maritum, quoad capitale, ex suo delicto.

9 In Lusitania † autem, cum nihil tale sancitum sit, secluſaq; dispositione illa positiui iuris Castellæ ob rationes à nobis explicatas, standum in sola rei natura, iniuriã maritus faciat vxori dilapidando bona vtriq; communia, dicendũ est, si qd vir, qui contractu arrharum contraxit, insumpserit de bonis superlucratis, vel donando superflue, vel vt se liberet à delicto sua culpa commisso, vel cum meretricibus, aut alio modo cum iniuria vxoris, teneri id sumere in partem quæ ipsum contingit. Præsertim cum non amplior administratio bonorum illi in eo regno concedatur, qñ matrimonium contractu arrharum fuit celebratum, quàm quando celebratum fuit contractu medietatis bonorum, vt patet l. 4. tit. 6. & alijs locis citatis.

10 Illud † occasione eorũ, quæ de donationibus cõcubinis factis dicta sunt, admonuerim, l. 2. C. de dona. inter virum & vxor. in militum fauorẽ esse concessum, vt donationes à militibus factas suis concubinis eatenus nullæ sint, quòd reuocare possunt, repetereq; quod dono illis dederunt, atque adeo siquid illis gratis promiserunt, neq; in conscientiæ, neque in exteriori foro, tenerentur illud soluere: qñ namque lege aliqua alicui repetitio conceditur, longè maiori cum ratione censetur eidem concessa retentio, atq; exceptio, si ab eo id petatur. Quod tamen illis dedissent in preciũ iustum, vt sui corporis copiam facerent, repetere id non possent: qm̃ non esset donatio, de qua sola in ea lege est sermo. Quod item illis dedissent in recompensationem pro obsequijs exhibitis, aut alijs beneficijs ab eis acceptis, repetere id non possent, esto remuneratoria esset donatio: quoniam de solis alijs donationibus merè gratuitis est eo loco sermo, vt glo. vlt. bene ibidem notat.

11 Occasione † illius legis, cũ Ecclesiasticus quidam donasset suæ concubinæ prædia aliqua hæredes clerici voluerunt loco defuncti in Lusitania repetere, quod ita fuerat concubinæ donatum; quasi clericus, tamquã miles Christi, iuxta doctrinam Bartoli, quam sequitur additio glossæ citatæ,

citatæ, eodem priuilegio ea in parte gauderet, quo gaudent milites sæcularis militiæ. Quamuis autem (referente Gama decis. 58.) res fuerit controuersa: vltimo tñ pronunciatum fuit, vt tanquam turpiter datum, & turpiter acceptum, ob coitum videlicet cum Ecclesiastico, qui in foro exteriori est punibilis adiudicaretur fisco. Gama tamē ibi censet, adiudicari potius debuisse hæredib. clerici, ob priuilegium illud militum, quod cum Bar. & additione glossæ citatæ, locum habere censet in clerico spiritualis militiæ. Ego autē rectè iudicatum fuisse arbitror. Neque. n. mihi vnquā persuadere potui, priuilegium illud, & alia illis similia, secularibus militibus intuitu præcisè sæcularis militiæ concessa, extendenda esse ad clericos, nisi peculiariter ea extensio lege aliqua fiat.

## Religiosus quousque donare, aut eleemosynas facere possit.

### DISPVTATIO CCLXXVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Religiosi superiores monasterij debent facere eleemosynas competentes.*
*Donare etiam moderatè possunt pro ratione administrationis. nu. 2.*
*Quid autem in inferiorib. ministris, vide nu. 3.*
4 *Religiosus eiectus a monasterio, dum viuit, potest eleemosynas, & donationes non malas facere.*
*Quid autem in vltima voluntate?*
5 *Religiosus beneficium habens, aut vsum aliquorum bonorum, quando possit eleemosynas facere, ac donare.*
6 *Religiosis annui reditus, qui beneficia ecclesiastica non sint an post Conc Trid. possint concedi.*
7 *Religiosi, qui in monasterijs viuunt, non possunt eleemosynas facere nec donare, nisi ex beneplacito superioris saltem præsumpto.*

DIVVS Tho. in 4. d. 15. q. 2. art. 5. q. vlt. Abul. in 6. c. Matth. q. 60. & alij, rectè affirmant:
1 Superiores † illos conuentuum, qui supremā habent bonorum administrationem neq; quicquā a superiori potestate habēt præscriptum, quod ea parte sequantur, posse, ac debere facere eleemosynas de superfluis conuentus. Imò de necessarijs, hoc est de non superfluis, sed competentibus ad statum conuentus, possunt, ac facere debent eleemosynas prudentis arbitrio competentes. Moderatè † etiam donare possunt pro ratione administrationis, eo modo, quem subiungemus, vt Medina in trac. de eleemosyna. c. de quib. bonis eleemosyna fit facienda. §. Abbates, & alij rectè affirmant. Bene aūt Palud. in 4. d. 15. q. 3. concl. 5. obseruat, q̄uis in vita eleemosynas possint facere, & donare aliqua: nihil tamen, sine expressa summi Pōtificis facultate, posse in morte legare. Quoniā non sunt domini eorū bonorū, sed dispensatores †. Et q̄m cum ipsorū vita administratio ēt expirat.

Illud verò vniuersim de prælatis est dicendū. Iuxta facultates monasterij, seu conuentus, spectatisq; cęteris circumstantijs concurrentib. atq; seruatis ordinationib. si quæ in eo conuentu sint ex præscripto totius ordinis, prouinciæ, aut quorumuis maiorum superiorum, circa quantitatem, modum, aut dependentiā a maiori parte capituli, vel a suffragio aliquorum ad aliqua deputatorū, posse facere, non solum competentes eleemosynas, sed etiam donationes remuneratorias, atque alias, quas bonum conuentus, decensque, ac recta administratio eorum bonorum, atque conuentus postulare, atque permittere iudicabit. Lege Nauc. non dicatis, nu. 11. Cum verò dispensator sit, & non dominus eorum bonorum, vtique si quid donet, de quo constet, dissipationem, & non dispensationē esse eorum bonorum, non solum peccat, sed etiam inualida est donatio, teneturque accipiens id restituere conuentui, nedum prælatus ipse, si qua via restituere id posset. Inter hæc autem computa, si (quod absit) luxuriosè viueret, & donaret concubinæ, vt rectè Abulensis ad c. 6. Matth. q. 37. ait. Itemque si quid inordinatè, hoc est, sine irrationabili causa, donaret suis consanguineis de bonis monasterij.

3 Inferiores † ministri, seu officiales, qui in ordine & gradu monasterij bona administrant, vt procuratores, & qui curā monasterij habēt, & alij similes (qui oēs, vt in Conc. Trid. Sess. 25. c. 2. sancitum est, esse debeant amouibiles ad nutum) facere possunt eleemosynas cōpetentes, iuxta regulas, aut consuetudines ea in parte cuiusque religionis, aut monasterij aut iuxta præscriptum ac voluntatem, saltem sine vllo dubio præsumptā prælati eiusdē monasterij. Lege inter alios Nauar. c. non dicatis nu. 8. & 9. in nostra autem societate pendet in omnib. a præscripto, & voluntate, saltem præsumpta, eius superioris, cui subsunt.

Quod ad cæteros religiosos attinet. In primis professus a monasterio ejectus, vt in calce disputationis 140. dictum est, licet religiosus re vera sit, nullius q; rei dominiū habeat; nihilominus tacitè videt illi eo ipso concessum, tum vt sub religionis obedientia ac regula non viuat: tum etiam commoditas & vsus rerum oīum, quas comparauerit. Quicquid tamen eorum bonorum post mortem illius manet, vt ibidē, ostendimus, pertinet ad mo-
4 nasterium vnde fuit electus. De † eiusmodi ergo religioso dubitandum nō est, posse interim, dum viuit, facere eleemosynas, & donationes non malas, quas voluerit, validasque eas esse. Probatur, q̄m cōmoditas tota, vsus, dispositio eorū bonorū, interim dū viuit, perinde ad ipsum spectat, ac si religiosus non esset, neque hēt iā tunc, cui ea in parte pareat, & cuius ductum, ac voluntatem ea in parte sequi teneatur, sed perinde, quo ad administrationē, acquisitionē, & alienationem bonorū, se habet, ac si dominium illorū haberet, suiq; iuris omnino esset. Hac de causa existimo, si quid cum meretricibus insumat, aut alia tōne peruersè donet, & expendat, factum tenere: neque plus accipientes teneri illa restituere, quam si ille religiosus non esset, sed verus eorum bonorum dominus.

Digitized by Google

minus. Per vltimam tamen voluntatem de illis bonis sine expressa Summi Pontificis facultate disponere non potest, vt loco citato dictū est: quoniam dominus illorum non est, vsusque & cōmoditas eorū solū illi conceditur interim, dum viuit.

5 Religiosus † in conuentu, aut extra conuētum licite viuēs, qui beneficium habet ecclesiasticum, aut cui cōmoditas, & liber vsus ac dispositio aliquorum bonorum concessa est, vt stipendij cathedræ, aut alterius muneris, quod administrat, vel cui certa portio bonorum conuētus quotannis in suam sustentationem cōcessa est, vt illa contētus, nihil amplius petat, vel cui certi annui reditus, siue de bonis conuentus, tanquam bene merito, siue à parentibus, aut consanguineis, aut ab aliquo alio (*tença* id in Lusitaniæ regno vocant) ad sumptus suos, itq; vsum, cōsentiente monasterio, aut dispensante Summo Pontifice, concessi sunt, vel denique cui ad suum vsum, ac dispositionem bona alia, annuēte prælato, concessa sunt; dummodo, si qua ei restrictio in illorum vsu, & dispositione facta sit, videlicet vt in his rebus, & non in alijs, ea insumat, vel vt recurrat ad superiorem pro facultate, aut certiorē eū faciat, quibus in rebus velit aliqua expēdere, & nō, nisi illo approbante, ea insumat; dummodo, inquā, si quæ facta illi sit restrictio illā seruet, potest de eisdē bonis eleemosynas facere, ac donare ad ea, quæ illicita non sint. Ad illicita nāq; vt si qd donet cōcubinæ, aut alio simili modo peruerse certè vsque adeo id efficere nō potest, vt, si facere attētet, factum nō teneat, sed accipiens teneatur id restituere, vel monasterio, vel Ecclesiæ, cuius fuerint ea bona. Cū enim neq; prælatus censendus sit ad eiusmodi alienationes tribuisse facultatē, dū vsum eorū bonorū religioso cōcessit; eo qd in cōcessione generali non censeātur ea cōprehensa, quæ denegarētur, si in particulari fuissent proposita: neq; si prælatus talem facultatē cōcedere intēdisset, vere illam concederet, eo quod potestas ipsius, quæ nō in destructionē ei concessa est, ad id non se extendat; sanè talis alienatio nulla est ipso iure, ac proinde accipiens restituere tenetur, qd ita acceperit, vt rectè Abulen. ad c. 6. Matth. q. 37. ar. Quando aūt donatio religiosi, de quo loquimur, facta esset consanguineis de bonis beneficij Ecclesiastici, qd administrat; cū dominus nō sit eorū bonorū, vt sunt alij beneficiarij supra, cū de testamēris beneficiariorū habitus est sermo, dictū est, quousq; valida sit, aut non sit talis donatio. Illud insuper obserua; religiosum beneficiariū liberam habere dispositionem reditnum beneficij ad ea omnia, quæ pia sunt, & quæ ad competentem ipsius sustentationem spectant, neque in parte vllam posse illi fieri restrictionem. Quo ad hæc omnia lege, inter alios, Nauar. c. non dicatis à nu. 9. vsque ad 12.

Vtrū aūt post decretū Cōcilij Tridētini Sess. 6 25. c. 2. fas sit † cōcedere religiosis eiusmodi annuos reditus, q beneficia ecclesiastica nō sint. Nauarrus dicatis à nu. 14. & n. 18. &c. nullā à nu. 24. vsq; ad 36. rē disputat. Quamuis aūt censeat, neq; posse illis permitti, vt habeāt eos tamq̄ proprios & suos, imò neq; vt habeāt eos tamq̄ monasterij & nomine monasterij, sed sibi concessos ad quoscunq; vsus, & profanos, quin neque vt illos habeant ad vsus tantum pios sine iusta causa; arbitratur tamen non esse contra illud decretum, ex iusta causa eos illi concedi, non ad quoscunque vsus, sed ad pios, & honestos tantum, atque amouibiles ad nutum superiorum. Eum legito. Vbi tamen eiusmodi concessiones introductæ non sunt, aut si introductæ iam sint, extingui sine scādalo possent, sanè expēdiret aboleri omnino, nullaque ratione de nouo permitti; idque decreto Concilij Tridentini est longè consonantius.

7 Quod ad reliquos † religiosos attinet, conueniunt omnes, interim dum in monasterio versantur, nihil eos posse, vel in eleemosynam, vel quouis alio modo donare, nisi ex beneplacito, saltem indubitate præsumpto, sui superioris, vt habetur c. non dicatis 12. quæst. 1. & cap. cum ad monasterium, de statu monachorum. Quando verò, de licentia superiorum, peregrinantur, aut in scholis commorantur, conueniunt etiam, posse illos facere, eleemosynas, quas honesti scholastici, aut peregrini, facere consueuerunt. Quoniam ea videtur præsumpta voluntas superioris, qui eis necessaria ad peregrinandum, aut commorandum in scholis, præbet. Ita, inter alios, Nauar. c. non dicatis nu. 8. Quòd si prælatus certam pecuniæ quantitatem alicui in scholis, aut alibi cōmoranti, quotannis ad suam sustentationem tribueret, tunc, quantum de sua sustentatione vellet sibi subtrahere, posset largiri in eleemosynā, aut alias honestas donationes, vel aliter decenter insumere. Si quid tamen expenderet cum meretricibus, aut in alijs flagitijs, vt que non solū peccaret, bona monasterij ita alienando, sed neque transferret dominium, accipiensque restituere id teneretur monasterio. Quoniam, vt bene Abul. ad c. 6. Matth. q. 37. ar. quod ita insumeret, esto id suę subtraxisset sustentationi, non est religiosi, sed monasterij; neque prælatus ad eum vsum potuit ei concedere facultatem quicquam monasterij alienandi, etiam si religiosus id suæ subtraheret licitæ sustentationi.

## Filius familias, minor, prodigus, & mancipium, quousque donare possint.

### DISPVT. CCLXXVII.

*SVMMARIVM.*

1 *Filius familias quando donare possit, & de quibus bonis.*

2 *Minor, existens sub tutela, vel cura donare non potest, aut eleemosynas facere, nisi quantum fuerit tutore, vel curatore permissum.*
*Intellige tamen, & declara, vt ibi.*

3 *Prodigus, & mentecaptus sine curatore non possunt neque donare, nec eleemosynas facere.*

4 *Mancipium quando possit donare, & eleemosynas facere.*

Filius-

Digitized by Google

1 Filius familias, si † pubes sit, & bona habeat castrensia, aut quasi castrensia, donare de eis liberè potest, sicut & celebrare alios contractus, vt disp. 230. & 231. atque 261. dictum est.

Quando vsusfructus & administratio bonorũ aduẽtitiorum filij familias ad filium spectat, saltem quia filius longè à patre degit, ibique aduentitia aliqua bona habet, aut quia pater liberam administrationem aliquorum bonorum aduentitiorũ illi reliquit, ad quod satis est, quòd pater ea bona a filio non petat quo ad administrationẽ & fructus, tunc valida licitaque est, donatio, quã filius familias de eiusmodi bonis facit, iuxta ea quæ disputatione 8. 138. 228. circa primum, & quartum effectum patriæ potestatis, & disp. 232. ac 261. dicta sunt. Esto autem pater vsumfructũ & administrationem habeat bonorum aduentitiorum filij familias, valida est donatio, quam filius familias de consensu patris fecerit, modo tñ pubes sit, idq; siue talis filius vigesimũ quintum ætatis annum excedat, siue non, vt disp. 261. ostensum est. Si tñ filius familias, in omnib. eũtibus, explicatis, minor erat viginti quinque annis, qñ donationem fecit, læsumque se inueniat, isto illam de bonis castrensibus aut quasi castrensibus effecerit, conceditur ei beneficium restitutionis in integrum vsque ad vigesimum nonum suæ ætatis annum, vt disp. 261. dictum est.

De bonis quæ, iuxta dicta disput. 235. & 234. ita profectitia sunt, vt dominum & fructus ad parentes pertineant, itemque de aduentitijs, quorũ vsumfructum & administrationem vsurpat pater, non potest filius familias facere donationem, etiam in eleemosynam, nisi iuxta patris præscriptam & voluntatem, saltem præsumptam; & si cõtra illius voluntatẽ illam efficiat, peccat. Quoniam vt D. Thom. in 4. d. 15. q. 2. art. 5. q. 2. ad 2. aut quãtus filius ius habeat, vt de paternis bonis, quando ipse non habet propria a patre sustentetur, non tamen ius habet ad illa donandum, sine illius voluntate, saltem præsumpta.

Qñ autem filius peregrinatur, aut in scholis, vel curia, sumptibus patris residet, regulariter est præsumendum patris voluntatem esse, vt filius ea donet in eleemosynas, aut talia, quæ reliqui eiusdem conditionis & status cõiter donare ibidem consueuerunt. Prout autem filius propensam magis, aut minus propensam ad id voluntatem patris agnouerit, spectarisque alijs circũstantis concurrentibus, vel idem, quod cæteri, poterit efficere, vel plus, aut minus, donare, vt de patris voluntate præsumpserit.

Qñ autem excesserit, & aliqua malè in ludis, cum meretricibus, aut aliter vanè consumpserit, quousque restituere teneatur, adducereque id ad partitionem cum fratribus, & quousque accipiẽs restituere etiam teneatur, dictum est disput. 242. Quando autem sua bona aduentitia malè contra voluntatem patris, qui eorum habet vsumfructũ & administrationem, consumeret, quamuis peccaret, tamen restituere teneretur: qm id, qđ sunum est quo ad dominium, consumeret, & sanè tantum defraudaret partem vsufructu, & tam quisterus esset pater, vt restitutionem vellet vsusfructus defraudari. Lege quæ disputatio. 234. diximus de ijs, quæ filius expendit ex ijs, quæ in domo patris lucratur opificio suo, aut aliter sua industria.

2 Minores, qui filij familias non sunt, ẽt si curatores, aut tutores, habeant donare possunt, quantum a curatorib. fuerit illis permissum. Quantũ autem permittere illis possint, ac debeant, explicatum est disp. 224. §. Porrò ad alimenta. Vnde licitæ sunt, & validæ donationes, quas de ijs fecerint, quæ ad suos sumptus illis a curatoribus, aut tutoribus conferuntur, siue in domo curatoris degant, siue longè ab illo in scholis, curia, aut alibi sint: modo tamen non excedant summã quam curatores illis præscribunt. Quin si curatores illis non permittant eleemosynas, donationes, & recreationes honestas, modo, §. citato a nobis explicato, minores possent illas facere, curatoribus inuitis: sunt namque eiusmodi sumptus ipsis a curatoribus debiti, vt ibi ostensum. In dubio autem, iudicio curatorum standum est. Si autẽ aliquid malè consumant, vltra cã summam, quæ ipsis ad sustentationem conferri dẽt licet restituere non teneantur: quippe cum id expendant, quod suum est: peccant tñ præscriptum curatorum excedentes, repetiq; curatores poterũt, quæ malè, & contra ipsorum præscriptum, alienauerint. Ipsi etiam minores per beneficiũ restitutionis in integrum, repete illud possent, si notabiliter essent læsi. Interim tñ, dum non repetitur, non auderem obligare ad restitũẽ eum, qui sine vi, fraude, aut dolo, id accepisset, iuxta ea quæ in calce disput. 224. & disp. 261. dicta sunt: ad tutores etiã, & curatores, minorum spectat, eas facere eleemosynas, & donationes, loco minorum, quas §. citato explicauimus: non verò alias maiores, aut inconsuetas, vt ib. ostensum est. Consentiunt Ioã. Med. in tract. de eleemosyna. c. de quibus bonis eleemosyna sit faciẽda, prope fin. Palu. in 4. d. 15. q. 3. ar. 6. cócl. 1. & Armil. verb. Eleemosyna. §. 7.

Quãdo eiusmodi minor pubes esset, & vel veniã obtinuisset ætatis, vel curatore careret, valida essent, quæ alienaret, etiam donãdo, iuxta ea quæ disp. 224. dicta sunt. Modo tñ, si quid immobile alienaret, interueniret decretum iudicis: alioquin nulla esset talis alienatio rei immobilis, iuxta ea, quæ ibidem dicta sunt. Si tñ se læsum inueniret, neq; veniã obtinuisset ætatis, quando id mobile alienauit, concederetur ei beneficium restitutionis in integrum, vt ibidem ostensum est.

Pubes præterea, esto, curatorem habeat, nec veniam obtinuerit ætatis, de bonis castrensibus, aut quasi castrensibus, donare potest, quod voluerit: eo quod libera eorum administratio ad ipsum, independenter a curatore spectet, vt de filio familias dictum est.

Prodigus, si curatorem habeat, non alias eleemosynas, & donationes pót facere, quam a curatore fuerit permissum. Lege quæ a disputat. 220. circa hæc omnia diximus. Illi etiam, qui usu rationis carent, donare non possunt, sed solum curatores, & tutores, loco eorum id præstare, possunt,

Digitized by Google

sunt, vt ibidem, & disp. 261. dictum est.

4 Mancipium, si quæ habeat bona, vt quia pactum iniuit cum domino, vt tm quotidie, aut certis tēporibus, de laboribus suis illi soluat, & reliquum reseruet sibi, vel aliunde, iuxta ea quę disp. 38. dicta sunt, vel dominus aliqua bona illi permittat, liberamq; illorum dispositionē, inter quæ computa, si dominus certam portionem quotidie ad suam sustentationem illi tribuat, liberumque ei relinquat, aliquid inde sibi subtrahere ac vendere sibique reseruare: si, inquam, aliquo horum modorum, mancipium habeat bona potest de illis facere eleemosynas, eaque alijs modis donare, ac alienare. De bonis autem domini, sine illius beneplacito expresso, aut præsumpto, nihil, etiam in eleemosynam, potest donare. Quin potius, nō solum peccat si id efficiat, sed etiam tenetur ad restitutionē, nisi dominus eo animo sit affectus, vt, quamuis ægrè ferat sua a mancipio donari, etiam in eleemosynam, non velit tm restitutionem præsertim a suo mancipio, quod regulariter per impotentiā ab ea excusabitur. Qui autē id accepit, si credat aut dubitet, id contra domini voluntatē dari, non solum peccat contra iustitiam illud accipiendo, sed etiam restituere id tenetur, nisi sibi constet, domini voluntatem esse, vt nō restituat. In dubio etiam, an id gratum sit domino, nihil donare potest mancipium. Quòd si bona fide aliquid donauit, arbitratus id gratum futurum domino suo, esto posteà intelligat contrariā fuisse ipsius voluntatem, velleque vt restituatur, non tenetur restituere, quia neque ex parte rei acceptæ, quam non habet, neque ex parte iniustæ acceptionis, eo quòd non peccauerit bona fide id largiendo. Tenetur tamen admonere eum, qui accepit, voluntatem domini esse, vt restituatur. Quòd si is bona etiam fide id accepit ac consumpsit, neque inde factus est locupletior, ad nullam restitutionem tenetur. Si vero id non consumpsit aut inde factus est locupletior, restituere id tenetur, aut quantum inde factus est locupletior.

## Donatio quæ insinuatione indigeat, vt sit valida, & quid si iuramento confirmetur.

### DISPVTATIO CCLXXVIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Donatio de iure communi, & Castellæ vsque ad quam summam validatur sine insinuatione.*
*Et quid de iure Lusitano tam in masculo quam in fœmina.*
2 *Solidus quanti valeat de iure communi, & quanti de iure castellæ.*
3 *Insinuatio quid: & coram quo fieri debeat. & nu. 6. Et quid de iure Castellæ.*
4 *Insinuatio non requirit causæ cognitionem, neque iudicis decretum, etiam de iure Castellæ.*
5 *Insinuatio ad quid introducta.*
6 *Insinuatio de iure Lusitano debet fieri coram Rege, aut Senatoribus ad id deputatis.*
7 *Insinuationi, vel legi, quæ illam introducit, renunciari non potest per donantem.*
*Et quid si cum iuramento? nu. 8.*
8 *Donatio si iuramento confirmetur, an valida sit absque insinuatione quo ad incrementum? Quòd sic, de iure communi, & Castellæ.*
*Declara tamen, vt nu. 10.*
*De iure tamen Lusitano secus est. nu. 9.*
10 *Iuramentum appositum in contractu donationis, quid operetur.*
11 *Donatio facta cum clausula, quòd tot sint donationes quot fuerint summæ infra quingentos solidos, censetur in fraudem legis facta.*
*Amplia tamen & declara, vt nu. 12. cum seq.*
17 *Remissio debiti vltra quingentos solidos, vel vltra summam in Lusitania constitutam, inualida est sine insinuatione, ex communi.*
*Intellige, & declara, vt nu. 19. & 20.*
18 *Remissio debiti inter donationes connumeratur.*
21 *Donatarius, cui vltra quingentos solidos aliquid absque insinuatione est donatum, quando possit retinere excessum tuta conscientia antequam repetatur.*

EXplicandum deinde est quantum donare liceat absque insinuatione: & quæ donationes, quo ad excessum, insinuatione ind ēāt: quæ item insinuatione non indigeant.

1 De iure † cōi l. sancimus, in princ. C. de donationib. statutum erat, vt donatio, facta absq; insinuatione vsq; ad trecētos solidos quoad valorē, esset valida: si vērò eam summam excederet, inualida esset quoad excessum; valida tm quoad trecentos solidos in ea maiori summa inclusos. Vtile namq; per inutile in eo euētu nō vitiatur. Posteà verò l. pen. §. vlt. C. eod. tit. extensum fuit, vt valida esset donatio absque insinuatione vsque ad quingentos solidos quo ad valorem: secus autem quoad excessum. Hoc idē ius vim habet in regno Castellæ, vbi l. 9. tit. 4. part. 5. idem statutum est.

De iure vērò Lusitano, si donatio a masculo fiat, valida solū est absq; insinuatione vsq; ad valorē trecentorū aureorū, quos *cruzados* vocant; secus aūt quoad excessum. Si vērò fiat a fœmina donare valente, valida solum est quoad valorem centū quinquaginta aureorum, non verò quo ad excessum. Ita habetur 4. lib. ordi. tit. 54. in princ.

2 Dubium † tamē est, quid de iure communi, & Castellæ nomine solidorum intelligendum sit. Iurisperiti, quos, inter alios referunt Iulius Clarus 4. lib. sent. §. donatio. q. 15. & copiosius Ioannes Gutérrius in tract. de iuramento confirmatorio par. 1. c. 7. multum sane variant. Prętermissis vērò alijs opinionibus, placet Couarr. in 1. var. reso. c. 11. nu. 3. & de collatione veter. numismatum c. 3. nu. 3. & 4. & c. 6. a nu. 5. & Greg. Lopez l. 9. tit. 4. part. 5. solidum videlicet fuisse ponderis & valoris nummi aurei dicti apud nos *Castellano*. Atque hoc Couarr. & alij referunt receptum esse in praxi in prætorijs regni Castellæ. Cæterum quis valor huic nummo sit hodie constituendus, vt intelligatur quantæ summæ dona-

tio

tio in regno Castellæ insinuatione non indigeat, & quanta ea egeat, non satis inter eos conuenit.

Tanquam certum tñ statuendũ arbitror, cum minimum donationem valoris quingentorũ solidorum, quorum quilibet æstimetur pretio quadringentorum octoginta quinq; marauedinorũ nostri tpis, hoc est, quatuordecim regalium argẽti & nouem marauedinorum, insinuatione non indigere in regno Castellæ. Carolus namq; quintus anno 1550. legem tulit 6. titul. 18. lib. 6. nouæ collect. qua pronunciauit valorem nummi Castellani esse quadringentorum octoginta quinq; marauedinorum, & sub grauib. pœnis aliquid insuper pro eo accipi prohibuit. Eundẽ quoque valorẽ eidem numero tribuit Couarr. locis citatis, doctè rem examinans, atq; ostendens. Neque scimus minus vnquam pretij in Hispanijs habuisse à tempore, quo marauedinis vti in ea cæpit.

Gabriel Monterroſu in sua practica, tractatu 7. fol. 117. refert, snĩam latam anno 1546. in Pinciano prætorio, & cõfirmata postea in eodẽ ptorio, cũ ab vtraq; parte contendentiũ supplicatum esset, vt res iterum expenderetur; ea vero propter pronunciatum fuisse singulos ex quingentis solidis æstimandos esse quingentis marauedinis, ita vt sine insinuatione valida in hoc regno sit donatio vsque ad æstimationẽ ducentorum quinquaginta millium marauedinorum. Verumtamen, cũ vsq; ad eum annũ valor Castellani non ascenderit pretiũ quadringentorum octoginta quinq; marauedinorũ, nõ video qua ratione quindecim marauedini, qui vsque ad quingentos supersunt, additi singulis solidis in ea sententia fuerint.

Fortasse aliquis dicet, iam tunc iussu Caroli quinti causa fuisse scuta viginti duorum caractorum (Hispanè *quilates* dicimus) marcumq; auri viginti duorum caractorum mansisse valoris viginti quatuor millium marauedinorum, vt antea erat tpe regum Ferdinandi, & Elisabetæ, qñ auri nummi cudebantur viginti trium caractorũ & trium quartarum, ita quod solum de illis decerat, vt essent auri purissimi, quarta vna caracti (de qua re fusior sermo erit infertius cum de cambijs dicetur) senatores vero illos addidisse incrementum illud singulis solidis, eo quod in iure cõi sermo esset de solidis auri purissimi, & lex partitæ iuxta commune ius loquatur: eo autẽ ipso, quod auri marcus viginti duorum caractorũ in hoc regno æstimabatur viginti quatuor millibus marauedinis, accrescebat valor monetarum auri purissimi duodecimam partem valoris. Neque tpe, quo sententia illa lata fuit, superuenerat lex Caroli quinti supra relata, quæ si rectè inspiciatur, etiam pro monetis a Ferdinando & Elisabeta cusis, prohibebat plus pretij accipi, quam antea æstimarentur, quando auri marcus, viginti trium caractorum, & trium quartarum, viginti quatuor mille marauedinis vendebatur. Quod certè parum æquum videbatur conducebatque potius, vt hoc regnum citius spoliaretur monetis antiquis purioris illius auri, quam vt in eo remanerent: cui tamen malo ea lege occurri intendebatur, vt ex ipsamet lege est manifestum. Quod si quis ita dicat, præter alia quæ infertius in cõtrarium dicentur, is attendat, longè maiorem valorẽ ea de causa singulis solidis fuisse addendum. Incremẽtum namq; vnius duodecimæ partis, supra quadringentos octoginta quinq; marauedinos, longè plus est, quã quindecim marauedini: est. n. quadraginta quatuor paulò plus marauedinis.

Postea Philippus Rex anno 1566. cum l. 13. par. 2. tit. 21. lib. 5. nouæ collect. scutũ aureum viginti duorum caractorum, quod tempore Caroli quinti erat valoris trecentorũ quinquaginta marauedinorum ad valorem quadringentorum marauedinorum euexisset, eadẽ lege statuit, Castellanũ, viginti duorũ caractorum, valoris esse quingentorum quadraginta quatuor marauedinorũ, in eadẽ proportione pretium Castellani augens, in qua scuti auxerat pretiũ. Portò, constituẽs id pretiũ soli Castellano viginti duorũ caractorũ, manifestè innuit, se liberum relinquere, vt pro Castellano plurium caractorũ, plus acciperetur, iuxta maiorem auri quantitatem, quam haberet præsertim cum in hoc regno nũquam cusus sciatur Castellanus viginti duorum caractorum.

Dubiũ est, vtrũ postquam pretium Castellani auctũ iam hodie à Rege Philippo est ad quingentos quadraginta quatuor marauedinos, valida in hoc regno absque insinuatione sit donatio æstimationis quingentorum solidorum quorũ quiuis pretio quingentorum quadraginta quatuor marauedinorũ æstimetur. Aut ẽt, quorum quiuis maiori adhuc pretio æstimetur duodecima quadam parte, pp duo auri caracta, aut vnum cum tribus quartis, quæ Castellano viginti duorũ caractorũ, hodie quadringentis quadraginta quatuor marauedinis æstimatio, desunt ad solidũ seu Castellanũ antiquũ auri purissimi, aut viginti triũ caractorum cũ tribus quartis. Et. n. ius cõe, & cũ eo lex partitæ, de solidis antiquis loquebantur, quæ plus, q̃ viginti duo caracta auri, habebant.

Hac tñ ratione nihil impediente, dicendum arbitror. Solidos hodie, ad iudicandum, quæ donatio insinuatione indigeat, aut non, æstimandos esse pretio antiquo quadringentorum octuagintaquinque marauedinorum, non obstante, tum augmento pretij solidorum seu Castellanorum, tum etiã diminutione caractorum eiusdem nummi, quæ in causa est, vt antiqui solidi plus hodie ex natura rei valeant, quàm sit pretium quingentorum quadraginta quatuor marauedinorũ. Ratio autem, qua adducor, est, quoniã quando lege, pacto, aut quauis alia ratione, cõstitutus erat valor aliquis expressione alicuius monetæ, vt quod soluerentur solidi, tot scuta, aut ducati, vel æstimaretur aliquid, aut venderetur, tot solidis, tot scutis, aut tot ducatis; sane variatio pretij, quæ posteà fit illius monetæ, nihil mutat de valore, & pretio antiquo lege, contractu, aut alia ratione stato; idque siue moneta in se non variata, pretiũ illius augeatur, aut minuatur, siue seruato eodem pretio in moneta, ipsa quo ad caracta, aut põdus, mutetur, vt vsu vbique est receptum, quando monetæ pretium lege, & arbitrio principis taxatur, vt in Hispanijs fit. Verbi gratia, quod scuti pretium,

Digitized by Google

tium, & ducati, a Philippo Rege sit auctũ, nihil mutat de valore antiquo, lege, pacto, aut alia ratione tali monetæ expresso. Si namq; lege cõstitutum erat, vt, qui, tale crimen cõmitteret, solueret pœnam tot ducatorum; pœna soluenda est in valore ducati antiquo trecentorum septuaginta quinque marauedinorum, non verò in valore aucto ducati quadringentorum viginti nouẽ marauedinorum, vt vsu est receptum. Idẽq; est qñ cõtractu, aut alia rõne, tot ducati erant soluendi, vt vsu similiter in hoc regno est receptum. Idemq; hẽt Lusitaniæ vsus. Ex eo.n. quod aureus cruciatus, quondã valoris quadringentorũ nummorũ æris, quos *reais* vocant, longè hodie maioris pretij sit, tum pp plura auri caracta, quæ habet, quã monetæ aliæ auri, quæ hodie cudunturs tum etiã, ꝙ pretium marci auri pauciorum caractorum aucti in Lusitania sit supra antiquũ pretium purioris auri: tum deniq; quod aucto pretio regalis argentei a rege Sebastiano ad quadraginta nummos æreos, decẽ regalibus argenteis persoluatur cruciatus, qui vndecim quondam soluebatur: ex eo, inquam, quod his oĩb. de causis cruciatus aureus longe maioris pretij hodie sit, quam fuerit olim sanè valor cruciati, lege pacto, aut alia ratione expressus, ac constitutus, non in valore cruciati hodierno psoluitur, sed in antiquo, vt vsu, & cõ suetudine est receptũ. Atque hac de causa hodie in Lusitania, donatio facta a viro, quæ trecentos cruciatos valoris antiqui excedit, insinuatione indiget, vt vsu est receptũ, nihil impediẽte, ꝙ hodie minori copia auri, & argenti, persoluatur, quam olim. Idemq; dicendũ erit in hoc Castellæ regno de donatione, quæ excedit valorem quingentorũ solidorũ, seu Castellanorum, pretij antiqui, nihil impediente, quod hodie minori cõpia auri, paucioribusque solidis valoris hodierni persoluatur.

Ad snĩam aũt illam in Pinciano prætorio a senatorib. latam, dicendum est. Cum senatores illi nulli solido fundõ fuerint innixi, vt solidorum æstimationẽ quingentorum marauedinorum constituerent, ad definiendam summã, quam absque insinuatione donare liceret: à nobis verò satis perspicuè ostensum sit, æstimationẽ ad eum effectum esse quadringentorum octoginta quinque marauedinorũ, quã Carolus quintus declarauit, prohibens ab illa, vt antiqua, non discedi, & quã Cou. & alij, deducẽdo eam ex suis principijs, ostẽderunt, sententiæ illi non esse standum. Suspicor aũt Senatores illos eã æstimationem constituisse tanquam, quæ, & certum numerum milliũ marauedinorũ redderet, & media esset inter æstimationem Castellani tunc, & sententiam Pauli Castr. Iasonis, & aliorum, quæ communior eo tempore erat, vt Gutierrius loco citato, & alij referunt.

5 Insinuatio † in re ꝓposita, est manifestatio donationis corã iudice, cõparent e donatore corã illo, ac manifestante, se tali, vel tali, facere, aut fecisse, donationẽ talẽ, atque tabellione redigente id actis. Neque est necesse, vt iudex in loco iudicij tunc sit, vt Iul. Clarus q.15.n.4. cũ Io. And. Imo. & alijs, affirmat, vsuque ait esse receptum. Põt ẽt fieri, donatore cõparente per suum procuratorem corã iudice, imò & ꝑ donatariũ, cui in instrõ donationis concedat mandatũ, & facultatẽ comparendi corã iudice, & insinuandi eã donationem, vt Gutierrius c.7. citato nu.14. ait: Qñ integrũ cuique est, qui suis negotijs interesse non potest, aut non velit per alios ea agere, vel conueniri, vt hẽ l.1.§.vsus ff. de procu. & l.1.§.vsus ff. de proc. & l.1.tit.10.libr.1. fori. Sine iudice aũt, tabellio, & testes non sufficiunt, vt donatio summam excedens insinuata, & valida, quo ad excessum, censeatur, vt cõi doctorum snĩa affirmat, atque Greg. Lop. li.9.tit.4.par.5.gl.pen. ita semper in pr̃otijs Castellæ esse seruatum. Lex aũt Castellæ cĩtata declarat, insinuationem fieri debere coram iudice supremo loci. Quare, si fit coram iudicibus pedaneis locorũ, inualida erit insinuatio, vt Gutierrius loco cit. nu.15. ait: sed iudex esse debet caput iurisdõnis, aut q; cũ illo vnũ tribunal efficit; quales sunt *Alcades*, quos in Regno Castellæ vocant *mayores* ciuitatis, aut villæ, qui cum correctoribus vnum tribunal efficiunt, vt tract.5. dicetur. Apud quos autem iudices de iure communi fieri deberet, habetur l. in hac. C. de don.

4 Vtrũ aũt † necessaria ad insinuationẽ sit causæ cognitio, & iudicis decretũ, interponereq; ad eã donationẽ suã auctoritatẽ, cõis doctorũ snĩa cum Bar. affirmat, nihil horũ de iure cõi, aut in regno Castellæ esse necessariũ sed satis esse manifestatã esse iudici donationẽ. Ita Iul. Clarus, Gutierrius, & Greg. Lop. locis cit. Ant. Gom. 2. tom. var. resol. c.4.n.7. & pleriq; alijs, quos citant. Atq; hoc apertè significat, l.9. citata, quæ cũ nulla dixisset quo ad excessum donationẽ excedentẽ quingentos sol dos, addidit, *Fueras ende, si lo hizieſe con carta, e cõ ſabiduria del mayor. Iulgador de aquel lodar, do fizieſe la donacion*. Vbi solã snĩam iudicis exigit, q̃ verbũ, insinuatio, significat. Consentiunt l. donatio, in fi. iuncta gl. l. vlt. l. data in hac, & l. sancimus, in prin. C. de don. Rõ aũt est, qm̃ insinuatio non est contentiosa, sed merè voluntariæ iurisdõnis, eaq; ratione cognitione causæ non
5 indiget: Introducta † quippe est, nõ ad tollẽdam ab hoĩbus libertatẽ ad donandũ pro suo arbitratu, & idcirco iudex prohibere, aut impedire, non põt tale donationem, si de libera donantis voluntate constet: sed est introducta, tum vt maturius hoĩes, iudicem prius adeundo, eiusmodi maioris momẽti donationes afficiãt, nec facile animi leuitate depauperentur; tum ẽt, ne in eis intercedãt fraus & dolus, & ne vi, aut metu, fiant: quorum præsumptio cessat si iudici prius manifestentur, atq; in acta redigantur, vt l. data. §. si quidem. C. de don. apertè innuitur. Quia verò hæc postrema ratio fuit præcipua, ob q̃ insinuatio introduceretur, sanè, qñ ex circunstantijs suspicio aliqua esset, in donatione fraudem, vim, aut metũ, intercedere, teneretur iudex non prius pro insinuata illam habere, quàm, & donantem sub iureiurando interrogaret, an vi, metu, aut fraude, ad ita donandum esset inductus, & donatarios similiter interrogaret, num per se, aut per alios, ad similiter donandum eum induxissent, & quam aliã maiorẽ inquisitionem, si ita expedire iudicaret, efficeret.

Quia

Quia ergo in hoc euẽtu eiusmodi inq̃sitio est necessaria; & qa prudentis iudicis est, talẽ donantẽ examinare, nũ vi, metu, aut fraude, ad donandum sit inductus; & deniq; qa nó defuerunt, q̃ asserent, semper esse necessariũ, vt id ita fiat; ad cautelã matorẽ vsus in hoc regno Castellæ, referentib. Gut. loco citato, & Gab. Mõterroso in pract. tract 7. fol. 119. obtinuit, vt iudex donantẽ interrogaret, an donatio esset ficta aut simulata, & vt, illo nñdente non esse, iudex eã approbaret, interponeretq; suum decretum, & autoritatem, & oĩa in actis redigerentur. Addit nñ Guterrius, id fieri ad matorem cautelam, sed necessarium non esse, vt donatio valida sit, & insinuata dicatur.

Ius Lusitanum. 6 De iure verò Lusitano insinuatio † fieri dẽt corã Rege, aut corã senatorib. ad id deputatis; & ab eijdem donatio approbari debet. Insinuatio aũt fit, iubente prius Rege, aut senatorib. vt inquisitio fiat. In qua in primis donãs est interrogandus, nũ inductus ab aliquo calliditate aliqua, fraude aut metu, vel q̃ in vinculis detineatur, aut conijciendus sit, aut alia simili de causa, dónem efficiat: & nũ voluntas ipsius sit, vt a Rege cõfirmetur & approbetur. Debẽt insuper interrogari aliqui ex vicinis donantis, de quib. præsumptio sit, id melius scituros, q̃ alios, qualiter donatio sit facta. Eiusmodi vero inquisitione tota ad Regem, aut ad senatores, delata, si ex ea cõstiterit, donationem ritè esse factam, voluntatemq; donantis esse, vt confirmetur, conceditur donatario instrumentum confirmationis; & tunc censetur donatio insinuata, & confirmata, ac valida quo ad excessum, & non aliter. Hæc hñt lib. 4. ord. ti. 54. in prin. & §. 1.

7 Insinuationi, legive, † q̃ illã exigit, vt donatio valida sit, renunciari nõ põt per donantẽ, & esto in instrumẽto dónis illi renuncietur, inualida est donatio quo ad excessum. Ita Ant. Gom. 2. tom. var. resol. c. 4. nu. 7. (nemine, qd̃ sciam, refragante) idẽ affirmat Gab. Monter. tract. 7. fol. 16. col. 2. & consentiunt, qui disputant, vtrũ addito iuramento sit valida, de quib. statim dicetur. Si namque renunciatio sola validam dónem efficeret, superflua esset ea qõ. Suum assertum probat Ant. Gom. Primo, qa legi inducenti solemnitatẽ, aliquã pro forma, vt actus sit validus, non põt renũciari, arg. l. nemo põt. ff. de leg. 1. talis aũt est lex, de qua loquimur. Secundo, quoniam qua fraude, metu, aut vi, adduceretur quis ad donandum, adduceretur ad renunciandum insinuationi, atque ita lex nullius esset momenti, neque occurreret incommodo, cui subuenire intenderet; quod de legis intento non est præsumendum.

8 Dubiũ ẽt est, † vtrũ si donatio iuramẽto cõfirmet, valida sit absq; insinuatione quo ad incrementũ, ita q̃ iuramentũ defectum insinuationis suppleat. Quãuis autẽ quondã cũ Baldo multi ex iuris Cæsarei interpretib. inualidã eã esse asseuerint validã tñ cum Io. And. & Pan. c. cum contingat de iureiu. n. 17. esse affirmat cõior canonici iuris expositorum sñia, q̃ : à hodie doctores vtriusque scholæ cõiter amplectuntur, vt inter alios referunt, ac sequuntur, latissimè oĩum Iul. Clar. lib. 4. sent. § donatio. q. 18. Ant. Gom. 2. tom. var. resol. c. 4. nu. 8. Gut. in repet. l. nemo põt. ff. de leg. 1. & de iuram. confirmatorio par. 1. c. 7. n. 2. atq; Syluest; ver. donatio, 1. q. 6. Ac sanè ex ijs, quæ a nobis dict. 149. 150. & 15. sunt dicta est satis manifesta, iunctis ijs q̃ disp. 256. & in calce disp. 263. diximus. Etenim donare vltra q̃ngentos solidos, neq; ex se est malũ, neq; prohibitũ iure Cęsareo, & Castellæ, sed solũ redditũ nullũ in cõe reipublicæ bonũ, si sine insinuatione fiat: nõ secus atq; alienatio fundi dotalis non est ex se mala, neque prohibita iure Cæsareo, sed irrita solum, si tñ vxoris iuramento cõfirmetur, valida est, vt habetur c. cum contingat de iureiur. & c. licèt mulieris, eo. tit. lib. 6 idemque est de alienatione bonorum minoris sine solemnitatibus iure ciuili statutis, quę, si iuramento minorum confirmetur, valida est, vt ex authentico sacramento puberum. C. si aduers. vend. constat. & de pacto, quo pater cum filia aut filio, paciscitur, vt contẽti sint tãta, vel tãta portione bonorum, & reliquum suæ legitimæ remittant; q̃ si iuramento tal. s filiæ, aut filij, confirmetur, validum est, vt ex cap. q̃uis pactum de pact. lib. 6. liquet, explicataq; hæc oĩa sunt disp. 146. citata. Quare simili modo si donatio excedẽs summã quingentorum solidorum sine insinuatione fit facta, atq; iuro confirmetur, valida erit, nihil Cæsareo, & Castellæ iure impedientibus.

9 Cõsulto aũt † mentionẽ nõ feci de dóne facta in Lusitania vltra summã sine insinuatione minimè donari promissam: q̃n cũ in eo regno, nõ solum esset irritũ iurm, quo cõfirmaretur talis donatio, sed ẽt sola appositio iurĩ sufficeret, vt donatio tota esset eo ipso nulla, iuxta ea, quæ d. 146. ex iure eius regni retulimus: vtique in eo regno, esto donatio sine insinuatione facta iuro cõfirmetur, inualida est quo ad excessum, imò & quo ad summã infra excessum, nisi de facultate regis tale iuramentum adhibeatur. In regno aũt Castellæ, vt eadẽ disp. retulimus, cõtra res hẽt licitum nãque ibi est, non solum ea confirmare iuramento, quæ sine iuramento vim non haberent, sed ẽt donationes omnes perpetuas validas alioquin. Ius Lusitanum.

10 Iul. Clar. q. citata, nu. 2. refert † sñiam quorundã iurisperitorum (q̃ cõem esse affirmat) asserentium tunc solum dónem sine insinuatione factã, si iuramento confirmetur, validã esse quo ad excessum, quando in particulari fuit insinuationi renunciatum, atque renunciatio fuit iuramento confirmata. Si namque, inquiunt, insinuationi non fuit renunciatum, inualida est donatio quo ad excessum, esto ipsa iuramento confirmetur.

Iul. Clar. addit, licèt ab hac sñia forte consulendo, aut iudicando, non esset recedendũ: tñ in puncto iuris non transit sine difficultate. Videtur enim patiter militare idem fauor aĩæ, super quo se principaliter fundare vñt doctores superius allegati. Hactenus Iul. Clarus, qui in eandem sententiam trepidus inclinat. Eandemq; illi tribuit Gut. nu. 2. citato, videturq. illi subscribere. Merito tamen Ant. Gom. nu. 8. citato contrarium affirmat, nempe, dónem iuramento confirmatam validam esse quo ad excessum, esto insinuationi non renuncietur. Et, meo iudicio, contraria sen-

tentia nullâ probabilitatẽ hẽt, præsertim si expendantur, quæ disp. 151. & duab. antecedentib. diximus. Quin sub iureiurando promittit se gratis mille solidos alicui daturũ, sanè, cũ id, quod promittit, malũ, prohibitũque naturali, aut positiuo iure non sit, vi solius iuramenti manet deuictus, donatariusq; cõparat verũ ius, non solum in conscĩæ, sed ẽt in exteriori foro, esto insinuationi nõ renunciet, vt ex ijs, q̃ disputationibus citatis dicta sunt, satis est manifestum. Atque hoc sanè est solidũ vnicuiq; fundm̃, cur donatio non insinuata, si iurõ confirmetur, valida sit quo ad excessum.

Idem Iul. Clarus, cum Federico Senensi, addit. Qñ dẽ dõnem iuramento confirmatam validam esse sine insinuatione quo ad excessum, intelligẽdũ id esse, vbi insinuatio ex forma legis, aut statuti, deberet interuenire in ipso actu donationis: non verò vbi lex aut statutũ, requireret dõnẽ insinuari intra certũ tp̃s, vt intra mẽsem a die celebratæ dõnis, aut intra aliud simile tp̃s. Tunc. n. iurum dõni appositum, non confirmaret eam in euentu, q̃ intra tempus, statuto præfixum, nõ insinuaretur. Ratio est, qm̃ iuramentum regulatur iuxta tp̃s contractus, eaque ratione, si postea superueniat causa, ob quam contractus nullus reddatur, virtus iuramenti extendi non potest ad illius confirmationem. Refert etiam Curtium iun. affirmare hanc esse communem sententiam.

Falsum tñ eam esse mihi oĩno persuadeo. Iuramentum quippe, quo talis promissio, aut donatio, confirmatur, robur ex se solo dõni tribuit, supletq; insinuationem, ita vt superflua, post illud sit: quare ob defectũ insinuationis nõ posset iam reddi nulla, vt opinio, quam impugnamus, supponit. Præterea insinuatio ab ipsomet donãte pẽdet, cuius noĩe iudici donatio est manifestanda, eoq; ipso, q̃ iudex comperiat dõnem voluntariã ex parte donantis esse, non põt non habere eã pro insinuata & firma quo ad excessum, vt supra dictum est: qui autẽ iuramento se ad aliquid astringit, censetur se eodem iuramento ad omnia teneri, quæ, vt id effectum sortiatur, necessaria sunt, atque adeo in re, de qua disputamus, donans ipse teneretur donationem insinuare, vt iurum suum impleret, si, vt donatio valida esset, insinuatio esset necessaria, sibiq; ipsi imputare deberet, q̃ eam omisisset: id quod sanè eum ab obligatione, quã iuramento super se induxit donationem implendi, nequaquam excusaret.

Dubium Dubium est, si quis absq; insinuatione, & iurõ donet alicui vltra quingentos solidos apponat tñ clausulam in instrõ donationis (vt frequenter tabelliones facere consueuerunt) qua dicat, se tot facere donationes, quot fuerint summæ infra q̃ngentos solidos, vtrum valida sit ea donatio quo

Decisio. 11 ad excessum. Cõis † doctorum sentẽtia affirmat, nihil eam clausulam efficere, vtpote in fraudẽ legis appositam. Ita cum Bart. l. Modestinus. ff. de don. Ant. Gom. 2. to. var. reso. c. 4. nu. 7. Iul. Clar. §. don. q. 17. nu. 4. Gut. c. 7. citato, nu. 17. Gama dec. 110. n. 34. & dec. 181. num. 5. & plerique alij, quos citat, aitq; Gab. Mõter. tract. 7. fol. 116. pag. 2. ita iudicatum fuisse in prætorio Pinciano.

Confirmari id põt ex auth. de non alienãdis, §. quod autem dictum est, vers. neq; illud, vbi, si res Ecclesiæ in emphyteusim tradatur cũ pacto, vt, finitis vitis, per quas tradi licet, incipiat, per alias vitas ex nouo contractu simul ab initio facto, irritus redditur nouus contractus, tanquam machinatio in fraudẽ legis introducta. Eadem autẽ ratio est de prolongationis temporis, multiplicatione contractuum, & de multiplicatione summę per confictas distinctas donationes simul factas.

Bar. Ant. Gom. Guter. Gama, & alij, quos ci-
12 tant, affirmant hoc † habere verum, ẽt q̃n vno & eodem tpe donantur plures res, quarum quæuis valorem quingentorum solidorũ non excederet, oẽs tñ illum excederent. Licèt enim, pro diuersitate rerum, quæ donantur, censeantur esse plures donationes, aut stipulationes, vt patet l. scire debemus, in princ. ff. de verb. oblig. ad effectum tñ, vt, si excedant summam quingentorum solidorum insinuatione indigeant, pro vna reputantur, q̃n simul eidem facta sunt, vt argumento a contrario sensu colligitur aperte ex l. sancimus, §. si quis au-
13 tem per. C. de don. Idem † cũ Romano, & alijs, quos citat, ait esse Gama decis. 381. nu. 5. q̃n pluribus simul certa summa donatur, quæ excedit quidem solidos quingentos, attamen portio, quæ ex ea summa ad vnumquemque donatarium spectat, ad solidos quingentos nõ pertingit. Ratio autem est, qm̃ in exigenda insinuatione, q̃n summa quingentos solidos excedit non hẽ ratio donatariorum, sed donantis, ne temere, vi, metu, aut dolo depauperetur: eaq; de causa, q̃n tẽpus est vnũ, & actus donandi vnus, exigitur insinuatio, esto donatarij sint multi, & donatio ex parte eorum
14 sit etiam multiplex. Idem † censet ibidem esse Gama, q̃n plures res eodem tempore ab eodem donatore multis donantur, quæ simul excedunt summam, quam sine insinuatione fas est donare: ea vero, quæ singulis donantur, ad eam summam non pertingunt, idque propter idem fundamentum, aitq; ita à senatorib. fuisse in Lusitania iudi-
15 catum. Quando † diuersis temporibus aliquis absq; insinuatione donat vni, & eidẽ multa, esto omnia simul sumpta excedãt summam, quã absque insinuatione donare non licet, si tñ, quæ singulis donationibus sunt donata, eam summã non excedunt, validæ sunt donationes oẽs. Ita definitum est l. sancimus, §. si quis aũt per. C. de don. consentitque communis doctorum sententia.

16 Qñ † aliquis donauit alicui quãtitatẽ annuã, q̃ singulis quidẽ annis eã summã non excedit, q̃ validè absq; insinuatione donatur, attñ in duob. aut pluribus annis eam superat, distinguendũ est. Qm̃ si ita donetur, vt mortuo vtrouis, donatore videlicet, aut donatario, donatio expiret, valida est donatio tota absq; insinuatione: si vero ita, vt transeat ad hæredes vtriusuis, ita videlicet, vt vel hæredes donantis teneantur eam soluere donatario, vel hæredibus donatarij sit a donante soluenda inualida est quo ad excessum vltra quingentos solidos. Ita definitum est l. sancimus, citata, §. vltim. consentitque cõis doctorum sententia.

Vtrum aũt remissio debiti facta absq; insinua- Dubiũ.
tione

tione, si quingentos solidos excedat, aut in Lusitania summam ibi absq; insinuatione donari per
17 missam valida sit quo ad excessũ. Cóis † doctorũ sníia affirmat inualidam esse, qñ debitũ est certum. Ita glo. l. si quis obligatione. ff. de reg. iuris, Bar. Panor. & alij, quos referunt, ac sequũtur Couar. 2. var. res. c. 4. nu. 8. Iulius Clarus lib. 4. sent. §. donatio. q. 16. nu. 2. & Ant. Gome. 2. tom. var.
18 res. c. 4. nu. 9. Remissionem † quippe debiti, inter donationes connumerãt l. in ædibus in prin. ff. de donationib. l. si mulier. ff. de condict. causa data l. peculium §. sed hoc ita verum, iuncto Barr. ibi. ff. de peculio, & leg. sicut. §. an pacisci. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. Idem dicendum est de condonatione iuris, qñ est certum, & de pacto de non petendo, atq; de cessione, vt Iulius Clarus loco citato, nu. 3. & 4. cum alij affirmat. Quod † intelligẽ
19 dum est, qñ in donationis modum, mereve liberaliter fit. Qñ namq; fieret in recõpensationẽ p alia re: aut pro remissione, aut cessione altetius iuris, vt fit in trãsactionib. tunc nulla necessaria esset insinuatio. Qñ aliqd vẽditum esset vltra dimidiũ iusti pretij, summaque vltra dimidium iusti pretij excederet quingentos solidos, liberèque postea ab emptore condonaretur, seu remitteretur venditori, dubitandum non est, necessariã esse insinuationẽ quo ad excessum vltra quingẽtos solidos: qm̃ esset remissio veri, atq; indubitati debiti, atq; adeo donatio, iuxta proximè dicta. Qñ itẽ tes simul vẽderetur infra dimidiũ iusti pretij, & venditor læsioni renunciaret; si id quidẽ animo merè liberali efficeret, ita q emptor, tũ in exteriori, tum ẽt in cõscientiæ foro, iurus remaneret, tunc sanè si quod infra dimidiũ iusti pretij remittitur, quingẽtos solidos excederet, necessaria esset insinuatio, vt remissio quo ad excessũ esset valida: eo q sit vera donatio quantitatis illius, seu iuris, qđ venditori remaneret, nisi læsioni illi merè liberaliter renuntiaret, & saltẽ negari nõ debet esse donationem tacitam, seu præsumptã, in qua Iul. Clarus loco citato, nu. 1. ait necessariã esse insinuationẽ, decisionemq; hãc aliqñ fecisse sibi magnũ honorem in practica. Quòd si Couarr. a nu. 3. citato aliqd cõtra hanc doctrinam intendit, sanè nõ placet eius opinio Bar. l. Modestinus. n. 1. ff. de don. & cum eo Sylu. verb. don. 1. q. 7. & Bal. l. illud. C.
Opin. 20 de sacrosanct. eccl. distinguunt. Aut † summa aliqua, excedẽs quingentos solidos debita est ex pluribus causis, ita vt, quod ex singulis debetur, quingẽtos solidos non excedat; aut est debita ex vna tm causa. In priori autẽ euentu dicunt, remissionẽ totius debiti insinuatione non indigere: in posteriori verò ea indigere. Fundamentum autem eorum non aliud vt esse, q̃ remissionẽ debiti ex pluribus causis, cẽseri plures remissiones, atq; adeo plures donationes: remissionẽ verò ex vna tm causa, censeri vnã duntaxat donationem, ac remissionem. Cęterum, cum l. sancimus. §. si qs aũt per. C. de donationib. definitum sit, donationes diuersarum rerum (q̃ alioquin plures censentur) si simul fiãt, censeri vnicam donationem ad effectũ, vt necessaria sit insinuatio, idem proculdubio dicendũ erit de remissione debiti simul facta, esto debitũ illud

Refelli. ortũ habuerit ex pluribus causis: idque cum Imola, affirmat Ant. Gom. 2. tom. var. res. c. 4. num. 9.

Decil. 21 Dũbium † est vtrũ donatarius, cui vltra quingentos solidos aliqd absq; insinuatione est donatum retinere possit excessum tuta conscientia, antẽq̃ repetat. Pars, q̃ negat, suaderi põt. Qm̃ lex, q̃ insinuationem induxit nõ est pœnalis, vt dicere possimus, expectandam esse sníam, antẽq̃ excessus in exteriori, & in conscientiæ foro, donãti sit in donatarij pœnam restituendus: præsertim cũ non manus, imò plus, in culpa sit donãs insinuationẽ omittendo, q̃ donatarius, legesq; adiudicare non soleant pœnam ei, qui fuit in culpa, sed fisco, qñ vterq; cõtrahentiũ fuit in culpa, q in re proposita non cernitur. Neque itẽ dicere præsumus, legẽ illam fundari in præsumptione, q tam ingẽs donatio fraude, vi, metu, aut dolo, fuerit extorta. In primis, qm̃ tunc non solus excessus esset nullus, sed tota donatio, cuius contrariũ lex statuit. Id quod confirmat, eandẽ legẽ non esse inductam in donatarij pœnam: nam tũc donationẽ totam reddidisset nullam, & nõ solum excessum. Deinde, qm̃, si lex illa in ea præsumptione fundaretur, eo ipso, q in exteriori foro ex donantis confessione cõstaret, nullam fraudem, vim, metum, aut dolũ interuenisse, donatio tota pronũciaret valida: etenim aduersus eam legem, q̃ in sola præsumptione fundatur, confessio eius, in cuius fauorẽ inducta est, valet, ẽt si præsumptio sit iuris & de iure, q̃ vocãt, aduersus, q̃ nulla alia admittitur probatio cõtrariũ autem habet praxis. Quãuis. n. ex confessione donãtis constet, nihil illorum interuenisse, donatio tñ pronunciatur nulla quoad excessum, excessusque donanti adiudicatur, aut hæredib. illius. Præterea q a si lex illa in ea præsumptione fundaretur, tunc, cũ lex, q̃ in sola præsumptione fundatur, vim non habeat in foro conscientiæ, donãs restituere teneretur excessum ob insinuationis defectũ sibi adiudicatum, lethaliterq; peccaret illum petẽdo: q nullus affirmabit, neq; vllo modo cũ praxi id cõsentit. Solũ ergo relinquitur, legem illã in cõe bonum, nullã reddidisse donationẽ, quo ad excessum, quæ absq; insinuatione fieret. Quo dato, cũ donatarius nullo titulo excessum illũ possideat, neq; suum illum effecerit, cõsequens est, vt in cõ Decil.
scientiæ foro, nulla expectata sníia, aut repetitione, teneatur illum restituere donãti, eoque defuncto, hæredibus illius. Dicẽdum nihilominus arbitror. In primis, dũ donator, aut hæredes illius eo defuncto, non censentur inuiti tuta conscia donatarium posse illum retinere. Qm̃ volenti, & consentienti; nulla fit iniuria. Deinde, simpliciter tuta cõscientia posse talem excessum retinere, intelligitur, dũ nõ repetitur. Qm̃, cũ, secluſa ea lege, tota illa donatio sit valida, translatiuaq; sit dñij, sanè nõ maiores vires ea lex hodie hẽt, q̃ vsu sit recepta: nullus verò vnq̃, quãtumuis timoratus excessũ restituit donatario, vel hæredib. illi⁹, nisi prius ex eo capite repeteretur, q donatio insinuata non fuerit: quare, cõsuetudinẽ eã legem interpretãte, atq; aduersus eã pscribente, esto alia fuerit intentio legũ latorum, non aliam vim hodie habet, q̃ donatarium teneri restituere excessum, si repe-

ratur. Et forte non plus intenderunt legislatores: qm̃ id erat satis: vt cõi bono subueniretur: & qm̃ concedere plus, quam repetitionem ex eo capite, esset, sine vllo reipublicæ emolumento, hominum conscientias illaqueare: quod neque cum lege iusta consentit, neque cũ maturo iudicio, ac probitate legum latorum; quæ tamen semper in legibus sunt præsumenda: imò iuxta eas leges pie per epichetam sunt exponendæ, atque intelligendæ.

## Donatio, quæ insinuatione non indigeat, vt sit valida.

### DISPVTATIO CCLXXIX.

#### SVMMARIVM.

1 *Donatio pro redemptione captiuorum, reparatione domorum, construenda ecclesia, seu hospitali, aut alio pio loco valet in quacunque summa sine insinuatione.*

2 *Donatio ad pias causas, cuiuscunque sit summæ vel quantitatis, valet sine insinuatione, non obstante aliqua lege ciuili, vel statuto.*

3 *Donatio a principe, non recognoscente superiorem, vel principi facta, non indiget insinuatione, cuiuscunque sit quantitatis.*

*Idem in donatione facta a Duce belli. nu. 4.*

5 *Donatio remuneratoria, & ob causã, et si causa sit de futuro, insinuatione nõ indiget, vt sit valida.*

6 *Donatio remuneratoria, vel ob causam non est proprie donatio.*

7 *Donatio in dotem, vel ad nuptias, vel propter nuptias, sine insinuatione valida est.*

8 *Donatio facta patri a filio tẽpore emancipationis, licet videatur ob causã, tamẽ eget insinuatione.*

9 *Donatio remuneratoria, vel ob causam, quando egeat insinuatione.*

10 *Donatio reciproca quando egeat insinuatione.*

11 *Maioratus institutio quando egeat insinuatione.*

12 *Donatio causa mortis insinuatione non indiget.*

13 *Renunciatio iuri de futuro, quod pendet ab acceptatione, non eget insinuatione.*

14 *Donatio de iure Lusitano quando egeat insinuatione, & quando non.*

LEge, illud C. de sacros. eccle. sancitum fuit, vt, licèt donatio facta alijs non valeret sine insinuatione, nisi vsque ad ducentos solidos, facta tñ Ecclesijs, hospitalib. pauperibus, aut ciuitati, valeret absq; insinuatione vsq; ad quingentos. Idẽ gl. ibid. intelligit, de donationib. factis ad alias similes pias causas. Posteà verò l. sancimus, in prin. & §. alias verò. C. de dona. cõstitutũ est, cæteras donationes factas sine insinuatione valere solũ vsq; ad solidos trecẽtos, factas verò ad prædictas pias cãs absq; eadẽ insinuatione valere vsq; ad quingẽtos. Nouissimè verò l. pen. C. de donationibus potestas vniuersim facta est donãdi absq; insinua
1 tione vsq; ad quingẽtos solidos; nullo † verò præfinito termino, ad redẽptionẽ captiuorũ, Itemque ad reparationẽ domorũ, quæ ruina, aut incendio, corruptæ sint; dummodo res donata nõ insumatur in re alia, & dummodo, si quid ex valore, dotalib. reparatis, supersit, quod insinuatum non sit, & quod sit vltra quingẽtos solidos, invalida quoad id sit donatio. Idẽ statuit l. 9. ti. 4. par. 5. addẽs, posse etiam ad confectionem Ecclesiæ donari absque insinuatione sine vllo termino, itemque hospitali, & Ecclesiæ, aut alteri loco pio, non secus atque ad ædes corruptas reparandas.

Quidam, quos referunt gl. l. illud C. de sacros. eccl. & glo. l. sancimus, §. alias verò C. de don. asserunt, hodie ad oẽs pias cãs, de qbus his duobus in locis est sermo, donari posse vsq; ad octingẽtos solidos. Ducũtur, qm̃ cũ l. illud, sancitũ fuerit, vt ad illas pias cas liceret donare absque insinuatione vsq; ad quingẽtos solidos, eũ tñ tunc ad cætera solũ fas esset donare vsq; ad ducentos; sanè eo ipso, q. l. vlt. C. de donationib. extensum fuit, vt ad quæcunque liceret sine insinuatione donare vsq; ad quingẽtos solidos, cõcessum virtute fuit, vt ad pias cãs liceret insuper sine insinuatione donare incremẽtum illud trecentorum solidorum, qd lege illud, habebat donatio ad pias cãs, supra donationẽ ad res cæteras. Meritò tñ glossæ citatæ, Ant. Gom. tom. var. resol. c. 4. nu. 10. & doctores cõiter, id reijciunt. Qm̃ l. sancimus. C. de donationib. extẽsum fuerat, vt ad causas non pias liceret donare vsq; ad trecẽtos solidos; & tñ nullũ incrementum additum fuit donationib. ad pias cãs, quin potius expresse fuit pronunciatum, vt ad eas solum liceret donare absq; insinuatione vsq; ad quingentos solidos, vt antea licebat: quare ex incremento facto in donationib. ad cãs non pias, non licet colligere æquale incrementum in donationib. ad pias causas, nisi iure aliquo statuatur, nullum verò reperitur ius, quod id statuat.

Hac igitur rõne glossæ citatæ, Anton. Gom. & multi alij, affirmãt, excepta donatione in redemptionẽ captiuorũ, & ad reficiẽdas domos corruptas, atq; de iure Castellæ ad conficiendã Ecclesiam, invalidã esse hodie donationẽ ad pias causas factam sine insinuatione vltra quingentos solidos: qm̃ id ita ius ciuile, quod retulimus, statuit.

2 His † tñ nihil impedientib. dicendum est. Donationem ad pias causas nulla omnino egere insinuatione, ac proinde, cuiuscunq; sit quantitatis, validam esse absq; insinuatione, nõ solum in conscientiæ, sed et in exteriori foro, etiam seculari Ita Panor. c. relatum. 1. de test. n. 4. Fel. c. Ecclesia S. Mariæ de Constit. n. 82. Bar. l. illud. C. de sacros. Eccl. Syl. verb. donatio. 1. q 4. Iulius Clarus 4 li. sent. §. donatio, q. 17. nu. 1. & multi alij, quos Fel. & Iulius Clarus citant; tametsi non oẽs eidẽ inhærentur fundamento. Rõ potissima est, q̃ Pan. loco citato, iuxta textum ibi, tradit, & nos sup. disp. 134. reddidimus. Videlicet, in his, quę ad pias causas, spectãt, & vniuersim ad supernaturalẽ finem salutis aĩarum, nullam cõstitutionem principum secularium vim habere, præiudicium vę spirituali bono posse afferre, nisi quatenus a Summo Pontifice fuerit approbata: eaque tõne legata, & vltimæ aliæ dispositiones, ad pias cãs valent, esto in eis seruata nõ sit solemnitas iure ciuili statuta, vt c. relatũ, citato, definitum est: quare, cũ iura ciuilia, quæ statuunt, donationes ad pias causas, fa-

etasabsq; insinuatione vltra quingentos solidos, inualidas esse quo ad excessum, a Summis Pontificib. approbata nō reperiantur, bonoq; spirituali præiudiciū afferant; eo ꝙ donationes ad res pias, & sanctas, ex se alioquin validas, reddant inualidas; consequens profectò est, vt nullam vim habeant, non solum in conscię, sed in exteriori foro, et ciuili, vt de ciuilib. ioribus circa vltimas ad pias causas voluntates disp. 134. citata, ostensum est. Lege, quæ fusius ibidem dicta sunt.

2 Donatio † facta ab eo principe, qui superiorē non recognoscit, alicui priuato, ēt si nō fit ad piā cām, insinuatione non indiget, quantæcunque sit quantitatis vt patet l. sancimus. §. exceptis. C. de don. l. vlt. §. vlt. C. de quadr. præscr. l. 9. tit. 4. p. 5. & lib. 4. Lusit. ord. ti. 54. §. vlt. Idem est de donatione facta a priuato eiusmodi principi, vt habetur in authent. ca. itē a priuatis. C. de don. & in auth. vt non fiant pignorationes. §. vlt. & l. 9. citata.

4 Donatio † a Magistro militum (id est, duce) facta militib. de reb. mobilib. aut se mouentibus siue de bonis talis ducis, siue de spolijs hostium fiat, & siue in ipsa belli occupatione, siue alibi degant, valida est absque insinuatione cuiuscūque sit quantitatis. Ita habetur l. pen. C. de donat.

5 Donatio † itē remuneratoria, & vniuersim donatio ob cām, ēt si causa sit de futuro (vt ferè doctores citandi affirmant) insinuatione non indiget vt sit valida. Ita cum gl. l. Aquilius (alias Atilius) Regulus ver. nō merā. ff. de don. & Bar. ibi, cōis doctorū sniā, q̄ referunt, ac sequuntur, Molina lib. 2. de primog. c. 8. nu. 15. Iul. Clarus lib. 4. sent. §. donat. q. 2. nu. 2. & q. 16. nu. 6. Ant. Gom. 2. tom. var. resol. c. 4. n. 10. & Gama dec. 213. 302. num. 6. & 348. num. 3. Eam probat in primis lex Aquilius Regulus citata, vbi cum Aquilius cuidā suo præceptori, tum ꝙ in domo patris sui habitasset, tum ꝙ ipsum Aquilium docuisset, donasset, ac promisisset habitationē cuiusdā cœnaculi, eumq; post Reguli mortem, hęredes Reguli inde

6 expellere vellent, Papin. ait, † *Defendi posse, eam nō esse meram dōnem, sed officiū magistri mercede remuneratū*; Vbi gl. in ver. non merā, ait; quia ob præcedentē cām. Si. n. esset mera, nulla esset. Item exigeretur insinuatio, si excederet legitimum modum: ꝙ hic non exigit. Hactenus gl. Quæ in margine tanquam singularis ad hoc commēdatur, ꝙ donatio ob cām insinuationē non requirit. Deinde eā probat. l. si pater. §. vlt. ff. de don. cuius verba sunt. *Si quis aliquem a latrunculis, vel hostib. captum eripuit, & aliquid pro eo ab ipso accipiat, hęc donatio irrenocabilis est. Merces. n. laboris eximij appellanda est, quod contēplatione salutis certo modo æstimari non pōt.* Hæc ibi, vbi Bar. summatiū sic habet. Qñ sit ex cā remunerationis donatio, nō eget insinuatione. Tertiò eā probat l. hoc iure. §. vlt. ff. de don. vbi sic scriptum legimus. *Sed & hæ stipulationes, quæ ob causam fiunt, non habent donationē. Deniq; Pegasius putabat, si tibi cētum spopondero hac conditione, si iurasses te vomē meū laturum, non esse donationē: quia ob rem facta est, & res sequuta est.* Hactenus. §. ille. Quia ergo donatio ob cām, simpliciter non est donatio, vtique

7 neq; insinuatione indiget. Quartò † eam probat, quod donatio in dotem, eo ꝙ sit ob cām, nonquā cōparationē mariti indiguit insinuatione, propter ea ꝙ cōparatione illius rōnē non hēbat dōnis: hodie verò neq, cōparatione vxoris, insinuatione indiget, vt hī l. vlt. in prin. C. de in. dot. & l. 9. tit. 4. par. 5. Item donatio ad nuptias, aut pp nuptias; hodie insinuatione non indiget, vt habetur in auth. vt sponsalitia largitas in princ. & l. 9. citata, atque affirmat Gama dec. 348. nu. 5. Quo loco obserua, donatum ad nuptias, cōparationē cōiugis, qui cum tali donatario contrahit, non habere rationem donationis, sed contractus oneros. Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mat. p. 3. nu. 62. col. 19. q̄is cum alijs consentiat dōnem remuneratoriam insinuatione nō indigere, aduersus Bal. tñ, Paulum Castr. & Crotum, arbitratur, dōnem

8 † factam patri a filio tpe emācipationis, insinuatione nō indigere, si summam absque insinuatione donari permissam excedat, nihil impediēte, quod remuneratoria videatur ob beneficium emancipationis a patre acceptum. Ducitur. Tum quia, dato eā nō indigere insinuatione facile filij fraudib. paterent, dum amore emancipationis, facile a parentibus inescarentur, & deciperentur: præsertim cum de iure cōi parentis præmium ob emācipationis beneficium constitutum habeant dimidium vsusfructus bonorum aduentitiorum, vt alibi dictum est. Tum etiam pp l. data. C. de donat. quæ non minus, imò plus, exigit insinuationē in dōne a filijs facta parentibus q̄ facta alijs; eo qđ comparatione parētum, facilius possint fraudes, ac deceptiones interuenire. Et pp l. filiusfamilias, §. secundum vulgatem. ff. de lega. 1. Tametsi hæc lex patriam potestatem inæstimabilem esse dicat in patris bonum, vt pater grauari non possit a fideicommissum ei relinquente, vt filium emancipet: quod potius suadere videtur nullam remunerationem æquare posse beneficium emancipationis, quam donationem, in recompensationē eius beneficij factam, insinuatione indigere.

9 Obseruāt doctores, qñ † aliquid in remunerationem donatum est, aut ob aliam causam, si, qđ donatum est, limites remunerationis, aut causæ excedat, tunc, quo ad excessum, non habere rationem dōnis ob causam, sed simplicis donationis: atque adeo, si excessus ille quingentos solidos superet, inualidam esse donationē quo ad id, quod superauerit quingentos solidos, si donatio insinuata non fuit. Ita Molina loco citato, numer. 17. Gama dec. 302. num. 8. & alij quos citant. Consonat c. relatum 2. de test. illis verbis, *aliqua iuxta seruitij meritum conferantur.*

10 In dōne † reciproca, si simul vtrinq; fiat, vt si mutuo aliqui conueniāt; dono tibi tale prędium, & tu vicissim mihi dona tale quid, insinuatio nō est necessaria: qm̄ eiusmodi donationes, & fiunt ob causam, & potius habent rationem contractus oneros, quam donationis. Atque de eiusmodi reciproca donatione loquitur glos. l. licēt verbo mortis causa. C. de pactis, & cum ea Iulius Clarus q. 2. citata. nu. 2. & q. 16. num. 5. & loquuntur alij, quos citat. Si verò antecedat donatio mi-

noris summæ sine pacto retributionis, & sequatur donatio summæ maioris, censebitur remuneratoria vsq; ad quantitatē antecedentis donationis: quo ad incrementū verò nō item, ac proinde, si tale incrementū quingentos solidos superet, insinuatione quo ad id, quod superauerit, indigebit.

11 Vtrū verò, qñ † maioratus contractu inter vivos instituitur, insinuatione ea instō egeat. In primis, qñ in dotē, aut ī donationē ad nuptias, instituereturea non indigeret, vt ex dictis cōstat. Qñ ieē ex regis facultate instituereturea ēt necessaria non esset, qñ regis facultas vim insinuationis haberet, vt bene Moli. obseruat lib. 2. de primog. c. 8. n. 69. Denique, qñ absq; regis facultate instituerentur, optimè ēt Molina ibidē à nu. 15. ostendit, Hispaniarum maioratus ea non indigere. Tum qñ vt plurimum grauati successores solēt, agnomēa q; insignia institutoris deferre, aliaq; grauamina solent eis apponi & habere annexa ob quæ institutio donatio ob causam censeri debet. Tum vel maximè, q in instituentis memoriā suæq; familiæ splendorē, solet maioratus institui, atq; ad eo ob causam, emolumētum ve proprium & familiæ, cuius remanet eo ipso caput. Tū denique qñ ea bona relinquuntur successoribus sine facultate illa alienandi, & cum onere, vt transeant ad successorē ab ipsomet primo institutore vocatū: & qñ cum eiusmodi maioratuū institutio in splendorē, ac cōmodū reipublicæ cedat, legeque ea de causa sit permissa, per epicheiam censendum est, eiusmodi institutionē sub insinuationis lege minimè cōprehēdit. Accedit, id vsu ita esse receptū.

Molina loco cita. nu. 20. arbitratur, si redditus annui maioratus, quingentos solidos non excedant, vel ex sola dispōne l. sancimus. §. vlt. C. de don. disp. præcedente relata, eā institutione insinuatione non indigere. Existimo tñ hoc esse falsum. In prim. s, qñ dispositio illa solū loquitur, qñ annua summa est, quæ donatur: qñ verò maioratus instituitur, q donatur, non est annua summa, sed bona quo ad proprietatem, quæ annuatim eā summā reddēt: porro bona illa quo ad proprietatē, lōgè maioris valoris sūt, q redditus singulorū annorū. Deinde, qm dispositio illa solum hēt locū, qñ donatio expirat morte indifferenter donātis, aut donatarij (maioratus aūt, reditusq; illius, ad hæredes transeūt) vocati primo ad maioratū, atq; ad hæredes hæredū, sine vllo termino.

12 Denique donatio † causa mortis, etiā si quingentorum solidorum valorem excedat, insinuatione non indiget. Ita habetur l. vlt. C. de donationibus causa mortis.

Anton. Gom. 2. tom. varia. resol. c. 4. nu. 10. ad
13 dit. Qñ id, q † donatur, non comperit donatori de præsenti, sed de futuro necessariam nō esse insinuationē. Inde verò multa infert corrolaria. Potius aūt dicerem, qñ iura ei aliquid tribuunt dependenter ab ipsius acceptatione, tunc renunciatio iuris, quod eo pacto illi conuenit, non indiget acceptatione. Vnde si non acceptet legatū, aut si hæreditatem, ad ipsum iā deuolutam, non adeat, esto ius, cui renuntiat, valorem quingentorum solidorum excedat, valida est renunciatio. Hac eadem rōne, si parens filio, aut filiæ, facultatē testandi cōcedat de bonis, in quib. vellet, nollet, filius, parens erat hæres, valida est facultas talis, esto ea bona valorē quingentorum solidorum superent. Propter eandē rationē, si pater filio familias relinquat vsumfructum de bonis illius aduenticijs, quia iura tribuunt patri eū vsumfructum dependenter, si vsurpare velit eum, vt alibi dictū est, valida est talis cōdonatio vsusfructus, quamuis excedat valorē quingentorū solidorū. De renunciatione, qua filius, aut filia, legitimè renunciat, aut, cōtenta vna parte, alteri renunciat, qñ sine iuramento inualida est talis renūciatio, iuramentū verò defectū supplet insinuationis, cessat qō, vtrum ea renunciatio valida sit sine insinuatione, qñ id cui renunciat, valorem excedit quingentorum solidorum. Ex eodem fundamento Anto. Gom. vbi supra affirmat, validam esse insinuatione renunciationem, qua vxor medietatem bonorum superlucratorum marito renunciaret. Id tñ credo esse falsum: qm est rei sibi debitæ virtute contractus matrimonij antecedentis, non secus ac illi essent debita bona, ad quæ ex quocūq; alio contractu haberet ius: remissio verò, aut cessio, eiusmodi iuris, si valorē excederet quingentorū solidorū, inualida absq; insinuatione esset quo ad excessum, vt disputatione præcedente dictum est.

14 Dubium † circa dicta ferè tota hac disputatione est, vtrū vim in Lusitania habeāt. Extat lib. 4. ord. ti. 54. ī prin. absq; vllius donationis exceptio Dubium
ne, sic dī. *Todas ad doaçoēs assi de beēs, moueis como de raiz, como de huūs e outros iuntamente, que passaren de trecentos cruzados douroou sua verdādeira valia, serā insinuadas e aprouadas per nos, ou por os desembargadores que pera ella forē deputados: e nō sendo insinuadas, nō valeraā, saluo as ecditas cantia.* Quibus verbis excludi de iure illius regni vāt hactenus dicta. His tñ verbis nihil im- Decisio.
pedientib. contrarium est dicendum. Nō solum, quia, vt Gama dec. 213. & 302. citatis, de donatione remuneratoria, & ob causam agens, rectè ait, ordinatio illa per antiquiora cōia iura exponi debet, sed etiam quoniā vniuersalitas illa intelligenda: non est quo ad donationis species & modos, sed quo ad materiā, vt statim ordinatio ipsa se exponit dicēs: *assi de beēs moueis como de rayz como de huūs e outros juntamente.* Neq; credendum est, ordinationem illam peruertere intēdisse tot cōia iura, & opiniones doctorum, quot tota hac disputatione explicata sunt.

## Donatio omnium donantis bonorum valida nè sit, & quid si iuramento confirmetur.

### DISPVTATIO CCLXXIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum inualida est, ex communi.*
*Immo de iure Castellæ omnium bonorum præsentium tantum, nu. 2.*

3 Dona-

3 *Donatio oĩum bonorũ præsentiũ & futurorũ iuramento confirmata valida est, contra cõmunem.*

4 *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum facta Ecclesiæ, valida est, ex communi.*

5 *Donatio omnium bonorum etiam futurorum de iure Castellæ iuramento firmata, valida est.*

6 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, & de iure Castellæ præsentium, quando reduci possit ad summam a lege permissam sine insinuatione, vt valida sit.*

7 *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum, non comprehendit iura & actiones.*

8 *Donatio oĩum bonorum præsentium & futurorum, reseruato vsufructu, quando valida non sit.*

*Et quid de iure Castellæ dicendum. nu. 9.*

10 *Donatio an valida sit, si quis donet hæreditatem suam alteri.*

11 *Donatio causa mortis omnium bonorum præsentium, & futurorum valida est.*

12 *Donatio oĩum bonorũ præsentium, & futurorum, facta in contractu matrimonij, vel transactionis, & sic mista cum causa onerosa, valida est.*

*Declara tamen, vt ibi.*

13 *Moderatus institutio omnium bonorum præsentium, & futurorum, quando valida, etiam de iure Castellæ, & quando non.*

HAec disputatio, vna cum duabus præcedentibus, ad quantitatẽ spectat; quã valide donare licet, aut nõ: eaque de eã illis est annectenda.

1 Donatio† oĩum donãtis bonorum, tã præsentium, q̃ futurorum, inualida est; eo qđ per eã, facultatẽ oẽm testandi donas sibi adimat; qđ nulli iure ciuili conceditur, iuxta ea quæ disput. 151. dicta sunt. Ita colligitur ex l. stipulatio hoc modo cõcepta. ff. de ver. obl. l. si fratres. §. idem respõdit. ff. pro socio. l. ex eo. C. de inutil. stipu. l. hæreditas. C. de pactis cõuentis l. cùm donationis. in fi. C. de transact. l. pactum, qđ dotali, & l. vlt. C. de pact. Et cum Bart. l primo loco citata, affirmat cõmunis doctorum sententia, q̃ referunt ac sequuntur Cor. 3. var. resolut. c. 12. a nu. 1. & in rub. de test. par. 2. nu. 3. Mol. lib. 2. de primog. c. 10. a nu. 10. Ant. Gom. l. 69. Taur. nu. 1. Iul. Clarus 4. lib. sent. §. dona. q. 19. Guter. de iuram. confirmat. c. 11. n. 2. & Gama decis. 206. nu. 3. & decis. 386.

Ius Castellæ. 2 De iure autẽ † Castellæ l. 69. Tauri, quæ est l. 9. tit. 10. lib. 5. nouæ collectionis, neque donatio bonorum oĩum præsentium est valida & consentiunt Castellani omnes doctores locis citatis.

Quæst. Anteq̃ verò rẽ latius examinemus, dubiũ est, vtrũ, si donatio oĩum bonorũ præsentiũ, & futurorum iuramẽto cõfirmet, valida sit. Cõis † doctorum sniа affirmat, inualidã esse. Totum verò eorũ fundamentũ est, qm̃ p eã libertas testãdi adimitur, qđ esse cõtra bonos mores habetur l. stipulatio hoc modo cõcepta. ff. de ver. obl. & quibusdã alijs ex iurib. citatis: id verò, quod bonis moribus aduersatur, esto iuramento confirmetur, inualidum est: eo quòd iuramentum vinculum non sit iniquitatis. Ita cum Bar. vbi sup. Panormitano, & plerisq; alijs, quos citãt, affirmãt Molina c. 10. citato nu. 11. Ant. Gom. l. 69. citata nu. 4. Iul. Clarus § donatio q. 20. nu. 1. Guter. c. 11. citato n. 11. & Gama decis. 386. In eadẽ sniа, vt disp. 151. retulimus, fuerũt, qui ordinationes Lusitanas condiderũt. Eã qppe apertè statuerunt li. 4. titu. 4. §. pen. vt ibid. retulimus. Nos tñ disput. 151. citata satis efficaciter, ni fallimur, ostendimus, quẽpiã sibi facultatem testãdi auferri, atque adeo donare bona oĩa sua præsentia & futura, nõ ita esse cõtra bonos mores, quasi culpa vel lethalis, vel venialis, sit, ac proinde, si vtrumque iuramẽto cõfirmetur, validũ esse; idq; ex suis principijs deduximus: qđ sane ad theologos potius, quã ad iurisperitos spectat, vt ibid. dictũ est. Nobiscũ verò consentiunt Fortunius Dec. & alij, quos Cou. in rub. de test. par. 2. num. 5. refert ac sequitur. Quare, quæ disp. citata copiosè dicta sunt, onere fusius rẽ hoc loco examinandi, nos leuant. Ibidem explicauimus, in quo sensu iura affirment, quempiam auferre sibi facultatem testandi, esse contra bonos mores. Decis.

Nostrã, atq; Cou. sniam cõfirmat, q̃ non solũ, q̃ nobiscũ cõsentiunt sed ẽt cõis opinio autorum 4 cõtrariæ sniæ affirmat, donationẽ† oĩum bonorũ præsẽtiũ & futurorũ Ecclesiæ factã, validã esse. Si aũt valida est, certè nullũ peccatum continet, alioquin ciuilia iura, quæ inualidã illã absolute reddunt, vim haberent, ẽt q̃n Ecclesiæ fieret: neq; n. credẽdum est, Pontifices Summus fouere peccata, atq; adeo velle illicitum ex se, iureq; ciuili nullum vim habere, si Ecclesiæ fiat. Quod si donatio oĩum bonorum in se nõ est illicita, proculdubio valida est, si iuramẽto cõfirmetur, nihil impediẽte, q̃ ciuili iure sit reddita nulla; idque, esto priuato homini fiat. Porrò ex autoribus, qui cẽsent donationẽ oĩum bonorum præsentiũ, & futurorũ, esto iuramento confirmetur, inualidam esse, sequentes affirmant, factam Ecclesiæ, ẽt sine iuramento, esse validam, Bar. Panor. & plerique alij, quos referunt ac sequuntur. Iul. Clarus q. 20. citata, nu. 3. Ant. Gom. l. 69. Taur. nu. 6. Gut. c. 11. citato nu. 7. & Gama decis. 185. n. 2. Lege ẽt, quos Cou. nu. 5. citato refert ac sequitur. Id verò cõfirmãt ex l. iubemus nulli. §. 1. C. de sacrosanct. ec. vbi donatio, totius patrimonij facta Ecclesiæ valida pronunciatur, & Cõcinit c. vlt. de succes. ab int. Meo tñ iudicio, potissimũ fundamẽtũ est, qm̃ ciuile ius l. stipulatio hoc modo concepta, & alijs sup. citatis, nullũ præiudiciũ afferret donationib. aut vlt. voluntatib ad pias causas. Qua ẽt rõne d. sp. 278. dictũ est, cuiuscunq. quãtitatis sit donatio ad pias causas, insinuatione non indigere Ant. Gom. vbi sup. & quidã alij, cum Pan. affirmãt, si qs oĩa sua bona præsentia & futura Ecclesiæ donet, teneri Ecclesiam alere de eisdem bonis. Intelligo, quo ad id, quod ei defuerit, adhibente illo suam industriam & laborem, pro qualitate suæ personæ.

5 De donatione † oĩum bonorum præsentium, quæ de iure Castellæ est nulla, consentiunt plerique ex doctoribus, qui id negant de donatione bonorum etiam futurorum, esse validam in eo regno, si iuramento confirmetur. Quoniam, cum de iure communi valida sit, vt dicemus, neque testandi auferat facultatem, constat non esse contra bonos mores, ita Anton. Gomez. l. 69. Taur.

nu.4.& Guter.c.11.citato nu.13.Nostra autē & Con.sententia,dubium id esse non potest valere.

Dubiū. Dubiū est, vtrū q̄is donatio oīum bonorum præsentiū & futurorum, aut in Castella donatio bonorū præsentiū,valida non sit quo ad totū, qñ non sit ad causam piam,valeat saltē quo ad partē in toto inclusam,vt de donatione vltra quingentos solidos facta sine insinuatione dictū est,valida esse quo ad quingētos solidos.Cōis† doctorum sēnia est,neque quo ad partem esse validam, quā referunt,& sequuntur Ant.Gom.l.69.Tau. nu.2.Guter.c.11.citato nu.3.& Iul.Clarus.§.donatio.q.20.nu.2.Tametsi addat,disputando posse defendi contrarium. Neque est eadem ratio, quæ de donatione vltra quingentos solidos non insinuata. Qm̄ in donatione sine insinuatione, præscriptus est certus terminus, vsq; ad quem valeat, & quo ad incrementum annullatur: in donatione verò oīum bonorum nullus est præscriptus terminus, vsq; ad quē valeat, & vltra quem non valeat. Quare,si donatio oīum bonorū præsentium & futurorum, aut in Castella præsentiū tantum, solum esset inualida quo ad totam summam,& nō quo ad reliqua in ea inclusa,detracto obolo,valeret reliquum,atq; adeo lex esset inutilis: aut certè confusionem maximam pareret.

Decis. 6

Ant.Gom.loco cit.nu.1.& Guter.nu.12.cum aliis,quos citant,asseuerant,nullam esse donationem bonorum oīum præsentiū, ac futurorū, etsi reciproca sit,qua coniuges,aut fratres,sibi mutuo bona omnia donent ei,qui superstes post alterum fuerit repertus. Hoc autem verum esse arbitror,si donatio sit inter vinos, atque irreuocabilis:secus verò si causa mortis, aut alia ratione reuocabilis, aut regulariter esse solet:tunc.n.valet, eo q̄ facultatem testandi non auferat. Atque de hoc tantum posteriori genere reciprocæ donationis omnium bonorum videtur loqui Iulius Clarus,q.20.citata,nu.vlt. qui contrarium opin. Ant.Gom.affirmat,quo pacto intellecta vera est eius opinio.

Qñ quis donaret tm̄ bona oīa præsentia, validè esset donatio de iure cōi. Neque.n.sibi adimeret potestatē testandi: quandoquidem integrum illi esset de eis bonis testari,quæ in futurum posset acquirere id probat l.omnes,§. Lucius,ff.quæ in fraud. cred. & l. si quis argentum, §. sed & si quis, C. de donat. & affirmat communis doctorum sententia, quam referunt, & sequuntur, Iulius Clarus,§.donatio.q.19.num.2.Anto.Gom. l.69.Taur. nu.1. Couar.3.var.resol.c.12.num.4. Gutier.c.11.citato, num.1. Molina,lib.2.de primog.c.10.& Gama decis.26.num.3.

Idē de iure cōi, si quis donaret sua, imò si donaret oīa sua bona: noīe namque bonorum, aut oīum bonorum, sub ea verborum forma, solum intelligutur præsentia. Ita cōis doctorum sēnia, quam referunt & sequuntur, Iulius Clarus,q.19. citata,nu.3.& 4. Gama decis.206. nu.3. consentit Aries Pin.C.de bonis mater.in rub. par.1.nu. 3.& probat l. vlt. C.quæ res pign.oblig.por.illis verbis;*nam sit,iustū,voluntates contrahentiū magis,quam verborū conceptionem,inspiceve;* eratq; sermo de verborū forma,de qua disputamus con-

fiteturque Iurisconsultus, sola præsentia bona significare. Idem probat apertius l.si ita.ff.de aurro & argen.lega.& l.omnes.§. Lucius.ff.quę in frau. credi. Quando tamē aliunde constaret, donantē, nomine, omnium bonorum,etiam futura intellexisse,tunc inualida esset donatio·quia potius mēti,ac voluntati contrahentium est standum,quàm verbis,vt ex l.vlt.C.quæ res pig.relatum est.

7 Vtrum † aūt,si quis dicat,dono tibi omnia bona mea præsentia & futura mobilia, & immobilia, aut in Castella, oīa bona mea præsentia mobilia & immobilia,valida sit donatio. Cōmunis sentētia,quam referunt & sequuntur,Iulius Clarus q.19.citata nu.5.& Guter.c.11.citato, num. 16.& consentit Pinel. in Rub.de bon.mater.par. 1.à nu.24.affirmat,validam esse: eo quod nomine,bonorū mobilium & immobiliū,iura,& actiones non cōprehendantur, sed distinguantur tertium bonorum genus l. à Diuo Pio.§. in vendit. ff.de re iudi.& l.quā Tuber,§.in peculio.ff.de peculio:quare illud tertium genus,remanet donanti, de quo possit testari. Adde, donationem in eo sensu, esse piè exponendam, in quo valida sit, qñ verba id patiuntur, & cōtrarium de mēte donantis non constat, argumento tex. in l. quoties, in prin.ff.de reb.dub.Maximè vero prędictam opinionē veram esse arbitrātur Gut. & Aries Pinel. vbi supra, a nu.10.si dicatur,bona mobilia,& immobilia in tali loco existentia: qm̄ iura,& actiones loco non continentur, vt pater. l. Caius, in princ.ff.de leg.2.l.si fideicommissum,§.tractatū. ff.de iudicijs. Intellige tamē,modo,qui in regno Castellæ talem donationem faceret, iura aliqua & actiones tēpore donationis haberet: alioquin sub ea forma omnia vniuersim bona sua præsentia reipsa donaret, ac proinde inualida in eo regno esset ea donatio. Intellige præterea, modo aliunde nō cōstet donātē nomine, bonorū mobilium,& immobilium,intēdisse cōprehendere iura ēt & actiones,nā tūc menti illius,potius quam verbis, esset standum,iuxta l. vlt. C. quæ res pignor.& consentiūt Guter.vbi sup.n.20.& Pinel. nu.29.Circa dicta vero toto hoc §. lege, quæ copiosè disput.20.2.dicta his de rebus a nobis sunt.

Quæst.

8 Dubium † est, vtrum,si quis donet sua omnia bona præsentia, & futura, excepto vsufructu eorundem bonorum, valida sit ea donatio de iure communi, Paul. Castren.l.vlt. C.de pact. & alibi, Decius & alij, quos Couar.3.variarum resc. 12.nu.1:refert,in ea sunt sententia,vt dicant,inualidam esse. Ducuntur,quoniam,stante ea donatione,nihil donanti relinquitur,vnde testari possit. Quia non vsusfructus ipse; eo quòd ius illud fruendi,quod donans sibi reseruat,cum morte ipsius expiret; neque item fructus percipiendi, qui inter bona ipsius futura computantur,quæ etiam donat; quare inualida est ea donatio, atque in legis fraudem introducta. Et quidem,si is esset sensus donationis illius, quòd etiam fructus percipiendi, qui tempore mortis restarent, testareve possent, in bonis futuris comprehenderentur, de illisq; donās testari nō posset, verissima esset Pa. Castrēsis,Decij,et aliorum opinio. Vnde Purpuratus,

Digitized by Google

ratus, & alij a Couar. relati, eo pacto intelligentes Pauli Castrensis opinionem, aiunt, si donans dicat; dono tibi omnia mea bona præsentia & futura, excepto vsufructu, & fructibus ratione illius percipiendis, validam esse donationem: eo quòd de eiusmodi fructibus exceptis, testari possit. Bar. quoque consilio 76. respondet, vt donatio bonorum omnium præsentium, & futurorũ valida sit, non satis esse, si donans sibi reseruet vsumfructũ, vt de eo in vita disponat; qm̃, nisi ét de eo p vltimam voluntatem possit disponere, non remanet illi facultas testandi. Cõsentiunt Couar. c. 12. citato, Moli. c. 10. citato, nu. 2. Iulius Clarus. q. 19. citato nu. vlt. & doctores communiter. Tametsi Couar. ad calcem nu. 3. dubitet, an per verba illa facultas de eis testandi auferatur. Illum legito.

Decis. Dicendum tamẽ est, validã esse donationẽ omnium bonorum præsentium & futurorum reseruato vsufructu. Ita Paulus Castrensis, sibi contrarius. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum oblig. Bart. consi. 76. citato, Panorm. consi. 102. Alexander & communior sententia, quàm referunt, & sequuntur Moli. li. 2. de primog. c. 10. nu. 19. Couar. 3. var. resol. ca. 12. nu. 1. Ant. Gom. l. 69. Taur. nu. 3. Iul. Clar. 4. li. sent. q. 19. nu. vlt. & Guter. c. 11. citato num. 14. Potissima ratio est, qm̃ in vsusfructus reseruatione, fructus ratione eius iuris percipiendi intelliguntur excepti: quo fit, vt donati non censeantur, sed potius ab ea donatione excepti, de eisque, atque de eorum pretio, liberè donans possit disponere, tum inter vivos; tum etiam per vltimam voluntatem, nihil impediente donatione omnium bonorum præsentium, & futurorum, apposita ea reseruatione.

Quin, si donãs ab intestato moriatur, eiusmodi fructus ad hæredes ab intestato spectant, & nõ ad donatarium, nisi ipse hæres sit ab intestato. Alias rationes lege apud Couar. nu. 1. citato.

Quando tñ vsusfructus reseruatus tã modicus esset, vt vel ad solam cõpetentem donantis sustentationẽ nõ sufficeret, vel spectaretur tã modicum ex fructibus, detracta cõpetente sustentatione, remanforum, vt id, habita ratione bonorum donantis, pro nihilo esset ducendum: tunc, quia testandi facultas non censeretur ei remanere, ratione habita bonorum ipsius, inualida esset donatio. Ita Couar. loco citato. nu. 3. Gutier. cap. 11. citato. nu. 14. & Moli. li. 2. de primogen. c. 10. nu. 25.

Vniuersum autẽ, licet donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum valida censeatur, quando donans aliquid sibi reseruat, de quo, vltra alimenta, integrum illi sit testari, si velit; meritò tamen id intelligunt doctores, modo sit competens, ac sufficiens quantitas, habita ratione bonorum donantis: parum enim pro nihilo debet reputari, vt relicta sit ei censenda testandi facultas. Ita Paulus Castrensis & Alexand. l. stipulatio hoc modo concepta, Aretinus & alij, quos referunt, ac sequuntur Moli. li. 2. de primogen. cap. 10. nu. 25. Iulius Clarus. quæst. 19. citata. nu. 8. Couar. 3. var. resolut. c. 12. nu. 3. Guterrius. c. 11. citato. nu. 15. Ant. Gom. l. 69. Taur. n. 3. & Gama decis. 348. nu. 3. Iulius Clarus loco citato censuit, vt sit valida talis donatio, necesse esse, vt pars reseruata cum minimum excedat vigesimam partem bonorum donantis.

Id tñ non probant Moli. nu. 25. citato, Gama decisione citata, & alij, sed arbitrio prudentis iudicis censent rẽ esse relinquendam. Gama verò in quodam euentu, de quo disputatione citata est sermo, summam quatuor mille nummorum æris, quos in Lusitania *reais* in Castella verò *maraue-dis*, vocant, satis esse censuit, consideratione habita personarum, vt donatio omniũ bonorum præsentium, & futurorum valida censeretur. Refert præterea Alexãdrum minorẽ adhuc summam in quodam alio euentu iudicasse ad id sufficientem.

9 Vtrum † autẽ in Castella, vbi donatio bonorũ omniũ præsentiũ est inualida, si donãs sibi vsum fructũ eorum reseruet, valida sit donatio. Couar. 3. variar. resolut. c. 12. nu. 4. quamuis confiteatur validam pronunciari in tribunalibus eius regni; ipse tamen inualidam eã reputat. Ductus, qm̃ reseruatio eiusmodi vsusfructus non tollit, quin ea donatio sit bonorum omnium præsentium. Quæst.

Quòd probat. Primò, quoniam fructus percipiendi, non pertinent ad bona præsentia, sed ad futura donãtis: ius verò ipsum fruendi, quod donans sibi reseruat, computari non potest inter bona præsentia donantis: præterea quòd vsusfructus, qui tempore donationis ad donantem pertinet, est causalis coniunctus cum dominio directo: is verò, quem sibi reseruat, est formalis, qui resultare non potest, nisi postquàm, vi donationis & traditionis, dominium bonorum, quę ita donantur, transeat in donatarium, atque ita fit, vt talis vsufructus non pertineat ad bona, quæ donans habet, quando donat, sed ad bona futura donantis post eam donationem factam. Suadetur primo.

Secundò, quoniam doctores, qui stando in solo iure communi, a Pauli Castrensis, & aliorum, opinione recenserunt fatentur, donatione omniũ bonorum præsentium & futurorũ, reseruato vsufructu, donari præsentia omnia bona; eo quòd censeant, ius ipsum vsusfructus nõ impedire eam donationem esse bonorum omnium præsentiũ, quia donans non potest de eo testari: attamen defendunt eam donationem ex eo, quod de fructibus futuris, qui ratione vsusfructus censentur excepti testari possit. Secũdò.

Tertiò, qm̃ lex Castellę ideo donationẽ bonorum omnium præsentium vult esse nullam, quia, vt valida sit donatio aliqua, exigit de bonis præsentibus aliquid reseruari de quo donans testari possit tempore ipsodonationis, quasi lex velit nõ tolli donatori libertatem testandi, etiam si statim post donationem mortis periculum, ac discrimen esset subiturus. Quo fit, vt, ét si dicamus, ius vsusfructus formalis esse de bonis præsentibus, non sufficiat eiusmodi reseruatio; eo quòd hoc ius morte finiatur, aeq; de eo testari possit donator. Tertiò.

Hanc opinionem meritò tamquam nouam, & parum probabilem reijcit Molina lib. 2. de primogen. c. 10. a nu. 22. quem Guter. c. 11. citato, sequitur, & cum quibus consentit Ant. Gom. l. 69. Taur. n. 3. Quoniá verò ex solutione argumẽ- Decis.

torum,

Digitized by Google

torum, quibus Couar. nititur, id satis patebit, ad illa diluenda accedamus.

Ad 1. argum. Ad primam ergo Couar. rõnem negandũ est, ius fruendi, q̃ donãs sibi reseruat, computari non posse inter bona præsentia donantis. Ea verò, quibus id probare nititur, ipsemet Couar. confitetur debiles vires habere. Etenim vnus, & idem numero vsusfructus est, qui, dum coniunctus est cum domino directo, dicitur causalis, & dum ab eo est separatus, quia ad vnum pertinet vsusfructus, & ad alium dominium directum, dicitur formalis, solumque a se ipso differt accidentaliter, penes esse coniunctum, aut separatum, a dominio directo, quo ad eum, ad quem pertinet: quarè, quod, translato per donationẽ dominio directo in donatarium, is vsusfructus, qui ante eã translationẽ dicebatur causalis, dicatur formalis, non tollit, quin donans sibi reseruauerit eundem numero vsumfructũ, quẽ ante factam donationem habebat, verumque simpliciter sit, illum eundem sibi de bonis præsentibus tempore donationis reseruasse, tanquam partem eorundem bonorum.

Adde, per solam donationem, nisi accedat traditio, non transferri dominium in donatariũ, sed manere apud donãtem: quare, cum simul cũ donatione fiat reseruatio vsusfructus, & vtrumque antecedat traditionem bonorum (etiam per clausulam cõstituti, vt regulariter fieri solet eo q̃ bona perseuerare debeant apud donantem, vt illis fruatur toto tempore quo vixerit,) consequens est, vt tempore reseruationis: vsusfructus ille sit adhuc causalis, & postea, facta traditione, sortiri incipiat rationem vsusfructus formalis.

Quo fit, vt falsum simpliciter sit, non reseruare sibi vsumfructum, qui causalis sit tẽpore reseruationis, atque ét aliquantulo tẽpore post reseruationẽ, licèt, facta postea traditione, rõnem sortiatur formalis. Accedit denique, donationẽ, vt Couarr. ipse cõcedit, vnico actu fieri, vna cum reseruatione, quo tempore vsusfructus, qui reseruatur, de bonis est præsentibus ipsius donantis.

Ad 2. Ad secundam rationem negandum est, doct. illos id fuisse fassos. Ac sanè, si id existimassent, errassent turpiter: cum manifestissimum sit, eum vsumfructum partem esse bonorum, quæ tempore donationis erant donantis. Quòd autem donans de eiusmodi vsufructu testari non possit, non inde euenit quod non sit pars illorum bonorum, sed quòd expiret cum vita ipsius donantis. Si autem donans illum vendat, testari poterit de pretio, vel eo ipso tempore, quo donat ac illum sibi reseruat, vel postea temporis progressu.

Ad 3. Quia verò ad tuendum validam esse de iure communi donationem omnium bonorum præsentium & futurorum reseruato vsufructu, satis erat donantem testari posse de fructibus ratione iuris fruendi, sibi reseruati, esto testàri non posset de iure ipso fruendi, idcirco eam donationem ex eo capite defenderunt: non tamen proinde censuerunt, ius ipsum fruendi non fuisse partem bonorum quæ donans tempore donationis habuit.

Ad tertiam dicendum est, fortasse legislatores illos non ea ratione fuisse ductos, vt donationem omnium bonorum præsentium nullam redderẽt, sed, ne subditi vllo tempore spoliati omnibus suis bonis remanerent.

Dicendum deinde est donantẽ, qui sibi vsumfructum reseruat, simul dũ illum reseruat, atque efficit donationem, posse vendere ius, quod reseruat, & de pretio testari. Adde, iura non præsumere, illũ continuo morituru, anteq̃ fructus percipiat, de quibus possit testari, sed potius præsumere contrarium. Adde ẽt, iura non tã in similibus dispositionibus intẽdere, vt donãs quocunq; euentu possit cum effectu testari, quasi non possit superuenire fortuitus euentus, qui illũ testari impediat, quam intendere, vt donans absolutè, atq; omnino, testandi facultatem sibi non adimat.

10 Dubium est, vtrum † de iure cõi, si quis donet alteri hæreditatem suam, valida sit donatio. Bartolus l. vlt. C. de pact. & cõmunior doctorum sententia, quam sequuntur Iulius Clarus 4. lib. sen. §. donatio q. 19. nu. 6. & Guter. c. 11. citato nu. 4. asserunt, inualidam esse. Quoniam, cum hæreditas omnia bona includat, quæ tempore mortis donantis fuerint ipsius repetita, per eam donans sibi adimit facultatem testandi. Atque hæc sentẽtia mihi probatur. Idem tamen Bar. sibi contrarius l. quæsitum est. §. penulti. ff. de legatis 1. asserit, esse validam: quoniam per eam solum censentur donata bona omnia præsentia. Atque idem censuit Purpuratus l. vlti. C. de pactis. Primum tamen videtur verius. Et quamuis hoc secundum esset verum, inualida esset ea donatio de iure Castellæ, vt ex hactenus dictis constat. Dubiũ. Decis.

Dubium ẽt est, vtrum nõ solum donatio inter viuos omnium bonorum præsentium, & futurorum, atque in Castella præsentium tm̃ inualida sit, sed etiam donatio causa mortis. Ant. Gom. l. 69. Taur. nu. 5. satis debilibus fundamentis arbitratur inualidam esse; quin tom. 2. var. resol. c. 4. in calce. nu. 22. sibimet contrarius videtur. Dicen- 11 dum † verò est cum cõi doctorum sententia, quã referunt ac sequuntur Iulius Clarus q. 19. citata nu. 7. & Molina lib. 2. de primog. c. 10. nu. 14. validam procul dubio esse. Cum enim donatio causa mortis, pro solo donantis libito, possit reuocari, vtique per eam sibi non adimit facultatem testandi, esto sit omnium bonorum præsentium ac futurorum, ac proinde cessat in ea ratio, ob quam similis donatio inter viuos est inualida. Dubiũ. Decis.

Dubium postremò est, vtrũ quamuis donatio omnium bonorum præsentiũ, & futurorũ, atque in Castella præsentium tm̃, valida nõ sit, interim dum intra solos limites donationis consistit si tm̃ simul fiat ex causa onerosa, vt matrimonij, vel transactionis, aut alia simili, valida sit. Molina 12 † lib. 2. de primog. c. 10. nu. 17. affirmat validã esse. Qm̃ quamuis iure ciuili gratuita donatio omnium bonorum præsentiũ & futurorũ sit reddita nulla, nullo tm̃ iure inuenitur prohibitum, quẽquã ex causa onerosa bona omnia sua etiã futura, alienare, atq; a se abdicare. Atque hæc sententia placet, cui neminem refragari video; suffragaturque illi Menchaca de succes. creat. lib. 1. § 1. nu. 32. in maioratus institutione omnium bonorum. Dubiũ. Decis.

Hoc

Digitized by Google

Hoc loco obserua, si donatio in dotem bonorum omnium præsentium, & futurorum tam paruæ esset quantitatis comparatione fœminæ, cui fieret, atque ea ita esset affecta, vt illius comparatione tota ea donatio inter donationes ad pias causas computari posset, tunc dubitandum non est validam esse: eo quòd donatio ad pias causas valida, sit, etiam si sit omnium bonorum præsentium, & futurorum, vt supra ostendimus.

Si itē donatio oium bonorum præsentium, & futurorum in dotem, aut pp nuptias, fiat simul cum conuentione matrimonij cum altero coniugis ita videlicet, vt talis donatio coniugatur cum contractu oneroso, imò rōnē illius sortiatur comparatione alterius coniugis, tunc cū Molina proximè diximus, esse validam: quippè non se contineat intra limites gratuitæ solum dōnis. Idē credo esset, si fieret sub conditione, si talis, vel talis, contrahere velit cum hac quoniam tunc coniunctionem, ex parte conditionis illius, haberet contractus oneroso; modo tamen non esset tā excessiua dos, aut donatio ad nuptias, comparatione alterius coniugis, vt additio talis conditionis, aut cōiunctio cum tali oneroso contractu, merito indicari deberent facta in fraudem, vt donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum valeret: tunc enim inualida esset censenda.

Denique cum donatio in dotē, aut ad nuptias, gratuita sit comparatione eius, cui fit; sanè si neque donatio ad pias causas ex circunstantijs sit iudicanda, neque coniungatur cum contractu oneroso, comparatione cuius tota dos, aut donatio ad nuptias, competens sit, & non admodum excessiua, neque fiat sub conditione talis contractus cū aliquo, ex aliquibus personis designatis, sed absolutè ad dotem, aut ad nuptias, ea omnia bona donentur, non exprimendo cum quo, aut cum qua muliere, tunc talis donatio erit inualida. Atque hinc conciliabis, quæ Molina loco citato docet, cum ijs, quæ Guter. c. 11. citato. num. 9. & 10. & doctores, quos citat, affirmant.

13 Ex oīb. quæ † tota hac disputatione dicta sūt, intelliges, qñ institō maioratus ex oīb. bonis præsentib. & futuris, aut in Castella ex omnib. bonis præsentib. valida sit, & quādo nō. Aut. n. maioratus ita instituitur, vt reuocari possit: aut ita, vt reuocari non possit, iuxta ea q̄ alibi tradenda sunt.

Si primo modo instituatur, tūc, cum per eam institōnem facultas testādi nō adimatur, vtique, q̄ ex omnib. bonis sit institutus, non vitiat institutionem. Ita Molina lib. 2. de primog. c. 10. nu. 13.

Si verò secundo modo instituatur, atque facultas regis adsit ad illum instituēdum ex omnibus bonis præsentibus & futuris; tunc valida est talis institutio: quoniam per eam facultatem censetur princeps dispensare in ea iuris dispositione quæ inualidam reddit donationem omnium bonorū. Ita Molina ibidem nu. 15.

Si autem absque regis facultate instituatur, & tunc inualida erit institutio, eò quòd per eam sibi adimat testandi facultatem. ita Molina ibidem num. 16.

Excipitur, nisi in Castellæ regno iuso confirmetur. In eo namque regno valida, ac licita est appositio iuramenti in donationibus, atque ēt qñ contractus sine iuramento esset inualidus, vt habetur l. 11. & 12. tit. 1. lib. 4. nouæ collect. & sępe a nobis est dictum; nostraque sententia, quemadmodum valida esset donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum iuramento confirmata, ita etiam creatio maioratus ex omnibus bonis præsentibus & futuris: atque ēt ex aliorum sentētia, quando in hoc regno Castellæ ex solis bonis omnibus præsentibus crearetur, iuramentoque confirmaretur, vt supra dictum est. In Lusitaniæ aūt regno maioratus ex omnibus bonis præsentibus, & futuris institutus, esto iuramento confirmaretur, inualidus esset, nisi, interueniente expressa regis facultate, tale iuramentum esset appositum: quoniā, vt ex lib. 4. ordin. tit. 3. supra disp. 149. retulimus, eo ipso iurum esset irritum, & institutio, vel sola iuramenti appositione, esset nulla. Quòd si ex facultate regis iuramentum esset appositum, tunc, ex vi iuramenti, nostra sentētia, institutio esset valida, & ēt quia eo ipso talis institutio censeretur facta ex regis facultate.

Illud verò obserua institutionē maioratus ex omnibus bonis præsentibus, & futuris esse validā, si ex facultate regis fiat, vt Molina confitetur, apertè confirmare, illā, in se spectatā, non esse contra bonos mores: alioquin neq; reges ad id facultatē præberent, neq; ex tali facultate valida redderetur: quare si iuramento in eo regno confirmetur, in quo iuramenti appositio irrita nō sit, procul dubio erit valida, contra atque de donatione omnium bonorum præsentium & futurorum iuramento confirmata, affirmat communis Doctorum sententia, de quorum numero est Molina.

Præterea excipitur, nisi is, qui maioratum ex omnibus bonis præsentibus, & futuris absque regis facultate, & absque iuramenti confirmatione instituerit, id efficeret ex contractu oneroso matrimonij, trāsactionis, aut alio simili, modo supra explicato: vel nisi is competentem bonorū quantitatem sibi reseruaret, de qua liberè posset testari, modo supra etiam explicato, vt Molina libr. 2. de primog. c. 10. a nu. 17. recte affirmat.

## De reuocatione donationis, ob donatarij ingratitudinem.

### DISPVTATIO CCLXXXII.

#### SVMMARIVM.

1 *Donatio ex quibus causis reuocetur, de iure cōi, & quibus de iure Lusitaniæ, & Castellæ.*

2 *Matres transeuntes ad secundas nuptias ex quibus causis reuocēt donationes filijs factas: & quando ex solo attentato, ēt si non sequatur effectus.*

3 *Donatio ex alijs causis ingratitudinis, præter enumeratas in l. vltim. C. de reuoc. donat. non potest reuocari, contra communem.*

4 *Donatio si reuocabilis sit, ius eam reuocandi transit etiam ad hæredes donantis.*

5 *Pactū, seu clausula apposita in donatione, quod nō possit*

Digitized by Google

*possit reuocari donatio, ex quacunque causa ingratitudinis, nihil valet, ex communi.*
*Et quid de iure Castellæ.*
6 *Donatio iuramento confirmata an possit ex causa ingratitudinis reuocari, & quando.*
7 *Donatio ob causam non potest propter ingratitudinem donatarij reuocari.*
8 *Dos marito data qua ratione reuocari non potest propter ingratitudinem vxoris.*
*Idem in donatione ad nuptias facta viro. nu. 9.*

DIsputatione 272. capita quædam explicauimus vnde licitum est non implere donationem dum intra limites promissionis acceptatæ alioquin ve obligantis, continetur. Nũc verò hic, & duobus disputationibus sequentibus aliquot alia tradenda sunt, ex quibus fas est reuocare donationẽ, non solũ dũ intra illos limites continet, sed ẽt qñ traditione est omnino completa, & perfecta, rationẽq; contractus nominati iã sortitur.

Lege vlt. C. de reuocandis donationib. §. sciendum. Instit. de donationib. & lib. 4. Lusit. ord. tit. 55. quinque causæ numerantur, ob quas pp donatarij ingratitudinem reuocari potest donatio. Ex quibus solæ quatuor priores commemorantur. c. vltimo, de donationibus. & l. 10. titul. 4. par. 5. eo. quod, vt Panorm. c. vlt. citato. nu. 2. ait, postrema, non iã ad ingratitudinis vitium, quam ad donationẽ sub modo, spectat, de qua inferius dicetur.

1 Prima, est si † donatarius iniurias atroces in eũ, q donauit, effundat. Satisq; est semel iniuriã atrocem effundere, vt cum Fabro ait Gregor. Lopez l. 10. citata, verb. *de palabra*. Atque nullus est, qui dubitet, id intelligendum esse de iniurijs verbo factis. Explicant verò Lusitaniæ ordinationes tit. 55. citato. §. 1. necesse non esse, vt in præsentia fiant, sed satis esse, si fiant in absentia. Quæ autẽ atroces iudicandæ sint arbitrio prudentis iudicis definiendum relinquitur, spectatis circumstãtijs qualitatis eius, cui dicuntur, loci, vt si in iudicio, aut in foro, coram multis aut paucis, & cæteris cõcurrentibus, vt disput. 176. circa secundam causam exhæredationis ibi traditam diximus, affirmantque ordinationes Lusitanæ. §. 1. citato. Idẽ merito multi esse censent, si re fiat iniuria (absq; manus tamen iniectione: quia tunc iniuria ad secundam causam mox explicandam attineret) vt si donatarius cornua pro foribus donantis appenderet, aut aliud simile faceret, aut si illũ fugaret, aut in carceratum detineret, cum magno illius dedecore, vt Pan. c. vlt. de donationib. nu. 2. Gregor. Lopez l. 19. citata verb. *de palabra*, cũ Ioan. And. & Alberico asserunt. Lex. 10. Castellæ citata idem esse vult, si donatarius accusat donantem de crimine, ob quod interficiendus, aut mutilandus sit, aut amittet maiorem suorum bonorũ partem vel notabilem incurret infamiã. Quod Gregor. Lopez ait, menti esse commendandum, eo quod de iure communi nõ esset adeo expressum.

Hoc tñ, vt disp. 176. circa tertiam exhæredationis causam diximus, intellige; modo donatarius nõ teneretur accusare, aut detegere tale crimen, vt si esset crimen hæreseos, aut contra Principem, vel rempublicam. Idemque ibi esse diximus, si talis donatarius, non coactus, testis, aduocatus, procurator, aut delator talis criminis esset aduersus donantem. Lege quæ ibi dicta sunt. In his omnibus consentit Couar. 1. var. resol. c. 11. nume. 8. idemque esse affirmat, si accuset suam, suorumve iniuriam prosequens. Nam in hoc etiam euentu non censetur ingratus: secus autem, si non suam, aut suorum iniuriam prosequeretur.

Secũda est, si donatarius manus impias in donantẽ inferat. Potrò manus impiæ non sunt, quæ absque lethali culpa inferuntur, vt in rei publicæ, aut propriam, vel proximi, defensionem, aut alia iusta de causa. Secunda

Noíe autem manuum, intelligitur, etiam si lapide, ligno, aut re alia, donantem iniurioſe contingat, iuxta ea, quæ de violentia manuum in personam ecclesiasticam iniectione tractatu 3. dicẽtur. Ignorantia etiam probabilis, quòd is, quem iniurioſe percuteret, esset donans, ab hac pœna excusaret Lege, quæ disp. 176. circa primam exhæredationis causam dicta sunt.

Tertia, si notabile detrimẽtum bonis illius externis inferat. Intellige iniuste, nullaue iusta causa eum excusante. Vnde hic comprehenditur, si illum accuset de crimine, ob quod non leuem iacturam in suis bonis externis sit incursurus, vt lex Castellæ 10. circa eadem causam affirmauit. Qđ autem detrimentum graue sit iudicandum, arbitrio iudicis definiendum relinquitur, attentis circumstantijs omnibus concurrentibus. Tertia.

Neq; vt graue sit, necesse est, vt pringat ad medietatẽ bonorũ donantis, vt cum Ioan. And. affirmant, Pan. ca. vlt. de donat. nu. 2. & Greg. Lopez l. 10. citata verb. *gran danno*. Lex Lusitana tit. 55. §. 3. statuit, vt reuocari possit donatio, esse satis, si donatarius attentet inferre eiusmodi detrimentũ bonis donantis esto id non assequatur. Contrariũ tñ aperte innuunt l. vlt. C. de donat. l. 10. Castellæ & c. vlt. de donat. quare, extra Lusitaniam, cõtrarium est asserendum, vt cum Ioan. Affirmat Gregor. Lopez l. 10. citata, verb. *gran danno*.

Quarta est, si donatarius vitæ periculũ donanti intulit. Intellige per se, vel per alium, absq; rationabili causa, quæ ipsum à culpa excuset, vt excusaret, si de crimine hæreseos, aut læsæ maiestatis humanæ eũ accusaret. Potrò cũ attentare, aut curare ei mortẽ, sit vitæ periculũ donanti inferre, esto mors non sequatur: sanè in hac quarta causa necesse non est, vt mortis effectus sequatur: id qđ iura oĩa citata aperte significãt. Lex verò Lusitana tit. 55. citato. §. 4. ad periculũ corporis, aut status donãtis hoc extẽdit. Ait namq; *quãdo o donatario ũ alguna maneira insidiou accerca de alguũ perigo e danno da peſſoa do do ador: aſſi como ſe el le per ſi, ou por otrem lhe procuraſe amorte, ou perigo de ſeu corpo, ou eſtado.* Cum autem pœnæ extendendæ non sint, sanè de iure communi, & Castellæ, nõ aliud periculum esset satis, quam vitæ. Quarta.

Quinta est, quando donatio facta fuit cum modo seu grauamine, ad quod se astrinxit donatarius scripto, aut verbo, neque tamen illud impleuit: tunc enim ratione modi, ac grauaminis, non Quinta.

impleti

impleti reuocari pòt donatio. Ita habetur l. vlt. C. de donationib. & lib. 4. Lusit. ord. tit. 55. §. 5.

Quondam de iure Codicis l. his solis. C. de ne quis donat. mulieribus quæ ad secundas nuptias transibunt permissum non erat ob filiorum ingratitudinem reuocare donationem eisdem factam. Et multò minus id permissum erat, si meretrices essent, vt eadem lege subiungitur.

2 Hodie † verò de iure authenticorum concessum est matribus quæ ad sec. nuptias transierùt, in tribus tm̃ euentibus reuocare dones, quas ante eum transitum filijs fecerant. Primus est, si filius vitæ matris insidietur. Quare hoc euentu necesse non est, vt mors matris sequatur. Secundus, si impias manus in matrem inferat. Tertius, si moliatur iacturam in omnia bona matris. Vnde neque in hoc euentu est necesse, vt sequatur effectus, sed sufficit si attentetur. Ita habetur in authentica, q̃ mater. C. de reuoc. don. & in auth. de nupt. §. mater. l. 10. tit. 4. par. 5. & l. 4 ord. tit. 55. §. 6.

Quod si in euentibus tota hac disputatione explicatis donans ipse, dum vixit, dõnem non reuocauit neque agere ad reuocationem cæpit, tũc hæredes illius reuocare eam non possunt. Immo si interim, dum donatarius, qui ingratus fuit vixit, donans eã non reuocauit, neque agere ad eam reuocandam cœpit, agere non potest aduersus hæredes donatarij, vt donata restituant. Quoniam hæc in pœnam statuta sunt delicti ingratitudinis donatarij, expiratque actio cum morte donatarij, atque etiam cum donantis morte, quando res integra erat, interimque dum vterque viueret, agi ad reuocationem non cæpit.

Ita habetur l. vlt. C. de reuoc. don. c. vlt. de dotar. l. 10. tit. 4. p. 5. & l. 4. Lusit. ord. tit. 55. §. pen. & colligitur ex alijs iuribus quæ citat Greg. Lop. ibi gl. vlt. Ant. Gom. 2. tom. var. resol. c. 4. nu. 14. & Molina lib. 1. de primog. c. 9. num. 36.

Hoc tamen limitant Pan. cum Io. And. c. vlti. citato nu. 7. Syluest. ver. don. 1. q. 14. Ant. Gom. n. 14. citato, Greg. Lopez l. 10. citata gl. vlt. Molina lib. 1. de primog. c. 9. nu. 37. & plerique alij, qñ donans sciuit ingratitudinem, & tacuit: eo quod per taciturnitatem remisisse illam censeatur; secus autem, si non tacuit, sed se præparabat ad reuocationem exequutioni mandandam, & morte præuentus est argumento l. posthumus. §. vlt. ff. de inoffic. test. & l. sancimus, in fine. C. eo. tit.

Secus item si ingratitudinem ignorauit, aut, esto illam sciuerit, tempus tamen non habuit ad donationem reuocandam: nam tunc transit actio ad hæredes donantis, & aduersus hæredes donatarij, vt satis, argumento a contrario sensu, innuitur iuribus citatis, dum in illis omnibus tãquam conditio apponitur, quod donans tacuerit: non dicitur autem tacuisse, qui ignorauit, aut tẽpus non habuit ad agendum.

Confirmatur ex gl. l. fideicommissum. C. de fideicom. quæ ait: si testator, qui fideicommissum, seu legatum, reliquit, voluntatem non mutauit, attamen legatarius tale crimen aduersus testatorem commisit, q̃ si testator sciuisset, reuocasset legatum, tunc legatum nõ deberi ex tacita, seu præsumpta, in eo euentu testatoris voluntate. Concinit gl. vlt. sororem. C. de his quib. vt indign.

Ex vtraque verò gl. colligit Pan. Si donatarius cum vxore donantis concubuit, ipso ignorante, posse hæredes donantis reuocare ex eo capite dotationẽ: iniuria. n. illa atrox est, & inter eas computatur, quas in prima ingratitudinis causa commemorauimus. Nisi forte quis dicat, hanc iniuriam esse per accidens: in secunda verò causa solũ contineri iniuriam per se, iuxta ea, quæ diximus disput. 176. §. q̃ si quis aduersus, &c. Illud obserua, nos supra disp. 176. non admisisse similem limitationem, qñ adfuit legitima causa, vt pater filium exhæredaret, aut filius patrem: quoniam non est par ratio, vt ibidem cum Anton. Gom. & Mol. diximus. Lege quæ ibi dicta sunt.

Circa quintam iñ ingratitudinis causam l. vlt. C. de reuoc. don. traditam, nempe qñ donatarius modum non adimpleuit, obserua. Quamuis facultas, vt reuocari possit donatio, ad hæredes non transeat, nisi iuxta ea, quæ proximè explicata sunt; attamen hæredes donantis cogere posse donatarium, hæredesque illius, vt modum, pactaq; conuenta adimpleant. Etenim quo ad hoc nihil cernitur pœnæ, sed solum quo ad id, vt reuocari possit donatio: quod proinde solum expirat cum donatarij, aut donantis, morte, modo in omnibus quinq; ingratitudinis causis hactenus explicato.

Illud et obserua, cum dõnis reuocatio ex illis quinque causis in pœnam sit statuta: donatarium, esto ingratus fuerit, non prius teneri donata restituere, quã in iudicio aliqua earum causarum fuerit sufficienter aduersus eum probata, iuxta id, q̃ l. vlt. §. ex his. n. C. de reuoc. don. est sancitum, lataque fuerit à iudice sniã. Nobiscum, tametsi aliquantulum trepidus, consentit Couarr. in epito. par. 2. c. 6. §. 8. nu. 17. ver. vlt. Lege, quæ diximus disp. 176. §. Dubium est, quid si filius, &c.

Quando causa sufficienter probata, lataque sniã, reuocatur ob ingratitudinem donatio, obseruant Ant. Gom. 2. tom. var. resc. 4. nu. 21. sub finem, Gut. de iura. conf. p. 1 c. 10 à nu. 7. & multi alij, quos citant, reuocari cum fructibus perceptis à lite contestata, non verò cum fructib. antea perceptis: nam hi ad donatarium spectant, vt ait glo. l. generaliter, §. proinde ver. ex aliqua causa. ff. de fideicommiss. libertatib.

Vtrum autẽ propter alias ingratitudinis causas, a quinque numeratis. l. vlt. C. de reuoc. donat. fas sit reuocare donationem. Communis † Doctorum sententia, cum gl. l. vlt. citata verb. voluerit, licitum esse affirmat, dummodo grauiores, aut æquè graues cum illis, sint. Illos referunt, & sequuntur Pan. c. vlt. de donat. num. 73. Ant. Gomez. 2. tomo var. resol. c. 4. num 14 Molina libr. 1. de primog. c. 9. num. 32. Iulius Clarus libro 4. sent. §. donatio. q. 11. & Nauarr. c. statuimus. 19. q. 3. nu. 48. Denique huius sententiæ sunt, quotquot disput. 176. §. dubium deinde est an de iure, &c. retulimus affirmare, ex alijs similibus causis cum quatuordecim ibi connumeratis, fas esse parentibus filios exhæredare. Neque alijs ducuntur argumentis, quam quæ nos ibi dissoluimus.

3

Hinc

Hinc cum glo.citata Pan.& quidam alij, volunt, si donatarius non alat donantẽ inopem factum,posse ob ingratitudinem reuocari donationem:Quod tñ quidam eorum limitant, quando donatio fuit magnæ quantitatis, & donatarius commodè potest, spectata donantis indigentia.

Nobis verò cõtraria sñia plus placet,consentanee ad ea, quæ disputatione citata docuimus. Ducimur. Primò,qm̃ lege vltima citata,commemoratis quinq; illis causis supra explicatis, subiungitur. *Ex his tantummodo causis,si fuerint in iudicio dilucidis argumentis cognitialiter approbata, donationes in eos facta euerti cõcedimus.* Ecce dictionẽ exclusiuã,tantũmodo,apposuit, qua omnes vniuersim alias ingratitudinis causas exclusit.

Decis. Secundo,qm̃ lex illa pœnalis est : nefas autem est pœnam ad alia extendere argumento à paritate,aut maioritate,rationis,quam ad illas, pro quibus expressim statuta est : autores verò contrariæ opinionis,non alio argõ ducuntur, quã quod sit par,aut maior rõ.ꝙ reuocet donatio, si æqualis, aut maior,ingratitudinis causa interueniat. Lege quæ loco citato copiosè a nobis dicta sunt.

Fatetur Molina libro primo , de primogen.c. 9.numero 35.propter inimicitias,etiã si capitales sint, modò tamen donatarium non efficiant ingratum modis ex l.vltima. C.de reuoc.donat.explicatis,non reuocari,donationem perfectam,atque ex se irreuocabilem neque eadem ratione, maioratum per donationem irreuocabilem instituturum. Secus autem vt etiam num.42.subiungit, de donatione reuocabili , aut maioratu donatione reuocabili instituto:nam hæc, cum legato reuocabili æquiparetur,per capitales inimicitias ortas inter donantem , & donatarium,aut inter instituentem maioratum, & eum,qui reuocabiliter ad eũ vocatur,expirant,vt delegato dispu.212. dictum est.

4 Atque † in eiusmodi reuocabilibus donationib.affirmat Greg.Lopez l.10.tit.4.part.5.transire ad hæredes ius illas reuocandi, quando per donantem ingratitudo remissa non fuit.

Dubiũ. Dubium est , vtrum si donatio fiat apposita clausula,seu pacto quod esto donatarius ingratus sit , donatio non possit reuocari ( vt sæpè in Castella apponi à tabellionibus solet ) validum sit tale pactum,nec donatio propter ingratitudinem possit reuocari.

Decis. 5 Doctores † cõiter,quos referunt,& sequuntur Ant.Gom.2.tomo var.resol.cap.4. nu.14.Greg. Lopez l.67.tit.18.par.3.glo.antepen.Guter.cap. 19.citato numer.5. affirmant,posse nihilominus reuocari.Quoniam eiusmodi pactum , & renunciatio iuri reuocãdi donationes ex ingratitudine, sunt nulla ; eo quod præbeant occasionem delinquendi,iuxta l.si vnus,§. illud,& §.pacta,ff.de pactis,& l.conuenire, ff.de pactis dotalib. idemque ex eodem fundamento sancitum est , 4.lib.Lusitan.ordinationes tit.55.§.vlt.Quamuis autem libro 67. Castellæ citata contrarium innuat , quatenus,dum docet formam conficiendi instrumentum donationis,illam clausulam interserit:variæ tamen solutiones traduntur à Gregor.Lopez , & Gutierio locis citatis,vt,ea, lege non obstante tenenda nihilominus sit communis opinio, quando clausula illa non confirmatur iuramento.

6 Dubium † vlterius est,quid si donatio iuramẽto sit confirmata,licitumne erit eam ex ingratitudine reuocare ? Dicẽdum est,si solum donatio sit iuramento confirmata,neque expressum sit,eam ex ingratitudine non reuocare, posse procul dubio reuocari. Quoniam habet eam taciam conditionem iure statutam ; nisi donatarius ingratus sit. Et quoniam iuramenti appositio , non excludit tacitas conditiones,quas promissio, aut actus superquem cadit,habet ex se,aut ex iuris dispositione. Si verò donans expressit, se propter ingratitudinem nõ reuocaturum donationem , idque iuramentum confirmet,tunc sanè cũ Ioan. Andr. & alijs quos Greg. Lopez l.67.citata, & Guter. cap.19.citato, numero 6. referunt,ac sequuntur, dicendum est , nefas esse donationem reuocare, quicquid Ripa,& alij, in contrarium dixerint. Dubium Decisio.

Ratio est manifesta, quoniam donans nõ peccat,esto donationem , superueniente ingratitudine,non reuocet, sicut neque vsurarius peccat soluendo vsuras, neq; item is, qui promisit grassatori cẽtum, ne ipsum iniustè interficeret , peccat ex soluendo,vt ex se est manifestũ, & innitur lapetè l.vlt.C.de reuoc.donat.& cap.vlt.de don. sed iuramentum , quod absque peccato potest seruari,sub culpa lethali est seruãdum,nihil impediente,quod is, cui impletur , inde sumat occasionem ruinæ,vt vsurarius retinendo vsuram , & grassator non restituendo illa centum : ergo in eventu, de quo disputamus , nefas est reuocare donationem propter donatarij ingratitudinem.

Confirmatur ex cap.quemadmodum,§.illud, de iureiur.vbi definitor,si vir vxori sub iureiutãdo promisit, se nõ accusaturũ illã esto in adulteriũ laberetur,non posse illã accusare de eo crimine ad diuortiũ cũ ea celebrandum eo; quod, cum absq; peccato possit illam non accusare,ei parcẽdo, iuramentum additum obliget ad seruandum id , quod absq; peccato potest seruari : eademq; prorsus ratio est in re,de qua disputamus. Obserua tamen,cum donatarius ob ingratitudinẽ seipsum indignum reddat,cui iuramentum seruetur; arbitror potestates , non solum ecclesiasticas, sed etiã seculares (iuxta ea, quæ disp.149. dicta sunt) posse in pœnam talis ingratitudinis relaxare donanti iuramentũ illud , factaque ea relaxatione , posse licitè agere ad reuocationem donationis , quicquid in contrariũ Guter.nu. 6. citato dicat.

7 Illud est † obseruandum,donationem ob causam,propter ingratitudinem donatarij non reuocari: quia illud simpliciter nõ habet rationem donationis, sed potius recompensationis ac debiti , iuxta l. Atilius Regulus , ff. de donatio. Ita affirmant glo. in l.vlt.verb.inueniatur. C. de reuocat. donationib. Panormit.ca.vlt.de donationib. nu. 11.Iulius Clarus lib 4.sentent.§.donatio.quæst. 21.numero quarto,Gama dec. 163. numero tertio.Greg.Lopez l.10.glos.1.tit.4.part.5. & alij , quos citant,& colligitur ex l.si pater , §. vltimo , atque asseuerat ibi glos.in verb.irreuocabilis, ff. de do-

de donationib. Aries tamen Panel.d.1. par.3.nu. 62.corrol.14. C.de bonis mate. vult hoc locũ non habere de ijs remunerationibus, quæ, licet deceat, vt fiant, liberales tamen sunt; vt quando famulo statutum erat certum stipendium, &, quòd ille munus suum strenuè, rectèque obiuit, aliquid insuper remuneratur, & quando à principe remunerantur similiter obsequia præstita, quæ licèt deceat principem ipsum ea remunerari, ad id tamen non teneatur; placetque illius sententia.

8 Hac † etiam ratione nõ reuocatur dos marito data propter ingratitudinem vxoris, vt patet l.si dotem, C.de iure dotium. Consentiunt, l.vlt.C. de dotis promiss. illis verbis; *vera maneat liberalitas, & irrenocabilis*, & l.si pater pro filia, ff.de collat. dotis: atq; affirmant Guter.cap.10.citato, nu.4. Gama decis.163.num.3. Greg. Lopez l.10. citata glo.1.& alij, quos citant. Id tamen comparatione filiæ verum arbitratur Greg. Lopez ibi, si fuit pater, qui eam dotauit: eo quòd teneatur eam dotare, ac proinde non exerceat in eam liberalitatem, sed debitum: secus autem arbitratur si sit extraneus, qui eam dotauit. Licet enim propter mulieris dotatæ ingratitudinem, neq; extraneus reuocare possit donationem, repetendo dotem a marito, vt constat ex l.si dotem, C.de iure dotiũ; arbitratur tamen Gregor. repetere posse dotem ab vxore dissoluto matrimonio.

Hoc tamen falsum esse arbitror, præsertim si tali mulieri remanserunt descendentes ex eo matrimonio; quoniam id ratione prolis, cederet in detrimentum viri, comparatione cuius dos non habuit rationem donationis, sed contractus onerosi, vt disp.279 ostensum est.

Atque propendeo, falsam simpliciter esse opinionem Greg. omnino; cum alijs doctoribus ei tatis esse dicendum dotem, neque à muliere, posse repeti ob ingratitudinem: eo quòd semel ex causa onerosa data sit: & quoniam, si aliqua ratione repeti posset, fortè susciperet eam non vellet vir: præsertim cum sperare posset, esto prolem nõ habeat, futurum esse hæredem vxoris, vel ex testamento, vel ab intestato, si vxor consanguineos vsque ad decimum gradum non relinqueret.

Dubiũ. 9 Atque † eisdem de causis idem dicendum arbitror de donatione ad nuptias facta viro, quæ similiter rationem contractus onerosi sortitur comparatione vxoris; de quibus donationibus loquitur etiam l.vlt. C.de dotis promiss.

Decis. Vtrum, si alicui beneficium Ecclesiasticũ conferatur, isque ingratus sit in collatoris personam aliquo ex modis explicatis, possit collator reuocare beneficij collationem. Ioan. And. Pan.c.vlt. de donatio.num 9. Iul. Clar.q.21.citata, nu.6.& doctores communiter negant. Quoniam collatio illa non est propriè donatio, sed est exequutio nũ uneris prout collator tenetur; tametsi in eo, qd huic potius, quam alij, conferatur, nonnihil cernatur liberalitatis.

De reuocatione, propter liberti ingratitudinẽ, libertatis ei donatę, disputatione 228. dictum est.

# De reuocatione donationis, quòd donanti filij nascantur.

## DISPVTATIO CCLXXXII.

### SVMMARIVM.

1 *Donatio facta extraneo ab eo, qui non habet liberos postea liberis superuenientibus reuocatur, & quare.*

2 *Dispositio generalis non comprehendit ea, quæ verisimiliter disponens excipere.*

3 *Donationis reuocatio ob superuenientiam liberorum, fit non solum ex præsumpta conditione donantis, sed etiam ex lege, & statuta iuuatur.*

4 *Donatio facta extraneo in totum efficitur nulla ob superuenientiam liberorum.*

5 *Donatio quando in totum reuocetur ob superuenientiam liberorum, & quando non, etiam de iure Lusitano, & Castellæ.*

6 *Donatio reuocari non potest per l.si vnquam, C.de reuoc.donat. quando constaret patrẽ de liberis cogitasse.*

7 *Donatio in materia l.si vnquam, si iuramento confirmetur, quando valida sit.*

8 *Donatio per natiuitatẽ filiorũ extincta, quando reuiuiscat, si filij postea decedant, viuente patre.*

9 *Donatio per l.si vnquam, quando reuocatur per filium legitimatum, postea natum.*

10 *Donatio facta ecclesiæ non reuocatur in totum per superuenientiam liberorum.*

11 *Donatio remuneratoria, nel ob causam, quibus casibus per superuenientiam liberorum, reuocetur in totum.*

QVando quis liberos non habens donauit, si postea liberi ei nascantur, ipso iure reuocatur donatio, nullaq; efficitur. Ita habetur l.si vnquam. C.de reuocan.donationib. & l.8.tit.4.par. 5.atque Ioan. And.& Pano.c.vltimo, de don.hu. 5.& communis Doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur Couarr. 1.variar.resolut.c.19. Ant. Gom. 2.tomo var.resol.c.4.nu.11. Iul. Clarus 4.li.sent.§.donatio. q.22. Greg. Lopez l.8.citata, & Guter.de iuram.confirmatorio par.1.c.9. num.1.

1 Quanuis † aũt lex, si vnquam, citata, solum loquatur, qũ donatio fuit facta liberto; glos.tñ ibi censet, idem esse, quando donatio fuit facta cuiuis alteri extraneo, hoc est, qui de nu. liberorum, seu descendentium, non est donantis, & consentiunt doctores cõiter atque statuit. l. Castellæ citata.

Ratio autem est, quoniam donans tunc præsumitur, nihil de liberis cogitasse, & quòd, si de illis cogitasset, vel non donasset, vel certè sub conditione, si liberi ei non nascerentur, eo quòd nemo præsumatur voluisse præferre extraneos suæ posteritati, argumento textus in l.cum acutissimi, C.de fideic. l.generaliter, §.cum autem, C.de instit.& substi. atque aliorum iurium.

2 Et † quoniam in concessionibus & dispositionibus non censetur id comprehensum, de quo si

conce-

Digitized by Google

cócedens, aut disponens, interrogaretur in particulari, id exciperet, regula in generali, de regu. iuris, lib. 6. consentit, l. tale pactum, §. vlt. ff. de pactis, notantque ibi gl. vlt. sub finem, & doctores communiter. Quare, qui in euentu, de quo disputamus, donat, præsumitur sub tacita conditione donate, si liberi ei non nascantur.

3 Quo loco † obserua, reuocationem donationis in hoc euentu, nó habere vim ex præsumpta solũ códitione donátis, sed multũ ẽt adiuuari statuto, & lege ipsa positiua, quæ tum ob eam præsumptã conditionem, tum ẽt in bonum filiorũ, quicquid de mente fuerit donantis, id statuit, vt Couarr. in Epitome par. 2. ca. 6. §. nu. 17. versic. vltimo, recte adnotauit. Præsertim quoniam eiusmodi donatio filijs erat inofficiosa, ideſt, in qua donans non seruabat officium patris, filios priuans legitima portione, in qua ex præscripto iuris succedere debebant patri, vellet, nollet, ipse pater.

Quia ergo lex neque pœnalis est, neque in sola præsumptione fundatur, sed vim potissimum habet ex legislatoris dispositione, id in filiorum, cõmuneque reipublicæ bonum, statuentis, merito Couar. nu. 17. citato air, vim habere in foro conscientiæ nulla expectata sententia, ipso iure, quòd donanti liberi nascantur.

4 Quando † aũt donatio facta extraneo, reuocatur ob natiuitatẽ liberorũ donãti, tunc in solidũ efficitur nulla, restituendumq; proinde est totũ, quod fuerat donatum. Ita habetur l. si vnquã, C. de reuocan. donationibus illis verbis, *totum, quicquid largitus fuerat, reuertatur in eiusmodi donantis arbitrio, ac ditione mansurum.* Idẽ disponit l. §. uit. 4. par. 5. illis verbis; *E no deue valer en ninguna manera*, atq; affirmat Greg. Lopez. ibi, & cum Bar. l. Titia, §. imperator, ff. de legat. 2. & cũ Pan. c. vlt. de donat. n. 9. asseuerat cõis sententia, quam referunt ac sequuntur Couar. c. var. resol. cap. 19. n. 1. & 12. Ant. Gomez 2. tomo var. res. c. 4. n. 11. Iul. Clarus, q. 22. citata, & Guter. c. 9 citato nu. 1.

Dubium

Dubiũ est, quantæ quantitatis esse debeat, donatio, vt natiuitate liberorũ totum reuocetur. Dicẽdumq; † in primis est donationes, quas pro cõditione & facultatibus donãtis postulat recta ratio, atq; administratio bonorũ, neq; esse inofficiosas, neq; patrẽ teneri illas computare in tertio suorũ bonorũ in Lusitania, aut in quinto in Castella, esto filios hẽat, sed ptinere ad sumptus ordinarios, atq; ad bonorũ administrationẽ, ac proinde, quauis postea filij nascantur, non reuocari.

Decisio.

Et obserua, plus posse hoc modo donare diuersis, atque decursu temporis, quàm simul. De solo ergo excessu, vltra eiusmodi donationes, est disputandum, quando sit reuocandum, quando non item Lex 8 Castellæ citata ait, reuocandam esse donationem, si sit omnium bonorum, aut magnę illorum partis, Anton. Gomez, secundo tomo, variat. resolut. capit. quarto, numero vndecimo, dixit, debere esse maioris partis bonorum, Baldus & alij, quos Couar. primo, variat. resolut. cap. 19. numero duodecimo citat, asseruerunt, necesse esse, vt saltem esset dimidiæ partis bonorum, Bart. verò, §. imperator citato, censuit, satis esse, si rem

Status dubij.

particularem donasset, neque esse necesse, vt donauerit quotam bonorum.

Cõmunior opinio, quam referunt, ac sequuntur Couarr. nu. duodecimo, citato Greg. Lopez l. 8. citata gl. *o gran partida dello*, & Iulius Clarus, quæst. 22. citata, num. vltim. consentaneè ad Bar. opinioné asseuerat, satis esse, si donatio sit partis notabilis infra dimidium bonorum donãtis. Cõsentis verò apertè, l. si vnquam. C. de reuocandis donationibus, illis verbis; *Bona omnia, vel partẽ aliquam facultatum, fuerit donatione largitus.*

Neque refragatur, l. Castellæ citata; nomine enim, magnæ partis bonorũ donãtis, ẽt comprehenditur, quæ infra dimidiam, notabilis sit quantitatis. Quidam, quos Gregor. Lopez refert, dixerunt, debere esse saltem quartam partem bonorũ donantis. Melius in Grego. Lopez & Iul. Clarus locis citatis inquiunt, iudicis arbitrio, spectatis circumstantijs concurrentibus, id esse committẽdum; expendendo, num si donator de filijs tunc cogitaret, tantam quantitatem donasset, aut non. Diceré, si donatio inofficiosa sit filij, quia vel in Lusitania excedit tertium bonorũ, vel in hoc Castellæ regno quintum, reuocandã esse donationẽ in totum. Qñ verò inofficiosa nõ esset, vt si in Lusitania tertium non excederet, iudicis arbitrio id esse cõmittendum. Ac sanè, si quintum in Lusitania excederet, non minus, quam in Castella, esset reuocanda, ẽsto inofficiosa in Lusitania nõ esset. Decis.

Quoniam lex si vnquã, C. de reuocat. donat. ortum habuit ex præsumptione, quòd si donans 1 Quæst. de liberis cogitaret, sub tacita conditione hactenus explicata donaret, colligit communior sententia doctorum, quam referunt, ac sequuntur Greg. Lopez l. 8. citata verbi. *Ni an esperanca de los auer*, Iulius Clarus, quæst. 22 citata, & Guter. capit. 9. citato, à numer. 3. quòd † quando apertè constat partem de liberis cogitantem donasse, donatio est valida, neque posse in totum, atque interim dum donans viuit, reuocari; satisque consentiunt verba l. 8. citatæ. 6

Id autem multo magis cum Bart. l. Titia, §. imperator, ff de leg 2 (quem etiam Anton. Gome. numero vndecimo, citato refert ac sequitur) verum habere censent, quando donans expresse renunciauit legi, si vnquam, citatæ. Alij, quos ipsi ẽ autores referunt, contrarium verum esse arbitrantur, ea ducti ratione; quòd l. si vnquam, in filiorũ fauorem sancita fuerit, & quod donans, licet renũciare potuerit fauori ipsius, non tamen liberorum fauori.

Mihi placet opinio Barto. & communis, dum Decis. modo, vt aduersus Bernardum Diaz Calagurranum episcopum Gregor. Lopez & Guter. affirmant, intelligatur, quòd licet neque ipso iure sit nulla, neque in totum, aut viuente patre, possit reuocari; post mortem tamen patris reuocari à filijs possit, quatenus ipsis fuerit inofficiosa, hoc est, legitimas ipsorum contingens.

Etenim distinctum hoc filiorum priuilegium, de quo disputatione sequenti erit sermo, semper filijs manet saluum, neque patet renunciare ei potest, aut præiudicium vllum illi afferre: tametsi,

Digitized by Google

metsi, dū filijs caret, eo modo libere donare possit, quo posset, si illos haberet: porrò donatio eius patris, qui filios habet, valida est, esto magnæ sit quantitatis, filijsq; sit inofficiosa, solumque post mortē patris reuocatur, quatenus filijs comperta fuerit inofficiosa, vt disputatione sequenti dicet. Vt tñ Grego. Lopez loco citato rectè affirmat, si filijs alimenta deessent viuente patre, qui eiusmodi inofficiosam donationē fecisset, donatarius cogi posset, vel alimēta eis præstare, vel donata restituere, quatenus legitimas filiorum contingerent.

Dubium est, quid si donatio, de qua lege, si vnquam, est sermo iuramento à donante confirmetur, valida ne tunc erit? Dicēdum † in primis est, si donatio ipsa sit, quæ iuramento confirmatur, posteaq; filij nascantur, perinde esse in totū ipso iure nullam, ac si iuro non esset confirmata. Probatur, qm̄, vt disputatione præcedēti dictum est, iuramentum intelligitur iuxta naturam promissionis, aut actus, supra quem cadit, neque ab eo excludit tacitas conditiones quas, secluso iuramēto, ex se, aut ex iuris dispositione habet: quare perinde ea donatio natiuitate filiorum efficitur nulla, ac si iuramento non esset confirmata.

Dubiū 7 Decis.

Ita Bart. §. imperator citato, & communis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Iulius Clarus, quarto lib. sentēt. §. donatio. quæst. 23. numero primo, Anto. Gom. nume. vndecimo citato, Couar. cap. quamuis pactum par. 1. §. quarto, numero tertio, & Guter. c. 9. citato, nu. 8. 9. 10. Dicendum est deinde, si donans renunciauit legi, si vnquam, eamque renunciationem confirmauit iuro, aut qm̄ donauit simpliciter, donationēq; iuramento confirmauit, mens eius fuit, eam non reuocare, esto liberi ei nascerentur, validam in eo sensu esse donationem, quod neque est ipso iure nulla, neque potest in totum, eoque viuente, reuocari, vt dictum est, quando donans legi, si vnquā, expresse, sed absque iuramento renunciauit. Filij tamen nihil patris iuramento impediente, poterunt aduersus eam agere querela inofficiosæ donationis, illamque quatenus ipsorum legitimas contingit, reuocare.

Quin parens, si sub iureiurando promisit inofficiosè, credo, nihil impediente iuramento non teneri implere promissionem, quatenus legitimis filiorum fuerit inofficiosa. Et consentit Guter. nume. 10. citato. Primum horum, probatur, quoniā id totum vim habet, esto iuramentum non esset appositum, vt paulo antea dictum est: ergo multo magis habebit vim accidente iuramenti confirmatione.

Præterea, quoniam illa omnia nihil mali continent: ergo, si iuramento confirmentur, vim habebunt ex iuramento, tenebiturque donans in cō scientiæ, & in exteriori foro, illis stare. Secūdum verò ex eo probatur, quoniam ius illud, querelæ inofficiosæ donationis, eamque donationē reuocandi, quatenus legitimas filiorum contingit, est proprium ius filiorum: ergo pater suo iuramento nullum præiudicium potuit illi afferre, sed perinde filij agere poterunt querela inofficiosæ donationis, illamque reuocare, ac si iuramentum parentis non interuenisset. Tertium denique ex eo probatur, qm̄ pater, inofficiosè promittendo, malè facit, transgrediturque ius, quo illi est prohibitum, donatione, aut vltima voluntate, legitimas filiorum minuere: ergo esto iuramento se astrinxerit id opere implere, non tenetur state promissis in præiudicium filiorum: neque enim iuramētum est vinculum iniquitatis, vt ad id, quod malum, prohibitumque patri est, possit obligare.

Dubiū deinde est, quid si post donationem, de qua l. si vnq̄. C. de reuoc. donat. nascantur liberi ei, qui donauit, sed, adhuc eo viuente, liberi è vita discedant, reuiuiscitne donatio semel extincta, ipsoque iure nulla? Barto. l. Titia. §. imperator. ff. de leg. secundo, & quidam alij, negarunt reuiuiscere. Contrarium verò affirmat cōis sententia, quā referunt, ac sequuntur Iulius Clarus, quæst. 23. citata. nu. 9. & Anto. Gom. 2. tomo variar. resolut. c. 4. num. 12. Puto † tamen dicendum, si donans, post natiuitatem filiorum, illorumq; mortem, patiatur donatarium bonis donatis frui, neque illa repetat, reuiuiscere, ex præsumpta tamen donātis voluntate, qui eo ipso censetur, non velle donationem reuocare, sed potius confirmare. Dubiū 8 Decis.

Atque hoc est, quod Iulius Clarus, & Ant. Gome. velle videntur locis citatis. Vnde in hoc euentu, hæredes donantis, post illius mortem, non poterunt repetere ea bona a donatario. Si verò donans sciens, & prudens passus non est, donatariū frui eis bonis, etiam post mortem filiorum, quia vel illa repetebat, aut repetere intendebat, vel tēpus non habuit ad ea post filiorum mortem repetenda, tunc vtique non reuiuiscit, sed donans poterit ea bona sibi vendicare, & post ipsius mortē, idem poterunt hæredes illius.

Ratio est, quoniam, vt habetur l. si vnquam citata, eo ipso, q liberi nascuntur, id totum, quod donatum erat, reuertitur in donatoris arbitrio, ac ditione mansurū: cū ergo ipso iure ad donantē pertineat, ac reuertatur, quod donatum fuit, vtiq; nō poterit deinceps ad donatarium spectare, nisi ex præsumpta, aut expressa, donantis voluntate, atq; adeo nouo iure, ac titul. Atq; hoc planè est, q Iul. Clarus, & Ant. Gom. velle videntur locis citatis: in quo a Bar. opinione non dissentiunt. Quin potius Bartoli opinio in rigore, ac proprietate sermonis vera est iudicanda: qm̄ illud non est reuiuiscere donationem morte filiorum, sed tacitè ea bona donari: iterum eidem donatario a priori donante: in quo euentu Bar. non negat, validam esse secūdam tacitam, seu præsumptam, donationem.

Dubium † præterea est, si post donationem, de qua l. si vnquam. C. de reuoc. donatio. nascatur filius sputius, aut etiam naturalis, & per principē legitimetur, vtrum reuocetur talis præcedens donatio. Iulius Clarus libro quarto, sent. §. donatio. quæstio. 23. num. sexto, reuocari existimat, si naturalis filius rescripto principis legitimetur, citatque Ioan. And. in additionibus, ad speculatorem, refertque ex Paria Puteo hanc esse communem opinionem, in eademque sententia fuit Ripa in rep. l. si vnquam. 9

Secus autē ex eodē Paria Puteo esse dicit Iul.

Clarus, si talis filius natus esset ante dõnem, sed post eam legitimaretur: tunc.n.donatio non reuocatur. Contrarium in primo euentu affirmant Tyraq. Salyc. & alij, quos Greg. Lopez l.8. citata, ver. *de su muger legitima*, refert, ac sequitur, & cum quib. consentit Alua. Valas. consult. 94. n. 6. Atque huic sententiæ suffragatur apertissimè lex 8. citata, quæ sic habet: *que si despues huuiese hijo o hija de su muger legitima con que casase despues, que luego que lo a, es reuocada por ende la donacion, e no deue valer en ninguna manera*: ex quib. verbis vides, omnem vniuersim, qui ex legitimo matrimonio non sit natus, excludi.

Ac sanè falsum esse arbitror, contrariam esse cõem opinionem, vt cum Paria Puteo Iul. Clarus affirmat: neque est textus, aut ratio, quæ id persuadeant. Vnde quãuis de iure Lusitano filius naturalis hominis plebei succedat in bonis patris æquè cum alijs filijs legitimis, vt disp. 166. dictũ est, contendit tñ Aluar. Valas. consultatione citata, natiuitate talis filij non reuocari donationem prius a patre factam. Quoniam, quæ in fauorem eiusmodi filiorum conceduntur, nõ plus sunt extendenda quam concessa reperiantur: habetque præterea locum in dispõne legis, si vnquã, quæ exorbitans a multis affirmatur, maximè cũ præsumendum non sit, patrem donantem, sub tacita conditione, si filius naturalis non nasceretur, donasse; lex verò, si vnquam, in simili præsumptione circa legitimos filios funditur.

Hinc fit, insufficienter Greg. Lopez glo. citata colligere, filium naturalem annullare, iuxta l. si vnquam, dõnem ante ipsius natiuitatem factam a matre, ex eo, quod eidẽ filio naturali genito ex coitu nõ damnato: mulier eq; non illustri, sit concessum dicere inofficiosum testm̃ matris. Illud verò addendum vr, natiuitatem talis filij, si per subsequens matrimonium legitimatur, reddere nullam dõnem, ante natiuitatem, ac legitimationem factam: qm̃ filij per subsequens matrimonium legitimati, pro legitimis hñr, paresque eis sunt, qui post legitimum matrimonium sunt nati. Quanuis aũt verba, quæ ex l. 8. paulò antea retulimus, contrariũ primo aspectu sonare videantur, credendum tñ est, nõ id intendisse legislatorem: præsertim cum eiusmodi filij veri dicantur nati ex vxore legitima, cum qua post dõnem contraxit matrimonium, tametsi non fuerint nati ex ea post matrimonium contractum, sed antea.

Dubiũ. Dubium vlterius est, si donatio, de qua l. si vnquam. C. de reuoc. donat. facta sit ecclesiæ, & postea donanti liberi nascantur, vtrum reuocetur in
Decis. 10 totum. Dicendum est † cum Bar. l. Titia. §. imperator. ff. de leg. 2. Panor. cap. vlt. de donat. nu. 5. & cõi sententia, quam referunt, ac sequuntur Iulius Clarus lib. 4. senten. §. donatio. q. 23. num. 2. Ant. Gom. 2. tom. variar. res. cap. 4. Gama decisi. 240. & Couar. 1. variar. resol. capitu. 19. à num. 5. non reuocari in totum, sed solum vsque ad legitimas filiorum, qui postea nascuntur, ita vt illis inofficiosa non sit, iuxta ea quæ disputatione sequenti dicentur, quando vni filiorum donatio sit, & postea nascuntur alijs, quibus est inofficiosa: tunc enim prior donatio non reuocatur in totum, sed solum vsque ad legitimas filiorum.

Ratio verò, cur donatio facta Ecclesiæ non reuocatur in totũ; est: quia Ecclesiæ habetur loco filij, ac proinde non plus est reuocanda, q̃ si filio esset facta. Præterea, qm̃ credendũ non est, eũ qui Ecclesiæ donauit, sub ea tacita, aut præsumpta, conditione donasse, si liberi non nascerẽtur, quasi natis filijs, in totum ex ipsius voluntate esset reuocanda. Et qm̃ in fauorem piæ causæ est inclinandum. Consentiunt verba Aug. 17. q. 4. ca. vlt. ex serm. de vita clericorũ 52. ad fratres in eremo tom. 10. *quicunque*, inquit, *vult, exhæredato filio, hæredem facere Ecclesiam, quærat alterum, qui suscipiat, non Augustinũ. Immo, Deo propitio, neminẽ inueniet. Quam laudabile factũ Sancti Aurelij Carthaginensis episcopi. Quidã enim, cũ filios non haberet, nec spectaret, res suas omnes (retẽto sibi vsufructu) donauit Ecclesiæ. Nati sunt ei filij, nec opinanti. Reddidit ẽpus ea, quæ donauerat. In potestate habebat ẽpus non reddere, sed iure fori, non iure poli.* Hactenus Aug. Cum aũt ait, *in potestate habebat ẽpus non reddere iure fori*, intelligitur, quo ad incrementũ vltra legitimas, vt cum Bart. & alijs, paulò antea diximus: legitimas nãque nullus est, qui dubitet in exteriori foro fuisse reddendas l. si totas. C. de inoffic. donat. vt disputatione sequenti dicetur. Qm̃ verò subiungit; *non iure poli*, non intelligit, quasi de iustitia, aut sub lemeli culpa in conscientiæ foro teneretur incrementum reddere: sed solum ex quadam æquitate morali, & quia id erat magis gratum Deo, cedebatque in populi ædificationem, vt exponunt glo. ibi. Panorm. Couar. & alij, locis citatis.

Vnde Augustinus in eodem sermone ait, factũ illud impleuisse laudibus Dei eos, oẽs, qui audierunt. Ac sane, qm̃ donatio esset omnium bonorũ, qualis illa erat, q̃ Aurelius in totum reuocauit, rẽ cia, atq; adeo ius poli, efflagitat, vt non quo ad solas legitimas, sed integrè a ministris Ecclesiæ reuocetur, vt donans habeat vnde libere possit testari, liberosque suos ex suo patrimonio augere. Qd̃ dictum est de donatione facta Ecclesiæ, intelligẽdum est de donatione facta in quamuis aliã piam causam. Ant. Gome. nu. 11. citato id extẽdere vult ad donationem factam ascendentibus; sed cum ascendentes non reputentur loco filiorum, vt ecclesia reputatur, non auderem id extendere ad donationem factam ascendentibus.

Dubium postremò est, si donatio sit remune- Dubiũ.
ratoria, aut aliter ob causam, posteaque donanti nascant liberi, an reuocetur donatio in totũ, iuxta l. si vnquã, aut saltẽ vsq; ad legitimas filiorum.
11 Distinguũt † optimè Greg. Lopez l. 8. tit. 4. par. Decis.
5. verb. *diese*, & Guter. c. 9. citato, nu. 7. cum Tiraquello, & plerique alijs, quos citat.

Quòd aut donatio non est merè liberalis comparatione donantis, sed habet causam, ex qua ipse teneatur id efficere, siue ex gratitudine ipsius, siue ex alia simili causa; & tunc donatio neque *in totum*, neque in partẽ reuocatur. Atque in hoc consentiunt Iulius Clarus, q. 23. citata, nu. 3. & communis opinio, quam citat.

Ratio

Ratio est, quã, cum id sit debitum, vtique ad competentem bonorum administrationem pertinet illud dare, siue donans liberos habeat, siue non: nec; tenetur donãs id accipere in tertio suorum bonorum in Lusitania, neque in quinto in Castella. Si autẽ donatio ita liberalis sit ex parte donantis, vt nulla sit causa, ex qua ipse id dare teneatur; tunc, esto causa sit ex parte alicuius accipientis, ob q̃ fiat, reuocabitur donatio, saltẽ vsque ad legitimas filiorum. Vt si quis donet in dotẽ alicui extraneæ, posteaque donanti nascantur filij, tunc quamuis ea donatio sit ob causam onerosã comparatione mariti eius, cui ita dotatur; quia tñ donans ex nullo debito tenebatur id in dotẽ largiri, sed ex mera sua liberalitate id effecit; vtique reuocabitur ea donatio, saltem quatenus inofficiosa suis proprijs fuerit liberis. Confirmatur, q̃ si quis propriã dotet filiam, si tñ ea dos inofficiosa sit alijs filijs, vel iam natis, vel qui postea nascentur, reuocatur, quatenus inofficiosa fuerit alijs filijs, vt supra in materia de partitione bonorum ostensum est, idque, esto pater dotare teneatur propriam filiã, & esto dos sit donatio ob causam onerosam comparatione generis: ergo multo magis reuocabitur, si dos collata sit mulieri extraneæ: neque enim pater, in præiudicium suorũ filiorum, donare id extraneæ ex sua mera liberalitate potuit. Dixi, eiusmodi donationem factam in dotem reuocari saltem quousque inofficiosa non sit proprijs filijs: quoniam, cum ex causa onerosa data sit comparatione mariti eius, cui donatur, certè incrementum non reuocabitur, sed censebitur pater sumere id in tertio suorum bonorũ Lusitaniæ, & quinto in Castella.

Nisi tamen dos in hoc Castellæ regno collata sit neptinam tunc; quamuis auus alios filios habeat superstesque sit patri talis neptis, censebitur meliorasse eam neptam in tertio, & quinto suorum bonorum, quo ad tale incrementum vltra legitimas filiorum.

## De reuocatione donationis factæ vni filiorum, quando alij postea nascuntur. Et de facta extraneo ab habente filios. Et num detur inofficiosa donatio comparatione ascendentium.

## DISPVTATIO CCLXXXIII.

### SVMMARIVM.

1 *Donatio facta vni filiorum, si alijs filijs postea nascantur, reuocetur tanquam inofficiosa, vsque ad debitam legitimæ quantitatem.*
*Idem quoque etiam si nati essent alij filij. nu. 2.*
*Immo etiam si talis donatio esset re, & consilio inofficiosa, nu. 3.*
*Et etiam si fuisset iuramento confirmata. nu. 4.*
*Et quid de iure Castellæ dicendum? copiose, nu. 5.*
6 *Donatio facta per patrem nepoti ex filio meliorato eum in tertio suorum bonorum, non potest per filium tanquam inofficiosa rescindi.*
7 *Donatio ne tantum inofficiosa, facta extraneo, reuocatur vsque ad legitimam filij.*
8 *Donatio re, & consilio inofficiosa, facta extraneo, quando reuocetur in totum per filium.*
*Et idem dicendum de ascendentibus, prout de filijs. num. 9.*

Disputatione præcedente solum diximus de reuocatione donationis factæ a non habente filio, siue is coniugatus sit, siue non, quando postea ei filij nascuntur. Nunc verò tria, quæ proposita sunt, supersunt disputanda.

1 Quod ad primum attinet, qñ † aliquis, filios habens, vni, aut pluribus, aliqua donat, quæ legitimas minuunt eorum portiones, qui post factas eas donationes nascuntur, tunc donationes reuocantur vsque ad debitum bonorum subsidium, id est, quatenus legitimis aliorum sunt inofficiosæ: non verò in totum, seu quod ad incrementum.

Ita habetur l. si totas. C. de inofficios. donationibus, & consentiunt, l. 8. tit. 4. par. 5. & l. 3. tit. 8. lib. 5. nouæ collection. idemque † omnino est, si quis, habens multos filios iam natos, vni, aut aliquibus eorum, aliqua donet, quæ legitimas aliorum minuant: reuocantur enim donationes quatenus cæteris inofficiosæ fuerint repertæ, vt constat ex authentico de immensis donationibus, ex. l. prima, secunda, tertia, l. cum donationibus l. si mater, & l. vlt. C. de inoffi. donationibus, atque ex duobus iuribus Castellæ citatis, quæ vniuersim loquuntur, & ex lib. 4. Lusit. ord. tit. 77. §. 4.

3 Habet autem † vtrumque verum, etiam si donationes illæ inofficiosæ fuerint re, & consilio, id est, etiam si factæ fuerint animo defraudandi portiones legitimas aliorum filiorum, vt habetur expresse, l. si liqueat. C. de inofficios. donationibus.

Hæc verò omnia affirmant Bart. l. Titia. §. imperator. ff. de legat. secundo, Panormit. capit. vltimo, de donat. nu. 5. & communis doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur Couarru. primo variar. resol. cap. 19. numero 1. & 12. Anton. Gom. secundo tomo, variar. resolut. capitu. quarto, num. vndecimo, & 13. Iulius Clarus 4. lib. sententi. §. donatio. q. 22. num. 3. & quæst. 24. nume. 2. & secundo, & Guter. de iuramento confirm. part. 1. cap. 9. num. 11. Quamuis autem Emman. Acosta capit. si pater par. tertia verb. priuare non possit, a numero tertio, fateatur hanc esse communem opinionem, ab eaque ex parte dissentire velit, postea tamen illi omnino annuit, ductus authentic. de immens. donation. tanquam iure nouissimo, quod statuit, vt eiusmodi donationes solum reuocentur vsque ad legitimas alijs filijs debitas.

4 Habens præterea, quę † dicta sunt, verum ẽt si pater iuramento confirmasset donationem, eodemque iuramento se astrinxisset illam nõ reuocare. Qñ, vt disputatione prẽcedente dictum est, pater suo iuramento prẽiudicare non potuit filijs quo ad legitimas ipsorum portiones.



Digitized by Google

Et quoniam peccat inofficiosè donando: iustum autem vinculum non est iniquitatis: Ita Iul. Clarus q. 24. citata. nume. 3. & doctores, quos præcedente disputatione citauimus. Memento autem, vt disputatione præcedente dictum est, habendam non esse rationem donationum quas pater, pro quantitate suorum bonorum, legitimaq; eorum administratione, rectè facit, ad iudicandum vtrum inofficiosè donauerit, sed solius incrementi supra eiusmodi donationes citè factas.

Dubium est; si pater, vnicum filium habēs, copiosam ei donationē faciat, posteaque nascantur illi alij filij, vtrū in hoc regno † Castellæ donatio reuocetur vsq; ad legitimas aliorum filiorum, detracto tertio, & quinto, in quibus prior ille filius censeatur melioratus, iuxta l. 26. Tauri, quæ hodie est. 10. tit. 6. l. 5. nouæ collect. an vero reuocetur vsq; ad legitimas portiones, tertio bonorum minimè detracto, sed solo quinto: vel ēt reuocetur vsque ad legitimas portiones, nec tertio, nec quinto ab eis detracto, sed diuiso toto patrimonio donantis inæquales, seu viriles, portiones.

Non defuerunt, qui neque quintum bonorum censuerint in hoc euentu detrahendum, ducti ea rōne, q̄ forte, si pater de filijs nascituris cogitasset nihil illi donasset, iuxta l. si vnquā. C. de reuocat. donat. sed æqualitatem potius circa illos seruasset, iuxta l. illud. C. de collatio. & alia iura.

Est verò opinio improbabilis, atq; apertè contra l. si totas. C. de inofficios. donat. quæ statuit, in hoc euentu, solū vsque ad legitimas debitas alijs filijs reuocari donationem, non vero quo ad incrementum, vt paulo antea dictum est: quare, cū quintum bonorum donantis ad legitimas filijs debitas in hoc regno non pertineat, sicut neque in Lusitania ad eas tertium spectat, vtiq; eiusmodi portiones sunt in eis regnis trahendæ, in quibus is filius censeretur melioratus, cui talis donatio esset facta, vt alibi dictum est. Neq; in hoc euētu ius præsumit, nihil patrem fuisse donaturum, si de filijs nascituris cogitasset. Neq; itē præsumit voluisse patrem æqualitatē omnimodā inter liberos seruare, præsertim cum primogenitus sit is, cui facta esset donatio, qui præ cæteris solet esse dilectus, & quē solent parētes præferre alijs in bonis, vt familiæ memoria in eo præcipuè conseruetur.

Bernardus Diaz Calagurritanus Episcopus, quem Gregor. Lopez. l. 8. titul. 4. part. 5. verb. *aotro*, refert ac sequitur, arbitratur, donationem reuocandam esse vsque ad legitimas, detracto solo quinto, ita vt legitimę filiorum in eo euentu sint, reliquum patrimonij donantis diuisum in partes æquales minimè ab eo detracto tertio, quod præcipuum sit eius, cui facta est donatio. Præter rationē ei similem, quæ de tertio simul, & quinto paulo antea facta est, & quæ simili modo est dissoluenda, ducuntur hi autores potissimum sequenti ratione.

Quoniam in hoc regno omnia, præter quintū, sunt legitima portio comparatione descendētiū; eo quòd de solo quinto possit disponere parens inter extraneos: quare cum tempore illius donationis, pater nullum alium descendentem habebat, præter filium illum, omnia, præter quintum, erant legitima illius ipsi omnino debita.

Neque pater in tertio illorū bonorum potuit tunc imponere grauamen aliquod illi filio; qm̄ grauamen imponi nō potest in tertio bonorum, iuxta l. 26. Tauri, quæ est, 11. titul. 6. nouæ collectio. nisi quando aliquis descendentium in eo melioratur: in euentu autem de quo disputamus, locum non habebat melioratio in tertio. Quemadmodum enim esse non potest electio nisi assumēdo vnum è pluribus, eumque præferendo alijs, vt multis iuribus probatur: sic melioratio non est, nisi quando è multis vnus in eo præfertur alijs, in quo meliorari dicitur.

Quia ergo totum patrimonium donantis, præter quintū, erat legitima comparatione eius filij, cui facta est donatio, vtiq; nauis alijs filijs, id totum diuidendum est in partes æquales, ad constituendas legitimas filiorum, reuocandaque. Proinde est donatio vsque ad partes æquales illius totius, quæ legitimæ sint aliorum filiorū, tertio mīnime inde ei reseruato, cui donatio fuit facta. Vnde ad l. 26. Tauri, quæ est, decimo, tit. 6. lib. 5. nouæ collectio. quæque statuit, si parentum aliquis donauerit aliqua cuipiam descendentium, intelligi eo ipso melioratum in tertio, & quinto; esto parentes id non exprimant, idque ad effectum, vt, detracto tertio, & quinto bonorum talis parētis, reliquoq; patrimonio diuiso in portiones legitimas, si ea donatio excedat legitimam eius, cui facta est, censeatur ex tertio, & quinto melioratus in eo excessu, ad hanc, inquam, legem respōdent prædicti autores, intelligendam solum esse comparatione filiorum, seu descendentium, qui nati erant tempore, quo facta fuit donatio: non verò quando tempore donationis nullus alius erat descendens, nisi is cui facta est donatio: propterea quòd in eo euentu locum non habeat melioratio in tertio, vt probatum est.

Couar. 1. variar. resolut. capit. 19. numero tertio, Guterrius capitul. 9. citato e numero decimoquarto, & alij, quos refert, confitentur; quando vnus tantum erat descendens, cui excessiua donatio facta sit, non censeri factam meliorationem in tertio, neque vllum in tertio potuisse a donante grauamen ei imponi, idque propter rationem proximè factam.

Nihilominus cum Castillo ad l. 12. Tauri, Antom. Gom. 2. tom. variar. resolut. cap. quarto, numero vndecimo, Baeca, & Palat. Rubr. metuò censent, donationem illam solum esse reuocandam vsque ad legitimas, detracto de patrimonio donantis, nō solum quintò, sed etiam tertiò, quæ præcipua habeat is filius, cui facta est donatio, si id omne necessarium sit, vt donatio tota integra illi maneat.

Potissimum ducuntur, quoniā l. si totas, C. de inoff. don. statuit, eam donationem solum esse reuocandā quo ad legitimas filijs postea natis omnino a parente debitas: at verò eo ipso, quòd alij filij nati sunt, nihil in hoc regno illis debet pater in legitimas de quinto & tertio: quoniam, nisi tertium, & quintum integre ratione donationis

Digitized by Google

nis ad priorem filium pertineant, poterit pater de eis disponere, conferendo reliquum quinti extraneis, & tertium priori filio, aut cuicunque alteri descendentium voluerit, etiam si nepos, aut pronepos, sit, cui legitima in bonis ipsius non sit debita, iuxta l. 17. & 18. Tauri, quæ sunt 1. & 2. tit. 6. in noua collect. quo fit, vt solum ea donatio reuocanda sit vsque ad legitimas, detracto tertio & quinto, quæ præcipua habeat filius, cui facta fuerat donatio, si id totum, vltra suam legitimam, ea donatio, comprehendat: neque plus nauo de nouo filijs in legitimas debeatur, quam æqualis portio ex patrimonio patris cum priori filio, detracto prius à tali patrimonio tertio, & quinto.

Forte dilucidius, consentaneèque ad horum doctorũ mentem, possumus dicere. Parentem habentem vnicum descendentem, siue illi donet, siue aliter de suis bonis erga eũ disponat, absolutè quidem, neque meliorationem in tertio habere locum, neque in eo tertio posse illi imponi vllum grauamen: eo quòd, vt ratio supra facta probat, interim dum eum solum habet descendentem, totum talis parentis patrimonium detracto ab eo solo quinto, sit legitima eiusmodi descendentis. Ant. opin.

Veruntamen sub conditione, si alius nascatur descendens, & habere locum meliorationem in eo tertio, & posse in eo grauamen sub eadẽ cõditione imponi quod vtique grauamẽ locum habebit, si cõditio impleatur, nato in posterũ alio descendente. Si tñ sine conditione facta esset donatio, aut dispositio irreuocabilis, circa talẽ descendentem; tunc, esto postea alius nasceretur descendens, non posset grauamen imponi circa id, quod irreuocabiliter illi esset concessum; eo qđ donationi semel pfectæ, neq; conditio, neq; grauamẽ possit imponi, vt disputatione 265. dictum est.

Obiter hoc loco cum Couar. capit. 19. citato, num. quarto, inquirendum † est, vtrum, si pater vnicum filium habeat, & ex eo duos nepotes tantum, possit absolutè, hoc est, absque vlla cõditione, meliorare vnum nepotem, quem voluerit, in tertio suorum bonorum. Quamuis aũt quidam, quos ibi Couar. refert, contrarium senserint, cum eodem tamẽ Couar. & alijs, quos citat, est dicendum, id iure optimo posse efficere: quoniam leges Tauri citatæ comparatione cuiuscunque descendentis concedunt parenti facere meliorationem in tertio suorum bonorum, esto illi debita non sit legitima portio in bonis meliorantis. 6 Dubiũ. Decisio

Vnde dico, esto parens vnicum haberet filiũ, & ex tali filio vnum tantum nepotem, si de tertio nihil erga filium irreuocabiliter disposuisset, posset in eo toto meliorare nepotem, præferendo eum filio. Ad rationem, cui Bernard. Diaz, & Greg. Lopez nituntur, dicendum est. Quamuis, interim dum pater nullum alium habet descendentem, id totum sit legitima filij illius, neque eo tempore possit pater absolutè imponere grauamen tertio illi, aut in eo absolutè meliorare eundem filium; posse tamen sub conditione, si alius descendens nascatur, & grauamen imponere, & in eo tertio meliorare, & talem filium, vt dictum est: atque ex dispositione legis. 26. Tauri, quæ est decimo tit. 6. lib. quinto, nouæ collection. eo ipso, qđ talem donationem excessiuam vnico illi descendenti fecit, censeri meliorasse illũ in tertio, & quinto bonorũ modo, quo potuit, atque adeo sub cõditione, si alius descendens nasceretur, esto id non expresserit, vt lex ipsa disponit.

Est autem violentia eidem legi expositio, quã intendunt: Tum quia lex vniuersim loquitur: Tum etiam quia similiter habet vim comparatio ne hæredum, qui post donationem nascuntur, atque comparatione eorum, qui eo tempore erant nati, quando tempore donationis erant nati plures. Tum denique, quia fundamentum cui, vt ita exponat, innituntur, est falsum.

Quare negandum est, ex eo, quòd, antequam alij descendentes nascerentur, totum patrimonium (dempto solo quinto) esset legitima illius vnici descendẽtis, sequi, natis alijs fratribus, legitimas eis debitas esse æquales portiones eiusdẽ totius patrimonij: contrariũ namque esse verum, à nobis est ostensum. Hæc de primo eorum, quæ in titulo huius disputationis proposita sunt.

7 Quod † verò attinet ad secundum, nẽpe, quando excessiua donatio facta est alicui extraneo ab eo, qui filium, aut filios, tempore donationis habebat, dicendum est: Si res tantum comperiatur inofficiosa filijs, quia videlicet, quãuis legitimas ipsis debitas minuat, non tamen facta est animo eas legitimas defraudandi, aut minuendi, reuocari solum vsque ad debitum bonorum subsidium, id est, quousque legitimæ filiorum integræ maneant: incrementum verò pertinere ad donatarium. Ita colligitur, ex l. prima, & vltima, C. de inofficios. donation. & ex l. 8. tit. quarto, part. quinta, idque quod de donationibus inofficiosis factis vni filiorum hactenus explicatum est, multo magis locum habet, si inofficiosa donatio facta sit alicui extraneo, vt videlicet reuocetur quousque filijs inofficiosa non sit, consentiuntque Bartol. §. imperator citato. Pan. ca. vltimo, de donat. numero quinto, & communis sententia, quam referunt, ac sequuntur Couar. primo, variar. resolutio, cap. 19. numero duodecimo, Ant. Gom. 2. tom. variar. resol. cap. quarto, numero 13. & Iul. Clarus, quæstio. 24. citata. num. 2. Habetque hoc verum, etiam si parens, qui eam fecisset donationem, iuramento illam confirmasset, propter ea quæ supra dicta sunt, quando talis inofficiosa donatio facta esset vni filiorum. Vniuersim autem, actio, ad reuocandam donationem inofficiosam, durat solum quinquennio, vt constat ex l. vlt. cum ea gl. penult. ibi, C. de inofficios. donatio. Emmanuel tamen Acosta. c. si pater, 3. par. verb. priuare non possit. nu. 8. notat. post authenticum de iment. donation. b. competere actionem personalem, quæ durat triginta annorum spatio, iuxta l. sicut in rem. C. de præscrip. 30. vel 40. ann. Quæst. dubia.

8 Si autem † donatio facta extraneo comperiatur ex certo consilio inofficiosa filijs, tunc non modica controuersia est inter doctores: Azone & alijs asserentibus, reuocari solum vsque ad legitimas filiorum, vt refert glo. magna, l. 1. C. de inofficio. donationibus.

Atque opinionem hanc statuere videtur l.8.titu. par.5.vt tibi Greg.Lopez glos.vlt.asseuerat, consentitque Emmanuel Acosta loco citato, nu.16. Alij verò censuerunt reuocari in totum, de quorum numero sunt Bart.§.imperator,citato,& Panormit.nu.5.citato, argumẽto.l.si libertus.ff.de iurepatronatus, quæ statuit, alienata in fraudem legis,esse ipso iure nulla, atque hanc Emmanuel Acosta nu.citato ait,communem esse opinionẽ. Id verò vniuersim affirmãt Ant.Gom. & Iulius Clarus locis proximè citatis. Bart.ñ & Panormitan.excipiunt, qñ ita donatum esset in fraudem filiorum, vt nihilominus filijs aliquid esset relictum: tunc.n.volunt, non reuocari donationem, ẽt consilio inofficiosam, nisi vsque ad legitimas filiorũ,iuxta l.omnimodo.C.de inoffic.test. Atq; hanc sententiam communem esse ostẽdit, eamq; sequitur Emman.Acosta.ca.si pater,3.par.verb. priuare non possit.nu.14.vbi hac de re latè dispu. Eum legito. Hac ratione Couar.nu.12.citato dixit,tandem ferè eo rem istam sic a iuris vtriusque doctoribus distinctam,tendere, q donatio inofficiosa, etiam facta extraneo, quo ad legitimam tantum reuocetur. Elige,quod malueris. Sanè in tanta opinionem varietate ac incertitudine, melior videtur iudicanda conditio donatarij possidentis, vt non cogatur restituere, nisi quousque integras filijs suas legitimas relinquat: id quod, nulla expectata sententia, facere tenetur.

Et cum reliquum solum in pœnam,ob prauũ donantis ac donatarij consilium, restituere teneatur,sanè,esto amplectenda esset eorum sententia, qui asseuerant,donationem re & consilio inofficiosam,reuocandam esse in totum, id locum non haberet,nisi post latam sententiam.

9 Quod † deniq; ad tertiũ attinet,dicendum est, dari donationẽ inofficiosam comparatione ascendentium, sicut datur comparatione descendentium; eodemq; modo reuocari vsq; ad portionẽ ascẽdentib. debitã in bonis descendentiũ, vt parẽtibus in bonis filiorum, qñ filij descendentes nõ habent. Ita colligitur,aperte ex l.si filius. C.de inoffic.donationib.& affirmant glo.in auth.de immensis donationibus verb.filios, Bar.in l.non vsque adeo.ff.si a parente quis fuerit manu. & Emman.Acosta.c.si pater,3.par.ver.priuare non possit.num.1.& 2. Etenim cum parentibus non minus,q̃ liberis, querela competat inofficiosi testamenti,l.nam & si parentibus.ff.de inof.test.querela autem inofficiosæ donationis instar querelæ inofficiosi testamenti introducta sit, hĩ l.vlt. C. de inoffi.don.vtique non minus scda, quam prima,parentibus circa filiorum bona concederur.

## Donatio, stipulatio, seu promissio, quotuplex sit. Et de pura, atque in diem.

### DISPVTATIO CCLXXXIV.

*SVMMARIVM.*

1 *Donatio,stipulatio,& promissio,quando puræ dicantur.*

2 *Promissio in diem certum parit obligationem,licet incertum sit,quando sit futurus, & transit ad hæredes.*

3 *Promissio, & stipulatio in diem in quo differat a legato in diem.*

4 *Donatio conditionalis, quo casu intelligatur pura, & statim sit soluenda.*

5 *Dies & tempus quo casu faciant conditionem proprie,& quando non.*

6 *Verbum,statim,quomodo intelligatur.*

7 *Promissio facta ad certum diem, cuius sint multi eiusdem nominis,de quo intelligatur.*

8 *Promissio de aliquid soluendo tali anno vel singulis annis,quando intelligatur in principio, aut in fine temporis facta.*

Sicut disp.205. legatum diuisimus,in purum, in diem,sub conditione,sub modo, cum demonstratione, & ob causam: sic etiam diuidi in totidem membra donatio,stipulatio, seu promissio potest. Quare,quæ ad illa disputatione de legatis illis omnibus modis dicta sunt,magno nos onere hoc loco leuabunt. Ne.n.eadem inutiliter, repetãtur,necesse erit lectorẽ ad ea recurrere,quæ circa legata ibi dicta sunt, quatenus donationib. stipulationibus seu promissionibus, communia cum legatis erunt.

1 Stipulatio, † donatio, aut promissio, tunc pura dicitur, quando, neque dies,aut tempus futurum,apponitur,in quo sit adimplenda,neque apponitur conditio,modus,demonstratio, aut causa. Tametsi interdum latius sumatur, vt comprehendat ẽt,tam eas stipulationes,& promissiones, quæ in diem fiũt,quam illas, quæ fiũt sub ea conditione,quæ in futurum non pendet,ac proinde, quæ obligationẽ stipulationis, aut promissionis, non suspendit,vt disputatio citata de legato puro dictum est. Et constat ex l.si pupillus. §.qui sub conditione. ff.de nouationibus,& l.quodcunque. §.non solum.ff.de verborum obligationibus. Disputatione citata etiam diximus, quando certum non est, legatũ esse non purum: censendum esse purum: idemque de stipulatione,& promissione, est affirmandum. Lege,quæ ibi dicta sunt.

2 Quando aliquid † promissum est in diem certum,saltem quia certum est diem illum esse futurum,esto ignoretur,incertumq; sit quando sit futurus,eo ipso ex stipulatione,aut promissione,oritur obligatio,transitq. obligatio ad hæredes eius, cui facta est promissio,& aduersus hæredes eius, 3 qui promisit. In quo † sanè multum stipulatio, aut promissio,in diem,differt a legato in diem.

Si namque legatarius ante testatorem moriatur,expirat legatum in diem, neque legatarius illud transmittit ad suos hæredes, vt disputatione 205.ostensum est. Is verò,cui promissio est facta, esto è vita ante promittentem discedat, transmittit obligationem ad suos hæredes, vt res promissa eis soluatur. Vnde,si quis dicat, promitto tibi centum in diem mortis meæ, aut soluenda decem,vel viginti annis,post mortem meã, quia is dies certè est futurus, esto incertum sit, quando futurus sit, valida est promissio, etiam si is, cui

facta

Digitized by Google

facta est, moriatur ante promittentem, tenenturq; hæredes promittentis ea soluere, vel ei, cui facta est promissio, vel hæredibus illius. Idē est, si quis dicat, promitto tibi centum in diem mortis tuæ, aut decem annis post mortem tuam: debentur namque hęredibus huius, cui facta est promissio. Licèt autem ex eiusmodi promissionibus statim, ac fiunt, obligatio oriatur, non tamen oritur, vt res promissa statim soluatur, sed vt soluatur in diem promissione statutum.

Quare, si ante eum diem res promissa petatur, promittenti, aut hæredibus ipsius, exceptio competit, ꝙ nondū dies solutioni destinatus aduenerit. Hæc oīa patent ex §. omnis stipulatio, versic. in diem, Instit. de verb. oblig. ex l. cedere diem. ff. de verb. sign. ex l. certi condictio, in princ. ver. cæterum, iuncta gl. ibi, ff. si cert. petatur, & iuncto, §. præterea debitor Instit. de exceptionibus ex l. vnica, iuncta glossis ibi in verb. post mortem alterius, C. vt actiones ab hæredes & contra hæredem incip. ex l. scrupulosam, C. de contrahenda stipulatio. ex §. post mortem. Instit. de inutilib. stipulationib. & ex l. 12. & 14. ti. 11. par. 5.

Illud obserua, longè diuersa esse, si quis dicat, promitto tibi centum cū moriar, & si dicat, promitto † tibi centū, si moriar, aut si sol hinc ad sex menses orietur. Licèt. n. sicut in primo euentu statim, ac promissio fit, oritur obligatio, vt proximè ostensum est, sic ēt oriatur in secundo, eo ꝙ conditio illa de futuro determinata sit ad vnum, atque adeo promissionem, seu obligationem ex ea oriri natam, non suspendat, quod in causa est, tū vt in vtroque euentu promissio inter puras computetur, sumpta pura promissione latè, vt contra eam distinguitur, quæ sub conditione fit pendente in futurum, tum etiam vt l. quocunque. §. non solum. ff. de verb. oblig. pro eodem, quo ad eū effectum, vtrumque promissionis genus reputetur licet, inquam, duo hæc promissionum genera in hoc conueniant, differunt tamen.

Quòd in primo res promissa non debetur, nisi in diē mortis promittentis, eo ꝙ verè sit promissio facta in eū diē: quare, si antea petatur, atq; intentetur actio, eliditur exceptione, ꝙ nondum dies adimpletioni præfixus aduenerit. In secundo verò genere, res promissa statim debetur, estque statim soluenda, neq; vlla cōpetit exceptio, qua illidatur actio, si res petatur, actioque intentetur; eo ꝙ non sit promissio in diē mortis, autē in diē qñ sol post sex menses oriretur, sed sit promissio sub conditione, si mors promittentis sit futura, aut si sol post sex menses orietur; cum verò vtrumque sit certò futurum, conditioni eiusmodi non suspēdunt obligationem, sed perinde habent, ac si res promissa esset sub condōne de præsenti, aut præterito, necessaria, quæ nihil omnino suspendit obligationem promissionis sub ea factæ, aut si res purè omnino esset promissa, vt habetur l. si pupillus, §. qui sub cōditione, ff. de donationib. l. quod si sub ea, ff de condict. indeb. l. cum ad præsens, & duabus sequentibus, ff. si certum petatur, §. cōditiones. Instit. de verb. oblig. l. 12. & 17. titu. 11. par. 5. & multis alijs iuribus, quæ disp. 206. citamus Gregorius autem Lopez l. 12. citata verb. *el dia que yo finare*, non videtur attendisse ad hoc apertum discrimen inter duo hæc promissionū genera, sicut neque attendisse videtur gloss. §. qui sub conditione citato.

5 Qñ † aliquid promissum est in diē, aut in tempus incertum an futurū sit, tunc dies, aut tempus, appositum, vim habent conditionis pendentis in futurum, ac proinde efficiunt stipulationem, aut promissionē, conditionalem presse ac proprie, vt disp. 205. circa legata in diē incertum dictum est, spectatq; proinde agere de eiusmodi stipulationibus ac promissionib. ad sequentē disputationē.

Exempla sunt, promittis mihi cētum in diem qua creatus fueris episcopus? in diem, qua naues ex India venerint? cum ad pubertatē peruenerò? in diem, qua matrimonium contraxero? & his similes promissiones. Quemadmodum enim incertum est, an creandus sis episcopus, an naues ex India sint venturæ, an, qui pubes non est, ad pubertatem peruenier, & an, qui nondum matrimonium contraxit, illud sit contracturus: ita incertū omnino est, an dies, aut tempus, in quo hæc euenienti futura sint.

Hinc est, quod pro eodem reputētur eiusmodi promissiones, aut stipulationes siue sub præcedēti forma in diem incertum fiant, siue fiāt sub conditione sub hac alia forma; promittis mihi centū si creatus fueris episcopus? si naues ex India venerint? si ad pubertatem peruenero? &c. Ita hī l. qui promisit, ff. de condictio. indeb. & l. quodcunque, §. non solum. ff. de verb. oblig.

Ab hac tota regula excipiendum est, qñ aliqd promissum esset in diē incertum, is tñ dies appositus esset solum in fauorem eius, cui id promitteretur, iuxta ea quæ disp. 205. de legatis simili modo factis dicta sunt. Vt si quis consobrinę promitteret ducentos aureos ea sola, aut præcipua, ratione dandos, qñ nuberet, ne illos consumeret, & sine dote remaneret. Aut qñ quis ob exhibita obsequia, tanto, aut paulò minori, pretio, digna promitteret alicui quadringenta in diem quo matrimonium contraheret, neque aliter obsequia sibi præstita compensasset; tunc enim, cum credēdum non sit, promittentem intendere, vt in euentu, ꝙ ille matrimonium non contraheret, obsequia sibi præstita non soluta manerent, censendum est, apposuisse diem illum incertum solum in eius fauorem, cui promisit. Quare si is, cui ea de causa promissio facta fit, moriatur, certè ad suos hæredes transmittit, quod eo pacto sibi fuit promissū, estque statim eis soluendum. Si item incertum sit, illum contracturum non esse matrimonium, vel quia religionem ingreditur, vel quia sacros ordines suscipit, vel quia senex iam est, aut alia ratione ad matrimonium ineptus, vel quia certa tuta, spes est eum velle celibatum perpetuum seruare, tradenda illi sunt quadringenta promissa, præsertim accidente prælati authoritate: tradenda verò illi sunt, vel ab eo, qui illa promisit, vel ab hæredibus illius, aut ab alio, cui id exequutioni mandare, in euentu, quo matrimonium hic alius contrahere vellet, incumberet.



Digitized by Google

Quia promissio, de qua toto hoc §. loquimur, facta in diē incertū, nō tā subit rōnem ꝓmissionis cōditionalis, q̄ promissionis sub modo, lateq; de ea egimus disp. 208. Lege, quæ ibi fusè dicta sūt.

Qñ aliquid in diē certum, modo supra explicato, promissum fuit, qa eo ipso ex tali promissione consurgit obligatio, estque id re vera debitum, tametsi non vt soluatur statim, sed ipe promissione ipsa præfixo, vt supra ēt dictum est; inde proficiscitur, ꝙ, si ante diem præfixū soluatur, nō cōcederetur, si in diē incertum, aut aliter sub conditione in futurum pendente, esset promissum, nec conditio esset impleta: eo ꝙ conditione nondum impleta, simpliciter non esset debitum: si tñ conditio impleta esset: quia iam tunc simpliciter esset debitum, non concederetur repetitio. Hæc oīa habentur l. sub ea cōditione, & l. qui promisit. ff. de cond. indeb. De qua re sermo redibit d. 567.

Quando stipulatio, aut promissio, est pura, ita vt neque conditio, neque tps addatur, in quo res sit soluenda, tunc soluenda est statim. l. eum qui calendis. §. quotiens. ff. de verb. oblig. §. omnis stipulatio, instit. eod. tit. In obligatione tamen ex constituta pecunia, de disp. 270. aliquid dictum est, decem dierum spatium ad soluendum concediur, quando dies certus inter contrahentes non est præfixus l. promissor. §. 1. de constit. pecu. Qñ autem duobus iuribus primo loco citatis statuitur, immediatim esse soluēdam, intelligendū est id, *moraliter, hoc est, cum aliquo temporis attemperamento, quia non continuo accedere debet creditor*
6 *cum sacco ad debitum recipiēdum.* His ce † verbis, à me proximè scriptis, exponit verbum, statim, in re ipsa, de qua agimus. l. ꝙ dicimus. ff. de solutionibus. Iubet vero de verbo ad verbum ex ea lege transcribere eiusmodi expositionem. Vnde merito id iudicis arbitrio relinquitur. l. cōtinuus. §. cū ita. ff. de verb oblig. & l. 122. titu. 11. part. 5. concinuntque. §. vlt. instit. de inutilib. stipula. Præterea ex re ipsa, quæ promittitur iudicandum est, quando solui debeat, vt si fructus futuri promissi sint, aut si domus promissa sit ædificari, vel aliqd soluendū in loco distanti, aut promissum sit aliquid existens in loco distanti, & sic de alijs rebus. Ita habetur l. interdum. l. continuus. § cum ita, & sequentibus. ff. de verb. oblig. §. loca, inst. eod. tit. & l. 2. §. si quis ita. ff. de eo quod certo loco.

7 Qñ † stipulatio, aut promissio, fit ad diem certum, & sunt multi tales dies, neque exprimitur ad quē eorum, vt qñ dicitur, calendis, aut idibus, vel in paschate, soluam, aut tale quid faciā, intelligitur de die tali proximè futuro, vt calendis, idibus, aut paschate, proxime venturis. Si autem calēdis ipsis contractus fiat, in quo dicatur, calendis hoc soluam, vel faciam, intelligitur, non de calendis ipsis, in quibus contractus fit, sed de proximè futuris. Hæc habentur l. eum qui calendis, in princ. ff. de verb. oblig. & l. 15. tit. 11. par. 5.

Si aūt dicatur ad talem diem tibi soluā, verbi gratia, ad diem Sancti Ioannis, promittens, si velit soluere potest statim, creditoremque potest cogere, vt id recipiat: qm̄ mora illa temporis in fauorem solum debitoris posita est: Ita habetur l. quod in diem. ff. de solutionibus. Qñ tñ in gratiā creditoris dies esset præfixus, cogi creditor non posset ante eum diem accipere debitum, vt habetur l. si ita relictum. §. Pegasius. ff. de leg. 2. & alijs iuribus quæ citat glos. l. quod in diem, citata. Præterea, qñ dicitur ad talem diē soluam, promittens non cogitur soluere eo ipso die, sed sequenti: eo quod totus is dies arbitrio soluentis tribui debet, neque prius certum sit eo die non soluisse, quàm totus sit elapsus. Ita habetur §. omnis stipulatio, ad finem, insti. de verb. oblig. Si tñ dicatur, die Sancti Ioannis, verbi gratia, tibi soluam, tunc cogi potest die Sancti Ioannis soluere: quoniā ea verborum forma significare videtur, ante illum elapsum rem esse soluendam. Sic habetur l. liber homo. 2. §. decem hodie. ff. de verb. oblig.

8 Qñ quis † promisit, se daturum alicui tali anno, aut singulis annis, certum quid (idē intellige de mensibus, aut alio tempore) tunc id soluendū est in fine anni. l. qui hoc anno. ff. de verbo. oblig. & alijs iuribus. Quando vero promisit annuam quantitatem, vt eleemosynam annuam centum aureorum, soluenda sunt in principio cuiusq; anni, vt habetur l. 1. C. qñ dies leg. ced. l. nec semel. ff. eodem titu. & l. in singulos. ff. de annuis legat. Idem affirmat Accursius iuribus citatis, & §. at, si ita instituat de verborum obligatio. glossa 1. atque definit l. 15. tit. 11. part. 5. Res tamen est controuersa stando in solo iure communi. Legē quæ. l. 15, citata Greg. Lopez hac de re refert.

Qñ quis promisit aliquid sub certa pœna, vel certo statuto die, vel nullo tali termino adimpletioni præfixo, legito, q̄ disponuntur l. 15. citata, & sequentibus, & iuribus, quæ Greg. Lop. ibi citat.

## De donatione, & stipulatione, seu promissione conditionali.

### DISPVTATIO CCLXXXV.

*SVMMARIVM.*

1 *Conditio non impossibilis determinata ad vnum quomodo non suspendat dispositionem. Declara, vt nu. 5.*
2 *Conditio impossibilis quando non habeatur pro non apposita.*
3 *Conditio, an modus sit, id quod apponitur in maioratu, est valde attendendum.*
4 *Conditio impossibilis apposita donationi causa mortis, habetur pro non apposita.*
5 *Conditio de futuro non determinata ad vnum, apposita in donatione, stipulatione, aut promissione, quando suspendat, & quando non.*
6 *Conditio non transitoria ad hæredes, vt impleatur, quænam sit.*
7 *Conditiones omnes semper implendæ sunt, iuxta formam expreßam, nec sufficit æquipollens.*
8 *Donatio, stipulatio, aut promissio, sub conditione factæ reuocari non possunt, vel eis aliquod grauamen addi, licet adhuc conditio non sit impleta.*

Con-

Digitized by Google

*Conditio potestatiua negatiua sub qua forma promissionis intelligatur.*

10 *Conditio in alterius commodum apposita, in contractibus non habetur pro impleta, licet secus in vltimis voluntatibus.*

*Declara tamen, & intellige, vt ibi.*

11 *Conditio, vt qui nunquam matrimonium contraxit, in posterum etiam non contrahat, vitiat contractum, cui apposita est.*

QVid, & quotuplex sit conditio, disp. 206. fusè est explicatum. Subijciendæ autē sunt sequentes conclusiones.

1 Prima cōclusio. Condōnes † nō impossibiles, quæ de pñti, aut de præterito sunt, vel ét de futuro determinato ad vnum, appositæ dōni, stipulationi, aut promissioni, eas non suspendunt: sed, si tales condōnes ita se hñt, quāuis ignoretur eo pacto se habere, validæ sunt dispōnes sub eis factæ: si vero condōnes aliter se habent in re, inualidæ eo ipso sunt dispositiones sub eis factæ. Conclusio hæc constat ex dictis disputatione præcedente, latæque ostensa est disput. 206. eaque de causa necesse non erit amplius in ea immorari.

2 Scda conclusio. Conditio † impossibilis non hr̄ pro non apposita in donationib. stipulationibus aut promissionibus modo irreuocabiles sint: quin potius, si non ita se hñt cōditiones, sunt inualidæ stipulationes dōnes, & promissiones, irrevocabiles. Ita probant, §. si impossibilis. Instit. de inutil. stipul. §. loca etiam, instit. de verb. obl. l. non solum. ff. de act. & oblig. quæ ait, conclusionem nostram locum habere, nō solum in stipulationib. sed ét in cæteris contractibus vt in venditionib. locationib. &c. Item l. impossibiles. ff. de verb. oblig. Quod aūt eadem lege, & sequenti, in fine subijcitur, nempe, stipulationem validā esse sub hac conditione, si digito cœlum non tetigeris, sanè neque pugnat cum præcedenti doctrina, neque eam limitat: eo quod eiusmodi conditio non sit impossibilis, sed necessaria. Idem probāt, l. continuus, §. cum quis. ff. eod. tit. l. cum hęres, §. non est, ff. de statutib. l. si sub impossibili. ff. de fideiussoribus & alia iura. Atque affirmant Accursius, Bart. & communis doctorum sententia, quā referunt, ac sequuntur Emmanuel Acosta l. cum tale. §. si arbitratu, limit. 2. nu. 1. & seqq. ff. de condi. & demonst. & Molina, lib. 2. de primog. c. 12.

3 an. 36. & 49. Qui rectè † obseruat, in maioratib. irreuocabili donatione, aut contractu institutis, attendendū esse, an id, q̄ tanquā conditio impossibilis apponitur, verè sit condō, an potius modus vt plerunq. esse solet. Si namque sit modus, non vitiat institōnem maioratus, neq; est obligās eum modum implendi, vt dictum est disp. 208.

In conclusione diximus, modo irreuocabiles

4 sint: quoniā, si donationi † causa mortis conditio impossibilis apponatur, habetur pro non apposita, non secus, ac si alijs vltimis voluntatibus apponatur, ac proinde est valida talis donatio, vt disput. 209. dictum est, propterea quod reuocabilis sit eaque de causa cum vltimis voluntatibus ad eum effectum computetur. Ita probat l. quæ sub cōditione. §. & in mortis. ff. de cōditionib. instit. affirmat eōrum doctorum sniā, quam referunt, ac sequuntur Emman. Acosta lib. 1. selecta. interpr. c. 8. nume. 2. & l. cum tale. §. si arbitratu, ampliat. 2. num. 1. & sequentib. ff. de conditionib. & demōstrat. Anton. Gom. 2. tom. var. reso. c. 4. num. 18. & Molin. lib. 2. de primog. c. 12. num. 4. idemque esse ait Molina in alijs donationibus reuocabilibus, atque adeo in maioratibus ex eiusmodi reuocabilibus donationibus, seu contractibus, institutis. Cæterum cum non sint vltimæ voluntates, vt est donatio causa mortis, & conditio impossibilis ex natura rei, standoque in solo iure naturali, vitiet dispositionem, cui apponitur: quod verò non vitiet vltimam voluntatem, est ex dispositione iuris humani, vt vtrumque disput. 208. concl. 1. & 2. ostendimus; atque quòd conditio impossibilis vitiet cōtractum, respiciat initium, & creationem illius non verò exitum: non sum omnino certus de hac opinione. Nisi dicas, ob reuocabilitatem vltimarum dispositionum, & quod non confirmentur nisi morte disponentis, concessum illis fuisse hoc priuilegium: cum vero vtrumque conueniat eiusmodi contractibus reuocabilibus merito idem priuilegium ad illos extendi.

5 Tertia conclusio. Si donatio, † stipulatio, aut promissio, sub conditione, de futuro ad vnum minimè determinata fiat, tunc suspenditur quidem obligatio, ac debitum, in re, vt non prius oriatur, quam conditio impleatur, neque aliter, quam si conditio impleatur: attamen statim ex tali stipulatione, aut promissione, oritur spes debiti in re futuri, atque adeo obligatio, & debitum secundū quid, nempe sub conditione, si conditio impleatur: eiusmodique spem, seu obligationem, ac debitum secundum quid, transmittit ad suos hæredes is, cui talis promissio est facta, si discedat e vita antequam conditio impleatur. In quo multum sanè differt donatio, stipulatio, aut promissio, sub conditione, a legato similiter facto: neque n. legatarius trasmittit spē legati ad suos hæredes, si ante impletam conditionem è vita discedat, sed continuo expirat omnino legatum, vt disput. 205. & 206. dictum est, & vtrumque affirmat, ac probat Couarr. de pract. quæstionib. c. 38. nume. 4. Quæ in hac conclusione continentur, habentur expresse §. sub conditione, & §. ex conditionali. Instit. de verb. oblig. suntque absque vlla controuersia ab omnibus recepta.

Quamuis doctores conueniant, stipulationē, promissionem, & vniuersim contractum sub cōdōne factum transmitti ad hæredes, & aduersus hæredes promittentis, interim dum condō; modo explicato, pendet iuxta §. citatum: quamuis item conueniant, si conditio casualis sit, aut mixta, ius, vt eam impleant, transire ad hæredes eius, cui sub ea aliquid promissum est, vt etiam ab hæredibus eius, qui promisit, impleatur: concertatio

6 † tamen magna est, vtrum, qñ est potestatiua, neque personalis est, aut personæ adhæret, quasi sit de aliquo, quod necessario fieri debeat per eum, cui res est promissa; cōcertatio, inquam, est vtrū, tunc ius implendi eam conditionem transeat ad

Quæst.

hære-

Digitized by Google

hæredes eius qui illam implere tenebatur, quasi satis sit p hæredes impleri, atque ét impleri possit hæredib. eius, cui implere débat. Bart. & cóior sníia, quam Couarr. de pract. qq. c. 38. refert, censent, ius implendi eiusmodi ptátiuam conditionem, neq; ad hæredes eius, qui illam implere tenebatur, transire, neq, satis esse, si impleatur hæredibus illius, cui implenda erat; sed eo ipso, ꝙ alter eorum è vita discedit, censeri defecisse conditionem, ac proinde euanere contractum aut promissionem, sub ea conditione factam. Mihi verò, longè plus placet cum Coua. ibidem, & duabus glossis, quas citat, ius implendi eam conditionem, & transire ad hæredes eius, qui illam implere debebat, & esse satis si hæredibus impleatur illius, cui erat implenda. Id namque tum postulat æquitas, ratioque ipsa naturalis docet: tum ét præter alia iura, quæ Couar. citat, probat l. 2. C. de pactis inter emp. & vend. cum qua conuenit l. 42. titul. 5. par. 5. vbi ius ipsũ di códitionẽ potestatiuã transire dr ad hæredes venditoris, & posse hæredibus emptoris adimpleri. Et quamuis ibi cautum fuerit, vt hæredes venditoris adimplere eam códitionem possent, gl. tñ 2. ibi, idem esse ait, quamuis nihil tale esset cautũ. Præterea, nihil de hæredibus emptoris erat ibi cautũ. Idẽ probat à simili l. veteris. C. de contraben. stip. cuius hæc sunt verba. *Veteris iuris altercationes decidentes, generaliter sancimus, omnem stipulationem, siue in dando, siue in faciendo, siue mixta ex dando & faciendo, inueniatur, & ad hæredes, & contra hæredes, trãsmitti, siue specialis hæredum fiat mentio, siue non. Cur enim, quod in principalib. personis iustũ est, non ad hæredas, & aduersus eos transmittatur? Et sic existimentur eiusmodi stipulationes, quasi tantummodo in dando fuerint concepta, cũ nihil minus & hæredes factũ possint adimplere illa subtili & superuacua scrupulositate exposa, per quam putabant non esse possibile factum ab alio impleri, quod alij imposítum est. Et quare, cum pene similis oĩum hominũ naturæ est, non ẽt facta oẽs, vel plus, vel paulo minus, adimplere possunt, ne ex eiusmodi subtilitate cadunt hominum voluntates.* Hactenus lex illa. Lege apud Couarr. loco citato longam hac de re disputationem, & quomodo satisfaciat iuribus, quibus Bart. & alij nitebantur.

7 Simul † obserua, condónes, siue ptátiua sint, siue casuales, aut mixtæ, semper implendas esse iuxta formam expressam, siue ab ijs impleantur, quib. iniunctæ sunt, siue ab ipsorũ hæredib. aut ab alijs, neq; satis esse si æq polléter adimpleatur, vt probant l. qui hæredi. in princ. & l. Mæuius. ff. de cond. & dem. atq; affirmant Bar. & cóis opin. quem Couar. vbi supra refert ac sequitur.

8 Quarta cóclusio. Donatio, † stipulatio, aut promissio, ex eo, ꝙ sub conditione in futurum pendente factæ sint, nec sit adhuc conditio impleta, nó magis possent reuocari, aut non magis potest eis addi grauamen, vel restrictio, quam si purè essent factæ, iuxta ea quæ dispu. 265. dicta sunt. Ita Sylueſt. ver. donatio. 1. quæſt. 15. nu. 19. nemine refragante, & colligitur ex l potior, in prin. ver. videamus. ff. qui potio. in pig. Confirmari etiam potest, qm̃ ex eiusmodi stipulationibus, & promissionibus sub conditione factis, eo ipso, ꝙ acceptatæ sunt, atque in suo ordine & gradu sunt perfectæ, non minus oritur obligatio & debitum in spe, q̃ ex eisdem factis purè oriatur obligatio & debitũ in re, neque minus promittens tenetur ex promissione facta sub cõditione, in euẽtu, ꝙ conditio impleatur, quam si purè esset facta: ergo eo ipso, quod stipulatio, aut promissio, sub conditione facta, perfecta est in suo ordine & gradu, neq; grauamen, neque limitatio apponi ei potest.

9 Qñ † stipulatio, aut promissio, sub potestatiua conditione negatiua esset facta, quæ nõ, nisi morte eius, cui facta esset promissio, censeretur impleta, vt promitto tibi centũ, si capitoliũ non ascenderis; si vidua permanseris; hẽ §. si quis ita, Instit. de verb. oblig. perinde id esse, ac si sub hac forma promissio fieret; centum cum morieris tibi promitto; vbi glossa merito affirmat, non quo ad oĩa similes esse eas promissiones: qm̃ hæc secũda est promissio in diem, vt disputatione præcedente visum est: prima verò est mere conditionalis, quę defineret vim habere, sic capitolium ascenderet, aut matrimonium contraheret. Eatenus aũt sedæ esset similis quatenus res promissa non deberetur simpliciter, nisi seruata conditione vsque ad ips mortis. Ait aũt Emman. Acost. lib. 2. select. interpret. c. 5. nu. 4. & l. cũ tale. §. si arbitratu. ampliat. 2. nume. 5. in stipulationibus, promissionibus, & contractibus sub eiusmodi negatiuis conditionibus factis, esse cõiter receptum, iuxta §. si quis ita, citatum, locum non habere cautionẽ Mutianam, quemadmodum locum habet in vltimis voluntatibus sub eisdem cõditionib. factis, vt disp. 209. ostẽsum est. Idẽ ét affirmat Molina lib. 2. de primog. c. 12 à nu. 16. cum Bar. & cói opinione, quã refert. Eadẽ Mutiana cautio locũ habet in donatione causa mortis sub eadem potestatiua conditione facta, vt expresse habetur in aut hent. de nuptijs. §. quæ vero nunc, ver. præfatæ: id quod asseuerant Emman. Acosta. §. si arbitratu, ampliatione 2. nu. 4. Anton. Gom. 2. tom. variat. res. c. 4. nu. 18. Molina loco citato nu. 27. & pleriq; alij, quos citant. Quod planè confirmat, donationem causa mortis, ét in conditionibus impossibilibus, sequi regulam vltimarum voluntatum, non verò stipulationum, promissionum, & aliorum cõtractuũ, vt supra dictũ est. Molina in cæteris quoq; reuocabilibus donationib. locũ habere existimat cautionem Mutianam: eo quod regulam vltimarum voluntatum, quo ad hactenus dicta sequantur.

Illud addendum est. Quamuis in vltimis volũtatibus, si aliquid relictum sit sub conditione, quę in cuiusdam alterius cómodum vergit, & per eũ, in cuius commodum cedit, stet, quominus impleretur, habeatur † talis conditio pro impleta, vali 10 dumque proinde sit, quod sub ea conditione relictum est, vt, exemplis adhibitis, disputat. 206. est ostensum; in stipulationibus tamen promissionibus, & contractibus, rem contra habere: nempe, inualidam esse promissionem, aut contractum, si conditio, etiam ea de causa, non impleatur. Ita affirmat communis doctorum sententia, quã cũ

Greg.

Digitized by Google

Greg. Lopez l. 14. tit. 4. par. 7. & Emman. Acost. §. si quis arbitratu, limitatio. 3. refert, ac sequitur Molina lib. 2. de primogen. c. 13. num. 16. Cæterum in maioratibus, ex contractu irrevocabili institutis, meritò ait, observandum esse, an quod ita in modum conditionis dispositum est, verè sit conditio, vel potius modus. Si namque sit modus, neque per successorem in maioratu stetit, quominus id impleret, privandus ea de causa non est maioratu. Limitandam præterea regulam traditam non immeritò censet, quæ sunt conjecturæ, voluntatem institutoris maioratus esse, vt, quando conditio, absque culpa vocati ad maioratum, non impleretur, ea de causa is ab eo non excluderetur. Si n. vocauit aliquem ad maioratum sub conditione, vt duceret aliquam in vxorem, & per vocatum id non stetit, qui libenter eam duxisset, sed vel per illam, vel per aliquem tertium, vel per naturæ cursum stetit, quia illa mortua est, sanè credendum non est, velle hunc excludi a maioratu in tali euentu: præsertim cum proximiorem in gradu, comparatione ipsius institutoris, vocare soleat ad maioratum; isque, qui excluditur, proximior, quam is, qui in ipsius defectum succedere debet, neque credendum sit in eo euentu excludere absque vlla culpa voluisse proximiorem, vt remotior succederet. Lege Molinam loco citato, qui doctè de hac prosequitur.

11 Illud † postremo addendum est, conditionem illam, vt, qui nunquam matrimonium contraxit, coniugem in posterum non acciperet, quæ vltimis voluntatibus addita, habetur pro non apposita, illaque proinde non vitiat, vt disput. 207. dictum est, si stipulationi promissioni, aut contractui addatur, non haberi pro non apposita, quin potius illa vitiare, nisi talis conditio impleatur, vt ex hactenus dictis constat. Connumeratur. n. inter conditiones de iure impossibiles, quæ promissiones, & contractus, vitiat, vt dictum est. Quæ vero in eadem disput. donationib. stipulationib. promissionib. atque alijs contractibus cõia cum vltimis voluntatibus dicta sunt, necesse non erit hoc loco repetere. Simul præterea elegantur, quæ disput. 208. addita sunt, ex quibus plenior eorum, quæ dicta sunt, intelligentia pendet.

## De donatione sub modo. Et num donata ad inducendum mulierem ad prauum assensum, aut ad alios fines restitutioni sint obnoxia, si finis non sequatur. Atque de eleemosynis, & alijs donationibus, ob causas, mentitas, & in quibus interuenit falsa demonstratio.

### DISPVT. CCLXXXVI.

### SVMMARIVM.

1 *Data animo trahendi ad aliquem finem, non posse repeti, licet finis non sequatur.*

*Declara tamen, & intellige, vt ibi.*

DE donatione sub modo disput. 208. dictum est copiosè, explicando vltimas voluntates sub modo factas. Nunc verò solum reliquum, quod in titulo proposuimus, est explanandum, tanquam exempla quædam, quæ disputatione citata reseruauimus, ita in hunc locum commodius explicanda.

1 Breuiter † autem dicendum est, tam donata eo pacto mulieribus, esto non donarentur, si donans sciret, mulierem ea via non esse flectendam, & esto mulier sciat eo prauo animo ad se mitti, eaq; accipiat animo non consentiendi, quam donata animo alliciendi aliquem ad mutuandum, aut ad aliquid simile, esto non donarentur, si donans sciret donatarium ad eum finem non esse adducendum, obnoxia non esse restitutioni, esto finis, ad quem dantur, non sequatur, qñ data non sunt sub conditione, aut pacto, eius finis, seu modi, sed solum spe & animo ad eum finem adducendi donatarium, vt regulariter dari solent. Ita colligitur aperte ex l. si repetendi. C. de condict. ob causam. Vbi, cum quidam vxori alterius donasset animo eis donationibus fruendi, illum, vt secum proficisceretur, neq; eum finem esse assequutus, vellet que idcirco repetere a repetitione excluditur, quando non expressit, sub conditione illius finis id donare. Quo loco obserua, quando donatarius bona fide rem accepisset, & consumpsisset, quia non existimauit id sub conditione eius finis esse sibi datum, ad nullam teneri restitutionem, quando inde nõ esset factus locupletior: eo, quòd, neque ex parte rei acceptæ, neque ex parte inuitæ acceptionis, ad id teneatur. Obserua deinde, eum, qui prauo fine mulieri dona misit, quando se videt fine frustratum, asserere, non misisse ea munera, nisi sub conditione praui consensus, non esse causam sufficientem, vt mulier illa restituere teneatur, et iam id, quod nondum consumpsit, aut in quo facta est locupletior. Ratio est, quoniam similes donationes non consueuerunt eo animo fieri, præsumereque mulier potest, eum mentiri, in vindictamque, quod illa consentire noluerit, id asserere, atque vt eam ad consensum adducat, vt restituendi onere se liberet. Suffragatur præterea l. citata, quæ donanti asserenti, se sub conditione tacita eius finis dedisse denegat repetitionem: eo quod id non sit præsumendum, quando tempore donationis illud non expressit. Lege quo ad hæc omnia, quæ in calce disput. 170. dicimus.

Disput. 209. & duabus sequentib. copiosè dictum est de eleemosynis ob confictam paupertatem, aut sanctitatem, & de alijs donationibus & peculiariter de ijs, quæ a regib. conferuntur, propter obsequia, & alias causas mentitas, quousq; hæc omnia restitutioni sint obnoxia. Et de donationibus, in quibus falsa interuenit demõstratio. Quæ omnia simul explicauimus cum vltimis voluntatibus similiter factis: quare opus non erit ea repetere.

# De donatione causa mortis.

## DISPVTATIO CCLXXXVII.

### SVMMARIVM.

1 *Donatio causa mortis quid.*
2 *Donatario, quando res donata causa mortis traditur, dominium tot modis fit reuocabile, quot modis donatio causa mortis reuocatur.*
3 *Dominium rei donatæ causa mortis penes donatarium, quomodo intelligatur stare.*
4 *Donatio causa mortis, subsecuta traditione, est titulus habilis ad dominium transferendum, licet reuocabiliter.*
5 *Donatio causa mortis, fieri potest etiam inter absentes per epistolam, vel internuncium, sed requiritur donatarij acceptatio.*
6 *Donatio causa mortis non acceptata, si haberet solemnitatem requisitam in codicillo, aut in testamento, valeret in vim legati.*
7 *Donatio causa mortis duobus modis perfecta iudicatur.*
8 *Donatio causa mortis fieri potest duobus modis, seu conditionibus.*
9 *Donatio sub conditione mortis absolute, quænam sit.*
10 *Donatio causa mortis donatarij mortui ante donantem, reuocata censetur.*
11 *Donans causa mortis, potest quandocunque ante eius mortem, donationem reuocare.*
12 *Donatio inter viuos si ob ingratitudinem reuocetur, non repetuntur fructus percepti ante litem contestatam.*
14 *Donatio causa mortis, quando reuocata non censeatur.*
15 *Donatio causa mortis, quando transeat in donationem inter viuos.*
16 *Promissio, seu clausula non reuocandi donationem causa mortis, in qua parte instrumenti adiungi possit, vt donatio irreuocabilis fiat.*
17 *Iuramentum appositum in donatione causa mortis, quo casu non faciat donationem irreuocabilem.*
18 *Donatio causa mortis iuramento confirmata, quo casu non transeat in donationem inter viuos, & quando sit, & nu. 29.*
*Et quid de iure Lusitan. nu. 9.*

DOnatio tursus in genere (vt Instit. de don. §. 1. habetur) diuiditur, in donationem, quam vocant inter viuos, & in donationem causa mortis. Explicato autē discrimine inter vtranque, iunctisque iis, quæ de donationib. hactenus dicta sunt, & in sequentibus dicentur, satis explanata relinquetur donatio inter viuos: quare solum hoc loco de donatione causa mortis erit dicendum.

1 Donatio † causa mortis est, quando gratis aliquid traditur, aut promittitur, vt donantis mortis absolutè, aūt ea sola morte, quæ de proximo, qñ donatio fit, timetur, sequuta ante donatarij mortem res irreuocabiliter donatarij fiat, cū de ambulatoria donantis vsque ad ipsius mortem facultate reuocandi omnino eandem in donationē. Hinc l. 1. & l. senatus. ff. de mortis causa donationib. & inst. de donat. in prin. hoc discrimen inter donationem causa mortis, & donationē inter viuos constituitur. Quòd in dōne causa mortis, donans mauult habere rem, quā donatariū, & donatariū, q̄ suum hæredē; in dōne verò inter viuos, donans mauult donatariū habere rem, quam se.

In explicatione proposita dictū in primis est, qñ gratis aliquid, &c. Qm̄ donatio causa mortis verè est donatio, atque adeo gratis fieri debet, qđ rationem donationis causa mortis debet sortiri iuxta ea, quæ disp. 273. dicta sunt.

Additū est: traditur, aut promittitur quōdam sicut dōnes aliæ interdū a promissione sola incipiunt, interdū verò a tradōne, & qñ traditio rei donatæ interuenit, donatarius cōparat dn̄ium rei donatæ, ita res hēt in dōne causa mortis. Verum
2 tamen, qñ † res causa mortis dōnata traditur donatario, comparat dn̄ium reuocabile tot modis, quot inferius explicabitur, dōnem cā mortis posse reuocari. Ita hī l. 2. l. si mortis causa res. §. si vero, & l. qui mortis atque affirmant gloss. ibi. ff. de mor. cau. don. asseruntq; Couar. in rub. de test. p. 3. nu. 16. Ant. Gom. 2. tom. var. res. c. 4. nu. 16. Molina lib. 1. de primog. c. 12. n. 15. & doctores cōuen.
3 Qñ † aūt audis; facta traditione donatarium cōparare dn̄ium rei causa mortis sibi donatæ; intelliges, si traditio fiat, vt sit statim donatarij, vt hī expresse l. si mortis cā res, paulò antea citata, & l. dotis fructus §. vlt. ff. de iure dot. Id verò semper præsumitur, qñ aliud nō exprimit, vt hī l. sed nisi, ff. de iure dot. & affirmat glo. l. si mortis causa, res, ver. Iā nunc. Qñ aūt res traderetur exprimendo, vt esset donatarij, qñ mors donantis sequeretur, tunc dn̄ium rei ita traditæ, perseueraret apud donantem vsque ad ipsius mortem, vt habetur l. mortis causa res, & l. dotis fructus, citatis.

Quòd si aduersus doctrinā traditā obijcias l. nunq̄ nuda. ff. de acq. rerum dom. quæ hēt, ex nuda traditione rei nō transire dn̄iū in accipiētem, nisi præcedat titulus, & causa habilis ad illud cō parandum. Dicendū est, dōnem † ipsam cā mortis, subsequuta traditione, esse titulum habilē ad dn̄ium transferendum reuocabiliter tamen, sicut ēt traditio marito rerum in dotem ex pacto nuptiarū, vt statim ante nuptias res sic traditæ fiant mariti, est titulus habilis, vt cōparet illarum dominium, tametsi illud amittat eo ipso, quod nuptiæ effectum nō fuerint sortitæ, vt habetur l. dotis fructus, & l. sequenti. ff. de iure dotium. Obiectio. Diluitur

5 Qñ † donatio causa mortis a promissione incipit, neq; traditio accedit, quæ rem efficiat donatarij modo explicato, quondā solum fieri poterat inter pñtes, & p. stipulationem, vt sequuta morte donātis, posset ex tali dōne agi ad obtinendam rē donatam. Ita, iuxta l. inter mortis. ff. de mor. cau. don. cōis sn̄ia, q̄ referunt ac sequuntur Anto. Gome. 2. tom. var. rēs. c. 4. n. 16. Couar. in rub. de test. p. 3. nu. 13. & Iulius Clarus lib. 4. sen. §. donatio. quæst. 5. nu. 3. Hodie verò, quemadmodum donatio

Digitized by Google

natio inter viuos pòt fieri validè pacto nudo; nõ solũ inter pñtes, donatario, saltem tacitè, acceptãte, quia tacuit, sed etiam inter absentes per epistolam, aut internuncium ad id deputatum, valeq. acceptata, etiam a personis, quæ non sint donatarius, dummodo de numero earum sint, quæ ad id sunt a iure destinatæ, iuxta ea, quæ copiosè disput. 264. dicta sunt, iunctis, quæ disput. 254. 255. & 263. sunt explanata: sic quoque donatio causa mortis fieri simili modo potest, obtinebitq; vim, si morte donantis confirmetur. Ita cũ gl. in l. cum pater §. Meuio. ff. de leg. 2. & cum gl. vlt. in fi. l. 2. C. de iure dot. Bar. & cõis sñia, q̃ referunt, ac sequuntur Ant. Gom. nu. 16. citato, & Cou. vbi supra nu. 14. Habetq; id verum, ẽt si aliquo ex prædictis modis in testõ, aut codicillo, fiat: eo ꝙ pacta, & contractus validè fieri possint testamẽto, aut codicillo, vt cum Bart. & communi Doctorũ sententia affirmat Couar. ibidem num. 17.

6 Qñ † aũt, nemine id acceptante fieret donatio causa mortis, vel in testõ, vel in codicillo, vel etiã in epistola, aut verbo tenus, ita ꝙ neque rationem contractus, neque item pacti nudi obtineret, tũc, si quidem testium solemnitas, de qua infra erit sermo, seruata esset, valeret dispositio, non tanquã donatio causa mortis, sed tanquam legatum, seu (quod idem est) tanquam fideicommissum particulare, iuxta l. miles ad sororem; in princ. iuncta gl. 1. & l. cum pater. §. donationis. ff. de leg. 2. & l. si donatio. C. de don. iuncta l. 2. C. communia de leg. Ita Ant. Gom. vbi supra nu. 18. in fine, cõsentit Couar. in rub. de test. par. 3. nu. 17. & affirmãt Bar. & cõis Doctorum sententia, quam Iul. Clarus q. 5. citata num. vlt. refert, ac sequitur. Eam tamen meritò limitandam cẽnset, quando fit ab eo, qui testamentum condere potest. Cum. n. tunc legati rationem habeat, non verò donationis causa mortis, vtique inualida erit, si ab eo fiat, qui testari non possit, esto causa mortis possit donare, vt de filio familias mox dicetur.

In eadem explicatione dõnis causa mortis addidimus verba illa; vt donantis morte absolutè, aut eà sola morte, quæ de proximo, qñ donatio fit, timetur, sequuta ante donatarij mortem, res irreuocabiliter donatarij fiat. Quæ verba vt intelligas, obserua. Vt Molina libr. 1. de primog. cap. 12. nu. 15. cum glo. 1. l. non videtur, ff. de mor. cau. donatio. quam doctores cõiter sequuntur, recte
7 † adnotauit, donationem causa mortis duobus modis censeri posse perfectam. Vno, vt rationem dõnis causa mortis sortiatur. Atque hanc perfectionem hẽt eo ipso, ꝙ integrè facta est, antequã mors donantis sequatur. Ea verò perfectio sufficit, vt donatarius talis donationis consequatur, non solum ius ad rem sibi donatam, sed etiam dominium, si res donante illi tradatur, vt supra ostensum est. Vtrumque tamen consequitur reuocabiliter, interim dum perseuerante donatione, mors donantis non accedit. Altero modo donatio causa mortis cẽnseri potest perfecta, ita vt iam reuocari non possit. Atque hanc perfectionem nõ consequitur, nisi quando, perseuerante donatione, mors donantis accedit. De hac verò perfectione lex, non vĩ. ff. de mor. causa don. sic habet. *Non videtur perfecta donatio mortis causa facta, antequam mors insequatur.* Intellige donantis.

8 Obserua deinde, dõnem † causa mortis fieri duob. modis. Vno, sub conditione, si mors, quę de proximo timetur, sequatur. Et tunc si donãs proximum illud mortis periculum, aut timorem, euadat, saltem quia aggredi destitit rẽ illam periculosam, continuo reuocata censetur donatio. Sic fieri consueuit ab eo, qui morbo, ex quo mori timet, laborans, causa mortis don. Itemque ab eo, qui, vel in bellum proficiscens, vel periculosum, aut longam nauigationem, aut peregrinationem, aggrediẽs, mortis causa donat, & in alijs simil. b. cuentibus qui explicantur l. 3. 4. 5. & 6. ff. de mor. cau. donat. Imo verò sic tunc donare censentur, nisi aliud exprimant, vt patet l. 2. & 3. l. si mortis causa res, & l. senatus. §. mortis causa. ff. de mor. cau. don. Instit. de don. in princ. ver. mortis causa non omnis in princ. ff. si cert. pet. & l. vlt. tit. 4. par. 5. consentiunt Couar. in rubr. de test. nu. 23. Ant. Gom. 2. tom. var. res. c. 4. nu. 19. & cõis opi-
9 nio, q̃ referunt. Altero † modo fit donatio causa mortis sub condõne mortis donantis absolutè. Talis esse censetur, quę ab eo fit, qui nullo mortis proximæ periculo, aut metu, ductus, mortis causa don. Talis ẽt est, quæ fit ab eo, qui licet ductus periculo mortis proximè donet sufficienter tñ expri mit, se causa mortis cuiuscunque, siue proximæ, siue distantis donare. Ita habetur l. 2. & l. senatus. §. mortis causa. ff. de mortis causa donat.

10 Tertio † obserua, donationem causa mortis eo ipso cẽseri reuocatam, si donatarius ante donantem è vita discedat, vt habetur l. non oĩs in princ. ff. si cert. pet. l. si mortis causa res, in fin. & l. senatus. §. mortis causa, prope finem. ff. de mort. caus. donat. Inst. de don. in prin. ver. mortis causa, & l. vltĩm. tit. 3. par. 5. Atque in hoc conuenit donatio causa mortis cum legato, quod eo ipso nullũ redditur, quòd legatarius ante testatorem è vita discedat, vt suo loco dictum est. Ex ijs omnibus iã facilè intelliges illa verba in explicatione donationis causa mortis apposita, quorum occasione hæc omnia dicta sum.

Postremò in eadem explicatione addidimus;
11 cum † deambulatoria donantis vsque ad ipsius mortẽ facultate reuocandi oĩno eandem dõnem: qm̃, sicut in alijs vltimis volũtatibus semper integrum testatori est, interim dum viuit, eas reuocare, ita etiam donanti causa mortis integrum, dum viuit, semper est, donationem reuocare l. qui mortis. ff. de mor. caus. & l. vlt. tit. 4. par. 5. verumque, cum Oldra. & alijs, Gama decis. 258. nùm. 2. verum esse affirmat, etiam si donatio à duobus sit facta potest enim quiuis eorum illam reuocare, etiam altero iam defuncto. Atque in hoc etiã donatio causa mortis cum legatis conuenit, eaque de causa cum vltimis voluntatibus suo modo annumeratur, tanquam quæ cum legatis magis conuenit, quàm cum donatione inter viuos, vt habetur Instit. loco citato. ver. hæc mortis, & l. Marcellus. §. Paulus. ff. de mort. causa donatio. Aluar. Vala. consult. 61. nu. 7. ait, quando dona-

tio

tio causa mortis facta est testamento reciso testamẽto;censeri reuocatã. Inter multos ĩ doctores, quos eius sententiæ citat,vnus est Couarr.in rub. de testã.nu 22.qui tamen id non affirmat.

Couar.in rub.de test.nu.19.& Ant.Gom.c.4.
12 citato nu.18.cum cõi† doctorũ sententia,quam referunt,affirmant;illis modis,quibus nos dispu. 194.§.si tñ quis, diximus tacitè censeri reuocatũ legatum,si testator,modis quibusdam ibi explicatis, rem legatam alienet, censerit etiam reuocatã donationem causa mortis, si donator illis eisdem modis rem causa mortis donatam alienet, idque confirmat Couarr.ex l.illud.ff.de mort.caus.donationibus, placetque communis hæc doctorum sñia. Legas verò,quæ loco citato dicta sunt,ne inutiliter circa donationem causa mortis hoc loco repetantur. Illud etiam placet,quod Couarr.subiungit: Nempe,ex eo, quòd is,qui causa mortis donauit,generaliter de suis bonis disponat, vt qd aliquem suorum bonorum constituat hæredem; non censeri reuocasse donationem causa mortis boni alicuius particularis,quam ante eam vniuersalem dispositionem alicui alteri fecerat.

Quæ itẽ disputatione citata diximus de fructibus,incremento,& decremento,rei legatæ,& cui pereat, similiter intelligẽda censemus de re mortis causa donata,qñ donantis morte cõfirmatur:

Item,quæ disp.212.diximus de tacita reuocatione legati ob capitales,graues ve inimicitias obortas inter testatorem,& legatarium, & ob graue iniuriam à legatario testatoris illatam,etiam post testatoris mortem, similiter intelligenda existimamus in donatione causa mortis, si inter donatarium,& donantem, similia interueniant. Lege quæ locis citatis dicta sunt.

In quibus euentibus dispu.9 dictum est,& latius infra disp.481.explicatur;de iure communi; Castellæ, aut Lusitaniæ, damnatum ob aliquod crimen,testari non posse, nullumq; proinde reddi testamentum, si quod ante eam damnationem cõfecerat;in eisdem donatio causa mortis ab eodẽ delinquente facta, eo ipso reuocata ac nulla censẽtur,vt constat ex l.si aliquis.ff.de mort.causa donat. Lege inter alios Molinam libr.4.de primog. c.11.à vsque ad 22.

Idcirco autem in explicatione donationis causa mortis dictum est, cũ facultate reuocandi omnino eandem donationem: quoniam licèt traditio rei donatæ facta esset, donatariusque dñium rei illius,iuxtá ea,quæ supra dicta sunt,comparasset,nihilominus eo ipso, quòd donatio reuocaretur, vel ex capite pœnitentiæ, vel ex quocunque alio ex ijs, quæ explicata sunt, restituenda esset res donata,non solum cum omnibus illius fructibus ex ea pendẽtibus, sed etiam cum omnibus ex illa perceptis,atque ęstimatione consumptorum, à die, qua donatio & traditio rei illius facta fuit. Ita hĩ l.cum quis. ff.causa data caus.non sequut. cuius hæc sub verba. *Cum quis mortis causa donationem feciſſet,cum conualuiſſet donator,condicit fructus quoque donatarum rerum, & partus, & quod accreuit rei donatæ, repetere poteſt*. Et l.videamus,2.verſ,idemque eſt, iunctis antecedẽtib. verbis.ff.de vsuris.& consentiunt alia iura,atque affirmant Bar.& communis doctorum sententia; quam referunt ac sequuntur Anto.Gom. 2.tom. var.res.c.4.nu.21.& Aries Pinel.l.2.par.2.n.11. C.de rescin.vend. Ratio autem est,quoniam tam res ipsa,quam fructus illius,data sunt sub conditione,si donantis morte donatio cõfirmetur: quare eo ipso,quòd non confirmatur,sed reuocatur, restitui res debet cum omnibus fructibus ex ea perceptis;donatariusque sibi imputet,si quos consumpsit. Si tñ donator verbis aliquibus expressisset,mentem suam non esse,repetere fructus perceptos,tunc satis esset restituere rem cum fructibus ex ea pendẽtibus. Vt si donator dixisset,vtere in tuam sustentationem tali prædio meo, illudque tibi post mortem meam dono.

13 Quando† autẽ donatio est inter viuos,& reuocatur ob ingratitudinem,non repetuntur fructus percepti ante litem contestatam, vt disputatione 281.dictum est. Qñ donatio fuit absoluta, solũque in pœnam res donata repetitur. Idem censet esse Ant.Gom.nu.21.citato,si iuxta ea quę disputatione 282.& 283.dicta sunt,donatio reuocetur ob filiorum natiuitatem, videlicet non reuocari quo ad fructus ante talem natiuitatem perceptos: qñ donatio fuit absoluta,tametsi ex iuris dispositione natiuitate filiorum reuocetur. Hanc verò opinionem indubitatam esse censeo, quo ad fructus bona fide perceptos & consumptos,ex quib. donatarius non fit factus locupletior. Quo ad reliquos verò licet probabilis mihi videatur, non caret tñ difficultate. Tũ quia reuocatio illius donationis fundamentum habet in præsumpta voluntate donantis, qp non censetur velle donare in euentu, quòd filij nascantur, & simul ẽt in iuris dispositione, vt disp.281 explicatum est, atque adeo facta videtur sub conditione pendente in futurum,si filij non nascantur. Tum etiam,qñ donatio illa, etiam quo ad fructus, inofficiosa esse potest filijs postea natis, & quatenus illis inofficiosa fuerit,ius videntur habere illam reuocandi, etiam quo ad fructus perceptos,si existant,aut donatarius factus ex illis fuerit locupletior.

14 Quando† quis ita causa mortis donaret, vt in nullo alio euentu res donata redderetur, nisi donantem pęniteret, donationemque propria sua voluntate reuocaret,tunc neque per conualescentiam ex morbo,aut euasionem periculi, neque, si donatarius ante donantem è vita discederet, censeretur reuocata. Quando item sic donaret, vt in nullo alio euentu reuocari posset, nisi donatarius ante donantẽ è vita discederet; tunc neq; per pœnitentiam donantis, neque per euasionẽ ex morbo,aut periculo,posset reuocari. Item quando ita donaret, vt in nullo alio euentu res donata restitueretur,quàm si ex eo morbo, aut periculo, donans euaderet,tunc neque per pœnitentiam, neq; per mortem donatarij ante donantem,posse reuocari. Ita habetur l.senatus. §.mortis causa, & l.si alienam.§.Marcellus.ff.de mort.cau. donationibus consentit Couar.in rubr.de test.par.3.nu.23. in fine,& par.2.nu.11.in fine,& 12.ac.13.

15 Si autem † in tali donatione conuentum sit,vt nun-

Digitized by Google

nunquam reuocari possit, aut donans promittat, se nunquam illam reuocaturum, tunc transit in donationē inter viuos, efficiturque irreuocabilis. Ita habetur expresse l. vbi ita donatur, consentiūt præterea l. si alienam, §. Marcellus in fine, & l. senatus, §. mortis causa in fine, ff. de mortis causa dona. atque aduersus glossam cōmunem reprobatam in l. vbi ita donatur, affirmant Bar. & cōis doctorum sententia, quam referunt, ac sequūtur Ant. Gom. 2. tom. var. reso. c. 4. nu. 22. Molina libr. 4. de primog. c. 2. num. 40. & 45. Iulius Clarus §. donatio. quæst. 4. nu. vlt. & Couar. in rub. de test. par. 2. nu mo. 11. Vt aūt l. vbi ita donatur, citata, habetur, in eo euentu mentio mortis, potius significat causam impulsiuam ad donandum esse mortem, aut suspensionē exequutionis donationis esse mortē donantis, vt scilicet donatarius solum à tempore mortis donantis incipiat rem donatam possidere, quam donationē causa mortis, quasi donans non prius velit donationem esse firmam, & irreuocabilē, quā si mors ipsius ante reuocationem sequatur. Cū ergo ex benigna iuris interpretatione, quæ credendū est donantem non intendisse irritū, & inanē suū actū efficere, eo pacto intelligenda sit talis donatio, vtiq; dicendum erit, illam non esse donationem causa mortis, adiecto actu substātiæ ipsius repugnāte, sed esse donationē inter viuos.

Ant. Gome. loco citato. Couarr. in rub. de test. part. 2. nu. 13. & 14, cum communiori doctorum sententia, quam referunt merito subiungunt.

16 Promissionē non † reuocandi eam donationē, quæ in se spectata aperte donationem causa mortis sonat, posse adiungi, vel in ea parte instrumenti, in qua fit donatio ipsa, hoc est, in verbis instrumenti dispositiuis, in quibus substantia cōtractus continetur; vel postea in parte instrumēti, in qua exequutio, & confirmatio contractus continetur. Quod si in parte illa priori instrumenti apponatur, dicunt transire in donationem inter viuos, iuxta ea, quæ hactenus dicta sunt. Si verò apponatur in posteriori, censent nō trāsire in donationē inter viuos, sed manere donationē causa mortis, perindeq; promissionem illam esse reputandā, ac si adiecta non esset. Tum quia, quæ in exequutione apponūtur, dispositionē non augent, vt habetur in clemen. 1. de præbend. Tum vel maximè, qm̄ credendum est, eiusmodi verba potius ex tabellionum voluntate, ac consuetudine, quam ex contrahentium beneplacito, ac consensu, fuisse apposita: quippe arbitrandum non sit, illos in exequutione aduersari voluisse dispositioni. Molina lib. 4. de primog. c. 2. à numer. 46. ab hac doctrina dissentit. Quod tn̄ dictum est, nobis placet. Tametsi fateamur, si constaret prædictam clausulā in exequutione de mente donantis fuisse appositam, sufficientem esse, vt donationem causa mortis transire faceret in donationem inter viuos. Vt n. Molina recte affirmat, Clementina citata intelligenda est, de verbis in exequutione incidenter positis, & quæ non tam manifestè dispositionem restringerent, interpretantur, aut augent.

Iure tamen optimo Couarr. præcedentem doctrinam limitandam censet, nisi ea promissio in exequutionē opposita, confirmata esset iuramento. Cum enim iurum, neque præsumendum sit temere fuisse appositum, neq; apponi consueuerit, aut possit, nisi contrahentiū consensu & voluntate, tunc iudicandū esset, talem promissionē emanasse à donante, ac proinde eum effecisse, vt prior donatio in donationem transierit inter viuos.

17 Quando † quis non solum promisisset, non reuocare donationem factam sub forma donationis causa mortis, sed etiam id iuro confirmasset, longe magis dicendum esset, eiusmodi donationem transire in donationem inter viuos, vt Couar. à num. 11. citato, cum communi doctorum sententia, quam refert, & Molina vbi supra num. 46. affirmat. In calce autem nu. 14. merito addit Couarr. Si quis donaret causa mortis, eamque donationē iuramento confirmaret, solum sub iuramento affirmans verè se ita donare, tunc integrum illi esse, donationem reuocare, neque eiusmodi donationem transire in donationem, inter viuos. In primis, quia tale iuramentum potius esset assertorium, quam confirmatorium. Deinde, quoniam iuramentum intelligitur, iuxta naturam actus, super quem cadit, ea vero donatio reuocabilis est ex se. Consentiunt, quæ disput. 151. in respons. ad 4. dicta à nobis sunt circa testamentum simili modo iuramento confirmatum.

Molina num. 46. citato, & sequenti, contēdit, Dubiū
18 si donans † iuramento promitteret, se numquam cōtrauenturum donationi à se factæ in forma donationis causa mortis, eam donationem non transire in donationem inter viuos, sed manere causa Decis.
mortis, posseq; nihil tali promissione, & iuramento impedientibus, illam reuocare. Ducitur, quoniā id non est contrauenire eiusmodi donationi, quæ suapte natura est reuocabilis. Arbitror tn̄ doctrinam hanc falsam esse, non solum quia in communi loquentium vsu promissioni nō cōtrauenendi tali donationi, significat eam non reuocare, sed etiā quoniam per reuocationem ea donatio destruitur, nullaque redditur, vt est notissimum, atque adeo satis illi contrauenire est censendus, qui eam reuocat, eritque proinde reputandus fractor promissionis, & periurus.

19 Memento † aūt circa hactenus de dicta confirmatione donationis causa mortis iuro facta, in Lusitania tantū abesse, vt illam irreuocabilē reddat, vt sit eo ipso donatio nulla, nisi de expressa regis facultate appositum sit tale iuramentum, iuxta ea, quæ disput. 149. dicta sunt. In hoc verò regno, valida esset talis confirmatio: quoniā fas in eo est donationes iuramento confirmare, itemq; in omnia, quæ, secluso iuramento, valida non essent, vt disputatione citata, & alibi dictum est. Ius Lusitanū.

20 Illud † postremo circa hanc disputationem est obseruandum, quando verba donantis sufficienter exprimunt ipsius intentionem, intenderit ne causa mortis donare, aut potius inter viuos, tunc intentioni, & verbis illius esse standum, vt est notissimum. Obseruandum tamen est, quando aliquin verba, & circunstantiæ, suadent, donare intendisse inter viuos, vtique, quòd exequutionem talis donationis in tempus post mortē suū differat

Digitized by Google

rat, vt & tunc dicat, se donare ea bona in tempus post vitam suam, aut & non prius donatarius illa obtineat, quam donans ipse è vita discedat, aut aliud simile, non efficere dónem illam causa mortis, sed manere inter viuos. Vnde si quis tpe contractus matrimonij consobrinæ cum alio dicat, in dotem illi post mortem meam talia prædia dono, aut in dotem illi dono talia prædia, quæ post mortem meam obtineat, vtique donatio est inter viuos, solaque exequutio donationis, & traditio eorum bonorum, differtur post mortem donantis. Ita cum alijs, quos citat, Gama decis. 103. nu. 3. & 4. & decisio. 143. Quando donatio facta est absolute absque mortis vlla mentione, non solū, si à sano sit facta, ab eoque, qui nullum aggreditur mortis periculum, sed etiam si facta sit ab homine grauiter ægrotante, aut qui mortis aliud periculum timet, & de quo verisimiliter sit credendum, metu mortis fuisse adductum ad tūc donandum, censenda est donatio inter viuos. Ita probat l. Seia. §. vlt. in fi. ff. de mor caus. donat. cuius hæc sunt verba. *Eum qui absolute donaret, nō tam mortis causa, quam morientem donare.* Consentit l. Seia, tuncta gl. ibi, ff. de dote præleg. & affirmat glo. l. apud Celsum. §. Iulianus, ver. spopondisset ff. de doli mali excep. Bart. & communis doctorū sententia, quam referunt, ac sequuntur Iuli. Clarus. §. donat. q. 4. nu. 2. & 3. Aut. Gom. 2. tom. variar. res. c. 4. num 15. Greg Lopez l. vlt. tit. 4. par. 5. ver. *de la muerte*, & Guter. de iuramento confirmatorio, c. 11. nu. 18. Hanc tamen doctrinam merito Iulius Clarus num. 3. citato limitandam censet, nisi donatio facta fuisset in testamēto aut codicillo, neque donatario illam acceptante, neq; alio, ex ijs, qui à iure definiti sunt vt nomine aliorum stipulari atque acceptare possent: tunc enim talis donatio vim legati obtineret, ac proinde reuocari posset. Quando autem in donatione mentio facta est mortis, quia scilicet donās dixit, post mortem meam, aut cum moriar, dono tibi hoc, vel illud, aut si ex hoc morbo, aut in hoc bello, vel itinere, è vita discessero, dono tibi hoc, vel illud, aut aliud simile, tunc est donatio causa mortis. Ita Doctores citati. Atque in dubio, quando mortis facta est mentio inclinandum est, donationē esse causa mortis, & non inter viuos. Emmanuel Acosta lib. 1. select. interpr. cap. 18. numero 1. cum Alexandro, & plerisque alijs, quos citat, ait, si talis donatio coram duobus tantum testibus facta esset, censendam esse donationem inter viuos, solamque exequutionem ad tempus mortis esse dilatam: quoniam cum, vt donatio causa mortis valida sit, necesse sit fieri coram quinque testibus, vt disputatione sequenti dicetur, ne dicamus inualidam esse, præsumendum in eo euentu est, mortis tempus non fuisse appositum ad suspendendam confirmationem talis donationis ad tempus mortis, sed solum ad suspendendam exequutionem. Quo ad dicta toto hoc §. lege Couar. in rubr. de test. par. 3. num. 23.

## Donatio causa mortis quousque cum contractibus, & quousque cum vltimis voluntatibus conueniant.

## DISPVT. CCLXXXVIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Donatio causa mortis, quo ad sui initium cum contractibus conuenit, sed quo ad effectum, cum vltimis voluntatibus.*
2 *Donatio causa mortis, vt valida sit, quinque testes requiruntur: secus tamen de iure Castellæ.*
3 *Donatio causa mortis non indiget insinuatione.*
*Declaratur tamen quo ad donationes parentum erga filios, & vnius coniugis ad alterum. nu. 4.*
5 *Falcidia in donatione causa mortis habet locum, sicut in legatis.*
*Idem in donatione inter virum, & vxorem, & alijs, quæ morte confirmantur, nu. 6.*
7 *Ius accrescendi habet locum in donatione causa mortis, sicut in legatis.*
8 *Condō impossibilis in dōne cā mortis, & alijs, quæ morte confirmantur, habetur pro non apposita.*
9 *Cautio Mutiana in dōne causa mortis, & alijs, quæ morte confirmantur, quando habeat locum.*
10 *Donatarij capacitas, vel incapacitas, attenditur tempore mortis donantis, nō autem donationis.*
*Idem in donante dicendum.*
11 *Donationes causa mortis in quibus similes sunt legatis, & in quibus non, & nu. 13.*
*Et quid de iure Castellæ.*
12 *Donatio causa mortis valida est, licet hæreditas non adeatur.*
14 *Donatio causa mortis, quam actionem pariat.*
15 *Donatio causa mortis omnium bonorū valida est.*
16 *Vxor de iure Lusitaniæ, & Castellæ non potest etiā donare causa mortis.*
17 *Donatio causa mortis quando valida sit inter coniuges, & quando non.*
*Et quid de socero ibid.*
18 *Donatio causa mortis deportatione donantis expirat, quando bona veniunt applicanda fisco.*
*Secus tamen in dōne inter coniuges, nu. 19 & 21.*
*Item secus de iure Lusitaniæ, & Castellæ. num. 20.*
22 *Donatio causa mortis in alterius voluntatem collata valida est, & quare. nu. seq.*
23 *Filius familias cur non possit testari de bonis aduentitijs, cum consensu patris, etiam si vsumfructum habeat, & tamen causa mortis si pater consentiat, potest donare.*
24 *Filius familias quousque donare possit causa mortis, etiam de iure Castellæ, & Lusitaniæ.*
25 *Consensus patris in donatione filij causam mortis, ob quam causam sit necessarium.*
26 *Consensus solus patris non sufficit in donatione causa mortis facta per filium patri.*
27 *Filius familias intestō an possit donare causa mortis ex consensu patris, licet non sit clausula*

quòd

Digitized by Google

*quòd sit non valet vt testamentum, valeat vt codicillus, aut donatio causa mortis.*

28 *Minores quousque causa mortis donare possint, aut non.*

29 *Minores iuramento validam donationem alias invalidam.*

*Fallit de iure Lusitaniæ, & Castellæ. nu. 30.*

31 *Donatio causa mortis publici usurarij in casu cap. quanquam de usur. in 6. nulla est.*

QVondam (referente Iulio Claro li. 4. sententiarum. §. donatio, q. 5.) magna contentio fuit inter doctores, accederet ne magis donatio causa mortis ad contractus, quam ad vltimas voluntates: quibusdam absolutè contendentibus, magis accedere ad contractus, alijs verò ad vltimas voluntates.

1 Cõis † verò hodie cõclusio est. Si donatio causa mortis spectetur quoad sui initium, ordinationẽ, seu productionẽ, plus accedere ad contractus, q̃ ad vltimas voluntates: si verò quo ad effectum & stabilitatẽ, ita vt amplius reuocari non possit, accedere magis ad vltimas voluntates, q̃ ad contractus. Atque hinc volunt doctores, quo ad sui initiũ & productionẽ censendã esse de mortis causa donationes, iuxta leges contractuum: quo ad effectum verò & stabilitatem, iuxta ea leges vltimarum voluntatum: vbi tñ quo ad vtrumque peculiare aliquid circa eã nõ fuerit iure statutũ. Ita cõis doctorum sententia, quã referunt ac sequuntur Couar. in rub. de test. par. 3. num. 1. & 15. Anto. Gom. 1. tom. var. res. c. 4. num 16. Iul. Claius. q. 5. citata, & Molina libr. 1. de primog. c. 12. a nu. 3. & præsertim. nu. 16.

Dictum est, vbi tñ quo ad vtrumque peculiare aliquid circa eã nõ fuerit statutum: qm̃, iuxta priorem partẽ regulæ propositæ, quæ solemnitas sufficit, vt alij contractus validi sint, sufficere debebat, vt valida esset donatio causa mortis. at † verò contra res habet: qm̃, vt hĩ l. vlt. C. de donatio nib. caus. mort. & l. vlt. tit. 4. par. 5. si ea valida esse debet, necesse est, vt fiat coram quinq; testibus, quæ est solemnitas de iure cõi necessaria in codicillis: non tñ necesse est, vt sint rogati, aut masculi, vt disp. 131. dictum est. Illi tñ quibus permissum est coram paucioribus testibus, quã quinque condere testamentorũ, eo ipso cẽsetur permissũ, dõnare causa mortis coram paucioribus testibus qm̃ quæ solemnitas remittitur in testõ, remissa ẽt censetur in donatione causa mortis, & codicillo, vt hĩ l. Marcellus in princ. ff. de mortis causa donatio. Obseruat tñ Couar. in rub. de test. par. 3. num. 21. cum Bar. & alijs, ex eo, q̃ lege aliqua remissum aliquid sit in testamento quo ad numerũ testium, non proinde in donatione causa mortis censeri remissum tãtundem in proportione, quasi, si in aliquo euentu alicui de numero testiũ necessariorum ad testm̃ remitterentur duo, posset is donare causa mortis coram tribus; sed solum, qm̃ fas est alicui testari coram testib. paucioribus quã quinque, fas eidem esse conficere codicillum, aut donare causa mortis, cum eodẽ numero testium.

Ex eo autem, quòd numerus testium, aut alia solemnitas, in testamento augeatur non proinde quicquam auctum censetur in donatione causa mortis, vt ibidem Couar. ait. Ex doctrina tradita inferunt Cou. loco citato, & Ant. Gom. 2. to. var. resol. c. 4. num. 16. hodie in hoc regno si simul tã bellio intercurrente, sufficere ad donationem causa mortis tres testes vicinos loci, in quo donatio fit, quia ea solemnitas hodie in hoc regno sufficit, tã in codicillo, quam in testamento nuncupatiuo, iuxta ea, quæ disp. 127. & 131. dicta sunt. Ius Castel. lx.

Molina li. 1. de primog. c. 12. nu. 17. recte obseruat, quamuis in donatione causa mortis post l. vlt. C. de donationib. cau. mort. quinq; testes necessarij sint, nõ proinde totidẽ necessarios esse ad donationes alias, quæ morte donant confirmãtur, ac proinde neq; vt validi sint maioratus huiusmodi donationib. instituti, sed sufficere testes ad validitatẽ aliorum contractuũ requisitos. Ratio est, qm̃, licet eiusmodi omnes donationes, quo ad effectũ & stabilitatẽ cũ vltimis voluntatibus cõputentur, quo ad earum tñ initiũ & productionẽ regulã sequuntur contractuum: ex eo, aũt, q. l. vlt. citata peculiariter necessarij sint quinque testes, non sequitur, extendendũ id esse ad cæteras donationes, quæ morte confirmantur, nisi peculiariter de eis idẽ statuatur, a regulaq; ea in parte cæterorum contractuum similiter excipiantur.

3 Deinde circa donationem causa mortis peculiariter l. vlt. C. de donat. caus. mort. sancitum est, vt in ea necessaria non sit insinuatio, esto excedat summam quingentorũ solidorum, perinde atque in legatis insinuatio non requiritur. Cum autem insinuatio in ipsamet donationis productione necessaria sit, vt sit valida quo ad excessum, vtique dedicendũ foret de dõne causa mortis si peculiariter de ea contrarium esset statutum pp similitudinem, quam cum legatis habet. Confirmat, esse hoc exceptionem in donatione causa mortis, qd in alijs donationib. quæ non nisi morte dõnatis, confirmantur, insinuatio regulariter requiritur. Vnde l. donationes quas parentes. C. de dona. inter vir. & vxor. manifestè † habetur, in ijs donationib. parentum erga liberos, & vnius coniugis circa alterum, quæ non, nisi donantis morte, confirmantur, necessariam esse insinuationẽ quo ad excessum vltra quingentos solidos: si tñ in vlt. voluntate à donantib. confirmentur, valere, quidem quo ad excessum, sed in ratione legati, idẽq; affirmat cõis doctorum sõia, quam Ant. Gom. 2. tom. var. reso. c. 4. nu. 18. refert, ac sequitur, quicquid pauci, quos idem Ant. Gom. ibid. refert, contra ius illud citatum, in contrarium dicant. 4

Hinc primò intelliges, non rectè Anto. Gom. loco citato ex eo intulisse, in dõne causa mortis necessariam non esse insinuationem, quod donatio causa mortis quo ad confirmationem, & effectum comparetur vltimæ voluntati. Non. n. illa est origo, & ratio eius rei, sed quòd peculiari priuilegio a iure fuerit ea in parte excepta a reliquis donationibus, vt dictum est. Quia ergo in hac origine errauit, mirandum non est, illucinatus etiam fuerit in reddenda ratione, cur in donatione parentis ad filium, aut viri ad vxorem,

necessaria sit insinuatio; in donatione verò causa mortis non item.

Intelliges secundò, non rectè Molinam 2. lib. de primog. c. 8. nu. 21. ex eo in maioratu, reuocabili contractu instituto, asseruisse necessariam nõ esse insinuationem, q̃ vltimæ voluntati comparetur. Neq; n, aliter comparatur, quã donationes parentum ad liberos, aut vnius coniugum ad alterum vlt. voluntatibus comparentur, in quibus tñ ostensum est, necessariam esse insinuationem. Legitimæ ergo rationes, cur in illis insinuatio necessaria non sit, sunt illæ aliæ, ob quas cum eodẽ autore disput. 279. diximus, maioratus irreuocabili contractu institutos, insinuatione non indigere. Quæ n. causæ persuadent, maioratum irreuocabili contractu institutum, non egere insinuatione, longè maiori cum ratione idem conuincunt de maioratu contractu reuocabili statuto.

5 In † dõne causa mortis locum habet Falcidia, sicut in legatis l. cum pater. §. eorum, ff. de lega. 2. l. 1. §. si quis ex mortis. ff. quor, leg. l. vbi ita, in fi. ff. de mor. cau, don. l, si mortis, & l, pen. C. ad leg. Fal. & l. 2. C. de don. cau, mor. & affirmant Bart, & cõis sẽia quam refert, ac sequitur Anto. Gom. 2. tom. var. resol. c 4. nu. 17. Cou. verò in rubr. de test. par. 3. nu. 20. id cum Iuan. Anibali, limitandum censet, q̃n donatio causa mortis fit testõ, aut codicillo, secus autem, q̃n fieret extra testamentum, & codicillum. Iura tñ, & alij Doctores, vniuersim loquuntur: quapropter reijciendam arbi-
6 tror eam limitationẽ. Simili † modo de donatione inter virum, & vxorem, quæ donantis morte confirmatur, detrahitur Falcidia, vt habetur l. in dõnib, C. ad l. Falc. Idem autem est de cæteris donationib. quæ morte confirmantur, vt satis constat ex ratione, q̃ reddit l. in donationibus citata, & affirmant gl. in auth. ex testõ. C. de collat. ver. donatorum, & aliæ alijs in locis, atque Bar. & cõmunis Doctorum sententia, quam Molina libro 1. de primog. c. 12. num. 10. refert, ac sequitur.

7 In † donatione præterea causa mortis, q̃n aliquid donatum est duobus locum habet ius accrescendi, sicut quando aliquid similiter duobus est legatum, habet locum ius accrescendi. Vtrumq; habetur l. vnica. §. vbi autem legatarij, iuncto §. hæc autem omnia. C. de caduc. tollen. & cũ Baldo. Affirmat Ant. Gom. num. 17. citato.

8 Itẽ in dõne † cã mortis, & ĩ cęteris reuocabilibus donationib. conditio impossibilis hĩ pro nõ apposita, sicut in vlt. voluntatib, vt disp. 285, con-
9 clus. 2, §. in conclusione, ostensum est. Hẽc † præterea locũ cautio Mutiana, q̃n donatio cã mortis, & cæteræ reuocabiles donationes, sub potestatiua conditione negatiua factæ sunt, vt ibidem cõclu. 4. §. quando stipulatio, comprobatum est.

10 Præterea in † donatione causa mortis attenditur capacitas, aut incapacitas donatarij, tempore mortis donãtis, non verò tpe donationis, vt habetur l. in mortis causa. ff. de cauſ. mort. don. affirmatque glos. ibi. Idem autem est in legatis, vt patet l. non intelligitur, §. quando. ff. de iur. fisci. l. interuenit, ff. de legat. præstan. l. si deportati. in princ. ff. de leg. 3. & alijs iuribus. Eodem modo, adhibitas ad donandum causa mortis, & ad legãdum, ex parte donantis, aut legantis, expectatur tempore mortis ita donantis, aut legantis, modo tamen legatum fiat codicillo, & non testamento, vt patet quo ad legata l. 1. §. sed si filius. ff. de leg. 3. idemque est de donatione causa mortis, vt ait glo. citata argumento. §. citati.

Quia ergo ferè in oĩbus, quæ hactenus cõmemorata sunt, & in quibusdam alijs donatio causa mortis peculiari iuris dispositione legatis similis est effecta non immeritò l. vlt. C. de donationibus caus, mort. & instit. de donationib. in princ. ver.
11 hæc mortis causa, dictum est, donationes † causa mortis ad exemplum legatorum ferè per omnia redactas esse, arq; adeo iuris dispositione plus ad legata, q̃ ad contractus, accederet, tametsi medium quid teneant inter legata, & donationes inter viuos. Quare, si autores, de quibus in principio huius disputationis mentio facta est, in eo sensu voluerunt, donationes causa mortis plus accedere ad vltimas voluntates, quam ad contractus, quòd peculiaribus iuris dispositionibus in longe pluribus rebus sint similes illis effectæ, quam cõtractibus, verissima est eorum opinio, duoque iura citata apertè illis suffragantur.

Qd ẽt ad sẽcam partem regulæ supra propositæ attinet, iure ẽt peculiari constitutũ est hoc discrimẽ inter donationem causa mortis, & legata, q̃ legata non prius confirmantur, quam hæres testamento relictus hæreditatem adeat, adeo vt, si nullus hæredũ testamento institutorum hæreditatẽ adeat, pereant legata, vt disp. 181. ostensum est, exceptis nonnullis eũtibus ibi explicatis, ex
12 cepto ẽt de iure Castellæ, vbi id non est necessarium, vt ibidem dictum est: at † verò donatio cã mortis, statim morte donãtis, censetur oĩno confirmata, adeo vt, esto nullus hæreditatem adeat, possit donatarius petere, vt curator bonis defuncti adhibeatur, & ab illo exigere rem sibi donatã, q̃n donans, dũ viueret, eã illi nõ tradidit. Si verò hæredes ab intestato occupent ea bona, illi tenentur rẽ donatã ei soluere. Ita gl. l. post legatũ. §. q mortis, verb. legatario, iuxta textũ ibi. ff. de his q̃bus vt indig. Bar. & cõis doctorum sẽia q̃ refert ac sequuntur Couar. in rubr. de test, par. 3. nu. 22. Iul. Clarus q. 5. citata, nu. 3. Molina li. 1. de primo gen. c. 12. nu. 14. Ant. Gom. 2. tom. var. res. c. 4. n. 16. §. tertio infero. Hoc tñ discrimen intelligendũ est, q̃n donatio acceptata fuit, saltẽ p aliquẽ, q̃ loco legatarij potuit illam acceptare: secus autem est, si sine tali acceptione testamento, aut codicillo, facta fuit: nam tunc vim oĩno, ac rationẽ sortitur legati, vt præcedente disputatione dictum est.

13 Cum † discrimine inter donationẽ causa mortis, & legatum, proximè constituto, coniunctum est hoc aliud, quòd, si donata fuit res designata in singulari, neq; fuit facta illius traditio viuente donatore, ita vt dominium rei illius viuente donatore transierit in donatarium, iuxta ea quæ disputatione præcedente dicta sunt, tunc statim, ac donator è vita discedit, transit dominium rei illius in donatarium absque vlla dependentia ab additione hæreditatis, vt colligitur ex l. a. iuncta,

l. 1.

Digitized by Google

l.1. in fine. ff. de publiciana, atq; affirmat communis doctorum sententia, quam refert ac sequuntur Ant. Gom. 2. tomo var. resol. c. 4. nu. 17. in prin. & Couar. in rub. de test. part. 3. nu. 15. Dominiũ autem legati, transit quidem, sed dependenter ab additione hæreditatis, atque adeo hæreditate adita, iuris fictione transijsse fingitur a morte testatoris, vt disp. 181. & alibi, explicatum est.

Hinc facilius explicabitur, quæ actio cõpetat
14 † ex donatione cã mortis. Si namq; in vita donãtis facta fuit traditio rei donatæ in legatariũ, ita vt in eum dominium, & possessio rei illius trãsierit, cõstat nullam actionẽ esse illi necessariã, vt bene Ant. Gom. 2. tom. uar. tes. c. 4. nu. 16. ait. Si uerò nõ fuit facta illi traditio, res ĩdesignata in singulari fuit illi donata, tũc, cum, ut proximè dictũ est, dominium rei illius transeat in donatariũ ista tim a morte donantis, sane illi cõpetit rei uendicatio, iunà cũ actionibus, de quib. statim dicemꝰ: Si uerò donata illi fuit res, designata quidẽ in specie, aut genere, sed indeterminata in individuo, tunc, si stipulatio interuenit, ẽt si testamẽto, aut codicillo, facta fuerit talis donatio cõpetit actio ex stipulatu, atq; condictib. ex l. si quis argẽtum. C. de donationib. Si aũt nõ interuenit stipulatio, sed ad pactũ nudum, conuenit ei solum cõdictib. ex l. si quis argentũ. In his ĩ quibus non conuenit actio hypothecaria, q̃ pro legatis concedit: q̃m, ut Couarr. loco statim citando ait, nullibi in iure id constitutum est. Quòd si donatio facta sit testamẽto, aut codicillo, sine stipulatione, ac pacto nudo, tunc, quia rationem habet legati, actiones competunt legatis propriæ, Lege quo ad hæc Couar. in rub. de test. par. 3. num. 16. & 17.

Ne verò ad hanc sedem propositæ regulæ pars
15 tẽ regrediamur, dicẽdũ est. Donationẽ † cã mortis oĩum bonorũ præsentium, & futurorũ ualidã esse: eo ꝙ cum eiusmodi donatio reuocari ad libitum donantis possit, facultatẽ testandi sibi per eã non adimat, ut cum cõi Doctorum sẽtia disputa. 280. §. dubium etiam est, præcipuè ostendimus.

Vt uerò ad primam regulæ propositæ partem regrediamur, ex illa colliguntur nõnulla. Primũ
16 † est, quamuis de iure cõi uxores celebrare possent contractus circa bona paraphernalia, quorũ administratio ad ipsas pertinebat; quia tñ in his Lusitaniæ, & Castellæ regnis nullam habent administrationem bonorum, nisi forte quorundam peculiari pacto sibi reseruassent dominiũ, & administrationẽ (quod ratò accidit) sed administratio, tota ad uiros spectat; utique sicut uxores in his regnis, celebrare nõ possunt cõtractus, nisi de facultate uiri, ut patet l. 54. & 55. Tauri, quæ sunt 1. & 2. ti. 3. lib. 5. nouæ collect. & supponunt Lusitanæ ord. lib. 4. tit. 6. obseruatq; consuetudo, sic ẽt donare nõ possunt cã mortis: eo ꝙ donatio cã mortis, quo ad ipsius productionẽ, & initium, regulas contractuum sequatur, nõ uerò ultimarũ uoluntatum. Ita cum Panor. & cõi doctorũ sẽtia, in locis ubi uxores sine uiri facultate prohibitæ sunt celebrare contractus, affirmant Couar. in rubri. de test. par. 3. nu. 12. Ant. Gom. 2. tom. uar. resol. c. 4. nu. 16. §. quarto infertur. Molina lib. 2. de primog. ca. 9. nu. 4. & Guter. de iura. confir. c. 13. nu. 4. 7. 8. & 9. Quicquid in contrarium asseruerit non rectè Nau. lib. 3. consil. tit. 24 consi. 3.

17 Dubium est, utrum † donatio cã mortis ualida sit inter cõiuges. Hæc de re obscurè loquitur Couar. in rub. de test. par. 3. a nu. 2. Paucis uerò dicẽdum, arbitror cum Emma. Acosta c. si pater pars 1. uerb. legauit, a n. 1. Imprimis, donationem inter uiuos factã inter coniuges, ante mortẽ donantis regulariter nõ confirmari, ut disputatione sequẽti uidebitur. Tunc aũt morte donantis cõfirmari, ac ualidã effici, q̃n præcessit traditio rei donatæ, si namq; nulla præcessit traditio, nullam oĩno esse, ac proinde nec donantis morte confirmari, iux. l. Papin. ff. de donationib. inter uirum & uxorem, & l. 2. iuncta gl. ult. ibi. C. de dote cauta nõ numerata, ut disputatione sequenti dicet. At uerò donationẽ cã mortis factã inter coniuges, siue p̃cesserit traditio, siue non, sed sola promissione sit facta ualidã esse, morteq; donantis cõfirmari ex pacto, quo de cæteris dõnibus cã mortis inter alios factis, hactenus dictum est, ut patet l. eũ seruum. §. ult. l. sed interim. §. sed qd. ff. de donationib. inter uir. & uxo. & alijs iurib. Atq; affirmãt Ant. Gom. ad l. 50. Tauri nu. 66. Emma. Acosta ubi sup. & cõis Doctorũ sẽtia. Quare, si unus cõiugũ rẽ in singulari determinatã cã mortis alteri donauit, dñium rei illius transit in donatariũ eo ipso, ꝙ donantis morte cõfirmata est ea donatio, sit de simili donatione inter alios facta, supra dictũ est. Lege doctores quos Emma. Acosta, ꝙ has sẽtia citat. Quãuis aũt unus coniugũ alteri tradat rem, q̃ mortis cã illi donat, dñium tñ illius non transit in donatariũ, sed remanet apud donantẽ interim dũ uiuit, ut hĩ l. interim citata, in prin. & affirmant Emman. Acosta loco citato nu. 5. & Couar. ubi supra nu. 4. Q̃n aũt ubi ita donatur. ff. de mortis cau. donationib. asseritur, donationẽ, quæ formã habet cã mortis donationis, si ab uno coniugũ fiat alteri cum pacto, ꝙ nullo mõ possit reuocari esse inualidam; cum tñ, ut eadem l. hĩ, rationem sortiatur donationis inter uiuos, si inter alios fiat, uel erit dicendum, legẽ illam latam fuisse quo tpe donatio inter uiuos ab uno cõiuge alteri facta, neque morte donantis confirmabat, iuxta ea quæ in principio, sequentis disputationis dicemus. uel certè id intelligendum est, quo ad pactum appositum: cum. n. sit contra substantiam donationis inter coniuges, siue illa inter uiuos sit, siue causa mortis, nullum absq; dubio est tale pactum, ut patet l. cum precario. ff. de precario: quare hĩ pro non apposito. Quòd si quis nobis obijciat l. mortis, in princ. ff. de don. inter uir. & uxo. ibi pronunciatur, inualidam esse donationẽ causa mortis factam a socero genero, aut nurui; eo ꝙ, esto socer moriatur, adhuc perseueret matrimonium inter donatarium, & filiũ, aut filiã donantis. Rñdendum est, textũ ipsum reddidisse rationẽ, cur noluerit ualere eiusmodi donationẽ. cum. n. socer tanq̃ filius, aut filia reputetur, cuius intuitu nurui, aut genero donat, noluit ius, perseuerante matrimonio, eiusmodi donationem morte donantis confirmari: longè uerò alia ratio est

de vno coniugum donantis alteri: cum per ipsius mortem matrimonium dissoluat. Hoc solũ voluisse glossam celebrẽ l. 2. in prin. verb. legatũ. ff. de donat̃ prælegata, affirmat Emma. Acosta lo. cit. nu. 8.

18 † Donatio causa mortis facta cuicunq; alteri, eo ipso q̃ donans deportatur, aut grauiori pœna afficitur, ita vt bona ipsius fisco addicantur, nulla redditur, vt patet l. si aliquis. ff. de mor. cau. donationib. affirmatq; inter alios, Molina lib. 4. de primog. c. 11. nu. 22. Quæ recte subiungit, maioratus ex donatione inter viros reuocabili institutos, deportatione donantis non expirare. Licet aũt donationes cã mortis alijs factæ deportatione, aut grauiori pœna donantis expirent, in fauorẽ

19 † vxoris constitutum in primis est, vt deportatione, aut grauiori pœna viri, donatio inter viros à viro facta vxori, si traditio præcesserat, neq; donatio, aut traditio suspicione pœnæ facta fuit, sit valida, bonaq; proinde eo pacto donata pruneant ad vxorẽ, & nõ ad fiscum cũ facultate tñ remanẽte in viro, vt, interim dum naturaliter viuit, possit eã donationẽ reuocare, sicut poterat, si ea pœna non fuisset dãnatus. Ita hab. l. res vxoris. C. de donationib. inter vir. & vxo. Constituũ deinde est, vt donatio cã mortis similiter eidẽ vxori sine pœnæ suspicione facta, valida sit, neq; deportatione, aut grauiori pœna, reuocetur, integrum manente vito interim dum naturaliter viuit, eam reuocare, vt de donatione inter viros dictum est. Sic habetur l. sed si mors. in prin. ff. de donationib. inter virũ, & vxo. Emman. Acosta loco citato, nu. 6. arbitratur, vt donatio causa mortis facta vxori deportatione viri non expiret, necesse esse, vt præcedat traditio. Credo tñ id non esse necessarium, qm̃ l. sed si mors, vniuersim de donatione causa mortis facta vxori loquitur, & vbi lex nõ restringit, nec nos debemus restringere donatio aũt causa mortis inter cõiuges valida est absq; traditione. Hoc loco obserua, legẽ citatã dicere, deportatione viri confirmari donationem causa mortis, vbi lex innuit, affirmatq; Couarr. loco citato. nu. 4. dãnum rei donatæ transire eo ipso in vxorem, tametsi reuocabile sit tale dominium, eo q̃ vir, interim dũ naturaliter viuit, possit ea donationem reuocare; vnde subiungit lex plenissimam confirmationẽ talis donationis esse per mortem naturalem hominis ita deportati; verba legis illius hæc sunt: *Humanũ est, donationem, quæ mortis causa ab initio facta est, talis auxilio subsequuto confirmari, tanquam si mortuo marito rata habeatur: ita tamen, vt non adimatur licentia marito eam reuocare; quia mors eius expectanda est, vt tunc plenissimam habeat firmitatem, quando ab hac luce fuerit subtractus, siue reuersus fuerit, siue adhuc in pœna constitutus.* Hactenus lex illa. Duo obser-

20 ua. Vnum est, in † cuentibus, in quibus disp. 9. dictum est hodie, præsertim de iure Lusitaniæ, & Castellæ, bona sic damnatorum fisco non addici, posseq; sic dãnatos testari, donationem causa mortis factam extitaneo non expirare per deportationem, aut grauiorem aliam pœnam. Alterum

21 † verò est, qñ vnus coniugum alteri donauerat, ac tradiderat rem donatam, siue donatio esset inter viuos, siue causa mortis, tunc, sequuta morte donantis, donationem retrotrahi ad tempus traditionis, non quidem quo ad dominium, eo q̃ hoc solum pertineat ad coniugem donatarium, tpe mortis donantis, vt dictum est: sed quo ad fructus, qui ad donatarium pertinẽt à puncto traditionis. Ita habetur l. donationes quas pater tes. iuncta glos. ibi, verb. referatur. C. de donationibus inter vir. & vxo. & l. cũ pater. §. pater filiæ, in fi. ff. de l. 2. & affirmat cõis doctorum sententia, quã præter alios, quos disputatione sequenti citabimus, Couar. in rub. de test. nu. 4. refert ac sequitur.

22 Ex cadẽ † prima regulæ propositæ parte colligitur, secundo, validã esse donationem causa mortis collatam in alterius voluntatem, vt, si Petrus voluerit, dono tibi post mortem meam centum. Etenim, cum contractus, relati in alterius voluntatem per modum conditionis, valide fiant donatio verò quo ad sui productionem, & dispositionem, regulam, & leges contractuum inter vivos sequatur, quando nihil in cõtrarium iure aliquo est dispositũ; sane valebit donatio tal a qua, quo ad sui productionẽ, sub ea conditione facta fuerit. Ita Emmanuel Acosta lib. 1. select. interpre. c. 21. nu. vlt. argumento l. tam is. §. vlt. & quæ ibi notantur. ff. de mortis causa donationib.

23 Ex † prima regulæ parte voluerũt multi reddere rõnem cur filiusfamilias, licet testari nõ possit de bonis aduentitijs, etiã quorum vsusfructus, & administratio ad ipsum spectat, possit tñ de patris consensu donare causa mortis, vt habetur l. ã is. §. vlt. ff. de mort. caus. don. & l. vlt. C. qui pat. pat. Melius tñ Couar. in rub. de test. pa. 3. nu. 6. & alij, id reijciũt. Qm̃, vt dictũ est, ostensum est, filiusfamilias sine patris consensu celebrare pot̃ cõtractus de ciusmodi bonis, quando vsusfructus, & administratio ad ipsum pertinet. Quousque aũt sequatur consensus patris, qñ vsusfructus ad patrem spectat, & vñ mortem quousque filius familias celebrare possit contractus, & quousq; ex eis teneatur, disputatione citata explicatum est. Quare, q̃ ex solo patris consensu donare possit causa mortis, cum tñ neque de iodem consensu testari possit, stando in iure communi, vtique ex præsumptione iuris dispositione profitiscitur, non verò ex doctrina, quam regula proposita continet.

24 Quid de hac re † dicendum sit, paucis subijciã. Disp. 138. diximus, filium familias, si pubes sit, de peculio castrensi, aut quasi castrensi, testari posse, sine vllo patris consensu, ac proinde donare causa mortis de eisdẽ peculijs libere posse: qm̃, vt initio d. 138. ostensum est, qui testandi pot̃, donare etiã causa mortis pot̃, vt habetur l. Marcellus in princ. ff. de mort. caus. don. Quare cũ hodie de iure huius Castellæ regni, filiusfamilias, si pubes sit, testari de tertio bonorum suorum aduentitiorum liberum possit, vt d. 138. visum est, poterit similiter de eodẽ tertio donare in hoc regno cã mortis absq; vllo patris consensu: id q̃ Molina lib. 2. de primog. c. 9. nu. 19. cum alijs quos citat, recte affirmat.

Quamuis de iure communi, atq; in Lusitania, filiusfamilias pubes, neq; de patris cõsensu testandi possit de bonis suis aduentitijs, etiã si vsusfructus

Digitized by Google

ctus, & eorum administratio ad ipsum pertineat, vt disp. 138. citata probauimus; de patris tñ consensu expresso, donare de quibuscunq; bonis suis aduentitijs poterit, vt ex duob. iurib. sup. citatis constat, dictumq, est disp. proximè citata, atque initio disp. 136. & affirmat cõis doctorum sñia, quam referunt, ac sequuntur Couarr. a nu. 6 citato, & Iul. Clarus libr. 4. sent. §. donatio. q. 6. nu. 3. & 4. Non tñ sine expresso consensu patris, vt cõmunior doctorum sententia affert, quam ijdem autores ibidem referunt, ac sequuntur.

Dubiũ 25 Dubiũ est, vtrũ † consensu patris in dõne filij causa mortis necessarius sit, quia agitur de præiudicio patris, ad quem pertinet vsusfructus, eaque ratione exigitur ipsius consensus; an verò quia ex iuris dispõne, tanq̃ solemnitas necessaria, patris

Decis. autoritas, atq; adeo consensus, requiritur. Quamuis aũt quidam ex priori illa causa necessarium illum affirmarint, cõior tñ, ac verior sñia, cum gl. l. 1. §. necessitate. C. de bon. quæ lib. quam Coua. 6. & 7. citatis, & Iul. Clar. vbi sup. nu. 5. referunt, ac sequuntur, asseuerat ex posteriori cã esse necessarium. Id q̃ vel ex eo confirmari põt, q̃ qñ vsusfructus, & administratio eorum bonorũ ad filiũ spectant, non minus necessarius est patris consensus: cũ tñ tũc de tali præiudicio patris nõ agatur.

26 Hinc † autores citati, vterq. nu. 7. colligunt cũ gl. vlt. l. 1. in princip. ff. de autor. & consens. tut. & cõior doctorũ sñia, q̃ referunt, inualidam esse donationem causa mortis, quam filius patri fecerit de solo consensu patris: eo q̃ nullus, in suũ proprij cõmodum, possit autoritatem præstare, vt hĩ l. 1. in prin. & l. pupillus. in prin. ff. de autor. & consen. tut. Quare, vt valida sit talis donatio, necesse est iudicis intercueniat autoritas.

Ex eodem fundamẽto Iul. Clarus vbi sup. nu. 6. cum alijs, quos citat, colligit, vt donatio causa mortis filij familias valida sit, necessarium esse expressum consensum patris, neque sufficere tacitum: eo quòd, q̃ consensus alicuius, tanquam solemnitas necessaria, exigitur, esse is debeat expressus, neque sufficiat tacitus.

27 Dubium est, quid si † filius familias in testõ donet causa mortis ex consensu patris, addatque clausulam q̃ si nõ valuerit, vt testm̃, valeat vt codicillus, aut vt donatio causa mortis. Iulius Clarus q. 5. citata. num. 8. a quo non videtur dissentire Couar. vbi supra nume. 10. & alij, quos referunt, optimè distinguunt. Quòd aut talis donatio causa mortis facta fuit intercueniente stipulatione donatarij, aut certe acceptatione, saltem per alium, qui nomine ipsius potuit acceptare, ita vt transierit in pactum nudum, saltem per tacitum consensum donatarij, qui præsens erat, & à donante audiuit donationem, ac tacuit; aut neque stipulatio, neque acceptatio intercuenit. In priori, euentu inquiunt, validam esse talem donationẽ, adhibita clausula illa, quæ expresse mentionem fecit donationis causa mortis. Idem esse affirmãt, si hanc clausulam adhibuisset, quòd si non valuerit vt testamentum, valeat vt quæcunque vltima voluntas: eo quòd, vt actus fuit ineatur, verba sint amplè intelligenda, donatioque causa mortis sub vltima voluntate, latè sumpta, comprehendatur. Ego dicerem; esto nulla clausula esset apposita, validam esse talem donationem: quoniam est verus contractus testamento insertus, legitimeq, celebratus: quare, licet testamentum nihil valeat, eo quod filius familias, neque de patris consensu, testari possit; valet tamen contractus ille legitimè celebratus, atque testamento nullo insertus. In posteriori autem euentu, cum reuera id non sit donatio causa mortis, sed merum legatum inutilis testamento, insertum, credo; etiam si clausulæ illæ adhibeantur, nullam omnino fortiri firmitatem: eo quòd filius familias, neque de consensu patris, testari, aut legare possit.

28 Ex eadem † prima regulæ parte sequitur, quãuis pubes minor viginti quinq; annis, q̃ filius familias non est, si curatorem habeat, testari etiã eo inuito, possit, donationẽ tñ causa mortis sine curatoris autoritate ab eo factam, esse nullã. Imò, si de re immobili sit, aut alia, q̃ sine iudicis decreto, iuxta ea quæ disp. 224. dicta sunt, alienare non possit, inualidam esse, nisi simul iudicis decretum accedat. Quod si curatore careat, aut veniam ætatis habeat, donatioq; causa mortis sit de re mobilis, valida erit talis donatio, sicut & quicunque alius contractus factus ab eodẽ minore de eadem re validus est, iuxta ea, quæ disp. 224. dicta sunt. Priorẽ partẽ huius asserti asseuerat cõior doctorum sñia, quam Guter. de iur. confirmat. par. 1. c. 13. & Molina lib. 2. de primog. c. 9. nu. 9. late referunt ac sequuntur. Eã verò non aliter cõfirmãt, q̃ quod donatio causa mortis, quo ad sui productionẽ ac validitatem, sequitur naturam contractuum quare, qui sine curatoris autoritate nõ potest valide celebrare contractus, neq; poterit valide donare causa mortis sine eiusdem curatoris autoritate. Quo fit, vt regula illa, qui potest testari donare poterit causa mortis, intelligenda sit, nisi inhabilis redditus sit ad celebrandos contractus, aut omnino, aut nisi certam adhibeat solennitatẽ. In testamento autem, aut codicillo, dubitandum nõ est, sine stipulatione & acceptione donatarij, donare eiusmodi minorẽ posse causa mortis sine curatoris autoritate, iudicisq; decreto: eo quòd eiusmodi donatio legatum potius sit, quam donatio causa mortis, vt supra dictum est. Quin & per epicheiam cẽseo, donationem cum stipulatione, aut acceptatione, testamẽto, aut codicillo, factã, absque nulla rei donatæ traditione, validam esse. Q̃m si ea de re legislatores interrogarentur, dum leges condiderunt, facultatemque testandi eiusmodi minoribus concesserunt, non dubito affir-

29 manter respondissent. Illud † etiam obseruandũ est, si eiusmodi minores extra testamentum causa mortis donent, aut etiam tradant rem, donationemque iuramento confirment, spondentes se ratam ac firmam eam semper habituros, nunquamque esse illam reuocaturos, non solum donare valide, sed etiam eiusmodi donationem transire in donationem validam inter viuos. iuxta ea quæ præcedente disputatione dicta sunt: eo quòd contractus minorum, inualidi alioquin propter solemnitatis defectum, validi reddantur,

si iuramentũ confirmetur, vt disp. 149. ostensum
30 est. Excipe, nisi in † Lusitania iurum sine regis facultate adhiberetur, iuxta ea, quæ ibidem dicta sunt. Idẽ dic de donatione cã mortis facta in Lusitaniæ, & Castellæ regnis ab vxore sine facultate viri, iuramentoq; similiter confirmata. Hoc tantum excepto ꝙ ũ donaretur res, cuius administratio constante matrimonio ad virum pertineret, tradi non posset donatario perseuerante matrimonio absque viri consensu; eo ꝙ in viri detrimẽtum, atque iniuriam, id cederet.

31 Vtrũ validæ sint † donationes cã mortis publici vsurarij in euẽtu, in quo c. quamq̃, de vsur. li. 6. testamẽta eiusdẽ nulla pronũciantur, nos d. 137. partẽ negantẽ, tanq̃ magis piã, & q̃ per epicheiã dubitandũ nõ est, ex mente Greg. 10. & Concilij Lugdunensis c. quanq̃ citato, fuisse cõprehẽsam, amplexati sumus, cũ glo. ad idẽ caput, & cum cõmuniori doctorum sẽtia. Lege quæ ibi dicta sunt.

## De donatione inter coniuges.

### DISPVTATIO CCLXXXIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Donatio inter coniuges regulariter de iure antiquo, inualida erat: hodie verò si non reuocatur morte donantis confirmatur.*

2 *Donatio facta inter coniuges post matrimonium contractum, ante tamen quàm consumetur, indiget confirmatione morte donantis.*

*Secus tamen de iure Castellæ. nu. 3.*

4 *Donatio inter coniuges, vt morte donantis confirmetur, quid requiratur.*

5 *Donatio inter coniuges, vt morte donantis confirmetur, satis est, vt res donata tradita sit per clausulam constituti, vel alium fictum actum, per quem ciuilis possessio acquiritur.*

6 *Donatio inter coniuges morte etiam ciuili donantis, confirmatur, excluso fisco: conditionaliter tamen, nisi ante mortem naturalem reuocetur.*

7 *Donatio inter coniuges sine insinuatione, morte donantis confirmatur intra summam tantum a iure sine insinuatione permissam.*

*Fallit, nisi in testamento, vel codicillo a donante sit confirmata.*

8 *Donatio inter coniuges morte confirmata, retrotrahitur ad tempus quo ad fructus, in quo traditio rei donatæ facta est.*

9 *Donatio inter coniuges statim a morte donantis, nulla expectata aditione hæreditatis, transfert dominium in donatarium, iuxta, insinuationem factam, vel non.*

10 *Falcidia ex donatione inter uirum, & vxorem detrahitur, sicut ex legatis.*

11 *Donatio causa mortis inter coniuges, duobus casibus morte donantis non confirmatur.*

12 *Donatio inter coniuges, quot modis tacitè censeatur reuocata. & num. 13.*

*Et quid de iure Lusitaniæ, & Castellæ. nu. 14.*

15 *Donatio inter uirum, & uxorem quibus casibus statim inualida est.*

16 *Donans quando dicatur fieri pauperior, uel non.*

17 *Renunciatio facta per uxorem uiro constante matrimonio, qua renunciat lucra ex bonis utriusque, an statim ualida sit.*

18 *Donatarius, quibus casibus non fit ditior, etiam si donans fiat pauperior.*

19 *Donatio inter coniuges, quæ morte confirmatur, an irreuocabilis fiat, si iuramento confirmetur.*

DIcendum est deinde de aliquib. donationibus, circa quas peculiaria aliqua iura sunt statuta: ordiendumq; erit a donatione inter coniuges. Disputatione autem præcedente explicatũ est, quousque donatio causa mortis vim habeat inter illos. Nunc verò de sola donatione inter viuos est differendum.

Cũ de iure cõi vxores dñium, atq; administratione bonorũ paraphernaliũ habeant, frequentior quondã esse solebat donatio inter coniuges, q̃ fit hodie in his Castellæ, & Lusitaniæ regnis, in quibus administratio omnium bonorum vxoris esse solet penes virũ: & vel bona vtriusque coniugis cõia efficiũtur, vt in Lusitaniæ, vel dos æstimata consueuit viro tradi, ita vt dñium illius trãseat in virum. Prius aũt explanabimus, in quib. euentibus morte donãtis eiusmodi donatio confirmetur: posterior verò, in qbus firma statim maneat, neque necesse sit expectare mortem donantis.

Quo loco obseruandum est, quondã donatio-
1 nem † inter cõiuges fuisse regulariter nullã; idq; ne cõiuges mutuo amore se spoliarent bonis suis, atq; ob alias causas. Ita hẽ l. 1. 2. 3. & 4. ff. de don. inter uir. & uxo. Postea verò, vt hẽ l cum hic status. ff. eod. tit. Antoninus Imperator, oratione ea de re habita in senatu, obtinuit, vt integrũ quidẽ esset coniugi donanti reuocari donationem, interim dum viueret; attamen, si illam dũ viueret, nõ reuocaret, morte illius confirmaretur, neq; hæredes possent eam reuocare. Hoc n. parũ a legato, & donatione causa mortis, differt: quare, sicut hęc duo cõcedũtur vnicuiq; coniugatorum cõparatione alterius, ita illud aliud denegari eidẽ non debuit. Atq; hoc ius viget hodie, vt patet. l. cũ hic status, citata l. 1. 3. & l. 3. & l. donationes quas parentes. C. de don. inter uir. & uxo. c. vlt. eo. tit. l. 4. tit. 12. par. 4. & li. 4. Lusitanarũ ord. tit. 9. in princ. atq; affirmat cõis doctorum sẽtia, quã, inter alios, referunt, ac sequuntur Anto. Gom. ad l. 50. Taur. nu. 64 & 65. Iul. Clar. li. 4. sent. q. 9. nu. 1. & 6. & Guter. de iuramen. confir. part. 1. cap. 3. Legẽ etiã Couar. in rub. de test. par. 3. a nu. 2.

Quamuis aũt Azo, & quidam alij, quos Ant. Gom. ad l. 50. Tauri. nu. 66. in fine, refert, ab hac
2 regula excipere voluerint † donationem ab vno coniuge alteri factam, post matrimonium quidem per verba de præsenti celebratum, sed antequàm per copulam consummaretur, quasi ea donatio statim esset valida omnino, neque indigeret confirmationem per mortem donantis; contrarium tamen satis apertè disponitur l. pen. ff. de donationibus inter uirum, & uxorem, nempe eo ipso quòd donatio post matrimonium per consensum, verbaque de præsenti, celebratum, fa-

cta

cta est, subire regulam proximè traditam, habeturque expressè lib. 4. Lusit. ord. tit. 9. in princ. & consentit l. 4. tit. 11. par. 4. atq; affirmant Nau. in Man. c. 17. n. 149. & al j, quos Ant. Gom. vbi sup. refert ac sequitur. Idē aut esse Nau. si donatio facta sit ante matrimoniū per verba de præsenti celebratū sed in tempus, quo erit celebratum, & hꝛ expresse. l. cum hic status. §. si sponsus. ff. de donationibus inter virum, & vxorem, & l. quod sponsæ. C. de donationib. ante nuptias. Obserua † in hodie de iure Castellæ. l. 52. Tauri. donationes factas sponsæ de præsenti ante matrimonium cōsummatū, statim esse validas, eo modo, quo sponsalitiæ largitatis factæ ante contractū matrimonium inter sponsos de futuro statim sunt validæ, eo pacto quo disputatione sequenti explicabitur.

In Castellæ.

4 Illud obserua, vt donatio † inter coniuges morte donantis confirmetur, necesse esse, vt res donata tradita sit donatario, saltē ficta traditione, ante mortem donantis: alioquin est nulla omnino Ita hꝛ l. Papinian. ff. de donationib. inter vir. & vxo. quæ sanè, cum mentionem faciat orationis Diui Seueri, posterior est decissione legis cum hic status. Consentit. l. res vxores. C. cod. tit. illis verbis; *vel etiam largitione viri in eam ante reatum iure peruenerāt*. Et infra *donatio maritalis ante tēpus criminis, ac reatus collata in vxorē*, quæ sanè verba traditionē significāt. Idē probat l. 2. C. si quis alteri, vel sibi, quæ traditionem requirit, vt donatio patris facta filio: morte patris confirmetur. est autem eadem ratio de donatione ab vno coniugū alteri facta. Atque id cum Bar. affirmat communis doctorum sententia, quam referunt ac sequūtur Ant. Gom. ad l. 50. Tauri. nu. 65. & 2. tom. variar. resol. c. 4. nu. 23. in fine, Iulius Clarus q. 9. citata nu. 6. Couar. in rub. de test. par. 3. nume. 3. & Greg. Lopez. l. 4. citata verb. *en su vida*. Quicquid Azo in contrarium dixerit.

7 Idcirco † aūt dictum est; saltem ficta traditione: qm̄, vt donatio morte donantis confirmetur, satis erit, si res donata tradita sit per clausulā constituti, vel per alium actum fictum, per quem ciuilis possessio acquiritur. Ita cōis doctorū sententia, quam referunt, ac sequuntur Iulius Clarus, & Grego. Lopez locis citatis, iuxta glossam vlt. l. 2. C. de dote cauta non numerata. Ex qua lege, vt eadem glossa, doctores citati, & communis sententia, quam Couar. lib. 1. var. res. c. 7. nu. 4. refert ac sequitur, affirmant, perspicuè colligitur, traditionem fictam, seu virtualem, censeri, si maritus, animo donandi incrementum (quod in dubio præsumitur) confessus est, se maiorem dotē recepisse, quam reueta receperit. Cum. n. maritus dotem possideat toto tempore, quo matrimonium perseuerat, tanquam sibi ab vxore traditā, simili modo censetur possidere incrementum illud, tanquam acceptum ab vxore, atq; adeo virtute vxore traditum, & de vxoris manu receptum: atque inde proficiscitur, vt, nisi maritus, dū viuit, eiusmodi donationem reuocet, morte ipsius confirmetur, vxorque repetere tale incrementum possit ab hæredibus viri, l. 2. citata expressè habetur.

6 Disputatione † præcedente dictū est, donationē inter viuos a viro factā vxori, morte ciuili viri confirmari, nec rē illam pertinere ad fiscū, sed ad vxorē: ita tñ confirmari, vt si vir tunc naturaliter non moriatur, integrum illi sit donationē reuocare: atq; vtrumque hꝛ expressè. l. res vxoris. C. de donationib. inter virum, & vxor. Greg. Lopez glo. citata cum alijs quos refert, aut, si post confiscationem bonorum viri, adiudicatamq; rem donatam vxori, maritus donationem reuocet, rem illam non pertinere ad fiscum: eo ꝙ, tpe confiscationis, ius ad illam non habuerit fiscus. Addere aūt Greg. Lop. vꝛ, ēt donationem ab vxore factā viro, morte ciuili vxoris confirmari, neq; rē donatā pertinere ad fiscum, sed ad virū. Ea tñ de re multum dubito: qm̄ id solum in fauorem vxorū vt introductum, de quibus solis loquitur. l. vxoris citata. Neque ēt ratio eius constitutionis, quā textus ille reddit, locum habet in viris: sic. n. hēt ille textus. *Et donatio maritalis ante tempus criminis, ac reatus collata in vxorem, quia pudicitiæ præmio cessit, obseruanda sit, tanquam si maritum eius natura, non pœna, subduxerit*. Hæc ibi: His accedit, donationē causa mortis viro factā, morte ciuili vxoris expirare, sicut morte donantis expirant cæteræ donationes causa mortis, ab alijs factæ, solamque donationem causa mortis, a viro vxori factam, morte ciuili viri non expirare, tanq̄ priuilegium proprium vxorum, vt disputatione præcedente dictum est. Quare idē videtur dicendū de donatione inter viros ab vxore facta viro.

7 Qñ † non præcessit insinuatio, donatio inter viuos, ab vno coniuge alteri facta, confirmatur morte donantis solum quo ad summā, quam sine insinuatione fas est donare, nō vero quo ad incrementum, vt disputatione præcedente dictum est, & hꝛ expressè lib. 4. Lusit. ord. tit. 9. §. 1. & l. donationes quas parentes. C. de donationib. inter uir. & uxor. affirmantq; Iulius Clarus. 4. libr. sent. q. 17. nu. 3. & cōis doctorum sententia. Si tñ in ultima uoluntate, ut in testamento, aut codicillo, a donante confirmata sit, tunc ualet quidē quo ad excessum, sed non in rōne donationis, sed legati, atque ultimæ uoluntatis, quæ insinuatione nō indiget, ac proinde ad effectum, quem proximè subiūgemus, & ad alios similes, non retrotrahitur ea donatio, quo ad excessum, ad tempus traditionis, sed solum vim habet a tpe, quo morte est confirmata, ut expressè habetur l. donationes quas parentes citata, & affirmat glo. ibi uerb. referatur.

8 Vt disputatione † præcedente dictum est, qñ donatio inter uiuos, ab uno coniugum alteri facta, morte donātis confirmatur, tūc retrotrahitur ad tps, in quo traditio rei ita donatæ facta est, nō quidem quo ad dominium, eo ꝙ licèt traditio sit facta, dominium nunquā in donatarium trāseat quousq; donatio morte donātis sit cōfirmata, ut patet. l. ēt, & l. a marito. C. de do. inter uir. & uxo. sed solum quo ad fructus, ut cum gl. l. donationes quas parentes, uer. referatur. C. de don. inter uir. & uxor. affirmat Bar. & cōis doctorum sn̄ia, quā referunt ac sequuntur Anto. Gom. ad l. 50. Taur. nu. 65. & 2. to. uar. res. c. 4. nu. 23. Iul. Clarus q. 9. citata. nume. 7. Gregor. Lopez glos. citata, & Couar. in



Digitized by Google

uar. in rub. de test. par. 3. nu. 5. Quo fit, vt res ita donata, non antea vsucapi incipiat, quàm donantis morte confirmata sit donatio, vt Greg. Lopez loco citato rectè obseruat. Vt autè §. præcedente dictum fuit, q̃ donatio non esset insinuata, confirmata tamen esset vltima voluntate donantis, vtique, quo ad incrementum, vltra summam, q̃ sine insinuatione fas est donare, non retrotraheretur talis donatio quo ad fructus ad tempus, in quo facta fuit traditio, sed eiusmodi fructus solũ pertinerent ad donatarium a morte donantis.

9 Illud ẽt † obseruãdũ est, in eiusmodi donationibus inter viuos ab vno coniugũ alteri factis, si vel insinuatæ sint, vel summã non excedãt, q̃ sine insinuatione fas est donare, statim a morte donãtis transire dominiũ rei donatæ in donatariũ nulla expectata aditione hæreditatis, quę ab hærede fieri debeat: in quo eiusmodi donationes multũ a legatis differunt, vt de donatione cã mortis præcedẽtib. disputationib. dictũ est, & affirmat Bart. & cõis Doctorum sẽtia, quam Ant. Gom. 2. com. var. resol. c. 4. n. 23. refert, ac sequitur. Si verò aliqua eiusmodi donatio insinuata non sit, summaque excedat, q̃ absq; insinuatione fas sit donare, tunc quo ad excessum non transit dominiũ in donatarium, nisi prius per hæredẽ sit adita hæreditas: eo p̃ talis donatio, quo ad excessum, vim habeat legati. Si ñ excessus esset modicus, tunc per concomitantiã (iuxta ea quæ disp. 57. dicta sunt) dominium excessus transiret in donatarium, vna cum rel quo rei donatæ: eo p̃ permixta sint, neq; designare liceat, quid in re donata rationem habeat excessus, quid non item. Contra autem, si valor quingentorum solidorum modicum quid esset in re donata comparatione excessus, tunc vtique ante hæreditatem per hæredem aditam, donatarius non comparatet dominium rei illius.

10 Ex † donatione inter virum, & vxorẽ detrahitur falcidia, sicut ex legatis, vt constat ex l. in donationibus. C. ad leg. falcidiam; & ex l. cum hic status. in prin. ff. de donationib. inter vir. & vxor. affirmatque communis doctorum sententia, vt disputatione præcedente dictum est.

11 Donatio † cã mortis inter coniuges in duobus euentib. morte donãtis non confirmatur. Primus est, si donatarius ante donantẽ è vita discedat: eo namque ipso donatio redditur nulla, vt patet l. cũ hic status. §. si ambo. ff. de donationib. inter vir. & vxor. l. ẽt, & a marito. C. eo. tit. c. vlt. eo. tit. & l. 4. titu. 11. par. 4. Quod si ambo ex eodẽ naufragio, ruina domus, incẽdio, aut alio simili euẽtu, è vita discedant, neq; cõstet apertè, quis prior efflauerit animã, tunc donatio confirmatur: si aũt reciprocè tales coniuges sibi donassent, vtriusque donatio maneret confirmata, & valida. Ita hĩ expresse l. cũ hic status. §. si ambo, citato; & l. cum inter virum. ff. de reb. dubijs, consentit cõis doctorum sententia, q̃ sequuntur Ant. Gom. ad l. 50. Taur. nu. 65. Emma. Acosta, §. si quis in bello, verb. cũ filio. nu. 15. & verb. patrem prius moriturum, nu. 15. & Couar. 2. var. resc. c. 7. nu. 4. & 5. Ratio autẽ est, q̃m, cum donatio iam esset facta, & res donatario esset tradita, qui illam possidebat, morteque donantis cõfirmetur, neq; constet donatariũ ante donantẽ obijsse, vtiq; donatio in donatarij possidẽtis fauorẽ, cẽsetur valida: p̃sertim cũ ex oratione Imperatoris Antonini, solũ, ne id impediatur, requiratur, q̃ donans cã nõ reuocauit; & q̃ donatarius mortuus nõ fuerit ante donantẽ, de quo in re proposita nõ cõstat. Vnde merito Couar. in calce, nu. 5. citati, cũ Bar. & alijs affirmat, esto vterq; cõiux in locis distinctis ex varijs causis è vita discessissent, interim dũ non constaret, donatarium mortuũ fuisse ante donantẽ, validã esse censendã donationẽ, ad hæredesq; donãtis spectare probare, donatarium è vita discessisse ante donantem. Emma. Acosta locis citatis rectè ait, si coniuges sibi mutuò donassent, sub conditione, vt q̃ posterior è vita discederet, bona donata obineret, tũc, si vterque cõiux simul naufragio, ruina aut alio simili euẽtu interijsset, neq; cõstaret, q̃s posterior obijsset donationẽ reddi omnino inualidãt eo qđ sub positiua conditione, si alter ipsorũ supervixerit, facta fuerit donatio: quæ tamẽ conditio in eo euentu purificata non fuit, sed potius defecit.

Secũdus euẽtus, in quo donatio inter cõiuges
12 morte donãtis nõ cõfirmat, est, si donãs † ipse tacitè, vel expressè, donationẽ reuocet, qđ integrum illi est, liciteq; põt efficere. Ita hĩ l. cũ hic status. §. ait oratio, & §. pẽnitẽtia, ff. de donationib. inter vir. & vxor. c. vlt. eo. ti. l. 4. ti. 11. p. 4. & li. 4. Lusit. ord. tit. 9. in prin. Neq; est necesse, vt traditionẽ, seu possessionem, ẽt reuocet, vt Bar. voluit, sed satis est, si dẽ pẽnitẽtia donantis cõstet, in qua vsq; ad vitæ terminũ perseuerauerit, non cõfirmando de nouo donationẽ, vt satis patet §. pẽnitentia citato, & Ant. Gom. ad l. 50. Tau. nu. 65. asseuerat.

13 Tacitè † censetur donatio reuocata, si diuortiũ inter cõiuges sequatur l. sed interim. §. si maritus, & l. cũ hic status. §. si diuortiũ. ff. de donationib. inter vir. & vxor. & l. a marito. C. eo. ti. nisi ex mutuo cõsensu, & beneplacito factũ esset diuortium, aut aliũde cõstaret donantẽ velle, vt nihilominus perseueret donatio, vt hĩ §. si diuortiũ, citato, & no. glo. l. a marito citata. Itẽ tacite cẽsetur reuocata donatio, si donãs vẽdat, permutet, leget, aut donet eãdẽ rẽ alteri, imò si pignori illã alteri tradat, aut speciali hypothecæ subijciat, nisi de volũtate donãtis cõster, intẽdere, vt donatio pseueret. l. cũ hic status. §. si maritus & §. q̃ quasdã res. ff. de do. inter vir. & vx. l. si maritus. 2. C. eo. tit. c. vlt. eo. ti. & l. 4. ti. 11. par. 4. lib. 4. ord. ti. 9. in prin. statuitur, Ius Lusitanũ.
si vnus cõiugũ tẽpore, quo filios nõ habebat, donet alteri cõiugũ rẽ aliq̃ posteaq; donãti nascantur filij, eo ipso reuocari donationẽ, dissolutoque matrimonio p̃ mortẽ alterius cõiugũ, eã rẽ diuidendã esse inter superstitẽ, & hæredes defuncti. Idẽ subiũgitur esse, si ante cõtractũ matrimoniũ facta fuit ea donatio: si nãq; filij donãti nascãtur, bonaque, iuxta cõsuetudinẽ eiusdẽ regni efficiuntur cõia, tũc dissoluto matrimonio, res ita donata diuidenda est æqualiter inter superstitẽ, & hæredes defuncti. Idẽ fieri p̃cipitur ẽn similib. euẽtib. Cũ verò hęc oĩa unico sermonis *ductu sint dispo*sita; primaq; huius dispositionis pars irrõnabilis uñr, si ĩtelligatur, qũ matrimoniũ celebratũ esset

con-

contractu arrharum, & dotis, eo q̃ nulla æquitas patiatur, vt si vxor de dote sua, aut bonis suis paraphernalibus aliquid donasset marito, aut maritus vxori de bonis propriis mariti, natis filijs, res ita donata æqualiter diuideretur inter coniugem superstitem, & hæredes defuncti; sanè primam huius dispõnis partẽ solũ intelligo, qñ mr̃imonium fuit celebratum contractu mediet atis, de quo solo loquuntur reliquum eiusdem dispositionis. Qñ aũt matrimonium celebratum esset contractu arrharum, & dotis, standum esset dispositioni iuris cõis l. si vnquã. C. de reuoc. don. de qua disp. 282. dictum est, ac proinde totum pertineret ad hæredes defuncti, si donans ab intestato discederet; si aũt condidisset testm̃, disponere ad libitũ potuit de tertio rei illius, sicut de tertio rel quorum bonorum ad se pertinentium Gutierrius de iuram. confir. part. 1. c. 3. nu. 16. refert l. 3. tit. 12. libro 3. fori, quæ sic habet. *Si el marido quisiere dar algo a muger, o la muger a el marido, no auiendo hijos, puedelo hazer despues que fuere el anno pasado desque casaron y no ante. E si despues desta donacion oviere hijo, no vala la donacion, fuera quanto en su quinto.*

Ius Castellæ. Vbi in primis vides, corrigi ius cõe, vt valeat statim donatio inter cõiuges, nec confirmatione p mortẽ donantis ind geat; modo ĩ fiat post annum a matrimonio contracto & liberos non habeat. Corrigi deinde, quatenus natiuitate filiorum non reuocetur donatio in totum, sed firma manet quoad quintum bonorum donatis. Licet autem Ant. Gom. ad l. 5. Taur. in calce num. 66. singularem eam, cum Pala. Rubias, reputet, solúque in regno Castellæ arbitretur habere locũ ius cõe quo ad primum annum à contracto mr̃imonio dónesq; intra primum annum factas confirmare reputet eo ipso q̃ annus elabitur, non secus atque de iure cõi morte donantis confirmantur; attamen idem Guter. loco cit. nu. 25. cum Roderico Suarez, Greg. Lopez, & alijs ait, iudicãdum non esse iuxta leges fori, nisi quatenus probatum fuerit vsu receptas esse; at verò non constare legẽ citatam vsu esse receptam, quin potius contrarium videri verum: præsertim cum in noua collectione legum eiusmodi lex inserta non fuerit.

Ius Lusitanũ. Vt ad Lusitanum ius reuertamur, titul. 9. citato, §. primo, statuitur, quando donatio morte donantis confirmatur, si eiusmodi donans hæredes ascendentes, aut descendentes relinquat, eaque donatio legitimas illorum portiones contingat, posse hæredes illam reuocare, quatenus ipsorum portiones attigerit, computando donationem ipsam inter bona, de quibus legitima portio est deducẽda: reliquum vero pertinebit ad legatarium. Id quod confirmat, donationes, non solum comparatione descendentium, sed etiam ascendentium, posse esse inofficiosas, vt disputatione 283. dictũ est. In eodem §. iuncto, §. 2. subiungitur, si donãs de tertio suorum bonorum, vltra eiusmodi donationem, in totum, aut in partem, disposuit, tunc computatis rebus ita donatis cum reliquis defuncti bonis, ex toto aceruo deducendas esse legitimas portiones, & donationem quasi legatum esse reputandam, vt pro rata inter illam, & cætera legata, tertium bonorum defuncti diuidatur: atque ita fiet, vt pro rata a donatione, & reliquis legatis detractum sit, quantum necesse sit, vt hæredũ portiones legitimæ integræ remaneant. Hoc totum fieri similiter debet in hoc Castellæ regno, si donans ascendentes dumtaxat relinquit. Si verò relinquit descẽdentes, idem fieri debet, sed comparatione quinti bonorum, de quo solo in hoc regno disponere is pót, qui descendentes relinquit.

Dispositio namque tota Lusitana, quæ §. 1. & 2. citatis continetur, consona est iuri communi, posito, quòd in Lusitania fas sit disponere de tertio bonorum, siue is, qui testatur, ascendentes, siue descendentes, habeat. Ius Castellæ.

Obseruat Ant. Gome. ad l. 50. Tauri, nu. 67. in euentibus, in quibus donatio inter coniuges reuocatur, si donatarius rem donatam consumpserat, solum teneri, quantum ex illa factus sit locupletior. Id tñ solum arbitror esse verum, si vel res absq; culpa donatarij perijt, vel vtiliter consumpta fuit, in expensis, quas alioquin facere tenebatur maritus, aut censebatur contentus, vt eas faceret vxor: secus aũt si donatarius eiusmodi rem donauit, aut inutiliter consumpsit. Interim namq; dum videbat, dõnem confirmatam non esse morte donantis, fas illi non erat inutiliter eam expendere, atq; prodigere. Neque plus probat l. quod aũt. §. si maritus, & l. sed si vir. §. non vr̃. ff. de donat. inter virum, & vxor. l. si eum seruum, & l. & me, & tibi. ff. si certũ pet. quæ iura Ant. Gome. citat. Eodemq; modo intelligo, l. quod de bonis. §. ex donationibus, ff. ad l. Fal.

In euentibus, qui sequuntur, valida statim est donatio inter virũ, & vxorẽ. Primus, † si ab imperatore, rege, aut alio principe, qui superiorem nõ recognoscit, fiat imperatrici, reginæ, aut simili vxori, vel econtra, ab eiusmodi vxorib. viris suis. Ita habetur l. penult. C. de donation. inter vir. & vxor.

Secundus, si vir donat vxori, aut vxor viro, ad refectionem ædium igne combustarum, solum quantum postulat ædificij constructio. l. quod si vir. ff. de donat. inter vir. & vxor.

Tertius, si fiat cõpensationis, aut remunerationis gratia. Vt si vir, & vxor mutuo sibi aliqua donent: tunc. n. quamuis alter consumat rẽ sibi donatam, alter verò illam seruet, valet statim donatio. l. quod autem. §. si vir & vxor. ff. de don. inter vir. & vxor. & affirmat Gama decis. 231. num. 2. Hac tóne, si vir senex aut ignobilis, donet vxori iuueni, aut nobili, in remunerationem nobilitatis, aut iuuẽtutis, vel cõtra vxor senex, aut ignobilis, donet viro iuueni, aut nobili, similiter in recõpensationem nobilitatis, aut iuuentutis, valet statim donatio. Ita cum Bart. Pan. c. vlt. de donationib. inter vir. & vxor. num. 7. Couarr. in epito. p. 2. c. 3. §. 3. nu. 2. Anto. Gom. l. 50. Taur. nu. 66. & 2. tom. var. resc. 4. nu. 23. & communis doctorũ sententia, quam citant.

Tametsi Lutus Clarus q. 9. citata. numer. 5. limitandam illam censeat, vt solum vim habeat, quando fit in ipso actu dotis constituendæ, non verò

verò post dotē cōstitutā, contractumq; matrimoniū: cæterū contrariū affirmant doctores eōiter.

Quartus, qñ vnus cōiugum donat alteri, vt dignitatem aliquā assequatur: valida quippe est statim donatio quo ad summam ad id alteri coniugi necessariam l. quod adipiscendæ, & duabus sequentibus, ff. de don. inter vir. & vxor.

Quintus, quando donans non fit donādo pauperior, esto donatarius ditior inde fiat. Itemque quando donatarius non fit inde ditior, licet donans fiat pauperior. Ita habetur capit. vlt. de donationibus, inter virum, & vxor. l. 4. 5. & 6. ti. 11. par. 4. lib 4. Lusit. ordin. tit. 9. §. 2. & iuribus statim crandis.

Quo loco obserua, in re proposita, donantem
16 † non dici pauperiorem ex eo, quod nō acquirat id, ad ꝙ habeat ius dependenter ab ipsius acceptatione, ac proinde non dici fieri pauperiorem, si id in fauorem donatarij renuncier. Censeretur autē fieri pauperior, si post acceptationem id donaret alter coniugi, ac proinde talis donatio non valeret, nisi prius morte confirmaretur. Vnde si quid donetur viro, & de mandato viri detur vxori, qa vxor id non accepit, nisi acceptatum a viro, non confirmatur ea donatio, nisi morte viri, vt habetur l. 3. §. vlt. ff. de don. inter vir. & vxo.

Exemplum, qñ donans non fit donando pauperior, est, quando quis hæredem constitueret vnum coniugatorum, aut illi relinqueret legatum, eidemque substitueret alterum coniugatorum: si non in fauorem substituti in modum donationis renunciaret hæreditatem, aut legatum, ea non acceptando, valida esset donatio, quia in sensu explicato, donans non fieret inde pauperior, esto donatarius fieret ditior. Ita habetur l. si sponsus §. si maritus 2. & §. si quis, ff. de donatio. inter virum & vxor. & l. 5. titul. 11. part. 4. Aliud exemplum est, si vnus coniugatorum alteri donaret rem alienā: quia namque donans non fieret inde pauperior, eo quod non det suum, valida est donatio ad effectum, vt vsucapi incipiat à puncto traditionis: Ita habetur l. sed etsi constante, iuncta l. præcedente. ff. de donationibus inter vir. & vxor. & l. 5. citata.

Ex hac doctrina, & exemplis, inferūt Ant. Gomez ad l. 50. Taur. nu. 66. & a. tom. variar. resol. c. 4. num. 24. Roder. Suar. l. 1. tit. *de las ganāciar*,
17 lib. 3. fori, & alij, validam † statim esse renūciationem, qua vxor, constante matrimonio, viro renunciat lucra ex bonis vtriusque. Credo tamen cum Greg. Lopez l. 5. citata glo. vlt. falsum id esse. Quoniam eo ipso, quòd in hoc regno (aut in Lusitania, suppositā cōsuetudine eius regni quo ad contractum arrharum, & dotis) matrimoniū est celebratum, debitum est vxori dimidium lucrorum, vi solius contractus, idque independenter à noua acceptatione: vnde ius hoc ad quoscunque suos hæredes transmittit: quarè, cum donatio, etiam remissionis debiti, inter coniuges inualida sit, nisi morte confirmetur, vt patet l. si sponsus §. circa venditionem. ff. de donationibus inter virum & vxorem, & affirmat Nauar. in Man. capit. 17. nu. 149. consequens profectò est, vt inualida sit talis renunciatio, nisi morte confirmetur, & nisi insinuetur, si excedat summā, quā sine insinuatione fas est donare. Lege plura alia, quibus Greg. Lop loco citato hoc ipsum confirmat.

18 Exempla, qñ † donatarius non fit ditior, et si donans fiat pauperior, sunt. Si ex rebus à viro donatis vxor vnguenta ad ornatum emat l. ꝙ aūr. §. si maritus, & l. sed si vir. §. non videtur. ff. de donationib. inter virum & vxorem. Item, si alter coniugum alteri donet sepulturam, aut aliquid, ꝙ donatarius monasterio, aut Ecclesiæ, vel in diuinū cultum tradat. Qm̄ præterquam quòd hæc, vt religiosa fiant, aut in cultum Dei cedant, donātur, non fit ex illis ditior donatarius, dum viuit, quāuis fortasse, nisi donata fuissent, expendisset in illis faciendis, pauperiorque fieret.

Ita habetur l. si sponsus. §. concessa. ff. de donationib. inter vir. & vxor. & l. 6. tit. 11. par. 4. Præterea, si vxor viro donet, vt filiæ vtriusque in dotē det, aut si postq̄ donauit concessit, vt id in dotem filiæ daretur, valet ex eodem capite donatio, vt habetur l. siue vxor. ff. de donationib. inter virū, & vxorem, & notat Greg. Lop. l. 6. citata.

Illud obserua, in coentibus, in quibus donatio inter coniuges statim valet, si computata eiusmodi donationes, descendentes, aut ascendentes, non habeant suas integras portiones legitimas, quod deest ad complementum, tribuendum illis est de tertio donantis, non verò de donatione coniugi facta: quòd si tertium non sufficiat, tunc, quod deest, supplendum est de donatione. Ita habetur lib. 4. Lusit. ordin. titu. 9. §. 3. Idemque dicēdum arbitror stando in iure communi, atque ex natura rei: haberque id verum, esto donatio, iuxta ea, quæ subiungemus, iuramento esset confirmata: quoniam iuramentum præiudicare non potest legitimis descendentibus, aut ascendentibus, in bonis donantis debitis, iuxta ea quæ disput. 283. dicta sunt.

19 Dubium † postremo in hac disputatione est, vtrum ea donatio ab vno cōiuge alteri facta, quæ non, nisi donantis morte, confirmatur, irreuocabilis fiat, si iuramento confirmetur, sitq; proinde eo ipso valida. Ad quod, cum Panorm. Bar. & cōmuni doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur Couar. in rub. de test. par. 2. nu. 2. Iulius Clarus lib. 4. sentent. §. donatio. q. 9. nu. 3. Anto. Gome. ad l. 50. Taur. nu. 66. Sylues. verb. donat. 2. q. 4. & Guter. c. 3. citato, dicendum est, procul dubio confirmari, & validam esse, non minus, quam alienatio facta à minori, aut alienatio fundi dotalis, validæ sunt, si iuramento confirmētur, nihil impediente, quòd, secluso iuramento, sint irritæ, ipsoque iure nullæ: id quòd satis est perspicuum ex ijs, quæ disput. 149. & duabus sequentibus, dicta sunt. Dubiū Decis.

Ratio autem est, quoniam eiusmodi donatio non est contra bonos mores naturales, neq; item est prohibita iure positiuo, imò neque nulla reddita, sed solum iure humano facta est dependes è morte donantis ante donatarij mortem, concessa donanti facultate eam libere reuocandi, interim dum viuit: quæ duo cessant eo ipso, quòd iura-

mento

mento est confirmata, non solum, quia iuramentum de re non illicita seruandum est sub reatu culpæ lethalis, sed etiam quia quando est de re licita, neque res in què accipitur à donatario, transfert in illum verum ius, quo illi deinceps est debita, immo transfert in illum dominium, si accedat traditio: quæ omnia in re, de qua agimus, reperiuntur. Quo fit, vt non solum valida sit, atque irrevocabilis, talis donatio, si traditio accedat, sed etiam si interueniat sola promissio iuramento confirmata sine traditione.

Illud tamen obseruandum est, de iure Lusitano, tantum abesse, vt iuramento irrevocabilis fiat ea donatio, vt sit eo ipso nulla, nisi de licentia regis tale iuramentum sit, adhibitum, iuxta ea quæ disput. 149. dicta sunt.

## De sponsalitia largitate, & donationibus ante nuptias, aut propter nuptias.

### DISPVTATIO CCXC.

#### SVMMARIVM.

1 *Sponsalitia largitas quid.*
2 *Spōsalitia largitas si aliud nō exprimatur, semper intelligitur sub conditione matrimonij futuri.*
3 *Sponsalitia largitas quibus casibus valida sit, etiā si matrimonium non sequatur.*
*Et quid de iure Castellæ, & Lusitaniæ, nu. 4. 5.*
6 *Donata per sponsalitiam largitatem quando censeantur ea, quæ a sponso sponsæ mittuntur.*
7 *Sponsalitia largitas insinuatione non indiget, in quacunque sit summa.*
8 *Donatio ante nuptias, & propter nuptias de iure commune quid.*
9 *Donatio ad nuptias in Hispanijs quid.*

1 QVod † vnus sponsus de futuro alteri donat ante matrimonium per verba de præsenti contractum, appellatur sponsalitia largitas. Quāuis autē quondā ante Cōstantini tēpora, qđ vnus alteri ita donabat, nisi exprimeret, se sub cōditione matrimonij futuri donare, fieret statim absolutè donatarij, ita vt esto matrimonium postea non sequeretur, neque donatarius, neque hæredes illius, tenerentur id restituere, vt patet l. si filiæ C. de donationib. ante nuptias, & alijs iuribus; a tē-
2 pore † tamen Constantini sancitum fuit, vt eiusmodi donatio, quando aliud non exprimitur, semper facta intelligatur sub conditione matrimonij futuri. Quòd si matrimonium perficiatur, res tota eo pacto donata, fit integrè donatarij.
3 Si † verò non perficiatur, distinguendum est. Quoniam, aut culpa donantis non perficitur; & tūc similiter res tota efficitur donatarij. Quod si is, cuius culpa matrimonium non perficitur, vicissim aliquid dono ab altero sponso acceperat, nihilominus id integrū restituit dāti. Si verò culpa donatarij matrimonium non perficitur, tunc id totum, quod dono acceperat, restituit donanti. Hæc omnia statuta sunt l. cum veterum, C. de donationib. ante nuptias, & l. 3. tit. 11. par. 4. Lege hac de re Ant. Gom. ad l. 52. Tauri, num. 1. & sequentibus.

Quando autem matrimonium sine vlla spōsorum culpa non perficitur, vt morte alterius donantium, aut quia religionem, ante illud contractum, aut consummatū, ingreditur, vel alia simili ratione, tunc distinguendum est. Quoniam si donatio ab sponso facta fuit sponsæ, & neque copula, neque osculum interuenit, tunc sponsus, aut hæredes ipsius, recuperant totum, quod donatum fuit. Si verò interuenit osculum, solum recuperant dimidium: alterum verò dimidium pertinet ad sponsam, aut hæredes sponsæ.

Qđ si interuenit copula, ante dispositionē Cōcilij Tridentini, totum quidē pertinebat ad sponsam, aut hæredes illius propterea qđ eo ipso matrimonium celebratum ac consummatum reputabatur. Hodie verò cum per copulam præcedentibus tantū sponsalibus, nec consummatum, nec celebratum, censeatur matrimonium nō plus consequitur sponsa per copulam q̄ per solum osculū. Quando verò donatio facta fuit sponso ab sponsa, tunc siue interueniat osculum, aut copula, siue non totum quod fuerat donatum, recuperat sponsa, aut hæredes sponsæ. Hæc oīa habentur l. si ab sponso C. de donat. ante nup. & l. 3. tit. 11. par. 4.

Habent vero locum, ēt qñ matrimonium, vel non perficitur, vel non consummatur per ingressum alterius sponsorum in religionē. Cum enim sine vlla sua culpa id efficiat, non secus sponsa per osculum dimidium rerum sibi donatarum lucraretur, q̄ si per alterius mortem sponsalia dissolucrentur, vt affirmat glo. c. decreta legalia. 27. q. 2. verb. dāno, & consentit, l. Deo nobis. C. de episc. & cler. atq; affirmāt doctores communiter quos Anto. Gom. ad l. 52. Tau. nu. 8. refert ac sequitur.

4 Nonnulla † circa hactenus dicta obseruanda Ius Castellæ. est, de iure regni Castellæ post l. 52. Taur. inter sponsalitias largitates cōputari, ēt quæ spōsi per verba de præsenti vnus alteri donant, anteq̄ matrimonium per copulam consummetur; neq; habere in hoc regno rationem donationum inter virum, & vxorē, sicut habent de iure cōi, atq; in Lusitania, vt disputatione precedente dictum est. Quare, quæ de lucro dimidij harum donationū, quando interuenit osculum, & sponsalia dissoluuntur per mortē, aut ingressum, alterius sponsorum in religionum, paulo ante dicta sunt locum similiter habent in hoc regno, qñ matrimonium per verba de præsenti, antequam per copulā consummetur aliquo illorum modorum dissoluitur.

Secundum est, de iure Castellæ quando, dissoluto matrimonio, vxor lucratur arrhas, præcessoruntque aliqua, aut aliquæ sponsalitiæ largitates ab sponso factæ spōsæ, tunc vxorem non vtrumque, sed alterum dumtaxat, lucrari: eique aut hæredibus illius, si ipsa defuncta sit, concedi, vt intra viginti dies a dissoluto matrimonio eligant, vel arrhas, vel sponsalitiam, aut sponsalitias largitates: quod si intra id tempus non elegerint, tunc ad maritum, aut ad hæredes mariti, spectat, vt debet, quod illorum ipsi maluerint, nempe, aut solas arrhas, aut solam sponsalitiā, vel sponsalitias Ius Castellæ.

salitias largitates. Ita sancitum est l.52. Taur.

Ius Lusitanũ. 5 Tertium † est, in Lusitania, qñ matrimonium contractu mediętatis bonorum est celebratũ, quę de sponsalitia largitate dicta sunt, locum habere locum antequam matrimonium consumetur per copulam: eo n. vsque bona ita contrahentium nó sunt cõia. Consummato verò matrimonio per copulam, cum bona contrahentiũ efficiantur cõia, vt lib. 2. ord. tit. 47. liquet, cõsequens profectò est, vt bona per sponsalitiam largitatem ab vno sponsorum alteri collata, imò, & a quocunq; tertio communia vtriusq; cõiugum fiant, sintq; inter vtrumque, dissoluto matrimonio, diuidenda, nisi peculiariter tempore talis donationis ea lege donentur, vt dissoluto matrimonio peculiariá donatarij remaneat, quod raró, aut nunquam fit. Quin, & in hoc euentu lib. 4. ordin. tit. 9. in princip. latum videtur, vt si filios tempore dissoluti matrimonij habeant, diuidatur ea res inter vtrũque coniugem.

Dubiũ 6 Quartum est, dubium † non leue esse, vtrum, quæ sponsus mittit sponsæ ante contractum matrimoniũ per verba de præsenti, aut in hoc regno ante illud consummatum per copulam, censenda sint donata p sponsalitiam largitatem, ita vt efficiantur vxoris: an verò solũ censenda sint missa, vt ornatior sponsa ad virũ accedat, atque ad eam honorandã, atque affectũ illi ostendendũ, qualiter tpe matrimonij sit ab eo tractanda, non autẽ quati dñium earum rerum in eam pertranseat.

Decis. Ad hoc dubiũ, quicquid in contrariũ dixerit Ant. Gom. ad l. 52. Taur. nu. 4. & sequentib. procul dubio dicendum est, nisi apertè constet, sponsum aĩo donandi ea illi misisse; iudicandũ esse, solum ad fines posterion loco a nobis explicatos ea fuisse missa, ac proinde, neque dñium illorum ad eam pertransisse, neq; ipe dissoluti matrimonij hæreditatis illa præcipua, neq; ité per osculum dimidium illorum lucrari, si ante contractum matrimoniũ sponsalium dissoluantur, aut in hoc regno matrimoniũ ante, q̃ per copulam sit consummatũ, diximatur. Ita cum Bar. cõis doctorum sñia, quã referunt, ac sequuntur Iul. Clar. libr. 4. sent. §. donat. q. 10. & Gama decis. 71. nu. 1. iuxta quam sententiam iudicatum in ea decisione fuit in Lusitania. Vt enim agit gl. l. cum quid, ff. si cert. pet. nunquã censeri debet donatio, quando coniectura aliqua est, ex alia causa, quam donationis, fuisse aliquid collatum.

7 Quintum est, in † eiusmodi sponsalitia largitate, qñ est vera donatio, vt valeat, & per eã dñium transferatur, non videri necessariam insinuationem esto excedat valorem quingentorum solidorum: sicut neque in arrharũ collatione necessaria est insinuatio. Ita apertè innuitur l. 52. Taur. dũ totũ, absque vlla distõne, dr pertinere ad sponsã, aut dimidium, si solum intercesserit osculum. Atque ita audio esse vsu receptum in Lusit. cõsentit auth. vt sponsalitia largitas in prin. Tametsi glo. ibidem meritò dicat, in longè diuersa acceptione eo loco accipi sponsalitiam largitatem.

8 Donatio † ante nuptias, aut propter nuptias, de qua iure loquuntur, erat donatio, quædam, quã maritus, vel mariti pater, aut alius loco mariti sa ciebat vxori pp matrimonium in dotis recompẽsationẽ, atq; ad maiorẽ dotis securitatem, & cautelam. Erat verò vxoris constante matrimonio, tametsi administratio, & fructus illius pertinerent ad maritum. Dissoluto verò matrimonio, eusmodi donó regrediebatur ad matrũ, siebatq; matri.

Et quoniam, donatio hæc quondam solum fiebat ante nuptias, dicta est donatio ante nuptias. Postea verò, quoniam permissum fuit, vt tam ipsam, quam dos, fieri, constitui, augerique, possent post nuptias celebratas, dicta fuit donatio propter nuptias, vt habetur. Instit. de donationib. §. est, & aliud. Hæc omnia præter ius proximè citatum, patent, ex l. vlt. & authen. dos data, ac per totum titulum, C. de donationibus, ante nuptias, & ex l. 1. tit. 11. par. 4.

Hodie tamen donatio propter nuptias in ea significatione non est in vsu, præsertim in Hispanijs. Loco vero illius in Hispanijs successerũt arrhæ in ea significatione, qua a maritis dari consueuerunt vxoribus. Tametsi donatio propter nuptias, de qua Cæsareo iure est sermo, multum differat ab arrhis in hac significatione, vt alio loco dicetur. Consentiunt in his Anto. Gome. ad l. 52. Taur. a numer. 9. Iul. Clar. §. donat. q. 10. & 11. Greg. Lop. l. 1. citata ver. *En Ffpanna*, & seq. Aluar. Valas. consult. 2. à num. 5. & Coua. in Epito. par. 2. c. 3. §. 7. num. vlt.

9 Ab † aliquibus hodie, imo & a legibus Taur. vt dilp. 238 dictum est, donatio propter nuptias id dicitur, quod a parentibus, aut ab alijs, masculo donatur, vt vxorem ducat. Hæc tamẽ acceptio longè diuersa est a hac, de qua Cæsareo iure est sermo: commodiusque ea donatio appellabitur donatio ad nuptias: præsertim, quia ea ratione tolletur æquiuocatio, distingueturque hæc donatio a donatione nuptias, quæ antiquitus erat in vsuta, de qua iure loquuntur.

## De donatione patris ad filium.

### DISPVTATIO CCXCI.

#### *SVMMARIVM.*

1 *Donatio patris facta filio cum traditione, si nõ reuocetur, confirmatur morte, & quo ad fructus trahitur retro ad tẽpus, quo fuit facta traditio. Intelligendo tamen regulam debere, secundum insinuationem.*

2 *Donatio facta a patre filio in potestate, quibus casibus statim ualeat.*

*Et quid de iure Castellæ. nu. 3.*

DE Donatione ob causam patris ad filium, quod valida sit, & quousque ad portionem cum fratribus sit adducenda, dictum est disputa. 238. & sequentibus.

De donatione item simplici patris ad filium, disput. 243. dicta ferè omnia sunt, quæ dici hoc

1 loco poterãt. Nempe, de † iure communi, si a patre

tre ei filio, vtriusque sexus, sit facta, quibus ipsius est potestas inuisdam esse, nisi à patre facta sit renunciatio. Præterea si traditio ei sit facta, integrum esse patri retractum dum viuit, illa renocare. Si verò eam non renocet, morte patris confirmari, fierique omnino validam, atq; retrotrahi ad tempus in quo fuit facta traditio, vt vna cum re donata fructus inde percepti ad filium pertineant. Modo res ipsa sine insinuatione fuit, quantitatem non excedat, quæ sine insinuatione permissum est donare.

Adiungunt per solã mortẽ patris non confirmari quod ad excessum, nisi mortis tpe expresse eam confirmet. Et utique valebit quidem quod ad excessum non ũ vi dõnis, sed legati, quod insinuationẽ non indiget. Neque retrotrahetur nunc quod ad excessum, vel ipsius à traditionis tempore, atque adeo patris mortem percepta spectent ad filium donatarium, et bona similiter eorum habent in dominio in eam coniuges, neque disput. 289. supra explicata. Constant præterea ex l. donationes quæ parentes, iuncta glo. ibi in verbi reformatur. C. de don. inter virum, & uxorem, ex l. à iuncta gl. ibi in fin. simil. C. de inoffic. dona. ex l. cum res. C. de donationib. ex l. 4. in 15. parte, iuncta ibi à Bal. & alijs communiter recepta, & ex alijs iuribus, quæ affirmat Ant. Gom. 2. tom. var. resolu. c. 4. in fi. ad l. 17. Taur. nu. 8. & ad l. 29. nu. 26. Gonz. Rayn. dud. est. §. 2. nu. 16. Greg. Lopez ad l. 4. citatam. Nauar. in Manu. c. 17. nu. 145. iuncto nu. 149. & alijs doctoribus communiter.

2 Excipiunt sequentes tres casus, in quibus aliquo modo donatio facta à patre filio, qui sub eius est potestate, statim valet.

Primus est, si consistente in potestate, disput. 241. sit dictum est. Id quod eodem modo probatur quando idem dat bona coniugum alteri facta disp. 289. ostendimus, & affirmat cõmunis doctorum opinio quam referunt, & sequuntur Iulius Clarus 4. lib. sent. §. donatio. q. 8. Conzal. ca. quamuis pactum. part. 5. nu. 9. & Gutier. de iuram. confirmat. nu. 9. Excipit in Lusitania, vbi de expressa regis facultate hæc ad huiusmodi filios instituta sunt, vt disp. 241. nu. 149. & 289. dictum est.

Secundus est, si pater donet filio, qui sub ipsius potestate est, constituto, vsum fructum quem in bonis illius habet, inuitus, quæ disputationes dicta sunt.

Tertius, si filio sub ipsius potestate constituto pro militia in bello, aut ad aulam regis, bona immobilia dotes, statim in valet donatio, firmaque bona castrensia, vt disp. 241. dictum est. Tametsi in Lusitania ea bona eorum patri, si quid ibi reditus superfuerit, Donationem librorum facta à patre filio sub ipsius potestate constituto, qui in procinctu est, vt ad eam, quam dictum est, statim cõfirmatur. Idem quod est de eo quod donat ad exercitium eiusdem facultatis quod secundo, vt disp. 241. dictum est. Ratio autem est, quoniam bona huiusmodi bona quasi castrensia talis filij esse censentur, vt ibidem dictum est. Tametsi si huiusmodi tres donationes de quibus in hoc tertio casu loquuti sumus, potius ad donationes ob causam, quam ad simplices do-



nationes spectent.

Quartum addunt multi, quando donatio patris ad filium sub sua potestate constitutum, est remuneratoria pro obsequijs sibi præstitis. Cæterum donatio hæc potius esset ob causam, quam simplex donatio, de qua nunc agimus. Præterea, vtrum hæc statim valeat, conferendaque sit, diximus copiosè disp. 244.

Nauar. in Manu. loco citato, cũ Azone, addit, vniuersim in omnibus euentibus, in quibus disp. 289. dictum est, donationes inter coniuges valere statim, valere etiam, si fiant à patre filio sub sua potestate constituto: quoniam hæc duo genera donationum æquiparantur. Atque ita vult, in quo patet filiofamilias donanti ad consequendam dignitatem aliquam, & in alijs euentibus disputatione citata explicatis, validam statim esse donationem. Maiori tamen testimonio, quam Azonis id esset confirmandum. Cum enim hæc à dispositione positiui iuris pendeant, oporteret afferre textum, vnde constaret, disposita omnia ea in parte quo ad vnum ex his duobus generibus donationum, intelligenda similiter esse quo ad alterum.

Disputatione præterea 243. dictum est, de eodem inter communi donationem simplicẽ factam à patre filio, vtriusque sexus emancipato, aut à matre, vel ab auis maternis, aut ab auia materna (idem hodie est in Lusitania ab auo paterno) filio iam emancipato, quam non emancipato, valere statim, etiamsi non sit ei facta traditio.

Quo fit, vt valeat ẽt in Lusitania, facta à patre filio coniugato, ex eo quod eo ipso censeatur emancipatus. Hæc habentur l. cũ de bonis, & l. cũ res. C. de donationibus, idem probat. l. donationes quas parentes. C. de donationib. inter virũ, & vxor. & l. 2. C. de inofficios. donationib. & affirmãt Ant. Gom. 2. tom. var. resol. c. 4. in fine l. 17. Taur. nu. 8. & l. 29. nu. 26. doctores que alij communiter.

3 Dictum ẽt item est, hodie de iure Castellæ post l. 17. Taurinã, & l. 5. titu. 6. lib. 5. nouæ collect. iuncta l. 26. Tau. quæ est l. 10. tit. citato, donationem omnem simplicem factam filio, siue constituto in potestate patris, siue sui iuris, & siue à patre sit facta, siue à matre, aut ab alijs ascendentibus, validam esse, esto non interuenerit traditio. Ius Castellæ.

Attamẽ reuocari pro libito posse vsq; ad mortẽ patris, qui illã fecit si non fuit facta traditio. Si verò traditio fuit facta, ẽt per solam clausulam constituti esse omnino firmam, atque irreuocabilem.

Vnde ius cõe corrigitur. Primò, quia donatio facta à patre filio familias sine traditione, est valida, & confirmatur morte patris; cuius cõtrarium iure cõmuni erat dispositum. Secundò, quoniam donatio facta eidem filio, si cum traditione sit non iuncta, statim est firma, & irreuocabilis, cuius contrarium iure communi erat sancitum. Tertiò, quoniam donatio facta à patre filio emancipato aut à matre, vel ab ascendentibus filio, etiam familias, sine traditione de iure communi erat firma, & irreuocabilis: de iure vero Castellæ semper est reuocabilis vsq; ad mortem donantis, inter quam non est facta traditio. In his quæ hoc loco, & dicta sunt, conueniunt

Greg. Lope. ad l. 3. tit. 4. par. 5. verb. *Novaldria*, & Cifuentes, ac Pala. Rubia, ab Ant. Gom. l. 17. Taur. nu. 9. citati. Quorum sniam præposuimus Antonij Gomezij opi. Lege, quæ ibi dicta sunt.

Quousque aũt eiusmodi oẽs donationes, vel de iure communi, vel de iure Lusitano, aut Castellæ conferendæ sint, aut non, disputatione citata dictum est. Illud verò vniuersim est affirmandum, si inofficiosæ comperiantur aliis descendentibus reuocari quo ad excessum, vt ibidem, & disputationibus antecedentibus dictum est.

## De donatione remuneratoria, & vniuersum de donatione ob causam.

### DISPVTATIO CCXCII.

### SVMMARIVM.

1 *Donatio remuneratoria triplicis generis.*

POstremo donatio in genere diuidi potest, in donationem ob causam, & in donationem simplicem, seu non ob causam. Quid verò vtrũque dõnis genus sit disp. 238. & 243. fuit explicatum. Rursus donatio ob causam diuidi potest, in donatione remuneratoriam, qualis est, quæ propter obsequia, aut beneficium acceptum, fit, & in donationem, quæ ob quascunque alias fit causas. Tam multa autem de donatione, tum remuneratoria, tum ob alias causas, varijs in locis hactenus dicta sunt, vt non immeritò superflua hæc disputatio iudicari debeat. Dignum tamen duximus sub peculiari titulo, ac disputatione de eis mẽtionem facere, pauca quædam circa remuneratoriã donationem adijciendo.

Triplex donationis remuneratoriæ genus, meo iudicio, distingui põt. Vnum, quo ita obsequia accepta ad æqualitatem compensantur, vt, nisi id fieret, non solum ingens ingratitudo committeretur, sed & actio, vel negociorum gestorũ, vel alia similis intentari posse, quia non merè gratis censentur exhibita. De eiusmodi donationib. sermo est l. Aquilius regulus l. hoc iure, §. vlt. iuncta præcedentib. & l. si pater. §. vlt. ff. de don. atque de eisdem donationibus disput. 279. cum cõi doctorum sententia dictum est, insinuatione non indigere, & disputa. 281. propter ingratitudinem non reuocari.

Verum præterea de eisdem donationibus est, donare prohibitũ, si alioquin administrationem habeat bonorũ, non censeri prohibitum facere remuneratorias donationes, vt cum Bar. notant Panor. in rub. de donat. & c. per tuas, nu. 6. eo. tit. Sylueſt. verb. donatio. 1. q. 3. & alij doctores, colligiturque ex iuribus citatis, eo quòd id simpliciter non sit, donare, & ex ca. si quos, 12. q. 2. vbi definitur, prælatum, qui sine solemnitate non põt alienare, posse nihilominus absq; solemnitate facere competentes eiusmodi remunerationes.

Alterum genus est, quo ex gratitudine quidẽ ad æqualitate beneficium, aut obsequium, exhibitum compensatur, sine vitio tñ prætermitti id posset: quia potius gratitudo & liberalitatis, in tali compensatione cernitur, quam debitũ. Vt qũ famulo, qui strenuè pro suo stipendio seruiuit, aliquid insuper ex gratitudine donatur: quia dignus ea remuneratione est: tametsi absque vitio prætermitti posset, atque in alijs similibus euentib. Eiusmodi aũt remunerationes possunt facere, prælatus, qui monasterij bona administrat, quin & tutor de bonis pupilli, & alij similes.

Longè verò plus facere eas possunt episcopus secularis de bonis episcopatus, & patersfamilias de suis bonis. Neq; credo patrẽfamilias in Lusitania teneri eas accipere in tertio suorum bonorũ, aut in Castella in quinto, si, interim dũ viueret, eas efficeret: qñ ad competentem administratiõnẽ bonorum eiusmodi donationes spectant, eã si, pro quantitate obsequiorũ, aut beneficiorum, quæ accepissent, non leuis quantitatis illæ essent.

Dixi; si interim dum viueret eas efficeret: qñ, cum administratio bonorum prælati conuentus, episcopi secularis, & patrisfamilias, cũ vita ipsorũ finiatur, constat, neq; prælatũ per vltimã voluntatem, imò neq; episcopũ secularem de bonis episcopatus, de quibus testari non põt, posse valide præcipere, vt post mortẽ ipsorum eiusmodi remuneratoriæ donationes fiant; tametsi (etiã prælatus conuentus) admonere possent, ac tenerẽtur, vt remunerationes primi generis, tanquam vera debita, æsve alienum, à successoribus soluerẽtur.

Arbitrator etiam patrem familias, si per vltimam voluntatẽ præcipiat, vt eiusmodi remunerationes secundi generis fiant, teneri illas sumere in tertium, aut quintum, suorũ bonorum, de quo liberè pro tempore potest disponere: neque esse mandandas exequutioni de communi bonorum aceruo: eo quòd id rationem nõ habeat æris alieni, ac vere debiti, neque administratio bonorum pro eo tempore ad eum pertineat.

Tertiũ donationis remuneratoriæ genus est, quo debita & obsequia, de quibus in secundo genere loquuti sumus, pluſquam ad æqualitatem, moderatè, tamen compensatur; quatenus ad verè gratum animum spectat, non esse contentum æqualitate, sed aliquid amplius compensare, idque totum fines virtutis gratitudinis non egreditur. Hoc genus gratitudinis patribus familias de suis proprijs bonis competit.

Atque, si intra limites rectè rationis donatione inter viuos fiat, spectatis facultatibus suis, indigentia filiorum, ac reliquis circunstantijs concurrentibus, arbitror non teneri id sumere in tertio: aut quinto, suorum bonorum; secus autem si per vltimam voluntatem fiat, vt circa secundum genus donationis dictum est.

Hoc ipsum donationis genus merito tribuit Nauar. nõ solũ alijs beneficiarijs, & episcopis secularib. (quos immeritò dominos esse negat reditum suorũ beneficiorum) sed etiã episcopis, & beneficiarijs regularibus, vt cum de testamentis Ecclesiasticorum ageretur, relatũ est: quoniã ad licitam ac competentem administrationẽ eorum bonorum spectat, atq; ad suos competentes

sumptus

sumptus de bonis beneficiorum. Hoc idem remunerationis genus spectat (moderatius tamen multo) ad prælatos monasteriorum de bonis monasterij quæ administrant.

Ad tutores verò, & curatores, parum sanè aut nihil, nisi dives valde esset minor, spectatisque circunstantijs concurrentib. expedire, ac decere, iudicaretur tale remunerationis genus: præsertim si congruentis eleemosynæ potius, quam alterius prophanæ donationis id rationem haberet.

## Dolus, culpa iuridica, & casus fortuitus, quid: quotuplex item sit iuridica culpa.

### DISPVTATIO CCXCIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Commodatum, & precarium inter lucratiuos contractus connumerari.*
2 *Dolus latè quid.*
3 *Dolus bonus quid.*
4 *Dolus malus quid. & nu. 9.*
5 *Calliditas quid.*
6 *Fallacia quid.*
7 *Fraus in quibus consistat.*
8 *Machinatio quid, & quæ comprehendat sub se.*
10 *Culpa theologicè quid.*
11 *Culpa iuridica quot modis sumatur.*
12 *Culpa iuridica latè quid.*
13 *Casus fortuitus quid dicatur.*
14 *Culpæ latæ species quot. & nu. 20.*
15 *Culpa quando dicatur dolus.*
16 *Culpa à dolo distinguitur, quid.*
17 *Dolus verus quid, & quid præsumptus.*
18 *Culpa lata quid, & nu. 21.*
*Quid levis, & quid levissima.*
19 *Dolus quid requirit, vt distinguitur a culpa.*
22 *Equus commodatus ad aliquem vsum, quando periculo commodatarij, & quando commodantis perire dicatur.*
23 *Commodatarius si non adhibeat exactissimam diligentiam in re commodata custodienda, de levissima tenetur culpa.*
*Secus in deposito, locato, & similibus, in quib. sufficit illa diligentia, quæ communiter adhiberi solet. num. 24.*
25 *Casus fortuitus quot modis sumatur.*

1 LEgimus hucusque de donationib. Dicendũ deinde est de †cõmodato, & præcario, quæ inter lucratiuos contractus computantur, vt dispu. 259. dictum est, atque adeo plus ad donationem, quam alij contractus, accedunt.

Vt verò circa hos, & alios contractus, atq; circa alia multa, commodius in sequentib. explicentur, ex quanta iuridica culpa teneatur quis, aut non teneatur, prius, quæ in titulo huius disputationis fuere proposita, erunt explananda. Dolus,
2 latè †sumptus, est exequutio solertiæ, seu astutiæ, dicendo, faciendo, aut omittendo aliquid, quo recte, aut non rectè, alius decipiatur in aliquo, idque siue in damnum id fit illius siue non. Quo fit, vt dolus interdum in bonam interdum in malam, summatur partem, vt cum Labeone Vlpianus l. 1. §. 1. ff. de dolo, aitque vt, in malam partem sumptus, dolus malus nuncupetur, vt §. sequenti idem Vlpianus subiungit, idque ad differentiam doli in bonam partem sumpti.

3 Si † namque solertiæ exequutio, dicendo, faciendo, aut omittendo aliquid, quo alius decipiatur, fiat rectè, hoc est, consentaneè ad rectam rationem, est dolus in bonam partem sumptus: quo Paulus 2. ad Corint. 12. profitetur, se cum Corinthijs fuisse vsum, dicens; *cum essem astutus dolo vos cepi.* Eodem genere doli vsus est Salomon 3. Reg. 3. quando contendentibus coram se mulieribus circa infantem, eumnam eorum filius esset, iussit diuidi puerum medium, vt veritas ab ipsismet manifestaretur. Eodem doli genere vtuntur sæpe duces in bello iusto, multa simulando; quibus decipiunt, ac capiunt hostes.

4 Quando † verò solertiæ exequutio peruersè fit ad quempiam decipiẽdum, tunc est dolus malus: qui cũ Labeone ab Vlpia. §. 1. citato definitur. *Est calliditas ꝙs, fallacia, ac machinatio, ad circumueniendũ, fallendum, ac decipiẽdum alterũ adhibita.*

5 Vbi † glos. calliditatis nomine intelligit, quando quis mente circumuenit, omittendo, exterius, quod facere aut detegere tenebatur: vt quando vendit rem, subticendo vitium, quod detegere tenebatur, latetque ementem.

6 Nomine verò † fallaciæ, intelligit, qũ verbis decipit. Fallacia nãque autore D. Thom. 2. q. 111 8. artic. 8. a fraude differt, quod fallacia in verbis,
7 fraus † verò in factis, consistat. Machinatio † aũt
8 videtur esse, verbis, aut factis, attentare decipere, aut circumuenire aliquem. Quo fit, vt machinatio fallaciam, & fraudem, sub se cõprehendat: dolus verò latius adhuc pateat. Possumus verò dilucidius, ac breuius definire in hunc modũ dolum
9 malũ. Est † peruersa exequutio solertiæ, dicendo, faciẽdo, aut omittẽdo aliqd, quo alius decipiatur.

Culpa autẽ longè aliter sumitur a Theologis,
10 atq; a Iurisperitis. Apud † Theologos namq; est deuiatio voluntaria a recta ratione, & lege Dei. Quæ citra semper est Dei offensa pœna digna: diuiditur verò in lethalem, & venialem.

11 Apud † iurisperitos aũt duob. modis sumitur. Vno, latè, vt suo ambitu comprehendit dolũ malum, tam verum, quã præsumptum, atq; alias iuridicæ culpæ species. Altero verò prescrè, vt reliquas culpæ species, præter dolum, comprehendit.

Dolus namq; vera culpa iuridica est. Hinc Bartol. l. quod Nerua. ff. depositi, ait; qui recipienti aliquem in famulum promisit, se illum seruaturũ indemnem, si famuli culpa damnum aliquod ei adueniret, tunc illi teneri, si dolo famuli damnum ei adueniat; vt si famulus quippiam furto ab eo auferat: eo quod dolus vere sit culpa.

12 Iuridicã † culpam, latè sumptam, definit Bart. l. quod Nerua citata, numero 7. Esse deuiationem ab eo, quod bonum est, quodque per hominis potuit diligentiam prouideri.

Quod

Quod.n.tam inopinatè, ac præter spem euenit, vt neq; diligentissimi id præuiderent, ac vi-
13 tarent, † dr casus fortuitus. Quia verò deuiatio à bono, in qua deuiatione culpa iuridica est posita, interdum consistit in faciendo, & interdum in omittendo, inde efficitur, vt iuridica culpa, aliqñ in commissione, & aliqñ in omissione consistat. Si nãq; rẽ tibi cõmodatam duxisti p loca periculosa, neque tibi commodata fuit, vt illis periculis eam exponeres, tunc, si ea occasione pereat, culpa tua perire dicitur, quæ in cõmissione fuit posita.

Quòd si negligens fuisti circa conseruationẽ illius, qa nõ adhibuisti custodiã, q̃ diligẽtissimus quisq; adhibere potuit, atq; ea occasione perijt, culpa ẽt tua perire dr, q̃ in omissione fuit posita. Si aút (spectato eo, ad quod res tibi fuit commodata) nihil commisisti, aut omisisti, quod diligẽtibus quisq; non similiter faceret, tunc si rapina, aut alia tõne pereat, dr, tui comparatione, casu fortuito, absque tua culpa, perijsse. Explicationem hanc culpæ latè sumptæ, & casus fortuiti, amplectuntur cõiter post Bar. tam iurisperiti, quã theologi, de quorum numero sunt, Pan.c.vnic.de cõ. nu.13. Sylu.ver.culpa in prin. Naua. in Manu.c. 17.nu.177.& 178. Adria.de rest.q.quæ incipit, vtrum in foro animæ, quodli.4.ad finem artic.1. Gab.in 4.d.15.ad finem, & alij.

14 Bar.l.citata (cum quo Pan. & multi † ex autoribus citatis consentiunt) quinque species culpæ latissimè sumptæ distinguit. Nempe leuissimam,
15 leuem latam, latiorem, & latissima. Si † namq;, inquiunt, culpa scienter atq; de industria fit commissa, tunc est dolus. Si verò non de industria, ac
16 scienter, sed † ex incõsideratione, est culpa presse sumpta, quæ a dolo distinguitur. Quia verò non aliter exterius scire potest, an quis scienter atque de industria inciderit in culpam, nisi vel per ipsis peccantis confessionem, vel per indicia; inde
17 † efficitur, vt qñ dolus per peccantis confessionem, aut per manifesta indicia constat, appelletur dolus verus, iuxta l.dolum. C. de dol. & glo.c. 2.de renunc.li.6.ver.coniecturas. Atq; hæc est, q̃ a Bar. appellatur culpa latissima. Quando verò signa doli, vrgent quidem, sed non sunt adeo manifesta, dicitur dolus præsumptus, quem Bart. la-
18 tiorem culpam appellat. Quod si † culpa sit ex consideratione, tunc, si est, quia fecit, aut omisit; quod vt plurimum homines ea in parte non facerent, aut non omitterent, dicitur culpa lata. Vt si librum quem commodatum, quis habebat, reliquit in scamno extra domum, vbi patebit volentibus eum surripere perijsse dicitur culpa lata talis commodatarij. Sit verò culpa sit, quia fecit, aut omisit, quod diligentes ea in re non facerent; aut non omitterent, appellatur culpa leuis: vt si eundem librum reliquit commodatarius intra cubiculum, sed aperto ostio, vnde surripi poterat. Si denique culpa sit, quia fecit, aut omisit, quod soli diligentissimi non facerent, aut non omitterent, dicitur culpa leuissima. Nauarr. vbi suprà exemplum adhibet in eo, qui eundem librum reliquit in cubiculo, clauie quidem obserato, attamen non tentauit manu, aut digito, num obseratum maneret. Verumtamen condemnare non auderẽ leuissimæ culpæ eum, qui id digito, aut manu, nõ tentarer, nisi quando fuerat expertus, clauẽ fidelẽ non esse, sed potius inter euentus fortuitos hunc computarem. Neque enim ad excessiuas, scrupulosasque diligentias, astringendi sunt homines in humano commercio, moralibusq; rebus.

Quarè arbitrio prudentis, spectatis circunstantijs concurrentibus, sunt hæc iudicanda. Exẽpla ẽt culpæ latæ, leuis, & leuissimæ, adhiberi possũt in artificibus, & in cæteris, qui munus aliquod exercent. Si enim eorum aliquis, in attendentib. ad suum munus, omittat, q̃ vt plurimum alij omitterẽ non solent, eaque de causa erret, dicetur ex culpa lata errare. Si verò omittat, q̃ soli diligẽres solent non omittere, dicetur errare ex culpa leui. Quòd si omittat, quod soli diligentissimi solent non omittere, dicetur errare ex culpa leuissima.

Sunt tamen circa hæc omnia nonnulla obseruanda. Primum est, placere mihi, quod Sylueſtr. ver. culpa. qñ. 4. ait. Videlicet, non rectè culpam presse sumptam, distinguit a dolo, q̃ culpa sit ex consideratione, dolus verò qñ adest scientia. Ad
19 † dolum namq; plus requiritur, quam scia, hẽ pe animus damnum ea via inferẽdi. Vnde si adsit consideratio, & scia sine animo damnũ inferendi, erit culpa, & non dolus. Vt si quis consideret quidem ex eo, quod non adhibeat talem, vel talem, diligentiam, vel quod tale quippiam aggrediatur, periculo obijci rem alienam sibi commodatam, & nihilominus pigritia, & ignauia non curet adhibere diligentiã, vel temeritate rem periculosam aggrediatur, non intendendo proximi damnum, profectò non dicitur committere dolum, sed latã, leuẽ, aut leuissimã culpã, prout fuerit id, quod omittit, periculum, cui rem alienam, domino multum expauit quippiam aggrediendo.

20 Præterea † magis placet diuidamus culpam latè sumptam, in dolum, & in culpam presse sumptam: atque hanc in latam, leuem, & leuissimam, quod consonãtius est iurib. Dolus autẽ præsumptus, si in re sit qualis præsumitur, erit in se verus dolus: si verò in re non sit qualis præsumitur, erit culpa, falsò dolus præsumpta.

21 Secundum est, sic † fortè posse melius definiri culpam latè sumptam. Est deuiatio, committendo, aut omittendo, ab eo, ad quod aliquo modo quis tenetur, & saltem per diligentissimos potuit præuideri. Dixi, est deuiatio ab eo, ad quod aliquo modo quis tenetur: qm deuiatio ab eo, ad quod nullo modo quis tenetur, sanè non est culpa. Quarè quia is, qui commodatum accepit ẽquum ad bellum, aut aditer per loca, quæ cõmodans ipse intelligebat esse periculosa, non tenetur vitare pericula, quæ bellum, aut transitus per ea,
22 loca, habet; consequens profecto est, vt, si equus ex eo pereat, quod commodatarius illum periculis illis exposuerit, non dicatur perire culpa commodatarij, neque ipsi, sed commodanti, pereat, vt habetur l. si vt certo. §. planè. leg. eum qui rem, in princ. & l. vlt. ff. commodati, atque l. arboribus. §. nauis. ff. de vsufructu.

Secus autem, si maioribus periculis, quam ijs, ad

ad quæ commodatus est, cum exponat, aut in eis ipsis excedat, vt ex eisdem iuribus constat.

Verbum aũt, tenetur; in ea definitionis parte appositũ, non significat obligationem sub culpa theologica, sed teneri rationi contractus, quia aliàs periculum rei ad ipsum pertinebit, vel quia aliàs amittet aliquid, aut detrimentũ aliquod incurret, eo modo, quo dicimus, teneri aliquem scire ius, sin minus, si per iuris ignorantiã solutis legata nõ detracta ex eis falcidia, illam amittit, neque potest eam repetere, vt suo loco dictum est.

Addidi in definitione, & saltem per diligẽtissimos potuit præuideri; & non dixi, per ipsum: qm̃ licet, vt aliquis incurrat, qd̃ propriè in pœnã est statutum, aut vt teneatur restituere ratione iniustæ acceptionis, necesse sit, vt id præuideri, ac fieri potuerit per ipsummet, aut per interpositam ab eo personam, qd̃ facere tenebatur, & non fecit, aut quod vitare tenebatur, & nõ vitauit: eo quòd, sine voluntario ex parte peccantis, dari non possit culpa theologica; nihilominus, qñ ex cõtractu tenetur quis ad aliq̃ diligentiam, ita vt, si illam non adhibeat, res ipsi pereat & non domino rei illius, certè tunc, nõ tam curatur de ea diligentia, q̃ ipse possit re ipsa adhibere, q̃ de diligentia, quã homines (interdum diligentissimi) in simili re attentis circumstantijs concurrentibus, solent adhibere.

23 Ius † namque humanum, consentaneè ad naturalem æquitatem, atque vt homines promptiores essent ad eos contractus celebrandos, qui ad commercium & societatem humanam conducunt, vt sunt commodatum, depositum, locatum, & alij similes, atque vt lites, difficultatesque circa eventus occurrentes de medio tollerentur, statuit, vt in contractibus, qui in commodum solius accipientis fiunt, vt est commodatum, regulariter teneretur accipiens ad eam diligentiã circa conseruationem rei alienæ, quam diligentissimi solent adhibere: is autem, qui commodato illã accipit, videat, num tantum onus subire velit, & num ad illud subeundem sit aptus; ex eius quippe ineptitudine æquum non est, vt, qui commodato rem tribuit detrimentum patiatur: id quod satis constat ex l. 1. §. is verò ff. de actionib. & obliga. & ex §. item is, ver. at is, quib. mod. re contrahi. oblig. teneri autem cõmodatarium ad diligentiã, quam adhibere diligentissimi solent, est tenere de culpa

24 leuissima. In † alijs autem contractibus, qui non ita sunt in commodum solius accipientis, vt sunt depositum, locatum, & similes, noluit ius, vt accipiens ad tantam diligentiam teneretur, sed vt regulariter, si contractus esset in commodum dantis, & accipientis, teneretur solum ad diligentiam, quam adhibere solent diligentes, atq; adeo teneretur solum de leui culpa: & verò esset solum in commodum dantis teneretur ad diligentiã, quã homines solent communiter adhibere, ac proindè de sola lata culpa, vt in progressu videbitur. Ex dictis constat id, quod Maior. in 4. d. 15. q. 45. Couar. reg. possessor. par. 2. §. 7. n. 7. Adr. de rest. q. 1. ma. 3. & alij aduertunt; culpam videlicet iuridicè sumptam, non semper habere coniunctã culpam theologicam, quin potius aliqũ esse sine vllo peccato lethali, aut veniali: præsertim, qñ aliqs tenetur ad diligentiam aliq̃, si consequi, aut nõ amittere, vult aliquod emolumentũ, & qñ ex cõtractu aliquo ad diligentiam aliq̃, modo explicato, tenetur. Quare, si quis rem commodato accipiat, & qd̃ suapte ingenio sit obliuiosus, illam in loco futib. perijo relinquat, eaque occasione pereat, dĩ culpa ipsius perire, teneturque, tam in exteriori, quam in conscientiæ foro, restituere domino valorem illius, esto, quando illam ita relinquit, in potestate ipsius, eo quòd esset obliuiosus, non fuerit, aliud facere, atque adeo esto nullam theologicam culpam ea in re commiserit.

Obiect. Aduersus primam definitionis partẽ sic fortè obijcies. Depositarius, q in nullum suum cõmodũ, sed solius deponẽtis, rem aliq̃ accipit, nõ tenetur de culpa leui, aut leuissima, sed solum de lata culpa, aut dolo, vt suo loco videbitur: ergo non omnis culpa exigit, vt qui in illam incidit, teneatur aliquo modo ad oppositum, alioquin culpa leuis, & leuissima locum non haberent comparatione depositarij, ac proinde non rectè diceretur de illa non teneri: qui namque dicit depositarium de illa non teneri, supponit, incidere in illam, neque propter illam teneri restituere rem, quæ ex ea culpa perijt.

Satisfit. Ad hoc argm̃, concesso antecedente, neganda est consequentia: Vt enim depositarius verè dicatur non teneri de culpa leui, aut leuissima, non est necesse, vt in illas incidat, & posti q̃ incidit, ex illis, non teneatur; sed satis est, si in illas nõ possit incidere, eo quòd cõparatione illius, non adhibere diligentiam, q̃ homines diligẽtissimi, aut diligentes, solent adhibere, non possit hæ rõnem culpæ, ppta, q vi contractus depositi, ad eas diligentias non tenetur: quare depositarius, qui non adhibuit diligentiam, quam soli diligentes, aut diligentissimi, adhibere in reb. sibi traditis solent, si circa res depositas pereat, rectè, verèque, dicere põt, nulla sua culpa rem apud se depositam perijsse: quoniam ad eam diligentiam non tenebatur. Quo fit, vt falsum sit, eum, qui dicit, depositariũ non teneri de culpa leui, aut leuissima, supponere ei, depositarium in eas culpas incidere, neque propter illas restituere teneri rem depositã, ac proinde corruunt omnia quæ in probationem consequentiæ adduntur in argumento proposito. Possumus etiam dicere, quando iura, & doctores inquiunt, depositarium non teneri de culpa leui, & leuissima, hoc solum intendere, non teneri de tali diligentia, quæ comparatione commodatarij, verbi gratia, esset culpa leuis, aut leuissima.

25 Tertium † est, quamuis id propriè casu fortuito euenire dicatur, quod præter spem, & absque culpa euenit, in re tamen, de qua agimus, posse, ac debere latius sumi. Nempe pro eo, quod absque culpa euenit, esto non præter spem eueniat, sed potius euenturum credatur.

Hoc modo dicere possumus, equum commodatum ad bellum, aut ad iter per loca periculosa, casu fortuito perijsse, id est, absque commodatarij culpa, quando bello perijt, aut a grassatoribus fuit captus.

# De commodato, & discrimine illius a precario, & quando res commodata repeti possit.

## DISPVTATIO CCXCIV.

### SVMMARIVM.

1 *Commodati definitio, & etymologia.*
2 *Commodati materia quæ.*
3 *Commodatum quot modis insumatur.*
4 *Commodatum vt a precario distinguitur, quid.*
5 *Precarium quid.*
6 *Commodatum proprie repeti non potest ante tempus completum tacite vel expresse, pro quo fuit concessum.*
7 *Commodans quando teneatur ad damna commodatario subsequuta.*
8 *Commodatum quando reuocari possit ante tempus ad vsum concessum.*
9 *Commodanti superueniens detrimentum in re commodata, est sufficiens causa ad reuocandum cõmodatum.*
10 *Commodatum, & donatio in quibus differat.*

1 COmmodatum, † vt Instit. quib. mod. recõtrah. oblig. §. item hꝛ, *est rei alienæ vsus gratuita concessio.* Dꝛ verò commodatum, quasi vtentis commodo latum, seu concessum, vt gl. 1. c. vnic. de commod. ait. Isaũ, qui rẽ commodato accipit commodatarius appellatur.

In definitione dictum est, quo ad solum vsum, qm̃ quando equus vestis, aut aliquid aliud, commodatur, non conceditur res quo ad dominium: imò neque quo ad possessionem, sed commodãs possidere dꝛ, etiam naturaliter, per commodatarium, vt hꝛ l. rei commodatæ, & l. sequenti. ff. cõmodati. Quia ergo solum conceditur quo ad vsũ, dominium verò remanet penes commodantem, eadem numero est restituenda: atque, si absq; vlla commodatarij culpa pereat, non ipsi, sed commodanti, cuius est, perijt, vt habetur Instit. quib. mod. recontrah. oblig. §. itẽ is, & § at is, & alijs in ribus. Additum in definitione est; gratuita concessio: quoniam si res concedatur ad vsum pro aliquo interesse, non erit commodatum, sed vel locatio, si interesse, pro quo conceditur, si pecunia vel contractus innominatus, si sit aliquid aliud.

2 Materia † cõmodati sunt res, tam mobiles, q̃ immobiles, vt hꝛ l. 1. §. inter commodatum. ff. cõmodat. Illæ præsertim, quæ vsu non consumuntur: quę namque consumuntur vsu, vt pecunia & aliæ similes, commodari nõ possunt, nisi ac pompam, & ostentationem, vt hꝛ l. 3. §. vltimo, & l. sequenti. ff. commodati. Syl. verb. commodatum q. 1. nomine, Pompæ, omnẽ vsum intelligit, qui non est rei consumptio. Ego dicerem, quãdo iura discrimen tradunt inter commodatum, & mutuum, q̃ mutui materia sint res, quæ in pondere, numero & mensura consistunt, vt pecunia, triticum, vinũ, oleum, &c. commodati verò res, quæ vsu non consumũtur; intelligendum id esse, quia regulariter, & vt plurimum ita euenit, atque ad effectum, vt in dubio, an contractus aliquis sit cõmodati, aut mutui, si materia sit res, quæ vsu consumitur, iudicemus esse mutuum, alioquin censeamus esse commodatum.

Illud est obseruandum, qui ius habet vtẽdi re aliqua, vt quia illam conduxit, aut alia ratione, esto res illa aliena sit, posse illam commodare, atque hoc est, quod asserunt, l. 1. §. inter commodatum. ff. commod. illis verbis; *Iulianus amplius, et habitationem commodari posse ait.*

Si pupillo aliquid cõmodato detur ad certum ips, aut ad aliquẽ certũ vsum, obligat contractus commodantem, ita vt ante id tempus, vel ante eũ vsum cõpletum, repocari ab eo nõ possit. Si verò ipse aliquid cõmodato det sine tutoris autoritate non obligat eum contractus, sed potest reuocari. Quia licet pupillus obligare sibi possit alium sine tutoris autoritate, non tamen sine eadẽ autoritate pũt alteri obligari. Ita habetur l. Iulianus. §. ante pen. ff. de actionib. empt. & alijs iuribus.

Neq; pupillus, qũ et aliquid cõmodatũ est, tenetur, nisi de dolo. Quòd si dolus nõ intercedat, resque commodata pereat, aut deterior facta sit, solum tenetur quatenus ex illa factus fuerit locupletior. l. 1. §. vlt. & l. 2. & 3. ff. commodat. iuncta l. 1. §. an in pupillũ. ff. depositi. Hæc oĩa similiter hẽant locũ in prodigo, & in eodem pupillo pubere iã facto, si minor sit viginti quinq; annis, & curatorẽ habeat. Lege quæ copiosè circa hæc omnia disput. 244. a §. vt ad minorũ cãs, &c. dicta sunt.

3 Commodatũ † interdũ sumitur latè, vt cõprehendit precariũ: interdum verò prolle, vt a precario distinguitur. Atq; hoc secundo modo contingit accipi in iure. Qm̃ † eamq; aliquid cõmodatur ad certum ips, aut ad certum vsum, ita vt tacitè ad certum ips, prudentis tamen arbitrio, consecutus commodatum, dꝛ commodatum presse. Tale est, si quis cõmodet alicui ad mẽsem, aut ad decem dies, vel ad aliud tempus determinatũ.

Tale itẽ est, si cõmodet libros, vt transcribatur, aut equũ ad iter agendum ab Hispali Olyssiponẽ: eo, n. ipso censetur cõmodatus libri ũ tm̃ tempus, quantum iudicatum fuerit necessarium, vt transcribatur, nisi aliud in contractu fuerit expressum; & equum in tm̃ tempus, quãtum fuerit necessarium ad eundum Olyssiponẽ ad redeundũ, nisi aliud similiter fuerit expressum. Qũ † vero aliquid commodatur vsq; ad beneplacitũ cõmodantis, quia videlicet ita expressum fuit in contractu, vel quia neq; expressum fuit tempus, neq; talis vsus fuit expressus, vnde tacitè intelligatur ad certum ips, prudentis arbitrio iudicandum, fuisse commodatum, tunc dicitur precarium. Nec sine impositu, quia ad preces eius, qui id petit, soleat concedi. Discrimen hoc inter cõmodatũ & precarium, habetur l. 1. ff. de precario, & colligitur aperte ex c. vlt. de precarijs, iuncto ca. vnic. de commod. consentiuntque doctores cõiter in hac autem disputatione, & sequentibus, solũ enim nobis sermo de commodato presse sumpto, in disp. verò 298. de precario.

In

6 In cõmodato † presse sumpto repeti non põt, q̃ commodatum est, ante completum tps tacitũ, vel expressum, pro quo fuit concessum. Id namq; iniustitia esset, neque commodatarius teneretur id restituere ante tale tempus elapsum, esto a cõmodante exigeretur: quin potius, si a commodatario sine libero ipsius consensus auferretur, accipiens, tam in conscientiæ, quam in exteriori foro, teneretur ad interesse, damnorumque restitutionem, vt hĩ l. incommodato. §. sicut. ff. cõmod. & c. vnic. eodem tit. Sicut enim donatio liberalitas ac beneficium est dum fit, aut res promittitur, obligat tamen donantem postquam facta est, neque sine iniustitia potest res donata repeti: ita cõmodatum (quod donatio quædam est quo ad vsum rei quæ commodatur) liberalitas, ac beneficium est, dum fit, aut promittitur, postquam autem ad certum tps, aut vsum, est concessum, repeti sine iniustitia nõ potest ante tale tps, aut vsum expletum. His accedit, ex beneficio oportere eũ, in quem confertur, non decipi, sed adiuuari: si autem rem commodatam, ad certum vsum, aut tps repeteret commodans ante talem vsum, aut tps, expletum, deciperetur commodatarius, damnũque ex commodato reportaret: qui, si sciret rem intempestiue repetendam, vel non fuisset id aggressus, ad q̃ rẽ cõmodatam accepit, vel aliunde sibi prouidisset, vitasset q; damnum, q̃ ex ea intẽpestiua repetitione ipsi sequitur. Atque hãc ratiõnem conficiunt, ac reddunt duo inra citata.

Hic, anteq̃ dubium circa proximè dicta exci-
7 tem, obserua. Ex hoc † eodem fundõ eum, qui sciens, & prudens, commodauit rem inutilẽ, aut nociuam ad vsum, ad quem petebatur, vnde detrimentũ commodatario obuenit, teneri ad damna cõmodatario subsequuta; vt si vitiosa vasa ad vinum in eis fundendũ commodauit, secus autẽ, si ignorans id fecit. Ita hĩ §. sicut citato, l. in reb. §. item qui sciens, & l. pen. ff. commodat.

Quæs. 8 Dubium † circa doctrinam paulo ante traditã est, vtrũ, si commodanti inopinatò sequatur tps processu æquale, aut maius, detrimentum ex eo, quod commodatum non reuocet, ei, quod cõmodatario ex reuocatione sequeretur, possit ante tẽpus, aut vsum, expletum, licitè illud reuocare. Dictum est, si inopinato sequeretur, quoniam, si cõdans, quando rem commodauit, aut commodare promisit, prænidebat, aut timebat, detrimentum illud futurum, & nihilominus commodauit, aut commodare promisit, tunc nulli potest esse dubium, neque in conscientiæ, neque in exteriori foro, posse reuocare commodatum inuito commodatario. Quoniam eo ipso censetur voluisse ex liberalitate, non solum commodare, sed etiam incommodum illud, in donatarij gratiam subire.

Angelus ver. commodatum. nu. 4. & Sylvest. ibid. q. 4. censent, quando commodatarius nõ potuit aliunde sibi prouidere, quam accipiendo ita rem illam ab eo commodatè, posse commodantẽ in conscientiæ foro reuocare commodatum ante vsum aut tempus, expletum. Quoniam commodans ex re sua sibi potius debet prouidere, quam commodatario. Neque in eo euentu commodatarius iustè de commodante potest quæri, vel qd damnum ex illius beneficio reportauerit, vel qd fuerit, ab eo deceptus: quandoquidem præter cõmodantis intentionem euenit, neque quãdo commodauit, intendit se obligare, ad commodatum in eo euentu, non reuocandum.

Nauar. in Man. c. 17. nu. 82. affirmat, eandem prorsus esse rõnem in conscĩæ, & in exteriori foro. Eaque de causa, neque in conscientiæ foro posse tunc reuocare commodatum. Ad id vero, vnde Angelus, & Syluester ducuntur, rñdet. Quamuis commodans, antequam ex sua liberalitate concederet commodatario vsum rei suę, debuisset prouidere sibi potius ex ea re, quam alteri, non tamẽ post illum concessum: eo quod comparatum sit iam alteri ius ad eum vsum, imò in eum vsum, & commodans teneatur seruare illi fidem. Decis.

Paucis, quid hac de re sentiã, subijciã. In primis placet cũ Nauar. non aliter hac de re censendum esse in conscĩæ, & in exteriori foro. Nisi q̃n verisimiles essent coniecturæ in foro exteriori, vnum fuisse animum commodãtis (saltem quasi habitualem) aliumque re ipsa fuisse interius.

Si namq; commodans in ea erat dispõne, q̃n commodauit, aut commodare promisit, qd esto intelligeret detrimentum illud sibi obuẽturum, nihilominus commodaret, aut cõmodare promitteret ad eundem vsum, aut in idem tps, sanè tunc in conscĩæ foro implere teneretur promissionem nondum impletam, reuocareq; non posset commodatum, quicquid iuxta ea, quæ subijciemus, in foro exteriori esset dicendum. Rõ est, quoniam tunc animum habuit commodandi, ẽt cum tanto suo detrimento, ac proinde, post quã semel se ad id astringit, non põt in foro conscĩæ, reuocare commodatum ante vsum, aut tempus, expletum, aut non implere promissionem.

Deinde, q̃n promittens in ea erat quasi habituali dispõne, q̃, si præuideret æquale, aut maius, suum detrimentum, non solum commodare non promitteret, sed ẽt rñderet, non intendere obligare se ad cõmodandum in eo euentu, tunc si nõdũ promissionẽ impleuit, atq; æquale, aut maius, detrimentum sibi obueniat, si commodet, vtique neq; in conscĩæ, neque in exterioti foro commodare teneatur. Quin, si nondum aduenit detrimentum, sed superuenturum timet, non tenetur adimplere promissionem, nisi alter contentus sit, vt superueniente detrimento, reuocetur commodatum. Doctrina hæc patet ex ijs, quæ disp. 272. copiosè dicta sũt. Neq; enim liberalis, atque gratuita promissio, antequã traditione impleatur, plus obligat promittentem, quam se intenderit obligare: promittẽs autem, de quo modo nobis est sermo, non intendit in eo euentu, variatisque ita circumstantijs rerum, se obligare. Neq; refert, si alius tunc idem commodatario promisisset, nisi hic subuenire illi promisisset, ac proinde si aliunde commodatarius sibi prouidisset, elapsaq; sit ea oportunitas: q̃n id in causa non est, vt hic alius plus gratuita sua promissione se astrinxerit, quam se obligare intenderit.

Præsertim cum impedimento non fuerit cómodatario, vt promissionem exigeret ab alio: & cũ simile quid cum alio potuerit ei cõtingere. Illud addendum est, etiam si iureiurãdo se astrinxisset commodare, si tamen in prædicta fuit quasi habituali dispositione, non teneri commodare, vt disputatione citata ostensum est: quoniam promissio iuramento confirmata eam habet tacitã conditionem, nisi ita mutentur rerum circunstãtiæ, & commodatum nociuum commodati reddat; iuramentum autem superadditum non excludit eandem conditionem. Lege quæ ibi dicta sunt.

Obiec. 9 Qñ † aũt, post traditam rem commodato, superuenit detrimentũ commodanti, nisi cõmodatũ reuocet, pro Nauarro hæc vrgens pugnat rõ; Quod cũ cõmodatarius per traditionem rei cõmodatæ comparauerit ius in re, vsus illius toto tempore pro quo est commodata, consequẽs est, vt quemadmodum in gratuita donatione eõ ipso, q̃ est facta traditio, translatumq; est dñiũ, nõ reuocatur ex indigentia illius, quæ superuenit donanti, sed solum ex causis expressis a iure quæ disput. 281. & sequentibus, explicatæ sunt: ita reuocari non possit commodatum ex indigentia commodati, ac detrimento, quod ei obuenit, si commodatum ante tempus expletum non reuocet.

Refellitur. Cõtrarium nihilominus mihi vt probabilius, idque non solum in conscientiæ, sed ẽt an exteriori foro. In primis, propter voluntatẽ præsumptã commodãtis, q̃ non intenderit se astringere ad non reuocandum commodatum in eo euentu ante vsum aut tẽpus, expletum, vt de singulis esse præsumendum, rei ipsius natura docet: in contractibus autẽ gratuitis, quale est commodatum, non plus commodans astringitur non reuocare contractum, q̃ se obligare intenderit illũ non reuocare, vt ex se est manifestum. Quare iura supra citata, quæ docent, cõmodantem ante vsum, ante tempus, expletum, non posse reuocare commodatum, per epicheiam intelligenda sunt, regulariter, seclusaque circunstantia, qua existente, ex rei ipsius natura sit præsumendum, non intendisse in eo euentu se obligare non reuocare contractum,

10 Deinde, qm̃ † longè diuersa rõ est in donatione & in cómodato. Cum. n. in donatione cõparet donatarius facta rei traditione, integrũ illius dominiũ, neque illa deinceps ad donantem pertineat, mirum non est, si ex eo, q̃ donans temporis progressu ea grauiter indigeat, reuocare non possit donationem. At vero in commodato, dñium permaneat apud cõmodantem, eique res illa debetur, quo ad vsum: quare, cum præsumendũ nõ sit, voluisse eam ita cõmodare, vt, si graue inopinatum detrimentũ inde ipsi proueniret, non posset commodatum reuocare, manifestum est, non esse parem vtrobique rõnem. Atque ex hac, & præcedente ratione satis apertè constat, infidelẽ nõ esse ex eo, q̃ in eo euentu commodatum reuocet; qñ quidem non intendit ad id se obligare.

Tertio, qm̃ si filij nascantur, reuocatur in totũ donatio facta extraneo, vt disp. 282. dictum est, idque propter voluntatem præsumptam donantis, q̃ in eo euentu non intenderit donare; multo ergo magis in commodato, vbi non transfertur dominium, facilem reuocare commodatum, qñ inde notabile detrimentum commodanti constat, non intendisse in eo euentu commodare, in quo solo casu nos diximus, reuocari posse commodatum ante vsum, aut tempus, expletum.

Quarto, quia si ei, qui domum locauit, superueniat necessitas habitandi in sua propria domo, potest inde expellere inquilinũ, reuocareq; proinde contractũ onerosum locationis, nihil impediente molestia, & detrimento inquilini, iuxta l. vltim. C. de locato, & alia iura, vt suo loco videbimus: ergo multo magis, non solum in conscia, sed etiam in exteriori foro, licebit reuocare contractum merè gratuitum commodati, qñ ex eo, q̃ non reuocetur, æquale, aut grauius, damnũ ante inopinatum commodanti imminet. Obie. Ratio. Diluit.

Habet autem hæc opinio verum, etiam si commodatarius tempore celebrationis cõtractus haberet, qui ipsi commodaret, eoque posita carere q̃n is, qui commodato dedit, liberum commodatario reliquit, exigere commodatum a quocunq; alio; neque ex eo, quod illi commodatũ exhibuit, intendit demere sibi ipsi libertatem commodatũ reuocandi, si ipse rem suam grauiter indigeret. Idemque contingere poterat commodatario, si ab alio commodatum acciperet, nempe vt, si alius grauiter re sua indigeret, reuocaret sim iliter commodatum, quod non reuocaret, qui re ipsa dedit, si re sua grauiter non indiguisset.

Quòd si quis aduersus hanc nostram sententiã obijciat regulam iuris de regul. iur. lib. 6. quæ est 3, & sic habet: *Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum.* Dicendum est intelligendam esse sine rationabili causa, atque per se in alterius detrimentum; illud videlicet intẽdendo, secus autem ex causa rationabili, & per accidens in alterius detrimentum, illud minimè intẽdendo, sed solũ per se intendendo vitare proprium detrimentũ, vnde per accidens sequitur alterius detrimentũ: quæ omnia in re proposita cernunt.

Si rursus quis nobis obiciat regulam 61. quæ habet *Quod in gratiam alicuius conceditur, nõ est in eius dispendium retorquendum.* Simul intendicẽdũ est, intelligendũ id esse absque rationabili causa, & per se dispendium alterius intendendo. Obiectio. Soluit.

## Commodatarius. Quousque teneatur, si res pereat, aut deterior fiat.

## DISPVTATIO CCXCV.

### SVMMARIVM.

1 *Commodatarius quando teneatur etiam de leuissima culpa.*

*Quando item de leui, lata, & de dolo. nu. 2.*

*Fallit in precario, in quo tantum venit dolus, aut lata culpa.*

2 *Commodatarius regulariter non tenetur de casu fortuito.*

Fallit

*Fallit tamen, ut ibid.*

5 *Commodatarius quo casu non teneatur rem restituere, sed tantum æstimationem usus, & nu. 8.*

*Item quo casu eam retinendo, neque peccasse dicatur. num. 6.*

7 *Commodatarius utendo re commodata ad aliud quã commodata est, contra domini uoluntatem, uel fines usus excedendo, furtum committit.*

8 *Pactum, ne quis teneatur de dolo, est ipso iure nullum.*

9 *Æstimatio rei quid operetur.*

10 *Commodatarius de qua culpa teneatur ad restitutionem totius rei acceptæ.*

1 QVando † aliquid commodatum fuit in gratiam, seu commodũ solius commodatarij, vt regulariter fieri solet, tũc, si res pereas, aut deterior reddatur, tenetur cõmodatarius, & de culpa leuissima. Ita hẽ cap. vnic. de cõmodat. l. 3. §. si reddita. l. si vt certò. §. nunc videndũ. & l. in rebus in prin. ff. commodat. l. §. is quoq;, & §. is verò ff. de act. & oblig. §. itẽ aliter. Inst. quib. mod. re contr. obl. lit. & par. 5. & alijs nunbus.

2 Qñ † verò aliquid commodatum est, non gratiam commodatarij, quam commodantis, vt si vasa, aut aliquid aliud commodentur ad hospitio recipiendum communem amicum, quem commodans secum, in domo commodatarij, hospitio recipiat, tunc commodatarius solum tenetur de leui culpa, & quacunque alia maiori, non verò de leuissima, vt hẽ l. in rebus in princip. uers. hoc inquit ff. commod.

Quod si datum sit gratis solius commodatarij, tunc cõmodatarius tenetur solum de dolo, vt hẽ l. si vt certo. §. interdum. ff. commodat. Adde, & de lata culpa, quæ quo ad obligationem ex contractu, dolo æquiparatur, vt patet l. Neruа. ff. depositi. & l. primo. C. eo. tit. iuncta glo. ibi.

Exemplo, quando res in gratiam solius commodantis cedat, traduntur. §. interdum citato, si vir ornamenta sponsæ accommodet, vt ornatior ad ipsum accedat, vel si quis populo exhibiturus ludos, scænicis, quos ad id assumat, res ad repræsentandum necessarias tradat. Intelligerem verò id, qñ scænici nullum stipendium, vt repræsentarent, acciperent: vel qñ stipendium acciperent solum, vt repræsentarent, & is qui ludos exhibet, adponendum omnia suis sumptibus teneretur. Nam tũc necessaria ad repræsentandum in cõmodum solius qui ludos exhibet, cederent.

Hæc eadem regula seruatur regulariter in contractibus, vt, qñ quod datur, cedit in commodum solius accipientis, teneatur accipiens, & de leuissima culpa: qñ verò in commodum vtriusque, teneatur de leui, non autem de leuissima, vt in pignore, & locato: & quãdo in commodum solius dantis, vt esse solet in deposito presse sumpto, accipiens solum tenetur de dolo, & lata culpa. Ex colligitur hæc regula ex l. contractus. ff. de regulis iuris. iunctis, quæ ibi tradit Decius: conferuntque alia iura, atque est cõis doctorũ sententia, cum Rebuffo cap. de commoda. num. 4.

3 Idcirco † autem in ea dictum est, regulariter: quoniam fallit regula proposita in precario: licèt enim res in eo detur in solum commodũ accipientis, quia tamen integrum est concedenti repetere, quod ita dedit, quando voluerint, statuerunt iura, vt accipiens solum teneretur de dolo, aut lata culpa. Ita habetur l. quæsitum est. §. eum quoque. ff. de precario. & l. contra quos. ff. de regu. iur. Fallit etiam aliquando in alijs contractibus, vt in progressu huius operis videbitur.

4 De casu † fortuito regulariter non tenetur cõmodatarius, vt patet, c. vnic. de commoda. §. item is, ver. at is. Iusti. quib. mod. re contr. oblig. l. si vt certo. §. nunc videndum ver. quod verò l. in rebus in princip. ff. commodati. Li. C. eo. tit. l. 1. §. is verò. ff. de actionib. & obligat. & l. 2. tit. 2. par. 5. Dictum est, regulariter: in primis, quia de casu fortuito tenetur, si id in pactum deductum sit, vt hẽ c. vnic. de commodat. l. 1. C. eod. tit. & l. 3. tit. 2. par. 5. Deinde quia, si commodatarius aliter, aut ad aliud, vsus est re commodata, quam ad id, ad quod fuit concessa, aut fuit in mora restituendi, etq; horum quicquam occasio fuit, quod res periret, aut deterior redderetur (quod iura appellãt, commodatarũ in culpa fuisse casus fortuiti) tenetur de casu fortuito. Ita hẽ, c. vnic. de commodat. §. item is, vers. at is, Iusti. quib. modis. recon. oblig. l. si vt certò. §. nunc videndum, ver. q verò, l. in rebus in princ. ff. commodat. l. 1. §. is verò. ff. de actio. & oblig. & l. 3. ti. 2. par. 5. Exẽpla sunt, Vt si tibi equum in vnum locum commodaui, & tu eum duxisti in alium, eaque ratione in latrones incidisti, aut aliud infortunium ei accidit: aut si tibi commodaui vasa, vt in domo tua faceres conuiuium, & tu ea longius asportasti, vel p mare, caq; occasione furto naufragio, aut alio infortunio perierunt, vel si, quia in mora fuisti, rem tibi commodatam restituendi, illa periit. 8

5 Obseruandum † tñ est, si res cõmodata eodem modo peritura fuisset apud dominum, esto commodatarius non fuisset in mora illam restituẽdi, aut esto non esset ea vsus aliter, aut ad alium, quã ad id, ad quod commodata fuit, tũc commodatarium non teneri illam restituere, sed solum æstimationem vsus, vltra id, ad quod accommodata fuit, aut lucri cessantis, si forte id lucrũ plus æstimabitur, q̃ valor vsus illius. Ita Ang. ver. cõmodatum. nu. 14. Syl. ibi. q. 9. & ver. locatio, ad finẽ. q. 17. Nauar. in Man. c. 17. nu. 179. & 183. & Couar. regu. peccatum, part. 2. §. 6. nu. 1. & Io. Medina de rest. q. 6. tametsi contrarijũ asserat glo. c. vnico de cõmodato, ver. de leuissima, in fine. Ratio tñ nostræ, atq; prædictorum doctorũ sententiæ, est, qñ commodatarius non plus in eo euentu tenetur dño rei illius, quã illi fuerit causa, aut occasio damni, ratione illius moræ, aut vsus extra id, ad quod fuit res concessa; quando autem res eodem modo peritura erat proprio domino, sanè, neque causa, neque occasio illi fuit, vt periret.

6 Obseruandum † etiã est, si commodatarius putauit, dominum rei illius contentum fore, vt ipse rem illã detineret, aut aliter, vel ad aliud ea vteretur, quã ad quod fuit petita, & reuera ita erat: tũc neque peccasse illam retinendo, aut eo pacto

ea vtendo, neq; ad vllam restitutionẽ in conscien
tiæ foro illi teneri, esto id occasio fuerit, ꝙ res illa
periret, imò neque in exteriori, si de tali commo-
dantis animo in eo foro constaret. Ratio est, qñ
re vera non est transgressus domini voluntatem.

Si tñ constaret commodatarium fuisse decep-
tum, eamque moram, atq; vsum rei cõmodatæ,
fuisse contra dñi voluntatem, tunc, si id occasio
fuit, vt res periret, licèt non peecauerit, excusante
illum bona sua fide, in foro tñ exteriori, & con-
scientiæ, restituere teneretur valorem illius: eo
ꝙ nefas illi fuerit, transgredi illo modo contractum
commodati, nisi sub conditione, quod, si conten-
tus non esset, teneretur illi ad interesse.

7 Illud præterea † est obseruandum, qñ commo
datarius re commodata vtitur contra commoda-
tis voluntatẽ ad aliud, quam ad ꝙ fuit commo-
data, vel certi, ac præscripti sibi vsus fines exte-
dit, tunc dici committere furtum, dariq; commo-
danti furti actionem aduersus illum. l. qui iumen
ta. ff. de furt. §. furtum est, & §. furtum autem fit,
Institut. de obligationibus, quæ ex delict. & alijs iu-
ribus, quæ Couar. tertio, var. resol. c. 15. nu. 8. ci-
tat, Merito tamen cũ alijs, quos citat, ait, quando
certum non esse, talem vsum credendum esse con
tra domini voluntatem, commodatarium ea de
causa damnandum non esse, vt furem.

Qñ verò constaret, contra dñi esse voluntatẽ,
ea de cã censendum illum non esse infamem, qui
ita damnaretur, neq; a iudice in hoc Castellæ re-
gno imponi regulariter debere septupli pœnam.

Hęc omnia, quæ de casu fortuito circa contra-
ctum commodati dicta sunt, similiter sunt intelli
genda, in precario, depositi, pignore, locato, & in
alijs similibus contractibus.

8 Illud † ẽt circa commodatum, & alios cõtra-
ctus, de quibus proximè mentionẽ feci, obserue,
si in pactum deductum sit, vt accipiens non tenea
tur de lata culpa, aut de alia minori, tunc, esto res
ex tali accipientis culpa pereat, non teneri illam
restituere: quoniã volenti, & consentienti nõ est
facta iniuria. Pactũ aũt, vt accipiens de dolo non
teneatur, est ipso iure nullum, vt pote contra bo-
nos mores, vt habetur l. in commodato. ff. cõmo-
dati, & l. 1. §. illud non est. ff. depos. it. Lege quæ di
sput. 271. a §. non solum, &c. dicta sunt.

Quæs. Bart. & quidem alij, quos Anton. Gom. 2. to-
mo var. resol. cap. septimo, numero primo. refert,
9 ac sequitur, affirmant, quando † in eiusmodi cõ-
tractibus res traditur æstimata æstimationem o-
perari, vt, si ex contractu accipiens tenebatur de
leuissima culpa, vt in commodato, teneatur etiam
de casu fortuito; si verò tenebatur solum de leui
culpa, vt in pignore, & locato, teneatur etiam de
leuissima, non autem de casu fortuito, ita vt sem-
per æstimatio operetur, accipientem teneri am-
plius ex vno gradu, quam alioquin vi contractus
teneretur.

Ducuntur, ex l. si vt certo. §. nunc videndum,
versicu. commodatum. ff. commodat. vbi sic scri-
ptum legimus. *Et si forte res æstimata data sit, om
ne periculum ab eo præstandum, qui æstimationem
se præstaturum recipit.* Vbi glos. iuxta Bartol. opi-
nionem id exponit, similisque alia glos. habetur
l. sed, & si. §. quæsitum verb. specialiter, in fine. ff.
si quis cautionib.

Item ducuntur ex l. 1. §. vltimo. ff. de æstimat.
actione, vbi habetur, si res vendẽda tradatur æsti-
mata, ea lege, vt vel æstimatio, vel res ipsa redda-
tur ab eo, cui vendenda traditur, tunc periculum
pertinere ad eum, cui traditur.

Contrariam sententiam asseuerant Ioan. And. Decis.
& Pan. cap. de commodat. Syluest. verb. commo
datum. quæstio. 7. & alij. Nempe, æstimationem
solum operari, vt sit certum, quid reddendũ sit,
in euentu, quod non res ipsa, sed æstimatio illius
sit restituenda, eo quòd perierit, aut deterior red-
dita sit, culpa accipientis, iuxta naturam contra-
ctus. Ac sanè mihi displacet opinio glo. Bartol. &
eorum, qui illos sequuntur.

Neque enim video ius, vnde colligatur, æsti-
mationem in vnoquoque contractu operari addi
tionem vnius tantum gradus vltra eos, ex quib.
alioquin vi contractus accipiens teneretur, neque
id cum recta ratione, naturaque ipsa rei, consen-
tit. Quarè arbitror esse dicendum, iura, quibus au
tores contrariæ sententiæ nituntur, intelligenda
esse quando ex modo tradendi rem æstimatam,
obligandique accipientem, vt in omnem euentũ,
vel eam æstimationem, vel rem ipsam restituat,
sufficienter intelligitur, periculum totum reijci
in accipientem; tunc verò non vnus tantum perí-
culi gradus, vltra eos, ex quibus alioquin tenere-
tur, reijcitur in accipientem, sed omnino totum
periculum. Quando ergo id sufficienter non ex-
primitur, aut ex patriæ consuetudine non satis
intelligitur, æstimatio solum operabitur id, quod
Panor. & alij affirmant.

Ex dictis, tum tota hac disputatione, tum etiã
disputatione 283. satis perspicuum est, falsum, &
contra caput, vni cum, de commodato, & alia iura
citata, itemque contra communem doctorũ sen-
tentiam esse opinionem Soti. 4. de Iust. r. quæstio.
7. articul. secundo, ante solutionem argumento-
10 rum, asserentis, in commodato, & in alijs con-
tractibus, quibus dominium non transfertur, cõ-
modatarium, depositarium, conductorẽ, &c. non
teneri de leuiori culpa, quam lethali, ad restitu-
tionem totius rei acceptæ: ex leuioribus verò cul-
pis teneri solum ad restitutionem partis rei pro
culpa quantitate.

Eidẽ opinioni ex parte subscribit Ledesmius
2. 4. quæst. 18. articl. sexto, §. sed dubitas, dicens, in
conscientiæ foro eiusmodi accipientes obligãdos
non esse ad tantam pœnam ex leuiori culpa, quã
lethali.

In hãc verò suam sententiam idcirco incidis-
se videntur, quòd fuerint arbitrati, eiusmodi ac-
cipientes ex parte iniustæ acceptionis, damnive
iniustè illati, aut in pœnam, ad restitutionẽ obligari, neque attenderint, obligationem hanc ex
natura ipsa contractus, posita ciuilis iuris, ac ca-
nonici, dispositione, non solum in exteriori, sed
etiam in conscientiæ foro, consurgere, vt Nauar.
in Manu. cap. 17. num. 184. recte aduersus Sotũ
aduocauit.

Præfer-

## Præferendæne sint res commodatæ proprijs, quando vtræque saluari non possunt, & cui pereant, si per tertiam mittantur personam.

### DISPVTATIO CCXCVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Commodatarius tenetur de dolo, si in cõi periculo res suas omnes saluet, & commodatas omittat. Idem in precario, & commodato ad vtilitatem solius commodantis.*
2 *Commodatarius tenetur præferre rem commodatam pretiosiorem suæ propriæ viliori.*
3 *Cõmodatarius quibus casibus teneatur rẽ suã, viliorẽ cõpensare cum re commodata pretiosiori.*
4 *Precario rẽ cõmodatã pretiosiorem accipiẽs, quando cum ea compensare possit rem suam viliorẽ.*
5 *Commodatarius potest præferre res suas pretiosiores rebus sibi commodatis viliorib.*
6 *Commodatarius tenetur præferre res commodatas suis proprijs, si æquè pretiosæ sint.*
7 *Commodata res tradita nuncio ad eam deputato, periculo perit creditoris: vltas secus.*
8 *Commodata res sisit tradita nũcio, antequam per creditorem debitori significetur, ui eidẽ tradantur, periculo perit debitoris.*
9 *Commodata res, quando mittitur ad commodantẽ per aliam personam, quam ab eo designatam, cuius periculo pereat.*
10 *Creditor si cum debitore conuenit, ut ei debitum mittat per eum qui tale signum attulerit, & alijs ueniat afferens tale signum, cuius periculo debitum pereat.*

DVo supersunt dubia, quod attinet ad commodatæ rei custodiam. Primum vtrum si commodatarius in naufragio, incendio, aut alio simili euentu saluare simul non possit res suas, & res commodato acceptas, teneatur ad aliquã restitutionem, si res suas saluet, & omittat commodato acceptas.

1 In primis † autẽ respondeo, si suas res omnes saluet, & cõmodatam, aut depositã, relinquat, præsumi in exteriori foro dolum, nisi cõtrarium aliunde constet, cogeturq; proinde illam restituere, vt patet. e. bona fides, de depos. l. quod Nerua. ff. eo. tit. iuncta l. si vt certo. §. nunc videndum, ver. quod verò. ff. commod. Hoc autẽ verum habet, etiam in precario, & in commodato ad vtilitatem solius commodantis: quandoquidẽ hi omnes non ad minorem custodiã rei acceptæ tenentur, quam depositarius, de quo iura priori loco citata loquuntur.

2 Deinde † respondeo, si res commodata pretiosior sit, quã propria commodatarij, tenetur commodatarius præferre rem commodatam suæ propriæ, etiam si in commodũ vtriusque, aut solius commodantis, accepta sit. Vtrum autem tunc compensare possit ex re commodata iacturam suæ propriæ vilioris, quam reliquit, vt saluam faceret alienam pretiosiorem, mox subijciam. Illam verò aliud in hunc modum probatur. Qm etiam quando res accipitur in vtilitatem solius cõmodantis, tenetur cõmodatarius adhibere eam custodiam, quæ quiuis hominũ efficeret ad suas res proprias custodiendas: quiuis autẽ, si ex duabus suis rebus vnã tantũ posset saluã facere, omitteret viliorem, & saluam faceret pretiosiorem, ergo etiam commodatarius, de quo loquuntur, postponere debet rem suam viliorem, vt saluam faciat pretiosiorem commodantis.

3 Vtrum † autem compensare possit rem suam viliorẽ? Distinguendum est. Qm si commodatũ fuit in gratiam, atq; vtilitatem solius commodatarij, compensare eam non potest. Probatur qm vi contractus, atq; beneficij accepti, teneatur suis sumptib. ad eam custodiam rei commodatæ qui diligentissimis quisque in suis rebus proprijs adhiberet; ergo, non solum rem suam viliorem, sed neque æquè pretiosam, quã amitteret, vt alienam commodatam saluam faceret, posset compensare. Neque refert, q, vt infra dicetur commodans teneatur ad expensas extraordinarias factas cum re commodata: qm id non intelligitur de ijs, ad quas tenetur ratione contractus, & quæ ad custodiam illius spectant, sed de alijs extraordinarijs, vt si mancipium cõmodatum in morbum incideret, aut fugam sua culpa arriperet, necesseq; esset aliquid expendere, vt illi subueniret, aut illud a fuga reuocaret. Sim res, quæ incendio, naufragio, aut alio simili infortunio, erat peritura, nisi industria commodatarij asseruaretur, simili modo peritura erat apud dominum, tunc probabile existimo, posse commodatarium compensare rẽ suam viliorem: qm tunc cõmune vtriusque censetur esse periculum, neq; occasione commodati aduenisset rei alienæ: in eo aũt euentu plus quisq; subuenire debet suis proprijs rebus quã alienis. Itẽ, si postquam res aliena ex naufragio, aut incendio, esset erepta, necesse esset sumptus aliquos ad illius conseruationem efficere, quia detrimentum aliquod ex aqua, aut igne, perpessa fuerit, necesseque fuit subuenire illa aliquib. sumptib. aut apposita aliqua industria tunc hos sumptus, valoreq; industriæ appositæ teneretur soluere dñs rei illius: eo quod id nõ spectet iam ad custodiã rei illius, ad q̃ commodatarius vi contractus tenetur.

Si aũt res fuit cõmodata in vtilitatẽ vtriusq;, aut solius commodantis, tunc compensare potest rem suam viliorem, neq; tradere tenetur commodanti pretiosiorem, quousque soluat valorem iacturæ factæ in illius conseruationem. Ducor ad hoc ita asserendũ. Tum quia nullus cum iactura sua videtur obligari ad rem alterius conseruandam, qm cõtractus in vtriusque, & multo minus qm in solam vtilitatem alterius celebratus est: eo q, plus se, quam alterum, dirigere debeat. Tum etiam, qm pati iacturam in bonis proprijs ad saluandum aliena, est sumptus cum rebus alienis facere, qm autem contractus in vtriusque, aut in solius dantis, vtilitatem celebratur, certè is, qui dati, soluere tenetur expensas necessarias ad rei deceptæ conseruationem, vt deponens, locans, & tra-

deus in pignus, atque eadem ratione accommodans in vtriusque, aut solius dantis, vtilitatem.

4 De eo † autem, qui precario accepit, dubium esse potest, num compensare possit rem suã viliorem. Cum enim solum teneatur de lata culpa, vt posse eam cõpensare, non solum sicut, qui cõmodato accepit in gratiã vtriusque, & sicut qui rem conduxit, aut in pignus eam accepit, sed etiã sicut depositarius, & qui commodato accepit in solius dantis vtilitatem. Existimo tamen, qñ precarium non cedit in dantis vtilitatem, vt regulariter cedere non solet, sed solum est beneficium accipientis, locum non habere eam compensationem.

Ratio est, qñ quando contractus est in solius accipientis vtilitatem, suis sumptibus tenetur ad illius custodiam rõne beneficij accepti, idque postulat recta ratio, reiq; ipsius natura, q autem ius humanum in hoc contractu habenas laxauerit, vt, qui precario accipit, teneatur solum de lata culpa; id sanè liberum eidem non facit, vt compensare possit, quod ad custodiam, intra limites eius culpæ vitandæ, necessarium fuerit insumere, aut de rebus proprijs amittere.

Tertio respondeo, si commodatæ res sint vilio
5 res, posse † commodatarium illis præferre res suas pretiosiores: quoniam æquitas nõ patitur, vt quis longè maiorem iacturam in suis proprijs rebus patiatur, vt euitet minorem alienam, & quoniam commodatarius non tenetur, nisi ad exactissimã diligentiam, quam vnusquisque rebus suis adhiberet: nullus autem, vt conseruaret res suas vliores, perire sineret pretiosiores.

Cæterum, si cõmodatum fuit in solius cõmodatarij vtilitatem factum, & si precario esset concessum, tenetur commodatarius restituere commodanti valorem rerum commodatarũ, quæ, vt saluaret suas, perierunt. Probatur, qñ, vt supra dictum est, eiusmodi commodatarius, etiam cum æquali suarum rerum iactura, tenetur adhibere eam diligentiam circa conseruandas res commodatas, ad quam vi contractus astringitur: quatè, si in re proposita illi permittitur præferre res suas pretiosiores vilioribus, sibi commodatis, id non est, vt commodans iacturam rerum suarũ patiatur, sed solum, ne commodatarius iacturã patiatur maioris valoris, quem res propriæ, supra res commodatas, habent: si ergo conseruare potius vult res suas pretiosiores, id esse debet cum onere, atque ea lege, vt commodantem indemnẽ seruet, valorẽ rerum commodatarium illi restituẽdo. Si verò commodatũ factum fuisset in vtriusque, aut solius commodantis, vtilitatem, tunc cõmodatarius ad nullã restitutionem illi teneretur, sicut neque conducens locãti, aut, qui in pignus accepisset, pignus danti, vel depositarius ei, q deposuit; eo q, vt supra dictum est, si quæ expensæ in eiusmodi rebus conseruandis factæ sint soluere illas teneantur, qui dominium earum rerum retinent.

6 Post remò † respondeo, si cõmodatum, aut precarium, in solius commodatarij vtilitatem sit factum, resq; ita commodatæ æquè pretiosæ sint cũ reb. cõmodatarij, teneri cõmodatarium præponere res commodatas suis proprijs. Quòd si id non faciat restituere teneri earũ æstimationem. Probatur ex dictis, qñ eiusmodi cõmodatarius, & cum æquali sua iactura tenetur conseruare res sibi cõmodatas. Si verò commodatũ in vtriusq;, aut in solius commodantis, vtilitatem sit factum, tunc commodatarius præponere potest res suas, æquè pretiosas, rebus commodatis, neq; ad vllam restitutionẽ commodati tenetur. Idẽ est in pignore, re cõducta, & in deposito, qñ in vtilitatem deponentis, aut vtriusque, est factum, idq; propter eandem rationem Pan. c. bona fides citato, nu. 2. Ang. Syl. & Armilla verb. commodatum, & ver. depositum, Gabriel. in 4. dist. 15. qu 10. dub. vlt. & quidã alij, hæc aliter definiũt: sed, quæ a nobis dicta sunt, vt rõni longè consonantiora, solidioribusq; fundamentis innixa, sese nobis offerunt.

Secundũ dubium est, vtrum, si cõmodatarius Quæs.
mittat ad commodantem per famulum, aut aliũ interuncium, rem commodatam, & illa pereat, aut dispareat, vel quia cum illa nuncius aufugit, vel quia casu fortuito, aut quacunq; alia ratione, perijt, commodanti pereat, an potius commodatario, ita vt teneatur iterum eam restituere.

7 Ad hoc in † primis est dicendũ, si cõmodãs, aut Decis.
quicumq; alius, cui ex quocunq; alio contractu, aut titulo, res, vel certa in singulari, vel in singulari incerta, sed determinata in specie, & quãtitate deberetur, designaret aliquẽ, per quẽ ad se mitteretur, tunc vniuersim, si postq̃ tradita esset personæ ab eo designatæ, res illa culpa nuncij periret, aut quacunq; alia rõne, vtique periret creditori, & non debitori, idque esto obligatio restituendi ortum habuisset ex iniusta debitoris acceptione, aut retentione. Ratio est, qñ eo ipso, quod personam, cui traderetur, designauit, tatam habuit solutionem. Imò verò eo ipso cẽsetur per eam personam facta ei traditio, persolutumq; ei debitũ. Hæc patent ex l. eum qui. §. vlt. l. si mei, ver. si dominus. ff. commod. & ex l. 4. ti. 2. par. 5. & co. sen. tit. l. vlt. in princ. ff. nautæ caupones stabul. atque affirmant doctores citandi, & alij communiter.

8 Obserua † tamen, si creditor nuncium mitteret ad debitorẽ, vt ad se mitteret rem cõmodatã, aut quocunque alio modo debitam, non tñ creditori illi significaret, vt per eum nuncium illam ad se mitteret, tunc, si illam ei traderet, & ad creditorẽ non perueniret, nõ censeretur facta ei solutio, neque magis creditori periret, quam si per alium eã mitteret, iuxta ea quæ dicenda sunt. Ratio est, quoniam nuncius ille solum fuit destinatus, vt debitorem de solutione admoneret, non verò, vt illi solutio traderetur. Ita habet l. si mei. §. cõmodatam. ff. commod. & l. 4. citata, atque affirmant doctores communiter.

9 Deinde † est dicendum, quando quippiã in solam commodatarij vtilitatem fuit commodatũ, & mittitur per personã a commodante minimè designatam, si commodatarius non fuit in mora id restituendi, neque in culpa, etiam leuissima, tradendo id tali personæ, vel se ad casum fortuitum obligauit, aut iniusta mora ipsius occasionẽ præbuit, vt periret, quia, nisi fuisset in mora fortasse non perijsset, tunc periret commodatario.

Exem-

Digitized by Google

Exemplũ prioris partis est, qñ id misisti p seruũ, quem sæpè expertus fuerat infidelẽ, & ille cum eo aufugit, aut alia ratione periit: tunc enim si nihil eorum intercessit, quæ in posteriori parte commemorantur, perit cõmodanti, cuius id erat, ac proinde ad nullã restitutionem tenetur: quia, cum prudentissimus quisque nullã maiorem diligentiam, moraliter loquendo adhibuisset, certè neq; in leuissima culpa fuisti. Posterior verò pars ex se, & ex superius dictis, est manifesta. Vtraque verò constat ex l. eũ qui. §. vlt. ex duabus legibus sequentibus, & ex l. argentum. ff. cõmodati, & ex l. 4. tit. 2. par. 5. atque vtramque affirmant Naua. in Man. c. 17. nu. 185. Angel. verb. commodatum nu. 15. Syluester ibidem q. 10 Pano. c. significante de pig. num. 8. Bart. & cõmunia, quam Anton. Gom. 2. tom. var. resol. c. 7. nu. 3. refert ac sequitur.

Idem est dicendum, qñ commodatum fuit in vtriusque, aut in solius commodantis, vtilitatẽ, in pignore, re conducta, re deposita, & in precario, itemq; regulariter qñ res in individuo determinata debetur, atq; ad creditorem mittitur, esto dominium illius nondum ad eum pertineat: nisi enim intercedat culpa, ex qua pro cuiusq; contractus qualitatè, debitor tenetur, & nisi fuerit in mora tẽ illam restituẽdi, ita vt id occasionẽ præbuerit, vt periret, itemque nisi ex leuiori culpa, aut ex casu fortuito, se obligauerit, vtique perit creditori, nõ vero debitori, qui illã misit. Quare, si is, q in vtriusq; vtilitatẽ aliqd cõmodato accepit, id, vel pignus, aut rẽ conductã, misit ad creditorem per eum, qui vir bonus habebatur, sed cuius fidelitatẽ ipse semel, aut nunq̃, fuerat expertus, atque internuncius cum ea fugiat, vtique res perit creditori, cuius erat; qm̃ in debitore nõ fuit leuis culpa, eam ita mittendo, neque ex minori culpa vi contractuum, ex quibus rem illam debebat, tenetur. Si verò, qui rem precario accepit, cõmodato in solius cõmodantis vtilitatẽ, vel qui depositam illam habet, ad creditorem eam mittat, per eum quidem, quẽ nunquam antea nouit, attamen, qui ei significauit, creditorẽ dicere, vt eã ad se mitteret, & de quo debitor nullã sinistram suspicionẽ habebat, sanè, quamuis illi mentitus fuerit se esse nuncium, si cũ ea re fugiat, perit creditori: qm̃ debitor non fuit in lata culpa tradendo rem eiusmodi nuncio, sed solum in leui, neque vi illorũ contractuum ex leuiori culpa, quàm sit lata, aut dolus, tenetur. Quæ in hoc §. dicta sunt, patent ex iuribus §. præcedente citatis, iuncta l. apud Labconem. §. vlt. ff. de præscrip. verb. & consentiunt doctores. §. præcedente citati.

Quando autem id, quod debebatur, incertum erat in individuo, sed certum in specie, & quãtitate, quale est, quod ex mutuo debetur, & ex variis aliis titulis, tunc, nisi mittatur per personam à creditore ad id designatam, vtique si pereat, antequàm creditori tradatur, vniuersim perit debitori, esto nulla oĩno illius culpa, sed deferẽtis, aut casu fortuito, pereat. Ratio est, quia res domino perit, quando ex parte alterius, qui illius non est dominus, nulla intercessit culpa, aut pactũ vt ipsi periret, neq; illi in singulari erat debita: in re aũt proposita, dñium rei, quę ita debetur, pertinet ad debitorem, nullaq; intercessit culpa, aut pactum, ex parte creditoris, vt ipsi pereat, neq; illi in singulari erat debita. Præterea, quia qñ debetur res indeterminata in individuo, non prius liberatur debitor ab obligatione illam soluendi, quam eam creditori tradat, aut ratam ille habeat solutionẽ, vel debitum remittat: nihil autem horũ in re proposita cernitur. Hæc omnia colliguntur apertè ex c. significante de pignorib. & ex l. incendium. C. si cert. pet. eaque affirmant doctores citati, cõsentiunt Nauar. ibid. nu. 67. & Io. Med. de rest. q. 2. §. ad id quod. 4. loco, &c.

10 Dubium † est, quid, si creditor & debitor conueniant vt debitum tradatur ei, qui tale, vel tale signum attulerit, & tertius quidam, id sciens, signum illud assumpsit, petiitq; debitum, & cum eo fugit, peribit ne tunc creditori, an potius debitori? Et quidem dicendum est, si res debita erat in singulari determinata, absque dubio perire creditori, iuxta ea, quæ dicta sunt. Atque in hoc omnes conueniunt. Qñ autem debita erat in individuo indeterminato, censent Ant. Gom. nu. 3 citato perire debitori. Arbitror tñ esse distinguendũ, Qm̃, si debitor id manifestauit, atq; inde ortum fuit, vt alius vtrumq: deciperet, tunc debitori perit. Si verò creditor id manifestauit, vel dum conuenirent ambo alius præteriens, vel ibi assistens, id audiuit, & vel signũ assumpsit, vel alteri id manifestauit, qui signũ assumpsit, tunc perit creditori: qm̃ per tale pactum ipse consensit, atq; in causa fuit, vt affetenti illud signum, daretur. Atque hoc ipsum satis perspicuè affirmant Bart. & alij, quos Ant. Gom. loco citato refert, & contra eorũ mentem illorum dicta interpretatur. Dubiũ Decis.

## Commodatarius quousq; teneatur, si in mora sit restituendi rem commodatam. Et de expensis cum ea factis. Et an in ea fieri possit compensatio.

### DISPVTATIO CCXCVII.

*SVMMARIVM.*

1 *Commodatarius, quando censeatur esse, non restituendo rem commodatam.*
2 *Commodatarius constitutus in mora non solum tenetur rem restituere, sed ĕt ad ualorem illius.*
3 *Commodatarius etiam ex leuissima culpa in mora constitutus, tenetur ad omnia damna etiam lucri cessantis.*
4 *Commodatarius ex impotentia implendi contractum in mora constitutus, quibus casibus ad interesse teneatur.*
5 *Commodatarius ad quas expensas rei commodatæ teneatur.*
6 *Compensatio quib. in reb. locum habere dicatur.*
7 *Compensatio in commodato, quando locum habere possit.*
8 *Commodatæ si res sit duobus, quando quilibet teneatur insolidum.*

Quod

1 QVod ad primum attinet, ponendum est, si † tempus fuit præfinitum, pro quo res commodata fuit, eo ipso, q̃ expletur, commodatarium esse in mora, nisi rem restituat, q̃n de contraria commodantis voluntate non constat. Neque necesse esse, vt expleto tempore, commodans prius rem suam petat, quàm cõmodatarius in mora esse dicatur. Etenim *dies statuta pro domino, creditoreve, interpellat*, vt habetur c. vlt. de locato l. magnam. C. de contrah. stipul. & l. 2. C. de iure emphyt. Itẽ si ad certum vsum res fuit commodata, illo expleto, aut tempore elapso, in quo potuit cõmode expleri, commodatarius similiter est in mora, nisi de contraria cõmodantis voluntate, saltẽ præsumpta, constet. Q̃n verò aliquid ad vsum indefinite esset commodatũ, neq; tempore, neque particulari aliquo vsu expresso, tunc, interim dũ de contraria commodãtis voluntate non constat, commodatarius censendus non est esse in mora.

2 Hoc † ita constituto in primis dicẽdum est, si cõmodatarius (idem intellige de illo, qui rẽ conductam accepit) illam pertinaciter detineat, quousque condemnatoria sententia aduersus eum feratur, tunc non solum tenetur illam restituere, sed etiam valorem insuper illius, in contumaciæ pœnam. Ita hẽ l. non absre. C. vnde vitl. 12. titu. 10. par. 7. lib. 4. Lusit. ord. tit. 59. in princ. & alijs iuribus, quæ disp. 498. citabimus, vbi rem hanc circa conductionem latius ostendimus.

3 Dicendum † est deinde, si commodatarius, saltem ex leuissima sua culpa, fuit in mora restituendi rem commodatam, tenetur cõmodanti ad omnia damna subsequuta, etiam lucri cessantis. In hoc omnes conueniunt. Q̃m, cum contractus hic in gratiam solius commodatarij fuerit celebratus, certè si vel culpa leuissima, eũ nõ adimpleat, tenetur ad omnia damna, seu interesse & commodanti. Præsertim cum contractus hic bonæ fidei sit, vt disp. 259. visum est, in quo plus habet locũ iudicis arbitrium, quàm in contractibus stricti iuris, vt etiam si hæc in pactum non sint deducta, possit illa arbitrari, atque de bono, & æquo sentẽtiam ferre, prout natura ipsa rei postulat.

4 Tota verò † difficultas est, vtrum quando omnino ex impotentia fuit in mora implẽdi contractum, qua neque ex culpa leuissima in illam incidit, teneatur ad interesse cõmodanti. Paucisque dicendum in primis est. Si commodãs in pactum deduxit, vt sibi cõmodatarius ad interesse teneretur, si in mora esset, teneri; idque, esto non expresserit, etiam si absque sua culpa, aut casu fortuito ea mora eueniret: quoniam ita intelligitur eò ipso, quòd tale pactum appositum est. Tum quia ex natura rei, secluso eo pacto, tenebatur ad interesse; si ex sua culpa in mora incidisset: pactum verò ad aliquid operandum fuit appositum. Tum præcipuè, quoniam eò ipso nullum damnum, etiam lucri cessantis, voluit sustinere ex cõmodato, atq; id significare intendit commodatario. Quemadmodum aũt validum est pactũ, quo periculum rei commodatæ ex casu fortuito reijcitur in commodatariũ, vt disp. 295. visum fuit: ita validũ est pactũ, quo periculum damni emergentis, aut lucri cessantis, ex mora casu fortuito euenientis in eundẽ reijcitur. Integrum quippe cõmodanti est, non aliter commodare velle, nisi indemnis eo ipso reddatur, & à lucro cessante si ex tali beneficio, & sine commodatarij culpa, sibi obueniat.

Dicendũ deinde est, si commodans id non deduxit in pactũ, cõmodatarium nõ teneri ad interesse lucri cessantis & damni emergẽtis, quod ex mora, in quã, absq; vlla sua culpa, incidit, cõmodanti euenit. Probatur, quoniã, si contrarium nõ deducatur in pactũ, commodatarius non tenetur de rei ipsius detrimẽto, q̃ casu fortuito, & absque sua culpa euenit, & si commodatũ occasionẽ detrimento præbuerit, quia videlicet, nisi fuisset res cõmodata, non similiter perijsset, vt disp. 295. dictũ est: ergo multo minus tenetur ad interesse lucri cessantis & damni emergẽtis, q̃ ex mora restitutionis rei, commodanti prouenit, q̃n cõmodatarius in nulla culpa fuit talis moræ. Eo enim ipso, q̃ quis commodato aliquid dat, si contrarium in pactum non deduxit, censetur se exponere periculo rei suæ, quod absque culpa commodatarij proueniret, & per consequens periculo interesse, q̃ ex illa sperabat. Obserua tamen, si commodatarius, dum fuit in mora, vsus fuit re commodata: teneri restituere cõmodanti valorẽ eius vsus, si valorẽ velit; q̃n cessauit vsus, & tẽpus commodati; eo pacto valor vsus sequentis, ad dñium rei illius spectat.

Illud addendum est, q̃n commodatum esset in vilitatẽ vtriusque, & impotentia restituẽdi rem cõmodatam tẽpore statuto proueniret, solum ex culpa leuissima commodatarij, non teneretur ad interesse commodanti, nisi contrarium deductũ esset in pactum. Idem dicendum est de re pignori accepta, & conducta. Ratio est, quoniã in eiusmodi contractibus, accipiẽs solũ tenetur de leui culpa, & de quacunque alia maiori. Haceadẽ ratione, si commodatum esset in solã commodãtis vtilitatẽ, & mora proueniret solũ ex leui, aut leuissima, culpa commodatarij, non teneretur ad interesse commodanti. Idẽ dicendum est in precario, & deposito. Ratio est, q̃n in his contractibus solũ tenetur accipiẽs, de dolo, & lata culpa. Consentit quo ad hæc oĩa. l. qd te mihi. ff. de reb. cred. & suffragatur l. Celsus. §. 1. ff. de recep. arbit. Hæc q̃ attinet ad primum eorum, quæ proposita sunt.

5 Quod verò † attinet ad secundum, breuiter distinguendum est. Si namque expensæ factæ cũ re commodata, ordinariæ sint, vt circa cibum, vel hospitium, mancipij, aut iumenti commodati, ad eas tenetur commodatarius, ac proinde non potest illas exigere à commodante. Si verò sint extraordinariæ, vt circa valetudinem, aut fugã, mancipij, exigere illas potest à commodante: nisi leues sint, & exiguæ: nam ad has etiam commodatarius tenetur. Hæc omnia habentur l. in rebus. §. possunt. ff. commod.

Quod ad tertium attinet, obserua. Compensationem, † vt disputat. §60. copiosius dicetur, proprie locum non habere, nisi q̃n res sunt eiusdem rationis, & speciei, & consistunt in pondere, numero, aut mensura; vt q̃n debitum est pecunia, & res, in qua fieri debet compẽsatio, est similiter

pecunia;

pecunia; aut qñ debitum est triticũ, vinum, oleũ, aut aliud simile, & res, in qua fieri debet compensatio, est eiusdem speciei. Quando vero sunt diuersarum specierum, vt quando vnum est pecunia, aliud vero equus, vinum, aut oleum, aut quãdo vnum est triticum, & aliud vinum, aut oleũ, non est propriè compensatio. Neque itẽ est proprie compensatio, quando sunt eiusdem speciei, sed non consistunt in pondere, numero & mensura, vt quando debetur vnum mancipium, & compensatio intenderetur in alio, aut quando deberetur vnus equus, & compensatio intenderetur in alio equo. Ita Pano. c. ad nostram 1. de iureiurand. num. 2. & notatur. c. vltim. de depos. affirmant ordinationes Lusitanæ lib. 4. tit. 56. in prin. In euentibus autem, in quibus alioquin haberet locum compensatio, sed impeditur, eo q debitũ, & res, in qua fieri deberet, non sunt eiusdem rationis, & speciei, loco cõpensationis, succedit detentio rei illius, quousque debitum soluatur, qđ a Panor. c. bona fides. num. vltim. de depos. appellatur compensatio indirecta.

Quæs. 7 Hoc facto fundamento, dubium † est, vtrũ in commodato locum habeat compensatio. Panor. num. vltim. citato ait, communem doctorum opinionem l. vlti. C. de commodato, esse in commodato locum habere compensationem, atque adeo retineri posse rem commodatã pro debito, si tale debitum sit liquidum. Idem affirmant, atq; amplectuntur, Syluest. verb. commodatum. qu. 3. & Nauar. in Manu. c. 17. num. 186. Id vero confirmant ex l. vlt. C. de compens. & ex. vltim. de depos. vbi in alijs cõtractibus admittitur cõpensatio, solũ vero excipitur depositũ, & consentiunt ordinationes Lusitanæ titul. 56. citato: exceptio aũt in vno solo contractu, argumento, contrario sensu, firmat regulam in cæteris contractibus.

Multorũ opinio.

Eorum argum.

Decis. Cõtrarium tñ habetur expresse. l. vltim. C. de commod. vbi prohibetur cõpensatio, aut detentio rei cõmodato acceptæ, pro alio debito. Neq; video autores contrariæ sniæ huic textui congruenter posse satisfacere: idemq; õno disponit apertissimè. l. 6. tit. 2. par. 5. quæ ex l. vlti. citata fuit desumpta. Idem etiam affirmant glos. l. vlt. citata, & Greg. Lop. ad l. nonã citatam. & alij, quos refert.

Glossa citata excipit, qñ duo simul concurrũt. Vnum est, quod res commodata restituenda non sit in seipsa, sed in pecunia, eo quod commodatario perijsset, aut alia ratione. Alterum verò, quod debitum compensandum, sit liquidum. Quia nã tunc non venit restituenda res commodata, sed debitum aliud loco illius, mirum non est, si locũ habeat compensatio debiti pecuniarij, ex commodato resultantis, cum pecuniario alio debito, eam quòd retineri possit, quousque debitum quodcũque aliud soluatur.

Eadem glo. & l. 9. citata, atque Lusitanæ ordinationes titul. 59. §. 1. excipiunt secundo, quando debitum, pro quo res commodata retineretur, eorum haberet ex expensis cum re commodata factis: pro huiusmodi nãque debito retineri potest res commodata, atque id est, quod disponit l. in rebus. §. quod autem, iuncta gl. ibi. ff. commodati. Id vero lex 9. citata limitat, dummodo expensæ factæ fuerint cum res commodata fuit: si namq; antea fuissent factæ, pro illis retineri non posset.

Ad id vero, vnde autores contrariæ sniæ ducebantur, dicendum est. Tunc argumentum a contrario sensu habere locum, aut exceptionẽ in vno, firmare regulam in contrarium, qñ nõ est textus expressus, qui aliud excipiat, vt est in re, de qua disputamus. Quia vero materia cõpẽsationis propriæ, regulariter non habet locũ in commodato, sicut habet in depositio: eo quod pecuniæ, & res, quæ in põdere, numero, aut mensura consistunt, soleãt deponi, nõ verò commodari, sed mutuari; & præterea, qa in cõmodato excipitur eventus ille expensarum cum re cõmodata, in quo res commodata retineri non põt, idcirco, neque cap. vlt. l. de depos. neque l. vltim. C. de compens. curarunt excipere cõmodatum, sicut depositum excipere.

A dalio rũ argumentũ.

Dubiũ est, qd si res aliqua indiuidua, vt plaustrũ, iumẽtum, aut aliud simile, duobus † fuit cõmodata, tenebitur ne vterq; in solidũ, an vero solum quoad medietatẽ? Idẽ est in locato, & depositio. Dicendum est, si in pactũ non fuit deductũ, vt singuli in solidum tenerẽtur, & res sine culpa accipientiũ pereat, solũ teneri singulos ad medietatem mercedis, si res fuit conducta ad medietatẽ valoris rei, si in pactum fuit deductum, vt de casu fortuito tenerentur, aut si nondũ rem restituerũt, qa in aliũ locũ deducta fit. Ita affirmat. l. 5. tit. 2. par. 5. & cõsentit. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. cõmod. atq; ibidẽ habet Bartoli summarium. Qñ vero culpa periit, tunc singuli in hoc sensu tenẽtur in solidum, quod si vtriusque culpa periit, singuli tenentur dño rei illius in solidum; verumtamen, si vnus restituat totum, alter tenebitur resarcire huic medietatem: atque hoc sanè habetur per pictè. §. si duobus vehiculum citato, & l. 1. §. si apud duos. ff. depositi. Si verò res, vnius tantum illorum culpa, perijt, tunc is solus tenetur in solidum domino rei illius, aliter vero nihil illi debet, vt bi aperte. §. si apud duos citato. Atq; iuxta hoc exponi debet l. 5. Castellæ citata, quæ obscurè, & concisè loquitur, neque id videtur intendere, quod Greg. Lopez ibi asseuerat.

Dubiũ

Decisi.

## De Precario.

## DISPVTATIO CCXCVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Precarium quid, & in quo differat a commodato.*
2 *Precarium statim reuocari non potest, nisi ex aliqua rationabili causa.*
3 *Precario ad certum tempus aliquid cõcedi potest.*
4 *Precario aliquid concedi non potest cum pacto, vt non repetatur, nisi finito toto tempore, pro quo conceditur.*
5 *Precario rem accipiens dicitur illam naturaliter possidere: secus tamen in commodatario.*
6 *Precario concedi possunt seruitutes ex iura.*
7 *Precario rem habens tenetur solum de dolo, & lata culpa.*

8 Preca-

8 *Precarium quot modis finitur.*

9 *Precarium vt censeatur reuocatum, quibus casibus sit actus cõtrarius necessarius, & quib. nõ.*

10 *Gratia, & priuilegium sub qua forma morte non expirat cõcedentis, sed reuocatio requiratur, & sub qua sic.*

*Et quid in Lusitania seruatur.*

11 *Gratia, aut priuilegium concessum vsque ad sedis Apostolicæ beneplacitum, non expirat morte concedentis.*

12 *Gratia concessa vsque ad Papæ, vel Regis beneplacitum, an expiret morte eius, qui eam concessit, vel non.*

13 *Precaria, quid sint, & quot modis fiant. & nu. 14.*

15 *Precaria ad quid de quinquennio in quinquennium innouentur.*

AVtore Vlpiano l. 1. ff. de preca. & consentit. 1 c. vlt. de præcar. *Precarium* † *est, quod precibus petenti vtendum conceditur, quãdiu is, qui concessit, patitur hoc est, non reuocaueris.* Discrimen verò inter precarium, & commodatũ presse, disp. 294. fuit traditum.

Quamuis, q̃ precario concessum est, pro concedentis arbitrio, iuxta definitionẽ tradtã, reuocari, repetiq; possit id q̃ affirmat l. 2. ff. de precario consentit quæ c. vltim. de precarijs; nihilominus obseruant Pan. citatus, Nauar. in Man. c. 17. nu. 182. Angel. & Sylues. verb. precarium, Cou. 3. var. resol. c. 17. nũ. 5. & alij, quos citat, non † posse reuocari statim ac concessum est, nisi superueniat rationabilis aliqua causa, cur statim reuocetur. Ratio est, q̃m ex huiusmodi reuocatione præsumitur dolus in cõcedẽte, nempe voluisse nocere accipiẽti cõcessionẽ, repentinaq; statim reuocatione: concessio autem beneficium est, quo adiuuari, nõ decipi, accipientem oportet, vt habetur l. in commodato. §. sicut autem, in fi. ff. commod. Quare dolo exceptione repelletur concedens, qui sine rationabili causa superueniente, ita voluerit reuocare precarium; arbitrioq; prudentis iudicis tempus aliquod accipienti concedetur, quo se precario accepta, vti possit.

Dubiũ Dubiũ est, vtrũ precario aliqd peti, ac concedi possit ad certum tẽpus, vt ad mensem, aut ad aliud tẽpus certũ. Dicẽdumq; † procul dubio est, peti, ac
3 concedi posse, vt expresse hẽ l. in reb. §. vlt. iuncta Decis. l. seq. & l. cum precario, ff. de precario. Cæterum tũc sensus est, finito eo tpe, finiri precarium, remque debere restitui, nisi precarium ante aduentũ eius termini sit prorogatum, & præterea intra id tẽpus certum repeti, reuocariq; posse pro concedentis arbitrio, vt ex iurib. citatis liquet. Atque ita dicere consueuimus, accommoda mihi tuum lib. per mensem, & si antea eum volueris, restituam.

Dubiũ 4 Dubiũ item est, vtrum † possit aliquid cõcedi precario cum pacto, vt non repetatur, nisi finito toto tpe, pro quo cõceditur. Negantẽque est indẽdũ. Est namq; eo ipso tale pactũ nullũ, vtpote Decis. contra naturã cõtractus precarij. Ita affirmant Pan. c. vlt. de precar. n. 3. & 4. Cou. 3. var. resol. c. 15. nu. 1. Aluar. Valas. de iure emphyt. quæst. 34. nu. 1. Anto. Gom. 2. tom. var. reso. cap. 7. numer. 1. Bar. & alij, quos citant, iuxta l. cũ precario, ff. de precar. cuius verba sunt; *Sed nulla vis est huius cõuentionis, vt rem alienam domino inuito possidere licet.* Et est sensus, q̃n aliquid ad certũ tẽpus, modo §. præcedenti explicato, precario fuerat cõcessum. Sylu. & Ange. ver. precarium affirmant, si eiusmodi pactum apponeretur, tanquam pars cõtractus precarij, nempe quod res ita precario acciperetur in tm̃ tẽpus, vt toto eo tempore reuocari non possit, contractum precarij esse nullum, vtpote continentem conditionem destruentem naturã contractus. Neque refragatur l. cum precario citata. Ibi enim quæritur, num q̃n aliquid ad certum tẽpus concessum fuit precario, si concedens id petat ante tẽpus elapsum, possit repelli exceptione, quod nondum tempus, pro quo fuit concessum, elapsũ sit: respondens vtiq; verba illa, quæ supra recitauimus, quibus significatur, quia pactum illud, & fuisset appositum, esset nullum, contractum, precarij ad certum tempus concessum, non ita accipiendum esse, quasi intra id tempus res precario concessa repeti non possit, sed ita, vt, finito eo tẽpore, contractus cesset, resque, nulla reuocatione expectata, sit restituenda.

5 Quamuis † commodatarius, neq; ciuiliter, neque naturaliter possideat rem commodatam, sed commodans sit, qui naturaliter per commodatarium dicitur illã possidere, vt dispu. 294. dictum est; is tñ, qui rem precario accepit, dicitur possidere illam naturaliter. Ita habetur l. cum precario in princip. & l. & habet §. cum qui precario. ff. de precar. & affirmant gl. c. vlt. de precarijs, Anto. Gom. 2. tom. var. resol. 7. nu. 1. & alij.

6 Seruitutes † & iura, precario concedi possunt. Vt concedi potest transeundi per agrum alienũ vsque ad concedentis beneplacitum, & habere immissum lignum in parietẽ alienum cõcedi similiter pot vsq; ad cõcedentis beneplacitum. Ita hẽt l. & hẽt §. precario habere. ff. de prec. Quin, q̃n ad preces alterius quid simile ei conceditur, precario concessum censetur, vt reuocari per concedentem possit, vt habetur l. 1. §. vlt. ff. de præcar.

7 Qui rem † precario habet, solũ tenetur de dolo, & lata culpa, vt habetur l. quæsitum est. §. eum quoque. ff. de precar. & l. contractus, ff. de reg. iuris, dictumque est disp. 295. Si tamen aliud deductum esset in pactum, standum esset pacto, iuxta ea, quæ eadem disputatione dicta sunt.

8 Precarũ † finitur morte eius, cui fuerat cõcessum. Personale namq; priuilegiũ censetur ex parte eius, cui conceditur, quod proinde cum vita illius expirat. Ita habetur l. cum precario. §. vlt. ff. de precar. & c. vlt. de precarijs. Non tamẽ finitur morte cõcedẽtis, sed perseuerat comparatione hæredum illius, quousque ab eis reuocetur. Ita habetur expresse duobus iuribus citatis, & l. quæsitum est. §. quod à Titio. ff. de precar. & affirmat cõis doctorum sñia, quam referunt, ac sequuntur Cou. 3. var. resol. c. 15. n. 2. & sequẽtibus, & Aluar. Valas. de iure Emphy. q. 34. nu. 3. & 5. Quicquid

gloss. §. quod à Titio, cuato in cõtrarium dixerit.

9 Illud † vero hoc loco est magnopere obseruandum, precarium, quando absque tẽporis præfinitione

tione conceditur, reputari concessum, quousque reuocetur, aut quousque poeniteat concedentē, vt hē l. 2. §. 1. de precar. quare, vt ex parte concedentis cesset, ac finiatur, necesse est per contrarium actum concedentis, aut hæredum illius reuocati. Quando autē ad tēpus certum aliquid concessum est precario, idē contrarius actus est necessarius vt ante id tempus similiter cesset. Atque de eiusmodi precario diximus proximè, non finiri morte concedentis, quousque per hæredes reuocetur.

Longè verò diuersum quid est, qñ aliquis concedit aliquid vsque ad suum beneplacitū, aut interim dum ea fuerit ipsius voluntas, seu, qđ idem est, interim dum voluerit, aut interim dū ei placuerit, vel ad libitum suæ voluntatis. In his nāq; euentibus, quia sermo est de voluntate, aut beneplacito, suppositi, quod in hoc seculo viuit: eiusmodi autem voluntas, seu beneplacitum, morte cessat; consequens est, vt cum vita eius, qui id cōcessit, expiret talis concessio, seu precarium, neque necessarius sit actus contrarius quo reuocetur. Ita habetur expresse l. 4. ff. locati, & c. si gratioſe, de rescriptis lib. 6. atque affirmat communis doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur Molin. lib. 1. de primog. c. 25. num. 4 Aluar. Valas. de iure Emphyt. q. 34. nu. 3. Couar. 3. var. res. c. 15. nume. 2. & sequen. Batt. & alij, quos citant.

10 Quare si gratia, † aut priuilegium, à Summo Pōtifice, aut supremo temporali principe, absolutè concedatur, vel sub hac forma, quousque reuocetur, vel interim dū non reuocabitur, aut interim dum ea non reuocauerimus, non expirat morte concedentis, eo quòd, vt cesset, reuocatione indigeat vt, præter l. cum precatio, §. vlt. l. quæsitum est. §. quod à Titio ff. de precar. & c. vlt. de precarijs, traditur apette c. si delegatus. §. 1. ff. de officio deleg. lib. 6. Si verò sub hac alia forma concedatur; interim dū hæc fuerit nostra voluntas, vsque ad nostrum beneplacitum, vel ad nostrū libitum, aut dum ita voluerimus; expirat morte concedentis, vt constat ex l. 4. ff. locati, & ex c. si gratioſe de rescrip. lib. 6. doctoresque citati affirmant.

Hinc ad praxim colligit Aluar. Valas. vbi supra nu. 6. quando princeps donationes, aut priuilegia, concedit sub hac clausula; *em quanto fornos ſa merce*; expirare morte concedentis: Si tñ vlterius addatur; *e nan mandar o contrario*; vt de stylo Lusitanię dicit solere addi regijs prouisionibus officiorū, iurisdictionū, & similiū, tunc nō finiri morte concedentis, eo quod ratione eius, quod ita additur, noua reuocatio voluntatis requiratur.

11 Illud † hoc loco est obseruandum, qñ aliquid cōceditur vsque ad beneplacitum sedis apostolicæ, aut interim dū apostolica sedes voluerit, tunc morte concedentis non expirare, quod conceditur, sed, vt expiret, indigere reuocatione per actū contrarium. Ita habetur expresse c. si gratioſe. de rescrip. l. b. 6. vbi sic scriptum legimus *Si vſque ad apoſtolicæ ſedis beneplacitum gratia concedatur, tunc, quia ſedes ipſa non moritur, durabit perpetuò, niſi a ſucceſſore fuerit reuocata.* Hęc ibi. Consentitque communis doctorum sententia.

Quæſt. 12 Illud † verò controuertunt doctores, si aliquid cōcedatur vsque ad Papæ, aut Summi Pontificis, vel Regis beneplacitum, an morte eius Summi Pontificis, aut Regis, qui, qñ fuit concessum, viuebat, expiret. Multi non expirare asseuerant: eo quòd dignitas non expiret: neque apostolica sedes diuersum, quid sit à Summi Pontificis dignitatem. Item quia, qñ aliquis deputatur iudex, aut exequutor, facta mentione, non personæ, sed dignitatis, tunc sanè, nisi aliud de mente concedentis constet, tam, qui viuebat tempore concessionis, quàm successores in eadem dignitate, censentur deputati, vt tract. 5. videbimus. Quorundā opi.

Alij, in quorum sñiam inclinant Couar. c. 15. citato. nu. 2. & Aluar. Valas. q. 34. citata, nu. 7. cōtrarium affirmant, ducti c. si gratioſe citato, cuius verba sunt. *Si gratioſe tibi a Romano Pontefice cōcedatur, vt beneficia, quæ tempore tuę promotionis obtinebis, poſſes vſq; ad ſuæ voluntatis beneplacitū retinere; huiuſmodi gratia per obitum (per quē ipſius beneplacitū omnino extinguitur) eo ipſo expirat.* Ad hæc cū verba autores contrariæ sentētiæ respondere optimè possent, ibi esse sermonem de persona Romanum Pontificatum obtinente, quę gratioſe concesserat, vt vsque ad suum beneplacitum beneficia illa retineri possent: qui planè est germanus sensus illorum verborum. Aliorū opin.

Mihi hac de re duo placent. Primum est, cum Couar. ibid. consecutis, ex circunstantijs cōcurrentib. esse expendendum, num in beneplacitum personæ in tali dignitate constitutæ id sit reseruatum, an potius in beneplacitum dignitatis hoc est, obtinentis in genere eam dignitatem. Atq; in priori euentu expirare concessionem cum persona quæ id concessit, in posteriori verò non item. Præterea, in dubio potius inclinandū esse, concessionē esse factā in priori, quā in posteriori, sensu, ac proinde expirare: id qđ Couar. & Alu. Valas. affirmant; tunc quia favet c. si gratioſe citatum: tum etiam quia hæc non videntur extendenda.

Secundum verò est, eiusmodi concessiones, ita vt prædictæ ambiguitati sit locus, tarò fieri, nisi à tertia persona, quæ facultatem habet concedendi aliqua nomine principum, vt a proregib. & præfectis alijs prouinciarum, vt qñ Indiarum proreges sub hac forma officium, aut quid aliquid, cōcedunt, *em quanto for merce del Roy, ou ſu alteza o ouuer por bem.* In hoc autem euentu censet Aluar. Valas q. 34. citata, num. 7. expirare concessionem cum Rege, cuius tempore facta fuit. Quoniam, qui id concessit non censetur cogitasse de Regibus, a quibus potestatem non accepit, sed de eo, a quo illam habet, & cuius nomine eum actum exercet: generalisque nuncupatio restringitur ad personam, in qua sola verificatur l. 2. ff. de libe. & postb. Præterea quia verba nō tantum debent valere, vt meliora existant l. 3. C. de liber. præter. Existimo tamen, etiam in eiusmodi concessionibus à proregibus factis, expendenda esse verba, & circumstantias, an concedere intenderint ad beneplacitum Regis pro tempore existentis. Neque iura, quæ Aluar. Valas. citat, probant, quod intendit, si expendantur. Quando autē diceretur; concedo hoc ad beneplacitū Regū Lusitaniæ, Decis.

Digitized by Google

taniæ, aut Regis pro tempore existētis, tunc non expiraret cōcessio morte primi regis, sed esset perpetua, quousque pactum contrariū reuocaretur.

Sunt vero circa hactenus dicta nōnulla obseruanda. Primū est, quamuis voluntas, ac beneplacitum aliquid concedētis, morte ipsius cessare iudicetur, non tñ somno, ebrietate, furia, aut amentia, vt colligitur apertè ex ca. maiores. §. vlti. de bapt. & eius effectu, ex l. si is qui animo ff. de acquiren. possess. & l. nunq̄ §. si seruus. ff. de vsucapi. In his enim euentibus adhuc perseuerat suppositū potens suapte natura velle in hac vita. Quin in eadem reputatur esse voluntate in qua erat, anteq̄ vsu rationis priuaretur, vt ex iurib. citatis constat, & affirmat Couar. loco citato, num. 4. & 5.

Secundū, hoc esse discrimen inter iurisdictionem ordinariam, & delegatam, vt tracta. 5. videbimus; qđ ordinaria, morte concedentis non expirat, etiam si res sit integra: delegata verò, si res sit integra, tam morte concedentis, quàm cessante iurisdictione ex quacunque alia causa in concedente, expirat continuo in delegato, secus autem si res non sit integra: nam tunc non expirat, nisi concessa esset vsque ad beneplacitum concedentis. Atque hinc intelliges ca. si delegatus. §. 1. de offic. deleg. lib. 6. vbi statuitur, si delegatus a sede apostolica subdelegauit, quousque ipse iudicaret reuocandum: tunc, si, re non integra, delegatus è vita discessit, iurisdictionem non expirare in subdelegato, vi expiraret, si subdelegasset vsque ad suum beneplacitum; eo quòd beneplacitum cum vita, eo pacto subdelegantis, expirasset.

Tertium est, quæ hoc loco dixi poterant de iurisdictionibus, aut gratijs, tam a supremo principe, quàm ab inferioribus concessis, quando morte concedentis expirent, & quando non, tractatu quinto commodiorem habere locū, eaque de causa illuc vsque deferri. Interim lego, si placet, Molinam lib. 1. de primog. c. 25.

Si quis pignori rem suam alicui tradidit, & precatio illam vt ea vteretur, ab eo obtinuit, cui in pignus eam dedit tunc eo ipso, quod illi soluit debitum, finitur precarium, vt est notissimum, & habetur l. si debitor. ff. de precario.

Si is, qui rē aliq̄ precario concessit, illā vendat, aut aliter alienet, tunc is, qui eā emit, aut alio titulo ad eum pertransit, potest reuocare precarium, qñ sibi placuerit. Ita habetur. l. quæsitum est. §. illud tamen ff. de precar. & ca. vlti. de precar. atque affirmant Aluar. Valas q. 24. citata. num. 8.

Illud est postremo, in hac disputatione obseruandum. Aliud esse precarium neutrius generis, de quo hactenus loquuti sumus, & aliud precaria precariæ, generis fœminini, & in plurali precariæ precariarum, de quibus iure canonico titulo de precarijs, & alijs locis statim citandis, sermo ha-
13 betur. Etenim precariæ sunt, † qñ aliquid conceditur in perpetuum, vel in vitam accipientis, aut ad tps certū modicum, aut magnū, neque, ante id tempus elapsum, põt reuocari contractus. Excipe, nisi sit bonum Ecclesiæ, quod a ministro Ecclesiæ irrationabiliter concedatur: tunc enim successor stare non tenetur contractui prædecessoris, sed potest, ac debet, repetere Ecclesiæ rem ita malè alienatam, vt c. 2. de precarijs habetur.

14 Fiunt verò † eiusmodi precariæ multipliciter. Interdum quippe aliquid pro certa annua pensione conceditur alicui in perpetuū, vel ad vitū, aut ad aliud tps, & tunc ab Emphyteusi non differt, nisi tps, pro quo fit concessum ad decennium non perueniat; nam tūc esset locatio, iuxta ea quæ alibi dicenda sunt. Interdum verò cōceditur aliquid quo ad vsum fructum, pro possessione, aut possessionibus alijs, quas accipiens det, dareve post mortē suam pacisceatur Ecclesiæ. Interdum autē aliquid gratis conceditur, vel propter benemerita, vel pauperi, aut peregrino, idq; in vel tempus certū, vel ad vitam, aut vitas aliquot. Impositum verò est huic contractui nomē precariarii, propterea quòd hæc omnia ad accipientium preces concedi soleant. Patent verò hactenus dicta ex c. 1. 2. & 3. de precarijs, ex 10. q. 2. c. 2. §. si œconomus, & ex c. precariæ, & sequentibus, eadem causa & quæst. ex 16. q. 1. c. possessiones, & ex q. 3. c. clerici. Lege Pan. c. 1. 2. & 3. de precar. Aluar. Valas. q. 34. citata a n. 9. & summarū autores. verb. precariū.

15 Ca. 1. de precar. sancitum est, vt † precariæ de quinquennio in quinquennium innouētur. Non quidem, vt de nouo iniciatur, contractus, quasi, finito quinquennio, contractus finiatur, vt Aluar. Valas. aduersus glossam ad c. 1. citatum, & aduersus alios, rectè vbi sup. n. 10. obseruat, sed ne eiusmodi res per oblationem pereat Ecclesiæ. Solent verò eiusmodi contractus fieri cum clausula expressa, vt accipiens de quinquennio in quinquēnium teneatur innouare contractus, alioqn amittat precariam. Atque vbi ea consuetudo vigeret, iusque canonicum citatum in viridi esset obseruantia, clausula ea omissa, haberetur pro expressa, vt Alua. Valas. nu. 9. citato, cum alijs, affirmat, eo qđ contractus iuxta loci consuetudinem, iurisq. dispositionem, initus censeatur. Pan. autem ad c. 1. citatum ait, eiusmodi innouationem necessariam non esse, vbi consuetudine est abolita, id quod ex se notissimum, nulluſq; diffiteri potest.

## De Mutuo.

### DISPVTATIO CCXCIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Mutuum quid.*
2 *Mutuum cum commodato in quibus conueniat, & in quibus non.*
3 *Mutuatarius ad quid teneatur, etiam si non exprimatur, & ad quid non.*
4 *Mutui materia, quæ res sint.*
5 *Mutuum dare quis potest.*
6 *Mutuum, quando sit restituendum. Et quid in regno Castellæ. nu. 8.*
7 *Interesse extrinsecum, quando veniat in mutuo.*

CVm disputatione de commodato, & precario, coniuncta est tractatio de mutuo. Tum vt in quo hi contractus differant, ac conueniant, intelligatur. Tum etiam, quoniam mutuū eatenus ad lucratiuos contractus accedit, quatenus ex liberalitate procedit, vt quis per mutuum alteri

Digitized by Google

si subuenire velit, seipsum re sua ptiuando: ita tamen, vt tantundem postea ab altero recipiat.

1 Mutuũ † est traditio rei ad vsũ, vt statim fiat accipientis, & restituat postea tantundem eiusdem rationis, ac qualitatis. *Inde verò dictum est mutuum, qui ita à me tibi datur, vt ex meo tuũ fiat*, vt habetur in Instit. quib. mod. re contrah. obliga. in prin. & l. 2. §. appellata est. ff. si cert. pet.

Dictũ in definitione est, mutuum esse traditionem rei: qm̃ mutuum, sicut & commodatum, de numero sunt contractuum, qui re traditione ipsa perficiuntur, vt disput. 254. dictum est. Cum

2 † cõmodato ét conueniat in eo, ꝙ proximè subiungitur in definitione, nempe, ad vsum. Differt verò ab illo in eo, ꝙ additur, vt statim fiat accipientis. Res quippe mutuata in dñium transit mutuatarij, hoc est, eius cui mutuo datur, vt hĩ Instit. quib. mod. re contra oblig. in prin. & §. inẽ is, & l. 1. tit. 1. p. 5. Atq; ea de cã, étsi fortuito casu, & sine vlla mutuatarij culpa pereat, ipsi perit, non verò mutuãti, vt hĩ Instit. quib. mod. re cõtr. obl. §. item il. l. incendium. C. si cert. pet. & l. vlt. tit. 1. par. 5.

In definitione additur, vt restituat postea tantundem: qm̃ de tõne mutui est, vt restitũ non fiat statim, alioquin esset permutatio. Idcirco autem subiungitur, eiusdẽ rationis, & qualitatis: qm̃ id postulat natura contractus mutui. Quo fit, vt, esto, dum contractus fit, non exprimatur, teneatur

3 † mutuatarius restituere tantundem eiusdẽ speciei ac qualitatis, seu bonitatis, vt habetur expresse l. 3. ff. si cert. pet. & l. 2. tit. 1. par. 5. Quare si, qui vinum vetus mutuo accepit, restituat nouum, non satisfacit, vt hĩ l. 3. citata: qm̃ non reddit vinum æquè bonum cũ eo, ꝙ acceperat. Hoc loco obserua, de ratione mutui non esse, quod nõ restituatur idem numero, ꝙ mutuo acceptum est, sed ꝙ mutuatarius nõ teneatur restituere idẽ numero, ꝙ mutuo acceptum est, atq; id solum est, ꝙ voluit l. 2. in prin. ff. si cert. pet. Cum. n. mutuatarius solum restituere teneatur æquiualens rationis eiusdem, vtiq; satisfacit plenè id ipsum reddẽdo, quod accepit, modo deterius factum non sit. Atq; hoc innuitur apertè Instit. qb. mod. re contr. obl. his verbis; *Et quandoque nobis nõ eadem res, sed alia eiusdem naturæ & qualitatis, reddatur.*

4 lata † l. 2. ff. si cert. pet. Inst. quib. mod. re contr. obli. in prin. l. 1. & seqq. tit. 1. par. 5. ac alibi; mutui materiam esse voluntres, quæ in pondere, numero, & mensura consistunt, quæque vsu consumũtur, vt sunt pecunia, triticum, vinum, oleum; & id genus alia. Nomine verò cõsumptionis, rei quoque alienationem per vsum illius cõprehendunt, quo pacto pecunia, dum ea aliquid soluitur, aut cum alia permutatur, vel dum donatur, aut mutuo datur, consumi dicitur comparatione dantis, quatenus eiusmodi vsu dominium illius in alium transfertur. Quo loco obiter attende, cũ in pecuniæ mutuo potissimum habeatur ratio valoris, quem, vt pecunia, habet; sanè eiusdem rationis, ac qualitatis, seu bonitatis, reddi censetur, si pecunia eiusdem valoris restituatur, quamuis nõ sit eiusdem materiei. Vt, si ducentos nummos aureos, quis mutuo accipiat, mutuũ solutio, si æqua-

lem valorem pecuniæ argenteæ, aut æris, restituat, vehè contracta. Nisi in pactum fuerit deductum, vt persoluerentur pecuniæ eiusdẽ materiei. Aut nisi lex, aut consuetudo esset, vt pars aliqua debitorum, in argento, aut auro, solueretur, vt in Lusitania. Qm̃ autem aute cuncta, illud esse mutui materiam, assumant, intelligendum id arbitror (vt disp. 294. dicebamus) regulariter, & vt plurimum, atque ad discernendum, num contractus mutui sit, aut commodati, qm̃ res potest esse dubia. Etenim, qñ res datur, vt statim fiat accipientis, & restituatur postea alia eiusdem rationis, & bonitatis, sanè mutuum est, esto, quod datur, vsu non consumatur, neque in pondere, numero, aut mensura propriè consistat. Vt si quis petat bouẽ, aut aretem, ab amico, restituturus ei postea aliũ similem, est mutuum: idemq; est, si aurifex petat ab amico tot pondera auri, aut argenti, ad conficiendum aretefactum, restituturus æqualia pondera eiusdẽ materiæ: aut si quis petat lapides, vel ligna, quibus indiget ad construendam domum, restituturus postea æqualem quantitatem eiusdẽ materiæ, atque æqualis bonitatis.

5 Mutuum † dare potest dominus rei, quæ mutuo datur. Dare item potest alius nomine illius, & tunc is, cuius nomine datur, comparat actionẽ. l. certi condictio. §. si nummos, & l. singularia. ff. si cert. pet. & l. 2. tit. 1. par. 5.

6 Si certus terminus † præfixus fuit, in quo mutuatarius teneretur soluere mutuũ, intra eum (& nõ antea, esto mutuans id petat) tenetur illud reddere alioquin tenebitur ad damna oĩa, & lucri cessantis, quæ ex mora sequuta fuerint mutuãti. Si quid ét mutuans in repetitione talis debiti insumpserit, id quoq; tenetur mutuatarius illi soluere. Rõ est, qm̃ mutuatarius p̃ iniustã dilationẽ solutionis, cã est mutuanti horum oĩum dãnorum: viq, contractus ad ea oĩa illi tenetur: quo fit, vt in cõscia foro, nulla expectata sententia, resarcire ea oĩa teneatur, vt constat, l. nõ vtiq; §. nunc de officio, & §. in hanc, & l. ꝙ si Ephesi, in princ. ff. de eo quod certo loco l. nummis, iuncta glo. ibi, ff. de in litem iurãn. & l. vlt. tit. 1. par. 1. Vbi Gregor. Lop. gl. vlt. air, si mutuum sit alterius rei, quã pecuniæ, solum venire interesse intrinsecum rei soluendæ, non verò extrinsecum lucri quod negotiando ex illa cõparare poterat, iuxta l. si sterilis. §. cũ per venditorem, ff. de act. empt. Cæterum l. si sterilis solum loquitur in venditione. Præterea id limitat Greg. Lop. ibi cum Bar. §. non vtique citato, si commodatarius erat mercator: nam túc debetur

7 etiam interesse extrinsecum. Quare ex † mora quocunq; mutui deberur etiam interesse extrinsecum, si comparatione mutuantis tale interesse verè futurum fuisset. Illud in obiter admonuerim, limitationem illam Greg. Lop. & Bar. nullã profectò esse, si dex, si sterilis, extendenda esset ad mutuum. Etenim in ea interesse extrinsecum, ét si sit mercatoris, qui re empta negotiari, & lucrari debebat, aperè excluditur.

Quãdo solutioni mutui terminus nõ fuit præfixus, tunc mutuatarius tenetur illud soluere, qm̃ mutuans repetierit. Modo cũ non statim repetat,

ac mu-

ac mutuum dedit, nisi fortè superueniat sufficiēs causa, quæ cogat statim repetere: si enim sine superueniente iusta causa statim illud repeteret, præsumeretur dolo dedisse mutuum, vt deciperet mutuatarium, damnumque illi inferret, vt de precario disputatione præcedente dictum est, ac proinde doli exceptione repelleretur. In Castellæ † regno l. 2. tit. 1. part. 5. taxatum est, vt in eo euentu mutuatarius non teneatur restituere mutuū, nisi post decem dies à puncto, quo id accepit. Grego. aūt Lopez ibi glo. antepe. cum Baldo, & Salicet. ait, si ex re, ad q̄ mutuo dedit, & ex circunstantijs cō currentibus, intelligatur tacitè illud dedisse in longius tps, tunc ante illud elapsum, nō esse obligationē restituendi, cui expresse nullus præfixus fuerit terminus. Vbi vero lex nō est, quę statuat, quāto tpe mutuū retineri possit, sane, q̄ nec tacite terminus fuit præfixus solutioni, iudicis arbitrio statuēdū est, quāto tempore retineri valeat.

## De Mutuo facto Ecclesiæ, ciuitati, aut minori.

### DISPVTATIO CCC.

#### SVMMARIVM.

1 *Ciuitatis nomine ēt oppida intelliguntur venire.*
2 *Ecclesia, & ciuitas vt teneantur de mutuo, quid per mutuantem probari debeat, & quibus casibus, & quare, nu. 7.*
3 *Mutuum quando dicatur versum in vtilitatem Ecclesiæ, vel Ciuitatis, vt ad id teneantur.*
4 *Ecclesia vel Ciuitas quando censeatur fieri locupletior, vt de mutuo teneatur.*
5 *Ecclesiæ administratori quando competat aduersus Ecclesiam actio negociorum gestorum.*
6 *Mutuanti quando concedatur actio aduersus Ecclesiam, vt sibi mutuum soluat.*
7 *Mutuans quare probare teneatur, mutuum fuisse cōuersum in vtilitatem Ecclesiæ, vel ciuitatis.*
8 *Minor in mutuo eodē gaudet priuilegio Ecclesiæ & Ciuitatis, vt mutuans teneatur probare conuersum esse mutuum in eius vtilitatem.*

1 NOmine Ecclesiæ hoc loco, pia ēt loca vt hospitalia intelliguntur. Nomine † verò ciuitatis, intelliguntur etiam oppida alia, vt l. 3. tit. 1. par. 5. habetur, & affirmat gl. prima l. ciuitas. ff. si cert. pet. at. Eadem lex computat etiam Reges, q̄r ab eorum ministris nomine Regum, sed absque speciali eorum mandato, mutuum accipiunt. Vt. n. Greg Lop. ibidem verb. *del Roy*, adnotauit, cum Regis bona per administros regātur, gaudet Rex priuilegio minorum, iuxta l. vlt. tit. vlt. par. 6. vbi videas, quæ idem Greg. de Regibus, & alijs oppidis, quæ ciuitates non sunt, hanc in parte tradit.

2 Quando † Ecclesia, aut ciuitas, aliquid mutuo acceperunt, vt illud teneantur soluere, mutuans prius debet probare, quod ita acceptum fuit, in Ecclesiæ aut ciuitatis, vtilitatem fuisse conuersum, vt de ciuitate habet, l. ciuitas. ff. si cer. pet. iuncta l. 1. C. de solutionib. & liberationib. debit. ciu. lib. 11. & l. 3. tit. 1. par. 5. de Ecclesia verò in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. Eccl. 10. q. 2. c. 2. § hoc ius porrectum, & l. 3. citata, atq; affirmat communis doctorum sententia, quam Couarr. 2. var. res. c. 17. nu. 3. refert, ac sequitur: aliquin neque ciuitas, neque Ecclesia, tenentur id soluere, sed is, qui Ecclesiæ, aut ciuitati, nomine id accepit, aduersus quem, hæredesque illius, actio à creditore est intendenda quo ad ea, quæ non constiterit in Ecclesiæ vtilitatem fuisse conuersa.

Circa hoc aūt placet, quod cum Innoc. tradit Pan. c. 1. de depos. nu. 9. & fusius, c. q̄ quibusdam de fide iuss. à nu. 4 Iunctis quæ Bart. l. ciuitas, citata docet. Aut enim prælatus simul, & capitulū acceperunt mutuum Ecclesiæ, aut solus prælatus, aut solus aliquis alius administrationi Ecclesiæ deputatus. In primo euentu sub distinguēdū est. Q̄n, vel ad debiti solutionē necessaria est alienatio bonorum immobiliū Ecclesiæ aut eorum mobiliū, quę priosa sunt, & seruando p̄ti seruari, vel sustineri ūt redditus, & alia mobilia bona Ecclesiæ.

Si necessaria sit alienatio bonorum prioris generis, tūc, cum vniuersim hæc à prælato, & capitulo absq; euidenti Ecclesiæ vtilitate, seu necessitate, alienari non possint, aliterq; facta alienatio nō valeat, vt cū de emphyteutico cōtractu infra erit sermo, dicetur, cōsequēs profectò est, vt indirectè, occasione mutui suscepti, alienari etiā nequeant absq; manifesta Ecclesiæ vtilitate, seu necessitate. Quare, q̄n nō constat mutuum in Ecclesiæ vtilitatem fuisse conuersum, & consumptū, vtiq; quis aut ōmes simul prælati, & capituli interuenerint ad illud suscipiendū, alienari non poterunt similia bona, vt inde tale mutuū soluatur. Atque in hoc euentu aut hęntiæ hoc ius porrectum statuit, vt creditor probare teneatur in Ecclesiæ vtilitatem id fuisse conuersum, q̄ Ecclesiæ dedit, vt Ecclesia illud soluere teneatur, vt aut ēt eam illa expendiderit manifestū, inde verò cętera iura determinasse sunt, quę ideo circa ecclesiam statuunt. Hanc aūt ratiō tenet non hēt in concilio ciuitatis eo q̄ alienatio bonorū immobiliū ciuitatis, facta ab eo absque euidenti ciuitatis vtilitate, valida sit. Atq; hinc Bart. decretato cui Pan. vbi supra consentit, merito affirmat, si eiusmodi concilium mutuo aliquid ciuitati acciperet, mutuantem non teneri probare conuersum id fuisse in ciuitatis vtilitatē, vt ciuitas id illi persoluere teneatur, esto ad id soluendū opus esset ciuitatem alienare bona sua immobilia. Quin addit Bar. si aliquis de mandato conuentus, seu ciuitatis aliquid mutuo ciuitati acciperet, nō teneri mutuantē probare id in ciuitatis vtilitatē fuisse conuersum, vt ciuitas id soluere illi teneretur eo q̄ ciuitas ipsa, seu conuentus, mutuo illud suscepisse videretur.

Q̄n verò ad solutionē mutui, a prælato simul, & à capitulo suscepti, necesse non est alienare bona prioris generis, sed satis ad id sunt redditus, & bona alia mobilia; tunc, qui mutuo dedit, non tenetur probare conuersum id esse in Ecclesiæ vtilitatem. Ratio est, quoniā prælato, & capitulo competit libera eorum horum administratio, ad illorumque alienationem necesse non est constare.

stare, id in euidentē Ecclesiæ vtilitatē fieri. Confirmari hæc doctrina pōt ex c. quod quibusdam, de fideiuss. vb., argō à contrario sensu, manifestè colligitur, qñ particularis religiosus de consensu prælati, & maioris partis capituli pecuniam mutuo accepit persoluendā esse à monasterio, esto in illius vtilitatem non sit conuersa; tūnc ergo maiori cum ratione, qñ accepta fuerit à prælato simul, & a capitulo, soluenda similiter erit.

Eodem modo etiam Pano. qñ solus prælatus aliquid mutuo accepit, quod de bonis posteriores generis persolui pōt, necessarium non esse mutuantem probare conuersum id fuisse in vtilitatem Ecclesiæ, vbi in vita talis prælati persoluatur. Qñ prælatus habet liberam administrationem eorū bonorum mobilium, vt loco supra citato ostendimus, cōsonat etiam c. quod quibusdam citatum.

Secus autem esse Panor. de administratore ciuitatis, qñ non hēt tam liberam administrationē bonorū ciuitatis. Quare, inquit, conuentus ciuitatis impedire posset solutionem talis mutui, nisi probaretur, cōuersum in ciuitatis vtilitatē id fuisse, q̄ administrator nomine ciuitatis mutuo accepisset, atque id planè docet L. ciuitas. ff. si cert. pet.

Post mortem verò prælati, qm prælatus obligare non potuit Ecclesiam in ips post suam vitā, nisi ex necessitate, atque in vtilitatem talis Ecclesiæ, vt patet c. 1. de solution. ibi. est maior probabilitas, teneri tunc mutuantem probare conuersum id fuisse in Ecclesiæ vtilitatem. Nihilominus Panor. loco citato cū Host. affirmat, satis in eo euento esse probare, qñ ipse mutuo prælato dedit Ecclesiam fuisse in manifesta indigentia eius pecuniæ, quam ipse ad eam necessitatem subleuādam dedit, neque opus esse probare, cōuersam re ipsa fuisse in Ecclesiæ vtilitatem: quoniam id esset graue onus imponere mutuo dentibus prælatis, qđ in Ecclesiæ detrimentum redundaret, quæ nō inuenirent, qui mutuum illius indigentijs subuenirent. Consentit. c. 1. de sol. dum, vt successor prælatus soluere teneatur debita sui prædecessoris, solum exigit, illa pro Ecclesiæ necessitate fuisse cōtracta. Consentit præterea cap. quod quibusdam de fideiussor. vt Panorm. illud inducit. Ad authēticam verò huius correctum, quæ exigit probationem per conditionem, quod Ecclesiæ dedit, cōuersum fuisse in Ecclesiæ vtilitatem, respondetur esse intelligendam, quando ad debiti solutionem necesse esset alienare bona immobilia, aut mobilia pretiosa Ecclesiæ; non autem quando sufficerent reditus, & alia bona mobilia. Eodemque modo (quod ad Ecclesiam in hoc euentu attinet) intelligenda est l. 3. tit. 1. par. 5. quæ simul exit, creditorem probare, Ecclesiam ea re tunc indiguisse, & conuersam fuisse in Ecclesiæ vtilitatē. In eo tñ mutuo, quod rector ciuitatis nomine illius accepisset, non satis esset probare, datū fuisse ad ciuitatis necessitatem subleuandam, sed simul probare oporteret, conuersum fuisse in ciuitatis vtilitatem, vt ex l. ciuitas. ff. si cert. pet. iuncta l. 1. C. de sol. & lib. debit. ciuit. constat, concinitque l. 3. tit. 1. par. 6.

Denique qñ particularis aliquis, deputatus Ecclesiæ administrationi, mutuo aliquid Ecclesiæ noīe acciperet, distinguendum est. Qm, vel taxata illi ab Ecclesia erat certa summa, quam mutuo posset accipere, vel non. In primo euentu, si is vltra eam summam non accipit, tenetur Ecclesia id soluere, esto in ipsius vtilitatem non sit conuersum, vt apertè colligitur ex c. quod quibusdam de fideiuss. Hoc tñ intelligo, qñ ad id soluendum necesse non esset alienare bona immobilia Ecclesiæ, vel mobilia pretiosa: qm tunc, esto Ecclesia ipsa, hoc est, prælatus, & capitulum, id mutuo immediatè accepissent, teneretur creditor probare mutuum fuisse conuersum in Ecclesiæ vtilitatem, vt supra dictum est, nedum qñ interuentu administratoris id accepisset. Qñ autem nihil illi erat taxatum, vel summam taxatam excedit, tunc Ecclesia non tenetur quoad excessum, nisi quatenus id in ipsius vtilitatem cōperiatur conuersum, vt eod. c. quibusdam sanctum est; ad creditorem q; probare spectat, id in Ecclesiæ vtilitatē fuisse cōuersum. Idem omnino dicendum est de particulari, cui cura aliqua ciuitatis esset demandata.

3 † In re aūt proposita, id dē conuersum in Ecclesiæ, aut ciuitatis vtilitatem, q̄ insumptū in eo est, quod Ecclesia, aut ciuitas, facere tenebat, aut in eo, in quo ciuitas, aut Ecclesia, tantumdem de suis bonis erat insumpturā. Etenim † tunc Ecclesia, aut ciuitas in ea tota quantitate facta censetur locupletior: qñ quidem tantumdem de alijs suis bonis erat insumpturā, id q̄ apertè colligitur ex l. in pupillo, ff. de sol. Qñ aūt, quod mutuo acceptum est, in eo esset insumptum, in quo ciuitas, aut Ecclesia, nihil fuisset insumpturā, distinguendum est. Qm rationabiliter ac prudenter fuit ita insumptum, esto ex inopinata aliqua circunstantia, aut euentu non cesserit in ciuitatis, aut Ecclesiæ commodum, tunc ciuitas, aut Ecclesia, tenetur totū soluere, præsertim si, qui id ita accepit, & insumpsit, facultatē mutuo accipiēdi habebat, sed non taxatā. Ita colligitur apertè ex l. q̄ si vltro §. is autem. ff. de neg. gest. consentiuntque gl. l. si pupilli. eo. tit. Confirmari † autem pōt, qm administratori Ecclesiæ in eo euentu competit actio negotiorum gestorum aduersus Ecclesiam, vt sibi persoluatur, quod prudenter ea in re insumpsit;

6 ergo † eadem ratione mutuanti concedetur actio aduersus Ecclesiam, vt sibi mutuum soluat, quod Ecclesiæ nomine prudenter ministrer eius accepit. Si vero, quod mutuo acceptum fuit, imprudēter, atque irrationabiliter fuit insumptum, tunc solū tenetur ciuitas, aut Ecclesia soluere, quātum inde facta fuit locupletior. Quod si plus vtilitatis inde Ecclesia, aut ciuitas, percepit, quam fuerit quantitas mutui, solam mutui quantitatem tenetur persoluere. Lege quo ad hæc omnia Panor. loc. citatis, aliquid etiam tradunt Couar. nu. 3. citato, & Greg. Lop. l. 3. citata.

Cur Inn. obseruat optimè Pan. c. 1. de depos. numer. 9. In mutuo peculiariter iura statuere, vt

7 † mutuans probare teneatur, quod mutuo dedit, in ecclesiæ, aut ciuitatis vtilitatem fuisse conuersum; non vero in alijs contractibus ciuitatis, aut ecclesiæ nomine, ab habentibus ad id facultatem,

rem, celebratis. Rō aũt est, qm̃, cum prælati, & rectores, & alij, qui bona Ecclesiarum, ac ciuitatũ, administrant, faciles esse soleant ad mutuum accipiendum, & fœneratores ad illud dandũ, nisi modo explicato, consultũ esset Ecclesijs, & ciuitatibus, circa mutuum, facile earum bona alienarentur ac perirent. In cęteris ergo contractibus illi, q̃ cum Ecclesia, aut ciuitate, contrahunt, probare non tenentur, quod ex sua parte dederunt, in Ecclesiæ, aut ciuitatis, vtilitatem fuisse conuersum, vt ex parte Ecclesiæ, aut ciuitatis, obligatio sit adimplere contractum.

2 Minor, † tutorẽ, aut curatorem, habẽs, gaudet Ecclesiæ, & ciuitatis, priuilegio, nẽpe, vt si tutor, aut curator, aliq̃d minoris nomine accipiat mutuo, non teneatur id soluere, nisi creditor probet, conuersum id fuisse in minoris vtilitatẽ. Ita colligitur apertè ex l. 3. C. qñ ex facto tutoris, & hẽ l. 3. tit. 1. par. 5. atque affirmat Bar. l. ciuitas. nu. 14. ff. si certum petatur, & doctores communiter.

Qñ minor ipse sine tutoris, aut curatoris, autoritate aliquid mutuo accepit, atque inde læsus inuenitur, quia sua facilitate, aut culpa, perdita, aut consumpta fuit pecunia, cõceditur illi restitutio in integrum, vt eatenus restituere non teneatur, quatenus inuenitur lęsus, sed solum quatenus inde inuenitur locupletior. Quod si is, qui mutuo dedit, fœnerator erat, qui mutuo id ad vsuras dedit, in odium illius, sancitum est, vt ipsi probare incumbat, minorem locupletiorem esse effectũ, & quousque locupletior factus sit, atque de eiusmodi mutuantibus intelliguntur l. 1 & 2. C. se aduers. credito. gl. & Bar. ibi, ac doctores cõiter. Qñ verò, qui mutuo dedit, fœnerator non erat, ad minorem, qui restitutionem in integrum petit, probare spectat, ex eiusmodi mutuo fuisse læsum, alioquin soluere cogetur integrum mutuum, vt cũ Bart. & cõi doctorum sententia quam refert, affirmat Ant. Gom. 2. tom. var. res. c. 14. nu. 2. Quo loco obserua, in conscientiæ foro, minorem teneri soluere, quantũm ex mutuo fœneratoris factus fuerit locupletior, esto fœnerator probare id non possit. Lege quæ circa contractus minorum disp. 224. dicta sunt.

## De Mutuo filiofamilias facto.

### DISPVTATIO CCCI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Filiofamilias competit exceptio Macedoniani aduersus sibi mutuantem.*
*Etiam si sit in dignitate, ex qua patriam egrederetur potestatem. nu. 6.*
2 *Macedoniani exceptio competit filiofamilias etiã in conscientiæ foro, & quare.*
*Et quid in Castella, & Lusitania.*
3 *Macedoniani exceptio, & priuilegium, ad quas ét personas extendatur.*
4 *Macedoniani exceptioni, seu priuilegio renũciari non potest, ex communi.*
5 *Macedoniani exceptio opponi potest etiam post sententiam, ante tamen solutionem.*
7 *Filiofamilias habenti bona castrensia, hodie non competit exceptio Maced.*
8 *Filiofamilias soluenti debitum ex causa mutui contractum, non competit repetitio.*
*Intellige tamen, & declara, vt ibidem.*
9 *Macedoniani exceptio quibus casibus locum non habeat.*

Si mutuum filiofamilias sit factum, esto is vigesimum quintum suæ ætatis annũ tunc excederet, in effectu non tenetur illud soluere. Licet enim ex eo, & alijs contractibus, obligetur, tam ciuiliter, quam naturaliter, iuxta ea, quæ disput. 261. dicta sunt; iure tñ ciuili conceditur ei exceptio, seu oppositio, solutionẽ, tã priuatim, q̃ in iudicio exigenti, se non teneri id soluere priuilegio

1 † Senatusconsulti Macedoniani; quo concessum fuit ad tolenda mala, quæ ex eiusmodi mutuis orui consueuerant: inter quæ erant mortes parentum, vt filij haberent vnde soluerent debita ex eiusmodi mutuis cõtracta. Et qm̃ fœnerator quidã Macedo nomine, cuius mutuis mortes plurimorum parentum Romæ fuerant subsequutæ, occasio fuit, vt hoc priuilegiũ concederetur, Macedonianum fuit nuncupatum. Priuilegium hoc constat ex l. 1. sequentibus. ff. & C. ad Macedonianum, ex §. pen. inst. quod cum eo qui in aliena est potestate, & ex l. 4. tit. 1. par. 5.

2 Habet † vero locum, non solũ in exteriori, sed ét in conscientiæ foro, vt Innoc. & cum eo Panormitani plerique, de immunita. Eccles. nume. 26. & 27. Bart. in extrauag. ad reprimen. ver. denunciationem. nu. 12. Ant. Gom. 2. tom. var. reso. c. 6. nu. 2. Greg. Lop. ad l. 4. citatam, & doctores communiter affirmant. Ratio est, quoniam potestas publica introducere id potuit in commune bonũ: lex autem iusta vim habet in foro conscientiæ. Panormitanus ait, cũ inter Christianos eiusmodi periculũ mortis parentum ex mutui filijsfamilias factis non immineat, debere tolli eam legem. Non tamẽ negarim, interim dum non tollitur, vim habere. Præterea, si tolleretur, fortasse experientia doceret multa mala, & nonnunquam mortes parentum. Cũ vero in Castella, & Lusitania filij eo ipsõ, quod sũt coniugati, patriam egrediantur potestatem, atque adeo locum in eis filijs non habeat Senatusconsultum Macedonianum, bonum est, vt circa reliquos eiusmodi priuilegium cum limitationibus iure ciuilis adhibitis, atque inferius explicandis, perseueret. Simile aliud, latius ad hoc extensum, concessum est in Castella filijsfamilias, & minorib. qui sine consensu parentum, tutorum, aut curatorum, aliquid per se, vel per interpositã personam, credito emunt, de quo disp. 261. dictum est. Neque minora inconmoda ex mutuis filiorumfamilias, quam ex emptionibus credito, nata in his regni sunt sequi.

3 Priuilegium † hoc extenditur, non solũ ad filios post mortẽ parentum, vt. sc. nec tunc, quando filij familias esse desierunt, soluere teneantur mutuum, quod, dum filij erant familias, acceperunt, sed etiã ad parentes, ét si peculium filiorum habeant, vt patet l. pen. C. ad Maced. & ad fideiussores,

Digitized by Google

res, qui nisi, qñ vt fideiussores se astrinxerunt, animum habuerunt id donandi eiusmodi filijsfamilias, nó tenentur soluere eorum loco mutuum, vt habetur l. sed si pater. §. non solum. ff. ad Maced. Atq; hæc omnia habentur l. 4. tit. 1. par. 5.

4 Præterea, esto † filij, ipsorũq; fideiussores, huic priuilegio renuncient, inualida est talis renunciatio: quia non tam in ipsorũ, quàm in parẽtũ fauorem, atq; in odium dantium mutuo, introductũ est hoc priuilegium. Ita affirmant gl. vlt. l. vlt. C. ad Maced. gl. 1. l. tametsi. ff. eo. tit. Anto. Gom. vbi

5 supra, & doctores cõiter. Imò si pro † eiusmodi debito conueniatur aliquis in iudicio, nec opponat exceptionem Macedoniani, & condemnetur, post latam sniam, antequã soluat, pót eã opponere, & absoluetur, vt habetur expresse l. tametsi citata. Item † obtinere filiũ dignitatẽ, ex qua patriã

6 egreditur ptãtem, iuxta ea quæ disput. 229. dicta sunt in 6. & 8. euentib. qbus à patria ptate quis liberatur, nõ tollit, q̃n vti possit exceptione Mace-

7 do. vt hĩ l. 1. §. vlt. ff. ad Maced. Hodie † tũ cũ horũ bona castrensia sint, regulariter vti eo priuilegio nõ pñt, iuxta ea, q̃ §. vlt. citato subiunguntur.

8 Si filiusfamilias † soluat eiusmodi debitũ, aut pĩ loco illius (idẽ intellige de fideiussore) solutio est valida, neq; pót repeti, ꝙ ita per solutũ est. Rõ est, qm reuera erat debitum, esto, dum exigebat, locum haberet exceptio. Quod diximus, qñ filius soluit, intelligendum est, si solutio fiat de re de qua potest disponere. Atque tunc pater prohibere non potest filium soluere tale debitum. Si vero filius de pecunia patris, nõ cõsentiente patre, solpat, tunc pĩ repetere pót, ꝙ ita solutum est: nisi, q̃ id accepit, bona fide id consumpsit, neq; inde est factus locupletior: nam tunc non tenetur patri de re bona fide consumpta. Hæc oĩa patent ex l. si filiusf. ff. si cert. pet. iuncta l. sed & si §. si ab alio. ff. ad Maced. & habentur l. 4. & 6. tit. 1. part. 5.

In sequentib. euentib. locum non habet Senatusconsultum Macedoniañ. Primus, qñ filiusfamilias credebatur esse sui iuris; aut se esse sui iuris affirmauit, neque mutuans leui, vanaque persuasione, fuit deceptus. Ita hĩ l. si quis patrem, & l. pen. ff. ad Maced. l. 1. & 2. C. eod. tit. & l. 4. tit. 1. part. 5. Ad hunc euentum spectant exempla quæ. l. si quis patrem, & l. 4. Castellæ, citatis, adhibentur. Nempe, quando quis officium publicum, aut ministerium aliud, vel mercaturam, tanquam pater familias exercebat. Præterquam. n. quod mutuo eis dantes, facilè decipi poterant, credentes eos esse sui iuris, sanè hodie post iura Codicis, vel bona castrensia, aut quasi castrensia, habent, certè aduentitia, quorum vsusfructus, & administratio, saltem ex tacito patris consensu, ad ipsos spectant: eiusmodi autem homines soluere de eis bonis tenentur, quæ eis mutuo dantur, vt mox subiungemus.

Secundus est, si filiusfamilias, quando mutuo accipit, bona habeat castrensia, aut quasi castrensia: tunc enim soluere tenetur mutuum, vt habetur l. prima. §. vlt. & l. 2. ff. ad Maced. Idem credo esse, quando habet aduentitia bona, quorum vsus fructus, & administratio ad ipsum saltẽ ex tacito patris consensu, pertineant. Cum enim post iura Codicis non minus liberam horum bonorum habeat administrationem, quàm castrensium, vtique ex illis soluere tenebitur mutuum, acceptum, postquàm illorum habuit administrationem. Senatus quippe consultum Macedonianum introductum est ad impediendum mutuum, quando filiusfamilias non habet propria bona, vnde illud soluat, idque propter mala, quæ ex talis mutui susceptione sequebantur.

Tertius, si filiusfamilias miles sit quando mutuum suscipit. Ita habetur l. vlt. C. ad Macedo. & l. 4. tit. 1. par. 5. Tunc enim non solum præsumptio est iuris, & de iure, ad sumptus in bello id suscipere; sed etiam in belli fauorem sancitum est, vt soluatur, quo facilius milites mutuum belli tempore inueniant.

Quartus, qñ mutuum non erat in pecunia, sed in aliqua alia re, vt in tritico, vino, oleo, &c. Senatus namq; consultum de sola pecunia mutuo data loquitur. Excipitur, qñ, in fraudem, mutuũ datum est in re, quæ non est pecunia, vt re illa vendita pecunia inde cõparetur: tunc. n. locũ hẽt Senatusconsultum Macedonianum. Vtrumq; habetur expresse l. sed Iulianus, §. mutui. ff. ad Maced.

Quintus, si pecunia alio titulo à filiofamilias erat debita, vt exemptione, aut conductione, & cum creditore conuenit filiusfamilias, vt mutuo deinceps eam habeat. Excipitur, nisi in fraudem Senatusconsulti, primò præcesserit venditio, aut alius titulus, & postea sequutum sit mutuum. Vtrumque habetur l. 4. ff. ad Maced.

Sextus, si filius familias fideiussor sit eius pecuniæ, quã alius sui iuris accepit mutuo: tunc enim, si alius mutuum non soluat, cogitur filius familias illud soluere. Excipitur, nisi, in fraudẽ Senatusconsulti, id sit effectum, vt eo colore pecunia ad filiumfamilias deueniret, alio se obligante tanquam principali. Si autem mutuans conscius ejus fraudis fuit, cõpetit aduersus illum exceptio. Ita habetur l. sed Iulianus in prin. ff. ad Maced.

Septimus, si filiusfamilias iussu, vel consensu patris, aut conscio patre, nec contradicente, mutuum accepit, vel si pater solutus erat soluere mutuum filij, vel pater, post contractum celebratũ, illud approbauit, vel soluit patrem mutui, vel filius ipse postquam sui iuris est effectus, approbauit, vel confirmauit contractum, vel soluere cepit patrem mutui. In his namque oĩbus euentibus pater dũ viuit, aut filius postquàm sui iuris est effectus, soluere tenẽtur integrũ mutuũ, neque Macedoniani opponere possunt exceptionem. Ita hĩ. l. 2. l. si permittente. l. Maced. & l. vlt. C. ad Maced. l. si tamen, & alijs. ff. eo. ti. & l. 6. tit. 1. par. 5.

Octauus, si filiusfamilias in studio, aut in alio loco procul à patre degens, mutuum ad ea accepe rit, quæ incumbebant patri cum eo insumere, vel ad quæ paterna pietas non recusaret sumptus cũ eo facere, soluendum absque vlla exceptione est tale mutuum: modo non excedat, quod pater cũ eo filio erat insumpturus. Ita habet l. 2. & l. Macedonian. C. ad Maced. l. sed Iulianus, §. quod dicitur, & §. sequenti. ff. eodem titul. & l. 6. citata.



Digitized by Google

Panor.c.quod qu busdã de fideiuſ.nu.3. ait eodẽ modo, ꝙ religioſus, miſſus a monaſterio in ſtudiũ, aut ad aliud, mutuo ibi accepit ad competentes ſumptus, teneri monaſterium id perſoluere.

Nonus, qñ quod filius familias mutuo accepit in patris vtilitatẽ comperitur cõuerſum: tunc.n. pater ſoluere tenetur, quod in ipſius vtilitatẽ eſt cõuerſum, l.ſed Iulianus.§.proinde.ff.ad Maced.

Decimus, ſi filiusfamilias præpoſitus a patre erat alicui negotiationi, & cauſa talis negotiationis mutuum accepit, tenetur patri illud ſoluere. Idem ſi ab alio ſit præpoſitus: is namque, qui illũ præpoſuit tenetur mutuum ſoluere, niſi ſumere mutuum prohibuiſſet. Ita habetur l.ſed Iulianus. § interdum ff.ad Maced. Lege, quæ Ant. Gom. 2 tom.var reſ.c.6.nu.2.ver.nono, & Greg.Lop. l.7 tit.1.par.6.glo.2.docent.

## De exceptione non numeratæ pecuniæ circa mutuum.

### DISPVTATIO CCCII.

### SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ in mutuo intra biennium, & duobus modis opponi poteſt.*
*Fatlis de iure Luſitano, in quo tantũ ſexaginta dies conceduntur. nu.2.*
3 *Exceptio non numeratæ pecuniæ habet locum in quacunque re mutuo promiſſa.*
4 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non habet locum in aliis contractibus, præterquam in dote.*
5 *Exceptio rei non traditæ competit intra triginta dies confitenti ſe recepiſſe ſpe traditionis: alias probare tenetur rem non fuiſſe traditam.*
6 *Mutuatarius renuncians exceptioni non numeratæ pecuniæ ad quem effectum non poteſt excipere pecuniam non fuiſſe numeratam.*
7 *Renunciatio nõ numeratæ pecuniæ, vt ſit valida, an ſatis ſit fieri in eodem inſtrumento confeſſionis mutui, an verò aliud requiratur inſtrumẽtum. Et quid de iure Caſtellæ, & Luſitano, & qua pœna notarij, & miniſtri publici puniuntur. nu.8.*
8 *Notarij, & alij miniſtri publici, conficientes inſtrumenta renunciationis non numeratæ pecuniæ, qua pœna puniantur de iure Luſitano.*
9 *Mutuans ſi probat numeratam pecuniam, ad quid cogatur mutuatarius qui excepit: & ſi nõ probat quid cogatur reddere mutuatario.*
10 *Exceptio nõ numeratæ pecuniæ quo caſu nõ admittatur, & ſi intra biennium opponatur. & nu.13.*
11 *Exceptio nõ numeratæ pecuniæ extraiudicialis operatur, ut exceptio ꝑpetuata cenſeatur, onuſq; probandi contrarium in creditorem ſit reiectũ.*
12 *Exceptio non numeratæ pecuniæ competens debitori, tranſit ad eius hæredes, & fideiuſſores actiuè, & paſſiuè.*
14 *Exceptio non numeratæ pecuniæ etiã de iure Luſitano, an competat debitori ex alia cauſa, in mutuum tamen nonata.*
15 *Exceptio non numeratæ pecuniæ de iure Luſitano admittitur & poſt tempus ſtatutum, ad effectũ, vt onus probandi debitor in ſe ſuſcipiat.*
16 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, an opponi poſſit a debitore per inſtrumentum guarentigiatum.*
17 *Exceptio non numeratæ pecuniæ opponi poteſt a debitore non obſtante iuramento, etiam in conſcientiæ foro.*
18 *Obligatio ciuilis tantum ex confeſſione mutui ſub ſpe futuræ numerationis, oritur.*

IN mutuo ſtatutum eſt, ſi quis ſpe.v.g. numerationis pecuniæ, ſibi mutuo promiſſæ, chirographo, aut alio inſtrumento publico, vel coram teſtibus confeſſus ſit, ſe tantam pecuniam mutuo ſibi datam debere, poſſe intra biennium a die talis confeſſionis factæ, excipere, ſeu opponere, pecuniam non fuiſſe numeratam. Et tunc creditori incumbit onus probandi numeratã fuiſſe. Quòd ſi creditor id non probet, abſoluitur is, qui id inſtrumento, aut coram teſtibus fuerat confeſſus.

1 Opponere † autem poteſt exceptionem, vel liteꝛ intra biennium illud intentando aduerſus creditorem, vt reddat inſtrumentum eiuſmodi confeſſionis, quandoquidem pecunia non fuit numerata, aut confitetur pecuniã numeratam non fuiſſe, ſi confeſſio coram teſtibus fuit facta; vel, creditore exigente debitum intra biennium, opponendo pecuniam non fuiſſe numeratam. Quòd ſi neutro modo intra biẽnium excipiat, cogitur ſoluere mutuum, niſi ipſe probet, pecuniã non fuiſſe numeratam. Hæc patent Inſt.de literar.oblig. §.vnico.l.ſi ex cautione.l.ſi intra.l.aſſeueratio.l. contractib.C.de nõ nu.pec.& l.9.tit.1.par.5. De

2 iure † verò Luſitano ſolum conceduntur ſexaginta dies ad excipiendum a die confeſſionis factæ, vt patet 4.lib.ord.tit.47. in prin.& §§.ſeq.

Dixi ſupra; ſpe verbi gratia numerationis pe- Ius Lu-
3 cuniæ: quoniam † licèt exceptio hæc in iure nõ- ſitanũ.
numeratæ pecuniæ appelletur, locum tamen habet in quacunque re mutuo promiſſa, quam, ſpe traditionis, ſit aliquis confeſſus ſe debere, vt patet l.in contractib.in princ.C.de non num.pec.l. 9 tit.1.par.5.& libr.4.Luſit.ord.tit.47.in princ. Vtrum autem ea exceptio locum etiam habeat in

4 alijs contractibus. Neganter † eſt reſpondendũ cum gl.l.in contractib.in princ.C.de non nume. pec.Baldo,& alijs, quos Greg.Lop.l.9.citata gl. 1.refert, ac ſequitur, modò tamen confeſſionem dotis receptæ excipias, de qua ſuo loco erit ſermo. In alijs namq; contractibus cõfeſſio rei acceptæ, ſtatim præiudicat cõfitẽti ad effectũ, vt licèt excipiat ſpe traditionis fuiſſe id cõfeſſum, niſi ſufficienter probet, ſe eã non recepiſſe, reputetur illã recepiſſe, neq; onus id probãdi ad alterũ ſpectet,

5 iuxta l. generaliter, C.de nõ num.pec. Si † tñ ſpe traditionis confiteat quis ſe recepiſſe, quod alius ei debebat, ita vt confeſſio ſit ad liberandum aliũ a debito, tunc confitenti conceditur excipere intra triginta dies a tali confeſſione, rem non fuiſſe traditam, factaq; intra id tempus ea exceptione, ad debitorẽ probare ſpectat, ſe illam tradidiſſe, ꝙ ſi creditor intra id tempus nõ excipiat, ad ipſum probare attinet, rem non fuiſſe traditam. Ita habetur l.in contractib.§.ſuper cæteris. C.de non numerata pecunia, & cum Paul.Caſtrenſ. & Bald. affir-

affirmant Greg. Lop. vbi supra, & Ant. Gom. 2. tom. var. resol. c. 6. nu. vlt.

6 Vtrum, si † mutuatarius, qui cõfessus est se mutuum recepisse, renunciauit exceptioni nõ numeratæ pecuniæ, possit nihilominus excipere, pecuniam non fuisse numeratam. De iure cõi, & Castellæ, dicendum est, excipere non posse ad effectum, vt in mutuantem reijciat onus probãdi pecuniam fuisse numeratã. Ita glos. l. si ex cautione. C. de non num. pec. & cõis doctorum sententia, sanciturque est l. 9. titu. 1. part. 5. Admittetur tñ exceptio ad effectum, vt, si ipse probet numeratã non fuisse, liberetur a solutione. Ita Greg. Lope. l. 9. citata glo. pen. & vlt. & alij, quos citat. Vtrum

7 † autem, vt renunciatio sit valida, prædictumq; effectum habeat, satis sit fieri in eodem instrumẽto, in quo fuit facta confessio. Greg. Lop. glos. vlt. citata, & Ant. Gom. l. 30. Tauri. nume. 52. aiunt, communem opinionem esse, non sufficere, sed oportere fieri in aliot quia, qua facilitate, spe, & desiderio mutui, adduceretur ad confitendum mutuum, adduceretur quoque ad renunciandũ eiusmodi exceptioni. Lex tñ Castellæ citata statuit, satis esse in eodem instrumento fiat, eademque fuit opinio Fabri, & aliorum, quos Greg. Lop. ibidem refert, & quos Emman. Acosta l. si ex cautione verb. compellitur, copiosius refert ac sequitur. Meritò † tamen iure Lusitano titu. citato in

8 prin. statutũ fuit, vt, si renunciatio eiusmodi exceptionis fiat, sit ipso iure nulla; pœnaque amissionis officiorum decernitur tabellionibus, & alijs ministris publicis, qui instrumenta confecerint, in quibus ea renunciatio apponatur Alua. Valas. tamen consult. 5. nu. 12. & 15. eam ordinationem intelligit, qñ renunciatio fit tempore contractus in instrumento, quo celebratur contractus; secus si fiat postea ex interuallo: vt enim censere, tunc validam esse in Lusitania, sicut de iure cõi est valida ex omnium sententia, si ex interuallo fiat: neque caret probabilitate ea sententia, propter verba illa ordinationis; *que ao tempo do contracto*.

9 Qñ † mutuatarius tempore congruo excepit pecuniam numeratam non fuisse, onusq; probandi fuisse numeratam, iuxta hactenus dicta, incumbit creditori, tunc, si creditor sufficienter probet fuisse numeratam, cogitur mutuatarius, non solũ soluere integrũ debitum, sed et expensas omnes in triplo, neque deinceps aliud testimonium aduersus eam requiritur, quàm præterita ipsius confessio. Si vero creditor nõ probet numeratã fuisse pecuniam, cogitur reddere debitori instrum confessionis, liberumque illum ab ea confessione reddere. Hæc habentur lib. 4. ord. Lusitan. tit. 47. §. 1. Idem dicendum est stando in solo iure communi, excepta pœna illa triplici expensarum, quam de iure communi statim non inuenio.

10 Quando † instrumento confessionis debiti ex mutuo, tabellio fidem facit, in sua præsentia, & testium, numeratam fuisse pecuniam, tunc non admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ ad effectum, vt creditor probare teneatur fuisse numeratam; sed ex sola ea tabellionis fide cogitur debitor mutuum soluere. Ita habetur §. 1. citato; & consentiunt glo. pen. l. si ex cautione, & glo. 2. l. in contractibus, in princip. C. de non numerata pecun. & authen. si verò moriantur de instr. cautel. & fid.

In Lusitanis ordinationibus. §. 2. sequenti hĩ,

11 si is, qui debitum, spe pecuniæ † numerãdæ, fuit confessus, intra tempus iure præscriptum coram creditore extra iudicium excepit dicens, se nõ recepisse, quod debere fuit confessus, vel non tantã summam recepisse, id satis esse, vt exceptio perpetuata censeatur, onusque probandi contrarium in creditorem sit reiectum. Consentit l. in cõtractib. §. in omni. C. de non num. pecun. & glos. l. si intra verb. querimoniam. C. eod. tit. Grego. Lop. & alij, quos citat; l. 9. tit. 1. par. 5. verb *o alguno de los otros*. Quamuis autem exigere videantur, vt rescripto mandetur: lex tamen Lusitana, solũ id consulit, vt ritè probari in posterum possit. Quando creditor est absens, aut copia illius haberi non potest, satis est, si exceptio coram iudice fiat. Ita hĩ l. in contractibus. §. in omni. C. de non num. pec. & tit. 47. citato §. 2.

12 Si debitor, † ante tempus ad excipiendũ a iure præscriptum, è vita discedat, hæredes illius intra idem tempus possunt excipere, etiam aduersus hæredes creditoris, si creditor etiam ante id tempus elapsum mortuus sit elapso, tamẽ eo tempore, hæredes, etiam si minores sint, excipere non possunt, neque eis restituitur, quo ad hoc, in integrum conceditur. Et sicut hæredes, sic etiam fideiussores excipere possunt, l. si intra. C. de nõ num. pec. & tit. 47. citato. §. 3.

13 Quòd si debitor, post † cõfessionem factã, partem debiti soluat, aut debitum recognoscat, non conceditur illi deinceps exceptio non numeratæ pecuniæ, ita habetur tit. 47. citato. §. 4.

14 Qñ debitor † ante suam confessionẽ obligatus erat creditori ex aliquo alio titulo puta venditi, locati, aut alio simili, & pacto inito cum creditore, confessus est, se illud idem deinceps debere ex mutuo, vtrum tunc illi competat exceptio non numeratæ pecuniæ. Ant. Gom. 2 tom. var. resol. c. 6. n. 4. affirmat et cõpetere. Alij verò, quos ipse refert, merito negant: idq; definitũ est, 4. lib. ord. Lusitan. tit. 47. §. 5. & consentit l. generaliter. C. de nõ numerata pecunia. Idem autem est, si confessio fit, se id debere ex mutuo antiquo, quod ante eam confessionẽ accepit. Tunc n. non mutuum in spe, sed pecuniã in re, numeratam confitetur. Si quis nõ per vltimam voluntatem confiteatur se recepisse tantum, vel tantum, mutuo ab alio, tunc hæredibus non cõperit exceptio nõ numeratæ pecuniæ, vt rectè Ant. Gom. & alij, quos refert, probant.

Decis. 1 Quæs. 1

Eadẽ Lusitana lege. §. penult. & vltimo sanci- Ius Lu
tur, esto debitor, intra tẽpus iure ad excipiendum sitanũ.

15 concesso, nõ † exceperit pecuniã numeratam nõ fuisse, admittitur ad excipiendũ, dummodo onus probandi, numeratam non fuisse, in se suscipiat; & dummodo in eventibus, in quibus in eo regno probatio non admittitur, nisi per scripturam publicam, iuxta ea quæ disput. 260. dicta sunt, scriptura publica id probet. Quando autem creditor probare debet, debitoris confessionem;



Digitized by Google

verã esse, tunc satis est, si id testibus, aut quacunq; alia ratione probet, vt ibidem habetur.

Quæs. 16 Dubium est, vtrum, si debitor † cõfessus est recepisse pecuniam, eamq; soluere promisit instrumento guarentigio, quod nulla expectata sententia paratam habet exequutionem, opponere nihilominus possit exceptionem nõ numeratæ pecuniæ, vel intra biennĩ, antequam cõueniatur, vel postq̃ iuxta instrumenti formã conuenitur, intra decem dies eodem biennio comprehensos, datosque solum in hoc regno Castellæ ad excipiendũ, postquam debitor exequutioni se opposuit, quę vi talis instrumenti contra eum fit, iuxta l. 1. 2. & 3. tit. 21. lib. 4 nouæ collect. Præsertim cum in hoc regno, iuribus citatis, non quæcunque exceptiones debitoribus intra decem illos dies permittantur, sed certæ tibi præscriptæ, de quarum numero hæc non est. Baldus negauit, opponere eam exceptionẽ posse. Anto. vero Gom. 2. tom. var. resol. c. 6. num. 3. cum multis alijs, quos refert, merito affirmauit, posse eam intra illud tempus opponere, eoque ipso reijcere in creditorem onus probandi pecuniam fuisse numeratam. Primò, qm̃ confessio illa pecuniæ receptæ, & obligatio eam soluendi, semper habet illã tacitã conditionem, si numeretur, atq; ex iuris dispositione præscriptum est Decis. tps, intra quod possit debitor excipere conditionem non fuisse impletam, eoq; ipso reijcere onus id probãdi in creditorem: ergo exceptio aduersus debitorẽ, quibuscunq; clausulis instrumenti guarẽtigij vallata sit, semper habet eandẽ tacitã conditionem, nisi debitor intra tps datum a iure excipiat, pecuniam non esse numeratã. Confirmatur hæc ratio, qm̃ non maiores vires habent clausulę instrũ guarentigij ad impediendam hanc exceptionem, quam habeat iuramẽtum, quo debitor, qui eam confessionẽ fecisset, se astrinxisset soluere pecuniam, q̃ recepisse confitebatur: sed, nihil

17 impediente † iuro, potest in conscientiæ, & in exteriori foro, debitor excipere, pecuniam non fuisse numeratam, vt hẽ l. vlt. C. de non num. pec. eo q̃ iurm natura sequatur promissionis, super quã cadit: promissio autem illa, cũ facta fuerit spe numerationis, eam hẽt tacitam conditionẽ, si pecunia numeretur: ergo nihil impedientib. clausulis instrũ guarentigij quib. debitor concessit liberã exequutionem nulla iudicis expectata sẽtia, excipere potest, non numeratam fuisse pecuniam: qm̃ similiter id concessit sub spe numerationis, ac proinde sub conditione, si pecunia numeraretur. Obiter tamen obserua, si iurm esset assertorium, quo mutuatarius iuro affirmasset, se eam pecuniã mutuo accepisse, tunc non concederetur illi exceptio non numeratæ pecuniæ ad effectum, vt onus probandi fuisse numeratam, reijceretur in mutuantem, vt de exceptione non numeratæ dotis copiosius disp. 349. explicamus. Secundo, quia cum prius constare debeat, rem esse debitam, ad quam soluendam quis se guarentigio instro obligauit, quam exequutio aduersus eũ fiat, sanè guarentigium instrumentum non impedit exceptionem, quæ ex ipsa rei natura, posita iuris dispositione, mest, qualis est, de qua nunc disputamus: atque hoc est, quod voluit Inn. ab Ant. Gome. relatus. In idem aũt recidit, quod Anto. Gom. ibid. subiungit, nẽpe, iura Castellæ citata, qñ instrum est guarentigiũ, excludere exceptiones, præter ibi numeratas, si creditor ex natura contractus fundatam habeat suã intentionẽ: in re aũt proposita, debitorem ex natura contractus, iurisque dispositione, habere suam intentionem fundatam, vt excipiat, onusque probandi reijciat in creditorẽ, ad creditorem que, facta ea exceptione, probare spectat pecuniam fuisse numeratam, idque ex iuris dispositione, naturaq; ipsa contractus.

18 Illud † postremo addiderim, qñ qs spe numerationis confessus est mutuũ, nec tñ pecunia fuit numerata, consurgere obligationẽ ciuilẽ soluendi debitũ, sine naturali, atq; adeo consurgere solũ obligationem in exteriori foro, non verò in foro conscientiæ. Interim tñ, dum biennĩ ad excipiẽdum concessum non labitur, obligatio illa nõ est adeo firma, qa elidi p exceptionem pr, reijciq; in creditorẽ onus probandi numeratam fuisse pecuniã: postq̃ vero elapsum est biennĩ, neque in eo fuit exceptũ, manet firmior; nunq̃ tñ adiunctam hẽt naturalem obligationem, quicquid iuris periti aliqui, quos Ant. Gome. 2. tom. var. resol. c. 6. num. 6. refert, in contrarium voluerint; idq; esto confessio illa vallata fuerit iuramento soluendi tale mutuum, vt ante dictum est, & habetur l. vlt. C. de non num. pec. Atque hæc est ciuilis obligatio sine naturali, de qua est sermo §. vnic. Instit. de liter. obl. & C. de non num. pec.

## Vsura, quid, & quotuplex sit.

### DISPVTATIO CCCIII.

#### SVMMARIVM.

1 *Vsura vnde dicta, & quot eius significationes. & num. 3. & 4.*
2 *Vsura pro obiecto vitij, & pro ipso vitio sumitur.*
3 *Vsura licita quæ.*
4 *Fœnus vnde dictum, & quot modis sumatur.*
5 *Vsura pro obiecto vitij quid.*
6 *Mutuum virtute, quid.*
7 *Vsura extra mutuum non dicitur, licet lucrum ex alio contractu proueniens, iniustum sit.*
8 *Contractus quilibet, an vsurarius sit, vel ne, quo modo cognoscatur, regula traditur.*
9 *Sors quid.*
10 *Vsura pro vitio quid.*
11 *Vsura realis, quid.*
12 *Vsura mentalis, quid.*
13 *Vsura aperta, quid, & quid palliata.*

CVm mutuũ (vt patebit) quasi sedes, ac fundũ vsuræ sit, ordo ipsæ disciplinæ postulat, vt de vsura hoc loco disseramus. Vt vero a nomine ordiamur, vsura † primũ vr signasse vsum.

1 Vñ Tullius io Verrẽ, *Cur, piratis lucis vsurã* (i. vsum) *tã diuturnã dedisti.* Et 1. Tusc. quæst. *Natura dedit vsurã vitæ* (id est, vsum) *sicut pecuniæ.*

Quem

Digitized by Google

Quemadmodum autem a cultu dicta est cultura, sic ab vsu dicta est vsura. Inde verò trãslatum est nomẽ ad significandum, quod vsu rei alicuius tãquã fructus, accrescit, iuxta illud Ciceronis in li. de Senectute, *Terra nunquam sine vsura reddit, quod accipit.* Vbi incrementũ fructus supra semẽ, & quasi lucrum, qđ terra ex semine sibi mandato reddit, vsura ex semine a Cicerone nuncupatur.

Iuxta has verbi, Vsura, significationes, non est peculiare nomen vitij, materiæque, & obiecti vitij. Ex† accommodatione tñ vsus sumptus est ad 2 significandũ lucrum ex mutuo, hoc est, incremẽtum, quod vi mutui intẽditur, aut accipitur, supra id, quod mutuo est datũ: cum autẽ, vt videbimus, incrementũ hoc ex ipsa rei natura malũ sit malitia obiectiua, cõsequens profectò est, vt obiectũ sit vitij, atq; peccati. Quia verò nomẽ obiecti interdũ trahitur, & extenditur, ad significandũ actum, aut habitũ; sicut è cõtrario nomẽ actus, aut habitus trahi, & extendi; nõnunquam solet ad significandũ obiectũ, inde effectum est, vt nomẽ, vsura, sumptũ sit ad significandum vitium, & peccatum, quo lucrũ ex mutuo intẽditur, aut accipitur. Quo fit, vt sicut hæresis æquinocũ est, ad hæresim eamẽ & ad obiectũ, & furtũ, ad crimen, & ad rẽ, q furto auferrur: sic & vsura, in re proposita, æquinocũ sit ad lucrũ ex mutuo, & ad vitium, quod id pro materia, atq; obiecto habet. Atq; in his duab. 1 significationib. nobis est sermo de vsura hoc loco.

Illud nomen est obseruandum, doctores sumere† aliq̃ nomen hoc latius, dũ, minus propriè de 3 hac re loquentes, vsuram aliq̃ appellant licitam, dum scilicet, commodũ pretio æstimabile, quod mutuatarius, vltra rem mutuatã, quandoque accipit licitè, non quidem vi mutui, sed ex aliquo alio capite vsurã licitam appellant. Hoc modo nonnq̃ cõiorem, ac veriorem sensum, accepit Ambrosius vsurã. 14 q. 4. c. vlt. dum dixit; *Ab illo exigo vsuram, cui meritũ non est reddere desidenas? Cui merito inferuntur arma, huic legitimè inferuntur vsuræ. Quibello vincere non potes ab hoc vsuram exigo, quia nõ sit crimen occidere. Sine ferro dimicat, qui vsuras flagitat. Sine gladio forte hostis vlciscitur, qui fuerit vsurarius exequator inimici. Ergo vbi iuris est belli, ibi iuris vsuræ.* Hactenus Ambrosius. Quibus verbis vult, quãdo iure belli licitè possumus aliquem interficere, bonaque illius occupare, sic licitè etiã posse aliquid vltra rem mutuatam ab illo accipere, nõ quidem quasi vi mutui debitũ, sed ex alio capite, ex quo bello iusto possumus bona omnia illius occupare. Loci ligendus tamen est Ambrosius, quãdo sine scandalo id accipi potest.

4 Vsura† fœnus etiam nuncupatur, a fœtus quasi sit partus, & fructus pecuniæ, aut rei alterius mutuo datæ: cum autem res mutuo data infœcunda ex se sit, & sterilis, vt, ratione illius, plus sit debitum, quàm sit ipsa; consequens est, vt talis fœnus & fructus illicitus sit. Interdum tamen fœnus, & fœnerari sumuntur latius, vt est idem, quod mutuo dare, & communicare: quo pacto sumitur, non solum in sacris literis, vt videbimus, sed etiã apud autores profanos. Plinius namque lib. 2. c. 6. sic ait, *Fœnerat sol lumen suum cæteris syderibus*, idest, impertitur, ac communicat. Quod vero vsura in Lusitania *Onzena*, nuncupetur, inde videtur habuisse ortum, quòd vsurarij vnum pro decem, quæ mutuo dant, accipere soleant, atque adeo vndecim pro decem, iuxta exemplum Concilij Agathensis 14. q. 3. c. vlt.

Vsura, pro† obiecto, materiaque vitij, licèt alij plura addant, sic sufficienter a Caietano definitur in summa verb. vsura, & ab alijs. Est lucrum ex mutuo. Consentiunt August. Hieronymus, & Ambrosius 14. q. 3. c. 1. & sequentibus. Nomine autẽ, lucri, hoc loco, intelligitur pecunia, vel quæcunq; alia res temporalis pretio æstimabilis, vt tres illi patres, & Cõcilium Agathense capitibus citatis, doctoresque cõiter, affirmant, siue sit obsequium, aut quoduis aliud onus pretio æstimabile iniunctum, siue aliquid aliud. Gratia tñ, & gloria, quæ a Deo obtinendæ vi mutui intendantur, non comprehenduntur nomine lucri hoc loco. Tum quia non sunt temporalia bona pretio æstimabilia. Tum etiã quia Deus ipse sua sponte, plenaque libertate, meritis Christi, tanquã præmium mutui, amore ipsius facti, aliorumque nostrorum meritorum, ea nobis vt commerita impertitur. Amicitia item, ac beneuolentia interioris eius, cui mutuo datur, aut alicuius alterius, esto intendatur mutuo, non intelligitur nomine lucri ex mutuo, vt D. Thom. 2. 2. q. 78. art. 2. & Doctores cõiter adnotarunt. In primis, quia per mutuum intenditur tanq̃ per causam, & obiectũ vnde mutuatarius ex sua gratitudine, atque honestate morali, merè sponte, ac liberaliter, ad id moueatur. Deinde, quia fas est quocunque opere bono intendere beneuolentiã, atque amicitiam proximi, neq; in eo vlla fit ei iniuria. Præterea, q a licèt beneuolentia, & amicitia, alicuius merito interdum plus æstimetur ab aliquo, q̃ pecunia; ex se tamen non est de numero earum rerum, quæ pretio æstimantur, ac venduntur, & quarum cõparatione oriri possit ciuilis obligatio; eo quòd interius lateat, sponteque, ac liberè impendatur, aut non impendatur. In re autem proposita, id pretio æstimabile appellamus, quod vendi, aut permutari, in commercio humano pro re alia potest, & circa quod oriri potest ciuilis obligatio. Adde, mutuo posse licitè intendi, & accipi pecuniam, aut rem aliam pretio æstimabilem, modo ex gratitudine, & liberalitate mutuatarij detur, vt videbimus, nedum intendi amicitiam, & beneuolentiã. Vsura namque eatenus illicita est, atque iniusta, quatenus, cum propter mutuum debita esse non possit, tanquam debita, aut non plenè voluntatè data, accipitur. In effectu autem gratitudinis, & liberalitatis, esto ex mutuo, tanquam ex causa motiua, oriatur, id non cernitur; eo quòd merè libet, ac voluntarius sit, atque ea de causa licitè potest mutuo intendi, & accipi, quando a mutuatario ea ratione datur. Denique, vt aliquid lucrum ex mutuo dicatur, opus est, vt, & sit interesse supra id, quod mutuo est datum, & aliunde non sit debitum, nec ius sit aliunde mutuo danti ad illud accipiendum. Si namque ex alio capite, quàm ex mutuo, licitè accipi possit, vt in

recõpensatione pro damno emergente, aut lucro cessante, vel ex alio quocunq;, non dicetur lucrũ ex mutuo, sed interesse ex alio capite comparatũ.

Quod attinet ad illã aliã partem definitionis, ex mutuo, obseruandum est, sumi ibi latè, vt comprehẽdit, non solũ verum, ac formale mutuũ, sed
6 ẽt mutuũ virtute. Si † namq; quis carius iusto p̃tio rigoroso vendat credito, incrementumque illud accipiat pp expectatã solutionem (vt semper ea de causa accipi præsumitur) cõtractus est vsurarius: qm̃ credito vendere, est virtute mutuo emptori relinquere pretium, quod statim erat soluturus, quocirca, accipere ea de causa incremẽtum, vltra pretium iustum, est accipere lucrum ex mutuo virtute, atque adeo est vsura. Similiter, si quis, propter anticipatam solutionem, emat vilius infimo pretio iusto, committit vsuram; qm̃ anticipare solutionem, est virtute eam mutuo dare vsq; ad tempus traditionis mercis; & idcirco detrahere aliquid de pretio iusto ea de causa, est reportare lucrum ex mutuo virtute quod est vsura.

Per hanc secundã definitionis partem a rõne
7 vsuræ † reijcitur quodcunq; lucrum, quod nõ sit ex mutuo, siue illud iustum sit, siue iniustũ. Quare, si quis pecunia numerata plus iusto pretio rigoroso aliquid vendat, licet id pretij incrementũ, iniustum sit, & restitutioni in conscientiæ foro obnoxium; quia tñ neq; ex formali neque ex virtuali mutuo proficiscitur, sed ex nuda iniusta vẽditione, vtique ad vsuram non spectat. Si quis itẽ locet pecuniam suam auream, vel ad ostentationem, ac recreationem, vel vt cibi cum ea concoquantur ægroto, aut ad aliũ vsum, acipiatq; moderatum pretium pro eo vsu, eiusmodi pretiũ, ac lucrum vsura nõ est, sed est iustum lucrum, vt D. Thom. q. 78. citata art. 1. ad 6. & doctores cõtenti affirmãt. Neq; enim lucrum illud est ex mutuo, sed ex locatione pecuniæ, perseuerante dominio eius pecuniæ apud locante, quare, si tunc pereat, absque culpa leuissima conductoris, perit locatori, non vero conducenti; cum tñ, si esset mutuum, peteret mutuatarius, & non ei, qui mutuo dedit.
8 Ad † iudicandum ergo de vnoquoque cõtractu, num vsurarius sit, hac regula, quæ nullã exceptionem patitur, est vtendum. Attendendum est, nũ in eo contractu mutuum formaliter, aut virtute interueniat; & quidem, si interueniat, lucrumque ex illo intendatur, contractus est vsurarius, & tale lucrum est vsura. Sin minus, vsurarius esse non potest, siue iustus, siue iniustus, alioquin sit.

9 Illud † est obseruãdum, id quod mutuo datur, seu æquale, quod rõne mutui debetur, appellari sortem. Vt vero Sotus 6. de iust. q. 1. art. 1. probè ait, nomen hoc ex societatis contractu vẽ ad alios deriuatum. In cõtractu namque societatis vnusquisq; sociorum sortem suam hoc est, portionẽ; mittit in communem aceruum, eamque tempore partitionis extrahit primum, si integra perseuerat, deinde vero accipit partem lucri, quæ, vltra sortem, ipsum contingit. In hac significatione Ambros. cap. plerique. 14. q. 3. mutuum, æquale ve, quod mutui rõne debetur, appellat sortem, lucrum vero, quod insuper ratione mutui accipitur vsuram nuncupat, dũ ait; *Quodcunque accedit sorti, vsura est.* Eodẽ modo sumitur frequẽter in iure, & a doctoribus. Sors appellatur ẽt capitale, & principale tã in societatis contractu, q̃ in re proposita, qñ vsuram distinguimus a sorte, capitali, & principali, quod mutui ratione debetur.

10 Vsura, pro † vitio, & peccato, non est aliud, q̃ acceptio, aut voluntas accipiendi lucrum ex mutuo. Ab ea verbi gratia hoc, quam præcedente modo vsurpata, contractus, quo illa intenditur, aut in quo interuenit, vsurarius dicitur. Dum autẽ vsura in priori acceptione est in pacto, nondumque est accepta, pactionibus ab aliquibus nuncupatur, neque adhuc ex illa obligatio consurgit restituendi. Quando vero iam est receptat, exactionalis ab eisdem dicitur, quasi exacta, ac recepta. Et tunc obligatio consurgit eam restituendi.

Diuiditur vsura ẽt recepta, & obnoxia tã restitutioni, in mẽtalem, & realem. Et rursus, in aper-
11 tam, & palliatã. Realis † est, qñ interuenit pactũ tacitũ vel expressum, de lucro ex mutuo. Est quippe realis vsura non solum quando quis aperte pacisciturde lucro ex mutuo, sed etiã qñ id innuit, dum mutuo dat. Vt si mutuatario dicat, nosti consuetudinem, aut, confido pecuniam hanc non reuersam ad me vacuam; aut meminerisme priuati vsum ex pecuniæ, & habere filios, aut aliud si-
12 mile. Mentalis † vero vsura est, neque tacitũ, neque expressum, interueniente pacto de lucro ex mutuo, attamen, qui mutuo dat, ea intentione ac spe dat, vt lucrũ ex mutuo recipiat, quia scit mutuatarium id daturum, non quidem ex liberalitate, & gratitudine, sed timore, ne alia die mutuum ei denegetur, vel aliqua alia ratione. Qui autem hac intentione mutuo dat, peccat vsuræ peccato, accipiendoque postea tale lucrum, non solũ peccat, sed ẽt restituere id tenetur. De vsura tamen mentali peculiaris taxe modi disputatio.

Hinc iã facilè intelliges, mentalem vsurã non distingui a reali eo modo, quo peccatum mentis distinguitur a peccato externo. Etenim, tam in vsura mentali, quã in reali, datur peccatum mentis & in vtraque datur peccatum externum. Si enim quis voluntatẽ habeat mutuandi propter lucrũ, & deducendi tale in pactum externum, nihil tñ mandauit adhuc exequtioni, neque exterius expressit, peccauit quidem solo peccato mentis vsuræ realis; qñ vero id postea mandat exequtioni, peccat externo peccato vsuræ realis. Simili modo, si quis voluntatem habeat mutuandi alicui pp lucrum, nullo adhibito pacto externo, ẽt tacito, quia scit, illum lucrum ex mutuo soluturũ, ne mutuum ei alia die denegetur, tunc, si nondum voluntas illa in actum prodiit externum, est peccatum mentis vsuræ mentalis; quando vero prodit iam in actũ externum, quia mutuo dat ea intentione, est peccatum exteroum vsuræ mentalis.

13 Vsura † aperta est, quãdo mutuum est formale, lucrumque ex eo accipitur, aut intenditur. Palliata vero est, quando mutuum est virtute, vt in eo, qui credito vendit, aut emit anticipata pecunia, & lucrum inde intenditur, aut accipitur. Interdũ ab aliquibus palliata vsura dicitur, tã mentalis

Digitized by Google

uolis, quã ea realis, in qua tacitum pactũ intercurrat. Nos verò, cum cõi vsu loquentium, eam solã palliatam vsuram appellabimus, qua ex virtuali mutuo lucrum intenditur, aut accipitur.

## Illicitane sit Vsura.

### DISPVTATIO CCCIIII.

### SVMMARIVM.

1 *Vsura an sit licita vel ne, & per totam disputa.*
2 *Vsura naturali, diuino & humano iure illicita, & num. 7.*
3 *Vsura non est, quod soluitur a mutuataria pro mercede, & labore operantium, sed stipendium. Item quod soluitur pro actione mutuo dandi, & num. 4.*
5 *Actionis ad actionem permittitur compensatio, sicut obiecti ad obiectum.*
6 *Iniuria volenti, & consentienti quo casu fiat.*
7 *Vsura ex natura rei est illicita contra iustitiã commutatiuam.*
8 *Vsura ex veteri testamento illicita. Item ex nouo, & iure canonico. nu. 9. 10.*
11 *Vsuræ quæ iure Cæsareo concedebantur.*
12 *Vsuræ usurarum prohibitæ Cæsareo iure.*
13 *Leges Cæsareæ permittentes usuras abrogatæ sunt iure canonico.*
14 *Actio ad repetendas vsuras solutas hodie pmittitur, etiam de iure Lusitano, & Castellæ.*
15 *Vsuræ secundum se etiam in Deuteronomio est illicitæ, licet ibi contra extraneos permissa.*
16 *Mutuum, an possit dari debitum ex alio contractu, ut indè ex eo aliquid percipiatur.*
17 *Fœnus quid significare possit.*
18 *Vsuræ permitti possunt ad vitanda maiora mala.*

1 PArs, quæ negat, suaderi põ. Primo, qm † vsura Deuteron. 23. pmittitur filijs Israel circà extraneos. Sic enim habet ille textus; *Non fœnerabis fratri tuo, sed alieno.* Et c. 28. sequenti inter pmia, quæ populo illi proponũtur, si legẽ seruauerit, vnum est, *Fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo fœnus accipies.* Et Christus Luc. 19. Seruo nequã, qui pecuniã in sudario seruauit, dicturũ se ait, *Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego cum usuris exegissem illam?* ergo vsura, in se spectata, illicita non est alioquin, neq; à Deo permitteretur, aut promitteretur in præmium, neque Christus verba illa protulisset.

Secũdo, ciuiles leges permittunt vsuras, vt constat. ff. & C. de vsur. cum ergo eiusmodi leges condemnandæ non videantur tanquam iniquæ; consequens est, vt vsura illicita in se non sit.

2 Vsuram † tamen illicitam esse, adeo vt certũ, vt contrarium cũ catholica fide, vt videbimus, apertissimè pugnet. Quia verò ostendendum est, vsuram naturali, diuino, & humano, iure esse illicitam, à natura ipsa rei ordiendum esse duxi.

Illud in primis admonuerim, insufficientem rationem esse ad probandum, vsuram ex natura rei esse illicitam, si quis argumentetur. Contra mutui naturam est, accipere aliquid vltra sortẽ; ergo vsura est illicita.

Qm̃ cõtra naturã cõmodati est accipere aliqd pro usu rei commodatæ, & tm̃ inde non sequitur, esse illicitum id accipere, sed solum sequitur, destrui naturã cõmodati, & transire in contractum iustum locati, si ꝙ accipitur, sit pretium moderatum: aut transire in contractum iustum innominatum, si, ꝙ accipitur, pretium non sit. Illud item admonuerim, non quemadmodum accipere pretium pro re cõmodata, destruit naturã cõmodati, & facit contractum transire in aliam speciem, sic in mutuo, accipere aliquid ultra sortẽ, destruere mutui naturã. Ratio est, qm̃ mutuum in hoc est positum, ut detur aliquid ad usum, ꝙ fiat statim accipientis, restituat postea tantumdem in specie, & bonitate: quod verò fiat pactum, ut aliquid insuper reddatur, non destruit illud aliud, in quo mutui natura consistit; at verò, cũ cõmodatum in eo sit positum, quod gratis concedatur aliquid ad vsum, perseuerante dñio rei apud dantẽ, vtique si pactum intercurrat, vt pro eo vsu aliquid reddatur, natura cõmodati eo ipso destruitur, & cõtractus transit in distinctam speciem. Apertius ergo ostendendum restat, vnde vsura ex rei natura sit illicita: id quod sanè sequenti ratione fit.

Ex natura rei est illicitum, & contra iustitiam cõmutatiuã, in rei vnius commutatione pro alia plus exigere, aut accipere, quã valeat res, quæ datur, nisi aliquid aliud intercurrat, ratione cuius illud amplius iustè accipiatur: sed accipere aliquid vltra sortẽ pro mutuo, est pro commutatione rei mutuo datæ accipere plus, quã valeat, nisi intercurrat aliud, ratione cuius illud iustè accipiatur: ergo, vi solius mutui, nefas ex natura rei, & cõtra iustitiam commutatiuam est, aliquid vltra sortẽ accipere, ac proinde vsura illicita est contra commutatiuam iustitiam, restitutionique obnoxia.

Consequentia euidens est, & maior perspicua ex natura ipsa cõmutatiuę iustitiæ, cuius est ęqualitatem in commutationib. constituere. Est præterea eadem maior receptissima in cęteris cõmutationib. vt in venditione, in qua non plus pretij licet accipere, quam merces valeat, & in locatione, in qua nefas similiter est plus pretij accipere, quam vsus rei, quæ locatur, valeat, & in permutationibus, & alijs contractibus innominatis, qui ad æqualitatem fieri debent, vt iusti sint.

Minor verò, vel ex ipsis terminis est manifesta: accipere nãq; vltra sortẽ, non est aliud, quã accipere vltra valorẽ rei mutuo datæ. Sp̃ n. licitũ est accipere integrũ rei valorẽ, quæ mutuo datur, esto plus in q̃ntate fit accipiendũ, neque in eo vlla intercurrit vsura. Vt, si tpe, quo triticum plus valet, mutuo des mẽsuras aliquot, restituẽdas tpe messis, qm̃ vilius speratur valiturum, fas tibi est pacisci, vt mõt plures mutuatarius tunc restituat, quot sufficiãt, vt p̃tia tritici tpis vtriusq; adæquentur: eo ꝙ nihil tunc accipere pacisceris vltra sortem.

Cæterum hoc potius est vẽdere credito triticũ pretio currenti, & emere tritic̃ proximi prętio, quo tpe traditionis est valiturũ, q̃ mutuum dare.

feremus, iam hodie nullam vim haberent, eo q̃ non pertinerent ad præcepta moralia, sed ad iudicialia, aut ceremonialia, veteris legis, quæ Christi morte cessarunt, vt 1. 2. dum de veteri lege nobis esset sermo, latè ostendimus: quarè, cum in noua lege non sint tam aperta testimonia, quæ vsuram prohibeant, profectò nunquam patres definiuissent, de fide esse, vsuram illicitam hodie esse, si talis ex ipsa rei natura non esset. Loca verò ipsa veteris testamenti satis apertè innuunt, vsuram ex ipsa rei natura malam, atque illicitam esse; neque enim effigiem vllam, vel iudicialium, vel ceremonialium præceptorum habent.

Obiec. Confirmare et possumus, vsuram ex natura rei esse illicitã; q̃m Aristoteles, lumine ductus naturali, eã vt illicitã improbat 4. nanque Ethicor. ad finem c. 1. vitij cõdemnat fœneratores, eosq; qui parua dant pro magnis, appellatq; id turpem lucri comparationem. Primo et li. polit. c. 7. fœnus videtur condemnare. Tullius præterea ad finem 2. de officijs ait, dare sub vsuris esse hominem interficere. Alios etiam refert Couarr. loco citato, qui, sequuti naturæ lumen, vsuram damnant.

Satisfit. 8 Ex † veteri testõ luce clarius constat, usurã illicitã esse Ezech. 18. inter lethalia peccata, quibus iustitia, & gratia amittitur, ter cõputatur, ad usurã dare, & amplius accipere. Psal. 14. inter necessaria ad habitandum in tabernaculo dñi, & requiescendum in monte sancto eius, annumerat, *qui pecuniam suam non dedit ad vsuram*. Psal. 54. ităq; alia quæ commemorantur, *non defecit de plateis eius vsura & dolus*. Psal. 71. de Messia dr. *Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum*.

9 Ex † nouo testõ citatur illud Luc. 6. *Mutuum date nihil inde sperantes*. Quod testimoniũ adducit Vrbanus 3. c. consuluit extra de vsuris, quasi eo in loco prohibita, sit vsura. Atque idẽ videtur innuere Alex. 3. c. quia in omnibus, & c. super eo, eod. tit. dum ait, *vsuras vtriusque testamenti paginæ condemnari*. cum tñ nõ appareat locus alius noui testamenti, in quo ita apertè vsura damnetur. In contrarium uero obijcitur, q̃ eo in loco Christus tradere uideatur consilium, vt mutuum fiat absque intuitu similis retributionis, vt ea ratione sit magis gratum, & meritorium apud Deum, vt ex ipsamet serie contextus uidetur manifestũ. Sotus 6. de iust. qu. art. 1. arbitratur, illis Christi uerbis, solum contineri consilium. Subiungit uerò, satis sacra pagina noui testamenti, usurã prohiberi; dum in ea futurum, latè sumptum, sub quo usura comprehenditur, est prohibitum.

Addit etiam, argumento a fortiori ratione, inde colligi usuras esse illicitas. Si enim Christianus ab intuitu retributionis similis beneficij abstinere eo loco imbutus quanto magis consendũ est prohibitas esse usuras. Dicerem, quãuis locus ille solus non omnino conuinceret, fauere tñ dubitandumque non esse Christum utrumq; eo loco intendisse, postquam eo testimonio in eo sensu usus est. Vrbanus tertius. Tametsi nõ arbitrer, summos illos Pontifices definire intendisse, cum esse literalem sensum illius loci.

Neque ex illo solo loco credo definiuissent, usuras esse illicitas. Quando tamen aliunde constat naturali atque diuino iure esse illicitas, non immeritò eo et loco ad idem definiendum vtuntur. Licet enim definitiones summorum Pontificum atq; Ecclesiæ, certissimæ sint, necesse tñ non est, vt oĩa, quibus confirmantur, certissima sint, vt in materia de fide diximus. atq; a multis traditur. Nauarr. in comment. de vsur. 14 quæst. 3. c. 1. nu. 10. citat bullam Leonis X. in concil. Latera. quasi in ea, facto approbãte concilio, idem Lucæ 6. testimonium citetur, tanq̃ in quo præceptũ contineatur, de non mutuando sub vsuris. Cæterum ibi non adducitur id tanq̃ concilij, aut Leonis X. assertio, sed tanquam id, vnde quidam ducebantur, vt montem pietatis, de quo ibi est sermo, damnarent. Inferius verò in eadẽ bulla reijcitur illorum sñia, & cõtraria definitur. Quo fit, vt ex ea bulla nõ colligatur, illum esse indubitatũ sensum literalem eius testimonij.

10 Iã † vero vsuram iure humano, id est, sacris canonibus, esse illicitã atq; sub grauibus pœnis prohibitam, constat extra de vsuris per totum titulũ, & li. 6. eo. tit. item q; distinct. 47. & 14. q. 3. & q. 4. per multa capita. Inter quæ iura. c. q̃m multi. 47. dist. est Concilij Nicæni c. si quis. 14. q. 4. est concilij Martini Papæ c. quia in omnib. de vsuris, est Cõcilij Lateranensis c. vsurarum. de vsur. li. 6. est Cõcilij Lugdunensis, eaq; oĩa cõcilia generalia sunt. Nouissimè aũt in Clementina vnica, de vsu. §. vlt. definitũ est *Si quis in illũ errorẽ inciderit, vt pertinaciter affirmare præsumat, exercere vsuras, nõ esse peccatũ; decernimus eũ veluti hæreticũ puniendum. Locorũ nihilominus ordinarijs, & hæreticæ prauitatis inquisitoribus, districtius inũgẽtes, vel cõtra eos, quos de errore hmõi diffamatos inuenerint, aut suspectos, tanquã cõtra diffamatos, vel suspectos de hæresi, procedere non omittãt.*

11 Qd † ad ius Cæsareũ attinet, non solũ vsuras in hoc sensu permittebat, q̃ crimen illud non puniebat (eo pacto, quo inter Christianos meretricũ admittitur) sed et in hoc, q̃ quasdam vsurarum, semel solutarũ, repetitionem non concedebat, atque rẽm in hoc, quod, ad exigendas vsuras quasdam leges concessas, actionem concedebat, vt constat. ff. & C. de vsur. Quo fit, vt rejicienda sit opinio Soti 6. de iust. q. 1. artic. 1. contrarium affirmantis. Dixi, Cæsarem ius concessione actionem ad vsuras quasdam lege concessas: q̃m ciuiles leges non concedebãt vsuras in quacunque quantitate, vt præterabatur, liquet. l. eos, & duab. seqq. C. de vsuris. Maxima namque vsura, quam ciuile ius cõcedebat, erat centesima; hoc est, vt singulis mensibus solueretur centesima pars; ita vt qui mutuo daret centum aureos, singulis mensibus solueretur vnus aureus vltra sortem, & singulis annis solueretur duodecim aurei. Atq; hanc vsuram concedebant solum in pecunia trajectitia, hoc est, quæ mutuo dabatur, vt ea mutuatario mari deferretur, & periculũ illius ad mutuantem pertineret, non vero ad mutuatarium, vt patet l. eos citata, & C. de nautico fœnor, per totum in alijs eiusmodi casibus si nobilis esset, qui ad fœnus daret, solum concedebatur

cedebatur ei accipere tertiã partem centesimæ id est, tertiam vnius aurei partem singulis mensib. pro centũ, quos mutuo dedisset, seu (qđ idẽ est) quatuor aureos singulis annis. Si vero mercator esset, permittebatur ei accipere duas centesimæ partes, id est, duas aurei partes singulis mensibus pro eisdem centũ mutuo datis, atque adeo permittebatur ei, accipere octo aureos singulis annis. Reliquis vero hoibus fas tm̃ erat, accipere dimidiũ centesimæ, idest, dimidium aurei, singulis mensibus aut sex aureos quotannis, pro centum mutuo datis. Reliquæ verò vsuræ erant prohibitæ. Hęc
12 hũr. l. eos citata, eaq; melius, quã alij, explicat Sotus vbi sup. Præterea † vsuræ vsuratum iure Cæsareo erant prohibitæ. Vt, si pro centum aureis quotannis deberẽtur sex, nefas erat sumere in posterum vsuras illorum sex, esto pactum interueniret, quod, si non soluerentur, cederent capitali, & ex illis solueretur. Ita hł l. vlt. C. de vsur. Hinc intelliges, grauiores, & nequiores vsuras palliatas, aut occultas, interdum exigi, ac solui nostris temporibus, quam essent, quæ ciuilibus legibus, quõdam erant concessæ.

13 Erant verò † in quæ eiusmodi leges verã vsurã pmittentes cõtra naturale ius, vt ostensum est. Quo circa, præter alia canonica iura, merito, vna cũ multis alijs, abrogatæ sunt, clem. vnic. de vsur. in Conc. Vienensi, simulq; sancitũ est, vt si q̃ prãa publica iudicare præsumpserit, vt soluantur vsuræ, aut vt solutæ cũ reperuntur, non restituantur, sit ipso iure excõicata. Atq; hac in parte canonicum ius prænalet ciuili: eo q̃ in Summo Põtifice plena sit potẽstas super laicas prãtes ad ea, quæ in salutem aĩarum, finemq; supernaturalem, concernunt, vt dispu. 29. ostensum est. Quo fit, vt hodie
14 † actio in seculari foro concedatur ad reperendas vsuras iam solutas, atque ita concedit̃ de iure Lusit. vt constat li. 4. Ordi. tit. 14. Lege ẽt, quæ disponuntur tit. 27. §. pen. & vlt. & libr. 1. tit. 67. §. 19. Idem conceditur iure Castellæ li. 8. nouæ collect. tit. 6. per totum. De pœnis vero vsurariorum inferius suo loco dicetur.

Doctores controuertunt, vtrum Iustinianus imperator leges Cæsareas abrogauerit, quæ vsuras concedebant Gl. in auth. ad hæc. C. de vsur. & quædam aliæ canonici iuris affirmant. Id verò sibi persuadent, qm̃ idem imperator fidẽ admisit concilij Nicæni, eamq; seruari præcepit: in concilio autem Nicæno vsuræ damnatæ sunt. Atque hæc vt esse cõior iuris peritorum sẽtia. Contrariũ tamen, meo iudicio, probant sufficienter Conrad. de contract. q. 22. a. concl. 10. & Couar. var. resol. 1. nu. 6. atque in eadem sententia fuit Panorm. & Couar. citatus.

Satisfaciendũ superest argumentis in initio huius disputationis propositis. Ad † testimoniũ ex
15 Deuter. 23. in contrarium relatum dicendũ est. Ex illo sufficienter colligi, vsuram secundum se illicitã, ea quippe de causa prohibita fuit circa fratres, hoc est, filios Israel, idemq; confirmant cætera testimonia ex veteri testamento a nobis relata. Illud vero verbum; *sed alieno* intelligunt D. Thom. 2. 2. de malo, art. vlt. & 2. 2. q. 78. artic. 1. Caiet. ibi, Sotus 6. de iust. & iur. q. 1. art. 1. ad 2. Alphons. a Cast. aduersus hæres. ver. vsura, Alex. Ales. & alij, quos Couar. 3. var. reso. c. 1. nu. 7. refert, q̃ non quasi filijs Israel vsura permissa ibi fuerit erga extraneos, tanq̃ licita, sed solum tanq̃ impunita ad maiora mala vitanda, ne videlicet ex auaritia, ad quã populus ille multum erat propensus, fratres suo vsuris opprimeret. Sicut ẽt ex eorumdem doctorum sentẽtia, libellus repudij erat illis permissus ob duritiã cordis eorũ, iuxta Christi verbum. Et sicut inter nos permittitur meretricum, quod cum iure naturæ pugnat, ad maiora mala vitanda. Imò eo modo, quo illo eod. capite paulo ante dicitur; *non erit meretix de filiab. Israel*: neque. n. permissio illa meretricum alienigenarum, quæ argumento a cõtrario sensu inde colligitur, tanquam licita: sed tanquam impunita ad maiora mala vitanda, est intelligenda. Alij aliter intelligunt testimonium in argumento citatũ, nempe vsuram, tanq̃ licitam fuisse pmissam filijs Israel circa alienos, idest, hostes ipsorum, qui terram habitabant promissionis, quã Deus illis cõcesserat, & circa quoscq; alios, cum quibus bellum iustũ ipis progressu gererent. Eo namq; ipso, quod fas est spoliare veros hostes bonis suis, licitum quoque est mutuo illis dare cum pacto, vt aliquid vl-
16 tra sortẽ reddant. Qm̃ † n. aliquid aliũde est debitũ licitum, ex doctorum sẽtia, est mutuum dare cum pacto, vt insuper illud ẽt reddatur; cõsentitque aperte Alex. 3. c. 1. de vsur. in concil. Turonẽsi, & gl. vlt. ibi, qm̃ id non est accipere lucrum ex mutuo, sed mutui occasione recuperare aliunde debitum, in quo vsura propriè non inuenitur. Ita intelligunt locum illum Cont. de contract. q. 24. Ioan. Medina de reb. per vsuram acquis. q. 2. Ad idem recedit Gab. in 4. distin. 15. q. 11. ad finẽ primæ. Maior. ibid. q. 29. ad 2. & alij, quos Couar. vbi supra citat, neutram reprobans sententiam. Ita pdẽ sẽtia fuit apertè Ambrosius, c. vlti. 14. q. 4. cuius verba disputatione præcedente retulimus, eudentiusque adhuc est apud eundem Ambrosium in lib. de Tobia c. 8. vnde textus ille fuit desumptus quo in loco eam sententiam præmittit, in illiusque confirmationem subiũgit verba illius textus. Quo fit, vt glo. 1. ad eundẽ textũ, quasi Ambrosius voluerit, sicut nulli est nocẽdũ, sic a nemine vsuras esse exigẽdas, sanè, quicquid Sotus vbi supra dicat, pugnat cum textu, & Ambrosij mente. Neque vero Conradi, & aliorũ sententia, tam parum probabilitatis habet, quam Sotus ibidem affirmat, modo tm̃ intelligatur, cessante scandalo. Quod profecto non maius eo tẽpore erat in eo, quod filij Israel vsuras, modo explicato, ab eis accipierent, quam q̃ terras, & eorum bona, vsurparent. Præsertim cum vsuras ex ipsa rei natura illicitas esse, non sit adeo perspicuum, antequam diligenter in indageturr, legitimaq; earum rei natio inuestigatur, vt ignorati ab omnibus ferè populis non possit. Quod vel ex eo cõfirmari potest, quòd id sapientissimos Cæsarei iuris cõditores latuerit. Quo fit, vt res hæc incognita videretur gentibus, a quibus filijs Israel eo capite vsuras accipere permittebatur. Modo item intelliga-

tur, fas

feremus, iam hodie nullam vim haberent, eo q̃ non pertinerent ad præcepta moralia, sed ad iudicialia, aut ceremonialia, veteris legis, quæ Christi morte cessarunt, vt 1. 2. dum de veteri lege nobis esset sermo, latè ostendimus: quarè, cum in noua lege non sint tam aperta testimonia, quæ vsuram prohibeant, profectò nunquam patres definiuissent, de fide esse, vsuram illicitam hodie esse, si talis ex ipsa rei natura non esset. Loca vero ipsa veteris testamenti satis apertè innuunt, vsuram ex ipsa rei natura malam, atque illicitam esse; neque enim effigiem vllam, vel iudicialium, vel ceremonialium præceptorum habent.

Obiec. Confirmare ét possumus, vsuram ex natura rei esse illicitã: q̃m Aristoteles, lumine ductus naturali, eã vt illicitã improbat 4. nanque Ethicor. ad finem c. 1. vitij cõdemnat fœneratores, eosq; qui parua dant pro magnis, appellatq; id turpem lucri comparationem. Primo ét li. polit. c. 7. fœnus videtur condemnare. Tullius præterea ad finem 2. de officijs ait, dare sub vsuris esse hominem interficere. Alios etiam refert Couarr. loco citato, qui, sequuti naturæ lumen, vsuram damnant.

Satisfit. 8 Ex † veteri testõ luce clarius constat, usurã illicitã esse Ezech. 18. inter lethalia peccata, quibus iustitia, & gratia amittitur, ter cõputatur, ad usurã dare, & amplius accipere. Psal. 14. inter necessaria ad habitandum in tabernaculo dñi, & requiescendum in monte sancto eius, annumerat, *qui pecuniam suam non dedit ad vsuram*. Psal. 54. iter alia ingrata commemorantur, *non defecit de plateis eius vsura & dolus*. Psal. 71. de Messia dñ. *Ex usuris & iniquitate redimet animas eorum*.

9 Ex † nouo testõ citatur illud Luc. 6. *Mutuum date nihil inde sperantes*. Quod testimoniũ adducit Vrbanus 3. c. consuluit extra de usuris, quasi eo in loco prohibita, sit usura. Atque idẽ videtur innuere Alex. 3. c. quia in omnibus, & c. super eo, eod. tit. dum ait, *vsuras vtriusque testamenti paginas condemnari*. cum tñ nõ appareat locus alius noui testamenti, in quo ita apertè usura dãnetur. In contrarium uero obijcitur, q̃ eo in loco Christus tradere uideatur consilium, ut mutuum fiat absque intuitu similis retributionis, vt ea ratione sit magis gratum, & meritorium apud Deum, ut ex ipsamet serie contextus uidetur manifestũ. Sotus 6. de iust. qu. art. 1. arbitratur, illis Christi uerbis, solum contineri consilium. Subiungit uerõ, satis sacra pagina noui testamenti, usurã prohiberi; dum in ea fœnus, latè sumptum, sub quo usura comprehenditur, est prohibitum.

Addit etiam, argumento a fortiori ratione, inde colligi usuras esse illicitas. Si enim Christianus ab intuitu retributionis similis beneficij abstinere eo loco imbutus quanto magis censendũ est prohibitas esse usuras. Dicerem, quãuis locus ille solus non omnino conuinceret, fauere tñ dubitandumque non esse Christum utrumq; eo loco intendisse, postquam eo testimonio in eo sensu usus est. Vrbanus tertius. Tametsi nõ arbitrer, summos illos Pontifices definire intendisse, cum esse literalem sensum illius loci.

Neque ex illo solo loco credo definiuissent, usuras esse illicitas. Quando tamen aliunde constat naturali atque diuino iure esse illicitas, non immerito eo ét loco ad idem definiendum vtuntur. Licet enim definitiones summorum Pontificum atq; Ecclesiæ, certissimæ sint, necesse tñ non est, vt oĩa, quibus confirmantur, certissima sint, vt in materia de fide dixmus. atq; a multis traditur. Nauarr. in comment. de vsur. 14 quæst. 3. c. 1. nu. 10. citat bullam Leonis X. in concil. Latera. quasi in ea, facto approbante concilio, idem Luc. 6. testimonium citetur, tanq̃ in quo præceptũ contineatur de non mutuando sub vsuris. Cæterum ibi non adducitur id tanq̃ concilij, aut Leonis X. assertio, sed tanquam id, vnde quidam ducebantur, vt montem pietatis, de quo ibi est sermo, damnarent. Inferius uerò in eadẽ bulla reijcitur illorum sñia, & cõtraria definitur. Quo fit, vt ex ea bulla nõ colligatur, illum esse indubitatũ sensum literalem eius testimonij.

10 Iã † vero vsuram iure humano, id est, sacris canonibus, esse illicitã atq; sub grauibus pœnis prohibitam, constat extra de vsuris per totum titulũ, & li. 6. eo. tit. item q; distinct. 47. & 14. q. 3. & q. 4. per multa capita. Inter quæ iura, c. q̃m multi. 47. dist. est Concilij Nicæni c. si quis. 14. q. 4. est concilij Martini Papæ, c. quia in omnib. de vsuris, est Cõcilij Lateranensis c. vsurarum de vsur. li. 6. est Cõcilij Lugdunensis, eaq; oĩa cõcilia generalia sunt. Nouissimè aũt in Clementina vnica, de vsu. §. vlt. definitũ est *Si quis in illũ errorẽ inciderit, vt pertinaciter affirmare pr̃sumat, exercere vsuras, nõ esse peccatũ; decernimus eũ veluti hæreticũ puniendũ. Locorũ nihilominus ordinarijs, & hæreticæ prauitatis inquisitoribus, districtius inquirentes, vel cõtra eos, quos de errore hmõi diffamatos inuenerint, aut suspectos, tanquã cõtra diffamatos, uel suspectos, de hæresi, procedere non omittãt.*

11 Qd † ad ius Cæsareũ attinet, non solũ vsuras in hoc sensu permittebat, q̃ crimen illud non puniebat (eo pacto, quo inter Christianos meretricũ admaiora mala vitanda permittitur) sed ét in hoc, q̃ quarundam vsurarum semel solutarũ, repetitionem non concedebat, atque item in hoc, quod, ad exigendas vsuras quasdam leges concessas, actionem concedebat, vt constat. ff. & C. de vsur. Quo fit, vt rejcienda sit opinio Soti 6. de iust. q. 1. artic. 1. contrarium affirmantis. Dixi; Cæsareum ius concessione actionem ad vsuras quasdam lege concessas: q̃m ciuiles leges non concedebat vsurias in quacunque quantitate, vt præter alia iura, liquet. l. eos, & duab. seqq. C. de vsuris. Maxima namque vsura, quam ciuile ius cõcedebat, erat centesima: hoc est, vt singulis mensibus solueretur centesima pars; ita vt is, qui mutuo daret centum aureos, singulis mensibus solueretur vnus aureus vltra sortem, & singulis annis solueretur duodecim aurei. Atq; hanc vsuram concedebant solum in pecunia trajectitia, hoc est, quam mutuo dabatur, vt ea mutuatario mari deferretur, & periculũ illius ad mutuantem pertineret, non vero ad mutuatarium, vt patet l. eos citata, & C. de nautico fœnor, per totum in alijs eventibus si nobilis esset, qui ad fœnus daret, solum concedebatur

cedebatur ei accipere tertiã partem centesimæ id est, tertiam vnius aurei partem singulis mensib. pro centũ, quos mutuo dedisset, seu (qđ idẽ est) quatuor aureos singulis annis. Si vero mercator esset, permittebatur ei accipere duas centesimæ partes, id est, duas aurei partes singulis mensibus pro eisdem centũ mutuo datis, atque adeo permittebatur ei, accipere octo aureos singulis annis. Reliquis vero hoĩbus fas tm̃ erat, accipere dimidiũ centesimæ, idest, dimidium aurei, singulis mensibus aut sex aureos quotannis, pro centum mutuo datis. Reliquæ verò vsuræ erant prohibitæ. Hęc
11 hũr. l. eos citata, eaq; melius, quã alij, explicat Sotus vbi sup. Præterea † vsuræ vsuratum iure Cæsareo erant prohibitæ. Vt, si pro centum aureis quotannis deberẽtur sex, nefas erat sumere in posterum vsuras illorum sex, esto pactum interueniret, quod, si non soluerentur, cederent capitali, & ex illis solueretur. Ita hĩ l. vlt. C. de vsur. Hinc intelliges, grauiores, & nequiores vsuras palliatas, aut occultas, interdum exigi, ac solui nostris temporibus, quam essent, quæ ciuilibus legibus, quõdam erant concessæ.

13 Erant verò † in quæ eiusmodi leges verã vsurã permittentes cõtra naturale ius, vt ostensum est. Quo circa, præter alia canonica iura, mens. vna cũ multis alijs, abrogatæ sunt clem. vnic. de vsur. in Conc. Vienensi, simulq; sanctũ est, vt si q̃ prãpublica iudicare præsumpserit, vt soluantur vsuræ, aut vt solutæ cũ repetuntur, non restituantur, sit ipso iure excõicatã. Atq; hac in parte canonicum ius prævalet ciuili: eo q̃ in Summo Põtifice plena sit potẽstas super laicas prãtes ad ea, quæ in salutem aĩarum, finemq; supernaturalem, concernunt, vt dispu. 29. ostensum est. Quo fit, vt hodie
14 † actio in seculari foro concedatur ad repetendas vsuras iam solutas, atque ita concedi tur de iure Lusit. vt constat li. 4. Ordi. tit. 14. Lege ẽt, quæ disponuntur tit. 27. §. pen. & vlt. & libr. 1. tit. 67. §. 19. Idem conceditur iure Castellæ li. 8. nouæ collect. tit. 6. per totum. De pœnis vero vsurariorum inferius suo loco dicetur.

Doctores controuertunt, vtrum Iustinianus imperator leges Cæsareas abrogauerit, quæ vsuras concedebant Gl. in auth. ad hæc. C. de vsur. & quædam aliæ canonici iuris affirmant. Id verò sibi persuadent, qm̃ idem imperator fidẽ admisit concilij Nicæni, eamq; seruari præcepit: in concilio autem Nicæno vsuræ damnatæ sunt. Atque hæc vĩ esse cõior iuris peritorum sẽtia. Contrariũ tamen, meo iudicio, probant sufficienter Conrad. de contract. q. 22. a. conc. 10. & Couar. var. resol. 1. nu. 6. atque in eadem sententia fuit Panorm. & Couar. citatus.

Satisfaciendũ superest argumentis initio huius
15 disputationis propositis. Ad † testimoniũ ex Deuter. 23. in contrarg. relatum dicendũ est. Ex illo sufficienter colligi, vsuram secundum se illicitã, & ea quippe de causa prohibitã fuisse circa fratres, hoc est, filios Israel, idemq; confirmant cætera testimonia ex veteri testamento a nobis relata. Illud verò verbum; *fed alieno* intelligunt D. Thom. 2. 2. de malo, art. vlt. & 2. 2. q. 78. artic. 1. Caiet. ibi, Sotus 6. de iust. & q. 1. art. 1. ad 2. Alphons. a Cast. aduersus hæres. ver. vsura, Alex. Ales. & alij, quos Couar. 3. var. resol. c. 1. nu. 7. refert, q̃ non quasi filijs Israel vsura permissa ibi fuerit erga extraneos, tanq̃ licita, sed solum tanq̃ impunita ad maiora mala vitanda, ne videlicet ex auaritia, ad quã populus ille multum erat propensus, fratres suo vsuris opprimeret. Sicut ẽt ex eorumdem doctorum sententia, libellus repudij erat illis permissus ob duritiã cordis eorũ, iuxta Christi verbum. Et sicut inter nos permittitur meretricum, quod cum iure naturæ pugnat, ad maiora mala vitanda. Imò eo modo, quo illo eod. capite paulo ante dicitur; *non erit meretrix de filiab. Israel*: neque. n. permissio illa meretricum alienigenarum, quæ argumento a cõtrario sensu inde colligitur, tanquam licita: sed tanquam impunita ad maiora mala vitanda, est intelligenda. Alij aliter intelligunt testimonium in argumento citatũ, nempe vsuram, tanq̃ licitam fuisse pmissam filijs Israel circa alienos, idest, hostes ipsorum, qui terram habitabant promissionis, quã Deus illis cõcesserat, & circa quosuis alios, cum quibus bellum iustũ ipis progressu gererent. Eo namq; ipso, quod fas est spoliare veros hostes bonis suis, licitum quoque est mutuo illis dare cum pacto, vt aliquid vl-
16 tra sortẽ reddant. Qm̃ † n. aliquid aliũde est debitũ licitum, ex doctorum sẽtia, est mutuum dare cum pacto, vt insuper illud ẽt reddatur; cõsentitque aperte Alex. 3. c. 1. de vsur. in concil. Turonẽsi, & gl. vlt. ibi, qm̃ id non est accipere lucrum ex mutuo, sed mutui occasione recuperare aliunde debitum, in quo vsura propriè non inuenitur. Ita intelligunt locum illum Conr. de contract. q. 24. Ioan. Medina de reb. per vsuram acquis. q. 2. Ad idem reseruit Gab. in 4. distin. 15. q. 11. ad finẽ primi art. Maior. ibid. q. 29. ad 2. & alij, quos Couar. vbi supra citat, neutram reprobans sententiam. Ita qdẽ sẽtia fuit apertè Ambrosius, c. vlti. 14. q. 4. cuius verba disputatione præcedente retulimus, eundemque adhuc est apud eundem Ambrosium in lib. de Tobia c. 8. vnde textus ille fuit desumptus quo in loco eam sententiam præmittit, in illiusque confirmationem subiũgit verba illius textus. Quo fit, vt glo. 1. ad eundẽ textũ, quasi Ambrosius voluerit, sicut nulli est nocẽdũ, sic a nemine vsuras esse exigẽdas, sanè, quicquid Sotus vbi supra dicat, pugnat cum textu, & Ambrosij mente. Neque vero Conradi, & aliorũ sententia, tam parum probabilitatis habet, quam Sotus ibidem affirmat, modo tm̃ intelligatur, cessante scandalo. Quod profecto non maius eo tẽpore erat in eo, quod filij Israel vsuras, modo explicato, ab eis acciperent, quam q̃ terras, & eorum bona, vsurparent. Præsertim cum vsuras ex ipsa rei natura illicitas esse, non sit adeo perspicuum, antequam diligenter in indagetur, legitimaq; eius rei series inuestigetur, vt ignorari ab omnibus ferè populis non possit. Quod vel ex eo cõfirmari potest, quòd id sapientissimos Cæsarei iuris cõditores latuerit. Quo fit, vt res hæc incognita videretur gentibus, a quibus filijs Israel eo capite vsuras accipere permittebatur. Modo item intelliga-

tur, fas

feremus, iam hodie nullam vim haberent, eo q̃ non pertinerent ad præcepta moralia, sed ad iudicialia, aut ceremonialia, veteris legis, quæ Christi morte cessarunt, vt 1. 2. dum de veteri lege nobis esset sermo, latè ostendimus: quarè, cum in noua lege non sint tam aperta testimonia, quæ vsuram prohibeant, profectò nunquam patres definiuissent, de fide esse, vsuram illicitam hodie esse, si talis ex ipsa rei natura non esset. Loca vero ipsa veteris testamenti satis apertè innuunt, vsuram ex ipsa rei natura malam, atque illicitam esse; neque enim ethgiem vllam, vel iudicialium, vel ceremonialium præceptorum habent.

Obiec. Confirmare et possumus, vsuram ex natura rei esse illicitã; q̃m Aristoteles, lumine ductus naturali, cã vt illicitã improbat 4. nanque Ethicor. ad finem c. 1. vitij cõdemnat fœneratores, eosq; qui parua dant pro magnis, appellatq; id turpem lucri comparationem. Primo et li. polit. c. 7. fœnus videtur condemnare. Tullius præterea ad finem 2. de officijs ait, dare sub vsuris esse hominem interficere. Alios etiam refert Couarr. loco citato, qui, sequuti naturæ lumen, vsuram damnant.

Satisfit. 8 Ex † veteri testõ luce clarius constat vsurã illicitã esse Ezech. 18. inter lethalia peccata, quibus iustitia, & gratia amittitur, ter cõputatur, ad vsurã dare, & amplius accipere. Psal. 14. inter necessaria ad habitandum in tabernaculo dñi, & requiescendum in monte sancto eius, annumerat, *qui pecuniam suam non dedit ad vsuram*. Psal. 54. item alia quæ commemorantur, *non defecit de plateis eius vsura & dolus*. Psal. 71. de Messia dr. *Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum*.

9 Ex † nouo testõ citatur illud Luc. 6. *Mutuum date nihil inde sperantes*. Quod testimoniũ adduxit Vrbanus 3. c. consuluit extra de vsuris, quasi eo in loco prohibita, sit vsura. Atque idẽ videtur innuere Alex. 3. c. quia in omnibus, & c. super eo, eod. tit. dum ait, *vsuras vtriusque testamenti paginas condemnari*. cum tñ nõ appareat locus alius noui testamenti, in quo ita apertè vsura dãnetur. In contrarium uero obijcitur, q̃ eo in loco Christus tradere videatur consilium, ut mutuum fiat absque intuitu similis retributionis, vt ea ratione sit magis gratum, & meritorium apud Deum, ut ex ipsamet serie contextus videtur manifestũ. Soto 6. de iust. qu. 1. art. 4. arbitratur, illis Christi uerbis, solum contineri consilium. Subiungit uerò, satis sacra pagina noui testamenti, vsurã prohiberi; dum in ea fœnus, latè sumptum, sub quo vsura comprehenditur, est prohibitum.

Addit etiam, argumento a fortiori ratione, inde colligi vsuras esse illicitas. Si enim Christianus ab intuitu retributionis similis beneficij abstinere eo loco imbutus quanto magis censendũ est prohibitas esse vsuras. Dicerem, quãuis locus ille solus non omnino conuinceret, fauere tñ dubitandumque non esse Christum utrumq; eo loco intendisse, postquam eo testimonio in eo sensu vsus est. Vrbanus tertius. Tametsi nõ arbitrer, summos illos Pontifices definire intendisse, cum esse literalem sensum illius loci.

Neque ex illo solo loco credo definiuissent, vsuras esse illicitas. Quando tamen aliunde constat naturali atque diuino iure esse illicitas, non immeritò eo et loco ad idem definiendum vtuntur. Licet enim definitiones summorum Pontificum atq; Ecclesiæ, certissimæ sint, necesse tñ non est, vt oĩa, quibus confirmantur, certissima sint, vt in materia de fide dixmus. atq; o multis traditur. Nauarr. in comment. de vsur. 14 quæst. 3. c. 1. nu. 10. citat bullam Leonis X. in concil. Latera. quasi in ea, facto approbãte concilio, idem Luc 6. testimonium citetur, tanq̃ in quo præceptũ contineatur de non mutuando sub vsuris. Cæterum ibi non additur id tanq̃ concilij, aut Leonis X. assertio, sed tanquam id, vnde quidam ducebantur, vt montem pietatis, de quo ibi est sermo, damnarent. Inferius verò in eadẽ bulla reijcitur illorum sñia, & cõtraria definitur. Quo fit, vt ex ea bulla nõ colligatur, illum esse indubitatũ sensum literalem eius testimonij.

10 Iã † vero vsuram iure humano, id est, sacris canonibus, esse illicitã atq; sub grauibus pœnis prohibitam, constat extra de vsuris per totum titulũ, & li. 6. eo. tit. item q; dist. 47. & 14. q. 3. & q. 4. per multa capita. Inter quæ iura. c. q̃m multi. 47. dist. est Concilij Nicæni c. si quis. 14. q. 4. est concilij Martini Papæ. c. quia in omnib. de vsuris, est Cõcilij Lateranensis c. vsurarum. de vsur. li. 6. est Cõcilij Lugdunensis, eaq; oĩa cõcilia generalia sunt. Nouissimè aũt in Clementina vnica de vsu. §. vlt. definitũ est *Si quis in illũ errorẽ incideritvt pertinaciter affirmare præsumat, exercere vsuras, nõ esse peccatũ; decernimus eũ tanquam hæreticũ puniendũ. Locorũ ordinarijs, & hæreticæ prauitatis inquisitoribus, districtius inijngẽtes, vel cõtra eos, quos de errore hmõi diffamatos inuenerint, aut suspectos, tanquã cõtra diffamatos, vel suspectos, de hæresi, procedere non omittãt.*

11 Qd † ad ius Cæsareũ attinet, non solũ vsuras in hoc sensu permittebat, q̃ crimen illud non puniebat (eo pacto, quo inter Christianos mereretricũ ad maiora mala vitanda permittitur) sed et in hoc, q̃ quandam vsurarum, semel solutarũ, repetitionem non concedebat, atque item in hoc, quod, ad exigendas vsuras quasdam leges concessas, actionem concedebat, vt constat. ff. & C. de vsur. Quo fit, vt rejcienda sit opinio Soti 6. de iust. q. 1. artic. 4. contrarium affirmantis. Dixi, Cæsareum ius concessione actionem ad vsuras quasdam lege concessas: q̃m ciuiles leges non concedebãt vsuras in quacunque quantitate, vt præter alia iura, liquet. l. eos. & duab. seqq. C. de vsuris. Maxima namque vsura, quam ciuile ius cõcedebat, erat centesima, hoc est, vt singulis mensibus solueretur centesima pars, ita vt is, qui mutuo daret centum aureos, singulis mensibus soluerentur vnus aureus vltra sortem, & singulis annis soluerentur duodecim aurei. Atq; hanc vsuram concedebant solum in pecunia trajectitia, hoc est, quæ mutuo dabatur, vt a mutuatario maris deferretur, & periculũ illius ad mutuantem pertineret, non vero ad mutuatarium, vt patet l. eos citata, & C. de nautico fœnor. per totum in alijs euentibus si nobilis esset, qui ad fœnus daret, solum concedebatur

cedebatur ei accipere tertiã partem centesimæ id est, tertiam vnius aurei partem singulis mensib. pro centũ, quos mutuo dedisset, seu (qđ idẽ est) quatuor aureos singulis annis. Si vero mercator esset, permittebatur ei accipere duas centesimæ partes, id est, duas aurei partes singulis mensibus pro eisdem centũ mutuo datis, atque adeo permittebatur ei, accipere octo aureos singulis annis. Reliquis vero hoibus fas tm̃ erat, accipere dimidiũ centesimæ, idest, dimidium aurei, singulis mensibus aut sex aureos quotannis, pro centum mutuo datis. Reliquæ verò vsuræ erant prohibitæ. Hęc
12 hũr. l. eos citata, eaq; melius, quã alij, explicat Sotus vbi sup. Præterea † vsuræ vsurarum iure Cæsareo erant prohibitæ. Vt, si pro centum aureis quotannis deberẽtur sex, nefas erat sumere in posterum vsuras illorum sex, esto pactum interuenisset, quod, si non soluerentur, cederent capitali, & ex illis solueretur. Ita hł l. vlt. C. de vsur. Hinc intelliges, grauiores, & nequiores vsuras palliatas, aut occultas, interdum exigi, ac solui nostris temporibus, quam essent, quæ ciuilibus legibus quõdam erant concessæ.

13 Erant verò † iniquæ eiusmodi leges verã vsurã pmittentes cõtra naturale ius, vt ostensum est. Quo circa, præter alia canonica iura, merito, vna cũ multis alijs, abrogatæ sunt clem. vnic. de vsur. in Conc. Vienensi, simulq; sancitũ est, vt si q̃ pãa publica iudicare præsumpserit, vt soluantur vsuræ, aut vt solutæ cũ repetuntur, non restituantur, sit ipso iure excõicatꝰ. Atq; hac in parte canonicum ius prævalet ciuili: eo q̃ in Summo Põtifice plena sit potẽstas super laicas pãtes ad ea, quæ in salutem aiarum, finemq; supernaturalem, concernunt, vt dispu. 29. ostensum est. Quo fit, vt hodie
14 † actio in seculari foro concedatur ad repetendas vsuras iam solutas, atque ita conceditur de iure Lusit. vt constat l. 4. Ordi. tit. 14. Lege ẽt, quæ disponuntur tit. 27. §. pen. & vlt. & libr. 1. tit. 47. §. 19. Idem conceditur iure Castellæ li. 8. nouæ collect. tit. 6. per totum. De pœnis vero vsurariorum inferius suo loco dicetur.

Doctores controuertunt, vtrum Iustinianus imperator leges Cæsareas abrogauerit, quæ vsuras concedebant Gl. in auth. ad hæc. C. de vsur. & quædam aliæ canonici iuris affirmant. Id verò sibi persuadent, qm̃ idem imperator fidẽ admisit concilij Nicæni, eamq; seruari præcepit: in concilio autem Nicæno vsuræ damnatæ sunt. Atque hæc vł esse cõior iuris peritorum sẽtia. Contrariũ tamen, meo iudicio, probat sufficienter Conrad. de contract. q. 22. a. concl. 10. & Couar. var. resol. 1. nu. 6. atque in eadem sententia fuit Panorm. & Couar. citatus.

Satisfaciendũ superest argumentis in initio hu-
15 ius disputationis propositis. Ad † testimonũ ex Deuter. 23. in 1. argõ relatum dicendũ est. Ex illo sufficienter colligi, vsuram secundum se illicitã, & eã quippe de causa prohibitã fuisse circa fratres, hoc est, filios Israel, idemq; confirmant cætera testimonia ex veteri testamento a nobis relata. Illud verò verbum; *fed alienũ* intelligunt D. Thom. 2. 2. de malo, art. vlt. & 2. 2. q. 78. artic. 1. Caiet. ibi, Sotus 6. de iust. & iur. q. 1. art. 1. ad 2. Alphons. a Cast. aduersus hæres. ver. vsura, Alex. Ales. & alij, quos Couar. 3. var. reso. c. 1. nu. 7. refert, q̃ non quasi filijs Israel vsura permissa ibi fuerit erga extraneos, tanq̃ licita, sed solum tanq̃ impunita ad maiora mala vitanda, ne videlicet ex auaritia, ad quã populus ille multum erat propensus, fratres suo vsuris opprimeret. Sicut ẽt ex eorumdem doctorum sentẽtia, libellus repudij erat illis permissus ob duritiã cordis eorũ, iuxta Christi verbum. Et sicut inter nos permittitur meretricum, quod cum iure naturæ pugnat, ad maiora mala vitanda. Imò eo modo, quo illo eod. capite paulo ante dicitur; *non erit meretrix de filiab. Israel*: neque. n. permissio illa meretricum alienigenarum, quæ argumento a cõtrario sensu inde colligitur, tanquam licita: sed tanquam impunita ad maiora mala vitanda, est intelligenda. Alij aliter intelligunt testimonium in argumento citatũ, nempe vsuram, tanq̃ licitam fuisse pmissam filijs Israel circa alienos, idest, hostes ipsorum, qui terram habitabant promissionis, quã Deus illis cõcesserat, & circa quoscq; alios, cum quibus bellum iustũ ipsis progressu gererent. Eo namq; ipso, quod fas est spoliare veros hostes bonis suis, licitum quoque est mutuo illis dare cum pacto, vt aliquid vl-
16 tra sortẽ reddant. Qm̃ † n. aliquid aliũde est debitũ licitum, ex doctorum sẽtia, est mutuum dare cum pacto, vt insuper illud ẽt reddatur; cõsentitque aperte Alex. 3. p. c. 1. de vsur. in concil. Turonẽsi, & gl. vlt. ibi, qm̃ id non est accipere lucrum ex mutuo, sed mutui occasione recuperare aliunde debitum, in quo vsura propriè non inuenitur. Ita intelligunt locum illum Conr. de contract. q. 24. Ioan. Medina de reb. per vsuram acquis. q. 2. Ad idem recedit Gab. in 4. distin. 15. q. 11. ad finẽ primi art. Maior. ibid. q. 29. ad 2. & alij, quos Couar. vbi supra citat, neutram reprobans sententiam. Ita tedẽ sẽtia fuit aperte Ambrosius, c. vlti. 14. q. 4. cuius verba disputatione præcedente retulimus, eúdemque adhuc est apud eundem Ambrosium in lib. de Tobia c. 8. vnde textus ille fuit desumptus quo in loco eam sententiam præmittit, in illiusque confirmationem subiũgit verba illius textus. Quo fit, vt glo. 1. ad eundẽ textũ, quasi Ambrosius voluerit, sicut nulli est nocẽdũ, sic a nemine vsuras esse exigẽdas, sanè, quicquid Sotus ibi supra dicat, pugnat cum textu, & Ambrosij mente. Neque vero Conradi, & aliorũ sententia, tam parum probabilitatis habet, quam Sotus ibidem affirmat, modo tm̃ intelligatur, cessante scandalo. Quod profecto non maius eo tẽpore erat in eo, quod filij Israel vsuras, modo explicato, ab exactoribus exigerent, quam q̃ terras, & eorum bona, vsurparent. Præsertim cum vsuras ex ipsa rei natura illicitas esse, non sit adeo perspicuum, antequam diligenter in indagetur, legitimaq; earum rei facto inueniatur, vt ignorari ab omnibus ferè populis non possit. Quod vel ex eo cõfirmari potest, quòd id sapientissimos Cæsarei iuris cõditores latuerit. Quo fit, vt res hæc incognita videretur gentibus, a quibus filijs Israel eo capite vsuras accipere permittebatur. Modo item intelliga-

tur, fas

feremus, iam hodie nullam vim habere eos, eò quòd non pertinerent ad præcepta moralia, sed ad iudicialia, aut ceremonialia, veteris legis, quæ Christi morte cessarunt, vt 1.2. dum de veteri lege nobis esset sermo, latè ostendimus: quarè, cum in noua lege non sint tam aperta testimonia, quæ vsuram prohibeant, profectò nunquam patres definiuissent, de fide esse, vsuram illicitam hodie esse, si talis ex ipsa rei natura non esset. Loca vero ipsa veteris testamenti satis apertè innuunt, vsuram ex ipsa rei natura malam, atque illicitam esse; neque enim effigiem vllam, vel iudicialium, vel ceremonialium præceptorum habent.

Obiec. Confirmare ét possumus, vsuram ex natura rei esse illicitã; qm̃ Aristoteles, lumine ductus naturali, eã vt illicitã improbat 4. nanque Ethicor. ad finem c. 1. vitij cõdemnat fœneratores, eosq; qui parua dant pro magnis, appellatq; id turpem lucri comparationem. Primo ét li. polit. c. 7. fœnus videtur condemnare. Tullius præterea ad finem 2. de officijs ait, dare sub vsuris esse hominem interficere. Alios etiam refert Couarr. loco citato, qui, sequuti naturæ lumen, vsuram damnant.

Satisfit. 8 † Ex veteri testõ luce clarius constat, usurã illicitã esse Ezech. 18. inter lethalia peccata, quibus iustitia, & gratia amittitur, ter cõputatur, ad usurã dare, & amplius accipere. Psal. 14. inter necessaria ad habitandum in tabernaculo dñi, & requiescendum in monte sancto eius, annumerat, *qui pecuniam suam non dedit ad vsuram*. Psal. 54. itez alibi quia commemorantur, *non defecit de plateis eius vsura & dolus*. Psal. 71. de Messia dñ. *Ex usuris & iniquitate redimet animas eorum*.

9 † Ex nouo testõ citatur illud Luc. 6. *Mutuum date, nihil inde sperantes*. Quod testimoniũ adducit Vrbanus 3. c. consuluit extra de vsuris, quasi eo in loco prohibita sit vsura. Atque idẽ videtur innuere Alex. 3. c. quia in omnibus, & cæteris super eo, eodem dicitur, *vsuras vtriusque testamenti paginæ condemnari*. cum tñ nõ appareat locus alius noui testamenti, in quo ita apertè vsura damnetur. In contrarium uero obijcitur, q̃ eo in loco Christus tradere uideatur consilium, vt mutuum fiat absque intuitu similis retributionis, vt ea ratione sit magis gratum, & meritorium apud Deum, vt ex ipsamet serie contextus uidetur manifestũ. Sotus 6. de iust. qu. 1. art. 1. arbitratur, illis Christi uerbis, solum contineri consilium. Subiungit uerò, satis sacra pagina noui testamenti, vsurã prohiberi; dum in ea fœnus, latè sumptum, sub quo vsura comprehenditur, est prohibitum.

Addit etiam, argumento a fortiori ratione, inde colligi vsuras esse illicitas. Si enim Christianus ab intuitu retributionis similis beneficij abstinere eo loco imbutus quanto magis censendũ est prohibitas esse vsuras. Dicerem, quãuis locus ille solus non omnino conuinceret, fauere tñ dubitandumque non esse Christum utrumq; eo loco intendisse, postquam eo testimonio in eo sensu vsus est. Vrbanus tertius. Tametsi nõ arbitrer, summos illos Pontifices definire intendisse, cum esse literalem sensum illius loci.

Neque ex illo solo loco credo definiuissent, vsuras esse illicitas. Quando tamen aliunde constat naturali atque diuino iure esse illicitas, non immeritò eo ét loco ad idem definiendum vtuntur. Licet enim definitiones summorum Pontificum atq; Ecclesiæ, certissimæ sint, necesse tñ non est, vt oia, quibus confirmantur, certissima sint, vt in materia de fide diximus, atq; multis traditur. Nauarr. in comment. de vsur. 14 quæst. 3. c. 1. nu. 10. citat bullam Leonis X. in concil. Laterã. quasi in ea, facto approbãte concilio, idem Lucæ 6. testimonium citetur, tanq̃ in quo præceptũ contineatur, de non mutuando sub vsuris. Cæterum ibi non adducitur id tanq̃ concilij, aut Leonis X. assertio, sed tanquam id, vnde quidam ducebantur, vt montem pietatis, de quo ibi est sermo, damnarent. Inferius verò in eadẽ bulla reijcitur illorum sñia, & cõtraria definitur. Quo fit, vt ex ea bulla nõ colligatur, illum esse indubitatũ sensum literalem eius testimonij.

10 † Iã vero vsuram iure humano, id est, sacris canonibus, esse illicitã atq; sub grauibus pœnis prohibitam, constat extra de vsuris per totum titulũ, & li. 6. eo. tit. item q; distinct. 47. & 14. q. 3. & q. 4. per multa capita. Inter quæ iura, c. qm̃ multi. 47. dist. est Concilij Nicæni c. si quis. 14. q. 4. est concilij Martini Papæ, c. quia in omnib. de vsuris, est Cõcilij Lateranensis c. vsurarum de vsur. li. 6. est Cõcilij Lugdunensis, eaq; oia cõcilia generalia sunt. Nouissimè aũt in Clementina vnica de vsu. §. vlt. definitũ est *Si quis in illũ errorẽ inciderit, vt pertinaciter affirmare præsumat, exercere vsuras, nõ esse peccatũ; decernimus eũ veluti hæreticũ puniendũ. Locorũ ordinarijs, & hæreticæ prauitatis inquisitoribus, districtius inijcientes, vel cõtra eos, quos de errore hmõi diffamatos inuenerint, aut suspectos, tanquã cõtra diffamatos, aut suspectos, de hæresi, procedere non omittãt.*

11 † Qd ad ius Cæsareũ attinet, non solũ vsuras in hoc sensu permittebat, q̃ crimen illud non puniebat (eo pacto, quo inter Christianos meretricũ admittitur, ne maiora mala vrbs patiatur) sed ét in hoc, q̃ quarundam vsurarum semel solutarũ, repetitionem non concedebat, atque rẽm in hoc, quod, ad exigendas vsuras quasdam leges concessas, actionem concedebat, vt constat. ff. & C. de vsur. Quo fit, vt reijcienda sit opinio Soti 6. de iust. q. 1. artic. 1. contrarium affirmantis. Dixi; Cæsareum ius concessione actionem ad vsuras quasdam lege concessas: qm̃ ciuiles leges non concedebãt vsuras in quacunque quantitate, vt præter alia iura, liquet. l. eos, & duab. seqq. C. de vsuris. Maxima namque vsura, quam ciuile ius cõcedebat, erat centesima; hoc est, vt singulis mensibus solueretur centesima pars, ita vt is, qui mutuo daret centum aureos, singulis mensibus solueretur vnus aureus vltra sortem, & singulis annis solueretur duodecim aurei. Atq; hanc vsuram concedebant solum in pecunia trajectitia, hoc est, quæ mutuo dabatur, vt ea mutuatario mari deferretur, & periculũ illius ad mutuantem pertineret, non vero ad mutuatarium, vt patet l. eos citata, & C. de nautico fœnor, per totum in alijs euentibus si nobilis esset, qui ad fœnus daret, solum concedebatur

cedebatur ei accipere tertiã partem centesimæ id est, tertiam vnius aurei partem singulis mensib. pro centũ, quos mutuo dedisset, seu (qđ idẽ est) quatuor aureos singulis annis. Si vero mercator esset, permittebatur ei accipere duas centesimæ partes, id est, duas aurei partes singulis mensibus pro eisdem centũ mutuo datis, atque adeo permittebatur ei, accipere octo aureos singulis annis. Reliquis vero hoibus fas tm̃ erat, accipere dimidiũ centesimæ, idest, dimidium aurei, singulis mensibus aut sex aureos quotannis, pro centum mutuo datis. Reliquæ verò vsuræ erant prohibitæ. Hęc
11 hũr. l. eos citata, eaq; melius, quã alij, explicat Sotus vbi sup. Præterea † vsuræ vsuratum iure Cæsareo erant prohibitæ. Vt, si pro centum aureis quotannis deberẽtur sex, nefas erat sumere in posterum vsuras illorum sex, esto pactum interuenisset, quod, si non soluerentur, cederent capitali, & ex illis solueretur. Ita hĝ l. vlt. C. de vsur. Hinc intelliges, grauiores, & nequiores vsuras palliatas, aut occultas, interdum ex g. ac solui nostris temporibus, quam essent, quæ ciuilibus legibus, quõdam erant concessæ.

13 Erant verò † iniquæ eiusmodi leges verã vsurã pmittentes cõtra naturale ius, vt ostensum est. Quo circa, præter alia canonica iura, merito, vna cũ multis alijs, abrogatæ sunt eidem, vnæ de vsur. in Conc. Vienensi, simulq; sancitũ est, vt si q̃ pãa publica iudicare præsumpserit, vt soluantur vsuræ, aut vt solutæ cũ repetuntur, non restituantur, sit ipso iure excõicata. Atq; hac in parte canonicum ius præualet ciuili: eo q̃ in Summo Põtifice plena sit potẽstas super laicas pãtes ad ea, quæ in salutem aiarum, finemq; supernaturalem, concernunt, vt dispu. 29. ostensum est. Quo fit, vt hodie
14 † actio in seculari foro concedatur ad repetendas vsuras iam solutas, atque ita conceditur de iure Lusit. vt constat li. 4. Ordi. tit. 14. Lege ẽt, quæ disponuntur tit. 27. §. pen. & vlt. & libr. 1. tit. 47. §. 19. Idem conceditur iure Castellæ li. 8. nouæ collect. tit. 6 per totum. De pœnis vero vsurariorum inferius suo loco dicetur.

Doctores controuertunt, vtrum Iustinianus imperator leges Cæsareas abrogauerit, quæ vsuras concedebant Gl. in auth. ad hæc. C. de vsur. & quædam aliæ canonici iuris affirmant. Id verò sibi persuadent, qm̃ idem imperator fidẽ admisit concilij Nicæni, eamq; seruari præcepit: in concilio autem Nicæno vsuræ damnatæ sunt. Atque hæc vr esse cõior iuris peritorum sẽtia. Contrariũ tamen, meo iudicio, probat sufficienter Conrad. de contract. q. 22. a. concl. 10. & Couar. var. resol. 1. nu. 6. atque in eadem sententia fuit Panorm. & Couar. citatus.

Satisfaciendũ superest argumentis in initio huius disputationis propositis. Ad
15 † testimonũ ex Deuter. 23. vbi argõ relatum dicendũ est. Ex illo sufficienter colligi, vsuram secundum se illicitã esse, quippe de causa prohibitã fuit circa fratres, hoc est, filios Israel, idemq; confirmant cætera testimonia ex veteri testamento a nobis relata. Illud vero verbum; *sed alieno* intelligunt D. Thom. 2. 2. de malo, art. vlt. & 2. 2. q. 78. artic. 1. Caiet. ibi, Sotus 6. de iust. et. q. 1. art. 1. ad 2. Alphons. a Cast. aduersus hæres. ver. vsura, Alex. Ales. & alij, quos Couar. 3. var. reso. c. 1. nu. 7. refert, q̃ non quasi filijs Israel vsura permissa ibi fuerit erga extraneos, tanq̃ licita, sed solum tanq̃ impunita ad maiora mala vitanda, ne videlicet ex auaritia, ad quã populus ille multum erat propensus, fratres suo vsuris opprimeret. Sicut ẽt ex eorumdem doctorum sentẽtia, libellus repudij erat illis permissus ob duritiã cordis eorũ, iuxta Christi verbum. Et sicut inter nos permittitur meretricum, quod cum iure naturæ pugnat, ad maiora mala vitanda. Imò eo modo, quo illo eod. capite paulo ante dicitur; *non erit meretrix de filiab. Israel*: neque. n. permissio illa meretricum alienigenarum, quæ argumento a cõtrario sensu inde colligitur, tanquam licita: sed tanquam impunita ad maiora mala vitanda, est intelligenda. Alij aliter intelligunt testimonium in argumento citatũ, nempe vsuram, tanq̃ licitam fuisse pmissam filijs Israel circa alienos, idest, hostes ipsorum, qui terram habitabant promissionis, quã Deus illis cõcesserat, & circa quoscq; alios, cum quibus bellum iustũ ipsis progressu gererent. Eo namq; ipso, quod fas est spoliare veros hostes bonis suis, licitum quoque est mutuo illis dare cum pacto, vt aliquid vl-
16 tra fortẽ reddant. Qm̃ † n. aliquid aliũde est debitũ licitum, ex doctorum sẽtia, est mutuum dare cum pacto, vt insuper illud ẽt reddatur; cõsentitque aperte Alex. 3. p. c. 1. de vsur. in concil. Turonẽsi, & gl. vlt. ibi, qm̃ id non est accipere lucrum ex mutuo, sed mutui occasione recuperare aliunde debitum, in quo vsura propriè non inuenitur. Ita intelligunt locum illum Conc. de contract. q. 24. Ioan. Medina de reb. per vsuram acquis. q. 2. Ad idem recedunt Gab. in 4. distin. 15. q. 11. ad finẽ primæ. Maior, ibid. q. 29. ad 2. & alij, quos Couar. vbi supra citat, neutram reprobans sententiam. Ita pariter sẽtia fuit aperte Ambrosius, c. vlti. 14. q. 4. cuius verba disputatione præcedente retulimus, eúdemque adhuc est apud eundem Ambrosium in lib. de Tobia c. 8. vnde textus ille fuit desumptus quo in loco eam sententiam præmittit, in illiusque confirmationem subiũgit verba illius textus. Quo fit, vt glo. 1. ad eundẽ textũ, quasi Ambrosius voluerit, sicut nulli est nocẽdũ, sic a nemine vsuras esse exigẽdas, sanè, quicquid Sotus vbi supra dicat, pugnat cum textu, & Ambrosij mente. Neque vero Conradi, & aliorũ sententia, tam parum probabilitatis habet, quam Sotus ibidem affirmat, modo tm̃ intelligatur, cessante scandalo. Quod profecto non maius eo tẽpore erat in eo, quod filij Israel vsuras, modo explicato, ab exactipetent, quam q̃ terras, & eorum bona, vsurparent. Præsertim cum vsuras ex ipsa rei natura illicitas esse, non sit adeo perspicuum, antequam diligenter in indagetur, legitimaq; eius rei ratio inueniatur, vt ignorati ab omnibus ferè populis non possit. Quod vel ex eo cõfirmari potest, quòd id sapientissimos Cæsarei iuris cõditores latuerit. Quo fit, vt res hæc incognita videretur gentibus, a quibus filijs Israel eo capite vsuras accipere permittebatur. Modo item intelliga-

tur, fas

recõpensatione pro damno emergente, aut lucro cessante, vel ex alio quocunq;, non dicetur lucrũ ex mutuo, sed interesse ex alio capite comparatũ.

Quod attinet ad illã aliã partem definitionis, ex mutuo, obseruandum est, sumi ibi latè, vt comprehẽdit, non solũ verum, ac formale mutuũ, sed
6 ẽt mutuũ virtute. Si † namq; quis carius iusto prio rigoroso vendat credito, incrementumque illud accipiat pp expectatã solutionem (vt semper ex decausa accipi præsumitur) cõtractus est vsurarius: qm̃ credito vendere, est virtute mutuo emptori relinquere pretium, quod statim erat soluturus, quocirca, accipere ea de causa incremẽtum, vltra pretium iustum, est accipere lucrum ex mutuo virtute, atque adeo est vsura. Similiter, si quis, propter anticipatam solutionem, emat vilius infimo pretio iusto, committit vsuram; qm̃ anticipare solutionem, est virtute eam mutuo dare vsq; ad tempus traditionis mercis; & idcirco detrahere aliquid de pretio iusto ea de causa, est reportare lucrum ex mutuo virtute quod est vsura.

Per hanc secundã definitionis partem a rõne
7 vsuræ † reijcitur quodcunq; lucrum, quod nõ sit ex mutuo, siue illud iustum sit, siue iniustũ. Quare, si quis pecunia numerata plus iusto pretio rigoroso aliquid vendat, licet id pretij incrementũ, iniustum sit, & restitutioni in conscientiæ foro obnoxium; quia tm̃ neq; ex formali neque ex virtuali mutuo proficiscitur, sed ex nuda iniusta vẽditione, vtique ad vsuram non spectat. Si quis itẽ locet pecuniam suam auream, vel ad ostentationem, ac recreationem, vel vt cibi cum ea conquantur ægroto, aut ad aliũ vsum, acciptaq; moderatum pretium pro eo vsu, eiusmodi pretiũ, ac lucrum vsura nõ est, sed est iustum lucrum, vt D. Thom. q. 78. citata art. 1. ad 6. & doctores cõiter affirmãt. Neq; enim lucrum illud est ex mutuo, sed ex locatione pecuniæ, perseuerante dominio eius pecuniæ apud locante, quare, si tunc pereat, absque culpa leuissima conductoris, perit locatori, non vero conducenti; cum tm̃, si esset mutuum, peteret mutuatarius, & non ei, qui mutuo dedit.

8 Ad † iudicandum ergo de vnoquoque cõtractu, num vsurarius sit, hac regula, quæ nullã exceptionem patitur, est vtendum. Attendendum est, nũ in eo contractu mutuum formaliter, aut virtute interueniat; & quidem, si interueniat, lucrum quod ex illo intendatur, contractus est vsurarius, & tale lucrum est vsura. Si minus, vsurarius esse non potest, siue iustus, siue iniustus, alioquin sit.

9 Illud † est obseruãdum, id quod mutuo datur, seu æquale, quod rõne mutui debetur, appellari sortem. Vt vero Sotus 6. de iust. q. 1. art. 1. probè ait, nomen hoc ex societatis contractu vt ad alios deriuatum. In cõtractu namque societatis vnusquisq; sociorum sortem suam hoc est, portionẽ; mittit in communem aceruum, eamque tempore partitionis extrahit primum, si integra perseuerat, deinde vero accipit partem lucri, quæ, vltra sortem, ipsum contingit. In hac significatione Ambros. cap. plerique. 14. q. 3. mutuum, æquale ve, quod mutui rõne debetur, appellat sortem, lucrum vero, quod insuper ratione mutui accipitur vsuram nuncupat, dũ ait; *Quodcunque accedit sorti, vsura est.* Eodẽ modo sumitur frequẽter in iure, & a doctoribus. Sors appellatur ẽt capitale, & principale tã in societatis contractu, q̃ in re proposita, qñ vsuram distinguimus a sorte, capitali, & principali, quod mutui ratione debetur.

10 Vsura, pro † vitio, & peccato, non est aliud, q̃ acceptio, aut voluntas accipiendi lucrum ex mutuo. Ab ea verb tam hoc, quam præcedente modo vsurpata, contractus, quo illa intenditur, aut in quo interuenit, vsurarius dicitur. Dum autẽ vsura in prioti acceptione est in pacto, nondumque est accepta, pactionibus ab aliquibus nuncupatur, neque adhuc ex illa obligatio consurgit restituendi. Quando vero iam est receptat, exactionalis ab eisdem dicitur, quasi exacta, ac recepta. Et tunc obligatio consubgit eam restituendi.

Diuiditur vsura ẽt recepta, & obnoxia iã restitutioni, in mẽtalem, & realem, Et rursus, in aper-
11 tam, & palliatã. Realis † est, qñ interuenit pactũ tacitũ vel expressum, de lucro ex mutuo. Est quippe realis vsura non solum quando quis aperte pacisci tur de lucro ex mutuo, sed etiã qñ id innuit, dum mutuo dat. Vt si mutuatario dicat, nosti consuetudinem, aut, confido pecuniam hanc non reuersam ad me vacuam; aut meminer is me priuati vsum ex pecuniæ, & habere filios, aut aliud si-
12 mile. Mentalis † vero vsura est, neque tacitũ, neque expressum interueni pactum de lucro ex mutuo, attamen, qui mutuo dat, ea intentione ac spe dat, vt lucrũ ex mutuo recipiat, quia scit mutuatarium id datutum, non quidem ex liberalitate, & gratitudine, sed timore, ne alia die mutuum ei denegetur, vel aliqua alia ratione. Qui autem hac intentione mutuo dat, peccat vsuræ peccato, accipiendoque postea tale lucrum, non solũ peccat, sed ẽt restituere id tenetur. De vsura tamen mentali peculiaris tractatio.

Hinc iã facilè intelliges, mentalem vsurã non distingui a reali eo modo, quo peccatum mentis distinguitur a peccato externo. Etenim, tam in vsura mentali, quã in reali, datur peccatum mentis & in vtraque datur peccatum externum. Si enim quis voluntatẽ habeat mutuandi propter lucrũ, & deducendi tale in pactum externum, nihil tm̃ mandauit adhuc exequtioni, neque exterius expressit, peccauit quidem solo peccato mentis vsuræ realis; qñ vero si postea mandat exequtioni, peccat externo peccato vsuræ realis. Simili modo, si quis voluntatem habeat mutuandi alicui pp lucrum, nullo adhibito pacto externo, ẽt tacito, quia scit, illum lucrum ex mutuo soluturũ, ne mutuum ei alia die denegetur, tunc, si nondum voluntas illa in actum prodiit externum, est peccatum mentis vsuræ mentalis; quando vero prodit iam in actũ externum, quia mutuo dat ea intentione, est peccatum externum vsuræ mentalis.

13 Vsura † aperta est, quãdo mutuum est formale, lucrumque ex eo accipitur, aut intenditur. Palliata vero est, quando mutuum est virtute, vt in eo, qui credito vendit, aut emit anticipata pecunia, & lucrum inde intenditur, aut accipitur. Interdũ ab aliquibus palliata vsura dicitur, tã mentalis

nis, quã ea realis, in qua tacitum pactũ intercenit. Nos verò, cum cõi vsu loquentium, eam solã palliatam vsuram appellabimus, qua ex virtuali mutuo lucrum intenditur, aut accipitur.

## Illicitane sit Vsura.

### DISPVTATIO CCCIIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Vsura an sit licita vel ne, & per totam disput.*
2 *Vsura naturali, diuino & humano iure illicita, & num. 7.*
3 *Vsura non est, quod soluitur a mutuatario pro mercede, & labore operantium, sed stipendium. Item quod soluitur pro actione mutuo dandi, & num. 4.*
5 *Actionis ad actionem permittitur compensatio, sicut obiecti ad obiectum.*
6 *Iniuria volenti, & consentienti quo casu fiat.*
7 *Vsura ex natura rei est illicita contra iustitiã commutatiuam.*
8 *Vsura ex veteri testamento illicita. Item ex nouo, & iure canonico. nu. 9. 10.*
11 *Vsuræ quæ iure Cæsareo concedebantur.*
12 *Vsuræ usurarum prohibitæ Cæsareo iure.*
13 *Leges Cæsareæ permittentes usuras abrogatæ sunt iure canonico.*
14 *Actio ad repetendas vsuras solutas hodie pmittitur, etiam de iure Lusitano & Castellæ.*
15 *Vsuræ secundum se etiam in Deuteronomio est illicitæ, licet ibi contra extraneos permissa.*
16 *Mutuum, an possit dari debitum ex alio contractu, ut inde ex eo aliquid percipiatur.*
17 *Fœnus quid significare potest.*
18 *Vsuræ permitti possunt ad vitanda maiora mala.*

1 PArs, quæ negat, suaderi põ. Primo, qm̃ † vsura Deuteron. 23. permittitur filijs Israel circa extraneos. Sic enim habet ille textus; *Non fœnerabis fratri tuo, sed alieno.* Et c. 28. sequenti inter pmia, quæ populo illi proponũtur, si legẽ seruauerit, vnum est, *Fœnerabis gentibus multis, & ipse a nullo fœnus accipies.* Et Christus Luc. 19. Seruo nequã qui pecuniã in sudario seruauit, dicturũ se ait, *Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego cum usuris exegissem illam?* ergo vsura, in se spectata, illicita non est alioquin, neq; à Deo permitteretur, aut promitteretur in præmium, neque Christus verba illa protulisset.

Secũdo, ciuiles leges permittunt vsuras, vt constat. ff. & C. de vsur. cum ergo eiusmodi leges condemnandæ non videantur tanquam iniquæ; consequens est, vt vsura illicita in se non sit.

2 Vsuram † tamen illicitam esse, adeo vt certũ, vt contrarium cũ catholica fide, vt videbimus, apertissimè pugnet. Quia verò ostendendum est, vsuram naturali, diuino, & humano, iure esse illicitam, à natura ipsa rei ordiendum esse duxi.

Illud in primis admonuerim, insufficientem rationem esse ad probandum, vsuram ex natura rei esse illicitam, si quis argumentetur. Contra mutui naturam est, accipere aliquid vltra sortẽ; ergo vsura est illicita.

Qm̃ cõtra naturã cõmodati est accipere aliqd pro usu rei commodatæ, & tñ inde non sequitur, esse illicitum id accipere, sed solum sequitur, destrui naturã cõmodati, & transire in contractum iustum locati, si q̃ accipitur, sit pretium moderatum: aut transire in contractum iustum innominatum, si, q̃ accipitur, pretium non sit. Illud item admonuerim, non quemadmodum accipere pretium pro re cõmodata, destruit naturã cõmodati, & facit contractum transire in aliam speciem, sic in mutuo, accipere aliquid ultra sortẽ, destruere mutui naturã. Ratio est, qm̃ mutuum in hoc est positum, ut detur aliquid ad usum, q̃ fiat statim accipientis, restituat postea tantumdem in specie, & bonitate: quod verò fiat pactum, ut aliquid insuper reddatur, non destruit illud aliud, in quo mutui natura consistit; at verò, cũ cõmodatum in eo sit positum, quod gratis concedatur aliquid ad vsum, perseuerante dñio rei apud dantẽ, vtique si pactum interueniat, vt pro eo vsu aliquid reddatur, natura cõmodati eo ipso destruitur, & cõtractus transit in distinctam speciem. Apertius ergo ostendendum restat, vnde vsura ex rei natura sit illicita: id quod sanè sequenti ratione fit.

Ex natura rei est illicitum, & contra iustitiam cõmutatiuã, in rei vnius commutatione pro alia, plus exigere, aut accipere, quã valeat res, quæ datur, nisi aliquid aliud interueniat, ratione cuius illud amplius iustè accipiatur: sed accipere aliquid vltra sortẽ pro mutuo, est pro commutatione rei mutuo datæ accipere plus, quã valeat, nisi interueniat aliud, ratione cuius illud iustè accipiatur: ergo, vi solius mutui, nefas ex natura rei, & cõtra iustitiam commutatiuam est, aliquid vltra sortẽ accipere, ac proinde vsura illicita est contra commutatiuam iustitiam, restitutionique obnoxia.

Consequentia euidens est, & maior perspicua ex natura ipsa cõmutatiuę iustitiæ, cuius est q̃ualitatem in commutationib. constituere. Est præterea eadem maior receptissima in cæteris cõmutationib. vt in venditione, in qua non plus pretij licet accipere, quam merces valeat, & in locatione, in qua nefas similiter est plus pretij accipere, quam vsus rei, quæ locatur, valeat, & in permutationibus, & alijs contractibus innominatis, qui ad æqualitatem fieri debent, vt iusti sint.

Minor verò, vel ex ipsis terminis est manifesta: accipere nãq; vltra sortẽ, non est aliud, quã accipere vltra valorẽ rei mutuo datæ. Sp n. licitũ est accipere integrũ rei valorẽ, quæ mutuo datur, esto plus in q̃cunq; fit accipiendũ, neque in eo vlla interuenit vsura. Vt, si tpe, quo triticum plus valet, mutuo des mẽsuras aliquot, restituẽdas tpe messis, qñ vilius speratur valiturum, fas tibi est pacisci, vt tot plures mutuatarius tunc restituat, quot sufficiãt, vt pria tritici tpis virtusq; adæquentur eo q̃ nihil tunc accipere pacisceris vltra sortem.

Cæterum hoc potius est vẽdere credito triticũ pretio currenti, & emere triticum proximi pretio, quo tpe traditionis est valiturũ, q̃ mutuum dare.

dare. Circa eãdẽ minorẽ obserua, si secludas, qñ rõne diuersi valoris, quẽ eadem res specie, qualitate, ac bonitate, interdum diuersis tpib. habitura speratur, addendum, aut detrahendũ est de quantitate rei restituendæ, vt æqualitas in valore, modo explicato, fiat inter mutuo datũ, & id, q̃ restituendum est; sanè, cum in mutuo, vt disp. 299. dictũ est, reddendum intelligatur æquale, non solũ in specie, & in pondere, numero, aut mensura, sed etiam in qualitate, ac bonitate, consequens est, vt æquale quod inter rẽ, quæ mutuo datur, & eã, q̃ pro ea redditur, cernitur, in indiuisibili consistat; præsertim qñ mutuum fit in pecunia, cuius valor lege est taxatus, coãsistitq; in indiuisibili, tam in pecunijs, quæ mutuo dantur, quã in ijs, quę in recõpensationẽ redduntur. Quo fit, vt æqualitas mutuo regulariter nõ se habeat eodem modo, atque æqualitas in alijs commutationibus, in quibus vna res cõmutatur pro alia specie distincta.

Etenim, qñ res sunt specie distinctæ, nec lege sunt taxatæ, non solum cuiusq; valor non cõsistit in indiuisibili, sed neq; commensuratio earũ inter se quo ad valorẽ, atque adeo neque æqualitas inter vtramque in indiuisibili consistit, sed habet latitudinem quandam. Vt si triticum cum vino, oleum cũ melle, equum cũ boue, aut linum, cum lana, cõmensurare, quoad valorẽ, velis, certè latitudinem quandam habet iustum, & æquale, quoad valorem, in commutatione eiusmodi rerum.

At verò, quando res sunt eiusdẽ speciei, & in põdere, numero, aut mensura consistunt, certè si eiusdem qualitatis, ac bonitatis sint, vt esse solet triticum, aut oleum, esto valor cuiusq; modij tritici, aut cuiusque cadi olei, in indiuisibili, non cõsistat, æqualitas tamen in valore vnius modij tritici cum alio, aut vnius cadi olei cum alio, quæ in mutuo permittantur in indiuisibili cõsistit, & multo magis in indiuisibili cõsistit, quo ad valorem, æqualitas inter centum aureos, qui mutuo dentur, cum totidem, quæ pro illis reddantur.

Vt vires rationis propositæ plus eniteant, alia, quæ aduersus illã obijci possunt, diluamus. Primo obijcies. Licet ratio probet, pro re, quæ mutuo datur nihil vltrà sortem posse licitè accipi; nõn tamen probat, pro illius vsu, qui pecunia est æstimabilis, & quo mutuans ad tempus priuatur, non posse aliquid licitè accipi.

Obiect. Vt hanc obiectionem diluamus, obseruãdum est. Duplicem vsum rei, quæ mutuo datur, posse distingui. Vnus est, ad negationem, & lucrum, illã lucri causa vendendo, permutando, vel transferendo in alium locum, vel reseruando in tẽpus, in quo plus valeat, aut si sit pecunia, illam eodem fine emendo, transferendo in alium locum, aut in cambium dando.

Alter vsus est, q̃ non est negatio: sed consumptio nuda rei mutuo acceptæ. Vt si sit pecunia, ea emendo necessaria, aut ẽt curiosa, & superflua, soluendo debitũ, donando illam, aut vanè cum meretrib. & in alijs similib. reb. eã insumẽdo. Si verò sit triticũ, vinum, aut oleum, eã in quotidiano vsu insumendo, aut quouis alio modo.

Hoc ita explicato, ad obiectionem dico in primis. Si is, qui mutuo dat, mutui occasione priuetur lucro aliquo, q̃ vsu rei illius erat percepturus, aut damnum aliquod incurrat, nos non negare, ratione talis lucri cessantis aut damni emergẽtis, licitè posse accipere, vltra sortem, condignam recompensationem. Imò propter hoc, & alia, quæ cũ mutuo coniuncta esse possunt, in maiori propositione rationis propositæ adiecimus verba illa; nisi aliquid aliud intercedat, ratione talis illud amplius iustè accipiatur: & similibus verbis coarctauimus etiam minorem.

Deinde ad obiectionẽ dico, pro re, quæ mutuo datur, persoluí æquale, nõ solum quo ad proprietatẽ, sed ẽt quo ad vsum: quippe res eiusdem vsus psoluatur pro re, quæ ab eo erat consumenda, qui illã mutuo dedit, si ea vti, ante restitutionis tps, vellet: quo fit, vt, nisi occasione mutui intercedat lucrum cessans, aut damnũ emergens, æquale ei persoluat, ẽt quo ad vsum, quo ad tps, in quo mutuãs priuatur; eaq; de causa si vltra sortẽ quippiã accipiat, contra iustitiã cõmutatiuam peccet.

Adde, qñ lucrum cessans, aut damnum emergens, non intercedit, mutuum cedere in commodum illud dantis: eo q̃, si res furto, corruptione, aut infortunio alio periuta, nõ ei qui mutuo dedit, sed mutuatario pereat. De lucro autem cessante, & damno emergẽte inferius suo loco dicetur.

Obijcies secundo. Quãuis proposita ratio probet, pro re, quæ mutuo datur, non posse accipi vltra sortem; non tñ probat, pro labore numerandi pecuniam, tam quando datur, quam quando recipitur, aut metiendi, vel ponderandi, ac tradendi, & recipiendi res alias, quæ mutuo dantur, & restituuntur, item pro sumptibus in scripturis conficiendis, & pro periculo, cui res mutuo data exponitur, ne fortè non restituatur, aut non sine difficultate, & labore illam exigendi, non posse aliqd iustè accipi vltrà sortem. Obiec. 1 2

Respondendum est, neminẽ negare ex priori capite licitè posse accipi cõpetentem † recompensationem; sumptusq; scripturarum, si qui fiãt, soluendos esse a mutuatario, in cuius commodũ fit mutuum: quin potius id cõtinetur. Nau. in Manuc. 17. nu. 209. & in repet. c. 1. 14. q. 9. num. 25. Maior. in 4. dist. 15. q. 31. casu 11. Sylues. verb. vsura. 1. q. 32. Io. Med. de camb. q. 2. & alij. 3 Satisfit.

Hæc quippe omnia pretio æstimari possunt, atque adeo, si pro eis merces iusta accipiatur, non est lucrum ex mutuo, ac proinde neque vsura, sed est stipendium iustum ex alijs capitibus. Nemo item negat, si quod datur, periculo exponatur, vel quod non soluetur, vel non sine labore, & molestijs mutuantis, fas esse premium accipere pro periculo illo, & molestijs, quibus mutuans se exponit.

Res enim mutuo data, dum morali, aut verisimili, eiusmodi periculo subest, tãto minus valet, quanto maius, aut verisimilius, est tale periculum. Neque ea de causa accipere pretium, est lucrum ex mutuo, sed ex alio licito capite, cum tali mutuo coniuncto. Ius mẽ humanum prohibere optimè posset, ne his de causis quicquam acciperetur. Inde enim homines facilè ansam possent

sent attipere eo quasi velo palliandi, atque exercendi vsuras.

Obiec. 4 Tertio obijcies. Et si † eadem rō probet, nihil posse accipi vltra sortē pro re, quæ mutuo datur, non tñ probat, pro actione mutuo dandi, non posse aliquid iustè accipi. Vt.n.disp.93. ostendimus, pro actione bona, ad q̄ quis non tenetur, pōt accipere pretium: talis autem est mutui actio: quarè pro ea pōt aliquid licitè accipi, vltra valorem rei mutuo datæ. Præsertim cum id non sit lucrum ex mutuo, hoc est, ex re mutuo data, sed ex alio capite, nempè ex actione, quæ digna ex se pretio.

Fortè aliquis, hac rōne ductus, concedere tentaret, quod ex ea infertur, nēderetq;, inde non sequi, vsuram esse licitam: q̄n quidem quod pro actione accipitur, non est vsura, neq; pretium illicitum, modo tñ sit moderatum, spectato valore actionis. Adderet, ius nihilominus humanū meritò prohibere posse, ne pro ea actione pretium accipiatur, vt ea via vsuræ non introducerētur, plus accipiendo, quam ea actione sit dignum. Cæterū non dubito contrarium esse affirmandum, idque velle scripturas sacras, & canonicum ius atq; habere rei ipsius naturam. Est quippe vsura quodcunq; lucrum ex mutuo, nō solum si mutui notē intelligas obiectum actionis, rem ve, quæ mutuo datur, sed etiam, si intelligas actionem ipsam.

Ad obiectionem ergo dicendum est, q̄n actio bona fide fit in cōmutationem, pro æquali, atque est id, q̄ ea datur, sufficienter intra limites commutatiuæ iustitiæ cōpensari p̄ actionem, qua tantumdē redditur. sicut † .n. tunc fit recompensatio ad æqualitatem obiecti ad obiectum, ita fit compensatio actionis ad actionem: quare, sicut vsura, atq; iniustitia esset, accipere amplius aliquid pro obiecto, ita eēt accipere id, p̄ actione, atq; vtrūq; probat nostra principalis rō, si rectè attendatur.

Exemplum accommodatum habemus in venditione, locatione, & alijs commutationib. Quāuis.n. venditio sit bona actio, nihil tñ pro ea pōt accipi pretij, vltra pretium, quod pro re, quæ venditur, debetur, & vltra actionem, qua tale pretiū redditur. Idemque est in cæteris similibus commutatiuæ iustitiæ actionib. Dixi, actionē mutui sufficienter, intra limites commutatiuæ iustitiæ, compensari per actionem, qua tantumdem redditur: quoniā, cum mutuans commodum respexerit mutuatarius (tametsi reseruando seipsum, indemnem reposcendo æquale) certè, quamuis mutuatarius ex iustitia ad nihil amplius illi teneat, ex honestate tamen morali, ac gratitudine tenetur ille simlem vicem reddere, aut aliquo alio modo gratitudinem erga illum ostendere. Hoc tamen neque obligationem iustitiæ, induit, neq; vllam actionem mutuanti tribuit. Quæ ergo disput.93. citata dicta sunt, intelligi debēt, de actionibus bonis, quæ non fiunt in commutationem pro alia æquali.

Obiec. Quæritò obijcies, volenti, & consentienti non fit iniuria: licet ergo mutuum non plus valeat, q̄ æquiualens, q̄n tamen aliquis paciscatur, se daturum aliquid vltra sortem pro mutuo, atque illud dat, nulla fit illi iniuria, si accipiatur, atque adeo accipiens non tenetur id illi restituere.

Dicendū est, quamuis volenti & consentienti plena libertate, nulla fiat iniuria, atq; adeo, si mutuatarius ex merè sua liberalitate, & gratitudine pro beneficio accepto aliquid daret vltra sortem, transferret dominium, neque mutuans teneretur quicquā ei restituere, eo p̄ id vera esset donatio; 6 nihilominus † volenti, & consentienti non plena libertate, sed mixta inuoluntario fieri iniuriam si aliquid ab eo accipiatur, q̄n nullus alius est titulus, unde id debeatur; eo quod eiusmodi uolūtas, & consensus, inefficax sine alio titulo sit ad trāsferendum dñium, aut ius in rem, quę ita datur: in re autem proposita, mutuatarius nollet dare ultra sortem, si mutuans absque eo incremento mutuare vellet, ac proinde inuolūtariè mixtè id dat. Ita D. Thom. q.13. de Malo art.4.

Quintò obijcies, aliq̄n mutuatarius reportat longè maius commodum ex mutuo, quam sit id, quod date paciscitur ultra sortem: ego fas tunc erit mutuanti uendere illi commoditatem eā magnam, quam ex mutuata pecunia reportat, accipiendo aliquid ab eo ultra sortem.

Ad hanc obiectionem, concesso antecedente, Obiec. neganda est consequentia. Primò, quia commodum illud non est ex pecunia, nisi ut subest industriæ, & periculo mutuatarij: nefas autem est mutuanti accipere pretium pro fructu industriæ alterius. Secundo (atque hęc responsio confirmat præcedentem) q̄n per mutuū transfertur dominium, pecuniæ mutuo datæ in mutuatarium, atq; adeo iam tunc non fructificat, ut pecunia mutuantis, Diluit sed ut pecunia mutuatarij, neque ut exposita periculo mutuantis, sed mutuatarij: nefas autem est quemquam pro commodo, & fructu rei, quæ est iam alterius, & fructificat ut præcisè subest industriæ, atq; ut exposita periculo alterius, pretium accipere: sicut nefas est venditori pro fructu rei, q̄ vendidit, & quæ est iam emptoris, pretium accipere, vltra pretium rei in se. Quod, si pecuniæ dominium perseueraret apud mutuantem, & concederetur ad vsum, seu negociationē, ac fructum, ex posita periculo mutuantis, tunc, esto fructificaret vt res mutuantis, locare posset eum vsum pro aliquo competenti pretio. Posset etiam paciscī cum accipiente, vt fructus, & lucrum inter vtrumque diuiderentur in proportione aliqua competenti, vt accidere solet in contractu societatis, qualis ille tunc esset, & non mutui, vt suo loco videbim⁹.

Principalis ratio a nobis proposita, atque harū obiectionum solutionibus explanata, sufficiēter, 7 meo iudicio, probat vsuram ex † ipsa rei natura, atque adeo stando in iure solo naturali esse illicitam, contra iustitiam commutatiuam, restitutioniq; obnoxam. Quasdam verò alias rationes conficiunt Conrad. de contract. q.22. & 23. Couarr. 3. var. resol. c.1. nu.5. Gab. in 4. distin. 15. q.11. Maior. q.29. Scotus q.2. & alij quæ certè non tam efficaciter rem videntur persuadere.

Confirmare autem possumus, vsuram iure naturali esse illicitam; quoniam, si naturali iure illicita nō essent, vtiq; prohibitiones apertissimè, quæ de illa in veteri sunt testamento, vt mox referemus,

feremus, iam hodie nullam vim haberent, eò q̃ non pertinerent ad præcepta moralia, sed ad iudicialia, aut ceremonialia, veteris legis, quæ Christi morte cessarunt, vt 1.2. dum de veteri lege nobis esset sermo, latè ostendimus: quarè, cum in noua lege non sint tam aperta testimonia, quæ vsuram prohibeant, profectò nunquam patres definiuissent, de fide esse, vsuram illicitam hodie esse, si talis ex ipsa rei natura non esset. Loca vero ipsa veteris testamenti satis apertè innuunt, vsuram ex ipsa rei natura malam, atque illicitam esse; neque enim effigiem vllam, vel iudicialium, vel ceremonialium præceptorum habent.

Obiec. Confirmare ét possumus, vsuram ex natura rei esse illicitã atq; Aristoteles, lumine ductus naturali, eã vt illicitã improbat 4. nanque Ethicor. ad finem c. 1. vitij cõdemnat fœneratores, eosq; qui parua dant pro magnis, appellatq; id turpem lucri comparationem. Primo ét li. polit. c. 7. fœnus videtur condemnare. Tullius præterea ad finem 2. de officijs ait, dare sub vsuris esse hominem interficere. Alios etiam refert Couarr. loco citato, qui, sequuti naturæ lumen, vsuram damnant.

Satisfit. 8 Ex † ueteri testõ luce clarius constat usurã illicitã esse Ezech. 18. inter lethalia peccata, quibus iustitia, & gratia amittitur, ter cõputatur, ad usurã dare, & amplius accipere. Psal. 14. inter necessaria ad habitandum in tabernaculo dñi, & requiescendum in monte sancto eius, annumerat, *qui pecuniam suam non dedit ad vsuram*. Psal. 54. iterum alia vice commemorantur, *non defecit de plateis eius vsura & dolus*. Psal. 71. de Messia dr. *Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum*.

9 Ex † nouo testõ citatur illud Luc. 6. *Mutuum date nihil inde sperantes*. Quod testimoniũ adducit Vrbanus 3. c. consuluit extra de vsuris, quasi eo in loco prohibita, sit vsura. Atque idẽ uidetur innuere Alex. 3. c. quia in omnibus, & c. super eo, eod. tit. dum ait, *vsuras vtriusque testamenti paginæ condemnari*. cum tñ nõ appareat locus alius noui testamenti, in quo ita apertè vsura dãnetur. In contrarium uero obijcitur, q̃ eo in loco Christus tradere uideatur consilium, ut mutuum fiat absque intuitu similis retributionis, ut ea ratione sit magis gratum, & meritorium apud Deum, ut ex ipsamet serie contextus uidetur manifestũ. Soto 6. de iust. qu. 1. art. 4. arbitratur, illis Christi uerbis, solum contineri consilium. Subiungit uerò, satis sacra pagina noui testamenti usurã prohiberi; dum in ea fœnus, latè sumptum, sub quo usura comprehenditur, est prohibitum.

Addit etiam, argumento a fortiori ratione, inde colligi usuras esse illicitas. Si enim Christianus ab intuitu retributionis similis beneficij abstinere eo loco imbutus, quanto magis censendũ est prohibitas esse usuras. Dicerem, quãnus locus ille solus non omnino conuinceret, fauere tñ dubitandumque non esse Christum utrumq; eo loco intendisse, postquam eo testimonio in eo sensu usus est. Vrbanus tertius. Tametsi nõ arbitrer, summos illos Pontifices definire intendisse, cum esse literalem sensum illius loci.

Neque ex illo solo loco credo definiuissent, usuras esse illicitas. Quando tamen aliunde constat naturali atque diuino iure esse illicitas, non immeritò eo ét loco ad idem definiendum utuntur. Licet enim definitiones summorum Pontificum atq; Ecclesiæ, certissimæ sint, necesse tñ non est, vt oĩa, quibus confirmantur, certissima sint, vt in materia de fide dix. mus. atq; multis traditur. Nauarr. in comment. de vsur. 14 quæst. 3. c. 1. nu. 10. citat bullam Leonis X. in concil. Laterã. quasi in ea, facto approbãte concilio, idem Lucæ 6. testimonium citetur, tanq̃ in quo præceptũ contineatur de non mutuando sub vsuris. Cæterum ibi non additur id tanq̃ concilij, aut Leonis X. assertio, sed tanquam locus, vnde quidam ducebantur, vt montem pietatis, de quo ibi est sermo, damnarent. Inferius verò in eadẽ bulla reijcitur illorum sñia, & cõtraria definitur. Quo fit, vt ex ea bulla nõ colligatur, illum esse indubitatũ sensum literalem eius testimonij.

10 Iã † vero vsuram iure humano, id est, sacris canonibus, esse illicitã atq; sub grauibus pœnis prohibitam, constat extra de vsuris per totum titulũ, & li. 6. eo. tit. item q; distinct. 47. & 14. q. 3. & q. 4. per multa capita. Inter quæ iura. c. qm̃ multi. 47. dist. est Concilij Nicæni c. si quis. 14. q. 4. est concilij Martini Papæ, c. quia in omnib. de vsuris, est Cõcilij Lateranensis c. vsurarum de vsur. li. 6. est Cõcilij Lugdunensis, eaq; oĩa cõcilia generalia sunt. Nouissimè aũt in Clementina vnica, de vsu. §. vlt. definitũ est *Si quis in illũ errorẽ inciderit, vt pertinaciter affirmare præsumat, exercere vsuras, nõ esse peccatũ; decernimus eũ velut hæreticũ puniendũ. Locorũ ordinarijs, & hæreticæ prauitatis inquisitoribus, districtius inhærentes, vel cõtra eos, quos de errore hmõi diffamatos inuenerint, aut suspectos, tanquã cõtra diffamatos, vel suspectos, de hæresi, procedere non omittãt.*

11 Qd † ad ius Cæsareũ attinet, non solũ vsuras in hoc sensu permittebat, q̃ crimen illud non puniebat (eo pacto, quo inter Christianos meretrices ad maiora mala vitanda permittuntur) sed ét in hoc, q̃ quasdam vsurarum, semel solutarũ, repetitionem non concedebat, atque item in hoc, quod, ad exigendas vsuras quasdam leges concessas, actionem concedebat, vt constat. ff. & C. de vsur. Quo fit, vt rejecta sit opinio Soti 6. de iust. q. 1. art. 4. contrarium affirmantis. Dixi; Cæsareum ius concessione actionem ad vsuras quasdam lege concessas: qm̃ ciuiles leges non concedebãt vsuras in quacunque quantitate, vt præter alia iura, liquet. l. eos. & duab. seqq. C. de vsuris. Maxima namque vsura, quam ciuile ius cõcedebat, erat centesima, hoc est, vt singulis mensibus solueretur centesima pars, ita vt is, qui mutuo daret centum aureos, singulis mensibus solueretur vnus aureus vltra sortem, & singulis annis solueretur duodecim aurei. Atq; hanc vsuram concedebant solum in pecunia trajectitia, hoc est, quæ mutuo dabatur, vt ea mutuatario mari deferretur, & periculũ illius ad mutuantem pertineret, non vero ad mutuatarium, vt patet l. eos citata, & C. de nautico fœnor, per totum in alijs eiusmodi casibus si nobilis esset, qui ad fœnus daret, solum concedebatur

cedebatur ei accipere tertiã partem centesimæ id est, tertiam vnius aurei partem singulis mensib. pro centũ, quos mutuo dedisset, seu (qđ idẽ est) quatuor aureos singulis annis. Si vero mercator esset, permittebatur ei accipere duas centesimæ partes, id est, duas aurei partes singulis mensibus pro eisdem centũ mutuo datis, atque adeo permittebatur ei, accipere octo aureos singulis annis. Reliquis vero hoĩbus fas tm̃ erat, accipere dimidiũ centesimæ, idest, dimidium aurei, singulis mensibus aut sex aureos quotannis, pro centum mutuo datis. Reliquæ verò vsuræ erant prohibitæ. Hęc
12 hũr. l. eos citata, eaq; melius, quã alij, explicat Sotus vbi sup. Præterea † vsuræ vsuratum iure Cæsareo erant prohibitæ. Vt, si pro centum aureis quotannis deberẽtur sex, nefas erat sumere in posterum vsuras illorum sex, etsi pactum interueniret, quod, si non soluerentur, cederent capitali, & ex illis solueretur. Ita hĩ l. vlt. C. de vsur. Hinc intelliges, grauiores, & nequiores vsuras palliatas, aut occultas, interdum ex gratia solutas nostris temporibus, quam essent, quæ ciuilibus legibus, quõdam erant concessæ.

13 Erant verò † in quæ eiusmodi leges verã vsurã pmittentes cõtra naturale ius, vt ostensum est. Quo circa, præter alia canonica iura, merito, vna cũ multis alijs, abrogatæ sunt clem. vnic. de vsur. in Conc. Vienensi, simulq; sancitũ est, vt si q̃ ptãs publica iudicare præsumpserit, vt soluantur vsuræ, aut vt solutæ cũ repetuntur, non restituantur, sit ipso iure excõicatꝰ. Atq; hac in parte canonicum ius prænalet ciuili; eo q̃ in Summo Põtifice plena sit potestas super laicas ptates ad ea, quæ in salutem aĩarum, finemq; supernaturalem, concernunt, vt dispu. 29. ostensum est. Quo fit, vt hodie
14 † actio in seculari foro concedatur ad repetendas vsuras iam solutas, atque ita conceditur de iure Lusit. vt constat li. 4. Ordi. tit. 14. Lege 61, quæ disponuntur tit. 27. §. pen. & vlt. & libr. 1. tit. 67. §. 19. Idem conceditur iure Castellæ li. 8. nouæ collect. tit. 6 per totum. De pœnis vero vsurariorum inferius suo loco dicetur.

Doctores controuertunt, vtrum Iustinianus imperator leges Cæsareas abrogauerit, quæ vsuras concedebant Gl. in auth. ad hæc. C. de vsur. & quædam aliæ canonici iuris affirmant. Id verò sibi persuadent, qm̃ idem imperator fidẽ admisit concilij Nicæni, eamq; seruari præcepit: in concilio autem Nicæno vsuræ damnatæ sunt. Atque hæc vĩ esse cõior iuris peritorum sĩa. Contrariũ tamen, meo iudicio, probant sufficienter Conrad. de contract. q. 22. a. concl. 10. & Couar. var. resol. 1. nu. 6. atque in eadem sententia fuit Panorm. & Couar. citatus.

Satisfaciendũ superest argumentis initio hu-
15 ius disputationis propositis. Ad † testimoniũ ex Deuter. 23. in contrarg̃ relatum dicendũ est. Ex illo sufficienter colligi, vsuram secundum se illicitã esse, quippe de causa prohibitã fuit circa fratres, hoc est, filios Israel, idemq; confirmant cætera testimonia ex veteri testamento a nobis relata. Illud vero verbum; *sed alieno* intelligunt D. Thom. 2. 2. q. 78. artic. 1. Caiet. ibi, Sotus 6. de iust. & iur. q. 1. art. 1. ad 2. Alphons. a Cast. aduersus hæres. ver. vsura, Alex. Ales. & alij, quos Couar. 3. var. resol. c. 1. nu. 7. refert, q̃ non quasi filijs Israel vsura permissa ibi fuerit erga extraneos, tanq̃ licita, sed solum tanq̃ impunita ad maiora mala vitanda, ne videlicet ex auaritia, ad quã populus ille multum erat propensus, fratres suo vsuris opprimeret. Sicut ẽt ex eorumdem doctorum sententia, libellus repudij erat illis permissus ob duritiã cordis eorũ, iuxta Christi verbum. Et sicut inter nos permittitur meretricum, quod cum iure naturæ pugnat, ad maiora mala vitanda. Imò eo modo, quo illo eod. capite paulo ante dicitur; *non erit meretrix de filiab. Israel*: neque. n. permissio illa meretricum alienigenarum, quæ argumento a cõtrario sensu inde colligitur, tanquam licita: sed tanquam impunita ad maiora mala vitanda, est intelligenda. Alij aliter intelligunt testimonium in argumento citatũ, nempe vsuram, tanq̃ licitam fuisse pmissam filijs Israel circa alienos, idest, hostes ipsorum, qui terram habitabant promissionis, quã Deus illis cõcesserat, & circa quoscq; alios, cum quibus bellum iustũ ipis progressu gererent. Eo namq; ipso, quod fas est spoliare veros hostes bonis suis, licitum quoque est mutuo illis dare cum pacto, vt aliquid vl-
16 tra sortẽ reddant. Qñ † n. aliquid aliũde est debitũ licitum, ex doctorum sĩa, est mutuum dare cum pacto, vt insuper illud ẽt reddatur; cõsentitque aperte Alex. 3. c. 1. de vsur. in concil. Turonẽsi, & gl. vlt. ibi, qm̃ id non est accipere lucrum ex mutuo, sed mutui occasione recuperare aliunde debitum, in quo vsura propriè non inuenitur. Ita intelligunt locum illum Conr. de contract. q. 24. Ioan. Medina de reb. per vsuram acquis. q. 2. Ad idem reuocandus Gab. in 4. distin. 15. q. 11. ad finẽ primi art. Maior. ibid. q. 29. ad 2. & alij, quos Couar. vbi supra citat, neutram reprobans sententiam. Ita pdẽ sĩa fuit apertè Ambrosius, c. vlti. 14. q. 4. cuius verba disputatione præcedente recitauimus, eúdemque adhuc est apud eundem Ambrosium in lib. de Tobia c. 8. vnde textus ille fuit desumptus quo in loco eam sententiam præmiserit, in illiusque confirmationem subiũgit verba illius textus. Quo fit, vt glo. 1. ad eundẽ textũ, quasi Ambrosius voluerit, sicut nulli est nocẽdũ, sic a nemine vsuras esse exigẽdas, sanè, quicquid Sotus vbi supra dicat, pugnat cum textu, & Ambrosij mente. Neque vero Conradi, & aliorũ sententia, tam parum probabilitatis habet, quam Sotus ibidem affirmat; modo tñ intelligatur, cessante scandalo. Quod profecto non maius eo tempore erat in eo, quod filij Israel vsuras, modo explicato, ab eis acciperent, quam q̃ terras, & eorum bona, vsurparent. Præsertim cum vsuras ex ipsa rei natura illicitas esse, non sit adeo perspicuum, antequam diligenter inquirantur, legitimaq; eius rei facta inuestigatione, vt ignorati ab omnibus ferè populis non possit. Quod vel ex eo cõfirmari potest, quòd id sapientissimos Cæsarei iuris cõditores latuerit. Quo fit, vt res hæc incognita videretur gentibus, a quibus filijs Israel eo capite vsuras accipere permittebatur. Modo item intelligatur, fas

tur, fas esse accipere vsuras ab hostibus & diripere eorum bona, qñ adest expressa, aut præsumpta voluntas publicæ eorũ pcris, quibus id permittitur: sine tali.n. præsumpta saltem, facultate, neq; bellum aduersus hostes potest exerceri, neque diripi, & occupari, possunt eorum bona, vt supra, dum de bello nobis esset sermo, dictum est.

Ad sedm testimoniũ in eodẽ primo argumẽro
17 adductum, dicendum est; Fœnerari eo † in loco idem significare, quod dare mutuo, iuxta ea, quæ disputatione præcedente de huius vocabuli significatione dicta sunt. Illis enim verbis in præmiũ promittitur tanta bonorum abundantia, vt ipsi mutuo dare possint cæteris gentibus, & accipere ab eis non indigeant. Quod autem in ea significatione vocabulum ibi vsurpetur, confirmari potest ex illis alijs verbis eiusdem capitis; *Non fœneraberis fratri tuo ad vsuram*. vbi apertè patet, idem significare, quod mutuo dare: alioquin non solum superfluè, sed etiam ineptè, adderetur, *ad vsuram*. Idem confirmat illud Isaiæ 29. *Fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis illius*. Eodem etiam modo disputatione præcedente ostendimus vsurpari apud autores prophanos.

Ad tertium testimoniũ ex Luca, dicendum est. Sermonem esse metaphoricũ. Vult.n. Christus, vt naturalib. & supernaturalib. bonis nobis collatis cooperemur, adiuuante nos ipsius auxilio, & gratia, eaque ratione multiplicemus merita, quæ ita in gloriam ipsius cedant, vt nostra sit vtilitas, tam meritorum, quam præmij.

Adde, exponi posse metaphorum, de dare ad mensam, quo ad legitimam negociationem, ita vt pecunia, quo ad dñium, perseueret illam exponẽtis, ipsiusq; periculo exposita lucretur: nomine verò vsuræ, legitimum ex ea lucrũ intelligatur, iuxtaeã quæ disputatione præcedente dicta sunt.

Ad secundũ argumentũ ex dictis patet solutio.

Illud in calce huius disputationis addendum est, cum vsuræ iure naturali sint prohibitæ, cedantque in reipublicæ, & partium eius detrimentum, publicas potestates tenere pro suo munere illas prohibere, non solum Christianis, sed etiam infidelib. sibi subditis, lethaliterque peccare, permittendo illas Iudæis, aut alijs infidelibus, suæ reipublicæ pro tributis, quæ eis soluunt, aut pro quouis alio commodo.

Eodem modo lethaliter peccant, admittendo Iudæos, aut alios infideles, ad habitandum in ipsorum terris, cum pacto, vt illis vsuras exercere permittatur, esto pro eiusmodi habitatione pinguia tributa promittant. Potest vero Summus Pontifex, pro plenitudine potestatis, quam ad salutem animarum, finemque spiritualem, super omnes Principes Christianos habet, censuris, & quibuscunque alijs vijs expedire iudicauerit, id prohibere atque impedire.

In hoc autẽ regno lib. 8. nouæ collectionis tit. 6. l. 1. 2. & 3. sub grauibus pœnis sunt prohibitæ vsuræ Iudæis, & Saracenis, cæterisque infidelibus. Illud obserua, quamuis ex suo genere semper sit lethalis culpa cooperari, vt vsuræ soluantur, approbareque vsuras, aut in illis directè consentire, ad illas circa alios exercendas præbendo beneplacitum, neque in his dispensatio, etiam per Summum Pontificem, cadat, vt Alexand. 3. c. super eos, de vsuris, affirmat, & suffragatur manifesta ratio, eo quod vsuræ contra ius sint naturale, in quo Summus Pontifex dispensare non valet;
18 nihilominus † permittere vsuras, non solum infidelibus, sed etiam fidelib. ad vitanda maiora mala, & scandala, quæ orirentur, si potestas publica, in raro aliquo euentu, eas impedire tentaret, non esset peccatum, sed licitum. propterea quod id nõ esse consentire in peccatum vsuræ, sed illud permittere ad vitanda maiora mala, aut pro maiori aliquo publico bono: qua etiam ratione tolerari possent hæretici in particulari aliquo euentu.

Pœnas aduersus potestates publicas statutas, quę leges, aut statuta, condunt, quibus vsuras exigi concedunt, aut eas persolui iubent, vel solutas repeti prohibent, itemque iudicibus, qui sententiam tulerint, vt vsuræ soluantur, aut vt non restituantur, quando mutuatarij illas repetunt, videbimus infra in dub. de vsurarijs pœnis sermo fuerit.

His de rebus disputant latè Conrad. de contractib. quæst. 25. & trib. sequentib. & alij, quos Couar. 3. variar. resol. c. 1. n. 8. refert. Driedonem etiam legas de libert. Christ. lib. 2. ca. 1. & Caiet. 2. 2. q. 78. art. 1. ad 2.

## De Vsura mentali.

### DISPVTATIO CCCV.

### SVMMARIVM.

1 *Vsuram mentalem an constituat omnis spes, & intentio obtinendi lucrum aliquod ex mutuo.*
2 *Vsuram mentalem quæ spes, & intentio constituant, & nu. seq.*
3 *Vsurarius mentalis efficitur, qui vltra sortem aliquid consequi intendit principaliter.*
4 *Confessariorum interrogationes circa vsuras, iuxta quas regulas fiendæ. & nu. seq.*
5 *Vsurario intentio in mutuante, an sit, vel ne, quomodo discerni possit.*
6 *Vsurarius, an sit mutuans, si excitet mutuatarium ad mutui beneficium remunerandum.*
7 *Capitulum consuluit, de vsuris, de qua spe lucri intelligendum.*

VTra mentali vsura primo nos expediamus. Positis ijs, quæ in calce disp. 303. de ea dicta sunt, quæritur. Vtrum spes † omnis, atque intentio obtinendi lucrum aliquod ex mutuo vsuram mentalem constituat.

Quæs. Multi distinguunt, duplicẽ esse intentionẽ lucri ex mutuo. Primariã, ac principalẽ vnã, & minus principalẽ, ac secũdariã alterã. Principalẽ appellant, qñ qs. vel solũ mouetur ad mutuo dandũ pp lucrum, quod ex mutuo sperat, vel, esto simul pp aliud moueatur, vt pp mutuatarij benevolentiã, aut vt necessitati illius subueniat, præcipuè tñ mouetur ob lucrũ, ita videlicet qđ, si lucrum non speraret,

speraret, mutuo non daret. Minus principalē vero, ac secundam appellant, quando, licet quis lucrum ex mutuo speret, atque intendat, præcipue tamen mutuo dat propter benevolentiam, aut alium finem, ita quod, esto lucrum non speraret, nihilominus mutuo daret.

Hac posita distōne docent, principalē spē, atque intentionē, lucri ex mutuo efficere, mentalē vsurā: secus aūt minus principalē ac secūdariam. Hinc vsuram esse definiūr, lucrum ex mutuo, expresso, aut tacito, pacto intercedente, vel principali lucri intentione. Ita interpretes canonici iuris cōtra c. cōsuluit, de vsuris, cōsentaneè ad glo. in verb. sperantes, Sylu. ver. vsu. 1. in prin. & alij.

Conrad. aūt de contract. b. q. 29 conclus. 2. ait, quamuis, intendere ex mutuo benevolentiam alicuius, vsuratium non efficiat eum, qui ea intētione mutuo dat; si tñ ibi non sistat, sed benevolentiam referat vlterius ad temporalia, ita quod ex mutuatarij benevolentia retributionem vltra sortem intendat, in vsuram incidere mentalem.

Parum ab hac sententia distat Ioan. Medm. de rebus per vsur. acquis. quæst. 1. affirmans, quādo mutuo intenditur lucrum, temporale ve commodum, tanquam finis, siue is finis præcipuus sit, siue minus præcipuus, & siue intendatur, vt eueniat mediante benevolētia ac liberalitate donatarij, siue non, eiusmodi intentionem efficere mutuantem vsurarium mentalem. Si tamen, inquit, lucrum non intendatur tanquam finis mutui, sed solum se habeat tanquam motiua, ac impulsiua causa ad mutuandū, quia videlicet, cernens quis, mutuatarium futurū gratum, allicitur ac inuitatur ad mutuandum ob benevolentiam, aut alium honestum finem, si autem cerneret, illum futurū ingratū, retraheretur à mutuo dando; tunc, esto tale lucrum causa sit motiua sine qua mutuo nō daret, spem tamen tale lucrum obtinendi, non efficere vsurarium mentalem.

Hinc ait, spem atq; intuitum lucri, ac commodi, tanquam finis mutui, siue sit totus finis, siue pars, & siue sit principalis, siue minus principalis finis, atq; siue intendatur immediatè, siue interuentu benevolentiæ mutuatarij, efficere mutuantem vsurarium mentalem. Hanc vero spem affirmat esse, q̄ doctores, iuxta c. consuluit, principalē appellant. Spem aūt lucri, ac commodi, non tanq̄ finis, sed tanquam motiuæ ac impulsiuæ causæ, ait, non efficere mutuantem vsurarium mentalē, esto talis sit, sine qua non mutuaret, eamq; vocari à doctoribus dicit minus principalem. Decii.

Duabus nihilominus conclusionibus satis faciendum arbitror huic disputationi. Prima est.

2 Spes, ac intentio, † comparandi per mutuum lucrum aliquod, aut commodum, vltra sortē, quod ex benevolentia, gratitudine, ac liberalitate mutuatarij proueniat, non efficit mutuantem vsurarium mentalem, esto intendatur tanquam principalis finis, ad quem mutuum ordinetur, & esto mutuans non fuisset mutuaturus, nisi speraret tale lucrum, aut commodum. Quo circa, quod ex via accipitur, obnoxium non est restitutioni.

Hanc affirmant Sotus 6. de iusti. quæst. 1. ar. 2. Caiet. 2. 2. q. 88. art. 2. ad 4. & in sum. Verbo. vsura. c. de vsura mētali, & tom. 2. opus. tract. 8. c. 2. & 3. Almai. in 4. dist. 15. q. 2. Nauar. in Man. ca. 17. nu. 269. & in comment. de vsura 14. q. 3. c. 1. nu. 20. & vē expressa à D. Th. q. 13. de malo, art. 4. ad 13. concinitque. 2. 2. q. 78. art. 2. Probari aūt potest. Primò, qm̄, vt omnes concedunt, vsura nō est posita in eo, quòd accipiatur aliquid ex gratitudine ac liberalitate mutuatarij gratificare volētis mutui beneficium, quod non solum facere licitè potest, sed etiam facere tenetur ex quadam morali honestate, sed solum in eo est posita, quòd p mutuo aliquid quasi in pactum accipiatur, idq; significant verba illa in definitione vsuræ, lucrū ex mutuo; vt duabus disputationibus præcedentibus dictum est: ergo intentio mutui interuentu lucri, aut commodi, quod ex benevolentia, gratitudine, ac liberalitate mutuatarij proueniat, non est vsura.

Consequentia ex eo manifesta, quoniam intētio, sumit speciem ac naturam à fine per eam intento. Secundò, fas est quocunque alio beneficio intendere benevolentiam alicuius vt is beneficijs permotus, gratus ac liberalis sit in collatorem, saltem intendendo id alijs beneficijs, neque interuenit peccatum contra iustitiam, neque vlla iniuria fit ei, cui conferuntur: ergo fas simiter erit idem beneficio mutui intendere; & saltem, qui id fecerit, neque cōtra iustitiam peccat, neque iniuriam mutuatario efficit, vt facit vsurarios.

Tertiò, vsura idcirco illicita est, quia inuolūtaria mixtè ex parte illam soluentis, vt præcedente disputatione fuit explanatū: sed, qui per mutuum lucrum aliquod, aut commodum, ex gratitudine & liberalitate mutuatarij intendit, nihil intēdit inuoluntarium mixtè: ergo non intēdit vsuram, atque adeo nec vsurarius est mentalis.

Hinc colligo, si quis, cernēs Regē pecunia indigere, speransq; eum gratum ac liberalē in illū futurum, qui p mutuum ex subuenerit, illi offerat mutuo copiam pecuniæ, Regis liberalitatē ea via sperans, ac intendens, alioquin illi non mutuaturus, neq; esse vsurarium, neque restituere teneri, si quid ei, vltra sortem, Rex contulerit. Siue id sit officium, commenda, aut dignitas, siue pecunia, aut aliquid aliud: modo tñ sufficienter præsumatur, Regē, ex gratitudine, animoq; liberali id conferre, vt de Regibus regulariter est præsumendum: & modo is, qui mutuo dedit, ex Regis gratitudine ac liberalitate id speret, atq; intēdat.

3 Secunda cōclusio. Intēdere † aliquid vltra sortē, non ex mutuatarij liberalitate, sed tanquā pretiū, & recōpensationē nō gratuitā, & liberalē pro mutuo, efficit mutuantem vsurariū mentalē, siue ea intentio principalis sit, siue minus principalis, ita quod nihilominus sine illa mutuaret, vel pp amicitiam, quam cum mutuatario habet, vel pp aliquid aliud. In hac conuentiunt doctores, quos pro conclusione præcedente citauimus.

Et quamuis Nauarrus locis citatis eam reprehendat, si tamen legatur attentè, comperietur, parum ibidem sibi constare. Probari autem conclusio potest, quoniam vsura in eo est posita, quod

fit

sit lucrū ex mutuo, hoc est, in recōpensationē pro mutuo, non ex gratitudine, & liberalitate, sed q̄ si in pretium: ergo intentio eiusmodi lucri, siue sit principalis, siue minus principalis, semper sumit speciē peccati vsuræ ex tali obiecto: eo q̄ morales actus ab obiecto speciem, & malitiā sumant. Cōfirmatur, q̄m q̄ obiectum est de se, atq; intrinsecè malum, vt est vsura, intentionem esse principalem, aut minus principalem illius, facit quidē, vt sit maius, aut minus peccatū, non verò, vt non sit peccatum: nō secus ac furtū, siue principaliter, siue minùs principaliter intendatur, semper inficit intentionem, efficitq; ea intentio, vt sit peccatum: quandoquidē furti intentionem cōiunctā esse cū principaliori alia intentione nō tollit, quin furti intentio peccatum sit. Si ergo Nauarrus contendit aliter lucrum posse esse licitè intentū per mutuum, quam ex gratitudine, & liberalitate mutuatarij, quasi simul possit minus principaliter esse intentū, et pretium mutui, vtiq; falsa est eius opinio, vt proximè dicta ostendunt. Si aūt velit minus principaliter posse licitè esse intentū, ex liberalitate quidē mutuatarij, sed tanquā finis, ad quem mutuans ordinetur, vt, eo mutuatario permotus liberaliter det, eo modo, quo in prima conclusione est explicatum, tunc, non solum minus principaliter: sed etiam principaliter licitè potest esse intentum, vt ibidem fuse ostensum.

Neque aliud planè Nauarrus probat, neq; videtur intendere (tametsi non satis seipsum explicet) quam lucrum posse licitè esse intentum partialiter ex liberalitate mutuatarij. Quare potius deberet reprehendere Medinam, & Conradum, qui id negant quam Sotum, qui concedit, saltē absque vsuræ peccato, posse eo modo esse intentum, tanquam finem principalem.

43 Iuxta † doctrinā harū duarū conclusionū examinatē dēt cōfessarij, & qde eiusmodi reb. consuluntur, tā dantis pro mutuo, q̄ accipientis intentionem. Et quidem nullus melius scire pōt intentionē suam in sperādo, ac accipiendo, a mutuatario, quam mutuans ipse, qui vltra sortē accepit. Si itaque ex gratitudine, & liberalitate solum mutuatarij speraut, & accepit, sibique, se moto dubio persuadet, mutuatarium eodem animo dedisse, tunc, neque est peccati vsuræ est damnādus, neque restituere est cogendus, nisi postea constet, mutuatarium, quasi in pretium, inuoluntarieque mixtè, vltra sortem reddidisse. Si verò tanquam pretium pro mutuo aliquid intendit, aut accepit, peccati vsuræ est condemnandus. Quod si de mutuatarij animo dubitans, num ex gratitudine, & liberalitate, ac proinde plenè voluntariè dederit, an potius inuoluntariè mixtè ex verecundia, aut timore, quod alias die mutuum denegaret tūc peccati vsuræ est condemnandus; quia vel iniustitiā exercere voluit vel periculo eam exercendi se exposuit, ita intendendo accipere, aut accipiendo aliquid vltra sortem animo id retinendi. Quando autem de animo dantis non constat, qualis fuerit, tunc ex qualitate illius, si diues sit, aut pauper, si liberalis, aut parcus, vel auarus, & ex cæteris circunstantijs, est reijciendus, & sæpe melius id cōijcere sciet confessarius, aut quiuis alius prudens vir, quam pœnitens ipse, qui interrogat, si vel scrupulosus sit, vel non tanto polleat iudicio, aut non adeo expertus in rebus agendis sit. Perseuerante aūt dubio in accipiente, num plenè voluntariè datum id sit, aut nō, offerendum illi erit, a quo fuit acceptum, quousque de plena libertate, ac liberalitate dantis constet, aut liberaliter id remittat, idq; siue cum dubio, & peccato fuerit acceptū siue bona fide, posteaq; dubium insurgat.

Accommodatum exemplum, ad discernēdam 5 in mutuāte † vsurariā intētione a nō vsuraria, adhibetur in eo Canonico qui intendēdo quotidiana distributiones, ad diuinum accedit officium: Sicut enim, si eiusmodi Canonici distributiones illas intēdat tanq̄ ptiū p diuino offō, est simoniacus; si verò nō illas intendat tanq̄ pretiū, sed tanquam debitum in sustentationem ministris Ecclesiæ ordinatumque ab eadē ecclesia, vt ex ijs, q̄ populus tribuit, id detur solis interessentib. diuino officio, sitque eo ipso eis debitum, simoniacus nouit, ello principalis intentio ipsius sit, ea via efficere illas sibi debitas: ita, si qui mutuo dat, intendat aliquid vltra sortem tanquam pretiū pro mutuo est vsurarius: si verò id ex alio capite intēdat, nempe ex liberalitate mutuatarij, & tanquā debitum ex gratitudine, & honestate morali, eodemque animo detur, non est vsurarius, esto, nisi id ita futurum speraret, non daret mutuo.

6 Interrogabis, vtrum si † mutuans excitet mutuatarū ad mutui beneficiū remunerandū, vt si dicat, æquum esse, vt illud remuneret, aut se id ab eo sperare, & mutuatarius, ita excitatus aliquid vltra sortē mittat, accipiēs vsurarius sit, restituereque acceptū teneatur. Dicendum est, si mutuās ex via solū intēdat dat lucrū illud ex liberalitate, Dubiū & gratitudine mutuatarij, verisimiliterq; sibi oīno psuadeat, mutuatariū eo modo excitatum ex Decis. liberalitate, atq; plene voluntariè daturum vltra sortē neq; vsurarium esse, neque teneri restituere, quod ita acceperit. Ita Caiet. 2.2. q. 78. art. 1.

Neq; arbitror euentū hunc moraliter impossibilem, si mutuatarius liberalis, ac generosus sit, aliæque interueniant circunstantiæ. Et quanuis periculosum sit eo modo excitare mutuatarium, reprehendereque id debeant confessarij, instruendi tū confessarij sunt hac nostra, & Caiet. doctrina, vt prudentes sint, idque restituere non præcipiant, quod restitutioni non est obnoxium.

Quod obijcias illud Lucæ 6. Mutuum date, *nihil inde sperantes*. Vrbanumque III. c. consuluit, de vsuris, ex eo testimonio definiuisse quando lucri spe datum fuit mutuo, aliquidque fuit acceptum, mutuātem censendum vsurarium, atque in Obiec. foro animæ cogendum esse restituere, q̄ accepit.

7 Dicendum † est, testimonium illud si, vt præcepti vim continet, accipiatur, intelligendum esse de sepulchri, de qua secunda nostra conclusio Satisfit. loquitur: non vero de qua loquitur prima, nempe ex liberalitate, & gratitudine mutuatarij. Eodem et modo intellexit Vrbanus III. de ea quippe spe interrogatus fuerat in principio capitis, atque ad interrogata respondet in fine.

Accepta-

## Accepta per vsuram mentalem, quousque restituenda sint.

### DISPVTATIO CCCVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Mutuans quando restituere teneatur per usurã acceptã.*
2 *Mutuans, & mutuatarius quot modis dicuntur dare, & accipere aliquid vltra sortem.*
3 *Vsurarius mentalis an restituere teneatur lucrum ex mutuo, sicut realis.*
4 *Capitulo consuluit, de usuris, alius intellectus.*

1 REs hæc quamuis multis ab alijs disputetur, paucis a nobis est expedienda. Ita † titulo idcirco dictum est, accepta per vsuram mentalẽ: quoniam licet intentio accipiendi vsuram, satis sit ad vsuræ peccatum; interim tamen dum effectus non sequitur, obligatio non consurgit restituendi, vt est notissimum. Id quod commune est cuicunq; alij intentioni iniustè aliquid accipiendi, aut damnum dandi. Quin, in re proposita, si præcesserit intentio vsuram accipiendi, temporeq; acceptionis mutetur, quia dari creditur ex mera liberalitate mutuatarij, & tanquam ita datũ accipiatur, vtique, si postea comperiatur, datum fuisse inuoluntariè mixtè, non consurgit obligatio restituendi ex parte iniustæ acceptionis, sed solum ex parte rei acceptæ; eo quod iam tunc acceptio iniusta non fuit.

Quod ad rem propositam attinet, vno è quatuor modis euenire potest, vt detur & accipiatur 2 aliquid vltra sortem. Primus † est, qñ mutuatarius ex mera gratitudine ac liberalitate dat, & mutuans accipit, vt eo modo datum. Et in hoc euentu perspicuum est, neque vsuræ peccatum interuenire, neque vllam consurgere obligationem restituendi.

Secundus, quando mutuatarius tanquam mutui pretium id inuoluntariè dat, & mutuans eodẽ modo accipit. Atque in hoc etiam euentu cõstat; & peccatum vsuræ interuenire ex parte mutuãs; & restituere teneri ita acceptum.

Vertius, qñ mutuatarius, vt mutui pretium, inuoluntariè id dat, sed mutuans bona fide illud accipit, credens ex gratitudine, ac merè liberaliter, dari. Tunc verò, cum eiusmodi collatio inuoluntaria mixtè sit, atque ea de causa insufficiens ad transferendum dominium vis donationis, neque alius titulus interueniat vnde accipiens dominium illius, aut ius ad eam rem, comparet, vtique tenetur eam restituere statim, ac eo pacto fuisse datam attendetit ac nouerit. Quod si perseuerante bona fide illam consumpsit, solum tenebitur restituere, si qd ex ea remansit, aut si in aliquo factus ex illa fuerit locupletior; eo q obligatio restituendi tũ nõ proueniat ex parte iniustæ acceptionis, bona fide excusante accipientem a peccato vsuræ, sed solum ex parte rei acceptæ.

Quæst. Quartus est, qñ mutuatarius ex gratitudine ac liberaliter dat, sed mutuans vsuraria intentione accipit, tanquam pretium mutui. Richardus in 4. dist. 15. art. 5. q. 5. & Scotus ibidem q. 2. docent, quando vsurarius non manifestauit mutuatario intentionem suam pacto aliquo externo, aut alia ratione, lucrum ex mutuo ab illo exigendo, peccare quidem ea intentione accipiendo lucrum, non tamen teneri illud restituere. Secus autem quando intentionem suam prædicto modo illi manifestauit. Quamuis autem non satis seipsos explicent, videntur inde duci ad hoc asserendum; quoniam, quando nõ manifestauit suã intentionem, præsumendum est mutuatarũ more liberaliter id dare.

3 Est † tamen opinio falsa, & contra cap. consuluit de vsuris, vt Sotus 6. de Iustitia, quæst. 1. ar. 4. & Ioan. Med. de rebus per vsur. acquis. q. 4. ad 2. recte adnotarunt. Ea quippe opinione nata, affirmandum esset, vsurarium mentalem nunquam restituere teneri; quando enim præcessit explicatio vsurariæ intentionis pacto aliquo, aut quouis alio modo, & sequitur postea acceptio lucri ex mutuo, ante vtique vsura est realis, vt ex dictis disputata; ergo & præcedente, constat, caput autem consuluit, definiuit, mentalem vsurarũ restituere teneri. Refellitur.

Præterea irrationabile, atque contra id, quod reipsa sæpe continget, est, tradere tanq̃ generalẽ regulam, quoties mutuans non expressit vsurariæ suam intentionem, mutuatarium merè liberaliter dare, si quid tribuat vltra sortem; præsertim cum vsurarij decipi non soleant in sua vsuraria intentione, sed eo animo mutuatarius regulariter det, quo vsurarij dare præsumunt.

Inoc. Pan. & alij c. consuluit, citato, Almai. in 4. dist. 15. q. 2. & multi alij, quos Cou. reg. peccat. part. 2. in initio. num. 4. citat, in extrema alia sunt sita, nempe, quoties vsurarius intentione vsuraria, quicquã accipit, tenetur id restituere, etsi mutuatarius liberaliter id dederit, & esto ea de re postea vsuratio constet. Id verò sibi persuadent.

Primò, ex c. consuluit; citato, vbi habetur, acceptã vsuraria intentione, obnoxia esse restitutioni in conscientiæ foro.

Secundò, qm̃ sola iniusta acceptio sufficiens est, vt accipiens restituere teneatur: quare, cum is, qui vsuraria intentione accipit, iniustè accipiat; consequens est, vt restituere teneatur.

Tertiò, qm̃ donatio, nec perficitur, neque per eam transfertur dominium rei datæ, ante acceptationem donatarij, vt suo loco explicatũ est: sed, qui vsuraria intentione aliquid accipit, non acceptat, quod ita accipit, tanquam donatum, sed tanquam lucrum ex mutuo: ergo non acquirit dominium illius, ac proinde tenetur id restituere.

Huius verò sententiæ autores non conueniũt, cui faciendã sit restitutio. Almai. & quidam alij, censent, faciendã esse pauperibus; atque in hanc sententiam consentit Caiet. 2. 2. quæstio. 78. articul. primo, posito, quod obligatio sit restituendi id, quod ita accipitur. Ducuntur ij autores, quoniam mutuatarius eo ipso, quod liberaliter id dedit, abdicauit dominium illius a se, id quod fieri

potest sola voluntate dantis, vt patet in eo, qui, q suum erat, reliquit pro derelicto: quare, si accipiens non comparauit dominium illius, sed restituere id tenetur, consequens est, vt, nō ei, qui dedit, sed pauperibus fit restituendū. Alij verò existimant, restit. ei esse faciendam, qui illud dedit.

Decis. Duab. verò cōclusionib. nostram aperiā sententiam. Prima est, Interim dum eiusmodi vsurarius ignorat, mutuatarium liberaliter dedisse, illi tenetur restitutionem facere, si non ex ipsa rei natura, certè pp conscientiā. In hac oēs conueniūt. Probari autem potest, qm̄ existimat se iniustè accepisse, & mutuatarium inuoluntariè dedisse, neque abdicasse a se dominium: ergo sub lethali culpa tenetur id restituere mutuatario, si materia tāta sit, quæ ad culpam lethalem sufficiat.

Secda conclusio. Eo ipso, q scit, mutuatarium liberaliter dedisse, licitè retinere potest, quod vsuraria intentione accepit, estque legitimus dñs illius, esto accipiendo peccauerit. In hac conueniūt Sotus 6. de iust. q. 1. ar. 4. Io. Med. q. 4. citata, Cai. 2. 2. loco citato, & ver. vsure, c. de vsura mētali, & tom. 2. opusc. tract. 8. c. 3. Coua. reg. peccat. pact. 2. in initio, nu. 4. & plerique alij, quos citat. Probari autem potest, quoniam collatio liberalis mutuatarij sufficiens fuit ad transferendū dominium, saltem accedente acceptatione eius, cui id collatum est: eam autem videtur sufficienter habuisse, si non formaliter, certè virtute, eo ipso, q̄ id accepit: quando quidem comparare intendit dominium illius meliori modo, quo potuit. Adde, esto virtualis illa acceptatio insufficiens esset ad comparandum dominium rei ita acceptæ, formalis tamē acceptio, quam eliceret eo ipso, quod intelligeret, collatam sibi esse liberaliter, esset satis ad constituendum eum dominum rei illius; eo quod nondum reuocata esset prior donatio ei facta: quare liberaret eum a restituendi onere, vt probè Cai. adnotauit. Rationes alias lege, si placet, apud Sotum, & alios.

Ad primum contrariæ opinionis argumentum
4 † dicendum est, cap. consuluit, loqui, quando postea vsurario non constat, mutuatarij collationē fuisse liberalem.

Ad secundū dicendum, iniustam acceptionem tunc solum obligare ad restitutionem, q̄n ex ea damnum re vera datum est, atque adeo q̄n simul iniusta est materialiter: nō verò q̄n solum est iniusta formaliter, hoc est, ex intentione & existimatione accipientis: tunc enim ex ea non consurgit obligatio restituēdi, nisi per accidens, hoc est, propter conscientiā, interim dum erronea conscientia perseverat. Exemplum accommodatum est in eo, qui, credens se accipere, aut destruere alienum, accepit, aut destruxit, quod suum erat.

Ad tertium dicēdum, ibi formaliter interuenire acceptationem rei, q̄ putat vsurariè se accipere, eamq; virtute esse acceptationem eiusdem rei vt sibi donatæ, vt explanatum est. Dicendum est deinde, saltem postquam constat, rem liberaliter fuisse ei datum, interuenire formalem acceptationem eiusdem rei donatæ idque esse satis.

Illud in hac disputatione aduersus Almainū, & alios, addendum est. Si vsuraria intentio sufficeret, vt accipiens restituere teneretur, tunc restitutionem faciendam esse ei, qui dedit, non verò pauperibus. Ratio est, quoniam mutuatarius præsumptam, & quasi habitualem voluntatē habet, quod, si dominium in accipientem non transferat, maneat apud se. Quod si abdicasset a se dominium, vt aduersarij existimant, instar eorum, qui rem habent pro derelicto, vtique tunc fieret primo eam occupantis, ac proinde eiusmodi mentalis vsurarius licitè sibi eam posset retinere. Adde, pauperes non succedere, nisi indefectum veri domini, cui res restitui non potest. Aut nisi ius humanum id in aliquo euentu statuat: nullam autē scimus iuris humani dispositionē, quæ præcipiat, eo pacto acceptum, pauperibus restitui.

## Vsura ne sit in mutuo cum pacto, vt mutuatarius committeret vxorem mutuantis, vt mulier copiam sui faciat, aut vt mutuatarius remittat iniuriam.

### DISPVTATIO CCCVII.

*SVMMARIVM.*

1 *Obsequium pro mutuo præstitum quando vsuræ sit in restitutionem.*

2 *Mutuans accipiens a muliere copiam sui pro mutuo, restituere tenetur.*

*Cum declaratione tamen, vt ibi.*

3 *Mutuans ad hoc, vt mutuatarius remittat iniuriā, quando dicatur committere vsuram.*

EX definitione vsuræ, & hactenus de ea dictis, multa deinceps sunt examinanda. Quod ad primum eorum, quæ proposita sunt, attinet.

1 Non solum † mutuum cum pacto, vt mutuatarius vxorem mutuantis ad Ecclesiā comitetur, vel quoduis aliud obsequium præstet sed etiā id oneris ac commodi, tanquam pretium mutui intendere, nullo expresso pacto, est vsuræ peccatum cum onere restituendi æstimationem obsequij, q fuerit ea ratione præstitum: quandoquidem pretio est æstimabile.

Q̄n aūt eiusmodi obsequia exhibita quidem essent inuoluntariè mixtè in recompensationem pro mutuo, attamē, post q̄ essent præstita, is, qui illa exhibuit, recompensationem nō vellet æstimationis illorum, cessaret restituendi obligatio, ob tacitè, aut præsumptam, mutuatarij remissionē. Obsequia verò ex gratitudine ac liberalitate exhibita in recompensationem pro mutuo, obnoxia restitutioni nō sunt, quin potius licitè accipiuntur.

2 Quod † ad secundum attinet. Si quasi in pretium pro mutuo copia mulieris accipiatur, cum id sit pretio æstimabile, vtique consurgit obligatio restituendi: nisi intelligatur, quamuis illa inuoluntariè mixtè, vt mutuum obtineret, id sit passa, non tamen sperare, neque velle pretium: quod non raro in eo euentu continget.

Illud

Illud & admonuerim, si mutuans id ab illa nō peteret tanq̃ pretium & recompensationem pro mutuo, sed vt rem mutuanti gratam, & tanquam beneficium (tametsi turpe) gratis sibi alioquin concedendum, quasi mutuans concedere ei non vellet beneficium mutui, nisi illa vicissim in ea re turpi more illi gereret, fortè ad nullam restitutionē teneretur, esto illa inuoluntariè mixtè consentiret ob mutuum obtinendum, & esto talis esset, quæ libenter acciperet restitutionē æstimationis, si offerretur, aut sibi esset debita. Ducor, qm̃ id non postulatur, vt pretium pro mutuo, neq; vt quid pretio æstimabile, sed vt gratum, & beneficium in re inhonesta ac turpi. Qui aũt arbitraretur in hoc euentu vsuram interuenire, præciperè teneretur restituere æstimationem copiæ illius.

3 Quod † ad tertium attinet, dicēdum est. Si solum sit sermo de pacto, quod mutuatarius desistat ab inimicitia quatenus indebitè illam exercet, volens priuata sua authoritate sumere vindictam, atq; vt vitetur damna & sumptus, quos is, qui iniuriā intulit, facit, vt se ab eo defendat, hominēs secū habēdo, qui ipsius incolumitati prospiciant tūc nullam interuenire vsuram: eo quod non sit pactum de lucro ex mutuo obtinendo, sed de vitando peccato mutuatarij, & de impediendis malis, quæ mutuans subire non tenetur.

Solum ergo est difficultas, si sermo sit de pacto remissionis iniuriæ, cessando ab actione iusta, q̃ mutuatarius, ob iniuriam sibi illatam, aduersus mutuantem habebat.

Quæſ. Soto 6. de Iustit. q. 1. a. 2. arbitratur, nō interuenire vsurā in eiusmodi pacto, esto, qui iniuriā est passus, ea actione recompensationem exigeret in pecuniā læsionis honoris. Quoniā, inquit, licet iactura honoris & famæ pecuniæ cōpēsari possit, solet tñ ea iactura per amicitiam condonari. Citat vero pro eadem sententia Syluest. verb. vsur. 1. q. 12. Syluester tamen id non clarè affirmat.

Nauar. in Man. c. 17. nu. 237. distinguit. Si pactum sit de remissione iniuriæ quoad pœnā, quā mutuatarius iustè potest exigere, id non esse vsuram: quoniam pœna ante latam sententiam non debetur. Si autem sit de remissione iniuriæ quoad recompensationem damni dati committi vsuram: eo quòd recompensatio illa, nulla expectata sententia debeatur.

Decis. Dicendum tamen arbitror, semper indistinctè committi vsuram, qñ tanquam pretium mutui accipitur. Id quod affirmant Conra. de contract. q. 37. Ang. ver. vsur. 1. n. 3. Med. de reb. per vsur. acquis. q. 1. §. lucrum, & alij. Ratio est, quoniam licet pœna ante latam sententiam non debeatur, ius tñ ad illam exigendam est pretio æstimabile, atque ad eo pretio æstimabilis est remissio illius: quare si tanquā pretiū mutui accipiatur, vsura committatur. Quod aũt iniuria soleat interdum per benevolentiam condonari, impertinens est, vt, quādo in pretiū mutui eiusmodi condonatio accipitur, vsura non fit. Etenim pecunia, & res aliæ pretio æstimabiles, solent aliqñ per benevolentiam condonari, & tñ id non impedit, quin, qñ in pretiū pro mutuo accipiuntur, vsura committatur.

## Vtrum vsura sit mutuo dare cum pacto, vt mutuatarius tantundem mutuo det.

### DISPVTATIO CCCVIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Mutuatarius mutuanti est naturaliter obligatus ea obligatione, quæ dicitur ad antidora.*
2 *Obligatio ad antidora vnde.*
3 *Mutuatarius mutuanti obligatur ciuiliter duobus concurrentibus.*
4 *Mutuans cum pacto, vt mutuatarius eidem teneatur tantundem mutuare, vsuram committit.*
5 *Mutuans cum conditione sine qua non, an possit illud exigere quod sub ea intendit.*
6 *Mutui obligationem in futurum exigere, vt concedatur mutuum in præsenti, & exigere, tanquā conditionem sine qua non, sunt diuersa.*
7 *Obligatio ad mutuū in futurum est pretio æstimabilis, & ob id vsura, ex communiori.*
8 *Mutuans aliquid intra certum tempus nō potest mutuatarium grauare, vt intra illud uel breuius tempus, sibi tantundem mutuet.*
9 *Mutuum quando sufficienter compensetur per uenditionem tantundem.*

QVod in hoc euentu non interueniat vsura; Quæſ.
etiam qñ onus imponitur mutuādi tantūdem in futurum, suaderi potest. Primò † quoniā
1 mutuatarius ex gratitudine atque honestate moali tenetur naturaliter vicissim mutuo dare, vt beneficium susceptum recompenset, quæ obligatio a iure, & doctoribus appellatur ad antidora, aut ad antidota, hoc est, ad dona, seu beneficia cōpensanda beneficijs: & † dicitur ab anti, quod est contrā, & dorum, quod est donum, seu munus; quasi ad contraponendum munera muneribus, & beneficijs compensandum: ergo fas erit ciuili obligatione illum eundem, pacto adhibito, ad idē obligare.

Secundò, pro re, quæ mutuo datur, licet accipere tantundem, & ad id mutuatarium obligare; ergo pro beneficio dandi mutuum, licitum erit obligare ad beneficium æquale reddendum.

Angel. verb. vsur. 1. nu. 4. Maior. in 4. d. 15. q. 29 ad 2. Almain. ibidem q. 2. Adr. de restit. in materia de vsur. q seu potius, §. incipiente, sed cōtra,
3 asseuerāt fas † esse obligare ciuiliter mutuatariū ad similiter in futurum mutuo dādum: modo tñ duo hæc in futurum eueniant, videlicet æqualis indigentia eius, qui modo dat mutuo, & quod mutuatarius æquè bene possit tunc dare mutuo, atque is potest, qui in præsenti dat. Adrianus aliis verbis vtitur, nempe posse obligari ciuiliter in euentu, in quo, si ea obligatione ciuili secluſa, non daret mutuo, male faceret, atque esset ingratus.

Decis. D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 2. & ad 4. Caietan. ibidem: Conrad. de contract. quæst. 36. exēplo, 7. Syluester verb. vsura, 1. quæstio. 2. Ioan. Med. de reb. per vsur. acquis. q. 1. & latius. quæst. 10. 4. ad 1.



Digitized by Google

principale, Sotus. 6. de iust. q. 1. ar. 2. ad primum, Gab. in 4. d. 15. q. 11. ar. 1. Couar. 3. var. reso. c. 2. nu. 5. Nauar. in Man. c. 17. nu. 223. Pan. & docto res communiter, in contraria sunt sententia, vsurā † scilicet esse eo adhibito pacto, mutuare, eaq; 4 est nobis amplectenda. Ratio est, quoniam grauamen illud, vt in futurum, velit nolit, ciuiliter teneatur mutuo dare, est quid pretio æstimabile, eaque de causa, exigere obligationem illam pro mutuo, est exigere vltra fortem quippiam pretio æstimabile, atque adeo est vsura. Eiusmodi ergo pactum, neque in conscientiæ, neque in exteriori foro obligat, eo quod vsura sit. Quare, si vi illius mutuo esset acceptum in recompensationē præcedentis mutui, teneretur accipiens ad restitutionem danti, quanium arbitrio prudentis æstimaretur, constrictum illum habuisse ad mutuandū, eaque via mutuum accepisse.

Ex decisione hac rectè obseruat Sotus loco citato, pecunia esse æstimabile, quēpiam obligatū esse mutuo dare alijs. Vnde vlterius colligit, posse quenq; in Republica certam mercedem licitè accipere, vel a Republica ipsa, vel a mutuatarij, vt se astringeret ad mutuo dandum quibuscūque qui mutuum accipere vellet, præstita cautione debita, quod mutuū restituerent. Illud ēt obseruāt, astringere quempiam alium ad sibi in futurū mutuandum decem, verbi gratia, mensuras tritici, vt vicissim ipse alteri obligetur ad mutuādum ei tantumdem in vino, aut oleo, neque esse vsurā, neque iniustitiā, modo onera sint æqualia: quoniam est æqualis contractus vtrinque.

Ad primum ergo argumentum in cōtrarium, concesso antecedente, neganda est consequentia, quoniam ciuilis obligatio longe maior est, quam sola naturalis, quæ ex natura suscepti beneficij oritur, arctiusq; multo in conscientia obligat: eo quod naturalis illa obligatio consistat solum in quadam decentia ex gratitudinis virtute, sæpeq; absque vlla culpa, ēt veniali, prætermitti ad impletio illius possit: ciuilis vero obligatio semper sub reatu culpæ obligat. Præterea, ciuilis obligatio etiam in exteriori foro astringit, subire verò hoc tantum obligationis incrementum, supra naturalem, quæ ex natura beneficij oritur, vtiq; pretio est æstimabile, præsertim cum sit circa obiectum difficile ac molestum.

Ad secūm concesso similiter antecedente, negāda est consequentia. Qm beneficium illud intra iustitiæ limites sufficienter compensatur solutione mutui, vt d. 304. explanatum est: quatenus verò est beneficium natum non est inducere ciuilē obligationem, sed solam naturalem ex gratitudinis virtute: quare, si ciuilis ob illud exigatur, petitur quid pretio æstimabile vltra sortem.

Fas nihilominus esse arbitror admonere mutuatarium, dum ei mutuū conceditur, ea spe mutuum illi dari, quòd simile beneficium, vt par est, præstabit. Quòd si intelligatur mutuatarium nō habere animū mutuandi vicissim, vt ex naturali ac morali honestate tenetur, fas est, mutuum ei, tanquam indigno denegare.

Dubiū Dubium est, vtrum fas sit non alia ratione vel-

le mutuo dare pecuniam, aut quodvis aliud, nisi mutuatarius in præsenti mutuo ēt det tritici, vel Decis. 5 quippiam aliud. Arbitror † esse dicendum, si id exigatur tanq̄ conditio sine qua mutuās nō vult mutuare, quia indigens est mutuatarius, qui in præsenti nō vult vicissim cōcedere mutuū aliud, quod ab eo exigitur, cui concedatur, quod ipse petit, nullam interuenire vsuram. Sicut ēt paulo antea dictum est, licitum tibi esse desistere a mutuo illi concedendo, quem intelligeres animū habere non mutuandi vicissim in futurum. Quo lo 6 co obserua, longe diuersum esse, exigere † obligationem mutui in futurum, vt cōcedatur mutuum in præsenti, & exigere mutuum in præsenti, tanq̄ conditionem sine qua non vult quis concedere mutuum, quod ab eo exigitur. In illo. n. primo, ciuilis obligatio pretio æstimabilis postulatur, tametsi mutuū, cuius obligatio postulatur, commutari licitè non possit pro aliquo vltra sortem: q̄n autem mutuum in præsenti exigitur, nulla exigitur obligatio, sed solum exigitur mutuum, pro quo mutuans nihil potest vltra sortem accipere.

Adde, esto mutuantes sibi inuicē hoc modo de præsenti, onus aliquod pecunia æstimabile ad inuicem sibi imponerent (quod est falsum) qatn ea onera essent æqualia, fieret compensatio vnius oneris cū alio, ac proinde neq; vlla in eo cerneret iniustitia, neq; vlla inde conflaret obligatio restituendi: maximè si onera illa æqualia essent.

Hinc colligo, q̄n alicui duo mille aurei debebantur, soluendi post duos annos, nullam interuenire vsurā, si debitor in fine primi anni cum creditore pacisceretur, soluā tibi mille vno anno ante terminū præfixū, dūmodo concedas, vt mille alij soluantur vno anno post eundē terminū, aut si ēt contrario, creditor idem peteret, & obtineat a debitore. Ratio est, q̄m id solum est concessio de præsenti mutui vnius virtualis, pro alio etiam virtuali de præsenti, sine vlla obligatione mutuandi in futurū. Etenim soluere debitorē mille aureos anno vno ante terminum præfixū, est virtute mutuo illos dare creditori in totum eum annum: ē contrario verò, creditorem concedere in præsenti dilationem solutionis reliquorum mille aureorum per annum, vltra tempus præfixum, est ex nunc mutuo illos concedere ac dare in totum eum annū; atq; adeo sunt beneficia mutui vicissim vtrinque de præsenti exhibita, vnum sub conditione, aut non sine conditione, alterius, quod licet.

Nō defuerunt, qui ex nostra, D. Th. & cōiore doctorum sententia, qua affirmamus, obligatio- 7 nē † ad mutuum in futurum esse pretio æstimabilem, eaque ratione vsuram esse, si quis mutuo det cū pacto, vt mutuatarius teneatur in futurum mutuo dare, non, inquam defuerunt qui ex hac doctrina vlterius asserere fuerint ausi, eum qui † mutuo dat centum per annum, ita vt intra id ips repetere nō possit mutuum, posse iniungere grauamen, vt mutuatarius in futurum teneatur ad annum, aut ad breuius ips, tantundem mutuare, Itēque cum, qui formaliter, aut virtute, mutuat centum per annum, vt si iusto pretio, credita tamen pecunia per annum, aliquid vendat, posse aliquid

exigere

exigere vltra pecuniã illam, ratione talis mutui per annum sine facultate intra id tempus exigendi suam pecuniam.

Ducuntur, quoniam obligatio illa non petendi in futurum pecuniam intra annum, est pretio æstimabilis, sicut obligatio mutuandi in futurũ intra annũ pretio est æstimabilis: ergo sicut pro hac secũda obligatione licet exigere, & accipere, modicum aliquod pretium, quantum ea obligatio æstimabitur, ita etiam licebit pro illa prima obligatione idem pretium accipere.

Refelluntur. Est tñ opinio hæc non solum noua & inaudita, sed etiam periculosa satis, & quæ viam aperit vsuris. Quid.n. precor, id aliud est, quã pro omni mutuo, quod precario non conceditur, vt scilicet ad concedentis libitum possit quocunq; tempore reuocari, docere, posse licitè aliquid accipi vltra sortem, atque adeo posse licitè accipi vsuram, siue tale mutuum formale sit, siue virtute.

Quid itẽ id aliud est, quã pro extensione maioti, vel minori, temporis, quo eiusmodi mutuũ conceditur, etiam si indè nullum lucrum mutuãti cesset, nullumq; damnũ emergat, docere, posse licitè accipi plus, vel minus, vltra sortem, prout fuerit maius, vel minus tempus, ad quod conceditur; Id verò quid aliud est, quam docere, licitam esse vsuram pro quocunq, mutuo, quod non conceditur precario; quod tamen scripturæ, concilia, definitiones Pontificum, & communis doctorum sententia, damnat. Est igitur eiusmodi opinio periculosa valde in fide, ne quid amplius dicatur.

Est aũt apertè falsum fundamentũ, cui innititur, nẽpe mutuare ad annũ, verbi gratia, esse mutuantẽ inducere super se obligationẽ in futurum, quæ durat a puncto mutui, vsq; ad annũ expletũ. Neq;.n. est hoc inducere super se obligationem aliquam, sed solum ex sua liberalitate concedere beneficium mutui in totum id tempore: sicut.n. qui eo donationis genere, quæ a traditione incipit, quicq̃ donat, nullã in se inducit obligationẽ in futurum, esto traditione eius rei a se abdicet potestatem ea re deinceps vtendi; aut fruendi; ita, q̃ mutuũ dat ad annum, nullam in se inducit obligationẽ, sed solũ exercet liberalitatẽ concessione beneficij mutui in totum id tps, esto inde sequatur, toto eo tpe, neque vti posse re, quam mutuo concedit, neque posse illam repetere.

6 Vt † autem d. 304. ostendimus, mutuum intra iustitiæ limites, siue ad maius, siue ad minus tempus, fit concessum, sufficienter compensatur redditione tantundem, ac mutuo fuit datum, actioq; ipsa mutui, actione solutionis rei mutuo acceptæ similiter compensatur: eaque de causa, si quid amplius accipiatur tanquam pretium, committitur iniustitia.

Præterea, cum mutuo transferatur dominium rei mutuo datæ in mutuatarium, eaque de causa mutuatarius soluere non teneatur eandem rẽ numero, sed specie, & æqualis bonitatis; sane ex mutuo nulla obligatio consurgit ex parte mutuantis, sed solum ex parte mutuatarij.

In commodato vero, qm̃ non transfertur dominium rei commodatæ in commodatariũ, sed manet apud commodantem, vtique pro vsu rei illius, quo accõmodans se priuat, & quẽ concedit cõmodatario, accipere potest cõpetens pretium: sed tũc contractus trãsiret in locatũ, desineretque esse commodatum, vt supra suo loco dictum est.

## Vsurane sit, mutuare cum pacto, vt mutuatarius faciat, aut soluat quod alioquin facere tenetur, aut vt pretio iusto curare, patrocinari, metere segetes, colere agros, molere in molendino, vel emere ex officina mutuantis, teneatur.

## DISPVTATIO CCCIX.

### SVMMARIVM.

1 *Mutuans cum pacto, vt mutuatarius aliquod debitum soluat, de quo debito intelligatur.*
2 *Mutuum dare medicis, aduocatis & alijs, qui ex caritate operas præstare tenentur, an sit vsura, & quando.*
3 *Mutuatarium obligare ciuiliter ad id quod naturaliter, & ex charitate tenetur, est pretio æstimabile, & ob id vsura.*
4 *Mutuans quando tenetur restituere pro grauamine, tenetur etiam ad omnes circunstantias augentes grauamen.*
5 *Vsura non est, si quisquam credito uendat, quo plures emptores ad se trahat, contra Syl.*
6 *Mutuans tenetur liberare mutuatarium ab onere ei iniuncto ratione mutui.*
7 *Mutuans cum pacto, ut mutuatarius teneatur ad aliqua, quando usuram committat, & quando intelligatur locare.*
8 *Onus appositum in mutuo quando sit pecunia æstimabile, & ob id usura.*
9 *Mutuans cũ pacto, ut mutuatarius tempore messis uendat ei triticum pretio communi, dicitur facere emptionem.*
*Sed in Lusitania est prohibitum.*
10 *Mutuans cum pacto, ut mutuatarius teneatur frequentare gymnosium. seu molendinũ mutuantis, quando usuram dicatur committere.*

QVod ad primum horum attinet, quanuis disput. 303. & 304. in responsione ad primũ dictum sit, licitum esse dare mutuum cum pacto', vt alius vltra sortem soluat, quod aliunde nobis est debitum: quoniam id non accipimus tanquam pretium mutui, sed tanquã aliunde nobis debitum; idque arctauerimus, modo scandalum cesset; addenda tamen hoc loco sunt, quæ sequuntur.

1 Primum est, id † intelligendũ esse, de liquido debito. Si.n. dubium sit, vsura proculdubio est, mutuo dare cum pacto, vt soluatur tale debitum: quoniam verum lucrum, tanquam mutui pretium, acciperetur, hoc est, condonatio iuris, quod



Digitized by Google

mutuatarius circa id debitum pretendere posset.

Secundum est, intelligendum esse de debito ex iustitia: secus ex gratitudine & sola honestate morali: vsura quippe esset exigere vltra sortem eiusmodi debitum.

2 Dubiũ est, qñ † medicus sub reatu lethalis culpæ ex caritate tenetur mederi: eo quod ægrotus grauiter opera eius indigeat, neq; sit alius, qui ei subueniat; aut aduocatus patrocinari, & sic de alijs, vtrum tunc vsura sit, mutuo illis dare cum pacto, vt pro iusta mercede id efficiant, quod sub peccati reatu facere tenentur, sed non gratis. Ioã. Medin. de reb. per vsur. acquis. q. 4. ait, quamuis illi ex sola caritate facere id teneantur, & non ex iustitia, nullam intervenire vsuram in mutuo cũ tali pacto, sed licitè adhiberi: mihique hæc sentẽtia probatur.

Qm̃ ad id solum obligantur, ad quod absolutè ac simpliciter ipsi alioquin tenetur, & non secundum quid dumtaxat, prout tenentur, qui ex gratitudine ac sola morali honestate sunt astricti. Cõfirmatur hæc sententia, quoniam publicæ potestates ad id possunt illos cogere esto ex iustitia non teneantur id efficere: quod si ex sola gratitudine ac morali honestate tenerentur, publicæ potestates non possent eos ad id obligare.

Quæs. Quod ad reliqua, quæ proposita sunt, attinet, Adrianus de restit. in materia de vsur. a quæstio. seu. §. iuxta prædicta, Ang. verb. vsur. 1. n. 5) & qdã alij, affirmãt, in illis oĩb. nõ intervenire vsurã aut peccatum, dũmodo adsint duæ conditiones.

Prima, quòd pretium, quod datur pro patrocinio, medicatione, &c. aut accipitur pro tritico, aut oleis molendis, vel pro mercibus, quæ vẽduntur, sit iustum. Secũda, quòd is, cum quo eiusmodi contractus iniuntur, non grauetur ea de causa in aliquo alio: vt esset, si multũ a mutuantis molendino distaret, & ratione contractus, relicto proximiori, accedere teneretur ad id, quod lõgius distat. Tum. n. ait Adrianus, mutuans adiuncto eo pacto, restituere teneretur mutuatario, quantũ hoc aliud grauamen æstimaretur.

Decis. Communis tamen doctorum sententia affirmat, contractus illos omnes esse vsurarios, esto in
3 nullo alio mutuatarius grauetur: quoniam † obligari mutuatarium ciuiliter ad quoduis illorum, est pretio æstimabile, vt de obligatione ciuili, ad dandum mutuum in futurum, disp. præcedente dictum est: quare, si id, vltra sortem, pro mutuo exigatur, aut accipiatur, vsura committitur. Ita Caiet. 2. 2. q. 78. art. 2. consentaneè ad doctrinam D. Thom. ibidem, & in summa verb. vsur. c. 2. a casu, 7. Med. de reb. per vsur. acquis. q. 4. in resp. ad 1. principale, Conrad. de contract. q. 36. Sotus 6. de iusti. q. 1. ar. 2. Sylu. verb. vsura 1. q. 7. Naua. in Man. c. 17. nu. 220. Pan. & multi alij, quos hi doctores citant.

Circa illud de medico, & aduocato, obserua, si quis mutuo eos astringeret ad curandum, aut patrocinãdum, gratis, restituere illis teneretur, & pretium iustum pro operibus illis, & insuper aliquid pro grauamine ad id illos adstrictos habendi. Quod si solum illos adstrinxisset ad curandũ pretio iusto, quando illi sub reatu peccati ad id nõ tenerentur, solum teneretur restituere quantum, spectatis circunstantijs concurrentib. æstimaretur grauamen illud. Quando autem re ipsa id nullum esset grauamen, quia illi libenter suam operam pro eo pretio impendissent, tunc ad nullam teneretur restitutionem. Idem intellige in reliquis euentibus in titulo propositis.

Circa oẽs euentus propositos obserua. Quamuis, vt Caiet. in sum. Couar. Med. & alij rectè af-
4 firmant, qñ † pretium iustum persoluitur pro operib. ad quæ mutuo quis astringitur, solum debeatur restitutio pro grauamine, eo q̃ opera iusto pretio compensentur; nihilominus, cum iustum pretium latitudinem habeat, sanè, si ea via mutuatarius impeditus est accedere ad alios, quibus carius locasset operas suas, aut a quibus vilius emisset, aut qui illi triticum, aut oleas, viliori pretio molerent, circunstantiæ hæ, & aliæ similes, quantitatem augent grauaminis, atque adeo obligationem plus restituendi pro maiori grauamine. Quod si in pretio iniustitia etiam intervenitet quia mutuatarius vilius infinito cogeretur locare operas suas, aut carius pretio iusto, emere merces, aut molere triticum, aut oleas, id quoque esset restituendum, vt est perspicuum.

Illud aduersus quosdam obserua, in eiusmodi restitutionib. iniungendis, non esse attendẽdum ad emolumentum, quod mutuanti ex hisce contractib. euenit, sed ad damnum, quod mutuatarijs inde sequitur, & ad quantitatem grauaminis, quod, vi mutui, eis imponitur: obligatio quippe restituendi non consurgit ex lucro mutuantis ex parte, qua lucrum illius est, sed ex damno mutuatario iniustè illato.

Quo fit, vt, si mutuo dando aliquibus cum pacto, vt gymnasium frequentent mutuantis, aut vt emant ex ipsius officina, multum emolumenti prouenit mutuanti quoad famam & opes, cum modico mutuatariorum detrimento, non plus mutuans restituere mutuatarijs teneatur, quam detrimentum, & grauamen, quod ratione mutui illos subire astrinxit: quia in eo solo iniustitiam aduersus illos commisit.

Quare audiendi non sunt, qui affirmant, hunc restituere teneri pauperib. quicquid emolumenti inde percepit. Neque. n. est, vnde pauperes ius sibi ad eiusmodi emolumentum acquirant.

Hinc facile etiam intelliges, Syluestrum verb.
5 vsur. 1. q. 7. falsò asserere, vsuram † esse, quempiã credito vendere, quo plures emptores ad se trahat. Licet enim vendendo credito virtute det mutuo pretium vsque ad terminum solutioni præfixum; si tamen nullam in emptores exerceat iniustitiam, vt quia limites pretij iusti non egreditur, vtique, neque vsuram exercet, neque ad vllam restitutionem tenetur: quin potius suo vtitur iure, via iusta, beneficio videlicet expectandi pretium, attrahendo ad se emptores.

Caiet. Medin. Couar. & alij locis citatis, rectè
6 docent, in his † omnibus pactis, in quib. dictum est intervenire vsuram, quando nihil ex parte

te

ce mutuatarij exequutioni est mandatum, teneri mutuantem liberare illum ab onere, ratione mutui, ei iuncto, rescindendo quo ad id contractū: neque ad aliam tunc restitutionem teneri; ad idemque in exteriori foro esse cogendum. Si vero mutuatarius ex parte onus exequutioni mandauit, & adhuc aliquid oneris subeundum supersit, liberandum esse a parte illa, restituendumque eidem esse, quantum onus, quod subiit, æstimabitur.

7 Circa † mutuum cum pacto, vt mutuatarius teneatur metere fruges mutuantis pretio iusto, aut colere agros illius, vel quippiam aliud facere, obserua. Posse sine vlla vsuræ, aut alterius iniustitiæ, labe consuli vtrique contrahentium, si is, a quo mutuum petitur, & qui opera mutuum petētis indiget, respondeat.

Nolo mutuum tibi dare: attamen conducam statim pecunia anticipata operas tuas, quibus in tale, vel in tale tempus indigeo. Si enim pretium iustum illi constituat, siue paciscendo tantum illi dare, quantum alijs eo tempore communiter tribuetur, siue ad præsens conueniendo illi date, quantum, plus minus, speratur operas illas tempore, quo præstandæ sunt, valituras; vtique neque vsura committitur, neque iniustitia aliqua, sed celebratur contractus locationis ac conductionis iustus, quicquid Sotus 6. de iustit. quæstio. prima, articul. secundo, in contrarium dicat, idque esto infimo pretio iusto operæ illæ conducantur.

Quod enim cōtractus ille fauorabilis, intra limites iusti, atque vtilis sit conducenti, occasione indigentiæ alterius, certè non magis vsurarium, aut iniustum, illum efficit, quam sit, emere pecunia anticipata ab eo, qui pecunia indiget, rem infimo pretio iusto, quod nullus damnat.

Idem dicendum est de sequentibus contractibus. Si quis enim det pecuniam soluendam ad certum tempus, sed cum pacto, vt mutuatarius vendere ei teneatur triticum suum tempore messis pretio tunc communi, vel det mutuum modium, aut modios, tritici cum pacto, vt mutuatarius teneatur ei vendere caseos sui gregis, aut vinum suum pretio tempore vindemiæ communi; vtique eiusmodi contractus vsurarij sunt, propter onus † illud celebrandi in futurum illos con 8 tractus ratione mutui impositum, quod pecunia est æstimabile.

Si tamen, absque aliquo mutuo, statim pecunia anticipata ab eo emat triticum tēpore messis tradendum, vel pretio, quo traditionis tempore valebit, vel pretio, quo nunc plus minus speratur tunc valiturum, nulla committitur vsura, aut iniustitia: eo quod acceptio illa, & venditio, intra limites pretij iusti fiat: quod autem pecunia anticipetur, non vitiat contractum alioquin iustum; quin potius beneficium est mutui virtualis, quod tunc fit venditori, esto contractus in vtilitatem etiam cedat emptoris, qui ea via se lucraturū speret. Idem est, si eodē modo casei gregis, lana, aut vinum, tradenda tempore, quo percipientur, pecunia anticipata emantur.

Hic etiam contractus damnandus non est; do tibi viginti aureos soluendos mihi in tritico tem 9 pore messis pretio tunc communi. Neque † enim id est mutuum cum grauamine, vt tempore messis vendat triticum mutuanti pretio cōmuni: sed est emptio tritici nunc pecunia anticipata pretio, quo tempore traditionis valuerit: in quo nulla est iniustitia.

Et quemadmodū venditor discedere non potest a contractu, sed tenetur tradere tantam tritici quantitatem tempore nouorum, quæ pretio tunc communi summam expleat viginti aureorū: ita emptor discedere non potest a contractu, inuito venditore, sed tenetur accipere triticum loco suæ pecuniæ, neque potest pecuniam repetere, & nolle triticum.

Obserua tamen, in Lusitania, quart. part. leg. extra tit. 9. l. 8. sub grauibus pœnis esse prohibitū, emere frumentum pecunia anticipata, nisi emptor talis sit, qui ad suam, familiæque suæ sustentationem, illud velit. Similes leges aliæ esse solē in alijs locis.

10 Circa † mutuum cum pacto, vt mutuatarius teneatur molere in molendino mutuantis, interrogabis, num vsura sit mutuare, non quidem cū eo pacto, sed cum limitatione hac, mutuo tibi do, interim dum meum frequentaberis gymnasium, aut interim dum in meo molueris molendino.

Dicendum est, si animus dantis mutuo, nō sit accipere illud tanquam pretium mutui, sed solū non velle perseuerare in beneficio mutui cū eo, qui rependere non vellet illud aliud beneficium; eo quod ingratus eo ipso is esset, quo cum ipse mutui beneficio vteretur, nullam videri cerni vsuram ex parte mutuantis. Vt tamen Caiet. secunda secundæ q. 78. art. secundo, ait, periculosa est appositio limitationis illius, quippe qua intenda videatur ex mutuo grauamen illud ac commodum, atque adeo erit dissuadenda. Dubiū Decis.

Quod si mutuans intelligat, mutuatarium nō ex gratitudine atq; liberalitate continuare gymnasium, aut molendinum, sed tanquam onus, & pretium ob mutuum, tunc vsura erit id vi mutui recipere, cum onere restituendi quantum id æstimabitur: sicut vsura est accipere a mutuatario quippiam aliud pretio æstimabile vi mutui.

Quod si bona fide mutans recepisset illum in suo gymnasio ac molendino, putans grato ac liberali animo id efficere; tunc esto postea constaret de illiberali animo illius, ad nullam restitutionem teneretur illi mutuans: quia non ad restitutionem pretij, quod iustè pro tritico molendo accepisset; neque ad restitutionem grauaminis; quandoquidem, neque ex parte iniustæ acceptionis, neque ex parte rei acceptæ, quæ apud ipsum non perseueraret, ad id teneretur.

Vsura ne sit mutuare cum pacto, vt teneatur mutuatarius conducere, aut emere, vel vendere aliquid, accipere partem mutui in mercibus, aut in debito, aut soluere in alio loco, aut præstare munus à lingua, ab obsequio, vel à manu, aut liberare à tributis, vel alio onere, aut conferre officium, vel beneficium.

## DISPVTATIO CCCX.

### SVMMARIVM.

1 *Mutuans cum pacto, vt mutuatarius teneatur conducere, locare, emere, aut uendere aliquid, quando usuram committat, & quando non.*
2 *Mutuans mille cum pacto, ut mutuatarius accipiat quingenta in mercibus, quando usurã committat, & quando non.*
*Et quid de iure Lusitaniæ, & Castellæ, nu. 3. & 4.*
5 *Mutuans cum onere, vt mutuatarius partem accipiat in pecunia, & partem in debito. quod non facile exigi potest, usuram committit.*
*Cum declaratione tamen, ut ibi.*
6 *Mutuans aliquid in uno loco cum pacto, ut mutuatarius soluat in alio, usuram committit.*
*Declaratur tamen, ut ibid.*
7 *Munus triplex, a lingua, ab obsequio, & a manu, & quid unumquodque eorum.*
8 *Mutuum dare cum pacto tanto uel expresso cuiuscunque muneris usura est.*
9 *Mutuans Reipublicæ, ut eximatur a soluendis tributis, usuram committit.*
10 *Vsura uel simonia quando cõmittit dicatur in concessione officij, uel beneficij.*

QVod apud primum eorum, quæ proposita sunt attinet, nempe ad mutuum cum pacto, vt mutuatarius teneatur conducere, locare, emere, aut vendere aliquid, dicendum est.

1 Vsuram † interuenire, nõ solum si imponatur illi onus celebrandi eos contractus in futurum, sed etiam si de præsenti, una cum mutuo, inuoluntariè mixtè celebrare eos arcetur. Ratio est, quoniam onus id efficiendi pretio est æstimabile, rationeq; mutui exigitur ac accipitur. Quare obligatio consurgit restituendi, non solum si vltra pretium iustum aliquid ei locatum, aut vẽditum est, vel infra iustum conductum, aut emptũ quippiam ab eo est, sed etiam æstimationem grauaminis illius, quod eo maius est, maioriq; cõpẽsatione dignum, quo minori pretio ab alio emisset, aut conduxisset, vel maiori alteri vendidisset, aut locasset, aut quo magis inutile, aut nociuum, ei sit celebrare eiusmodi contractum. Quo loco obserua, restitutionem hanc non prouenire ex cõmodo, quod mutuanti ex hisce contractib. prouenit, sed ex damno, aut grauamine, quod mutuatario ex eisdẽ sequitur, vt disputatione præcedente dictum est; quare, cum mutuans, id a mutuatario vi mutui exigendo, causa iniusta sit horum dãnorum, ad integram eorum restitutionẽ ei tenetur, esto vel minus, vel nihil, cõmodi ipse inde reportaret, qm̃, dum totius huius damni causa iniusta fuit totum censetur iniustè accepisse ad effectũ, vt, ex parte iniustæ acceptionis, ad totius restitutionem teneatur: eo pacto quo, qui segetes alienas iniustè exussit, restituere ex parte iniustę acceptionis tenetur totum damnum datum, vt cum de radice hac restitutionis sermo erit, explicabitur.

Finge. n. quempiã mutuare cum pacto, vt mutuatarius suam propriam exurat domum, aut segetes, qui dubitat, quãuis ex eiusmodi mutuatarij iactura nihil commodi eueniat mutuanti, teneri mutuantem illam restituere, tanquam vi mutui, & quasi in illius pretium, datam?

Obserua tñ, si colonus se vera cõducere vellet agros, quia tñ id opere præstare non posset, nisi mutuum eidẽ daretur ad sumptus in illis colẽdis necessarios, vt ad semina, vel boues emendos, aut ad se, & suos alendos: tunc vsura non esset, mutuo illi dare, vt mutuantis agros conduceret; qm̃ tunc conductio non esset quasi in pretium pro mutuo, sed potius mutuum esset medium ordinatum, vt ille conducere posset agros, vt optat.

Quare, si tunc pretium locationis non excederet iustum rigorosum, vtq; neq; vsura, neq; iniustitia alia, interueniret. Quòd ergo præcedente doctrina, tanq̃ vsurarium, damnamus, est, eũ, qui pecuniæ, tritici, aut alterius rei, indigentia, præmitur, nullaq; ratione conducere agros, aut aliquid aliud mutuantis, velle, inducere mutuo, vt illos inuoluntariè mixtè conducat, in eoq; euentu dicimus, mutuantem, non solum restituere teneri, si in pretio locationis excedat, sed etiam quantum æstimabitur grauamen, quod miser ille subit, conducendo ita inuitè eam rem.

2 Quod ad secũm † attinet, vsura est, siquis mutuo det mille cum pacto, vt mutuatarius accipiat quingenta in mercib. quib. non indiget, aut quas alioquin tanto pretio non accepisset, aut cum pacto, vt totum similiter accipiat in mercib. atque restituere mutuas tenetur, tum si carius iusto pretio rigoroso illas vendat, tum etiam æstimationẽ grauaminis, ac damnorũ ea de causa mutuatario sequutorum, iuxta ea, quæ paulo ante dicta sunt. Hinc Sotus 6. de iust. q. 1. art. 2. affirmat, vsurarios esse mercatores, qui mutuo dant Regibus ad soluenda stipẽdia militib. ea lege, vt milites, partem quandam suscipiant in mercib. & partem in pecunia. Tum quia, vi mutui, grauant Regem, ac milites eas merces accipere, quibus non indigẽt, & quas vilius multo vendituri sunt milites alijs, vt sibi comparent necessaria. Tum etiam quoniã carius multo eas vendunt Regi ac militib. quam si numerata pecunia eas alijs venderent.

Obserua tamen, condemnandos vsuræ nõ esse eos mercatores, immo neque alterius iniustitiæ, qui, scientes aliquem credito ab eis merces æmere, vt illas viliori pretio statim pecunia numerata

alijs

alijs vendat, vt ea rõne cõparet pecunias, eas illi vendunt intra latitudinẽ pretij iusti. Rõ est, qm̃ eiusmodi cõtractus nõ est mutui, sed venditionis iustæ. Ita Caiet. verb. vsur. c. de vsura implicitè casu 10. Ang. verb. vsu. 1. nu. 60. & Nau. in Man. c. 17. nu. 244. Qui tñ rectè addunt, si mercator illas ita credito vendat, animo iterũ pecunia numerata easdẽ viliori p̃tio ab illo emẽdi, cõmittere vsurã palliatã: qm̃ eo ipso animus illius esset mutuũ pecuniæ ea via palliare, ex quo incrementũ illud vltra sortẽ accipere. Subiungunt vero, si syncerè vendidisset credito, absq; animo iterũ illas emendi ab eodẽ pecunia numerata, neq; peccaret, neque ad vllam restitutionẽ teneretur, si iterũ illas ab eo emeret pecunia numerata intra latitudinẽ pretij iusti, eo pacto, quo quiuis alius licitè posset illas ab eo mere modo tamen cessaret scandalum. Eiusmodi emptiones credito, vt iterum merces pecunia numerata vendantur, siue venditoribus siue personis alijs, *Mohatras* Hispano sermone appellant. Quarta † aũt par. leg. extra. Lusitaniæ tit. 10. l. 2. merito sancitum est, vt quicunque credito eis vendiderit merces, quas constat eas nõ velit ad negotiandum, neq; ad illas cõsumendum in sua familia, sed ad eas iterum pecunia numerata viliori pretio vendendas, amittat eo ipso actionem, quam ex eo contractu comparare poterat ad eiusmodi debitum recuperandum, tam a debitore principali, quam a fideiussore, & insuper mittatur in exilium per duos annos ad loca Africæ, & soluat quinquaginta aureos dimidium in captiuorum redemptionẽ, & dimidium accusanti. Rõ autẽ huius sanctionis est. Tum, q̃ in hisce venditionib. credito interuenire soleat vsura, vendendo vltra iustum pretiũ rigorosum, vt solutio expectetur, & postea, cum debitores in termino cõstituto soluẽdo nõ sint, initi soleãt contractus alij vsurarij vt solutio iterũ expectetur. Tum etiã q̃ eiusmodi vẽditiones cedere soleant in publicã ciuium perniciem, præsertim nobiliũ, qui ea via perdere secum solent multos fideiussores. Atque postrema hæc rõ, vel sola, sufficiens est, vt merito ea lex in publicam vtilitatem condita fuerit.

Mohatras. 3

Ius Lusitanũ.

Ius Castellæ. 4

In regno † autem Castellæ inuenio l. 29. tit. 4. lib. 5. nouæ collectionis præcipi iudicib. quos *alcaldes maiores* vocãt, vt puniant eiusmodi cõtractus, quatenus eos illicitos inuenerint, aut in vsurarũ fraudem celebratos, sub cõminatione, q̃ nisi eos punierint, ipsi ea de causa punientur. Item l. 22. tit. 11. lib. 5. prohibitum est, vendere credito filijs familias, aut ijs minoribus qui sub tutore, aut curatore, sunt, sine facultate parentum, tutorum, aut curatorum, vt d. 261. retulimus. Lege quæ ibi dicta sunt. Item prohibetur, eos emere pecunia numerata, quæ credito maiori pretio vendiderũt idemq; prohibetur alijs, qui mediatores in eiusmodi contractibus fuerũt, sub pœna, vt illud amittant, & insuper amittant officia, & soluant quinquaginta mille maraueidinos.

5 Quod ad † tertium attinet, vsura similiter est, mutuo dare cũ onere, vt mutuatarius partem accipiat in pecunia, & partem in debito, quod non facile potest recuperari: atque iuxta cõem doctorũ sniam, teneretur mutuans restituere, quantum grauamen illud æstimabitur. Obserua tñ, si mutuatarius nõ inuoluntariè mixte, sed sua sponte, suscipiat mutuum in eiusmodi debito, vel quia ipse facile illud recuperabit, vel quia ex liberalitate & gratitudine vult onus illud suscipere ob mutui beneficium, tunc neque vsuram esse, neque iniustitiam, mutuo eo modo dare, esto mutuans offerat genus tale mutui, cedatq; in ipsius commodũ. In dubio autem, an plena libertate acceptetur, peccatum est eo pacto mutuare, cum onere restituendi grauamẽ illud, interim dum de libera mutuatarij voluntate non constat.

6 Quòd † attinet ad quartum, vsura est, mutuo dare triticum, aut quoduis aliud, quod mutuans habet in alio loco, cum pacto, vt mutuatarius id soluat in hoc loco, nisi aliunde fiat compensatio. Item vsura est mutuare triticum, aut quoduis aliud in hoc loco, cum pacto vt soluatur in loco distanti, in quo plus valet, aut cũ mutuatarij maiori aliquo grauamine. Ratio est, qm̃ grauamen hoc, aut valoris incrementum, accipitur vltra sortem vi mutui. Quare obligatio insurgit restituendi, quantum id æstimabitur. Obserua tñ, si mutuatarius indigeret tritico in alio loco, quod facile hic persolueret, neque esset incrementũ in maiori valore in hoc loco, quam in illo alio, tunc vsura non esset, mutuare in alio loco cum pacto, vt solueretur in hoc, esto contractus incommodum mutuantis cederet: quoniam id re vera, non tam esset mutuum, quam commutatio iusta tritici in vno loco, pro tritico in alio, cum beneficio expectandi solutionem. Cederet nanq; contractus ille in commodum vtriusq;, & quãuis cederet solum in cõmodum mutuantis, si non redundaret in detrimẽtum & grauamen mutuatarij, satis id esset, ut neq; cõtractus iniustitiã contineret, neq; proinde obligaret ad restitutionẽ. De mutuo tritici uno tempore, ut soluatur in alio, in quo plus ualebit, disputatione sequenti dicetur.

7 Quod ad † quintũ attinet, munus a lingua est, alloqui Principem, uel quãuis alium in mutuatarij fauorẽ, psalere, & his similia, quæ lingua præstantur. Munus uerò ab obsequio est, comitari mutuatarium, aut uxorem, negotia illius gerere, & similia. Munus autem a manu est aliquid elargiri, siue sit pecunia, siue triticum, siue quod uis aliud. 8 Vniuersim † autem usura est, mutuũ dare cum pacto tacito, uel expresso, cuiuscunque muneris, siue a lingua sit, siue ab obsequio, siue a manu, cum onere restituendi, quantum eiusmodi munus æstimabitur, ut ex hactenus dictis satis constat. Quando autem mutuatarius ex mera liberalitate ac gratitudine, ob mutui beneficiũ, hæc præstaret, nullum peccatum esset ea accipere, nullaq; restituendi obligatio cõsurgeret, ut ex dictis est manifestum.

9 Quod † attinet ad sextum, conueniunt doctores, estque ex dictis satis perspicuum, usurã esse, mutuo dare Reipublicæ, Principi, aut cuicunque alteri, cum pacto tacito, aut expresso, quòd mutuans ad tempus, uel in perpetuum, eximatur, a soluendis tributis, aut a quocunque alio onere,

cui

cui iuste subiacet: consurgitq; obligatio, non gaudendi deinceps eo priuileg o, & insuper restituendi tributa, quæ non soluit, aut quantum æstimabitur quoduis alius onus, a quo fuerit liberatus.

10 Quod ad vltimũ † attinet, qñ cõcessio officij publici, aut beneficij Ecclesiastici, procederet ex gratitudine ac plena libertate illud cõferentis ob mutui beneficium, tunc nulla esset vsura, aut etiã simonia, id accipere. Quin, qñ accipiẽs dignus eo esset, licitũ esset mutuo dare animo alliciendi collatorẽ, vt ex gratitudine mutui veller, cæteris paribus præferre mutuantem, aut eius filium, vel consobrinum, alijs. sicut etiam licitum est, huc eodẽ intuitu inseruire Principibus, aut Episcopis.

Qñ verò collatio officij publici est inuoluntaria mixtè ob mutuum, vsura est illud in mutui recõpensationẽ accipere. Qm̃, si officiũ illud est vẽdibile, saltẽ quia vendi consueuit, aut quia collator, vel qui in alterius fauorẽ ob mutuũ illud resignat, facile impetrasset facultatem illud vẽdendi, constat grauamen, non leui pretio æstimabile, mutuatario imponi ob mutuũ, ac proinde committi vsurã. Qñ aũt nulla ratione vendi permitteretur, tunc, si mutuatarius ob mutuum resignaret officium in fauorem mutuantis, constat similiter vsuram interuenire: eo ꝙ, ob mutuum, priuetur mutuatarius emolumento maximo, ꝙ non leui pretio est æstimabile. Solum aũt est difficultas, qñ officium est publicum, & vacauit, neque vlla ratione vẽdi permittitur, & collator in recõpensatione mutui, sine vllo suo detrimento, illud mutuãti tribuit, an vsura id sit ex parte mutuantis. Dicendũq; in primis est, cũ collatio inuolũtaria sit, neque sufficiẽs ad dñij, aut iuris, talis officij translationẽ, videri teneri accipientem illud statim resignare. Dicendum deinde est, vsurã cõmitti: eo ꝙ obligare mutuatarium vi mutui, vt illud mutuanti, aut filio mutuantis, conferat, & vt consequenter sẽ priuet libertate conferendi illud cuicunque alteri digno, cui voluerit, pecunia est æstimabile, eo maiori, quo officium melius sit pinguioresque reditus habeat: quare tenebitur mutuans restituere mutuatario, quantum grauamen illud arbitrio prudentis æstimabitur. Si rẽ mutuatarius dignus eo officio sit, non tenebitur restituere reditus, seu fructus competentes, quibus pro administratione talis officij fuerit dignus: sicut qui mutuo dat cũ pacto, vt mutuatarius teneatur emere ex sua officina, aut molere in suo molendino, vel alium iustum contractum secum celebrare, non tenetur restituere pretium iustum, quod pro mercib. aut alijs reb. accipit, sed solum valorem grauaminis celebrandi eos contractus, vt supra explicatũ est. Ita Caiet. verb. vsura c. 2. casu 8. Nau. in Man. ca. 17. nu. 223. & alij. Qñ aũt mutuatarius indignus esset eo officio, teneretur quidem restituere Reipublicæ, aut partib. cum quib. agit administrando tale officium, damno omnia, quæ ex ipsius insufficientia illis proueniunt: nihil verò collatori, qui solum est dispensator, seu distributor, publici illius muneris. Vtrum aũt vsura & simonia sit in recompensam mutui accipere beneficium Ecclesiasticum, in materia dẽ simonia dicetur.

# Vtrum vsura sit, mutuo dare triticũ, aut aliquid aliud, vt tantundem reddatur, quando plus valebit: aut dare, quando plus valet, vt reddatur in tritico æqualis valor, vel dare vetus, vt reddatur nouum.

## DISPVTATIO CCCXI.

### SVMMARIVM.

1 *Mutuo aliquid dare, vt tantundem reddatur, quando plus valebit, an vsura dicatur, & quando. Et quid de iure Lusitano, nu. 2.*

3 *Mutuo triticum dare quando plus valet, vt ei in tritico æqualis valor reddatur, dicitur uẽditio, & non mutuum.*

4 *Mutuo dare triticum uetus, ut ei in nouo reddatur quantum ualebit nulla usura committitur. Declaratur tamen, ut ibi.*

1 QVod attinet ad primum, distinguendum est. Quoniam, aut † est dubium, num res, quæ mutuo datur, tempore solutionis sit plus valitura, aut moraliter est certum, plus esse valituram: aut est moraliter certum, non esse minus valituram, & dubium, num plus sit valitura.

Si dubium sit, vtrum res plus, aut minus, valitura sit tempore solutionis, æqualeq; sit periculũ ascensus & descensus valoris illius rei, ita quod tantum descendere poterit in valore, quantum ascendere, tunc, propter æquale, tum periculum, tum etiam commodum, cui vterq; contrahentiũ se exponit, licitus est talis contractus, neque vlla in eo vsura interuenit, quicquid postea tempore solutionis eueniat, concinitq; aperte c. nauiganti, de vsur. Exemplum est, si in anno, in quo pretiũ frumenti est mediocre, mutuet quis in mense Nouembri decem tritici modios, vt totidem mense Maij, aut tempore messis, soluantur: tunc. n. esto in termino solutionis præfixo, longe plus valeãt, tenetur mutuatarius soluere decem integros, & esto longè minus valeant, satisfacit etiam soluendo solos decem modios. Quoniam cum, tam incrementum, quam decrementum, valoris tritici in mensibus intermedijs inter celebrationem contractus, & terminum solutionis, pendeat a successu temporum, æqualis est contractus ille vtrique contrahentium.

Qñ autẽ moraliter est certum, rem, quæ mutuo datur, plus esse valituram tẽpore solutionis, aut certum est, non minus esse valituraã, & dubiũ, nũ plus sit valitura, aut maius est periculum incrementi pretij quàm decrementi, vt si simus in anno, in quo, propter magnam abundantiam vilissimo pretio valet triticum in mense Nouẽbri; tunc sub distinguunt doctores. Quoniam, si tũc aliquis det mutuo aliquot tritici modios, vt totidem reddantur, nullo præfixo solutionis termino, sed indifferenter quando mutuans petat, vel mutuatarius reddat, neque mutuans vi aliqua fraude aut modo, impediat solutionem, quando mutuatarius soluere voluerit: tunc, esto mutuans

expe-

expectet tempus, in quo triticum plus valeat, vel tunc illud petat; neq; vsurā, neque iniustitiā aliā cōmittet, sed solum in eo inuisitur cupiditas nimia, prauaq; in proximum caritas, si de industria ita factum sit. Quo fit, vt neque contra iustitiam peccet, neque ad vllam restitutionem teneatur: sibique mutuatarius imputare debet, quod sibi non consuluerit soluendo, qñ triticum minus valebat. Consentit. l. vinum. ff. si cert. pet.

Si verò terminus fuit præfixus, in quo modij illi essent soluēdi, iterum subdistinguūt. Qñ vel mutuans seruaturus in id tps erat triticum illud, vel non. In primo euentu, nulla intercenit vsura: modo tñ, si triticum eo tpe in potestate ipsius alicui periculo subiacuisset, aut cum eo sumptus ali quos erat facturus in eo asseruando, tantum de quantitate tritici sibi restituendi detrahat, quantū vtrumq;, prudentis arbitrio, æstimabitur, id ve mutuatario soluat. Rō horum omniū est, qm̄ tūc mutuas rōne lucri cessantis accipere pōt solutionem illam in eo maiore valore tritici; eo quod in tps seruaturus erat suum triticum: quare cum, si sumptus aliquos cum eo erat facturus, vel in potestate ipsius periculo corruptionis, aut alterius infortunij, subiacebat, tm̄ minus lucri illi cesset, quantū hæc duo prudentis arbitrio æstimabuntur consequens est, vt valorē horum duorum detrahere debeat de quantitate tritici sibi reddēda, vel id aliunde compensare debeat mutuatario: alioquin vsurā aduersus eum committet, valorem illū ratione mutui accipiendo ab eo vltra sortē.

Qñ verò seruaturus illud non erat, sed statim erat distracturus. tūc usura intercenit, quoniam rōne mutui paciscit, vt reddatur sibi, res qñ plus est valitura: ad examinādū quippe nū in mutuo vsura intercenerit, potius habenda est rō valoris rei, quæ datur, & redditur, q̄ speciei, & quantitatis illius, qñ quo ad valorem vterq; contrahentium non subiacet æqualiter periculo incrementi, ac decrementi quo ad valorem. Hoc idem dic, qñ, vel nullus præfixos erat terminus solutioni, & impediuit, aut dolo fecit, ne solueretur quādo triticum minus valebat; vel præfixus quidē erat terminus, attamen simili modo impediuit, aut dolo fecit, ne adueniente termino saluaretur.

Illud verò obseruandum est, quando periculū incrementi & decrementi pretij non est æquale, sed longè minus est, ne decrescat; quam ne accrescat, tunc mutuantem, esto ad restitutionē teneatur, si res, quæ ei est reddita tempore solutionis accreuerat in valore, non tamen restituere teneri totum incrementum valoris, sed partem. Et enim partem incrementi potest licitè retinere ratione periculi decrimenti, cui se exposuit, quantum cū æquali probabilitate potuit moraliter decrescere, aut si non erat æqualis probabilitas, sed longè minor æqualis decrementi, quantum prudens arbitrabitur, spectatis circunstantis concurrentib.

In his ferè oīb. conueniunt Ang. verb. vsur. 1. nu. 36. Syl. ib. q. 14. Nau. in Man. c. 17. nu. 219. & 225. Gab. in 4. d. 15. q. 11. ar. 2. lit. I. Med. de rest. q. vlt. Sotus 6. de Iust. q. 1. ar. 2. & alij: & q̄is Sotus ibi arbitretur, se melius cæteris huic difficultati satisfacere, certè melius alij vī eam enodare.

2 Illud hoc † loco admonuerim, in Lusitania? Ioānē Tertiū p. 3. Lextrauag. t. 1. l. 5. statuisse qñ aliqs daret mutuo frumentū, nullo ad solutionē præfixo termino, vel soluēdū post aliquot annos, mutuatarios non teneri soluere mutuū in frumēto, nisi vsq; ad proximū festum assumptionis Dominæ nostræ, esto aliud expressum esset in cōtractu. Transacto verò eo proximo festo, si mutuū idcirco solutū non esset, quia non fuit petita solutio, tūc in optione mutuatarij est, vel soluere frumentum in pecunia maiori pretio, quo frumentū vsq; ad festū illud pecunia statim numerata fuit venditum, vel soluere in frumento, prout maluerit. Hæc de primo eorum quæ proposita sunt. Ius Lusitanū.

Quod ad scdm attinet, affirmanter est respon-
3 dendum. Qm̄ † illud potius est venditio tritici pretio iusto, quo tpe traditionis valet, & emptio similiter tritici pretio etiam iusto, quo tpe traditionis valebit, quam mutuum: quod autem solutio pretij primæ venditionis vsque ad tps traditionis alterius tritici differatur, beneficium est, q̄ ei qui primo triticum pretio currente emit, impēditur. Consentiunt Conrad. de contractib. q. 38. concl. 5. Sylvester verb. vsur. 1. q. 16. Nau. in Man. c. 17. nu. 225. Med. de rest. q. vlt. & alij.

4 Quod ad tertium † attinet, si tempore, quo vetus traditur, tantum valeat, quantum nouū valebit, aut valiturū speratur, nulla vsura intercenit esto id cedat in mutuātis commodū, qui melius nouum, quā vetus, vt intendit, conseruabit. Ratio huius assertionis est, qm̄ contractus æqualis est quoad valorem, atq; ex mutuo fas est reportare commodū sinè detrimēto & iniuria mutuatarij. Si vero triticum vetus minus valeat tpe traditionis, q̄ valiturū sit aliud, eo q̄ vetus semicorruptū sit, mutuatariusque pp necessitatem quā patitur, aut alia simili ratione, illud cū eo pacto accipiat, vtique tunc vsura committitur, teneturque mutuans restituere mutuatario maiorem illum valorem tritici noui: nisi mutuatorius ex mera sua liberalitate vellet beneficium illud mutuanti rependere, quod non est præsumēdum. Ita Sylvest. vbi supra q. 7. & Nauar. loco citato. nu. 224.

## Si valor pecuniæ Pragmatica accrescat, vsurane fit, totidem, quot mutuo datæ sunt, pecunias accipere; & vniuersim quid de incremento, aut decremento, monetarum, ac mensurarum, sit censendum.

### DISPVTATIO CCCXII.

#### *SVMMARIVM.*

1 *Pecuniæ valor soluēdus est, qui tpe cōtractus, aut legis currebat, nisi actū sit, vt in spē reddatur.*

2 *Pecunia attenditur secundum eius valorem, nisi aliud actum sit.*

3 Pecu-

3 *Pecunia mutuo ſimpliciter data, cenſetur quo ad valorem, non autem quoad ſpeciem data.*

4 *Pecuniæ incrementum, vel decrementū in mutuo, attenditur tempore translationis dominij in mutuatarium.*

5 *Pecunia debita in certa materia & forma regulāda eſt ad eius valorem currentem: niſi aliud actum ſit.*

6 *Pecuniam mutuans cum onere, ut rarior, & melior in hominum æſtimatione reddatur, quando uſuram committat, & quando non.*

EXempla ſunt. Finge tempore, quo regalis argenteus Luſitania valebat triginta ſex nummos æreos, quos *reais* vocant, Petrum mutuo dediſſe Paulo mille regales argenteos, & ante ſolutionem, regalem excreuiſſe ad valorem quadraginta eorundem nummorum, vt tempore Regis Sebaſtiano ſubito creuit: aut in hoc Caſtellæ Regno, Petrum mutuo dediſſe Paulo centum ſcuta aurea tempore, quo ſingula valebant trecentos quinquaginta maraued inos; ante ſolutionem vero, ſingula accreuiſſe ad valorem quadringentorum eorundem æreorum nummorum, vt hodie lege Regis Philippi valent. Quæſtio noſtra eſt, num totidem regales argentei, totidemque ſcuta aurea, ſint ſoluenda; an verò detrahendum de illis ſit, quantum in valorem excreuerunt, ita vt ſolus valor, quo ad æqualitatem, ſit reddendus. Prætermiſſis verò varijs iuriſperitorū ſententijs, quas legere, inter alios, poteris apud Cou. de collatione numiſmatum. c. 7. §. vlt. & apud Pano. c. qñ de iur. iur. a num. 12. ſequentibus concluſionibus huic diſputationi eſt ſatisfaciendum.

Prima concl.

1 Prima eſt. Non † ſolū in mutuo, atque in alijs contractibus, ſed ēt in pēnis pecuniarijs lege, aut alia rōne ſtatutis, qñ expreſſum nō fuit, vt perſolueretur pecunia talis materiæ ac formæ, ſoluendus eſt valor, quem pecunia tpe contractus, legis, aut latæ ſnīæ, habebat idq; ſiue pecuniæ quibus talis valor fuit expreſſus, aut mutuo datus, accreuerint poſtea vt in duobus propoſitis exemplis accreuerunt, ſiue decreuerint. Concluſio hæc eſt Soti 6. de Iuſt. q. 1. ar. 2. Ioan. Medi. de reſt. q. vlt. Pan. loco citato. Cou. vbi ſupra nu. 3. & aliorum, quos citant. Tametſi Bar. in contraria fuerit ſententia l. Paulus. ff. de ſolutionibus, quem iuriſperiti cōiter ſequuntur, & quem in materia mutui aduerſus Sotum ſequitur Nau. in Man. c. 17. nu. 294. & in commen. de Cambijs a nu. 48.

2 Noſtra † concluſio probatur, qñ pecunia, qñ expreſſum aliud non eſt in mutuo, cenſu, tributo, aut quouis alio contractu ſnīa, vel lege pēnali, attenditur ac conſideratur ſecūdum valorem: ergo tantus valor eſt reddendus, quantus tēpore contractus, legis, aut ſnīæ, fuit conſtitutus, iuxta valorem, quem tunc pecunia habebat, qua fuit expreſſus, aut conſtitutus, ſiue poſtea pecunia illa accreſcat, ſiue decreſcat, in valore: vtrumque. n. æquè cedere poteſt in detrimentum, aut commodum, tam debitoris, quam creditoris, atque adeò æqua ex natura rei eſt vtriuſque conditio. Neque obſtat, quod quidam dicunt, nempe qñ obligatio prolata fuit in certa monetæ ſpecie, vt ſi dictum fuit, ſoluet tot aureos, non teneri creditorem recipere aliam monetæ ſpeciem. Non, inquam, id obſtat. Primo, qm̄ id colligunt ex l. 2. §. mutui. ff. ſi cert. pet. Vbi ſcriptum legitur; *aliud pro alio, inuito creditore, non ſoluitur*. Si tñ antecedētia in eo. §. attendātur, contrarium profecto inde colligit. Præmiſerat. n. Iuriſconſultus, mutuum non eſſe, niſi in ijs, quæ in pondere, numero, aut menſura, conſiſtunt, in quibus vnū ſpecie, hoc eſt, indiuiduo, reddi poteſt pro alio: ſubiungit verò in alijs, quia, creditore inuito, ſolui non poteſt vnum pro alio, vt in equis, & in alijs ſimilibus rebus, mutuum eſſe non poſſe. Ex hac aūt. §. illius doctrina, contrariū potius, quam propoſitum, colligitur: quippe cū materia potiſſima mutui ſit pecunia. Scdo id non obſtat, qm̄ doctores (ēt ij, aduerſus quos diſputamus) cōiter affirmant, contrarium conſuetudine ſeruari, &, vt Pan. loco citato, num. 15. ait, ſtandum eſt tali conſuetudini: id quod ex eo probat efficaciter, qm̄ contractus celebrari cenſentur iuxta conſuetudinem loci, in quo fiūt. Cōſtat aūt in Hiſpanijs hanc conſuetudinē vigere, non ſolum quia ſoluitur quæcunq; pecunia pro ea, quæ exprimitur in contractu (ærea excepta in Luſitania, quam, pp ſui vtilitatem & abundātiā, non tenentur creditores recipere, niſi quo ad certam partem debiti, vt hr̄ ti. 8. par. 5. leg. extrauag. Ea aūt lex lata fuit, antequā tpe Regis Sebaſtiani ærei nummi, decem, quinque, & trium *reais*, duplo, aut fetè duplo, deprimerentur quo ad valorē) ſed etiam quia frequentiſſimum eſt in contractibus, ingentes pecuniæ ſummas exprimi nummis æris, vt cum dr̄, *vn quento ſeis cientas mil maraūedis, &c.* perſpicuum aūt eſt, intentum proferentium, aut ſcribentium, eiuſmodi verba, non eſſe, obligare, vt ſumma illa ſoluat pecunia ærea, ſed
3 ſolū exprimere valorē ſoluendū. Tertio id † non obſtat, qm̄, eſto pecunia ſoluenda eſſet in eadem materia & forma, in qua fuit data mutuo, quia, tñ potiſſimum data eſt mutuo quo ad valorem, potius habenda eſt ratio in ſolutione valoris mutuo dati, quam numeri pecuniarum, quæ mutuo datę ſunt quo fit, vt, ſi pecunia in valore accreſcat, tot numero pecuniæ illius materiæ & formæ detrahendæ ſint in ſolutione quot detrahere oporteat, vt valor ſolutionis, valori mutui, æquetur: ſicut è contrario, ſi in valore decreſcat, tot ſint addendæ, quot ad valorem æquandum ſint neceſſariæ.

Atque hinc ſumitur ſecūdum principale argumentum ad comprobandam noſtram concluſionem. Et enim, ſi valor † pecuniæ mutuo acceptæ
4 decreuiſſet, non ideo minus valoris eſſet ſoluendum mutuanti: quandoquidem valor ille non periit, quo tempore pecunia illa erat mutuantis, ſed quo tempore erat mutuatarij valor autem rei domino perit, non verò illi, qui dominus illius non eſt: ergo pari rōne, ſi pecuniæ valor accreuerit, accreſcet mutuatario, & non mutuanti, ac proinde non plus valoris eſt mutuanti reddendum, quam fuerit is, quem mutuo dedit. Dices, ſaltem quando mutuans ſeruaturus erat pecuniam, ſi mutuo illam non dediſſet, reddenda illi erit in maiori valore Obiect.

Digitized by Google

valore quem posteà in manu mutuatarij habuit, alioquin mutuans damnum ex beneficio præstito reportaret, quod rationi non videtur consentaneum. Dicendum est, neque in eo euentu illi deberi incrementum id valoris. Sicut enim, si decresceret, vitaret ratione mutui damnum illius decrementi, ita subire debet iacturam illius incrementi, quæ per accidens ratione mutui ei aduenit. Vt enim infra dicemus, nihil pro lucro cessante, aut damno emergente, accipi potest, nisi id formaliter, aut virtute, deductum sit in pactum.

Satisfit.

Cùm hac nostra conclusione consentiunt. c. cũ olim, & c. cum Canonici de cẽsib. In quorũ priori, cũ, antea solui esset consueta quædam moneta, posteaque successisset alia minoris valoris, q̃ per aliquot annos quidam Eps ab eis susceperat, qui priorem debebant, neque tñ anni illi tot essent, quot ad perscribendũ aduersus eum Epm erant necessarij; decernit. Summus Pontifex, soluendã esse priorem, aut tot ex posterioribus, quæ valorẽ priori, adæquent. In posteriori verò capite, cum antea pensio solueretur certæ pecuniæ, & posteà succederet alia maioris valoris, contenderentque quidã Canonici, quibus ea pensio debebatur, soluendã esse in quantitate æquali quo ad numerum earum pecuniarũ, quæ prioribus successerant, definit Summus Pontifex, soluendã esse, vel in priori viliori pecunia, vel si illa in vsu non sit, soluendã esse quo ad æstimationẽ tantum prioris pecuniæ.

Nostrã, præterea conclusionem cõfirmat vniuersalis Hispaniarum vsus. Et. n. neque in Lusitania, neq; in Castella, neq; in aliquo alio Hispaniarum regno, quod sciam, vlla est hodie moneta, q̃ ducatum valeat, hoc est, vndecim regales argenteos & vnum marauedinũ in Castella, aut quadringentos *reais* in Lusitania: eo qd aureus ducatus antiquus accreuerit in Hispanijs quo ad valorem, vt in materia de cambijs explanabitur, & tñ debita antiqua tot, vel tot, ducatorum, siue sint census, aut quicunque alij annui redditus, siue quæcunq; alia soluuntur in valore antiquo ducatorum, quo ad antiquum valorem, cum tñ hodie nullus nummus sit, qui cũ valorem habeat, quo fit, vt in cõtractibus, & vniuersim in debitis persoluendis, solum habeatur ratio valoris antiqui monetarum vt ad æqualitatem eius valoris debita persoluantur, non verò numeri ipsarum monetarum atque incrementi, aut decrementi, qd̃ temporis successu, quo ad valorem, habẽt. Eandẽ conclusionem confirmant quæ d. 278 dicta sunt.

Hoc eodẽ modo, si ex mutuo, aut ex quocũque alio contractu, vel titulo debitus sit modus tritici v.g. & posteà mensuræ varientur, siue quo ad incrementum, siue quo ad decrementum, soluẽdus est modus tritici eius quantitatis, cuius erat antequã mensuræ variationem acciperent. Atque in hoc conueniunt Nauar. & doctores oẽs. Q̃m nec maior, nec minor, quantitas erat, q̃ ante eam variationẽ debebatur, illaq; solui debet. Sic præteritis annis in Lusitania fuit obseruatũ, legesq; publica fuit sancitum. Cum. n. Sebastianus Rex meruò statuerit, vt mensuræ tritici, vini, olei, &c. quæ in diuersis partibus eius regni inæquales erant quo ad quantitatem, ad æqualitatẽ redigerentur, ita vt regnũ totum æqualibus, eisdemque mensuris vteretur, simul eadẽ lege pronunciauit, antiquiora debita, ac reditus, frumenti, vini, olei cæterarumque eiusmodi rerũ, neque in minori, neque in maiori, quantitate esse soluenda, quã ante eam variationem soluerentur, sed in vno quoque loco esse statuẽdum, quid tritici modio antiquo (v. g.) ex nouis mensuris responderet, vt ad æqualitatẽ persolueretur, & ita de mensuris aliarum rerum.

5 Secũda cõclusio. Esto † in mutui cõtractu, aut in quouis alio, exprimeretur, vt debitum in pecunijs certæ materiæ, & figuræ, solueretur, vt v. g. mutuum in nummis eiusdem rõnis cum eis, qui dati sunt, redderetur, credo, si à crescerent, aut decrescerent, quo ad valorem, soluendum ad æqualitatem esse valorem antiquum in nummis illius rõnis, detracto, aut addito, ex eis, quantum necesse esset, vt valor ad æqualitatem persolueretur. Excipe, qñ ex verbis contractus, aut dispositionis, contrarium intelligeretur, nẽpe in quemcunque variationis euentum, numerum illum monetarum illius rõnis esse soluendũ, neq; plus, neque minus. Quod interdum fieri solet timore variationis monetarum quo ad valorem. Atque iuxta hanc posteriorẽ partem nostra huius conclusionis intelligo, quę tradũt Panormitan. citato, & Couarr. citato, num. 5. Priorem uero partem ex eo mihi persuadeo, quod in mutuis, & in alijs contractibus, ac dispositionibus, potissimum habetur ratio quantitatis valoris appositio autẽ illa, vt pecunia talis qualitatis soluatur, fieri solet, ne in viliori moneta soluator debitũ, & quæ multum onerat.

6 Duo obserua. Vnum est. Quamuis † usura non sit mutuo dare cum onere, vt pecunia eiusdẽ rõnis soluatur cum ea, quę mutuo datur; esse tñ usuram dare mutuo cum onere, vt mutuatarius reddere tenetur pecuniã rationem, & meliorem in hominum æstimatione, vt mutuase æream, qñ illius est magna abundantia, cum onere, vt reddatur aurea, aut argentea. Eo quod grauamen illud iniustè ultra sortẽ apponatur. Qñ uerò libenter a mutuatario id fieret, ingratitudinẽ beneficij mutui, aut qa facilè id pôt efficere, seruando ex suis reditib. pecuniã aureã, & argẽteam, quę temporis progressu ei soluitur, & insumendo æneã mutuatam: nulla interueniret usura, Qñ aũt fieret inuoluntariè mixtè, peccatum usurę esset ex parte mutuantis cum eo onere mutuo dare teneretur que ante solutionem id remittere. Post solutionem uerò solum restituendũ esset mutuatario, si quos sumptus fecit, in ea pecunia conquirenda, aut detrimentum aliud incurrit, quando uerò nullum damnum inde reportasset, non uideo restitutionem esse illi faciendã: quia grauamen illud, si qd̃ ei fuit, potius habere uidetur rationem iniuriæ, q̃ damni dati, ob solam autem iniuriam sine damno dato, restitutio non debetur, vt inferius cum de restitutione sermo fuerit, ostendetur.

Alterum est, si ex eo, q̃ mutuatarius, aut quicunque alius debitor, in mora sit soluendi debitum, creditor detrimentum aliquod incurrat, uel propter uariationem in valoris pecuniæ, aut alia

simili

simili de causa, tunc debitorē teneri satisfacere illi tale detrimentum; eo quod debitoris culpa id creditori aduenerit. Consentiunt Pano. Bartol. & Couar. locis citatis, & doctores communiter.

Verum autem, qui scit pecuniæ valorē de proximo esse minuendum, licitè possit mutuo illam dare id ignorantibus, in materia de emptione, & venditione dicetur.

## De ministris Regis, qui vt expectent debitores, vel vt soluant creditorib. aliquid accipiunt. Et de conducentibus reditus Regis cum pacto, vt aliquot millia aureorum pretij sumat Rex in debitis, quæ Rex debet.

### DISPVTATIO CCCXIII.

#### SVMMARIVM.

1 *Ministri publici munus accipientes à debitoribus, vt eos expectent, vsuram committunt.*
*Et quot modis vsuram committant per totum.*
2 *Solutionem expectare, mutuum virtute dicitur.*
3 *Solutio anticipata, mutuum est virtute; & ob id in ea vsura committitur.*

DE muneribus, quæ ministri publici accipiūt, & quousque peccent, restitueque illa teneantur, dictum est a d. 83. præsertim disput. 86. Illa ergo supponentes, solum dicemus hoc loco, quæ ad vsuram spectant.

1 Qui tributa, reditus alios, & vniuersim debita Regi, recipiunt, solent interdum, vt debitores expectent, aliquid accepere. Id verò aperte est vsura, restitutioni obnoxia ipsi danti. Etenim † expectare solutionē, mutuū est virtute: quare vsura est ea de causa quippiam accipere. Id etiam cedere solet in detrimentum eorum, quibus Rex debitor existit, quibusque solutio ab eisdē ministris publicis de illis bonis fieri debet: tenenturq; proinde illis ad restitutionem damnorum, quæ ea de causa incurrunt.

Multis ēt alijs modis iniusti esse solent in creditores Regis, quibus ex Regis præscripto de eisdē bonis tenentur soluere debita. Interdum .n. vt anticiparam eis faciant solutionem, aliquid recipiunt. In quo manifestè intervenit vsura, vt Nau. in Man. c. 17. nu. 245. & doctores cōiter affirmant, idq; siue, q accipiunt, sit remissio partis debiti, quam creditores ipsis relinquāt, siue quippiā aliud. Etenim † anticipata ea solutio mutuū est virtute quo circa accipere aliquid ea de causa pretio æstimabile, vsura est, cum onere id restituendi danti. Interdū vero, ne retardent solutionem iā debitā, aut vt in solutione, hos creditores præferant alijs, partem debiti, aut aliquid aliud, accipiunt, quod creditores ipsi solet libenter offerre, vt re ipsi debita perfruantur, neque solutio eius retardetur. Et in vtroq; iniustitiā cōmittunt cum onere restituendi, qd ita accipiunt. Neque .n. in potestate ipsorum est, solutionē retardare, si habent bona Regis vnde soluāt, aut per ipsos stat quominus ea habeant: neque iustus titulus, vt aliquid accipiant, est, ne iniustè solutionē retardent. Item, si non sint bona, vnde oīb. statim soluatur, iniustitia est, efficere venale, quem cui debeant proponere in solutione, neque ad id ius habent, ceditque in detrimentum publicum, atq; in grauamen & præiudicium aliorum, qui, q non condonent tantundem, aut plus, postponuntur alijs. Sicut aūt Rex ipse non pōt ea de causa accipere remissionē partis debiti, teneturq; id restituere, si ea de cā illud accipiat: ita ipsi, qui vice Regis soluunt, nō possunt id sibi accipere: si aūt accipiant, restituere id tenentur. Qn̄ ergo nō sunt bona sufficiētia, vnde oīb. soluatur statim, hi pferēdi sunt qui ius prælationis habent, vel pp hypothecam, vel quacunq; alia rōne. Quòd si nullus ius prælationis habeat, diuidantur bona proportione quadam inter creditores, fiatq; ita oīb. solutio p partes, vt nullus grauetur. Solent præterea eiusmodi ministri (tametsi rarò) conuentionem facere cū quodam tertio, vt is emat eiusmodi debita pecunia statim numerata a creditorib. Regis minori pretio, q̄ sit id, q eis debetur, obtendentes id licitè posse fieri: eo quod debita illa minus valeant creditoribus ipsis, pp difficultatem & molestiam ea recuperandi; & qm̄, si mercator alius eodem pretio illa emeret, non condemnaretur iniustitiæ, eo q, spectatis circumstantijs debiti illius comparatione creditoris, nō plus valeat: cum aūt his temporibus multi sint in Olysiponēsi ciuitate q libēter eiusmodi debita vendant tertia parte minus, quam sit id, q eis debetur, facilè venditores inueniuntur; & cum tertio hic sciat, continuo sibi esse soluenda, eo q minister Regis eligere soleat, cui primo soluat, emit ea, quandoque pecunia ipsa Regis, solaturq; illi postea incrementū a ministro Regis, cum eodem ipso ministro, iuxta pactū inter eos initum, diuidendum, sicque mirum in modum accrescit capitale ad eiusmodi iniustam negociationem, soluente Rege integra debita, meritoque conquerentibus creditoribus, quod, ob difficiles & retardatas solutiones, defraudentur reb. illis debitis, atq; ministris publicis, eiusmodiq; intermedijs hominibus, contra iustitiam ea arte ac fraude illa sibi vsurpantibus. nullus aūt sanæ mentis dubitare pōt, hæc omnia restitutioni esse obnoxia creditoribus ipsis, neq; vllum ius habere ministros publicos, aut eiusmodi intermedios, ad ea sibi retinendum. Item solent eiusmodi ministri habere occupatam Regis pecuniam in suis negotiationibus, eaq; de causa differre solutiones: id quod in causa etiam esse solet, vt creditores ea debita longè minori pretio alijs vendant vt pecunia sua fruantur. Sanè, qui eo pacto causa sunt, vt solutiones differantur, restituere creditoribus tenentur damna, quæ ea de causa eis obueniunt. Quin & Regi restituere tenentur damna, quæ ex eo illi sequuntur, dum cura solutiones nō fiunt tempore congruo, carius ei omnia venduntur & locantur. Iussu autem Regis, per fideles, atque idoneos ad id ministros, hæc omnia diligenter inquiri deberent, atque seuerè puniri, cogendiq; eiusmodi ministri essent restituere omnia,

Digitized by Google

nia, quæ iniustè modis explicatis vsurpassent.

Ex eiusmodi abusibus alius a paucis annis, surgente cum auaritia, in Lusitania introduci cepit. Conducunt mercatores a Rege partem commercij panium Indiarũ, aut aliud simile, magna copia millium aureorum; ea rẽ lege, vt in partem pretij accipiat quingenta, aut centum, mille aureos, in solutionem totidem mille aureorum quæ Rex ipse alijs debet. Tunc verò, cum multa a Rege debeantur, neque omnibus tempore constituto, his præsertim calamitosis temporibus, solui possint, emunt a multis eiusmodi debita tertia, & interdum maiori parte minus, quàm sit debitũ; eaq; arte, soluente Rege debita integra, lucrantur ipsi partem magnam eiusmodi debitorum; quòd in causa est, vt multi mobiles in paupertatem ea via redigantur. Item ne retardent solutionem debitorũ, quæ Rex præcipit ab eis solui de reliquo pretio Regi debito, accipere solent condonationẽ partis alicuius: hæc aliaque omnia iniquissima sunt, & quibus Rex subuenire deberet, præcipiendo, vt quæ hac arte iniquè vsurparunt, redderentur quibus erant debita, lato publico edicto, vt ea repeterent illi, quibus debebantur, in posterumque prohibendo, ne locationes suorum reditũ fiant, persoluendo ita partem pretij in debitis, quæ Rex ipse alijs debet. Quæ a me hac disputatione dicta sunt, non ita accipiantur, quasi existimem, vel omnes ministros Regis, vel conductores omnes reddituum regalium, prædicta flagitia committere: scio enim multos timoratos esse, abstinereque ab eiusmodi iniquis ac sordidis lucrandi modis.

Vtrum autem fas aliquando sit, emere minoris pretio ea debita, quorum solutionem difficilè creditor obtinebit, in materia de emptione & venditione dicetur.

## Damnum emergens & lucrum cessans quid. Et num vsura sit aliquid vltra sortem accipere ratione damni emergentis. Aut eum, qui sub vsuris mutuo accepit, partem alteri sub eisdem vsuris mutuo dare.

### DISPVTATIO CCCXIIII.

#### *SVMMARIVM.*

1 *Damnum emergens quid.*
2 *Lucrum cessans quid.*
3 *Damnum emergens duplex.*
4 *Pactum de competenti pretio soluendo vltra sortem pro damno emergente licitum est.*
5 *Damnum emergens pecunia est æstimabile, & ob id aliquid vltra sortem absq; vsura exigi potest.*
6 *Mutuatarius non tenetur soluere ante tempus mutuanti, ratione damni sibi ex mutuo obuenti.*
7 *Mutuo accipiens sub vsuris an possit totum quod accepit, aut partem, alteri sub eisdem vsuris mutui dare.*

INteresse licitum, cuius quis iacturam patitur, vt alteri mutuum, vel aliquid aliud concedat, aut vt aliquid faciat, vel omittat damnum emergens aut lucrum cessans, dicitur. Si † enim iactura interesse sit in bonis acquisitis, saltẽ quia in futurum de bonis, quæ tunc habuerit, cogetur ea de causa aliquid plus in sumere quã alioquin insumpsisset, aut aliquid suorum bonorũ deterius reddi, aut destrui oĩno, appellatur damnũ emergens. 1

Si † verò iactura sit interesse ꝙ ea rõne acquirere omittet, dicitur lucrum cessans. Id quippe, quod de nouo quis sua industria acquirit, lucrum nuncupatur: qñ autem ab eo acquirendo desistit, cessare dicitur. Exemplis, tam damnum emergens, q̃ lucrum cessans, illustremus. Si quis pecunias habeat ad reficiendas domos, & ꝙ mutuo illas det, passurus est ruinam aut detrimentũ aliud domorum, iactura hæc domorũ emergẽs damnũ in bonis ipsius nuncupatur. Si nẽ pecunias habeat ad triticum messi tẽpore in familiæ sustentationem emendum, & quòd illas mutuo det empturus est illud postea longè maiori pretio, incrementũ illud ꝙ posteà de bonis suis insumet, damnum ex mutuo emergens appellatur. Si verò pecunias habeat ad eis negotiandũ, & ꝙ det illas mutuo, impediatur ab acquirendo incremento, ꝙ ea negotiatione sperabat, neque aliunde sua industria id compenset, eiusmodi incrementum dicitur lucrũ cessans: quia non est iactura in bonis acquisitis, sed lucri, quod sperabat, & a quo ratione mutui desistit. Quo † loco obserua lucrum cessans posse etiam dici damnũ emergens, latè sumpto vocabulo damni, prout, non cõparare lucrũ, ꝙ quis licitè poterat, & a quo desistit, damnum in bonis, quæ alioquin habiturus erat, iurè optimo dici potest. Hac antẽ disputatione solum dicemus de damno emergente præsè sumpto: duabus verò sequentibus de lucro cessante, vt sermo sit dilucidior. 2 3

Qñ damnum ex eo emergit, ꝙ mutuatarius in mora sit soluendi, quia videlicet transgreditur terminum ad mutuum soluendum constitutum, dicetur disputatione sequenti, dum idem de lucro cessante examinabimus: nunc solum est sermo de damno emergente ex mutuo, vsque ad terminum solutioni destinatum; vt v.g. de damno, quod quis ex eo patitur, quòd ad annum mutuo det pecuniam, quam ad triticum in familię sustentationem emendum, aut ad reficiendas domos, vel aliud simile, habebat paratam.

Constituenda aũt est hæc conclusio. Licitum Concl.
4 † est pactum de competendi pretio vltra sortem pro eiusmodi damno emergente. In conclusione hac consentit Sotus 6. de Iustitia. q. 1. artic. 3. tametsi immeritò dicat, non esse in ea tantum certitudinis, quantum est in alijs de quibus disputatione sequenti erit sermo. Est verò expressa D. Thom. 2. 2. q. 78. art. 2. ad primum, & communis Doctorum. Probati autem potest, quoniam eiusmodi damnum † emergens pecunia est æstimabile, 5
neque æquitas patitur, vt mutuans, vltra mutui beneficium, quo se vsu pecuniæ suæ ad tempus priuat, alteri illam concedendo, patiatur gratis dispendium illud aliud in bonis suis: quare exige-

re

re, acciperéque, vltra sortem mutui, licitè potest competentem pro illo compensationem absque vlla vsuræ, aut alterius vitij, labe. Confirmat, quòd vt D. Thom. loco citato rectè obseruat, euenire potest, vt longè maius damnum sit, quod proximus ea pecunia euitat, aut longè maius lucrū, quòd illa sperat, quam sit damnum, quod mutuās, eam mutuādo, incurrat: ergo caritas tunc, atque æquitas, postulant, vt & qui illam ad dāna sua vitāda habet paratam, mutuo eam concedat, plus illa indigenti, & vt vicissim mutuatarius damnū resarciat, quod mutuans idcirco incurrit; quo fit, vt licitum sit pactum de pretio competenti pro damno ex mutuo emergente. Sententia hæc nostra ex ijs, quæ circa lucrum cessans disputatione sequenti dicentur, amplius corroborabitur.

Quæs. 6 Interrogabis. Quid † si mutuanti damnū aliquod ex mutuo emergat, antequam mutuatarius in mora sit soluendi, quod tamen mutuans non deduxit in pactum, vt sibi solueretur, tenetur ne mutuatarius id soluere. Maior. in 4. distin. 15. q. 30. videtur affirmare, dicens. Quamuis in exteriori foro cogi non possit id soluere, in conscientiæ tamen foro soluere id teneri; eo quòd gratia ipsius id incurrerit mutuans, occasioq; illius fuerit mutuum exigendo & accipiendo. Decis. Contrariū tamen est procul dubio affirmandum cū Diuus Thom. q. 13. de malo ar. 4. ad 14. Soto ar. 3. citato. conclusione 3. Nauar. in Comment. de vsur. 14. q. 4. nu. 46. consentiréque in Man. c. 17. num. 211. & cum alijs. Ratio est, quoniam licet mutuatarius tacitè ex mutui contractu teneatur ad damnum, quod ex mora ipsius in soluendo tempore præfixo mutuanti obuenerit, vt disputatione sequenti dicetur; non tamen tenetur ad damnum, quod intra terminum præfixum, atque adeò nulla intercedente ipsius mora, eidem mutuāti obuenit; sibique mutuans imputet, quòd de eo non caueri, idque in pactum non deduxerit. Potest idem ex eo confirmari, quòd fortasse mutuatarius nollet cum eo onere mutuum accipere, neque id forte illi expediret; quare, si mutuans intendebat, vt mutuatarius de damno, si quod fortè emergeret, teneretur, debebat ea de re illum admonere, deducereque id in pactum. Idem longè maiori cum ratione dicendum est de lucro ratione mutui cessante, quod in pactum non sit deductum.

Cum damno ratione mutui emergente, coniunctum est examinemus, quod vltimo loco in titulo huius disputationis fuit propositum. Videlicet, Quæs. 7 si quis † mutuo accipit sub vsuris, aliusque ab eo mutuo petat, num licitè possit illi concedere totum, aut partem mutui, cum eodem onere, cum quo illud accepit, nempe vt pro rata soluat vsurario vltra sortem, quod ipse eidem erat soluturus. Almain. in 4. dist. 15. q. 2. negare videtur. Angel. aūr verb. vsur. 1. nu. 22. & Sylu. ibidē q. 20. cū Ancarano affirmāt. Hac ipsa de re disputa. Conrad. de contract. q. 41. & quamuis aliter rem diffiniat, distinguendum arbitror. Qm si perseuerat adhuc causa, ob quam is, a quo mutuum exigitur, sub vsuris mutuū acceperat, ita quod nondū ipsum pœnitet accepisse ea de causa sub vsuris, respōderi licitè potest exigenti, si vis cū eodē onere, vt videlicet pro rata vsurario soluere teneatis vltra sortē, quod ego ei sum soluturus, cōcedam.

Neq; enim in eo vsura cernitur ex parte huius mutuantis, sed solum seruare se indemnē, admittendo oneris, compartipem eōm paratione vsurarij, atq; seipsum priuando mutuo, aut parte mutui, non obstante causa, ob quam illud accepit quæ adhuc perseuerat: quarè est quasi vendere damnū sibi ex eo emergens, q; mutuo det. Quòd si causa solum ex parte perseueret, vel minus vtilem illam compertæ, ita vt ipsum pœniteat sub vsuris sumpsisse mutuum, tunc pro quātitate causæ perseuerantis, & emolumenti, aut lucri, quo se mutuando illam pecuniam priuat, potest reijcere partem oneris soluendi pro rata vsurarū, non verò totum, iuxta ea, quæ de lucro cessante disputatione sequenti dicentur.

Si denique causa omnino cessauit, quia omnē no non indiget ea pecuniā, aut quia ad rem vanā mutuo illam accepit, pœniteréque eum ad id illam accepisse, tunc vsura est cum eo onere mutuo illā dare. Hoc, & præcedens assertum, probantur simul; quoniam pecunia illa non est iam vsurarij, sed eius, qui mutuo illam ab eo accepit, neque ex parte huius est iam causa vlla, ob quam iuste imponere possit onus illud humeris alterius, & quā licitè illi quasi vendat, onus id in eum reijciēdo, vt in primo euentu est petuare se mutuo ad finem adhuc integrè perseuerantem, ad quē tale mutuū susceperat, & in secūdo, priuare se eodem mutuo ad eundem finem adhuc ex parte perseuerantem, ratione cuius ex parte solum, & nō integrè, potest reijcere onus illud in nouum mutuatariū, vt in euentu dictum est: ergo nefas, vsuraque est, in tertio euentu quicquam oneris illius reijcere in nouum mutuatarium, & in secundo plus oneris in eum reijcere, quam pro quantitate causæ, quæ adhuc perseuerat, aut lucri, quod ex tali secundo mutuo ipsi cessat.

## Vtrum vsura sit ratione lucri, quod ob mutuum cessat, aliquid vltra sortem accipere.

### DISPVT. CCCXV.

#### SVMMARIVM.

1 *Mutuo dans inuitus, exigere licitē potest interesse lucri ea de causa ipsi cessantis ante terminum solutioni destinatum, & de eo pacisci.*

2 *Mutuo sponte ad certum terminum dans, licitè potest pacisci tam de damno emergente quam de lucro cessante.*

3 *Solutioni terminus præfixus operatur tacitum pactum, quod mutuatarius ad interesse teneatur, quo mutuans defectu solutionis, in eo termino priuatur.*

*Declara tamen, & intellige, vt nu. seq.*

5 *Mutuo spōte dans potest intra terminū mutui pacisci*

Digitized by Google

*tisci de lucro cessante, sicut de damno emergente quantum prudentis arbitrio videbitur.*

6 *Lucrum cessans vendi potest a mutuante, tanquam quid pretio æstimabile.*

7 *Pecunia, quæ subest mercatoris industriæ, plus valet, quam si esset in manu alterius.*

8 *Furto subripiens pecuniam a mercatore, tenetur illi de lucro cessante.*

9 *Operarius requisitus ab aliquo, vt eum comitetur, potest ab eo petere pretium lucri cessantis.*

10 *Mutuo petens ab opifice instrumenta artis tenetur, ad valorem vsus instrumentorum, & de lucro cessante.*

11 *Mercator mutuans destinatam pecuniam ad negotiandum, potest rectè exigere æstimationem lucri cessantis.*

12 *Mercator, sicut & piscator, potest rectè vendere interesse, quod pecunia sperat.*

13 *Lucrum in spe, siue lucrum cessans duplex.*

DOctores, quos infra citabimus, & alij cõiter, conueniunt in sequentibus conclusionibus. Prima est. Qñ † quis mutuo dat inuitus, exigere licitè potest interesse lucrica de cã ipsi cessantis ante terminum solutioni destinatum, atque de eo pacisci. Imò verò, si ad tale mutuum cogatur, esto nullũ interueniat pactum, tenetur cogens integrum illud lucrum ei soluere. Exempla sunt, si quis mortem, aut graue aliud malum, mercatori, qui pecuniã ad negotiandum habet paratam; minetur, nisi eam mutuo det: aut si vassallus. ideo Regi, aut alteri dño temporali, mutuũ det, quia merito timet fore ab eo vexandum, aut graues molestias ab eo passurum, nisi mutuũ illi det. Probatur, quoniam, qui eo pacto mutuo dat inuitus, te vera damnũ patitur iniustè: alis lucri: ergo non solum licite potest de eo pacisci, sed ét is qui iniuste illius est cã, tenetur id illi restituere, esto deductum non fuerit in pactum, idque non secus atque is, qui a mercatore furatur pecuniam, quã mercator paratam habebat ad negotiandum, non solum restituere illi tenetur pecuniam ipsam, sed etiã lucrum, quo furto pecuniæ iniustè eum priuauit. Consentit D. Thom. 2. 2. q. 62. ar. 4. in corpore, & ad primum, ac secundum. Sotus 6 de iust. qu. 1. art. 3. concluſ. 3. merito addit, id habere verum, non solum, qñ iustè cogitur quis mutuo dare, sed etiã, qñ cogitur iustè, vt si Rex, ingruente bello, omninoque id postulante bono publico, sumeret mutuo pecunias a mercatoribus inuitis, quia aliter subuenire non posset reipublicæ: tunc enim, & mercatores pacisci possent de lucro cessante, & damno emergente, & Rex ipse, esto pactum nullum interueniſſet, teneretur id illis restituere, vltra suam pecuniam: quin si Rex soluendo non esset, cogere tenerentur reliquas reipublicæ partes, vt contribuerent ad soluendum: quandoquidem in reipublicæ bonum, cui partes omnes æquè, proportione quadam, subuenire tenentur, fuerit pecunia illa sumpta a mercatoribus, propterea quòd vrgens reipublicæ necessitas locum nó dederit, vt ab omnibus partibus tunc exigeretur, ac sumeretur. Si namque necessitas ad id locum daret, sane iniquitas esset, plus quasdam reipublicæ partes grauare, quàm alias, sumendo ab illis solis totam pecuniam, non obstante, quod animo eam illis restituendi, sumeretur.

1

2 Secunda conclusio. Qui † sua sponte mutuo ad certum terminum, aut diẽ dat, licitè põt pacisci, non solum de damno emergente, sed ét de lucro cessante, si quod ei ex eo cesset, ꝙ mutuatarius in termino præfixo mutuum non soluat. In hac consentit Sotus cum cęteris doctoribus art. 3. citato; redditq; rõnem, qm mutuans significare potest mutuatario, se inuitum esse, ꝙ mutuum vltra eũ terminum retineat, quare, cum vltra eum terminum patiatur inuitus detrimentum damni emergentis, aut lucri cessantis, licitè poterit illud exigere. Vt aũt innuere, necessarium esse pactum antecedens, vt mutuanti damnum emergens, aut lucrum cessans, ex tali mora debeatur. Dicendũ tñ est, eo ipso, ꝙ aliquid mutuo datur ad certum terminum, teneri mutuatarium ad damnum emergens, atque ad lucrum ex eo mutuanti cessans, qđ in termino præfixo solutio non fiat: idque esto absque mutuatarij culpa solutio tunc nõ fiat, vel ꝙ soluendo non fuerit, vel alia simili de causa, q̃ tñ ex parte mutuantis non proueniat. Ratio est,

3 qm eo ipso, ꝙ † terminus solutioni mutui præfigitur, tacite, ac virtute censet interuenire pactum, ꝙ mutuatarius teneatur ad interesse, quo mutuãs, defectu solutionis, in eo termino priuatur, vt dispp. 299. dum de mutuo esset sermo, dictum, apertisque iuribus est comprobatum, quare cum obligatio illa ex contractu oriatur, consequens est, vt, esto absque culpa etiam iuridica, mutuatarij solutio sit omissa, teneatur ad eiusmodi interesse nulla expectata sententia, vt ibidem dictum est. Consentiunt Ioan. Med. de reb. per vsur. acquis. qu. 3. & vlt. Adrian. de rest. q. quia tactum est de interesse, D. Tho. q. 13. de malo, art. 4. ad 14. & 2. 2. q. 62. art. 4. ad 2. glo. cap. conquestus, de vsur. Panormit. ibidem; & cap. 1. de vsur. numer. 6. ac, præter alia iura, quæ gloss. Panorm. Sylu. verb. vsur. 1. q. 26. & alij citant. Confirmatur ex ca. peruenit, de fideiussoribus, vbi, quando fideiussor creditori soluit, quia principalis debitor in termino præfixo non soluit, præcipitur, vt principalis debitor seruet eum omnino indemnem satisfaciendo illi, non solum, quod pro eo soluit, sed etiam interesse totum, cuius detrimentum ob eam solutionem subiuit, ratio autem, quæ ibi redditur (videlicet, *ne detrimentum patiatur, vnde videtur præmiũ meruisse*) militat etiam, quando quis mutuauit ad terminum, incurritque detrimẽtum damni emergentis, aut lucri cessantis, quòd facta non sit solutio in termino præfixo. Neque refert, si quis obijciat l. si sterilis. §. cum per venditorem, ff. de actionibus empti, quæ statuit, quando venditor fuit in mora tradendi rem venditam, teneri quidem ad interesse lucri cessantis, & damni emergentis, si intrinseca sint rei venditæ, secus autem si tali rei sint extrinseca.

Non, inquam, id refert, quoniam, vt disputatione citata dictum est, lex illa solum id statuit in

L contra-

contractu venditionis frequentissimo in hominũ commercio: sunt verò iura aperta, ac contrarium in mutuo statuunt, vt disputationę citata vi sum est.

4 Illud † est obseruandum, quando mutuans idcirco sub vsuris ab aliquo alio mutuo accipit, qđ mutuum ipsi in termino prędfixo non fuit solutũ, teneri mutuatarium soluere illi damnum illud vsurarum, quod propter moram solutionis sibi faciendæ incurrit. Quod intelligę, non solum, quãdo necessitate compulsus ad soluenda alia debita, aut ad prouidendum sibi de rebus omnino necessarijs, sub vsuris mutuo sumpsit, sed etiã, quando ad negotiationem sibi expedientem, quàm facturus erat pecunia sibi soluenda, sub vsuris accepit; id tamen regulariter minus erit, quàm lucrum, quod sibi cessaret ex pecunia non soluta tempore prædfixo, si eam negociationem nõ aggrederetur, quam alioquin foret aggressurus, ad quod totum illi tenetur mutuatarius propter moram, vt dictũ est: quare sumere id sub vsuris ad eam negotiationem, in mutuatarij cedit commodum, qui in mora fuit soluendi mutuum. Quando verò sub vsuris sumeret ad rem non necessariam, vel ex qua minus lucrum erat sperandum, quàm esset quantitas vsurarum, tunc mutuatarius restituere non tenetur, nisi quod rationabiliter sub vsuris fuit sumptum, aut lucrum cessãs ex mora solutionis, prout mutuatarius maluerit. Quando item credendum erat, mutuatarium, admonitum, minori cum suo sumptu soluturum illi pecuniam, teneretur illum admonere, se velle sumere mutuũ sub vsuris, nisi mutuum sibi soluat; modo tamẽ commodè posset illum admonere. Item, quando mutuans minori cum dispendio mutuatarij potest sub venire sibi, quàm sumendo sub vsuris, tenetur id efficere: neque tunc mutuatarius tenebitur illi soluere incrementum, quod plus insumpsit sumẽdo sub vsuris. Hæc eadem intelligenda similiter sunt de fideiussore, qui vel coactus fuit sumere sub vsuris ad soluendum pro principali debitore, vel postea sumpsit sub vsuris: eo quòd debitor in mora fuerit sibi soluẽdi, quod loco illius ipse coactus est soluere. In his omnibus conueniunt Caiet. 2 2.q.78.art.2.ad 1. Angel.verb.vsura.1.nu. 19.& 20. Sylu. ibidem quæst.26. Gabr. in 4.dist. 15.q.11.art.1.notab.secundo, & doctores cõmuniter.

Quæs. k Quod potissimũ Doctores in hac materia de lucro cessante controuertunt, est: Vtrum, quia nemine cogitur, sed sponte sua mutuo alicui dat ad preces illius, licitè possit cum eo pacisci de lucro, quod ea de causa sibi cessat intra terminum, ad quem mutuũ exigitur, & conceditur, & antequã mutuatarius in mora sit illud soluendi. Vt si quis destinatam habeat certam pecuniæ copiam ad negotiandum hoc anno, ex qua sperat lucrum centum aureorum, & alius mutuo illam ab eo petat soluendam post annum, vtrum mutuans pacisci tunc possit, vt mutuatarius, vltra sortem, ei reddat, quantum lucrum illud æstimabitur, dum adhuc est in spe, iuxta ea, quæ disputatione sequenti dicenda sunt. Simile exemplum est, si quis pecuniam habeat paratam ad emendum annos reditus, & alius eam petat mutuo, impedimentoque sit, ne eos emat, vtrum pacisci cum eo possit de lucro eorum annuorum reddituum, quod sibi ob mutuum cessat, quantum æstimabuntur, iuxta probabilitatem, quæ est, vt illos inueniat, & iuxta alias circunstantias concurrentes.

Innocentius capit. vlt. de vsur. negat fas esse in his euentibus pacisci de lucro cessante, vsuramq; esse affirmat, aliquid vltra sortem ratione illius accipere. Eandem sentẽtiam innuere videtur D. Tho. q.13. de malo. art.4. ad 14.& 2.2.q.78. art. 2. ad 1. dum, concedens mutuantem pacisci licite posse de damno ob mutuum emergente, subiungit, pacisci non posse de lucro cessante: redditque rationem, quia nondum illud habet, & põt multipliciter impediri: quod autem, inquit tale est, vendi non potest. In sententiam Innocentij valde inclinat Sotus 6. de iust. it. q. 1. art 3. concluſ. 4. tametsi contrariam, quæ communior est doctorum, reprobare non audeat.

Ducitur primo. Qm̃ cessare lucrum, non est aliud, quàm mutuantem a lucro cohiberi: quando autem quis sua sponte dat mutuo, dici non potest cohiberi a lucro: ergo nihil poterit accipere pro lucro, quod propriè, ac verè ei non cessat.

Secundo, quoniam ex contraria sẽtia ostium magnum vsuris aperitur: quiuis enim facilè finget, lucrum sibi cessare ex mutuo, eoq; veluti pallio, aliquid vltra sortem accipiet. Atque hoc secũdum argumentum Innocentium permouit, vt eã amplecteretur sententiam.

5 Contraria † tñ communis est doctorum, nobisque proculdubio amplectẽda, nempe in similibus euentibus, licitè posse mutuantẽ pacisci de lucro cessante, sicut & de damno emergente, accipereq; vltra sortem, quantum id prudentis arbitrio æstimabitur, iuxta ea, quæ disputatione sequenti dicenda sunt. Ita affirmant Conrad. de cõtract. q.30. Caieta. 2.2. q.78. ar. 2. ad 1. Maior. in 4. dist. 15. q.30. Gab. ibid. q. 11. ar. 1. notab. 2. Almai. ibi. q. 2. Ioan. Medin. de reb. per vsur. acquis. q. 3. causa 2. Adrian. de rest. q. quia tactum est de interesse. Angel. verb. vsur. 1. a nu. 15. Syl. ibidem q. 19. Nauar. in Manu. capit. 17. nume. 211. & in Com. de vsur. 14. quæst. 4. a num. 47. Coua. 3. variar. resol. cap. 4. nume. 5. Scotus in 4. dist. inct. 15. quæstio. 2. Panormitan. & alij, quos Couarru. & alij citant. Probari autem potest. Primo, quoniam lucrum ratione mutui cessans, non minus est pecunia æstimabile, quàm damnum ex mutuo emergens: neque enim prudens mercator, qui ad negotiandum paratam habet aliquam pecuniã, ex qua sperat lucrari centum, minus æstimabit lucrum illud ita in spe, quàm pati iacturã viginti cum æquali probabilitate, imò longè plus: ergo sicut fas illi est pacisci de damno illo emergente, rationeque illius accipere aliquid vltra sortem, ita erit licitum eidem pacisci simili modo de lucro cessante. Decis.

Neque satisfacit responsio Soti, lucrũ videlicet cessans pẽdere ex mutuantis industria, damnũ verò emergens esse meram passionem. In primis,

quo-

Digitized by Google

qm̃ ex mutuantis industria pendet vitare damnũ emergens, reficiendo domos ea pecunia, quã mutuo dat, aut triticum ea emendo, quod postea cariùs est empturus, sicut ex eiusdem industria pendet lucrum ex mutuo cessans. Deinde, qm̃ tam voluntariè subit damnum emergens, quã voluntariè amittit lucrũ cessans; contrarium autem supponit responsio Soti, tanquã fundamentum, cui nititur, vt expendenti verba Soti erit manifestũ. Secundo probatur nostra assertio, qm̃ qñ inuitus quis mutuo dat, eaq; de cã lucrum illi cessat, vel põt licitè pacisci de lucro cessante, accipereque aliquid vltra sortem, rõne solius iniuriæ, q̃ in eo fit illi, q̃ mutuo dare cogatur, & consequenter q̃ priuari cogatur lucro; vel simul etiã, quia lucrum cessans est quid pecunia æstimabile, ideoq; licitè põt aliquid accipere rõne illius. Si Sotus det primum; ergo male addit, si Rex, insurgente bello, postulanteq; id bono publico, licitè accipiat mutuum a mercatoribus inuitis, mercatores licitè posse tunc pacisci de lucro cessante, accipereque competentem æstimationem vltra sortẽ: etenim
6 tunc nulla in eo fit illis iniuria. Si † verò det secũdum; ergo lucrum cessans vendi põt a mutuante, tanq̃ quid pretio æstimabile, esto non cogat mutuare. Tertiò, licet † pecunia in se nõ plus valeat,
7 quã tãtundem, vt tñ subest industriæ mercatoris, qui illã negotiationi destinauit, ex eaq; sperat lucrum, plus illi valet; atq; hac ratione, si quis illã
8 † furto accipiat a mercatore, tenetur illi de lucro cessante, vt D. Tho. 2. 2. q. 62. ar. 4. ad 2. asserit, qa non solũ damnum illi intulit in pecunia ipsa, sed ẽr in lucro, quod ex ipsa sperabat: ergo mutuans licitè põt accipere vltra sortem præterũ pro lucro cessante. Patet consequentia. Tum quia facturam facit vltra sortem lucri illius in bonũ mutuantis, vt per mutuum illi subueniat. Tũ ẽr, qm̃ omnes concedunt, qñ id, quod venditur, valebat plus vẽdenti, q̃ cæteris, posse venditorem accipere præcia vltra cõe pretium, quãtum plus ipsi valebat, esto
9 minus valeat ementi. Quarto, si quis † ab operario petat, vt non locet operas suas alijs, sed ipsum comitetur ad recreationem aliquam, potest licitè operarius ille exigere ab eo pretium lucri ex eo cessantis, quod operas suas locare omittat, si quis
10 item † mutuo petat ab opifice instrumenta artis, idq; in causa sit, vt ille laborare omittat, & vt lucrum illi ex suo labore, & industria cesset, sanè licite poterit exigere, non solum quantũ valet vsus instrumentorum, sed etiam insuper quantum suo
11 labore, & industria erat lucraturus, ergo † pari ratione mercator, qui destinatam habebat pecuniam ad negotiandum, ex eaque, tanquam ex instrumento suæ industriæ subiecto, sperabat certũ lucrum, poterit licitè exigere æstimationem lucri sibi ex eo cessantis, quòd mutuo illam det petenti. Quinto, piscator licite potest vendere pisces, quos iactus retis capere sperat, vt constat ex l. si
12 iactum. ff. de actionibus empti, ergo † eadem ratione mercator vendere poterit mutuatario interesse, quod sperat pecunia, quam negotiationi destinauerat, estque eiusmodi contractus innominatus, faciam, seu potius desistam ab hac mea negotiatione in tuum commodum, si mihi tantum, vt desistam, des. Sicut etiam piscator non solum potest vendere pisces incertos, quos iacturetis capere sperat, sed etiam vt desistat a iaciendo rete in gratiam alicuius, qui id ab eo exigeret. Alias rationes non contemnendas legere licebit apud Nauar. in commentario citato a nu. 49.

Ad primum Soti argm̃ negandum est antecedens. Neque. n. de ratione lucri cessantis est, vt sit inuoluntariũ ex parte eius, cui cessat, quasi, vt pretiũ licitè pro eo exigi, atq; accipi possit, necesse sit cogi mutuantẽ illud pati: esto. n. sua sponte illud patiat, vel mutuãdo ad pces mutuatarij, vel ẽt ex caritate interdũ id illi offerendo: eo q̃ videat longè maius commodũ ex eo mutuo prouenire mutuatario, q̃ sit lucrum, quod ipsi cessat, & q̃ sit pretium, quod mutuatarius pro eo soluet; nõ propterea desinet rationem lucri cessantis retinere, pretioque esse æstimabile, vt late ostensum est.

Ad secundum dicendum in primis est, nõ propterea veritatem esse celandam, q̃ sua culpa aliqui eo quasi pallio sua scelera occultare velint, fingentes lucrum ipsis cessare, quando nullum re vera eis cessat. Dicendum est deinde, solum eo argumento probari, cautos esse debere confessarios, & qui de rebus conscientiæ consoluntur, vt iuxta ea, quæ disputatione sequenti dicentur, diligenter examinent, num verè lucrum cessauerit, an nõ & quousque cessauerit, aut non cessauerit, ne eiusmodi veluti pallio, vsuræ exerceantur. Item probare, cautas esse debere potestates publicas, vt, vbi lucrum non cessare intellexerint, aut non tãtum, quantum obtendunt ij, qui vltra sortẽ accipiunt, non propterea pronunciare omittant contractus esse vsurarios, punireque, vt vsurarios, eos homines, qui illos celebrauerint, quod dicant, ratione lucri cessantis id accepisse. Probare etiam quando aperte non constat de lucro cessante, aut nõ de tanto, quantũ obtenditur, dissuadendos esse eiusmodi contractus antequam fiant. Hæc tamen nõ tollunt, expedientissimum esse scire, ac manifestari veritatem hac in re. Tum ne condemnentur peccati, & ne restituere iubeantur, qui licite illos celebrarunt, iusteq; pretium veri lucri cessantis acceperunt. Tum etiam, vt iusti, atque utrique contrahentium expedientes contractus, neq; prohibeantur, neque damnentur.

D. Thomas verò, duob. locis antea ea argumẽta citatis, nostræ huic communiq; doctorum sen-
13 tentiæ, nõ aduersat. Lucrũ † namq; in spe duplex est. Quoddam in potentia propinqua, quia videlicet pecunia, aut aliud, q̃ mutuo datur, destinatum erat negotiationi, & ob mutuum impeditur negotiatio, neq; aliunde compensatur, q̃ illa lucrari sperabatur. Aliud verò in potentia remota, qñ. s. pecunia, aut aliud, quod mutuo datur, non erat destinatum negotiationi, poterat tamen destinari, & tunc, si mutuo esset datum, ex tali mutuo euenire, vt lucrum, quod prouenire ex tali negotiatione poterat, impediretur. Illis ergo duobus locis citatis loquitur D. Thom. de lucro cessante, quod erat in spe hoc posteriori modo, ac proinde, quod poterat multipliciter impediri, seu



Digitized by Google

non euenire; de eoque verissimè dixit non posse ratione illius accipi aliquid vltra sortem; in quo cæteri autores conueniunt. De lucro verò cessante, quod erat in spe priori modo, de quo solo autores cõis suæ loquuntur, nunquam D. Th. intendit, non posse pro eo accipi aliquid vltra sortem: quin potius contrariũ colligitur ex ijs, quæ præmiserat illis eisdẽ locis, & quæ docuit 2.2. q. 62. art. 4 in corpore, & ad primum, ac secundum.

## Lucrum quando, & quousque cessare sit censendum.

### DISPVT. CCCXVI.

### SVMMARIVM.

1 *Lucrum vt cessare censeatur quæ requirantur.*
2 *Lucrum solum in potentia non censetur cessare, nisi ad actum deueniat.*
3 *Lucrum ex mutuo non cessat, si pecunia mutuata, destinata erat negociationi.*
4 *Lucrum cessans quod quis licite vẽdere potest mutuatario, quid.*
5 *Lucrum cessans potest ex mutuo peti, etiam ex pecunia ex cumulo aliarum extracta, & negociationi destinata.*
6 *Lucrum cessans qualiter æstimandum vsque ad limites iusti.*
7 *Lucrũ in spe nõ debet ita æstimari, sicut lucrũ in re.*
8 *Lucrum cessans duob. modis deduci pot in pactũ.*
9 *Damna rerum eodem modo æstimantur, sicut lucrũ cessans.*
10 *Precium vt pro lucro cessante sine vsura accipi possit, quæ conditiones attendendæ.*

1 VT † lucrum, rõne mutui, cessare dicatur, ac proinde, vt iustum pretium rõne illius accipi possit, in primis requiritur, vt verè ratione mutui impediatur, neq; aliunde compensetur; quatenus.n. aliunde compensaretur, non censeretur cessare, ac proinde nec pretium posset licitè accipi propottione quæ ita cessare non censeretur.

2 Hinc fit, vt si † lucrum sit solum in spe, & potentia remota, mõ in calce disput. præcedentis explicato qa videlicet pecunia, aut res alia, quæ mutuo datur, destinata, seu decreta non erat negotiationi, nullum censeatur cessare lucrum, esto destinari in futurum posset, & fortasse foret negotiationi applicanda, nisi mutuo fuisset data: eiusmodi.n. lucri adeò incerti, atque in potentia, & spe tã remota, non hr rõ, vt pro eo pretium licitè possit accipi, vt optimè D. Tho. locis disput. præcedente citatis docuit, consentiuntq; cæteri Doctores. Si item pecunia, quæ mutuo datur, destinata quidẽ erat negotiationi, non tñ adeò firmiter, ac certo, qn fortasse contrariũ eueniret, aliquid detrahendũ est de valore lucri cessanti, prout plus, vel minus euenire posset, vt negotiationi non applicaretur, vel quia poterit nõ occurrere occasio negotiationis, q̃ intendebat, vel quia variis aliis modis poterit à negotiatione impediri: quò enim lucrum magis incertum est, eo minus valet, vndecunque ea incertitudo proueniat.

3 Inde etiam fit, vt † si pecunia destinata quidẽ erat negotiationi, attñ, esto illam mutuo det non proinde minuetur negotiatio, & lucrum, quia vel applicabit aliã q̃ reseruare decreuerat, vel mutuo pecuniã ab alijs accipiet, aut aliunde sibi subueniet, ita ut nihilominus habeat lucri in termino ad solutionẽ mutui destinato, q̃ esset habiturus, si nõ mutuasset, nihil lucri illi cesset, ac proinde sit, vt nullũ pretiũ licitè pro eo possit accipere. Qd si pars solum lucri illi cesset ob mutuum, reliq̃ verò aliunde, modis explicatis, cõpenset, licitè quidẽ poterit accipere pretiũ partis, quæ verè ob mutuũ ipsi cessat, nõ verò alterius q̃ verè ei non cessat. Si verò pp mutuũ negotiari quidem oĩno desinat, attñ, vel totũ lucrum, quod ea negotiatione sperabat, vel partẽ illius, opificio, aut alia sua industria cõpenset, q̃ tñ appositurus non fuisset, si negotiationi illi insisteret; tunc sanè tantũ minus lucri illi ex mutuo cessat, quantũ aliũde sua industria cõpensat, ac proinde nefas illi erat accipere pretiũ partis, q̃ ita aliunde compensat. Si tñ hæc alia industria molestior est, ac laboriosior, tunc aliquod pretij incrementum poterit licitè accipere, vt, in mutuatarij gratiã, negotiationem minus laboriosam, & molestam omittat, & in hac potius alia se exerceat. Iuxta hæc examinandi sunt diligenter mercatores, qui ob mutuum affirmant lucrum eis cessare, eaq; de causa paciscuntur, accipere aliquid vltra sortem: sæpe namq; comperietur, vel nullũ lucrum eis cessare, vel non tantum, quantum obtendebant, atque affirmabant, si eis proponatur, iuxta hactenus dicta esse iudicandũ, quantum lucrum ob mutuum illis cesset.

Illud ẽt est obseruandum circa eos, qui mutuo virtute dãt, vendendo credito, sæpèq; obtendunt, se licitè vendidisse credito vltra pretium rigorosum, quẽ eadem res valet pecunia statim numerata, dicẽtes, se esse mercatores, lucrariq; sua pecunia, quã semper negotiationi expositam habent, multoq; plus lucri ipsis ex eo cessare, quod nõ statim eis soluatur pecunia earundem, rerum non solum pretio iusto rigoroso, sed ẽt mediocri, quam sit id, quod vltra pretium rigorosum ipsi exigũt, & accipiũt, vẽdẽdo credito: neq; desunt, q̃ immeritò, ea rõne ducti, id illis permutant: cum tñ verè sit vsura, eo p̃ nullũ lucrum vere illis cesset, ac proinde nullũ iustum titulum habeant, vñ incrementũ illud exigere, atque accipere possint, si res attentè expendatur. Etenim, si hi hoĩes solum vẽderẽt pecunia statim numerata, certè in fine anni non tot merces vendidissent, quot vendunt, vendẽdo simul credito; qa longè pauciores emptores inuenirent: neq; ex eo p̃ credito multis vendant, desinũt uendere pecunia statim numerata oĩb. q̃ pecunia numerata emere ab ipsis volunt: quo fit, vt ex eo, quod credito multis vendant, nullum lucrum eis cesset, quem habuissent, si solum negotiari vellẽt pecunia statim numerata: quin potius eis lucrum accrescat, si intra limites iusti pretij credito vendant ijs, q̃ non hñt pecuniam præsentem, qua emant: qm, vltra alios, his etiã vendunt, quibus non vendidissent, nisi credito vellent

eis

4 eis vendere. Quo † loco obserua, lucrum cessans, ꝙ licitè potest quis vendere mutuatario, esse, qđ cum alijs idcirco ipsi cessat, ꝙ mutuo formaliter, aut virtute, dare velit mutuatario: nō verò quod idcirco ei cessat cū mutuatario, ꝙ si pecunia statim numerata vellet emere, commodius venderi esset, vt haberet maiorem copiā pecuniæ, qua cū alijs posset negotiari, ac lucrari: hoc n. non est, cessare illi lucrum, ꝙ alioquin haberet, nisi mutuo daret, & propter mutuum omittit, sed est non habere ex mutuatario ipso tantum lucrum, & tale, quantum, & quale ipse vellet, si idē mutuatarius emere id vellet pecunia numerata, quod non vult emere nisi creditò. Itaq; non potest licitè vendere mutuatario, ꝙ mutuatarius non debet ei lucrū, aut ꝙ non dat ei statim pecuniam pro mercibus suis, qua cum alijs posset lucrari: sed solum potest ei vendere lucrū, quod ex rebus suis idcirco mutuanti cessat, cum alijs, quos paratos haberet ad illas emendas, quod credito velit eas illi dare, prætermissis illis alijs, eosq; postponendo huic.

Dubiū est, quid si aliquis, multa millia aureorum habēs, solū quatuor millia destinauerat negotiationi, ex quib. quingētos lucri aureos sperabat, & alius ab eo mutuo petat, vel partem illorū, vel integros quatuor mille aureos, poteritne mutuans ille accipere æstimationem lucri illius cessantis, si modo negotiationem illam resarcire nō velit alijs suis aureis, sed illam propter mutuum illud omittat, neque aliunde lucrum illud compenset. Respondendumq; † est cum Nau. in Manu. c. 17. nu. 212. affirmanter. Qm̄ vere illi cessat lucrum illud propter tale mutuum, prudenterq; reseruare potest illam aliam pecuniam alijs necessitatib. aut non velle exponere illam negotiationi, vt antea licitè eā non exponere decreuerat. Et quamuis ex auaritia, aut pusillanimitate, id faciat, intra limites tñ iustitiæ, eo ipso, quod exponere aliā pecuniā negotiationi non vult, verè illi cessat lucrū illud ob tale mutuum, liciteq; proinde petere, & accipere potest cōpensationē illius.

6 Pro lucro † cessante nefas est plus accipere, q̄, arbitrio prudentum, spectatis oīb. circūstantijs concurrentib. illud valeat, vt est notissimū. Quod si vltra iustū pretiū rigorosum aliquid accipiat, si quidem ad mutuum, ratione cuius accipitur, spectes, est vsura; si verò ad interesse lucri, cessantis, qđ venditur, licet ex eo capite vsura non sit, sed iniusta venditio, ac pretiū eccessiuum, & iniustum, ex vtroq; tñ capite restitutioni in conscientiæ foro simili modo est obnoxium. Si mutuās in negotiatione, aut occasione negotiationis, a qua ob mutuum desistit, facturus erat maiores expensas, quā faciat ab ea negotiatione desistens, incrementū illud expensarū deducendum est de lucro cessante. Imò expensæ oēs, quæ in negotiatione illa erāt faciendæ, cōputandæ sunt cum capitali, & reliquum solū, quod vltra illas & capitale remāserit, appellatur lucrum. Præterea, si capitale in ea negotiatione alicui periculo subiacebat, vt nauigationis, vel alteri simili, aut quia euenire poterat, vt, lucrari intendendo, non solum nullum cō pararetur lucrum, sed etiam aliquid de capitali amitteret, tunc detrahendū aliquid est de æstimatione lucri, quod sperabatur, & qđ ob mutuū cessat, plus, vel minus prout maius, vel minus esset tale periculū, q equid Sot. ar. 3. citato in cōtrarium dicat. Pro labore etiā, quem mutuans negotiando erat subiturus, dñr doctores, aliquid esse detrahendū de æstimatione lucri cessantis. Bene tñ Sotus vbi sup. obseruat, non esse id vniuersim verum. Meritò q̄ppe posset aliq̄s, p̄sertim si aliūde nō haberet, vñ victū quæreret, velle potius laborem suum impendere, quā pp̄ otium amittere aliqd de lucro, ꝙ sperabat. Quo fit, vt mercenarius, q̄ rogat cessare a labore ad commandum aliquē ad honestatem recreationem, possit iuste exigere p̄tium integrum, ꝙ laborando compararet, vt morem id postulanti gerat, qm̄ integrū illi est, velle potius cum labore totum pretiū acquirere, quam cessando a labore aliquid illius amittere.

Hinc iam patet, veram esse doctrinam Caiet. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 1. q̄ alij cōmuniter probant. Nefas 7 † videlicet esse accipere tantundem pretij pro lucro cessante, quantum erat lucrū, ꝙ probabiliter sperabatur. Præterea. n. ex quib. dictū est minuēdum esse de pretio, hac ēt alia rōne de eo est detrahendum aliquid, quod lucrum ipsum est solū in spe, tanto aūt minus valet aliquid in spe, q̄ si iā esset in re, quantum spes illa potest frustrari, minuiq; potest tale lucrum: quare arbitrio prudentis, spectatis circunstantijs concurrentibus, iudicandum est, quantū valeat, neq; iustum illius pretium in indiuisibili consistet, sed latitudinē quandam habebit, sicut pretia cæterarum rerum habere solent. Et sicut, quando qui sata alterius destruit, nō tenetur restituere illi, quantū inde sperabat, deductis expensis, sed quantum prudentis arbitrio sata illa æstimabuntur, pensata maiori, vel minori, elongatione fructuum a re, & pensatis periculis, quibus subiacent, cum cæteris circunstantijs concurrentibus: sic res habet in valore lucri cessantis.

Ioā. Med. de reb. per vsur. acq. q. 3. & vlt. rectè 8 obseruat, duob. † modis lucrum cessans posse deduci in pactum. Vno ita, vt quemadmodū lucrū est incertum, quantum sit futurum, ita pretium incertum sit, ac dependens ab eo, quod rei probabit euentus in alia re simili, deductis expensis, & alijs, si quæ, iuxta hactenus dicta, deducenda sint: vt si quis habeat mille aureos negotiationi destinatos, & ex eis det quingentos mutuo cum pacto, vt quantum alijs quingentis fuerit lucratus, tantum illi mutuatarius tribuat ratione lucri cessantis, deductis expensis, si quas maiores erat fructus negotiando cum mille aureis, quam cum solis quingentis, & detrahendo aliquid ratione periculi capitalis, si alicui periculo negotiationi expositum subiacebat, aut deducendo in pactum, quod; si nihil fuerit lucratus alijs quingentis aureis, sed de illis aliquid amiserit, nihil lucri restituat, & insuper sibi de quingentis aureis tantundem retineat; Vel; si mille aureos integros mutuo illi det cum pacto; vt quantum compērium fuerit quendam alium in simili negotiatione cū mille alijs esse lucratum, tantum, deductis expen-

ſis, reſtituat, aut retineat, de capitali, ſi de capitali aliquid ille alius amiſerit. Contractus hic licitus eſt, qñ ſeruatur æqualitas, & quanta incertitudo eſt in lucro ceſſante tanta eſt in pretio, eumq; approbant Ang. verb. vſura. 1. nu. 17. & Gabriel. in 4. d. 15. q. 11. ar. 3. dub. 2. Neq; diſſimilis eſt contractui, quo is, qui ſata alterius deſtruxit, cum eo paciſceretur, ſe reſtituturũ illi, quantũ cõpertum fuerit, vicinũ, ex alio agro ſimiliter fato, colligere, deductis expẽſis. Alio mõ lucrũ ceſſans deduci poteſt, in pactũ, vt tãtũ pro illo reſtituatur, quã tũ æſtimatur modo, dum adhuc eſt in ſpe, ſiue rei euentus poſteà in re ſimili probet, q̃ plus aut minus, vel nihil, mutuãs eſſet lucraturus. Atq; de lucro ceſſante hoc modo æſtimato, verum eſt, q̃ dicit Cai. de eoq; loquuntur doctores cõiter. Eodẽ

9 † ẽt modo æſtimari conſueuerunt damna rerum, quæ adhuc erãt in ſpe, vt qñ fata deſtruuntur, aut pecunia furto a mercatore auferetur.

Prætermiſſis verò conditionibus alijs, quas, vt

10 † pretiũ pro lucro ceſſante ſinẽ vſura accipi poſſint, Cont. & alij exigunt, quasq; neceſſarias nõ eſſe, ex dictis in ſuperioribus facile conſtat, hanc etiam addunt, quã Io. Med. loco citato admittit. Nẽpe, vt pretium lucri ceſſantis non ſtatim tpe, quo mutuũ traditur, accipiatur, ſed poſtea, quãdo mutuum erit ſoluendum. Vt tñ vera ſit, intelligẽda eſt, qñ, exceptione ſtatim talis pretij, lucrum ceſſans minuitur, & non minuitur de pretio, q̃tũ ea de cauſa minus ceſſat lucri; quo dato plus acciperetur pro lucro, quã eſſet lucrum ceſſans, v. g. ſi ex mille aureis, quos negotiationi expoſitos habebas, mutuo mihi des quingentos, & lucrũ ceſſans æſtimetur triginta, atque qñ mutuo illos mihi das, accipias triginta, ſolũ mihi tradis quadringẽtos, & ſeptuaginta, ex quib. minus lucri tibi ceſſat, q̃ triginta, quo fit, vt accipere non debeas integros 30. ſed detrahere rõne eorũ, qb. tu negotaris, & quos non accipio mutuo, aliquid debeas.

## Vtrum Pactum, vt mutuatarius, ſi tempore præfixo non ſoluerit, certam ſoluat pœnam, vſurarium ſit.

### DISPVTATIO CCCXVII.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœna quotuplex.*
2 *Pœnas poſſunt contrahentes ſtatuere, & ſe ad illas obligare.*
3 *Pœna conuentionalis in quo differat a legali, & iudiciali.*
4 *Pœna moderata ſtatui poteſt mutuatario, ſi in termino præfixo non ſoluerit.*
5 *Pœna ut iuſtè in contractu mutui ſtatui, & exigi poſſit, quæ conditiones obſeruandæ.*

CVm examine, an mutuans licitè aliquid accipere poſſit a mutuatario ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis, coniunctum eſt, expendamus, an paciſci licitè cum eo poſſit, vt, ſi in termino præfixo mutuum non reſtituat, aliquid inſuper in pœnam ſoluat.

1 Pœna, q̃ † ad rem propoſitam attinet, triplex diſtingui ſolet, legalis, iudicialis, & conuentionalis. Legalis eſt, quæ lege, ſtatutove imponitur. Vt ſi lex, vel ſtatutũ, in ciuitate aliqua ſit, tutorẽ de minoris pecunijs, quæ ad ipſum peruenerint, eme re tenẽri poſſeſſiones, vel exponere illas negotiationi licitæ, ex qua lucrũ ſperetur, alioquin teneri ſoluere minori quinque pro cẽtum; eiuſmodi n. pœna, quam tutor ſoluere cogetur, ſi id ſua culpa prætermittat, legalis dr, vtpote lege ſtatuta, iudicialis dr, quam iudex imponit, ſi intra certũ tps aliquid non fiat, aut non ſoluatur. Vt ſi, adueniente tpe, in quo mutuatarius ſoluere tenebatur, corã iudice citetur mutuatarius; confitente debitum, aut de eo ſufficienter conuicto, iudex præcipiat, vt intra tantum tps ſub certa pœna illud ſoluat. Conuentionalis eſt, quæ pacto, conuentioneve, de partium conſenſu, ponitur, ſi aliquis cõtractui non ſtet, aut intra certum tempus non ſoluat.

Hoc ita conſtituto, nullus dubitat, fas eſſe ſtatuere, non ſolũ legalẽ, aut iudicialẽ, pœnam aduerſus morosũ debitorẽ, qui culpa ſua contra creditoris voluntatẽ tpe præfixo debitum nõ ſoluerit, ſed ẽt cõuentionalẽ, mõ tñ rationabilis, ac moderata, pro quantitate, tñ rei reſtituendæ, tum etiam culpæ, q̃ interuenerit, ac pœna ſit: ſi n. immoderata, aut irrationabilis, eſſet, tunc eo ipſo eſſet iniuſta, nec obligaret. Quãuis aũt contrahẽtes publicæ poteſtates non ſint, q̃ autoritate publica iuſtas pœnas, perinde atq; legum latores, ac iudices, conſtituere poſſint: quia tñ res de ſe a qua eſt & vtilis,

2 iuris diſpoſitione eſt illis conceſſum, vt † contractib. poſſint de cõi conſenſu eas ſtatuere, atq; ad illas ſe obligare, non ſecus atq; ad reliqua, eiuſdẽ contractib. contenta, vt conſtat ex l. magnum. C. de contrab. & committ. ſtip. l. traiectitiæ. ff. de actionib. & oblig. l. ſi pacta. C. de pactis, atque ex alijs iuribus, ſerua tamen conſuetudo.

Quia verò conuentionalis pœna ex contractu debetur, inde hoc conſtituitur diſcrimẽ inter eã, & legalem, ac iudicialem. Quod † legalis, & iudicialis; regulariter non debentur ante latam ſentẽtiam: conuentionalis verò, ſpectata ſola rei natura, debetur nulla expectata ſententia, vt diſpu. 97. cum Cou. & Nauarro dictum eſt.

Circa legales, & iudiciales pœnas, quod ad rem præſentem attinet, ſolum eſt quod admoneã, circa exẽplũ illud de tutorib. propoſitũ. Nefas eſſe tradere ad vſurã pecuniã pupillorũ. Cum. n. vſura naturali iure ſit illicita, ob nullam cãm, quantumuis piam, licitũ eſt, ea exercere. Quouſq; aũt tutores, & cutatores de iure cõi, & Luſitaniæ, teneantur, pecunia minoris emere poſſeſſiones, aut annuos redditus, vel ad negotiationem eã tradere, diſp. 224. dictum eſt. Quæ de pœnis conuẽtionalib. dici hoc loco poterant, diſpu. 97. magna ex parte ſunt explanata. Quod ad proprias huic diſputationi attinet, cõueniũt Doctores, ſtatui poſſe

4 † mutuatario pœnã moderatã, ſi in termino præfixo non ſoluerit. Ita Scotus in 4. d. 15. q. 2. Gab. ibi. q. 11. ar. 1. notab. 2. Maior. q. 31. Alm. q. 2. Cõrad. de contract. q. 31. Io. Med. de reb. per vſu. acqui. q. 3. Nau. in Man. c. 17. num. 215. Ang. ver.

vſura

vsura. 1. nu. 31. Syl. ibid. q. 28. & alij. Non nullas
5 † tamen conditiones statuunt, vt iustè, absque vsuræ vitio, ea pœna imponi, atque exigi possit.

Prima, vt non imponatur in vsuræ fraudẽ ita videlicet, vt pp illam, tanquam pp lucrum, qđ ex mutuo speratur, mutuum detur, sed imponatur, vel quia interest mutuanti, vt in tempore prefixo mutuum soluatur, vel quia in eo termino habere vult, quod sibi debetur, siue interſit illud tunc habere, siue non: eo. n. ipso, ꝙ mutuatarius contra mutuantis voluntatẽ id vltra terminum præfixũ detinet, iniuriã illi facit, inciditque in culpam, ac proinde statui pót, de illius consensu, pœna moderata, quam ob eam culpam soluat. Atque in conscīz foro iuxta hanc doctrinã examinãdũ est, nũ in vsuræ fraudem fuerit imposita, an non: non verò, vt Nau. Conrad. & quidã alij, locis citatis volunt, ex eo, ꝙ mutuo quis dederit ei, qué sciebat, non soluturum, sua culpa in termino præfixo; vel quod mutuans optet potius mutuatariũ transgredi terminum, & teneri ad pœnam, quam soluere tempore præfixo. Licèt. n. concedendum sit, hæc esse indicia non leuia, pœnam in vsuræ fraudem fuisse impositam, vt lucrum ex mutuo ea via reportaretur, coniunctaq; esse cum auaritiæ peccato mutuantis, & cũ peccato contra proximi charitatem; quippe licitum non sit exoptare culpã proximi, vt cõmodum pœnæ nobis proueniat, præsertim eũ tale nostrũ cõmodum cum incõmodo, ac detrimento temporali proximi sit coniunctum; nihilominus nullã continent iustitiam, ac proinde neq; vsuræ peccatũ efficiũt, neq; ad restitutionem eius, ꝙ in pœnam esset acceptum, obligãt. Iusta tñ, ac sancta esset lex, quæ ad hæc, & ad alia mala vitanda, omnino prohiberet accipi a mutuatario talem pœnam. De lege Lusitana hac in parte, diximus disp. 97. eamq; in vsuræ præsumptione fundari censuimus, neque in foro conscientiæ vim habere, quando verè non interueniret vsura.

Secundã conditionẽ addunt, vt ex impositione, & exactione talis pœnæ, scandalum non oriatur. Hæc tñ non ad vitandum vsuræ, arq; iniustitiæ peccatum, spectat, sed ad declinandum, cõtra proximorum charitatem, scandali peccatum.

Tertiã, ꝙ verè interueniat culpa ex parte mutuatarij. Si enim, absq; vlla sua culpa, in termino præfixo non soluit, vel qa nõ potuit, vel alia iusta de cã, tunc nihil pót licitè accipi ab eo in pœnam: eo ꝙ pœna culpã supponat, ac prærequirat. Cõsentiunt, c. significante. de pign. c. 2. de const. & l. traiectitiæ. ff. de actionib. & obliga. atque affirmant Cont. Med. Nau. & alij, locis citatis. Lõge autem aliter res habet, qñ rõne lucri cessantis, aut damnis emergẽtis, vi contractus aliqd debet, vt disp. 314. dictum est. Hoc loco obserua, meo iudicio, quicquid aliquid dicant, si mutuatarius sua culpa impotentẽ se reddidit ad soluendũ in termino p̃fixo, vel dilapidando bona, vel aliqua alia rõne, q̃ vitare poterat, attendereque debebat, ea se reddi impotentem ad soluendũ, vere esse in culpa, ꝙ in termino non soluat, ac proinde subiacere pœnæ.

Quartam, quod si partem debiti soluit, non exigatur abeo tota pœna, sed pars, iuxta proportionem partis, quæ remanet soluenda. Nisi obligatio esset indiuidua, ad sensum disp. 97. explicatũ: nam tũc tota pœna deberetur, vt ibi dictũ est. Consentit cum hac conditione c. suam de pœnis.

## Vsurane sit ratione periculi rei mutuo datæ, quod mutuans subeat, aliquid vltra sortem accipere.

### DISPVTATIO CCCXVIII.

#### SVMMARIVM.

1 *Mutuo dare nolle, nisi penes se periculum rei maneat, vt vltra sortem aliquid a mutuatario mutuans accipiat, vsura est.*

*Limita tamen, vt nu. 2.*

3 *Contractus assecurationis si non exigatur, tanquã conditio, sine qua mutuans non vult mutuare, sed mutuatarius sua sponte illum init, nulla interuenit in eo vsura.*

4 *Mutuans si pro periculo, quod in se suscepit, non plus accepit, quàm iustum pretium, nihil de pretio restituere tenetur.*

5 *Intellectus verus, & communior cap. nauiganti. de vsuris.*

EXemplum quæstionis propositæ est, si quis formaliter, aut virtute, mutuo det alicui centum mari asportãda, aut per loca alia periculosa, suscipiatq; periculũ pecuniæ illius, quousq; in Indiã, aut ad aliũ locum, quò mittitur, perueniat, vtrum vsura sit aliquid vltra sortẽ exigere, & accipere ratione periculi, ꝙ suscipit, quia videlicet, si pereat, antequam ad locum, quò mittitur, perueniat, perit ipsi, & nõ mutuatario: qui contractus frequens est Olyssipone, & in alijs similib. locis. Hac de re sit prima conclusio. Regulariter illicitũ, vsuraq; est, † 1 nolle mutuo dare, nisi ea lege, ac cõditione, vt penes se maneat periculum rei, quã mutuo dat, eaq; de causa aliqd vltra sortem a mutuatario accipiat, ẽt si solum sit iustum pretium, ꝙ prudentis arbitrio æquum iudicetur pro suscẽptione talis periculi: In hac conueniunt Doctores cõiter, Cont. de contractib. q. 39. Caiet. 2. 2. q. 78. ar. 2. in prin. & in summ. verb. vsura c. 2. casu. 12. Ioan. Med. de reb. p vsur. acq. q. 4. ad 1. principale, Cou. 3. var. res. c. 2. nu. 5. Nau. in Man. c. 17. n. 284. & in comm. de Camb. in ca. vlt. de vsura, in prin. Sot. 6. de Iust. q. 7. art. 1. ad 1. Maior. in 4. d. 15. q. 31. cas. 15. Gab. ibi. q. 11. ar. 1. notab. 2. Ang. verb. vsura. 1. nu. 38. Syl. bi. q. 56. & alij. Rõ est, qm̃ grauamen illud, ꝙ mutuatarius celebrare teneat contractũ assecurationis cum mutuãte circa rem, q̃ mutuo accipit, tradereq; illi pretiũ, tametsi iustum, pp periculum, quod in se suscipit, sanè est pecunia æstimabile, non minus, quã grauamẽ, vt teneatur qs molere in molẽdino mutuãtis, & alia, de quib. disp. 309. & 310. dictum est. Imò lõgè est maius: si quidem in quibusdam ex illis solum imponitur onus, vt, quod mutuatarius alioquin erat facturus, faciat eodem pretio in molen-

dino mutuantis, in re autem, de qua disputamus, onus imponitur, vt omnino celebret assecurationis contractum, rõneq; illius pretium reddat, qđ poterat oĩno non facere, tam cũ hoc, quã cũ quocunque alio, ergo sicut imponere mutuatario illa alia onera, est vsura, vt disputationibus citatis ostensum est, ita etiam illicitum, vsuraque erit, imponere illi hoc aliud grauamen. Vt aũt circa illos alios euentus diximus Adrianum esse singularẽ, sic in materia de restitutione q. quę incipit, occurrunt circa prius, &c. singularis est circa hunc, affirmans mutuantẽ, neq; vsurã, neq; illicitũ, in eo exercere, eo ꝙ non plus petat rõne periculi, ꝙ in se suscipit, q̃ iustũ pretiũ. Neque tñ attendit, q̃uis contractus ille assecurationis iustus in se sit, iniustum tñ esse ratione mutui obligare mutuatariũ ad illum celebrandũ; qm̃ est onus pretio æstimabile ratione mutui, id mutuatarium in se suscipere, vt de illis alijs euentibus locis citatis diximus.

Dixi in conclusione; regulariter id illicitum,
2 vsuramq; esse; qm̃, † qñ lucrum mutuanti cessaret, nisi alius simul contractum illũ assecurationis cum eo celebraret, neq; illicitum neque vsura esset, non aliter velle mutuo dare pecuniam traiectitiam, q̃ si simul contractus ille alius celebraretur: Vt si esset mercator, qui non vult pecuniam suam otiosam esse, sed vult illam mittere in Indiã suo periculo expositam, ad ea ibi negotiandũ, neque priuare vellit lucro illo magno in spe, tametsi cum coniuncto eum probabili periculo capitalis: tunc. n. si alius mutuo, formaliter, aut virtute, eam ab illo exigeret ad negotiandum ea in India, atq; ad asportandum inde merces ea pecunia emptas, posset non aliter velle mutuo illam dare, q̃ si ipsi solueret, quantũ æstimaretur lucrũ ei cessans, & simul secum celebraret contractum assecurationis, ita vt nõ minus lucri ex ea pecunia recipere, q̃ si ipse ea negotiaretur. Vidimus sanè, & approbauimus, Olyssipone eiusmodi contractum, tametsi, qui pecuniã mutuo accipiebat, nihil omnino recusaret contractum assecurationis, quin potius sine illo nullatenus pecuniam accepisset: & cum de numero esset eorum, qui redditus nauium Indicarum conductos a Rege habebat; expediebat illi contractus hic totus cum ipso eodem mutuante ac concedente traiectitiam eam pecuniam, quæ multorum millium erat aureorum.

3 Secunda conclusio. Qñ † contractus assecurationis non exigit tanq̃ conditio sine qua mutuãs nõ vult mutuare, sed mutuatarius sua sponte illũ init cum mutuante, tunc nulla interuenit in eo vsura, ꝙ mutuans aliquid vltra, sortẽ accipiat ratione periculi, esto se ad eum contractũ inuxet, modo præcisè id accipiat ratione periculi, quod in se suscipit, & non ratione mutui. Imò in eo nullum interuenit peccatum, si pretium moderatum sit, neq; adsit scandalum, vt regulariter non aderit: Hanc affirmant Doctores citati, & multi alij; probari autem potest, qm̃ suscipere in se illud periculum, est pretio æstimabile; posseretque quicunque tertius, qui eundem assecurationis contractum cum mutuatario celebraret, accipere competens pretium pro periculo illo subeundo: cũ ergo mutuans ex eo, quod cum mutuatario vtatur beneficio mutui, nõ sit deterioris conditionis erga illũ, quam esset quicunq; extraneus; consequens est, vt, si simul cũ eo ineat cõtractum assecurationis, possit rõne periculi, quod in se suscipit, accipere competens pretium vltra sortem. Ibi ergo duo interuenient contractus. Alter mutui, rõne cuius nihil vltra sortẽ pót licitè accipere. Alter verò innominatus; faciam, seu suscipiam in me periculum pecuniæ, q̃ tibi mutuo do, vt des, seu si des, mihi tantum, vel tantum; qui est iustus contractus, ratione cuius iniustè accipitur aliquid vltra sortẽ. Huic verò contractui ab effectu, quia videlicet securum a periculo eum reddit, qui ea de causa pretium dat, vsus nomen peculiare accommodauit, assecurationisq; contractum eum appellauit. Exerceri autem consueuit, non solũ circa mutui materiam, sed frequentius circa multas alias. De his verò sermo nobis erit inferius suo loco.

Tertia conclusio. Qui iuxta primam conclusionẽ est vsurarius, si non plus accepit pro periculo, quod in se suscepit, quam moderatum, ac iustũ pretiũ; nihil de pretio restituere tenetur, sed solũ quantum prudentis arbitrio æstimabitur grauamen, quod mutuatario imposuit, celebrandi eum assecurationis contractum. Si verò aliquid vltra pretium iustum accepit, id etiam restituere tenetur. Denique ea omnia circa hanc rẽ dicenda sunt, quæ disputatione 309. in similibus alijs euentibus diximus, eodemq; modo sunt confirmanda, eaque de causa non plus circa hanc conclusione immoror.

Præcipuè in hac materia circa secundam conclusionem propositã difficultatẽ facit, c. nauiganti, de vsuris, quod sic hẽt. *Nauigãti, vel eunti ad nũdinas, certã mutuans pecuniæ quãtitatem, eo quod suscipit in se periculũ, recepturus aliquid vltra sortẽ, vsurarius est cẽsendus.* Huius textus variæ sũt expositiones. Glos. ibi, & quidam alij, eum intelligũt, quasi vsura re vera sit, mutuantẽ accipere aliquid vltra sortẽ rõne periculi. Hæc tñ expositio meritò fere ab oĩb. reijcitur. Cõior doctorũ expositio est, textum illum intelligendum esse, in casu primæ conclusionis, quando. s. mutuans ea conditione mutuo dat, vt mutuatarius secum ineat assecurationis contractum. Ita intelligunt eum textum fere oẽs doctores, quos circa primã conclusionem citauimus, & multi alij. Neq; est improbabilis hæc expositio, quicquid Nau. locis citatis in contrarium dicat. Adria. verò & Nau. locis citatis, eum textum exponunt, qđ Greg. IX. ex præsumptione in eo procedat, atq; adeò intelligẽdus sit in exteriori, non verò in conscientiæ foro. Cũ. n. inquiunt, multi eo modo vsuras palliarent, solum ijs mutuando, qui pecuniã traiectitiam petebant cum contractu assecurationis, atq; inter illos quidam re vera nõ vellẽt eã alio perducere, ab ijs verò, qui alio eã perducere volebant, plus pro assecuratione exigerent, q̃ esset iustum pretium, vt ita mutui rõne aliqd acciperent, Grego. IX. ad tollendas has fraudes, & iniustitias, inducere eo capite voluit præsumptionẽ iuris, & de iure aduersus accipientes aliquid vltra sortẽ ratione periculis traiectitiæ pecuniæ, decreuitque, eo ipso

vsu-

Digitized by Google

vsuratios esse censendos in exteriori foro; neque hac ratione, ait Nauarrus, non dixisse, eum, qui ita accipit vltra sortem, esse vsurarium, sed vsurarium esse censendum, hoc est, iudicandum in exteriori foro. Forte Gregorius IX. eo in capite declarare voluit, nauticum fœnus, vt ciuilib. legib. concedebatur, esse vsuram; nihil impediēte, quod mutuans susciperet in se periculum pecuniæ mutuo eo datæ; leges quippe ciuiles, vt disp. 304. dictum est, concedebant in nautico fœnore vsuram centesimæ ratione periculi, quod mutuans in se susciperet, neque in ratione solius periculi eam concedebant, sed etiam ratione mutui: quia ergo vsura illa, mutui etiam ratione, accipiebatur, merito Gregorius IX. eo in capite declarauit, vsurarios esse censendos, qui illam reciperēt, nihil impediente, quod simul ratione periculi eandem acciperent.

Hæc intelliges similes leges, quę de fœnore nautico latę sunt. C. & ff. de naut. fœnor. abrogatas esse hodie, non quidē quatenus ratione periculi concedebant aliquid accipere, sed quatenus, ratione etiā mutui, incrementum aliquod concedebant. Ex his tribus expositionibus eligo, quam maluerit.

## Vsurane sit, fideiussorem aliquid accipere, vt fideiussor alterius existat.

### DISPVTATIO CCCXIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideiussor potest licitè aliquid accipere, vt pro alio fideiubeat, ratione periculi atque obligationis, ex communi.*

2 *Mutuo dare alicui cum pacto, vt teneatur fideiussor esse pro mutuante, vsura committitur.*

3 *Creditor accipere potest a fideiussore moderatum pretium, vt fideiussorem ab ea obligatione liberet.*

4 *Obligatio soluendi pro aliquo, pretio æstimabilis est.*

5 *Pretium iustum, vt dicatur, quando quis fideiussor existit, quid attendendum.*

CVm disputatione, an licitum sit mutuantem aliquid vltra sortem ratione periculi accipere, coniunctum est: examinemus, an licitum sit fideiussorem aliquid accipere, vt pro alio fideiussor sit, ratione periculi atque obligationis, quam in se inducit, vt si principalis debitor non soluat, ipse loco illius satisfaciat.

1 Communis † doctorum sententia affirmat, licitè posse aliquid accipere, de quorum numero sunt Caiet. 2. 2. q. 78. ar. 2. ad 4. Sotus 6. de iust. q. 1. ar. 2. ante responsionem ad 6. D. Thomas, Conrad. de contractib. q. 40. Nauar. in Manuali, c. 17. nu. 285. & in Com. de cambijs in prin. Ioan. Medina de reb. per vsur. acquis. q. 4. ad 1. prin. Couar. 3. var. resol. c. 2. n. 6. & alij, quos citat, consentitque l. hoc iure §. 1. l. 1. ff. de don.

Ratio verò est, quoniam obligatio illa, quam in se suscipit, pretio est æstimabilis, non solū quādo verisimiliter timet, cogendū fore soluere pro debitore, sed æquè nihil tale timet: non secus atque obligatio molendi in mutuantis molendino mercede consueta, ac iusta, est pretio æstimabilis, esto mutuarius in molēdino aliquo molitutus eadem mercede sit, neque difficilius ei sit accedere ad mutuantis molendinum, quam ad alia. Hinc 2 intelliges † mutuo dare alicui cum pacto, vt teneatur fideiussor esse pro mutuante vsuram esse, 3 non secus, ac mutuo dare cum pacto, vt mutuatarius molere teneatur in mutuantis molendino.

Tametsi illicitum non sit; non velle mutuo dare, qui rogatus, vt fideiussor extiterit aut existat, non voluit beneficium illud vicissim conferre. Illud obserua, nō idcirco licitum esse moderatum pretium, vt quis fideiussor existat, quasi id compensatio iusta sit vltra sortem pro pecunia, q̄ si loco debitoris fideiussor soluerit, veluti mutuo illi dabit, vt quidam voluerunt: id namq; manifestè esset vsura, vt potè lucrum, ex mutuo: sed quia id est iusta compensatio pro obligatione, quam fideiussor in se suscipit, soluendi eam pecuniam in euentu, quod debitor non soluat.

Licèt enim pecunia, quæ mutuo, aut quasi mutuo datur, non plus valeat, quam tantundem; obligatio tamen illam quasi mutuo dandi in euentu, quod debitor principalis non soluat, præsertim cum danda sit debitori ipsi fidem circa principale debitum prius fregerit pecunia est æstimabilis: eaque de causa vendere fideiussor potest susceptionem eius oneris in gratiam debitoris. Eadem 3 † etiam de causa creditor accipere à fideiussore potest moderatum pretium, vt fideiussorem ab ea obligatione liberet.

Couar. loco citato ait, quando verisimile est, fideiussorem nihil pro debitore soluturum, nefas esse quicquam accipere, vt fideiussor illius existat: sed solum id esse licitum, quando periculum est, quod pro eo soluet. Eodemq; modo affirmat, nefas esse, creditorem aliquid accipere, vt fideiussorem ab obligatione liberet, quando periculum non est, quod pro debitore soluet.

Patet ex eōis sententia, quæ vniuersim, quod dictum est, affirmat: tametsi parum admodū licitum sit accipere, q̄ nullum timetur periculum.

4 Etenim † obligatio soluendi pro aliquo, ēt si pōtet spē euenire possit, vt soluat, pretio est æstimabilis, eo minori, quo periculū minus est timendū.

5 In † arbitrando autem pretio, quod in rigore fas est accipere, vt quis fideiussor existat, attendenda est quantitas debiti, & maius aut minus periculum, quod fideiussor pro debitore soluet, maiorque, aut minor spes, quod debitor in euentu, quod fideiussor pro eo soluat, resarcier, quod pro eo fuerit solutum, vt in conscientiæ, & exteriori foro, tenetur, & cogetur. Quòd si aliquid amplius fuerit acceptum, vt quis fideiussor existat, restituendum erit incrementum.

Illud etiam est obseruandum, si quid in vsuratum fraudem fuerit acceptum, vt quis fideiussor existat, obnoxium id esse restitutioni. Vt si pecuniæ dominus illam det alteri, qui mutuo eam det, sed non alteri, nisi ipse pecuniæ dominus fideiussor existat: si enim pecuniæ dominus tūc aliquid

acci-

accipiat, vt fideiussor existat, tenetur id restituere mutuatario, eo quod reuera nullum onus soluendi pro eo in se susceperit, atque in vsurarum fraudem id sit acceptum.

## Vsurane sit, accipere fructus pignoris vltra sortem. Et num vitetur emendo potius eandem rem cum pacto de retrouendendo.

### DISPVT. CCCXX.

*SVMMARIVM.*

1 *Fructus pignoris quibus casibus quis accipere possit, vltra sortem, & quibus non.*
2 *Creditor tenetur etiam de leui culpa, ne fructus ex pignore percipiantur.*
3 *Fructus rei emptæ cum pacto de retrouendendo eodem pretio, non computantur in sortem.*
4 *Empta res cum pacto de retrouendendo si pereat, emptori perit, & non venditori.*

DVbitandum non est, creditorem teneri computare in sortem, aut reddere debitori fructus pignoris ab eo accepti, deductis expēsis, quę in illis colligendis fecerit. Si.n. vltra sortem illos accipiat, & non ratione lucri cessantis, aut damni emergētis, vel ex libera debitoris donatione, uel in pœnam iustam, aut aliqua alia iusta de causa, vsurā committit, apertam quidem si ob mutuum illos accipiat, & palliatam; si, vt solutionē ex quocunque alio titulo expectet, eos recipiat. Ita hic ca. 1. & 2. de vsur. & c. significante de pignoribus, & colligitur apertè ex vsuræ definitione.

Sotus 6. de iust. q. 1. art. 2. ait. Si debitor sterilem agrum, quē colore non intendebat, creditori dederit in pignus, & creditor sua industria, & labore ex eo colligat modicos fructus, tunc fortè creditorem nō teneri computare illos in sortem. Quoniam, inquit, sine creditoris detrimēto illos percepit: neque tenetur computare in sortem fructus suæ industriæ. Addit tamen, si fructus alicuius sint momenti, perceptique essent ex agro, qui non reputabatur sterilis, sed domini ignauia non colebatur, computandos esse in sortem Nauar. in Man. c. 17. nu. 216. hoc Soti assertum meritò improbat, dicens, tam modicos, quàm magnos fructus esse computandos in sortem, quando expensas excedunt, computādo in eis valorē laboris, & industriæ cultoris. Cum.n. verè sint fructus agri illius, ad dominum agri spectant, deductis expēsis, nisi intelligatur, voluntatem liberam domini agri esse, vt cultor illos sibi retineat.

2 Obserua, quando † pignus est fructiferum, & creditoris culpa, etiam leui, fructus non percipiēdi tur ex illo, teneri creditorem computare interesse eorum fructuum in sortem. Vt, si pignus esset domus, & eam sua negligentia non locaret, aut esset ager seminari consuetus, negligentiaque creditoris semina ei non mandarentur. Dixi, etiam leui: quoniam si pignoris contractus in vtriusq; commodum sit celebratus, vt regulariter celebrari cōsueuit, tenetur etiam de culpa leui, sed non de leuissima, iuxta ea quæ disp. 293. & alijs sequentib. dicta sunt, & inferius suo loco, dum de pignore sermo erit, dicentur. Hac de re inter alios lege Contadum de contractib. q. 32.

3 Illud etiam † obserua, qñ aliquid acciperetur, non in pignus, sed emptum pro pecunia, quā offerens pignus postulabat; attamen emptum cum pacto de retrouendendo, hoc est, quod quando is, cuius res illa erat, pretium restitueret, acciperet eam emptam pro eodem pretio, atque adeo prior venditio finiretur, vel cum pacto, quod, si intra certum aliquod tempus pretium restitueret, dissolueretur prior venditio, alioquin res illa omnino irredimibilis efficeretur; tunc, absque vsuræ vitio, prior emptor reciperet fructus non computandos in sortem.

Ratio est, quoniā iā tunc fructus illi nō percipērentur ex re aliena, sed ex propria, interim dum
4 non restitueretur ei pretium. Quarè, si res † illa eo tempore periret, vtique periret ipsi, & non ei, cuius antea erat. Ita affirment ordinationes Lusitanæ lib. 4. tit. 14. §. 2. & consentit communis doctorum sententia. Hinc Caiet. 2. 2. q. 78. art. 2. circa responsionem ad 6. rectè admonet, eos qui a principibus accipiunt ciuitates aliquas in pignus pro pecunia, qua principes indigēt, & eis tradūt, si absque vsuræ vitio, restitutionisque onere, efficere volunt fructus illarum suos, non computando illos in sortem, emere debere eas ciuitates pro eadem pecunia cum pacto de retrouendendo, eaque via licitè efficient eos fructus suos. Obserua tamen, pretium debere esse æquale rei, ita vt saltē infimum, pretium iustum attingat, attento, quod ea res empta cum illo onere retro eandem vēndi, longe minus valet, quam si libera ab onere, venderetur.

Quod si pretium multum deficiat ab infimo iusto, in exterioti foro contractus præsumetur vsurarius palliata vsura, ac proinde nullus emptor que vsurariorum pœnis subiacebit, vt ordinationes Lusitanæ loco citato statuunt. In conscientiæ verò foro, si animus vsurarius abfuit, siue pārum, siue multum, pretiū ab infimo iusto deficiat, contractus solum erit iniustus, cum onere restituēdi, quod vsquead infimum pretium iustum defuit.

## Vtrum immunis ab vsura sit gener, qui interim dum dos ei non persoluitur, pignus fruendum accipit, non computando fructus in sortem.

### DISPVTATIO CCCXXII.

*SVMMARIVM.*

1 *Fructus pignorum non tenetur gener computare in sortem, quæ pro dote promissa, interim dum ei non solueretur, accepit.*

Capi-

Digitized by Google

*Capituli, salubriter, de vsuris, expositiones varie, & intellectus, cum vera auctoris sententia, & num. 3.*

4 *Matrimonium contrahentes solent duos celebrare contractus.*

5 *Capituli, salubriter, de vsuris, dispositio, habet locum in genero non solum comparatione soceri, sed etiam alterius, qui vxorem duxerit.*

*Immo etiam in Lusitania, quando aliqui contractu medietatis bonorum celebrant matrimonium. num. 6.*

7 *Gener ex capite lucri cessantis, pōt accipere iustum recompensationem, ob dilationē solutionis dotis.*

8 *Gener an vsurarius dicatur, si possessione soceri fruatur, donec ei residuum dotis soluatur, cum ex dilatione solutionis dotis nullum lucrum ei cesset.*

9 *Gener an possit pacisci cum socero, vt quotannis, donec ei dos soluatur, certam pecuniæ quantitatem ipsi soluat.*

10 *Statutum an valeat, quod socer teneatur soluere genero certam pecuniæ quantitatem ad onera matrimonij sustinenda, donec ei dos soluatur.*

HAc de re primis referenda est definitio Innocentij III. c. salubriter, de vsuris, quæ sic habet. *Sanè generum ad fructus possessionum, quæ sibi a socero sunt pro numerata dote pignori obligata, computandos in sortem non credimus compellendum; cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij sopportanda.*

Hæc Summus ille Pōtifex. Quibus apertè definit, generum † nō teneri computare in sortē fructus pignorū, quæ pro dote promissa, interim dū ei non soluerentur, accepit. Qua de re variæ admodum sunt doctorum sñiæ, quas legere ex parte potes apud Cou. 3. variar. resol. c. 1. nu. 3. & apud Nau. in Comment. de vsuris, 14. q. 4. nu. 71.

1

2 Quidā † ex iuris peritis asseruerunt, id genero in priuilegium, fauore matrimonij, ad onera illius portanda, fuisse concessum quasi ex iuris concessione licitū genero sit, quod in se, seclusa priuilegio, verè est vsura, & illicitum. Opinionem hanc sequuti videntur, qui ordinationes Lusitanas condiderunt, dum 4. libro tit. 14. §. 1. sic loquuntur. *E posto que as vsuras seiam geralmente reprouadas e defesas, como dito, he, em alguns casos porem assi por dereito canonico, como ciuel he a vsura permisa e licita*, & continuo subiungitur exemplum generi iuxta caput salubriter.

Refellitur. Est tñ opinio omnino improbabilis, vt Theologi communiter obseruant. Cum enim vsura ex se, naturalique ac diuino iure sit illicita, sanè humanum ius concedere non potest priuilegium, vt licita alicui sit. Quo fit, vt Innocētius III. c. salubriter, non condat nouum ius, sed solum declaret, quid natura ipsa rei in hoc euentu habeat.

Communior doctorum sententia affirmat, id licere genero rōne lucri cessantis, & dāni emergentis, idque solum declarasse Innocentium tertium, cap. salubriter. Ita censent Adria. de restitu. in materia de vsura q. restat breuiter soluere, in re, in resp. ad 3. & q. sequenti, Cou. de contractib. q. 95. Maior. in 4. d. 15. q. 31. casu 3. & multi alij, quos Cou. 3. var. resol. c. 1. nu. 3. refert, ex parteq; eandem sententiam sequuntur Couar. ibidem, & Ioan. Medin. de reb. per vsur. acquis. q. 2. vers. ad cap. salubriter. Hæc tamen sententia, vt multis alijs displicet, sic mihi non probatur.

In primis, qm̄ textus ille non eam rōnem reddit, sed longè diuersam, nēpe licitè id accipi vltra sortē pro sustinēdis oneribus matrimonij: ad quæ sustinenda, ait textus, fructus dotis statim solutæ sæpe nō sufficiunt: quare, qñ dos differtur (quasi diceret Summus Pontifex) licitè accipiuntur fructus pignoris pro sustinendis oneribus matrimonij, qui excedere non solent fructus dotis statim persolutæ. Deinde, qm̄ Summus Pontifex eo in capite peculiare aliquid declarare voluit circa generum ratione onerum matrimonij, nō verò tradere radicē aliam communem genero cū cæteris omnibus licitè accipiendi aliquid vltra sortem propter lucrum cessans, aut damnum emergens.

Tertiò, qm̄, si solum ratione lucri cessantis, aut damni emergentis, licitum esset genero accipere fructus pignoris vltra sortem, tunc, si dos soluenda esset in pecunia, & gener negotiaturus non esset cum ea, sed se, vxorem que suam, sustentaturus esset ex redditibus sui patrimonij, nihil accipere posset vltra sortem; quippe ex dilata dote nullum lucrum ei cessaret, aut damnum emergeret. Neque referret, si plus tunc insumeret cum vxore, quam essent fructus pignoris, vt autores quidam contrariæ sententiæ respondent: quando enim ex redditibus dotis statim solutæ id non erat compensaturus, sanè nullum damnum ei emergeret, aut lucrum cessaret, ex dotis dilatione, ac proinde tunc, ratione lucri cessantis, aut damni emergentis, non posset accipere fructus pignoris.

Quartò, quoniā si solum ratione lucri cessantis, aut damni emergētis, fas esset genero accipere fructus pignoris, tunc, si illi excederent lucrū cessans, aut damnum emergēs, nefas profectò ei esset accipere integros fructus, vt autores contrariæ opinionis confitentur: quarè Summus Pontifex dicturus non fuisset absolutè, fas genero esse accipere illos vltra sortem, sed additurus esset, modo lucrum cessans, damnumque emergens, non excedant: quo fit, vt aliquid aliud ea definitione Summus ille Pontifex intenderit.

Quintò, si gener ille vir esset industrius, qui ex dote statim soluta longè maiores fructus speraret quā qui ad onera matrimonij sustinēda illi essent necessarij, tunc sanè, ratione lucri cessantis, licitè posset accipere maiores fructus, q̄ quibus indigeret ad matrimonij onera sustinenda: non ergo Summus Pontifex ibi ex capite lucri cessantis, aut dāni emergentis, fuit permotus ad id definiendū: alioquin declarasset interdū plus, interdum minus, q̄ essent fructus illi, fas esse genero accipere.

Ioannes Medina loco citato, communi opinione minimè repudiata, inclinat potius, Innocētium tertium, cap. salubriter, præsumptioni niti, socerum intendisse donare genero fructus pignoris, interim dum dos illi non persolueretur, ad matrimonij onera sustinenda.

Hoc idē sentire videtur Nauarrus in Manuali cap.

li,c.17 num.213.in editione nouissima. At profectò nihil Summus ille Pontifex eo in capite de præsumptione donationis cogitauit, vt intuenti verba illius textus,& rõnem definitionis illius q̃ reddidit,satis est manifestum. Imò verò temeraria ea definitio videretur,si præsumptioni illi niteretur, neque Summus Pontifex satis tutò ea in re hominum sedasset conscientias. Præterea decisio illa locum non haberet:qñ alius a patre sponsam dotaret;vsus verò vniuersim textũ illũ intelligit;quo fit, vt reijcienda sit Medinæ sententia.

Cou.vbi supra,post longã disputationẽ,Fortunij sn̄iam amplectitur, asserentis, caput salubriter,solum habere locum in genero comparationẽ Soceri;non verò cõparatione alterius, qui ipsius vxorem dotasset. Id sibi persuadet: quoniam pater dotare,aut alere tenetur filiam: eaque de causa gener,interim dum pater dotem ei non persolui, licitè ab eo accipere potest fructus pignoris, in sortem non computandos, ad filiæ pro eo tpe sustentationem: hancque ait esse rationem,quæ, ca.salubriter tradditur: generum quippe accipere fructus pignoris in sustentationẽ propriæ vxoris loco patris,est accipere eoldẽ fructus ad matrimonij onera sustinenda. Sn̄ia hæc mihi non probat. Tum quia,vt ex dicendis constabit,rei punctum non attingit. Tum ẽt quoniam,vt Nau. loco citato,nu.72. rectè ait,immeritò restringit caput salubriter ad generum comparatione solius Soceri: q̃ tñ cõis doctorum sententia intelligit comparatione cuiuscunque,qui dotem promiserit.

Sotus 6.de iustit.q.1.artic.2. in respon.ad vlt. ait, idcirco generũ accipere posse fructus pignoris non computãdos in sortem, quia in hoc sensu sustinere tenetur matrimonij onera, quod salua dote, q̃ restituere tenetur dissoluto matrimonio integram vxori,aut hæredibus illius, alere tenet vxorem;eaque de causa lex præsumit,empturum illum fuisse ex dote aliquid, vnde dote ea salua, vxorem aleret. Hæc etiam sententia non placet.

Primò,quoniam, vt rectè Nau.loco citato ait, sequeretur in Lusitania,in qua homines regulariter contrahunt contractu medietatis bonorum, neque conseruare tenentur vxori dotem suã integram,non habere locum c.salubriter:contrarium autem habet consuetudo, & statuunt ordinationes lib.4.loco citato.

Secundò,quia si,vt Sotus affirmat, id in præsumptione illa fundaretur, vtique fundaretur in præsumptione lucri cessantis, ac proinde relabitur Sotus in communem opinionem,quã impugnat. Tertiò,quoniã qñ constaret gño, se nihil tale esse empturum,neq; negotiaturum ea pecunia, sanè accipere non posset fructus pignoris non cõputandos in sortem:quippe cum lex,quæ, in præsumptione fundatur, vim non habeat in foro conscientiæ,quando de opposito præsumptionis constat:præsertim quando,quod lex statuit, iniquũ, atque iniustum est,secluſa ea præsumptione.

Caieta.2.2.q.78.art.2.ad 6.ait,ratione onerũ matrimonij posse generum accipere fructus pignorum non computandos in sortem, per accidensque esse, quod gener dote esset lucraturus, vel non,eaque rõne ait,curandum non esse de eo, quod est per accidens, cum per se deputati sint p̃ matrimonij oneribus sustinendis doctrina hæc maiori indiget explicatione,vt satisfaciat.

3 Vt legitimã † huius rei cãm,Innocentij q;intẽtum,c.salubriter,subijciamus,obseruandum est. Decisionẽ capitis illius esse in consuetissimo euẽtu, quo aliquis constituit se daturum genero certã dotis quantitatẽ, & quia non pôt eam soluere statim,in ea saltẽ materia, in qua eã soluere intendit,ac promittit,interim illi in pignus tradit possessiones aliquas fruẽdas,quousq; dos ei persoluatur:idque siue socer certum cõstituat terminũ,in quo dotẽ sit soluturus,recepturusq; sua pignora, siue non,sed dicat,se dote esse soluturũ,interimque dum non soluerit,fruatur pignoribus illis.

In hoc ergo euentus cõsultus Innocẽtius Tertius, an gener vsurarius esset, non computando fructus eiusmodi pignorum in sortem, atq; adeo an compellendus esset, eos in sortem computare negantem respõdit,innixus huic rationi,quod fructus illi non accipiantur in recompensationẽ pro expectatione solutionis dotis:id quippe vsura esset palliata: sed in recompensationẽ onerum matrimonij interim dum dos non soluitur,quæ onera illos valent. Atque hoc est, quod concisè probat ratio,quam Innocentius in fine capitis reddidit,dicens; *Cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij supportanda*: quasi diceret,onera matrimonij valent fructus integræ dotis statim solutæ,esto in possessionib. fructiferis persoluãtur,quippe cum,pro sustinendis oneribus illis,detur meritò dos integra fruenda tempore toto,quo matrimonium perseuerat:sed fructus pignorum maiores non sunt, quam fructus integræ dotis si in possessionib. solueretur, aut gener ex pecunia dotis possessiones emeret:ergo matrimonij onera, quæ gener vsque ad dotis solutionem sustinet,valent fructus pignorum: ac proinde non tenetur computare illos in sortem.

4 Vt † verò hæc melius intelligas,obserua. Duos contractus solere interuenire, qñ aliqui matrimoniũ celebrant. Vnus est,quo conjuges mutuã potestatẽ corporum ad inuicẽ tradunt. Atq; in hoc consistit rõ matrimonij. Alter verò,quo maritus onus in se suscepit vxorem sustentandi pro dote. Atq; hic est cõtractus innominatus,faciã,si des: & de iure cõi (iuxta q̃ apud salubriter loquitur), debatur viro pro matrimonij oneribus subeũdis dos fruenda toto tpe, quo matrimonium perseueraret,quam dissoluto matrimonio integrã redderet. Sicut autem matrimonij onera toto tpe quo matrimonium durat, valent vsum fructum dotis toto eo tẽpore:ita onera medietatis temporis, valent vsum fructum medietatis ipsis,& onera quartæ partis temporis, valent vsum fructum quartæ partis temporis, & ita consequenter. Hinc fit,si socer dare non velit dotem fruendam, nisi elapso certo tempore, quo gener prius onera matrimonij sustineat, licitè, ac iustè generũ exigere posse in recompensationem, fruitionem boni æqualis doti in valore,pro oneribus illius temporis: quoniam id non accipit in recompensationẽ prodilatione

latione solutionis dotis, sed pro oneribus, quę tẽpore illo dilationis sustinet. Atque hæc est ratio, cur computare non teneatur in sortem fructus pi-
Soluit. gnoris, non solum qñ id expressè fuit deductum in pactum, sed etiam quando pignora fructifera simpliciter sunt ei tradita, interim dum dos non persolueretur: quia tunc censentur ei data iuxta dispositionem ac declarationem iuris. ca. salubriter, præsertim, cum adsit causa sufficientissima eos accipiendi, nec computandi in sortem.

Hinc primò colligo, dispositionẽ. c. salubriter,
5 habere † vim in genero, nõ solũ cõparatione socĕri, sed ẽt cõparatione cuiuslibet alterius, qui vxorẽ dotauerit, Neque. n. gener minus a quocunq; extraneo, quam a socero, licitè posset accipere competens pretium pro sustinendis matrimonij oneribus, interim dum dotem ei non persolut.

6 Colligò † secdò, dispositionem eiusdem capitis habere locum. etiam qñ aliqui contractu mediatis bonorũ celebrant mrimoniũ, vt in Lusitania. Licèt. n. maritus non teneat conseruare integrã dotem vxoris, id tñ nõ tollit, quod mrimonij onera sustineat, & ꝙ patrimonium suum, fructus ue illius, ac suæ industriæ, insumat in vxore sustẽtanda, interim dum dos eis non persoluitur: quare in recõpensationẽ huius, & cæterorum onerũ mrimonij, accipere licitè potest fructus pignoris, ꝙ tantum quotannis reddat, quantum redderet dos statim in possessionibus persoluta.

Tertiò colligo, impertinẽs in re proposita esse, ꝙ genero lucrum aliqd cesset, aut non cesset, ex eo, qđ dos nõ persoluatur statim, vt licitè accipere possit fructus pignoris nõ cõputandos in sortẽ, interim dum dos eis non persoluitur. Cum. n. illos recipiat in recõpensationẽ iustã pro oneribus, quæ eo tpe sustinet, non verò in recompensationẽ pro expectatione solutionis dotis, tanẽ esto nullam lucrum ei cesset ex dilatione solutionis dotis (vt si soluenda erat in pecunia, q̃ in arca erat repositurus) iustè ex illo alio capite pot illos
7 recipere. Quo loco † obserua, nos non negare, genero, ẽt ex capite lucri cessantis, posse accipere iustam recompensationẽ ob dilatiqué solutionis dotis, qualẽ quicunq; alius, cui ob dilationẽ solutionis lucrum æqualis quantitatis cessaret, iuste posset accipere. Quare, si gener, valde esset industrius, cui plus lucris cessaret ex dilatione solutionis dotis ĩ pecunia soluẽd. q̃ esset fructus pignorum, q̃ ei traduntur, licite exigere vltra eos fructus posset incrementum lucri, quod plus ei cessaret.

Quartò colligo, si gener mrimonij onera non sustineret, interim dũ dos ei non solueretur, quia videlicet vxor post mrimonium celebratũ in domo patris perseueraret, a patreq; aleretur, ita vt pp illam nullum maius onus gener sustineret, q̃ alioquin esset habiturus; tunc vtique accipere ex eo capite non posset fructus pignorum, non computandos in sortem, interim dum dos ei nõ persolueretur: quoniam cessat titulus ille iustus.

Quintò colligo, si socer cũ genero cõuenisset in tanta dota, non statim, sed ad certum tps soluẽda; solũq. in securitatẽ solutionis in termino præfixo, socer illi traderet pignora, tunc, esto gener ante terminũ illũ sustineret mrimonij onera, accipere non posset fructus pignorum non cõputandos in sortem. Ratio est, quia pro oneribus tpe toto, quo mrimonium constaret, conuenit cũ socero pro dote in eo termino persoluenda: quo fit, vt in dote tunc persoluenda recõpensationem accipiat, ẽt onerum, q̃ ante solutionem sustinet, idque ex conuentione inter vtrumque: atque ea causa accipere non potest pro illis aliud pretium.

8 Fortè interrogabis. Quid † si socer a principio Dubiũ
constituit; se daturũ genero in dotẽ filiæ duo millia aureorum post celebratum verò mrimoniũ, videns se non posse statim soluere, ab eo petat dilationem solutionis vsq; ad annum cũ pacto, vt interim gener possessione soceri fruat, erit ne tunc gener vsurarius, posito, ꝙ ex dilatione talis solutionis nullũ lucrum ei cesset? Pars, quæ affirmat, suaderi põt. Qm̃ generum concedere tunc socero dilationem solutionis, est virtute dare illi mutuo duo illa millia aureorũ: accipere autẽ pro mutuo aliquid vltra sortem, est vsura. Confirmatur, qm̃ si gener accepisset iam pecuniã illam a socero, & socer mutuo illã ab eo peteret, soluendam post annũ vsura esset accipere fructus possessionis illius vltra sortẽ, vt illã cõcederet: ergo vsura ẽt est, accipere illos pro dilatione solutionis pecuniæ, sibi iã ex pacto præcedenti debitæ. Dicendũ arbitror, Decis.
vsurã re vera esse, si pro dilatione solutionis, aut pro mutuo illorũ aureorũ, accipiat gener a socero fructus possessionis illius, nihil impediẽte, quod mrimonij onera sustineat. Si tñ dicat socero, qm̃ peto, quæ mihi promisisti, aut dedisti pro sustinẽdis matrimonij oneribus, habeamus vt nullum, dissoluamus ve, præcedentem contractum; atque hunc alium iustum de nouo ineamus, vt pro sustinendis matrimonij oneribus, interim dum mihi non tradis illam pecuniã, des mihi fructus huius possessionis: qñ verò eam tradideris, sit illa deincepts in pretium onerum sequentium matrimonij: nouo hunc cõtractum iustum, minimeq; vsurarium, esse arbitror, esto genero nullum lucrum cesset ex dilatione solutionis talis pecuniæ.

Obijcies pari ergo nõne, si extraneus petat ab Obiec.
illo pecuniã illã, q̃ pro sustinendis mrimonij onerib. accipit, poterit celebrare cum eo simílem contractum, accipereq; ab eo aliqd vltra sortem pro matrimonij oneribus sustinendis, interim dũ pecuniã illã nõ soluit, esto ex dilatione solutionis talis pecuniæ nullum lucrum ei cesset. Neganda est in consequentia: qm̃ non spectat ad extraneum compensare onera matrimonij, quemadmodũ pertinet ad Socerũ, aut ad alium, qui dotem dat sponsæ: eaque de cã comparatione eius, qui sponsam non dotat, non habet alium titulum quã mutui, ratione cuius ob illã recipere potest vltra sortem.

Hinc intelliges, si gener, postquam licite accepit a Socero possessionem aliq̃ fruenda loco dotis non statim soluẽdæ, indigeat tanta pecunia, quanta est dos, illam què mutuo petat ab aliquo extraneo nefas esse tali extraneo accipere fructus possessionis illius pro pecunia, quã dat mutuo genero illi, esto inter eos pactũ intercedat, ꝙ mutuans accipit a Socero solutionẽ in dote, quam genero debet.

bet. Ratio est, qm̃ posito, q extraneo illi nullum lucrum ex mutuo cesset, non habet alium titulũ accipiendi fructus possessionis illius vltra sortẽ, nisi mutuitaq; de causa vsuram committat, si eo eos accipiat: at verò gener, qui habet alium iustũ titulum, nullam vsuram committit.

Quæs. 2 Dubium est, vtrum † quemadmodum gñr paciſci põt cum Socero, vt interim, dũ non persoluitur ei dos, accipiat fructus possessionis non computandos in sortem: sic ẽt paciſci possit, vt quotãnis certã pecuniæ quantitatẽ ipsi soluat. Io. And. & quidã alij, quos Couar. loco citato, & alij refe runt, negant. Quoniã inquiunt, e. salubriter, solũ id concessit in fructib. pignoris, qui à fortuna pẽdent. Meritò tñ sententia hæc communiter a doctoribus improbatur. Cũ. n. fructus illi, dum adhuc a fortuna pendent, vendi possint pro aliquo determinato pretio quotannis soluendo, nulla profectò est rõ cur, sicut gener paciſci licite p̃t de fructib. illis, non possit ẽt paciſci de tanta quantitate pecuniæ quanta est illud pretiũ. Præterea, cum gener in recompensationem iustam pro oneribus matrimonij, quæ sustinet, licitè accipiat fructus possessionis alicuius, nulla profecto est ratio, cur simiiter non possit iustè paciſci, vt sibi quotannis tanta pecuniæ quantitas persoluatur, quãtum æstimabuntur onera, quæ sustinet: at iustum eorum pretium erit, quantum dos ipsa, in possessionibus tradita, reddere deberet.

Dubiũ 10 Controverterunt † doctores, an esset licitum statutum, quo sanciretur, vt interim, dũ dos non solueretur gño, accresceret socer soluere ei quotannis certam pecuniæ quantitatem ad sustinenda onera matrimonij ad rõnẽ vnius v. g. pro quatuordecim æstimationis doris, quæ illi esset promissa. Ex dictis verò facilè constat licitum esse tale statutũ, non solum ratione lucri cessantis (præsertim in locis vbi pecunia facilè emuntur annui reditus, vt vult Couar. loco citato cap. 8.) sed etiã quia, ideſt, pretium iustum pro matrimonij oneribus sustinendis, vt ex dictis satis est perspicuum.

Dubiũ

Decis.

## An, dissoluto matrimonio, possit adhuc gener accipere fructus pignoris, non computandos in sortem. Et quid de filijs vxoris defunctæ. Quid item de vxore, defuncto viro: & de vxore, & hæredibus, non descendentibus vxoris comparatione viri, aut hæredum viri.

### DISPVTATIO CCCXXII.

*SVMMARIVM.*

1 *Gener an possit soluto matrimonio tanquam tutor filiorum accipere fructus pignoris non computandos in sortem, donec ei dos soluatur.*
2 *Hæredes viri quomodo restituere teneantur dotem vxori, vel eius hæredibus.*
*Et quid in Lusitania seruatur.*
3 *Fructus rerum dotalium quomodo pertineant ad vxorem soluto matrimonio, & quid de vsu.*
4 *Vxor interim donec ei dos soluatur, quomodo alimentari debeat de bonis mariti.*
*Et quid de iure Lusitaniæ & Castellæ, nu. 5.*
6 *Hæredes viri si sint in mora soluendi dotem, tenentur solum ad lucrum cessans.*
7 *Statutum an sit licitum, quod hæredes viri teneantur soluere vxori certam pecuniæ quantitatem, donec ei dotem persoluant.*

1 DVbium est, si † gener fructus pignoris accipiebat interim, dum dos ei non persoluebatur, vxorque, relicto filio, moriatur, anteq̃ dos soluatur, vtrum maritus (qui tutor, aut curator, est filij, atque vsufructuarius in bonis illius) p̃seuerare licitè possit in accipiendis eisdem fructibus non computando illos in sortem, interim dũ dos, cum vsura promissa, non soluitur. Ordinationes Lusitanæ libr. 4. tit. 14. §. 1. negant absque vsuræ vitio posse accipi. Atq; ita proculdubio est dicendũ. Quoniam cessat iustus ille titulus, eos accipiendi vltra sortem, ad onera matrimonij sustinenda, vxorem alendo.

Dubiũ

Decis.

Obserua tñ posse tunc virũ petere a patre defuncti, aut ab alio, qui eã dotauit, aut dotẽ debet, vt soluat statim dotem, in quo filius defuncti succedit. Si verò non soluatur statim, exigere poterit totum lucrum cessans, non solum quantum dos reddere posset, si soluenda esset in possessionibus sed ẽt quantum æstimaretur lucrum, quod ex illa, sua industria sperauit: quippe cum vsufructuarius loco filij sit eorum omnium bonorum. Idẽ lucrum cessans petere poterit filius, defuncto patre, aut tutor, vel curator filij. Mortuo autem gño & superstite vxore, ad quam dos promissa expectat, cũ cessent matrimonij onera, vtique ea mulier petere non poterit a patre, aut ab alio, qui dotem promisit, aut debitor illius existat, quicquam vltra sortem, nisi solum lucrum ex eo ipsi cessãs, quod dos statim non persoluatur.

2 Quod ad † vxorem attinet, defuncto viro, qui dotẽ iam recoperat, & ad hæredes vxoris defunctæ sine liberis, quib. vir, aut hæredes viri, soluere tenentur dotem, obseruandum est. De iure cõmuni, non solum quando matrimonium dissoluitur per mortem vxoris, manere virũ in possessione omnium bonorum, tanquam familiæ caput, ab eoq; recipere debere hæredes vxoris dotem, & cætera bona, quæ ad ipsam spectabant, sed etiam qñ dissoluitur matrimonium per mortem viri, manere hæredes viri tanquam familiæ caput, ab eisque vxorem recipere debere, quæ ad ipsam spectant. Tametsi interim, dum dos ei non restituitur, possit vxor retinere domum, in qua simul cũ viro habitabat, & bona omnia intra illam reperta. In Lusitania verò, quando matrimonium non contractu medietatis bonorum celebratum est vxor, tanquam familiæ caput, manet in possessione bonorum omnium communium, aut quæ aliquo modo sunt obligata: ab eaque hæredes viri accipere debent medietatem omnium bonorum, retinente ipsa medietatem alteram.

Ius Lusitanũ.

Quando

Digitized by Google

Quando verò contractu arrharum & dotis matrimonij fuit celebratum, licèt bona, quæ erant peculiaria viri, statim ad hæredes viri spectent, neq; vxor in possessione eorũ maneat; in reliquis tñ, q̃ vel propria sunt vxoris, vel inter ipsam & hæredes viri diuidenda sunt, manet vxor in possessione, ab eaq; hæredes viri accipere debẽt, quæ ad ipsos spectant. Hæc hñr 4.l.ord.tit.7.§.1. & trib. sequentib. Interdũ ẽt in Lusitania, quando matrimonij cõtractu arrharũ & dotis celebratur, solet in instrumentis deduci in pactũ, q̃, si matrimonij per mortem viri dissoluatur, vxor maneat caput familiæ, & ab ea hæredes viri accipiãt, quæ ad virum spectãt: standumq; est eiusmodi pacto iuxta ea, quæ tit. 7. citato in prin. traduntur.

Deinde est obseruandum, in euentib. in quib. de iure cõi, aut Lusitaniæ, vxor, aut hæredes ipsius, accipere debent dotem, & alia bona vxoris, de manu viri, aut de manu hæredum viri, quondam de iure cõi fuisse statutũ, vt vir, aut hæredes viri, restituere tenerẽtur dotẽ vxoris annua, bima, trima, hoc est, intra tres annos, restituendo singulis annis tertiam partem totius dotis. Nouissimè verò sancitum fuit, quod, q̃n dos consistit in bonis aliquib. immobilibus inæstimatis restituatur statim absque vlla mora quo ad hæc bona.

Si verò consistat in rebus mobilib. aut se mouentibus, vel in iurib. incorporal. b. inæstimatis, aut denrq; reddenda sit tota summa quo ad solã æstimationem, tunc quo ad hæc omnia restituatur dos intra annum a die soluti matrimonij. Ita habetur expresse l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. act. & l. pen. tit. 11. p. 4. Ait verò Anto. Gom. ad l. 50. Taur. num. 46. in hoc regno iam hodie solere instrumentis dotalibus deduci in pactum, vt soluatur intra triginta dies, seruandumq; tunc esse pactum. Similiq; modo in Lusitania, si quod interueniat in instrumentis dotalibus hac de re pactum, illi est standum.

3 A die dissoluti matrimonij, fructus † rerũ dotalium immobilium, si traditæ fuerunt inæstimatæ, pertinent ad vxorem, aut ad hæredes vxoris, & similiter fructus rerum mobilium inæstimatarum, vt sunt fructus pecorum, merces nauis locatæ, iumentorum, aut mancipiorum locatorũ. Vsus, tamẽ istorum omnium, & vsus dotis, quę in summa consistit, quam maritus debeat, & non in aliquib. determinatis rebus in individuo, pertinet ad virum, aut ad hæredes viri, toto tempore ad restitutionem dotis eis concesso. Hæc habentur l. vnica. §. exactio, citatis, & affirmant Anto. Gom. a nu. 46. citato, Couar. in Epitom. ad 4. decret. p. 2. c. 3. §. 9. Et alij, quos referunt.

4 Interim † dum vxori, intra tempus a iure permissum, dos non traditur, ali debet de mariti bonis, vt affirmant Pan. c. Salubriter de vsuris, Bar. & alij, quos referunt ac sequuntur. Ant. Gom. l. 50. Taur. nu. 48. & Cou. 4. var. res. c. 1. num. 3. col. 6. & in Epitom. loco citato. nu. 9. & 10. Intelligendum tamen est, dummodo alimenta petat, neque aliunde habeat a quo sustentetur. Quærè, si ab alio alimenta ei præbeantur, non tenentur hæredes mariti ea soluere: nisi idcirco illi sint collata, quia, cùm ab hæredibus ea petiuisset, noluisset ea illi ministrare, eaque de causa coacta esset petere ea ab alijs; tunc. n. soluere tenẽtur hæredes quę ita expendisset; Ait verò Cou. nu. 10. citato, si intra id tempus ad secundas transisset nuptias, paupercq; esset, neque dos illi traderetur, præbenda esse illi alimenta: secus autem, cum alijs, quos refert, esse ait si diues esset, virque eam aleret.

Præterea, si iuxta hactenus dicta, fructus aliq bonorum dotalium, aut aliorum suorum bonorum, intra id tempus ad eam pertineant, de eis est alenda, & solum, si quid deesset ad integram sustentationem, soluendum est illi de bonis mariti defuncti. Portrò, inter alimenta ei præstãda, computat Couar. nnm. 10. citato, vestes lugubres. Tenetur præterea mulier illa eo tempore laborare iuxta consuetudinem patriæ, & qualitatem personæ. Statim verò, ac dos illi soluitur, non debẽtur ei alimenta, etiam si continuo post mortem matĩ ei soluatur.

Quia verò ius hoc alimentorum ortum ex eo habet, quod pro dote debita sint alimenta vxori interim dum, iuxta iuris dispositionem, dos ei nõ soluitur priuilegiũ hoc est personale vxoris, quo fit, vt mortua vxore, vel dissoluto matrimonio p̃ mortem vxoris, alimenta non debeantur hæredibus illius, interim dum dos ei non soluitur.

5 Credo † tamen in his Lusitaniæ & Castellæ regnis, in quibus vel bona omnia sunt cõmunia, vel certè bona superlucrata cõia eis sunt, consuetudinem habere, vt de communibus bonis vxor sustentetur, interim dum partitio bonorum non absoluitur, & non traditur ei dos.

Illud ẽt obserua, si vxor maneat p̃gnans alimẽta esse ei præbenda de bonis cõib. ẽt si dos statim ei tradatur, iuxta l. 1. §. mulier. ff. de ventre in possess. mittend. lege Ant. Gom. vbi supra.

His ita constitutis, dicendum est cum Cou. co 6 rol. 6. citato, Cai. 2. 2. q. 78. a. 2. ad 6. & alij. A † tẽpore, in quo, iuxta hactenus dicta, hæredes viri in mora sunt soluendi dotem vxori, aut vir, vel ipsius hæredes, in mora sunt soluendi dotem hæredibus, vxoris, vxorem, hæredesve illius, solum posse exigere lucrum cessans ex eo, quod dos non soluatur, non verò aliquid aliud vltra sortem, quicquid aliqui in contrarium dicant, vt satis perspicuum est ex hactenus dictis: eo quòd nullum aliũ iustum titulum habeant, vnde plus exigere possint. Antequam aũt vlla sit mora soluẽdi dotem, solum petere poterunt fructus dotis, si qui, iuxta hactenus dicta, a die soluti matrimonij ad vxorẽ pertineant, & insuper exigere poterit vxor, quod superfuerit ad competentia sua alimenta eo tempore, iuxta ea quæ dicta sunt.

7 Controuertunt † doctores, an esset licitum statutum, quo sanciretur, vt interim, dũ viduis dos non persolueretur, tenerẽtur hæredes mariti soluere eis quotannis certam pecuniæ quantitatem ad rationem, verbi gratia, vnius pro quatuordecim æstimationis dotis, vt in calce præcedentis disputationis definitũ est, licitũ esse tale statorum comparatione generi, interim dum dos promissa ei non solueretur. Dubiũ

Multi

Digitized by Google

Multi, quos Couar. 3. var. resc. 1. nu. 3. coroll. 7. refert, affirmant esse illicitum, & contra clemẽtin. 1. de vsuris. Ratio eorum est, quoniam vsuras introduceret. Mihi certè opinio hæc nõ displicet; qm̃, vt ex dictis constat, viduis in primo anno solũ debẽtur fructus aliqui dotis, & insuper, si quid desit ad cõperientia alimenta, quæ aliunde non habeant: deinceps verò solum ei debetur lucrum cessans: & si quid amplius accipiãt, vsurã cõmittũt. Vñ inquũ esset statutũ, ꝙ plus eis concederet. Imò, qñ illatutũ id taxaret, arbitrando quãtum ex capitib. commemoratis quotannis ei esset soluendum, vim non haberet in conscię foro, nisi qñ vel fructus illi dotis, & aliměta, vel luctũ cessans, re vera id totũ valerent, spectatis circunstantijs oĩbus, quæ circa vnamquamque viduam contingerent: quare non consulerem condi tale statutum.

Nisi fortè in pœnam iustam hæredibus mariti id sanciretur, quando, contra viduæ voluntatem, dos detineretur vltra tempus lege taxatum, interueniente q; vera culpa ex parte detinentium, vt Caiet. in resp. ad 6. citata, vult: deficiente. n. culpa, aũt vidua non renitente, nihil accipi posset in pœnam: quoniam, vbi culpa deest, pœna locum non habet. Quo fit, vt neq; in pœnam prudens, ac tutũ esset tale statutum.

## Vsurane sit, proprietarium in sortem non computare fructus pignoris pro mutuo a feudatario, aut emphyteuta, acceptos.

## DISPVTATIO CCCXXIII.

### SVMMARIVM.

1 *Proprietarius quomodo non teneatur cõputare fructus pignoris in sortẽ, pro mutuo a feudatario, aut emphyteutica acceptos, & quare, nu. 3.*

2 *Cap. 1. de feudis, & cap. conquestus, de vsu. quomodo intelligantur.*

4 *Contractus feudi, & emphyteusis quibus conditionibus instituí possint.*

1 CAp. 1. de feudis, & c. conquestus, de vsur. habetur, qñ feudatarius † dat proprietario ꝓ mutuo rem in pignus, quam in feudum habebat, non teneri eiusmodi proprietarium computare in sortem fructus, quos ex ea re perceperit: modo tamen interim. dum pignus retinet, fructusq; ex illo percepit, immunem feudatarium efficiat a seruitio, quod pro vtili dominio talis rei ei debebat. Quod si, vel seruitium exigat, vel oblatum recipiat, nulla facta protestatione, quod recipere illud non velit tanquam debitum pro vsufructu, dominiove vtili rei illius, tunc computare tenetur fructus pignoris illius in sortem, aut reddere illos feudatario.

2 Doctores † addunt, doctrinam illorum capitũ intelligendam esse, quando feudatarius meliorationes non fecerat in re feudali: si. n. res illa maiores fructus ratione meliorationum reddat, tunc proprietarius computare tenetur excessum illum in sortem, aut reddere illam feudatario. Item addunt, intelligendam esse, quando feudatarius nihil pretij dedit pro feudo (adde tu, neq; in recompensationem pro aliquibus obsequijs, aut meritis, est illi traditum) sed solum pro seruitio, aut pensione, in posterum exhibendis.

Si enim ratione pretij, aut meritorum antecedentium, minor pensio, aut minus seruitium subsequens, illi a principio fuit impositum, ita quod partem fructuum recipiat ob pretium, aut merita antecedentia, & partem aliam ob pensionem, aut seruitium subsequens, tunc vsura erit, portionem fructuum, quæ pretio, aut meritis antecedentibus respondet, non cõputare in sortem, aut non tradere illam feudatario. Consentiunt Nau. in Man. c. 17. num. 218. & alij, quos citat. Idem sub eisdem conditionib. ait Nau. vbi supra nu. 217. esse de re emphyteutica, comparatione proprietatij, & consentiunt alij, quos citat. Imò id sancitum est 4. li. Lusitanarum ord. tit. 14. §. 4.

3 Difficultas verò † non parua est, quænam sit ratio cur in eiusmodi cõtractu vsura non intercedat Gl. c. conquestus, ait id in priuilegium Ecclesiæ esse concessũ. Merito iñ reijcitur cõiter. Qm̃, si ex natura rei in eo vsura interuenit, sanè priuilegium efficere non potest, vt liceat, vt disp. 321. dictum est. Quare communis doctorum sententia affirmat, id licere, etiam quando proprietarius non est Ecclesia, sed quiuis laicus.

Sotus 6. de iust. q. 1. ar. 2. in respons. ad vlt. Io. Medina de reb. per vsuram acquis. q. 2. vers. ad c. conquestus, Contad. de contractib. q. 32. & quidam alij, asserunt, id ex feudi natura prouenire, ad quam pertinet, quod, quando proprietario in pignus id datur, ꝙ suum est quo ad proprietatẽ, possit accipere fructus illius non computandos in sortem, interim tamen remittendo feudatario onus, quod ratione dominij vtilis debebat.

Hoc iñ, nisi aliud addatur, sanè non satisfacit. Etenim feudatarium concedere ita ad tẽps dominium vtile, priuative fructib. quos interim proprietarius recipiat, est quippiam pretio æstimabile: quo fit, vt, mutuante accipere illos non computandos in sortẽ, grauamen vt illud mutuatario vi mutui imponere, nempe vt pignus tradat cuius fructib. sit eo ipso priuandus, vsuræ vitiũ ex ipsa rei natura continere videatur. Con. 3. var. resc. ca. 1. nu. 4. post Adrian. de rest. in materia de vsur. q. restat breuiter soluere, &c. in resp. ad 2. ait, duo illa capita intelligenda esse, qñ fructus non excedunt seruitium, ꝙ feudatario remittitur. Vtiũ iñ neq; hoc plane satisfacit. Qm̃ cogi feudatarium ob mutuum commutare fructus illos pro remissione seruitij, est grauamen pecunia æstimabile; atq; adeo neque ea via vsuræ labes vitatur.

Idcirco in hac re difficili, non mihi occurrit qd aliud commodius dici possit quam quod dicunt Maior. in 4. dist. 15. quæst. 31. cas. 1. Gabriel ibidem, quæst. 11. ar. 2. conclus. 4. cas. 2. Almai. ibidem. quæst. 2. & quidã alij. Nempe, quemadmodum, quando † contractus feudi, & emphyteusis,

4 primò

Digitized by Google

primò fuerunt instituri, fuisse institutos cũ quibusdã conditionib. quib. violatis, amitteretur dominium vtile, & rediret ad proprietarium; sic ei instituì potuisse cum ea conditione, quod, si proprietario res feudalis, aut emphyteutica, traderetur in pignus, pertinerent ad eum fructus illius, nec teneretur computare illos in sortem, modo seruitium, seu pensionem, remitteret; videriquè ita re ipsa fuisse institutos, vt ex vsu, & declaratione illa duorum illorum iurium constat.

Quo fit, vt neq; necesse sit id deduci in pactũ, qñ celebratur contractus feudi, aut emphyteusis; vt Gabriel, & Almainus locis citatis vellè videntur, neque item quando res feudalis, aut emphyteutica, traditur in pignus proprietario.

Dicendum itaque est, proprietarium, non vi mutui accipere fructus non computandos in sortem, id enim vsura esset; sed vi naturæ contractus feudi, atque emphyteusis. Et fortè Sotus, & Medina, non aliud voluerunt.

## Vtrum Pactum legis commissoriæ locum habeat in pignoribus, & num sit vsurarius.

## DISPVTATIO CCCXXIV.

### SVMMARIVM.

1 *Pactum legis commissoriæ in venditionibus, quid. Et quid in pignoribus.*

3 *Pactum legis commissoriæ in pignoribus prohibitum, & irritum est.*

4 *Pactum, quod debitore intra terminum non soluente, pignus sit venditum iusto pretio arbitrio boni viri, validum est, etiam de iure Castellæ, & Lusitaniæ.*

5 *Vsura sit, mutuare cum pacto, quod si debitum intra certum tempus non soluatur, pignus maneat venditum iusto pretio.*

6 *Fideiussor an licitè paciscatur cum debitore, quod si intra terminum præfixum debitum non soluat, maneat pignus sibi venditum certo aliquo pretio.*

PActum legis commissoriæ in venditionibus est, qñ aliquid venditur cum pacto, seu conditione, quod si emptor pretium non dederit intra terminum constitutum, vt intra mensem, aut annum, vel aliam, quem contrahentes præfixerint, res sit non vendita.

Et tunc, si emptor intra eum terminũ pretium non dederit, in potestate venditoris, transactio termino, est, vel retinere, aut repetere, rem quam vendidit, dissolueregue venditionem, vel cogere emptorem ad pretij solutionem: eo quod pactum illud in fauorem solius venditoris sit appositum, vnde in venditionibus validum est eiusmodi pactum.

Ita habetur l. prima, & per totum titulum, ff. de lege commissoria, & consentiunt Doctor. omnes. Inde verò pactum legis commissoriæ fuit nuncupatum, quod ea lege ac conditione res venditur, vt, si pretium intra præscriptum tempus nõ soluatur, emptor incidat in commissum, amittatque ea de causa rem, quasi sibi non venditam, eo modo, quo emphyteuta incidere dicitur in cõmissum amittendi emphyteusim, quando aliqua non seruat, vt suo loco dicetur.

2 In pignoribus † verò pactum legis commissoriæ est, qñ aliquis pignus pro mutuo, aut quocunq; alio debito, accipit, ea lege, & conditione, quod, si debitor intra certum tempus debitũ nõ soluerit, pignus efficiatur creditoris pro eo debito, aut emptum certo alio, & determinato pretio, quasi debitor eo ipso, quod intra præfixum tempus non soluit, incidat in commissum, amittendi eo modo pignus.

3 Pactum † hoc reprobatum, irritumq; est receptum in pignoribus, l. vltim. & l. prim. C. de pact. pignor. c. significante de pignorib. l. 41. tit. 5. & l. 12. tit. 13. p. 5. & lib. 4 Lusitanarum ordinationum, titu. 26. in princip. Et quidem, si pignus plus valeret quam pretium illud, & tamquam lucrum ex mutuo, aut ex dilatione solutionis, pactum illud apponeretur, vsura id esset, secluſa qualiscunque positiua lege, qua eiusmodi pactum prohiberetur.

Ad hoc autem, & alia mala vitãda, merito iuribus citatis prohibitum, irritumque est effectum eiusmodi pactũ in pignorib. quo fit, vt esto debitor terminum præfixum transgrediatur, repetere possit pignus suum, soluto debito. Si tamen propter moram in causa fuit creditori alicuius lucri cessantis, aut damni emergentis, tenetur ei id resarcire, vt disp. 315. & 299. dictum est.

Obseruat verò Pan. capite significante citato, 4 nu. 6. si † pactum sit, quod debitore intra terminum non soluente, pignus sit venditum, non certo aliquo & determinato pretio, sed pretio iusto arbitrio boni viri, validum effectale pactum.

Estque id iam hodie definitum legib. Castellæ citatis, & in ordinat. Lusit. titu. citato. §. primo pignus a duob. probis viris æstimetur, quomodo, in quo statuitur, quod transacto termino horum vnum eligat creditor, alterum debitor, adhibito eis iureiurando, quod pretium syncere æstimabunt. Ibidem §. secundo, subnungitur, si pactum sit, quod pignus sit vẽditum pro iusto pretio creditoris arbitrio æstimando, sit eo ipso nullum tale pactum, esto conuenerint, vt adhibito prius iureiurando, precium æstimarent. Bar. a Panor. ibidem, & ab alijs relatus, ait, si pactum esset, quod pignus, termino transacto, maneret venditum, esse validum; qm̃ sensus esset, quod maneret venditum iusto pretio arbitrio boni viri æstimandum. Placet verò hæc sententia, quæ communis est, & quam inter alios, approbat Couar. 3. variar. resol. c. 2. ad finem, nu. 7.

Non defuit, qui in hunc modum aduersus hactenus dicta argumentaretur. Vsura † est ob mutuum, aut ob dilationem solutionis, obligare debitorem ad vendendum pignus, etiam pretio iusto, non secus atque vsura est obligare ad ineun-

5



Digitized by Google

dum contractum assecutationis, vt disp. 318. ostẽ sum est: ergo vsura est mutuare cum pacto, quod, si debitum intra certum tempus non soluatur, pignus maneat venditum iusto pretio.

Ad hoc respondet Couar, loco citato, si id fieret tanquam grauamen pro mutuo, atque iniunctum tanquam lucrum ex mutuo, vtique esse vsuram. Si tamen fiat, vt creditor se indemnem seruet, eaque via in termino recompensationem accipiat rei sibi debitæ, nullam esse vsuram. Addens posse etiam grauamen illud licitè iniungi debitori in pœnam iustam, si in termino constituto debitum non soluat, vt bene Nau. in Man. c. 17. num. 203. & 217. idnotauit.

Dubiũ 6 Dubium est, vtrum † saltem fideiussor licitè paciscendum debitore possit quod, si intra terminũ præfixum debitum non soluat, maneat pignus certo aliquo pretio sibi venditum. Quicquid autem Couar. loco citato dicat, sanè eiusmodi contractus improbatus non est, sed potius permissus, atque approbatus iure ciuili, l. vlt. C. de contrahenda emptio. quæ, si vel pretium ipse esset iustũ, vel in pœnam iustam debitori iniunctum, vt pignus vilioris illo pretio esset venditum, vel fideiussio ea compensatione esset data, improbare non auderem tale pactum, iuxta ea, quæ præcedentib. disputationib. dicta sunt: tamen si semper sit consulendum, vt homines ab eiusmodi pactis abstineant. De pignoris contractu infrius suo loco dicetur.

Satisfit.

## Vtrum in Monte pietatis vsura interueniat.

### DISPVTATIO CCCXXV.

*SVMMARIVM.*

1 *Pietatis mons quid: & quæ leges illius.*
2 *Pietatis mons an licitè possit aliquam accipere vltra sortem.*
3 *Pœna excommunicationis latæ sententiæ statuta à Leone X. contra eos, qui disputant, aut prædicãt contra montes pietatis.*

POstremò de monte pietatis est disputandum, vsurariusne sit, an potius licitus, & sanctus. Mons pietatis præsertim apud Italos est in vsu. Cum enim pecunia indigentes, Hebræorum vsuris opprimerentur: alij item, vt suis necessitatib. ad breue tempus subuenirent, cogerentur vestes, & alia, quæ magno pretio emerunt, vili vendere: ad hæc, & ad alia multa vitãda, concionatorum, aliorumque piorum virorum suasu, erecti sunt 1 montes pietatis, quos vocant. Sunt † verò non aliud, quam summa quædam pecuniæ publicè deputata ad subueniendum per mutuum illa indigẽtibus vicatione maiora mala, atque dispendia vitarentur.

Ea autem pecunia vt plurimum cõgregari solebat, contribuentib. priuatis hominib. vnoquoque eorum pro sua deuotione, siue donatione inter viuos, siue per vltimam voluntatem, interdũ etiam respublica de communib. bonis ad id illam deputabat.

Leges horum montium erant, vt ex ea pecunia singulis indigentib. mutuo daretur vsque ad certam quandam summam, soluendam ad annum, aut duos annos, relictis pignoribus, quæ illam valerent.

Quòd si intra terminum præscriptum pecuniam non reddebant, vendebantur continuo pignora, atque ex pretio soluebatur mutuum, reponebaturq; in monte: incrementum verò pretij, dominis pignorum reddebatur.

Quia tamen necessarij erant ministri, qui curã huius pecuniæ haberent, quique mutuo illam darent, acciperentque, & custodirent pignora, ea redderent dominis, aut venderent, & reciperent mutui solutionem, qui sanè stipendio competenti indigebant: quia item necessarij erant sumptus ad conducendam domum, in qua pecunia, & pignora, seruarentur, & ad quam accederent, qui mutuo indigebant: itemq; ad emendos libros rationum, arcam pecuniæ efferrandæ, & cætera instrumenta ad eam negotiationem exercendam; ne pecunia montis paulatim in his omnib. sumptib. decresceret, ac tandem consumeretur, sancitum erat, vt singuli mutuatarij mensib. singulis modicam quid contribuerent, vltra sortem pro quantitate summæ, quam mutuo acciperent, præcisè quantum, prudentis arbitrio, sufficeret ad eos omnes sumptus, ita vt neq; pecunia montis ex mutuo accresceret, neq; item decresceret, sed perpetuo in eodem statu ad indigentium vtilitatem conseruaretur. 3

Atq; de hac † sola vltima lege, & fuit quondam controuersia, esset ne licita eiusmodi acceptio modicæ illius quantitatis vltra sortem ad sũptus illos, & fines, an verò illicita esset, & vsuraria, & ad nostra vsque tempora apud quosdam perseuerauit, nihil impediente, quod Leo X. in Lateranensi Concilio, approbante eodem sacro Concilio, definierit, ac declarauerit, licitos esse montes pietatis, sub forma explicata erectos, ac iustitutos. 2 4 5 6

Caietan. itaque secundo tomo, opusc. tract. 6. & Sotus sexto, de iustitia quæst. 1. art. 6. contendunt, vsuram interuenire in receptione illa vltra sortem ad sumptus illos, eosque sumptus, saltem quos erunt ad conseruationem pecuniæ illius ordinandus (vt Caiet. & Soti sententia præcipuè ordinatur,) ex monte ipso, aut aliunde, esse faciendos, non verò contribuentibus ad id mutuatarijs, eo quod vsura sit incrementum illud ea de causa accipere.

Id autem probãt, quoniam, si dives aliquis eo modo pecuniam aliquam per aliquot annos ad id deputasset, retento dominio illius, vsuraticus sanè esset, si ad eos sumptus incrementum aliquod a mutuatarijs acciperet; quandoquidem sumptus ad suam pecuniam conseruandam, non ad mutuatarios, sed ad ipsum spectant, esto ad mutuum, in illorum gratiam, deputatam eam habeat; ego quamuis dominium illius a se abdicauerit

uerit, illudque in rem publicam transtulerit, cui ad illum præcisè vsum eã concessit: vt iq; ad rẽpublicã ipsam ex ipsamet pecunia, aut aliunde, pertinebit eos sumptus facere, non vero ad mutuatarios, eaq; de cã, si ab illis aliquid vltra sortem accipiat, vsuram committet. Quod si, ait Sotus pecunia illa nullius remaneat, ad ipsam spectabit se ipsam conseruare, atque adeo ad administratores illius attinebit sumptus ad id necessarios ex ea facere, nihil impediente, quod, dum id exercetur, ad quod fuit relicta, paulatim consumatur.

Contrariam sententiam affirmant Io. Med. de rebus per vsur. acquisi. q. 10. & Nau. in comment. de vsura nu. 64. quam tangit etiam in Manuali, c. 17. nu. 213. estque proculdubio amplectenda. Sicut enim licitum est aliquid accipere a mutuatarijs ratione lucri cessantis, aut damni emergentis, vt disputationibus præcedentibus ostensum est, neque in eo vlla cernitur vsura, quia non accipitur pro mutuo, sed mutui occasione ex longè alio titulo, eo q; fas sit mutuanti, non alia ratione velle mutuare, quam deducendo in pactum tacitum, aut expressum, vt à mutuatarijs indemnis seruetur, eaq; de causa licitè potest accipere ab eis damnum, quod ei emergit, aut lucrum, quod ei cessat, ob mutuum: ita fas est accipere a mutuatarijs expensas omnes, quæ, vt mutuum in eorum gratiam præparatum semper habeatur, eisque, quando voluerint, detur, fiunt: neque enim subire eas tenetur, qui beneficium mutui præstat; sed fas ipsi est, deducere illas mutuatarijs in pactum, vt, si mutuum, in ipsorum solum commodum ex charitate præparatum, accipere velint, eas solmant, alioquin ab accipiendo eo mutuo se excusent: quo fit, vt ex commutatiua iustitia in eo eventu teneantur mutuatarij eas soluere, non quidem vi mutui, quasi ex illo quocunque alio contractu, ex solo mutuo ad illas tenerentur, sed vi alterius contractus iusti, quo ex lege naturali mutuum in ipsorum commodum præparatum, si ad expensas in eorundem commodum factas contribuere pro rata velint, de quibus non minus dicam est pacisci, quam de lucro cessante, aut damno ratione mutui emergente.

Quo loco obserua, sicut, qui maiori tempore mutuum detinet, plus soluere solet pro lucro cessante, eo quod maiori tempore maius lucrũ mutuanti cessare soleat: sic etiam postulare æquitatem, vt, qui pluribus mensibus æqualem pecuniæ quantitatem ex monte pietatis mutuo detinet, plus contribuat, pro tempore rata, ad eas dẽ communes montis expensas, quatenus impedimento est, ne alij illis mensibus eam accipiant, qui ad easdem expensas contribuerent, si illis mensibus mutuo eis illa daretur.

Atque hinc cessat obiectio aduersariorũ, qua dicunt, iniungendum non esse, vt qui longiori tempore mutuo pecuniam detinerent, plus contribuerent.

Adde, cum in his, propter circunstantiarum varietatem, attingi non possit omnimoda æqualitas, satis esse statuere rationabiles leges, quæ, quantum natura rei patiatur, seruent æqualitatem.

Neque est cur de illis mutuatarij conquerantur, præsertim cum nullus eorum cogatur inire eiusmodi contractum, & cum ea omnia ordinentur, vt mutuatarij ipsi ea ratione a longè maioribus grauaminibus, ac dispendijs liberentur.

In confirmationem huius sniæ accedit, approbante facto Lateranensi Conc. definitam fuisse a Leone X. sess. 10. statuta † excõicationis latæ sententiæ pœna ijs, qui in contrarium aliquid prædicare, aut disputare, verbo, vel scripto, auderent, ibidemque Leonem Decimum, affirmare, a suis prædecessoribus, Paulo Secundo, Sixto IV. Innocentio VIII. Alexandro IV. & Iulio II. approbatos fuisse montes pietatis, indulgentijs in eorum fauorem concessis.

Ac sanè Cai. & Sotus (quod pace doctissimorum virorum, ac de Theologia, Christianaq; religione, benemeritorum, dixerim) parum reuerenter, nimisq; audacter, circa Summi Pontif. ac generalis Concil. definitionem, ad mores pertinentem, loquuntur, & plus iusto potestatem, quæ in Ecclesia est ad definiẽdum, & declarandum quæ ad fidẽ, & mores spectant, coarctãt, neq; est tuta eorũ opinio. Id præterea friuolũ est, q. Sotus ait, multa videlicet illius Concilij recepta non esse. Licèt. n. statuta, quæ iuris sunt humani, vim habere desinant, si non recipiantur; definitiones tamen, & declarationes eorum, quæ ad fidem, & mores spectant, si Concilij, & Summi Pontificis sint, ab acceptione non pendent, vt in se sint certissimæ.

Aliæ præterea Caietani, & Soti tergiuersationes, quod. s. mens Summi Pontificis, & Concilij, non fuerit approbare leges, & capitula montis pietatis, nisi cum ea limitatione, quatenus sacris canonibus non fuerint contraria, nullius sanè sunt momenti.

Etenim in ea sessione expresse disputatur controuersia pro vtraque parte, fas ne sit accipere a mutuatarijs aliquid vltra sortẽ ad eas expensas, & definitum pars quæ affirmat. Adde tamen, melius esse, si, qui in eiusmodi montes pietatis erigerent, redditus aliquos relinquerent ad sumptus illos persoluendos.

Illud denique, quod ex dictis satis liquet, est obseruandum, licitum non esse pacisci, atque exigere aliquid vltra sortem ad montem pietatis augendum, aut ad aliquid aliud, quam præcise ad expensas necessarias: in eo enim, quod insuper acciperetur, vsura intercueniret manifesta.

Ad argumentum in contrarium, licèt aliquis negare teneatur antecedens, ex ratione tamen a nobis confecta satis est perspicuum, intrepidè esse negandum.

Etenim quamuis ad pecuniæ dominum spectet facere sumptus ad suæ pecuniæ conseruationem necessarios, neque possit deducere illos in pactum, vt a mutuatarius soluantur, quando ad mutuum, commodumque mutuatariorum eos non ordinauit, quando tamen præcisè sine fa-

ci, vtra pecunia ad mutuum in aliorum commodum deseruiret, ad mutuatariorum maius damnum vitandum, licitum est deducere mutuatarijs in pactum, vt ad illos contribuant, si mutuum accipere velint: non minus, quam sit licitum, deducere eisdem in pactum lucrum cessans, aut damnum mutuanti ex mutuo emergens.

Ex dictis patet, licitum esse communitatibus, aut etiam priuatis hominibus, eiusmodi montes pietatis erigere, retinendo dominium pecuniæ ad mutuum eo modo deputatæ, & cum potestate reuocandi eiusmodi montes, & conuertendi pecuniam illam ad alios vsus, quando sine mutuatariorum detrimento voluerint.

Ac sanè Sotus, & Caietanus nullum discrimen faciunt, siue dominium permaneat apud deputantem pecuniam ad mutuum, siue illud a se abdicet, vt ex argumento, cui innituntur, constat.

Reliqua, quæ hoc loco examinari poterant, nũ in eis vsura inueniatur, an non: dicentur commodius in materia de emptione, & venditione, & in alijs suis propijs sedibus.

## Vtrum vsurarius dominium eorum comparet, quæ per vsuram acquirit.

### DISPVTATIO CCCXXXVI.

### SVMMARIVM.

1 *Vsurarius an comparet dominium eorum, quæ per vsuram acquirit.*
2 *Dominium quare per traditionem comparetur.*
3 *Donans aliquid, aut tradens (etiam metu cadente in constantem virum) transfert dominium in accipientem.*
*Limita tamen, vt ibi.*
4 *Vsurarius non comparat dominium rei per vsuram immediate acquisitæ.*
5 *Vsurarius comparans per vsuram rem aliquam fructiferam, quare etiam fructus restituere teneatur.*
6 *Vsurarius interdum per accidens efficitur dominus pecuniæ, quam per vsuram acquisiuit.*
7 *Dominium de iure ciuili quomodo transferatur, quando per eum aliquid est traditum.*
*Et quid in conscientiæ foro, nu 8.*
9 *Contractum quibus casibus vitiat inuoluntarium mixtè.*
10 *Ius naturale duobus modis resistit alicui actioni, aut acceptioni.*
11 *Matrimonium contractum post votum simplex castitatis irritum factum fuit a Gregorio decimo tertio.*

5 CONsequenter est examinandum, num † vsurarius dominium eorum comparet, quæ per vsuram acquirit. Glos. cap. si quis vsuram, decima quarta, quæst. quarta, Scotus in quarta distinction. decimaquinta, quæstione secunda, artic. tertio, Palud. eadem distinctione, & quæstio. articulo quinto, Adrian. de restitutio. in materia de vsuris quæst. ex his alia oritur quæst. &c. Henric. quodlib. quarto, quæstio. 27. Nauarr. in Manuali, cap. 17. nu. 265. & plerique alij ex iuris canonici interpretibus, dominium comparare affirmant.

Suaderi autem id potest. Primò, quoniam, vt Inst. it. de rerum diuisione, §. per traditionem, 2 hẽ, per † traditionem comparatur rei dominium, redditurque ibi hæc ratio; *quoniam nihil tam conueniens est naturali æquitati, quam voluntatem domini nolentis rem suam in alium transferre, ratum habere*: cum ergo mutuatarius voluntate sua mutuanti tradit mutuum vsurarium, quod erat mutuatarij; consequens est, vt vsurarius dominiũ illius comparet.

Neque obstat, quod traditio illa sit inuoluntaria mixtè: quoniam, vt Aristotel. tertio libr. Ethicorum capitulo primo, ait, simpliciter est voluntaria, & secundum quid solum inuoluntaria: non secus, ac voluntarius eius, qui tempestate coactus, merces suas proijcit in mare, simpliciter est voluntarius.

3 Secundò, qui † metu, etiam cadente in virum constantem, donat, aut tradit rem aliquam, transfert dominium illius in accipientem, vt colligitur ex capitul. Abbas, de ijs, quæ vi, metusve causa fiunt, atque ibi notant glos. & Doctores communiter: ait enim textus; *quæ vi, metusve causa fiunt, de iure debent in irritum reuocari*; quasi ipso iure irrita non sint, & nulla, sed rescissionis authoritate veniant irritanda, & reuocanda. Excipit tamen ibi glos. quosdam casus, in quibus, quæ per vim, aut metum facta sunt, ipso iure sunt nulla.

Hinc ita conficitur argumentum. Non minus inuoluntarij, atque in rem cernitur, quando per metum aliquid exorquetur, quam quando accipitur aliquid ob mutuum: sed eius, quod per mutuum exorquetur, comparatur dominium, nihil impediente, quod restitutioni sit obnoxium: ergo & eius, quod ob mutuum accipitur.

Tertiò, si propter inuoluntarium mixtè, quod in vsuræ solutione committitur, non transferretur dominium in accipientem, sequeretur, nec transferri, quando aliquid inuoluntariè mixtè venderetur, vt quando quis, pecuniæ necessitate pressus, venderet rem, quam alioquin nullo modo vendidisset: consequens autem est manifestè falsum, & contra communem vsum, communemq; doctorum sententiã: ergo & antecedens. Sequela probatur, quoniam non est maior ratio, cur inuoluntarium mixtè impediat in vno translationem dominij, quam in alio.

Quartò, si vsurarius non compararet dominium vsuræ, esset, quoniam naturalis, ac diui-

na

na lex prohibet illam accipere, atque adeo resistit acceptioni: sed legem prohibere rem aliquam, eique resistere, non impedit dominij translationem, esto re ipsa contra legem res illa tradatur, vt patet, quoniam qui simplici voto castitatem vouit, licèt cõtra legem diuinam peccet matrimonium contrahendo, matrimonium tamen tenet, comparatque alter coniux potestatem in corpus illius: patet etiam, quoniam, si quis vendat alicui rem aliquam, quam ei nondum tradat, licet peccet contra naturalem legem eandem rem vendendo, atque tradendo alteri, emptor tamen fecũdus per eam traditionem comparat dominium illius, vt disputatione 2. dictum est: ergo vsurarius dominium comparat rei per vsuram acquisitæ.

Quintò, si vsurarius non compararet dominiũ rerum, quas per vsuram acquirit, sequeretur, ipsos, ac nullos esse contractus omnes quos postea circa res illas cum alijs celebraret, atque adeo, q vsurario panem, ac vinum venderet pro pecunia, quam per vsuram acquisiuit, teneretur eam restituere illi, a quo vsurarius eam acceperat; quandoquidem dominium illius apud illum perseueraret non secus ac dominium rei furto ablatæ, ad cuiuscunque manus, quocunque titulo deueniat, perseuerat apud eum, cuius erat, eique proindè est restituenda: consequens autem absurdum, falsumque videtur.

4 Contraria † sententia, vsurarium videlicet nõ comparare dominium rei per vsuram acquisitæ, sed perseuerare apud dantem, est Diuus Thomas 2.2.q.78.art.3.vbi ait; ideirco vsurariũ restituere teneri fructus rei per vsuram acquisitæ, quæ vsu non consumitur, quia sunt fructus rei, cuius dominium apud eum perseuerat, a quo per vsuram illam accepit.

Eadem verò prorsus est ratio de dominio rerum, quæ vsu consumuntur, vt sunt pecunia, triticum, vinum, oleum, &c. & per vsuram sunt acquisitæ: id quod innuit etiam Diuus Thom. ibidem in respon. ad tertio. Et quamuis in quarta distinct. 15. quæst. 2 artic. 4. quæstiuncula prima, dicere videatur, vsurarium comparare dominiũ rerum, quas per vsuram acquirit; non tamen loquitur ex propria sententia, vt constat, quoniam subiungit, vt quidam dicunt: postea verò. secundo secund. loco citato, propriam expressit sententiam.

In eadem sententia sunt Alexand. Alens. tertia part. qu. 66. membro quarto, Altisiodorensis, tertia part. tractat. 21. q. 1. Caieta. secundo tomo opuscul. tractat. octauo, capitulo primo, Sotus sexto, de iustit. quæstione prima, articulo quarto, Ioan. Medin. de rebus per vsur. acquisit. quæstio. quarta, ad 3. principale, Couar. 3. vari. resol. capitul. tertio, numero sexto, Gabri. in quarta distinctio decimaquinta, quæstio. vndecima, articulo primo, Maior ibidem, quæstio. trigesimaoctaua, Almain. quæstio. secunda, Angel. verb. vsura, secund. numero decimooctauo. Syluest. verb. vsura sexta quæst. 1. & multi alij.

Ad hanc eandem sententiam accedere videntur, D. Bonau. in quarta distinctio. decimaquinta, artic. 2. quæstio. 1. & Richardus ibidem artic. 2. quæst. 5. Eademque proculdubio nobis est amplectenda.

Probari autem potest. Primo, quoniam, vt habetur l. nunquam. ff. de acquiren. rerum domin. *Numquam nuda traditio transfert dominium, nisi præcesserit uenditio, aut iusta alia causa*, hoc est, iustus alius titulus: sed titulus, quo aliquid ob mutuum, pactumve vsurarium, accipitur, est iniustus, ac nullus naturali, diuina, atque humana lege, tam pontificia, quam ciuili particulari Christianorum Regnorum, vt disputatione 304. visum est: ergo vsurarius non comparat dominium rei per vsuram acquisitæ. Scio glossam & Bartol. l. citata, eam exponere, de causa iusta vera, vel tali existimata: quia, inquiunt, quando soluitur indebitum, transfertur dominium, esto nõ interuenerit vera causa iusta, sed quæ talis credebatur.

Cæterum in re proposita, iam hodie constat titulum vsurarium esse iniustum, ac nullum, ac proinde in acceptione vsuraria interuenire non posse causam existimatam iustam: quo fit, vt doctrina illa glossæ, & Bartoli, cum nostra sententia non pugnet.

2 Præterea, mihi improbabile est, ex natura rei, atque in conscientiæ foro, quando quis soluit alicui indebitum, credens se id illi debere dominiũ transferri in accipientem, quicquid sit de foro exteriori: quo fit, vt ante præscriptionem dominiũ non comparet is, cui indebitum est solutum credendo illi deberi.

3 Secundò, si vsurarius comparet per usuram rem aliquam fructiferam, vt agrum restituere teneatur, non solum agrum ipsum, sed etiam fructus ex illo perceptos, deductis expensis, vt contrariæ opinionis authores confitentur, sed, quod

5 † fructus etiam restituere teneatur, non alia est ratio, nisi illa, quam Diuus Thomas reddit articulo tertio citato, quia videlicet dominium agri non pertinet ad vsurarium, sed ad eum, qui ob mutuum illum ei dedit; eo quod fructus rei ad dominium illius spectent: ergo vsurarius non comparat dominium rei, quam per vsuram acquirit.

Quod si dicas, vsurarium restituere teneri fructus illos ratione moræ restituendi rem, cuius sunt fructus, eo quod mutuatarium impediat percipere ex eo fructus.

Tunc sequeretur, quando mutuatarius culturus non erat agrum illum, aut percepturus ex eo non erat tot fructus, vsurarium non plures teneri ei restituere, quam fuisset percepturus; etenim mora restituendi rem, cuius dominium ad eum spectat, qui illam tenetur restituere, solum inducit obligationem restituendi damnum ex ea mora subsequutum ei, cui res illa erat restituenda.

Tertiò, non minus requiritur ad transferendum dominium rei alicuius in alterum, quam ad abdicandum a se ius, & concedendum illud alteri ad eam rem; quandoquidem dominium

plus est q̃ ius, vt ex dictis disputationibus, 2. & 3. constat: sed solutio vsuræ nõ sufficit, vt mutuatarius censeatur abdicasse a se ius in rem, quã soluit, & vt illud transtulisse censeatur in vsurariũ; alioquin vsurarius non teneretur restituere eam rem mutuatario: ergo multo minus sufficiet ad transferendum dominium in illum.

Adde, quod si vsurarius dominium cõpararet rei per vsuram acquisitæ, illudque amitteret mutuatarius, non teneretur restituere eandem numero rem, quam ob mutuum accepit, sed solum valorem illius: quod nullus concedet.

Postremo, si vsurarius dominus esset pecuniæ, aut rei alterius q̃ per vsurã acquisiisset, sanè si haberet creditores aliquos priuilegiatos, vel qui hypothecam vniuersalem haberent in bonis ipsius, illi præferendi essent, vt ex pecunia, aut ex alijs bonis per vsuram acquisitis, præferentur in solutione mutuatarijs quorum erat ea bona per vsuram acquisita, quod tamen nullus concedet.

Dubiũ

Sequela probat, q̃m, vt disp. 86. videbimus, ex bonis, quorum dominium ad debitorem spectat, creditores priuilegiati, aut qui hypothecã habẽt, præferendi sunt cæteris: si aũt illi, qui vsuram soluerunt, dominium non retinent rerũ, quas ita soluerunt, sanè nullum priuilegium scimus illis a iure esse concessum, quarè ipsi, in solutione de illis bonis, cæteris creditoribus sint præferendi.

Satisfit.

6 † Illud tñ hoc loco est obseruandum, interdum vsurarium per accidens effici dñm pecuniæ, q̃ per vsuram acquisiuit, propter commixtionem pecuniæ illius cum alia vsuraria pecunia. Si enim illi erant debita centum, quæ dederat mutuo cũ pacto, vt centum & decem ei restituerentur, mutuatarius que ad illum mittat centum & decem, non designando, quæ illorum sint in mutui, & quæ in vsuræ solutionẽ, tunc receptione efficitur dominus, tam capitalis, quam vsuræ: eo quod distingui nequeat vnum ab alio, maiorque copia in tanto excessu præualeat, in causaque sit, vt dominum totius ad eum pertineat, qui dominum maioris illius partis comparat.

Idem esset si parua pecuniæ vsuriæ quantitatem permisceret vsurarius cum magna alia sua pecunia, ita vt distingui non posset, quænam esset, quam per vsuram acquisiuit, vt colligitur ex §. præterea quod per alluuionem, & sequentibus, Instit. de rerum diuisionem. Et disputatione §7. dictum est.

Credo tñ, si pecuniæ aceruus perseueret, mutuatarium tũc habere ius in re, vt sibi, ante omnes alios creditores, reddatur inde, quod vltra sortẽ solut, tanquam quid cum re aliena ibi commixtum, & separabile a toto iudicis deputatione sine totius acerui detrimento. Quo loco obserua quãdo duo de cõi consensu miscent pecuniam, vel aliquid aliud, tunc vtrumq; manere dominum totius acerui resultantis, vt inter vtrumque suo ipe diuidatur, atque ad vtrumque spectare tunc detrimentum illius, si quod ei aduenias. Hæc omnia colliguntur ex §. quod si frumentum, iunctis antecedentibus, & sequentibus, Instit. de rerũ diuis. Lege quæ disp. citata dicta sunt.

Hinc patet, si de toto aceruo pecuniæ, in quo vsuraria pecunia est permixta, & cuius dominiũ ad vsurarium spectat, vsurarius dispendat, emendo, donando, aut alia simili ratione, transferre dominium pecuniæ, quam ita expendit, in accipientes: eo quod tribuat, quod suum erat. Arbitror tamen, interim dum aceruus pecuniæ, ex quo ita insumit, manet idem numero, qui erat, quando vsuraria pecunia fuit illi permixta, esto aliquãtulum variatus additione, & detractione pecuniæ (eo modo quo ignis, qui continuo generatur ex lignis, dicitur idem numero, nihil impediẽte quod successiuè partes quædam corrumpantur, & aliæ generentur) mutuatarium retinere ius in recompensatione illius acerui, vbicunque aceruus ille sit, & ad cuiuscunque potestatem deueniat, vt inde, ante omnes alios creditores, sibi reddatur vsura, quam soluit.

Secus esset, si aceruus ille paulatim consumeretur, ita vt apud nullum esset idem numero aceruus, qui erat quando permixta illi fuit vsuraria pecunia: tunc enim cessaret ius in re, solumque mutuatario competeret personalis actio aduersus vsurarium, hæredesque illius, vt sibi restitueretur, quod tanquam vsuram soluit, neque ius vllam prælationis haberet, vt ante alios creditores sibi solueretur de vsurarij bonis. Hæc non parum conducunt, vt intelligatur, quando celebrantes contractus, siue onerosos, siue lucratiuos, cum vsurarijs restituere teneantur mutuatarijs, quæ ab vsurarijs acceperunt.

Ad primum argumentum contrariæ opinionis, negandum est, sufficere traditionem ad translationem dominij, nisi simul adsit titulus iustus, vt ostensum est. Ad testimonium vero citatum, dicendum est, in eo esse sermonem de voluntate domini tradentis rem suam iusto, sufficienteve titulo ad dominij translationem: si enim quis rẽ suam tradat in pretium pro re, quæ pretio non est digna, sanè ea voluntas non habetur rata, neque authores contrariæ opinionis ratam asserere possunt in re de qua disputamus, mutuatarij voluntatem: quippe qui concedunt, debitam nihilominus mutuatario esse vsuram, quam soluit, posseque illam repetere ab vsurario; quod non aliunde proficiscitur, nisi quia voluntas, qua illam soluit, rata, & sufficiens non fuit ad abdicandũ a se ius in eam rem, illudque transferendum in mutuantem.

Ad id verò, quod de inuoluntario mixtè subiungitur, dicendum est, quamuis secundum quid sit inuoluntarium, si tamen sit iniustè extortum, quia per metum quis donare cogitur, aut quia in pretium dat pro re, quæ pretio nõ est digna, quia aliter obtinere illam non potest, tale inuoluntarium sufficiens non esse ad transferendum dominium, esto simul voluntarium sit simpliciter. Ratio est, quia efficere non potest titulum iustum. Quo loco obserua, si titulus aliquis partim sit iustus, & partim iniustus, tunc traditione transferri dominium, cum obligatione ex parte accipientis restituendi, quãtum sit satis, vt titulus iustus omnino reddatur.

Vt

Vt si quis emat aliquid infra pretium iustum, tam pretij, quam rei emptæ, transferret dñium: sed, in conscientiæ foro, emẽs tenetur augere pretium usque ad iustum infimum.

Si verò aliquid uenderetur ultra pretũ iustũ, nummiq; successiuè soluerentur, ita ut prius deueniretur ad complementũ pretij iusti rigorosi; & postea traderetur incrementum, tunc sanè dominũ incrementi, non magis transiret in uenditorem, q̃ usuræ dominium transeat in usurariũ.

Ratio est, q̃m postquam ad ultimum pretiũ iustum est deuentum, nullus adest iudex titulus, ex parte, ad recipiendum incrementum. Q̃n autẽ simul totum pretium solueretur, ita ut distingui nõ posset, quid in pretium iustum, & quid in incrementum ultra pretium iustum solueretur, tũc idem dicendum esset, quod diximus supra, quando simul usurario soluuntur mutuum, & usura.

Ad secundum negandum est, donatorum, ac traditorum per metum iniustè illatum, transferri dominium. Ad caput verò Abbas, dicendũ est, uerba illius sic habere; *quæ metu, & si fiunt, de iure debent in irritum* (expone, idest, tanquam in re irrita) *reuocare*, non quidem inualidum reddendo contractum, quasi, secluso iudicis authoritate, esset ualidus, sed irrita illa pronunciando præcipiendoque possidenti, ut statim illa restituat, ut constat ex eodem textu subiungitur: quo fit, ut ex illo textu non colligatur, dominũ in eo euentu forsse translatum. 11

Mirumque sanè esset, ut in iusta intreueniente dominũ transferri, contrarium q; aperte docet, l. metum, §. uolenti, & multo apertius, §. licet, ff. quod metus causa, ubi docetur, rem per uim datam, esse in bonis eius, qui uim est passus, eaq; de causa aduersus possidentem conceditur ei, non solum personalis, sed etiam realis actio ad rem tanquam suam propriam uendicandam. Aliter dici potest, & forte ad iura accommodatius.

7 Dico † iure ciuili, eiusdem iuris sectione, translatum censeri dominium rei donatæ, ac traditæ per uim, aut metum, eaque de causa ciuili iure non concedi realem actionem, sed personalem, neque contractum illum esse inualidum, sed iudicis sententia annullandum, cognita prius qualitate, ac quantitate metus, eo quod non quicunq; metus sufficiens sit ad inualidum pronunciandum contractum, & magis requiratur ad pronunciandum unum inualidum, quam alium, præsertim ad pronunciandum inualidum matrimoniũ quod suapte natura est irreuocabile, ac indissolubile, adeo ut multi affirmauerint ex rei ipsius natura, standoq; in solo naturali iure, nullum metum reddere matrimonium nullum, sed ius positiuum fuisse, qd inualidum ipso facto illud reddidit, quando per metum cadentem in constantem uirum celebraretur: de qua re suo loco est disputandum.

Licet autem de iure ciuili dominiũ modo explicato transferatur, quando per uim aliquid est traditum, contractusq; per uim, aut metum, celebratus, non sit ipso iure nullus, sed iudicis authoritate sit rescindendus; postea tñ de iure prætorio, consentaneè ad ipsam rei naturam, atque æquitatem, fuit introductum, ut contractus per uim, aut metũ sufficientem, celebratus, ipso iure esset nullus, pronunciatumq; fuit dominium rei ita donatæ, ac traditæ, perseuerare apud dantem, concessaq; fuit realis actio ad eam uendicandam, ut patet, ff. quod metus causa duob. §§. citatis, iuncto. §. sed quod prætor ait. Ita Bart. l. metus, §. uolenti, ff. quod metus causa, & post eũ Pan. c. ad audiẽtiam nu. 1. de his quæ vi met. ve caus. fiunt, cõsentaneè ad textum ibi. Atq; iuxta hæc ait Pan. intelligenda, ac limitanda esse, quæ cap. Abbas citato tradi consueuerunt.

Arbitror autem Summum Pontificem, capit. Abbas, non aliud voluisse, quam quod paulò antea exposuimus: eo quod locutus fuerit post introductum ius prætoriũ, ad illudq; consentaneè. 8 Ex † natura ergo rei, atque in conscientiæ foro, quin & in exteriori de iure prætorio, non cẽsetur translatum dominium, quando aliquid per uim aut metum sufficientem, donatum, traditumque est, sed solum, iuris ciuilis fictione, quondam censebatur translatum, ut Archidiac. c. si quis usurã. 14. q. 4. adnotauit, quem Angelus & Syluester locis citatis referunt ac sequuntur.

Immeritò ergo Sotus in 4. dist. 29. q. 1. art. 3. discessit a nostra ac opinione, quam. 6. de iustit. q. 1. art. 4. fuerat sequutus, affirmans in 4. donationem, & alios contractus celebratos per metũ cadentẽ in constantem uirum esse ualidos, sed per iudicis sententiam esse annullandos, iuxta, capit. Abbas, citatum.

Hanc autem sniam affirmauit, ut defenderet, matrimonium, per metum cadentem in constantem uirum celebratum, ualidum esse stando in solo iure naturali, & iure tantum positiuo esse inualidum: in quam sententiam, tametsi non omnino firmus, inclinauit. Mihi vero, cũ multis alijs, semper placuit contraria sententia: id quod in materia de matrimonio erit examinandum.

Esto aũt in matrimonio, pp ipsius indissolubilitatem, aliaq; ex natura rei supra cẽs alios cõtractus priuilegia illius, probaretur snia, in quam Sotus inclinauit, numquam eam censerem: præsertim in donatione, quæ, vt sit valida, plus libertatis, ac voluntarij exigit, quam cæteri contractus: eo quod sit contractus merè lucratiuus, actusque liberalitatis omnino absque admixtione aliqua iustitiæ inter donantem ad donatarium.

9 Ad tertium dicendũ est, non † quodcunq; involuntarium mixtè vitiare contractũ. Sicut. n. involuntarium, quod in eo cernitur, qui donat, vt alliciat aliquem ad id, quod intendit, vt mulierẽ ad fornicandum, aut diuitem ad mutuandum, non donaturus, si sciret ea via permouendos illos non esse, neque donationem vitiat, neque subinde translationem dominij impedit, vt disp. 286. dictum est; quia ute simpliciter velit donare spectatis circunstantijs omnibus concurrẽtibus, neque decipitur in aliquo, cui ad donandum innitatur, & quod si adesse cognosceret, voluntas sua quasi habitualis non est donare (ex quo capite vitiari donatio re ipsa potest, vt disp. 209. & duab. sequentib. & disp. 286. dictum est) deq; item ad

donandum inducitur per vim, aut metum iniustè ad eum finē illata, vnde ēt vitiari posset donatio; sic inuoluntariū, quod in eo cernitur, qui pressus necessitate, rem aliq̄ vendit, q̄ alioquin non esset venditurus, non vitiat venditionem: quia simpliciter, pensatis omnib. circumstantijs, quæ re ipsa concurrunt, vendere vult, neque ex parte obiecti quicquam ignorat, cuius opposito venditio nitatur, neque item extrinsecus per metum, aut vim, iniustè illata, ad vendendū inducitur, quæ cōtractum possent vitiare; & præterea cernitur ex parte obiecti æqualitas inter mercedem, & pretium.

Ad argm̄ ergo in forma negando est sequela, si cōsequēs intelligat de inuoluntario in eo expresso. Vt verò melius intelligas seq̄lā esse nullā, obserua Solutionē vsurariā idcirco dīnū non transferre, quia, q̄ in vsurā soluit, datur tamq̄ pretium pro re, quæ nullo pretio est digna, eaque de cā acceptio est iniusta quo ad totam latitudinem eius, quod ita datur, quantumuis voluntarij intercedat ex parte dantis illo modo illove intuitu.

Quod si vsurarius contendat, ibi intercedere donationē: q̄quidē mutuatarius voluntariè id dat, quod videt non esse debitum: tunc dicimus, vsuræ promissionem, ac solutionem esse inuoluntariam in ratione donationis, iniustèq; esse extortam tamq̄ pretium, & recompēsationem mutui, esto ab vsurario sub donationis noīe exigatur, & sub eodem noīe a mutuatario concedatur: modo tñ res ipsa non procedat ex gratitudine, meraque liberalitate mutuatarij. Atque eiusmodi inuoluntarium mixtè, quod iniustè est exteriorum, & ab vsurario acceptum, dicimus esse inceptum ad dominij translationem. Sumptoq; in eo sensu antecedente, si argumētum propositum vim haberet, eodem probari posse, vsuram non esse illicitam, & quod vsuratè esset acceptum obnoxium non esse restitutioni, argumentando quod si propter inuoluntarium mixtè vsura esset, illicita esset emptio illa alia, & quod ea acciperetur, esset obnoxium restitutioni: cum ergo doctores contrariæ opinionis concedere teneantur, argm̄ vim nō habere ad hæc duo posteriora probanda, fateantur necesse est, neque vim ad probandum, solutione vsuræ transferri dominium: &, quod illi responderint ad argumentum posteriori modo confectum responderi poterit dum conficitur ad probandum, solutione vsuræ transferri dominium.

10. Ad quartum † dicendum est, duobus modis ius naturale resistere alicui actioni, aut acceptioni: Vno, quia actio illa de se iure naturali est nulla ad transferendum dominium: Altero, quia licet de se apta sit ad ius, & dominium in alterū transferendum, nihilominus cedit in iniuriā alterius, aut aliqua alia ratione efficitur mala. Solutioni autem vsuræ illiusq; receptioni resistit ius naturali priori modo, vt ex dictis constat, eaq; de causa dominium non transfertur.

Posteriori verò modo resistit ius naturale in duob. illis alijs euentibus in argumento propositis, qua de causa mirum non est, quod illis ius, ac dominium trāsferatur. Per venditionē quippe rei alicuius, nisi traditio accedat, vel res hypothecæ emptori subijciatur, solum comparat emptor ius ad rem, non verò ius in re, vt dixi p. 2. ostensum; & idcirco res ipsa non manet obligata emptori sed solum persona venditoris ad eam illi tradēdam, transferendumq; in illum dominium illius interim dum id in potestate fuerit venditoris. Quia ergo res manet venditoris, & libera in se; vēditio verò rei liberæ in se, facta per dīnm, accedente que traditione, apta est ad transferendum dominium; inde proficiscitur, vt quamuis venditor peccet cōtra ius naturale; vendendo illam, secundo emptori, transferat nihilominus in eum dominium; eò quod ius naturale, & positiuum secundæ venditioni non resistant, auferendo ab illa vim iuris, & dominij, translatiuam, quam suapte natura habet, sed solum per culpæ resultantiam quatenus cū iniuria prioris emptoris sit: perinde atque præceptū de non vendendo in loco sacro, aut in die festo, non ita resistit venditioni in loco sacro, aut in die festo, quasi dominij impediat translationem, sed solum, vt in ea vēditione culpa resultet.

Eodē modo, qa per votū castitatis simplex nō fit traditio Deo, vt fit per votū solenne, eo q̄ votū castitatis simplex nōdum ab Ecclesia sit acceptatum, vt est acceptatum solenne, inde ortum hēt, q̄ votum castitatis simplex non reddat irritum matrimonij contractū, per quem fit mutua traditio corporū inter coniuges, sicut irritum illud reddit votum castitatis solemne, vt suo loco dicetur.

11. Obserua tñ, potestatem † esse in Summo Pontifice, irritum faciendi matrimonium post votū aliquod simplex castitatis, ut Greg. 13. irritum illud fecit post castitatis votum simplex, quod a nō professis, post duos probationis annos, emittitur in societate Iesu. Sicut n. quia id expedieas erat in Ecclesia ad euitanda grauia mala, quæ ex clandestinis matrimonijs oriebantur, Concilio Tridentinum irrita matrimonia clandestina fecit: sic quia id utile iudicatum fuit Ecclesiæ, Greg. XIII. irritum fecit matrimonium, quod post eiusmodi simplex castitatis votum in societate Iesu ex ipsū celebrari attentarent.

Quid dicendū sit circa quintum argumentum, ex sequentib. disputationib. erit manifestum.

## Verum vsurarius comparet dominium eius, quod re vsuraria vlterius acquirit, illudve restituere teneatur. Et quid de acquisitis a Latrone, aut Depositario, re furtiua, aut deposita.

## DISPVTATIO CCCXXVII.

### SVMMARIVM.

1 *Vsurarius quicquid acquirit pecunia vsuraria, an restituere teneatur.*
2 *Pretium loco rei succedit.*
3 *Vsurariæ res in duplici sunt differentia.*
4 *Vsurarius non comparat dominium frugum earū rerum*

*rerum per vsuram acquisitarum, quæ vsu non consumuntur.*

5 *Vsurarius si negociando rebus vsu consumptibilibus vsurariò acquisitis, aliquid vlterius acquirat, comparat dominium illius: sed restituere tenetur mutuatario damnum omne emergens, & lucrum cessans, quod vsuram non restituerit.*

*Idem in depositario dicendum. nu. 6.*

*Imò idem etiam in fure. nu. 7.*

8 *Fur vendens rem furto sublatam acquirit pretium sibi, licet non trasferat in emptorem dominium, & contractus valet.*

*Fallit, si tempore contractus tam emptor quam venditor sciant rem furtiuam. nu. 9.*

*Idque etiam verum de iure Lusitano, & Castellæ.*

ALtisiodorensis, & post eum pauci alij ex Theologis & Iurisperitis, censent quicquid
1 † vsurarius pecunia vsuraria, aut quouis alia re per vsuram acquisita vlterius lucratur, obnoxium esse restitutioni. Id vero probant.

Primò, quoniam, vt ad Rom. 11. habetur, *si radix sancta, & rami*: ergo è contrario, si radix infecta, ac mortifera, & rami: sed res vsuraria iniustè est acquisita, obnoxiaque est restitutioni: ergo etiam id, quod illa vlterius acquiritur.

Secundò, cùm fraus, & dolus nulli debent patrocinari, nullusque ex iniquitate commodũ dẽt reportare: ergo sicut fur restituere tenetur, non solũ pecuniam, quam furto abstulit, sed & quicquid ea pecunia vltrò nanctus consequitur: ita vsurarius restituere tenetur quicquid pecunia, aut re alia per vsuram acquisita, & iniustè detenta, lucratur vlterius: id quod, inquiunt, si vsurarius ad cor redeat, conscientiamque suam consulat, inueniet illam ei præscribere: facere autem contra id, quod conscientia præscribit, peccatum vtique est.

1 Tertiò, quoniam res pecunia vsuraria empta, loco pecuniæ succedit, sicut è contrario, pretium ex re vsuraria acquisitum loco rei succedit: axioma
2 namque per est consentaneum, pretium succedere loco rei, quod colligitur ex l. si rem & pretium. ff. de petitione hæreditatis, & ex l. imperator, §. vltimo. ff. de legat. secundo, ergo vsurarius non plus iuris habet ad id, quod ex vsuraria acquirit, quam ad rem ipsam, ex qua acquiritur, ac proinde tenetur ad restituere.

D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 3. & doctores cõiter obi
3 † rerum, rerum per vsuram acquisitarum, quasdam esse, quæ vsu consumuntur, vt sunt pecunia nummus, vinum, oleum, & similia, quæ verificõ fulcto, l. 2. §. melius, ff. de rerum permutatione, idcirco functionem suscipere dicuntur in genere suo, id est, in sua specie, quia in solutione eiusmodi rerum soleo vna fungi vice alterius eiusdem speciei quippe cum sufficiens vna solutura, reddendo aliam speciei eiusdem: eo quod esse solent eiusdem naturæ, bonitatis, & qualitatis atque hac ratione subijci peculiaris, ac propria materia mutui, vt dict. 299. dictum est.

Alias verò esse, quæ vsu non consumuntur quæ quod in solutione eadem dicuntur, non suscipere functionem in genere suo: eo quod in solutionibus eadem numero sint soluenda, pro disparitate valore, bonitate, & alijs qualitatibus, quæ in eiusmodi rebus esse solet, vt sunt prædia, mancipia, equi, & similia: eaque de causa, nõ mutui, sed commodati, atque aliorum contractuum, materia esse solent, vt dict. 194. & dict. 299. dictum est.

4 Hoc ita constituto, prima † conclusio est, Vsurarius nõ comparat dñium fructuum earum rerũ per vsurã acquisitarum, quæ vsu non consumuntur, quæque propriè fructus habere dñt; sed dominium eorum ad mutuatarium pertinet, perinde atq; dominiũ rei immediatè per vsurã acquisitæ, quo fit, vt vsurarius eos ẽt restituere mutuatario teneatur, deductis expensis. Imò, si per vsurarij negligentiã res non habuit fructus, quos in potestate mutuatarij habuisset, eos ẽt restituere illi tenetur. Prima pars, quod. s. dominium eorum fructuum pertineat ad mutuatariũ, est D. Thom. loco citato, & omnium, quos disputatione præcedente diximus affirmare, vsurarium non comparare dominium vsuræ, quin ex veritate illius opinionis, hæc alia pendet: quippe dominiũ fructuũ ad eum spectet, qui dominum vtile rei, quæ illos parit, habet, ẽt peculiari aliquo titulo, vt locationis, donationis, aut alio simili, fructus seorsim ad alium non spectant: quare non est, quòd amplius circa eam partẽ immoremur. Secunda verò pars, videlicet quòd vsurarius illos restituere teneatur mutuatario deductis expensis, communis est omnium, & eorum, qui asserunt, vsurarium comparare dominiũ rei per vsuram acquisitæ, & subinde fructuum, qm̃, sicut iniustè detinet vsuram, ita iniustè percipit, ac retinet fructus ex ea, ideoque vtramque tenetur restituere mutuatario. Vltima verò ex eo probatur, qm̃ detinendo vsuram, iniustè mutuatarium impedit, ne eos fructus percipiat, quos, si in sua esset potestate, percepisset, eaque de causa restituere tenetur totum id damnum illatum. Si verò mutuatarius fructus non erat percepturus ex ea, tunc restituere non tenetur fructus, quos per negligentiam vsurarius ipse non percepit. Ratio est, quoniam ex parte rei acceptæ non tenetur, eo quod ipse nullos ex ea percepit, neque item ex parte iniustæ acceptionis, damnive ex iniusta retentione illati, quandoquidem mutuatarius ipse nullos erat percepturus.

5 Secunda conclusio. Si vsurarius, † negotiando rebus vsu consumptibilibus vsuratiè acquisitis, aliquid vlterius acquirat, comparat dominium illius, neque illud tenetur restituere. Nihilominus restituere tenetur mutuatario, non solum qđ per vsuram ab eo accepit, sed etiam totũ lucrum cessans, aut damnum illi ex eo emergens, qđ vsuraria res non fuerint illi restituta. Conclusio hæc est D. Thom. loco citato, Soto 6. de iustitia, q. 2. art. 4. conclus. 2. Ioan. Medi. de rebus per vsuc. acquis. q. 4. ad 4. principale, Adr. de rest. in materia de vsu q. Ouerturn circa prius dicta, in resp. ad 3. Con. 3. variar. resolutionũ capitulo 3. numero 6. Panormit. c. nauiganti de usur. num. vlt. Gabr. in 4. dist. 15. quæst. 11. art. 2. conclus. 6. Maioris, quæst. 38. Almain. q. 2. Ang. verb. usura 1. num. 15. Sylues. verb. usura 6. q. 2. & multorum aliorum.

Ratio

Ratio autem est, quia eiusmodi res non sunt in se fructiferæ, sed solum vt subsint industriæ negotiantis, atq; adeo, quod eis negotiando acquiritur, est fructus industriæ, pertinetq; proinde ad negotiatorem, ad quem etiam spectat illarum periculum, & insuper restituere tenetur mutuatario quodcũque damnum emergens, aut lucrum ei cessans, ex iniusta eorundem rerum detentione. Idẽ propter
6 † eandem rationẽ, dicendũ est de depositario, qui rebus alienis, quas depositas habet, aliquid similiter lucratur. Imò † idem ẽt, pp eandem rõnem,
7 dicendum est de fure, qui negotiando re furtiua aliquid lucratur, vt affirmant Sotus, Medina, & Maior, locis citatis, & doctores cõiter. Consonat l. si pecunia. C. de rei vendicatione, quæ habet, si depositarius emat possessiones pecunia alterius, quam depositam habebat, eique tradantur, effici possessiones illas depositarij, neq; teneri illas dare domino pecuniæ, etiam in pecuniæ recompensationem; sed satis esse, si illi soluat suã pecuniã, & insuper, si quæ damna, etiam lucri cessantis, pp moram soluendi eam, fuerint deponenti subsequuta. Consentit etiã l. 1. C. si quis alteri vel sibi, q̃ habet. Si vxor ex pecunia viri defuncti, quæ ad filium pertinebat, aliquid emit sibi, & non filio, matrem cõparare dominium illius, filiumq; solum posse agere aduersus matrem, vt sibi pecuniam restituat. Lex item pen. C. eod. ait, sic habet, *Qui aliena pecunia comparat, non ei, cuius nummi fuerunt, sed sibi, tam actionem empti, quam dominium si ei fuerit tradita possessio, quærit.* Idẽ confirmant alia iura, quæ glossæ citatis prædictis iuribus citant. Item l. 49. tit. 5. part. 5. quæ idem statuit, quod iura citata. Denique idem confirmat l.
8 qui vas. §. vlt. ff. de furtis, quæ habet. Si fur † rem quam furto abstulit, vendat, verbi gratia, equum, pretium ad furem pertinere, & non ad dominum equi, furemque dominium illius cõparasse: eaque de cã, si dominus equi a fure vi auferat pretium, committere furtum, aut rapinam. Ratio est, quoniam contractus, quo venditur, permutatur, aut alio modo res aliena distrahitur, validus est, ve constat ex l. rem alienam, ff. de contrah. emptio. Tametsi venditor per eiusmodi contractum non transferat dominium rei venditæ in emptorem, vt habetur l. exempto. ff. de actionib. empti: cum enim non esset dominus rei illius, transferre, inuito vero domino, non potuit per venditionem dominium illius in emptorem, sed perseuerat apud antiquum dominum, qui, vbicunque rem illam reperiet, poterit eam vendicare, & quicunq; illam habuerit, tenetur eam illi tradere. Nihilominus contractus valet, q̃ venditor emptori tenetur de euictione, atque adeo de valore illius rei, quem habebat iam apud emptorem, & de omnibus damnis, quæ ex euictione emptori subsequuntur, non verò de pretio, quod pro illa emptor dedit, consentitque in his l. 19. tit. 5. par. 5. quasi cũ contractus validus fuerit, atque emptor esse dominus pretij quod pro illa dedit, vtique venditor, nihil impediente, quòd in recompensationẽ pro re aliena datum sit, comparauit dominium illius. Vnde sequitur, quòd si fur pretio illo aliqd vlterius emat, & cõparet ipse dominium rei emptæ, & dominium transferat pretij illius in venditorem. Neque eiusmodi venditor tenetur restituere pretium illud ei, a quo fur illud pro re furtiua acceperat: q̃m emptori rei furtiuæ solum competit personalis actio aduersus furem, vt sibi rem euictam persoluat, & damna omnia ea de causa sequuta: non verò competit ei realis actio ad pretium, quod pro ea dedit, quasi pretium illud, ad quemcunq; deueniat, sit ipsi obligatum pro re furtiua, quam ex fure eo pretio emit, quæ vel euicta est, vel est restituẽda proprio domino. In his omnibus, q̃ de venditione rei alienæ dicta sunt, consentit Cont. de contract. q. 70.

9 Obseruandum † tamen est, si res, quæ venditor, furtiua sit, & id tempore contractus sciant, tam emptor, quàm venditor, inualidum esse contractum, ac proinde venditorem non comparare dominium pretij. Similiter, si id sciat solus emptor, qui illã, verbi gratia, ab eo emit, cui furtillam venditerat, tunc venditor non tenebitur stare contractui, neque tenetur emptori de euictione. Quæ ergo hactenus dicta sunt, intelligenda sunt, quãdo solus venditor sciebat rem esse furtiuam, atque ẽt q̃n, tam emptor, quàm venditor, id ignorabant. Hæc omnia habentur l. si in emptionem §. item si emptor. ff. de contrahen. emption. & consentiunt Lusitanæ ord. lib. 3. tit. 30. §. 4. quæ vlterius disponunt, quando venditor ei sciebat rem esse alienam, pretium in captiuorum redemptionẽ esse applicandum; neque reddendum esse emptori. Ordinatio illa rem hanc videtur extendere, ẽt quando res non erat furtiua, & emptor alienam esse sciebat. Glo. tamen §. item si emptor citato, solum affirmat, inualidum esse contractum, q̃n res erat furtiua, & emptor id sciebat, idq; est affirmandũ stando in solo iure cõi: eo quod in ea lege solum hæc excipio, quando res erat furtiua, &, præter iura supra citata, vniuersim l. quatuor. l. rem alienã. ff. de contrah. empt. affirmans, venditionem rei alienæ validam esse in foro a nobis supra explicato. Consentitque Greg. Lop. l. 19. tit. 5. part. 5. glos. 1. Obserua tamen, vnumquemq; stando etiam in solo iure communi, & Castellæ, si emptor sciebat rem esse alienam, venditorem non teneri reddere illi pretium, neque proinde illi teneri de euictione, nisi contrarium fuerit deductum expresse pactum. Ita l. 19. citata, & l. sixtus. C. de euictionibus. Attamen in vtroque euenire, nempe
10 quando ei, qui sciebat rem emit pretium non esse reddendum, vel est reddendum, applicandum fisco in pœnam delicti, iuxta probabiliorem sententiam cum quibusdam glosis, quam Greg. Lop. hoc loco citata refert, ac sequitur. In Lusitania verò applicatur in redemptionem captiuorum, vt dictum est. Cum autem hoc fiat in pœnam, requiritur aliqua sententia. De his tamen est in calce disputandi 340. tractabit sermo.

Ex dictis facilè intelligetur, quãnis vsurarius dominium non comparet eius rei per vsuram ha- Ius Lusitanũ.
quisitæ, quæ vsu nõ consumitur, neque rem fructuũ, quos ex illa receperit, nisi dominus, sed illam aut fructus vendat, compensare dominium pretij

&

& rerum, quas vlterius eo pretio acquisierit, esto ipse dominium non transtulerit in emptores rei vsu non consumptibilis, vsurariè acquisitæ, neque item fructuum illius.

Ad primum argumentum in contrarium dicendum est, rem per vsuram acquisitam, non tam se habere sicut radicem, a qua efficienter procedit ramus, quàm sicut materiam qua vsurarius ad negotiandum vtitur, quę, vt subest industriæ ipsius, parit lucrum: aut sicut instrumentum alienum, quo artifex ad proprium conficiendum artefactum operatur: vnde sicut artifex dominium comparat eius artefacti, quod alieno confecit instrumento, nihil impediente, quòd ea vtatur domino inuito, eaque de causa peccet, & restituere teneatur valorem vsus illius, & insuper si quod aliud damnum domino instrumenti ob illius absentiam aduenit: ita vsurarius comparat ius plenum, ac dominium lucri, quod sua industria, re vsuraria vtendo, percipit, etiam si peccet vtendo ea inuito domino, teneaturque illi restituere, non quidem pretium vsus, sed pretium illius, eo quòd, quando res vsu consumitur, non debeatur pretium distinctum pro tali vsu, à pretio ipsius rei, quæ eo vsu consumitur, & insuper restituere illi teneatur, si quod aliud damnum ea de causa illi obuenit, aut si quod lucrum illi cessauit.

Ad secundum dicendum, nullum esse absurdum, si ex prauo aliquo actu temporale lucrum interdum aliquis consequatur: meretrix enim iustè accipit pretium fornicarij actus, quo lethaliter peccat: in re autem proposita, ex sua industria propria, tametsi interuentu rei alienæ iniustè detentæ, consequitur vsurarius lucrum. Ad id verò, quod in eodem argumento additur, dicendum est, si conscientia, falsa rerum apparentia, vanoque timore, non erret, nihil tale dictare. Interim autem, dum conscientia errans id dictaret, peccatum esset agere contra eam conscientiam; attamen peccatum non proueniret ex natura rei, quam, sic errans, efficeret, sed ex eo, quòd contra conscientiam, etiam sic errantem, operaretur.

Ad tertium negandum est antecedens. Ad axioma verò illud iurisperitorum, quod ex illis iuribus colligitur, dicendum est cum Bartol. l. qui vas, & l. si rem, & pretium, supra citatis, intelligendum esse, in vniuersalibus, quæ iurisperiti vocant, qualia sunt hæreditas, fideicommissum vniuersale, & dos. Si enim quis bona, aut mala fide, hæreditatem accepit ad alium pertinentem, vendiditque ex illa aliquid, pretium, quod pro illa accepit, ita accedit hæreditati loco rei venditæ, quòd esto, antequàm ab eo petatur hæreditas, emerit iterum eandem numero rem viliori pretio, illud incrementum pretij accrescat hæreditati, pertineatque, vna cum illa, ad legitimum hæredem: atque hoc est, quòd disponunt iura, ea quibus axioma illud colligitur.

## Alienata in fraudem creditorum quæ dicantur, & quousque rescindi ea alienatio possit, obnoxiumque, quod ita alienatum est, restitutioni ab accipiente sit.

### DISPVTATIO CCCXXVIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Alienatio in fraudem creditorum quando censeatur facta.*
2 *Alienatum in fraudem creditorum quot modis dicatur, & qua actione reuocetur.*
3 *Socer si in fraudem creditorum alienat dotem, inscio genero, non datur actio aduersus generum, sed aduersus filiam post mortem mariti: nisi liberi supersint.*
*Idem in donatione ad nuptias facta filio. nu. 4.*
5 *Alienatū per vltimā voluntatem in fraudē creditorū, reuocatur, etiam si bona fide sit alienatum.*
6 *Alienatio si non reddit alienantem impotentem ad soluenda debita, quocumque titulo facta valet, etiam in foro conscientiæ.*
7 *Alienatione facta quocumque titulo, transfertur dominium in accipientem, etiam in foro conscientiæ, si conscius non fuit, alienationem factam fuisse in fraudem creditorum.*
*Declara tamen. vt ibi.*
8 *Alienationem accipiens, si sciat, rem sibi alienatam fuisse alienam, & alienans similiter, tenetur eam restituere, aut illius valorem, etiam in foro conscientiæ.*
9 *Alienationem accipiens, etiam in foro conscientiæ, restituere non tenetur quod in fraudem creditorum est sibi alienatum, si a creditoribus non petatur, vel petatur elapso anno, a die scientiæ talis alienationis.*
10 *Alienationē scienter accipiens in frandem creditorū, an peccet contra iustitiam, sicut alienans.*
11 *Emptor secundus scienter rē emens alteri venditam, venditoremq; incitans, vt eā sibi vendat, tenetur etiam in foro conscientiæ, eam restituere priori emptori, etiam si ab eo non petatur.*

VT, quę duab. disputat. præcedētib. examinare cępimus cōmodius prosequamur, inserēda hoc loco est proposita disputatio, quæ multis alijs in progressu huius operis lucem afferet.

Vt Codice & ff. quæ in fraudē creditorū. inst. gb. ex caus. manumit nō liceat, ī prin. & §. in fraudē, atq; inst. de actio. §. itē si qs in fraudē, constat,
1 tunc † aliqd in fraudē creditorū censetur alienatū, qñ debitor aliquid alienat, vidēs per eam alienationē non remanere sibi sufficientia bona ad-soluēda debita: talis q̄ppe alienatio quo ad quātitatē, quo ad q̄ impotens manet ad soluenda debita, censet facta in fraudē creditorū. Ab hac regula excipit, qñ alicui libertas cōcedit: in fauorē n. libertatis vsus obtinuit, vt esto mancipij dñs per eā alienationē impotēs efficiat ad debita soluenda, nō cēsetur facta in fraudē creditorū; modo tñ nō adfuerit animus, & intentio ea via fraudandi creditores:

ditores: nam tunc computaretur inter alienationes in fraudem creditorũ effectas, vt habetur §. in fraudem inst. quib. ex caus. manum. non liceat. Ex hac exceptione constat, vt alienatio facta censeatur in fraudem creditorũ, regulariter necessariam non esse intentionem & animũ defraudandi ea via creditores, sed sufficere solam scientiam, vt colligitur ex §. citato, & ex alijs iurib. eiusmodi quippe scientiam appellant iura consiliũ fraudandi creditores, atq; adeo fraudem, vt iurisconsultus satis innuit l. siquis cum haberet. ff. quæ in fraud. credit. atque hoc est, quod voluisse eo loco videtur Bar. & post eum Iaso. quos Greg. Lop. l. 7. tit. 15. p. 5. gl. pen. refert.

3 Qñ † quippiam in creditorum fraudem, modo explicato, est alienatũ, distinguunt iura. Qm, vel est alienatum titulo oneroso, vel lucrativo. Si oneroso, tunc, si qui id accepit, conscius fuit alienantẽ in creditorũ fraudem alienare, datur actio creditorib. aduersus illum rescissoria, vt iura appellant, ad cogendum illũ reddere, quod ita accepit, vt inde satisfiat debitis, nullo ei restituto pretio, nisi quatenus in debitoris bonis fuerit repertũ in se, aut in aliquo alio, in quo debitor factus ex eo pretio sit locupletior. Atq; eiusmodi actio solũ conceditur creditorib. intra annum a die, quo scierint talẽ alienationem in ipsorum fraudẽ fuisse effectam. Hæc oĩa hñt l. pen. C. quæ in fraudẽ credit. l. 1. l. si debitor, cum sequenti. & vlt. ff. eod. tit. atq; alijs iurib. Vt aũt aliquis conscius fuisse dicatur, alienationem fieri in creditorum fraudem, nõ satis est, si sciat, alienantem habere creditores, sed vlterius requiritur, vt intelligat, bona illius non sufficere ad satisfaciendum debitis. Quod si quis a creditorib. admoneatur, ne emat rem alicuius, eo ꝙ alienatio sit in ipsorum fraudem, & nihilominus illam emat, censetur emere conscius fraudis creditorũ, daturq; creditoribus actio aduersus illũ. Hæc constant ex l. ait prætor. §. quod ait, & §. si quis. ff. eo. tit. Si alienatio aliqua facta sit in fraudem priorum creditorum, & postea accedant alia debita tunc non datur actio creditoribus superuenientibus ad eam alienationem rescindendam, nisi ex ipsorum bonis sit satisfactũ priorib. creditoribus vt hĩ l. ait prætor. §. ita demum, & l. nisi priores. ff. eo. tit. Si is, aduersus quem actio datur creditoribus ad alienationem rescindendam, alienauit iam rem illam, eamq; in alterum trãstulit, qui eam bona fide accepit, tunc aduersus hunc nõ datur actio, sed solum aduersus priorem, vt restituat valorem rei illius: eundemque valorem cogi potest restituere, si rem illam cõsumpsit, aut alia ratione effecit, vt non existeret. Ita habetur l. qui a debitore. ff. quæ in fraud. cred.

Qñ autẽ aliquid titulo lucrativo, vt donationẽ, aut alio simili, in fraudem creditorum alienatum est, tunc siue qui accipit fuerit conscius fraudis, siue non, sed bona fide acceperit, datur similiter creditoribus actio aduersus illum, vt id reddat ad satisfaciendum inde debitis. Est tñ hoc discrimen, ꝙ si conscius fraudis fuit, tenetur illud reddere, aut valorem illius, si id alienauit, aut cõsumpsit: si verò non fuit conscius fraudis, solum tenetur illud reddere, si apud se sit, alioquin nihil tenetur reddere, nisi quantum inde factus sit locupletior. Ita habetur l. qui autem. §. simili modo. ff. quæ in frau. cred. & consentit l. pen. C. eod. tit.

Hinc prouenit, quod, cum dos titulo oneroso transeat ad generum, ad filiam verò titulo lucrativo, vt hĩ l. vlt. §. si a socero. ff. quæ in fraudẽ creditor. si gener † conscius non fuit alienationem 3
in fraudem fuisse creditorum, non detur actio aduersus generum, esto socer in creditorum fraudẽ eam dotem alienauerit, detur verò aduersus filiã post mortem viri sui, vt hĩ §. si a socero citato, & notant ibi Bart. & alij. Excipere, nisi filia illa liberos haberet superstites ex tali viro defuncto: interim. n. dum illi viuerent, reuocare dotem, quasi fictam in fraudem creditorum, redundaret in detrimentum eorum, atque adeo viri defuncti qui eã
4 dotem titulo oneroso accepit: Quod † de dote dictum est, intellige similiter de donatione ad nuptias facta filio: censetur. n. titulo oneroso facta comparatione vxoris illius.

Qñ eiusmodi rescissoria actione aliquid idcirco reddendum est, ꝙ in creditorum fraudem fuerit alienatum, reddendum est cũ fructibus quos, qñ alienatũ est, habebat pendentes, esto maturi tunc non essent: is. n. cui alienatum fuit, fructus & illos censetur accepisse ab alienante. Reddendũ præterea est cum fructibus quos a puncto contestatæ litis, qua actione rescissoria id repetitur, habuerit. Fructus verò, reliquo medio tpe percepti, restituendi non sunt, sed pertinent ad possessorem rei illius eo medio tempore. Ita hĩ l. vlt. §. si procurator. ver. non solum. ff. quæ in fraud. cred.

5 Obseruandum verò est, qñ † aliquid ꝑ vltimã voluntatem, & per legatum, aut donationem causa mortis, fuit alienatum, si ea alienatio in creditorum cedat detrimentum, dari creditorib. actionem ad id reuocandum, etiam si bona fide, tam ex parte alienantis, quam accipientium, sit ita alienatum: imò verò teneri accipientes in conscientiæ foro id restituere, esto non petatur, quãdo vident necessarium id esse ad soluenda debita defuncti. Ratio est, qm defuncti bona ipsum repræsentant, ab illisq; ante omnia detrahendum est totum æs alienum, vt, dum de partitione bonorum defuncti sermo erat, dictum est supra. Neq; defunctus potuit aliter de his bonis disponere in tẽpus post mortem suam, in quo non manebat in statu acquirendi alia bona, quibus solueret debita. Quo fit, vt creditoribus detur primo actio aduersus hæredes defuncti, qui personam illius repræsentant. Quod si hæreditas ad id non sufficiat, detur etiã actio aduersus legatarios, & donatarios cã mortis. Hæc omnia patent ex l. scimus, §. si verò creditores. C. de iure delib. & ex l. qui autem vers. pen. ff. quæ in fraud. credit.

His ita constitutis, sequẽtes conclusiones sunt subijciendæ, quæ solum habent locum, qñ bona alienantis subiecta non erant creditoribus titulo hypothecæ, neq; onus habebant reale quo eis essent debita, sed solum aduersus alienantem competebat creditoribus actio personalis.

6 Prima conclusio. Quando † alienatio tẽpore, quo

quo facta est, impotentē non reddidit alienantem ad soluendum debita: quæ tunc habebat, quocūque titulo ea alienatio facta sit, siue oneroso, siue lucrativo, & siue concedendo filiæ in dotem, siue quouis alio modo, non solū accipiens comparauit dominiū eorum, quæ ita accepit, sed ēt, si postea, qui ita alienauit, impotens fiat ad soluenda debita, etiam ante eam alienationem contracta, ad nullam restitutionem tenetur creditoribus, neque in conscientiæ, neque in exteriori foro. In hac omnes conueniunt, estque ex se notissima.

7 Secunda conclusio. Si is, qui † accepit, conscius nō fuit alienationē esse in fraudē creditorū, tunc quocumq; titulo rem acceperit, siue oneroso, siue lucrativo, non solum cōparauit dominium rei ita acceptæ, sed etiam, nec in conscientiæ, nec in exteriori foro, tenetur ad restitutionem creditoribus. Excipitur, nisi alienatio facta fuerit titulo lucrativo, & alienans conscius fuerit fraudis creditorum, tunc enim accipiens tenetur in exteriori, & conscientiæ foro, restituere rem acceptam, aut quod ex ea factus fuerit locupletior; modo tamē a creditoribus petatur intra annum a die scientiæ alienationis in ipsorum fraudem effectæ, secus autem, si vel res non petatur, vel post elapsum annum petatur, tunc enim neq; in exteriori, neq; in conscientiæ foro, ad vllam restitutionem tenetur.

Prima pars, q̄ scilicet cōparauerit dominium rei ita acceptę, ex dictis est manifesta. Probari autem potest. Primo, qm̄ res illa, neq; erat creditorum, neq; illorum cōparatione vllum onus reale habebat, quasi haberent ius in re, vt in his omnibus conclusionibus supponimus, eratq; alienantis, vt ēt supponimus, cum ergo titulus, quo is eā alienauit, sufficiens fuerit ad dominium transferendum in accipientem, consequens profectò est, vt accipiens comparauerit dominium illius. Secundò, quoniam si quis vendat rem aliquam vni, & neq; illam ei tradat, neque subijciat hypothecæ, & postea eandem rem vendat, & tradat alteri, secundus emptor comparat dominium illius, eò quòd primus solum habuerit personalem actionem, ac ius ad rem, & titulus secundus, vna cum traditione sufficientia fuerint ad dominiū transferendum in secundum emptorem, vt disp. x. explanatum fuit, cum ergo similia in re proposita reperiantur, consequens est, vt accipiens cōparauerit dominium illius. Pars hæc dilucidior redderetur, qm̄ inferius ostendemus, etiam si accipiens fuisset conscius alienationem fuisse in fraudem creditorum, comparaturum dominium illius.

Secūda verò pars, quod scilicet, nec in cōscientiæ, nec in exteriori foro, teneretur ad restitutionem creditoribus, perspicua est quo ad forum externum ex iuribus supra citatis, quæ in eo euentu actionem non concedunt, nisi in exceptione in tertia parte eiusdem conclusionis subiuncta, quo ad forum vero conscientiæ probatur. Quoniam in primis non tenetur ex parte iniustæ acceptionis, eo quod acceperit bona fide, ignorās alienantem fieri impotentē ad debita soluenda, neq;, qui aliquid ab alijs accipiunt, tenentur inquirere, an alienantes habeant debita, & an eis remaneāt sufficientia bona ad illa soluendum: id quippe esset iugum grauissimū imponere ceruicibus celebrandum contractus. Deinde neque tenet ex parte rei acceptæ, eo qđ illa, vt supponimus, neq; esset creditorū, neq; illorū cōparatione haberet onus reale, sed erat alienantis, & per titulum, siue is oneroſus, siue lucratiuus fuerit, transierit dñium illius in accipientem, vt in prima parte cōclusionis probatum est: ergo in cōscientię foro ad restitutionē nō tenet: præsertim cum ius positiuum, nō solum non refragetur, sed suffragetur potius. Possumus hoc confirmare, qm̄ is, qui bona fide accipit, & emit domū, q̄ prius alteri erat vendita, neq; in cōscię, neq; in exteriori foro, tenet eā tradere priori emptori, vt oēs cōfitentur alioq n iniquissimæ essent leges, q̄ approbant secundā emptionem, quippe quę approbarēt ac defenderēt peccata: sed maius ius hēt ad rem illam creditor, qui primo illā emit: eo q̄ habeat ius ad rem illam in singulari, quę ipsi erat debita, quam habeant alij creditores ad res ipsis non debitas in singulari, quæ in ipsorum fraudem alienantur: ergo, quando bona fide fuerunt acceptæ de eorum manu, qui illas alienarunt, obnoxiæ non sunt restitutioni.

Tertia autem pars, quod scilicet qm̄, qui alienauit titulo lucrativo, conscius erat alienationem esse in fraudem creditorū, accipiēs teneat in exteriori, & conscientiæ foro, restituere rē acceptam, aut quod ex ea factus fuerit locupletior; modo a creditoribus petatur intra annum a die scientiæ alienationis in ipsorum fraudem effectæ: secus autem, si vel res non petatur, vel post annū elapsum petatur: probatur. Quoniā, vt ex dictis supra cōstat, iura in eo euentu concedunt actionem rescissoriam, cum ea tē limitatione, quod res intra annum a die scientiæ petatur, cum ergo lex sit iusta, publicoq; bono expediens, ac creditores debitis sui fraudentur, æquitatiq; imitatur, consequens est, vt vim in cōscientiæ foro habeat: verumtamen, cū, secluſa ea positiua lege, nulla esset restituendi obligatio in eo euentu, vt ex probationib. duarum præcedentium partium liquet, lexque illa alienationem non reddat nullam, sed solum concedat actionem, vt rescindatur (id quod statim amplius explanabitur) consequens profectò est, vt si, vel res non petatur, vel post annum a die scientię elapsum petatur, nulla consurgat restituendi obligatio, non solum in exteriori, sed etiam in conscientiæ foro. Nobiscum consentiunt in hac conclusione Conar. var. resol. c. 3. ad finem numer. 6. vbi sententiam Caietani, de qua disputatione sequenti erit sermo, reijcit, si eam Caiet. intelligat, quando accipiens aliquid ab vsurario, ignorabat non manere illi sufficientia bona ad debita soluenda.

8 Tertia conclusio. Quando is, cui † facta est alienatio, conscius erat, alienationem esse in fraudem creditorum, & alienans similiter, atque, quod ita alienatum est, a creditoribus petitur intra annum a die scientiæ, accipiens tenetur illud restituere, aut illius valorem, si non existat, aut penes se iam non sit, idque tum in exteriori, tum etiam in conscientiæ foro. Hæc constant ex dictis

ante

ante has omnes conclusiones. Iura enim in eo euentu actionem rescissoriam concedunt, vt, quod ita acceptum est, integre restituatur, nisi aliquid pretij, eiusve, quod in recompensationem datum est, in bonis principalis debitoris reperiatur: quare, cum iusta ea iura sint, vtique in foro etiam conscientiæ vim habent.

9 Quarta concl. In euentu † præcedentis conclusionis, accipiens, nequeam exteriori, neq; in conscientiæ foro, tenetur restituere, quod in fraudem creditorum accepit, si vel a creditoribus non petatur, vel petatur elapso anno, a die scientiæ talis alienationis. Quod ad forum externum attinet, perspicua est hæc conclusio: quandoquidem iura in eo euentu solum concedunt rescissoriam actionẽ intra annum a die scientiæ talis alienationis: quare, si vel res non petatur, vel petatur elapso iã anno a die scientiæ, is, qui remita accepit, non cogetur illam in foro exteriori restituere.

Qd verò ad conscientiæ fotũ attinet, probatur. Primò, qm̃ alienatio illa fuit in se valida, accipiẽsque cõparauit dñium rei ita acceptæ, vt sufficienter probant duæ illæ rõnes, quibus primã partẽ secundæ conclusionis confirmauimus; cũ ergo ius positiuũ solũ intra annũ a die scientiæ concedat rescissoriã actionem creditorib. aduersus accipiẽtem, consequens profecto est, vt si, vel creditores rem non petent, vel illam petant elapso iam anno a die scientiæ, accipiens reddere illam non teneatur, sed sit tutus, etiam in conscientiæ foro. Secũdò, qm̃ vt habetur Inst. de actionib. §. item si quis in fraudem, ideo euentu actio conceditur rescissoria, hoc est, ad rescindendam alienationem: ergo iura sentiunt, alienationem fuisse validam in se, translatumq; per eam fuisse dominium in accipientem: alioquin non diceretur alienatio illa rescindi, sed iudicaretur fuisse nullam ipso iure. Vnde glos. pen. eo in loco affirmat, translatũ esse dominium. Quin eadem re est textus expressus L. si sciens. ff. de contrahen. empt. vbi habetur. Ementem a debitore cum scientia, quòd creditor ea alienatione defraudaretur, fieri dominum rei ita emptæ. Glossa tamen rectè ibi subiungit, dari actionem rescissoriam aduersus eam emptionem. Et glos. illa alia inst. de actionib. ait actionem illam esse personalem aduersus personam eius, qui ita rem illam emit atque accipit in fraudem creditoris; non verò esse realem in rem acceptam, consentiuntque Doctores communiter. Tertiò, quoniam, vt habetur l. vlt. §. si procurator, ver. non solum, ff. quæ in fraud. creditoris accipiens rescissoria actione cogitur restituere rem, tenetur illam restituere cum fructib. tam quos habebat tẽpore, quo illam accepit, quàm quos ex ea percepit a lite contestata, nõ verò cum fructib. medij temporis; ergo censent iura, alienationem illam validam fuisse, translatumq; per eam fuisse dominiũ: neq; enim alio titulo conceduntur illi fructus medij temporis, quàm quòd alienatio valida reuera fuerit, & q; ille dominus rei illius toto eo tempore fuerit. Iubetur autem restituere fructus, quos res habebat, qm̃ alienatio fuit facta: quia, cum iam existeret, vnumq; cum re illa reputarentur, tam illos, quàm rem ipsam, censetur accepisse in fraudem creditorum. Iubetur etiam restituere fructus a lite contestata perceptos: quoniam ab ea die fuit in culpa, & mora restituendi rem, eaque ratione primauit iniustè creditoris fructibus illis. Ac sane iura circa hac in parte naturis rerum nituntur, vt illa expendẽti est manifestum, solumque ex quadam æquitate actionem concedunt rescissoriam, quæ ex solo positiuo iure vim habet: quo fit, vt eiusmodi iurib. in conscientiæ foro sit standum.

Verũ aduersus hãc conclusionẽ obijcies. Qui, sciens, & prudens, in creditorum fraudẽ alienat, peccat contra iustitiam aduersus eosdem creditores, quatenus per eam alienationem impotente se reddit ad soluendum debita, quæ ex iustitia eis debet: ergo q id sciens, aliquid ab eo accipit, peccat ẽt contra iustitiã aduersus eodem creditores, cooperando peccato alienationis, atque adeo ad restitutionem illis tenetur, si non ex parte rei acceptæ, certè ex parte iniustæ acceptionis. Obiect.

10 Ad † hoc argumentum, concesso antecedente de peccato iniustitiæ per accidens, id est, non ratione operis in se, quod facit, sed quatenus per accidens eo opere impotentem se reddit ad soluendum, neganda est consequentia: quia accipiẽs iure suo vtitur intra iustitiæ limites, accipiẽdo, atq; suam efficiendo rem in se liberã, hoc est nulli alteri obligatam, vtendoque peccato dantis in suũ proprijũ commodũ: non secus atq; qui licitè accipit sub vsuris, vtitur peccato dantis in suũ proprijũ cõmodũ. Et fortasse, qui acciperet titulo lucrativo ab alienante in fraudẽ creditorum, neque contra charitatem aduersus creditores peccaret: eo q charitatis ordo non postulet, vt postponat tantũ suum commodũ, vt creditoris ab æquali damno seruet indemnes. Aduersus alienantem verò non peccat contra charitatem, qm̃ ipse donum offert: eo quòd per eam oblationem peccatum eius consumetur, & acceptio solum sit vsus peccati alterius iam consumati, in suum commodũ proprijũ, vt supra in materia de eleemosyna q. 32. art. 7. de eo paupere dicebamus, qui ab eiusmodi debitore acciperet pecuniam sibi in eleemosynam obletã. Contraria verò Caietani opinio locum haberet, qm̃ accipiens, sciens & prudens, incitaret debitorem ad alienandum in fraudem creditorum: quia tunc causa esset peccati iniustitiæ illius in creditores, atque adeo ad restitutionem illis teneretur; non secus atq; is ad restitutionem teneretur, qui debitori suaderet, ne creditoribus satisfaceret, eaque rõne causa esset damni cõtra iustitiam, quod eis inde sequeretur. Cæterum, si quis debitorem ad alienandum incitaret, ignorans alienationem esse in fraudem creditorum, aut, sine peccato, ad id non attendens, ad nullam sane restitutionem teneretur, esto debitor sciret, se in creditorũ fraudem alienare. Ratio est, qm̃, ita illum incitando, nõ peccaret contra iustitiã, ignorantia illum excusante ab ea culpa, atque adeo non teneretur ad restitutionem ex parte iniustæ acceptionis, neque ex parte rei acceptæ, vt supra ostensum est. Resp.

11 Hinc infero, si secundus † emptor sciat rem, q̃ emit, esse alteri venditam, vẽditoremque incitet

vt

vt sibi eam vendat, ac tradat, tunc non solum in exteriori foro dari priori emptori actionem aduersus illum intra annum a die scientiæ ad venditionem in ipsius fraudem factam rescindendã, vt Bald. in rub. C. quæ in frau. credit. notat, sed ẽt in conscia foro eum teneri restituere eam rem priori emptori, esto nõ petatur: eo q̃ causa fuerit iniustitiæ aduersus illum commissæ. Quin arbitror, etiam in exteriori foro, ex hoc capite concedendã esse actionem extra annum: iura enim, quę solum intra annum concedunt actionem aduersus ementem, aut alio titulo accipientem rem, quam sciebat in creditorum fraudem alienari, loquuntur solum, qñ accipiens non fuit causa iniusta talis alienationis: ad puniendum quippe eiusmodi delictum, & cogendum refarcire iniustitiã, quã accipiens aduersus creditores eo pacto commisit, nũquam intra actionem denegarunt, neque, vt actio competeret, necessarium erat ius positiuum, vt necessarium fuit, qñ accipiens non fuit causa iniusta talis alienationis, sed solum fuit conscius alienationem esse in fraudem creditorum.

Obiec. Rursus fortè contra eandem conclusionẽ obijcies. Creditores, in quorum fraudem alienatio facta est, fuerunt priores tempore; ergo priores in iure: nam qui creditor prior est tempore potior est iure: ergo, qui sciens alienationem fuisse factã in fraudem creditorum, illam accepit, tenetur in foro conscientiæ eam creditoribus restituere.

Dilu. Argñ hoc, si vim vllam haberet, ẽt conuinceret, in foro exteriori esse rem restituendam creditoribus, in quorum fraudem esset alienata. Ad argumentum ergo dicendum est, regulam illã: *creditor prior tempore, potior est iure*; intelligendam esse de creditoribus habentibus ius: secus autem de ijs, quibus solum cõpetit personalis actio; quales sunt, de quibus in conclusionibus propositis solum est nobis sermo. Id verò ita esse intelligendum, dispu. 326. perspicuum fiet.

## Vtrum bona vsurarij hypothecata ipso iure sint pro vsuris soluendis, & bona furis pro furtis soluendis.

### DISPVTATIO CCCXXIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Vsurarij bona an tacitè sint hypothecata pro vsuris soluendis, & n. 3 decidit, & nu. 6. vsq; in fi. Et quid de bonis furis, nu. 2. cum seq.*
4 *Cap. cum tu, de vsur. vera expositio, & intellectus.*
5 *Intellectus ad l. si & me, & Titium. ff. si cert. petatur.*

EX dictis disputatione præcedente dilucidius hæc diffinietur Glossæ quædã c. cum tu, & c. tua nos, de vsuris, & c. quanquam de vsur. libro 6. innuunt, vsurarij bona tacite esse hypothecata pro vsuris soluendis, ita vt quouis titulo ad quoscunque pertranseant, transeant cum eo onere, vt ex illis vsuræ sint soluendæ. Atque hanc affirmat Panor. duobus capitibus primo loco citatis, fuisse communem opinionem antiquorum iuris canonici interpretum.

Panor. verò cũ Ioan. And. Hostien. Federico, & recentioribus contrariã amplectitur opinionẽ, eaq; hodie est cõis, Caiet. 2. to. opusculorũ tracta. 8. c. 4. Soti. 6. de iusti. q. 1. ar. 4. ad 3. Coua. 3. var. res. c. 3. nu. 6. Nauar. in Man. c. 17. nu. 265. Sylu. ver. vsura 6. nu. 5. & plurimum aliorum. Quæ, inquiũt Caiet. & Sotus, licèt mutuatarius actionem habet realem ad bona, quę vltra sortem persoluit, si illa perseuerent eadem numero, eiq; sint debita, ad cuiuscunque manus deueniant, non tã eam habere comparatione aliorum bonorum vsurarij, ẽt si empta sint ex pecunia vsuraria, sed habere solum actionẽ personalem cõparatione vsurarij, vt restituat, quod vltra sortem accepit, & ratione personæ, habere ẽt actionem ad bona illius, interim dum perseuerant vsurarij; illis verò bonis alienatis, non transit actio ad personam, ad q̃ bona illa deueniunt, nisi per vltimam vsurarij voluntatem ad eum perueniant, iuxta ea, quæ disputatione præcedente, ac alibi dicta sunt.

Hanc sñiam probant. Tum quia ex ipsa rei natura non oritur talis hypotheca, & obligatio in bonis vsurarij. Tum ẽt, quia nullibi in iure inuenitur id statutum. Tum denique qñ id esset illaqueare conscientias hominum celebrantium contractus cũ vsurarijs, esto vsurarij ex suo patrimonio essent ditissimi, & esto bona fide cũ eis cõtractus celebrarent: retenim quæcunque abeis acciperent, siue lucrativo, siue oneroso, contractu, obligata manerent pro soluendis vsuris, ad quorumcũque manus deuenirent. Hæc † eadem omnis 2
locum habere affirmant in bonis furis: neque enim hypothecata sunt pro furtis soluendis, esto empta sint pecunia furto ablata.

Ioan. Medina de rebus per vsur. acq. q. 4. interrespondendum ad quartum principale propè finem, & quidam, quos Cou. loco citato, & alij referunt, asseuerant, quamuis bona alia vsurarij hypothecata non sint pro vsuris soluendis, nihilominus possessiones pecunia vsuraria emptas, hypothecatas esse pro illis soluendis, atq; adeò cum eo onere transire ad quorumcunque dominium perueniant, saltem quando lucrativo titulo ad eũ deueniunt. Ducuntur ex capit. cum tu, de vsuris, vbi statuitur, eiusmodi possessiones vendendas esse, & de illarum pretio satisfaciendum esse mutuatarijs: quibus verbis simul innuitur, si quid supersit, pertinere id ad vsurarium.

Panor. locis citatis, & multi alij, quamuis affirmant, eiusmodi possessiones hypothecatas nõ esse pro vsuris soluẽdis, qñ, si hypothecatæ essent, quocũq; titulo alienarẽtur, trãsirent cum eo onere asseuerant; ñ, si titulo lucrativo alienentur, accipiendas eas esse de eorum potestate, ad quos deuenerunt, vendendasq; esse, atque ex illarum pretio soluendas esse vsuras, qñ aliunde non est, vnde soluantur, siquid verò de pretio supersit, tenendum ei esse, ad quem eo titulo transierant. Atque hoc dicunt, statutum esse capit. cum tu, citato, dum in eo præcipitur, vendi possessiones,

siones, vsuraria pecunia emptas; atq; ex prætio vsuras solui addūt verò, id ex quadā æquitate fuisse statutū, eo q̄ possessiones eiusmodi succedant loco vsuriarū pecuniæ, qua fuerunt emptæ, argumento l. si & me, & Titium, ff. si cert. pet. vbi ex quadā æquitate constituitur, ex quo res mea, vel mihi debita, ad te puenit, vt illā teneatis mihi restituere. Cum Pan. consentit Nau. in Man. c. 17. nu. 266. tametsi subiungat, intelligendū esse, q̄n id acceptum fuit cum scientia, aut verisimili tudine, quòd in creditorem fraudem alienaretur.

Caiet. loco citato, & multi alij, censent, constituendū non esse discrimen hac in parte inter res emptas pecunia vsuraria, & quascunq; alias vsurarij res: neq; itē esse distinguendum, num transierint ad aliū titulo oneroso, an lucratiuo; sed solum esse distinguēdum de tpe, seu vsurarij statu, q̄n res alienauit. Si. n. inquit Caieta. quo tempore vsurarius bona alienauit, remanebant illi sufficiē tia bona, vnde vsuras restitueret, tunc quocunq; titulo alienata fuerint, non tenetur accipiens ad vllā restitutionem, esto postea impotens effectus fit ad illas restituēdas. Si verò vsurario non remanebāt sufficientia bona, sed impotens, per eam alienationem, fiebat ad vsuras restituendas, tunc, quocumq; titulo alienatio fit facta, accipiens manet obligatus restituere tantam vsurarum portionem ad quantam restituendam per eā alienationem vsurarius fuit impotens effectus; sibique accipiens imputet, q̄ ab eo emerit, aut in dotem eā vxore, vel quocunq; alio titulo, acceperit, qui tot debitis erat astrictus, vt debita æquarent, aut excederent, illius bona. Idem, diceret Caietan. de accipiente a fure, aut a quocunque alio debitore. Sententiā hanc multi alij amplectuntur, tametsi merito plurimi eam restringant, q̄n accipiēs cōscius erat, aut attendere debebat, per eam alienationem vsuriarium impotentem fieri ad vsuras restituendas, & quidam illorum eam insuper restringant, q̄n alienatio facta fuit titulo lucratiuo, inter alios eam amplectuntur Adria. de restit. in materia, de vsura, q. vltima, quæ incipit, hoc igitur, Sotus 6. de iust. q. 1. ar. 4. ad 3. Gab. in 4. d. 15. q. 21. art. 3. dub. 16. Palud. ibid. q. 2. ar. 5. nu. 27. Nau. in Manu. c. 17. nu. 266. Ange. verb. rest. 1. dum de vsura agit a nu. 17. Syl. verb. vsura 8. nu. 1. Coua. 3. var. reso. c. 3. nu. 6. ad finem, & Medin. in resp. citata, tametsi non admodum firmus sit. Miror tñ nihil hos Doctores meminisse de dispositionib. iuris, disputatione præcedente a nobis explicatis, circa alienationem in fraudem creditorum, iuxta quas tamen, vt dicemus, res hæc erat definienda.

Decis. 3 † Vt paucis subiungam, quod sentio imprimis nō probo Medinæ opinionem: q̄n præter alia, vt bene Pan. ait, si bona empta pecunia vsuris acquisita hypothecata essent, aut onus reale haberent, vt ex eis vsuræ soluerentur, tunc ad quemcumque, quouis titulo deuenirent, transiret eum eo onere: Medina aūt, & qui eandem sententiam amplectūtur, id negāt, q̄n transissent titulo oneroso. Præterea, nihil tale colligitur ex ca. cum tu, de vsuris, vt mox subiūgam, cui tñ capiti ipsi inniuntur. Vnde D. Tho. 2. 2. q. 78. ar. 3. ad 2. nullum hac in parte constituit discrimen inter bona pecunia vsuraria empta, & inter alia vsurarij bona. Deinde a Medina petam, num, si is, qui titulo lucratiuo bona illa ab vsurario accepit, ea titulo oneroso alienet, transeant ad hunc vltimum possessorem cum eo onere reali, maneantque restitutioni pro vsuris obnoxia, an non? Si dicat manere. Contra, quia quantum ius vsurarius habebat, transtulit in eum, cui bona illa alienauit: sed si vsurarius ipse titulo oneroso illa alienasset vltimo possessori, non manerent restitutioni obnoxia, vt ipse affirmat, ergo neque restitutioni obnoxia manent alienata simili modo ab eo, qui titulo lucratiuo immediatè ea ab vsurario accepit. Quòd si dicat, non transire ad vltimum possessorem cum onere reali, tunc sequitur, nec illud habuisse in manu eius, qui illa titulo lucratiuo immediatè accepit ab vsurario, etenim, si illud non habebant, quocumque titulo postea ad aliū transirent, retinerent illud semel in se susceptum.

4 Deinde, nec Panormitani † opinio probatur. Q̄m nihil tale eo textu constituitur, neque in eo textu vlla distinctio fit, num ea bona lucratiuo, an oneroso titulo, sint alienata, vt consuleti eum textum, est perspicuum. Quin nec textus ille loquitur de eis bonis postq̄ ab vsurario fuit alienata, sed dum adhuc in ipsius fuit dominio ac potestate, vt patet; q̄n statuit, vendenda esse ea bona, ex illisque soluendas esse vsuras, vt vsurarius à pena, & a peccato, quod in eis accipiendis commisit, absoluatur; manifestum autem est, tem issione peccati vsurarij, non pendere ex eo, quod res vsuraria pecunia emptæ, quando iam in alterius sint potestate, vendantur, vt ex eis vsuræ soluātur, sed dum in ipsius potestate sunt: nisi enim tunc restituat, vel alunde, vel eas vendēdo, cum possit, peccatum continuat, ac proinde dimitti ei nō potest. Merito autem Summus Pontifex ibi præcipit, vt exequutio restitutionis vsuratum iudicis autoritate, incipiat potius è venditione rerum, quas vsurarius pecunia vsuraria emit, quàm a vendītione aliorum bonorum eiusdem vsurarij.

5 Textus † ēt in l. si & me & Titium, quē Pan. & Nau. pro eadem sententia adducunt, nihil ad rē facit. Casus. n. legis illius hic erat. Rogauit quis me, & Titiū, vt mutuo illi daremus pecuniā: nisi ego debitori meo, vt eam illi promitteret: is promisit, ac dedit, mutuatario arbitrante, eum non esse debitorem meum, sed Titij. Quæsitū est, an ille maneret mihi obligatus. Respondet q; iurisconsultus, licēt res dubia sit, propterea qđ ille nullum mecum iniuit contractum, sed cū meo debitore: nihilominus consonantius rationi esse, manere ex æquitate quadā mihi obligatū, quatenus pecunia mea, mihi ve debita, ad illū peruenit. Ecce, casus legis illius lōgè est diuersus a re, de qua disputamus. Etenim, qui pecuniam mutuo accepit, restituere illam tenetur, eo q̄ nullū titulū habeat ad eā sibi retinenda, vt glos. ibidē nota, solūque erat dubium, an mihi teneretur illā restituere: respōdet q; iurisconsultus, teneri mihi ex quadam æquitate, quatenus pecuniam accepit mihi debitam, interuenienteque meo mandato. In re autem,

autem, quam disputamus, qui ab vsurario accipit rem pecunia vsuraria emptam, re vera dñium illius comparat, habetq; iustum titulum eam sibi retinendi, neque res illa ad ipsum transiuit cum onere vllo reali, vt Panorm. ipse affirmat: quo fit vt longè diuersa sit ratio in vtroque euentu.

Quia ergo bona propria vsurarij, & furis, etiã si pecunia vsuraria, aut furto ablata, empta sint, hypothecam non habent, aut onus reale, vt ex illis vsuræ, aut furta, soluantur, sane quousque, si ab vsurario, aut fure alienata sint, restitutioni sint obnoxia pro vsuris, & rebus furto ablatis, ex dictis disputatione præcedente est definiendum: neque res hæc aliunde est iudicanda, quam ex iuribus, quæ de alienatione in fraudem creditorum constituta sunt: sunt enim creditores mutuatarius, & is, a quo res furto est ablata, comparatione vsurarij, ac furis.

6 Dicendum † itaq; in primis est, si eiusmodi bona ab vsurario, aut fure, per vltimam voluntatem, etiam legato, aut donatione causa mortis, alienata sint, obnoxia omnino esse restitutioni, quousq; integrè vsuræ, & res furto ablatæ soluantur.

Dicendum deinde est, si eiusmodi bona alio titulo alienata sunt, quo tempore per eam alienationem vsurarius, aut fur, impotentes non reddebantur ad vsuras, aut res furto ablatas soluendas, obnoxia omnino non esse restitutioni.

Tertio dicendum est, si accipiens conscius nõ fuit, alienationem fieri in fraudem creditorum, tunc quocunq; titulo bona illa acceperit, obnoxia nõ esse restitutioni. Excipitur, nisi vsurarius, aut fur, conscij alienationem fieri in fraudem creditorum, bona illa alienauerint titulo lucratiuo, tunc. n. accipiens teneretur in exteriori, & conscientiæ foro restituere rem acceptam, aut, quod ex ea factus fuerit locupletior, modo tamen a creditoribus petatur intra annum a die scientiæ alienationis in ipsorum fraudem factæ: secus verò, si vel non petatur, vel petatur post annum elapsum; nã tunc, neque in conscientiæ foro, ad vllam restitutionem tenetur.

Quarto dicendum est, si accipiens conscius erat eiusmodi bona in creditorum fraudem alienari, obnoxia sunt restitutioni vsurarum, rerumque furto ablatarum: q̃ si apud accipientem non existant, tenetur restituere valorem eorum: modo tamen a creditoribus bona illa, aut illorum valor, petantur intra annum a die scientiæ alienationis in ipsorum fraudem effectæ: secus autem si intra annum non petantur, aut petantur elapso iam anno: nam tunc, neque in conscientiæ foro, ad vllã restitutionem tenetur.

Postremo dicendum est, si, qui conscius erat eiusmodi alienationem in creditorum fraudem fieri, alienantem mouit ad eam alienationem, tũc creditoribus, etiam anno elapso, restituere tenetur, quod, ex valore rerum ita acceptarum, necessarium fuerit ad vsuras, aut res furto ablatas restituendas, idque esto id non petatur. Hæc omnia disputatione præcedente ostensa sunt.

## Celebrantes contractus cum vsurarijs, furibus, & alijs eiusmodi, quousque ad restitutionem teneantur.

## DISPVTATIO CCCXXX.

### *SVMMARIVM.*

1 *Vsurarij furis, & aliorum similium bono, in duplici sunt differentia.*

2 *Dominiũ rerum per vsurarium, & furem venditarum, remanet semper penes antiquos dominos.*

3 *Contrahens cum usurarijs, & alijs similibus, & ab eis scienter rẽ alienam accipiens, tenetur eã restituere proprijs dominis, si debitor eam nõ restituerit: si verò ignoranter tenetur, si eã habeat, alias quantũ ex illa fuerit locupletior effectus:*

4 *Emens rẽ propriam ab usurario, uel fure, & alijs similib. uel alio titulo accipiẽs, quando restituere eam teneatur, & nu. 12. vsque in finem.*

5 *Vendentes usurarijs, & alijs similib. attinentia ad cibum, & uestitum, an restituere teneantur ea, quæ in recompensationem ab illis accipiunt.*

6 *Vsurarijs, & alijs similib. ministeria exhibentes, tenẽtur restituere, quæ ab eis pro mercede munerum acceperunt.*

7 *Famulis seruientes debitorib. impotentibus ad soluenda debita, an teneantur restituere quod pro eorum mercede acceperunt.*

8 *Vxor debitoris impotentis, an teneatur restituere quicquid insumit.*

*Et quid de filijs. nu. 9.*

*Et quid etiam de genero, & filia dotata, num. 10.*

11 *Mutuans debitori impotenti, an teneatur creditori restituere, quicquid lucri ex mutuo accepit.*

Disputatio hæc magna ex parte pendet ex dictis quatuor præcedẽtib. disputationib. Me
1 minisse vero oportet, bonorũ † vsurarij, furis, aut cuiuscunq; alterius similis debitoris, quædã esse, quorũ dñium ad ipsos spectat, & quædã, quorum dñium pertinet ad alios: atq; horũ, quædam esse cõsumptibilia vsu, q̃ve functionem in suo gñe recipiunt, & q̃dam, q̃ vsu nõ consumũtur, neq; functionem in suo gñe recipiunt. Vtra rebus, quarum dñium ad ipsos nõ spectat, ordiamur. Med. de restit. q. 10. & de reb. per vsuram acquis. q. 4. ad 3. princ. singularis hac in parte est, Affirmat. n. q̃ vsurario, furi, aut alteri simili debitori, manent sufficientia bona ad debita restituenda, si quis cũ eorũ aliquo contractum celebret circa rem, quæ vsu consumitur, cuius dñium ad alterũ pertinere sciat, non solũ cõtractum esse validum, sed & cõparare dñium rei illius, neque teneri illã restituere dño, cuius antea erat, etiam si debitor eam non restituat. Ducitur, q̃m cum eiusmodi res functionem in suo genere recipiat, hoc est, sufficienter restituatur, si alia eiusdem speciei, & bonitatis reddatur, consequens est, vt cum debitor potens ad restituendum maneat, dñium illius in eum transferat, qui illam accipit, ac proinde, vt accipiens, nec ratione rei acceptæ, restituere teneatur.

Contrarium tñ est proculdubio asserendũ. Ra
2 tio est, qm̃ † traditione eiusmodi rerum facta per furem vsuratium, aut alium similem debitorem, sanè veri illarum dñi non amittunt ipsarum dominiũ: quare ad cuiuscunq; manus, quouis titulo pertranseant, semper illarum dominium perseuerat apud antiquos dños, vt ex se est notissimum, & colligitur apertè ex l. rogasti. § vlt. & l. nã etsi fur. ff. si cert. peta. quo fit, vt accipientes restituere teneantur semper rõne rei acceptæ, & simul rõne iniustæ acceptionis, si, vel qñ res acceperunt, vel qñ res consumpserunt, conscij erant illas alienas esse. Lege inter alios Couar. reg. peccatum part. 3. in initio num. 2. Obserua tñ, quia eiusmodi res in suo genere functionem accipiunt, sufficienterque restituuntur traditis alijs eiusdem speciei, & bonitatis, non solum contractus circa eas celebratos esse validos, sed ẽt licitè posse eas accipi de manu vsuariorum, furium, aut depositariorum, qñ nõ dubitatur eiusmodi homines restituturos eas veris dñis, eo tñ animo, & cum eo onere, accipi tunc dẽt, vt, si ab illis hoibus non persoluantur, accipientes ipsi eas restituant, alioquin peccabũt eas accipiendo. Quo fit, vt, qui scientes eas alienas esse, illas accipiunt, semper teneantur ad earum restitutionem, non solum ex parte rerum acceptarum, sed ẽt ex parte exceptionis, quatenus, vel iniustè eas accipiunt, vel, si iustè suscipiunt illas, id fiat animo, atque eo onere, & lege, vt, in defectum principalium debitorum, ipsi eas soluant. Illa eadem ratione, nempè quia eiusmodi res persoluuntur sufficienter alijs eiusdem speciei, & bonitatis, dicendum est, qñ nullum ex mora damnum, nullaq; molestia, dñis earundem rerũ sequitur, retinentes illas posse expectare, vt principales debitores eas soluant: imò æquitas postulat, vt tũc earundem dñi, petant solutionem potius a principalib. debitorib. quam ab eas retinentibus: præsertim qñ illas retinendo, in nulla fuerunt culpa. Eadem ratione depositarij, vsuratij, quin & fures; qñ certi sunt, se eiusmodi res tempore opportuno restituturos, detrahere illas possunt eleemosynis, atque alijs titulis, vt Medi. q. 4. citata ad tertium principale, & alij affirmant: saltem non peccant lethaliter, si certi, quod absque detrimento vllo dominorum eas restituent, ipsa alienent.

Hanc ergo generalem conclusionẽ statuamus circa res, tam vsu consumptibiles, q̃ non consumptibiles vsu, quorum dñium non pertinet ad vsurarios, fures, depositarios & quoscunq; alios debitores. Qui † titulo quocunque res eiusmodi ab
3 his acceperit, si, sciens alienas esse, illas accipiat, vel id illi constet, antequã eas alienet, vel consumat, tenetur restituere eas proprijs dñis in euentu, qd præcipuus debitor eas non restituat: si verò, ignorans eas alienas esse, illas accipiat, alienet, vel consumat, ad illarum restitutionem tenetur, si eas habeat, alioquin solum, quantũ ex illis fuerit locupletior effectus. Hæc est cõis doctorũ. Ratio verò prioris partis est, qm̃, qui sciens accipit, alienat, vel cõsumit eiusmodi res, tenetur nõ solũ ex parte rei acceptæ, sed ẽt ex parte acceptionis, aut damni illati, consumendo, aut alienando scienter eas res; ergo siue adhuc eas habebat, siue non, tenetur ad earum integram restitutionem, qñ præcipuus debitor eas non restituerit; qui tamen astrictus manebit ei satisfacere, quod illius loco restituerit. Ratio verò posterioris partis est, quia is solũ tenetur ex parte rei acceptæ: quare solum tenetur illas restituere, si eas habeat, aut quantum ex illis locupletior fuerit effectus.

4 Qd † attinet ad res vsuratij, aliorumq; debitorum, quarum dñium ad ipsos spectat, doctores, quos cum Caiet. disputatione præcedente cõsentire diximus, vt plurimum affirmant, qñ is debitor impotens ad eas restituendũ contractu, quem circa illas celebrat, non redditur, quia vel remanent illi sufficientia bona ad restituendũ, vel per eum contractum tantum bonis ipsius accrescit, quantum de eisdem bonis alienat, vt si pretio iusto prædium emat, aut prædium vendat, vt pecuniam ad negotiationem vtilem accipiat, contractũ cũ eo celebratum ita esse validum, ac licitum, vt ea via aliquid ab eo accipiens ad nullã restitutionẽ in exteriori, & conscię foro teneatur. Si verò, inquiunt, impotens ad restituendũ reddatur, aut impotentior, quam iam antea esset, teneri accipientem ad restituendũ, quantum ille impotentior per eum contractum fuerit effectus, siue lucratiuus is fuerit, siue oneroſus. Eorum tñ quidã hoc intelligunt; q̃ si sciens id acceperit, teneatur illud integrum restituere: si verò ignorans, solũ restituere teneatur, quantum post scientiam fuerit apud eum repertum rei, quã per eum cõtractũ accepit, aut quantum ex re illa factus fuerit locupletior. Ita Syl. verb. vsura. 8. q. 1. Ang. verb. resti. 1. dum de vsura agit, a nu. 17. & alij. Atque iuxta hæc definiunt multas quæstiones.

5 Prima est, an † qui eiusmodi debitorib. vẽdũt attinentia ad cibum, vestitum, & alios quotidianos vsus, restituere teneantur ea, quæ in recõpensationem ab illis accipiunt. Respondent verò, si illis ea vendant, sine quib. non possunt vitã conseruare, restituere non teneri, quod in recompensationem accipiunt; si aũt eis vendant, quæ excusare ad id possunt, restituere teneri. Ita docere videtur Syl. vbi supra q. 9. Gab. in 4. d. 15. q. 11. ar. 3. dub. 16. cotel. 4. Ang. verb. vsur. 1. nu. 21. Sotus
6 6. de iust. q. 1. art. 4. ad 3. & alij. Similiter † affirmant confessores, præceptores filiorum, atque alios similes restituere teneri, quæ ab eis in mercedem munerum, quæ eis exhibent, accipiunt. Medin. tñ loco citato, Adr. q. vlt. de vsura, & alij censent, in his, & in alijs similib. euẽtibus eum, q bona fide operas suas vsurario, alijve debitori locauit, quẽ non sciebat impotentem ad debita soluenda, licitè postea accipere, posse ab eo mercedem suorum laborum, esto iam tunc intelligat, illum impotentem esse ad soluenda debita. Ratio verò egregia huius asserti hæc est, qm̃ ille iam tunc perinde est constitutus debitor huic, atque alijs creditoribus: quare accipere, & exigere poterit pretiũ ipsi debitum, perinde atque alij creditores exigere, & accipere possunt, quæ ipsis debentur.

7 Quod ad famulos attinet, qui † debitoribus ad soluenda debita impotentibus ministrant, distinguunt.

guunt. Q̃m, aut tales sunt, vt suis ministerijs tãtũ vtilitatis afferant bonis debitorũ, quantũ cũ ipsis in victu, vestitu, & stipendijs, debitores insumãt: vel tales nõ sunt. In priori euentu famuli ad nullã restitutionẽ tenentur: qm̃ debitores non redduntur impotentes pp ipsos ad debita soluenda, neq; debitores peccant eos habendo, & cũ ipsis prædicta insumendo. In posteriori verò, & debitores peccant eos habendo, & famuli ipsi restituere tenentur creditoribus, quantum debitores redditi fuerint ea de causa impotentes ad soluenda debita. Ita Syl. vbi sup. q. 6. Ang. nu. 21. citato, Gabr. vbi sup. corel. 1. Sotus loco citato, & Nauar. in Man. c. 17. nu. 270.

3 De vxore † eiusmodi debitoris ait Syl. vbi sup. restituere teneri q̃cquid insumit. Melius tñ Nau. vbi sup. nu. 268. consentaneè ad ea, quæ ex Med. & Adriano paulò ante retulimus affirmat, cũ maritus nõ minus debitor illi existat cõgruè sustentationis, iuxta psonæ qualitatẽ, & q̃titatẽ dotis, q̃ sit debitor cæteris creditorib. ad nullã restitutionẽ eam teneri, dummodo consumat solum de ijs rebus quarum dñium ad maritum spectat, neque plus insumat, q̃ ipsi a marito sit debitum. Obserua tñ, hæc tm̃ habere locũ, qñ matrimonium contractu artharum, & dotis fuit celebratum. Qñ. d. celebratũ esset contractu medietatis bonorum, vt in Lusitania, tunc, cum debita oĩa contracta post celebratum, ac consummatum matrimoniũ, ad vtrumq; coniungẽ æquè spectent, vxor, dissoluto matrimonio, tenebitur ad medietatem debitorũ tunc remanentium, præsertim qñ ipsa ad cõsumptionem eorum bonorum concurrit, vnde debita resultarunt, idq; nõ obstante, quod eiusmodi debitis solus maritus causam dederit per suum delictum, puta per furtum, quod solus maritus, vxore nõ cõsentiẽte, cõmiserit. Præterea obserua, quocunque modo matrimonium fuerit celebratum; si vxor sciẽs cõsumpsit aliquid cuius dominiũ ad maritum nõ pertinebat, teneretur restituere dñio totum, quod ipsa inde consumpsit, qñ maritus id non restitueret. Ratio est, quoniã tunc teneretur ratione rei acceptæ, atq; acceptionis, seu consumptionis quatenus vel iniustè illã consumpsit, vel si, absque peccato, ac proinde non iniustè, quia id excusare non potuit, tenebatur illam consumere animo illam restituendi, qñ posset, iuxta ea, quæ in principio huius disputationis dicta sunt.

9 Quod † ad filios attinet, si suo labore, & industria tantũ parenti acquirunt, quantum insumũt, ad nullam restitutionem tenentur. Si verò non tantum illi acquirunt, ait vbi sup. Syl. (cum quo, tam in hoc, quam in præcedentibus, consentit Armilla verb. restitutio. nu. 35. & verb. vsur. nu. 39.) restituere tenetur quantum ea de causa parẽs impotens est redditus ad debita soluenda. Nau. verò vbi sup. nu. 269. sic distinguit. Si huiusmodi filij labore proprio, aut alijs seruiendo, vel aliqua alia ratione, poterant se sustentare, restituere teneri: quoniam in eo euentu parens non tenebatur alimenta eis præbere: si verò non poterant se sustentare, ad nullam restitutionem teneri: quoniã parens in eo euentu sustentare illos tenebat, ac proinde creditores reputantur comparatione talis parentis. Si tamen plus insumãt, quam a parente ipsis in sustentationem esset debitum, tunc restituere tenerentur incrementum.

10 De dote, q̃ † gener, aut filia ab eiusmodi debitoribus accipit, rñdent Sylu. vbi sup. q. 4. Ang. loco citato. n. 19. Nau. in Man. c. 17. n. 271. & alij, teneri generum, ac filiã, restituere creditorib. quãtum, qui eam dedit, impotens ea de causa est effectus ad debita illis soluenda. Addunt, si qui eam dedit, habere sufficientia alia bona ad soluenda debita certa, dosq; solum esset necessaria ad incerta debita soluenda, quæ proinde pauperibus essẽt restituenda; exigere posse ab Episcopo, vt ipsis, tanquam pauperib. eam applicaret ad vitã transigendam, sustinendaque matrimonij onera.

11 De eo, qui † mutuo eiusmodi debitorib. dedit, rñdent Syl. loco citato, q. 7. & Ang. vbi supra nu. 12. Si sciebat, aut verisimiliter præsumebat, illos mutuum velle ad inutiliter illud expendendũ, in ludis, delitijs, aut alijs inutilib. rebus accipere ab eis nõ posse solutionem: si verò illam accipiat, restituere teneri illorum creditoribus quantum illi mutui occasione, eiusque solutionis, impotentes effecti sunt ad debita soluenda. Secus aũt quando mutuo eis dedit bona fide non credens impotentes illos ea occasione reddendos ad debita soluenda. Idem respondent hi autores, quando aliquis ab eis aliquid emit sciens, aut præsumẽs, eos velle pretium ad inutilia; & quando simili modo cũ eis celebrauit quemuis alium contractum. Hæc & his similia sunt, quæ circa res, de quibus disputamus, dici consueuerunt.

12 Quæ † tñ sequuntur, addenda a nobis sunt, cõsentaneè ad ea, quæ duabus præcedentibus disputationibus dicta sunt. Imprimis, qui bona fide, & absq; peccato, quicquam ab eiusmodi debitorib. accepit de bonis, quorũ dñium ad eos spectabat, quia ignorabat, alienationem in fraudem esse creditorum, ad nullam restitutionem tenetur, nõ solum qñ consumptum est, sed ẽt si illud adhuc possideat. Excipitur, si titulo lucratiuo id accepit, isq; qui id ei dedit, in fraudem creditorum illud alienauit; nam tunc, si a creditoribus petatur intra annum a die scientiæ alienationis in ipsorũ fraudẽ effectæ, tenetur illud restituere in exteriori, & in conscĩæ foro; secus aũt, si vel non petatur, vel petatur elapso iam anno a tali scientia; tunc. n. ad nullam restitutionem tenetur. Hæc ex duabus præcedentibus disputationibus sunt perspicua. Ex eis autem constat verum esse, quod ex Med. & Adr. supra retulimus. Nempè, qñ quis, ignorans reddi aliquem impotentem ad soluenda debita, operas suas illi locauit, aut onerosum alium contractum cum eo celebrauit, ex quo constituit illũ sibi debitorem, posse ab illo exigere, & accipere tale debitum, perinde atq; alij creditores, nihil impediente, quod ante solutionem intelligat impotentiam ad soluenda alia debita, quam ante talem contractum habebat, redditumq; fuisse impotentiorem occasione contractus, quem secum iniuit.

Deinde, quod tam debitores eiusmodi, quam celebrantes cum eis contractus, siue onerosos,



Digitized by Google

sine lucratiuos, aliquidve ab illis accipientes, conscij erant alienationem esse in fraudem creditorum quia eiusmodi debitores impotentes reddebantur ad debita soluenda, ad nullam restitutionem tenentur, neq; in exteriori, neq; in conscientiæ foro, si vel ea bona non petantur a creditoribus, vel petantur, post elapsum annum a die scientiæ, ꝙ ea alienatio in ipsorũ fraudem sit effecta: si aũt intra eum annum petantur restituere illa tenentur, tam in conscientiæ, quam in exteriori foro, quatenus illi per talem alienationem impotẽtes effecti sunt ad debita soluenda. Ad eandem ẽt restitutionem tenentur, ẽt si a creditoribus restitutio non petatur, qñ, scientes, eam alienationem in fraudem esse creditorum, debitores incitarunt ad eos contractus celebrandos, easq; alienationes efficiendas. Hæc omnia patent ex dictis duabus præcedentibus disputationibus.

Iuxta hæc dicendum est, qñ famuli al quorum nobilium, qui tanto alieno ære pressi sunt, vt impotentes sint ad illud soluendum, bona fide illis seruire incæperunt, aut heris inuitant b. in illorũ seruitium sunt recepti, non solum iubendos non esse restituere, quæ in victu, vestitu, & stipendijs, ab eis acceperunt esto eiusmodi famuli attẽderent eam alienationem esse in fraudem creditorũ, sed neque cogendos esse egredi seruitium illorũ: præsertim qñ si illi egrediantur, non deerunt alij, qui similiter eisdem heris in seruiant: præterquam etiam, ꝙ lege charitatis fortè vitare non tenẽtur creditorum damnum cum tanto suo incommodo, p eum tamen egressum, illorum damnũ non vitãt. Cauere autem debent confessarij, ne, admonendo eiusmodi homines (qui regulariter bonã habent fidem) & præcipiendo illis, vt egrediantur seruitium dominorum, in causa sint, quòd mala fide, & cum peccato, illis deinceps inseruiant.

Duo admonuerim. Vnum est, id quod dictum est supra de muliere, quæ matrimonium contractu medietatis celebrauit, & insumpsit in detrimentũ creditorum, locum habere, nihil impedientibus, & quæ a nobis modo addita sunt. Alterum est, in dote filiæ, & donatione filio ad nuptias, plus esse difficultatis, nihil impedientibus, quæ a nobis dicta sunt, q̃ in alijs alienationib. Rõ est, qm̃ de bonis paternis deducendum prius est totũ æs alienum, siue dotem, aut donationem ad nuptias adducere velit ad collationem in morte parentum, qui eam accepit, siue non: computanda quippe sunt bona, quæ parens habebat, quando illam dedit deductoq; toto ære alieno quod is parens habuerit tempore, quod filius aut filia, elegerit, inde est deducenda dos, aut donatio ad nuptias, vt suo loco in materia de collatione bonorũ dictum est: quo fit, vt in conscientiæ foro is filius, aut filia, soluere teneatur inde debita, quæ parens habebat, quando dotem, aut donationem, dedit, si patenti tunc sufficientia bona non remanebãt ad ea debita soluenda. Et saltem hæc locum habent, quando alij etiam sunt cohæredes eiusdem parentis, inofficiosaque esset ipsis ea dos, aut donatio, pro eo tempore, nisi inde contributio fieret ad ea debita soluenda.

## De cooperantibus ad vsuram, an peccent & ad restitutionem teneantur.

## DISPVTATIO CCCXXXI.

### SVMMARIVM.

1 *Vsuræ cooperari quot modis quis dicatur.*
2 *Cooperans parti accipienti ad vsuram, ad nullam restitutionem tenetur.*
3 *Vsurarijs suadentes, vt dent ad vsuram, ad restitutionem tenentur.*
4 *Deponens pecuniam apud vsurarium, quo casu ad restitutionem teneatur.*
5 *Principes, & alij vsurarios iuuantes ad restitutionem tenentur.*
6 *Notarij conficiẽtes instrumenta contractus vsurarij, quibus casibus ad restitutionem teneantur. Idem de testibus dicendum, nu 7.*
8 *Negociorũ gestores, seu factores, & alij, qui aliorum nomine dant ad vsuras seu exigunt, quo casu ad restitutionem teneantur.*
9 *Vsurariorum famuli quando ad restitutionem teneantur.*
10 *Proxenetæ vsurariorum an, & quando ad restitutionem teneantur.*

1 DVobus † modis cooperari qs põt ad vsurã. Vno, partes agendo vsurarij: altero, agẽdo partes eius, qui ad vsuram accipit. Quod ad hunc scdm cooperandi modum attinet, sequens regula
2 est statuenda. Qui ita † cooperatur, ad nullam restitutionem tenetur, esto persuadeat vsurario, vt mutuum ad vsuram concedat, & esto persuadeat mutuatarium, vt soluat vsuram, ne alia dies vsurarius mutuum deneget, atque esto, de cõsensu mutuatarij, instrm cõficiat, quo postea mutuatarius vsuram soluere cogatur. Ratio est, qm̃ sicut mutuatarius petendo ad vsuram non committit iniustitiam: ita neque, qui partes illius cum vsurario agit, vt illam concedat, iniustitiam aduersus mutuatarium committit, tametsi incurrere possit lethale peccatum scandali vsuram suadendo, ad eãque vsurarium incitando: quemadmodũ mutuatarius ipse incurrere põt lethale peccatũ scandali, incitando vsurarium ad concedendam vsurã. In eo etiã, ꝙ quis absque fraude & dolo mutuatario suadeat, vt persoluat vsuram partes ipsius agẽdo, & non vsurarij, nulla fit ei iniuria, neque. i. cõcrete peccato dantis ad vsuram, sed tenere se ex parte accipientis. In his omnibus conueniunt doctores cõiter: quare solum dicamus de cooperantibus ad vsurã primo modo. Quod ad eos attinet, qui vsurarijs suadent, vt debet ad vsurã, & qui pecunias illis dant, vt eis vsurã exerceant, Gabr. in 4. d. 15. q. 11. ar. 2. cõcl. 3. Io. Med. de reb. p vsur. acquis. q. 4. Syl. verb. vsu. 7. q. 2. & alij, quos citat, cẽsent. Si hi nihil amplius faciãt, hoc est, neq; exigãt, neque recipiãt postea vsurã, sed vsurarij ipsi eam exigãt, atq; recipiãt ad nullã restitutionẽ teneri, esto lethaliter peccauerint, id suadendo, aut pecuniã, vt id ita fieret, conferẽdo. Ducũtur, qm̃ neutrũ illorum

Quæs.

Digitized by Google

tum duorũ efficax occasio, aut cã, est damni mutuatariorum: qñquidem, ét vsurarij ipsi, esto progrediantur vlterius & mutuo dent ad vsuras; causam efficacem damni eiusdem non dant, quousq; vsuras exigunt, ac recipiunt; præsertim cum mutuatarij ipsi possint se ipsos defendere aduersus vsurarium pactum, neque vsuras soluere.

3 Contrariũ † tñ est omnino amplectendo cum Soto. 6. de iust. q. 1. ar. 4. ad finem, Nau. in Manu. c. 17. nu. 265. Palud. ac alijs. Ratio est, qm̃, vt qs restituere tenetur tanq̃ cooperans ad iniustitiam, satis est, si inde effectus sequatur causæ partialitate, esto effectus ab alijs causis liberis intermedijs pendeat, quæ ad eum cooperentur, vt de eo est manifestum, qui furtum, aut homicidium consuluit. Quanti ergo effectus iniusti, ac vsurarij cã partiales fuerint prædicti vsuram consulentes, aut ad illam exercendam pecuniam dantes, tantum tenentur integrè restituere, in defectum tñ eorum, ad quos vsurarium commodum deuenit, qui ipsis resarcire tenentur, siquid loco eorum restituant.

4 De eo, qui † apud vsuriũ pecuniã deposuit, non quidẽ vt ea vsuras exerceret, attamen existimans vsurũ ea pecunia ad eum finem, distinguũt doctores. Quod, si is depositarius habebat, facileve habitutus erat, alias pecunias, quib. eodem modo exercuisset vsuras, tũc, qui deposuit, nec ad restitutionẽ tenetur, nec peccauit: qm̃ solum vsus est homine peccatore ad depositum, ac custodiã suæ pecuniæ, illi offerendo, quod ex malitia illius futurum illi erat materia peccati, cum tñ defuturã illi nó esset aliunde similis alia materia. Si aũt is depositarius habiturus non erat aliunde pecunias ad vsuras exercẽdas, aut ad illas in tãta quantitate exercendas, tunc peccatum fuit, absq; vrgẽti necessitate, deponere apud illum pecunias: eo quod vitare tenebatur peccatum illius, & proximorum damna. Ita D. Tho. 2. 2. q. 78. ar. 4. ad vltim. & alij. Credo tñ in eo euentu, deponentẽ restituere non teneri vsuras, quas depositarius ea pecunia acquisiuit; quoniam solum ex charitate, & non ex iustitia, tenebatur deponens vitare peccatum depositarij illius, & damna aliorum proximorum; quæ tñ omnia in ipsorum omnium potestate erat vitare, si vellent. Idem omnino esset, si mutuo, aut quocunque alio iusto contractu, eandem pecuniam eidem vsurario dedisset, nó intendendo, quod ea ratione vsuras exerceret.

5 Dñi † pales, iudices, aduocati, & quicunque alij, q statuto, præcepto, patrocinio, aut quouis alio modo, vsurarios iuuant, in vsuris a mutuatarijs exigẽdis, & in eis ad illarum solutionẽ cõpellendis, non solum peccant lethaliter, sed etiã restituere tenentur, vnusquisq; eas oẽs vsuras, quarũ solutionis fuit cõcausa, modo tñ illi, ad quos deuenerunt, eas non restituant: si.n. in horum defectum, quicq̃ restituerint, resarcire id eis isti tenentur, ad quos vsuræ deuenerunt. Iudices ét, ac dñi temporales, quibus ius dicere ex officio incũbit, restituere mutuatarijs tenentur vsuras, quas soluerunt, si coram ipsis ab vsurarijs eas repetant, neq; tamen iubeant, ac compellant eas soluere, vt ex officio tenentur: non secus ac restituere eas tenentur, quicunq; impediuerint earum restitutionẽ. Ita Syl. ver. vsur. 7. a q. 10. Nau. in Manu. c. 17. a nu. 275. Sotus, & Med. locis citatis, & doctores communiter: quoniam hi omnes verè sunt causa iniustitiæ, ac damni mutuatarius sequuti.

6 De † tabellione verò ac notario, conficiẽte instrm̃ contractus vsurarij, distinguunt cõmuniter doctores. Si.n. conficiant simulatum instrm̃, in quo vsura non appareat, & quo mutuatarius soluere vsuras cogatur, tunc in vsurarij defectum, restituere tenetur vnusquisque eorum, si quas vsuras mutuatarius vi illius soluere cogatur, nihil impediente, q̃ mutuatarius confectioni illius instrm̃ cõsenserit. Nisi ad petitionem mutuatarij, & quasi partes illius agens, illud confecerit: licèt.n. in hoc posteriori euentu peccet illud conficiendo, nõ tñ restituere tenetur, vt in principio huius disputationis dictum est. Quocunque autem modo instrumentum conficiat, accipere potest competẽs stipendium, quod restituere postea non teneatur; non secus atque homicida restituere non tenetur pretium, quod, vt interficeret iniustè aliquẽ, accepit, qñ id opere impleuit, vt suo loco dictum est. Quod si instrm̃ palliatum non fuit, restituere nõ tenetur tabellio vsuras, quas mutuatarius soluerit: quoniam, vi illius, cogi non potest eas soluere, quin potius vi illius poterit se defendere, ex ipsomet instrumento, ostendendo, id, quod petitur, vsuram esse, nec teneri eam soluere. Excipe, nisi instrumentum conficiat, vbi iniustè præciperentur soluti vsuræ: tunc enim, quia mutuatarius vi talis instrumenti cogetur soluere vsuras, teneretur tabellio, qui illud conficeret, eas restituere. Hæc Sylu. in loco citato. q. 7. Naua. & Med. vbi supra, ac doctores communiter.

7 De testibus, instro † conficiendo interessentibus perinde, atque de tabellione illud conficiente, est iudicandum, nempe teneri, qñ tabellio tenetur: ita affirmant doctores citati. Circa hos tñ, & quoscunque alios cooperatores, qui solum ratione iniustæ acceptionis, damnive illati, tenentur, obserua. Si bona fide ad contractum, aut actum concurrant, quem probabiliter, ac inuincibiliter vsurarium, ac iniustum ignorant, ad nullam restitutionem teneri: quoniam non ratione rei acceptæ, quam suppono ad ipsos nõ peruenisse, neque ratione iniustæ acceptionis, eo quod non peccauerint concurrendo eo pacto, excusante illos ignorantia inuincibili. Ita Sotus & Nau. locis citatis. Adde, sæpe præsumendum esse de mutuatarijs, non velle hos ad restitutionem teneri, sed solos vsurarios, quibus vsuras soluerunt.

8 Negotiorum † gestores, seu factores, quos vocãt, tutores, ac curatores, & vniuersim quicunque aliorũ noïe dãt ad vsuras, easque exigunt, ac recipiunt, ad restitutionẽ tenentur, in defectũ eorum, quorũ negotia gesserunt, & ad quos vsuræ deuenerunt. Ita Syl. vbi supra q. 4. Nau. n. 267. Sot. &
9 Med. locis citatis. De † alijs vsuriorũ famulis, qui solum deferunt mutuum, scientes esse ad vsuram, vel solum vsuras recipiunt, a proprijs dominis missi, quas mutuatarij nihilominus essent soluturi, volunt Scotus, & Syluest. locis citatis,

& alij, quos Sylueſt. refert, ad reſtitutionem non teneri. Nau. tñ & Med. vbi ſup. contrarium affirmant, quorum opinio tutior, & probabilior vr, qm̃ verè ſunt concauſæ vſurarij effectus, ſaltē ij, q vſuras recipiūt. Is verò, q neq; vſurā exigeret, neq; ad vſurā daret, ſed ſolum ſcriberet ad dantis memoriā, quantū cuiq; ad vſurā eſſet datum, nō vñr teneri reſtituere: qm̃ parū, aut nihil, cooperā-
10 tur. Proxenetæ, quos † Caſtellani *corredores*, Luſitani *corretores* vocant, ſi vſurariorum partes agant quærendo qui ad vſuram accipiant, atque id illis ſuadendo, ad reſtitutionem tenentur, vt Sot. & Naua. locis citatis affirmant: qm̃ cooperantur ad iniuſtum effectum. Contrariū contendit Sylueſt. vbi ſup. q. 3. cum alijs, quos citat, qñ ſolum cooperantur, vt mutuo eis detur ad vſuram, non verò vt poſtea vſura exigatur, ac ſoluatur. Hæc tñ opinio ſupra eſt reprobata, cum de ijs agebamus, qui dare ad vſuram ſuadent. Illud vniuerſim de cooperatoribus, vt de teſtibus paulo antea diceba mus, obſeruandum eſt, ſi de aliquo veriſimiliter credatur, mutuatarium non velle illum ad reſtitutionem obligare, vt de famulis, qui mutuum ad vſurā aſportant, aut vſuras, miſſi a dñis, recipiūt, credendum eſt, talem a reſtitutionis onere excuſari. Et regulariter multi ex cooperatorib. de quibus in hac diſputatione eſt ſermo, facilè veniam obligationis reſtituendi a mutuatarijs obtinebūt, ſi eam petant: eo quod ratio in re propoſita id poſtulet, neque ad ipſos quicquam vſurarum deuenerit, vſurarijque ipſi ad integram reſtitutionem teneantur, quam mutuatarij exigere ab illis in foro exteriori poſſunt.

## Hæredes vſurariorum quouſque reſtituere teneantur vſuras.

### DISPVTATIO CCCXXXII.

*SVMMARIVM.*

1 *Vſurariorum hæredes reſtituere tenentur vſuras, & ad id cogi poßunt.*
2 *Vſurariorum hæredes ſi confecerint inuentarium, non tenentur in exteriori foro vltra uires hæreditarias, ſecus autem in foro conſcientiæ.*
3 *Vſurariorum plures ſi ſint hæredes, an pro parte non reſtituentis teneantur.*

QVouſq; vſurarij, & cum eis cooperantes, reſtituere vſuras teneantur, diſputationibus præcedentibus explicatum eſt: ſimul vero reſtitue re mutuatarijs tenentur lucra ceſſantia, ac damna emergentia ex eo, ꝙ vſuras ab eis acceperint, vel acceptas reſtituere diſtulerint. Quòd ſi mutuatarij ſuperſtites non ſint, reſtituenda hæc ſunt ipſorum hæredibus: ſi verò eis careant, pauperib. ſunt reſtituenda, vt c. cum tu de vſur. habetur. Intelli ge, aut in alijs pijs operibus, pro mutuatariorum animis, ſunt inſumenda.

1 Si aūt † vſurarij, dū viuerēt, eas nō reſtituerint, eorū hæredes reſtituere illas tenentur, atque ad id cogi in exteriori foro poſſunt, perinde atq; vſura-
rij ipſi, ſi viuerent, vt c. cum tu citato, hr̃. Neque l. peculiare in debito ex vſuris, ſed locū ſimiliter hēt in oī dāno in tpalib. iniuſtè proximis illato, & vniuerſim in debito oī defuncti: actiones quip pe defuncti, ſicut actiuæ ad hæredes tranſeunt, ita & paſſiue aduerſus eos tranſeunt: tametſi non ad ſoluendum pęnam pro delicto defuncti, qñ delictum morte defuncti expiranit, vt tracta. 3. dicet, interim lege Cou. 3. var. reſ. c. 3. nu. 7.

2 Vtrum † aūt hęredes vltra vires hæreditatis teneant. Conſentiunt oēs, non teneri, qñ inuētariū cōfecerunt. Qñ verò illud non confecerunt, licèt cōior ſnīa ſit, in foro conſciæ non teneri hæredes ad debita defuncti vltra vires hæreditatis, tametſi in exteriori teneantur, nos tñ diſp. 217. cū Coua. oſtendimus, teneri ēt in conſciæ foro Coua. tñ 3. var. reſ. c. 3. num. 8. excipit hæredes vſurarij circa vſuras ſoluēdas. Ducitur ex c. q̄q̄. de vſur. lib. 6. ꝙ pcipit, ſatisfactionē vſurarū fieri, prout vires hæreditatis patiunt. Hæc tñ verba, meo iudicio, non ſufficiēter probant exceptionē hāc. Tum qm̃ tex. non loquitur in euentu, ꝙ hæredes inuentarium non cōfeciſſent, q tariſſimus eſt. Tū ēt qm̃, ſi textus ille excipere intendiſſet hæredes vſurariorū, cēſendi proculdubio eſſent excepti, ita vt neq; in exteriori foro cogerentur reſtituere integras vſuras, qñ inuentariū non confeciſſent; quippe cū de exteriori foro ibi ſit ſermo: incredibile aūt eſt, ēt in exteriori foro intendiſſe textū illum concedere eis id priuilegiū cōparatione dūtaxat debiti vſurarij, non verò reliquorū debitorū cōparatione.

Hæredes, ſi multi ſint, reſtituere vſuras, vt & Quæſ.
q̄cunq; alia debita, tenentur, vnuſquiſque pro rata, iuxta portionē partis hæreditatis, quæ ipſum
3 contingit. Dubiū † verò eſt, ſi vnus eorū impotēs ad ſoluendum ſit effectus, aut ratione alia non reſtituat, an reliqui reſtituere id teneantur; ſaltem quouſq; portiones ſuas exhaurtant. Antiquiores iuris canonici interpretes, arbitrantes bona oīa vſurarij hypothecæ eſſe ſubiecta pro vſuris ſoluendis, affirmanter reſponderunt. Recentiores verò, de quorum numero ſunt Pan. c. tua nos citato, & alij affirmant, eandem opinionem ſequendā, atq; practicandam, vt defuncti anima, integrè ſatisfactione effecta, citius a pęnis liberetur; tametſi addant, hæredes reliquos de iuris rigore ad id non teneri, eo ꝙ defuncti bona hypothecata ad id non ſint, & paſſiuæ actiones, quę aduerſus defunctum erant, hæreditariaq; onere, pro rata inter hæredes iuris diſpoſitione diuidantur, vt conſtat ex l. 2. C. de hæreditar. actionib. & ex l. pacto ſucceſſorum. C. de pactis, atque diſpu. 155. & alibi. dictum eſt. Nau. in Manu. c. 17. num. 278. omnino affirmat, reliquos teneri reſtituere loco illius, neque aliud ad id affert fundamentum, quam ca. tua nos, de vſur. Contrarium tñ eſt aſſerendum cum Caiet. 2. Deciſ.
to. op 1. tract. 8. c. 5. Med. de reb. per vſur. acq. q. 4. ad quintum princ. Soto 6. de iuſt. q. 1. art. 4. ad 3. nempè, ſimpliciter non teneri, ad quam ſententiā Sylu. etiam accedit verb. vſur. 6. qu. 10. Ratio autem eſt illa, quam cum Panorm. & alijs, reddidimus, cur de iuris rigore non teneantur: Neque contrarium colligitur ex ca. tua nos de vſur. dum

in eo

Digitized by Google

in eo dicitur; *hæredes ea esse districtione cogendos usuras soluere, qua defunctus cogeretur, si uiueret*: id.n. solum significat, oés simul sumptos, vnũ quéq; videlicet pro rata portionis, q̃ ipsum contingit, in qua sola defunctum repræsentat, cogendos esse ea districtione, qua defunctus cogeretur. Atq; hinc intelliges, si hæreditas, solutis ex ea legatis, & donationibus causa mortis, sufficiés erat ad vsuras soluendas, ita vt solutio vsurarũ, ac reliquorum debitorum defuncti, legitimas hæredib. debitas non contingeret, neq; necesse esset contribuere legatarios ad quartam falcidiã, legatarios, & donatarios causa mortis, non teneri vsuras soluere, in defectum hæredum, qui impotétes ad eas soluendas sint effecti, aut alia ratione eas non soluant. Q̃n tñ res aliqua vsuraria ad aliquem hæredũ, legatariorum, aut donatariorũ, deueniisset, illa obnoxia semper esset restitutioni mutuatario, qui illam dedit, aut hæredibus illius, vt ex dictis disputationibus præcedentibus est manifestum.

## Cognoscere de crimine vsuriariorum, ad quod tribunal spectet: & qui vsurarij notorij, seu manifesti dicantur.

### DISPVTATIO CCCXXXIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Vsuriariorũ punitio ad iudicẽ spectat secularẽ, sed usurarũ cognitio, & declaratio ad ecclesiasticũ.*
2 *Vsurarij notorij, & manifesti quot modis dicãtur.*
3 *Testes duo, aut tres singulares omni exceptione maiores in Hispanijs admittuntur, ad probandã usuram palliatam.*
4 *Vsurarius ut notorius dicatur, an sufficiat per indicia, & argumenta probari.*

VT de pœnis vsuriariorũ dicamus, duo, q̃ proposita sunt paucis erunt prius expedienda. Qd ad primũ attinet, prętermissis alijs opinionibus
1 placet, crimen † hoc sẽm se esse seculare, ac proinde cognoscere de illo, ad secularem iudicem spectare. Est quippe solũ contra naturę ius, atque iustitiã, non secus atq; homicidium, adulterium, & similia alia crimina, quorũ cognitio ad seculares iudices ptinet, Ita Cou. 3. var. reso. c. 3. num. 11. Syl. ver. vsu. 9. in prin. cum Pan. & plerisq; alijs, quos citant. Declarare verò, num vsura peccatũ sit, & num in contractu aliquo vsuræ peccatum intercedat, ad Ecclesiæ iudicium spectat, illius q; definitionibus ea in parte est standum. Cohibere etiam vsuræ vitium ecclesiasticis pœnis, quin & aliquibus temporalibus, si animarum saluti expedire fuerit iudicatum, ad Ecclesiam attinet. Præterea, vt bene Cou. loco citato obseruat, cũ quondam ciuiles leges non omnes vsuras prohiberẽt, ecclesia fuit, quæ vniuersim suis legibus hoc vitium cohibere, ac punire cœpit, saluti animarum prospiciens: atque inde ortum habuere canones vsuras inhibentes, illarumq; punitionem, variis statutis pœnis, iudicib. ecclesiasticis committentes.

Quin, cũ a multis seculis, in defectũ ciuil. ũ legũ, atque ad secularium principũ negligentiã supplendã, consueuerit ecclesia cognoscere de hoc crimine, illudq; punire, eatenus iudices ecclesiastici in vnaquaq; prouincia possunt, ac dẽt se intromittere in punitione, ac prohibitione huius criminis, quatenus cõsuetudine fuerit in ea receptum, nihil impedientes, q̃ crimen sẽm se ad tribunal seculare spectet. Quo loco memineris, cohibitionẽ peccatorum oium paterna, ac pastorali correctione ad plãtos ecclesię spectare, iuxta ea, quę de fraterna correctione, q. 33. dicta sunt, & centies, addentur, idq; tũ ad eruendos delinquentes ipsos a peccatis, eosque deinceps in officio continẽdos: tum etiam ad resarciendum aliorum scandalum.
2 Quod verò ad sẽm † attinet, dicendum est. Illos in primis dici notorios, seu manifestos vsurarios, q̃ tales sunt notorietate facti, quales sunt, qui in conspectu populi vsuras exercẽt, tot id cõspicientib. vt nulla possit tergiuersatione celari, iuxta ea q̃ alio in loco explicanda sunt. Ad q̃ necesse non est, vt multos vsurarios actus exerceant, vt quidã sunt arbitrati, sed satis est, si vnũ publicè eo mõ exerceant, vt Nau. in Man. c. 17. n. 280. cũ Pan. & alijs affirmat. Neq; item est necesse, vt mutuo for mali vsurã exerceant, sed satis est, si eam virtuali mutuo exequantur, vẽdendo rẽ carius iusto ptio rigoroso ob dilatã solutionẽ, vt Nau. ibidẽ & Syl. verb. vsura, 9. q. 2. cũ Pan. c. ad nostrã, de empt. & vend. ac alijs, cõsentaneè ad textũ ibi, affirmant. Deinde notorij, seu manifesti vsurarij, ducunt q̃ tales sunt iuris notorietate. Nẽpe illi, qui manifesta iudicis sñia de eo crimine condẽnati sunt, vel q̃ recto iuris ordine id crimẽ de seipsis coram iudice sunt confessi, vel de ipsis idoneis testibus coram iudice plenè est probatum, vt alibi ostendẽdũ est, & cũ Pan. c. quia in oĩb. de vsur. n. vlt. affirmant Cou. 3. var. res. c. 3. n. 4. Syl. ver. vsura 9. q. 1. Nauar. vbi sup. & doctores cõmuniter. Esto autẽ quis laboret infamia, q̃ sit vsurarius, quia apud multos, & probos viros ea est opinio de illo, non dẽ notorius, seu manifestus vsurarius, vt modo loquimur, nisi simul notorius sit aliquot ex modis a nobis explicatis. Quin, esto infamia coram iudice probetur, & simul cũ ea adsit testis vnus, aut multi, qui omni exceptione maiores non sint, & qui cũ infamiæ plenã non efficiant probationẽ, notorius vsurarius non dẽ. Imò verò, esto ea de causa a iudice damnetur pœna aliqua extraordinaria, ac arbitraria, non dicetur notorius vsurarius, iuxta ea q̃ alibi dicenda sunt, consentitq; Cou. vbi sup. Multi ẽt testes singulares, id est, qui contestes nõ sunt circa eundem numero actum vsurarium, sed quorum vnus testificatur de vno actu, & alius de alio, non censentur plena probatio, vt quis notorius vsurarius dicatur, pœnaq; ordinaria puniat, nisi tot essent, vt iudicis prudentis arbitrio plenæ probationi æquipolleret, præsertim concurrente infamia, attentisque alijs circunstantijs cõcurrentib. Interim de hac re lege inter alios Cou. vbi sup. & Ang. ver. vsur. 2. nu. 19. In hoc aũt regno,
3 l. 4. tit. 6. l. 8. nonæ collect. admittuntur † duo, aut tres testes singulares, oĩ exceptione maiores ad



Digitized by Google

probandam vſuram palliatam.

Rogabis fortè, num argumenta, aut indicia, ꝙ quis vſuras exerçeat, vna cum infamia eiuſdem, ſufficiant, vt manifeſtus, ſeu notorius, vſurarius
4 dicatur; Dicendum † eſt non alia ſufficere, q̃ quæ euidenter oſtendunt illum vſuras exercere. Atq; de eiuſmodi iudicijs loquitur c. cum in diœceſi, de vſuris, vbi ſermo eſt de notorio vſurario, notorietate facti, vt patet caput illud intuenti, quicqd Syl. & Ang. locis citatis, atq; alij, in contrarium dicant. Lege tamen Caſtellæ citata probatio per indicia manifeſta admittitur in crimine vſuræ.

Glo. c. 2. de vſur. l. 6. ait, eũ, qui corã ſacerdote, & teſtib. cõfeſſus eſt ſe vſurarium eſſe, reſtituiq; vſuras præcepit, tradendo libros rationũ, cenſendũ eſſe manifeſtum vſuratiũ ad effectum, vt pœnis ſubiaceat manifeſtis vſurarijs a iure ſtatutis, atq; eã gloſſam approbant multi, quos Sylu. loco citato, & alij referunt, ac ſequuntur. Ego verò nõ alios modos notorij vſurarij in iure comperio, q̃ qui explicati paulò antea ſunt: neq; credo confeſſionem aliquam extra iudicium efficere confitentem notorium peccatorem, nobiſcunque vr̃ conſentire Nau. loco citato, non connumerans, inter reliquos, hunc notorij vſurarij modum.

## De pœnis vſurariorum, ac quorundam illis fauentium.

### DISPVTATIO CCCXXXIV.

#### SVMMARIVM.

1 *Vſurarij notorij, etiam ante latam ſententiam, de iure ciuili communi ſunt infames.*
2 *Pœna infamiæ, contra vſurarios de iure ciuili communi ſtatuta, an hodie locum habeat etiam in exercentes vſuras, iure illo permiſſas.*
3 *Pœna infamiæ de iure ciuili communis ſtatuta, extenditur de iure Caſtellæ ad omnes vſurarios.*
4 *Pœna contra vſurarios ſtatuta in regno Hyſpaniarum, quæ ſit, & quæ de iure Luſitano.*
5 *Clericus vſurarius etiã iure canonico eſt infamis. Immò deponendus ab officio, & beneficio, & repellendus ad obtinendo.*
6 *Epiſcopus an poſſit diſpenſare cum clerico vſurario poſt pœnitentiam peractam, vt habilis reddatur ad eccleſiaſtica beneficia.*
7 *Pœna Lateranẽſis cõcilij contra vſurarios ſtatuta.*
8 *Pœna Clem. 1. de ſepult. & c. quamquam. de vſur. li. 6. contra vſurarios.*
9 *Cautio idonea quæ dicatur.*
10 *Cautio iuratoria quando danda.*
11 *Iudices ordinarij eccleſiaſtici qui ſint.*
12 *Notarius de mandato ordinarij poteſt ſtipulari reſtitutionem vſurarum, nomine eorum, quibus eſt reſtitutio faciendæ, ſecus autem ſerie ordinarij mandato, ex communi.*
13 *Vſurarius, vt incidat in pœnam cap. quamquam. de vſur. lib. 6. quid requiratur.*
14 *Teſtamentum notorij vſurarij eſt ipſo iure nullũ, & quæcunque alia illius vltima voluntas.*
15 *Teſtamentũ notorij vſurarij infidelis ſubiecti Chriſtiano principi, eſt nullum.*
16 *Teſtamentum eius, qui alias fuit notorius vſurarius, nullum eſt, ſi ante mortem non reſtituat, vel idoneam cautionem non præſtet.*
17 *Teſtamentum a notorio vſurario ante præſtitam cautionẽ confectum, an vires aſſumat, ſi vſurarius ante mortem idoneam præſtet cautionem.*
18 *Teſtamentum vſurarij notorij, qui cauit idoneè, ſed ſecretè poſt cautionem vſuras exercet, an validum cenſendum ſit.*
19 *Teſtamentũ eius, qui vſurarius non erat, ſed poſtea eſt notorius vſurarius effect°, an nullũ reddatur.*
20 *Pœna c. 1. de vſur. libr. 6. cõtra quoſcumq; locantes domos vſurarijs, vt vſuras in illis exerceant.*
21 *Pœna Clem. vnicæ, de vſur. contra quoſcumq; ſtatuta facientes, quibus permittantur vſuræ.*
22 *Vſurarius ad vſuram accipiens, non poteſt repetere quod per vſuram ſoluit, niſi ipſe prius reſtituat vſuras ab alijs acceptas.*

VSurarij iure ciuili eo ipſo ſunt infames, etiã ante latam ſententiam. Intelligẽdum tñ eſt
1 id de notorijs vſurarijs: † qñ. n. crimẽ notorium non eſſet, infamia non incurreretur ante latã ſententiã, qua de crimine condemnaretur, iuxta probabiliorem ſoĩam, quam refert, ac ſequitur Cou. 3. var. reſ. c. 3. nu. 2. Pœna hæc hr̃ l. improbum fœnus. C. quib. ex cauſ. infam. irrog. & 3. q. 7. c. infames, conſentit c. inter dilectos, de exceſſ. prælat. referq; Bar. quendam reipſa nullum reddidiſſe teſtamentum fratris, in quo ipſum præteribat, hæredemq; inſtituebat quendam vſurarium, idque ea de cauſa, quod, ipſo præterito, perſonam inſtituiſſet infamem, iuxta ea, quæ in calce diſputationis 159. dicta ſunt. Lege Sylueſt. verb. vſu. 8. q. 4.
2 Quia † verò hæc pœna iure ciuili cõi eſt ſtatuta, quod, vt diſp. 304. dictum eſt, vſuras aliquas permittebat, dubitant Doctores, vtrum hodie ea pœna locum habeat, etiam in exercentes vſuras iure illo permiſſas. Communior, ac vera opinio, quã Couar. loco citato refert, ac ſequitur, eſt, etiam in illos habere locum. Etenim eo ipſo, quòd vſuræ vniuerſi ſunt prohibitæ, extenditur pœna illa ad exercentes quaſcunq; vſuras: præſertim cum ſtatuta ſit, non exercentibus has, vel illas vſuras, ſed
3 vſuras prohibitas. Atque † lex Caſtellæ vlt. tit. 6. libr. 8. nouæ collect. hanc pœnam ad omnes vniuerſim vſurarios extendit. Ius Caſtellæ.
4 In hoc † eodẽ regno in pœnam vſurarijs ſtatuitur, vt amittant formali, aut virtuali mutuatario, ꝙ ad vſuram ei dediderint, & inſuper tantũdem, dimidium quidem fiſco Regis, & dimidium alterius dimidij accuſanti, & reliquum in refectionẽ murorum, aut, ſi locus muris careat, in refectionem publicorum ædificiorum. Quòd ſi, poſt hãc condẽnationem, iterum labantur in idem crimẽ, amittãt dimidium oĩum ſuorum bonorum, ſimili modo diuidendorum; ſi verò, poſt hanc pœnam, labantur iterum, amittant omnia ſua bona diuidenda ſimiliter. Ita habetur l. 4. iuncta. 5. ſequenti, tit. 6. l. 8. nouæ collect. In Luſitania verò Ius Luſitanũ, l. 4. ord. titu. 14. in princip. vſurarius amittit fiſco Regis

Regis duplum eius, quod ad vsurã dedit, & insuper duplum vsuræ, si eam, quando condemnatur, recepetat, mittiturque in exilium duob. annis ad loca Africæ, idq; pro prima vice. Pro secunda verò, vtraq; pœna illi duplicatur, & ꝑ tertia, triplicatur. Is aũt, qui ad vsurã accipit, pro singulis vicibus punitur amissione fisco regis tantumdem, ac fuit, quod ad vsurã accepit: si quid verò vsuræ soluit, illud cõputatur in partẽ eius, quod fisco soluere cogitur, Et §. vltimo statuitur, vt quicunque eorum, qui contractum vsurariũ celebrarunt, detexerit alterum, anteq̃ ipse accusetur, & antequã Rex alicui concesserit pœnã, quam ea de cã incurrit, non subiaceat pœnis prædictis, & esto probare non possit plenè, quod detexit, propria confessio ei non noceat ad subeundam pœnam ordinatione illa celebrantibus contractum vsurarium statutam. Simul lege, quæ eodem lib. tit. 27. §. penultimo & vlt. disponuntur, & lib. 1. tit. 67. §. 19.

§ Clericus † vsurarius iure ét canonico est infamis c. inter dilectos citato, estq; suspendendus ab officio, & beneficio pp actum vsurarium, vt patet c. præterea, de vsur. Imò est ét deponendus ab officio, & beneficio iam adepto, vt constat, cap. 1. de vsur. & c. si quis oblitus, ac c. quoniã multi. 14. q. 1. & c. 1. 47. dist. Quin & repellendus est ab obtinendo c. inter dilectos citato, & c. de Petro. 47. d. Et regula infamibus de reg. iur. lib. 6. quæ sic habet, *Infamibus portæ non pateant dignitatum.* Couar. 3. var. res. c. 3. nu. 3. cum Hostiensi ait, clericũ vsurarium primò suspendendum esse, deinde, si contumax sit, & perseueret, esse deponendum. Panormitanus vero c. præterea, citato innuere videtur, posse vtramq; pœnã indifferenter imponi; cũ vtraq; in iure statuta inueniatur, ac sanè iura non sonant, vt prius suspensio imponatur, & postea depositio; tametsi æquum sit, vt ordo ille seruetur; q̃quidem vtraque pœna imponi potest Glos. ca. 6 præterea, de vsur. ait, Episcopũ † dispensare, post pœnitentiã, & satisfactionẽ, posse cũ clerico vsurario, vt habilis ad ecclesiastica beneficia sit, eamq. Couar. loco citato affirmat esse communiter receptam. Postea verò, cum quadam alia glos. c. inter dilectos, id restringit, vt intelligatur, ad beneficia 7 obtenta, non autẽ ad obtinenda. Arbitror tamen glossam. c. inter dilectos, non negare, posse episcopum post pœnitentiam, & satisfactionem reddere habilem clericum vsurarium ad obtinenda beneficia, quæ de nouo vacent, & ad quę de nouo post talem pœnitentiam acquirat ius, quo pacto intelligenda est glos. c. præterea, sed solum asserere, ad ea beneficia obtinenda, ad quæ ante pœnitentiam, & satisfactionem erat electus, & habebat ius, non posse reddi habilem per Episcopum, sed esse omnino ab eis repellendum, conferendaque esse alteri: posse tamen dispensare, vt maneat in iam obtentis: quia licét possit eam deponere ab illis, potest etiam eum non deponere, sed suspendere illum ad tempus, vt c. præterea citato habetur, & post pœnitentiam, & satisfactionem potest relinquere eum in proprio beneficio iam obtento.

Capite, quia in omnibus de vsur. quod est Cõcilij Lateranensis, statutum † est, vt manifesti vsurarij ad cõionẽ alterius non admittantur. Quod licèt Pan. ibi, Ang. verb. vsura. 2. nu. 5. & alij, intellexerint, qd̃ sacrificio altaris, vt erubescerent, interesse non sinerentur, eo pacto quo excõicati interesse non permittuntur, textus tñ id non sonat, sed ꝙ ad Eucharistiæ perceptionem non admittantur, vt Syl. q. 4. citata, & alijs affirmãt. Insuper sancitũ est, vt oblationes in Ecclesia ab his non recipiantur: de qua re diximus. q. 32. attic. 7. Constitutũ præterea est, vt si in eo peccato ex hac vita decesserint, ecclesiastica sepultura eis nõ tradatur. Et insuper, vt si quis ab eis oblationẽ acceperit, aut eos ecclesiasticæ sepulturæ tradiderit, reddere compellatur, quod accepit, & donec, Episcopi arbitrio, satisfecerit, sit suspensus, quod intelligunt doctores ipso facto. Constitutionem hãc præcepit Greg. X. in Concilio Lugdunensi Clementina 1. de vsuris, sub interminatione diuinæ maledictionis inuiolabiliter obseruari. Postea 8 † Clem. 1. de sepulturis, sancitum est, vt qui manifestos vsurarios scienter sepelire præsumpserit, sit ipso facto excommunicatus, neque absoluatur, quousque Episcopi arbitrio satisfecerit.

Capite quamquã de vsur. lib. 6. fuit etiã decretum, vt quamuis manifesti vsurarij in suo testamento, aut quacunq. alia vltima volũtate, restitui præcipiant vsuras, quas acceperãt, siue exprimendo earũ quantitatẽ, siue nõ, eis nõ tradatur ecclesiastica sepultura, donec de vsuris, prout eorũ patientur facultates, plenariè fuerit satisfactum, aut sufficiens præstetur cautio cum pignoribus, vel fideiussoribus, idq. vel ijs, q̃b. facienda est restitutio, si præsẽtes sint, vel alijs, q̃ de iure possunt illis acquirere, vt sunt filij, & ꝑsonæ aliæ, a iure ad id expressæ, vel his oĩbus absentibus, ordinario loci, aut eius Vicario, vel Rectori Parochię, in qua defunctus habitabat, coram aliquibus fide dignis de ipsa Parochia, aut tabellione, vel notario publico, de mandato ordinarij. Insuper præcipitur si de vsurarũ quãtitate constet, vt ea ipsa quantitas in cautione exprimat. Si verò non constet, exprimat verisimilis quantitas arbitrio cautionẽ recipientis: q̃, si scienter minorẽ verisimili apposuerit, ad restitutionẽ teneat vsq. ad verisimilẽ quantitatẽ. Ibi subiungitur, si religiosus aliquis manifestos vsurarios aliter ad ecclesiasticam admiserit sepulturam incurrat pœnam suspẽsionis c. quia in oĩb. citato statutam. Præcipitur quoq. ut nullus oĩno interfit illorum testamentis conficiendis. Itẽ, ut nullus eos ad confessionem admittat, aut illos absoluat, antequam, uel restituant, uel prædicto modo cautionem præstent. Insuper statuitur, ut testamenta manifestorum usurariorũ aliter confecta (quã. s. satisfactis usuris, aut cautione modo explicato præstita) irrita, ac nulla sint ipso iure.

Circa prędicta nonnulla obserua. Primum est, ea solum habere locum in usuratijs notorijs, non uerò in alijs, quibus deneganda non est sepultura, neq. eucharistia, si publicè illam petant, sed in conscientiæ foro absoluendi non sunt, nisi satisfecerint, aut satisfacere sint parati: sicut furibus occultis, & alijs debitoribus fieri consueuit.

Secundum est, cap. quanquam citato, expresse non

non dici, præstandã esse cautionem cum pignoribus, aut fideiussoribus, sed solũ dici, præstandam
9 idoneã cautionem: nomine † tũ idoneæ cautionis, vt ibi notat glos. & cõsentiunt doctores, non alia intelligitur, quam cum pignorib. aut fideiussoribus, iuxta l. si mãdato Titij. §. vltimo, ff. mandati.

10 Quod † si quis, nec pignora, nec fideiussores, dare potuerit, is iurare debet, se ea dare non posse, & etiam se impleturum, quantum in se erit, quod cauet, atque id erit satis, vt notant ea ipsa glossa, Ang. verb. vsur. 2. nu. 8. Syl. q. 4. citata, Nauar. in Manua. c. 17. nu. 279. iuxta cap. Alma mater, §. illis, de sent. excommun. lib. 6. Si quis in periculo mortis sit, velitque ea omnia præstare, nec possit quia vel est in deserto, aut in mari, vel trãsfixus est gladio, aut alia ratione ita affectus, vt tam celeris mors timeatur, quòd locus non sit ad ea præstanda, absoluendus a quocumque sacerdote est, dummodo, si tempus ad id suppetat, iuret se ex prædictis præstaturum, quæ potuerit. Si autem adsunt aliqui coram illis protestetur, se illa debere, ac præcipiat, vt de bonis suis restituantur, confessariusque obtineat ab eo facultatem prædicta omnia manifestandi ordinario, vt, si conualuerit, curam habeat ordinarius illum cogendi ea omnia implere; si verò non conualuerit, cogat hęredes illa implere. Ita Nauar. loco citato, nu. 280. cum Syl. verb. restit. 6. q. 1.

11 Tertium, nomine † ordinarij, intelligi quemcumque, qui iurisdictionem episcopalem habet, vt capitulum sede vacante, illiusque Vicarium, & Abbates, & alij superiores, aliquibus in locis, eorumque Vicarios.

12 Quartum, si † notarius publicus in hoc euentu, de mandato ordinarij, nomine eorum stipuletur, quibus restitutio vsurarum debetur, acquirere illis ius in foro exteriori: secus autem si id de mandato ordinarij non efficiat, vt notant gl. citata, & doctores communiter.

Quintum, sepelientes cum notorium vsurarium, qui vsuras restituere nolit, antequam exequutioni mandentur ea, quæ cap. quamquam, citato exequutioni mandari præcipiuntur, antequam ei sepultura concedatur, esse ipso facto excommunicatos, iuxta Clemen. 1. de sepulturis citatam, quę post caput illud condita fuit.

Couar. 3. variar. resol. c. 3. nu. 5. ait quamuis, vt aliquis incurrat pœnas c. quia in omnibus, satis sit eũ vsurarium esse notorium aliquo ex modis di-
13 sputatione præcedẽte explicatis, vt † tamen in pœnas incidat capitis quamquam, & præsertim, vt testamentum illius sit nullum, requiri, vt sit notorius vsurarius notorietate facti: videturque velle non satis esse vnum eius actum esse eo pacto notorium, sed requiri vt pluris ea notorietate exercuerit. Sententia hæc mihi nõ probatur. Tum qa ex eo textu id non colligitur: & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Tum etiã qm̃ cæteri doctores id non affirmant. Tum denique quoniam textus ille etiam loquitur de pœnis capitis, qa in omnibus, vt de prohibitione ecclesiasticæ sepulturę, supponitque illud aliud caput.

Illud libenter darem, testamentum eius vsurarij esse validum, qui ante mortem non erat notorius, esto post mortem sufficienter probetur, illũ vsuras exercuisse, eaque de causa damnetur, illiusque hæredes præcipiantur illas restituere, atque adeo crimen fiat notorium. Ratio est, quoniam, cum testamentum morte testatoris confirmetur, testatorque ille ante mortem, mortisque tempore, nullum habuerit impedimentum, cur testamentum illud validum non esset, sanè post mortem semper erit validum. Si tamen testator ille ante mortem fuisset damnatus, & absque satisfactione, aut cautione idonea, moreretur, tunc testamentum ipso iure esset nullum.

14 Sicut testamentum † notorij vsurarij est ipso iure nullũ, sic & codicillus, atq; alia quæcunq; vltima illius voluntas. Ita glos. vltima, c. quamquã, citato cõiter recepta, vt Couar. c. 3. citato num. 9. Syl. verb. vsur. 9. q. 7. & Ang. verb. usur. 2. nu. 11. referunt, ac sequuntur. Ratio est, quoniam ea est mens legis illius: alioquin facilè posset deludi. Quod ad legata ad pias causas in eis relicta, conueniunt doctores non ualere, quando a notorio usurario, qui impœnitens discessit, relicta sunt.

Quando uerò signa pœnitentiæ apparuerunt, quidam, quos Syl. & Cou. locis citatis referunt, ac sequuntur, ualere affirmant, tametsi eadem vltima dispositio quo ad reliqua non ualeat, si ante mortem non restituit, aut idoneam cautionem non præstitit.

15 De † testamento notorij usurarij infidelis, legibus, ac iurisdictioni Principis Christianis subiecti, q̃is nõnulli ualidum esse censeant, placet tũ cum Cou. loco citato, & alijs, quos refert, ut dicamus, inualidum esse. Qm̃ licet in eos infideles locum nõ habeat pœna spiritualis, ut de ecclesiastica sepultura, Summus tamen Pontifex annullare eorũ testamentum põt, quatenus Christianis Rebuspublicis sunt subiecti; & per epicheiã est censendum, eam fuisse mentẽ ipsius c. quamquã, citati, licet nihil de eis tunc cogitauerit: qm̃ credendum est, si tunc interrogaretur, an uellet ea lege illos comprehendere quo ad pœnam nullitatis testamenti affirmanter eum responsurum.

16 Testamentum † eius notorij usurarij, qui quondam talis fuit, ab eoque exercitio destitit, nullum est, si ante mortem non restituit, uel idoneam cautionem non præstitit. Ita Felinus, & alij, quos Couar. loco citato refert, ac sequitur.

17 Vtrum † aũt testamentum a notorio usurario ante præstitam cautionem confectum, uires assumat, ac conualescat, si usurarius ante mortem idoneam cautionem adhibeat, affirmanter est respõdendum cum glos. c. quamquam, citato Bart. & alijs, quos Syl. ubi supra q. 6. & Cou. nu. 9. citato referunt, ac sequuntur. Ratio est, quoniam testamentum morte testatoris firmatur: eiusmodi autem testamentum ante testatoris mortem habuit omnia necessaria, ut esset ualidum. Præterea quia in testamentorum fauorem est inclinandum.

18 Vtrum † autem, si notorius usurarius, post testamentum confectum, cauit quidem idoneè, sed post cautionem secretè usuras exercuit, ualidum cẽsendum sit tale testamentum. Neganter est respon-

spondendum : qm̃ præsumendum est, pœnitentiam, & cautionem fictam fuisse. Ita Cou. loco citato, & alij Pan. tñ, c. si quia in omnib. nu. 10. validum esse innuit. Quod verum esse arbitror in foro conscientiæ, quando verisimiliter creditur, absque fictione, restituendi animo præstitisse cautionem: etenim secretè vsuras postea exercere, inualidum illud non reddit.

19 An verò, si aliquis, qui † vsurarius non erat, testamentum cõdidit, sed postea notorius vsurarius est effectus, testamentum illud reddatur nullum. Affirmanter est respondendum : qm̃ testamentũ morte testatoris confirmatur. Illud verò tempore mortis non habuit, quæ necessaria erant, vt esset validum. Ita Cou. vbi supra & alij, quos citat.

20 Cap. 1. de vsur. l. 9. sancitum † est, vt neq; collegium neque vniuersitas, aut persona alia singularis, cuiuscunque status, aut dignitatis sit, alienigenis, & quibuscunque ex eadẽ republica non oriundis, qui publicè vsuras exercent, aut exercere volunt, domos conducant, vt in illis vsuris exerceãt, vel conductas habere sinant, aut habitare in ipsorum terris, sed intra tres menses eos expellãt, nũquam de cætero eos admissuro, & insuper, vt nullo alio titulo eis concedant domos. Contrarium autem facientes, si Patriarchæ, Archiepiscopi, vel Episcopi sint, ipso facto pœnam suspensionis incurrant: si verò sint minores singulares personæ, ecclesiasticæ, pœnam excommunicationis ipso facto incurrant: quod si collegium, aut alia vniuersitas ecclesiastica sit, interdicti pœnam eo ipso incurrat, quam si obdurato animo per mensem sustinuerit, ex tunc terræ ipsius ecclesiastico subiaceant interdicto, donec prædictos vsurarios expellant. Hæ pœnæ solis ecclesiasticis sunt impositæ. De laicis verò præcipitur, vt, priuilegio omni nihil impediente, ab ordinarijs ecclesiasticis censuris compescantur. Quo fit, vt, vi huius capitis excommunicationem ipso facto non incurrant.

21 Clement. vnica, de vsur. sancitũ † est, vt cõitates, earum potestates, iudices, aut quicumque alij officiales, qui condiderint, scripserint, vel dictauerit, statuta, quibus vsuræ permittantur, aut solui compellantur, vel reperi prohibeantur postq̃ fuerint solutæ, sint eo ipso excõicati, similiq; pœnæ subiaceant, qui scienter iudicare præsumpserint, vt vsuræ soluantur, aut vt non restituantur, quando, postquam solutæ fuerint, repetuntur.

Itemq; vt, nisi prædicta statuta intra tres menses ab ijs deleantur, qui ea delere possunt, sint eo ipso excommunicati, atque vt ij, qui vel ea, vel simulem consuetudinem seruauerint, eandem pœnã incurrant. Ibidem decretum etiam est, vt quando aliquis vsuram commisisse præsumetur, censuris ostendere compellatur codices suarum rationũ, vt inde res melius agnoscatur.

22 Illud postremo est † obseruandũ, si vsurarius ad vsuram aliquid accepit, & usurã soluit, neque ei, neq; hęredib. illius cõceditur repetitionẽ, donec ipsi usuras, ab alijs acceptas, soluant. Ita hẽc. Michael. de usur. Si tñ aliquis Ecclesiæ, aut alicuius alterius nomine ad usuras accepit, atq; eas soluit conceditur repetitio, esto, qui nomine alterius eas soluit, usurarius sit, restituendasq; vsuras habeat. Ita Pan. ibi, & Syl. verb. vsur. 9. q. 4.

## Vtrum licitum sit accipere mutuum ad vsuram: suadereque minus malum ad maius vitandum.

### DISPVTATIO CCCXXXV.

*SVMMARIVM.*

1 *Mutuum accipere ad usuram quibus casib. licitum sit, suaderiq; possit ad maius malum uitandum.*
2 *Mutuo accipere pecuniam ad usuram, ut eam expẽdat in torneamentis, & ludis, an licitum sit.*
3 *Mutuantem an liceat alicui inducere sibi mutuare, ut malum euitet maius: & sic generaliter, an liceat inducere aliquem ad minus malum, ut uitet maius.*

FInis tractationi huic totæ de usura. proposita disputatione est imponẽdus. Quia verò, quę hoc loco copiosè dici poterant, supra q. 42. disputando de scandalo sunt explanata, paucis rẽ hanc absoluam.

1 Prima † ergo conclusio sit. Accipiendo ad usuram iniustitia aduersus vsurarium non committitur. Hæc est notissima, quoniam in eo nulla illi fit iniuria, sed potius mutuatarius est, qui ab usurario iniuriam patitur.

Secunda cõclusio. Potest mutuatarius iniustitiam committere aduersus uxorem, filios, & creditores ad usuram accipiendo. Vt si in eorũ præiudicium æs multum alienum contrahat, præsertim, *mohatras*, quas uocãt, exercendo, & bona sua dissipando. Hæc ex se etiam est perspicua, eamq; affirmant Sotus 6. de iust. q. 1. art. 5. & Nauar. in Man. c. 17. nu. 263.

Tertia conclusio. Numq̃ licet inducere usurarium ad mutuandum ad usuram. Patet, qm̃ cum id ille absque peccato exercere non possit, esset inducere illum ad peccandum, quod non licet.

Quarta conclusio. Nefas est absque necessitate aliqua, offerre alicui occasionẽ nouæ lethalis culpæ, mutuum ab eo exigendo, quem scis usura peritturum, esto ille paratus habitualiter sit ad eo pacto, mutuandum. Ratio est, qm̃ sub reatu lethalis culpæ lege charitatis teneris uitare lethale illius peccatum, si sine tuo incommodo, ac graui molestia, id possis, esto ex parte illius scandalum nõ sit pusillorum, sed phariſæorum.

Quinta conclusio. Si quis, uel mediocriter, pecunia indigeat, aut propter lucrũ notabile, quod sperat, aut ut negotiatione uitam sustentet, aut q̃ in necessitate, pressuraue sit aliqua, neque facile possit pecuniam habere aliunde, licitè poterit mutuo petere, nihil impediente, quod intelligat, eũ, a quo mutuo petit, exigiturum usuras.

Quin si intelligat, illum aliter non esse daturũ mutuo, nisi ipse illi usuram offerat, poterit illi dicere, da mihi mutuo centum, & restituã tibi centum, & decem, aut da mihi mutuo centum, & uide

Digitized by Google

de quantum uis tibi insuper restituam. Ratio horum est, qm̃ hoc non est coopérari peccato illius in utilitatẽ propriã, offerreq; illi ex causa rõnabili, ꝙ ex malitia illius scit futurũ illi occasionẽ peccati, scandaliq; phariſæorum, quę oĩa licita sunt. In eo uerò, quod dicat, da mihi mutuo centum, & restituam tibi centum, & decem, aut uide, quantũ uis tibi insuper restituam non petit, ad usuram mutuet; sed solum ei offert occasionem illius peccati; ostenditque se paratum ad ita accipiendum, si aliter dare noluerit. Hæ oẽs conclusiones loco citato, præsertim ar. 7. latè sũt explicatè, eaque de causa in illis modo non amplius immoror.

a Vtrũ † aũt in eo, qui ad finẽ uenialẽ, ad superuacaneaq; aliqua, vult pecuniam, ut ad torneamẽta, aut alios ludos, uel spectacula, locũ habeat quinta nostra conclusio Nau. in Man. c. 17. num. 262. Cai. uerb. usura, c. ult. Sotus 6. de iust. q. 1. art. 5. & alij, affirmant dicentes, in eo euentu ad summũ peccare uenialiter. Ego id damnare non auderẽ, qñ alij eiusdem status ad illa eadem exhibenda concurrerent, indecorumque quodammodo, pecuniam ad usuram exigenti, esset, illos non sequi. Cæterum quando commodè id uitare posset, ad quod vult eam pecuniam, rationabiliusque esset, ut id uitaret dicere non auderem, illum non peccare lethaliter, Conradusq; de contractibus q. 47. eum lethaliter peccare affirmat.

Occasione quintæ cõclusionis quæri solet hoc
3 loco, an † liceat inducere aliquẽ ad minus malũ, ut uitet maius. Vt, utrũ liceat inducere eũ, q̃ subuenire non vult extremè indigenti, ut saltẽ dãdo ei mutuo ad usuras, ꝙ minus malum est, illi subueniat: uel an liceat inducere eũ, qui sumere uindictam de aliquo, illum interficiendo, decreuit, ut mitiorem aliqui de illo uindictam sumat, qñ aliter dimoueri non põt: aut eũ, qui cõmittere uult adulterium, uel furtum grauius, ut potius simplicem fornicationem, aut leuius furtum cõmittat.

Pars negans suaderi potest. Primò, qm̃ *nõ sunt facienda mala, ut eueniant bona*, ut Pau. ad Rom. 3. ait: sed consulere minus malum, est cooperari ad illud, ac proinde illud efficere: ergo illicitum est, etiam si id fiat intuitu tanti boni, quãtum est euitare maius aliquod malum.

Secundò, nefas illi est facere minus malum, ut maius uiter, cui id soluitur: ergo nefas etiam erit id illi consulere.

Tertiò, consulere minus malum ad maius vitandum, est consulere malum, ad illudq; inducere: quod sanè memini licet.

Quartò, nefas est ab aliquo petere, aut ei consulere, quod ille absque peccato efficere non potest: sed si is, cui id consulitur, efficiat minus malũ ad uitandum maius, peccat: ergo nefas est id ab illo petere, aut illi consulere.

Hac tamen conclusione huic posteriori disputationis parti est satisfaciendum. Quamuis nefas sit suadere minus malum ei, quem alia ratione arcere possumus a maiori: quamuis itẽ nefas sit, solum vt præueniamus exequutionem praui habitus alicuius ad maius aliquod malum, ut ad sodomiam, suadere ei, ut exercere incipiat minus aliquod malum, puta fornicationem simplicem, fas tamen est, quando dimouere aliter nõ possumus aliquem ab exequutione maioris mali suadere illi, ut potius mandet exequutioni minus aliud malum modo id non vergat in detrimentum cuiusdam alterius tertij in particulari.

Exempla adhibuimus in principio posterioris partis huius disputationis. In conclusione hac cõueniunt Sot. 6. de iust. q. 1. ar. 5. Angel. uerb. usur. 2. num. 2. Syl. uerb. usur. 7. q. 1. Nau. in Man. cap. 17. nu. 263. Innoc. cap. super eo. de vsur. Caiet. in summa, verb. tyrannis, & 2. tomo opus. tract. 31. c. 13. in solutione dub. 3. quo in loco conciliat, q̃ dixerat 2. 2. q. 78. art. 4. cum ijs, quæ eadem. 2. 2. q. 95. art. 9. docuit, vbi in hãc etiam sententiã inclinauit; quare non est, quod Sotus de Caiet. sententia hac in parte dubitet.

Postrema huius conclusionis pars, in qua sola esse põt difficultas, probari põt, intellecta cum limitatione, q̃ et adhibuimus. Qm̃, qui ei, quẽ aliter a maiori malo patrando non põt retrahere, cõsulit, ut minus potius exsequatur, aut id ab eo petit, non consulit, aut petit, vt faciat id quod minus malum est, sed petit commutationẽ minoris pro maiori, præelectionemve minoris, posito, ꝙ sua nequitia alterum facturus sit: hoc aũt obiectum malum non est, sed bonum, iuxta regulã illam topicam: *ex duobus malis, minus est eligendũ*, q̃ ẽt in re, de qua nobis est sermo, approbat, ac suadet D. Greg. c. nerui. 13. dist. ergo consilium, ac petitiõ illa non est mala, sed bona ex obiecto.

Secundò, qui ignorantia inuincibili perplexus est inter duo, quorum alterũ necessariò est facturus, & vtrumq, arbitratur esse peccatum, vtique non peccat id eligendo, quod sibi vẽ minus, gratia euitandi maius, vt oẽs concedunt, consonatq; Greg. c. nerui, citato: peccaret aũt, si eligeret, ꝙ sibi vẽ maius: ergo electio minoris mali, ad euitandum maius, non est in se mala, sed potius bona, posito, quod malum sit futurum, atque adeo consilium, ac petitio eiusce electionis erit bona, posito, quod malitia illius, cui consilium datur, alterũ illorum malorum sit futurum.

Tertiò, si eiusmodi consilium malum esset, id propterea esset, quod proximus induceretur ad peccatum: consequens aũt est falsum, quia, cum illa peccare decreuerit, eo consilio non inducitur ad peccandum, sed vt culpam minuat, quod desistere est a parte culpæ, ac proinde est bonum: ergo consilium illud bonum est. In hac eadem sententia est aperte August. c. si quod verius 33. q. 2. vbi ait, *Si facturus est, quod non licet puta, uel uxorem occidere, uel dimittere, iam faciat adulterium, ut non faciat homicidium*.

Ad primum ergo argumentum in contrarium neganda est minor: non enim est cooperari ad illud, vt est in se malũ, sed fas est cooperari ad præelectionem minoris mali posito quod is, cui id consulitur, non vult desistere a malo: ea autem præelectio bona est.

Ad secundum, concesso antecedente, neganda est consequentia. Qm̃ in eius potestate, cui datur consilium, est vitare etiam minus malum, atque

atque idcirco peccat illud faciendo, tametsi minus, q̃ si faceret maius malũ: at verò in potestate eius, q consiliũ dat, non est arcere eũ oĩno a peccato, cui consulit, eaque de cã fas illi est, præbere ei consilium, vt saltem culpæ partem ea rõne vitet.

Ad tertium negandum est antecedens: ostensum quippe est, esse consulere bonum, inducereque ad bonum.

Ad quartum, neganda est maior, quando id non petitur absolutè, sed posito, quod is, a quo petitur, desistere non vult a peccato, postulaturque tamquam præelectio minoris peccati, diminutioque culpæ, quam decreuerat.

Circa excusationem Loth a culpa, dum Genes. 19. Sodomitis filias prostituit, de qua re Caiet. & Sotus, vbi supra longã disputationẽ texunt, longè sanè plus, q̃ quod illi locis citatis affirmãt, nobis placet, qđ idẽ Caiet. in cõmentarijs ad eundẽ locũ ait. Nẽpe, prostitutionem illã fuisse hyperbolicam, non animo, vt res ita fieret, sed ad ostendendum, q̃ molestũ, ac durũ ipsi esset, eã iniuriam hospitibus, quos receperat, irrogare: eo sensu, quo quis, ad ostendendum, quã egrè ferat aliquid effici, dicere consueuit, potius me interficias, quã hoc facias. Accerte, quãuis Loth non peccaret suadẽdo minus illud malum, si solum ad sodomitarum culpam attendas, peccaret tñ contra iustitiam, ac pietatem paternam, aduersus proprias filias illas, etiam ad vitandum maius sodomitarum peccatum, eas prostituendo, iuxta limitationem, quam postremæ parti nostræ conclusionis adiecimus.

## Emptio, & venditio, quid.

### DISPVTATIO CCCXXXVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Permutationis contractus antiquius emptione, & venditione.*
2 *Pecunia ad quid introducta.*
3 *Emptionis, & venditionis contractus simul cum pecunia originem habuit.*
4 *Emptio, & venditio, contractus distinctus a permutatione, locatione, & emphyteusi.*
5 *Venditio propriè quæ dicatur, & in quibus consistat rebus.*
6 *Venditionis nomine quæ res veniant, & nu. 9.*
7 *Venditio quid.*
8 *Emptio, & venditio an sit, si pro re aliqua detur pretium, & res alia.*
9 *Venditio quando potius censenda sit, quam permutatio.*
10 *Alcauala, seu Sisa, in Lusitania, & Castella quę sit.*
11 *Emptio, & venditio quomodo cognoscatur distincta a locatione, & conductione.*

EGimus hactenus de contractibus lucratiuis, & de eis qui ad lucratiuos accedunt: atque occasione mutui, de vsura latè disputauimus. Nunc reliquos contractus prosequamur, initium sumentes ab eorum frequentissimo, ac præstantissimo, hoc, est, ab emptione, & venditione.

Quo loco obseruandum est, vt Iurisconsultus, l. 1. ff. de contrah. empt. ait, atque Instit. de empt. & vendit. scriptum legimus, a principio solum
1 inter homines fuisse vsum † permutationis, qua vinum pro tritico, oleum pro melle, bouem pro equo, calceum pro domo, & ita de cæteris rebus commutabant, vnoquoque rem, qua non ita indigebat, pro alia, qua egebat, permutante. In ea autem permutatione res vna non magis habebat rationem pretij, aut mercis, quàm alia, eaque de causa contractus eiusdem rationis erat ex vtraque parte, neque contrahentes diuersa sortiebantur nomina. Postea verò, propter rerum inæqualitatem, vt calceorum ad domum, bouis ad equum, &c. & quia sæpe multi non indigebant, quo facilius fierent commutationes, ad vitæ sustentationem, atque ad societatem humanam, necessariæ, eo quod nemo sibi sit sufficiens, sed rebus, operaque, aliorum indigeat, adinuenta, introductaque fuit moneta, quæ publica authoritate certum valorem haberet, esset que pretium ac veluti mensura cæterarum, rerum, &, vt Arist. 5 Ethic. c. 5. ait, quasi fideiussor pro commutationibus futuris, quibus quisque indigeret, quatenus videlicet, dum quis in futurum eam pecuniam obtulerit, quam pro re, qua non egebat, accepit, eas res pro illa accipiat, quibus egerit.

2 Quia † verò moneta authoritate, ac lege publica ad rerũ cõmercia est introducta, nummus dicta est Græcè, a nomu. i. lege, vt Arist. c. 5. citato ait. Pecunia ẽt est nuncupata latinè, a pecude: q̃m autore Plin. li. 33. c. 3. quondã apud Rom. pecu-
3 dis signabatur nota. Hinc † etiam facilè (vt Iurisconsultus locis citatis ait) de origine contractus emptionis, ac venditionis liquet: simul n. cum pecunia cœpit. Etenim eo ipso, quod pecunia fuit introducta, & ipsa aliarum rerum comparatione pretij, & res aliæ comparatione illius, mercium habere rationem cœperunt, simul resultauit contractus coalescens ex duabus partibus diuersarum rationum, ac appellationum, quarum vna est commutatio, seu pactio mercis pro pretio, dicturque venditio, & commutans venditor nuncupatur; altera verò est commutatio, seu pactio pretij pro merce, appellaturque emptio, & commutans emptor. Atque hic contractus, autore Iurisconsulto locis citatis, specie est distinctus a permutatione, tametsi quondam ea de re fuerit dubitatum, quod idẽ l. 1. ff. de rer. permut. explicatur.

4 Ex dictis † constat, neque cõmutationẽ rei, quæ non est pretiũ, pro re, q̃ non est pretium vt bouis pro equo, neq; cõmutationem rei, quæ est pretiũ, pro re, quæ est pretium, vt pecuniæ aureæ, pro pecunijs argẽteis, dici emptionem, & venditionem, sed contractus illos esse distinctos, primusq; appellatur permutatio, secundus verò cambium, de quibus suis locis erit sermo. Illud obserua, non quãcumq; cõmutationẽ, seu pactum, eius, quod non est pretiũ, pro pretio, esse venditionẽ. Si. n. res solũ concedatur quo ad vsum, aut quo ad fructus ex ea percipiendos, pro pretio, non dr̃ venditio, sed locatio. Si ẽt solũ concedatur, quo ad vsumfructum, & dominium vtile pro certa annua, aut menstrua pensione, appellatur emphyteusis.

Quando

5 Qñ† ergo res cõceditur quo ad directum dominium pro pretio, siue simul concedatur quo ad vtile, siue non, dr̃ propriè venditio rei, ét si solum concedatur quo ad partẽ, vt qñ venditur dimidiũ agri, aut domus. Qñ ét aliquis habet, ius aliquod in re alterius, si illud concedat alteri pro pretio, dr̃ venditio, vt si emphyteuta concedat pro pretio ius emphyteuticum, quod habet, dicitur illud vendere, siue illud concedat proprietario, siue alicui
6 alteri. Seruitus † etiam vendi potest, vt vendere tibi possum ius transeundi per agrum meum in agrum tuum, & ius mittendi tignum in parietem meum, & seruitutem altius non tollendi parietem, aut domum meam. Similiter vẽdi potest superficies soli, in qua domum ędifices l. 1. §. 1. ff. de superficiebus. Censetur aũt venditio, si pro vnico pretio superficies concedatur, vt colligitur ex glo. ibi ver. agendo. Si verò concedatur pro annuo, aut menstruo pretio, censetur locatio, aut superficiarius contractus. Vendi etiam potest ius recipiendi ex me, aut ex agro meo, annuos redditus, atque is contractus censualis dicitur, estque pars quædam emptionis, & venditionis. Hęc, & his similia vendi possunt. Sic ergo Sotus 6. de iust. q. 2 art. 1. nomine, rei, ea omnia, & sola intelligat, quæ explicata sunt, admitti potest definitio illa emptionis, & venditionis, q̃ tradit. Nempe, venditio est distractio rei pro pretio, idest, contractus, quo res pro pretio alienatur. Et emptio, est rei pro pretio contractio, id est, contractus quo comparatur dñium, aut quasi dominium (modis explicatis) pro pretio. Vt tamen verum fatear, contractus emptionis, & venditionis facilius intelligitur, ac explicatur, quã plenè, atque exactè definiatur. Illud ét circa illã. Soti definitionem est obseruandum. De rõne venditionis non esse, quod res verè alienetur, dominiumque transferatur. Etenim, si res vendentis non sit licet venditio, iuxta ea quæ disp. 327. copiosè dicta sunt, valida sit, dominium tamen non transfertur, etiam accedente traditione, vt ibidem ostensum est. De rõne ergo venditionis solum est, quod, quantũ est ex se, dominij, aut quasi dominij, sit translatiua pro pretio, accedente traditione, esto aliunde id impediatur. Atque hoc solum est, quod colligitur ex l. cũ manu sata. §. vlt. ff. de contrah. empt. cuius hęc sunt verba. *Nemo põt videri eã rem vẽdidisse, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorẽ transeat: sed hoc aut locatio est, aut aliud genus contractus.* Hæc ibi. Quorum verborum hic est sensus. De rõne vẽditionis esse, vt dominium eius, quod vẽditur, quantũ est ex vi contractus, transferri intendatur. Lege inter alios Alu. Val. de iure emphyt. q. 19. n. 2. Pinel. in Rubrica. C. de rescind. venditio. part. 2. c. 3. nu. 15. & Lassarte de decima venditionis. c. 1. nu. 2.

Fortasse sic melius possumus venditionẽ definire. Est †contractus, qui cõsensu perficitur, mercis pro pretio. Pro genere ponitur contractus, parte illa, qui solo consensu perficitur, reijciuntur
7 contractus, qui non perficiuntur consensu, vt cõmodatum, mutuum, permutatio, & alij similes. Per partem illam, mercis pro pretio, reijcitur locatio, & cõductio, qui licet consensu ét perficiantur, pretium que in eis intercedat; in eis tñ merx nõ reperitur: nomine quippe mercis ea solum intelliguntur, quę paulò antea explicata sunt, materiam esse venditionis. Emptio verò erit contractus, qui consensu perficitur, pretij pro merce.

8 Dubium est qñ † pro re aliqua, vt pro domo, datur pretiũ, & res alia, vt equus, & certa pecunię quantitas, aut dantur operæ certa pecuniæ quantitas, vtrum id sit emptio, & vẽditio, an potius permutatio, vel innominatus contractus. Et quidem cõis doctorum sñia cum Bart. & Pan. q̃ referunt, ac sequuntur Anto. Gom. 2. to. var. res. c. 4. nu. 9. Aries Pinel. in Rub. C. de rescin. ven. par. 2. c. 2. & Lassarte de decima vend. c. 17. nu. 21. est, qñ non est multus excessus, quo ad valorẽ, inter prętium, & rem, quæ cum eo datur pro alia re, attendendum esse ad verba contrahentium, iuxta l. semper in stipulationibus. ff. reg. iur. & quidẽ, si emptionem, & venditionẽ sonent, contractum esse censendum emptionem, & venditionem, nec solum pretium, sed ét equum cum eo promissum, exigi actione ex vendito. iuxta l. tenetur. §. si vendidi, & l. si sterilis. §. si tibi. ff. de actionibus emp. Si verò sonent permutationẽ, aut contractum innominatum, censendam permutationem, vel innominatũ cõtractum, & tunc, ét pretium, exigi actione præscriptis verbis. Dictum est qñ non est multus excessus, quo ad valorem, inter pretium, & rem, quæ cum eo datur pro alia: qm̃ si sit multus excessus pretij, tunc, quicquid contrahentium verba sonant, censetur emptio, & venditio: si verò sit multus excessus rei, erit permutatio, aut contractus innominatus, esto contrahentium verba emptionem, & venditionem sonent. Ita Ant. Gom. Cõu. & Lassartẽ, locis citatis, consentiunt Pan. c. constitutus de relig. domib. Bart. & alij, quos doctores citati referunt. Ratio est, qm̃ tam notabilis excessus, pretij aut rei, q̃ cum eo datur, efficit, vt ex natura rei vnum habeat quasi annexum, ac minus principale aliud, atque adeò, vt contractus ex natura rei sit venditio, aut permutatio, prout fuerit id, qđ in valore multum excesserit: qñ autẽ constat de natura contractus, iudicandus non est ex verbis, atque ex contrahentium animo.

Lassarte vbi sup. n. 22. cum Tiraquello, & cõi
9 sñia, ait. Qđ a principio † ex cõi sñia est dictum, intelligendum esse, qñ non agitur de præiudicio fisci, aut alicuius tertij. Si enim ex sola vẽditione debeat gabella, & nõ ex permutatione, aut è contra, vel in vẽditione hẽat locum retractus, & non in permutatione, vt in hoc regno hẽt, & inf. suo loco dicetur; tunc, si excedat valor pretij, quãuis non multum, contractus iudicabitur venditio, & non permutatio, e contra verò, si excedat valor rei, q̃ cum pretio datur, censebitur permutatio, & non venditio, quicqd in cõtrariũ cõtrahentes verbis expresserint. Quo loco obserua, tam in hoc re-
10 gno, iuxta l. 1. & 2. ti. 17. li. 9. nouę collec. q̃ † in Lusitania, tributum, qđ *Alcauala*, seu *Sisa* dr̃, atque est decima pars pretij, deberi tantũ ex venditione, itemque ex permutatione. Attñ in hoc regno, solum venditorem teneri illam integram soluere iuxta pretij quantitatem, ut habetur. l. 1. citata.

Exci-

Excipe, qñ oleum venditur Hispali, tunc. n. dimidium soluit venditor, & dimidium emptor, vt hꝰ tit. 17. citato l. 3. & tit. 18. l. 2. Si tñ oleum Regis vendatur; quia Rex exemptus est a solutione eius tributi, solus emptor soluit dimidiũ Alcauale, vt ibidem l. 4. subiungitur, & hꝰ tit. 18. l. 3. In Lusitania verò dimidium spectare soluere ad venditorem, & alterum dimidium ad emptorem.

In vtroque tñ regno ex permutatione duplex tributum illud soluitur, eo quod, iuxta l. sciendũ. §. sed si quis permutauerit. ff. de ædil. edict. & l. 2. C. de rerum permutatione, vnusquisque permutantium, & vẽditoris, & emptoris, comparatione alterius, subeat vicem, eaque de eã in vnaquaque permutatione duplex emptio, ac venditio esse cẽseatur. In hoc aũt regno. l. 2. citata expresse est sancitum, vt q̃uis in permutatione vnius rei pro alia interueniat pretiũ, quodcunque illud sit, siue maius quo ad valorẽ, siue minus, q̃ res, quæ cum illo permutatur pro alia, soluatur Alcauala ex vtraque re, quæ ita permutatur. Quo fit, vt in hoc regno, qui pro domo accipit centum aureos, & bouem soluere debeat decimam partem pretij, hoc est, decem aureos, & insuper decimam partẽ valoris bouis, prout taxabitur: is verò, qui domũ accipit, soluere teneatur, non quidem decimam partem valoris domus, quoniam ex domo, quatenus respondet pretio centum aureorum, quos pro ea dedit, nihil tenetur soluere, sed solum decimam partem valoris eius portionis domus, quæ prudentis arbitrio boui respondent. Ita Lassarte. c. 17. citato, a nu. 1. iuxta l. 2. citatã atque alia iura.

Secus autẽ esset seclusa ea particulari dispositione illius legis, esto in hoc regno ex venditione & permutatione soluenda esset alcauala. Etenim, cum centum aurei, qui simul cum boue pro domo soluuntur, longè, quo ad valorẽ, superent bouem, contractus ille totus censetur solum emptio & vẽditio, ex qua vnica alcauala, deberetur iuxta valorẽ bouis, & centum aureorum simul, vt idem Lassarte rectè iuxta communem opinionẽ principaque iuris communis adnotauit. Forsasse idem, quod in hoc regno, dicendum erit in Lusitania: quamuis, cum ab ea nunc distem, neque articulos siue illius regni apud me habeam, praximque ignorẽ, nihil certi possim hac de re definire.

Ad rem, vnde digressi sumus, vt egrediamur: Quando ex verbis contrahentium non constat, quem contractum intenderint, tunc, si pretium manifestè excedat valorem rei, quæ simul cum eo pro alia datur, contractus iudicatur emptio, & venditio: si verò valor rei, quæ cum pretio datur, excedat pretium, censetur permutatio, argumento textus in l. quicquid. §. vlt. ff. de acquir. rerum dom. iunctis glossis ibi.

Denique, qñ res, & pretium eiusdem sunt valoris, neque ex contrahentium verbis constat, quem contractum celebrare intenderint, Baldus, & quidam alij arbitrati sunt, contractum censendum esse emptionis, & venditionis. Communior tamen sentẽtia Bar. Tiraquelli, & aliorum, quos Ant. Gom. vbi supra refert, ac sequitur, affirmat esse permutationem, argumento textus in l. 1. in princip. ff. de æstimatoria actione. Placet tamen magis dicamus cum Alciato, Couar. & Pinel. locis citatis, ac Lassarte cap. 17. nu. 22. esse quo ad vnam partem venditionem & quo ad aliam permutationem, præsertim quando de præiudicio tertij, vt de retractu, agitur, aut de soluendo ex eo contractu duplici, aut simplici tributo.

11 Vt item discernere scias, qñ † celebratur emptio, & venditio, & qñ locatio, & conductio obserua. Si quis opus pretio alteri conficiat ex materia, q̃ hic alius illi tribuit, vt regulas ex materia, quàm illi præstet, aut anulos ex auro, aut argento, quod illi exhibeat, esse locationem, & conductionem non verò emptionem ac venditionem: quo fit, vt in his euentibus gabella, q̃ alcaualam, vel sisam vocant, in Castella, & Lusitania non debeat.

Ita definitur l. conuenit. ff. de contrah. empt. l. 2. §. adeo ff. locati, & §. item quæritur Insti. de locatione. Si autem pretio opus conficiat ex materia quam artifex ipse apponat, est emptio, ac venditio, debeturque proinde prædictum tributum, vt si regulas quis pretio alteri conficiat, aut calceos, vel anulos, ex materia, quam artifex ipse apponat. Ita expresse habetur tribus iuribus citatis, & l. Sabinus ff. de contrahend. empt. atque confirmat Lassarte vbi supra c. 2. a nu. 1.

Obserua tñ, in Castellæ regno ex auro, & argẽto non tantã alcaualam, quantã ex alijs reb. solui, vt l. 18. tit. 17. lib. 9. nouæ collectionis disponitur.

Obserua præterea, a posteriori parte regulæ propositæ excipi, si quis pretio alicui domũ conficiat in solo soluẽtis pretium: est. n. conuẽtio sic, vt artifex materiam domus, atque operas pro eo pretio exhibeat, contractus est locationis, ac conductionis, non verò venditionis, & emptionis, ac proinde ex eo contractu alcauala non debetur.

Ratio est, qñ eo ipso, quod materiam apponit fabricando domum, dominium illius transit in dominium soli, atq; adeo materia est quasi quid accessorium fabricationi pro eo pretio, estq; contractus locationis, & conductionis, vt expresse habetur l. Sabinus, in fine. ff. de contrahen. empt. & l. Item §. cum insulam. ff. locati, atq; affirmat Lassarte c. 2. citato, vbi multa his similia disputat.

## Venditionis, & emptionis contractus quando censeatur perfectus.

### DISPVTATIO CCCXXXVII.

*SVMMARIVM.*

1 *Emptionis, & venditionis contractus quando est perfectus, non potest alter contrahentium ab eo discedere altero inuito.*

2 *Venditor si soluto pretio non tradat emptori rem, tenetur ei ad interesse tam lucri cessantis, quam damni emergentis.*

3 *Emptio, & venditio quando est perfecta potest alter contrahentium alterum compellere, vt fiat publicum instrumentum.*

4 *Emptio & venditio quomodo in Hispanijs celebretur.*

Emptio

5 *Emptio & venditio solo consensu, & sine scriptura perficitur, nisi aliter sentiant contrahentes.*

6 *Emptio, & venditio quando suspenditur, vt scriptura perficiatur, quid debeatur in Hispanijs.*

7 *Emptio, & venditio vt valida sit, necesse est, vt pretium constituatur.*

8 *Emptio, & uenditio quo ad pretium collata in arbitrium certæ personæ, valida est.*

*Declara tamen, & intellige, vt nu. 9. 14. 15. 16.*

10 *Venditio, quando est conditionalis, ante impletam conditionem, nec tributum debetur: secus si sit modalis.*

*Declara, vt nu. 13 & 19.*

11 *Contractus conditionalis, cõditione impleta, retrotrahitur ad tempus quo fuit celebratus.*

*Limita tamen & declara, ut nu. 12.*

14 *Venditio facta in pignorib. si vsque ad talẽ diem, debitor non soluerit, pignus sit venditum iusto pretio, arbitrio certæ personæ iudicandum, ualida est.*

15 *Emptio, & uenditio non est nulla, si res uendatur ea conditione, si ẽptori placuerit, licet alias non ualeat quando pretium est positum in arbitrio alterius contrahentium.*

16 *Emptio, & uẽditio ualida est, quãdo statuitur certum pretium, relatione facta ad aliquid aliud.*

17 *Locatio, & conductio quot modis valida sit.*

18 *Venditio facta per absentem cum cautione de rato, quando censeatur perfecta, cum postea rata fuerit habita.*

19 *Alcauala nõ debetur, si uenditio nõ sit ratificata.*

20 *Ratihabitio retrotrahitur ad tempus, quo celebratus fuit contractus.*

EMptio, & venditio, cum de numero eorum contractuum sit, qui solo consensu inuicem expresso perficiuntur, vt disput. 254. explanatũ est, absque scriptura perfici eo ipso potest, quod contrahentes circa rem, & pretium consentiant. Quin perfici potest, non solum in præsentia rei, sed etiam inter absentes per epistolas, aut internuncium, vt disputatione citata ostensum est. Statim † autem, ac contractus fuerit eo modo perfectus, neutri contrahentium fas est inuito altero, ab eo discedere. Hæc omnia constant instit. de obligat. ex consensu. in princ. instit. de emptione, & venditio. in princ. institu. de donationibus. §. aliæ autẽ, versic. perficiuntur, iuncto versic. sequẽti. l. 2. ff. de contrahen. emptio. l. 1. ff. de rerum permut. l. 6. & 8. tit. 5. p. 5. & 4. l. Lusi. ord. titu. 23. in prin. & 24. in prin. vbi additur, si venditor, persoluto † pretio, in termino constituto rem non tradat, teneri emptori ad interesse, tam lucri cessantis, q̃ damni emergentis: quod intelligendũ est, de lucro, & damno intrinseco rei, nõ vero de extrinseco, iuxta l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de actionib. emp. vt disp. 299. dictũ est. Quando aũt emptio, † & vẽditio p̃dicto mõ est pfecta, poterit vteruis contrahentiũ cõpellere alterũ, vt ad maiorẽ firmitatẽ, faciliorem q; probationem, contractus mandetur scriptis: quia, quod sibi nõ nocet, & alteri prodest, cogitur quisque facere. Ita Ant. Gom. 2. tom. variar. resol. ca. 27, tametsi

1

2

3

glossæ, quas citat, parum ad id conferant. Fauent quadam ex parte Lusitanæ ord. l. 4. tit. 36. §. pen. Illud tamen admonuerim, si vera est Antonij Gome. opinio, sumptibus eius, qui alterum ad id cogit, conficiendum esse instrumentum publicũ, quando ex interuallo, post contractum celebratum, postulat, vt scriptis mandetur.

Quia ergo emptio, & venditio solo consensu, absq; vlla vel pretij, vel mercis, traditione, perficitur, censet † optimè Lassarte de decim. vend. c. 3. a nu. 1. cum alijs, quos citat, alcaualam in hoc regno deberi a puncto perfecti contractus modo explicato, esto neque res, nec pretium, sint tradita: id quod probant l. 1. illis verbis, *De todo el precio porque vendieren*, & l. 10. illis, *Por no ser acabada la paga*, titu. 17. & l. 31. illis verbis, *Despues del otorgamiento y hecha la cuenta*, tit. 19. li. 9. nouæ collectionis. Ratio aũt est, qm̃ tributũ illud in ipsomet contractu emptionis quo ad illius substantiam, tanq̃ onus, est cõstitutum. Castillo aũt & Mõtaluo, qui alcaualam ante traditionẽ mercis, & pretij non deberi asseruerunt, eo falso innixi sunt fundamẽto, quod contractus ille ante traditionem perfectus non sit. Baldus etiam, qui ante traditionẽ affirmauit gabellam ex re vendita non deberi, loquutus est de statuto, ex cuius verbis, ac dispositione colligebatur, eam non imponi, nisi venditioni consummatæ per traditionẽ.

4

Ex hac definitione sequitur, quinque dies in Castella datos ad manifestandam, aut soluẽdam alcaualam ministro publico sub pœna solutionis dupli, cõputandos esse, non a puncto traditionis mercis, & pretij, sed a pũcto consummatæ, modo explicato, vẽditionis, vt perspicue hẽ l. 31. citata. Quod idem intelligendum similiter est de tpe in eodem regno dato ad retractum rei venditæ iure sanguinis. Vtrumque affirmat Lassarte vbi supra nume. 4. atque in hoc secundo consentiunt Montaluo, & Matientius, quos Lassarte refert.

Ex eadem definitione sequitur, non solum gabellariũ agere posse ad alcaualã obtinendã a puncto vẽditionis, prædicto modo consũmatæ, sed ẽt esto merces nunq̃ tradatur, imò esto partes a contractu ante traditionẽ pẽniteant, deberi, agereque posse ad illam obtinendã. Sequitur ẽt, si dñs loci, in quo venditio fuit, celebrata, gabellas habebat, mortuusq; sit ante traditionẽ mercis, & pretij in eodẽ loco, alcaualam deberi hæredibus defuncti, non vero successori in maioratu, cuius tpe merx, & pretium tradita sunt, nisi ipse hæres sit. Eadem præterea ratione, si vnus gabellarius conductas habebat gabellas tempore celebrati contractus, & alius tpe traditionis, alcauala debetur priori gabellario, non vero posteriori, consentit lib. 12. titu. 17. libr. 9 nouæ collection. Sequitur præterea, si in loco, ac tempore, in quo tributum debetur, venditio fiat, & merx, ac pretiũ in loco, ac tempore a tributo immuni tradatur, deberi alcaualam. E contra verò non deberi, si venditio celebretur in loco, ac tempore a tributo immuni, & traditio fiat tpe a tributo in ibi non immuni. Similiter sequitur, si quis venditionem celebrauit tempore, quo ipse immunis non erat a tributo, atque rem

7

tradidit

tradidit tpe, quo immunis est effectus, alcaualam debere. Econtra verò illam non debere, si quo tempore vendidit, erat immunis, & traditionis tẽpore cessaret immunitas. Hæc omnia tradit Lassarte vbi supra nu. 9. & trib. sequentibus.

Quæ dicta sunt, emptionẽ s. & venditionẽ solo cõsensu vtriusq; cõtrahentiũ ad inuicẽ expresso perfici absq; scriptura, intelligẽda † sunt, nisi cõtrahentes cõueniant, aut intendant, vt contractus scriptura fiat, ac perficiatur: tunc. n. ante scripturã integrè confectã, aut p ipsosmet cõtrahentes, aut per tertium aliquem, siue is minister publicus sit, siue aliqs alius, & p cõtrahentes cõsignatum nõ censetur perfectus cõtractus, esto mutuus consensus circa rem, & pretiũ verbis expressus præcesserit, sed integrũ cuiq; illorum est ab eo contractu recedere. Ita hĩ. inst. de emp. & vẽd. §. 1. l. contractus. C. de fide instr. l. 2. ff. de contrah. emp. l. 6. ti. 5. p. 5. & lib. 4. Lusit. ord. ti. 36. n prin. & §. 1. Qñ aũt contrahentes, vel ante contractum, vel tpe ipsius cõtractus, scripturæ eã de re conficiendæ meminerant, suspendisse cẽsentur contractũ, vt scriptura perficeretur. Ita sancitum est l. 6. ti. 5. p. 5. eademq; fuit opinio Azonis, & glossarum duob. iurib. primo loco citatis, & quorundam aliorũ: tametsi Bar. Bald. & pleriq; alij, contrarium asseuerint, nẽpe id satis non esse, vt cõtractus suspensus censeretur, quousq. scriptura fieret, nisi id aliter cõtrahentes exprimerent. Lusitanæ aũt ord. §. 1. citato, vel expressam voluntatẽ exigunt, qđ aliter contractus non valeat, vel certè, q ex mõ contrahendi aliquo modo id intelligatur, id qđ duobus adhibitis exemplis explicatur: quare mediam quandã viam eligere videntur, aut certè Bar. opinionẽ paulò amplius explicatam. Oẽs autem conueniunt, qñ post emptionem, & vẽditionem mutuo consensu celebratã, partes de scriptura ea de re conficienda agunt, aut conueniunt, id non suspendere contractum, sed solum ad maiorem firmitatem, facilioremq; probationem, de scriptura agere: quo fit, vt ante talẽ scripturã neutri fas sit recedere a cõtractu illo mutuo cõsensu perfecto.

Licèt autẽ lex illa 6. in praxi recepta sit in hoc regno, atq; iuxta eam sit in ibi iudicandum, vt pter Cou. c. relatum 1. de test. nu. 9. Hispani doctores affirmant, illam tamen Greg. Lopez ibidem, Lassarte vbi supra nu. 14. & multi alij, quos referunt, limitandam censent, quando ex circunstantijs intelligitur, de scriptura solum esse factã mentionem ad probationem, maioremq; securitatẽ, neque intendisse suspendere contractũ, vt si traditio pretij, aut rei venditæ, in ipsamet celebratione contractus sit facta, nulla expectata scriptura; in quo euentu refert Lassarte se ita iudicasse in cã quadam, confirmatamq; fuisse soĩam p superiores iudices, eãdẽq; rẽ nonnullis iuribus cõfirmat.

6 Qñ, iuxta † doctrinã traditam emptio, & venditio suspenditur, vt scriptura perficiat, nõ prius alcaualæ ex tali contractu debetur, neq; dies ad manifestandũ contractum, aut ad tributum soluendũ dati currunt, q̃ scriptura sit confecta, & perfecta. Quo fit, vt tributũ hoc ei gabellario debeat, aut dño, qui fuerit tpe scripturæ pfectæ, non verò ei, qui fuerit tpe conuentionis, mutuique consensus, vt cum Ant. Gom. 6. to. var. res. c. 1. nu. 17. Lassarte vbi sup. nu. 13. affirmat. Fit etiam, vt si tempore scripturæ confectæ venditor immunis erat ab eo tributo, illud non debeat, esto tempore conuentionis immunis non fuerit.

7 Vt † emptio, & vẽditio valida sit, atq; adeò pfecta cẽseatur, necesse est certũ pretium cõstituatur, alioquin nulla erit. Ita hĩ. §. pretium inst. de emp. & vend. l. 1. & 9. ti. 5. p. 5. & §. 1. ti. 23. li. 4. Lusit. ord. Hinc efficitur, si contractus in hunc modum celebretur, vẽdo tibi hanc tẽ quanto pretio noluerit, aut fueris arbitratus eam valere, vel emo ate hanc rem quanto pretio noluerit, aut arbitratus fueris, inualidus sit talis contractus, vt hĩ. l. 9 sæpe. §. illud. ff. de contrahenda emptione, l. in vẽdẽtis. C. de contrah. emp. l. 9. & §. 1 citatis. Idem est si dicatur, vẽdo tibi hãc rem, aut emo eã a te, pretio iusto, prout eã valere fuerit arbitratũ. Si tamẽ

8 † determinetur certa persona, atq. dicat, quãtum talis fuerit arbitratus, validus est contractus, vt habetur, l. vlt. C. de contrah. emp. §. pretium. inst. de emp. & vẽd. & l. 9. & §. 1. citatis. Qđ si pson illa pretium non fuerit arbitrata, vel quia mortua fuerit, aut aliter impedita, vel quia noluerit, redditur vẽditio nulla: neq. opus est recurrere ad alterius arbitrium, vt quatuor illis iurib. hĩ: eo autẽ ipso, quod pretium fuerit arbitrata, perficitur contractus. Si tñ arbitrata sit pretium, vel excedens, vel deficiens, valde, ad iudicẽ recurritur, vt prudentes suo arbitrio ad æqualitatem illud reducant, vt hĩ, l. 9. & §. 1. citatis, consentiuntque l. societatẽ 1 §. arbitrorum, & l. vnde si. Neruæ, ff. pro socio, atque affirmat glo. 1. l. vlt. C. de contrah. emptio. Ita ord. Lusitanus. §. 1. citato additur, si duo arbitri a iudice electi conueniant, illorum arbitrio esse stãdum: si verò discordent, iudexque cum illorum altero consentiat, id esse sequendum.

Sũt verò circa hæc nõnulla obseruanda. Primũ

9 † est, venditionẽ, in qua pretiũ in arbitriũ tertiæ pson æ designatæ reijcitur, nõ esse propriè cõditionalẽ quasi pfectus sit contractus ab adimpletione tñ conditionis dependens; sed esse simpliciter contractum absolutum, nondũ completum, atq; perfectum: eò q nullum sit pretium quousq; a tertia illa persona definiatur. Hinc sequitur, non solum non deberi alcaualam, antequam pretium constituatur, sed etiam, constituto pretio, non retrotrahi debitum tributi illius ad tempus, in quo facta fuit conuentio, sed solum incipere a tempore pretij constituti. Quare, si tempore pretij constituti, erat iam gabellarius, alius, aut dominus alius tributi posteriori gabellario, aut domino, debetur tributum illud, non verò priori. Si item tempore constituti pretij non debebatur tributum, vel ratione priuilegij venditoris, vel aliqua alia rõne, immunis est vẽditio illa a tali tributo, esto tempore conuẽtionis illo modo factæ, venditio illa obnoxia esset eidem tributo. Itaque attendendum est ad tempus contractus consummati constitutione pretij, non verò ad tempus conuentionis eo modo factæ. Ita Lassarte, cap. 3. citato a num. 19. vbi fusè, & docte rem hanc prosequitur.



Digitized by Google

10 ¶ Qñ † aũt venditio est conditionalis, in primis tributum hoc ante impletam conditionẽ non debetur, vt doctores cõiter affirmãt, quos Ant. Gom. 2.to. var. res. c. 11. nu. 30. & Lassarte vbi supr. c. 5. a nu. 1. referunt, ac sequuntur; eo q̃ cõtractus adhuc pendeat, conditioneque deficiente possit reddi nullus. Deinde, q̃uis, pendente cõditione, neutri contrahentium fas sit, altero inuito, ab eo contractu discedere, vt Lassarte c. 5. citato nu. 1. cum varijs glo. & cõi sñia, affirmat, sitq; eo ipso ius in spe fisco quæsitũ ad id tributum; nihilominus, si ante conditionẽ impletam contrahentes mutuo consensu dissoluant contractum, id tributum nõ debetur, vt rectè Lassarte ibidem nu. 6. affirmat. Rõ qm̃ in Hispanijs neq; concessum est neq; debetur tributum illud, nisi ex pura, atque perfecta vẽditione, aut permutatione venditio aũt, q̃ mutuo consensu contrahentiũ, pendente adhuc conditione, est dissoluta, numq̃ fuit pura, & perfecta. Quo fit, vt esto traditio rei venditæ facta esset pẽdente adhuc conditione, atque adeò translatum esset dñium in emptorem, vt tradit Bar. ex l. dotis fructus §. vlt. iuncta l. seq. ff. de iure dot. si tñ, eadem conditione pendente, contractus mutuo sit dissolutus consensus, tributum illud ex eo contractu non debeatur pp illam eandem rationẽ, quia s. venditio illa numquam fuit pura, & pfecta. Nõ verò hoc idem locum habet in vẽditione sub modo, vt Lassarte ibidem n. 9. rectè obseruat; qm̃ modus non suspendit venditionem, sed statim censetur integra, & perfecta, vt ex ijs, quæ de mõ suo loco in superioribus diximus constat, atque adeò statim ex illa debetur hoc tributum. Quãuis quo ad venditionẽ conditionalem hæc ita se habeant;

11 quia † tñ ea est contractus conditionalis natura, vt, conditione impleta, retrotrahatur illius vis ad tempus, quo fuit celebratus, quasi tunc pure fuerit initus, vt colligitur ex l. qui balneum. §. amplius, ex l. q̃ potior in prin. ff. qui potiores in pig. hab. ex l necessario. §. 1. iuncta glo. ibi, ver. in præteritum. ff. de peri. & commod. rei vend. ex l. si filiusfamilias. ff de verbo. oblig. & ex alijs seuribus. consequens profecto est, vt si, contractu minimè dissoluto, cõditio impleatur, tributum deberi censeatur a puncto, quo venditio sub ea conditione fuit celebrata, & non a puncto cõditionis impletæ, atq; adeo, vt debeatur dño, ac gabellario, qui erant tpe celebrationis contractus; non verò, qui fuerint tpe conditionis impletæ, vt cum cõi doctorum sñia affirmant Ant. Gom. 2. to. var. res. c. 12. nu. 30. & Lassarte. c. 5. citato. nu. 10. Vbi cum Bald. rectè addit, si tempore, quo celebratus fuit contractus sub conditione, tributum non debeba tur, vel quia in nundinis ab eo tributo immunibus fuit initus, vel aliqua alia ratione, q̃uis condi tio impleta fuerit tpe, quo iam non erat ea exemptio, tributum illud non deberi; qm̃ attendendũ est ad tempus celebrationis, non verò ad tempus

12 impletæ conditionis. Doctrinam † traditam de retrotractione contractus conditionalis limitant Bart. & cõis Doctorum sententia, quam Ant. Gome. nu. 30. citato, & Cou. de pract. q. c. 39. num. 2. vers. tertio est, referunt, ac sequuntur, vt intelligatur, qñ conditio est causalis, aut mixta, secus autẽ qñ est potestatiua: nam hæc non retrotrahit contractum, ac proinde, si venditio sub potestatiua conditione celebrata sit, tributum debebitur gabellario, ac dño, qui fuerit tempore conditionis impletæ. Hanc tñ limitationem restringit Cou. vbi supra, vt intelligatur, qñ conditio ita est potestatiua, vt impleri non possit inuito altero cõtrahentium; hanc. n. solam excipit l. qui balneum. §. amplius. ff. qui potio. in pig. hab. quare argumento a contrario sensu, qñ conditio potestatiua impleri potest inuito altero contrahentiũ, retrahet cõtractum ad tempus celebrationis. Lassarte vbi supra nu. 13. cõem doctorum limitationem, etiã restrictam, vt Cou. illam coarctat, reijcit. Et quãuis satisfacere nitatur l. quidam cum filium. §. vltim. ff. de verb. obli. cui Bart. & reliquos innixi affirmant; non tñ sufficienter satisfacit. §. amplius citato, vnde ea limitatio, vt illam Cou. restringit apertè colligitur. ¶ Admonuerim tñ, qñ conditio est talis, quæ, si adesset tpe celebrationis contractus, efficeret vendentem immunem a tributo, illum quoque immunem reddere, est o tpe vẽditionis immunis nõ esset. Vt si quis ita celebraret contractum; vendo tibi hanc rem mille aureis, si sacros ordines suscepero; certè, impleta conditione, tributum alcaualæ non debet. Ratio est, qm̃ licèt attendendum sit, nõ ad tps conditionis impletæ, sed ad tps venditionis celebratæ: quia ñ impleta conditione retrotrahitur contractus ad ips, quo fuit initus, quasi tunc purè, præsenteque ea conditione, fuerit celebratus, eadem conditio retrotrahi censetur ad id tps, quasi tunc fuerit præsens, eaq; de causa immunem illum tunc reddita a tributo illo, quasi iã tũc ordinib. sacris esset initiatus. Ita probat. l. vlt. ff. de stipul. seruor. & alia iura, q̃ Lassartè vbi supra nume. 32. citat, & doctè expendit.

12 Hoc † tñ intelligẽdum est, dummodo eiusmodi conditio appositа non sit in fraudem, ne tributũ illud soluatur, vt eadem l. vlt. probat, atque idem doctor ibidem rectè affirmat. Quarũ ratione, siquis vendat fructus suos futuros alicuius prædij, cum venditio conditionalis sit, si hi fructus nascantur, impleta conditione, retrotrahitur contractus ad tps, quo fuit celebratus, debeturque tributum gabellario, & domino, qui tunc erant, nisi id effectum sit in fraudem posterioris gabellarij, ac domini, conuentione facta cum priori, vt minori tributo sit contentus. Ita Lassarte vbi supra nu. 19. allegataque l. 104. quaterni gabell. & l. 12. titu. 17. libr. 9. nouæ collectionis. Hæc de primo eorum, quæ obseruanda dicebamus.

14 Scdm † est, in pignoribus validã esse venditionẽ, si hoc modo fiat, si vsque ad talem diẽ debitũ non solueris, pignus maneat venditũ iusto ptio, videlicet prout arbitrio prudentium fuerit iudicatum. Ita habetur. l. si fundus. §. vlt. ff. de pignorib. lib. 4. Lusit. ord. tit. 26. §. 1. l. 41. ti. 5. & l. 12. titul. 13. p. 5. de qua re disp. 324. dictum est.

15 Tertium, quamuis † nullus sit contractus, in quo pretium arbitrio, ac voluntati alterius contrahentium relinquitur, validus tamen est, si res vendita ea lege, ac conditione ven-

datur,

datur, si emptori placuerit. Si tñ certum tempus sit illi præscriptum, intra quod, si dixerit sibi non placere, possit a contractu discedere, tũc si, eo termino adueniente, non significauerit venditori, si-bi displicere, nolleque eam emere, firmabitur contractus. neque fas illi deinceps erit ab illo discedere. Ita habetur. 4. l. Lusitan. ord. tit. 23. §. vlt. & §. emptio. inst. de emp. & vend. affirmatque Anto. Gom. 2. to. var. res. c. 2. nu. 19.

16 Quartum † est, validã esse emptionẽ, & venditionẽ, qñ statuitur certum pretiũ relatione facta ad aliquid aliud, vt si dicatur, emo a te hanc rem, quanti eã emisti, aut quanti illã emit, qui eã tibi vendidit, vel donauit, aut pecunia quã habeo in marsupio, vel in tali loco. Tunc. n. valida est venditio, mõ a venditore, aut ab eo, a quo venditor illam emit, vel qui eã illi donauit, empta fuerit, aut mõ emptor pecuniã habeat in marsupio, vel in illo alio loco: si. n. hæc non extitissent, contractus esset nullus: eo quod tunc nullum fuisset statutũ pretium. Ita hẽ. l. hæc venditio. §. huiusmodi, & l. si quis fundum. ff. de cõtrah. empt. & l. 10. tit. 5. p. 5. atq; alijs iurib. q̃ Ant. Gom. 2. to. var. reso. c. 2. n. 9 cit. Atque hinc colligit, validam esse vẽditionẽ, si quis dicat, vendo tibi, aut emo a te, rem hãc pretio, quo cõiter in foro venditur, aut qu> tali, vel tali tpe vendetur aut pretio q̃ tunc lege publica fuerit taxatum. Eodem modo, qñ rem vẽdi intelligeretur pretio certo, vtpote lege taxato, aut cõmuni tunc, valida esset venditio, esto nulla de pre-

17 tio facta esset mentio. Eodem † etiam modo esset valida locatio, qua aliquid, nulla de pretio mentione facta, locaretur, qñ certo pretio locari consueuerat: qm̃ eo pretio locari intelligeretur. Valida præterea est locatio nullo constituto pretio in locis, vbi, post domos locatas, taxari pretium per ministros publicos solet, vt fit Salmanticæ, in domibus quæ scholasticis locantur. sint. Gome. loco citato, & c. 3. nu 4. cum Azorio, & alijs obseruat, in euntibus in quibus contractus emptionis, & venditionis, aut locationis, & conductionis, est inualidus, eo quod pretium certum non sit constitutum, si res ita venditas, aut locatas, tradi contingat, & consumi, aut percipi ex eis fructus, vel illis vti ad id, ad quod locantur, vendi, rorem, aut locatorem, agere tunc posse ad rem, fructus, atque vsum, quantum hæc æstimabuntur, non quidẽ ex venditio, aut locato, eo quod contractus illi nulli fuerint, sed actione præscriptis verbis, seu in factum, iusta l. quoties. ff. de præs. verb. In hactenus dictis conueniunt Alu. Val. de iure emph. q. 11. a nu. 5. quem videas, & Pinel. l. 2. C. de rese. vend. in Rub. p. 2. ca. 1. a nu. 1. Cæterum circa hoc vltimum bene ibidem Alua. Val. aduersus Pinellum vbi supr. a nu. 19. ait, quando res, quæ traditæ fuerant, existunt, competere ei, qui illas tradidit, rei vendicationem earum, eo quod contractus fuerit nullus, & non actionem, vt pretium taxetur, & venditio perficiatur. In quo non discordat Anto. Gom. ab Alu. Val. tametsi Alu. Val. Pro contrario sententia cum citet: neque item discordãt, quæ p̃ raxim è a nobis dicta sunt.

Dubium est, si quis, credens amicũ suum vendere velle rem aliquam, oblataq; occasione, noĩe

18 illius, atq; † negotium eius agendo, illũ vendat, cauens, seu se astringens, amicum ratum id habiturum, posteaq; amicus id ratum habeat, qñ censeatur perfecta venditio. Atq; est dicendum, non prius venditionẽ censeri perfectam, q̃ ratihabitio accedat, eo q̃ ab illa pendeat, attamen eam esse ratihabitionis naturam, vt retrotrahat, iuris fictione, quod ratum hẽ, ad tempus in quo factum est, quasi tunc fuerit perfectum, vt constat ex l. licet. ff. de iudicij l. si fundus. §. 1. ff. de pign. l. donationes quas patentes §. vlt. C. de donat. inter vir. & vxo. l. vlt. C. ad Maced. & ex alijs iuribus.

19 Hinc, q̃ † ad alcaualã attinet, oritur quæstio, si tpe ratihabitionis dñs rei illius immunis sit a tributo, cum tamen immunis non esset tpe celebrationis contractus, an debeat tributum hoc. Itẽq, si tpe ratihabitionis erat iam alius gabellarius, aut dñs, cui gabellario, aut dño, tributum debeatur huic ne, an illi, qui erat tpe celebrationis contractus. Lassarte vbi supra c. 3. a nu. 24. in primis rectè ait, tributum ante ratihabitionem sequutã non deberi, eo q̃ venditio non sit perfecta, sed a ratihabitione dependens. Itemque dies datos ad tributum soluendum, vel contractum gabellario manifestandum currere a puncto ratihabitionis, non verò a puncto pacti initi. Deinde ad quæstiones propositas respondet. Si ratam habens venditionem, nomine ipsius factam, immunis non sit a tributo tpe ratihabitionis, tunc tributum deberi posteriori gabellario, & nõ priori. Ratio, inquit, est, qm̃ fictio præiudicium afferre non potest posteriori gabellario, cui, cessante fictione, inspectaque rei veritate, gabella deberetur, citatq; pro hac sententia Baldum, Tiraquellum, & Aretinum. Si verò, inquit, tempore ratihabitionis erat immunis a tributo, gabellam deberi priori gabellario, Rationem reddit, qm̃ tunc tributum nõ debebat posteriori gabellario, eo q̃ immunis iam tunc esset a tributo: sua autem ratihabitione inferre sibi ipsi potuit præiudicium retrotrahendo cõtractũ ad tps, in quo nomine ipsius fuit celebratus, quo tempore debebatur tributum priori, gabellario, quia tunc ipse immunis non erat a tributo. Do-

20 ctrina hæc mihi certè nõ probatur. Etenim † ratihabitio, ex iuris ciuilis dispositione, consentanẽ ad rectam rationem, atque ad naturalẽ æquitatem, retrotrahit, quod ratum hẽ ad tps, quo factum est, vt tunc perfectum censeatur, atque adeò ius ipsum ciuile est, quod hac sua dispositione, ante talem ratihabitionem, atque ante talem cõtractum sancita, quemadmodum præiudicium attulit ei ipsi, qui ratum habet præteritũ cõtractum, vt nihil impediente, quod tempore ratihabitionis immunis sit a tributo, ratione retrotractionis illud debeat: sic etiam præiudicium afferre potuit, neque ipsa attulit posteriori gabellario, vt ratione retrotractionis deberetur priori, esto tempore retrotractionis immunitas non esset a tributo. Neque video, quanam ratione, adimpletio conditionis, rõne retrotractionis, fictione, atque dispositione iuris, præiudicium posteriori gabellario in vno euentu afferat, vt non ipsi,

ſed priori gabellario tributũ ex contractu conditionali debeat, & ratihabitio, rõne ſimilis retrotractionis, nõ idẽ præiudiciũ iuris diſpoſitione in altero euentu eidẽ poſteriori gabellario afferat. Neq; cõſpicio ius aliqd, aut ſolidum fundm, cui ſnia cõtraria nitatur. Immò uerò dico, ſi rei dñs immunis erat a tributo tpe uenditionis celebratæ, eſto tpe ratihabitionis immunis non eſſet, alcaualam non debere, pp eandem retrotractionem iuris fictione ad tempus celebrati contractus.

## Arrha quid operetur in contractu emptionis, & venditionis. Et quando comparetur dominium rei venditæ. Atque de alia eiuſdem contractus perfectione.

### DISPVTATIO CCCXXXVIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Arrha quid.*
2 *Arrhæ noie datũ ante emptionẽ pfectã amittit emptor, ſi ab ea diſcedat: & ſi uenditor, & arrham reſtituit, & tantumdẽ de bonis ſuis dare tenetur.*
*Idem & poſt emptionem perfectam de iure Luſitano, & Caſtellæ cum duabus limitationib. nu. 4.*
3 *Emptione perfecta, de iure cõi, neuter contrahentium poteſt diſcedere a cõtractu, alias & arrha amittitur, & ad totale intereſſe tenetur.*
5 *Arrhæ ius ſtatutum in emptione, & venditione, habet locum etiam in locatione, & conductione.*
6 *Alcaualæ an debeatur, quando amiſſa arrha recedit ur a contractu.*
7 *Emptor vt rei emptæ dominium comparet, quid fieri neceſſarium ſit, etiam de iure Luſitano.*

1 ARrha † in contractu emptionis, & vẽditionis eſt id qꝺ datur in ſignum, & argumentum contractus celebrati, & quaſi pignus, qꝺ ſtabitur contractui. Vnde Caius iuriſconſultus l. qđ ſæpe in princ. ff. de contr. emp. ſic ait. *Quod ſæpe arrhæ nomine pro emptione datur, nõ eo pertinet, quaſi ſine arrha cõuentio nihil faciat, ſed vt euidentius probari poſſit, conueniſſe de pretio.*

2 Obſerua tñ ſi ante † pfectã, modo præcedente diſputatione explicato, emptionẽ, qꝺppiam arrhæ noie datum ſit, promittente emptore tẽ tanto pretio empturũ, arq. ad id arrhã dãte, aut ſuſpendentib. emptore, & venditore contractũ, vt ſcriptura pficiat, emptoreq. poſt mutuũ conſenſum, ac conuentionẽ circa rem, & pretiũ, arrham dante, tũc arrhã eam firmitatẽ efficere, qꝺ ſi emptor, vt pót, eo qꝺ contractus nondũ ſit perfectus, a contractu diſcedat, amittit arrham venditori: ſi aũt vẽditor diſcedat, amittit duplum emptori, hoc eſt, arrhã quam ab eo acceperat & tantumdẽ de bonis ſuis, idque eſto nihil horum ſit dictũ, dum arrha fuit tradita. Ita habetur inſt. de emp. & vend. §. 1. ver. ita tamen, & l. contractus, §. vlt. C. de fide inſtr.

Qñ verò, perfecto iam contractu modo præcedente diſputat, explicato, arrha ab emptore data
3 eſt venditori, opinio communior, ſtando † in iure communi eſt, neutri cõtrahentiũ fas eſſe diſcedere a contractu, quibuſdam aſſerentibus diſcedẽtem, vltra arrham, teneri ad totale intereſſe, Bartolo verò, & alijs multis, affirmantibus arrham detrahendam eſſe a totali intereſſe, vt teſeruntur gloſſæ duob. iuribus citatis, Ant. Gom. 2. to. var. reſo. c. 2. nu. 18. Villalobos in Antinomia lit. v. num. 8. & Greg. Lopez gl. 1. l. 7. tit. 5. p. 5. Cæterum de iure Luſitano lib. 4. ord. titu. 4. §. 1. & de iure Caſtellæ, l. 7. citata, approbata eſt opinio Azonis, C. de contrab. empt. quam Salycetus fuit ſequutus, affirmant † communem eſſe in praxi, nempe
4 fas eſſe vtriq; contrahentium diſcedere a contractu amittendo arrhã, aut duplum illius, modo explicato. Quo fit, vt arrha in his regnis, atque iuxta Azonis, & Salyceti opinionẽ, infirmiorem reddat contractum iam perfectum, ac conſummatũ: qñquidem interim, dum rei venditæ facta nõ eſt traditio, fas ſub ea pœna vtriq; contrahentium ſit diſcedere a contractu. Duo tñ euentus in Luſitania excipiuntur, in quibus etiam ſi arrha data ſit, neutri contrahentium fas eſt diſcedere a contractu. Primus eſt, qñ contractus celebratus eſt per proxenetas, ſeu *Corretores*, quos vocant, circa merces aliquas inter mercatores, ſiue illi naturales, ſiue alienigenæ, Regni Luſitaniæ ſint: tunc enim neutri contrahentium, altero inuito, fas eſt diſcedere a contractu, etiam amittendo arrham, aut duplum illius. Rationem reddunt ordinationes, quoniam id ſemper conſuetudine conſeruatum in eo Regno fuit. Secundus eſt, qñ exprimitur, arrham ſolum dari, aut recipi in partem pretij, vel ſimul in partem pretij, & ſignum contractus. Ita hĩ titu. 24. citato. §. 2. & 3. In hoc autem regno l. 7. citata excipitur, quando arrha data eſt ſimul in partem pretij, aut, *por otorgamiento*, i. nõ tanquam arrha, ſed ſolum in ſignum perfecti contractus: in his n. euentibus neuter, altero inuito, poteſt diſcedere a contractu, etiam amittendo arrham, aut duplum illius. Atque hoc vltimũ, nempe qñ exprimitur non dari tamquam arrhã, ſed ſolum in ſignum perfecti contractus, credo habere locum in Luſitania. Prædicta omnia locum in conſcientiæ foro habere cenſenda ſunt; quando quidem leges iuſtæ ſunt, & æquales omnib. contrahentibus, neque in præſumptione fundantur.
5 Sunt † verò ſimiliter intelligenda in contractu locationis. Quo loco obſerua, cum arrhæ amiſſio quaſi in pœnam ſit ſtatuta, etiam in Luſitania, & Caſtella, dum cum eo incommodo contrahentib. ſit permiſſum a contractu, alioquin perfecto, recedere, non deberi antequam exigatur.

6 Dubium eſt, vtrum † in euentu, in quo ab emptione, & venditione perfecta fas eſt vtrique contrahentiũ, amiſſa arrha, recedere, debeatur alcaualæ quando, amiſſa arrha, recedit ur a cõtractu. Laſſarte de decima vendit. cap. 3. nu. 18. deberi affirmat: qñ vere perfecta fuit venditio, & ius tributi illius quæſitum fuit fiſco, neque, receſſu a contractu, diſſoluitur venditio in præteritum, ſed ſolum, vt non valeat in futurum: quod ſignificat l. 7. Caſtellæ cita. quæ ait; *e no valdra deſpues la vendida*, & lex Luſitana §. 1. citato, quæ ſic hẽt, *Eſta pena he dada no dito cõprador e uendedor, p*

*que*

Digitized by Google

*que nan quiseram cõfiar da perfeciam do dito contrato e quiserã usar doutra noua prouisam, conuen a saber, de dare receber o dito final, come dito he.* Hæc satis mihi sanè nõ probatur. Qm̃ eo ipso, q; tradita arrha, iuris dispositione permissum est a contractu recedere, suspensa videtur venditio, vt perfecta non censeatur, quousque traditio sit facta, sed fas vtrique contrahentium sit, illi non stare, amittẽdo arrhæ valorẽ. Neq; id sanè est rescindere, & reuocare contractũ, sed illi nõ stare, tanq̃ infirmo adhuc ad obligandũ; id quod apertè sonãt verba illa Lusitaniamm ordinationũ relata. Adde, inuito venditore, posse emptorẽ nolle stare contractui, & è contrario, emptore inuito, posse venditorem illi nõ stare. Adde etiam, de iure huius regni venditorem teneri soluere integrum alcaualæ tributum: durum autem est, emptore non stante contractui, iure id illi permittente cõtra venditoris voluntatem, teneri nihilominus venditorem soluere tributum integrũ, quod esse poterit longè plus, quàm arrha, quam emptor amittit. Hæc de primo eorum, quæ proposita sunt.

Quod ad secũm attinet, obseruandum est, vt
7 † emptor rei emptæ dñium cõparet, nõ satis esse, emptionẽ perfectã esse modo præcedente disputatione explicato, sed vlterius necessariã esse traditionẽ illius, iuxta ea quæ disputa. 2. & 3. dicta sunt, & repetentur in sequentib. Neque id sufficere, sed requiri insuper, vt emptor pretiũ soluat, vel illud offerat, vel fideiussores, aut pignora, pro illo soluendo exhibeat, vel certè, vt vẽditor pro soluto illud habeat, fidens illud de emptore. Quòd si nihil horũ fiat, esto res vendatur, ac tradat emptori pro certo pretio statim, vel tali, aut tali die soluendo, dñium rei ita emptæ nõ transit in emptorem, sed manet apud venditorem: quo fit, vt ille emptor ille alteri vendat, ac tradat, accepto pro eã ptio, aut quouis titulo eã in alterũ transferat, possit venditor primus tanq̃ dñs illius, eã vendicare, ac repetere, vbicunq; illa reperta fuerit, nisi pretiũ ipsi persoluat. Ita hẽ expresse §. vẽditæ inst. de rerum diuis. l. procuratoris, §. planè ver. sed & ff. de trib. act. 4. li. ord. Lusit. ti. 37. §. 1. & 2. atq; alijs iuribus. De qua re disp. 536. redibit sermo. Imò verò, si pretiũ non persoluatur intra terminũ solutioni præfixũ poterit venditor, vel exigere pretium, vel si pretium noluerit, exigere potius rem suam, esto ei pretium offeratur. Ita hẽ in ord. Lusit. §. 2. citato. Si res fisci sit, minoris aut Ecclesiæ, atque per ministrũ vendita sit, non prius censetur translatum dñium in emptorem, quã pretium sit solutũ. Ita colligitur ex l. si procurator. §. vlt. & affirmat ibi glo. vlt. ff. de iure fisci, & notat Bart. l. a diuo Pio, §. sed si emptor. ff. de re iud. consentaneè ad textũ ibi, consentiuntque Pan. c. cũ olim. 1. de offic. deleg. & Ang. verb. emptio. n. 4. Obseruant præterea Lusit. ord. §. 1. citato, prius venditorẽ teneri tradere rem, quàm emptor pretium reddat. Si aũt neuter contrahentium de altero confidat, tunc res & pretium collocanda erunt in manu cuiusdã tertij, de cuius manu emptor rem accipiat, & venditor pretium. Illud postremò obseruandum, interdum emptionem, & venditionem duobus alijs modis a iure, & doctoribus dici perfectam, de qua re sermo erit. Disp. 366.

## Emptio, & venditio triplex. Quæ earum peculiariter negotiatio dicatur. Et num licita sit.

## DISPVTATIO CCCXXXIX.

### SVMMARIVM.

1 *Negocium vnde dictum, & quotuplex.*
2 *Institores, seu factores qui.*
3 *Emptio, & venditio triplex.*
4 *Negociatio propriſſimè quæ.*
5 *Negociatio propriſſimè ſumpta non eſt opus virtutis, neque vitij, ſed indifferens.*
6 *Negociatio, an, & quando licita ſit.*
7 *Negociatio ex quib. capitibus mala, & illicita reddatur.*
8 *Negotiationẽ nomine litteraturæ de qua in Pſal. 70. ſignificari.*

1 NEgotiũ, autore † Iſidoro in li. Etymo. & refertur c. forus de verb. ſig. dictum eſt, i. ſine otio: quare generaliter ſignificat quemcunque actum circa agibilia, & externa otium impediẽtẽ. Atque ex negotijs, ſic generaliter ſumptis, quædã publicam, & quædam priuata, vocantur. Reſsè, aũt negotium, vt ibi. Iſidorus ait, duobus modis, vſurpatur. Vno, pro cauſa, ſeu lite. Altero pro cõmutatione ad lucrum comparandũ, emẽdo. Cauſalio permutationis genere acquirendo rem aliq̃ illam q; non mutatã, carius vendẽdo, aut aliquo alio modo cum lucro permutando. Inde antẽ duplex hæc peculiaris negotij vſurpatio ortũ habuiſſe vid; ex negotijs hæc, ſine, quæ præcipuè otium impediunt, & quæ plus occupant, maioribusq; ſollicitudinibus aſtum implet. Harum verò, hæc poſterior vſurpatio eſt, quæ noſtro inſeruit inſtituto. Quamuis aũt Aug. c. qm̃ 88. diſt. vocabulo negocium ad rem hanc ſignificandam vtatur, Iſidorus tñ loco citato potius lrẽ, & cãm appellãdam, negotiũ, cõmutationẽ verò ad lucrum, de qua loquimur, negotiationẽ eſſe nuncupandã, arbitratur, a qua qui eam exercent, negociatores peculiari nomine dñi ſolent ẽt mercatores vocari. Illi verò, q; ejuſmodi negotiationis ab alijs pficiũtur, quos,
2 *ſuaores*. Hiſpanè dicimus, inſtitores † appellantur, q; negotijs inſtent, vt Vlpi. l. inſtitor, ff. de inſtitoria actione a. t. Tametſi vocabulum hoc, etiã præcipuis mercatorib. in ſacris literis accõmodetur, iuxta illud. Prouer. 31. *Facta eſt velut nauis, inſtitoris de lõge portans panem ſuum.* Neq; diſſo, natã origo, & deriuatio vocabuli, q̃ tradit Vlpian.
3 His explanatis, triplex † emptionis, & venditionis genus diſtingui conſueuit. Idẽ intellige de, cõmutatione latè ſumpta. Quædã. n. emptio, atq; venditio eſt, qua ab vnoquoq; ea emũtur, quę ad ſuã familęque ſuſtentationem neceſſaria ſunt, ſu perflua verò venduntur. Atq; hæc quaſi naturalis eſt, & de ſe bona, ac licita, vt D. Thom. 2. 2. q. 77. art. 4. & doctores cõmites, cum Ariſtotele 1. Poli-

ticorum, affirmant. Ord natur quippe, non ad lucrum, sed ad congruã sustentationem, atq; ad œconomos, & Politicos, non verò ad negotiatores presse sumptos, spectat. Alia est, qua emit aliqd, vt, p̃ industriã cõmutatum, vendatur. Hæc aũt, vt Chrysost. c. ejiciens. 88. dist. ait, nõ est mera negotiatio: eo q̃ res sic empta, p̃ industriã, ac artem melior reddatur: qua ecũ artefactorum venditione, quæ a proprijs ipsorum artificib. primo vẽditionis genere distrahuntur; cõputari põt, eamq; D. Tho. sub primo emptionis, ac venditionis genere cõprehendisse vr. Ad hoc emptionis, & venditionis genus p̃tinet, nõ solum siquis lanam emat, vt inde pannũ, quẽ vendat, conficiat, vel ferrum, vt gladios, quos ex illo efficiat, vendat sed etiam si aues, aut equos emat, vt, post q̃ eos educauerit, & ad aliquid assuefecerit, illos vendat. Alia denique emptio & venditio est, qua emitur aliquid, vt, immutatum, carius ad lucrum comparandum vendatur. Atque † hæc dicitur propriissimè negotiatio de eaq; est dubium, num licita sit. Chrysostomus enim c. ejiciens, citato, eam videtur dãnare. 4

De hac re statuenda est hæc prima conclusio. Negotiatio † hęc presè, & proprijssimè sũpta, de se, neq; virtutis, neq; vitij est opus, sed indifferẽs ad vtrũque. Qd si debitè fiat, ad bonũq; finẽ ordinetur, licita est, ac moraliter bona, estque. Rebus 5 6 publicis vtilis, ac necessaria. Prima † pars, q. s. indifferẽs sit, vt virtutis, aut vitij, sit opus, est Aug. c. fornicari, & c. q̃m 88. dist. in quorum prior ait; *Fornicari hominibus semper non licet: negotiari verò aliquando non licet.* In posteriori verò docet, *vitia, quæ negotiando interueniunt, negotiantium esse, non verò artis, atque negotij, quasi sine vitio exerceri non possit.* Pars eadẽ ex ijs, quæ subiungã, corroborabitur, magisque perspicua fiet.

Secũda verò pars, videlicet, si debitè fiat ad bonum q; finẽ ordinetur, licitã esse, ac bonã moraliter, satis perspicua est, si in sensu cõditionali, in quo est prolata, accipiatur. Cæterũ cõditionẽ posse ad actũ redigi, probatur. Primò ex parte finis q̃m lucrum intendi ex negotiatione põt ad sustentandã propriã, familiæque, vitã: hic aũt finis bonus est moraliter charitatis propriæ, ac suorũ. Itẽ intẽdi põt ad diuitijs exercendum opera misericordię, liberalitatis, aliarumque virtutum, tam in statu, in quo quis est, q̃ in alium, si, multiplicatis diuitijs, conscendere ad illũ contingat: ergo negotiatio, ad lucrum ex illa, referri ad finẽ bonũ moraliter possunt. Deinde verò, negotiationẽ posse debitè fieri, esto ex ea lucrũ intendatur carius vendendo, q̃ sit emptũ, probatur. Q̃m mendacia, periuria, deceptiones, etsi quæ sunt alia eiusmodi vitia, q̃ emendo, & vẽdendo solẽt interuenire, vitia negotiantium sunt, non verò negotiationis, vt Aug. c. q̃m 88. d. ait, & de se est manifestum: quare vitari negotiando possunt. Lucrũ verò ex eiusmodi negotiatione, atq; pretij incrementum, ex multis capitib. põt esse licitum, ac iustum. Primò, in præmiũ laboris, industriæ, ac periculi, emendo in loco distãti: atq; asportãdo Reip. quæ illi necessaria sũt, cũm periculo iacturę proprioru bonorũ. Secũdo, ob tps diuersitatem, in quibus pretia iusta rerũ varietatem suscipiunt, pp rerum abundantiã, aut penuriam, multitudinem, aut paucitatem emptorum, & pp alias circumstantias: quo fit, vt sit pe abundãtiæ, absq; aliorũ præiudicio, emat quis copiã rerum, q̃ in tps penuriæ seruet. Licitè, adhuc potest carius eã vendere quam sit empta, ob pretij iusti varietatem. Tertio, q̃n pretium iustum non consistit in indiuisibili, quare licitè, ac iuste potest quis intra latitudinem iusti pretij vendere carius, q̃ emerit, nihil impediente, q̃ nec loca, nec tpa, nec aliæ rerũ circumstantiæ varietatem suscepertint, ob quã pretium iustum accreuerit. Hæc, atque his similia, capita sunt, ex quibus licitè ac iuste poterit quis vendere carius, quàm emerit: Quo fit, vt explanatum, ostensumq; sit, negotiationem, non solum nõ esse opus malum ex se, sed etiam posse exerceri bene moraliter.

Tertia verò pars, negotiationẽ videlicet vtilẽ, ac necessariã Rebuspublicis esse probatur: Q̃m, cum nulla prouincia reb. omnib. abundet, sed ex vna necessariũ sit multa in aliã asportari, mò ex vnius prouinciæ parte necessariũ sæpe sit in alias eiusdẽ prouinciæ multa deferri: neque singuli id efficere possint, tũ ob paupertatẽ, tum q̃ intenti sint alijs reb. tum et q̃ non oẽs ad id sint idonei, tũ denique q̃ si vouit quisque sib. soli asportare necessaria, longè maiores tumultus ad ea comparanda faceret, q̃m fiant rebus necessarijs aduectis, fatẽ vtile, necessariumq; est Rebuspublicis, vt sint negotiatores, qui illa asportent, paratàque ad vendendum habeant, quoties quisque illis indiguerit. Præterea, q̃n quãdo extimari, aut terra, alia vehunt, vtile ac necessariũ est, vt in magna copia illa afferant, vt Reipublicę sufficiãt, viliusque illa vendere possint: cum ergo expectare non possint, vt singuli ab ipsis emant, quæ tempore succesiuo eis erunt necessaria, vtile sane, ac necessarium Rebuspublicis est mercatores esse, qui illa vilius tunc emant, seruentque carius illa vendenda singulis, quando eis eguerint. Item, tempore abundantiæ agricolæ, atque alijs qui rebus abundant, indigent sæpe pecunia ad fructus colligendos, & ad alia necessaria, neque possunt seruare merces suas in tempus penuriæ: non est ergo inutile Rebuspublicis, mercatores esse, qui tunc eiusmodi merces emant, easque in penuriæ tempus carius vendendas asseruent. Modo tamen iusto pretio tempore abundantiæ illas emant, neque impedimento singulis de Republica sint, quominus tunc ex illis sibi emant necessaria: neque item fraudibus, atque artibus postea vtantur ad pretia rerum augenda, Rempublicamque vexandam.

Secũda conclusio. Negotiatio, non † solũ ex periurijs, mẽdacijs, excessu in ptio, atq; ex alijs circumstantijs ex nequitia euenientib. negotiantiũ, reddi põt mala, sed etiã ex multis alijs, vt ex circumstantia personæ, si is, qui negotiatur, clericus, aut religiosus sit, quos negotiatio dedecet, ex circumstantia temporis, loci, personæ, cui aliquid venditur, & ex alijs, vt disputationib. seq. fiet manifestum. Denique negotiatio, propter lucri cupiditatem, tes est de se, animæ hominum fragilitate, 7

pra-

pranaque inclinatione, multis conscię periculis exposita. Imò verò ex se, si proximũ ipsius finẽ, nẽpe lucrari emẽdo vili, careq; vẽdendo, spectes, simulq; aduertas, multũ occupare animum, illũque a spiritualib. reb. auocare, turpitudinẽ quandam, hoc est, indecentiã dicit, tum comparatione plurium personarum, tum ẽt, vt in loco, quo, sacro fiat. Atq. hac de causa Christus ementes ac
8 vẽdentes flagello eiecit de templo. Et † Chrys. in Matth. àlijque patres in illud Ps. 70. *Quoniam nõ cognoui literaturã*, vbi 70. interpretes loco, literaturæ, negotiationes, trãsferũt, eã vituperant, partim vt rẽ minus decentẽ, ac periculis plenam, partim verò vt illicitã, si vel exerceatur a clericis, vel circũstãtiæ aliæ admisceant, quibus illicita reddat, quas facile esse admisceri, probat illud Eccles. 26. *Duæ spẽs difficiles, & periculosæ mihi apparuerũt, difficilè exuitur negotiãs a negligẽtia* (in vitandis videlicet peccatis) *& nõ iustificabitur caupo a peccatis labiorũ.* Etc. seq. *Qui qrit locupletari, auertit oculũ suũ. Sicut in medio cõpaginis lapidũ pălus figitur: sic & in medio vẽditionis angustiabitur peccator.* Quib. cõcinit illud 1. ad Tim. 6. *Qui volũt diuites fieri, incidũt i tẽtationẽ, & in laqueũ diaboli.*

## Quæres vendi possint, aut non possint, quarumq; proinde rerum venditio sit illicita.

## DISPVTATIO CCCXL.

### SVMMARIVM.

1 *Vendi quæ res possint, & quæ non, cum num. seq. & per totum.*
2 *Venditio bonorũ magis valida, quã donatio facta filiæ ad contrahendum matrimonium.*
3 *Venditione omnium bonorum facta intelligitur tũtum de præsentibus, nisi aliud exprimatur.*
4 *Vendi potest tota hæreditas, aut illius pars quando venditori est delata.*
*Declara, vt nu. 7.*
5 *Vendita hæreditate transeunt in emptorẽ ante cessionem factam omnes actiones vtiles actiuæ, & post cessionem etia directæ: sed passiuæ remanẽt penes hæredem, & quare.*
6 *Vendita hæreditate & non tradita, dominiũ illius nõ trãsit in emptorẽ, sed in scdm, cui est tradita.*
7 *Hæreditas nõdũ delata si vẽdatur, nulla est venditio.*
*Idem si donetur, nu. 8.*
*Etiam si venditor, aut donator, esset substitutus pupillaris. nu. 9.*
*Immo etiam talis priuatur hæreditatẽ, eũ ad ipsũ delata fuerit, fiscoque addicitur. nu. 10.*
11 *Hæreditatis pars pro indiuiso, & quota, & seruitus etiam vendi potest.*
12 *Debitum, & actio vendi possunt, & transeunt in emptorem actiones vtiles, & directæ.*
*Itemque donari, & dari in dotem, legari, permutari, & alijs titulis concedi. nu. 13.*
*Intellige tamen, & declara, ut nu. 14.*
15 *Actionis cessio si fiat in potentiorem ratione dignitatis, aut alterius qualitatis, an cedens incidat in pœnam amissionis iuris.*
*Et quid de iure Lusitano.*
16 *Litigiosa res quæ dicatur de iure Lusitano, & quæ sit eius pœna eam vendenti, seu cedenti.*
17 *Vendi etiam possunt res in spe existentes.*
18 *Partus, aut fructus quãdo vendũtur, dicitur venditio cõditionalis si nascantur, aut percipiãtur.*
19 *Venditor rei in spe si ipsa non existat, tenetur emptori ad æstimationem.*
20 *Piscator vendens iactum retis, si noluerit iacere rete, tenetur ad æstimationem, prout erat in spe.*
21 *Venditio nulla quot modis reddatur, & quot modis ratione erroris, cum nu. seq vsque ad fin.*
22 *Venditio quot modis reddatur nulla, si res vendita destructa erat, aut perierat.*
23 *Error in substantia quot modis contractum vitiet venditionis.*
24 *Venditio liberi hominis nulla est, etiam si fiat in tempus, dum liber est, qui fuerit seruus.*
25 *Venditio rei sacræ, & publicæ sine Principis supremi consensu nulla est, etiam si conferatur in tẽpus, quo talis esse desierit.*
*Declara tamen ut nu. 26.*
*Et quid de iure Lusitano. nu. 27.*
28 *Ædificium vt destruatur, vendi non potest, nisi ruinam minetur.*
29 *Emens aluearia ad interficiẽdas apes, ceramque, ac mel extrahendum, qua pœna puniatur.*
30 *Officia publica quousque emi ac vendi possint, & quousque non.*
31 *Vẽdi res aliena quomodo, seu quo sensu prohibita.*
*Et quid de iure Lusitano, & Castellæ.*
32 *Venditio rei propriæ ementis nulla est.*
33 *Venditio eius quod vẽdibile nõ est, nulla redditur.*
34 *Venditio eius, quod absque peccato vendi non potest, quo casu sit nulla.*
35 *Venditio veneni, & aliorum ad malum incitantium, seu noxalium, quando prohibita.*

NVnc percurrẽda sunt aliquot capita, ex qb. vẽditio illicita, aut ẽt nulla, reddi põt. Atq; ab obiecto, rebusque ipsis ordiendo, simul est explanandũ, quæ res vendi possint, aut non possint.
1 In † primis aũt vẽdi possunt bona oĩa collecta sumpta, ẽt futura, modo tñ noĩe rerũ futurarum, non intelligatur pretium, ꝙ ea emptione datur, prout in futurũ manebit, idque, ꝙ illo cõparabit, ita vt venditor inestabilis ea venditione maneat: sic.n. contractus esset nullus. Qñ aũt pretium, ꝙ loco cæteratũ rerũ accipitur, seruatur, idque, ꝙ ut posterũ illo cõparabitur, nõ efficitur venditor eo contractu inestabilis, sicut efficitur is, qui donat sua bona oĩa præsentia, & futura, ac proinde iura, q̃ disp. 280. & 151. citauimus, quib. donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum nulla redditur, locum non habent in re proposita. Ade, cum disp. 280. dictum sit, donationem † omnium bonorũ factã titulo oneroso, vt filiæ ad contrahendũ matrimoniũ, valida sit, longè magis validam esse venditionẽ, de qua loquimur, quæ contractus est onerosus, in quo pretium loco mercis succedit. Hoc ipsum confirmat l. mulierem. ff. de iure dotium, atque affirmant Bart. & communis doctorum sententia, quam Anto. Gom. 2. to. var.

3 resol.n.4.refert,ac sequit.Obserua tñ,qñ † vendi dicerentur oĩa bona, neque aliud exprimeretur, neq; aliunde aliud constaret,intelligi,vendi præsentia,non verò ét futura,vt de donatione omniũ bonorum disp.280. ostendimus, confirmantq; l. vlt.C.q̃ res pig.oblig.pos.l.si ita.ff.de aur.& arg. leg.& l.oẽs.§.Lucius.ff.q̃ in fraud,cred.atq; præter doctores,quos dispu.280.citauimus,cum Bar. & cõi doctorum sententia, asseuerat Anto.Gom. vbi supra,varijsque alijs iuribus confirmat.

4 Vendi etiã † potest ab hærede tota hæreditas, aut pars illius;modo tũ sit iam delata morte eius, cui venditor hæres exstit. l.1. argumento a contrario sensu, & apertius legib. sequentibus. ff.de hæreditate vel actione vendita, idem colligitur

5 ex l.1.& sequentibus.C.eo.tit. Vendita † aũt hæreditate, transeunt in emptorem actiones omnes vtiles actiuæ,& iura oĩa,ac cõmoda q̃ ad hæredẽ rõne illius pertinebant, idq; nulla facta cessione: facta verò cessione,transeunt ét actiones directæ. Ita hĩ expresse.l.emptor hæreditatis.C.de hæred. vel act.ven.& affirmant gl.ibi.Bar.& communis doctorum sñia quam Ant.Gom.vbi sup.num.5. refert,ac sequitur. Obseruat verò gl.vlt.lege citata,si qui emit hæreditatem,alteri illam vendat,actiones, vtiles ante cessionem hæredis competere vltimo emptori,nõ verò primo. Actiones autem passiuæ, quibus defunctus tenebatur, atque adeo hæres rõne illius,non transeunt contra emptorẽ, sed competunt creditoribus defuncti aduersus hæredem,nihil impediente,quod hæreditatem vendiderit:si tamen hæres soluat eiusmodi debita, ea repetit actione negotiorum gestorum ab emptore:nomine quippe,hæreditatis, intelliguntur solum bona defuncti, deductis legatis, & toto ære alieno,idq; solũ venditum intelligitur emptori. Hæc oĩa habent ut colliguntur que apertè ex l.2. C.de hæred.vel action.vend.& affirmant ea Bar. & cõis doctorum sententia,quam Anto.Gom.n. 5.citato refert,ac sequitur. Ratio aũt,cur passiuæ actiones competant aduersus hæredem, neq; eas transferre possit in emptorem hæreditatis, cum tñ transferre possit actiuas,hæc est. Quoniã actiuæ sunt ipsius,potestq; proinde eas cedere,ac conferre alteri:passiuæ verò non sunt ipsius, sed sunt creditorũ defuncti aduersus ipsum,ac proinde,illis non consentientibus non potest transferre eas in alium;quin, nisi ille alius consentiat expresse, illas suscipere non intelligitur,vt ex.l.2.citata colligitur. Hæc tamen doctrina fallit qñ fiscus hæreditate,alicui delatam,vendidit tale alteri: tunc.n. fisci priuilegio passiuæ actiones,quæ erant aduersus hæredẽ transeunt in emptorem hæreditatis,vt hĩ l.1.C.de hæred.act.vend.Illud etiam obserua, in fideicommissarium,siue is primus, siue secundus,aut alius vlterior sit,transire actiones, non solum actiuas,sed etiam passiuas,eo ipso,quod ad illum hæreditas deuenit,aut diuidi inter ipsum, & hæredẽ antecessorem,pro rata bonorum, hæreditatis,si non integra hæreditas ad fideicõmissariũ deueniat,vt disp.186.dictum,& ostensum est.Id ñ inde proficiscitur,quod hereditas ad fideicommissarium non transit authoritate hæredis, contractuve inter viuos ab hærede cum fideicommissario inito, sed transit per vltimam voluntatẽ testatoris,qui vnũ hæredẽ, alterum verò substitutũ fideicõmissarium reliquit:eo aũt ipso, quod hæreditas ad substitutum ex testatoris præscripto transit,ipse est hæres defunctum repræsentãs, ad quẽ proinde actiones,quæ aduersus defunctum erant, pro rata portionis hæreditatis,quæ ad ipsum spectat,descendunt,cessantq; aduersus priorem hæredem. Ita cum Bal.& alijs Anto.Gom.n.5.citato.

6 Illud † præterea obserua,si hæres vendat hæreditatẽ,neq; illã tradat,dñium illius non transire in emptorẽ,sicut transiuit in hæredẽ eo ipso,q̃ hæreditatem adiuit,esto illi tradita non fuerit,nec possessionem illius acceperit,quarè, si hæres,post eã primam venditionem,eandem hæreditatem alteri vendat,ac tradat,dñium rerũ hæreditatis transit in ſcdm emptorem, qui proinde præfertur primo,solũq; primo emptori cõpetit aduersus hæredem actio ad interesse. Hęc oĩa hñt.l.qui tibi.C. de hæred.vel act.ven.& affirmat Ant.Gom.n.5.

7 citato. Dictum est sup.vẽdi ab hærede † posse hæreditatem,modo iam delata sit:qm̃ si,dum adhuc is,cui est succedendum,viuit, tendatur, nulla est venditio,vtpote contra bonos mores, pp periculum,quod inde illi,cui est succedendum,immine re posset. Ita hĩ.l.1.ff.de hæred.vel ac.ven.& l.13.

8 ti.5.p.5.Idem † aũt est,si hæreditas nondum delata donetur,aut alio titulo concedatur, vel pacta inter hæredes circa illam fiant,inscio nec consentiente dominõ illorum bonorum:si.n.conscius esset & consentiret, atque eo pacto perseueraret toto tpe vitæ suæ,valida esset talis venditio,aut cõcessio,& hĩ.l.vlt.C.de pactis,& l.ex eo. C.de inu

9 til.stipul.& l.13.citata. Habet † autem,quod dictum est,verum,etiam si,qui hæreditatem venderet,esset substitutus pupillaris, qui post mortem patris pupilli,venderet spem, quam ad hæreditatem pupilli iam tunc haberet. Ita hĩ.l.2.§.illud.

10 ff.de hæred.vel act.vend. Nec † solum venditio, aut concessio,est nulla, sed ét,qui vendit,aut concedit,priuatur hæreditate, si ad ipsum delata fuerit,fiscoque addicitur.l.2.in fine.ff.de his quib.vt indign.l.quidam in iure.§.vlt.& l.sequenti.ff.de donationib.Quod si quis obijciat text.in l.3.§.cũ specialiter,& §.illo,& l.si societatem vniuersalẽ. ff.pro socio,vbi hĩ,initi posse societatem, ét circa hæreditates socijs deferendas. Dicendum est, id intelligendum esse, de contractu circa hæreditates incertas,atque in genere, si quæ socijs deferantur:id quod l.13.citata hĩ expresse; non verò de contractu circa hereditatem alicuius certæ,ac determinatæ personæ viuentis, talis.n. contractus inualidus esset.In his omnibus consentit communis doctorum sententia,quam Anto.Gom.nu.5. citato refert,ac sequitur.

11 Vendere † ét quis potest, non solum rem aliquam totam,aut partem certam,ac designatam illius,sed etiam quoiam illius pro indiuiso,item q̃ius seruitutis,vt disp.336.dictum est, consentiũt l.si in emptione.§.omnium.ff.de contrah.empt. & leg.quoties.2.ff.de seruitutibus atque affirmat Ant.Gom.vbi sup.nu.4.

Vendi

12 Vendi ẽt potest debitum, act oque, †q̃ quis habet aduersus alium, idq; siue debitum sit purum, siue in diẽ, aut sub conditione, & siue debitor vẽdi sciat, siue id ignoret: eoque ipso, sine cessione, transit actio vtilis in emptorem: accedente verò cessione, trãsit ẽt directa actio. Neque solũ transit actio in rem debitam, sed etiam in pignus, aut hypothecam, atq; in fideiussorem, si in debiti securitatem aliquid horum erat præstitum. Quin potius, esto, post eiusmodi venditionẽ celebratam, venditori pignus, hypotheca, aut fideiussor, debiti illius tradatur, competit emptori actio ad hæc ipsa, vt hĩ. l. emptori nominis. ff. de hæred. vel act. vend. Hæc omnia, præter ius citatum, constant ex l. qui filijfamilias. l. nomina, & ex l. venditor actionis. ff. eod. tit. atq; ex l. nominis venditio. C. eod. tit. Qñ autem quis vendidit, debitum alicuius, ad nihil tenetur, esto debitor soluendo non sit, sed solum tenetur verum efficere, illum debitorem esse. Quando autẽ certam debiti summam vendidit, verum efficere tenetur, totius illius summæ illum debitorem existere. Ita habetur. l. si nomen, iuncta l. sequenti. ff. de hæred. vel act. vend.

13 Debitum †potest similiter donari, eodemq; modo transeunt actiones in donatarium, ac si debitum fuisset ei venditum l. 2. C. de donat. Potest etiam dari in dotem. l. nominibus. C. de act. & oblig. & in solutum. l. si in solutum. C. eod. ti. atq; in pignus. l. si conuenerit. 2. ff. de pignor. act. & l. nomen. C. quæ res pigno. oblig. Potest item legari. l. ex legato nominis. C. de legat. Eadem ratione potest permutatione, & alijs titulis, concedi. Consentit in his Ant. Gom. vbi supra, nu. 6.

14 Quę †tñ intelligenda sunt, qñ actio non venditur, creditur seu transfertur in alium, qui potentior sit: tunc enim cessio, aut translatio, non solũ est inualida, sed ẽt, qui illam transfert, amittit in pœnam ius, quod ad tale debitum habebat, vt habetur l. 2. C. ne liceat potentiori. Quod glos. ibi, Ant. Gom. nu. 6. citato, verum esse affirmant, qñ is, in quem transfertur, potentior est ratione officij: idque disponunt Lusitanæ ord. lib. 3. tit. 34. in prin. non relinquendo cedenti, neq; itẽ ei, in quẽ cedit ur, ius vllum in eo euentu, quin potius comminando insuper pœnam eiusmodi ministro publico. Hoc idem statuitur ibidem. §. 1. quãdo, qui rem aliquam possidebat, timens actionem intentandam circa illam, eam transfert in potentiorem aliquem ratione officij, qui melius eam defendet: eo enim ipso amittit totum ius, quod in eam rem habebat, pertinetque ad aduersarium.

15 Vtrum †aũt, si cessio actionis fiat in potentiorẽ, non rõne officij, sed dignitatis, aut alterius qualitatis, cedens in eandẽ incidat pœnam. Sanè lex. 2. citata de potentiori indistinctè loquit, nõ restringendo ad eum, q est talis rõne officij: quare, stando in iure cõi, qñ constaret cessionem factam esse animo, vt reus potentiorem haberet aduersarium, teneretur iudex multare cedentem pœna illa. Lusitanæ tñ ordinationes loco citato. §. 2. solum in eo euentu statuunt in pœnam, vt cessio sit nulla, & vt cedens per nullum alium ẽt tanquam per procuratorem, sed per seipsum solum. Quando autẽ res, circa q̃ litigium timetur, cederetur in potentiorem non ratione officij, qui illam defenderet, solum statuitur ibidem, vt cessio sit nulla, isque qui rem cessit, teneatur illam defendere.

Quarto aũt li earumdem ordinationũ, ti. 45.

16 in primis explanatur, qñ aliquid in †varijs euentibus censeatur factum litigiosum. Deinde verò prohibetur, huiusmodi rem, pendente litigio ante sniam definitiuam, quæ in rẽ iudicatam transeat, a reo vendi, permutari, aut concedi alteri, & similiter actorẽ transferre actionem in aliũ. Qđ si reus vendat, aut permutet, eiusmodi rem, conscio emptore, aut conscio eo, cum quo fit permutatio, esse litigiosam, contractus est nullus isque tenetur restituere illã reo, & amittit fisco pretiũ, aut si quid aliud in commutationẽ dedit: & reus soluit etiam tantumdem fisco. Si autem emptor conscius nón erat rem esse litigiosam, contractus est similiter nullus, sed emptor recuperat pretiũ, & insuper tertiam partem valoris illius. Venditor soluit fisco tantum, quantum erat pretium.

Qñ aũt res ita litigiosa venditur, permutatur, aut datur potentiori ratione dignitatis, aut officij, soluit reus actori duplum eius, qđ in cõmutationem pro illa accepit, fisco vero tantumdem. In eandemque pœnam incidit actor rei litigiosæ, si actionem potentiori vendat, permutet, aut det.

Quod si res litigiosa donetur, conscio donatario, litigiosam esse, donatio est nulla, restituendaque est res donanti, & insuper donatarius soluit fisco æstimationem illius, tantumdemque soluit donator fisco. Quando autem donatarius inscius erat, rem esse litigiosam, eadem sunt dicẽda nisi quòd donatarius nihil soluit fisco, & donator soluit donatario tertiam partem valoris rei illius.

In has oẽs pœnas incidit actor, q potẽtiori vendit, permutat, aut donat, actionem rei litigiosæ.

Quòd, si post venditionẽ, permutationem, aut donationem rei litigiosæ, lata fuerit sententia in fauorem actoris, vt eiusdem sententię fit exequutio in eum, qui aliquo ex dictis titulis illam accepit. Nec citari est necesse, quando conscius erat litigiosam esse: secus autem si id ignorabat: nam tunc citari debet, & summariè audiri.

Prædicta tamen locum non habent in donatione causa dotis, aut ad nuptias, neque in contractu inter litigantes circa rem ipsam litigiosam, neque etiam in contractu partitionis inter hæredes circa bona, de quibus inter eos erat litigium, neque item in nominatione circa successionem in re, de qua erat litigum, neque denique in legato rei litigiosæ. Id quo euentu hæres tenetur prosequi litem, & tradere eam rem legatario, si velit. Legatarius tamen potest se apponere liti, eamque prosequi, si ita expedire iudicauerit, ne machinatio aduersus ipsum fiat. Hæc omnia habentur tit. 45. citato.

17 Quamuis sinè re, quæ †vendatur, fit nulla venditio, nihil dominus, si res sit in spe, vẽdi potest, antequam existat. Hac ratione ancillæ, & pecorum partus; atque agrorum fructus, dum in spe sunt, vendi possunt, itemque iactus retis, aut quod venatione aliqua die capietur, missilia si q̃ ad manus

Digitized by Google

nus alicuius deuenerint, dū mittentur, & his simi-
lia l. nec emptio. ff. de cōtr. emp. l. interdū, in prin.
ff. de verb. obl. & l. 11. ti. 5. p. 5. Est tñ hoc discri-
18 men, ꝙ qñ partus, aut † fructus, dū adhuc in spe
sunt, venduntur, venditio est conditionis, si na-
scātur, aut percipiantur. l. nec emp. citata. l. 1. vers.
vlt. ff. de conditionib. & demon. & l. 11. tit. 5. p. 5.
19 Si tñ † venditor deciperet emptorē, quia vēderet,
qđ neq. in spe erat, aut venditor in cā esset, ꝙ id
non nasceretur, aut nō perciperet, teneretur illi, q̄-
tum id ita in spe æstimaretur, iuxta l. si iactum. ff.
de act. empti, atq. ad damna inde emptori subse-
quuta. l. nec emptio, citata, & l. 12. tit. 5. p. 5. Qñ
aūt venditur iactus retis, aut qđ venatione aliqua
die capietur, vel aliud simile, censetur vendi sola
spes, eaque de causa siue aliquid capiatur, siue nō,
deberut pretium constitutum l. nec emptio, citata
l. emptorem. §. vlt. ff. de ac. emp. & l. 11. citata.
20 Quod si piscator, iacere † noluerit rete, aut vena-
tor ea die venari noluerit, tenetur emptori, quan-
tum id æstimabitur, prout ita erat in spe, atque ad
damna subsequuta. l. si iactum. ff. de ac. emp. & l.
12. citata. Si autem aliquid captum fuerit, neque
illud emptori tradiderit, tenebitur emptori, quan-
tum illud iam captum æstimabatur, vt prædicta
l. si iactum, habetur. Discrimen hoc inter partus,
ac fructus ex vna parte, & iactum retis, & quod
venatione capietur ex alia, intelligendum est, qñ
aliud non constat ex verbis contrahentium. Si. n.
quis significaret, se emere spem partus ancillę, nō
esset venditio sub conditione, sed pura, atq; adeò
teneretur ad interesse, esto nihil ederetur in lucē.
Si item quis iacenti rete diceret, pro vnaquaque
libra piscium, quos ceperis tantum tibi dabo, aut
venatori diceret, pro re, quam primo ceperis, tan-
tum tibi dabo, perspicuum est, conditionales esse
has emptiones, si aliquid fuerit captum. Ita hī l.
11. ti. 5. p. 5. Illud vltimo obserua, si missilia ven-
dātur, modo supra explicato, aliquidq; acceptum
sit, quod postea constet non fuisse mittentis, atq;
euincatur, venditorem non teneri in eo euentu de
actione: vt habetur l. nec emptio. ff. de act. empt.
Ratio est, quoniam spes est vendita, siquid capie-
tur, qualecunque id fuerit, quod capietur.
21 Si emptor, & venditor † nō cōueniāt in ptio, sed
venditor dicat fuisse maius, emptor verò minus,
vēditio est nulla, nisi alitūde de ptio, inter vtrūq;
cōstituto, cōstet. l. in venditionibus. ff. de contrah.
empt. & l. 20. ti. 5. p. 5. Si tñ vēditor assereret, fuis-
se minus, & emptor maius, valida esset venditio,
standumq; esset minoris ptio, idemq; est in loca-
to l. si decē. ff. locati, & l. 20. ti. 5. p. 5. Si item em-
ptor, & venditor nō conueniāt in re vendita, quia
in celebratione contractus vnus intelligebat de
ptio vno, vel seruo, aut quacunq; alia re, & alius
de re diuersa, inualidus similiter est contractus, tā
in exteriori, q̄ in conscientiæ foro, nisi aperta in-
dicia sint, vtrumque de eadem re intellexisse. l. in
venditionibus. ff. de contrahen. emp. & l. 20. tit. 5.
p. 5. Idem est, si error fuit in substantia rei vendi-
tæ, esto circa rem conueniant, vt si venditum fuit
hoc numero auricalcum pro auro, aut stannū pro
argento. l. in venditionibus, ff. de contrahen. emp.
& l. 21. ti. 5. p. 5. Qñ acetum pro vino venditur;
ait Vlpianus l. in venditionibus citata, validā esse
venditionem: quia, inquit, eadem prope est vna,
hoc est, essentia, vtriusque. Tametsi id cōtinuò re-
stringat, si ex vino factum fuit acetū; secus autē, si
a principio fuit acetum: in hoc. n. secundo euentu
arbitratur, validā non esse venditionē. Hoc autē
dupliciter glossa interpretatur ibidē. Primo, qđ,
Vlpiani sententia, venditio solū sit inualida, qñ
acetum illud non fuit generatum ex vino, sed a
prima origine fuit factum acetum, venditumque
fuit pro vino. Atq; hoc potius vidētur sonare ver-
ba Vlpiani, q̄ qđ subiungam. Secundò, qđ vendi-
tio sit inualida, qñ a principio, tpe videlicet cele-
brationis contractus, fuit acetum: secus autē qñ,
post celebratum contractū, vinum acuit, conuer-
sumq; est acetum. Atque hoc secundum mihi vi-
detur verum, quicquid Vlpianus senserit. Etenim
acetum, si verè acetum sit, eiusdē speciei est, siue
ex vino, siue non ex vino, fuerit a principio geni-
tum: quare, si, qñ fuit venditum, erat acetum, im-
pertinens est, vt venditio sit inualida, qđ eius ori-
go fuerit ex vino, aut non. Item essentiæ rerum in
indiuisibili consistunt, vt ex Metaphysica con-
stat: quare, qđ affinis sit essentia, non tollit, quo-
minus diuersa essentia sit. Adde, neq; humano cō
mercio esse expediens, venditionem illam esse va-
lidam, neque cum recta ratione id cōsentire,
quare propendendum est, inualidam esse. Præser-
tim cum lex illa non sit positiuum ius, intendens
id statuere seruandum, quicquid de natura ipsa
rei sit, sed sit solum placitum Vlpiani proferētis,
quid de natura ipsa rei sentiat, quid ve natura ipsa
re habeat, in quo facilè decipi potuit.

Quamuis infia de error in qualitate sit dicen-
dū, qñ de vitio rei venditæ fuerit sermo, obserua
ñ. Si quis vendat mancipium, qđ mas putabatur,
pōstraq; compertum esse fœminam, venditionē
esse nullā, esto venditor ignorauerit. l. alioquin.
ff. de contr. emp. & l. 21. ti. 5. p. 5. Si tñ vendat tā-
quam virginem, quæ comperitur corrupta, valet
venditio, vt iur. b. citatis additur. Excipitur, nisi
venditor, sciens esse corruptam, illam ei vendat,
qui arbitratur virginem esse, quiq; alioquin eam
non emeret: tunc. n. actio emptori conceditur ad
rescindendam vēditionem, l. exēpto. §. siquis vir-
ginem. ff. de act. emp. & l. 21. ti. 5. p. 5. Itē qñ de re,
quę emitur & venditur, inter cōtrahentes cōstat,
licet error in nomine inualidam non reddat vē-
ditionem, vt l. in venditionib. ff. de contrah. emp.
habetur; si tñ quis, habens duos seruos diuersi of-
ficij, in illorum absentia vēdat vnum, exprimen-
do nomen vnius, & ministerium alterius, tunc, si
venditor nomina seruorum non ignorabat, cen-
setur vendidisse, quē nominauit, esto non sit offi-
cij, quod expressit: si verò ignorabat quis quo co-
rum vocaretur nomine, censetur vendidisse eum,
qui erat ministerij, quod expressit. Ita gl. l. in ven
ditionib. verb. absentem, iuxta textum ibi ff. de
contr. emp. sancitumque est l. 21. citata.
22 Qñ † res, quæ venditur, destructa erat, aut pe-
rierat, tempore venditionis, distinguendum arbi-
tror. Quoniam, vel erat prædium, quod emeba-
tur

Digitized by Google

tur rõne ædificij, vt rõne domus, molendini, alterius ve similis ędificij, aut ratione plantarum, quę in eo erant, vt est oliuetum, aut vinea, vel erat aliquid aliud, qđ vnico pretio totũ emebat. In priori euentu, si ignorante emptore, & venditore, ędificium totum, aut plantæ oẽs perierant, venditio redditur nulla, esto area remaneat. Si verò perierat pars maior ædificij, aut plantarum, potest emptor non stare contractui, & repetere pretium, si quod dederat, aut velle stare contractui, petendo, vt de pretio minuatur pro ratione partis destructæ. Qđ si pars dimidia ædificij aut plantarũ, vel alia minor perierat, valet contractus, sed emptori minuitur de pretio, quantũ prædiũ minus valet rõne partis destructæ. Hæc hãt l. domũ, & l. arbor. ff. de contr. emp. & l. 14. ti. 5. p. 5. Si verò, conscio venditore, sed ignorante emptore, ędificium, aut plantæ oẽs perierant, venditio est nulla, vt hę iurib. citatis: qm̃ sine re inualida est venditio: lex tñ 14. citata meritò addit, emptorem tunc posse agere ad interesse, quantum sua intererat; valdè esse venditionem. Si autem pars aliqua ædificij, aut plantarum, remanebat, quantacunque ea esset, validus est contractus, sed venditor tenetur emptori ad interesse, quantum sua intererat nihil esse destructum vt haberet iuribus citatis: additq; lex 14. citata, concedi illi iutare in litem, id quod ex principijs iuris cõis est deductum, ac sancitũ. Qđ si, conscio emptore, sed ignorante venditore, pars ædificij, aut plantarum, erat destructa, tunc validus est cõtractus, cogiturque emptor soluere integrum pretium: qm̃ volenti, & consentienti nulla facta est in iniuria in celebratione illius contractus. Ita habetur iuribus citatis. Si autem tempore contractus conscius erat venditor, sed id significauit emptori, qui nihilominus celebrauit contractum, valet contractus, & soluit integrum pretium constitutum. Ita habetur l. 14. citata. Quando autẽ scientia erat vtrinque, quanta pars perierat, sed venditor emptoris scientiam ignorabat, tunc valet contractus, fitque doli compensatio, sed detrahitur de pretio, siquid minus, quam pretium constitutum, ratione partis, quæ perierat, valeat. Ita habetur iuribus citatis.

Hęc eadem dicenda sunt similiter in posteriori euentu, qm̃ videlicet, qđ fuit venditum, non erat prædium, qđ rõne ædificij, aut plantarum, emeretur, sed aliquid aliud, quod simul vnico pretio emeretur. Hoc duntaxat excepto, quod qm̃, inscio emptore, & venditore, perierat dimidium, redditur inualida venditio, vt probat textus in l. si duo ff. de contrah. emp. cuius verba sunt. *Si duos quis seruos emerit pariter vno pretio, quorum alter ante venditionẽ mortuus est, neq; in viuo constat emptio.* Rõ autẽ discriminis in posteriori, & priori euentu, a iure constituti hæc est. Qm̃ in priori, remanet area prædij, quæ præcipua pars est ædificij, oliueti, aut vineæ, & idcirco satis est, dimidium ędificij, aut plãtarum, insuper superesset, vt valeat venditio, quia res ea remanet maior pars prædij, reiue emptæ: in posteriori vero, cum hoc non cernatur, semper, vt valida sit venditio, necesse est remanere partem maiorem rei emptæ.

Hoc idẽ seruatur, qñ error est in substãtia rei
23 quæ venditur. Si enim error sit in minori parte, valet venditio, sed minuitur de pretio; quantũ minus res ideirco valet, qđ in ea minori parte sit alia substantia: si verò sit error in maiori, aut dimidia parte, est inualida vẽditio. Ita affirmat Iulian⁹. l. cũ ab eo. §. vlt. ff. de cõtr. emp. cuius verba sũt. *Mensam; argento coopertam, mihi ignoranti, pro solida vendidisti imprudẽs: nulla est emptio, pecuniæq; eo nomine data cõdicitur.* Hæc ibi. Quare reijcienda est decisio contraria Vlpiani. l. quid tñ ff. eod. tit. vbi apertè definit, esto in maiori parte sit error, si tñ in parte aliqua error non sit, validã esse venditionẽ. Scio, inter alias glossarũ expositione, vnã esse, id intelligendũ esse in vẽditione rei hæreditariæ, facta vni hæredũ ab alijs cohæredib. in partitione. Vlpianus tñ vniuersim loquitur, licèt exẽplum in venditione, facta hæredi adhibeat: neque vlla est ratio, cur id in venditione facta hæredi peculiariter sit admittendum. Neque illud videtur esse ius positiuum, sed Vlpiani placitum, quid, spectata rei natura, sit affirmandum. in quo sententia pòtius Iuliani, tum naturæ ipsi rei, tum etiam alijs iuribus, consentanea, præsertim Marcelli sententiæ. l. si duos, citata, est amplectenda.

24 Homo liber vendi non pòt: si † aũt vendat, est nulla venditio, & si fiat, dum liber est, in tempus, quo fuerit seruus. l. si in emptione. §. oĩum rerũ. vers. liberũ. ff. de cõtr. emp. §. 1. inst. de inutil. stip. & l. 15. ti. 5. p. 5. Locumq; hoc solũ hẽt vbi Romanorum leges vigent, de qua re legas, quæ diximus disp. 33. ti. 3. quo qs in seruitutem redigi potest. Qñ autem l. & liberi hominis ff. de cõtrah. emp. asseritur, valere emptionem liberi hominis factã ab ignorante illum esse liberum, intelligendum est ad affectum, quod venditor, qui liberum esse sciebat, & pro seruo illum vendidit teneatur emptori ad interesse. Ita habetur. §. vlt. inst. de emp. & vendi. Si autem venditor ignoranter vendidit, repetit emptor pretium. Ita Ant. Gom. 2. to. variar. c. 2. nu. 50. Lege q̃ diximus in calce disp. 268.

Item res sacræ vt Ecclesia, & publicæ, vt platea, via publica, & res omnes ciuitatis, aut oppidi, vsui videlicet eorũ qui de ea sunt cõitates deputatæ, vendi nequeunt sine consensu supremi Prin-
25 cipis: si † aũt vendantur, est nulla venditio, & si huiusmodi res vendantur in tẽpus, quo tales non fuerunt. l. si in emptione. §. oĩum rerum. ff. de cõtr. emp. §. 1. inst. de inutilib. stipu. §. vlt. inst. de emp. & vend. & l. 15. ti. 5. p. 5. Qñ aũt l. liberi hominis. ff. de contrah. emp. valere talẽ emptionẽ affirmatur, intelligendũ est ad effectum, qđ venditor, qui sciebat sacras, aut publicas esse, id emptore ignorãte, teneatur illi ad interesse, vt §. vltim. inst. de empt. & uendi hẽ. Si autem uenditor id ignorabat, aut emptor res sacras, aut religiosas, esse sciebat, solum repetit emptor pretium. § ult. inst. de emp. & uend. iuncta l. emptoré §. ult. ff. de actionib. empti, atq; cũ Bar. affirmat Ant. Gom. n. 50. citato. Lege, q̃ Iauolenus circa hęc ad finem disp. 268.
26 diximus. Atq; nónulla obserua. Primũ † est. Licet res sacræ per se uendi non possint, uendi tamen posse coniunctim cum loco, cuius sunt partes, &

cui

cui sunt annexæ: vt si locus vendatur cum oĩbus q̃ illi sunt annexa. Ita hĩ c. cum seculũ, & c. ex literis de iure patr. & l. 15. citata, & l. 8. tit. 15. p. 1. rectèque Greg. Lop. l. 15. citata admonet, necesse non esse exprimi in venditione, locum vendi cũ annexis, & pertinentibus ad illum, sed satis esse vendi locum: eo. n. ipso cum illo transeunt sacra illa annexa. Secundum est. Licèt simonia non sit vendi vasa, & vestimenta sacra ratione materiæ, qua constant, vt disputatione citata dictũ est; vendi tñ non posse nisi vrgente necessitate, vel ad solvenda debita (adderem, vel vt fierent ex pretio meliora eidem Ecclesiæ) & tunc si integra vendantur, vendi debent alteri Ecclesiæ, hoc est ad eundem vsum in altera Ecclesia, capella, vel altari: conflata vero, aut destructa, ita vt sacra iã non sint, vendi possunt laicis. Ita hĩ l. sancimus. 1. C. de sacrosanct. eccles. & 10. q. 2. c. 2.

Ius Lusitanũ. 27 Lege ea de re Syl. verb. emptio. q. 4. In † Lusitania autem res eiusmodi, & alia aurea argentea, & quæ *ioias* Ecclesiarum, aut monasteriorum vocant, neque emi a quoquam possunt, neque accipi in pignus, aut aliqua alia ratione, etiã in casib⁹ a iure permissis, nisi res sit prius Regi manifestata, atque de illius facultate: aliquin accipiens cogitur restituere gratis eiusmodi res Ecclesijs, & insuper soluit nouies valorem earum, partem accusanti, & partem in captiuorum redemptionem. Ita habetur l. 3. ord. tit. 13.

28 Domus, aut † quoduis aliud ædificium, vendi non potest, vt destruatur, & lapides, ac lignum vendantur, aut alio lucratiuo contractu alienentur; neq; itẽ ex ædificio illa erui possunt, ut vendantur (nisi ædificium ruinam minetur, vt cum Bal. affirmat Greg. Lopez l. 16. citanda) aut nisi in publicum aliquod ædificium: qd si contrarũ fiat emptor amittit pretium fisco, & venditor tantumdẽ fisco soluit l. senatus, ff. de contr. emp. iuncta gl. ibi. l. ultima, ff. de dam. infecto. l. 2. C. de ædific. priuatis, l. cætera in prin. & §§. sequentib. ff. de leg. 1. l. 16. tit. 5. p. 6. & l. 2. ord. Lusit. ti. 15. Neq; itẽ eiusmodi lapides, & ligna legari possunt, dũ ædificijs sunt affixa, nisi ad publicum ædificium. l. cætera citata.

Possunt tñ transferri ab una domo in aliã a proprijs dñis, modo tñ publicus aspectus domus, a qua auferuntur, ea de causa non deformetur l. 2. C. de ædif. priu. Lib. etiam. 5. ord. Lusit. ti. 97. gra-
29 uis † pœna ei statuitur, qui alucaria emerit ad interficiendas apes, ceráq; ac mel extrahendum.

30 Officia † publica quousq. emi, ac vendi sit prohibitum, disp. 91. dictum est.

31 Res † alienæ in hoc sensu prohibita est vendi, quod si emptor tempore contractus sciebat furtiuam esse, inualidus est contractus. Et quamuis in aliis euentibus in hoc sensu sit validus, quod venditor comparat dominium pretij, sed tenetur emptori ad totum interesse, non tamen per eum contractum transfertur dominium rei venditæ in emptorem. Legeque hac de re disp. 327. tum de iure Lusitano, tum de iure cõi, & Castellæ, a secunda conclusione copiosè dicta sunt. Eis vero adde, iure Lusitano l. 3. ord. ti. 30. §. 4. & l. 5. ti. 37. §. 5. & sequẽtib. & ti. 65. §. 2. & 3. graues pœnas staturas esse, non solum ei, qui, sciens rem esse alienam, illam emit, sed etiam ei, qui, cum præsumere uerisimiliter deberet, rem alienã esse, uel ex qualitate rei, q̃ venditur, uel personæ vendentis, eam emit: modo ĩ posteà comperiatur rem furto fuisse ablatam. Is etiam ibidem punitur, q̃ in Olyssiponensi ciuitate, vel in loco, vbi Rex cõmoratur, aliquid emit, q̃ excedat valorem quinquaginta eorum pummorũ æreorum, quos *reais* vocant, ab alio, quam a ministris utriusque sexus ad res publicè uendendas deputatis, aut ab artificibus, qui ea conficiunt, ac vendunt, modo similiter postea comperiatur, id furto fuisse ablatum.

In Castellæ ẽt regno lib. 6. nouæ collect. ti. 22. hæc l. 5. sancita sunt. *Mãdamos, que ninguna pſona sea osada de cõprar, ni cõpre, de criada, o criado, q̃ siruiere a otro, cosas de uiãda y comer, ni cenada, ni paja, ni leña, ni otras cosas de seruicio y alhajas de casa: y q̃ el q̃ las cõprare en qualquier manera, que sea bauido por encubridor de hurto, y q̃ como contra tal se proceda: y mãdamos a las nuestras iusticias que lo castiguẽ con toda diligencia, y rigor.*

32 Venditio † rei propriæ emendis, est etiam nulla: si tamen vendens habebat aliquid in ea, etiam si sit ius quodcumque quo ad id valida est venditio. l. suæ rei, iuncta. l. si in emptione. §. rei suæ. ff. de contrah. emptio. l. nemo rem suam. 1. & 2. ff. de ver. obl. & l. 18. ti. 5. p. 5.

33 Venditio † prætereà eius, quod in se vendibile non est, non solum est illicita, sed etiam nulla. Eiusmodi sunt ea omnia, in quorum venditione simonia intercuenit, qualia sunt beneficium ecclesiasticum, sacramentum, & alia, de quibus in materia de simonia erit sermo. Eiusmodi etiam sunt ea, ad quæ quis tenetur nullo postulato pretio, iuxta ea quæ latè disp. 93. explanata sunt.

34 Q̃n aliquid uendibile quidẽ est in se, † attamẽ uendi absque peccato non potest, neque post celebratum contractum, adimpleri potest absque peccato, tunc contractus venditionis non obligat sed ab eo, tam in conscientiæ, quam in exteriori foro, est discendendum: si tamen vtrinque sit impletus, validus est ex natura rei, modo iure positiuo non sit effectus irritus. V. g. si quis infideli uendat; quæ ad actu infidelitatis præcisè inseruit, ut idolum, aut aliud simile, venditio est peccatũ, & similiter adimpletio contractus iam celebrati, tradendo emptori rem venditam, eaque de causa contractus ille non obligat ad sui impletionem: cæterum postquam utrinque est impletus, vendens non tenetur restituere pretium. Immo uero, si uendens tradidit rem, quam recuperare nõ possit, exigere potest pretium. Simile exemplum adhiberi potest in eo, qui uenenum, aut ensem, vendidit, quo aliquis iniustam interficeretur. Hæc cõstant ex ijs, quæ disput. 94. dicta sunt, & idcirco non amplius in eis immorior.

35 Quousque licitum, aut † illicitum, sit uẽdere, conficere, aut tradere ea, quibus infideles ad suos ritus vtuntur; itemque ea, quibus multis abutuntur, ut uenenum, arma, cartas lusorias, fucos, & his similia, fusè in hac 2. 2. q. 43. articu. 7. explicatum est. Præter ea autem, quę ibi circa uenenum

dicta

dicta sunt, obserua, de iure cõi. l. quod sæpe. §. veneni. ff. de contrah. empt. & l. 17. ti. 1. p. 5. prohibitam esse emptionem, & venditionem eius veneni, quod, neq; per rei alterius admixtionem, inseruire vsui, atque vtilitati humanæ põt, esseque adeo prohibitam, vt contractus sit nullus; & intelligo, quia non obligat ad sui impletionem: postq̃ tñ esset vtrinque adimpletus, vendens non tenet ad restitutionem pretij, nisi condemnetur: præsertim si res vendita iam non existat, vel existat absque periculo mali alicuius apud possidentem: si.n. malum timeretur, rescindere teneretur venditionem, & venenum recuperare. Obserua etiam, si venenũ inserviat ad venandum, aut ad colores aliquos conficiẽdos, aut ad alios similes vsus Rei publicæ necessarios, vendi quidem potest, sed ijs tm̃, de quibus ex officio, aut ex alijs circumstantijs, constet, eos illud velle ad eiusmodi vsus.

Nonnulla etiam de iure communi prohibita erant vendi. C. quæ res vend. non poss. & C. quæ res asportari non debeant. Multa etiam priuatis legibus vendi prohibentur, quæ in vnoquoque loco sunt addiscenda.

## An possit cogi aliquis rem suam vendere.

### DISPVTATIO CCCXLI.

*SVMMARIVM.*

1 *Vendere rem suam nemo regulariter cogi potest. Fallit tamen multis modis, nu. 2.*

3 *Separatio inter coniuges quo ad torum, & habitationem fienda, ob nimiam viri sæuitiam.*

DIsputatio hæc ex parte coniuncta est cũ præcedente atque id circo eam illi annectimus.

1 Licet † aũt cogendus sit nullus regulariter quippiam emere, vel rem suam vendere, l. inuitum, C. de contr. vend. l. nec emere, C. de iure delib. l. 3. ti. 5. p. 5. & alijs iuribus, quæ citant Pan. ci. 1. de empt. & vend. Cou. 3. var. res. c. 14. nu. 1. Alu. Valas. consul. 22. num. 1. & Ant. Gom. 2. to. var. res. c. 2. nu. 51. quia tamen, & subditi ipsi, & ipsorum bona potestatibus publicis subiacent, quantum, seruata æquitate, bonum commune efflagitat, in primis eædem potestates taxare possunt pretium iustum exponentibus aliqua ad vendendum, aut locandum, præsertim quando res ad quotidianum vsum, vitæque conseruationem sunt necessariæ.

2 Deinde † compellere possunt aliquem vendere domũ, aut quouis aliud suum prædium, iusto pretio, si id postulet bonum publicum, vt si cedat in fauorẽ religionis, publicæve vtilitatis, quia videlicet necessariũ est, vt via ad publicum aliquẽ locum, vel religiosum sternatur, argumento tex. in l. si locus §. vlt. ff. quemadmodum seruamit. & in l. si quis sepulchrum. ff. de relig. & sump. fune. Quo fit, vt pro monasterio Ecclesia, vel hospitali ampliando, quando ita expedit, vel de nouo erigendo, aut ædificando, cogi possit quis vendere propriam domum, vel aliud prædium, & similiter pro scholis publicis, aut palatio Regis, vel alia re simili amplianda, aut ædificanda. Ita Ant. Gom. vbi supra, Grego. Lopez l. 3. citata glo. 1. & cõis sñia, quam refert, fuseq; confirmat Cou. loco citato a nu. 7. atque examinat, tandemque in capitis calce concludit quamuis supremus Princeps ad id possit cogere pro ea cõi vtilitate, quæ necessitas nõ sit, nihilominus priuatas alias potestates publicas regulariter cogere ad id non posset, nisi simul adsit quodammodo necessitas, (quin Alu. Val. consultat. citata ait, in Lusitania in his omnibus semper ad supremum Principem recurri) fatetur tamen Coua. contrarium huius posterioris partis esse cõem opinionem. Numero 8. ex Salyceto, & alijs, iuxta doctrinam traditam, refert q̃uis cuique fas sit tollere altius ædificium suũ, id tamen prohiberi posse, qñ inde sequeretur, religiosos, aut religiosas, videri intra ꝓprias domos habitantes, eademque ratione prohiberi, posse aperiri de nouo fenestras aliquas, vnde similiter viderentur, in hancque inclinat paulò inferius sententiam, quando de nouo fieret ædificium, vnde inconueniens illud sequeretur.

Præterea, si duo habeant cõem aliquẽ seruum, & vnus uelit eum libertati donare, cogitur alter uendere partem suam si sit qui pretium offerat, idque in fauorem libertatis. Ita hr̃ l. 1. C. de cõi ser. man. & l. 3. tit. 5. p. 5. Et lib. 4. ord. Lusit. titu. 25. §. vlt. sancitum est, si quis habeat maurũ masculum aut fœminam captiuum, isque necessarius sit, ad loco illius redimendum Christianum captiuum, cogendum esse eum vendere, facta æstimatione illius modo ibi præscripto.

Item carestiæ, ac necessitatis tpe, potest, ac dẽt, potestas publica, etiam si iudex ordinarius sit, cõ pellere subditos, vt vendent frumentum, & alia necessaria, iusto pretio. Eadem etiam ratione pro habere potest, ne quis aliorum plus emat, quam sibi, & suis sit necessarium, vt annona alijs sufficiat, consentiunt l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. præfecti verb. & gl. iuncto textu. cap. sicut. 47. distin. ac alia iura, & doctores, quos referunt, ac sequuntur Panor. Anton. Gom. Cou. locis citatis, & Syluest. verb. emptio. quæst. 4. Ius Lusitanũ.

Quando item dominus cum duritia, ac sęuitia magna tractat mancipium, cogendus est publica iudicis authoritate illud vendere. Idemque est, si ad turpitudinem, atque illicita illud cogat. Hæc habentur §. ultimo. Institu. de ijs qui sunt sui uel alie. iur. l. 2. ff. eo. tit. & l. 3. tit. 5. par. 5.

Hinc Anton. Gom. loco citato cum Baldo, & alijs colligit, si dominus aliquis temporalis sæuiret, & cum nimia austeritate subditos tractaret, priuari posse illorum iurisdictione, aut compelli eam uendere, quando aliter non sufficienter conseretur subditis esse consultum.

Quòd si iurisdictio ad maioratum pertineret, alienariue esset prohibita, priuandus saltem esset usu illius ad tempus uitæ ipsius, aut astringendus esset uendere alteri eum usum.

Hæc omnia probantur argumento l. uoicę, C. si quacunque præditus potestate, & ca. literas, in fine, de restitutione spoliatorũ, ubi † habetur, ob maximam uiri sæuitiam separationem fieri inter con-

Digitized by Google

coniuges quo ad torum, & habitationem, si per cautionem, & satisdationem, non potest vxori plene esse cautum.

## Emptio, & venditio quousq; clericis, & religiosis licita, aut illicita sit.

### DISPVTATIO CCCXLII.

#### SVMMARIVM.

1 *Negotiatio mere lucratiua qua aliquid emitur, vt carius vendatur, est clericis prohibita, per se ipsos illam exercentibus, non tamen est nulla, & num. 6.*

2 *Pœna contra clericos negotiationem exercentes, quotuplex sit.*
*Et quid de iure Lusitano, & Castellæ, nu. 3.*

4 *Clericus, vel ecclesiasticus, vt ob negociationē priuilegium amittat, quot sint necessaria.*

5 *Clerici negociantes non sunt exempti a tributo.*

6 *Alcauala ab ecclesiasticis exigitur sine præuia trina monitione, de rebus, quas negociando vēdunt.*

7 *Negotiationes clericis prohibitæ, quæ dicantur, & quæ non.*

8 *Negociatio quib. clericis permissa, ut neque debeatur tributum, & quæ.*

9 *Clericus in quib. officijs vilioribus, si ea exerceat, amittit priuilegium, & in quibus non.*

10 *Clerici, & religiosi, an negocia mere lucratiua possint per alios exercere.*

11 *Clerici emere possunt necessaria, & vēdere superflua ex redditibus eorum.*
*Immo licet aliquid vilius emerint, non animo reuendendi carius, possunt accrescente pretio uendere carius, & lucrari.*

12 *Negotiatio politica clericis non est licita.*

13 *Clerici artificio aliquo vti possunt, vt inde vitam eorum sustentent: nisi artificium turpe, ac sordidum, & indecens sit.*

14 *Clerici, siue ecclesiastici, emere licitè possūt aliquæ quæ in aliud commutent, ac carius uendant.*

15 *Clerici conducere possunt prædia, ad eorum sustentationem, non autem, vt lucrum faciant.*

CONsequenter examinandum est: quousque ratione vendentis, aut eius, cui aliquid venditur, emptio & venditio illicita, aut nulla sit; estque nobis ab Ecclesiasticis ordiendum.

1 De qua re prima cōclusio est. Negotiatio † mere lucratiua, qua aliqd emitur, vt, immutatum carius vēdatur, est clericis illicita atque interdicta, si p se ipsos illā exerceant: non tñ est inualida. Rō verò prohibitionis est, indecentia maxima tōnē status pp ea, quæ disp. 339. dicta sunt. Proposita conclusio est Aug. c. fornicari, 88. dist. Gelasij ca. consequēs, & Hier. c. negotiationem, eadē dist. & habetur c. vlt. de vita & honest. cler. clem. 1. eo. ti. & c. 1. ne cler. vel mona. atque alijs iuribus.

2 Pœna autem, statuta † clericis eiusmodi negotiationem exercentibus, est excōcationis, vt constat. cap. secundum extra ne cler. vel mon. tametsi non sit latæ sententiæ, sed ferendæ. Est item pœna suspensionis, ac depositionis, vt patet. c. consequens 88. dist. c. penult. 91. distinct. & c. sed nec, extra ne cler. vel mona. Vbi additur, religiosos grauius adhuc esse puniendos. Cæterum neque hæ pœnæ sunt latæ sententiæ, sed ferendæ, vt ter. illos consulenti, erit manifestum. Cum aūt eiusmodi pœnæ non imponantur, nisi pro culpa lethali, conueniunt doctores communiter, peccatum lethale esse, clericos, vel monachos, per seipsos, eiusmodi negotiationem exercere. Ita Conrad. de contract. q. 52. conclus. 4. Io. Medin. de restitut. q. 30. ad finem ar. 2. Nau. in Man. c. 25. num. 111. §. 34. Syl. verb. clerici 3. q. 3. Ang. verb. clerici. 9. nume. 3. & alij, quicquid Caiet. in summa verb. clericus in contrarium scripserit.

Quo loco obserua, hodie Concilium Tridentinū Sess. 22 c. 1. de refor. innouasse hac in re pœnas, & iura antiqua, præcipiendo Epis, vt pœnis illorū, atq; alijs additis, clericos ea in parte compescant. Prædicta tñ intelliguntur, de clericis in sacris ordinibus constitutis, vt asserunt Conrad. q. citata conclus. 6. Med. Syl. & Ang. locis citatis, ac alij. Clerici. n. in minoribus, constituti lethaliter non peccant. De beneficiarijs, qui in sacris nō sunt cōstituti, anceps est Syl. loco citato, inclinareque videntur doctores alij citati, illos non peccare lethaliter. De religiosis censent Ang. Conr. & Sylu. lethaliter peccare, etiam si in sacris non sint constituti, nec displicet eorum sententia.

Clericis itē negotiantibus in pœnam est statutū, vt si ter admoniti ab Epō, aut ab alio, qui iuris dictionem quasi ēpilem in eos habeat, non abstinuerint, amittant clericale priuilegium, non quidem canonis, quasi qui eos percusserit excommunicationē non incurrat; neque item fori, quasi puniri, aut conueniri, coram iudice seculari possint: sed quo tam ipsi, q̄ ipsorū bona, tributis, & alijs oneribus, non subijciūtur. Si postea tñ resipiscāt, ac emendentur, iterū gaudere eodē priuilegio incipiunt. Ita habetur c. vlt. de vita & hon. cler.

Quarto item Lusit. ordin. lib. titu. 32. in princ.
3 iudicibus † secularibus præcipitur, vt neque cleri- Ius Lu-
cos, neque benefic. atos, neque item equites calca- sitanū.
riorum aureorum, aut *Fidalgos de solar*, quos vocant, qui vt tales vixerint, sinant eiusmodi negotiationem exercere, vtpote iure ipsis prohibitam. Concinit. l. vlt. C. de rescin. vendit. quæ palatinis id prohibet. Et pan. 5 leges extrauag. titu. 3. l. 12. quamuis ecclesiastici immunes pronuncientur a solutione vectigalium, tum earum rerum, quibus ad propriam, suorumque sustentationem, atque habitationem, egerint, tum etiam, quas ex proprijs redditibus, aut tanquam sibi non necessarias, vendiderint; soluere tamen iubentur de ijs, quas negotiando emerint, ac vendiderint.

In Regno item Castellæ quamuis l. 6. tit. decimooctauo lib. 9. nouæ collection. Ecclesiæ, & Ec- Ius Ca-
clesiastici, immunes pronuncientur ab alcanalæ stellæ.
solutione rerum, quas vendiderit. l. tñ 7. additur. *Lo contenido en la ley ante desta, mandamos que no aya lugar, en lo que los clerigos y Iglesias vendier en por uia de mercaduria, trato y negociacion,*

ca de

*ca de lo tal mãdamos, que paguen alcauala, como si fuesen legos.* Sunt verò nonnulla hoc loco obseruanda. Primum est, † vt ecclesiasticus ob negotiationem amittat priuilegium illud ecclesiasticum, quo tam ipse, quàm ipsius bona, oneribus & tributis non subiacent, necessariam quidem esse trinam monitionẽ, vt ex c. vlt. de vita & honest. cleric. constat: vt verò ex re, quam negotiando vendit, ac permutat, tributum debeat, eam admonitionem non esse necessariam, vt rectè Greg. Lop. ad l. 49. tit. 6. p. 1. adnotauit, & consentiunt alij.

Etenim † neque Ecclesia, neque Principes seculares, illos eximere a tributo intẽderunt in negotiatione ipsis iure canonico prohibita, atque adeo numq̃ immunes ab hoc tributo fuerunt, neque eos Ecclesia ea in parte protegit, vt constat tum, ex ipsamet rei natura: tum ẽt ex clementina præsenti, de censibus vbi, cum compesci excõicationibus iubeantur, qui tributa ab Ecclesiasticis exigunt, limitatur id ad res, *quas non negotiandi causa deferunt, aut deferri faciunt:* quibus verbis argumento a contrario sensu, vt glo. ibidem adnotauit, apertè significatur, ex rebus, quas negotiandi causa deferunt, posse tributum ab eis exigi absque alia monitione: tum denique quoniam c. vlt. de vita & honest. cler. non solum non defenduntur a solutione tributi rerum, quas negotiando alienant, sed insuper in pœnam eis iniungitur, vt si, ter ab ordinario admoniti, negotiari non desistant, vniuersim amittant priuilegium clericale quo ad. tributa, & onera cæterorum suorum bonorum, ac personarum, id qđ non satis attendisse videtur Lassarte de dec. vend. c. 19. nu. 79. vbi arbitratur; consuetudine præscripta aduersus. c. vlt. de vita, & honest. cler. exigi † alcaualam ab Ecclesiasticis sine præuia trina monitione de rebus quas negotiando vendunt, aut permutant, quasi iuxta caput illud necessaria esset monitio illa.

Secundum est, quamuis qñ aliquid emitur, vt commutatum vendatur, non ad tertium genus emptionis & venditionis disp. 339. explicatũ, de quo hoc loco nobis est sermo, simpliciter pertineat, sed ad secundum, quod Ecclesiasticis, vt dicemus, regulariter non est prohibitum, neq; ꝑsse dici negotiatio; nihilominus q̃dã ad secundum illud genus spectantia esse, quę multum ad tertiũ genus accedunt, quæque ea de causa minimè Ecclesiasticos decent, ac proinde per epicheiam censenda sunt ei, tamquàm negotiationes, prohibita.

E iusmodi sunt, si Ecclesiasticus vuas † emat, vt per famulos, aut ministros ad id conductos, vinũ ex illis conficiat, qđ postea vendat. Si item lanam emat, vt per operarios, atque artifices conductos, pannos ex illis conficiat, quos vendat. Idem dicerem, si Ecclesiasticus ex lana de redditib. sui beneficij, aut suorum gregũ, pannos similiter, quos vendat, per operarios, atque artifices conductos, efficeret. Quo fit, vt ex ijs rebus, qñ vẽduntur, gabella debeatur, non secus, ac si laici illas venderent, vt Lassarte. c. 19. citato a nu. 53. cum Sylu. Nau. & multis alijs, quos refert, affirmat. tametsi negotiationes hæ simpliciter ad secundum emptionis, & vẽditionis genus, disp. 339. explicatũ, pertineãt, & solũ per epicheiã cẽsendę sint Ecclesiasticis prohibitæ, quod ipse non satis attendit.

Idem dicerem, si Ecclesiasticus agros alienos conduceret, quos per operarios coleret, vt fructus inde perceptos venderet: ex fructib. quippe venditis gabellam deberet. Licet. n. fructus ex semine ipsius nascantur, atque eo ipso, quod recipiuntur, ad ipsum, & non ad dñum agri pertineant quo ad dñium; quia tñ clericum nó decet, agros alienos conducere, & per operarios eos colere, fructusque colligere, vt eos uendat, ac lucretur, quia potius id inhibitum illi est inter alia. 21. q. 3. c. 5. & 3. & c. 1. ne cle. uel mona. sanè inter negotiationes illi prohibitas est hæc computanda, ac proinde ex venditione, aut permutatione, eiusmodi fructuum gabellam debet; non secus ac quando conducit redditus alieni beneficij, ut illos uendat, ac lucretur: quod similiter est illi prohibitum.

Non tamen esset negotiatio, si proprios agros coleret per famulos, aut ministros, ad id conductos, & fructus uenderet, aut si uuas suarũ uinearum uenderet, uel ex eis conficeret uinum, quod vẽderet; aut si fructus sui beneficij uenderet: quare ex reb. ita vẽditis tributum non deberet. Consentit in his Lassarte ubi supra a nu. 62. & 66.

Simili modo dicẽdum est, si salinas alienas cõduceret, ut sal inde confectum uenderet, negotiationem esse, debereque proinde gabellam. Si verò ex proprijs salinis illud per ministros conficeret, ac uenderet, negotiationem non esse, sed venditionem fructuum, aut quasi fructuum, prædij sui, ex quibus Ecclesiasticus tributum non debet. Eodem modo, si greges alienos conduceret, & fructus hoc est, partus, lac, caseum, & lanam, uenderet, negotiatio esset: secus si ex proprijs gregibus hæc eadem uenderet: quoniam esset venditio fructuum rerum suarum. Ita Lassarte ubi supra.

Sylu. uerb. excõicatio. 9. excõicatione 21. uers. Secundò, nota, post Ancha. quos Nau. in Man. c. 27. nu. 128. Lassarte ubi supra, & alij sequuntur, affirmant. Si monasterium uenã ferri habeat, atque ex materia ferrum per ministros conductos conficiat, illudq; uendat, non debere. Idẽ dicunt, si eandẽ uenam emat, sed per monachos ex materia ferrum conficiat, quod uendat: qm̃ similiter id non est negotiari sed emere materiã, ut, ministerio Ecclesiasticorũ in aliud transmutatam, artefactum ab ipsis Ecclesiasticis confectũ, uendãt.

Addunt verò, si monasterium uenam emat, ut per administros laicos ferrum inde conficiat, qđ uendat, esse negotiationẽ, ac deberi gabellam ex ferro ita vendito. Meritò tamen Nau. ubi supra cautè loquitur, dicẽs; si emat solam uenam. Quasi diceret, secus esse, si emeret prædium, in quo est uena. Etenim, si emeret solam uenam, materiam solam censeretur, emere, unde ferrum per ministros conductos faceret, quod uenderet: id autem esset negotiari; non secus, ac negotiari est emere uuas, ex quibus similiter uinum conficiat, ac uendat. Si verò prædium emeret, materia uenæ computaretur in fructibus eiusmodi prædij cuius dominium emptione esset comparatum, & ferrum similiter inde, aliorum ministerio, confectum, ac

proinde

proinde id non magis esset negotiatio, neque magis tributum inde deberetur, quam si idem prædium, ac vena, non essent empta, sed propria monasterij, in quo euentu authores ipsi, cum quibus disputamus, asseuerant non esse negotiationem, neque ité deberi tributum: id quod ante eos asseuerauerat Federicus de Senis, quem ipsi citant.

Ac sanè, cum nomine venæ, non sola materia soleat intelligi, sed id vnde illa extrahitur, & cuius est fructus, aut quasi fructus, simpliciter arbitror asserẽdum cum Federico de Senis, ex ferro inde confecto, non magis deberi tributum, quam deberetur ex materia ipsa, si venderetur, vt inde alij ferrum conficerent, & q̃ deberetur ex sale eius salinæ, q̃ nudam emeret monasterium, vt ex aqua illius tal, ministerio laicorũ conficeret, extraheret, ac vẽderet, in quo euentu nemo affirmabit, negotiationẽ interuenire, aut tributũ deberi.

Illud ét Lassarti assertum displicet, quo vbi supra, nu. 60. asseuerat, si monasterium, aut Ecclesiasticus, emat prædium plenum fructibus maturis, sibiq, superfluos postea vendat, debere tributum ex fructib. quos ita vẽderit. Ducitur, q̃m fructus illi partes sunt rei emptæ, ac proinde, si prædium emat animo sibi superfluos vendendi, interuenisse ait negotiationem, debereq; tributum ex fructibus ita venditis. Contrarium profectò arbitror esse dicendum. Etenim, qui tale emit prædiũ, per se emit prædium, vt & fructibus illius anni, & sequentium potiatur, superfluosq; vendat: per accidens autem est, quod fructus maturi sunt, aut nõ, neque illos postea vendit tamquam partes rei emptæ quam emeret, vt reuenderet, sed tanquam fructus perceptos, & collectos ex agro effecto iã suo: quare appellari illud non potest negotiatio, ac proinde tributum non debet ecclesiasticus ex fructibus ita venditis. Confirmatur hoc validissimè argumento ad hominem. Q̃m idem author sæpe eodem capite rectè affirmat, ecclesiasticũ ex negotiatione sibi canonico iure non inhibita, tributũ non debere: quis autem non videat, inhibitũ non esse ecclesiasticis, emere prædia cum fructib. maturis, idque animo vendendi sibi superfluos, tam ex illis, qui tunc pendent, maturique sunt, quã ex eis, quos sequentibus annis collegerit: non ergo ex illis deberur tributum.

8 Tertiò obseruandum † est, sicut per epicheiam quædam ex secundo genere emptionis, & venditionis disp. 339. explicato, computantur inter negotiationes ecclesiasticis prohibitas: sic etiã quædam, quæ alioquin ad negotiationẽ eisdem ecclesiasticis prohibitas spectarent, a numero earũ negotiationum excipi, propter circumstantiam aliquam superuenientem, ex qua eisdem ecclesiasticis licent. Exemplum primum sit, quod Lassarte vbi sup. nu. 78. iuxta c. dilecti, iuncta gl. ibi, de decimis, & gl. c. peruenit verb. conductiones 86. distinct. adducit. Si. n. sit aliquis clericus tam paup, vt aliter commodè non possit sustentari, quam conducendo alienum agrum, de cuius fructibus, partim vescendo, & partim vendendo, sustẽtetur, eiusmodi conductio non computatur inter negotiationes ecclesiasticis illicitas: quoniam ex circumstantia illa, quod clericus ille aliter non possit sustentari, id ei non est illicitum.

Caput dilecti citatum, & duæ glossæ illæ, de monasterio loquuntur, q̃ idcirco haberet conductos agros alienos, q̃m alioquin commodè sustẽtari non poterat. In quo euentu rectè loco citato aut Lassarte, non deberi tributum ex fructib. venditis: q̃m eo ipso, quod negotiatio aliqua canonibus sacris prohibita non est ecclesiastico, ex illa non debet tributum. Scdm exemplũ sit. Sunt religiosi in Brasilica regione, & in India Orientali, qui dilatationi, & conseruationi Ecclesiæ diligenter operam nauant, quiq; ad suã congruam sustẽtationem multis reb. indiget ex Hispanis ad eos mittendis, neque in Hispanis pecunias habent, & cum in Brasilica regione magna pecuniarum sit penuria, & in India Orientali pecunia multum valeat, indigent mittere nonnullas merces, quæ inibi vili emuntur, & in Lusitania longè plus valent vt traditæ mercatoribus Lusitanis, ex pretio necessaria illis mittantur, sicque ingẽtes sumptus euitant in asportandis sibi necessarijs ex Lusitania idq; nulla cum occupatione, & distractione, eaq; tõne fit, vt si non tot, quot ad salutẽ aiarum sunt necessarij, ibi sustententur, certè plures, quã alioquin fierent, sustententur: sanè nullus est, qui tõnẽ hanc prudentẽ atque œconomicã, sibi in tm Ecclesiæ bonũ prouidẽdi de necessarijs, iure damnare possit, factisve canonib. asserere contrariam dummodo nihil plus mercium, quam ad emenda in Lusitania necessaria, mittatur: quare, cum ex negociatione ecclesiasticis non illicita, tributum non debeatur, vtiq; neque ex mercib. ita missis, neque ex illarum pretio, tributum vllum debet. Alia similia exempla possent adduci, quæ facile ex his duobus intelligentur. Nunc, his obseruatis, ad id vnde digressi sumus, reuertamur.

Clementina 1. de vita, & honest. cleric. sancitum est, vt si clericus, siue in sacris sit cõstitutus. 9 siue non publicè, ac † per suam propriam personam exerceat officium carnificis, aut marcellarij vel tabernarij, nominatim admoneatur ter a die cessano, vt intra terminum, eiusdem arbitrio præfigendum, ab eo officio desistat, & num quã amplius illud assumat, si verò intra eum terminum non desisterit, vel postea tempore aliquo idẽ officium assumpserit, ipso facto, si clericus sit coniugatus, omnino amittat clericale priuilegium omnibus modis supra explicatis: si verò coniugatus non sit, amittat solum priuilegium in bonis suis in sensu, iuxta cap. vlt. de vita, & honest. cler. sup. explicato, idq; si non incedat in habitu omnino, vt laicus: quod si omnino vt laicus incedat, amittat omnib. modis priuilegium clericale, interim dum non resipuerit. Cum autem lex hæc pœnalis sit necesse est prædicta omnia concurrant, vt prædictam pœnam incurrant. Præterea, esto clericus viliora alia exerceat officia, non incidet in eam pœnam. Lege inter alios Sylu. verb. clericus 3. q. 5. & Ang. verb. cler. 9. nu. 7.

10 Vtrum autem fas sit † clericis, & religiosis, negotiari per alios negotia merè lucrativa, tradendo pecunias cõsanguineo, vt ipsorum loco negotietur,

rietur, aut ineundo societatem cum alio, aut alijs, vel locādo reddit⁹ beneficij, aut aliqd aliud cum alijs, ita vt ipsi totā operā, & industriā adhibeāt: Io. Med. de test. q. 20. art. 2. illos excusat. Tū quia cessat rō prohibitionis, quippe cū negotiatio per alium, neque distrahat, neque clerici animū occupet; &, modo pecunia ad licitā tradatur negotiationem, peccāta, quæ cōmiserit is, per quē fit negociatio, clerico non imputentur. Tū ēt quoniā iura solum videntur prohibere ecclesiastico negotiationem per propriā personam, vt patet clem. 1. de vita & honest. cler. quæ solum punit, qñ clericus per seipsum exercet officium macellarij, aut tabernarij. Et c. significante. de app. tanq̄ de re illicita dī canonicos habuisse stabulos publicos, in quibus carnes incidebant. Et cle. 1. de statu monac. licet monachi prohibeantur per seipsos venari, nō tñ prohibentur id per alios exercere. Ego, quāuis non existimem culpam lethalem esse ita per alios
Decis. negotiari, aliquid tamen fœditatis, atque indecentiæ in ea negotiatione interuenire arbitror ratione status, quando circumstantia non adesset, quę illam excusaret: quo circa improbanda quantum est ex sē, illam esse arbitror. Illud obserua, fas esse clericis, & religiosis, habere domos publica, quas alijs locent vel ad carnes vendendas, vel ad aliā negotia in illis exercenda, atque vnde redditus habeant: tales autem erant stabuli, de quibus. c. significante citato est sermo.

11 Secunda conclusio. Fas est † clericis emere necessaria ad proprium, suorumq; vsum; & vēdere superflua, vel ex fructib. suorum agrorum, vel ex redditib. proprij beneficij, aut vndecumq. illa habuerint. Imò, esto aliquid vilius emerint, non ad reuendendi carius, fas illis est, accrescente postea pretio, vēdere illud carius, & lucrari, neque inde tributum vllū debēt. Ita cōis omnium sētia, neq; in eo vlla est difficultas, esto pretij magnitudine attrahatur ecclesiasticus ad vendendū, intelligēs se postea vilius posse emere res similes. Cōfirmat conclusio, qa hæc ad œconomicā gubernationē spectant, quæ in clericis, atq; Epis elucere debet, iuxta Pau. 1. ad Timo. 3. & 5. Si quæ tamē ad ecclesiasticum deuenirent, ex dissoluta societate inita cum alio, aut ex quacumque alia negotiatione, quam per alium exerceret, eaque venderet, ex illis deberet tributum, non secus ac si esset laicus.

12 Tertia conclusio. Politica † negotiatio emēdo necessaria exercitui, & ciuibus nō decet clericos: quia gubernatione, & negotijs secularib. esse debēt alieni, iuxta illud 2. ad Tim. 2. *Nemo militās Deo, implicat se negocijs secularibus*. Concinit. c. Epūs 88. d. Φ ex canonib. apostolorum est desūptum, in quo præcipitur, vt neq; Epi, neque sacerdotes, aut diaconi, seculares suscipiāt curas, alioquin deijciant. Concinunt ēterea, c. 1. & sequentia. 21. q. 3 Aliqñ tñ interesse tm̄ posset reipublicæ, ac cōi bono, ecclesiasticū aliquē similib. rebus vacare, vt charitas efflagitaret, ea in re cū illo esse dispensandum. Cutare verò, vt famis type miserabilibus subueniat personis, eaq; in re clericū, aut religiosum, nauare operā, curando, vt aliunde res emantur, asportenturq; necessaria, & iura perāgantur, & charitas postulat: præsertim quando hæc per solos laicos sufficienter non fierent.

13 Quarta conclusio. Fas est † clericis artificio aliquo vti, vnde aliquid lucrentur, ac vitam sustentent; modo ea de causa præstare non omittant ea, ad quæ ex officio clericali tenentur: & mō artificium turpe non sit, ac sordidum, clericisque indecens. Conclusio hæc multis iuribus est expressa. c. clericus 1. & 2. 91. dist. vbi hī. *Clericus uictū, & uestitum sibi artificiolo, uel agricultura, absque officij sui duntaxat detrimēto, paret.* Et rursus. *Gēs clerici ualidi, & artificiola, & literas discant.* Cōsonat. c. presbyteri, ea. dist. c. primum, de celebr. missa. vbi rurale opus clericis permittitur. Confirmatur præterea conclusio exemplo Pauli, qui cū Eps esset, operabatur manibus suis artemq; scenofactoriam exercebat, vt Actu. 18. constat. Et Hieron. c. num quam de consecr. dist. 5. exēplo Apostolorum consuluit, monachos fiscellam, vel canistrum texere, hortos colere, fabricare apū aluearia, texere retia, & scribere libros, idque ad cōparandum cibum, otiumque fugandum. Dictū est; modo artificium turpe non sit, ac sordidum: qm̄ sicut clerici prohibentur exercere officium tabernarij, ac lanij, pp indecentiam, ac viliratem officij: sic prohibita eisdem cēsentur similia artificia vilia, ac sordida, vt coriarij, hoc est, eius, qui pelles in corium aptat, atq; alias eiusmodi. Similiter exercere prohibentur officia clericis indecēnia, vt conficere cartas lusorias, taxillos, atque arma bellica. Item in artificijs exercendis procul abesse debet auaritia: tametsi hæc culpa lethalis non sit, nisi cum proximorum iniuria sit coniuncta.

14 Quinta concl. Ecclesiasticis † emere licitè possunt aliqua, quæ in aliud cōmutent, ac carius vendant. Vt materiā, ex qua artefacta ipsi conficiant quæ vendant. Itē aīalia, quæ in proprijs agris nutriant, vt, cum creuerint, aut partus ediderint, illæ eorumq; fructus, vendant. Item mulam, aut aliud iumētum, vt cum creuerit, ac simul inseruierit, carius illud vēdant. Præterea, locare possunt, ppria prædia, ac iumenta. Emere tñ iumēta solū, vt ea locent, genus esset negotiationis, atq; adeo ipsis il
15 licitum. Conducere † ēt possunt prædia ad suā, suorumq;, sustentationem, quæ colant, soluendo certam fructuum, aut pecuniæ portionem. Lucri aūt gratia, maiora prædia conducere, vt fructus vēdant, ac lucrentur, ipsis est inhibitū. 21. q. 3. ca. 1. & 3. & c. 1. ext. ne cle. vel mon. vt sup. dictū est.

## Euentus alij, in quibus ex parte emētis, aut vendentis, illicita, aut nulla, redditur emptio, & venditio.

### DISPVTATIO CCCXLVIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudices, & alij ministri publici temporalē iurisdictionē habentes, non possunt aliquid emere, præter necessaria ad victum, nec alium contractum facere, neque acceptare: alias puniuntur.*

P Et qua

*Et quæ pœna de iure Lusitano, & Castellę puniãtur.*

2 *Tutores, & curatores, & in Lusitania iudices orphanorum non possunt emere res minorum, quorum curam gerunt.*

3 *Executores testamentorum quibus pœnis puniantur, etiam de iure Lusitano, ementes aliquid de rebus defuncti.*

4 *Vxor non potest aliquid emere, vel vendere de bonis, quorum administratio de iure Lusitano, & Castellæ pertinet ad maritum, etiam si iuramẽto viri firmetur.*

5 *Vxor, & maritus si contractum cum aliquo tertio celebrent, quid præsumendum ex parte mariti.*

6 *Venditio rei immobilis, aut quæ cum immobili cõputatur, facta a viro sine consensu vxoris, inualida est de iure Lusitano.*

7 *Vendere non potest, aut permutare de iure Lusitano pater, aut alius ascendens quicquam alicui descendentium.*

8 *Emptio, & venditio non potest esse inter patrem, & filium in potestate, nisi circa bona castrensia, aut quasi.*

9 *Vendere Saracenis, & Turcis quid prohibitũ sit Christianis, de iure cõi, & qd de iure Lusitano.*

1 IVdices, eorumque † officiales, ac ministri, qui & domestici, de iure communi, neque ædificare de nouo possunt domos, neque conficere naues, neque quicquam emere, præter necessaria ad victum, & vestitum, etiam per interpositam personam, ad vsumve quotidianum in loco, in quo iurisdictionem exercent, nisi perpetuam illam in eo loco exerceãt, quin neque permutare possunt, aut mutuo accipere a subditis, neque vllas donationes accipere neque quicquam horum est validum, etiam si, post finitam administrationẽ, accedat consensus eorum, qui donarunt, aut vendiderunt. Ita habetur l. vnic. C. de contract. iud. iuncta l. principalibus, & l. præsidis. ff. si cert. peta. l. non licet, ac l. qui in officij. ff. de contrab. empt. & l. aufertur. §. quod a præside. ff. de iure fisci. Vbi habetur, *rem emptam uendicari*, a venditore scilicet, *atque emptorem cogi soluere fisco æstimationem illius*, immo verò, l. non licet citata, emptor punitur pœna quadrupli. Hęc eadẽ, & alia his similia, sub grauibus pœnis inhibita sunt ordin. Lusit. libr. 4. tit. 38. & 39.

Ius Castellæ.

In Regno etiam Castellæ libr. 3. nouæ collect. tit. 6. l. 2. interdictum est assistentibus, gubernatoribus, correctoribus, atque horum ministris, in quibus *Alcaldes mayores*, quos vocant, & cæteri inferiores ministri comprehenduntur, per se, aut per interpositam personam, durante officio, domum in loco suæ iurisdictionis ædificare, negociationem exercere, aut animalia ibi pascere, sub pœna amissionis fisco eius, quod ita ædificatum, emptum, pactumque fuerit.

Et l. 33. ti. 4. ijs, quos *Alcaldes mayores*, vocant præcipitur, vt non permittant eos ministros ipsorum, quos *Alguaziles* vocant, emere per se, aut per interpositam personam, quæ, dũ executiones sententiarum fiunt, venduntur, idque sub pœna quadrupli. Lege itẽ l. c. 47. titu. 2. lib. 9. eiusdem collectionis, ijs ministris, quos *Contadores* vocant, atque officialibus *de la contaduria* inhibetur, directe, aut indirectè, per se, vel per interpositam personam, emere *juros*, ac situationes, & consignationes, vllumve contractum circa hæc facere, aut *assiento*, sub pœna, vt hæc omnia fisco Regis amittantur.

2 Tutores, & † curatores, personasque ipsis subiectas, itemque in Lusitania iudices orphanorum, tabelliones eorũdem iudicum, & *contadores dos resíduos*, emere non posse res minorum, quorum curam gerunt, & quas pœnas incurrant, tam de iure communi, quam Castellæ, & Lusitaniæ, disp. 224. §. res minoris, & c explanatum est.

3 Exequutoribus † et testamentorum, sub quibus pœnis in Lusitania sit interdictum quicquam emere sibi, vel aliis, et per interpositam personam, de rebus defuncti, disp. 248. dictum est. Consentit vero ius commune l. in emptione. §. vltimo, & l. non licet. ff. de contrab. empt. quibus in iuribus vniuersim prohibetur eos, qui aliena negotia gerunt, emere de rebus, circa quas negotia gerunt, etiam per interpositam personam, idque sub pœna quadrupli, vt patet l. non licet, citata,

Disput. 261. diximus in genere, qui celebrare possint contractus, aut non: inde verò facilè intelligetur, quorum hominum celebrata emptio, aut venditio, valida ex eo capite sit, vel non, quod celebrare possit, aut non possit, contractus.

De vxore disp. 275. explanatũ est, quousq; bonorũ administratio ad solũ maritum de iure cõi, Castellæ, & Lusitaniæ spectet, & in quibus a consensu vxoris pendeat. dictumq; est, de iure horũ Regnorum, vxorem nullam bonorũ habere administrationem, nisi fortè, dum contraxerunt, aliqua sibi excepit, quod rarò in his Regnis euenit.

4 Si ergo † vxor celebret emptionem, aut venditionem, vel quemcunque alium contractum sine cõsensu, saltem tacito, viri circa bona, quorũ administratio tali vxori non incumbit, aut postquã contractus per vxorem sine viri consensu fuerit celebratus, non accedat ratihabitio viri, procul dubio id totum irritum est & inane, etiam si iuramento firmetur, vt bene notant Cou. in Epith. p. 2. c. 7. §. 1. nu. 3. & Ant. Gom. loco statim citando nu. 8. quoniã id cedit in viri præiudiciũ, eaque de causa prohibitum est vxori. Hæc confirmãt, l. 54. Tauri, & quinq; sequẽtes, quæ sunt hodie, 1. & quinq; sequentes, ti. 3. li. 5. nouæ colle. In quarum prima disponitur, vxorẽ, cõstante matrimonio, absq; viri facultate repudiare nõ posse hæreditatem ex testõ, aut ab intestato, ad se delatã: posse tñ sine illius facultate illam adire cũ beneficio inuentarij. In secunda disponitur. Eandem vxorem sine viri facultate celebrare non posse cõtractum, neque desistere a contractu ad se attinente, neque quemq; ab illo liberare, neque posse facere quasi contractũ, neq; agere, aut defendere in iudicio, & esto id attentet per se, aut per procuratorẽ esse irritum, & inane. In tertia, maritum posse illi concedere gñalem facultatem ad ea oĩa, quæ sine eiusdẽ facultate non põt facere, ac valere illa, q̃ ex eiusmodi facultate egerit. In quarta iudicem ex legitima, & necessaria cã compellere posse maritum

rum, vt vxori facultatē ad ea oīa concedat, quæ sine ea facultate facere non poterat, & vt, si maritus compulsus eam illi non dederit, iudex eādem illi cōcedat. In quinta, maritum posse rata habere ea omnia, quę vxor sine illius facultate fecerit, suf fiereq; ratihabitionem generalem. In sexta, qñ maritus fuerit absens, neq; eius aduentus proximè expectetur, si sit periculū in mora, iudicē, cognita cā legitima, necessaria, aut voli vxori, posse illi concedere facultatem ad ea, ad quę maritus illā concessisset, validāq; esse eiusmodi facultatem.

Hæc oīa vim etiam habēt in Lusitania, qm̄ est eadem ratio, & contractus arrharum, & dotis, qñ aliud non exprimitur; de consuetudine eius Regni eodē modo intelligitur, quo in Castella. Multo verò magis habent vim, qñ contractus est medietatis bonorum: eo quod bona omnia communia fiant vtriusque coniugis, & administratio ad solum virum spectet, tametsi dependenter in aliquibus a consensu vxoris. De iure verò communi celebrare potest vxor contractus, atque agere, & defendere in iudicio, saltem per procuratorem, circa bona, quorum administratio de eodem iure ad ipsam spectat. Idem dicerem in his Regnis, si quid sibi vxor reseruasset, cuius administratio ad ipsam solam attineret.

5 Si vxor, & maritus † contractum cum aliquo tertio celebrent, eo ipso censetur maritus facultatem illi præstare ad eum celebrandum, vt ex se est notissimum, & probat. l. Titius, in princ. ff. quibus modis pign. vel hypo. atque affirmat Ant. Gom. ad l. 54. Taur. nu. 4 cum alijs, quos citat.

Tradere ēt illi censetur facultatem, si eam alicui exponat negotiationi, aut administrationi, vel in viri presentia contractum ineat, & vir taceat. Ita Ant. Gom. vbi supra, nu. 5. & 7. & probant. l. 1. §. magistrum, 2. versicu. cæterum. ff. de exercit. actio. l. cuicunque. §. idem Labeo ait. ff. de instito. actio. & l. prima. ff. de tribut. act. Consentit etiam l. quam Tuberonis. §. sunt quidam. ff. de pecu. Anto. Gom. ibidem, nu. 2. ait.

Si contractus vxoris sine viri facultate vtilis sit vxori, atque idcirco mariti ratihabitio non sequatur, q̄ defunctus sit, aut absens, validus est: nō secus atque contractus minoris factus sine tutoris, aut curatoris authoritate, valet ad sibi obligandum alterum in suam vtilitatem, licet nō valeat, quando non cedit in minoris vtilitatem, vt disp. 224. ac alibi ostensum est, placetque hæc sententia: præsertim cum verisimile sit, maritum, si posset, ratum illum fuisse habiturum.

6 De iure † præterea Lusitano venditio rei immobilis, aut quę cū immobili cōputatur, facta a viro sine consensu vxoris, inualida est, vt infra, dū de cōtractu societatis inter coniuges sermo fuerit, dicetur. Tametsi vendere, aut renunciare possit vir officium sine vxoris, cōsensu, vt ibidem addetur.

7 De † eodem iure Lusitano pater, aut quiuis alius ascendens, vendere non potest quicquam alicui descendentium, aut cum eo aliquid permutare, absque cohæredum facultate, aut, illis concedere eam nolentibus, absque consensu.

Quòd si aliquid absque vtrauis facultate vendant, aut permutent, inualidus est contractus, estque res illa adducenda ad partitionem, & qui eā emit, aut pro ea aliquid permutauit, amittit, quod pro ea dedit. Ita hī 4. l. ordin. tit. 82. Obserua tamen, cum lex hæc, quo ad pretij amissionem, pœnalis sit, & pœna non debeatur ante latam sententiam, si descedens iusto pretio eam rem obtinuisset, non teneatur adducere eam ad partitionem, nisi id exigeretur: si vero iniusto pretio eam comparasset, satis esset adducere ad partitionem vsque ad competens prętium.

Præterea, si quis inuincibili legis ignorantia aliquid ita emeret, non teneretur in conscientiæ foro ad pœnæ solutionem: eo quod pœna non habeat locum, vbi nulla est culpa: si autem cohæredes illam tunc exigerent, posset emptor clam cōpensationem facere, si sine scādalo id efficere posset: idque esto cohæredes arbitrarentur culpā adfuisse, quæ re vera non adfuit.

8 Inter † patrem, & filium, dum sub illius est potestate, esse non pōt emptio, & venditio, nisi circa bona castrensia, aut quasi castrensia. l. 2. ff. de cōtrah. emp. Circa bona vero aduentitia, cum pater administrator sit eorū bonorū, inualidus est contractus, sicut & tutoris, ac curatoris cum minore circa bona, quæ administrat, iuxta iura circa tutores, & curatores citata. Deinde † prohibitum est 9
vendere saracenis, turcis, & alij Christiani noīs inimicis, equos, arma, ferrum, filum ferri, stānum, chalybem, oīaque alia metallorum genera, atque bellica instrūa, ligamina, canapem, funes, tā ex ipso canape, quam ex quacunque alia materia, & ipsam materiam, atque alia huiusmodi, & longe maiori cum ratione triremes, & naues. Ita hī in Bullæ cœnæ excomm. 7. c. ita quorundam, c. significauit. c. quod olim, & c. ad liberandā de Iudæis, & in extrau. multa, eo. tit. atque in quadā alia Nicolai IV. quæ incipit, olim tā in generali, &c. Quibus in capitibus prohibetur ēt deferre, aut vendere saracenis tpe belli, aut etiam treguæ, victo alia, & quæcunque alia mercimonia. De his tñ omnibus, & de pœnis ob hæc statutis alio loco est dicendum. Quædam etiam iure Lusitano l. 5. ord. tit. 8. 1 prohibita sunt vendi, aut asportari ad saracenos, & hostes, idque sub grauibus pœnis, consentaneè ad ius canonicum, & ad legem secundā. C. quæ res asportari non debeant.

## Ex circumstantia loci, ac temporis, quando emptio, & venditio illicita reddatur.

### DISPVTATIO CCCXLIV.

*SVMMARIVM.*

1 *Emptio, & venditio ratione loci sacri illicita.*
2 *Sacrilegium lethale est, res ad sacrum locum asportare, & ibidem vendere.*
3 *Contractus fieri in ecclesijs quomodo licitum.*
4 *Culpa lethalis non facile iudicanda.*

QVod ad loci circumstantiã attinet, dubitandum non est, emptionem, & venditionem, ex parte loci sacri, reddi posse illicitã. Dedecet enim rem ita prophanam, quæ a diuinis tantopere distrahit, & quæ tot conscias, atq; offensæ Dei periculis occasionem præbet, in loco peragi sacro. Præsertim si res ipsæ venales ad eũ locum asportentur, inibiq; tamquam in foro publico, vendantur. Quo fit, vt contra virtutẽ id sit religionis, cuius est cultum, & honorem Deo præstare, atque vt sacrilegij vitium sit.

Conuenium doctores cõiter, sacrilegiũ videri
2 lethale, res † ad locum sacrũ asportare, ibiq; tanq̃ in foro publico eas vendere. Tum quia id suadet exemplum Christi Matthæi 21. qui flagello de funiculis confecto, ementes, & vendentes de tẽplo eiecit, & mensas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit: quod minimus Dñs pro sola culpa veniali nequaquam fecisset. Tum ẽt, qm̃ est contra præceptum Ecclesiæ. Etenim decretum de immun. Eccles. li. 6. sic hꝫ. *Cessent in Ecclesijs, atque earum cæmiterijs negotiationes, & præcipuè nundinarum.* Et cæteri, de custodia Eucharistiæ, cum quidam clerici ita ponerent in Ecclesijs supellectilia, & concederent poni aliena, vt Ecclesiæ potius domus laicæ, quam Dei habitaculum viderentur, subiungit Summus Pontifex, *Firmiter prohibemus, ne huiusmodi supellectilia in Ecclesijs admittantur, nisi propter hostiles incursus, aut incendia repẽtina, seu alias vrgentes necessitates ad eas oporteat habere refugium: sit tamen, vt necessitate cessante, res in loca pristina reportentur.* Concilium ẽt Trid. Sess. 22. in decreto de seruandis in celebratione missarũ, præcipit inter alia prælatis, vt seculares oẽs actiones, vana, atque adeo profana colloquia, deambulationes, strepitus, & clamores arceant, vt domus Dei verè domus orationis esse videatur, ac dici possit.

3 Qñ † aũt in Ecclesia solum fierẽt pacta emptionis, & venditionis, aut alterius contractus, existẽtibus rebus vendendis alijs in locis, id non esset lethale peccatũ, vt affirmant Conr. de contract. q. 51. conc. 2. Io. Med. de rest. q. 30. ar. 4. Sotus 6. de iust. q. 2. ar. 2. Ang. verb. negotiatio. nu. 2. & Syl. ibi. q. 2. Idem esset qñ aliquis in Ecclesia emeret rẽ casu ibi reperram, q̃ alius ad vendendum per ciuitatẽ deferret. Tum quia res est modica. Tum etiam qm̃ ecclesia per se non fieret locus rerum venalium. Hæc tñ omnia culpa non carent venia li. Vendi aũt in ecclesijs cãdelas, & modica alia, ad cultum diuinum, sine strepitu, & ferè cũ nulla negotiatione, etiam veniali culpa posset vacare, si diuini cultus intuitu id fieret, melius tamen est, vt hæc extra ecclesiam habeantur. Ita Sylvest. & alij verb. negotiatio. Nec refert, quòd Christus dominus eos de templo eiecerit, qui vendebant, quæ diuino inseruiebant cultui. Illi enim veluti forum efficiebant templum multitudine rerum, quæ vẽdebantur, atque eorũ, qui illas vendebant: quod non erat sine strepitu maximo, & perturbatione. Præterea simul aderant mensæ nummulariorũ, qui cãbia in tẽplo exercebant, non solum permutando, sed ẽt dando credito sub vsura: quare verè efficiebant domum Dei speluncam latronum propter iniustitias, quas in ea exercebant, vt Christus subiunxit. Adde, longè alterius rõnis fuisse, quæ tũc diuino cultui inseruiebant, nempe animalia, ac sunt, quæ in Christiana ecclesia inseruiunt.

Nonnulla insuper admonuerim. Primum est. In ijs, quæ ad Dei cultum spectant, in quibus fides, ac religionis interna, veluti præcipuum quoddam, non solum in Dei honorem, fidelium atque ædificationem, sed etiam in exemplum infidelium, exterius exhibetur, multò minora peccata ferenda non esse, quam in alijs rebus, quæ ad fidem, & religionem non spectant.

Secundum, non quæcumque Summi Pontifices prohibent, aut præcipiunt, prohibere, aut præcipere, ea sub reatu lethalis culpæ, esto præceptorum condant, quæ ad culpam obligent, & esto ex diuini honoris affectu dicant, se firmiter ea prohibere. Quo fit, vt ad discernendũ, an præceptum sub lethali, aut veniali culpa obliget, attendendum sit ad materiam, quæ præcipitur, & ad pœnam lege statutam. Neque enim Summi Pontifices ea solũ præcipere debent, quæ obseruari sub lethali culpa volunt, sed etiam ea, quæ volunt seruari sub culpa veniali: neque charitas postulat, vt omnia sub lethali culpa præcipiantur, & vt leges multiplicẽtur, quæ ad eiusmodi culpam obligent. Hinc colligo, non facilè † ex eo esse iudicandam culpam
4 lethalem, quod indecens aliquid circa negotiationem in ecclesia fiat, vel ex eo, quod supellectilia aliqua indecenter in ea apponantur: præsertim cũ circumstantia, quod lethale aliquod peccatum in ecclesia fiat, regulariter, iuxta communem doctorum sententiam, non sit necessario confitenda, eò quòd ad limites circumstantiæ lethalis nõ attingat: nescio autem quid ex ipsa rei natura indecentius, secluso proximorum scandalo, ne ecclesia fiat quam culpa lethalis. Necessitas præterea eorum, & quæ alioquin indecenter fierent in ecclesia, nõ parum excusat a culpa, si in ecclesia fiant, vt ex cæteris inquit de cust. Euchar. liquet.

Tertium, quando fieri indecenter aliquid in loco sacro culpa est lethalis, prælatos, eosque, quibus ex officio cura Ecclesiæ incumbit, lethaliter peccare, si id non prohibeant, ac impediant, dummodo possint.

De circumstantia tpis sacri dicemus commodius, qñ de festorum obseruatione sermo fuerit.

## Monopolijs quousque emptio, & venditio illicita, aut iniusta, reddatur: & de recondentibus, ac asseruãtibus merces in tempus caritatis.

### DISPVTATIO CCCXLV.

#### *SVMMARIVM.*

1 *Monopolium vnde dictum.*
2 *Monopolium quid.*
3 *Monopolia quæ licita, & quæ non.*

*Merca-*

4 *Mercatores si inter se conueniant, ne quisquã ipsorum intra certum pretium vendãt, aut vltra certum pretium emat, an restituere teneantur damna priuatis, ea de causa subsequuta.*

5 *Ementes tempore messis, aut alio tantam rerum copiam, & seruantes, vt caritas in ciuitate inducatur, & alij cogantur multo carius emere de manu illorum, an ad restitutionem teneantur.*

*Et quid de iure Lusitano, & Castellæ.*

1 MOnopolium dr † a monos, quod est vnus, & polium, quod est venditio, quasi vnius dumtaxat in prouincia aliqua, ciuitate, aut oppido, venditio. Qui verò monopolium exercet, monopola nuncupatur, idest, vnus venditor: pola. n. græcè, latinè venditor appellatur.

2 Est † autem monopolium propriè, qñ aliquis, aut aliqui, obtinẽt, ipsos tm̃ merces aliquas vendere, quod regulariter est iniquum, Reipublicæque iniuriosum: eo quod ciues emere cogantur carius merces de eorum manu; cæteri verò de Republica impediantur iustè, & cõmodè negociari, benigniores q; esse in pretio alijs ciuib. quod in detrimentum cedit ciuium, esto monopolæ iusto pretio vendant. Quo circa meritò id de iure cõi. l. vnica. C. de monopolijs inhibitum est sub pœna amissionis omnium bonorum, atq; exilij ppetui.

Eadem lege prohibetur, ne mercatores inter se conueniant de non vendenda merce aliqua infra certum pretium, aut de non emendo vltra certũ pretium. Itẽ ne artifices conueniant, opus ab vno eorum inceptum, ab alio non continuari, aut perfici, & ne similia alia pacta fiãtq; ioña cõstat regulariter esse iniqua, atq; in Reipublicæ detrimentum. Quãuis aũt hæc ẽt pacta a plerisq; monopolia nuncupentur, in ea tm̃ lege prohibentur tanq; pacta distincta vt ex rubrica, & ex textu, quin & ex pœna ibi statuta, liquet, quæ distincta est a pœna monopolis decreta. Exercentes quippe hæc alia pacta, solum puniuntur solutione quadraginta librarum auri: & iudices, qui dissimulauerint, vel remissi fuerint in puniendis tã his criminib. q̃ monopolijs, afficiuntur pœna quinquaginta librarum. Quia tm̃ loquendum est, vt plures, hæc etiã monopoliorum nomine comprehendemus.

3 Dixi, monopolia † regulariter esse iniqua, & Reipublicæ iniuriosa: qm̃ aliquando iniqua non sunt, quando videlicet publica authoritate fiunt, bono communi id efflagitante. Si enim Respublica mercibus aliquibus indigeat, nec sit, qui illas asportare velit (quia fortè cum labore maximo, & periculo amittendi, ea negotiatio fieret) nisi priuilegium concederetur, quod nullus alius eas merces asportare, aut vendere posset, sanè tunc licitum erit concedere eiusmodi priuilegiũ, taxato moderato pretio, attentis circũstantijs oĩb. concurrentib. ne, qui eo priuilegio vsuri sunt, plus iusto Rẽpublicam grauẽt. Si item desit, qui officiũ aliquod Reipublicæ expediens suscipere velit, vt vendendi merces aliquas, aut asportandi peregrinos, poterit tunc concedi alicui, vel aliquib. vt ipsi soli tale munus exerceant, constituto eis moderato pretio, si timor sit, sine excedãt pretiũ iustũ. Quia item cõi expediens est, libros cõponi, ac cudi, neq; facile inuenietur, q̃ eos cudere velit, nisi priuilegiũ concedatur, ne quisq̃ alius intra certũ tps illos cudat, aut alibi cusos ad vendendũ asportet, videmus quotidie iustè concedi eiusmodi priuilegium, taxato pretio, ne rationabile, ac iustũ, in Reipubl. detrimentum excedat. Simili modo, quia Lusitaniæ Rex suis expensis nauigationẽ in Indiã aperuit, locaq; illarũ regionum subegit, statuere in suum potuit cõmodũ, q̃ in Reipubl. eiũ cõmodum redundat, dum id occasio est, vt, vnde eã defendat, habeat, neq; nouis tributis illam grauet, vt nullus, præter ipsum, aut præter eos, quibus certo pretio eam negotiationẽ concesserit, asportare ex India certas merces possit, aut illas ex Lusitania in Indiã deferre, aut inibi eas vendere Io. Med. de rest. q. 30. §. pen. addit, damnandum non esse, si Rex, in publica aliqua necessitate constitutus, pro certa aliqua pecuniæ summa concedat alicuib. mercatorib. vel opificibus vt ipsi soli vẽdere possint aliq̃d in suo Regno, cõstituto eis moderato ptio, ne Rempublicã plus iusto grauent. Regẽ quippe tunc a peccato excusat publica necessitas, in qua est, & mercatores priuilegium iusta illa de causa a Rege ipsis concessum. Sicut. n. Rex exigere a subditis poterat, vt contribuerent ad publicæ illi necessitati subueniendũ: ita subijcere illos pót illi grauamini, modo tm̃ moderatũ sit, & cum minori ipsorum molestia, ac detrimento.

Quo loco obserua, hanc de re commodiorem aliam trãdi non posse regulam, quam tunc licere eiusmodi priuilegia concedere, qm̃ id postulat recta ratio, ac cõe bonum, attentis, atque expẽsis circumstantijs omnibus tam ex parte subditorum, quam ex parte Regis, atque illorum, quibus conceduntur, simulque attento, vt subueniendo cõi bono, quo ad fieri possit, non magis grauentur q̃dam Reipublicæ partes, quam aliæ, cũ ad omnes æqualiter subuenire illi spectet. Qñ autem irrationabiliter, atque in subditorum præiudiciũ cederentur eiusmodi priuilegia, & peccaret lethaliter Rex, aut Respublica, quæ illa concederet, & simul, qui ea impetrarent, aut illis vterentur, tenerenturque hi omnes ad restitutionẽ subditis damnorum omnium, quæ contra ipsorum voluntatẽ inde ipsis sequeretur.

4 Dubiũ est, num † mercatores, qui inter se conue- Quæſt.
niunt, ne quisquam ipsorũ infra certũ pretiũ vendat, aut vltra certũ pretiũ emat, & vniuersim, qui in Reipublicæ, ac proximorũ, præiudiciũ similes conuẽtiones, ac monopolia inique exercent, restituere teneãtur dãna priuatis de Repub. ea de causa subsequuta. Sotus 6. de iust. q. 2. art. 3. Io. Med. de rest. q. 36. §. sed an tales, affirmãter rñdet. Consentire ẽt vr Cont. de contr. q. 51. concl. 2. cum dicat, eos cõtra iustitiã peccare. Nau. verò ĩ Manic. c. 23. n. 92. Syl. ver. emp. q. 18. Maior. in 4. d. 15. q. 40. ad finẽ primi argumẽti, solũ affirmãt, eos peccare lethaliter nec disputãt, an restituere teneant.

Nostra autem prima conclusio est. Quando id Deciſ.
in causa esset, quod priuati emerent vltra iustum pretium rigorosum, quod alioquin esset futurum, aut quod infra iustum pretium infimũ ven-

derent, non est dubium, teneri eos restituere, saltē vsque ad limites iusti pretij. Probatur, quoniam peccant contra iustitiam, sunique proinde causa iniusta huius damni priuatis subsequuti.

Secunda conclusio. Quando mercatores conuenirent inter se de pretio, quod, ea conuentione secluſa, esset iustum, sed rigorosum, peccarent quidem contra proximorum charitatem, dignique essent, qui a potestatibus publicis grauissima pœna mulctarentur, tanquam homines Reipublicæ præiudiciales, non tamen video peccare illos contra iustitiam: ac proinde neque ad restitutionem teneri modo nullus eorum fraudibus, vi, aut metu, prohiberet alios mitius vendere.

Conclusio hęc probatur, qm̄ qui sine vi, metu, aut fraude persuaderet alicui, qui mitius vendere vellet, vt pretio venderet rigoroso, sed iusto, vtiq; non peccaret contra iustitiam: sicut neque qui cōsilio simili modo auerteret aliquem a donatione aliqua, aut legato, quod vellet facere: ergo pari ratione, neque mercatores illi, quando eo modo cōuenirent inter se peccarent contra iustitiam.

Si tm̄ fraudibus, vi, aut metu, alios inducerent ad eo mō vendendum, peccarent vtique cōtra iustitiam aduersus emptores, non secus atq. is contra iustitiā aduersus donatarium, aut legatarium peccat; q vi, metu, aut fraudibus, quenquā donare, aut legare prohibet aliquid alicui: quippe id contra ius sit, quod vnusquisque habet accipiēdi a quocumq;, quod sua spōte voluerit ei dare; cui iuri præiudicatur iniustè, qm̄ donans vi, metu, aut fraudibus, a donando, aut legando arcetur. Hinc cōstat, si Princeps sine rōnabili cā monopolij priuilegium concedat, peccare contra iustitiam, tam ipsum, quā qui monopolium obtinet, nihil impediente, quod monopolæ taxaretur pretium iustū. Quia enim contra iustitiam est, prohibere tunc alios vendere, qm̄ id cedit in emptorum iniuriā, qui possent minori pretio ab eis emere, & qm̄ cedit in iniuriam eorum qui essent vendituri; vtiq; quantum lucrum inde resultaret, tam ijs, qui empturi essent, quam ijs, qui essent venditurī, tātum tenerentur illis restituere. Princeps, & ij, qui priuilegium obtinerent, illoque vterentur. In prædictis autem euentibus restitutio facienda esset priuatis, si constaret, qui illi sint, & quantum detrimenti eis euenerit; sin minus aliquid erit faciendum, quod plus minus, cedat æqualiter in eorundem particularium commodum, vendendo in ea communitate aliquid tanto vilius, quantum satis sit, vt damnum particularium compensetur, aut aliud simile efficiendo. Quod si nullo horum modorum posset id illis satisfieri, restituendum esset pauperib. aut insumendum esset in alijs operib. pijs, pro animabus eorum quibus id debebatur.

5 Vtrum † aūt, qui tpe messis, aut vindemiæ, vel quocunque alio, in quo sit abundantia aliquarū rerum, tantam illarum copiam emunt animo eas seruandi in tempus, quo carius vendentur, vt ea tōne in cā sint, q̄ caritas in Republica inducatur, videlicet quia vel impedimento sunt ciuibus, ne tunc emant totum, q̄ vnusquisque necessariū hēt in suæ familiæ sustētationem, & q̄ verè esset emp-

turus, nisi eiusmodi recondi.ores anteuerterent, & ideo coguntur post ea multo carius ea emere de manu illorū, vel quia emendo tantā copiā in cā sunt, vt tunc pretia rerum accrescant, & caues rarius emant; vtrum, inquam, qui sic emunt, lethaliter peccent, restituereque teneantur damnū Reipublicæ, ac ciuibus, ea ratione illarum.

In primis doctores cōsentiunt, illos lethaliter peccare. Ita Nau. in Man. c. 23. nu. 91. Ioan. Med. de restit. q. 36. §. antepenult. & penult. Maior. in 4. dist. 15. q. 41. in 4. argumento, Gab. ead. dist. q. 10. ar. 3. dub. 2. Syl. verb. emptio. q. 10. Ang. ver. negotiatio nu. 3. Sotus 6. de iust. q. 2. ar. 2. & alij. Quod vero ad restitutionem attinet, qui ex doctoribus citatis id in controuersiam vocant, communiter asserunt, illos teneri ad restitutionem damni Reipublicæ, & priuatis ita illati: restitutionem vero eo mō esse faciendā quo paulo antea explanatū est, monopolas eam facere debere. Ita affirmant Maior. Med. Gab. Syl. & Ang. locis citatis.

Quid de hac re sentiā, sequentes conclusiones aperient. Prima cōclusio. Hoīes emendo, quæ in penuriæ ips asseruent, animo carius vendendi, & lucrandi, si iusto pretio currenti tunc emant, & vendant postea iusto pretio etiam currenti, neque impedimento singulis de Republica sint tēpore abundantiæ emere necessaria, neq; copia magna eorum, quę emunt, augeat tunc pretia rerum, non peccant emendo eo modo, quin potius vtiles Reipublicæ sunt. In hac omnes consentiunt, manifesteque ex ijs, quæ disp. 339 dicta sunt. Decis.

Secunda conclusio. Si pernicioſi Reipublicæ sint inducendo rerum caritatem, augendo quę illarum pretia, & impediendo, ne cuiuscunq tempore sibi emant necessaria, peccant ita emendo, & prohibendi, ac puniendi, Reipubl. ca sunt tamquam ipsi pernicioſi: imò verò cogi tempore caritatis in pœnam possunt, vendere vilius, quæ ita in Reipublicæ præiudicium emerunt. In hac etiam conclusione omnes conueniunt.

Atq; idem dicendum est de ijs, quos *regatones* vocant, si priuatis impedimento sint, necessaria ab ijs emere, qui illa asportant. Prohibitiones Lusitaniæ, ne ematur triticū, ordeum, farina, millū, secale, (*centeno* Hispani vocant) & oleū, ad hæc ipsa reuendenda, & pœnas hac de re statutas, habes 4 libro ord. ti. 32. a §. primo, & fusius 4. parte legum extra tit. 9. per totum. Inhibitionem verò huius Regni, ne triticum, ordeum, auena, aut secale, similiter ematur, & pœnæ statutæ, habentur L. 19. tit. 11. lib. 5. nouæ collectionis. Ius Lusitanū.

Tertia conclusio. Non video, vnde hoīes, inducēdo modo explicato caritatem rerum emendo, restituere Reipublicæ teneantur damnum illatū. Ducor, qm̄ non video illos contra iustitiā peccare in Rempublicam, & in partes eius, inducendo ita per accidens caritatem rerum, sed solū peccare contra proximorum dilectionem: vtūtur quippe iure suo intra iustitiæ limites, emendo tes tpore abundantiæ pecunia sua pretio iusto, neq. res, quas emunt, debitæ ex iustitia sunt alijs de Rep. vt eis potius vendantur: alioquin etiam vendentes eas eiusmodi recondi.oribus, & *seruatoribus* Ius Castellæ.

eatum

casum, plocarent contra iustitiam, restituereque Reipublicæ tenerentur damnum ei illatũ, quod nullus sanè mentis affirmare audebit. Imò seclusa lege positiua, qua sub grauibus pœnis eiusmodi emptio prohibetur, sanè, qñ damnũ, q̃ per accidẽs inde Reipublicæ sequeretur, non esset admodum notabile, non facilè condemnaré eiusmodi boies culpæ lethalis. Qui contrariã sniam æquè probabilẽ iudicauerit, illã amplectatur, q̃ & ego, si, salua conscia, possem, complecterer. Tum q̃ videam doctores in eam inclinare. Tum etiam in horum hominum odiũ, qui Reipublicæ sunt pernicioſi.

## Venditiones illicitæ ex eo reddantur, quod res cariùs alienigenis vendantur, atque ex periurijs, & mendacijs, & affectu ad lucrum.

### DISPVTATIO CCCXLVI.

#### SVMMARIVM.

1 *Venditio illicita redditur, si res carius extraneis vendantur quam naturalibus.*
*Intellige tamen, & declara, vt nu. 2.*
3 *Venditio illicita ex parte contrahentium quibus casibus reddatur.*
4 *Emptio, & venditio ex inordinato affectu, quando est culpa lethalis.*

1 VEnditio illicita † etiã redditur, si res carius extraneis, & peregrinis vendantur, quàm naturalibus, vt colligit ex c. 1. de emp. & ven. Qð intelligunt Cont. de contract. q. 51. ad finem, Io. Med. de rest. q. 30. art. 4. & alij, quando limites iusti pretij excedũtur.

2 Obserua, si ad locum † aliquem accedant multi extranei, præsertim diuites, auidique ad emendum, tunc, cum, multiplicatis eiusmodi emptoribus, accrescant pretia rerum, nefas non esse carius illis vendere, quam antea venderetur naturalibus & quam, recedentibus eisdem extraneis, vẽdatur in eo loco, quin neq; damno, si tunc, cum merces sint in eo loco sufficiẽtes extraneis, & indigenis, carius vendantur alienigenis auidis ad emẽdum, quam naturalib. qui dare nolunt nisi pretiũ consuetum. Exempla sunt, si Rex in trãsitu cum suis ad locum aliquem accedat discessurus die sequenti, aut post paucos dies Qñ item classis Hispanica ex nouo orbe ad Insulas, quas *terceras* vocant, applicat, subito accrescit multum pretium rerum oĩum, quas emere volunt, tum vt ibi, atq, in itinere consumant, tunc ét vt Hispalim, atque in alias partes asportẽt: cum tñ pretia comparatione indigenarum maneant, vt antea erant: eo quod merces loci omnibus sufficiant, neque indigenæ dare velint, nisi pretium consuetum. Hoc aũt consuetudine est receptũ, neque damnare audeo: res q̃ppe illæ comparatione plurimorum emptorũ, qui supervenĩt ditissimi ex nouo orbe, auidissimiq; emẽdi, plus valent, q̃ comparatione indigenarũ. Quod si res non sufficerent etiam indigenis, sanè comparatione omnium accresceret pretiũ, neque venditores præterea inuenirent lucrari cum aduenis, vt venderent indigenis vilius.

3 Periurijs † ét, mendacijs & alijs similib. crimin. quæ ex mentiũ, ac venditium nequitia, non verò ex emptione ipsa, & venditione prouenĩt, redditur illicita emptio, & venditio, vt satis constat. Illud solum circà mendacia, quin & circa periuria, admonuerim, si fiant animo fallendi ita emptorem, vt vltra pretium iustum emat, esse lethalia peccata iniustitiæ, si excessus vltra iustum pretium sit tantus, vt ad culpam sufficiat lethalem: q̃ enim ad finem lethalem ordinatur, lethale peccatum est: tametsi non distinctum numero a fine ipso, sed efficiens cum illo vnum peccatum numero, quando non datur interruptio sufficiens ad distinctionem numericam peccatorum in genere moris. Itaque mendacium illud ex se culpa est vt venialis in genere mendacij, & periurium lethalis vtrumque tamen est culpa lethalis iniustitiæ ex relatione ad finem lethalem accipiendi a proximo quantitatem notabilem vltra pretium iustum; idem tñ numero cum intentione ipsa finis.

4 Emptio & † venditio ex inordinato affectu ad lucrum, tunc est culpa lethalis, quando quis ob lucrum transgreditur præceptum aliquod obligans sub culpa lethali; aut paratus actu est illud transgredi. Neque sunt duo peccata lethalia specie distincta, appetitus lucri & transgressio talis præcepti, aut voluntas illud transgrediendi: eo q̃ inordinatus appetitus lucri, ex se solum sit culpa venialis. Quo fit, vt satis sit confiteri transgressionem præcepti, aut voluntatem illud transgrediendi, nec necesse sit confiteri inordinatum lucri appetitum, vnde transgressio ortum habet.

## De pretio iusto rei in se, & de lege taxato. Itemque de pretio rigoroso, mediocri, & infimo.

### DISPVTATIO CCCXLVII.

#### SVMMARIVM.

1 *Pretium rei iustum quotuplex.*
2 *Pretium naturale quod.*
3 *Pretium naturale iustum triplex.*
4 *Pretiũ legitimũ ex natura rei, posterius naturali.*

EMptionem, ac venditionem iustam, vel iniustam esse, potissimum attenditur ex parte pretij. Quocirca examinandum in hac disputatione est, quotuplex sit pretium: & in sequenti ea sunt tradenda, vnde facilius iudicetur, an pretium iustum, vel iniustum, sit.

1 Pretium rei † iustum, quoddã est lege, publico ve decreto, per publicam potestatẽ taxatum. Vt q̃ talis mensura tritici tanto pretio vendatur qð tm carnium pondus, vel talis vini mensura, tãto, vel tanto pretio vendatur. Atque eiusmodi pretium ab Aristotel. 5. Ethico. capit. 7. & a doctoribus communiter, appellatur legitimum, hoc est,

lege positum: Consistit verò in indiuisibili, adeo vt, si pro merce aliquid amplius accipiatur, venditio sit iniusta, & excessus restitutioni obnoxius: modo tamē lex, qua est positum, iusta sit, & æqua: quę omnia in sequentibus dilucidiora fiēt.

Quoddam aliud est, quod res ipsa, secluſa quacunque lege humana, ac publico decreto, habet.

2 Atque † hoc ab Aristotele loco citato, & ab alijs pretium naturale nuncupatur: non qđ non multum ab hominum æstimatione pendeat, qua res plus, vel minus, æstimare volunt, vt Gēmam plus interdum, quam viginti millia aureorum, & quā multas res alias ex sua natura excellētiores atque ad vsus humanos vtiliores; non item quod eiusmodi pretium valde inconstans non sit, ac variū, vt patebit, sed naturale dicitur, qm̄ ex ipsismet rebus, secluſa quacunque humana lege, ac decreto, consurgit, dependenter tm̄ a multis circumstantijs, quibus variatur, atq. ab horum affectu, ac æstimatione, comparatione diuersorum vsuum, interdum pro solo hominum beneplacito, & arbitrio.

Quia ergo eiusmodi pretium non merè ex naturis rerum consurgit, sed a circumstātijs, quibus variatur, pendet, & quod plus est, ab hominum affectu, & æstimatione rerum pro suo beneplacito, inde proficiscitur, vt non consistat in indiuisibili, sed habeat certam latitudinem iusti, ac commensurati merci, & spectatis circūstantijs oīb. q̄ re ipsa hic, & nunc in commercio humano cōcurrunt. Hoc autē non intelligas ex eo solum prouenire, qđ humanum iudicium incertū sit in se, ac varium in diuersis hominibus quasi ex ipsa quidē rei natura pretiū re vera in indiuisibili consistat, humanum tm̄ iudicium nesciat illud attingere, sed etiam, quod rerū æstimationes, atq. affectus ad res vnde pretij variatio pendet, variæ sunt.

Cum minimum autem confitendum est, dari ex natura rei certam latitudinem pretij iusti, intra quam non violatur iustitia, esto forte intra eā latitudinem detur indiuisibile aliquod, in quo solo iustitia perfectissime seruetur ex parte obiecti, pretij ve, mercis comparatione.

3 Hinc † iam facile constat merito distinguia dotib. triplex rerum pretium iustum. Supremū videlicet, seu rigorosum, medium, seu moderatum, & infimum, seu pium. Quæ distinctio solū, habet locum in pretio naturali, non vero in legitimo. Porrò latitudo pretij iusti naturalis interdum est maior, & interdū minor. Quo enim res pretiosior est, maioris ve æstimationis, eo regulariter in pretio iusto maior est latitudo.

Vt si pretium medium rei alicuius sit centum, rigorosum erit v.g. centum & quinque, pium verò nonaginta quinque, ita vt latitudo tota pretij iusti sit in eo euentu decem, & aliquando erit longe maior, & aliquando minor, pro qualitate rerum, quæ venduntur, atque vt cōmunis vsus circa eas res habuerit. Si autem pretium mediū rei alicuius sit decem, rigorosum erit vndecim, aut vndecim cum dimidio, & pium nouem, aut octo cū dimidio, & interdū plus, aut minus, pro qualitate rerum, quæ vendentur, & communi earum æstimatione. Quo fit, vt tria illa pretia, quæ sunt intra latitudinem iusti, suas etiam habeant latitudines. Quod enim parum a medio totius latitudinis distat, tam versus pretium rigorosum, quam versus pium computatur cum medio, dicturque pretium medium, seu moderatum, reliqua verò conficiunt latitudines extremorum.

Cum aūt, inter illum totā latitudo iusti pretij non excedit̄r, cōmutatiua iustitia non violatur, colligunt doctores sine violatione iustitię cōmutatiuæ, posse aliquem vno, atque eodem tempore vendere carius eandem rem vni, quam alteri: itēq; sine vsuræ vitio, posse vendere carius credito, quam pecunia numerata; vt si vni vendat pro rigoroso, & alteri medio, aut infimo; id quod nos sępè in materia de vsura diximus, Ita affirmāt Cāie. 2. 2. q. 77. ar. 1. ad finē, Ioan. Med. de rest. q. 31. Sotus 6. de iust. q. 2. ar. 3. Col. 2. Mat. Soc. c. 3. ad finem numeri 4. & doctores communiter.

4 Legitimū † pretiū ex natura rei posterius est naturali, illudq; quoddāmodo presupponit. Lex qp̄e humana, pro potestate, q̄ in Principe, aut Rectore est statuendi, q. Reipublicæ expediē iudicauerit, ad idq; cogendi ciues, determinat certum pretiū intra latitudinē iusti naturalis, quod vendētes non excedant, vbi ea tanone Reipublicę bono consulatur, vitenturq; alia mala. Quia ergo legitimum pretium supponit naturale, est que eo posterius, expediemus prius, quæ ad naturale pretiū spectant, dicemusque postea de pretio legitimo.

## Naturale pretium vnde iustum, aut iniustum, iudicandum.

### DISPVTATIO CCCXLVIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Pretium naturale duplex.*
2 *Pretium iustum non ex natura rerum, sed ex vsu hominum pendere, & æstimatione.*
3 *Pretium augentes, & minuentes circumstantiæ plurimæ, cum nu. seq. vsque ad finem.*
4 *Pretium iustum, variari, ex modo vendendi.*
5 *Pretium iustum, variari non debet propter indigentiam emptoris, seu venditoris.*
6 *Pretium iustum, ex quibus accrescat.*
7 *Pretia rerum ex quibus metienda.*

PRetiū naturale duplex adhuc est. Quoddā. n. est rei vendi cōsuetæ in aliqua prouincia, sed cuius pretium iustū variatur mutatis circumstantijs, vt est pretiū tritici, panni, vini, calceorum, & similiū rerū. Aliud vero est rei, q̄ de nouo in prouinciā aliq̄, in qua vendi non consueuerat, asportatur. Tale erat pretiū, quo primò vendi cępit lignū illud, quo res tinguntur, qm̄ primò ex Brasilica regione in Hispanias fuit allatū. Tale itē est pretiū, quo vendi in Lusitania cęperunt multa ex India cōportata, q̄ antea in Lusitania cōsueta non erāt vēdi. Prius ergo tradere tētabimus, vnde iudicandum sit, an primū illud pretiū iustum sit, vel iniustū: deinde verò dicemus de secundo pretio.

Illud

2 Illud in primis †obseruandũ est, iustũ pretium non ex naturis rerum secundum se, quo ad earum nobilitatem, ac perfectionem esse iudicãdum, sed quatenus ad humanos vsus inseruiunt: eatenus. n. ab hominibus æstimantur, atque in cõmercijs, & cõmutationibus hominũ inter se pretiũ habent. Imò verò ad id hominib. a Deo tributæ sunt, atque ad eos vsus diuiserunt homines inter se earũ dominia, cum prima sui constitutione oĩbus essent cões. Hinc prouenit, ꝙ quamuis mures nobiliores secundum suam naturam sint, quàm formicæ, nullius tñ pretij sint inter homines, eo ꝙ inutiles ad humanos vsus sint. Inde etiam prouenit, quòd domus iustè maiori pretio vendi soleant, quam equus, immo & quàm mancipium, esto equus, & mancipium, longè excellentioris sint naturæ.

Obseruandũ est deinde, pretium iustum rerũ non ẽt attendi solum penes res ipsas quatenus veniunt in vsus hominum, quasi ex natura, & necessitate vsus, cui res inseruiunt, absolutè sumatur quantitas pretij, si cætera paria sint, sed pretij quantitatẽ pendere plurimũ ex æstimatione qua homines plus, vel minus, æstimare volunt rẽ aliq̃ ad eius vsum. Atq; hinc est, ꝙ iustum gemmę pretium, ad solum ornatum, maius sit, q̃ iustum pretium ingentis copiæ frumenti, vini, carnium, pãni, & equorũ, cum tñ harum rerum vsus ex natura rei vtilior, meliorq; sit, q̃ gemmæ vsus. Itaque quantitas illa pretij iusti gemmæ ex eo pendet, ꝙ sic homines eam ad vsum illum æstimare voluerunt. Inde ẽt est, ꝙ iustum accipitris pretium ad aucupium, maius sit nobilium comparatione, qui ad eã animi voluptatẽ multum voluerunt accipitres æstimare, q̃ sit rerum aliarum, q̃ longè vtiliores sunt. Inde præterea est, quòd apud Iaponẽses, quædam res ferreæ, & testaceæ, vetustate corrosæ, atque nullius inter nos æstimationis, ingentis cuiusdam pretij sint, propter eatũ antiquitatem: per spicuum autẽ est pretium illud apud eos iustum, non prouenire ex rerum naturis, neq; ex commoditate illarum ad vsum, sed ex eo, ꝙ sic affici ad illas voluerunt, & ꝙ tm̃ voluerunt eas æstimare. Inde denique est, ꝙ iocalia, & vilia, inter nos, q̃ ad Aethyopes deferuntur, sint longè maioris pretij apud illos, q̃ aurum, qđ pro illis cõmutant: cum è contra, aurum apud nos longè maioris sit pretij. Hæc verò oĩa, & multa alia eis similia, efficit sola æstimatio, qua homines varijs in locis hoc, vel illud, æstimare multum voluerunt, nec videntur damnandæ cõiones, quæ inter illos, iuxta cõmunem inibi rerum æstimationem, eis in regionibus fiunt: tametsi quædam sint ridendæ ob ingenij ruditatem, atque hominum mores, apud quos fiunt, de qua re multa diximus, dum de mancipijs nobis erat sermo. Iustum itaque pretium rerum multum pendet a communi hominum æstimatione in vnaquaque regione: quare q̃n absque fraude, monopolijs, atque alijs versutijs, communiter res aliqua vendi consueuit pretio aliquo in aliqua regione, aut loco, id habendum est pro mensura, & regula iudicandi pretium iustum rei illius in ea regione, aut loco interim dũ circumstantiæ non variantur, quibus merito pretium accrescat, vel decrescat. Consentit. l. pretia rerum. ff. ad l. Fal. & consentiunt doctores communiter.

Tertio est obseruandum, plurimas circumstãtias esse, quæ pretia rerũ augent, aut minuunt. Et rerum penuria propensa ferẽtatem, aut aliud simile accrescere facit pretium iustum: abundantia verò facit illud decrescere. Multitudo emptorum concurrentium plus vno tempore, quam alio, & maiori auiditate, facit pretium accrescere: emptorum verò raritas facit illud decrescere. Itẽ indigentia maior apud multos rerum aliquarum ad aliquẽ vsum plus vno tempore, q̃ alio, posita eadem rerum quantitate, facit pretium accrescere; vt equi plus valent bello immineute, quàm rẽpore pacis. Defectus item pecuniæ in aliquo loco, facit pretium aliarum rerum decrescere, & abundantia accrescere. Quò. n. minor est pecuniæ copia in aliquo loco, eo valor illius plus accrescit, æqualiq. proinde copia pecuniæ multo plura, cæteris paribus, emuntur. Vt si terræ fructus æquales in sua proportione sint in duab. prouincijs, & vna maiorem pecuniæ copiam habeat, quã alia, minori pretio venduntur fructus illi in ea prouincia, quæ minorem copiam pecuniæ habet, minoreque pretio locantur operarij, quam in alia.

4 Quarto †obseruandum est, modũ vẽdendi res, variare ẽt iustũ earum pretiũ. Vt si sub hasta aliquid vendat, aut proxenetis, p̃conibus, vel mulieribus quę alicui munus vendendi aliena habent, aliquid vendendũ tradatur, aut scholasticus vendat libros, aut in sui decessu vẽdat mobilia, quę ad suum vsum emerat, vendi hęc omnia solent multo vilius, q̃ a mercatoribus vendantur: si aũt vendantur pretio consueto in illo vendendi mõ, iudicandum non est pretium esse iniustum. Rõ est, tum qm̃ res, vt illo mõ venduntur, eo mõ æstimari consueuerunt, vt cõis usus testatur: tum ẽt qm̃, dum eo mõ uẽdantur, censetur esse defectus emptorũ, quod non censetur, qñ sunt in manu mercatorum, qui emptores expectant, pecuniamque suam habent in mercibus eisdem emptis, ut eis lucrentur. Hac de causa dici consueuit, vltroneas merces, quales sunt, quibus emptor quæritur nil escete pro tertia pretij parte. Quo fit, ut in his, & similibus euentibus, dum a consueto pretio in eo emendi, ac uendendi modo non receditur, esto recedatur a pretio, quo res communiter eodem tempore de manu mercatorum emuntur, & quo alio tempore, aut sub alio uendendi modo, emerentur, pretium iudicandum non sit iniustum. ut recte tradunt Caiet. 2. 2. q. 77. art. 1. Med. de rest. q. 31. Sotus 6. de iust. q. 2. artic. 3. Nau. in Manu. c. 23. nu. 78. Cou. 2. uar. res. c. 3. nu. 5. & alij.

5 Obserua †tamen, uendendi modum penes hoc, quod emptore re, quæ uenditur, indigeat, quando illius non est communis aliorum indulgẽtia, aut penes hoc, quod res uendatur ei, qui ex illa magnum emolumentum, aut lucrum sperat, non augere pretium commune rei illius: sicut neque pretium minuit, quod uenditor re, quam uendit, non indigeat. Alioquin fas esset, uendere carius pauperi, quam diuiti, & cõstituto in extrema necessitate rei alicuius, quam non existenti in ea necessitate.

cessi tate. Quod aũt rõne commodi, aut lucri, emptoris, nõ possit accipi plus pretij, probatur. Qm̃ cõmodum illud nõ est aliquid vẽdentis, sed emẽtis: ergo pro illo vendens non pũt accipere pretiũ alioquin venderet, quod non est suum, Ita Diuus Thom. 2.2.q.77.ar.1, & cum eo doctores cõiter. Cõfirmareq; id possumus, qm̃ alioquin mutuãs, si mutuatarius magnũ lucrũ sperazet ex mutuo, vendere id lucrum posset mutuatario, atque adeo rõne illius accipere posset ab eo aliquid vltra sortem, quod oẽs negant, atque in materia de vsura ostensum est vsurarium esse. Si ñ vendit or pateretur detrimentum ex venditione rei alicuius, vel lucri cessantis, vel damni emergẽtis, vel quod res illa valde commoda illi esset ad ædificandũ, vel ad aliquid aliud, vel multum ad illam esset affectus, ægreq; pateretur illam vendere, tunc võdere posset tale detrimentũ, quin & priuationem voluptatis, q̃ in ea possidenda habet, accipiendo aliqd vltra cõe pretium ratione horum, quantum hæc prudentis arbitrio æstimarentur. Ratio est, qm̃ hæc omnia sunt ipsius vendentis, neque tenetur pati grauis detrimentum ac iacturam illorũ: qua re poterit illa vendere emenri, vna cum re ipsa, q̃ vendit, vt rectè affirmant D. Tho. vbi supra, Scotus in 4. dist. 15. q. 2. art. 2. Nau. vbi supra, nũ. 81. & doctores cõiter. Obserua tñ, vt pro his accipi iustum pretium possit, necesse esse, vt in pactum id deducatur, ita vt emens sciens, ac prudens illa emati sorte enim emens nollet pretium pro illis dare, sed solum pro re, qua indiget, vt inter alios, Sotus 6. de iust. q. 3. art. 1. rectè affirmat.

6 Translatio † mercis de loco, vbi est maior illius abundantia, ad locum, vbi est penuria, in cã est, vt pretium iustum illius accrescat. Melioratio similiter rei, siue p humanam industriã, siue per naturã, vt si animal creuit, atque ad iustã ætatẽ in manu emptoris deuenit, facit pretium illius accrescere. Irẽ vendere res minutim, ac p partes, eo modo, quo ij, quos *rogatones* vocamus, vẽdere consueuerunt, efficit accrescere pretiũ earum: vilius quippe regulariter venduntur res, q̃ ingens aliqua multitudo earũ venditur simul, q̃ qñ eædem res venduntur per partes. Hæ, & aliæ, sunt circumstãtiæ. quibus cõe rerum pretium variatur. De eis lege inter alios Cont. de contract. q. 56. & Io. Med. q. 31. citata. Quantum autem accrescere, aut decrescere debeat pretium, variata aliqua circumstantia prudentis arbitrio est iudicandum.

Ex dictis hactenus liquido constat, falsam esse illã Scoti regulã in 4 dist. 15. q. 2. ad finẽ art. 2. quã sequitur Maior. ead. dist. q. 41. Aiunt. n. iustũ rerũ pretium in manu mercatorem esse hoc. Computare debent expensas oẽs, quas emendo, asportando, aut conseruando, tales res fecerunt, & insuper iustam mercedem, quam pro industria, laboribus appositis, & periculis, quib. se exposuerunt, merentur, non secus ac si mercede conducti ea in reseruissent Reipublicæ, & quidem, si res vendãt pretio correspondenti, plus minus his omnibus, erit pretium iustum: si verò notabiliter excedat, erit iniustum quo ad excessum. Hinc inferunt, si mercatori casu aliquo nauis sit submersa, aut capta ab hostibus, in qua merces deferebat, aut domus sit exusta, in qua merces asseruabat, posse id cõpensare, vendendo carius merces alias in Repu-
7 blica. Regulam † hanc, cum suo corollario, falsã esse, ex hactenus dictis cõstat perspicuè, atque ita cõiter reprobatur a doctoribus, de quorum numero sunt Sotus 6. de iust. q. 2. art. 3. Io. Med. de restit. q. 31. Cou. 2. var. resol. c. 3. nu. 4. Cont. de contract. q. 56. Etenim rerum pretia, nõ ex lucro mercatorum ac damno, metienda sunt, sed ex cõi carũ æstimatione in loco vbi venduntur, attentis, circumstantijs omnibus præsentibus, idq; siue mercatores, reflante fortuna, aut non satis dexterè negotiantibus parum lucrẽtur, aut ét iacturã patiantur, siue fortuna eisdem fauente, aut etiã strenuè ipsis negotiantibus, multum lucrentur. Merces quippe eis, quorum sunt, pereunt, aut vilescũt, vel accrescunt in pretio non verò Reipublicæ, cui vendendæ asportantur, aut asseruantur.

Qñ de nouo aliquid in prouinciã aliq̃ asportatur, pretium iustum prudentium arbitrio est cõstituendũ ac iudicandũ, attenta qualitate, vtilitate, multitudine, aut paucitate rei, quæ asportatur, attentisq; expensis, & periculis, ac difficultatibus in ea asferenda, rei etiam nouitas pretiosiorem illam efficit. His itaque, & alijs circumstantijs expensis pretium iustum eius rei est constituendum vel per Reipublicę moderatores, vel per ipsosmet emptores, ac venditores: Neque idcirco pretium tanquam iniustum est damnandum, quod lucrũ sit multum, si res sint raritate, ac nouitate pretiosa habeatur, plurimusque emptores habeat: neque certa alia regula hac de re potest statui.

## De emptione, & venditione infra, vel vltra dimidium iusti pretij.

### DISPVTATIO CCCXLIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Vendens vltra dimidium iusti pretij, vel emẽs infra dimidium iusti peccat, & tenetur ad restitutionem, etiam in foro exteriori.*

2 *Emptio infra dimidium iusti pretij seu venditio vltra dimidium quomodo consideretur.*

3 *Pretium iustum rei venditæ, quo tempore attẽdendum.*

4 *Venditori actio ex re vendita datur contra primũ emptorẽ, non autem contra tertium possessorem. Fallit tamen, vt ibidem.*

5 *Venditor rei vltra dimidium iusti pretij ad quid teneatur, etiam in foro conscientiæ.*

6 *Vendita res si casu fortuito pereat, nec emptori, nec venditori competit actio.*

7 *Venditio si rescindatur remedio l. 2. C. de rescind. vend. an gabella debeatur.*
*Et quid in Lusitania seruetur, num. 8.*

9 *Venditor si læsus sit, & emptor eligat restituere rem, & accipere pretium, quid agendum.*

10 *Empta res quando venit restituenda ex capite læsionis, an restituenda sit cum fructibus, ex ea perceptis.*
*Et an sit idem in publica subhastatione, nu. 11.*

Idem

*Idem an dicendum in locationib. permutationib. cõ bijs, & reliquis bonæ fidei contractib. nu. 12.*
*Et quid de iure Castellæ ibid.*
13 *Actio competens ex l. 2. C. de rescin. vend. an valida sit, etiam cum iuramento, & num. 15.*
*Et quid de iure Lusitaniæ, & Castellæ.*

VT consequenter examinemus, an vendi aliquid possit maiori pretio, vel emi minori, q̃ valeat, a disputatione proposita est ordiẽdũ, in qua forũ exterius cum interiori cõscīæ cõuenit.

1 Cõueniunt † doctores, siquis vltra dimidium iusti pretij vẽdat, vel infra dimidium iusti emat, peccare, & non solum in conscīæ, sed etiã in exteriori foro, teneri ad satisfactionem. Si.n. dolus in eo contractu non intercesserit, esto quis sciens & prudẽs emptionem infra dimidij iusti pretij esse emerit, vel sciens esse vltra dimidium iusti pretij vendiderit, datur parti læsæ in exteriori foro actio ad alterum duorum sub disiunctione, nempe ad cogendum alterum, vt pretium ad iustum reducat, vel rescindat contractum, prout is, qui læsit, maluerit. Itaque qñ quis emit infra dimidium iusti pretij, cogitur, vel augere pretium vsque ad iustum, vel rescindere contractum, reddẽdo mercem, & accipiendo pretium. Qñ vero quis vendidit vltra dimidium iusti pretij, cogitur, vel restituere excessum vltra pretium iustum, vel reddere integrum pretium, & accipere mercem, vt ipse maluerit. Ita hĩ l. 2. C. de rescin. vend. c. cum dilecti, & c. cum causa de emp. & vend. l. 56. ti. 5. p. 5. & l. 4. Lusi. ord. ti. 30. in prin. & §. 1. Quòd autẽ, esto cum scientia vera, rei valoris facta sit emptio & venditio, detur prædicta actio, probat Aries Pinel. l. 2. C. de rescind. vend. p. 1. c. 2. num. 10. & sequitur Cou. 2. var. res. c. 4. num. 2. tractans contrariam sniam quam prius fuerat sequutus. Qd vero ad hæc eadem obligatio sit in foro conscientiæ, ex dicendis disputatione sequenti erit manifestum. Dixi si dolus in eo contractu non intercesserit: qm̃ si dolus ex parte lædentis intervenisset, non esset tanta libertas, ex parte illius quo ad satisfactionis modum, vt disp. 352. perspicuũ fiet.

2 Qd † ad emptionẽ infra dimidium iusti pretij attinet, conueniũt doctores, si res iusto pretio valeat solum decem, & ematur quatuor, aut quatuor cum dimidio, emptionem esse infra dimidiũ iusti pretij: quia est infra quinque, quæ sunt dimidium decem. Quo ad venditionẽ verò vltra dimidium iusti pretij, voluerunt aliqui, tunc solum esse, quando aliquid venditur vltra duplũ: vt si res pretio iusto rigoroso valeat decem, non esse venditionem vltra dimidium iusti pretij, nisi vendat plus quã viginti. Contraria tñ sententia est cõis, & amplectenda, satis videlicet esse, si vendatur vltra sex qui alterum, hoc est, vltra dimidium supra iustum, vt in exemplo proposito vltra quindecim, puta quindecim cum dimidio, aut alio maiori pretio. Ita affirmant glo. l. 2. C. de resc. vend. & gl. c. cum causa de emp. & vend. quam ibi Panor. approbat, tametsi, c. cum dilecti eo. tit. in contrariam inclinauerit sententiam. Eandem glossarũ sententiam amplectunt Sotus 6. de iust. q. 3. ar. 1. Ant. Gom. 2. to. var. res. c. 2. nu. 22. Cou. 2. var. res. c. 3. n. 8. Gutier. de pract. qq. l. 2. q. 133. & plerique alij, quos refertũ, estq; hodie definita in hoc Castellæ Regno l. 56. citata, & l. 1. ti. 11. l. 5. nouæ collect. & in Lusitania ti. citato in pri. Eadẽ snĩa corroborari potest qm̃ vt glo. l. 2. C. de resc. vend. recte ait, iuxta contrariã snĩam, venditio nõ esset vltra dimidium iusti pretij, sed vltra duplum.

3 Pretium † autem iustum rei venditæ attendẽdum est tpe, quo celebratus fuit contractus, non verò antea, aut post. Ita probant l. si voluntate in fine. C. de rescind. vendit. & c. cum causa de emp. & vend. l. 56. & Lusit. ord. loco citato, de seq; est satis perspicuum. Quia verò pretium iustũ in indiuisibili non consistit, consequens profecto est vt ad probandũ aliquid emptum esse infra dimidiũ iusti pretij, satis non sit, testes affirmare ptiũ iustum tpe contractus fuisse aliqd, comparatum, ne cuius pretium datum sit infra dimidium, sed necesse esse testificari pretium illud fuisse infimum iustum rei illius tpe contractus, aut id ex illorum testimonio sufficienter colligi: neq;.n. emptor tenebatur emere pretio rigoroso, aut medio, sed satis erat, si infimo iusto emeret. Similiter ad probandũ aliquid fuisse venditum vltra dimidiũ iusti pretij, necesse est, testes affirmare pretiũ rigorosum illius tpe contractus, fuisse tm̃, vt illius comparatione, pretium acceptum latitudinem dimidij excedat. Lege Cou. 2. var. reso. c. 3. nn. 3.

4 Si res † infra dimidiũ iusti pretij empta sit, emptorq. illam quocunq; titulo alienauit, datur vẽditori actio aduersus primum emptorẽ, vt, si rem non restituat, quia non potest, aut quia non vult eã recuperare, aut restituere, saltẽ augeat pretium vsq; ad latitudinẽ iusti: non verò datur actio tunc aduersus tertiũ possessorẽ. Ita gl. l. 2. C. de rescin. venditio. argumento quorundam iurium, quæ citat, consentit Ant. Gom. 2. to. var. res. c. 2. nu. 22. definitumq; est in Lusitanis ord. ti. citato. §. antepen. Idem existimo habere locum, qñ emptor suã sponte consumpsit, aut destruxit rem emptã: qm̃ vt in casu alienationis glossa citata recte ait, per ipsum stetit, quominus res non existeret penes se, vt reddendo illam, rescinderetur contractus, eaque de causa tenetur augere pretium vsque ad latitudinem iusti: eadem verò ratio militat, quando sua sponte rem consumpsit, aut destruxit. Vtrum aũt, in defectum emptoris, qui soluere non possit, detur actio aduersus tertium possessorem, Coua. 2. var. res. c. 3. nu. 10. cum multis alijs, dari affirmat, qñ tertius ille titulo lucrativo illam acquisiuit: dari verò, vt vel rem restituat, vel pretium vsq; ad latitudinem iusti augeat, vel si bona fide illam consumpsit, aut alienauit, ignorans venditorem defraudatum fuisse, reddat quantum ex illa factus fuit locupletior. Dari item actionẽ aduersus tertium possessorem affirmat, tum quando is infra dimidium iusti pretij illam etiã emit, tum etiam quando titulo, sive lucrativo, sive onoroso, illam acquisiuit, sed cum scientia, quòd infra dimidium iusti pretij fuerit empta: consentiquè hoc cum ijs, quæ disp. 328. de alienatis in fraudem creditorum dicta sunt; tametsi Couar. fundamenta-

fundamenti huius non meminerit, quod tamen hac in re est præcipuum.

5 Quando res † vltra dimidium iusti pretij fuit vendita, si emptor ita illam alienauit, vt habere eam non possit, aut eam consumpsit, non conceditur ipsi in foro exteriori actio aduersus venditorem, Rō est, quoniā venditor non tenetur nisi, vel ad rescindēdum contractū, vel ad restituendū pretij excessum, prout ipse maluerit: contractus autem rescindi non potest, eò quod emptor restituere non possit rem emptam. Ita communis doctorum sententia, quam Ant. Gom. nu. 22 citato & Gutier. 2. de pract. qq. q. 137. referunt, ac sequuntur. Et cui patrocinatur. l. 56. ti. 5. par. 5. tametsi, contrariū velint Cou. 2. var. resc. c. 4. in calce numeri 14. & Aries Pinel. l. 2. C. de rescinden. vend. p. 2. & 1. nu. 39. In foro tamen conscientiæ venditor restituere tenetur excessum pretij vsque ad altitudinem tantum supremi, aut rigorosi.

6 Qñ † casu fortuito res perijt, aut notabiliter deterior est reddita, siue empta fuerit infra dimidium iusti pretij, siue vendita vltra dimidium iusti, neq; emptori, neq; venditori, defraudato datur actio pp eandem rationem, quia videlicet res absque aduersarij culpa perijt, & ꝙ perierit, rescindi non potest contractus, quod eligere potest aduersarius. Ita gl. l. 2. C. de rescind. vend. & cōis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Ant. Gom. vbi supra, & Cou. 2. var. resc. c. 4. n. 14. Ariel Pinel. l. 2. C. de resc. vend. p. 2. c. 1. nu. 36. & 37. & Gutier. 2. de pract. qq. q. 137. estq; definitū. l. 56. huius Regni citata. Quo fit, vt curandum non sit, Pan. c. cum dilecti de emp. & vend. num. vltimo contrariam asseruisse sententiam, asseueraſſeque eam communem esse interpretum canonici iuris. Cou. loco citato ait, si emptor qui infra dimidium iusti pretij rem emerat, iusto pretio illam vendidisset, tunc, re perempta dari actionem aduersus primum emptorem, vt restitueret incrementum pretij vsq; ad infimum iustū, aut quantum ex eo pretio factus esset locupletior. Ratio, inquit, est, quoniam res illa manet apud primum emptorem quo ad pretiū, ꝙ pro illa accepit quare excessū, quod pro illa accepit, cogetur iustum pretium complere: placeq; nobis hæc sñia, quæ est etiam quorumdam aliorum, quos refert Cou. præterea addit, & aduersus eum, qui vltra dimidium iusti pretij rem vendidit, dari actionem, nihil impediente, ꝙ res vendita perierit: quoniam, inquit, manet apud eum excessus pretij iniusti, ꝙ pro ea accepit. Contrarium ñ sonant iura aperte, præsertim l. 56. citata, athinc atque cōis doctorū sententia: quare in exteriori foro non concederetur actio. in conscientiæ tamen foro restituere tenebitur excessum pretij, tam ipse quam, qui defraudauerit alium, emendo infra dimidium iusti pretij, nihil impediente, quod res perierit.

7 Dubium est si uenditio † rescindatur remedio legis 2. C. de rescind. uendit. an gabella debeatur, & quis eam soluere debeat. Et quidē conueniunt omnes, illam deberi: quoniam venditio non fuit conditionalis, sed pura, neque item fuit nulla ipso iure, sed valida, rescinditurque postea personalis actione læsi: quare, cum per illā ius semel quæsitum fuerit fisco ad gabellam, rescissio in fauorem læsi adimere non potest ius illud antea quæsitū. Ita Aries Pinel. l. 2. C. de rescin. vend. p. 2. c. 3. nū. 35. & Lassarte de dec. vend. c. 14 nu. 13.

Quod verò ad id attinet, quis, & quantam gabellam soluere teneatur, præter missis alijs opinionibus, quas Lassarte vbi supra nu. 14. refert, dicendum cum eodem autore arbitror. Si venditor læsus sit, emptorque reducere contractum eligat ad æqualitatem, persoluendo, quod vsque ad infimū pretium iustum deerat; tunc, cum pretium venditionis accrescat, accrescere etiam gabellam fisco soluendam. Et quia id non est noua venditio nisi ad æqualitatem, incrementum gabellæ debetur domino, & gabellario, qui erant tempore prioris venditionis, non vero ijs, qui fuerint, quādo venditio ad æqualitatem reducitur. Quia item emptor, si quam culpam priori illo modo cōmisit, solum fuit defraudādo partē pretij iusti, eamque iam modo restituit, in hoc Regno totam gabellam soluet venditor; iusta leges huius regni: in

8 Lusitania † vero, sicut emptor dimidium gabellæ soluerat, & aliud dimidium venditor, sic quoque vnus eorum soluet dimidium incrementi, & alter aliud dimidium.

Si aūt emptor fuit læsus, quia vltra dimidium iusti pretij rem emit, & venditor velit reducere ad æqualitatē contractum, restituendo excessum pretij vltra supremum iustū rigorosum, ait Lassarte vbi sup. nu. 17. obtinere fiscum debere integrā gabellā iuxta pretiū iniustū in primo contractu constitutū, pp. l. 1. n. 17. l. 9. nouæ collect. quæ statuit, vt decima totius pretij, pro quo res fuit vendita, soluatur; eo ꝙ venditio illa prima perfecta fuerit, & per eā fiscus ius ad id totū cōparauerit. Arbitror ñ id esse falsum, neq. adhærendum ita esse verbis legis, qñ rem duram, dissonamq. à recta rōne disponerent, si, vt primo aspectu sonare videntur, intelligerēt, præsertim qñ congruā habent interpretationem: ipse autem Lassarte confitetur, legem illā, vt ipse eā intelligit, durum quid continere. Quia ergo lex nō exprimit, & si pretiū publicā iudicis sñia pronunciatum sit iniustū, ex illo toto soluendā esse gabellā, neq. verisimiliter præsumendū est, legislatores id intendisse sed intendisse solum de pretio, de quo non constaret esse iniustum, eò ꝙ alioquin duram profectò & iniquam legem constituissent, quod de illis non est præsumendum; dicendum procul dubio est, per epichelam, non intelligendam eam legem de pretio, quod sñia iudicis pronunciatum sit iniustū, ac proinde de parte illa iniuste accepta vltra pretium rigorosum, restituendam esse gabellam, si illam gabellarius acceperat, idque non solū quando contractus ad æqualitatem reducitur, reddita ea parte pretij emptori, sed etiam quando dissoluitur contractus, restituente venditore integrum pretium, & recuperante rem venditam. Atque ita audio seruari in practica in Lusitania.

9 Si venditor † læsus sit, emptorq; eligat restituere rem, & accipere pretium, distinguendum est. Quoniam, vel sciens rem plus valere, eam amittam

tam exiguo pretio, vel eam emit id ignorans. In hoc posteriori euentu, cum neq; emendo, neq; rescindendo postea contractum iuxta legis præscriptum, fuerit in culpa, vtrq; in hoc regno venditor subiacebit damno gabellæ, quam persoluit, in Lusitano verò, cũ dimidium soluerit emptor, & dimidium venditor, vnusquisq; eorum subiacebit damno partis, quam soluit. In priori verò euentu, cum emptor in culpa fuerit eundo cũ vili pretio, fumo fratrem defraudando, ipse, vltra pretium, persoluet venditori gabellam, quã venditor soluerat, argumento l. debet, in fi. ff. de ædilitio edicto, quæ disponit, quũ contractus rescinditur, quia vẽditor sciens, rem vitiosam esse, illam vendidit, teneri, vltra pretium restituere emptori, id quam gabellam propter eam emptionem emptor soluerat; eadem verò ratio est in re de qua disputamus.

Quæst. Si verò emptor fuit læsus, & venditor eligat restituere pretiũ, & accipere rẽ, & sciens rẽ minus valere, nã vẽdidit, ipse solus subiacere debet gabellę damno, propter ea quæ proximè dicta sunt. Si verò id ignorans illã vendidit, in Castellæ Regno ipse solus subiacebit damno integræ gabellæ, quæ iuxta iura eius regni ipse solus eã soluit, ipsaque electio contractus rescissionẽ, neq; emptor fuit ei in culpa. In Lusitania verò vnusquisq; eorum subiacebit damno partis, quam soluit, venditor quidem propter ea, quæ proximè dicta sunt in Castellæ iuris dicta sunt; emptor verò, qm̃ venditor in nulla fuit illi culpa, vt loco illius soluere teneretur partem gabellæ, &c.

10 Verum † tãm, qm̃ restituenda est res infra, aut vltra dimidium iusti pretij empta, restituenda sit cum fructibus ex ea perceptis? Ant. Gom. 2. tom. var. res. c. 2. nu. 24. Gutier. 2. de pract. qq. q. 134. & plerisq; alijs quos idẽ Gutier. & Cou. 2. var. res. c. 5. nu. 9. referunt, negantes respondent, atq; hãc opinionem fatetur Cou. loco citato in praxi esse receptam. Ratio est, qm̃ emptor dũtaxat comparauit res ita empta; & si ante contractus rescissionem perijsset, vtiq; ipsi perijsset: ergo interim dũ contractus non est rescissus, facit fructus suos.

Præterea, qm̃ venditor toto eo tempore potitus est pretio, neque iam hodie cum vsuris tenetur illud restituere, vt Cou. ipse confitetur: ergo æquitas in recompensationẽ postulat, vt emptor fructus ex re ita empta perceptos sibi retineat. Cou. tamen cum quibusdam alijs, & Gre. Lopez ad l. 56. citatam verb. *desamparar la cosa*, inclinat, fructus etiam esse restituendos. Mihi tamen plus Antonij Gomez & Gutier. opinio probatur, præsertim quando res vendita fuisset vltra dimidium iusti pretij, & contractus, eligente id venditore, esset rescindendus: vltra rationes quippe propositas, sane æquitas non patitur, vt emptor potius sit toto eo tempore pretio tam excessiuo, neq. vsuras illius reddere teneatur, & nihil minus recipiat rem cum fructibus omnibus ex ea perceptis, aut ex pretio detrahere debeat æstimationem illorum. Est etiam mihi probabilis valde eadem opinio, quando res empta fuit infra dimidium iusti pretij, contractusque rescindendus est, eligente id emptore, saltem vt non omnes fructus restituere teneatur, sed ad summum pro rata, iuxta

Decis. 56.

quantitatem defectus pretij vsq; ad latitudinem iusti. Neque enim plus æquitas postulat, neque humanum ius quicquam in contrarium statuit. Accedit in confirmationem eiusdem sententiæ tum quòd in praxi sit recepta, vt Cou. fatetur, neque vsuræ pretij sint hodie in recompensationem restituendæ: tum etiam, q̃ in dubio melior sit conditio eos fructus possidentis. Atque hoc mihi plus placet, quàm emptori esse restituendum interesse pretij, seu lucrum ex illo cessans, vt vult Gutier. vbi supra, q. 135. Verum autem, si contractus rescindatur, & expensæ factæ sint ab emptore, ad melioramenta, in re empta, soluenda illi sint, & num ex illis deducendæ sint fructus ab emptore ex re empta percepti, cõmodius disp. 463. dicetur.

11 Etiam † si res aliqua in publica subhastatione uendita sit infra dimidium iusti pretij, locum habent, quæ hactenus dicta sunt. Ita Ant. Gom. ubi supra, nu. 13. & doctores cõiter, consonatque l. 5. quos C. de rescind. uend. & est definitũ in hoc Regno l. 11. tit. 11. l. 5. nouæ collect. & l. 4. Lusit. orditio 30. §. vltim. Vbi additur, si postquã de mandato iudicis res aliqua sub hasta toto tempore ordinariis constituto proclamata est, de iudicis mandato significetur dño rei pretium, quod pro ea inuenitur, & ut uideat, an uelit debitum soluere, quod si, expectatis octo, aliis diebus, dominus rei debitum non soluerit, resque uendita fuerit, neque domino rei, neque emptori, concedi posteà actionem ex eo, quòd res empta, aut uendita, fuerit infra, uel ultra dimidium iusti pretij. Memento autem, iustum pretium rei in publica subhastatione venditæ, æstimandum eo pacto esse, quo disputatione præcedente explanatum est. Ius Lusitanũ.

12 Prædicta locum † habent, nõ solum in emptione, & uenditione, sed ẽt in locationibus, permutationibus, cambijs, & in reliquis bonæ fidei contractibus. Ita probat l. maioribus. C. cõia utriusque iud. & affirmat cõis opinio q̃ Ant. Gom. ubi supra, num. 22. refert, & Aries Pinel. l. 2. C. de rescind. uend. p. 1. c. 3. nu. 17. estque definitum in hoc Regno l. 11. tit. 11. lib. 5. nouę collect. & in Lusitano tit. 30. citato. §. 2. Ab hac doctrina in hoc Regno excipiuntur locationes, & conductiones reddituum Regis: in his. n. contractibus sancitũ est, vt neq; ex parte ministrorum Regis locantium, neq; ex parte conducentium, eiusmodi redditus locum habeat remedium legis. 2. C. de rescind. uend. ita hẽ. l. 14. & 15. tit. 9. lib. nouæ collect. Excipitur etiã, qm̃ opifex aliquis seipsum locauit ad aliquid ædificandum, aut conficiẽdum, certo aliquo pretio: hic enim posteà non auditur, esto dicat se esse deceptum infra dimidium iusti pretij. Ita habetur l. 3. titu. 11. lib. 5. nouæ collect. Dubium uero est, utrum transacto locationis tempore, fructibusq; iam non existentibus apud conductorem, locum habeat remedium hoc. Aluar. Valas. de iure emphy. q. 28. cum quibusdam alijs negat: quoniam, inquit, iam non est locus reo, ut eligat rescissionem contractus: ei uero optio datur, ut id eligat, uel reducat contractum ad æqualitatem. Atque ita ait uidisse non semel iudicatũ: tametsi addant, communiter iudicari in contrarium. Ius Castellæ.

rium. Aries verò Pinel. l. 2. C. de rescin. vend. p. 1. c. 3. num. 20. Gutier. 2. de pract. qq. q. 138. & alij: locũ habere affirmant, magisq; id esse in praxi receptũ. Atq; in hanc sententiã inclino, tanquã in æquiorẽ, & magis piam: & quoniã id credendum sit responsuros legislatores, si interrogati fuissent, idque postulat natura illius contractus; alioquin inutilis ferè esset extensio remedij illius legis ad contractum locationis, præsertim quando fructus rei locatæ est solus vsus illius.

13 † Actio de qua hactenus loquuti sumus, de iure communi, iuxta Pan. c. cum causa. de emptio. & vend. & communem doctorum sententiã, quàm Ant. Gom. nu. 22. citato refert, ac sequitur, conceditur triginta annis a die contractus celebrati. Lege etiam Couar. 1. var. resol. c. 2. nu. 13. & lib. 2. c. 3. §. vlt. De iure verò Lusitano solum conceditur intra quindecim annos, siue per partem læsam, siue per hæredes illius, intentetur. Ita habetur tit. 30. citato §. 3. De iure autem Castellæ solum conceditur quadriennio, vt habetur. l. 1. tit. 11. lib. 5. nouæ collect. Atque in Gallia decennio, vt ex Carolo Molin. Couar. nu. 13. citato refert.

In Lusitania, esto quis renũciet beneficio agẽdi hactenus explicato, & esto in contractu dicat, se donare excessum, aut defectum iusti pretij, atque esto dicat se scire rem plus, aut minus valere, probarique ei possit contractus tempore, verum rei valorem agnouisse; potest nihilominus agere perinde ac si nihil horum interuenisset. Hæc omnia habentur 4. lib. ord. ti. 30. §. penult. Quod ad ius Castellæ attinet, res hæc non est adeo perspicua: idem verò suadere videtur l. 56. tit. 5. par. 5. dum statuit, si interueniat iuramentum factum ab emptore, aut venditore, qui quatuordecim ætatis suæ annos excedat, quo se astringat, esto plus, vel minus, res valeat, se nunquam intentaturum prædictam actionem, validum id esse, nec posse intẽtari: quibus verbis innuitur, minorem firmitatẽ, quàm iuramenti, ad id non sufficere. Quod attinet ad ius cõe, Ant. Gom. c. 2. citato, nu. 26 idem, quod de iure Lusitano, vim habere affirmat. In

14 † primis, qm̃, qua facilitate adduceretur quis ad vendendum infra dimidium iusti pretij, aut ad emendum vltra dimidium iusti pretij, eadem adduceretur ad renunciandum beneficio legis 2. C. de resc. vend. & ad dicendum, se donare incremẽtum, aut decrementum, vsq; ad iustum, quare insufficienter esset prouisum l. 2. citata. Atque argumento a simili confirmatur hoc ipsum, ex l. si mulier. 2. C. ad Veleia. & ex l. doli. §. diuersum. ff. de nouationibus. Deinde, qm̃ l. vlt. §. item quæsitum. ff. de condict. indebiti, sic ait Sceuola. *Item quæsitum est, an pactum, quod in pactionibus scribi solet in hunc modum, ex hoc contractu nullã inter se cõtrouersiam amplius esse, impediat repetitionẽ. Respon. Nihil proponitur impedire.* Ex quibus verbis constat, eiusmodi renunciationes nihil impedire, quominus intentari possit actio, non secus ac si factæ non essent. Atq; idem, aduersus cõem opinionẽ, cẽsent Aries Pinel. ad l. 2. C. de rescind. vend. p. 1. c. 2. a nu. 20. Cou. verò 2. var. resol. c. 4. a nu. 1. cõ latè disput. Atq; in primis censet, renunciatione in genere: non impediri actionem ex l. 2. C. de rescind. vend. eaque est vna ex interpretationibus, quas §. quæsitum est, adhiber, quòd. l. loquitur de renunciationibus in genere, secus in particulari. Deinde verò censet, renunciatione in particulari legi secundæ. C. de rescind. vend. aut etiã donationes excessus, aut defectus, pretij vsque ad iustum, impedire actionem, hancque ostendit esse cõem Bart. & aliorum opinionem, id quod non diffitetur Aries Pinel. loco citato. Quin & conditores Lusitanorum ordinationum hoc ipsum asseuerandum censuerunt stando in iure cõi dum. §. penultimo; post dispositionem relatam, addunt, esto in his euentibus aliud de iure communi sit dispositum Cou. hanc opinionem cẽsent limitandum, vt quando excessus sit notabilis, aut enormis, infra, aut vltra dimidium iusti pretij, renunciatio in particulari, aut donatio, non impediat actionem ex l. 2. C. de resc. in. vend. referique ita in hoc Regno, atque alibi, in praxi fuisse iudicatum. Elige quod malueris. Illud admonuerim, in conscientiæ foro, etiam in Lusitania, si de verò animo donandi excessum, aut defectum, pretij constet, locum non habere actionem: in exteriori verò foro, quoniam præsumitur eiusmodi renunciationes, aut donationes, non esse liberas, sed involuntarias mixtè, nullæ pronunciantur in Lusitania, & de iure communi res est controuersa, vt relatum est, & quando coniecturæ sunt, donationem esse inuoluntariam conceditur actio, etiam a Cou. & ab alijs autoribus communis opinionis, stando in solo iure communi.

Ius Castellæ.

Ius cõmune.

15 † Qm̃ quis iurasset non intentare actionem ex l. 2. aut non contrariari contractui: siquidem animo verè donandi id fecisset, stare teneretur omnino iuramento, neque posset illi relaxari, vtpote sitè factum. Excipe in Lusitania, vbi eo ipso esset irritum, nisi ex Regis facultate esset factum, vt alibi dictum est. Si verò non animo verè donãdi esset adhibitum, seruandum ẽt esset, interim dum relaxatio illius non obtineretur, eò q̃ esset de re licita ex parte iurantis: attamen peti posset relaxatio: non secus ac quando quis iurauit se soluturum vsuras. Excipe in hoc Castellæ Regno, si iuramentum præstitum si a maiori quatuordecim annis, iuxta l. 56. citatam: quia tunc actio non datur in exteriori foro, eò q̃ censeatur renunciatum cum iuramento remedio legis 2. C. de rescind. vend. eaque ratione denegatur actio. Atque eadem est de iure communi, iuxta glossam l. 2. C. de rescind. vend. Bar. & communem doctorum sententiam, quam referunt ac sequuntur Cou. c. 4. citato, nu. 5. Quamuis pactum p. 3. §. 4. num. 4. Aries Pinel. l. 2. C. de rescind. vend. p. 3. c. 1. a nu. 1. Gutier. in authentica sacramenta puberum, numero 89. Molina lib. 2. de primog. cap. 3. nume. 18. & alij excipiunt hi doctores, Greg. Lopez l. 56. citata glossa vlt. & plerique alij, quos citant, nisi læsio sit enormissimas: tametsi Aries Pinel. vbi supra nu. 7. & 8. non approbet distinctionem de læsione enormissima, & non enormissima, vltra dimidium iusti pretij. De hac tamen re sermo redibit disp. 374.

Lici-

Digitized by Google

# Licitene possit aliquid vendi maiori pretio, quàm valeat, aut emi minori, quando non est vltra, aut infra, dimidium iusti pretij.

## DISPVTATIO CCCL.

### SVMMARIVM.

1 *Vendens rem maiori pretio, quam valeat, aut emēs minori, an peccet, ita quod teneatur in foro cō scientiæ restituere, vel supplere vsq; ad iustum pretium.*

*Quod sic, nu. 3. ex communi.*

2 *Ementes, & vendentes licitè possunt se circumuenire.*

4 *Emptio, & venditio, & similes contractus pro cō muni vtilitate introducti.*

5 *Vendens bona fide cum ignorantia probabili rem vltra iustum pretium, licèt non peccet, tenetur tamen restituere quamprimum scierit.*

*Declara tamen, & intellige, vt ibi.*

6 *Ementes, & vendentes. seipsos decipientes infra, vel vltra iustum pretium, quare ius ciuile, & canonicum permittat.*

7 *Minori, & Ecclesiæ æsis vltra, vel citra iustū pretium, datur restitutio in integrum.*

CIrca disputationem propositam conueniunt doctores, qñ dolus in contractu nō interueniat, in exteriori foro, tam seculari, quā ecclesiastico, non dari actionem, iuxta iura canonica & ciuilia disputatione præcedente citata, quæ solū illā concedunt, qñ læsio est vltra, aut infra dimidium
Quæst. 1 iusti pretij. Controuertunt † rñ, an nihilominus interueniat peccatum cum restituendi onere in foro conscientiæ vsque ad limites iusti pretij.

Dur. ordinis minorum, vt Conra. de contract. q. 57. & D. Anto. 2. par. tit. 1. c. 16. §. vlt. referunt, asseuerauit, ementes, aut vendentes, illo modo, neque peccare, neque ad restitutionem teneri: in eadem que sententia fuere quidam iurisperiti, quos Couar. 2. var. resol. c. 4. nu. 11. citat.

Suadere autem possumus hanc sententiā. Primo, quoniam tam iure ciuili, quam canonico, id permittitur, vt constat l. 2. & l. si voluntate, C. de rescind. vend. & c. cum dilecti, & c. cum causa, de emptio. & vend. vsque adeo verò permittitur, quod si ita defraudans conueniatur in iudicio absoluetur: cum ergo, quod legis autoritate fit, iustè ac licitè fiat, consequens est, vt in eo nullum interueniat peccatum, neque inde vlla restituendi obligatio consurgat.

Confirmatur hæc ratio, quoniam lex humana potuit iustè in pœnam, atque ad vitandas lites, & pericula animarum, statuere, vt qui eo mō quempiam defraudaret, restituere non teneretur: quēadmodum statuit legem præscriptionis, quæ vim habet in foro conscientiæ.

Secundo, qm̄ l. in causæ. §. idē Pōponius, ff. de minorib. & l. item si pretio, §. quēadmodū, ff. locati, hf, licere naturaliter † ementes, & vendentes se circunuenire: & quod pluris est, minoris emere, & quod minoris est, pluris vendere: ergo, qui emēdo, aut vendendo, egreditur latitudinē iusti pretij, neq; peccat, neq; ad restitutionem tenetur.

Confirmatur ex illo cōi iurisperitorum proloquio; tm̄ valet res quantum vendi pōt, quod doctores notant ex l. pretia rerum, ff. ad l. Falcidiam, tum ibi, tum alibi sæpe, itemq; ex l. in re. C. mandati, quæ habet, *In re sua vnusquisque est moderator, & arbiter*: ergo pro re sua licite petere, & accipere poterit excessiuum pretium.

Gerson de contractib. & in suis floribus asseruit, ita ementem, aut vendētē, peccare quidē, sed restituere non teneri. Id sibi persuasit, qm̄ nō peccat contra iustitiā; eo q̄ volenti, ac consentienti iniuria non fiat. Præterea, quoniā eiusmodi contractus irritus non est ciuili, aut canonico, iure, sicut est, qñ aliquid emitur infra dimidiū iusti pretij, aut venditur vltra dimidium iusti pretij.

Communis rñ theologorum, ac iurisperitorū sententia meritò asseuerat contrarium. Nempe,
3 † egredientem limites iusti pretij, aut valoris rei, Decis.
emendo, vendendo, locando, permutando, aut quencunque alium contractū celebrando, peccare, restituereq; teneri vsque ad latitudinem iusti pretij, aut valoris, rei esto egressus non sit infra, aut vltra dimidium iusti pretij. Erit aūt lethale, aut veniale peccatum, pro quantitate egressus a iusto pretio. Ita D. Tho. 2. 2. q. 77. art. 1. Caiet. in opus. 17. respons. c. 12. dub. 3. Conra. de contract. quæst. 57. & 58. & latius ac melius in summa totius operis, in additione post summam quæst. 57. Io. Med. de rest. quæst. 32. Sotus 9. de iust. quæst. 3. ar. 1. Nau. c. nouit. de iud. Notab. 6. a nu. 47. & in Manu. c. 23. a nu. 77. Cou. 2. var. res. c. 4. n. 11. & plurimi alij, quos Couarr. & Nauar. citant. Potest autem probari primo, ratione D. Tho. Quo-
4 niā † emptio, & venditio, cæteriq; cōtractus, similes, pro cōi vtilitate sunt introducti, vt Aristot. 1. Polit. est autor, quatenus videlicet vnus indiget re alterius, & è contrario: quod autem pro communi vtilitate est introductum, esse non debet in grauamen vnius potius, quam alterius, iure naturali id efflagitante, quod præscribit, vt, quod tibi rationabiliter non vis fieri, alteri non facias: esset autem in grauamen vnius potius, quam alterius, nisi æqualitas seruaretur inter rem, & pretiū, aut inter quascunque res alias, quæ commutarentur, quod vtique contra iustitiam esset commutatiuā, cuius est constituere æqualitatem in commutationibus quo fit, vt egressus quicunque a latitudine tota iusti pretij, sit peccatum contra iustitiam cōmutatiuam, atque adeò vt, quod ita defraudatum est, restitutioni sit obnoxium. Secundo probatur ex illo 1. ad Thessalon. 4. *Nequis supergrediatur, neque circunueniat in negotio fratrem suum, quoniam vindex est Dominus de his omnibus*. Supergrediatur, ait Paulus, vendendo scilicet rem plus, quam valeat, aut quouis alio modo inæqualiter per excessum rem cum illo commutando. Et August. 13. de Trinit. c. 3. *Minus*, inquit, *vel seipsum intuendo, vel alios quoque experiendo, nili emere, & care-*

Digitized by Google

*& care vendere, omnibus credit esse commune. Sed quoniam re vera vitium est, potest quisque adipisci eiusmodi iustitiam, qua ei resistat.* Ecce Augustin. tamquam vitium iustitiæ contrariũ id condemnat. Subiungit autem, se scire hominem, qui multo maius pretium dedit pro quodam codice, quàm venditor, ptet ignarus, ab eo postulasset: multi autem arbitrantur, hominem hunc fuisse ipsummet Augustinum. Tertio idem probatur, quoniam, vt autores contrariæ sententiæ confitẽtur, habetque ciuilis, ac canonici iuris dispositio, siquis id, quod pretio rigoroso ad summum valebat decem, vendat pro sexdecim, restituere tenetur latitudinem totam, quæ est vltra decem; eò quòd vendiderit vltra dimidium iusti pretij: ergo quo ad totam eam latitudinem peccauit contra iustitiam; alioquin, si non quo ad eam totam latitudinem peccasset contra iustitiam, sed solum quo ad excessum vltra dimidium iusti pretij, solum teneretur restituere vnum: quicquid ergo pro ea re accipitur, vltra decem, totum accipitur contra iustitiam, obnoxiumque est restitutioni: mirum quippe esset, siquis, pro re valente solum decem, acciperet sexdecim, teneri eum restituere sex: si verò solum acciperet quindecim, ad nullã restitutionem teneri.

5 Illud † meritò admonent doctores communis sententiæ, siquis bona fide, cum probabili ignorantia, egressus esset latitudinem iusti pretij, quãuis non peccasset, excusante illum ignorantia, teneri tamen postea, quando id comperiret, restituere, quod ita esset egressus. Ita Conr. Couar. Navar. & Medin. locis citatis. Obserua tamen, si excessum bona fide consumpsisset, solum teneri, quatenus ex illo esset factus locupletior: eo quòd non teneretur ex parte iniustæ acceptionis, sed ex parte solùm rei acceptæ. Illud addunt, siquis in dubio, an limites iusti pretij egrediatur, aliquid accipiat, peccare ita accipiendo, teneríque postea restituere, nisi compertat se non fuisse egressum. Dicerem tamen non peccare, si firmo, ac certo animo, tum examinandi postea, an id egressio sit limitum iusti pretij, tum etiam restituẽdi, siquid compererit fuisse egressum, illud accipiat.

6 Ad primum † argumentum pro contraria sententia dicendum est, neque canonicum, neque ciuile ius, id permittere tamquam licitum, sed solũ ad vitandas lites, & maiora mala, id non impedire, nec concedere ad id resarciendum actionem, eo modo, quo lupanaria permittuntur, non tamquam licita, sed ad maiora mala vitanda. quo fit, vt asseuerari non possit, id legis autoritate fieri; quippe cum lex id non approbet, sed solum iusta de causa, nec puniat, nec impediat. In eodem etiã sensu, qui defraudauit, sed non vltra, aut infra, dimidium iusti pretij absoluitur in iudicio; quia, ad vitanda maiora mala, neque punitur, neque cogitur, vel rescindere contractum, vel satisfacere vsque ad limites iusti pretij; non tamen quasi factum illius in iudicio approbetur, iustum ve, aut licitum, pronuncietur.

Ad confirmationem negandum est antecedẽs quando defraudatio esset cum mala fide. Tunc enim lex foueret peccata, & esset iniqua: sicut inq. quæ iudicatæ sunt leges ciuiles quæ cum mala fide præscriptionem concedebant, iureque canonico sunt abrogatæ. Deniq; quicquid sit, vtrum lex humana id posset concedere, quando defraudatio esset cum bona fide, quod rarò contingeret. neque sufficienter posset constare; nihil tamen ea de re compertum ad hanc vsque diem statutum; quo circa standum est iuri naturali paulo ante explanato.

Ad secundum respondent Cou. 2. vari. res. c. 3. nu. 2. iurisconsultos eos in iuribus loqui de circũuentione intra limites iusti pretij. Id tamen ineptè appellatur circumuentio, vt ex se liquet; neque credo eum esse sensum illorum verborum, tametsi multi eo modo iura illa interpretentur, quare magis placet dicamus, sumi ibi naturaliter, vt est idem quod gentium iure: in eo verò sensu dici licere, quia permittitur, & relinquitur impunitum: neque enim vlla vnquã fuit natio, quæ pro quacunque pretij aut valoris defraudatione actionẽ concederet. Atque hanc expositionem nõ respuit ibidem Cou. in postrema editione. Quòd si iurisconsulti illi consueuerunt, id licitum esse iure naturali presse, ac propriè sumpto, sanè errauerunt turpiter, neque standum est illorum sententiæ, sicut etiam errauerunt admittentes præscriptionem cum mala fide tamquam licitam.

Ad primam partem confirmationis dicẽdum est verum esse proloquium illud, si intelligatur, quantum res vendi potest intra latitudinem pretij iusti: solum enim eo intendunt pretium iustũ non consistere in indiuisibili. Ad secundam partem dicendum est in ea lege solum haberi, dominum suæ propriæ rei in eo sensu esse moderatorẽ, & arbitrum, quod potest de illa disponere in suũ præiudicium prout voluerit; mandatarius verò non item, sed tenetur de culpa: inde verò perperã colligitur, dominum vendere posse licitè, ac iustè rem suam vltra pretium iustum.

Ad primum, vnde Gerson fuit ductus, dicendum est, quamuis volenti, & consentienti iniuria non fiat, quando vult omnino voluntarie, fieri tamen quando vult voluntariè mixtè, agiturque de excessu, quẽ in eo modo inuoluntarie det gratis; vt ex ijs, quæ in materia de vsura sæpe dicta sunt, liquet.

Ad secundum dicendum est, neq; cõtractum, in quo quis decipitur vltra, aut infra dimidiũ iusti pretij, irritum esse in iure, sed concedi actionẽ, vt, qui læsus est, vel illud rescindat, vel reducat ad æqualitatem. Præterea, quòd contractus iniustus in se irritus sit, vel non, impertinens est, vt restituendi obligatio consurgat, aut non cõsurgat, maximè in conscientiæ foro.

7 Illud † obserua, minori, ac Ecclesiæ, defraudatis, non vltra, neque infra dimidium iusti pretij, quamuis non concedatur beneficium l. 2. C. de rescind. vendit de quo disputatione præcedente dictum est, concedi tamen beneficium restitutionis in integrum, si notabiliter læsi sint.

Eu-

Euentus, in quibus, sine iustitia & restituendi onere, transgressio fit pretij, alioquin iusti. Et num mercator, qui infimo pretio vendidit, & partem mercis nõ reddidit, quę decrat vsque ad pretium rigorosum, restituere illam teneatur.

## DISPVTATIO CCCLI.

### SVMMARIVM.

1 *Emptio & conductio quibus casibus minori pretio quam iustum est, licita sit.*
2 *Venditio & locatio quando licita sit vltra iustum pretium.*
3 *Venditor an ratione affectionis particularis quam habet ad rem possit aliquid vltra iustum pretiũ accipere.*
4 *Donatio excessus, aut defectus in emptione & venditione, & alijs similibus contractibus quando præsumatur.*
5 *Mercator vendens infimo pretio eius merces, & partem mercis retinens vsque ad pretium rigorosum, an peccet, & restituere teneatur.*

QVando emptio, aut cõductio, vtilis esset venditori, vel locatori, emptori verò, vel conductori minus vtilis, aut molesta, caritate autẽ ductus, aut precibus vẽditoris, vel locatoris, emeret,
1 aut cõduceret; tũc † fas illi esset minori pretio, q̃ alioqn iusto, emere, aut conducere, ꝙ tñ iustũ esset cõparatione ipsius, spectatis circũstãtijs oĩbus concurrẽtib. iuxta quas, arbitrio prudentis, est iudicãdũ, quantũ minuere liceat de pretio alioquin iusto. Exemplum est in eo, qui, rogatus conducit operas pauperis pro sustentatione illius, aut modico alio pretio, vt ille habeat vnde sustentetur. Ita Med. de rest. q. 32. versus. 6. §. circa secundũ, Cõrad. de contract. q. 57. & 58. Syl. verb. emptio. q. 7, Na. in Man. c. 23. n. 84. & Sot. 6. de iust. q. 3. ar. 1.

Ratio autem est, tum quoniam decrescit pretium, alioquin iustum, ex eo, ꝙ emptor, aut cõductor, ea re non indigeat, aut molestum illi sit emere tunc, vel conducere, vt priores quatuor autores citati affirmant. Tum etiam, quoniam, abundante tunc copia venditorum, aut se locantium, illisque se offerentibus ad vendendum, aut se locandum, neque existentibus alijs, qui emere velint, aut conducere, vilescit pretium vt Sotus ait. Malè tamen negat, ex illo alio capite decrescere etiã pretium, vt illi alij doctores affirmant.

2 E contrario, si res, quæ † venditur, aut locatur, plus valeat venditori, aut locatori, quam pretium commune iustum, quia videlicet, si eam a se abdicet, lucrum ipsi cessat, aut damnum sibi emergit, accrescere potest in pretio, quantum hæc æstimabuntur: modo tamen id emptori, aut conductori significet, gratia videlicet lucri cessantis, aut damni sibi emergentis, incrementum illud pretij postulare: emptorq; aut conductor consentiat: fortasse n. emptor, aut conductor, solam rem, aut vsum illius, vult emere, non verò lucrum illud cessans, aut damnum emergens, ex quo nullũ emolumentum ipsi aduenit, quodque emere non tenetur, esto rem emere, aut conducere, intẽdat. Præterea, vt pretium ea de causa augeri atque accipi possit, necesse est, vt venditio, aut locatio, fiat in emptoris, aut conductoris, gratiam, vt illi subueniatur, aut, vt mos erigatur: si enim venditor, aut locator, rem exponeret venditioni, aut locationi, quia ipse indigere pretio, tunc quia gratia sui vendit, non potest accipere pretium propter lucrum, ꝙ inde ipsi cessat, aut damnũ, quod emergit. Lege quæ a disp. 315. hac de re dicta sunt.

3 Vtrum autem † ratione affectionis particularis, quam venditor ad rem, quæ venditur, habet, possit accipere aliquid vltra iustum alioquin pretium. Naua. nu. 84. citato, quem multi postea sequuti sunt, affirmat: quia pretio est æstimabile priuare se re, ad quam tantopere afficitur. Sententia hæc intelligenda est, q̃n venditor non leuiter est affectus ad rem, quam vendit; & præterea non æquè, sed longè minus, afficitur ad pretium iustũ rigorosum illius. Si. n. æquè ad pretium afficeretur, compensatio fieret priuationis rei, ad quam afficiebatur cum voluptate æquali ex pretio commensurato ac iusto. Item intelligenda est, q̃n ipse non exponeret rem illam venditioni, oblataq. sibi emptione iusto pretio rigoroso, nollet vẽdere, rogatusq; in emptoris gratiam consentiret venditioni. Præterea intelligenda est, modo emptor intelligat, se, vltra rem pretio rigoroso emere etiam affectum venditoris ad rem illam: forsan. n. emere id non vult, sed solam rem, neque iustè vendi potest ignoranti se illud emere. Quia ergo hæc omnia rarò contingent consulendum est, ne vltra pretium rigorosum ea de causa ascendatur, præsertim cum id iniustitiæ habeat speciem, generareq; possit scandalum.

4 Illud est † obseruandum, quanuis regulariter in emptionibus & venditionibus, locationibus, & reliquis onerosis contractibus, præsumẽda nõ sit donatio excessus, aut defectus a latitudine iusti pretij; nihilominus, si contrahentes sciant valorẽ rerum, & neuter necessitate aliqua cum altero cõtrahat, neq. interueniat vis, metus fraus aut aliud simile, præsumi tunc potest donatio, si aliquis defectus, aut excessus, a latitudine iusti pretij interueniat. Ita Nau. c. nouit. de iud. notab. 6. num. 61. post Conr. de contract. q. 57. & 58. & Med. de restit. ad finem, q. 31. quicquid aliqui dixerint, quos Nau. cit. Secus autẽ esset, si quis, necessitate pressus, venderet, esto alius emeret, venditore ad id instigante atq; esto emens illi diceret, rẽ plus valere, sed se nolle emere maiori ptio, nisi fortè res sub illo vendẽdi modo nõ plus valeret pretio infimo, vel essent apertè cõiecturæ veri animi donandi, ꝙ res aut valeret, q̃ pretium, quod pro ea dat.

Quod ad id attinet, quod in posteriori disputationis parte est propositũ. Nõ defuit, qui propẽderet, in eo euẽtu nõ interuenire peccatum contra iustitiam sed solum contra fidelitatem, neq; consurgere obligationem restituendi. Proponit † au-
5

tem casum in eo, qui, cū vlna pānī pretio infimo venderet viginti quatuor argenteis, medio verò viginti quinque, & rigoroso viginti sex vendidisset; sex vlnas viginti quatuor argenteis, meritus est solū quinq; cum dimidia, aut aliunde occultā cōpensationem fecit duodecim regaliū. Ducitur, vt in hanc sniam propendeat. Primo, qm̄ doctores cōiter dicunt, licitum esse carius vendere intra latitudinem iusti pretij, si quidem seruatur æqualitas & iustum pretiū. Qđ aūt conuentio expressa minoris vendendi præcesserit, solū probat, peccasse aduersus fidelitatem ob dolum, non tn̄ contra iustitiā. Neq; emptor est rationabiliter inuitus de excessu pretij, quia, ex quo vult emere, non fit ei iniuria, quod res illi iusto pretio vendatur.

Decif.

Secdo, quoniā si quis, iustū pretium ignorans, daret viginti sex regales pro vlna, nō tenetur venditor aliquid ei restituere, idq; non alia de causa, nisi qa vendidisset pretio iusto, tametsi supremo.

Tertio, quoniā si quis necessitate coactus, sciēs prudēs, daret viginti sex regales pro vlna, tutus esset venditor in conscientia: at, si iustum non esset pretiū, nō excusaret venditor ex eo, q̄ alter sciens & volēs daret, eo quod necessitate coactus det. Si igitur, addit hic autor, in his euentib. venditor est a restitutione immunis, qa non iniusto pretio vēdit; ergo similiter qn̄. pactum præcessit si quidem tantundem, & non plus, accipit. Quod n. pactum expressum præcesserit, non facit ad iustitiam dati & accepti, sed solum ad fidelitatem & veracitatē, qua ratione venditor peccat frangendo fidelitatem, & verba solida non faciendo. Post hæc autē omnia idem autor addit, Cogita.

Non dubito, falsam esse hanc sententiam, & quæ peccatis, atque iniustitijs, viam sternat. Ne ergo confessarios, ac pœnitentes, decipiat, libuit ad longum illam referre, atque ad singula respondere. In primis hic autor non attendit, emptionē ac vēditionē mutuo consensu ementis ac venditis perfici; neque tunc fieri, qn̄ merces traditur & recipitur pretium; sed antea mutuo consensu contractum illum fuisse consummatum: ea autem est natura contractus, vt, postquam ritè est consummatus, ex iustitia vtrunque contrahentium obliget, id q̄ non solum conuenit onerosis cōtractibus, sed ēt lucratiuis: eo enim ipso, quod quis ex liberalitate, obligare se intendens, promisit, si donatarius acceptauit, ex iustitia tenetur promittēs implere contractum, vt in materia de promissionib. & donationibus ostēsum est: quare eo ipso, quod vlna panni viginti quatuor argenteis est vēdita, quēadmodū emptor de iustitia tenetur stare contractui, viginti quatuor argenteos pro vlna reddendo: ita de iustitia tenetur venditor stare contractui, reddendo vlnam pro illis duntaxat argenteis; esto infimū pretium iustū vlnæ sint: quare, si quid defraudet, vel de merce constituta, vel occultè de bonis ementis accipiendo, contra iustitiā commutatiuam peccat, restituereq; tenetur, neq; vllus, vnquam fuit, qui contrarium asseruerit, verève potuerit affirmare. Deinde hic autor non attendit, quando quis non stat pacto, seu cōtractui, ex iustitia obligāti, qualis est emptio & vēditio, dupliciter peccare, vt disp. 262. explanatū est, contra iustitiam videlicet, dum non implet contractum, vt ex iustitia tenetur illudve transgreditur, quod ex suo genere est culpa lethalis, vt ibi dictū est & contra fidem, seu fidelitatem datā, quæ fundamentum est iustitiæ, & latius, quam iustitia, patet. Imò vero Caiet. arbitratus est, quando fides tali contractu datur, distinctam non esse a iustitia, qua ex eo contractu quis tenetur, infidelitatēque distinctam similiter non ab iniustitia, qua eidem contractui non statur. Præterea non aduertit idem autor, aliud esse, interim dum contractus celebratur, integrum esse vtrique contrahentium non velle cum altero conuenire, nisi in quo pretio ipse maluerit intra latitudinem iusti: aliud verò, postquam contractus est celebratus, mutuoq; consensu in pretio certo intra latitudinē iusti conuenerunt, iustitiam non pati aliquid insuper pro merce occultè accipi: id. n. proculdubio iniustitia, quin & furtum est. Si. n. taxatio pretij per publicam potestatem, tantum vim habet, vt acceptio maioris pretij pro merce, iniustitia sit, cum restituendi onere, quanto magis id efficiet contractus emptionis & venditionis mutuo vtriusque consensu in aliquo certo ac determinato pretio intra latitudinem iusti consummatus, ac perfectus.

Deinde sic licet argumentari. Vnusquisque habet ius nollēdi emere a priuato, nisi quo ptio voluerit ipsa intra latitudinē iusti: ergo, q illū cogeret emere pretio medio, aut rigoroso, non esset flagitante id bono cōi, vtiq; iniuriā illi faceret, & contra iustitiā peccaret, cū restituendi onere, quātum sua intererat, non ita emere; multò ergo magis iniuriam illi facit, contra iustitiāq; peccabit, atque ad restitutionē tenebitur, qui, postq̄ emptor iuxta ius est vsus, mutuoq; cōsensu ptio infimo emit, occultè ab eo accipi vsq. ad pretium rigorosum. Adde, data ea opinione, aut potius errore pernicioso, concedēdum esse, qs domū, equū, aut q̄is aliā rē vendidit, si cōperiat rigorosum pretiū non accepisse, posse, sine vitio salē iniustitiæ, onereq. restituēd., occultè cōpēsare vsq; ad pretiū rigorosum: hoc aūt qui non videat, q̄ falsum sit, & quot malis ostium in Republica, atq. Ecclesia, aperiat.

Ad primum ergo contrariæ sniæ argumētum, concessa maiori, si intelligatur, interim dum celebratur contractus, non verò postquam iam celebratus est mutuo consensu pro infimo pretio, negāda est minor, nempe ex conuentione expressa præcedente vendendi minori pretio, seu potius ex contractu venditionis minori pretio consummato mutuo consensu, solum concludi peccatū contra fidelitatem, & nō contra iustitiam: ostensum quippe est, contrarium esse verum.

Id verò q̄ subiungit, emptorem, s. rationabiliter nō esse inuitum de excessu pretij, &c. falsum proculdubio est, non solū, si intelligatur post perfectum contractum minori pretio, sed ēt si, absq; ipsius consensu, occultè efficeretur emere maiori pretio: non verò si venditor nonaliter celebrare cum eo vellet contractum, nisi maiori pretio.

Ad secundum dicendum est, totum, q̄ assumitur, esse, verum, dū contractus celebratur: consequen-

Digitized by Google

quentia autem est nulla, si inde inferatur, idem esse, si occulte accipiatur maius pretium post cõtractum minori pretio celebratum.

Ad tertium similiter dicendum est, totũ, quod assumit esse verum, quia sermo est, dum contractus celebratur: consequentia verò est nulla, qua infert, idem esse, si post celebratum contractum occulte accipiatur maius pretium intra limites iusti: ostensumque est, præcessisse contractum, in causa esse, vt iniustitia in eo committatur.

## Validane sit emptio & venditio, in qua dolus interuenit.

### DISPVTATIO CCCLII.

*SVMMARIVM.*

1 *Deceptio multiplex.*
2 *Dolo deceptus quando quis dicatur.*
3 *Dolus quot modis in contractu interuenire possit.*
4 *Dolus quando dare causam contractui dicatur.*
5 *Dolus quando in contractu incidere dicatur.*
6 *Dolus quot modis interuenire dicitur in cõtractu.*
7 *Dolus dans causam contractui bonæ fidei, reddit contractum ipso iure nullum, ex parte decepti, non decipientis.*
*Limita in matrimonio, nu. 9.*
*Declara & intellige, vt nu. 11.*
8 *Deceptus si velit stare contractui, decipiens quoque tenetur illi stare, non è conuerso, licet contractus sit nullus.*
10 *Dolus quando dat causam contractui decipiens tenetur decepto ad damna omnia tam lucri cessantis, quam damni emergentis.*
11 *Dolus dans causam contractui adhibitus a quodã tertio, non reddit contractum nullum, sed datur decepto actio aduersus tertium.*
*Intellige vt nu. seq.*
12 *Inuoluntarium ex errore quo casu non vitiet contractum ex natura rei.*
13 *Dolus incidens in contractu non reddit contractũ nullum, sed datur actio decepto ad repetendum quod plus dedit.*
14 *Dolus quando incidit in contractu, an detur optio decipienti, vel illum reducere ad æqualitatem.*
15 *Venditor si sciat valorem rei, eamque pluris nendat quam valeat, an ad restitutionem teneatur.*
16 *Dolus dans causam cõtractui stricti iuris, rescindit contractũ ope exceptionis, vel actione dolo: secus in foro conscĩæ, in quo est ipso iure nullus.*
17 *Dolus quando incidit in contractu stricti iuris, in foro conscientiæ ad quid teneatur dolosus, & ad quid in foro exteriori.*
18 *Praxis quæ seruanda in foro conscientiæ, circa contractus dolo initos.*

QVæ disp. 349. & 350. sunt dicta, intelligenda sunt, quando fraus propriè dicta, seu dolus, non interuenit in contractu. Nunc verò examinandum est, validane sit emptio & venditio,
1 in qua dolus interuenit. Obseruandum † aũt est, vt doctè, inter alios, notat Conr. de contractibus in summario totius operis, in additione post sũmarium q. 57. deceptionem posse multis modis prouenire. Vno, cum ignorantia decipientis. Vt siquis, existimans se vendere rem iusto pretio, illam vendat plus, quàm valet. Atque deceptio hæc dicitur re ipsa interuenire, & non a proposito. Alio modo cum scientia, quod alius decipiat: quæ deceptio dicitur esse a proposito. Vt siquis sciens rem minus valere, eam vendat plus, quam valet. Hoc autem multis modis potest euenire. Aut
2 † enim interueniente dolo; vt si, propositis aliquibus falsis, quis ad aliquid emendum adducatur, aut adducatur ad emendum id plus, quã valeat; vel si aliquid fiat vt emptor decipiatur, quale esset, mittere argentum viuum in aures iumenti vẽdendi, vt ea tatione minùs segne appareat, vel re aliqua contegere defectus illius vt ab emente non cognoscantur; vel denique, si facto, aut verbis, deceptionis occasio, ementi præbeatur, aut non detegatur ei aliquid, quod venditor quasi ex officio detegere ei tenetur, iuxta ea, quæ disputatione sequenti dicenda sũt. Si aũt nihil horũ interueniat, sed solum cũ scientia, quod res minus valeat, vendatur plus, quam valeat, affirmante venditore, se non minori pretio illam daturum, tunc dicitur quidem vendi a proposito plus, quam valeat, nõ tamen cum dolo iuxta ea, quæ disputa. 293. dicta
3 sunt, & paulo inferius subijciemus. Dolosus † præterea duobus modis interuenire potest in contractu, Vno, ita vt det causam contractui. Altero, ita vt causam non det contractui, sed in contractu
4 incidat. Tunc † dolus dare causam dicitur cõtractui, emptionis, v. g. quando emens non erat rem empturus, nisi dolo ad illam emendam fuisset inductus. Vt si rem aliquam emat, quia falsò dictũ ei fuit, vtilem esse ad id, ad quod vtilis non erat, quam tamen non emisset, si id dictum ei nó fuisset. Vel si vinum emat, quia mentitum illi fuit, esse plurium annorum, aut ex aliquo loco; quod tamen non emisset, si sciret non tot esse annorũ, vel esse ex alio loco. Tunc † verò dolus incidere
5 dicitur in contractu, quando emptor erat quidem empturus eandem rem, sed non tanto pretio, nisi dolo fuisset ita inductus.

6 Dolus itẽ † duobus modis interuenire dicit in contractu emptionis, verbi gratia. Vno, per ipsũmet venditorẽ, participanteve venditore in illo. Altero, per tertiũ aliquẽ, vt per proxenetã, aut aliquem alium, venditore in illo non cõmunicante.

7 His ita cõstitutis prima conclusio est. Qñ † dolus cãm dat emptioni, aut venditioni, aut cuicunque alteri contractui bonæ fidei, altero contrahẽte in dolo cõicante, contractus, neque in conscientia, neque in exteriori foro valet, sed, in decepti fauorem, esto ipso iure nullus, esto deceptus non sit vltra, aut infra, dimidium iusti pretij, imò verò esto contractus alioquin sit vtrinque æqualis. Quòd si deceptus velit nihilominus stare contractui, decipiens dissoluere illum non potest, sed cogitur illi stare. Conclusionem hanc de omni vniuersim contractu bonæ fidei statuimus sup. disp. 259. eãq; probauimus ex l. si dolo. C. de rescind.



Digitized by Google

vend.l.3.§.vlt.ff.pro socio l.dolo vel metu. C.de inutilib.stip. iunctis glossis eisdē in iurib. & ex l. 57.iūcta.63.tit.§.p.5.Eamq; affirmāt gl.& Bart. l.& eleganter in pr.ff.de dolo, gl.l.2.C.de rescin. vend.gl.& Pan.c.cum dilecti.n.6.& seq.de empt.& vend.Conr.de cōtract.in summar.ad q.57. dicto 14.vna cum 1.& 2.ibi subiūctis. Cou.reg. possessor.p.2.§.6.nu.6.Io.Med.de rest.q.33.Aluar.Valas.de iure emph.q.5.nu.9. Syl.verb.culpa.q.7.Ang.verb.dolus nu.9.& doctores cōiter: quare reijcienda est sententia Petri a bella pertica,& Ioan.Andreæ,quos Pan.Cou.& Conr.refe runt,asserentium,contractum in hoc euentu non esse ipso iure nullum, sed rescindendum esse doli exceptione, non secus ac si esset contractus stricti iuris. Prior conclusionis pars,q̄ ad conscientiæ forum attinet. Probatur. Qm̄ sic deceptus consensurus non erat in cōtractum, vt supponimus, sed per errorē consensit,illo eodem,cui se obligauit, consensum extrahente per dolum atq; iniustitiā: cum ergo error inuolūtarium in re proposita causet, assensuq; extortus sit per dolum ac iniustitiā eius,cui consentiens intendebat se per eum obligare: consequens est, vt non magis efficax sit ad obligandū, stādo in foro conscīæ ac iure naturali,q̄ cōsensus extortus p vim & metū, de quo disp.326.ad 2.ostendimus non obligare. Qd ad fo rum verò exterius attinet,ex iuribus citatis liquet pars eadē conclusionis, consentitque hac in parte forū exterius cum conscīæ foro ac iure naturali.

Ex probatione proximè facta colligunt Medi. & Conr.locis citatis, contractū illū,stando in iu re naturali ac|in conscīæ foro, sicut nullus est ad obligandum deceptum, sic nullum esse ad obligā dum decipientem:qm̄,inquiunt,cum contractus sit vltro citroq; obligatio,qñ ex parte vnius con trahentiū non consurgit ex illo obligatio,nō con surgit ex parte alterius. Fatentur tñ, si decipiens aīum habuit se obligādi in euētu, quod deceptus vellet eū obligare,stareq; ex sua parte contractui, tunc decipientem manere ex sua parte obligatū. Admonent,præterea, adminiculo humani iuris, quod, vt l.2.§.verba. ff.ad Velleia.& c.cū vniuersorum,de rerum permut.ac alijs iuribus habetur, deceptis,non verò decipientib. subuenit,cogi decipientem in foro exteriori stare contractui,si deceptus stare velit;ac tunc, iudice præcipiente tene ri decipientem in conscientia stare contractui, in re humano præbente efficaciam,vt etiam in foro conscientiæ maneat obligatus. Atque hinc vim habere existimant posteriorem partem conclusio nis,sufficienterque manere comprobatam.

8 Ego † probabilius multò arbitror, absolutè,qñ quis per dolū,causā dantē cōtractui, cum aliquo celebrauit contractum manere obligatum in con scīæ foro ad stadum illi, etiam ante vllā iudicis sn̄iam,aut cōpulsionē,modo deceptus velit, idq. nihil impediente, q̄ ex parte decepti, nec in con scientiæ,nec in exteriori foro, consurgat obliga tio. Ducor,qm̄ consensus absolutus ex parte decipientis,sufficiens re vera est ad ipsum ex sua parte obligandum,modo deceptus, ex parte sua con tractui stare velit: q̄ aūt is, qui dolum ac iniuriā est passus,non teneatur,si velit,per accidens sanè est ad hoc,vt ille alius ex parte sua non maneat obligatus. Neque verum est, semper ex contractu nasci vltro citroque obligationem, vt ipsimet cō cedunt, qñ decipiens intenderet se obligare in euentū, q̄ deceptus stare vellet contractui: tunc.n. deceptus non magis maneret obligatus,q̄ si decipiens absolutè iniuisset eundem contractū, quare esset tunc obligatio ex parte decipientis ad|standū contractui, dependenter ex eo quod deceptus illi stare vellet,sine obligatione ex parte decepti ad id ita volendum,ad stadum ve contractui. Ac sane, qñ alter contrahentium sua culpa est per accidēs, causa quod ex parte alterius nulla obligatio oriatur;nullum omnino est absurdum,q̄ ex cōtractu, ex quo alioquin vtrinque obligatio oriretur, nascatur ex altera tantum parte. His accedit,ius humanum videri intendisse tribuere vim consensui dolosi ad eum obligandum ante latam sn̄iam, iu dicisve compulsionem, non solum in pēnā doli, sed ēt ex naturali æquitate, & qm̄ ita bono cōi esset expediens:ij aūt, cum quibus disputamus,admittunt,humanum ius efficere posse,vt ea obliga tio ex altera tantum parte consurgat, mō ea fuerit legum latorum mens. Quare non arbitror ne cessariam esse iudicis sententiam,aut compulsio nem,vt dolosus teneatur stare contractui, si decep trus stare illi velit,nec posse ex sua parte illū dis soluere, vt iura sonant apertè. Qñ autem aliquis interius non consentiret in contractu, sed simulatè verbis solis externis illū iniret aīo decipiēdi eum,quocum contraheret, tunc sanè in foro con scientiæ non teneretur illi stare, nisi fortè ratione iniuriæ,quā decepto intulisset:præsertim si ea via aliquid ab eo obtinuisset,vt si, pp spōsalia eo mo do confecta,mulier copiam sui fecisset,aut nisi ra tione scandali: in foro tamē exteriori regulariter præsumeretur consensus internus, cogereturque stare contractui verbis exterius celebrato.

Illud est obseruandum, quanuis cōclusio pro posita locū habeat in bonæ fidei contractib. one rosis,in †mr̄imonio tñ locū nō habere,vt d.259. 9 citata dictū est. Si.n.quis p dolū,qui cām det cōtractui,cum aliqua contrahat,affirmans se habere diuitias,aut esse nobilē,vel habere alias qualita tes,quas non habeat,sanè, interim dum dolus erro rē non causet in personam,aut in conditionem libertatis,validū est mr̄imoniū pp natura indisso lubilitatem,ac priuilegia eius contractus. Quare miror Io.Med.q.33.citata ex conclusione propo sita inferre, quando dolus causam dat contractui matrimonij, inualidum esse in foro conscientiæ.

10 Secunda conclusio. Quando dolus † dat causā contractui,non solum est ipso iure nullus in fauo rem decepti,sed etiā decipiens tenetur decepto ad damna omnia, tam lucri cessantis, quam damni emergentis, ex eo contractu decepto subsequuta. Ita Conrad.loco citato, & doctores communi ter,consentit.l.26.titu.5.p.5.Et potest facilè pro bari. Quoniam decipiens causa est iniusta om nium illorum damnorum ob suum dolum ac cul pam: ergo tenetur ad restitutionem illorum om nium,iuxta. c.si culpa,& de iniurijs,& dam.dat.

Tertia

Digitized by Google

11 Tertia conclusio. Qñ † dolus cãm quidem dat contractui, sed adhibetur a quodam tertio, nõ cõicante altero contrahente in dolo, validus est contractus, datur tñ decepto actio aduersus tertium, qui dolum adhibuit, vt hẽ expresse l. 2. ff. de proxenetis. Hæc est glo. l. & eleganter citatæ, consentaneè ad textum ibi, & glossæ c. cum dilecti. de empti. & vend. conueniuntque in ea Cont. in addit. citata dicto 3. & 4. & Med. q. 33. citata, vt sit vera saltem in foro exteriori. In conscientiæ autẽ foro censent, stando in solo iure naturali, contractum esse nullum. Id vero sibi persuadent, qm̃ cũ error tollat voluntarium, deceptusque præbiturus re vera non fuisset consentum, nisi dolo ad consentiendum fuisset adductus, vtique consensus ille non habet tantum voluntarij, quantum est necessarium ad obligandum contrahentem. Præterea censent, humanum ius in cõe bonum potuisse tribuere vim illi cõtractui, vt esset validus, nihil impediente, q deesset id voluntarij. Quare, inquiũt, num contractus ille vim reipsa habeat in foro cõscientiæ ita, vt alter contrahentium tuta conscientia agere possit aduersus deceptũ, nihil impediente, quod de dolo tertij ipsũ constet, pendens est ex mente humani iuris ea in re. Si. n. inquiunt, mens legum latorum fuit, denegare solum actionem vtrique contrahentium ad eum contractum dissoluendum, permittereq; actionem aduersus deceptum ad illi standum, eo modo quo actio permittitur aduersus deceptum, non vltra, nec infra, dimidium iusti pretij, tunc, aiunt, alterum cõtrahentium non posse tuta conscientia agere ac cogere deceptum stare contractui: eo quod contractus ille sit reipsa nullus in conscientiæ foro. Si verò, inquiunt, mens legum latorum fuit, tribuere vim contractui illi, vt validus esset omnino, tunc agere tuta conscientia posse, & cogere deceptum stare contractui: quia validus re ipsa est in foro conscientiæ. Conradus loco citato definire nõ audet, quæ fuerit mens iuris humani hac de re. Medina verò arbitratur, mentem fuisse, tribuere illi ium, vt validus esset in foro conscientiæ, atque adeò tuto cogi posse deceptum illi stare.

Vt, quod sentio, proferam. Arbitror, cõtractũ
12 illum, stando † in solo iure naturali, esse validũ, falsumque esse fundm̃, cui Cont. & Med. nituntur. Nempe inuoluntarium illud sufficiẽs esse, vt cõtractus ille ex natura rei, standoque in solo iure naturali, sit nullus. Atq; hac de causa nos in probatione primæ cõclusionis innixi nõ fuimus soli inuoluntario, vt Cont. & Med. nituntur, sed potissimum iniuriæ ac dolo, quo contrahens ipse, comparatione cuius resultare obligatio debet, consensum extrahit. Quo loco obserua, quis inuoluntarium, q oritur ex errore, nõ quocunq;, sed causæ, cui donãs nititur ad donandũ, inualidam reddat donationẽ, vt disp. 209. latè explanatũ est, in contractibus tñ onerosis, inuoluntariũ, quod ex errore oritur penes motiuũ. vide quis inducit ad contrahendũ cum aliquo, vt ad emendum, permutandũ, cõducendum, &c. non vitiat contractũ ex rei ipsius natura, & multo minus eum vitiat inuolũtarium, quod oritur ex ignorantia aliarum, circũstantiarum, quas si sciret, non celebraret talẽ contractum. Rõ est, qm̃ nullus contrahentiũ admitteret eam legem, si illam proponeret alter cõtrahentium, neque ea lex cõi expedit bono: quare cõtractus ex ipsa rei natura non censentur sub ea lege celebrati. Quo circa arbitror, humanas leges in re, de qua disputauimus, id statuisse, ac explicasse, quod natura ipsa rei habet. Quando ergo in commercijs: & contractibus humanis ex errore inæqualitas non resultat, non solum arbitror ex errore in motiuis non reddi contractus inualidos, sed neq; obligationem esse illos alterandi ac moderandi. Atque hinc cessant dubia alia, q Ioã. Med. q. citata excitat, num videlicet validus sit cõtractus, qñ emptor se ipsum ex vincibili, aut inuincibili, ignorantia decepit, credens rem, quam emebat, ad id conducere, ad quod verè non cõducebat. Dicẽdum quippe est, validum esse. Si tamẽ ex errore inæqualitas resultaret, quia datum esset vltra pretium iustum rigorosum, tunc reducẽdus esset contractus ad æqualitatem. De ignorantia vitij rei vẽditæ, num reddat contractum inualidum, & vtrum venditor teneatur illud detegere disputatione sequenti dicetur.

Petes, vtrũ ex contractibus, q modo explicato sunt nulli ex parte ementiũ, debeatur gabella, qñ nulli pronunciantur, ita vt, si gabellarius illã accepit, restituere eam teneatur venditori. Rñdẽdum arbitror, deberi: qm̃ ex parte vẽdẽtis validi sunt, illumque obligãt, vt dictum est, quod satis est, vt fiscus ius comparauerit, quod semel quæsitum nõ amittit. In eo vero euentu, solus venditor, qui in culpa fuit tenetur illam integram soluere, etiã in Lusitania iuxta l. debet, in fine. ff. de ædil. edict. & ea, quæ disp. 349. dicta sunt. Consentire videtur Lassarte de decim. vend. c. 14. nu. 10.

13 Quarta concl. Qñ † dolus fuit qdẽ a cõtrahẽte cõmissus, sed solũ incidit in contractu, quia alter emptorus, v. g. erat rẽ, sed non tãto pretio, tũc tam in conscia quam in exteriori foro, validus est contractus, sed datur actio decepto, ẽt si non vltra dimidium iusti pretij sit deceptus; ad repetendum, quod ratione doli plus dedit. Hæc etiam disputata 259. asserta fuit, atque est gl. l. eleganter. in princ. ff. de dolo, & glo. c. cum dilecti. de empt. & vend. iuxta text. in l. Iulianus, §. si venditor, ff. de actionib. emp. & l. si quis affirmauerit, ff. de dolo, & hẽ l. 57. tit. 5. p. 5. In eaque conueniunt Cont. in additione citata dicto 5. 6. & 7. Medin. q. 33. citata, Ang. verb. dolus, nu. 9. Syl. verb. culpa q. 7. & doctores communiter. Ratio autẽ, quare contractus validus in vtroque foro sit, est: quoniã dolus non fuit causa contractus, quippe cum contractus futurus erat, esto dolus non interuenisset; fuit tamen causa excessus pretij, & idcirco solum est inualidus quoad id, cuius dolus fuit causa: vtile enim non vitiatur per inutile, vt habetur reg. vtile, de reg. iur. lib. 6. Circa secundam conclusionis partẽ obserua, quando dolus incidit in contractu, restituendum esse, non solum, quod vltra pretium rigorosum acceptum est, sed etiam quicquid per dolũ acceptum est supra pretium, quod emptor re ipsa erat iustè accepturus: totũ quippe eiusmodi



Digitized by Google

incrementum iniustè per dolum fuit extortum.

Petes, vtrum in euentu quartæ huius conclusionis, gabellarius remittere, restituereque teneatur de gabella debita ratione primi cõtractus. Neganter que est respondendum: puniendus quippe est venditor propter dolum in solutione integræ illius, iuxta l. debet. ff. de ædil. edict. & in Lusitania restituere tenetur emptori vna cum parte pretij, quod plus accepit partem gabellæ, quam, quo ad eam partem pretij, emptor soluit.

Dubiũ 14 Dubiũ est, vtrum † qñ dolus incidit in contractu, detur optio decipienti, vt rescindere possit cõtractum, vel reducere illum ad æqualitatem, vt ipse maluerit, sicut datur qñ aliquis sine dolo aliũ defraudauit vltra, aut infra, dimidiũ iusti pretij. Angelus & Syl. locis citatis, affirmanter respon-

Decis. dent. Cõtraria tñ sñia placet cum Conr. & Medi. locis citatis, & Cou. 2. var. res. 4. nu. 11. quæ iurib. est consonantior. Iura. n. nihil statuunt in fauorẽ dolosi: id verò magnus esset fauor, quo non leue commodum ex suo dolo reportaret: quare dicendum est, qñ dolus incidit in contractu, sicut deceptus rescindere illum non potest, non consentiente decipiente, sic nec decipientem posse eũ rescindere, decepto non consentiente, sed teneri ad pretij excessum, quem dolo accepit.

Cou. 2. var. res. c. 4. nu. 11. asseruit, quãdo quis,

15 sciens † rẽ minus valere, pluris illã vendidit, cẽsetri dolo eã vendidisse esto mendacio, aut alia suaDecis. sione, vsus non fuerit, sed solum ratione scientiæ a proposito illã vendiderit: quo circa, aut, in exteriori foro actio dabitur aduersus eum, esto neque vltra, neq; infra, dimidiũ iusti pretij defraudauerit. Contrariã sñiam affirmat Conr. in additione citata & est cõis, iuribusque consonantior, ac amplectenda. Nau. verò. c. nouit. de iudi. notab. 6. coroll. 9. nu. 79. Pan. & alij, quos Cou. ibi citat, non id volunt, quod Cou. eos affirmare censet, sed solum aiunt, per denunciationẽ euangelicã, ac correctionem mediam inter fraternã & iudicialem, de qua sermo erit tractatu. 5. & fuit sup. in materia de correctione fraterna, prælatum cogere illũ posse, qui ita defraudauit, vt satisfaciat, siue sciẽs defraudauerit, siue ignorans, vt a peccato cesset. Idẽ tñ Nauar. alibi affirmat; eiusmodi processum per correctionem illam mediam cõiter non permitti Ecclesiasticis hodie a principibus secularibus. At certè, vel principibus secularibus inuitis, vti eo processu ac potestate possent, vtpotè prælatis ex officio incumbentem, atque a diuino iure descendentem; modo neque per se, neque per suos ministros, illa aburerentur, extendendo illã plus, quã oporteret, sed syncerè illa vterentur.

16 Quinta conclusio. Qñ † dolus cãm dedit contractui stricti iuris, validus est contractus in foro exteriori: cõceditur tñ decepto exceptio, quod dolus causam dederit contractui, vt, ope talis exceptionis, non cogatur implere, siquid contractus restat adhuc implendum. Item, si post contractũ impletum, deceptus in aliquo sit damno, conceditur ei actio de dolo aduersus decipientẽ, vt damnum resarciat. Ita gloss. l. & eleganter, in princip. ff. de dolo. & glossa, c. cum dilecti, de empt. & vẽdit. Conr. in additione citata dicto. 14. & duobus sequentibus, Angel. & Syl. locis citatis, iuxta l. siquis cum aliter. ff. de verb. oblig. & l. cum postea, C. de pact. Hanc etiam conclusionem ex parte statuimus disp. 259. citata. Vbi cum Conr. Cou. & alijs diximus, in foro conscientiæ contractum esse ipso iure nullũ, tenerique dolosum ad rescissionem illius, si deceptus ita velit, eò quod cõsensus, per dolum & iniuriam extractus, sufficiẽs nõ sit ad obligandum deceptum, expedireque vt idẽ in exteriori foro sanciretur.

17 Sexta conclusio. Qñ † dolus incidit in contractu stricti iuris, validus est in conscĩæ ac exteriori foro, iuxta ea, quæ conclusione quarta de cõtractu bonæ fidei similiter dicta sunt. Cæterum quãuis in conscĩæ foro teneatur dolosus reducere contractum ad æqualitatem: in foro tñ exteriori ad id non cogetur, sed solum admittetur exceptio de dolo, si contractus ex parte decepti: nondum sit integrè impletus: si verò impletus sit, concedetur deceptio aduersus decipientem actio de dolo, vt resarciat damnum illatum, iuxta ea, quæ præcedente conclusione dicta, ostensaque sunt. Lege Conr. loco citato, & iura, q̃ citat. Quod ad gabellã attinet, idẽ circa hanc & præcedentem conclusionem dicendum est, quod circa quartam est dictum.

18 Vt hactenus dicta † ad praxim magis aptem⁹, distingue, Quod aut quis decipitur ignorante id altero contrahente; & tunc, si nulla inęqualitas in contractu oriatur, quia nulla facta fuit transgressio limitũ iusti valoris, contractus in vtroq. foro est validus, ac firmus, in quo nullã mutationẽ fieri est necesse. Si verò inæqualitas oriatur, vel acceptũ fuit vltra pretiũ iustũ rigorosum, vel datũ est infra pium ac infimũ, tunc reduci in foro conscĩæ debet ad æqualitatẽ, solum vsque ad limites iusti, atq; ẽt in exteriori, si transgressio fuit infra, aut vltra, dimidium iusti pretij. Si autẽ deceptio sit, sciente quidem in altero contrahente, sed sine dolo, nec subricente, quæ, iuxta dicenda disputatione sequẽte, manifestare tenebatur, tunc eadem prorsus dicenda sunt, quæ diximus proximè, qñ, ignorante altero contrahente, quis fuit deceptus. Quod si mendacia aut dolus, interuenire, distinguendum est. Qm̃ vel eis est inductus alius ad cõtrahendum, aut ad augendum pretium, seu recõpensationem; vel non, quia fidem non adhibuit, sciens id esse consuetudinem celebrantium similes contractus: aut, esto illa non adhiberentur, similiter contraxisset; & tunc idem prorsus dicendum est, quod in duobus superioribus euentibus: eò quod dolus adhibitus, neque fuerit causa contractus, neque augendi recompensationem, aut minuendi de illa. Atque hinc sæpe mercatores mentientes, ac iuramento affirmantes, vel rẽ plus valere, vel carius illam emisse, multaq; alia cõfingentes, tã vt vendant, aut carius vendãt, quam ut emant, aut vilius emant excusabuntur, tũ ab onere rescindendi eiusmodi contractus, tum ẽt a restitutione partis eius, quod ita acceperunt. Quando mẽdacijs, aut alijs dolis, inductus quis fuit ad cõtrahendum, aut ad augendum pretium, vel recompensationem, dicitur dolus interuenire in contractu

Digitized by Google

ctu in sensu, in quo hactenus in hac disputatione fuimus loquuti. Quòd si tunc dolus causam dedit contractui, inualidus est in foro conscientiæ, si nauelit deceptus, atq; etiam in foro exteriori, si contractus fuit bonæ fidei, esto nulla ex illo sit orta inæqualitas, vt conclusione primum dictum est. Obserua tñ, qñ nulla est inæqualitas, regulariter non esse culpam lethalem, eum contractum non rescindere, idve decepto non offerre, reque nó integra, vt contractus possit dissolui, regulariter nó consurgere obligationem aliquid restituendi sub culpa lethali. Atque hinc a lethali culpa, & a restituendi onere sub culpa lethali, excusabũtur, qui, mentientes vinum esse plurium annorum, aut esse vnius loci, illud vendiderunt ei, qui, si sciret nó esse tot annorum, aut non esse eius loci, illud oĩno non emisset, aut non tanto pretium, qñ vinum in se, cõputatis oĩbus circunstantijs, erat çquè bonũ, & æqualis valoris. Itemque, qñ non tanti illud emisset, prætijq; incrementum non esset tñ, quantum ad lethalem culpam requiritur. Semper tñ, re integra, obligatio tunc est sub culpa veniali rescindendi contractũ, idve offerendi decepto, aut illi restituendi, quod minus erat daturus, saltẽ qñ ab alio emisset minori pretio, nisi ita ab hoc fuisset deceptus, esto intra limites pretij iusti rigoroſi emerit ab hoc: qñ. n. a nullo alio emisset melius vinum, aut vilior, pretio, tunc, licet iniuria fuerit illi facta, ita illi vendendo, quia tñ nullum damnum, etiam lucri cessantis, inde fuisset ei sequutũ, nulla consurgeret restituendi obligatio. Dixi, regulariter non interuenire culpam lethalem, non rescindendo similes contractus, aut non restituendo: qñ, si reus esset magni valoris, & præsertim si æquè bonam minori pretio alioquin alle erat empturus, ita vt decrementum hoc in pretio ad culpam sufficeret lethalem, vtique culpa esset lethalem, & inire eum contractum interueniẽte dolo, & re integra, illum non rescindere, & denique, re iam non integra, omittere restitutionem damni ex eo contractu illi sic decepto subsequuti.

## Venditor quousque vitium rei, quam vendit, manifestare teneatur. Et vniuersim, quando ob vitium in re empta repertum dissoluatur venditio, aut de pretio sit minuendum.

### DISPVTATIO CCCLIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Vitium in re quot modis consideretur.*
2 *Venditor non reuelans vitium absconditũ rei venditæ, tenetur emptori ad omnia damna inde sequuta.*
3 *Venditor rei vitia non manifestans, dolosus censetur.*
4 *Emptor si cognito vitio rem non erat empturus, aut saltem minori pretio, quando contractus sit nullus, vel validus.*
5 *Actio redhibitoria & quanto minoris quanto tẽpore præscribantur, & nu. seq.*
*Et quid de iure Lusitano nu. 7.*
6 *Rescissio quandoque datur ad reuocãdum factum.*
8 *Venditor tenentur de vitio rei venditæ emptori, et si ignorabat vitium, sicut emptor.*
*Fallit tamen in duobus euentibus, vt ibi.*
9 *Vendita res si est ager ad pastum qui herbas pecoribus nocuas haberet, datur redhibitoria, etiã si vitium venditor ignorauerit.*
10 *Venditor de vitio animi rei venditæ, non tenetur emptori.*
*Et quid de iure Castellæ.*
11 *Gabellarius quando teneatur in actione quãto minoris, gabellæ partem remittere.*
12 *Emptor quando teneatur augere pretiũ rei venditæ minori pretio per errorem venditoris, putantis rem vel fuisse vitiosam, vel non tãti valere.*
13 *Herbæ si vendantur in pabulum iumentorum, & pharmacopola comperiat aliquã earum magni pretij, an teneatur in conscientia denegare illius valorem, & ad restitutionem.*
14 *Actio redhibitoria, & quanto minoris quo casu non detur, ita quod etiam in foro conscientiæ contractus sit nalidus.*
15 *Venditor quando non teneatur de uitio rei occulto.*
16 *Vitium rei uenditæ si est patens nulla datur actio aduersus uenditorem, nisi emptor sit deceptus vltra dimidium.*
*Et quid in foro conscientiæ.*
17 *Venditori an licitum sit non manifestare uitiũ rei, modo minuat in pretio, quantum res illa minus cum eo uitio ualet.*
18 *Vitium rei uenditæ quando occultum dicatur.*
19 *Inuoluntarium ob ignorantiam non concedi ad annullandum contractum.*
20 *Venditor quando non teneatur uitia rei manifestare.*
21 *Venditor scienter non manifestans uitiũ rei, quod manifestare tenetur, aut emptor non mouẽs uenditorem de maiore rei ualore, lethaliter posſũt.*
22 *Vitium uitiu rei uenditæ quando annullet contractum quoad omnes.*
23 *Emptor etiam si agnoscat uitiũ rei emptæ quo casu possit habere actionem aduersus uenditorem.*
24 *Pistores detrahendo de panib. certi põderis publica auctoritate statuti pro certo pretio, quantum sit pro satisfactione eorũ mercedis, non peccant.*
25 *Venditores quando possint aliquid detrahere de rebus uenditis, quarum pretium non est lege taxatum, quod sit pro eorum mercede, & labore.*

1 VItium, seu † defectus, rei, aliqñ est in substãtia, vt si auricalcum pro auro vendatur, vel vinũ aqua dilutum, pro puro. Aliqñ in quãtitate; vt si mensura, aut põdus imminuta sint. Aliqñ in qualitate; vt si equus, aut mancipium, morbo aliquo, aut vitio alio, laboret, quo notabiliter inutile ad id reddatur, ad quod emitur; aut si herba, vel medicina, tanq̃ vtilis ad id vendatur, ad qđ vim non habeat. Item siue vitium sit in substantia, aut in quantitate, siue notabile, in qualitate, comparatione vsus, ad quem res emitur, ita vt minus

vitia notabiliter res ad id fu, ad q̃ emitur, distinguendum est. Q̃m vel vitiũ est patens, vt si equus sit monoculus, hoc est, vnius oculi, aut domus, q̃ venditur, diruta sit, vel est occultũ. His ita cõstitutis positisque ijs, q̃ de vitio, quo ad substãtiam p̃sertim, disp. 340. dicta sunt: itemq; ijs, q̃d sputatione p̃cedente sunt dicta, sequentib. conclusionib. disputationi propositæ est satisfaciendum.

2 Prima concl. Si vitiũ † patens non erat, emẽsq; illud ignorabat, & vẽditor illud sciebat, nec reuelauit, cui esset notabile, venditor tenetur emptori ad oĩa damna inde ei subsequuta. Vt si vendidit ouẽ morbidã, q̃ alias infecit, aut manẽpiũ, q̃ furẽ esse sciebat, tenetur ad furta, & alia damna sequuta ẽt lucri cessantis. Ita hĩ expresse l. Iulianus in prin. ff. de actionib. emp. l. si vina. 2. ver. planè, ff. de peri. & commod. rei vend. l. 1. C. de ædilitijs actionib. & l. 63. & 64. tit. 5. p. 5. idemq; affirmat D. Th. 2. 2. q. 77. ar. 3. & doctores cõmuniter. Rõa autẽ est, q̃ ibidem D. Th. reddit, & quã fusius ac diluciclius proponit I. Med. de rest. q. 33. Venditorẽ scire ipso, quod rem suam exponit vendendam, teneri quasi ex officio vitia rei notabilia manifestare, ne emptor decipiatur. Cum. n. venditor maior rem rei suæ notitiam habeat pp vsum illius, quã emptor, atque ipse eam vendendam exponat, vt iustum pretium pro illa accipiat, vtique ad eũ spectant quæ ex parte rei venditæ se tenent, vt vẽditio syncerè ac sine deceptione fiat, sicut ad emptorem pertinent, quæ se tenent ex parte pretij: quo fit, vt ad venditorẽ quasi ex officio pertineat tradere competentem rei notitiam, detegendo, notabiles defectus illius occultos, ne emptor decipiat, præsertim postquam humano iure id iniunctum, vt inter alia iura l. 1. in prin. ff. de ædil. edicto injungitur. Vnde Ambros. lib. 1. de officijs, *In contractibus*, inquit, *vitia eorum, quæ venenunt, prodi iubentur, ac nisi intimauerit venditor, quamuis in ius emptoris transierint, doli actione euacuantur.* 7 Quia † ergo venditor quasi ex officio tenetur vitia manifestare, dolosus censetur, nõ solum, si positiuè vitia occultet, aliquid efficiendo, quo emptorem lateant, sed etiam, si negatiuè se habeat, ea non prodendo, ac manifestando, vt quasi ex officio, atque ex iustitia, teneatur, si ea sciat; eaque de causa, qui vitia, sciens illa, non manifestat. l. 1. C. de ædilitijs actionibus dolo vendere dicitur, idemq; Ambr. verbis citatis innuit. Hinc liquet, venditorem non manifestantem emptori vitia occulta rei, quam vendit, contra iustitiam, & contra id ad quod quasi ex officio tenetur, peccare, ac proinde ad restitutionem teneri damnorum omnium, quæ ea de causa illi fuerint subsequuta: non secus atque, qui ex officio impedire tenetur damna, quæ ciuibus inferuntur, restituere ea omnia tenetur, quæ impedire potuit, suaq; negligentia non impediuit. Ex dictis colliges, qui scienter rem litigiosam vendit ignoranti tale vitiũ illius, teneri restituere damna omnia, etiam lucri cessantis, illi subsequuta.

4 Secunda conclusio. In euentu † prioris conclusionis, si emptor cognito vitio, rem nõ erat empturus, contractus est nullus in foro conscientiæ. In exteriori aũt daur ei actio redhibitoria, vt vocant, hoc est, ad rehabendũ suũ pretiũ & restituẽdũ rẽ. Si verò rẽ erat emturus, sed pretio minori, contractus in vtroq; foro est validus, sed venditor restituere tenetur emptori, quantũ rem minus erat empturus, daturq; proinde emptori in exteriori foro actio, q̃ iura quanto minoris vocant, ad repetendum a venditore quantum minus rem illam erat empturus. Prima pars ex dictis disputatione p̃cedente conclusione prima est perspicua. Qui. n. sciens vendit tẽ vitiosam, ignoranti vitiũ illius, censetur cõmittere dolũ aduersus emptorẽ, peccatque contra iustitiam, vt ex doli explicatione initio disputationis præcedentis tradita, & ex proximè dictis, constat: quare, si eiusmodi dolus causam dedit contractui, quia emptor nõ erat emturus rem, si vitium fuisset ei detectum, contractus est nullus in conscĩæ, & in exteriori foro, vt ibidem conclusione prima ostensum est. Si verò emturus erat rem, sed minori pretio, atque adeo dolus incidit in contractu, contractus in vtroque foro est validus, sed vẽditor restituere tenetur emptori tantum, quanto rem minus erat emturus, vt eadem disputatione conclusione quarta visum est. Atque ita tertia pars, vna cum prima, propter earum affinitatem, probatæ manent.

3 Secunda verò, & quarta pars, nempe in euẽtu partis primæ, dari emptori in foro exteriori actionem redhibitoriam, quæ de iure cõ, & Castellæ, durat † p sex menses a die celebrati contractus; & in euẽtu tertiæ dari actionẽ quanto minoris, quæ a die celebrati contractus durat per annum, constabit ex l. 1. & l. sciendum. §. vlt. l. si ĩ, §. non nocebit. ff. de ædil. edicto: ex l. cum proponas, C. de ædil. action. & ex l. 65. iunctis duab præcedẽtibus, ti. 5. par. 5. Porrò ex eo, q̃ ius ciuile concedat redhibitoriã actionẽ, rescindiq; iubeat contractum, nõ colligas (vt Conr. dicto 14. colligit) cõtractũ validũ esse in foro exteriori, sed esse rescindendũ. 6 Rescissio † quippè, vt optimè not. gl. l. & elegãter in prin. ff. de dolo, non spectat ad annullandũ contractũ, quasi de iure validus sit ante rescissionem, sed aliqñ est ad reuocandũ factũ, hoc est, ad venditorem cogendũ vt restituat pretiũ, q̃ accepit, accipiendo tem q̃ pro dedit, eò q̃ contractus de iure esset nullus. Atque hoc est magnopere obseruandum, ne semper eo, q̃ in iure contractus rescindi præcipiatur, colligatur, contractũ ipso iure ante rescissionem sui validum. Vt aũt non notat glo. l. cum proponas. C. de ædil. act. si adsit ignorantia ex parte emptoris, currere incipit ips vtriusque actionis a die scientiæ, iuxta l. cum sex menses, ff. de ædil edict. Et affirmant Greg. Lop. ad l. 65. citatam, glo. vlt. & Ant. Gom. 2. tom. var. res. c. 2. n. 48. & alij, quos citat. Eiusmodi aũt actiones idcirco ædilitiæ dñr, quia ab ædilib. introductæ sũt. Transactis verò sex mensib. ad redhibitoriã actionẽ concessis qui illa vsus non fuerit, poterit p sex alios menses sequentes intentare actionem quanto minoris, vt patet. l. si tamen. §. non nocebit. ff. de ædil. edict. & l. 65. tit. 5. par. 5. quibus transactis nulla prædictarum actionum locũ habet, eò quod tempore illo præscribantur, nec vlterius intenta-

tentari permittantur, vt l. cum proponas. C. de ædil. act. expresse habetur. Optimè aût Cou. reg. possessor. p. 2. §. 11. nu. 5. cum multis alijs, quos citat, obseruat, eiusmodi actiones præscribi, ẽt cũ mala venditoris fide. Cuius rei ea est ratio, q̃ non longiori tempore a iure sint concessæ. In foro tñ conscientiæ, tenetur venditor, etiam post actionem præscriptam, ad reddendum pretium, quãdo dolus causam dedit contractui, & ad illud minuẽdum, quando dolus incidit in contractu: qm̃ ad hæc in conscientiæ foro, atq; ex natura ipsa rei tenetur eaque præscribi cum mala fide nõ possunt; immo neq; cum bona fide possunt tam breui tempore præscribi, iuxta ea, quę in materia de præscriptione dicta sunt. Glos. l. Iulianus in princip. & Bart. ff. de act. empt. & glos. l. cum proponas. C. de ædil. act. affirmant, q̃is prædictæ actiones, q̃ de iure sunt prætorio, intra dictum ips præscribantur, manere tñ actionem ex vendito, quæ est de iure ciuili, & perpetua. Cou. etiã loco citato cum Pan. & alijs asseuerat, manere ẽt actionem de dolo: hæc tñ diligentius iurisperiti examinent. Hęc omnia, quæ dicta sunt de contractu emptionis, & venditionis, non manifestato vitio, & quæ subijcientur, similiter intelligenda sunt in permutatione, & in alijs contractib. Vt patet l. sciendum, §. pen. ff. de ædil. edict. vbi additur, vtrumq; permutantium locũ emptoris, & venditoris, habere.

Ius Lusitanũ. 7 De iure † Lusitano, q̃n aliquis emerit, vel permutatione, aut alio oneroso contractu, comparauerit mancipium ex Guinea, de manu eorum, qui illa inde asportant, vel qui negotiationem illam habent, aut qui ab his omnib. ea ad reuendendũ emerunt, solum conceditur ei actio intra mensem numerandũ a die traditionis mancipij, q̃n de morbo agatur, quem mancipium tempore celebrationis contractus haberet, vel de claudicatione, aut simili brachiorum vitio, vel manuũ. Si tñ, qui illud distraxit, non sit in eodem loco, dummodo, qui mancipium comparauit, protestetur coram iudice prædicta vitia intra eum mensem, mancipiumque simul ostendat duobus medicis, qui fidem de p̃dictis mancipij vitijs faciant, cõceditur ei alius mensis, intra quem possit etiam agere. 11

Quòd si is, qui mancipiũ distraxit, sit extra regnum, conceditur mensis ad agendum aduersus eum, numerandus a die, quo distractor ad regnũ peruenerit. Idẽ disponitur circa quęcumq; iumẽta q̃ emptione, permutatione, aut contractu alio simili, comparantur. Circa alia mancipia, & quæcunque alias res, quin & circa mancipia ex Guinea, q̃n non comparantur de manu alicuius eorum, qui commemorati sunt, vel q̃n circa ea, aut iumenta, agitur de quocunque alio vitio, quam morbi, claudicationis, aut simili brachorum, vel manuum, statur in Lusitania iuri communi. Hęc omnia sancita sunt. 4. l. ord. tit. 16.

Quod ad gabellam attinet, q̃n in euentibus præcedentis conclusionis datur actio redhibitoria, & quanto minoris, idem dicendum est, quod disp. præcedente in calce tertiæ conclusionis, & post quartam, dictum est, consentiuntque Lassarte de dec. vend. c. 14. nu. 10. & alij, quos citat. Atque in euentibus huius conclusionis loquitur. l. debet. ff. de ædil. edict.

8 Tertia conclusio. Quæ duabus † præcedentib. conclusionibus dicta sunt, locum etiam habent, q̃n venditor vitium rei ignorabat, sicut & emptor: duobus exceptis. Vnum, quod venditor ad damna non tenetur; eo quod non fuerit illorum causa, ignorantia illum excusante. Alterum, quod contractus valet, solumque aduersus venditorem datur actio quanto minoris. Ita habetur expresse. l. Iulianus in prin. ff. de actionib. emp. & l. 64. tit. 5. p. 5. Consentit. l. tenetur in prin. iuxta gl. ibi. ff. de action. emptio. atque affirmant D. Thom. 2. 2. q. 77. art. 2. Cou. reg. possessor. p. 2. §. 11. n. 5. Ioã. Med. de rest. q. 34. Pan. c. in iustum de rerum permut. Sotus. 6. de iust. q. 3. artic. 2. Conr. de contract. in summar. q. 57. dicto 14. & rursus q. 54. & 55. Syl. verb. empt. q. 19. Nauar. in Manua. c. 23. num. 89. & doctores communiter. Ratio autem est, imprimis natura ipsa rei, quoniam nefas est pro re habente vitium occultum, tantum accipere pretium, quantum si vitio careret; quandoquidem ex natura rei non tantum valet. Deinde lex positiua meritò id statuens.

9 Si tñ † res vendita esset aget ad pastum, q herbas pecorib. nociuas haberet, tunc datur redhibitoria, etiã si vitium venditor ignorauerit, vt hĩ l. pen. C. de ædil. act. & l. 63. ti. 5. p. 5. Additur l. Iulianus. §. 1. ff. de act. empt. siquis, ignorans seruum suum fugitiuum, aut furem esse, illum vendidit, licet in neutro euentu ad damna sequuta teneatur, q̃n tamen ille erat fugitiuus, teneri reddere quantum minus valebat seruus, ille cum eo vitio; quando verò erat fur, ad nihil teneri.

Reddit rationem textus, quoniam, licèt vtrũque vitium animi sit, & non corporis, nihilominus tenere apud nos possumus seruum furem, fugitiuum verò non item, eaque de causa venditor in fugitiuo quasi de euictione reddere tenetur, quod minus cum eo vitio valet. Si tamen, inquit textus, ignorans quis seruum esse furem, illum vendidit asseuerans fidelem esse, tunc reddere tenetur, quantum minus valet cum eo vitio, quoniam non debuit ex leuitate affirmare, quod ignorabat, suaque affirmatione emptorem decipere. Quòd loco obserua, vt l. ob quæ vitia. ff. de ædil. edict. habetur, hoc esse discrimen inter vitia animi, & corporis.

10 Quod † venditor emptori tenetur de vitio corporis: de vitio verò animi non tenetur, nisi id in pactum deducatur, venditorque promittat, si iumentum, aut seruus, tale, vel talę animi vitium habere comperiatur, rescindet venditionem, aut restituat, quãtum minus ea de causa iudicatum fuerit valere. Vitia autem animi sunt, si equus sit timidus si iumentum sit malitiosum, recalcitret, & his similia. Eadem tamen, l. hæc duo vitia animi seruorum excipiuntur, de quibus venditor tenetur, si fur sit, aut fugitiuus. Et l. Iulianus explicatur, si venditor ea vitia sciebat teneri eum, nõ solum de illis, sed etiam de omnibus damnis inde subsequutis, non secus ac si vitia essent corporis: si autem illa ignorabat, teneri actione quanto minoris

noris de vitio fugitiui: de vitio verò furis non teneri, nisi asseuerit illum fidelem esse. Lex tñ Castellæ 64.ti.5.p.5. paria videtur efficere, vendito rem, ignorantem seruum esse furem, id non detegere, & non detegere vitium fugitiui, atque vtrobique concedere vt actionē quanto minoris. Nisi dicas exponendam esse iuxta ius commune.

11 Quod ad † gabellam circa euentus in hac conclusione explicatos attinet, dicerem. Qñ sine culpa vtriusq; partis actio quanto minoris datur, gabellarium remittere, restitueteq; debere gabellæ partem propter ea, quæ disput. 399. dicta sunt, qñ absque culpa contrahentium ad æqualitatem reducitur emptio, & venditio, qñ autem redhibitoria datur absque culpa venditor in Castella subiacebit toti damno gabellæ, in Lusitania verò æqualiter vterque contrahentium subiacebit. Qñ aũt datur, quia venditor rescissionem promisit, si res vendita vitium habere, tunc solus vẽditor subiacebit toti damno gabellæ, etiam in Lusitania; quoniam virtute ad id se astrinxit.

12 Quarta conclusio. Simili † modo, siquis, putãs rem esse vitiosam, eam vendat minori pretio, quã valeat, vt si vendat mancipium sanum, credẽs habere morbum, vel gemmã pretiosam, arbitratus esse vitrũ, vel aliud vile, tenetur emens, siue sciẽs, siue id ignorans, rem emerit, augere pretiũ vsque ad limites infimi iusti, idq; pp rationẽ illi similem, q̃ in præcedente conclusione reddidimus. Ita D. Tho. art. 2. citato, Conta. de contract. q. 54. Med. Sotus, Syl. Nau. & doctores communiter.

Quando tamen solũ esset error in valore rei, & non in substantia, quantitate, aut qualitate aliqua occulta, non daretur actio in foro exteriori, nisi venditor defraudatus esset infra dimidiũ iusti pretij, iuxta ea quę disp. 349. & 350. dicta sũt, & tunc accresceret gabella soluenda, iuxta ea, quę disp. 349. dicta sunt.

Caietanus in summa verb. emptio. 2. ait, si qs sciens valorem gemmæ, illam emat a rustico, qui valorem illius ignoraret, rusticum monendo, se velle eam habere tuta conscientia, ac sine scrupulo, ac proinde, vt videat, num ipsi condonare velit, si quid amplius ea res valeat: posse tunc, sana conscientia, illam ab eo emere longè minori pretio, quam valeat, non explicãdo illi valorẽ illius, si rusticus respondeat, sed id condonare; Est tamẽ improbabilis ea sententia: quare proculdubio dicendum est, emptorem illum teneri ad restitutionem rustico vsque ad integrum rei valorem infimum. Ea quippe palliata obtentio condonationis eius, quod res plus valet, non habet tantũ voluntarij, propter rustici ignorantiam, quantũ est necessarium, vt donatio sit valida.

Refellitur.

Id tamen placet, quod Caie. ibidem docet, Nẽpe, si tam emptor, quam venditor, ignorent valorem rei, & quasi fortunæ se committentes, ita paciscantur de pretio q̃ siue res plus, siue minus, valeat, firma, validaq; nihilominus sit venditio, validam tunc esse venditionem, neutrumq; eorum ad vllam restitutionem teneri, siue postea res cõperiatur longe plus, siue longe minus valere. Ratio est, pp periculũ, cui se vterque exposuit. Obserua tñ, si emptor esset sagax, & venditor rudis, emptorq. rem emeret vilissimo pretio, attendens prope nulli periculo amittendi se exponere, cum verisimilitudine ingentis lucri, tunc nõ esse hunc tutum in conscientia, sed restituere teneri, saltem quantum æstimaretur tanta illa lucrãdi spes, quã adeo vili pretio a rudi illo emeret.

Præterea, si emptio & vẽditio ex parte vtriusque re ipsa non esset committendo se, modo explicato, fortunæ, sed rusticus venderet rem, credens non plus valere, iniusta sanè esset ea emptio esto alter tacens ex parte sua voluisset se exponere aliquali periculo. Longè verò maiori cum ratione esset iniusta, si emptor eo modo rem emere intenderet, quo aliæ communiter emuntur, nempe q̃, si se vitio rei defraudatum inueniret, intenderet reducere contractum ad æqualitatem.

Illud obserua, qui emeret agrum, in quo sciret esse thesaurum, aut venã metalli, vel lapidis pretiosi, vt iaspidis, aut alterius similis, is neque id detegere teneretur venditori, neque plus pretij pro eo agro dare, quam valeret, si intus non haberet thesaurum, aut venam illam. Ratio est, vel qm̃, vt Sotus 6. de iustit. q. 3. art. 2. ait, solum æstimat ac venditur superficies agri: vel quia, vt nos dis. 56. diximus, quamuis dominus agri prohibere posset in eo fodere, sicut & venari, nihilominus stando in solo iure gentium, thesaurus, non est dñi agri, sed inuentoris. Ratio aũt hæc, vt ex dictis disput. 54. constat, vim non habet in metallorum venis, quarum dominium ad agrorũ dominos spectat. Idem tñ de illis dicendum est pp rationem illam Soti, & pp ea, quæ subiungemus. Quousque autẽ thesauri & metallorum venæ de iure Castellæ, & Lusitano, ad regem spectent, disputationib. citatis dictum est. Doctrinam traditam confirmat, q̃ gentium iure sit receptum, eiusmodi agrum, pretio alioquin iusto emptum, censeri esse iustè emptũ: concinitq. illud Christi Matt. 13. *Simile est regnũ cælorum thesauro abscõdito in agro, quẽ qui inuenit homo, uadit, & uẽdit oĩa, quæ hẽt, & emit agrum illum*. Aliam quoque rationem, & fortè præstantiorem, subiungemus dubio sequenti.

13 Dubium est, si herbæ † vendendæ in pabulũ iumentorũ afferant, & pharmacopola, vel postq̃ ad id illa emit, vel antequam emeret, comperit inter illas aliquam, aut aliquas, magni pretij ad pharmaca conficienda, tutus ne sit in conscientia emendo illas pretio, quo ad pabulum bestiarum herbæ communiter venduntur, non detegendo venditori valorem quarundam illarum, an verò restituere illi teneatur vsque ad iustum ualorem infimum earum. quo uenderentur, si intelligeretur ad quid deseruirent. Et quanuis, iuxta hactenus dicta, dicendum uideri posset, non esse in conscientia tutum, sed restituere teneri, arbitror tamen contrarium esse dicendum. Dubiũ Decis.

Tum, quia intellectus ad id, tanquam ad verum propendere uidetur, contrariumque tanquam durum se illi offert. Tum etiam, quoniam herbæ illæ in illo vendendi modo, hoc est, ad pabulum iumentorum, nec plus valent, nec plus in eo loco communiter a quoquam æstimantur cõ-

sumen-

sumendæq; erant in inmentorum pabulum: quæ tè, cum pharmacopola eas emat cõi pretio currenti; pretiaque ipsius, quod ad alium ẽt vsum in sua arte, ac ministerio insetuant, fructus sit suæ peritiæ atque artis; sanè non magis tenetur restituere incrementum pretij, quod plus valent ad hunc alium vsum, quam venditor ipse, qui easdẽ, tamquam inutiles, ac nocivas segetibus, illas de medio segetum alicuius esset messus, teneretur restituere pretium dño agri, ad quem, antea quam colligerentur, spectabant, quo ad dominium; aut quam idem pharmacopola restituere teneretur, si ipse, quærendo herbas per agros, illas comperisset inter segetes alicuius, aut in agro alicuius ad animalium pastũ deputato, indeque illas collegisset.

Hoc idẽ fundamentum confirmat, scientẽ thesaurum, aut venã auri, vel argenti, latere in agro alicuius, non teneri id detegere, sed posse emere agrũ p̃tio cõi, quo æstimatur ad vsum, ad quẽ vẽdi cõiter consueuit. Eiusmodi enim valor est per se, valor agri illius: valor autem ratione thesauri, aut venæ, latentis, est valor per accidens eiusdẽ agri, quem detegere non tenetur, qui emere eum agrũ vult ratione communis ac per se valoris agrorũ.

14 Quinta conclusio. Si vitium, occultum † alioquin, tpe contractus agnitũ fuit ab emente, quia vel venditor illud et manifestauit, vel aliqua alia rõne ipse illud agnouit, tunc neque redhibitoria, neq; aliqua alia actio ei conceditur in foro exteriori, nisi vltra dimidium iusti p̃tij sit deceptus; in quo euentu conceditur illi remedium legis 2. C. de rescind. vend. In foro item conscientiæ contractus est validus, sed, si pretium æquale rei non sit, tenetur venditor reducere cõtractum ad æqualitatem, restituendo excessum, quem vltra pretium rigorosum accepit. Hæc conclusionis cõis est doctorũ. Quo ad primã verò partẽ est expressa l. 1. §. si intelligatur. l. si tñ §. ei qui. ff. de ædil. edict. l. 66. tit. 5. p. 5. & alijs iuribus, quæ Ant. Gom. 2. tom. var. resol. c. 2. nu. 48. citat. Reliqua ex dictis disp. 349. & sequentibus perspicua sunt.

15 Sexta conclusio. Si † venditor in celebratione contractus dicat, se nolle teneri de vitio occulto, sed emptorem suo periculo debere emere rem, & venditor re vera vitium ignorabat, tunc nõ tenetur de vitio occulto. Imo, si pretium tẽpore contractus æquale esset, spectatis circunstãtis, & apparentia rei, habitaque ratione, q̃ venditor periculum vitij occulti a se reijceret, tunc esto postea comperiretur habuisse vitium, cum quo pretium erat excessiuum ad nihil teneretur venditor, tam in exteriori, quam in conscientiæ foro: quando quidem emptor pretio iusto emit eam rem, attentis circunstantijs quæ erant tempore contractus, atque in se suscepit periculum vitij occulti.

Meritò in hac conclusione dixi, & venditor re vera vitiũ ignorabat: q̃m, si aliquod agnoscebat, esto in genere diceret, se non velle teneri de vitijs occultis rei, nihilominus, tam inconscientiæ, quã in exteriori foro, non secus tenebitur, quàm si nihil tale dixisset, vt constat ex l. quæro. ff. de actionibus empt. vbi habetur si quis vendidit agrum ac dixit, vendo tibi hunc agrum, & si quas habet seruitutes, teneberis ad illas tunc, si venditor ignorabat, agrum habere seruitutes, & postea aliquæ comperiantur, venditorem ad nihil teneri: si verò sciebat habere seruitutem aliquam in particulari, illamque nõ expressit, dari aduersus illum actionem ratione talis vitij occulti, quod non expressit, nihil impediente, quod in genere dixerit, se nolle teneri de seruitutibus, si quas haberet. Eodem modo, si quis dicat, se vendere rem aliquam cum vitio aliquo in particulari, sed illud quasi occultet proferendo alia vitia, quæ constat eam rem non habere, perinde est, ac si vitium non manifestaret, conceditur que aduersus illum actio redhibitoria, aut quanto minoris. Vt si quis, habens equum occultè claudum, dicat; vendo tibi hunc equum pro claudo, cæco surdo, & pro equo habente omnia alia vitia; eiusmodi manifestatio non valet. Hæc omnia habentur l. 66. titu. 5. p. 5. consentiuntque Pan. Sotus Nau. Ant. Gom. locis citatis, & doctores communiter.

16 Septima conclusio. Si vitiũ † patens sit ac manifestum, in foro exteriori nulla datur actio aduersus venditorem, nisi emptor vltra dimidium iusti pretij sit defraudatus. Hæc est communis, liquetque ex l. 1. §. si intelligatur, & ex l. si tamen. §. ei qui. ff. de ædil. edict. atq. ex alijs iuribus quæ Ant. Gom. 2. tom. variar. resol. c. 2. nu. 48. cit. In foro etiam conscientiæ contractus est validus, &, si æqualis sit, ad nihil tenetur venditor. Intelligitur tamen, nisi tempore contractus aperte venditori constaret, emptorem ignorare vitium notabile rei ex se patens: tunc enim in foro conscientiæ teneretur admonere illum, si res cum eo vitio notabiliter inutilis esset ad id, ad quod illam emit, vt doctores communiter affirmant.

17 Dubium est, verum † vniuersim fas venditori sit non manifestare vitium rei, modo minuat in pretio, quãtum res illa minus cum eo vitio valet. Conueniunt doctores cõiter cum D. Tho. 2. 2. q. 77. ar. 3. fas illud esse, q̃n vitium ex se est manifestum. Tunc enim si mentionem de vitio faciat, facilè sibi poterit præiudicare, occasionem emptori dãdo, vt minuat de pretio iusto, quo fit, vt quando vitium ex se est manifestum, ad id non teneatur. Dubiũ. Decis.

Quando est occultum, D. Tho. ibidem, & q̃d Quæst.
18 l. 2. ar. 10. affirmare videtur, q̃n ex † uitio nullum periculum emptori immineat, habita rõne eius, ad quod rem emit, posse uenditorem non manifestare illi uitium, modo tantũ in pretio decrescat, quantum sat sit, ut pretium ualorem rei nõ excedat. Nititur D. Tho. q̃m, cum ex uitio nullum dãnum emptori sequatur, & contractus æqualis sit, ut itur iure suo uenditor, non manifestando uitium rei occultum, quod si manifestaret, præiudicare sibi posset, occasionem præbendo, ut aliquid de pretio iusto detraheretur. In hac eadem sententia fuit Gerson, atque sunt Cae. 2. 2. art. 3. citato, & Sotus 6. de iusti. q. 3. art. 2. Addunt tamen, si emptor talis sit, de quo sit præsumendum, uenditurum eandem rem, teneri uenditorem, post rem traditam, admonere illum de uitio occulto, ne ipse decipiat alium emptorẽ quantũ ipse detraxit.

Conr. de contractibus q. 54. Ioan. Medin. de restit.

restit.q.34. Pan.cap. in iustum de rerum permut. Gab.in 4.dist.15.q.10.ar.3.dub.1. Syl.uerb.emptio.q.20.& Nau.in Manu.c.23.nu.89.censent, quando de emptore ueri similiter præsumitur, si sciret uitium rei, nihilominus illam esse empturũ tametsi non ita libenter, fas esse non manifestare ei uitium occultum, detrahendo de pretio quantũ minus ualet cum eo uitio. At uero, inquiunt, qñ ueri similiter crederetur, non esse illam empturũ, si uitium sciret, peccatum esse illud ei non manifestare, & contractum esse nullum. Idem ait esse Med. quando esset dubium, an, manifesto uitio, rẽ esset empturus. Ducuntur, quoniam eiusmodi cõtractus est inuoluntarius ex parte ementis, ignorantia causante consensum inuoluntarium eaque ratione contractus est nullus.

Decis. Media aũt uia arbitror incedendum. Obseruãdũque in primis est, nõ quodcunque uitio rei occultum reddere in foro exteriori contractũ inualidum, aut efficere, ut cõcedatur redhibitoria actio, aut quanto minoris, sed illud duntaxat, ℔ notabiliter minus utilem rem ad eum usum reddit, ad ℔ emi consueuit, ut constat, l.1.a §.proinde, l.obquæ uitia, & sequentib. ff. de ædi. edict. ubi late explicatur, q̃ uitia in cõsiderationẽ ueniant, ut emptori redhibitoria, aut actione q̃to minoris, subueniatur, & quæ nõ idemq. obseruat Greg. Lop. ad l.65.tit.5.p.5.uer. *Mala enfemedad*, iuxta textum ibi. Atque hac de causa in principio huius disputationis, dum de uitio in qualitate mẽtionem fecimus, cõsulto sic diximus, siue notabile in qualitate comparatione usus, ad quem res emitur, ita ut minus utilis notabiliter ad id fit.

Deinde obseruandũ est, falsum esse fundamen-
19 tum † illud de inuoluntario ob ignorantiam, cui Conr. & alij nituntur, ut disput. præcedente concluf. 3. ex parte diximus. Si. n. fundamẽtum illud uniuersim esset uerũ, tunc quãcunque qualitatem leuem ignoraret emptor, q̃ si sciret, rem non emeret, redderet utique contractũ ipso iure nullũ siue eam simul uenditor ignoraret, siue non, ac proinde statim, ac emptor, post celebratũ contractum, eã sciret, dissoluere illũ posset, imò uerò esset nullus in foro conscię ob defectum uoluntarij, quod nullus concedet: neque. n. quisquam eam legẽ in contrahendo eum, aliquo admitteret, neque ea bono expedit communi, ut conclusione citata dicebamus: quo fit, ut contractus non ea lege sint censendi celebrati, etiam stando in solo conscientiæ foro. Præterea, ut bene Sotus argumentatur, emptor sicut pót esse inuoluntarius circa emptionẽ, ignorato uitio rei occulto: sic etiam esse potest circa quantitatem pretij, quod dat intra latitudinẽ iusti. si enim sciret uitium, emere nollet tãto pretio, sed minori: ergo si fundamentum horum doctorum est uerum, illicitum est, non manifestare uitium rei illi, de quo est præsumptio, quod si illud agnouerit, emet quidem rem, sed non tanto pretio intra latitudinem iusti: imò uero tenebitur uenditor restituere id, quod plus accepit intra latitudinem iusti, quam emptor daturus esset si agnouisset uitium: contrarium autem horum affirmant autores, quorum fundamẽtum euertimus.

His ita constitutus, dicendum arbitror. Quan-
20 do † uitia non reddunt notabiliter minus rem ad id, ad quod emitur, non teneri uenditorẽ illa manifestare, esto præsumat, si emptor ea agnosceret, emptuium non esse talem rem.

Tenetur tñ detrahere tantũ de pretio, ut nõ excedat iustũ rigorosum, spectatis cĩb. circũstãt js concurrentib. Si aũt uitia notabiliter reddãt minus utilem rem ad id, ℔ uendi consueuit, tenetur illa manifestare, esto præsumat, emptuũ quidem rẽ illã, sed nõ tanto pretio. V.g si uendat quis seruum, qui sanus est, & neque fugitiuus, neque fur, neque ebrius, neque alio notabili uitio affectus, non tenetur manifestare, esse duræ conditionis, aut segnem ad laborem, aut uini amicum, aut habere aliud simile uitium ex consuetis seruorum.

Præterea, si sutor calceos cõficiat ex parte debiliori corij, sanè non tenetur ea de re admonere emptorem. Tum ℔ uitium sit manifestũ. Tum ẽt quoniã res suo modo utilis est ad usum pro corij qualitate: neque. n. calcei oẽs esset posiunt ex corio firmo: satis ergo erit, si moderetur pretiũ pro calceorũ qualitate. Si tñ corium esset adustum, eaq; de causa calcei citò essent rumpendi, uitiumque laterem emptorẽ, cuius non est adeo corij qualitatem agnoscere, teneretur, non solũ admettiri pretium cum calceorum qualitatem, sed ẽt admonere emptorem, calceos quidem plus alioquin ualere, sed, quod corium adustum sit aliquantulũ, minusque durabit, se remittere ita de pretio.

Rõ aũt est, quoniam ea qualitas in calcei citius multo ob eã sint rumpendi, reddit illos minus utiles notabiliter ad usum, ad quem emũtur, supra id, quod calcei ex natura rei solent habere. Eodẽ modo mercator, qui pannum multum adustum uendit, citoq; rumpendum, nõ solum tenetur minuere de pretio, pro panni qualitate, sed etiam tenetur admonere emptorem, esse adustum, eaq; de causa se tantum detrahere de pretio consueto. Galeti item non omnes adeo contexti euadunt, ut aqualiter utiles ad usum sint. Qñ ergo defectus ad modum notabilis non esset, quia galetus re uera durabit, sed non quantum alij, aut non tanto tempore splendorem retinebit, quantum alij, non tenetur artifex detegere uitium, sed solum moderari pretium, iuxta uitij quantitatem.

Si autem uitium esset notabile admodũ, quod ualde inutilem redderet galerum ad usum, teneretur, non solum admettiri pretium ad rei qualitatem, sed etiam dicere, se tam uili eum uendere, ℔ non tantum durabit, &c. Atque iuxta hãc doctrinam intelligendæ sunt conclusiones hac dispositione propositæ.

Ducor autem ad hæc ita asserendum. Primo, quoniã res hæc moraliter est accipienda. Et quoniam, si artifices quoscũq; defectus rerum, quas uendendas exponunt, manifestare tenerentur, id sanè esset in notabile ipsorum detrimentum, quibus multum de pretio iusto detraheretur, deterritis emptoribus uitiorum manifestatione: esset-que imponere graue admodum iugum commercijs hominum, quod, neque timorati, ferre possent, immo uerò ipsis esset ualde nociuum, qui,

dete-

Digitized by Google

detegendo vitia, pauciſſimos haberent emptores, multumque illis de pretio detraheretur, cum tamen è contra, parum timorati, vitia ſilẽdo, multos haberent emptores.

Secundò, qm̃ licet obligatio detegẽdi vitia, ipſis rerũ naturis nitatur; id tñ ſuauiter eſt accipiendum, & prout cõmercia hominum, ipſorumque fragilitas, poſtulat, multũq; pendet a diſpoſitione ac moderatione humani iuris: ius aũt ciuile non tantũ onus ceruicib. hoĩum imponere intẽdit, vt oĩa vniuerſim rei vitia manifeſtare teneant, ſed ſolum grauia, quæ rẽ minus vtilẽ notabiliter eſſiciunt, vt ex toto titulo, ff. de ædil. edict. conſtat.

Illud admonuerim, tã in exteriori, q̃ in cõſciæ foro, non tã attendendum eſſe, an res inutilis illi ſit ad vſum, qui illam emit, q̃ num in ſe vtilis, aut inutilis, ſit ad vſum, ad quem emi ſolet. Vnde, ſi equus ſubmancus medico ſeni vendatur, non detecto vitio, ſanè, eſto illi non multũ ſit inutilis ad vſum, ad quẽ eum emit, quia tñ minus vtilis in ſe eſt notabiliter ad equi vſum, actio redhibitoria, aut quanto minoris, illi concederetur in foro exterioti, eademque eſt obligatio in foro conſciẽtiæ, quicquid Sotus, & pauci alij, in contrariũ dicãt.

Quando res minus vtilis notabiliter comperitur propter vitium occultum, contractusque eſt reſcindendus, tunc venditor reddit pretium, ſed accipit rem cum fructibus ex ea perceptis, deductis ſumptibus, atque induſtria appoſita.

Quando emptor vitia rei interrogat, tenetur venditor illa detegere, eſto non teddant eam minus vtilẽ notabiliter. Quod ſi non detegãtur, erit verus dolus vẽditoris, ac, inde, ſi emptor, cognitis illis, empturus nõ fuiſſet, dolus dat causã contractus, eſtq; proinde nullus in conſciæ & in exteriori foro; ſi aũt eſſet empturus, ſed minori pretio, incidit dolus in contractu, reſtituendumq; eſt in conſcientiæ, & in exteriori foro, tantũ, quãto minus ille erat empturus. Quod ſi eodẽ pretio erat empturus, quia venditor minori non erat illã daturus; & emptor acceſſurus non erat ad aliũ, qui minori pretio eam venderet, tunc, quia mẽdaciũ ſolum fuit in cauſa, vt citius ac ſuauius perficeretur contractus, ad nullam venditor reſtitutionem tenetur. Atque in hoc euentu mendacium non eſt pernicioſum. In alijs vero mendacium eſt pernicioſum, ac, ſi materia grauis ſit, eſt culpa lethalis, quicquid in contrarium Sotus vbi ſupra dicat.

13 Quando, iuxta † hactenus dicta, venditor rei vitium manifeſtare tenetur, aut emptor admonere venditorem de maiori rei valore, ſi ſcienter id non fiat, iudicari debet lethalis, aut venialis, culpa, pro quantitate damni, cui exponit alterum, cum quo contractum inijt. Quia verò damnum notabile imminet ei, qui emit ab hæretico, aut alio qui ob crimen bona ſua ipſo iura amiſit, q̃ periculum eſt, quod crimen ad iudicium deferatur, ac damnetur amiſſione bonorum, quorum fuit dominus a puncto cõmiſſi delicti, eaque bona huic diſcrimini eſſe ſubiecta magnum vitium eorum eſt, dum venduntur, conſequens profectò eſt, vt culpa lethalis ſit, eiuſmodi criminoſum vẽdere tunc, aut alio oneroſo contractu diſtrahere bona ſua notabilis valoris, non manifeſtato illorum vitio, vt Nauar. num. 89. citato infert, & nos diximus diſp. 93.

Qñ autem aliquis per vincibilem ignorantiã non manifeſtaret id vitium, quod manifeſtare tenebatur, tũc peccatum interuenire poſſet lethale, ſi inde notabile nocumentum proximo eueniret, præſertim ſi res, quæ venditur, nociua eſſet, teneretur que venditor, non ſolum ad reſtitutionem eius, quod ea res ob tale vitium minus valebat, aut ad contractus diſſolutionem, ſed etiam ad reſtitutionem damnorum inde ſubſequutorũ: quãdoquidẽ ipſius culpa ſequuta ſunt, vincibili ignorantia minimè eum a culpa excuſante.

Illud etiã eſt obſeruandum, qñ contractus eſt nullus, quod vitium occultum non ſit detectum, ſi res emptas pereat, vel venditori perite, & nihilominus reddere teneri, quod pro illa accepit, ſolumque accipiet, ſi quid ex illa ſuperſit, vna cum emolumentis, quæ emptor ex ea percepit, deductis expenſis & valore appoſitæ induſtriæ. Ratio autem eſt, quoniam res perijt regulariter domino illius: per contractum aũt ipſo iure nullũ, dominium rei emptæ non tranſiuit in emptorem.

22 Obſeruandum † præterea eſt, ſi multæ res ſimul emantur, & vna tantũ vitioſa ſi, ita vt redhibẽda ſit, contractuſq; quo ad illã, iuxta hactenus dicta, ſit nullus, tunc, ſi reliquæ adeò cum ea ſint cõnexæ, vt dura ſit ſeparatio vnius ab alijs, vt ſi multi ſerui adminiſterium aliquod ſimul ſint empti, & reliqui, ſine vno illorum præſtare illud nõ poſſint, tunc diſſoluitur cõtractus quo ad omnes, eſto ſingulæ illæ res diſtinctis pretijs emptæ ſint. Si verò non habeant talem connexionem, tunc illa tantum eſt redhibenda, quæ reperitur vitioſa, reſtituto pretio, quo illa vendita fuit, ſi peculiari pretio fuit vendita, aut facta æſtimatione illius demandato iudicis, quando partes non conuenerint. Ita Ant. Gom. 2. to. var. reſ. c. 2. nu. 48. iuxta varia iura, & doctores, quæ citat.

Circa id, q̃ concluſione. 5. & 7. dictum eſt, nõ-
23 pe, qñ † emptor vitiũ agnoſcit, nullam illi concedi actionẽ, &c. obſerua. Si vitiũ ſit in quantitate, putà in põdere, aut mẽſura, & res autoritate publica taxata ſit, vt panis certi ponderis, aut vinũ certæ menſuræ pro tanto, vel tanto, pretio, tunc, eſto emens defectum agnoſcat, & eſto cõſentiat, quia aliter ad emendum non inuenit, conſurgere nihilominus obligationem vendenti in foro conſciæ ad reſtituendum quantum deerat ponderis, aut mẽſuræ, ad idque dari actionẽ in foro exteriori.

Ratio eſt, quoniam in ijs, quæ publica authoritate ſunt taxata, pretium iuſtum comparatione rei certi ponderis, aut menſuræ conſiſtit in indiuiſibili, eaque de cauſa, quantum de ſubſtãtia rei detrahitur quo ad pondus, aut menſuram, ab accipiente pro illa pretium integrum lege taxatum, tantum violatur iuſtitia, obnoxiumque eſt reſtitutioni. Neque hanc obligationem impedit, quod emptor defectũ agnouerit, & nihilominus emerit: quoniã conſenſus ille tacitus in defraudatione partis mercis, non fuit plene voluntarius, ſed mixtè inuoluntarius: ad hoc autem, vt donatio illa

Digitized by Google

la partis mercis, aut excessus pretij, valida esset, consensus voluntarius plenè erat necessarius.

24 Obserua, si pretium † authoritate publica statutum pro pane certi ponderis, verbi gratia, iniustũ esset per defectũ quia re vera, attento valore, quo triticum cõiter ab ijs emitur, qui eiusmodi panes conficiunt ac vendunt, attentoque labore, & expensis appositis in panibus conficiendis, nõ remanet illis iustum moderatũ stipendium sui laboris ac pecuniarum, quibus ea iure negotiãtur cum periculo amittendi, tunc neque peccant, neque ad restitutionem tenẽtur, detrahendo deponere in panibus, quantum necessarium sit, vt iustum ac moderatum stipendium illis remaneat.

Ratio est, qm̃ non tenentur deserere eiusmodi officia Reipublicæ necessaria, & quoniã pretiũ authoritate publica taxatum, re ipsa comperitur iniustum, eaque de causa lex publica in conscia non obligat, eo quod iniusta comperiatur, saltem materialiter. Quod in panibus est dictum, simili modo est intelligendum in reliquis rebus, quarũ pretia publica authoritate taxata sunt. Onerandę in̄ sunt in confessionibus conscientiæ eorum, qui causantur, pretium, ob sui paruitatem, esse iniustum, diligenterque examinandum est, an res ita se habeat, interrogato pretio, quo, verbi gratia, mensurã tritici emunt, & interrogatis expensis, quas insuper efficiunt, labore, quem apponunt, numero panum, quos inde ad vendendum conficiunt, valore furfurum, ac farinæ minoris momẽtis, quæ remanent, & denique, omnibus computatis, expendendum est, an res ita se habeat; neq; plus sinendi sunt detrahere de pondere, quam ad stipendium moderatum sit necessarium, quod ad infimum potius, quam ad rigorosum, accedat.

25 Quando † pretium non est lege taxatum, aliquidque admiscetur rebus, quę venduntur, vt vino aqua, medicamentis aliqua inconsueta distinguendum est. Quoniam si mixturæ nocumẽtum afferre possunt, tunc vendentes res mixtas eo mõdo, tenentur ad damna omnia subsequuta, itemque ad restitutionem eius, quod res illæ minus ementes valent, quam sit id, quod pro eis dedit. Si verò nocumentum non afferant res tamẽ minus vtiles ad id sint, ad quod emuntur, tunc vendentes restituere tenentur quod minus emptoribus ad id valent, ad quod emuntur; quarè, si nihil ad id conducant, restituere tenentur integrum pretium; vt si medicamentum propter mixturã inutile reddatur, ad quod emitur.

Qd̃ si res eo modo mixtè vtiles ad id sint, ad quod emuntur, tantumq; de pretio detrahatur, quantum par sit pp mixturam, tunc vendẽtes ad restitutionem non tenentur, eo p̃ pretium iustum non excesserint: peccant tamen nisi necessitate cõpulsi id efficiant, vt quia aliter extrahere non possunt iustum pretium rei, vt verbi gratia, vini, nisi parum aquæ illi admisceant, vel nisi res cum ea mixturã re vera valeat, quod pro ea datur, nec emptor pro eo pretio emturus esset meliorem.

Accendi tamen sunt venditores ab eiusmodi fallacijs ac deceptionibus. In his conueniũt Cõrad. de contractibus q. 54. & 55. Ioan. Medin. de restit. quæst. 34. §. penult. Sylu. verb. empt. quæst. 29. & alij, ad idemque accedit Sotus 6. de iustit. q. 3. art. 2.

## Iustane sit venditio pretio currenti, facta ab eo, qui sciebat, merces eiusdem generis breui, in magna abundantia superuenturas: aut pragmaticam, qua minueretur pretium, breui promulgandam.

## DISPVTATIO CCCLIV.

### SVMMARIVM.

1 *Vendens merces pretio currenti, sciens alias eiusdem generis breui in magna copia superuenturas, non peccat contra iustitiam, nec ad restitutionem tenetur.*

*Quinimo nec peccat contra caritatem, nu. 2.*

*Peccat tamen, si sciat pragmaticam, seu legem publicandam super diminutione pretij. nu. 3.*

4 *Princeps peccat contra iustitiam, cum onere restituendi damna, si quamprimum leges publicari non curet, quæ de diminutione pretij rerum disponunt.*

5 *Venditor si sciat legem fore publicandam super rerum valore, an possit eas in magna quantitate exponere vendendas, cum maximè sciat, emptores legem ignorantes, tantumdem eodẽ pretio ab alijs empturis.*

6 *Mercator sciens obsidionem parari ciuitati, in qua merces habebat, & citò eas vendens, an teneatur emptoribus restituere pretium, si illæ ab hostibus sint direptæ, vel alia ratione iacturã propter illas passi sint.*

7 *Domum habens in curia, quam inde breui sciebat discessuram, & locans pretio tunc currenti, an peccet, & ad restitutionem teneatur.*

CONrad. de contractib. quæstio. 62. & 63. Io. Medin. de restit. quæst. 35. post Ciceronem, cum Antipatron. 3. de offic. ijs, alleuerant, eum,
1 qui merces † suas vendit pretio currenti, sciens breui alias eiusdem generis in magna copia superuenturas, emptoribus id ignorantibus, contra iustitiam peccare, atque ad restitutionem teneri.

Ducuntur primo, quoniam abundantia illa breui superuentura, re vera minuit pretium; eo quod perinde se habeat, ac si esset præsens: & quoniam, si sciretur, re ipsa decresceret statim pretiũ antequam merces illæ superuenirent, ergo, qui sciens, tunc vendit pretio currenti, vendit vltra iustum pretium, atque adeo contra iustitiã peccat, restituereque tenetur.

Secũdo, quoniam communis existimatio, pretium tunc currens esse iustum, fundatur in errore ac ignorantia, quod tot merces accedant: ergo pretium iustum attendi non debet tunc secũdum illam communem existimationem, sed secũdum

rei

rei veritatē, ac proinde iustū pretiū erit tunc, qā esset, si adesset scientia, ignorantiæ illi apposita.

Tertiò, qm̄ venditor manifestare tenetur emptori vitium occultum rei, quod eā vilescere facit, vt ex dictis disputatione præcedente liquet: sed non minus facit rem vilescere, breui superuenturas esse merces eiusdē generis in magna abundantia: ergo simili mō tenetur id manifestare emptori, nec pretium maius accipere, quam acciperet, si apud emptores esset scientia, quam ipse habet.

1 Contrariā † sententiā amplectuntur, D. Tho. 2. 2. q. 77. ar. 3. ad 4. Caiet. ibidem. Sotus 6. de iust. Decis. q. 3. ar. 2. ad 3. Gab. in 4. dist. 15. q. 10. ar. 3. dub. 3. Syl. verb. emptio. q. 15. Cou. reg. peccatum, p. 2. §. 4. nu. 6. Arias Pinel. l. 2. C. de rescinden. vend. p. 3. c. 2. nu. 24. & alij, quos referunt, in eademque sententia fuit Diogenes, quem Tullius pro illa refert estque nobis complectenda. Nempe, qui, ita merces vendit, neque peccare contra iustitiam neque ad vllam restitutionem teneri. Tametsi addant, cumulationis virtutis esse, si rem detegat, vel de pretio minuat.

Probatur primò, qm̄, si hic contra iustitiam peccaret, ad restitutionemq; teneretur, sanè, qui, ignorantes breui superuenturas merces, suas venderent pretio currenti, quanuis non peccarent, excusante illos ignorantia inuincibili, tenerētur nihilominus ad restitutionem, sicut ille, qui cum opposita scientia illas vendit; quandoquidē venderent res pretio excessiuo: consequens autem nullus admittit, immo verò authores contrariæ sententiæ illud negant: ergo ille alius, neque contra iustitiam peccat, neque ad restitutionem tenetur. Sequela probatur, quoniam re ipsa merces illæ non plus valent in manu ignorantium, quam in manu scientis superuenturas breui, alias moreos: quarè, si hic ad restitutionem tenetur ratione excessus pretij iusti, tenebuntur etiam illi alij.

Secundò, pretium iustū rei est, quod res illius speciei, illiue similes, hic & nunc valent secundū communem æstimationem in eo loco, siue sciantur communiter, siue communiter ignorētur, circunstantiæ aliquæ, quæ non efficant rem vitiosam in se: cum ergo scientia quorundam particularium, non tollat communem æstimationem, neq; rem vitiosam in se efficiat; consequens profectò est, vt nec pretium rerum minuat.

Tertiò quoniam si eiusmodi circunstantiæ cōmuniter ignoratę minuerent pretium rei, sequeretur eum, qui, dum pluuia desideratur venderet triticum magno pretio tunc currente, restituere teneri de pretio, si subito per causas naturales pluuia superueniat; quod nullus dicet. Sequela patet, quoniam circunstantia illa, quod breui per causas naturales pluuia esset superuentura, talis est, vt minuere faceret de pretio, si ab emptoribus, & venditoribus cognosceretur.

Quartò, quoniā, si scientia particularis alicuius, quod futura esset abundantia, minueret pretium iustum rerum, quas vendit, etiam scientia particularis egestatis futuræ, augeret pretium rerum, quas idem seruandas in tempus egestatis emeret; cum sit par ratio: quarè peccasset Ioseph, Genes. 41. iniustusque fuisset, cum restituēdi onere, mens, & recondens tempore abundantiæ pretio currenti, sciens, scientia priuata, futurā paulò post tam ingentem egestatem; quam si Aegyptij simili modo perspectam habuissent, nequaq; tā vili ptio vendidissent frumentū, sed seruassent potius singuli in ips egestatis, ne sua oia postea deuiderēt, ad se ipsos alendos, vt fecerunt Aegyptij. Dubiū.

Dubium est, vtrum, esto hic contra iustitiā nō peccet nec restituere teneatur, peccet nihilominus lethaliter contra charitatem. Sunt qui affirment. Decis.

2 Contrarium † tñ innuit apertè. D. Tho. dum solū ait, cumulationis esse virtutis manifestare abundantiam futurā mercium, aut minuere de pretio: quibus verbis apertè docet, esse id solum opus supererogationis, ac proinde contrariū nō esse peccatū. Atq; ita proculdubio est affirmandū: quippe cum is suo iure vratur, vendatq; merces suas pretio iusto. In hoc † tñ euentu existimo interuenire 3 peccatū contra iustitiā cum restituendi onere. Si quis sciens conditam esse legem, qua pretium frumenti, aut pecuniarum valor sint minuenda (vt in Lusitania valor æreorum nummorum superioribus annis ferè in sub duplo lege publica meritò fuit imminutus) pp scientiā eiusmodi legis nondum promulgatæ, plus vendat frumēti cum aliorum iactura, qui illam ignorabāt, quàm alioquin erat venditurus, aut plures eā um pecuniarum, cum aliorum similiter iactura, expendat, quam, secluſa ea scientia, erat dist iacturus. Ducor ad hoc ita asserendum, qm̄ lex publica æqualis ac cōis esset subditis omnibus, peccaretque contra iustitiam princeps, si, antequam omnibus promulgaretur, quibusdam illā manifestaret, qui, promulgationem præuenientes, cum aliorum iactura illius occasione ditarentur: eademque ratione, qui in aliorum præiudicium scientia illius vteretur, quocunque modo ad ipsum ea scientia peruenisset, peccaret contra iustitiam, cum onere restituendi damna, quæ ea via proximis euenirent.

4 Quod sit, vt princeps contra iustitiam peccet, cum onere restituendi damna, nisi diligenter curet, vt eiusmodi leges, quam maximè fieri possit, & occultæ sint, & simul in toto regno promulgēntur, ne aliqui cum aliorum iniuria ac detrimento, occasione scientiæ talium legum, ditentur. Cum hac nostra sententia consentit apertè Bart. l. quæso. ff. de act. empt. a Couar. relatus reg. peccatum, p. 2. §. 4. nu. 6. innititque Couar. ita seruari in foro exteriori: tametsi, non attendens, non esse eandem rationem in hoc euentu, & quando sciens superuenturas merces, vendit suas pretio currenti, addit, in foro conscientiæ contrarium esse asserendum cum D. Tho. Apertius multo consentit nobiscum Arias Pinel. l. 2. C. de rescin. vend. p. 3. c. 2. nu. 22. tradens discrimen inter vtrumque euentum.

Quòd, qui vtitur scientia legis, antequam promulgetur, ad seipsum ditandum cum aliorum iactura, vtitur scientia rei, quæ omnibus debet esse communis, in aliorum detrimentum, ac proinde iniuriam illis facit: qui verò ad eundem effectum vtitur scientia, quod superuenturæ merces; non

vtitur

vtitur scientia tei, q̃ omnibus debeat esse cõix, quin potius id spectat ad industriam, artem, arq; euentum fortunæ mercatorum. Consentit præterea cum hac nostra sententia Aluar. Val. consul. 64. in calce nu. 8. quosdam etiam alios referens.

Cautè aũt paulò antea dixi; pp scientiam eiusmodi legis nõdum promulgatæ, plus vendat frumenti, q̃ alioquin erat venditurus, aut plus pecuniarum expendat, q̃ alioquin erat distracturus: qm̃ propter eam scientiam, non manet deterioris conditionis, quam alij, & quam ipse erat futurus, si eam scientiam non haberet. Quare efficere ea omnia tuta cõscientia potest, quæ, secluſa ea scientia, erat facturus, nihil impediente, quod per accidens damnum aliorum sequatur: quandoquidem, sicut cæteri, vendit frumentum, & distrahit pecunias pretio currenti, quod tunc verè habent.

Dubiũ. 5 Petes, possit † ne vti ea scientia ad vendendum plus frumenti, quã alioquin erat venditurus, si id non cedat in damnum ementium? vt si tantundẽ erant empturi ab alijs eodem pretio, qui legem ignorarent. Et similiter, possit ne vti ea scientia ad expendendas plures pecunias, quam alioquin erat expensurus, si id non cedat in detrimentum accipientium? vt si emat ea pecunia ab ijs, qui continuo illam insument, aut mutuo det eam pecuniam ei, qui continuo illam expendet, Negantcque est respondendum. Qm̃, quamuis id non cedat in detrimentum accipientium immediatè Decis. dit tamen in detrimentum aliorum ciuium, in quorũ manibus erunt pecuniæ illæ tempore promulgationis legis: & quoniam cedit in detrimentum aliorum ciuium, qui venderent alias merces pretio currenti, nisi is, propter scientiam legis, qua minuendum erat pretium, tot vendidisset.

Sunt verò nonnulla obseruanda circa D. Tho. cõiorem q; sniam, quam complectimur. Primum est, q̃ uis fas sit, scientẽ superuentu tã mercium copiam ingentem, non solum vendere merces suas pretio currenti, sed ẽt plures earum exponere vendendas, reque ipsa vendere, quàm alioquin foret venditurus, nefas tamẽ esse, cũ restituendi onere, fraudibus, mẽdacijs, ac dolis, adducere eos ad illas emendum, qui inde detrimentum patientur, quia videlicet nõ tot emissent ante aliũ aduentum, nisi ita fraude ad id fuissent adducti. Etenim, licèt fas sit exponere suas merces vendẽdas, nihil impediẽte scientia, permittere q; aliorũ iacturã ob propriũ lucrũ ac cõmodũ; vendendo pretio iusto tunc currenti, nefas tñ, ac contra institiam, est, mendacijs, fraudibus, ac dolis, quenquam inducere ad iacturam illo modo subeundã: neque contrarium asserunt D. Th. cæteri q; eiusdem opinionis autores. neque id est, quod in controuersiam vocant.

Quæst. Secundum est. Sicut in alijs rebus moralibus, variata vna circunstãtia, facilè variatur casus, vnde euenit sæpe, vt, qui ad illam non attendit contrarium respondeat, ac foret responsurus: sic in re proposita idem posse facilè euenire. Rem exemplo quibdam aperiã, vnde multa alia facilè intelligi poterunt. Cum fama esset, eos, qui in hac ciuitate Conchensi facultatem a Rege obtinuerant cudendi nummos æreos, multum eã facultatem, aut facultates excessisse, resq; ad Regẽ esset delata, præcepisseque secreto correctori ciuitatis, vt monetę domum subito clauderet, nec sineret amplius cudi monetas, aut quicquam ex ea domo extrahi, idque anteq̃ exequutioni mandaretur, ad cuiusdã notitiã deuenissent, qui in ea domo ingẽtẽ massam æris, argento permixti, atque in laminas iã redacti (*rieles* vocant) vt monetæ inde conficerẽtur, habebat, is massam illã sex millib. aureorũ cuidã vendidit, qui rem prorsus ignorabat, multa (vt emptor dicebat) causatus, cur venderent, qbus emptorẽ ad emendum adduxerat. Clausa aũt subito paulo post monetæ domo, dubitari cæpit, an contractus iustus, validusque fuisset, teneretur q; emptor periculũ illud subire, & soluere pretium, quo massam illã emerat. Multi affirmanter respõderunt, ducti ſoia D. Th. hactenus explicata. Ego Decis. tñ semper constanter dixi, contractũ fuisse nullũ, neq. emptorẽ teneri soluere pretiũ: qua in re venditorem satis timoratum sum sępe experttus, omninoq. paratũ ad suã exonerandã conscientiam, standumq; mẽo iudicio, quicquid alij in contrarium affirmarent. Ducebat ego. In primis, qm̃ vẽditor vsus fuerat ad vendendũ, reijciendumq. in emptorẽ damnum ac periculum propriũ, scientia decreti principis occulti anteq̃ exequutioni mãdaretur: id quod non tantam vim in re proposita hẽt, quantã in lege publica taxationis mercium, aut valoris monetæ, q̃ omnib. debet esse æqualis ac cõis. Deinde verò, qm̃, vt emptor rẽ proponebat, venditor non adduxit emptorẽ ad emendum sola mercis expositione ad vendendũ, sed confictis multis, quibus illum ad emendum adduxit, vt rõne damnum ac periculum, qd sibi imminebat, reijceret in emptorem: id aũt non licere, ad fraudemq. ac dolum & spectare, paulo ante explanatum est. Tertiò, & præcipue, qm̃ eo ipso, quod tã ingens transgressio facultatum Regis fuerat facta, & quod materia illa, vltra facultatem obtentatam, parata erat in domo publica ad monetas ex illa conficiendas, vitiosa erat, vtpotè obnoxia, quę in pęnam Regi adiudicaretur, vt & factum fuit postea sententia iudicis: quare sicut bona hæreticorum, ac cæterorum, qui in pęnam amittendi bona sua ipso iure inciderunt, uitiosa censetur, teneturque uenditor uitium manifestare emptori alioquin dolus dat causam contractui, si emptor, cognito uitio, empturus illa non erat, vt disputatione præcedente dictum est, sic materia illa sub illis circunstantijs uitiosa erat, ac proinde, cum uendita fuerit uitio, periculoque, cui iam subiacet, non detecto, emptorque, si illud sciret, nequaquam illam emeret, contractus utique fuit nullus dolo causam illi dante, iuxta ea, quæ præcedente disputatione dicta sunt.

Ex hactenus dictis facilè intelligentur, quid in Dubiũ. 6 sequenti euentu sit dicendum. Quidam † mercator sciebat obsidionẽ parari ciuitati, in qua merces habebat, alijs id communiter ignorantibus: is cito illas uendidit, extraxitque inde pretium: quæritur, num restituere teneatur emptoribus, si uel illæ postea ab hostibus sint direptæ, uel alia ratione propter illas iacturam passi sunt.

Respon-

Digitized by Google

Respondendumq. est, si solum mercator ille venditioni eas exposuit, venditq; pretio currenti, siue mendacijs, & alijs fraudibus, ac dolis, nec ad restitutionem teneri, nec peccasse, sed vsum fuisse iure suo. Neque enim, quod obsidio pararetur, vitium est reputandum, perinde ac, quod obdelictum vendentis obnoxiæ sint ereptioni in pœnam iustam, censetur vitium mercium: illud n. aliud est periculum, quod imminet a causa extrinseca, nec est affectio vlla rei in seruiã per comparationem ad causam extrinsecam: quare sicut, quod vinum, aut triticum, a causa extrinseca sit corrumpendum, quãdo in se non habet affectionem, quæ illud facilè corruptioni obnoxium faciat, non censetur vitium tritici, aut vini, sicut cẽsetur affectio, quæ illud facilè corruptioni redderet obnoxium: ita, quod ciuitati obsidio paretur, non censetur vitium rerum, quæ in ea sunt.

Dubiũ 7 In sequenti ẽt euentu, neque † obligatio restituendi, neque peccatum interuenit. Qui domum in curia habebat, sciebat curiam breui inde discessuram, domumq. suam locauit, pretio tunc currẽti, recedente vero curia, imminutum valde fuit pretium conductionis, tam illius, quam cæterarũ domum, sane iure suo ille fuit vsus, locando tunc domum pretio currenti, sine mendacijs, fraudibus, aut dolo, nihil impediente, quod si conducẽs scires curiam discessuram, neque tanto pretio, neque omnino domum conduxisset.

Decis.

Ad primum argumentum pro opinione Conrad. & Medin. negandum est antecedens: qm̃: vt dictum est, pretium iustum attenditur secundum cõem æstimationem hominum, nihil impedientibus circunstantijs, quæ ignorantur. Quare negandum est, abundantiam, quæ ignoratur, perinde se habere ad pretium minuendum, ac si esset præsens, aut sciretur. Quin esto, merces aduenissent, interim dum res communiter non sciretur, pretium iustum mercium esset, quos communiter æstimarentur a communiter ignorantib. aduentum aliarum.

Ad secundum, concesso antecedente, neganda est consequentia. Existimationem quippe communem in ignorantia fundari, non impedit, quo minus pretium, communiter existimatum, iustũ re vera sit.

Ad tertium, concessa maiori, neganda est minor, interim dũ id ignoratur, vt ex dictis constat.

## An liceat rem carius vendere expectata solutione, aut vilius anticipata emere, præsertim ob lucrum cessans, aut damnum emergens.

### DISPVTATIO CCCLV.

### SVMMARIVM.

1 *Vendere rem ad creditum carius expectata solutione, & emere vilius anticipata solutione quãdo liceat.*

2 *Vendens rem ad tempus vltra pretium iustum rigorosum, & emens infra pretium infimum iustum anticipata solutione, vsuram committit.*

*Declara tamen & intellige, vt nu. 4.*

3 *Vsurã committant mercatores, qui in nũdinarum dissolutione in qua pretiũ mercium solet decrescere, vendũt merces suas ad creditum pro pretio quod a principio nundinarum currebat.*

5 *Vendens merces suas ad creditum maiori pretio quam tempore contractus valeant, quando ab vsura excusetur, & quando non.*

6 *Pretium lucri cessantis quomodo taxandum.*

7 *Venditor si suas merces statim sit venditurus, sed creditur, illas post tres menses plus esse valituras, an possit illas ad creditum vendere, soluendas in id tempus pretio quo plus minusve speraretur tunc esse valituras.*

8 *Merces in futurum plus ualituræ non plus valent, quam tempore præsenti, ei, qui eas vendere cogitur.*

RES hæc magna ex parte liquet ex dictis in materia de vsura. In complementum tamẽ, tam illius, quam huius materiæ, aliqua hoc loco subijcienda sunt.

1 Conueniunt † oẽs, cum iustum rei pretium, qñ lege nõ est taxatum, in indiuisibili nõ cõsistat, licitũ esse vendere rẽ credito carius, q̃ pecunia statim numerata, intra latitudinẽ ñ pretij iusti, hoc est, vsq; ad rigorosum iustum. Similiter licitũ esse emere rem vilius pecunia anticipata intra latitudinem iusti. i. vsq; ad infimum pretium iustũ.

Ratio est manifesta, qm̃ in his nulla fit transgressio limitũ pretij iusti. Quo fit, vt ad iudicandũ, iniustitia ne, palliataque vsura, interueniat in emptionib. aut vẽditionib. quib. aliquid carius venditur expectato pretio, vel emitur vilius anticipata solutione, quã emeretur, aut venderetur, simul soluto pretio & tradita merce, attendendum sit, an pretium excedat iustum rigorosum, aut nõ pertingat ad infimum iustum: quod si comperiatur, non egredi hos limites, iudicandum est neq; iniustitiam, neque vsuram interuenire.

2 Conueniunt † præterea oẽs, iniustitiam committi, interuenireq; vsuram, si venditor pretium iustũ rigorosum, quod res pecunia statim numerata valet, ea præcisa rõne excedat, vt solutionem differat in futurum: similiterq;, si emptor ea præcisa ratione infra pretium infimũ iustum emat, quia anticipat solutionem. Ita D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 7. & doctores cõmuniter, concinuntque c. consuluit, de vsur. Ratio autem est perspicua, quoniã in vtroque euẽtu cernitur lucrum ex mutuo virtute, quod vsura est palliata, vt disp. 303. explanatum fuit. In primo quippe euentu perinde est, ac si pretium iustum, quod emptor soluturus erat statim, mutuo illi a venditore vsq. ad tempus solutionis relinquatur, eaque de causa incremẽ. cum illud pretij tempore solutionis ab eo accipiat: in posteriori verò, non secus res habet, ac si pretium anticipatum mutuo daretur venditori vsque ad tempus traditionis mercis, cum pacto, vt tunc ea de causa insuper redderet, quod plus tunc va-

lent merces, quam pretium; quę duo lucrum sunt ex mutuo virtute, atque adeo vsura palliata.

Hinc Sotus. 6. de iust. q. 2. art. 3. ante quartam
3 concluſ. & q. 4. ar. 1. infert, vsurā † cōmittere, atq; ad reſtitutionē teneri mercatores, qui in nundinarum diſſolutione, qñ, in emptorum defectum, decreſcere aliqñ ſolet prętium mercium, eſſeque longè minus, quā a principio, atq; in medio, merces ſuas credito vendunt pretio, quod a principio nundinarum valebant. Quo eodem modo vsurā committunt cum teſtituendi onere, quid, decreſcente pretio tritici pp ſuperuentum ingentis copiæ mari aſportatæ, aut pp ſuperuentum pluuiæ, a qua anni fertilitas pendebat, vendunt credito pretio, quo immediatè antea vendebatur, quodque maior erat pretio rigoroſo præſenti, quo pecunia numerata cōiter venditur. Idemq; eſt dicēdum de quibuſcunq; alijs mercibus in ſimilibus euentibus, nihil impediente, qđ mercatores ipſi maiori pretio eas emerint, atq; amittent, niſi tm̄ in pretio aſcendant, vt diſp. 348. dictum eſt.

Quamuis neque ex præciſa ſolutionis expectatione, neque ex præciſa anticipata ſolutione, fas ſit accipere vltra pretium iuſtum rigoroſum, aut emere infra pretium infimum iuſtum: nihilominus
4 † ex parte lucri ceſſantis, aut dāni emergētis, fas eſt accreſcere, aut decreſcere, extra limites iuſti pretij, quantum hæc prudentis arbitrio æſtimabuntur, vt diſpu. 314. & duabus ſequentibus, fuſe eſt oſtenſum: quo in loco, quæ hic dici poterant, ſunt legenda. Obſerua tm̄, opus eſſe emptori ſignificare, ratione lucri ceſsātis, aut damni emergentis fieri egreſſum illum a limitibus pretij alio quin iuſti, qm̄ non conſtat illum, vna cum merce, emere ét velle lucrum ceſſans, aut damnum emergens. Si. n. ſolum emere intēderet rem pretio iuſto, nec ſimul emere vellet lucrū ceſſans, aut damnum emergens ſanè iniuria illi irrogaretur, cum reſtituendi onere, ſi ipſo ignorante, ſimul ei venderetur lucrum ceſſans, aut damnum emergens. Quando autem lucrum ceſſare ſit cenſendū, aut damnum emergere, & quando non, diſputationibus citatis, prę ſertim. 316. latè eſt explanatum.

Ex capite lucri ceſſantis, licitus eſt caſus vltimus, de quo c. nauiganti. de vſur. eſt ſermo. Quo in loco Greg. IX. definit, a peccato, vitioq; vſuræ,
5 excuſari eū, qui † merces ſuas credito vendit, maiori quidem pretio, quā tpe contractus valeāt, attamen tali, de quo veriſimiliter dubitatur, an res vendita tempore ſolutionis ſit plus, minusve, valitura, dummodo venditor eas merces venditurus non eſſet tempore contractus, ſed ſeruaturus illas eſſet vendendas tempore ſolutioni deſtinato. Verbi gratia, ſi tritici menſura menſe Decembri octo regularibus argenteis vendatur, ſperetur tamen vendenda in principio Maij longè maiori pretio, tunc, qui firmus deſtinauit vendere ſuum triticum menſe Maij, abſq. peccato, & abſq. vſuræ vitio, requiſitus menſe Decembri, poterit credito illud vendere pretio, quo, plus minus valiturum ſperabatur menſe Maij. Ratio eſt, qm̄ quando moraliter eſt certū valiturū plus menſe Maij, atq; ignoratur quantum tunc in pretio aſcendet ſanè iuſtum pretiū lucri ceſſantis, tpe contractus taxatum erit, ſi aſcēdatur in pretio quouſque perueniatur ad medium inter ſummum & infimū, quo mēſe Maij valiturum ſperatur: ea quippe ratione, & taxatur, perſoluiturq; ſufficienter venditori lucrum ex eo ipſi ceſſans, q̄ ſuum triticū in id tps non ſeruet, quo plus valiturum ſperabat, & tam emens quam vendens, æquali ſe periculo exponunt, quod eſto triticum menſe Maij plus valeat, contentus ſit venditor pretio illo, & eſto minus valeat, ſoluat nihilominus emptor idem pretium. Atque hoc eſt, quod Grego. IX. eo in capite definire intendit. Obſerua tm̄, ſi venditor ſeruatu rus non erat ſuum triticum vſque ad diem ſolutioni deſtinatum, ſed ad breuius tempus, in quo valiturum quidem erat plus, quā tpe contractus, ſed minus, quam in termino ſolutioni præfixo, tunc paciſci non poterit de pretio, quo, plus minus; eſt valiturum tpe ſolutionis: quandoquidem non tantum lucri ipſi ex eo ceſſat, quod in preſenti vendat, ſed poterit ſolum paciſci de pretij, quo, plus minus, eſt valiturum tpe, quo vendere illud decreuerat. Simili modo ſi illud vendere decreuerat tpe, in quo plus valiturum ſperabatur, quam in termino ad ſolutionem dato, tunc paciſci poterit de pretio, quo plus minus, erat valiturum tempore, quo illud vendere decreuerat, idq. ſiue terminus datus ad ſolutionem ſit ante id tempus, ſiue poſt. Ratio autem eſt, quoniam totū id lucrū ipſi ex eo ceſſat, quod in præſenti vendat. Obſerua tm̄; ſemper detrahendum eſſe de pretio, quantum venditor erat inſumpturus in eo tritico ſeruando. Item, ſi triticum, aut quæuis alia merx, paſſura erat detrimentum aliquod ob ariditatē, aut quacunque alia de cauſa, detrahendum eſt etiam de pretio, quātum id æſtimabitur. Adde, ſi moraliter non erat certum, venditorem ſeruaturū mercem in tempus, quo plus erat valitura, accipere non poſſe totum pretij incrementum, quod licitè potuiſſet accipere, ſi moraliter id fuiſſet certū. Denique, decreſcere venditor tenetur in pretio, quantum, computatis omnibus circūſtantijs, minus lucri ex eo poteſt illi ceſſare quod vendat ad tetminum ſolutioni præfixum, iuxta ea quæ diſpu. 316. dicta ſunt. Ita Maior. in 4. diſt. 15. q. 32. Syl. verb. vſura. 2. q. 2. Sotus 6. de iuſti. q. 4. art. 2. Cou. 2. var. reſ. c. 3. nu. 6. & doctores cōiter.

6 Licet tpe † cōtractus taxari poſſit pretium lucri ceſſantis modo explicato, iuxta, cap. nauiganti. de vſur. poteſt etiam aliter fieri venditio. Nempe, vt tantum pretij reddatur, quantum merx valuerit cōiter tempore, quo venditor illam vendere decreuerat. Ratio eſt, qm̄ re vera tm̄ lucri venditori ceſſat, exponitque ſe hoc modo periculo, quod, ſi aliqua de cauſa minus tunc valuerit, minus ei detur. Semper tamen detrahere de pretio tenetur, ſi minus lucri ipſi ceſſat propter ſumptus in ea merce ſeruanda & propter alia, quæ proximè commemorata ſunt. Si quis autem triticum, aut quāuis aliam mercem, vendat cum pacto, vt ei ſupremū pretium detur, quo valuerit a die celebrati cōtractus vſque ad tempus, in quod illam ſeruare decreuerat contractus eſt vſurarius.

Imò

Digitized by Google

Imò, esto mensem determinet, aut hebdomadam, apponēs pactum, vt sibi summum pretium soluatur, quod in tali mense, aut hebdomada, valuerit, contractus est vsurarius. Ratio autem est qm̄ ipse vnum tantum diem, immo horam, erat electurus, in qua venderet, nec plus pretij erat accepturus, quam merx tunc valeret; ex eo autem, quod supremum pretium eligat temporis totius mensis, aut hebdomadæ, exponit emptorem periculo, quod, si in aliqua parte totius illius temporis plus valeat, teneatur id soluere, simulque se in tuto constituit, quod nihil lominus accipiet, quam sit id, q̄ valitura erat tempore, quod ad vendendum eligeret: apponere autem hoc grauamen (q̄ proculdubio pretio est æstimabile) pro expectatione solutionis, quis non videat vsuram esse palliatam? Si tamen pacisceretur, quod nec emptor supremum soluere tur pretium, nec infimū, quo intra id tempus venderetur, sed medium inter vtrūque, tunc nulla esset vsura: eo quod contractus esset æqualis, periculumq; amoueret æqualiter ab emptore & venditore. In his consentiunt Scotus in 4. dist. 15. q. 2. versus finem ar. 2. Gabr. ibid. q. 11. art. 1. Couar. num. 6. citato, Io. Medin. vbi supra, & doctores communiter.

7 Dubium est, si venditor † suas merces sit statim venditurus, sed creditur verisimiliter illas post tres menses plus esse valituras, an possit licitè eas vendere credito soluendas in id tempus, sed pretio, quo, plus minus, speraretur tunc esse valituras Caiet. 2. 2. q. 78. ar. 2. ad 7. affirmanter respondent. Quoniam, inquit, solutionis expectatio potest duobus modis considerari. Vno, vt actio distincta ab emptione & venditione; atque hoc modo ex eo, quod solutio differatur, nihil amplius accipi potest, quam quod res in præsenti valet, quæ vsura esset plus accipere.

Altero, tanquam actio complatiua contractus emptionis & venditionis: completur quippe contractus, non sola conuentione, sed traditione mercis ex parte venditoris, & pretij ex parte emptoris. Quia ergo, inquit, tēpore, quo traditione pretij complendus est contractus, merx plus est valitura, licitus est talis contractus, nihil impedierit; quod tempore, quo merx traditur, minus valeat, & quod venditor seruaturus illam non esset vsq; ad id tempus.

Ad eandem sniam videtur accedere Conr. de contractib. q. 61. Suam vero sententiam confirmat Caiet. ex c. in ciuitate de vsur. vbi Alex. III. nulla mentione facta, an venditor seruaturus esset merces vendendas in tempus futurum, respondet, piper, aut cinamomum, quod præsenti pecunia solum venditur quinque, posse absque peccato vendi creditò sex, modo credatur tempore solutionis, plus minus id esse valiturum.

Reprehendit verò Caiet. glos. c. in ciuitate, & c. nauiganti, quæ affirmant, eundem esse casum vtriusque capitis, ac proinde in casu capitis in ciuitate, intelligendum esse, quando venditor seruaturus erat suas merces in tempus solutioni præfixum, iuxta id, quod c. nauiganti habetur.

Contrarium tamen est proculdubio asserēdū, videlicet, contractum illum illicitum esse ac vsurarium: id quod Greg. IX. manifestè expressit, c. nauiganti: quo circa dicendum est, eundem esse casum vtriusque capitis Gregoriumque IX. explicasse amplius, quæ Alex. III. dixerat. Ita affirmant, præter glossas vtroque capite, doctores cōmuniter, iuxta Med. de rest. q. 38. causa 5. Sotus 6. de iust. it. q. 4. art. 2. Cou. 2. var. res. c. 3. n. 6. & plerique alij, quos citat, atque consentiunt Maior. in 4. dist. 15. q. 32. Gab. ibidem q. 11. art. 1. & art. 3. dub. 9. & Syl. verb. vsura. 2. q. 2.

Potest autem hæc nostra sententia confirmari. Primò, quoniam contractus emptionis & venditionis consensu perficitur, vt dispu. 254. 336. & 337. ostensum est, & valor rei attendi debet iuxta id, quod tempore traditionis illius valet, vt ex se est perspicuum, eo quod tunc tradatur ad vsum, & consumptionem, colligiturque apertè ex c. nauiganti, casu 2. neque pretij solutio est completio contractus, nisi quo ad obligationem, quæ orta fuerat ex contractu ipso iam antea perfecto: quo fit, vt pretium iustum rei credito venditæ, attendēdum non sit penes tempus solutionis, sed penes tempus venditionis, ac tradisionis mercis.

8 Secundo, qm̄ † res, quæ in futurum plus est valitura, non plus valet ei, qui eam venditurus ac traditurus est statim, quam valeat in præsenti; eo quod dominium illius non perseueret cum ipso, possitq; consumi statim ab emptore: ergo, si in præsenti eam vendit ac tradit, non maiori pretio potest illam ex eo vendere, quod solutionem differat in tempus, quo plus est valitura, quam si ipsam pecunia statim numerata venderet.

Tertiò, quoniam, si statim consumatur accrescere non potest in valore: ergo solutionis tempore non debetur pro ea pretium, quod tunc valeret, si apud vendentem esset vsque ad id tempus conseruata. Rationes alias legito apud Medin. ac Sotum locis citatis. Ex proximè autem factis rationibus tam perspicuè euersa sunt Caiet. fundamenta, vt opus non sit ad illa respondere.

## Vtrum ratione periculi amittendi capitale, difficileque & cum molestia, illud recuperandi, liceat vendere credito vltra pretium iustum rigorosum, aut emere anticipata solutione infra pretium infimum iustum.

### DISPVTATIO CCCLVI.

#### SVMMARIVM.

1 *Vendere credito ad tempus vltra pretium iustū, vel emere infra infimum pretium anticipata solutione, an liceat, ratione periculi amittendi capitale, vel cum difficultate illud recuperandi ratione loci, vel personarum qualitate.*

2 *Pretio æstimabilia sunt periculum amittendi capitale, qualitas loci, & personæ, timor expensarū, & laboris in debito recuperando.*



Digitized by Google

1 IOan. Med. de rest. q. 38. causa. 3. & 4. censet, ratione periculi † amittendi capitale, aut partem illius, qñ pro qualitate personæ, & circunstantiarum concurrentium, est verisimile aliquod tale periculũ moraliter loquendo, licitum esse ascendere vltra pretium iustum, quantum periculum illud prudentis arbitrio æstimabitur; & descendere de infimo pretio iusto, qñ emitur anticipata solutione. Itemq; ratione expensarum, laboris, & anxietatis subeundæ, in recuperando eo debito. Quamuis aũt alia non contemnenda argumenta ad hoc probandum conficiat, potissimũ est. Qm
2 hæc † omnia pretio sunt æstimabilia, neq; quis tenetur illa subire, eis vel se, & res suas, sub jcere gratis: sicut etiam disput. 319. cum cõ doctorum sententia dicebamus posse fideiussorem pro obligatione, quam in se suscipit, soluendi pro debitore, si ille non soluat, accipere competens aliquod pretium pro quantitate obligationis, & periculi, cui, spectatis circunstantijs concurrentibus se subijcit. Quare, ait Medina, modo venditor nõ indifferenter ascendat in pretio omnibus, quib. credito vendit, sed solum illis, in quibus verisimiliter, quæ cõmemorata sunt, timentur, neque his oĩbus ascendat æqualiter, sed pro quantitate periculi ac verisimilitudinis, & mõ scandalũ nõ oriatur, de rigore ascendere poterit in pretio, quãtum illa prudentis arbitrio, æstimabuntur. Quod si cũ emptore tempore contractu certum ac moderatũ pretium statuat pro ratione periculi, quod tunc timetur; quicquid postea eueniat, nec restituere tenebitur incrementum illud, nec põt plus accipere: qm id tanq̃ iustũ pretiũ conuentione vtriusq; partis fuit statutum pro periculo, cui se subijciebat, quicquid postea rei probaret euentus.

Sotus 6. de Iust. q. 4. ar. 1. ad 2. quamuis admittat, circa expensas ac laborem, quæ verisimiliter timeantur, posse quempiam pacisci cum emptore, ac mutuatario de iusto aliquo ac moderato pretio, ita vt, quicquid postea in vtrãuis partem eueniat, neque amplius possit accipere, neque id restituere teneatur, nihilominus pro alijs negat posse quicquam accipi absque vsuræ vitio, stomachaturque aduersus Medinam, quod talem inuehat opinionem. Rationes, quibus Sotus nititur, legere apud istum licebit. In hoc secundo conuenit cum Soto Nau. in Man. c. 23. nu. 81.

Conr. de Contract. q. 59. corol. 1. & 2. post tertiam conclusionẽ, & argumento. 2. post 4. negat pro periculo amittendi capitale, aut partẽ illius, posse in pretio ascendi. Pro expensis vero ait, posse quidem in eo ascendi, ea tamen lege, vt si nullæ postea fiant, accipiatur solum iustum rei pretium. Atque in hoc secundo cum eo conueniunt Syl. in Rosa aurea casu. 6. Maior. in 4. d. 15. q. 40. arg. 7. Nau. in Manu. c. 23. nu. 84. tametsi addãt, esse id periculosum; quia poterit venditor tpe solutionis mutare voluntatem, aut obmutiscere, atque ita accipere totum pretium. Poterit itẽ mori ante solutionem, & tunc hæredes recipient totum pretium. Adhiberi tñ posse, ait Nauar. cautelam tradendo schedulam debitori, quod, si tempore constituto integrè soluerit, diminuet id de pretio. Conrad. ait, posse nihilominus ascendi in prẽtio pro timore expensarum, & similium rerum. Si verq pro timoris perpessione, in pretio ascendatur, nihil teneri creditorem restituere, esto nihil eorum, quæ timebat, postea eueniat.

Duabus conclusionibus, quid de hac re sentiam, dicam. Prima. Præterquam q̃ ex causis ppositis ascendere in pretio res sit plena in se periculis, aptaq; ad generandum scandalum, eaq; ratione nullo modo consulenda, credo esse ẽt in se illicitã, obligationemq; inducere restituendi excessũ pretij, nisi, contractus tpe, emptori manifestetur, eis de causis ascendi vltra pretium alioquin iustũ atque emptor in eiusmodi pacto consentiat, præsertim qñ non constat simul cum re, velle emere pericula illa & damna, quibus venditor in ea vẽditione se subijcit. Probatur, quoniã vt disputat. præced. & 314. iunctis duab. sequentibus, de lucro cessante ac damno emergente dicebamus, si emptor solum intenderet emere rem pretio iusto, & non pericula, quibus venditor se subijciat arbitratur, sanè iniuria illi fieret, si, ipso id ignorante, eiusmodi pericula acidãna ei venderentur, pro eisq. acciperet ab eo pretium: quare interueniret peccatũ ab obligatio restituẽdi illi tale pretium.

Secunda cõclusio. Quamuis nemini videatur consulendũ, vt illis de causis in pretio ascendat, pp periculum palliãdi ea ratione, atque introducendi vsura, & pp scandalum, ac damna Reipublicæ, præsertim cum venditor, possit nolle vendere sine fideiussore securo, possit etiã apponere pẽnã conuentionalẽ, si culpa ementis aliquid eorum, quæ timet, eueniat, vt disp. 317. dictũ est, & possit de expensis & labore pacisci, si quæ ea de cã ipsum subire contigerit, nihilominus, si incrementum illud pretij in pactum deducatur, ita q̃, contractus tempore, emptori manifestetur, rõne expensarum periculorum, ac laboris, quibus venditor se subijcit, accipi, sitq. moderatũ pro quantitate illorum, attenta emptoris qualitate, ita qd metus ex natura rei prouenerat, & non ex auaritia & pusillanimitate venditoris; qui timore trepidet vbi non est timor; non video cur contractus licitus non sit. Probatur, quoniam, præterquam q̃ illa omnia pretio sunt æstimabilia, atque adeo iuste possunt vendi, & præter argumenta alia, q̃ videre licebit apud Med. & quosdam alios, sanè ius recipiendi centum tali die, quod venditor ex eo capite acquirit, q̃ merces suas vendit pro centum, soluenda eo die, eo minus in se valet, vt Sotus ibidem in resp. ad tertium admittit, q̃ illa centũ maiori subiacent periculo, & maiori indigent labore, pluribusq. expensis, vt recuperentur, adeo vt aliqñ ius ad recuperandum centũ, ematur iustè pro nonaginta, aut octoginta, vt disp. 361. dicetur: ergo iam poterit venditor in pretio ascendere, quousque proportione quadam ius ad recuperandum plura, q̃ alioquin esset pretium iustum, reddatur æquale in valore cũ pretio iusto, si tpe contractus solueretur, augendo in pretio ad certũ diem, quantum ius ad illud minus valet propter pericula, laborem, & expensa, quæ meritò timentur, quam si pretium solueretur statim.

Obijcies.

Digitized by Google

Obiect. Obijcies, si argumentum quidquam probat, etiam probat, rem posse vendi maiori pretio illis eisdem de causis, non deducendo in pactũ incrementum illud pro eis causis. Etenim ius ad illud pretium, quod tpe contractus, qñ res credito venditur, comparatur, re vera non excedit valorem mercis. Negandum tñ est id sequi. Qñ enim res credito venditur, pretium, quo emitur, non est ius, quod in ptæsenti cõparat venditor, sed pecunia ab emptore reddenda in termino constituto, comparatione cuius venditor acquirit ius: ascendendo verò in pretio, emptore insolio cogitur eme re periculum pretij, laboré, & expensas, quas venditor inijt, faciendo illum consentire ea de causa in maiori pretio, ac subinde in iure ad maius pretium; quod non licet inscio emptore.

Superuacaneum duxi referre, ac soluere, argumenta Soti & Nauarri, quæ ex dictis facilè intelligetur, quam modicam vim habeant.

## An modus vendendi res creditò, faciat accrescere pretium illarum iustum. Et quid de rebus, quæ in ingenti quantitate ad nundinas deferuntur, aut mari asportantur.

### DISPVTATIO CCCLVII.

*SVMMARIVM.*

1 *Vendendi modus res ad creditum, an faciat crescere pretium illarum iustum.*

2 *Mercatores merces in nundinis pecunia credita vendi consuetas, carius credito vendentes, quã pecunia numerata, an peccent, & ad restitutionem teneantur.*

3 *Dilatio solutionis pretij, quando possit esse circunstantia, vt pretius iustum mercis accrescat.*

QVidam ex eo capite asseruerunt, res creditò posse iuste ac licite vendi vltra iustum, tigo rotum alioquin earundem rerum, pretium, quod res sub illo vendendi modo plus valeant, quã vendita pecunia statim numerata; quasi maius illud pretium sit proprium ac peculiare iustum earum rerum pretium sub illo vendendi modo: non secus, ac quando res subhasta venduntur, habẽt suũ peculiarem iustum valorem, ac vltroneæ merces vilescunt, decrescuntq; in pretio, alioquin ipsarummet iusto, dum sub illo vendendi modo, vt disp. 348. explanatum est. Id verò cõfirmant, qm abundantia emptorum facit pretium accrescere, vt eadem disputatione ostensum est: quando autem res credito venduntur, plures sunt emptores.

1 Hæc † causa meritò ab omnib. reijcitur, qua de re, inter alios, legendus est Io. Med. de rest. q. 38. causa 6. Ratio in primis est, qm iura contrarium aperte sonant, dũ docent non licere carius credito vẽdere, q̃ pecunia numerata, nisi ex causa peculiari, vt lucri cessantis, aut alia simili: si autem causa tradita legitima esset, fas vniuersim esset carius vẽdere credito, quam pecunia numerata. Deinde, qm incrementum illud pretij vendendo illo modo, inde ortum habet, quod expectetur pretio, atq; adeo ortum habet ex virtuali mutuo, quod est palliata vsura, iure diuino ac naturali illicita: quare, cum abundantia illa emptorum crescere non faciat simul pretium pecunia numerata, sed solum sit occasio, quod venditores ex ipsa natura rei illicitè vendant carius; consequens est, vt hæc causa non sit de numero earum, quę ex natura rei crescere faciunt rerum pretia: qualis esset abundantia emptorum pecunia numerata. Temperamento aliquo doctrinam hanc, per se veram paulo post condiemus.

Quidam, quos Cou. 2. var. reso. c. 3. num. 6. refert, asseruerunt, eos † mercatores, qui merces in nundinis pecunia credita frequentius vendi consuetas carius credito venduntur, quam pecunia numerata, non peccare, neque ad restitutionem teneri: quoniam conuictus humanus, ac publicum bonum, efflagitat modũ illum vendendi: quia nõ facile repetiri possunt tot emptores pecunia statim numerata, quot tam ingens mercium copia exigit. Sotus etiam 6. de iust. q. 4. art. 1. ad 4. idem affirmat, non quidem de ptædictis mercibus, sed de ijs, quæ mari in ingenti copia asportãtur, quæ non possunt vẽdi simul pecunia statim numerata: censet enim pretium earum tunc non esse, qđ valent pecunia statim numerata, sed quod valẽt; concesso in futurum termino solutionis. In contrarium prioris sententiæ propendet Couar. loco citato. Posteriorem verò reprehendit, ac impugnat Nau. in Man. c. 23. nu. 82. Quæst. 2

Arbitror tamen esse distinguendum. Quoniã si merces ad nũdinas, aut mari vt in Indicis nauibus ingenti copia asportatæ, attenta multitudine emptorum, qui concurrunt, vt illas emant, alioq; reuendendas deferãt, aut vt in eadem ciuitate, vel comarca, paulatim eas reuendãt re vera pretium illud valeant, sed, quod emptores careant tam ingenti copia pecuniæ quam statim soluãt, pro tanta mercium copia visibus cõibus necessaria credito venduntur, tunc nullã censeo interuenire iniustitiam, carius illas vendendo credito, quam venderentur nu. pec. si exponerentur vendendæ tantum pecunia numerata: quoniam propter multitudinem earum, & pecuniæ paucitatem, necesse esset decrescere multum in pretio iusto: cũ tamen neque emptores desint, neque illarum indigẽtia, sed solum facultas ad emendum pecunia numerata tantam copiam, quantam emi expediret. Decis.

Quod si pecunia tantum numerata vendentur sanè neret, vt ementes merces illas, multum ditesceret: ingensque lucrum asportarent: quandoquidem vili admodum emerent, propter multitudinem mercium, & tenuem multorum facultatẽ ad emendum pecunia num. & venderent magno pretio, propter paucitatem earum mercium, quæ ad singula loca deferrentur. De eiusmodi ergo mercibus verissimè affirmat Sotus, non asportari, vt pecunia statim numerata vendantur, sed earum pretium iustum esse, quod pro illis, credito venditis, dari consueuit.

Quod si prædictæ merces, attenta emptorum quantitate, & attentis alijs circunstantijs, nõ tm̃ valeant; quia re vera minori pretio eodẽ tpe venduntur ab ipsismet mercatoribus, aut ab alijs, nulla eos cogente necessitate pecuniæ præsentis, quæ eos decrescere faciat de pretio, quo alioquin vẽditurus essent pecunia numerata; tunc, cum merces vendi simul, circunstantia sit faciens potius decrescere, quam accrescere pretium iustũ, vt dispu. 348. explanatum est: consequens profectò est, vt, si simul, aut ẽt per partes, vendantur creditò maiori pretio, quã per partes pecunia numerata, venduntur, vsura intersit, cum obligatione restituendi incrementum illud pretij tanq̃ iniustum.

Quo loco obserua, doctrinam priori loco cum Soto, & alijs, quos Cou. refert, traditam, locũ regulariter non habere, nisi qñ mercatores illo modo emunt creditò, ad reuendendas asportandasq; merces illas in alia loca pro communi hominum indigentia. Multi enim mercatores sunt qui nisi credito emant, pretiumq; expectetur quousque tales merces, aut omnino, aut ex parte, reuendant, negotiari non possunt, aut non nisi admodum tenuiter: alij autem sunt, qui, licet diuites sint, non possunt ingentem copiam mercium accipere asportandam, ac vendendam in varia loca, nisi dilatio aliqua ad solutionem eis concedatur: accurrente autem ad emendum copia vtriusque generis horum mercatorum, perspicuum est, ex ipsa rei natura, accrescere pretium mercium sic creditò emptarum vltra id, quod valerent, si pecunia tantum numerata eædem merces venderentur. Atq; in hoc sensu, & ratione huius, ac similiũ eũ tum, verum est, merces creditò venditas, sub eo modo vendendi, plus aliquando valere, quam si solum eædem merces pecunia numerata vendantur: tametsi contrarium per se ac regulariter sit asserendum. Idque est attemperamentum, quo doctrinam hanc, per se, ac regulariter loquendo, veram, condiendam paulo ante promisimus.

Vt verò hæc magis corroborentur, meliusque intelligantur, obserua. Quamuis dilatio solutionis pretij mutuum sit virtute, quia tñ pretiũ, qñ lege non est taxatum, non constitit in indiuisibili, accrescereq; potest ex varijs circunstantijs, vt
3 disp. 338. explicatum est; inde † proficiscitur, qđ concessio dilationis solutionis pretij, possit aliqñ esse occasio & circunstantia, vt pretium iustum mercis accrescat, multiplicatis ea ratione emptoribus, qui in longè maiori quantitate emere velint, quam vellent, aut emere possent, nisi ea dilatio eis concederetur.

Qñ ergo pretium non est lege taxatum, duobus modis accrescere potest ratione dilationis solutionis. Vno, quasi rettributio ac compensatio dilationis. Et hoc modo est vsura: eo quod sit lucrum ex mutuo virtute. Altero, quasi incrementum pretij iusti mercis occasione dilationis, quæ in cã fuit, vt emptores multiplicarentur, atq; ita pretium iustum accresceret, aut potius non decresceret, pp eum vendendi modum. Atque hoc modo, cum non sit lucrum ex mutuo formaliter aut virtute, vsura non est, sed pars pretij iusti. Dixi, quando pretium lege nõ est taxatum: quoniã, si lege sit taxatum, cum rettributio pro merce in indiuisibili quo ad valorem consistat, non secus ac rettributio pro mutuo formali, sanè tunc dilatio solutionis esse non potest occasio maioris valoris eius rei, quæ est compensanda, ac proinde neque maioris compensationis iustæ.

## In emptione anticipata solutione, quando vsura intercedat, quando non item.

### DISPVTATIO CCCLVIII.

#### SVMMARIVM.

1 *Vsura quando interueniat in emptione anticipata solutione, & quando non.*
2 *Pretium rei attendendum est tempore quo traditur res, & non tempore contractus.*
3 *Pecunia anticipata duobus modis emi potest, quod tempore traditionis minus creditur valiturũ. Imo etiam sine pecunia anticipata, sola arrha, aut contractu interueniente. nu. 4.*
5 *Emptor anticipata solutione an possit licite emere domum, sibi post certum tempus, vel post mortẽ vendentis tradẽdam, quæ tunc credebatur eodẽ pretio valere, quo nunc tempore contractus.*

1 Dicendum iam † nunc est de emptione pre-
2 tio anticipato. Et † qm̃ rei pretium tempore traditionis illius, & non tpe, quo contractus celebratur, est attendendum, inde sequitur, si res ematur nunc tradenda post duos menses, qñ verisimiliter multò minus valebit, iustè emi nũc pretio: quo creditur, plus minus, tunc valitura. Vt si triticum duobus mensibus ante messem duodecim argenteis vendatur, credatur verò tpe messis valiturum octo argenteis, emi poterit duob. mensib. ante messem anticipata solutione, tradendũque tempore messis, octo argenteis.

Idem dicẽdum est de oleo, vino, & cæteris rebus, quæ nouorum tempore solent minus valere. Atq; hic est fœdus casus, qui definitur a Gregor. IX. c. nauiganti, de vsur. E contrario verò, si res nunc valeat octo argenteos, sed credatur valitura post tres menses duodecim argenteos, atque nũc anticipata solutione ematur octo argenteis, tradenda post tres menses, committitur vsura pallia ta, cum onere restituendi, quod res plus verisimiliter creditur valitura tempore traditionis.

3 Obserua † optimè Med. de rest. q. 38. post cau sam quintam duob. modis posse id emi pecunia anticipata, quod tempore traditionis minus creditur valiturum. Vno, determinando pretium tẽpore celebrationis contractus iuxta id, quod tempore traditionis creditur valiturum: atque de eiusmodi pretio loquitur caput nauiganti de vsu. Vt si triticum, quod tempore nouorum creditur valiturum, plus minus, octo argenteis, tribus mensibus antea ematur pecunia anticipata eisdem octo argenteis.

Ac

Ac tunc, siue casu aliquo contingat plus valere, & vltra dimidiū iusti pretij, siue minus; & infra dimidiū iusti pretij, nihilominus contractus est iustus, illiq; est standum, neque est quod obijciat intercessisse defraudationē vltra, aut infra, dimidium iusti pretij. Cuius rei hæc est ratio. Quia id non fuit pretium rei, se effectus, vt erat iam in re, sed vt erat sub illa spe, & vt in vtranuis partē eo nitæ prosperè, aut aduersè, poterat: rei autē illius, vt erat in illa spe, id fuit pretium iustum secundū communem æstimationem, quicquid postea in effectu sequatur. Sicut quando actus rei emitur pretio, quod ante cum iactum æstimatum est iustum, contractus est iustus, illiq; est standum, quicquid postea eueniat: eò quod non fuerit id pretium euentus in se, sed vt erat sub ea spe.

Idem dicendum est, quando anticipata solutione emitur pretio determinato, quod debebat, plus minus, valiturum tempore traditionis. Itēq; quando pretio determinato venditur credito, est venditor erat seruaturus vendendum tempore solutioni præfixo, iuxta ea, quæ disp. 355. dicta sūt.

Alio modo potest aliquid emi pecunia anticipata, non quidem determinando pretium tempore contractus, sed emendo pretio, quo tempore traditionis communiter res valuerit. Ac tunc illi pretio est standum, omniaq; sunt intelligenda iuxta ea, quæ de venditione credito similiter modo disputatione citata dicta sunt.

Obseruat optimè Soto ubi sup. q. 2. art. 2. 4. conclusione prima, omnia quæ de emptione pecunia anticipata dicta sunt, simili modo habere locum, esto solutio non anticipetur, sed solum celebretur contractus ante tempus traditionis, data, aut accepta arrha inter contrahentes, aut etiam arrha non intercedente.

Dubiū 5. Dubium est, quid, si quis desiderio teneat rei alienius fructiferæ, quam dominus nō aliter vēdere velit, nisi prius illa fruatur per decē annos, aut per totam vitam, licitus ne erit contractus, quo solutione anticipata vendatur pretio, quod tempore traditionis probabiliter valebit? vt, siccager, aut domus, de qua verisimiliter credatur, idē valiturum tunc, quod valet in præsenti. Dicendū Decis. est, si venditor in se non suscipiat periculum rei venditæ vsque ad tempus traditionis, ita vt, si casu aliquo fortuito pereat, aut damnificetur, ipsi pereat, aut damnificetur, iniustus est is cōtractus: cum enim, sicut periculum rei emptæ, sic etiam fructus ad emptorem pertineant, sanè, quādo venditor sibi reseruat ius fruendi re vendita per aliquod tempus, tantumdem debet habere de precio rei, saltem rigoroso quantum æstimatur ius illud, quod sibi reseruat, aut periculum, quod in alterum reijcit, vel certe in se debet suscipere periculum damnum rei eo tempore. Atque iuxta hāc doctrinam intelligo Conradum de contractib. q. 59. ad finem 3. conclusionis. Quod si venditor in eorum id tempus suscipiat in se periculum rei venditæ, perinde id est, ac si anticipata pecunia aliquem, aut quæuis alia res, emeretur pretio, quo ēt pore traditionis æstimatur, quem lanæ contractum nemo est, qui damnet.

## Praxis circa lanarum emptionem ac venditionem in aliquibus Castellæ locis.

### DISPVTATIO CCCLIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Emptio lanarum pecunia anticipata, vt fieri solet, in aliquibus Castellæ locis, an licita sit.*
2 *Lanæ in regno Castellæ inter præcipua eius naturales diuitias connumerantur.*
3 *Lanarum in regno Castellæ tria sunt genera.*
4 *Lanarum pretia in regno Castellæ, multum pendere a commissionibus a Gemua missis.*
5 *Lanarum emptio in Castella anticipata solutione, cur fiat.*
6 *Lanarum vēditiones in Castella quo tempore anticipata solutione fiant.*
7 *Lanarum pretium augentes, vel diminuentes, circunstantiæ quæ.*

1 QVæstio, an lanarum emptio pecunia anticipata, vt in aliquibus Castellæ locis fit, licita sit, valdè est controuersa, atque, vt exactè definiatur, per necessaria.

Quoniā verò accurata illius decisio multum pendet a notitia modi, quo negotiatio hæc peragi consueuit, & circunstantiarum, ob quas necesse est magos ex parte pecunia anticipata fiat, hoc primum hac disputatione elucidabimus: deinde ad quæstionem sequēti disputationi accedemus. Dicemus verò quo pacto in hac ciuitate Cōchen si, & in finitimis oppidis, fiat, vbi id diligenti inquisitione facta, indagare potuimus: si quæ autē circunstantiæ alibi fuerint, vt fortasse in Segouiensi, quare quo audio Genuenses, & alios exteros, ad emendas lanas non accedere, sed mibi emlanis ciuitatis illius, & finitimorum oppidorum, confici ingentem pannorum multi valoris copiam, qui ad Hispanias omnes, variaque alia loca, deferuntur: si quæ, inquam, aliæ circunstantiæ in ea ciuitate, aut alibi fuerint, eorum erit, iuxta illas, quæstionem hanc definire, qui eas nouerint: nostrum verò, iuxta notitiam nobis traditā, de hac re loqui.

Inter præcipuas Castellæ naturales diuitias, 2 non immeritò lanæ computantur, pecoraque, quorum illæ sunt fructus. Cum enim, ob lanarū præstantiam, multa earum millia ponderum quotannis, tum in Italiam, indeq; Cōstantinopolim atque in alias partes, tum in Flandriam, atque in alia loca, deferantur; indè effectum est, vt quàm plurima in Castella oues, & arietes plurimos, nutrient, ob lucrum, quod ex lana, caseo, & carnibus, reportant.

Vnde vlterius est effectum, vt Castellæ regnū arietinis carnibus multum abundet: quæ eo suauiores, salubriores, ac meliores sunt, quo lana est præstantior. Neque enim tenuis, ac optima lana oritur, nisi ex delicatis carnibus, quæ cæteris suauiores, ac salubriores sunt.

Tametsi interdū ex pastu terræ salitrosæ, atq; in qua aquæ salsæ sunt, carnes pecorum, quorum lanæ minus pretiosæ ac minus delicatæ sunt, suauiores, salubriores, ac meliores esse soleant. Salppe multū confert, vt carnes arietinæ meliores sint, quod superfluas arietum humiditates consumit, eosque a morbis præseruat. Atq; hinc proficiscitur, vt vbi loca salitrosa magis & salsa sunt, plures sint oues & arietes lanæ nigræ: color.n. ille ex caliditate & adustione arietis prouenit. Inde ēt proficiscit, vt arietes nigri robustiores, magisq. laboris patientes, sint, q̄ albi, & eorū carnes suauiores, salubriores, ac meliores sint. Itaque carniū ac lanæ qualitas, ex pastu, & aquis, maxima ex parte pendet. Sunt vero, ēt in eadem regione, trium lanarum genera. Infimum † videlicet, medium, ac summum, quoad præstantiam. Hæc aūt diuersas partim prouenire dī ex pastu, qa pecora quo melior, ac abundātior pastu toto anni tpe nutriūtur, eo plus ac melioris carnis habent, abundātioremq. ac meliorem lanam producunt: partim verò ex cura, vt in greg. b. solū sint oues, & arietes, optimarū carnium ac lanæ, ex quib. similia pecora plerēatur. Portò quo vnusquisq. plura pecora ad hanc negotiationē nutrit, eo meliorē lanam solet habere: q̄m & de optimo pastu in alijs regionib. tpe hyberno eis solet prouidere, & maiorem solet curam habere, vt arietes & oues selectæ, atq. optimè, sint. Accedit, eiusmodi pecora, quo melioris, abundantioris q. pastu, nutriuntur, eo solere habere lanā longiorem minusq. scabiem habere corrosam; quā rotam vocāt, q̄ duo ad lanæ præstantiā nō parū cōducunt. Est aūt longè maior copia lanæ mediæ ac infimæ, q̄ supremū, quæ alterum cōparationē, est modica. Exteri verò emere solēt ex suprema & media, licet aliq̄n aliquid ex infima emant, præsertim ad explendas suas commissiones, quas vocant, de quibus mox dicemus.

Non solum singulorum horum trium generū lanarum pretium in mercibili non cōsistit, suā habēs latitudinem, infimi, medij, ac grossi, precij fixi, estq. inconstans ac varium diuersitate circunstantiarum concurrentium, vt subijciemus, sed etiam omnia vno atque eodem temporis momento, non idem pretium habent, sed fōrè diuersum, trium, aut quatuor regalium argenteorum excessu pro vno quoque pondere. Siquidem pōdus lanæ infimi generis pecuniæ anticipatæ vendatur vndecim, aut duodecim argenteis, pondus lanæ mediæ venditur quatuordecim, quindecim, aut sedecim argenteis, pro soli diuersitate, vnde melior est vna, quam alia, & prout venditor selectiora pecora habet, aut plures oues, quam arietes: lana quippe ouium præstantior est, quam arietum, cæteris paribus, eo quod minus immunda sit, eaque de causa plus ponderis lota reddat, quam arietum & quod sit tenuior. Et pondus supremæ venditur septendecim, octodecim, aut nouendecim argenteis, in eademq. proportione accrescere, aūt decrescere, solent pretia eorundem trium lanarum generum.

Genuenses, & interdum Florentini, licet aliquando plus, aliquando minus, emant, emere tamen solent quo tamen in hac Conchensi ciuitate, & in oppidis finitimis, in montanis præsertim (*de la sierra* vocant) quæ hinc septentrionem versus iacent, & in quibus lana melior est, seragina, aut octogenta millē corū lanarum ponderū, quæ *arrobas* vocamus, singula viginti quinque libraram. In eis aūt emendis, asportandis in hanc ciuitatē ad locā, in quibus seligūtur, non solum, quæ ad diuersa spectant genera, sed ēt ex eodem velere, q̄ est in eo præcipuū, & in quibus abluuntur, ac cōponuntur in saccis, in eisdem stē ad marinimos portus currib. vehendis, in vibutis, q̄ ex eis soluūt, & in varijs ministris ad hæc omnia necessarijs, insumunt. Genuenses quotannis circiter ducenta aureorum millia. Idēm habent idem Genuēsib. sit in quibusdā alijs Castellæ locis, ex quib. lanæ ad mediterraneum mare ā pte deferuntur, vt inde in Italiam perducantur: & sit a varijs alijs mercatorib. in alijs locis vnde aptius ad oceanum eā portantur, vt inde in Flandriam transmittātur. Quod Genuenses plura lanarū pondera vno anno emant, quā alio, pendet ex cōmissionib. quę ex Genua a principuis negotiatorib. ad eos mittūtur. Qui.n. in hac Cōchensi ciuitate degunt, negotiorum gestores esse solent eorū qui Genuæ cōmorant, interdūq. cōmissiones ad eines ad quos huius ciuitatis mittuntur, q negotia Genuæ cōmorantium gerāt. Quod aūt cōmissiones vno anno plures, aut maiores sint, quam alio, euenire solent maiores, vel minores, ex peditione lanarum in Italia, & in locis, ad quæ inde asportantur, anno antecedenti, itemq. ex naufragijs nauigiorū, quibus deferuntur, & ex varijs alijs circunstantijs. Quia verò longè maior est lanarum copia, quę ex ciuitate hac, & ex alijs Castellæ locis ad exteras nationes defertur, q̄ q̄ in pannis in eisdem cōficiendis insumitur, manifestū est, quod lanarū pretia † in hac ciuitate quātū a commissionib. a Genua missis pendeant. Siquidem illæ aliquæ sint, nullum accrescit lanarum pretiū, si vero sint paucæ, vel nullæ, amplæ, decrescit pretiū deficientibus præ cæteris emptoribus merceque abundante.

Atque hæc est præcipua causa incrementi, ac detrimēti, pretij lanarum in hac ciuitate. Vnde hoc anno millesimo quingentesimo nonagesimo secundo experientia fuit compertum, lanas tertij generis, q̄ alijs annis vendi consueuerant viginti vno, aut viginti duobus, regalibus, venditas fuisse post pecora tonsa sedecim regalibus: eo q̄ paucæ commissiones ex Genua sint missæ; solum.n. fertur assignasse ad triginta sex millia, aut quadraginta millia ponderum. Vnde vlteriūs est effectum, vt, qui, spe commissionem, multa pondera pecunia anticipata emerant, neque pretium integrum reperiant, quod pro illis dederant.

Ex eodem capite proficiscitur, vt lanarum pretium multum in hac ciuitate pendeat a Genuensium voluntatem. Cum.n. nisi ipsi emāt, vilescat hæc merx, & ad tres, aut quatuor, commissiones mittantur, & ad summum ad quinque, sex, aut septem, ferè in ipsorum potestate est pretium constituere. Quoniam, si accrescere non velint in pretio, lanarū domini cogūtur eo vendere: præ-

serum

sertim cum conuentiones lanarum longo tpe ante cõfectionẽ pecuniaq; anticipata magna ex parte fiant, nullusq; aliorum maiori pretio conuentione, & pecunia anticipata, emere audeat, sed Genuenses ea in parte sequantur. Verum nihilominus est, Genuenses, qñ penuria est harum lanarũ apud exteras nationes, commissionesque multæ ac magnæ sunt, accrescere solere in pretio, vt se inuicem in emptione præuenant, citiusq; suum negotium peragant; præsertim lanarum dominis renuentibus vllo pretio vendere. Quia item illi, ad quos commissiones mittuntur, pauci sunt, facilius inter se conueniunt, vt nullus emendo cotrũ pretium excedat, quam venditores, qui multi sunt, & quorum multi egestate premũtur, vt nullus infra certum pretium vendat, tametsi quidam interdum ad id alios suadeant.

Ratio † autem, cur plus lanarum venditio, quã aliarum mercium, conuentionib. ac pecunia anticipata magna ex parte, & fieri consueuit, & peragi necesse sit, ipsi lucri ex parte cementũ cupiditatem, est in primis. Quòd, cum ad tam ingentem lanarũ copiam tot pecora ali tam multis educi necesse sit, in tantum proprijs & regni totius bonum, magnique sumptus ad id fiant necessarij, ad alimenta arq; stipendia famulorum ad persoluendum pecorum pastum, præsertim hyberno tempore in locis valde distantibus, & ad multa alia; sane, nisi multi pecunia aliqua anticipata subuenirent, id ferè nõ posset, & cum iactura communis, ac proprij boni, nec tot pecora nutriendi, nec tantum lucrum reportaretur, quantum vendẽdo ita pecunia anticipata reportant. Accedunt varijæ aliæ multorum necessitates, quæ vna cũ præcedentibus, eos cogunt, vel partem, vel totã suam lanam vendere pecunia anticipata, si non vltrotũ pretium anticipate soluatur, certè vt pars aliqua, aut partes variis temporibus, quibus pecunia magis indigent, vel admittenda pecora ad loca distãtia, vel ad illa reducenda, vel ad alios sumptus in rebus alijs faciendis, persoluatur: quod in causa esse solet, vt frumentum sequent, & multa alia, neque anticipatè illi vendant.

Est & alia causa ex parte dñorum pecorum ac lanarum, cur conuentiones lanarum anticipante fieri sit necesse. Quòd, nisi tpe tonsionis lana esset vendita, simulque adesset, qui illam reciperet, dñi lanarum grauarẽtur multum, iacturamq; paterentur. Cum. n. lana plurima sit, multumque ib cum occupet, & qui plurimos greges nutriũt, eos tondeant extra suas domos, in finitimis oppidis; nisi continuo lana reciperetur, necesse illis esset multos sumptus facere in illa asportanda, aut seruanda extra proprias domos. Quòd si in saccis seruari deberet, sumptus essent faciendi in saccis emendis, & in lana in illis componenda. Si verò extra saccos asseruãda esset, ingenti, egeret domo, aut domibus cum periculo, vt ex sole, pariete, ac regularum humiditate, lana computresceret, ac cotrum peretur. Hæc, & alia, ex parte vendẽtium sunt, quæ cogunt conuentiones esse anticipatas.

Deindè tã ex parte Genuensiũ est, q̃ cum pecora in hac regione, ob illius frigiditatẽ non tondeantur, nisi mense Iunij, fatè, si conuentiones anticipatè non fierent, sed tonsione prius facta, essent celebrandæ, ipsi non haberent ad tam multas tot in locis efficiendas, ad lanas recipiẽdas, ac asserendas in hãc ciuitatẽ, & ad cætera peragenda, q̃ necessaria sunt, vt lanæ tpe congruo fiant in portubus, eodẽq; anno transportentur in Italiam, vnde iacturã maximam paterentur dilationis vnius anni in eã negotiatione, quo tpe toto necesse esset habere pecuniam suam occupatam, impedirenturq; ab ingenti alio lucro. Imò verò sæpè, conuentionibus anticipatè factis, tempus non habent ad oës lanas abluendas ante hyemis aduentum, sed quædam in sequentem annum reseruantur.

Dices, Fiant quidem conuentiones anticipatæ, pretium tñ non determinetur, sed tantum, vt sit, quod cõstet tempore traditionis lanarũ cucurrerit. Præter alia, quæ ex dicendis patebunt alibi locũ non habere in re proposita. Cum. n. Genuenses ipsi fiant, quibus constituto pretij pendet, cõquid paucitatem ingentem lanarum copiam emant, cæteriq; ipsos in pretio sequantur, vt paulo ante dictum est, sanè, nisi ex conuentionæ ipsorũ cum lanarum dñis, constare non posset, quod pretium cucurrerit tempore traditionis lanarum. Equidem, qñ plurimum sunt, qui minutim tempore traditionis mercis eam emant, vt in tritico, vino, & oleo, tempore nouorum fieri solent; messi aliqui pecunia anticipata emant, constare ipsis, ex communi aliorum emptione, pretio solum tempore traditionis mercis, quod verè poterit, quod pretium eodẽ traditionis tempore communiter duraturum sit. Verò, quando pauci ad modum sunt, qui, parua copia accepta alijs minutim emenda, ferè mercem totam regionis emunt, eaq; de causa ipsi sunt, qui cõuentiones suas in lucro ponant, aliquatenus crescere in pretio, efficiunt, quique proinde pretium constituũt, locum sanè non habet, vt anticipatæ horum conuentiones fiant relatione ad pretium quod traditionis tempore curret.

His igitur de causis emptiones ac venditiones lanarum magna ex parte fieri consueuerunt pecunia lanis anticipata, dñis pecorum vendentib. interdũ solum patrimonium quandam summam lanarum eo modo, reseruantibus q; reliquam vendendam in alium tpis interdum verò vendentibus totam. Atque aliqñ partem solum pecuniæ recipiunt anticipatam vno, aut pluribus temporibus & reliquam tpore traditionis: aliqñ verò totam anticipatam recipiunt, pro cuiusque indigentia, & ea emptores ac venditores inter se conueniunt. Qui autẽ non ita premũtur necessitate, seruare solent suas lanas in ipsa venditionis magis opportunum, quale esse solet tempus tonsionis, aut circa. Fertur ét quando pecuniæ anticipatæ soluuntur, solere frequentius fieri ex his causis, regales pro vnoquoque ponderi, & ex reliquo pretio diminutum aliquibus tradi tempore reductionis pecorum multo venis, & diminutum aliud tempore traditionis lanæ.

Anticipatæ † hæ venditiones toto tempore anni fiunt, a tonsione anni vnius vsque ad mensem sequentis, regulariterq; mense Iulio incipiunt. Fiunt verò frequentiores prope festum sancti Michaelis.

chaelis, quo tpe dñi gregũ se præparant admittendum illos ad hyemandum; & circa carnis priuium, quo tempore iterum se præparant ad reducendum eosdem greges, soluendaq; pretia herbarum interdum ét, qñ recipitur lana vnius anni, fiunt hæ conuentiones in annum sequentem. Si enim contingat hoc anno dñum lanæ plura pondera vendidisse, q̃ habeat, neque soluat, emendo alibunde, q̃ desunt, aut aliqua alia rõne, solet ex tẽ liquo pretio emi ab illo lana anni sequentis, minori adhuc pretio, q̃ antecedenti anno empta fuerat pecunia anticipata; contendente Genuensi, se longe plus lucri ex eo amittere, quòd non soluatur lana tempore hoc anno constituto, & q̃ tanto tpe pretium illud habere cogatur extra cambiũ, quã sit decrementũ illud pri, quo emit lanã anni sequentis. A Iulio itaque anni vnius incipere solent conuentiones lanarum anni sequentis, interdum venditoribus inuitantibus emptores ad cõtractus, interdum e contrario, emptoribus inuitantibus venditores, prout venditores in maiori, minori, aut in nulla necessitate pecuniæ anticipatæ se ipsos reperiunt, & prout plures ac ampliores, vel pauciores, sunt cõmissiones. Fiunt autem in festo sancti Bartholomæi, & in festo sãcti Michaelis Mestæ quas vocant, q̃ velut nundinæ quædã sunt pecorum, ac lanarum quędamq. alia ad pecora attinentia in eis peraguntur. Eo confluunt Genuenses per suos negotiorum gestores, alijq; lanarum mercatores, ac dñi pecorum & lanarum, celebrãtque solent in eis emptiones multæ & venditiones lanarum. Cum sũt præcipua circumstantia, q̃ pretium lanarum variat, sint vt supra dictum est, commissiones lanarũ, q̃ iam sunt, aut in futurum sperantur, iuxta illas, attentis simul alijs circũstãtijs, constituunt ea lanarum pretia, accrescunque aut decrescunt, a tempore, quo conuentiones incipiunt, quousque greges sunt tonsi, lanæque sunt receptæ; semper emptoribus emere curantibus quanto minori pretio possunt, & venditoribus conantibus vendere quanto maiori possunt.

Genuẽses, existentib. eisdẽ circumstantijs, q̃ to citius emunt pecunia anticipata, tanto decrescere curant in pretio, dicentes, se semper habere pecuniã suã in cambio, aut in alia negotiatione, eaque rõne, quanto citius eam soluunt, tm̃ lucri illis cessare, quantum in pretio lanarũ ob anticipationẽ decrescunt. Signũ aũt rẽ ita se habere est, q̃ Genuenses ipsi libẽter in pretio ascendũt vnum, aut duos regales in quoquo. pondere, dũmodo pretium totũ soluant tpe receptionis lanarũ præfertim si post receptionem tribus mensib. eis expectetur, saltem pro medietate pretij. Præterq̃ enim eo tempore sua pecunia tantumdem, aut plus lucratur, magis tutam illam habent, quam si anticipatè illa emant. Augere itẽ solent primum dimidij, aut regalis vnius, in vnoquoq. pondere, si cũ eo contrahant anticipata pecunia, a quo sperant lanarum solutionem optimam, syceramque fumtem; quia videlicet non puluere conspersam, neque aliter immundam, eam tradet aut plus lanæ ouium, quam alij, tradet. Fertur etiam Genuenses, quòd venditor plus habet lanæ, eò plus solere ascendere in pretio lanæ illius, esto melior non sit. Dicuntur, qm̃ quo quis plus habet lanæ, eo melius stare solet contractus tradẽdo totam, q̃ ex ipso est empta, & eo minori cũ sumptu ministrorũ qui illã recipiãt, atq. asportari faciãt, id fit: qđ nõ ita euenit dũ a multis lana emit, a singulis in parua quantitate. Quare in hoc genere contractus deficit circumstantia illa, qđ quo plus mercis alicuius simul ab aliquo emitur, eo solet vilius emi.

Seclusis alijs circumstãtijs, quæ accrescere, aut decrescere facit lanarum pretia, a tẽpore, quo anticipatæ emptiones fieri incipiunt, vsque ad lanarum traditionẽ, incrementum paulatim prius esse solet vnius argenti, in vnoquoq. pondere. Ex circumstantijs verò cõmissionum, quia superueniunt aliæ de nouo, aut dubitatur recipi tanta ad cõpletidas iam antea acceptas, vel deficiunt, q̃ speratantur, aut restringuntur, vel auferuntur, antea cõcessæ, qđ rarius accidit, suscipere solet pretium lanæ incrementum multum, aut decrementum, adeò, vt q̃ valituras putabant decẽ & octo regales, pertingat aliq̃ ad viginti vnum, aut viginti duos: & eo amplius; & aliq̃ decrescat ad sedecim regales, vt hoc anno nonagesimo secundo euenit: id quod in causa est, vt qui pecunia anticipata emerunt, si postea lanã suã vendere velint Genuensibus, aut alijs mercatoribus, pecunia tẽpore traditionis numerata, vix, aut ne vix quidem, pretũ, quod pro ea dederunt, reperiant. Quo in eventu, qui parum sunt timorati, confugiunt ad illam vendendã creditò, vel alijs, quã ad *Mohatras* emunt, vel alijs, qui pannos ex illa confici volunt, neque pecunias ad id habentes, atque quo indemnes se ipsos custodiant, aliquidque lucrentur, præsertim iustum rigorẽ excedunt, id quod manifesta est vsura.

In his lanarum emptionibus pecunia anticipata, multi ex hominib. naturalibus huius regionis sequuntur Genuenses, emendo pretio, quo Genuenses emunt, licèt ipsi non tanta quantitate, in quanta Genuenses, emant. Qui ẽt cessante ipsis lucrum affirmãt ex eo modi anticipatis solutionibus: eò q̃ rarus sit, q̃ pecunia sua non negotietur. Nisi.n. ex illa emãt lanas, ement triticũ, aut oleũ, vel aliqđ, aliud, aut in cõficiendis pannis illã insumẽt, vel prædia emẽt, aut annuum tensum, vnde aliqđ semper lucrẽtur, familiamq. sustentẽt. Porrò eorum qdã lanas illo mõ emunt, vt illis pãnos conficiant; alij vt illas reuẽdant, vel Genuẽsibus, si eis indigeant, vel alijs ad pannos conficiẽdos; alij denique indifferenter, vt illas reuendant, si commodum occurrerit pretium, vel ex illis pãnos conficiant, prout, ipsis vtilius ac melius esse temporis progressu iudicauerint. Erat verò a multis temporibus lex in hoc Regno, vt naturales vsum contractus haberent, comparatione lanarum, quas exteri emerent. Et q̃ vis vsus loquentium dicat, *aterciar la lana del Ginoues* re vera ius erat ad dimidium lanæ, quã ex vaneus emerat, accipiẽdum eodem pretio, etiam si asportatam iam illam haberet ad locum vbi ablui tur, modo tamẽ, & pretium, quo fuit empta, solueretur, & vecturæ impensa: neque enim alia ratione exteri ad emẽdum lanas in hoc Regno admittebantur, nisi cum hoc

grauа-

grauamine, Accipiebant verò naturales eas lanas eodē pretio, quo fuerant emptæ, esto anticipata solutione illo pretio emptæ fuissent. Ab hinc autem duob. annis Genuenses obtinuerūt, vt perseueraret quidē idē ius retractus, sed solū duraret nouē dies, non solū ab emptione facta p exterū, sed & a proclamatione in foro publico, quod is cōtractus esset celebratus, vt vnusquisq; videret, num intra id tempus vellet eam lanam eodem pretio accipere. Hæc quod attinet ad huius rei praxim in hac Conchensi ciuitate, & infinitimis oppidis.

## Licita ne sit lanarum emptio prædicto modo pecunia anticipata, cum regulariter accrescere soleat pretiū tempore traditionis, & paulo ante.

### DISPVTATIO CCCLX.

#### SVMMARIVM.

1 *Lanarum in regno Castellæ emptio pecunia anticipata, quomodo licita sit.*
2 *Pretium rei iustum quo tempore spectandum.*
3 *Lanarum emptio in Castella anticipata solutione, ex quibus circunstantijs permißa, & nu. 5.*
4 *Venditiones anticipata pecunia factæ, cur valide dici possint.*
5 *Circunstātiæ, ex quib. contractus iustus iudicatur, secundum quem statum attendendæ.*
6 *Pretium lege non taxatum, duobus modis decrescere ratione anticipatæ solutionis.*

1 IOan. Medin. de restit. q. 38. dub. penult. Nau. in Man. cap. 23. num. 82. & alij, nihil † referentes de peculiari huius contractus praxi, illum damnant vitij vsuræ, cum onere restituendi incrementum pretij vltra supremum rigorosum iustum tempore traditionis. Hos doctores sequuntur non pauci ex ijs, qui post illos scripserunt. Sunt vero pro hac sententia valida quędam argumenta.

Primo siquidem ac potißimum sic possumus
2 argumentari. Pretium † iustum rei est, non quod valet tempore conuentionis, sed tempore traditionis; quòd si ignoretur quantum sit tunc valitura, iusteque constituendum sit pretium tempore conuentionis in traditionis tempus; altero duorum modorum debet constitui nempe, aut relatione ad pretium, quod tempore traditionis communiter valere comperietur, statuendo scilicet, vt id tunc reddatur; aut statuendo medium pretium inter supremum & infimum iustum, quo speratur tunc valitura, ita vt æquale subeāt periculum venditor & emptor; vt hæc omnia ex dictis disputationibus præcedētibus liquent, & confirmātur ex c. in ciuitate, & ex c. nauiganti, in secundo, & tertio casu, extra de vsuris: cum ergo in hac lanarum emptione pecunia anticipata, neque pretiū statuatur relatione facta ad id, quod tempore traditionis lanæ valuerint, neque mediū pretium cōstituatur inter supremū & infimum q; valituras tunc creditur, sed statuatur pretium non pertingens ad infimum iustum, quod tunc valituras existimatur, idque propter solutionem totius aut partis pretij, anticipata pecunia; consequens profecto est, vt contractus iniustus sit, ac vsurarius palliata vsura, cum onere restituendi vsque ad infimum pretium iustum, quod tempore traditionis lanæ habebunt.

Secundo (atque vires huius in præcedenti continentur) emere lanas decem & septem argēteis, anticipando partem solutionis mense Septēbri, aut Ianuario, quæ tamen tempore traditionis valituræ creduntur viginti aut viginti vnum, argenteos, idem virtute est, ac, ob anticipatam solutionem, dare decem & septem, vt reddantur viginti tempore solutionis lanarum: sed hoc manifestè est vsura, cū onere restituēdi excessum: ergo contractus ille vsurarius est cum restituendi onere.

Tertio, eiusmodi lanæ non emuntur anticipata solutione, vt sunt in potentia atque in statu imperfecto, eo modo, quo emendo fata, emuntur fruges, quæ in eis sunt in potentia, atque in statu imperfecto; aut quo, emendo iactum retis, emuntur pisces, prout in eo sunt in potentia, & statu imperfecto, id quod vel ex eo liquet, quod eiusmodi lanarum emptores non subeunt illarum periculū, vt, qui fata, aut retis iactum, emunt, periculum frugum, aut piscium, subeunt: quare emunt illas secundum statum perfectum, quem habebunt tēpore traditionis, dependenterq; ab eo, quod illum habeant, vnde, si casu fortuito ante traditionem pereant, restituetur emptoribus pretium: sicut ergo secundum statum perfectum emuntur, atque in tempus, in quod illud habebunt, ita pretium illarum iustum est, quod eo tempore habebūr; quo fit, vt si, propter anticipatam conuentionem, ac pecuniæ traditionem, aliquid de infimo iusto pretio tunc futuro detrahatur, committatur palliata vsura, cum onere id restituendi. Sotus 6. de iust. q. 4. art. 1. in posteriori parte responsionis ad vltimum, non condemnat eiusmodi lanarum emptiones pecunia anticipata minori pretio, quam lana tempore traditionis valeat, ac vendatur; dūmodo, inquit, solum fiant duobus, vel tribus, mensibus ante tonsionem lanarum, tempore, quo dominj gregum pecunia indigent ad pastum soluēdum, gregesq; reducendos, aut certè dummodo solum fiant intra annum ante traditionem. Ducitur, quoniam negotiatio hæc indiget, vt pecunia anticipata fiat; atque illud est iustum lanarū pretium, prout ita anticipatè, iuxtam rei indigentiā, venduntur. Fertur etiam sapientißimum ac prudentißimum Victoriam cōtractum approbasse; Burgenseſq; mercatores consuluisse doctores Parisienses, eundemq; contractum ab illos fuisse approbatum. Quidam etiam, qui post Sotum scripsere, eundem defendunt contractum, atque inter alios Corduba in summa Hispana q. 85. vbi huius negotiationis praxim præmittit.

De hac re, sub aliorum iudicio, subiungam, quod sentio. In primis, quādo lanæ non sunt eius generis, vt ad exteras deferantur nationes, vt

multis

Digitized by Google

multis in locis in Hispanijs non sunt, idem oīno cēsendum est de emptionib. earum pecunia anticipata minoti pretio, q̄ futurum tpe earum traditionis speraretur, quòd de cęteris similib. emptionib. circa triticum, & alias merces, nempe vsurarias esse: nisi particularis aliqua, ex capite lucri cessantis, aut ex aliquo alio, eo modo, quo in superioribus explicarum est, aliqñ excusetur. Idem affirmando cēseo de lanis, quæ sunt quidē eiusdē generis cū eis, quę ex hoc regno extrahuntur, attñ emuntur in locis, vbi nó sunt mercatores, qui ad illas extrahēdas emant, sed ad pannos in hoc Regno, aut ad galeros conficiendos, etiam si in Lusitaniam, aut ad alia loca, quæ transmarina nó sūt, ad conficiendos galeros deferantur, & esto in exigua quātitate ad transmarinam aliquam prouinciā deferrētur. Nisi fortè alicubi, vt in Segouiensi ciuitate], & in finitimis oppidis, sit circunstantia aliqua, vnde contractus illi damnandi non sint: qualis fortasse erit, si nullæ lanæ ibi anticipatè emerentur, non maiori pretio lanas ibidem emēdas tpe tonsionis, q̄ anticipatè emantur, de quare melius indicabunt experti, docti, ac timorati, qui mihi commorantur, quam ego: semper. n. audiēdi sunt mercatores, expendendaque sunt, si quæ proposuerint, ad iudicandum, num ex illis capitibus condēnandus nó sit cōtractus, alioquin, q̄tū ex se est, iniustus & vsurarius, qualis est de quo modo disputamus. Ducor ad doctrinā paulo antè traditam asserendum, qm̄ re vera tria argumenta proposita, euidenter concludunt, eiusmodi contractus, quantum est ex se, vsurarios esse, nisi circunstantia aliqua; aut circunstantiæ adsint, quæ illos excusent. Sola aūt indigentia pecuniæ dñorum gregum, ac lanarum, ad sua pecora mittenda ad hyemandum, illaq; reducenda, ac proinde exigentia ex hoc capite, vt conuentiones multæ lanarum anticipatè fiant pecunia, aut oīno, aut aliqua ex parte, tunc numerata, satis profectò non est, vt contractus, quantum ex se est alioquin vsurarios, licitos, atque ab vsura immunes reddat, vt Sotus innuere videtur: quo fit, vt satis debili nitatur fundamento in sua stabilienda opinione.

Qua verò in moralib. mutatio circunstātię alicuius, aut circunstantia tū, sæpe in causa esse solēt, vt casus varietur, & qd alioquin ex se est tale, ex circunstantia, aut circunstantijs, tale nō sit, dicēdū arbitror. Vbi circūstātię ad sunt q̄ disputatione pcedente in hac Conchensi ciuitate, & in finitimis oppidis, adesse explanatę sunt eiusmodi cōtractus, neque vt vsurarios, neque vt iniustos, esse damnandos; mó tñ, pro circunstantijs concurrētibus non minuatur in pretio anticipata pecunia infra iustū infimū, qd tunc currit in illo vendēdi mó, & modo indigentia proximorū non efficiat, sanguinē eorū plus fugi monopolijs, aut iniquis conuentionibus q̄ recta ratio tunc præscripserit.

3 Circunstantiæ †aūt sunt in primis lanarū conuentiones determinato ptio, tum in vendentium, tum ēt in exterorum emētium bonum, anticipatè fieri oportere, neque locum habere relationem ad pretium, qd cōiter tēpore traditionis habuerint; eo quod hoc a conuentione ipsorummet exterorum ementiū tpe traditionis multum penderet, plus quidem q̄ ab ipsis vendentibus & lōgè plus, q̄ a cæteris ementib. ppea quod longè maiorem lanarum copiā pauci exteri emant, quàm naturales omnes eius prouinciæ, ac proinde in ipsorum ferè potestate sit constituere illius pretium, tam conuentionis, quam etiam traditionis tempore, vt disputatione præcedente explanatum est.

Deinde, pretium futurum tempore traditionis pendere multum a quantitate lanarum anticipatè emptarum, adeo vt multi prudentes, atq. in negotiando experti, sibi persuadeant, si anticipatæ emptiones ab exteris non fierēt, lōgè minus valituras lanas tpe tonsionis, initiove traditionis, q̄ nunc anticipata pecunia emantur, eò qd, cum nullæ lanæ essent venditæ, q̄ plurimi, qui, necessitate pressi, ad vendendum, atq. ad pretium inhiarent, multo vilius traditionis tempore venderēt, quam nunc pecunia ex parte anticipata vendant.

Inter alios, quos consului, reperi vnum, qui iudicio, atq. experiētia, pollebat, & quanuis literatus non esset, suo tñ iudicio propēdebat, negotiationem hanc vsurariam, atq. iniustam esse. Hunc cùm interrogassem, num, si nullæ anticipatę emptiones fierent, sed lege publica inhibitum oībus esset, conuentionem facere ante tps traditionis, maiori pretio venderentur tunc lanę, q̄ nūc pecunia anticipata emātur, primo rndit. Si facultates dñorum pecorūm ac lanarum tantæ essent, vt, nulla anticipata pecunia accepta, expectare omnes possent, vt conuentiones tempore traditionis lanarum efficerent, non dubito, inquit, carius illos vendituros, quam nunc anticipata pecunia vendant: necessitas enim ait, est, quæ illos cogit vilius anticipata pecunia vendere. Cum verò vlterius interrogandò progrederet, ac dicerē. Finge, pecorum ac lanarum dominos eadem prorsus facultates habere, quas nunc habent, legemque cōdi, qua prohibeatur, lanas anticipatè emi ac vendi. Tunc peto, quærentibus aliunde lanarum dñis vnde vsque ad id tempus necessitatibus suis subuenirent, venderentur ne tunc carius lanæ tonsionis ac traditionis tempore, quam nunc anticipata emptione vendantur, an non; Respondit q. vendendas tunc vilius tempore traditionis, q̄ nunc anticipatè vendantur, vt homines multis, grauissimisque necessitatibus cito subuenirent: nec, si emptiones & venditiones eo modo fierent, posse tunc alī tot pecora, quot modo aluntur.

4 Hinc †ego elicieba, vēditiones, quę nunc fiunt pecunia anticipata, neq. iniustas, nec proinde vsurarias esse. Etenim †circūstantiæ, ex quibus iustū rei pretium est expendendum, atque ex quibus iudicandū est, nū contractus iustus sit, vel iniustus, attendendæ sunt secundū præsentē rerum statū, nó verò secundū eum, qui pōt fingi: sed existentibus, necessitatibus dominorum pecorum ac lanarum, & cęteris rebus, vt nunc sunt, vilius aut certe non maiori pretio iusto, vēderentur lanæ tempore tonsionis, q̄ nunc pecunia anticipata emantur, si vsq. ad id tempus nullæ lanarum venditiones fierent, vel publica legè eas prohibēte, vel emptoribus nolentibus vsque ad id tempus emere ergo

anticī-

anticipatæ emptiones, quæ nunc fiũt, vsuratiq; & iniustæ nõ sunt eoq; non fiãt minori ptio q̃ esset iustum, q̃ tpe tonsionis lanæ haberẽt, si eiusmodi anticipatæ emptiones non p̃cessissent. Qd si nũc regulariter minori pretio fiũt, q̃ sit iustũ, q̃ lanæ habent tpe traditionis, id sanè propterea est, qd extinctis ex parte ipsismet anticipatis emptionibus, dñorum lanarum ac pecorum necessitatibus imminutaq. eisdem emptionib. lanarũ multitudine, quæ alioquin tpe traditionis simul fuerat vendenda, ipsamet in causa sunt, vt accrescat pretium reliquæ lanæ tpe traditionis vendẽdæ. Itaq; multitudo lanarum quæ vendenda exponeretur multitudo venditorum, ac multæ, grauissimæq. illorũ necessitates essent circũstantiæ, quæ, simul sumptæ, efficerent, vt longe minus valerent lanæ tpe traditiones, si nullæ anticipatæ emptiones p̃cederent quàm nunc valeant tempore traditionis, & quàm nunc pecunia anticipata emantur.

Vt verò res hæc melius intelligatur, finge, lanas propè festum diui Michaelis tõdere, neq. ablui, & mitti in Italiam, aut Flandriam, posse nisi a mense Iunio. Tunc sanè, neque ex parte dñorum lanarũ necesse esset fieri venditiones pecunia anticipata: qñquidẽ incipiẽdo vendere lanas suas a tpe tonsionis, mittere ex pretio possent greges ad hyemandum, illosq. reducere, neque itẽ ex parte exterorum qui a fine Septemb. vsq. ad Iuniũ, aut Iulium tps sufficientissimum haberent ad lanas emendas, atq; asportandas ad locum vbi abluuntur. Quis aũt dubitet, cum exteri tãtum tẽpus ad lanas tunc emendas haberent, totq. lanarum dñis a fine Septembris vendendæ exponerentur, qui non minus necessitatibus premerentur, sustentationis pecorum tam antecedenti anni atque necessitate præsenti ad pecora mittendum ad hyemandum, vendendas tunc lanas tẽpore traditionis, tam vili pretio, quam vili eodem tempore venduntur modo pecunia anticipata? Quis item dubitat postea successu temporis, quo minor esset copia lanæ, quæ vendenda superesset, & quo ea esset in potestate venditorum, qui maiores haberent facultates, nec tanta necessitate præmerẽtur, atque quo plus necessaria esset ad explendas commissiones exterorum eo anno, eo maius incremẽtum sumpturum pretium? vt in tritico, vino, & oleo, regulariter euenit, quæ minus valent tempore nouorum, propter illorum abundantiam, copiam venditorum, atque eorum egestates, quam postea tẽporis progressu. Non ergo in emptione lanarum, quæ modo anticipata pecunia fit, causa, quod lanæ viliori pretio emantur, tam est anticipatio partis pretij, quàm esse initium venditionis lanarum, pluresq; tunc esse venditores, maiori necessitate pressos, minoremq. esse tunc necessitatem emendi ex parte exterorum, quam postea temporis progressu, ad suas commissiones tempore congruo explendas, quæ omnia vilescere faciunt merces, easq. proinde decrescere in pretio iusto. Idem comperies, si fingas, lanas quidẽ tondi tempore, quo nunc tondentur, sed non superesse tempus in ea æstate, & autũno ad illas præparandas, & transmittendas in Italiam, aut Flandriã expectandamq; esse æstatẽ futuram: nec certè, si fingas exteros nõ velle emere lanas vnius anni, nisi transmittendas in sequentẽ: tũc. n. emptiones non fierent pecuniæ anticipata, nec fierent maiori pretio tpe traditionis; q̃ modo anticipatæ pecuniæ fiant pp ea, quæ proximè dicta sunt.

Alia quoque circunstantia est, commissiones, quæ ex Italia, & Flandria, a præcipuis mercatoribus, capitibus ve societatum, ad suos negotiorum gestores hic commorantes, mittuntur, solere mitti sub limitatione certi pretij pro vnoquoq. pondere lanæ, ita vt illud non excedant, neque. n. illi emere tenentur pretio, quo Hispani, sed quo ipsi voluerint. Cum autem eiusmodi negotiorum gestores præcipue sint, qui pretium constituunt idque dependenter a cõmissionibus, quas accipiũt, neque in eo ascendant, nisi consulti prius, annuẽtibusque præcipuis mercatorib. quorum ipsi negotia agunt: limitatio vero pretij in commissionibus tantam vim habeat ad efficiendum, vt pretium non accrescat, si conuentio tpe traditionis fiat, quantam, si fiat anticipata emptione, consequens est, vt, q̃ modo viliori pretio regulariter pecunia anticipata ematur, quam conuentione facta tpe traditionis, non tam prouenat ex pretij anticipatione, quam ex eo, quod illæ sint priores emptiones, quando plures sunt venditores, maioribusque necessitatibus pressis, maiorque est copia lanæ vendendæ, vnde cõmissiones compleantur, quæ omnia vilescere, efficiunt merces.

His accedit, quod de incremento pretij, quando res credito venditur, in calce disp. 357. dictũ est, posse huic rei, quo ad decrementum pretij pecunia anticipata, aptari. Nempe quanuis anticipatio solutionis mutuũ sit virtute, quia tamen pretium, qñ lege non est taxatum, in indiuisibili nõ cõsistit, decrescereq. põt ex variis circunstantijs: inde proficiscẽs, anticipationẽ solutionis pretij esse posse aliqñ occasionẽ ac circunstantiã, vt pretium iustum, metcis decrescat, multiplicatis ea ratione venditoribus, necessitate pressis, multamq. offerentibus mercem. Quo circa, qñ † pretium lege non est taxatum, duobus modis decrescere põt rõne anticipatæ solutionis. Vno, quasi, qd minus pretij accipiatur; retributio ac cõpensatio sit anticipatæ solutionis. Et hoc modo est vsura: eò q̃ sit lucrum ex mutuo virtute. Altero, quasi occasione anticipatæ solutionis decrescat pretiũ, aut potius non accrescat, eò q̃ anticipata solutio in eã fecerit, vt venditores multiplicarentur, atque ita pretium iustum decresceret, aut potius non excederet illud, quod futurũ fuisset, si non antecederent eiusmodi anticipatæ emptiones. Atq. hoc modo, cum non sit lucrum ex mutuo, vsura non est.

Illud denique circa eiusmodi emptores exteros est obseruandum. Cum pretium iustum lanarum anticipata solutione in indiuisibili non consistat, sed certam latitudinem intra hunc iustũ habeat, semper esse attendendum, an quod minus pretij detur anticipata emptione, quam sit, quod speratur lanas valituras tempore traditionis, minus sit, tamen eo, quod lanæ illæ pretio infimo iusto communiter valent sub illo vendendi

modo

mod., tum etiam decremento, & ob lucrũ sibi vere cessans, fas est emptori inde detrahere: quod si minus non fit vtroque decremento, non est, cur contractus tanq̃ iniustus damnetur: tametsi semper suadendum eiusmodi emptoribus sit, vt crudeles non sint aduersus proximos suos venditores, quos necessitate, pressos intuẽtur, minuerintque iusti iudicij Dei, si verò minus fit vtroq. decremento, vtique contractus est iniustus, ac vsurarius, cum onere restituendi, & ita minus fuerit.

Quod ad reliquos emptores naturales loci attinet, si similiter emant pretio iusto sub illo emendi modo ab exteris iam constituto, aut verisimiliter constituendo, non est cur damnentur: eo qđ pretio iusto currenti emant, neque peioris conditionis ea in parte sint, quam exteri, esto ea negotiatione lucrentur, lanasq; ita pecunia anticipata iuste emptas, exteris ipsis, aut quibuscunque alijs emptoribus progressu temporis, intra limites iusti pretij currentis, reuendant.

Illud admonuerim, tam hos quã exteros, ante oculos habere debere, se in hac negotiatione pecunia anticipata lucrari, ac proinde nefas illis esse ob lucrum ipsis cessans ratione pecuniæ, quã anticipatè soluunt accipere tm̃, quantum ea pecunia lucrarentur, nisi anticipatè illam soluerent: detrahere quippe debent, quantum, ita anticipatè emẽdo, lucrantur: qm̃ tantum minus eis lucri cessat: quare, si nõ plus illis lucri cesset, quam, quod, ita anticipando emptionem, lucrantur, sanè nullum lucrum illis cessat, ac proinde nihil de pretio, alioquin sub illo modo emendi iusto, detrahere possunt ratione lucri cessantis: si verò aliquid plus ipsis cessat, solum detrahere possunt incrementum illud: quoniam tantum id lucri illis cessat.

Illud postremò admonuerim, ob anticipatam lanarum emptione duobus, aut tribus, annis ante tonsionem, nefas esse decrescere de pretio plus, q̃ intra primum annum, vt Sotus rectè dixit, ratione lucri cessantis, deducendoq; id in pactũ; alioquin vsura committitur cum restituendi onere. Etenim, quod attinet ad angendum pretium ipe traditionis lanarum, occasione emptionum, quæ anticipatè factæ sunt, nõ plus facit lanas emptas esse duob. annis antea, quam trib. mensib.

Superest respondeamus ad argumenta obtrariæ opinionis. Ad primum dicendum est, maiorẽ esse verã regulariter ac perse loquendo; non verò quando per accidens ratione circunstantiarũ concurrentium anticipatæ ipse emptiones quas dentium, atque ementium, bonum necesse est fieri, in causa sunt, vt accrescat pretium partis mercis, quæ vendenda restat, & qm̃ pretium, quod merx tempore traditionis est habitura, magna ex parte pendet a paucis emptoribus, siue anticipatè, siue pecunia tempore traditionis mercis soluta, emãt, & denique quando concurrunt circumstantiæ explicatæ. Ad minorem vero dicendum est, quãuis statuatur pretium, quod regulariter non pertingit ad infimum, quod lanæ habebunt tempore traditionis suppositis anticipatis ipsis emptionibus, constitui tamen pretium, quod pertingeret ad infimum, quod lanæ haberent, si nullæ anticipatæ emptiones præcessissent: quare negandum est, ob anticipatam solutionem minus solui, quã soluetur tempore traditionis, si nullæ anticipatæ emptiones præcessissent, quod satis est, vt contractus, nec iniustus, nec vsurarius sit.

Ad secundum dicendum est, maiorem esse veram, si illæ ipsæ lanæ, ẽsto nullæ præcessissent anticipatæ emptiones, tantum essent valituræ ipe traditionis, secus autem si, præexistentib. tot anticipatis emptionibus, non ipsæ, sed lanæ, quæ supersunt, occasione aliarum anticipatarũ emptionum, tantum crescant in pretio. Denique dicendum est, maiorem esse veram regulariter, & non interuenientibus circunstantijs, quæ explanatæ sunt: secus autem illis interuenientibus: quare, admissa minori, neganda est consequentia.

Ad tertium, concesso antecedente, concedenda esset consequentia, si in consequenti sermo esset de pretio, & habuissent, si nullæ præcessissent anticipatæ emptiones: neganda verò est, de pretio, quod, occasione anticipatarũ emptionum, habebunt lanæ, quæ tpe traditionis supersunt vendendæ. Neganda item est consequentia, qm̃ interueniunt circunstantiæ explicatæ. Denique ad tres rõnes propositas dicendum est, firmissimas quidem illas esse, ac velut demõstrationes in materia morali, si per se, seclusisque circunstantijs, intelligantur. Si verò intelligantur, nihil impedientib. quibuscunque circunstantijs per accidẽs interuenientibus reddi syllogismos pseudographos.

## Vtrum debitum in tempus futurum iuste ematur minori pretio anticipato, quam sit, quod debetur.

### DISPVTATIO CCCLXI.

#### SVMMARIVM.

1 *Debitum seu ius, quod creditor habet, vt sibi in tempus futurum aliquid soluatur, duobus intelligi modis.*

2 *Debitum in tempus futurum, quando iuste debitor emere possit a creditore minori pretio anticipata solutione.*

*Et quid quando tertius emit a creditore, anticipata solutione, an iustus sit contractus nu 3.*

*Et an idem sit in debito de præsenti, vel de præterito, nondum tamen soluto, nu 5.*

4 *Debitum sine labore, & expensis exigibile. quãdo emi possit minori pretio, anticipata solutione.*

HAec quoque disputatio ad emptiones minori pretio pecunia anticipata spectat: quo circa hoc loco est examinanda.

Quæst. 1 Debitum, † seu ius, quod creditor habet, vt aliquid sibi in tempus futurum soluatur, duobus modis intelligi potest emi. Vno, ab ipsomet debitore. Vt si is, qui centum debet soluenda hinc ad annum, emat nunc a creditore ius, quod habet ad recipienda illa centum in fine anni, pro nonaginta quinque statim solutis, aut pro aliquo

alio

alio pretio infra centum. Altero, a quodam tertio. Vt si Petrus, pro nonaginta statim solutis, emat a Paulo centum, quæ Ioannes debet Paulo soluenda ad annum. Nau. in Man.c.17.nu.232.

2 affirmat etiam in priori casu proposito, licitum † esse contractum illum, esto nullum cesset lucrum, aut damnum debitori emergat ex anticipata solutione, & esto debitum sit certum, moraliterque credatur soluendum suo tempore absque labore & expensis creditoris.

Ducitur, qm̃ in eo contractu nõ intervenit mutuum, sed emptio, non quidem pecuniæ, quæ debetur, sed iuris ad illam accipiendam, quod ius ad debitum in futurum minus valet, q̃ res ipsa, quæ debetur, si præsens esset, eo ꝙ tale ius sit sterile pro toto eo tempore: quare, inquit, dummodo id in fraudem vsuræ non fiat, neque, quod plus debebatur, remittatur tanquã pretium anticipatæ solutionis, sed ꝓ nonaginta quinq; v.g. præsentib. ematur ius ad centũ post annum soluenda, licitus est contractus, pretiumq; æquale est iuri, qđ emitur. Reprehendit verò Caie. eo ꝙ concedat, licitũ esse contractũ in posteriori casu ꝓposito, vt mox subijciemus, neget verò licitum esse in priori.

Sententia hęc Nauarri singularis est, ac, meo iudicio, omnino improbabilis. Vnde aduersus eam hanc primam statuimus cõclusionem. Secluso lucro cessante, aut damno ex eo emergente, quòd debitor solutionem anticipet minoris illius pretij, quam sit, quod debetur, illicitus atque vsurarius est ille cõtractus, nisi creditor ex sua mera liberalitate, absq; inuoluntario mixtè, debitori remittat reliquum debiti. Quod intelligo esto verisimile sit creditorem difficilè, ac cum expensis & labore recuperaturum debitum, & esto quidam tertius illo eodem pretio, aut etiam minori iustè emeret idem debitum propter easdem molestias, expensas, ac difficultates in eo recuperando, iuxta ea q̃ in posteriori casu proposito subijciemus.

Dixi secluso lucro cessante, aut damno emergente: qm̃ esto debitum contractum esset ex mutuo, ac beneficio creditori, non teneretur debitor anticipare solutionem: si verò creditor exigeret, vt illam anticiparet, indeque lucrum creditori cessaret, posset id illi vendere iusto pretio, stando in solo iustitiæ rigore, quicquid Angel. verb. vsura 1. num. 36. in contrarium dixerit. Addidi nisi creditor ex sua mera liberalitate, &c. Qm̃ quãdo constat creditorem ex sua mera liberalitate remittere partem debiti, quamuis id efficiat, vt ea ratione debitorem alliciat ad anticipandam solutionem, nemini dubium esse potest, cõtractum esse licitum, remissionemque validam esse.

Reliquum conclusionis probatur ex discrimine, quod est inter debitorem ementem debitum, & tertium, qui idem emeret debitũ. Etenim cõparatione tertij, non plus valet debitum illud, q̃ ius creditoris, attẽta praua debitoris dispositione ad soluendum, quanuis id ex illius nequitia proueniat: quare quò debitum difficilius recuperandum iri speratur, maiorique cũ labore, ac expensis, esto id ex debitoris nequitia proueniat, eo id debitum, ac ius, minus valet comparatione tertij emptoris. At verò debitor ipse integrè tenetur illud soluere, implereq; integrè obligationẽ, q̃ in se habet, amouendo oẽm nequitiã, totumque, qđ in se est, efficiendo: ꝙ si faciẽdo totũ, qđ in se est, non possit soluere debitum, plenè tenetur soluere totũ, qđ põt, manetq; obligatus implere in futurũ reliquũ, q̃to melius, ac citius, potuerit: quo fit vt quicquid anticipata solutione dederit, si minus sit q̃ debitum integrum, adhuc plus comparatione ipsius valeat ius creditoris, obligatioque, qua ipse creditori tenetur, atq; adeo, vt illã pretio iusto non emat. Imò verò, cũ anticipata ipsius solutio mutuum sit virtute comparationis creditoris, vt ex dictis disputationibus præcedentib. liquet; consequens profecto est, vt, si propter illam, in minori quantitate factam, integrum remittatur debitum, non ex liberalitate, sed inuoluntariè mixtè, sit lucrum ex mutuo, vsuraque palliata. Atq; in hoc conueniunt Doctores communiter, tametsi discrimen inter debitorem ipsum, & tertium emptorẽ, a nobis traditum, non plene attigerint. Hæc perspicua magis ex sequentib. fient, vbi etiam Nauarri fundamento satisfaciemus.

3 Quod ad † posteriorem casum propositum attinet, Caie. in summa verb vsura, licet c. de vsura implicitè seu palliata casu 3. nobiscum in priori casu proposito conueniat: eodem tñ verb. c. vlt. post Inno. c. in ciuitate, de vsur. & Ioan. a Ripa, quem Caiet. citat in ea est sententia, vt affirmet, qm̃ tertius quidam debitum emit pecunia anticipata, licitum esse contractũ esto nullum lucrum cesset aut damnũ ementi ex ea anticipata solutione emergat, & esto debitum tale sit quod absque expensis, & labore, suo tpe recuperabitur: atquè in eadem sententia est Nauar. loco citato. Quæst.

Probat id Caiet. qm̃ creditor in re proposita, non vendit, quod sibi debetur, sed ius, quod ad id habet, vt constat: quoniam creditor, inito eo contractu, non tenetur ad debitum, sed solum pro eo pretio concedit emptori ius, quod comparatione debitoris habebat: vnde, si postea debitor, vel ob inopiam, vel alia ratione, debitum non soluat, ad nihil tenetur creditor, liciteq; retinere potest pretium, quod pro iure, quod in emptorem transtulit, accepit. Iam verò in eiusmodi contractu nullũ mutuum cernitur, sed mera emptio & venditio iuris illius: vbi.n. cernitur mutuum, saltẽ virtute, vsuraq; ratione illius, sane accipiens id mutuum ad aliquid tenetur in futurum ratione illius: quod tamen locum non habet in proposito, eo quòd creditor, qui debitum pecunia anticipata vendidit, ad nihil in futurum teneatur: quo fit, vt in eiusmodi contractu vsura non intercedat. Quòd verò neque iniustitia, probat Caiet. Quoniam ius, quod in eo venditur, minus valet, quam res, ad quam est ius, si ea res præsens esset: quippe ius illud sterile sit vsque ad tempus solutionis debiti; terra autem per aliquot annos sterilis, minus valet, minorique pretio emitur, quam si statim esset fructifera: quo fit, vt ius illud iustè pecunia præsenti ematur minori pretio, quam sit id, ad quod est tale ius. Imò, inquit Caiet. iustum pretium illius est, quod pro eo iure communiter

inue-

inuenitur, si venditioni exponatur.

Hoc loco obserua, eiusmodi debitorum solutione (quas *pagas* vocant) dum lõgius sunt a tpe, pro quo debentur, appellari virides, seu aceruas, adueniente verò tempore, pro quo debentur, maturas nuncupari, metaphora sumpta a fructibus qui, dum a tpe perceptionis distant, dicuntur virides ac acerbi; qñ verò percipiũtur maturi sunt. Atq; hinc autores citati hoc aliud conficiunt argumentum. Quod sicut fructus, quo plus a tempore perceptionis distãt, eo minus valet, viliusq; emuntur: ita eiusmodi solutiones, aut potius iura ad illas dum longius a tempore distant, pro quo debentur, minus valent, & vilius venduntur, quã præsente iam tempore solutionis.

Decis. Contraria sententia, nempe eiusmodi contractum iniustum esse, obligationemque restituendi inducere vsque ad complementum latitudinis, q̃ debebatur, & quæ ita anticipata pecunia emitur, cõis est doctorũ, Conr. de contract. q 67. & duabus sequentib. Io. Med. de rest. q. 38. dub. vlt. Soti. 6. de iust. q. 4. art. 1. ad 3. Maior. in 4. dist. 15 q. 40 arg. 7. Gabr. ibid. q. 11. ar. 3. dub. 4. Ang. verb. vsur. 1. nu. 63. & 64. Syl. ver. vsura 2. q. 14. & plurium aliorum. Vnde aduersus Caietanum, Naua. Inn. & Ioan. a Ripa, statuitur secunda conclusio.

4 Qñ † debitum, moraliter loquendo, absque labore & expensis, integre suo tpe persoluetur, illicitus est contractus, restitutionisq. obligationem inducit, quo tale debitum pecunia anticipata minori pretio a quodam tertio emitur, quam sit, q̃d debitor soluere in futurum tenetur: modo tamen ex tali anticipata solutione non tantum lucri emptori cesset, aut damnum emergat, quãtus est excessus debiti supra eam anticipatam solutionem. Quando vero periculum est, ne debitum integrè soluatur, aut ne soluatur sine labore & expensis tunc emi potest minori pretio, quam sit id, quod debetur, quantum prudentis arbitrio minus valere iudicabitur ob laborem & expensas, quæ iuste timentur, aut quoduis aliud periculum.

Prima ac præcipua huius cõclusionis pars, probatur. Primo, quoniam ius ad recipiendum centũ hinc ad annum, aut ad duos annos re vera nõ minus ualet in se, quam centum, quando moraliter est certum integre, ac sine labore, & expensis, esse tunc soluenda: alioquin nulla profectò in mutuo cerneretur ex eo iniquitas, quod iniungeretur solui aliquid vltra sortem, eo quod minoris valoris esset in se ius ad solutionem, quod apud mutuantem manet, quam sit res, quæ mutuo datur: consequens autem hæreticum est, vt ex dictis in materia de vsura liquet, sit ergo, vt inæqualis sit contractus in casu, de quo disputamus, si pro centum, quam eo modo in futurum debentur, aliquid minus solutione anticipata reddatur. Nobiscũ consentiunt Bar. l. per diuersas. C. mandati, & Bald. l. 2. C. ne lite pendente, docentes, tãtũ valere actionem ad rem aliquam, quãtum res ipsa valet, deductis laboribus & expensis. Intellige, atque adeò deducto aliquo ratione periculi, si, antequam expensæ vllæ fiant, ac labor suscipiatur, periculum sit, quod res non soluatur, aut quod non integrè soluatur. Secundo eadem pars probatur, quoniã si ius ad recipiendum centum hinc ad annum, nõ valeret modo centum, sequeretur, me absque iniustitia dicere posse exigenti a me mutuo centum hinc ad annum, nolo mutuare, sed emã a te actionem, vt teneatis mihi soluere centum hinc ad annum, meq; posse licitè illam emere nonaginta, aut nonaginta a quinq; solutis statim: quãdoquidem non plus valet ea actio: consequens verò manifesta est vsura. Tertiò, si obligatio ad centũ soluenda post annum, non valeret nunc centum, sequeretur, si quis mutuo dedisset vnicẽtum soluenda post annum, nõ posse iustè accipere ab illo cẽtũ in p̃senti pro obligatione, qua ille alius tenet ipsi ex mutuo, quo nihil potest dici absurdius. Quarto, si obligatio ad soluendũ centũ post annũ non valeret centũ in p̃senti, qñ debitum moraliter soluetur sine labore & expensis atq; integrè suo tpe, sequeretur licere vendere carius credito, q̃ pecunia numerata, eriã qñ venditor seruaturus non erat mercem, & qñ nullum lucrum ex eo illi cessaret, aut dãnum emergeret, ꝙ venderet credito: consequens aũt est contra c. in ciuitate, & c. naviganti de vsur. ergo & antecedens. Sequela vero probatur, qñ ius & obligatio, quæ in præsenti ex eo resultat, ꝙ quis credito vendat, non valet tãtũ, quantum debitum ipsum in præsenti, solutum, vt autores sententiæ, quã impugnamus, affirmant.

Secunda vero cõclusionis pars, videlicet, si tm̃ lucri emptori cessat, aut dãni emergit, ex anticipata solutione, quãtus est excessus debiti sup. eam anticipatã solutionẽ, licitũ esse contractũ, præsertim: si creditori significetur pp id lucrum cessãs, aut damnũ emergens, accipi incremẽtum illud, ea in q̃, pars ab oĩbus conceditur, satisq. perspicua est ex dictis disputationibus præcedentibus.

Tertia verò, qñ. s. periculum est ne debitũ integrè soluatur, aut ne soluatur sine labore & expensis, licitè emi posse minori pretio quantũ minus ea de cã prudentis arbitrio valere id iudicabitur, ab oĩbus ẽt conceditur. Idẽq; est, si debitũ litigiosum, aut nõ oĩno sit certum. Neq; ea pars conclusionis alia indiget probatione. Quo loco obserua, centũ ita debita, aliqñ valere nonaginta, plus minus, aliquando octoginta, aliqñ septuaginta, sexaginta, aut quinquaginta, & aliquando multo minus, quo quantitate eorum, quæ timentur.

Illud etiam obserua, si creditori parum valeat debitum, vt si quippiam debitum illi sit a Rege, de quo parua spes sit fore recuperandum, & aliquis sua industria, aut fauore, quæ apud Regem, aut ministros illius, habeat, speret se facilè illud recuperaturum, tunc, si pro eo debito creditori det, quantum re ipsa, eidem creditori valet cõtractus ex natura rei erit validus, ac iustus, sine vllo restituendi onere, esto emptor facilè totum debitum reciperet, magnumq; commodum reportet. Ratio est, quoniã pretium iustum rei emptæ, non est, quantum illa valet emptori, præsertim ob suam industriam, aut fauorẽ, apud aliquem, sed quantum res ipsa valet in se, atque venditori ipsi, vt ex dictis in superioribus constat.

Dispu. 313. dictum est, eos, quibus incumbit solue-

solere debita Regis, aut cuiusuis alterius, esto penes ipsos fit soluere, vni potius, quàm alteri, qñ omnibus simul non potest solui, nihil posse accipere, vt hunc potius, quàm illum eligant. Neque posse per se, aut per interpositam personam, omnes minori pretio debita, quæ Regia loco soluere debet, quàm sit id, quod debetur: sicut neque Rex ipse posset id efficere, vt in priori huius disputationis parte ostensum est. Multa alia hac de re disputatione citata dicta sunt.

5 Illud † postremo obserua, non solum debita in futurum emi posse a quodam certo minori pretio ex causis explicatis, sed etiam debita, quæ soluenda essent in præsenti, & quæ soluenda stant in præteritum, nec tamen sunt soluta.

Pro solutione eorũ, quib. Caiet. & Nau. nitentur, obserua. Multos admittere, in contractu conclusione sæda a nobis improbato, quo debitum minori pretio emitur a quodam tertio, non intercedente usurã, conuictos tñ ob illius quasi consequentia affirmant, ementes illo modo debita pecunia anticipata, celebrare quidem contractum iniustũ ob iniqualitatẽ, teneriq; ad restitutionem, nõ tñ incurrere pœnas usurationum. Mihi longè magis probatur opinio Medi. loco citato, contractũ esse usurarium; eo q̃ in eo mutuum virtute cernatur.

Vnde ad fundamentum Caiet. & Nau. dicendũ est, eo contractu non solũ vendi ius ad debitũ alterius, sed simul & debitum ipsum; ita tñ, vt periculo stet ementis: quemadmodum, qui vendit iactũ retis, vendere etiã dr pisces, quos ceperit, ita vt cõmodo, aut periculo, stent ementis. Deinde est dicendum, q̃ vis formaliter in eo contractu solũ cernatur emptio, & venditio, virtute tñ cerni mutuum, atq; obligationem ad aliquid vltra sortem pro pretio anticipato. Ad probationẽ vero in contrarium dicendum est, vt cernatur mutuum virtute, satis esse eum, qui vicem mutuatarij subit, teneri ad aliquid in futurum per se, vel per quẽ lam alium, quem loco sui constituit creditor autẽ, qui debitum minori pretio anticipata pecunia vẽdit, loco sui constituit suum debitorem, qui ad aliqd vltra sortem teneatur emptori in futurum. Ad id verò, quo Caiet. probare nititur, neq. iniustitiam in eo contractu intercedere, iam perspicuè est ostensum, ius ad centum, qñ moraliter est certum sine labore, & expensis integre esse soluenda, valere centum, ac proinde iniustitiam in eo contractu intercedere. Ad exemplum, quod de terra sterili ad ips adducit Caieta. dicendum est, terram ex se esse fructiferam, valoremq; illius ex fructu, quẽ, culta ferre potest, æstimari: pecuniam verò, & ius ad illam esse ex se omnino infructifera, eaque de causa valorem non habere ex eo, quod potẽtia remota fructum lucri parere possit, vt subest vsui, & industriæ alterius, qui ea negotiari pót, vt disput. 304. Esse est ostensum: quo fit, vt ex eo capite non aliud esse possit pretio æstimabile, nisi solum lucrum cessans, aut damnum emergens.

Ad argumentũ verò, quod ex metaphora fructuum, dum virides, & maturi sunt, conficit Caiet. dicẽdum est. Idcirco fructus plus valere dum sunt maturi, q̃ dum virides sunt, qñ effecti sunt meliores; pecunia autem, siue ad longius, siue ad breuius tempus debeatur, non fit melior in se, ac proinde neque habet maiorem valorem. Adde, fructus virides minus valere ob pericula, quibus vsque ad maturitatem subiacent, & ob labores, & expensas circa eos faciendes: quod si similibus periculis subiacerat debitum, inde etiam decrescit valor illius, vt dictum est.

## De emptione ouium reijciendo periculum, & custodiam vsq; ad certũ tempus in venditorem. Et rei tempore, quo minus valet, tradendæ quando plus valebit. Et de emptione boum, quos venditor non habet, eos illi locando.

### DISPVTATIO CCCLXII.

*SVMMARIVM.*

1 *Emptio ouiũ pretio communi, cum pacto, vt usque ad certum tẽpus seruentur a uenditore eius periculo, & fructus earum sit emptoris, est cõtractus iniustus cum onere restituendi.*

2 *Emens rem aliquam communi pretio tempore contractus, sed tradendã tẽpore quo speratur plus ualituram, an restituere teneatur incremẽtum, quod sperabatur tempore traditionis futurum licet non euenerit.*

3 *Emẽs boues, quos uẽditor non habet, eosdemq; locet uẽditori, quomodo ad restitutionẽ teneatur.*

HAd 6. disputationem sequẽt, nonnulli casus fuit de mendi, antequàm ad pretium legemaxatum transitum faciamus.

1 Primus † est, si qs in autumno emat mille oues v. g. pretio quidem tunc cõi, sed cũ pacto, vt vsq; ad Iunium seruentur a venditore, & fructus, nempe lac casei, lana, & fœtus, ad emptorẽ pertineant; periculũ verò ouium ad vẽditorẽ spectet, contractus est iniustus cũ onere restituendi, quantũ qñ mabitur periculum, & insup q̃tum æstimabitur custodia, & alijs sumptus cum eisdem onib. a vẽditore vsq. ad id tps facti. Est itẽ vsurarius, si spectetur, quatenus tõne anticipatæ solutionis, emolumenta illa oĩa accipiũtur, & grauamina illa reijciunt in venditorẽ. Qd si in contractu illo addq retur pactũ, vt, fructib. perceptis, teneretur venditor oues illas emere eodẽ pretio, quo illas vendidit, contractus esset apertè vsurarius: qñ perinde esset, ac si emptor mutuo venditori daret pretium illud, & vltra sortem exigeret fructus oĩũ toto eo tempore. Quare contractus ipso iure esset nullus, neque venditor teneretur aliud emptori soluere, quàm pretium, quod pro ouibus in autumno accepit. Tantumque de illo pretio detrahere deberet, quantum æstimarentur fructus, si quos emptor percepisset. Item si quis tempore, quo oues, agni, & arietes minus valent, emat mille indefinitè, non designando quos in singulari, pretio tunc communi, sed tradendos tpe, quo.

plus valebunt, contractus est iniustus, ac vsurarius; qm̃ periculum reijcitur in venditorẽ, & pro anticipata solutione accipitur, qđ plus valebunt, valiturosve speratur, tpe traditionis: quare totum id incrementum, idve qđ tale incrementũ æstimabatur tpe, quo facta fuit venditio, est restituendũ, quicquid postea rei probet euentus. Hæc omnia perspicua sunt ex dictis disputationibus præcedẽtibus, neque alia indigent probatione.

2 Secundus casus, iunctus † cum postrema parte præcedentis, huiusmodi est. Siquis vẽdat triticũ, aut quoduis aliud, pretio quidem cõi tpe, quo celebratur contractus, sed tradendũ tpe, quo moraliter speratur plus valiturum, tunc, esto tpe traditionis non plus valeat, quam tpe celebrati cõtractus, emptor restituere tenetur, quantũ incrementum illud, quod tempore traditionis sperabatur futurum, æstimaretur tempore celebrationis contractus, prout ita erat in spe: quia re vera emptor id totum emit tempore, quo celebratur contractus, minori pretio, quam tunc valeret. Ita Sylu. cum alijs, verb. vsura, 2. q. 8. Idem q. 9. subiungit esse, si quis vendat quippiam viginti, tradendum in futurum, qñ speraretur valiturum solum quindecim: quamuis enim tempore traditionis casu aliquo valeat viginti, aut plus, tenetur nihilominus venditor, ob eãdem rationem, restituere emptori, quod insuper accepit, quam, plus minus, cõtractus tempore, existimabatur traditionis tempore valiturum: eò quod tempore celebrati contractus non plus in tempus traditionis valebat.

3 Tertius † est, si quis emat ab aliquo boues, quos venditor nõ habet, eosdemq; venditori locet, distinguunt cõiter doctores. Quod si emptor sciebat, aut præsumebat, venditorẽ eos non hre, tunc contractus est in fraudem vsurarum restituereq; emptor tenetur mercedem locationis, tamquam ex re, quæ non erat, argumento ff. de condictione sine cã per totum. Si vero emptor bona fide emit, credens venditorem habere boues, tunc, modo pretium pro bobus, & pro illorum locatione, esset alioquin iustum, restituere non tenetur pẽsionem, quam accepisset, bonaq; fide consumpsisset, nisi quatenus inde esset factus locupletior. Imò neq. id, in quo factus esset locupletior, teneretur restituere, sed recuperare posset, si quid ex ea pensione soluendum supereset, quando ex eo, quod ita boues emisset, ac locasset, tantundem lucri emptori cessasset. Ita Sylu. verb. vsura, 2. q. 7. Nau. in Man. c. 17. num. 230. & alij, quos citant, quibus consentit Sotus. 6. de iust. q. 4. art. 2. ad 3. idemq; intelligendum est de cæteris similibus rebus.

Sunt tamen nonnulla obseruanda. Primũ est, Siquis emisset boues duos, aut plures, indefinitè ita q̃ idcirco, quod nulli in singulari essent empti periculum eorum non pertineret ad emptorẽ, sed ad venditorem, tunc nefas esset pretium ex illorum locatione accipere: quoniam neque locatori perirent, neque essent aliqui boues in singulari, qui ad ipsum attinerent, ac proinde ex quib. fructum locationis posset iustè accipere.

Secundum est, si bona fide emisset ab aliquo duos boues in singulari, quos credebat illum habere, eosdemque illi locasset, tunc, esto venditor eos boues non haberet, & esto emptor ea pecunia non esset negociaturus posset nihilominus accipere licitè mercedẽ locationis. Rõ est, qm̃ ex parte ementis, & locãtis, cõtractus fuisset validus, effectumq; esset fortunus pretij solutione pro bob. locus verò patrocinari nõ debet vẽditori, ac conductori: quare in conscia, & in exteriori foro, tenet soluere emptori, & locatori q̃tum sua interetat, boues illos fuisse venditoris. Adducere th, si emptor boues non vidit, contractũ esse suspectũ, qa nullus emere solet certo pretio boues, quos per se, aut paliũ, non videt, quales sint: quare contractus in fraudẽ vsurarum censeretur eo modo celebratus. Si verò illos vidit, sed venditor mentitus est esse suos, cum essent alterius, tunc, si dum contractus locationis bona fide initus perseuerabat, boues absq; cuiusquã culpa pereant, pereunt emptori, & locatori isoluunq; venditor illi tenebitur, tum ad conductionis pretium, quousque perierit, tum etiã quantum emptori intererat, boues illos fuisse venditoris. Posse autem licitè vendi rem cũ pacto, vt venditori lucretur, probant Gon. decisi. 39. Alu. Valas. de iure emph. q. 11. nu. 18.

## Quando intermedius, qui aliquid alterius vendit, aut aliquid nomine alterius emit, possit, aut non possit, accipere sibi incrementum pretij.

## DISPVTATIO CCCLXIII.

### SVMMARIVM.

1 *Proxeneta, vel alius intermedius, vendens rem maiori pretio, quam ei impositum fuerat, vt venderet, an possit sibi illud incrementum retinere.*

2 *Mediator inueniens ab uno rẽ emendam certo quodam pretio, & ab alio emens minori pretio, an possit sibi retinere incrementum, quo potuit carius emere.*

3 *Sartorum astutiæ, & sagacitates, qui emunt pannos, vt vestes alicui conficiant, quomodo explicandæ, & diluendæ.*

1 CAsus hi frequenter sunt in confessionib. Qđ vero primo loco q̃ritur, est. Siquis † proxeneta, aut alicui alteri, quippiã vendendũ tradat pro decem, v. g. & ille id pro duodecim vẽdat, an mediator ille tradere teneatur dño rei integra duodecim, an vero possit retinere sibi incrementum illud pretij supra decem. Quicquid autem Angel. verb. empt. nu. 28. dixerit, distinguendũ sane est. Si. n. illa duo, quæ supra decem accepit, sint vltra rei pretium rigorosum, aut lege taxatum restituẽda sunt emptori: eò q̃ iniustè ex illo fuerint accepta vltra pretium iustum. Si verò accepta nõ sint vltra pretium iustum, subdistinguendũ est. Quoniam, si interuenit pactum tacitum, vel expressum, vt solum redderet domino rei decem, & si quid vltra mediator inueniret, id sibi vsurparet, tunc perspicuum est, illa duo ad mediatorẽ pertinere,

tinere Si verò nõ interuenit tale pactũ, restituenda sane sunt dño rei. Tum qm̃ sunt pretiũ rei, ac proinde ad dñm rei spectant, cuius voluntas præsumpta erat, vt, si plura, q̃ decem, inueniret, plura acciperet, ac sibi traderet. Tum ét, qm̃ mediator ille negotium, ac partes dñi rei agebat, ac proinde ad rei dñm emolumentum, aut detrimentum, spectare debet. Habentq. hæc verum, siue mediator ille stipendium acciperet a dño rei, vt illam venderet, siue gratis, atque ex amicitia, ab illo rogatus, eã venderet. Neque refert si mediator dicat, potuisse ré vendere decem cuidam, qui decẽ ipsi offerebat, noluisseq. eam rẽ illi dare, sed quęsiuisse alium emptorem. Non, inquam, id refert, qm̃ q̃cunq; moralem diligentiam apponat, lucrum, obsationes redditas, ad dñm rei spectat. Solent eiusmodi mediatores, qui nullo stipendio eis tradito, res alicuius venduni, obtendere, se id secreto sibi vsurpasse, in pretium sui laboris, quem non tenebantur apponere gratis. Quibus id non est facile permittendum. Primo, quoniam dñi fortasse existimarunt gratis, & tamquam beneficium, id fieri, neque vellent opera illorũ vti pro stipẽdio, quia vel aliũ inuenirent, q̃ gratis id faceret, vel p̃ seipsos potius rem venderent; æquitas aũt non postulat, vt ille soluere in eo euentu cogatur stipendium, & multo minus, vt vendens secreto accipiat, quantũ sibi ipsi fuerit visum. Secundò, quoniam, dum id secrete accipitur, dñs rei existimat se beneficium a mediatore accepisse, q̃ ex gratitudine teneatur compensare, vel obsequijs, vel alijs beneficijs: æquitas autem non patitur, vt mediator vtrumq; cõmodum, dño rei inscio, accipiat. Tertio, quoniam occulta compensatio locum nõ habet, nisi quando debitum alia via obtineri non potest: hic autem actione negotiorum gestorum petere potest a rei domino iustum stipendium, si non intendit gratis operam suam apponere: neque verecundia id petendi, licitum ei efficit compensationem occultam efficere, cum tanto dispendio domini rei, qui iustè scire vult, an pro pretio sit apposita opera, & an illud ipse soluerit, & quãtum, an potius beneficium acceperit. Illud tamen est obseruandum, si mediator iussus esset vendere in aliquo loco, vt in hac ciuitate: neque hic, mosali adhibita diligentia, inuenire posset vltra decem, tunc, si rem ad alium locum valde distãtem deferret, vbi plus pro ea inueniret, accipere posset sibi incremẽtum illud: quoniam esset fructus suæ industriæ. In his ferè conueniunt Sylu. verb. emptio. q 25. Gab. in 4. dist. 15. q. 11. ar. 3. dub. 4. Nauar. in Man. c. 23. nu. 97.

Dubiũ. Quod posteriori loco quærimus, est. Si quis rogauit aliquem, vt sibi rẽ aliquam emeret, & cum, ita rogatus, emere posset rem illam a quodã duodecim, quæsiuit aliũ, qui illam ei vẽdidit decem; dubiũ est, an mediator hic retinere sibi possit incrementũ illud, quo rem illam potuit carius emere. Respondendumq. est, non posse id retinere. Tum quia id totum continetur in industria, quã ille alius ab eo rogauit. Tũ ét quia negotium alterius egit: & sicut, si postea non inueniret, q̃ maiori illo pretio rem illam venderet, detrimentũ pertineret ad illum, cuius negotium egit: ita commodum ad eundem debet spectare. Si tñ, facta mora li diligentia in loco, in quo emere est rogatus, nõ inueniret rem nisi certo infimo pretio, accedendo vero ad locũ valde distantem, illã minori pretio emeret; retinere tunc incrementum sibi posset, tamquam fructum suæ industriæ, ac laboris.

Decis. 3 Solent † sartores, dum illis cõmittitur, vt pãnũ, aut sericum, emant, vñ vestes alicui conficiãt, vltra lucra in principio posterioris huius dubij explicata, q̃ ferenda illis nõ esse diximus, accipere a mercatorib. partem pretij, vel mercatorib. dicentib. se nulli alteri mercem illã fuisse daturos, nisi viginti argenteis, v. g. pro vlna, sed in ipsorũ gratiam, remittere: velle de vnaquaq; vlna dimidiũ argenti q̃ sartores ipsi sibi accipiant, eo q̃ ad ipsos potius, q̃ ad alios mercatores, ad emendũ accesserint, vel constituto pretio, viginti v. g. argenteorum pro vnaquaq; vlna, eoq; mercatoribus soluto, elargientibus ipsis mercatorib. sartori duos, aut tres argenteos, quò eos alliciant, ad similia ex ipsorum domibus in posterum emenda. Causant præterea sartores, id accipere ét posse in prẽmium laboris, & industriæ suæ, atque ad compensandũ, q̃ operari ad lucrum poterant, dum ad illa emenda in aliorum domos accedunt. Hæc scrupulis sunt plena, dissuadendiq; sunt, anteqũ fiãt. Propter lucrum enim illud, non agunt fideliter negotia eorum, quibus pannum, aut sericum emunt, sed plus pretij dant, quã darent, si suum propriũ negotiũ agerẽt, neque experiuntur, an ab alijs mercatorib. vilius idẽ emere possint. Diligenter etiã, postq̃ id factum est, examinandi eiusmodi sartores sunt, num infideliter id egerint, quia videlicet alibi, aut plus insistendo, possent eam mercem vilius emere, & pp̃ id lucrum, ac præmium, quod a mercatorib. spectant, neq. plus institerunt, neque ad alios accesserunt, q̃ si infidelitas comperiatur, propenderem, restituendi onus esse iniugẽdum, neq. peruersos hos, atq. occultos lucrandi modos esse ferendos, inuitis ijs, quorum negotium agũt.

## De pretio legitimo, hoc est, lege publicave autoritate taxato, circa frumentum præsertim.

### DISPVTATIO CCCLXIV.

#### SVMMARIVM.

1 *Pretium legitimum rerũ taxare, ad publicas pertinet potestates, & principatus.*
2 *Pretij taxati quæcunque transgressio contra iustitiam est.*
3 *Pretij taxati transgressor incidit in culpã lethalẽ.*
4 *Pretij taxati incrementum restitutioni obnoxium.*
5 *Transgressor legis ultra solutionem pœnæ, tenetur etiam ad restitutionem damnum passo.*
6 *Lex pretium taxans, vt in foro conscientiæ obliget, quid requiratur.*
7 *Pretium tempore abundantiæ taxatum, non præsumitur tempore caristiæ perdurare.*

8 *Lex rationabilis, & iusta in foro fori, an præsumendum sit eandem esse iustam in foro Poli.*

9 *Legislator non abrogans legem aliàs iustam a se latam, sed modo iniustam, tenetur omnia damna subditis restituere.*

*Declara tamen, vt ibi.*

10 *Lex taxationis frumẽti ex qbus iniusta reddatur.*

11 *Frumentũ si detur melius, quàm consueuit vendi, an possit accipi vltra pretium lege taxatũ: vel si peius, teneatur venditor de pretio descendere.*

12 *Frumentum alienigenæ asportantes de loco, vbi est taxa, ad locum, vbi eis non imponitur taxa, & illud pluris vendentes, an peccent, & ad restitutionem teneantur.*

*Et quid si incolæ sint, qui illud asportent. nu. 13.*

14 *Clerici an vendere frumentum teneantur pretio lege taxato.*

15 *Frumentum. an licitum sit vendere vltra pretium lege taxatum, asportandum tamen ad locũ vbi carius venditur, sumptibus vendentis.*

DIcendum est consequenter de pretio legitimo. Conueniunt † omnes, ad publicas potestates, spectare, quemadmodum condemnare leges iustas circa alia, prout communi bono expedire iudicauerint; sed etiam statuere, ac definire pretia rerum, vt intra limites æquitatis eidem bono communi viderint conuenire. Sic enim pretium limites æquitatis spectatis circunstantijs oĩb. concurrẽtib. egrederetur lex esset iniusta, atque adeo vim obligandi in foro saltem conscientiæ, nó haberet. Eiusmodi aũt potestas in supremo principe residet potissimum: in reliquis verò reipublicæ moderatoribus ab eo deriuatis, ac dependẽtibus, quantum legibus, consuetudine aut peculiari ad id facultate, fuerit concessum. In Lusitaniæ autẽ Regno, *os uereadores, e offiçaes das camaras*, prohibiti sunt taxare pretium frumenti, vini, & olei, vt habetur l. 8. tit. 1. p. 6. legum extrauag.

1

Pretium legitimum, seu taxatum, cum per determinationem publicæ potestatis ad aliquid certum intra limites æquitatis, attentis circũstantijs oĩb. concurrentibus, sit limitatum, ac coarctatũ, vt ꝙ tritici mensura, v. g. tantũ pretium non excedat, consequens profecto est vt in indiuisibili cõsistat, publica potestate pro vi, q̃ ad obligandum suos subditos in ordine ad cõe bonum habet, coarctante latitudinem pretij, alioquin iusti naturalis eiusdem rei, ad illud determinatum, ac indiuisibile. Hinc † efficitur, vt quæcumq. transgressio pretij ita taxati, sit contra iustitiã, vt pote latitudinẽ iusti excedens, ac proinde vt in eo excessu venditor supergredi dicatur fratrem suum, contra illud Pauli 1. ad Thessal. 4. *Nequis supergrediatur, aut circumueniat in negotio fratrem suum*, teneaturq. proinde id restituere, iuxta cõem doctorum sententiam. Ita Io. Med. de restit. q. 31. & fusius. 36. Sotus 1. de iust. q. 6. ar. 6. ad 5. & li. 6. q. 2. ar. 3. cõclusi. 3. Castrus. 1. de leg. pænal. c. 12. prope finẽ, Cou. 3. var. resc. c. 14. nu. 3. Nau. in Man. c. 23. nu. 88. quicquid antea in Hispano, nu. 86. dixerit, & alij. Quare, inquiunt, qñ † lege ita definit pretiũ rei alicuius, vt frumenti, simulq. pœna apponitur

2

3

transgredientib. pã legẽ, esto pœna adeo sit leuis, vt ex illa in transgressione aliarum legum culpã nõ iudicaremus lethalẽ, in hac tñ, si transgrediẽs tñ pretij, vltra lege taxatum, acciperet, ꝙ in materia furtiua culpam sufficeret lethalem, iudicãdus sit in culpã incidisse lethalẽ, nó quidem ob pœnã impositam, sed ꝙ notabiliter iustitiã violauerit, quare similiter ex transgressione peccasset lethaliter, esto nulla pœna ea lege fuisset statuta. Hinc † iam facilè intelligetur, incrementũ pretij, vltra lege taxatum, restitutioni esse obnoxium, nulla expectata sũa, eò ꝙ sit iniustè acceptum: pœnam vero ea lege statutã ante latam sententiã nõ deberi. Intelliget præterea, esto transgrediẽs legem † condemnetur a iudice ad solutionem pœnæ, quæ longè maior sit, quam quod vltra pretiũ lege taxatum sit acceptum, non proinde eum munere dimittendum ab obligatione restituendi emptori, ꝙ vltra pretium lege taxatum pro merce dedit: hoc. n. non in pœnam, sed tanq̃ iniustè acceptum ex emptore, est illi restituendum, nihil impediente, quod longè maius in pœnam delicti, quo fuit acceptum, sit iam solutum. Admonet optimè Cou. loco citato, iudices, quando similes transgressiones puniunt, præcipere debere, vt transgressores ét restituant, quod vltra pretium lege taxatum acceperũt, esto id non sit vltra dimidium iusti pretij, quoniam in ijs, quæ lege sunt taxata, locum non habet l. 2. C. de rescind. vend. sed pro quocumque excessu, vltra lege taxatum, datur actio in exteriori foro. Et quando iudices id non præciperent restituere, maneret nihilominus obligatio restituendi in conscientiæ foro. Neque refert, si venditor dicat, emptorem libentes totum id pretium pro merce obtulisse, quoniam præsumendum non est, voluisse donare, sed obtulisse illud inuolũtariè mixtè, quia non inueniebat minori pretio mercem.

4

5

Conueniunt † doctores citati, vt lex pretiũ taxãs in conscię foro obliget, necesse esse, vt rõnabilis sit, & æqua, non egrediens limites iusti pretij. Etenim quamuis in principe potestas sit ad coercendã horum auaritiã, atque ad moderanda pretia rerũ quantũ intra limites æquitatis, bonũ cõe efflagitat, non tñ est ad irrationabiliter, atque extra æquitatis limites, attentis circũstantijs, quæ reipsa concurrunt, quæq. ex natura rei pretiũ re ipsa augent, illa minuẽda, neq; .n. potestas principis ad irrationabilia atque iniusta sese extendit. Quo fit vt si superueniente ingẽte sterilitate princeps vellet, vt triticũ eodem pretio venderetur, quo rõnabiliter tpe abundantiæ vendebatur, lex esset irrationabilis & iniusta. Neque sanè satisfacit, si quis dicat, bono cõi expedire, triticũ eodẽ pretio tpe sterilitatis vendi, vt pauperes non grauentur, possintque commode illud emere. Non, inquam, hoc satisfacit. Primò, qm̃, si æquitas, & iustitia ex ipsamet natura rei postulat, vt pretium ascendat, ne dñi tritici iniuriam patiantur, curandum non est si per accidens pauperes, quib. per eleemosynã potius, q̃ venditione, est subueniẽdum difficultatem aliquam in tritico emendo patiantur. Secundò, quoniam propter solos pauperes non est cum iniuria venditorum statuẽdum, vt omnib. æquali pre-

6

si pretio triticum vendatur: præsertim, cum tpe sterilitatis,& famis, quam rarissimè emant pauperes pretio lege taxato,sed soli potentes, & ministri publici, quibus dñi tritici non possunt resistere. Tertio,qm̃ ad subueniendũ aliquib.de Repub.in cõe bonum,æquitas non patitur,vt quidã præ cæteris grauentur,sed oẽs de republica, iuxta facultates,ac ordinem cuiusqué, grauãdi proportione quadam sunt,vt contribuant,quantum postulat æquitas: quare iniquum est grauare solos dominos tritici,eos cogendo,vt suũ triticum vendant infra pretium infimum,ꝙ ex natura ipsa rei postulat æquitas. Quartò,qm̃ plurimi eorũ, qui triticum possident,sunt agricolæ, quibus in sterilitatis anno aliqñ mensura tritici,computatis sũptibus oĩbus quos fecerũt, laboreq; & industria, quam apposuere,longè maiori pretio stat, quã sit id,quod vendi præcipitur: id verò nulla æquitas patitur. Adde,iniuriam agricolis fieri, ꝙ reliquæ merces tpe raritatis earum,& abundantiæ emptorum,in pretio accrescant pro illarum raritate,& emptorum abundantia;frumentum verò, ꝙ tãto labore, & sumptibus in tantam Reip. vtilitatem parant,non sinatur vendere ito pretio,quod ex ipsa rei natura raritas illius, emptorumq; abundãtia, exigit. Hæc vt confirmant, quæ disputatione sequenti dicenda sunt: ita ex dicendis in ea multũ corroborabuntur, vbi euertemus quorundam iurisperitorum,qui in Bartoli verba, prauè intellecta,iurasse videntur,contrarium assertum.

Ex dictis autem colligo,si frumentum antea lege erat taxatum pretio rationabili, ac moderato, ac mense Martio, aut Aprili, sterilitas magna in annum sequentem comperiatur ob pluuiæ defectum,aut aliqua alia ratione,non teneri homines deinceps vendere triticum suum pretio tempore
7 abundantiæ taxato. Qm̃ † præsumendum est,voluntatem principis non esse,vt,tanta superueniẽte sterilitate,lex,quæ tpe abundãtiæ lata erat,vim adhuc retineret, neque, si id princeps vellet, lex iam tunc esset rationabilis,ac iusta, ac proinde in conscĩæ foro non obligaret. Atque hoc voluisse vr̃ Nau.dum in calce numeri 88.citati dixit, superueniente maxima necessitate,tollitur omnino taxa Concinit Io.Med.q.36.citata ad 2.in fin.& multo apertius.q.31.§.prædictis tñ. Qñ aũt sterilitas non esset tanta, quæ manifestè irrationabilem,ac iniustam redderet legem,si adhuc perseueraret,standum esset legi interim dum non reuocaretur,recurrendumq; esset ad principem,ac petendum,vt illam tolleret, aut mutaret. Conueniunt
8 ẽt doctores,in dubio,an lex † rationabilis,& iusta sit,pręsumendum esse,rationabilem esse,ac iustam,illiq; in conscĩæ foro ésse standum. Superioribus quippe in dubio est parendum, illorumque prudentiæ,ac iudicio potius est standũ,ac innitẽdum,q̃ propriæ subditorum prudẽtiæ,ac iudicio. Qñ aũt iniustitia esset manifesta,siue id proueniret ex corruptione,ac nequitia eorum, qui sunt a consilio Regis,siue ex imperitia, aut negligentia attendendi obligationem esse abrogãdi,moderandi,aut mutandi legẽ ob circunstantias, quę superuenerunt, siue ꝙ nõ satis attenderint,ac expenderint, q̃ in taxãdo pretio iusto erãt attendenda,qđ non ett difficile euenire præsertim,cum multum aliqñ distent a loco,in quo triticum est vendẽdũ, sæpeq; aliorum suggestionib. ac iudicio illos stare necesse sit, tũc emẽtes iuxta eam legẽ infra pretiũ infimũ iustũ rei illius,tenẽtur restituere vsq; ad latitudinẽ pretij iusti,vt ex se liq̃t,consentitq; Medi.q.36.citata ad 6. Quod intellige,ẽt si bona fide emissent,q̃is tunc, si eadẽ bona fidem rẽ cõsumpsissent,solũ restituere tenerentur,quantũ in
9 de locupletiores essent effecti. Illi † vero,qui eam legẽ tulissent,aut postq̃ iniusta esse incæpit,eã nõ abrogassent,aut mutassent, restituere tenerentur dãna oĩa subditis ex ea lege subsequuta, nisi ignorãtia excusent a culpa in ea lege ferenda, aut non abroganda,vel mutanda,postq̃ iniusta esse cæpit. Dixi,nisi ignorantia excusarentur a culpa:qm̃,cũ hi ad restitutionẽ non teneantur ex parte rei acceptæ,nisi de numero sint etiã emptorum,vtique si ignorantia eos a culpa excuset, liberi omnino manent ab onere restituendi. Simili modo peccant, atq; ad restitutionem tenentur,iudices, q̃ postea inquirunt eos, qui vltra pretium lege irrationabili,atq; apertè iniusta,taxatum vendiderunt, eosque puniunt. Restituere.n.tenentur pœnas,quas hac de causa accipiunt,atque damna omnia, quæ ea de causa illos vexando,eis intulerunt. Exemplum vnum proferam. Quo tpe in Euorensi academia,regnante Sebastiano, hæc ex suggesto exponebã,accidit, vt cũ taxa mensuræ tritici, quæ eo in Regno *Alqueire* vocatur, iustè anno tunc præterito sex vigenorum fuerit constituta, superueniente maxima sterilitate accreuerit pretium in foro publico ad quindecim, aut sedecim,vigenos,quo ab exteris,quibus taxa in eo Regno non erat constituta,vendebatur. Superuenit autẽ iudex qui more solito, ad inquirendum de aliquib. crimin̄ib. fuit missus, cæpitq; punire eos naturales transtaganæ regionis,qui triticũ çquè bonum vltra sex vigenos vẽdiderãt. Sanè id erat iniquũ, cum restituendi onere,tum pœnas,tum ẽt quęcũque alia damna iudex ea de causa intulisset. Admonitus autem,continuo,vt tenebatur destitit.

10 Dubium est, vtrum lex † taxationis frumenti iniusta ex eo fit,ꝙ reliqua non taxentur, quibus agricolæ indigent,vt calcei,vinũ,oleum, stipendia operariorum,&c. Dubiũ
Estq; neganter rũdendum modo pretium, quo frumentum taxatur rationabile sit,ac proportionatum, attenta multitudine, aut paucitate illius, multitudine emptorũ, & cæteris circumstantijs, ex quibus rerũ valor est æstimandus, iuxta ea,quæ disp.348.dicta sunt. Ratio aũt est, qm̃ frumentum pendet per accidens ex alijs reb. quib. agricola indiget. Et quoniam plus Reipublicæ expedit,frumentum taxari,quàm cætera, difficilequeadmodum esset taxare omnia alia. Præterea quoniam,cum iustum pretium statuatur frumento, attentis circumstantijs omnibus præsentibus nulla iniuria fit dominis illius, si,in Reipublicæ bonum,id solum taxetur. Si autem taxarentur calcei, non taxato corio, ex quo illi conficiuntur, idque in causa esset, quòd sutores, attento pretio, quo corium emunt, exta- Decis.



Digitized by Google

here non possent iustum, ac moderatum pretium sui laboris, tunc lex esset iniqua, neque in conscientia obligaret. Idem etiam esset, si taxaretur panis coctus, non taxato tritico, atque id in causa esset, quod pistrices non extraherent iustum, ac moderatum stipendiũ. Idem dic de cæteris rebus, quæ per se pendent ex alijs, quæ non taxantur, atque simul lege, quæ in calce disput. 355. dicta sunt.

Posito, taxationis legem iustam esse, quæritur, ubiũ D 11 num, si † detur triticũ melius, q̃ quod cõiter consueuit vendi, possit licitè pro eo accipi vltra pretium lege taxatũ: aut, si detur aliquod peius, teneatur venditor descendere de pretio lege taxato. Decis. Respondendumq; est neganter, si excessus, aut defectus, in bonitate sit modicus: qm̃ pro nihilo talis excessus, aut defectus est reputandus: alioquin nullum ferè esset frumentum, quod vendi pretio lege constituto posse; quippe cum ex ijs, quę communiter venduntur, nullum sit, quod, cõparatione alterius, non inueniatur melius aliquantulũ, aut peius: arbitrorque raro, ob excessum in bonitate, licitè posse ascendi vltra pretium lege taxatum. Ob defectum vero in bonitate, vt si triticum putridum sit, aut corrosum vermibus, ita vt notabiliter deterius sit tritico vendi consueto, descendere tenetur venditor in pretio, quantum, proportione quadam, minus valet; qm̃ lex tritico cõi est accommodanda. Quod si in Lusitania distincta pretia tritico *Galego, & ana fil*, quæ vocant, constituta non sint, credo descendendum esse in pretio tritici *Galego*. Vt enim audio; solet cõiter minus æstimari in quarta parte pretij: eo quod pauciores, longeque inferiores panes in valore, ex æquali mensura, illius tritici conficiantur, quam ex illo alio: quo fit, vt iniqua esset lex, quæ pretium æquale tritico vtrique constitueret.

Si triticum taxatum sit, eo ipso taxata censetur farina ex illo confecta, vt carius vendi non possit. Est enim in fraudem legis, contra mentem ve legislatoris, propterea quod, dum triticum taxatũ fuit, mentio de farina non sit facta, triticum redigere in farinam, illamque pro libitò vendere, vt enim. L. contra legem, ff. de legibus, hĩ, *in fraudem legis fecit, qui, saluis legis verbis, sñiam eius circumuenit*: quare vendentes ad restitutionem tenerentur excessus pretij. Eadẽ rõne, si quis pistorib⁹, aut pistricibus, sub eo pacto suũ triticum daret, vt pro vnaquaque mensura pretium ei redderent vltra lege taxatum, reliquumque sibi assumerent in sui laboris præmium, faceret in fraudem legis, restituereque illis teneretur excessum pretij, si periculũ totum in pistrices reijceret: quoniã perinde esset, ac si venderet illis suum triticum maiori illo pretio. Si tamen in se susciperet periculum tritici, farinæ, & panum, ita vt, si perirent, aut minus pecuniæ ex illis conficeretur, quam sit pretiũ cõstitutum, id totũ ad ipsum spectaret, si verò plus conficeretur, acciperent pistrices incrementum in sui laboris stipendium, non video contractum ex natura rei esse illicitum; modo lucrum, quod pistrices inde sperarent, commensuratum esset laboribus, sumptibus, & industrijs, quæ apponunt. Dixi, ex natura rei: quoniam in hoc Regno, id videtur prohibitum, eo quòd esset ipsos tam meta esse pistores, ministerio tamen publicarum pistricum; quod lege est prohibitum.

Qui triticum pretio quidem lege taxato venderet, cæterum cum pacto, vt emptor solueret in oleo, vino, aut in quacunq; alia merce, quam traderet minori pretio, quam sit, quo vendi consueuit, sane in fraudem legis faceret, restituereque teneretur, quantum plus ea merx valet. Imò, si emptor iam apponere grauamen pretio æstimabile, vt quod simul ab eo emeret vinum, oleum, aut quoduis aliud, quodam alio pretio maiori, quam is alioquin fuisset emturus restituere teneretur, quantum grauamen illud æstimaretur: eo quod æstimationem illam accepisse censetur vltra pretium tritico lege taxatum. Ita Med. q. 36. citata, Nau. in Manua. c. 23. nu. 88. resque ex se satis est perspicua.

12 Dubium est, num † alienigenæ asportantes in Lusitaniam triticum ex Castella, aut aliũde, quibus in Lusitania taxa non imponitur, vt ea ratione alliciantur ad illud adducendum, peccent, restituereq; teneantur, si triticum suum vendant vltra pretium incolis illius Regni taxatum. Ratio dubitãdi est, quoniam, vel pretium inibi lege incolis taxatum ex natura rei est verum pretium iustũ frumenti in eo Regno, vel non. Si est pretium iustum, sequitur id, quod alienigenæ insuper accipiunt, esse vltra pretium ex natura rei iustum, ac proinde restitutioni esse obnoxium. Si vero non sit iustum, sequitur, legem id pretium incolis taxantem, esse iniustã, ac proinde incolas posse tantundẽ accipere pro suo tritico æquè bono, quale est, quod in tã lata regione cõiter Lusitani vẽdunt. Sunt qui ad dubium hoc respondeãt, Rem publicam, ac Regẽ concedere posse exteris incrementum illud pretij in præmium laboris, & expensarum, vt ea ratione inuitentur ad triticum in eius Regni vtilitatẽ asportandum, arq. ex concessione hac licitè illos accipere ad incrementũ, nec teneri illud restituere. Neque in hoc, inquiunt, vlla iniuria fit emptoribus, quippe qui emere nõ cogantur; volenti aũt, ac consentiẽti nulla fit iniuria. Ego sanè ex hoc capite non auderem tutas reddere vendentium conscientias. Rex quippe nihil forsan de donatione cogitauit, sed solum, vt allicerentur ad triticum asferendum, illis permisit vendere pretio, quo vellent, ac possent, illos a lege taxa excipiens. Itẽ, quod ementes illis vltra pretium lege taxatum tribuunt, sanè inuoluntariè mixtè exhibent, neque propter expensas, quas exteri in illo asportando faciunt, laboresque quos suscipiunt, plus valet triticum ipsorum, quam cõmune aliud triticum æquè bonum loci, in quo venditur, vt ex dictis disput. 348. constat: quare, cum Rex nihil de suo, aut de communib. bonis, illis in præmium proponat, sanè non video qua rõne ex illo capite tutæ reddi possint eorum conscię. Ex hoc aũt solo credo eas tutas reddi: quia, cũ a lege eximantur taxationis, possunt tuto vendere intra latitudinem iusti pretij, quod frumentum ex natura rei, secluſa lege taxationis, attentis circumstantijs concurrentibus, in eo loco habet: Dubiũ

habet:quò aũt maior est pecunia tritici,ꝙ venda tur, pluresque emptores ad eos accedunt, eo plus ex natura rei accrescit valor tritici ipsorum : quo fit, vt quò plus incolæ lege taxationis premũtur, vilioriq; pretio vendere præcipiuntur, eo plus ex natura rei accrescat valor tritici exterorum,dum ipsi soli sunt vẽditores, nolẽtib. incolis vẽdere tã vili pretio,q̃ lege est ipsis taxatum. Quòd si nulla esset taxa,certè nullũ esset incrementũ pretij, qđ exteri vltra naturales acciperent:qñquidẽ amens esset,qui cariori pretio emere vellet ab exteris q̃ a naturalib. triticũ æquè bonũ. Imò verò decresce- ret pretium tritici exterorum , si nulla esset taxa, De cis. naturalib & exteris contẽdentib. præponi ab em ptoribus in venditione. Dico ergo,siue taxationis lex posita sit naturalib. siue nõ,si exteri vẽdant vl tra pretiũ iustum rigorosum,ꝙ frumentum in eo loco tunc ex natura rei bẽt, attentis circunstãtijs oĩb. concurrentib. & cõtra iustitiã ipsos peccare, & restituere teneri excessum. Cũ verò nõ sit, cur exteri in conscĩæ foro damnari debeant, videant, qui in transtagna Lusitana regione eo anno, quo hæc ibi exposui , taxam sex vigenorũ anni ante- cedentis perseuerare fecerunt , num tantus excess- sus,q̃tus fuit triticum ab exteris sedecim vigenis vendi in publico foro,sufficienter arguat,,plus iu sto benignã fuisse,ne dicã apertè iniustã, & num æquum fuerit,accedere postèa iudicem, qui inq- reret,ac puniret eos , qui vltra sex vigenis triticũ eo anno vendiderunt. Iam verò paulo antea retu li,iudicem a viris religiosis,ac doctis admonitũ, tandem ab inquisitione persequenda destitisse.

Dubiũ 13 Petes,vtrum,si Lusitani † asportent triticũ ex alio regno,possint illud vendere vltra pretiũ lege taxatum,sicut exteri illud vendũt. Rñdendumq; est affirmanter,saltem in foro conscĩæ,mõ scan- Decis. dalũ abſit. Idem est in exteriori foro,si in eo con- stet,triticum ex alio regno fuisse allatum. Neque .n.mens legislatoris est, facere hac in parte peio- ris cõditionis naturales,q̃ exteros : præsertim cũ æqualis Regni vtilitas sit, triticũ ex alio Regno ab homine Lusitano , & ab extero afferri. Quin hoc ipsum apertè conceditur.l.5.§.vlt.tit.9. p.4. leg.extrau.qñ triticum ex Regno Castellæ aspor tatur;modo in primo oppido Lusitaniæ fidem a iudice eius oppidi signatam,qui illud asportant, accipiant,ex Castella esse asportatum.

Dubiũ 14 Dubium est,nũ † clerici vendere teneãtur pre tio lege taxato,ita vt, si illud excedant, restituere teneantur excessũ , perinde ac laici. Rõ dubitan- di est,qm̃ cum non subijciantur legib. ac iurisdi- ctioni principum secularium, ac proinde neque ab eis puniri possint, esto vltra pretium lege ipso rum taxatum vendant,neque peccare vñt, neq; ad restitutionem teneri, modo pretium iustum Decis. naturale,eo modo, quo de exteris in Lusitania di ctum est,non excedant. Affirmandum tamen est cum communi doctorum sententia, eos , si quid vltra pretium lege iusta taxatum accipiant, tene- ri id restituere. Et quamuis Nauar. in Man. Hi- spano.c.23.numer.84.sub dubio exceperit in lo- cis , vbi exteri a lege taxationis eximuntur, vt in Lusitania, ductus ea ratione, quòd, cum clerici nõ magis subdantur illi legi, q̃ exteri, possint suũ triticũ æquè bonũ vendere eodẽ pretio, quo exte ri suũ vendunt; meritò tñ in Latino.nu.88.sen- tentiã mutauit. Ad rõnem verò dubitandi Med. q.36.citata,& Nau. vbi supra respondent. Quã- uis vi legis taxationis non teneantur, quasi illi su bijciantur;teneri tñ quatenus, supposita lege,pre tium cõe in eo loco est , ꝙ lege est taxatum : lege quippe diuina,ac naturali,tã ipsi,q̃ exteri, accipe re non possunt in loco, in quo vendunt, plus pre- tij pro suo tritico,quam cõe eius loci;eo ꝙ id so- lum sit iustum, siue cõe sit quia secluſa lege, siue quia posita lege,oẽs ita vendunt. Est verò satis in firmum hoc eorum fundm̃, vt ex ijs,quæ de exte ris in Lusitania paulò antea diximus,satis perspi cuè liquet. Etenim,si a lege sunt exempti,sanè ip sorum comparatione solum manet latitudo pre- tij naturalis,quæ in indiuisibili,non consistit, ꝙ si pretium taxatũ sit vile, eaq; de cã deficiant ven ditores,accrescit pretium naturale tritici, ipsorũ comparatione, vt de exteris in Lusitania dictum est: quare in tota ea latitudine pretij licitè posset vendere, Dicendum itaque est,vt cũ Victoria,So to,Syl.& alijs,disp.31. conclusione vltima dice- bamus,clericos subiectos esse eiusmodi legi , ac cæteris principũ secularium eius Reipublicæ cuius sunt partes, q̃ cum ipsorũ libertate non pugnant, quales sunt,q̃ ibi cõmemoratæ sunt : tametsi nec iudicari iuxta illas,nec puniri possent,nisi coram iudicibus ecclesiasticis,atque ab ecclesiasticis iu- dicibus,vt ibidem dictum est:quo fit,vt sicut lai- ci peccant,restituereq; tenentur, si vltra pretium iustum lege taxatum vendant;sic etiam peccent, restituereq; teneantur ecclesiastici. Exteri quo- que tenentur legibus Reipublicæ, in qua cõmer- cium exercent, quo ad ea,quæ ad commercia illa spectant:sicut etiam tenentur ad tributa,iustè le- gibus eius loci imposita. Ea.n.conditione ad cõ- mercia admittuntur, vt eis omnibus legibus te- neantur: quare sicut, si Regi non soluant tributa iustis legibus imposita,tenentur ea illi restituere: sic etiam restituere tenentur, si quid,vltra pretiũ lege taxatum accipiant. Quo fit,vt priuilegium in Lusitania sit, exteros non teneri lege taxatio- nis frumenti,lege ipsa Lusitana expressum.

15 Dubiũ † vlterius est, si pro diuersis Regni par Dubiũ tibus taxata sint diuersa pretia frumẽti,vt si Euo- ræ minori pretio sit taxatum, quàm Vlyssipone, aut Euoræ taxatum sit,& non Vlyssipone, sed ca rius ibi vendatur, an fas sit vendere Euoræ tritici- Decis. cũ pretio,quo Vlyssipone venditur, sed transpor tandum Vlyssiponem vendentis sumptibus. Re- spondendum verò est,si triticum, quod vẽditur, non sit designatum aliquod in singulari, sed sint tot,vel tot mensuræ tradendæ Vlyssipone, ita vt totum periculum tritici, quousq. Vlyssipone tra datur,ad vẽditorẽ pertineat, & simul pertineant transportatio,& sumptus, tũc dubiũ non esse,va- lidũ,licitumq. esse contractum. Qm̃ licet Euoræ conuentio fiat, suspenditur tñ ac perficitur con- tractus Vlyssipone. Idem esset, q̃uis aliquod nu- mero triticum in singulari designatum Euoræ venderetur,sed venditor in se susciperet sumptus,



Digitized by Google

ac periculum, quousq. illud traderet Vlyssipone: qm̃ p eam periculi susceptionem, q̃ alioquin ad emptorẽ pertineret, vt in sequẽtibus videbimus, virtute suspenditur contractus in Vlyssiponẽ, & perinde est, ac si triticum Vlyssipone venderetur. Si aũt venditor periculum nõ suscipiat, sed pertineat statim ad emptorem, tunc vendi non potest, nisi pretio Euoræ taxato: eo p Euoræ contractus perficiatur: quare tũc restituendũ esset incrementum vltra pretium Euoræ taxatum, deductis expensis, quas vẽditor in asportando tritico faceret: q̃, si æquales, essent cũ incremento, ad nullã teneret restitutionẽ. Illud obserua, si venditor firmus erat transferre suũ triticum vendendum Vlyssipone, atque ad emptoris petitionẽ, qui illud suis sumptib. trãsferre volebat, ab ea desisteret vectura, illudq; emptori traderet statim, tunc in conscientiæ foro, scandalo non intercedente, tãtum accipere posset, vltra pretiũ Euoræ taxatũ, quantũ prudentis arbitrio æstimaretur lucrum ex eo ipsi cessans, quod non deferret suum triticũ Vlyssipone vendendum: id. n. incrementum non esset in pretium tritici, sed lucri cessantis, quod licitè tunc vendere potuit. Circa hæc oĩa, inter alios, lege Med. q. 36. citata à §. aliud dubium.

Quòd taxatio in vna parte regni fiat, & non in alia, q̃ illa non ita indigere vr̃, non reddit iniquam. Si tñ in eadem Regni parte, quibusdam concederetur vendere vltra pretium taxatũ, alijs, verò non item, idq; absque peculiari causa (qualis esset, si qui carius vendere permitterentur triticum p ex alio regno asportarent, aut ex eodem, sed rõne transportationis id eis pmitteretur, aut esset alia causa cõi bono expediens) excusanda non esset ea lex iniustitiæ obl̃eam inæqualitatem, vimq; obligandi amitteret. Ex eo verò, p ministri publici cum quibusdã circa pœnæ exequutionem dissimulent, cum alljs non item, lex nõ desinit retinere vim obligandi: quare & ministri peccant, & transgressores similiter, restituereque tenentur, quod, vltra pretium lege taxatũ, accipiũt. Si autem legislatore conscio, vel omnes, vel pro maiori parte, impunè venderent vltra pretium lege taxatum præsumendum tunc esset, legem voluntate principis vim obligandi amisisse. Hæc Med. q. citata in responsione ad 3. & ad 4.

## Vtrum expediat, in Lusitano præsertim Regno, taxari frumentum eo, quo consueuit modo.

### DISPVTATIO CCCLXV.

*SVMMARIVM.*

1 *Frumenti pretium quando taxatur, duo sunt tempora consideranda.*
2 *Vendere rẽ suam minus iusto pretio, quo casu quis cogatur.*
3 *Rectores locorum efficere debent, vt necessaria iusto vendantur pretio.*
4 *Bonum commune quando præferendũ particulari.*
5 *Lex, taxans infra iustũ infimum pretiũ, quod rẽs ex eius natura habet, dicitur iniqua, & iniusta.*
6 *Lex taxæ, quæ solet infimum iustũ pretium rei constituere potius, quã summum, aut medium, iusta dicitur: iniusta verò, cum infra infimum taxat.*
7 *Princeps si taxat infra infimũ iustum pretium rei, quod ex eius natura habet, peccat, & tenetur restituere damna dominis rerum inde sequuta.*
8 *Consuetudo taxandi pretium rei certo tẽpore, quæ approbanda, & quæ non.*
9 *Frumentum quomodo, & quando taxandum, & quid obseruandum, vt taxa iusta dicatur.*
10 *Frumenti pretiũ rarissimè taxandum, propter magnas difficultates.*
11 *Vendere, quo pretio volunt, mercatores suas merces promittendi non sunt.*
12 *Frumenti taxatio quare necessaria.*
13 *Frumenti taxatores quid cauere debeant.*

DVm hæc Euoræ exponerem, casu euenit, vt, me inscio, nescio q̃ rationes Cardinali Hẽrico, nondũ Regi, offerret, ob quas contendebat, taxas frumenti in eo Regno non expedire: q̃n potius ex illis multa oriri mala. Rationes nec vidi, nec scire potui, quæ aut cuius, illæ essent. Cæterũ cum Cardinalis Hẽricus illas ad senatores supremos misisset, casu ad manus meas respõsa deuenere. Et, cũm longa multorum annorum experiẽtia, ego quoq; minime eas taxas expedire iudicarẽ, ductus potius grauissimis aĩarum periculis, q̃ deprehendebam, q̃ commodis, aut incommodis tpalibus eis rationibus respondere curaui, si fortè lucem aliquam regimini, bonoq. publico, afferre possem, opemq. ferre, vt taxæ illæ deinceps non fierent, prout vsq. ad meũ ex Lusitania discessũ, anno millesimo quingentesimo nonagesimoprimo factæ nõ sunt, neque, vt existimo, adhãc vsque diem. Quæ ergo tunc ex suggesto dictaui, nunc ẽt eisdem de causis subijciam. In illis itaq; responsis, vt occurrerent obiectioni, qua dictum erat pretiũ frumento anno proxime tunc elapso taxatum notoriè fuisse iniustum, sic habebatur.

Circa taxandũ frumentũ duo tpa cõsideranda sunt. Vnũ, q̃n abũdãtia est fruměti, aut certè mediocris copia. Alterum, q̃n est sterilitas, ac raritas illius. Priori illo tpe, taxandum est iustum pretiũ frumenti, attenta quantitate illius, & attẽtis reliquis circunstantijs rerũ, vnde sumi iustũ pretiũ, vt iura disponũt. Cæterum in posteriori tpe, neque est attendendũ ad quantitatẽ frumenti, neq. ad alias circumstantias concurrentes, quæ efflagitarent, vt pretium illius accresceret: sed mediocre quoddam pretium est taxandum, quo emptores commodè possint pertingere. Hæc ibi.

Operepretium aũt est examinemus, verum ne sit hoc vltimum, vnde iudicium pendet, an taxa, quæ iuxta eam doctrinam tempore sterilitatis, ac raritatis frumenti lata fuerit, iusta sit, vel iniusta, & quòd in causa esse potest, vt cum multorum iniuria pretia iniusta eo tempore constituantur. Vnde vlterius euenire solet, dominos frumenti cernentes adeo imminuta pretia constituta esse, legem transgredi cum grauissimo suarum

Digitized by Google

rum animarum periculo arbitrãtes se lethaliter peccare, & confessarijs restituere iubentibus: eo quod difficile admodum priuatis sit, iniustitiæ condemnare legem publicam, illique in dubio in conscientiæ foro sit standum.

In primis autem miror pro ea sententia citari Cou. 2. var. resol. c. 3. nu. 5. qui apertissimè eam ibi refellit, ac impugnat, contrariumq; amplectitur, quam varijs iuribus confirmat. Miror etiã citari pro eadem sñia Ang. ver. emptio. n. 7. & Sylvest. q. 9. qui nihil tale dicunt: sed solum, quando aliquis, necessitate pressus, cogitur emere rẽ plus, quam valet, committi in iustitiam cum onere restituendi excessum. Vt si ei, qui in necessitate est medicamenti ad vitam tuendam, vendatur pluris, quam valet, restituendum esse excessum.

Et Syl. ibidem. q. 5. expresse ait, tempore necessitatis cogi eos posse, qui abundant mercibus sibi nõ necessarijs ad propriam vitam tuendam, vendere illas alijs iusto pretio, vt vitam sustentent, atque ita, ait, seruatur tempore caristiæ: quæ omnia transcripsit ex Pan. c. 1. de empt. & vend. nu. 6. in quib. vides, nullam mentionem fieri de imminutione a pretio iusto, quod res tunc ex natura rei habeat. Ac sane theologorũ nullus, qui de pretio lege taxato loquatur, affirmat opinionem, quam impugnamus: quin potius Io. Med. qui fusius, & accuratius, q̃ alij, rẽ hanc disputauit, si attente legatur, q. 31. & 36. citatus, solũ cõcedit potestatibus publicis facultatẽ moderandi pretium, & cõprimendi auaritiam vendentium, intra limites iusti pretij, qd̃ triticum ex natura rei, tũc spectatis circunstantijs solb. concurrentibus habeat.

Et Castrus, Sotus, Nau. & Cou. locis disputatione p̃cedente citatis dum affirmant, vendentes vltra pretium lege taxatũ, restituere teneri excessum, addũtq; mõ pretium lege taxatum iustũ sin, qm̃ lex alioquin iniusta esset, nec obligaret in cõscientiæ foro, sanè idem oĩno censent. Vt. n. mox ostendam, esto opinio, q̃ impugnamus, vera esset, princepsq; in Reipublicæ bonum præcipere posset, vt tempore sterilitatis frumentum venderetur infra id, quod ex ipsa rei natura tunc valeret, vtique, qui transgrederetur legem, quamuis peccaret, non tamen teneretur ad restitutionem.

Bart. l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. pfect. vrb. ansam quibusdã ex iuris peritis p̃buit, illã inhibendi opinionem, q̃ non dubito falsam oĩno esse. Is
2 nãque, q̃rens ibi, num † aliqñ cogatur quis vendere rem suam minus iusto pretio, respondet. Cogi tempore sterilitatis, & caristiæ, iuxta l. 2. §. cum in eadem. ff. ad l. Rodiam de iactu maris: neque aliud affert fundamentum. Idem tñ Bart. postea eadem l. 2. §. cũ in eadem (ad quẽ locum §. cura carnis, se remittit) sufficienter se ipsum explicat.

Nempe, quod id intelligatur, qñ necessitas est extrema: tunc. n. sicut gratis esset subueniendum patienti extremam necessitatem, si nullum is haberet pretium: ita subueniendum eidem erit pro minori pretio, q̃ res valeat, si non plus pretij soluere possit. Ac sanè ridiculus esset Bart. ridiculique essent, qui illum sequuntur, si aliud ex ea lege colligere vellent. Casus. n. legis illius hic est. Cum multi nauigarent in eam aliena naui, deferrentq; in ea merces suas, tempestate cõpulsis sunt proijcere multas ex mercibus in mare, vt ea ratione, & vitam propriam, & reliquas merces conseruarent. Quæritum est, an qui vitam, & merces, ea ratione seruarunt contribuere teneantur ad merces soluendas, q̃ in ipsorum vtilitatem, ac bonum, proiectæ sunt. Respondet verò iurisconsultus, dños mercium, q̃ ea rõne seruatæ sunt, cõtribuere teneri iuxta valorem mercium, q̃ vnicuque sunt seruatæ: personas verò ea via conseruatas, non teneri contribuere. Hinc Bart. & quidam alij colligunt, tpe necessitatis oĩa diuino iure, & humano, esse cõia. Qd̃ si de alia necessitate, quam extrema, id intelligant, ridiculi profectò sunt, & contra cõmunem doctorum sententiam loquuntur, vt ex ijs, q̃ in materia de eleemosyna copiosè diximus, satis apertè constat. Neque textus ille de alia necessitate loquitur, quàm ad seruãdas vitas. Imò, vt in eadem materia q. 32. art. 5. latè ostendimus, neque id, quod Bart. inde collegit, probat ille textus, tempore necessitatis videlicet, posse quempiam consumere gratis rem alienam. Etenim, qui nauigabant in ea naui, diuites erant, vt constat, q̃ merces in ea asporrabant & pro ratione mercium cuiq; asseruatarum, contribuere iubentur ad solutionem mercium, quæ proiectę fuerant: cõis autem doctorum, ac verissima, sententia est, si dines in extrema necessitate rem alienã consumat, teneri illam soluere iusto pretio, vt loco citato ostendimus. Non ergo decisio illius textus in eo fundatur, quod tempore necessitatis oĩa sint cõia, fasque sit consumere gratis res alienas, sed ex quadam æquitate sancitum est, quod textus ille definit; eo quod hoĩes in tẽpestate adiumento esse soleant, tum adiuuando ad nauis exonerationẽ tum ad alia ministeria, vt nauis, & cæteræ merces conseruentur: quare non est cur, si cui dominus nauis, iuxta valorem, vt eadẽ lege, & p̃cedente sancitur, & cæteri, quorum merces conseruatæ sunt, contribuere iubentur ad solutionẽ mercium proiectarum, sic etiã hoĩes contribuere iubeantur. Plures aliæ rõnes legislatores permouere potuerunt ad id ex æquitate statuendum.

Expende quæso prudens lector, quam à remotis, & per quam debiles, ne ineptas dicam, consequentias, ex illo textu probetur, fas esse tempore sterilitatis, & raritatis frumenti taxare illud infra iustum pretium, quod tunc ex natura rei habeat. Ex illo textu, si quid colligitur, solum est, in extrema necessitate posse aliquem cogi vendere id, quo alius indiget ad euadendam illam, necessitatem, minori pretio, quam res in se valeat, si is non posset soluere plus. & neque id probat ille textus. vt ostensum est. Colligere verò inde vlterius, posse principem sterilitatis frumenti, ac raritatis tempore, taxare illud infra id, quod in se valet, sanè nulla est consequentia, nisi eorum comparatione, qui in extrema essent necessitate, perituique essent, nisi ita ipsis subueniretur, quod quam rarissimè contingit, & pauciissimorum comparatione euenit tempore sterilitatis. Nisi ergo fundamẽtũ aliud afferatur, certe non probatur, iustam esse legem

Digitized by Google

gem aliorum comparatione, qui, vendito saltem patrimonio, vt fecerũt Aegyptij tpe Ioseph, reddere possunt iustũ pretiũ: & multo minus probatur, iustã esse ad effectũ, vt pauperes agricolæ vendere cõpellantur triticum suũ eo pretio diuitibus ac potentib. Quid ergo clamãt doctores huius sententiæ, vt iustitiam huius legis teneatur tpe sterilitatis omnia esse cõia, & absq; furto accipi tunc alienum; Quasi verò eo ipso, quod sit sterilitas, continuo sit extrema necessitas omnium comparatione, & nõ potius contrariũ doceat experiẽtia. Eadem sententia probari solet ex l. si pendentes. ff. de vsufruct. Qui tñ textus nihil omnino ꝓbat. Casus. n. illius hic est. Si vsusfructus agri alicuius legatus alicui sit, ad eum pertinent onera omnia agri illius. Vt, si soluẽdum aliquid sit ex agro illo ad cloacas publicas reficiendas, vel ob aquæductum per eum agrum transeuntem, vel ob transitum exercitus, vel si pars aliqua fructuum sit municipio applicanda pretio aliquo viliori q̃ cõmuni, ea onera omnia ad vsufructuarium spectant. Hæc ibi. Ex hoc aũt vltimo volunt autores, quib. cum disputamus, suam confirmari sententiã. Cæterum textus, vt luce clarius constat, nõ loquitur de tempore necessitatis, sed de tẽpore quocunque, propter onus, quod ager ille habeat. Et quamuis de tempore necessitatis loqueretur propter onus, quod pro solo eo tempore ager ille haberet, nihil inde colligeretur, quod ad confirmandam sentẽtiam, quam intendunt, vim vllam haberet.

Hoc loco obserua, qñ ex loco aliquo merces multæ extrahuntur, tũc quẽadmodum populus, vnde extrahũtur, rectorve illius ꝓhibere posset, ne extraherentur, vt populus haberet copiosè necessaria: sic permittere posset ea lege extractionẽ, vt pars quædam populo minori pretio venderet, quæ eidem populo sufficeret. Simili modo, quando emptores ex alio essent regno, sicut princeps prohibere exteris posset, extrahere ex suo regno merces illas, ne in eo deficerent, aut carius venderentur: ita cõcedere posset extrahi ea lege, vt pars quædam sumeretur quæ minori pretio incolis vẽderetur, vt meritò circa sal his annis in hoc Lusitaniæ Regno fit. Atq; hoc est, qđ velle videt lex, si pendẽtes, citata. Multo apertiora iura sunt pro
3 nostra sñia q̃ indistincte statuunt, rectores † efficere debere, vt necessaria iusto vendantur pretio. De quorum numero est lex prima. §. cura carnium. ff. de offic. præfect. vrb. & sunt multa alia, q̃ Cou. vbi supra citat: iustum aũt pretium idẽ est, qđ æquale, ac commensuratum rei quo ad valorem. Et Diuus Thomas secunda secundæ, q. 77. æqualitatem ait in emptione, & venditione esse seruandam inter rem, & pretium, vt iustitia seruetur; alioquin: vel misericordia, aut liberalitas, admiscebitur ex parte alterius cõtrahentium, vel iniustitia in contractu interueniet.

Illud verò admonuerim, rem hanc iudicandã non esse ex iuris humani dispositione: qm̃ hoc ipsum est, qđ in controuersiã vocatur, an in principe potestas sit ad statuendum, vt sterilitatis tpe, res vendantur minori pretio, q̃ ex ipsa rei natura tunc valeant: sed ex naturis ipsis rerum esse iudicandam. Quo fit, vt examen, ac decisio rei huius, ad theologos potius, philosophosque morales, spectet, quam ad iurisperitos.

Dices. Ex naturis ipsis rerum, naturalive iure, sufficiẽter probatur, æquam esse legem, q̃ tpe sterilitatis minuat de infimo pretio tunc, alioquin ex natura rei iusto, atque adeo potestatem esse in principe ad eam legem condendam. Etenim cõe Reipublicæ bonũ ꝓferendum est particulari singulorum: quare, cum bonum cõe Reipublicæ id efflagitet, licite statui potest, nihil impediente, quod id in aliquorum detrimentum cedat.

4 Ad hoc † tñ dicendum est, si aliquid ita esset Satis-
necessarium ad commune Reipublicæ bonũ, qđ fit. sine illo Respublica, in esse Reipublicæ, hoc est, quo ad corpus ipsum spectatum secundum se totum, pateretur notabile detrimentum, tunc bonum cõe præferendum esset particulari. Atque in hoc sensu Cou. num. 5. citato merito concedit, siquid ita necessarium esset ad publicum bonum, quod non solum Respublica ea re indigeret, sed ẽt egeret, vt ipsi daretur minori pretio, quam ex ipsa rei natura valeat, tunc posset cogere subditũ, vt illam minori pretio vendat, quam valeat. Hoc tamen rarissimè euenit: eo quod, saltem per contributionem partium aliarũ Reipublicæ, potest Respublica ipsa reddere iustum pretium.

Neque, ad subueniendum bono cõi, æquum est, vt pars vna Reipub. grauetur plus, q̃ aliæ, q̃ in suo gradu, ac proportione cõtribuere ẽt possunt. Cæterum, qñ sine re aliqua põt Respublica in esse Reipublicæ, salua consistere; solumq; defectu rei illius fit variatio in partib. Reipu. penes hoc, quod q̃dã fiunt ditiores, & potentiores, aliæ uero in diuitijs, & potentia decrescunt, cum tamen partes omnes, in esse membrorũ Reipubl. saluæ maneant, tunc res illa necessaria non dicitur ad cõe Reipublicæ bonum: qm̃ bonum Reipublicæ integrum manet quo ad omnes suas partes: tametsi partes uariationem aliquam patiantur quo ad diuitias, & potentiam: Reipublicæ autem bono parum refert, quod partes, quæ antea ditiores erant, pauperiores reddantur, modo aliæ in eadem Republica crescant in diuitijs, & potentia. Immo uero hoc ad fortunæ aleam spectat: omnesq; Reipublicæ partes ius habent conscendendi ad gradum superiorem, si cuiusquẽ sors id tulerit, neque cuiquam certus quidam gradus debetur, quin descendere, & conscendere possit.

Quo fit, ut quemadmodũ princeps auferre nõ potest a ditioribus, ut pauperibus largiatur (qui extremam, aut pene extremam, necessitatem non patiantur) vt ea ratione mendici, aut notabiliter pauperes, in suo Regno non sint: & quemadmodum auferre non potest a ditissimis mercatoribus qui iusto titulo suas compararunt diuitias, vt illas pauperibus tribuant: sic etiam neque cogere possit, vt res minori pretio vendantur, quam ex natura rei, spectatis circunstantijs concurrentibus, valeant, eo quod cogere, vt id, quod reuera hic, & nunc infimo pretio iusto valet ser, solũ vẽdatur quatuor, perinde sit, ac cogere, vt quis de bonis suis gratis alteri tribuat duo.

In

Digitized by Google

In pragmatica autem, qua frumentũ tpe ſterilitate taxaretur minori, quam valeat non ſolum diuites cogerentur de ſuo gratis dare pauperibus, ſed etiam multi pauperes, & qui magnis laboribus, & ſumptibus triticum collegerunt, cogerentur dare gratis diuitibus. Præſertim cum Rex in hoc Luſitaniæ Regno vſurpare ſibi illo pretio ſoleat triticum ad claſſes præparandas & ad pleraque alia, & concedere ſoleat magnatibus, & potẽtibus facultates, vt, dominis tritici etiam inuitis, magnatibus pretio taxato vendatur. Et præſertim cum iudices, cæteriq; miniſtri publici, qui non ſolent eſſe adeo pauperes non ſolum ſibi, ſed & conſanguineis, atq; amicis, quin & alijs, qui illud ad lucrum alio tranſportent, inita cum illis ſocietate, accipere ſoleant triticum pretio taxato, inuitis illius dñis, vt interim abuſus alios, ac vexationes, quæ tritici dominis fiunt omittam. Vt vero ſummatim dicam, ſolum in eo euentu poteſt Reſpublica cogere diuites, vt pauperibus vendant frumentum minori pretio, quam ex rei natura valeat, in quo poſſent illos cogere, vt facerent illis eleemoſynam in illa eadem quantitate: quod vt cum Soto, & Cou. in materia de eleemoſyna, q. 32. ar. 5. diximus, ſolum eſt, qñ illi eſſent in extrema neceſſitate eius ſubuentionis, aut iuſte extrema neceſſitas timeretur, niſi illis ſubueniretur.

Neque tunc ſoli domini tritici eſſent cogendi ſubuenire pauperibus, ſed cogẽdi ſimul eſſent alij diuites contribuere eleemoſynam, vt Reſpublica tota æquè proportione quadã grauaretur. In alijs autem euentibus, vt diuites cogi non poſſunt facere eleemoſynam, ſic nec cogi poſſunt vendere illis res ſuas minori pretio quàm valeant: quoniã perinde eſſet, ac ſi cogerentur facere illis eleemoſynã decrementi illius a pretio iuſto. Pauperes autem, vt nunquã tenentur facere diuitibus eleemoſynã: ita nunquam cogi poſſunt vendere illis res minori pretio, q̃ valeant: ſi aũt diuites minori pretio illas emant, etiam principis autoritate interueniente, tenentur illis reſtituere pretij decrementum.

Ex his, & ex quinque alijs rationibus quas ad idem comprobandum diſputatione præcedente confecimus, ſufficienter arbitror oſtenſum eſſe,
5 iniquam † eſſe legem, q̃ pretium frumẽti aut cuiuſuis alterius mercis, taxat infra iuſtum infimũ, qđ ex natura rei ea merx habeat, ſpectatis oĩbus circunſtantijs tunc concurrentibus ac proinde in conſciæ foro eam legem non obligare. Illud addam, quod ſuperius me explicaturum promiſi.

Nempe, eſto in principe eſſet poteſtas ad condendam eam legem in publicum bonum, lexque illa vim obligandi haberet; nihilominus trãſgreſſores illius, quamuis peccarent, ad nullam tamen reſtitutionem tenerentur. Ratio autem eſt, quoniam ea lex non conſtitueret iuſtum commutatiuum, qđ in æqualitate quo ad valorem inter rem, & pretium conſiſtit, ſed ſolum licite p̃ciperet frumentum eo pretio vendi in commune bonũ, quare tranſgredientes eam legem, peccarent quidem contra obedientiã principis, & fortè contra charitatem patriæ, ac proximorum, poſita præſertim ea lege, non tamen contra iuſtitiam, & idcirco ad reſtitutionem non tenerentur. Sicut enim ſi princeps diuitibus præciperet facere eleemoſynã pauperib. in euentibus in quib. paulo antea diximus id poſſe præcipere, nullus affirmaret, diuites ad reſtitutionem teneri, ſi eiuſmodi principis trãſgrederentur præceptum: eo quod non peccarent contra iuſtitiam, ſed ſolum contra obedientiam principis, & contra charitatem patriæ, ac proximorũ, ſic etiam res haberet in caſu propoſito.

Ex dictis hactenus ſequitur aperte, quãuis lex taxæ frumenti iuſte lata ſit, vt ſi nõ ſtatuat pretiũ iuſtum infimum, quod tunc ex natura rei, ſpectatis circũſtantijs omnib. cõcurrentib. frumentũ habeat, teneri principem abrogare, vel mutare eam legẽ, mutatis notabiliter circũſtantijs, q̃ notabiliter accreſcere pretiũ naturale frumenti efficiãt.

6 Cum † n. eiuſmodi leges cõſtituere ſoleant infimum potius iuſtum pretium frumenti, q̃ ſummum, aut medium, atque iniuſta ſit lex, quæ pretium ſtatuit infra iuſtum infimum naturale, vt
7 oſtenſum eſt, conſequens † profecto eſt, vt variatis notabiliter circumſtantijs, quæ ad incrementum pretij naturalis efficiant, teneantur Rex, & qui a conſilio illi ſunt, ſub reatu lethalis culpæ onereq; reſtituendi damna dominis frumenti ea de cauſa ſubſequuta (niſi Rex, & qui a conſilio illi ſunt probabili excuſentur ignorãtia) abrogare, vel mutare legem, augendo frumenti pretium.

8 Hinc † intelliges, probandam non eſſe conſuetudinem taxandi frumentum Septembri in Septembrem, niſi vigiles ſint legum latores ad tollẽdam, vel mutandam legem, ſi in decurſu anni notabiliter mutentur circunſtantiæ rerum, quod difficile præſtare poſſunt quo ad remotas regni partes, niſi id iudicibus committant; cum tñ id nõ videatur expedire. Intelliges præterea, multo minus probandam eſſe illorum ſententiam, qui, ea ratione ducti, quod frequens mutatio legum non expediat, aſſerunt, perſeuerare debere taxam, quæ tẽpore abundantiæ, aut mediocris copiæ frumenti lata fuit, tempore ſterilitatis.

Licet. n. in alijs legibus frequẽs mutatio noxia ſit, in taxa tñ frumẽti, qm̃ pretiũ æquale eſſe dẽt merci, vt lex iniuſta non ſit, toties ſub reatu culpæ lethalis, onereſque reſtituendi mutari dẽt lex, quoties mutatio circunſtantiarũ, q̃ frequentiſſima eſſe ſolet, id poſtulauerit, aut taxa nõ erit ponenda, ſed relinquendũ erit hoĩbus vt vendant prout circunſtantiæ, reiq; ipſius natura, poſtulauerint.

9 Vt vero poſt † hæc omnia iudicium noſtrum proferamus, an expediat taxari frumentum, nonnulla adijciam. Primum eſt, quamuis nulla iniuria fiat conductorib. redituum eccleſiaſticorum, aliorumque potentium atque eccleſiaſticis ipſis, ac potentibus ſi frumentum taxetur intra limites iuſti pretij naturalis, qđ habet, ſpectatis circumſtantijs omnibus concurrentibus fieri tamen eiſdem iniuriam, ſi taxetur infra pretium infimum iuſtum; cõductorib. quidem, quatenus dominiũ frumenti ad ipſos iam ſpectat, coguntque illud vendere infra id, quod valet: Eccleſiaſticis vero, & potentib. quatenus, cõductores ſcientes vexandos, ipſos eſſe illo modo lege taxationis, minoti

ri pretio conducunt ab Ecclesiasticis, & potentibus, eorum redditus.

Secundum est, ad legislatorē (præsertim Christianum) spectare, attendere, non solum ad commoda, aut incōmoda, tpalia, q̄ ex lege sua sequuntur, sed ēt ad spiritualia subditorū. Cum.n. finis ipsius politicus ordinetur vlterius ad supernaturalem finem vitæ æternæ; sanè attendere dēt ad spirituale bonum, salutemque animarum, suorū subditorum in legibus condendis, neque sistere debet in solo temporali commodo Reipublicæ.

Atque ea de causa, si ex aliqua lege sua videat graue detrimentum spirituale multorū oriri, vel fragilitate, vel ēt malitia subditorū, tenetur charitatis præcepto ab ea lege he renda abstinere; præsertim si alia via æquè bene consequi possit intentum, ac finē eius legis. In re autem proposita, maxima est illorum copia, qui cum grauissimo suarū animarum periculo legē taxationis, etiā iustam, transgrediuntur, dum non solum lethaliter peccant, sed ēt ad restitutionē sub pœna æterni interitus tenentur, a quo vinculo semel cōtracto, multi sunt, qui restituendi difficultate, & quod non multum Deum timeant, nunquā liberantur. Atque hoc est, quod me maxime mouet ad dissuadendā legē taxationis frumenti. Cum.n. frumentum non sit res, q̄ ab vno, aut ab altero solum vendatur, sed a q̄plurimis in vnoquoq; oppido, atq; ab oīb. ferè agricolis in magna, aut parua quantitate; & insuper non sit res, q̄ in publico foro vendatur, sed occultè in domibus priuatis, ac sine testib. qua rōne liberius, lucri cupiditate lex violatur; & præterea constitui soleant imminuta pretia, ab exterisque publicè in longè maiori pretio vendatur, atq; in hoc Lusitaniæ Regno taxa constitui non solear, neque expediat, in Vlyssiponensi ciuitate, ad quem locum confluere solet triticū ex reliquis Regni partibus ex transtagana præsertim regione quod in causa est, vt mercatores vltro offerant pretium vltra lege taxatum pp maius lucrum quod consequuntur, deferendo, ac vendēdo illud Vlyssipone, certè res est, quæ in hoc Lusitaniæ Regno multorum conscientias illaqueat cū restituendi onere, à quo pauci se expediunt.

Neq; dicāt senatores, solos cōductores reddituum ecclesiasticorum, ac potentium, transgredi legē taxationis, ducti ex eo, q̄d ferè illi soli sint, qui ad eos accedant ad petendam veniam pœnæ, aut qui apud ipsos se defendere in iudicio soleāt, contendentes non debere pœnā. Non, inquā, hoc dicant senatores, sed potius credant confessarijs, theologiæq; professoribus qui quotidie hac de re consuluntur. Si.n. soli illi hoīes ea de cā ad ipsos accedunt, id ppea est p agricolæ cōprehensi, statim soluant pœnam, & q̄d cum potentib. dissimulatur, & p neq; decima illorū pars, qui legē trāsgrediuntur, ad eorū notitiā deueniat, qui ea de re ad puniendū inquirūt. Quāplurimi aūt sunt, qui facile se exponunt periculo soluēdi quadraginta aureos, si deprehendant, certi p consequētur ducētos, si vltra ptiū lege taxatū, vēdāt. Vt interim peiuria omittā, q̄ quotidiè fiunt, dū ea de re inquirit, partim malitia, & partim ruditate, falsaq. misericordia eorum, qui ea de re interrogatur.

Ex his facilè erit intelligere nostrum hac de re iudicium. Nauarrus quidem in Man.c. 23. n. 88. 10 censuit, rarissimè taxandum † esse frumenti ptiū pp varias rationes, quas adducit, & quod id occasio esse soleat multorum peccatorum. Ego in eadem sum sententia, præsertim in Lusitaniæ Regno. Primo, qm̄ pretium taxari nō debet, neq; licitè, iustè, ac validè potest, nisi intra latitudinem iusti naturalis, vt copiosè, & ni fallor, efficaciter ostensum est: difficile autē est illud attingere statim perceptis frugibus, & nondum re cōprobata experientia tēporis successu. Atq, hoc eo magis, quo plus in commune bonum contenditur, vt nō excedat infimum iustum. Secundo, qm̄ cum tam variæ sint partes Lusitaniæ Regni in copia, aut penuria frumenti, in quātitate pecuniæ, & in pletisq; alijs circumstantijs, difficile valde est in singulis iustum statuere, ptium, & cum minimū in earū, confinijs difficile seruabitur æqualitas. Tertiò, qm̄, vt probatur est, necesse est variari legem mutatis circumstātijs in decursu anni: id aūt difficile fit, senatorib. circa alia occupatis, neque id attendentibus multique prius iniustitia legis opprimuntur, & quod deterius est, iniuste postea puniuntur q̄ id fiat, vt experiētia ipsa testatur. Quarto, qm̄ alienigenis taxa non imponitur: taxa vero naturalibus solis imposita in cā est, vt exteri multo magis in pretio ascendant, spolientq; Lusitaniam pecunia, vt supra explanatum fuit. Adde iuste timeri, quin & affirmari, exteros sæpe emere triticum a naturalibus vltra pretium lege taxatū, illudque reuendere vltra pretium, quo illud emerunt. Quinto, qd cum Vlyssiponensibus, & exteris non sit pretiū lege taxatum, id in cā est, quod cæteri non se contineant, sed vendant vltra pretium lege taxatū, p̄sertim mercatoribus Vlyssiponensib. offerentib. vltra pretium lege taxatum, vt dictum est. Adde, difficile esse, in tāta inæqualitate, quāta est inter ptium, quo exteri vendunt, & quo naturales vendere p̄cipiuntur, defendere legē esse iustā. Qd idem intelligē, qm̄ in Castellæ Regno taxa est quatuordecim regaliū argēteorū p vnaquaq. mōsura, tantaq. est raritas frumenti, & tā a longe necesse est illud asportare, vt computatis sumptibus vecturæ, vendi ab asportantib. cōcedatur vigintiquinq. aut triginta argēteis. Sexto, vt omittāt q̄ de publicis ministris timent, ac dicuntur potissimum moueor pp maximum animarum periculum, qd paulo antea explicaui.

11 Dices. Quid ergo? Permittēdine † sunt omnes vēdere quo pretio noluerint? Inde sanè Reipublicæ sequeretur pernicies. Cum enim ex decem partibus frumenti, qd in Lusitania venditur, nouem ad cōductores reddituum ecclesiasticorū, ac nobilium pertineant: hi autē, quantum possunt, conentur ascendere in pretio quib. vijs possunt, sanè, si vendere permittantur pro velint, pretio, vltra iustū vendent, sanguinēq. pauperum sugēt, vnde fiet, vt breui omnia bona, ac prædia aliorū 12 comparent. Hāc video † esse rōnem potissimam, qua senatores affirmāt, necessariam omnino esse vt Lusitaniæ Regno taxam frumēti. Ad quam dicendum

cendum est, malum hoc (si per hyperbolē non sit dictum) nullo modo esse ferendum. Facile tamen posse illi occurri sine taxationis lege quæ totum regnum involuat, & quæ tot pariat mala, quot supra commemorauimus.

Cum. n. eiusmodi homines, si id efficiūt, iniusti sint, Reipublicæq; pernicioſi, compelli vtique possunt, ratione reddere frumenti, quod in vnoquoque oppido ex commendis, redditibusq; alijs ecclesiasticis, ac nobilium habent: quod scire non est difficile in vnoquoque oppido. Ac tunc cogi possunt illud vendere moderato pretio, vt natura rei, spectatis circumstantijs concurrentibus postulat, atque vt cōiter ab alijs in eodem loco venditur. Imò autoritate publica vendi posset, ac distribui, vt commune bonum eius populi efflagitaret, redditio illis pretio iusto, relictoque eisdem frumento toto, quod cōi bono, ac necessitatibus populi, in quo illud habent necessarium nō esset.

Atque ea ratione, sine taxationis lege, fieret in Lusitania, vt oēs iusto, ac moderato pretio frumentum venderent, & vt exteris occasio non pberetur ascendendi in pretio, obuiaretur que malis supra cōmemoratis. Eodemq; modo cōpellendi essent vendere in vnoquoq. oppido cæteri naturales qui frumento abundarent, neq. moderato pretio vendere illud vellent, qā populus eo indigeret, vt inter oēs seruaretur æqualitas. Efficacius autem multo est hoc medium, vt populi frumentum pretio iusto emant, quam condere legem taxationis, omissaq. hac diligentia, q̄ sola sufficit, permittere, vt vnusquisq; quo libuerit, pretio vēdat, & postea transgressores inquirere, vt puniantur: q facilè: vt acquirant ducenta, vendēdo vltra pretiū lege taxatum, se exponent periculo soluendi longè minorem pœnam legis. Præsertim cum iudices solū curent exigere pœnam, nihilq. solliciti sint, vt emptoribus excessus pretij reddatur,

13 Illud admonuerim, cauendum † summa cura esse, ne illi, quib. frumenti distributio cōmittetur, sibi illud assumerent amicis, alijsq. ministris publicis, sed potius id distribuerent pauperibus agricolis ad seminādum, & pistrinis ad publice panes coctos vendēdos iusti pōderis, ac moderati pretij, iuxta illud, quo frumentum emunt. Cauendum itē esse, ne pauperes plus insumāt in obtinenda tritici mensura ab ijs, quibus distributio illius sit cōmissa q̄ sit id, quod dñi tritici ab eis possent insup pro illa exigere. Cauendum preterea esse, ne dñi tritici iniuste vexētur, detinēdo plus iusto frumentū ipsorum aut illius pretiū, & muneribus ac sumptibus itinerum obtinendo, vt ipsorum frumentum vendatur, vel minori pretio, q̄ par sit, illud vendendo, vel illis non relinquendo totum qđ pareſt, aut ad familiæ propriæ sustētationem, aut ad alia, vel sumptibus eorū efficiendo instrumenta publica, aut ad id illos cogendo. Inter alios iudicantium ābusus hoc interuenire consueuit. Solent ab oīb. accipere totum frumentum distribuendum, neq. singulis relinquunt necessarium ad propriæ familiæ sustentationē, aut ad alia: & tunc, petitionibus in scriptis à suis famulis, aut ministris, non paruo pretio confectis, ipsiusque oblatis, ac largitionibus, vel ipsis, vel famulis, ac ministris ipsorum, oblatis, vt intercedant, concedere illis solent partem suā tritici, miriſque alijs modis illos (agricolas præsertim) vexant, ascenditque clamor miserorum in aures Domini Sabaoth. Sunt autem peccata hæc contra iustitiam, cum restituendi onere.

Cutare quippe iudices ex munere suo, atq. ex iustitia tenētur, vt hæc sine sumptib. non necessarijs fiāt, & vt populi, ac miseri, aduentu ipsorum non vexentur. Qđ si abusus oēs, qui hac in re cōmittuntur, ad aures senatorum deuenirent, vna cum quantitate frumenti, q̄ in suis responsionib. iuxta pretium lege taxatum, referunt distributā, fortè nō tanti facerent eam distributionē. Optarem quoq; vt loco inquisitionis, q̄ quotannis circa eos fit, qui frumentum vltra pretiū lege taxatū vendiderunt, inquirerētur, qui frumētum, & res cæteras, credito vltra iustum pretium rigorosum vendidere, atq. vt ea inquisitio fieret, nō solum a laicis potestatibus, sed ēt ab ecclesiasticis per visitationis, & vbi palliata vsura deprehenderetur, cōpellerentur vēditores restituere, qđ vltra pretium iustum acceperunt, in illosq. exequerentur vsurariorum pœnas, tam ciuiles, quam ecclesiasticas. Ita enim fieret, vt magna spiritualia incommoda virarentur, & vt emptores vsuris pauperes non opprimerentur. Hæc sub aliorum iudicio, zelo honoris Dei, ac boni communis, dicta sint.

## Si res empta pereat, aut dererior ante traditionē reddatur, an pereat, deteriorve reddat, emptori, an vēditori.

### DISPVTATIO CCCLXVI.

#### SVMMARIVM.

1 *Empta res, si pereat ante traditionem, vel deterioretur, cuius periculo pereat, & nume. 4. & 8. cum sequent.*

2 *Empta res si post traditionem pereat, emptoris periculo perit.*

3 *Venditio rei duobus fit modis.*

5 *Genus quare perire non possit.*

6 *Speciei indiuiduū indefinite si debeatur, obligatio permanet in omnib illius speciei indiuiduis.*

7 *Pretium si varietur illius rei, quæ in genere, vel indefinite debetur, commodum eius, & incommodum spectat ad emptorem.*

8 *Periculum rei venditæ quando ad venditorem, & quando ad emptorem spectat, & nu seq.*

9 *Venditio quando dicatur fieri ad corpus, & quando ad mensuram.*

10 *Venditio nulla redditur ob defectum tacitæ conditionis, quæ ei semper inesse dicitur.*

11 *Vendendæ res, quæ pondere, numero, aut mensura consistunt, in duplici sunt differentia.*

12 *Venditio si fiat ad corpus, & non ad mensuram, quando periculum spectet ad emptorem.*

13 *Periculum rei venditæ quibus casibus ad solum pertineat venditorem.*

Ven-

Digitized by Google

14 *Venditor quo casu rem venditã possit inuito empto re, proijcere, vel expellere, aut alteri vendere.*
15 *Periculum rei venditæ ad mensuram quando ad solum venditorem pertineat.*
16 *Emptio, & venditio trib. modis perfecta dicitur.*

1 COnsequenter examinandum est, si res † empta ante traditionẽ pereat, aut deterior reddatur, vtrũ pereat, deteriorq. reddatur emptori, an potius venditori. Dixi, si pereat aut deterior reddatur, ante traditionem; quoniam si post traditionem veram vel fictã, iuxta ea quæ disp. 13. dicta sunt, emptori factã, res pereat, aut deterior
2 reddatur, perspicuum † est, perire, deteriorem ve reddi, emptori. Non solum quia per traditionem transfertur dominium in emptorem, si pretium sit solutum, aut pro soluto habitum, & quia res domino regulariter perit: sed etiam quia per eã traditionem venditor soluit, adimpleuitque omnino contractum ex sua parte.

Præterea qm̃ traditio non est nisi rei singularis determinatæ in individuo: qm̃ autẽ res aliqua determinata in individuo vendita est, continuo periculum illius ad emptorẽ spectat, esto nondũ fit tradita, vt statim videbimus: quo fit, vt longè maiori cum rõne eidem pereat, aut deterior reddatur, si tradita illi sit. Consentiunt. l. lectos. & l. q̃ si neque. ff. de periculo, & commod. rei vend.

Ante traditionem autẽ, si contractus emptionis, & venditionis perfectus sit modo disp. 337. & 338. explicato, ita vt non liceat contrahentibus a cõtractu discedere, distinguẽdũ est. Quia,
3 vel est † venditum aliquid determinatum in individuo, vt hoc peculiare mancipium hæc domus, &c. (quod iurisperiti venditam esse speciem appellant) vel venditum est aliquid indeterminatũ in individuo, vt tot mensuræ tritici, vel vini non determinando quas in singulari, decem oues non designando quas, quod iurisperiti vocant, venditum esse aliquid in genere. Hoc autem duobus modis potest euenire: vel designando vnde, vt ex tali dolio, ex tali aceruo tritici, ex fructibus, quos hoc anno colligam, ex meo grege, aut ex alia re simili: vel nihil omnino designando.

4 Hoc † ita constituto, dicendum est. Si id, quod est venditum, ita sit indeterminatum in individuo, quod venditores solũ tenentur tradere individuum, aut individua alicuius speciei, sed non magis de ijs, quæ sunt in vno loco, q̃ de alijs, neque magis de ijs, quæ possidet, quam de alijs, vt si vendidit decem oues, aut decem mensuras tritici, nõ designando ex quibus; tunc si pereant illæ, ex quibus soluere decreuerat, aut deteriores reddantur, ita vt non maneant eius qualitatis, cuius emi intelligebãtur, pereunt, deteriorescque reddantur, non emptori, sed ipsi venditori. Rõ autẽ est, qm̃ emptor ex illo contractu ad nullam rem in singulari comparauit ius, sed solum ius cõparauit, vt traderetur sibi res tales speciei, & qualitatis; venditorq. nullam in particulari tenetur illi tradere, sed indefinitè aliquam, vnde fit vt quæcunq. res illius speciei, & qualitatis, pereat apud venditorem, cuius est, ipsi pereat, & non emptori. Atque † hoc est, quod iurisperiti intendunt, dũ dicunt, genus perire non posse, argumento textus in l. in ratione secund. §. diligenter vers. incertæ. ff. ad leg. Falc. & l. incendiũ. C. si certum petatur.

6 Dicere † enim volunt, qm̃ individuum speciei alicuius indefinitè debetur, semper obligationẽ permanere, quibuscunq. individuis apud creditorẽ destructis: quia species perire non põt, & obligatio solum erat ad aliquid indefinitè illius speciei. Ita cum Bald. Greg. Lopez l. 24. tit. 5. par. 5. glo. 1. & Ant. Gom. to. 2. var. res. c. 2. nu. 32.

7 Obserua tamen, si id, quod ita † in genere, seu indefinitè, debetur, varietur quo ad valorem, cõmodum id, vel incommodum, pertinere ad emptorem, vt ex se est manifestum, & colligitur ex c. nauiganti, de vsur. atque expresse habetur l. 24. in fine tit. 5. part. 5. Vt si emi sex modios tritici post quatuor menses soluendos, incrementum, aut decrementum, quod ad valorem; quod tunc habuerint, ad me sanè spectat.

8 Obserua † præterea, qm̃ venditio prædicto modo fuit celebrata, ex eo, quod venditori pereant ea omnia, vnde intendebat mercẽ soluere, adimpleteque contractum, non liberari ab ad implendo contractu, sed teneri emere, aut alia ratione quærere mercem, quam soluat, nisi emptor contentus esse velit pretio, discedereque a contractu. Ratio est, qm̃ merx vendita indeterminata omnino fuit intra latitudinem illius speciei ex partium cõuentione, ac proinde, esto pereant oĩa illius speciei, quæ venditor tunc habebat, & ex quibus soluere intendebat, non liberatur ab adimplendo contractu quo ad traditionem mercis. Si aũt determinatio formaliter, aut virtute, ex partium conuentione, seu intentione, esse ex aliquibus certis rebus, vt inde res indeterminata in individuo traderetur, vt si quis vẽderet decem oues ex suo grege, non determinando quas, aut tot põdera lanæ ex suo grege, vel tot modios tritici ex tali aceruo, vel ex suis segetibus, vel tot amphoras vini ex tali dolio; tunc, si illa omnia perijssent absque venditoris culpa vnde id vendidit, liberatus esset ab adimplendo contractu, redderesque teneretur pretium, si quod accepisset.

Dicẽdum deinde est, si ex aliqua, aut ex aliquibus rebus determinatis, aliquid determinatum vendatur, vt ex grege mille ouium vendantur viginti ex tritici aceruo decem modij, ex dolio aliquo quatuor amphoræ vini, &c. vel res aliqua tota determinata in individuo vendatur ad mensuram; vt si dicatur vendo tibi hoc dolium vini quatuor argẽteis pro vnaquaque amphora, vendo tibi hunc tritici aceruum tanto pretio pro vnaquaque mensura, vendo tibi hunc agrum tanto pretio pro vnoquoque iugere, vendo tibi gregem meum tanto pretio pro vnoquoque pecore, aut armento, tunc periculum rei emptæ, antequã tradatur, ponderetur, numeretur, aut mensuretur, pertinet ad venditorem, facta autem traditione, aut ponderata, numerata, vel dimensa re uendita, pertinere incipit periculum ad emptorẽ. Textus est capitalis, & expressus, qui id ita docet. l. qã sæpe, §. in ijs, iũcto ver sic. sed & si ex dolario. ff.

de

de contrahē. empt. Prior quidem pars totius huius assertiui habetur versio. sed etsi ex dolario, vbi Caius iurisconsultus ait, quando ex re determinata aliquid indeterminatum venditur, vt ex dolario pars. v.g. mortaria centum, periculum, antequam sint admensa, pertinere ad venditorem, idque siue singulæ determinato pretio sint venditæ, siue omnes simul vnico pretio.

Posterior verò pars toto §. citato hī, vbi idem Caius discrimen constituit, qñ res aliqua determinata, q̄ in pondere, numero, aut mensura consistit, venditur tota vno eo pretio (quod vendi ad corpus appellatur, fusiorque ea de re sermo erit disputatione sequenti) & qñ venditur determinato pretio pro vnoquoque pondere, mensura, aut re numeranda (quod vocant vendi ad mensurā.) Quod quando ad corpus venditur periculum totum pertinet continuo ad emptorē, vt paulo post subijciemus: quando autem venditur ad mensuram, non prius periculum ad emptorem spectat, quam res dimensa, ponderata, aut numerata sit.

Cuius rei hanc elegantem reddit rationem, q̄ qñ res ad mensuram venditur, emptæ censentur singulæ amphoræ, singula pondera, aut singula iugera; vel singula pecora, sub tacita conditione, si dimensio, ponderatio, aut numeratio fiat: qñ autē res sub tacita conditione, pendente in futurum venditur, esto, quod venditur, res determinata omnino in individuo sit, non prius periculum ad emptorem spectat, quam conditio impleatur, vt infra dicemus. Hæc eadem hñt l. 2. C. de peric. & commod. rei vend. vbi exprimitur, idem esse, qñ res determinata illo modo venditur. Item l. 24. & 25. ti. 5. p. 5. & l. 4. Lusit. ord. ti. 31. §. 5. & 6. Consentiunt Coua. de pract. qq. c. 3. num. 5. 6. & 7. & communis sententia, quam refert.

Dubiū 9 Vtrum aūt, qñ † dolium aliquod (v.g.) venditur totum ad rōnem tanti pretij pro vnaquaq. mensura, venditio dicenda sit ad corpus, an vero ad mensuram, vt nos paulo antea diximus. Bald. & Paulus Castrēsis censuere, esse ad corpus, ac proinde periculum ante dimensionē spectare ad emptorem, solumq. venditionem dici ad mensurā, quando amphoræ aliquæ, & non totum vinum; Decis. venduntur illo modo. Contrarium tamen meritò affirmant, cum Salyc. & alijs, Cou. vbi supra, & Lassarte de dec. vendit. c. 5. a nu. 21. & in eandē sententiam propendet Greg. Lop. l. 24. & 25. citatis: habetur. n. expresse iuribus citatis, adeo vt nulla ratione ea de re sit dubitandum.

Quia ergo in venditione, tam quando ex aliqua, aut ex aliquibus rebus determinatis, venditur aliquid indeterminatum, quam quando aliquid totum determinatum venditur ad mensurā, inest † tacita conditio pendens in futurum, si res 10 tradatur, vel mensuretur, ponderetur, aut numeretur: deficiente vero conditione contractus redditur nullus, consequens profecto est, vt si ea res tota pereat antequam conditio impleatur; contractus reddatur nullus, ac proinde ex illo alcausa non debeatur, teneaturq; venditor restituere emptori pretium, si illud receperat. Si vero conditio impleatur, in primis commodum, aut incommodum, maioris pretij rei venditæ tempore traditionis, ad emptorem spectat, vt ex se est notissimum, colligiturque ex c. nauiganti, de vsur. & hī expresse l. 24. ti. 5. p. 5. in fin. Deinde, cum, impleta conditione, contractus retrotrahatur, vt purus censeatur celebratus tempore quo fuit initus; consequens est, vt gabella debeatur domino, & gabellario, qui erant, quando contractus fuit celebratus; non vero, qui sunt, quando impletur conditio, si diuersi tunc sint. Ita Lassarte vbi supra.

11 Inter res, quæ † in pondere, numero, aut mensura consistunt, quædam sunt, quæ gustari cōsueuerunt, vt sunt vinum, mel, cinamomū, &c. quædam vero, quæ gustari non assueuerunt, vt frumentum massa auri, aut argenti, &c. In his, quæ gustari consueuerunt, vt periculum ad emptorem spectet, satis esse ait lex 24. tit. 5. vt sub disiunctione, vel gustentur, vel ponderentur, aut mensurentur, quæ fuit Azonis opinio, vt notat ibidem Gregor. Lop. gl. 2. & in eadem sententia est Anto. Gom. nu. 32 citato, atque ita vī asserendum in Regno Castellæ propter legem illam.

Contrarium tamen affirmant gl. 1 quod sæpe in ijs. ff. de contrah. empt. & quædam aliæ glossæ, in cuius confirmationem citant l. si quis vina §. si aduertisse, de peric. & commod. rei vend. Nempe, qñ aliquid tale venditū est ad corpus, atque de degustatione fuit mentio facta formaliter, aut virtute, quia sub illa conditione; si gustatum placeret, fuit tacite, vel expresse emptum, non prius periculum ad emptorem pertinere quā id degustatum sit: qñ autem venditum est ad mensurā sub eadē gustationis conditione tacita, vel expressa, vt periculum ad emptorē pertineat, requiri vtrūque copulatiue, degustationē. & ponderationē, aut mensuram. Atque hanc fatetur Gregor. Lop. glossa citata, esse communem doctorum sententiam, cui sanè est stādum extra Castellæ, Regnū, estque definita in Lusitanis ord. loco citato §. 5.

Obserua, si inter emptorem, & venditorē constitutus fuit aliquis terminus, in quo res vendita mensuranda, ponderanda, aut numeranda, vel et degustanda, esset, & per emptorem staret, quo minus id opere impleretur, tunc periculum deinceps ad emptorē pertinere, neque venditorē teneri deinceps, nisi de dolo, aut lata culpa. Si autē nullus terminus fuit constitutus, tunc, si venditor coram testib. emptorē admoneat, vt intra certū ips accedat ad id exequutioni mandandum, emptorq. intra id non accedat, simili mō pertinere deinceps periculum ad emptorem. Ita hī l. siquis vina. §. vltim. ff. de peric. & commod. rei vend. l. 2. C. eo. ti. l. 24. ti. 5. p. 5. & in ord. Lusit. loco citato. §. pen.

Obserua deinde, si quis sub disiunctione vendat Stichum aut Pamphilum seruos, tunc quicūque illorū fuerit prius ante traditionē mortuus, venditori perijt, vltimus vero, si ante traditionē, pereat, emptori perijt, idem est, si vterque simul pereat, atque in vtroque euenes solet emptor pretium. Ita habetur l. si in emptione. §. si emptio, ff. de contrah. emp. & vend. & affirmat gl. §. cum autem. Instit. de empt. & vend.

Idemque est in quibuscumq. alijs rebus simili modo

modo sub distinctione vēditis: sola enim vltima perit emptori, reliquæ vero venditori pereunt: optioq. est venditori, quando emptor optionem sibi non elegit, ac deduxit in pactum, soluere, quā voluerit, vt habetur §. si emptio citato.

Tertio loco dicendum est, qñ aliquid, aut aliqua determinata in individuo venditur, vt hoc mancipiū, hęc domus, hi duo boues, hoc dolium, aut hęc dolia vini, hic ager, &c. & non venditur
12 ad mensuram, sed tãquam ad corpus, neq; sub conditione alia pendente in futurum, tunc eo ipso, q̃ celebrata est venditio, periculum totum pertinet ad emptorem, quare, si res uendita deterioretur, aut omnino pereat ante traditionē, absq. venditoris culpa, perit emptori, & nihilominus soluere tenetur integrum pretium, si nondum illud soluerat. Ita hȳ. §. cū aūt iuncta gl. ibi, inst. de emp. & vēd. l. qđ sæpe. §. in ijs. ff. de contrab. empt. l. 1. & seq. C. de peri. & commo. rei vend. l. 1. & seq. ff. eo. ti. l. 23. ti. 5. p. 5. & l. 4. Lusit. ord. li. 3 1. in prin. iuncto, §. 1. & antep. Atq. affirmant Cou. Lassarte, Ant. Gom. & cōis doctorum sententia, quā locis citatis referunt, Cou. præsertim. Huius autē rei nō ea est ratio, quod per talem emptionē dñium rei venditæ trāseat ante traditionē in emptorē, atque ita pereat ei tanq̃ dño, vt innuere vī Syl. ver. emptio, q. 2. pronunciato. 4. & innuūt quidā alij. Contrarium. n. constat ex §. cum aūt, in fine, inst. de emp. & vend. vbi id hȳ expresse, ex l. traditionib. C. de pactis, & ex alijs iurib. atq, ex ijs, q̃ disput. 2. & 3. ac alibi in superioribus dicta sunt, & affirmat cōis doctorum sententia. Legitima ergo ratio est quia ita, consentaneè ad rectam rōnem, iura disposuerunt. Cum. n. venditor, profecto eo contractu, solum constituatur debitor rei determinatæ, ac singularis, ad eamq. solā ius acquirat emptor pro pretio, merito est sancitū, vt si illa casū aliquo deterior reddatur, aut oīno pereat, periculum totum sit emptoris, venditorq; liber a debito maneat. Sicut autem periculum, & damnū ad emptorem tunc spectat, ita & cōmodum. Vñ, si alluuione aliquid ei ante traditionē accrescat, aut quacumque alia ratione melior reddatur, id totum cedit in emptoris commodum. Ita hȳ. §. cum aūt inst. de emp. & vend. l. id quod, in princ. ff. de peri. & commod. rei vend. & l. 23. tit. 5. p. 5.

In sequentib. tamen euentib. periculum perti-
13 net ad venditorem. Primus est, si res culpa venditoris pereat, aut deterior, reddat, quia nō adhibuit debitam diligentiam circa illius custodiam, & conseruationem. Est. n. venditor, iuris dispositione, tamquā rei custos, ac procurator; quocirca tenetur de dolo, lata culpa, & leui; eo q̃ contractus in commodum emptoris, & venditoris sit celebratus; non verò de leuissima. Ita habetur. l. quod sępe. §. si res. ff. de cont. empt. §. cum autem. ver. qđ si fugerit, iuncta gl. ibi verb. culpa inst. de empt. & vend. l. si vendita. ff. de peri. & commo. rei vend. & l. vēditor domus. ff. de actionib. emp. Nec refert, quod l. custodiam. ff. de peri. & commodo. rei vend. dicatur, venditorē teneri ad eam diligentiam, ad quam commodatarius circa rem commodatam tenetur; commodatarius vero, vt dīsp. 295. dictū est, tenetur ēt de leuissima culpa. Nō inq̃, id refert qm̃, vt ibidem gl. consentanè ad iura citata exponit, vel lex illa intelligit, qñ res fuit cōmodata in cōmodū, tā cōmodatarij, q̃ commodatarij, in quo casu cōmodatarius solū tenetur de culpa leui, vt disputatione citata visum est, vel intelligit, teneri ad similē diligentiā eis ad q̃ cōmodatarius tenetur, licèt nō ad tantam. Conuenire hæc in re videntur Ant. Go. 2. to. var. resc. 2. nu. 32. & Syl. verb. empt. q. 2. pronunciato. 7. & 8.

Secundus, qñ uēditor in mora fuit tradendi rē uenditā; tunc. n. ēt si casu fortuito periret, aut deterior fieret, venditori periret, aut fieret deterior, ut colligitur ex. l. illud. ff. de peri. & commod. rei uend. Syl. tñ verb. empt. q. 2. pronuncia. 9. ait, si res eodē mō peritura erat apud emptorē, pesire in foro conscientiæ emptoris, & non venditoris, esto in mora fuerit eā tradendi, & consentiunt, q̃ disp. 295. diximus, doctores q. quos ibi citauimus, qñ simili mō res cōmodata post morā cōmodatarij apud ipsum perijt. Addit Sylu. in foro exteriori, esto res eodē modo peritura esset apud emptorē, iudicabit perijsse uēditori, citatq. in eius confirmationē, l. si cū tes. §. vlt. ff. de leg. 1. glos. uero. §. cū aūt, inst. de emp. & uend. hanc, atq. contrariam, sniam refert, videturq. propredere, neq. in exteriori foro censeri tunc petire venditorē, conueniq. l. ītē si uerberatū. §. vlt. ff. de rei uend. neq. refragatur, sed suffragat potius textus, quē Sylu. citat. In eo. n. solum hȳ, si fundus legatus pereat, antq̃ legatario tradatur, interueniēte mora illū tradendi, perire hæredi. Reddit uerò textus rōnem, qm̃ poterat legatarius illum uendere, anteq̃ periret, si sibi fuisset tradītus. Ex quib. uerbis, a cōtrario sensu, colligo, qñ omnino constaret, rem eodē mō peritura apud legatarīū, aut emptorem, censeri in exteriori foro perijsse ipsa; in dubio tñ censebiur perijsse uenditori, aut hæreditatq. hæc est nostra sententia. Hoc loco obserua, si post uēditoris morā emptor in mora esset recipiendi rē emptam, quia uenditor illam ei obtulit, neq. emptor eam accepit, tunc emptori periret; quia semper res ei perit, qui ultimo est in mora culpabili, ut habetur. l. illud. ff. de peric. & cōmod. rei uend. & l. si per emptorem. ff. de actionib. empt.

Tertius, qñ in contractu expressum fuit, ut periculum ad uenditorem pertineret: co. n. ipso ad eum spectat, quantū in contractu fuit expressum. Ita habetur. §. cum aūt inst. de emp. & uend. l. in uenditione, ff. de peric. & commod. rei uen. l. 39. ti. 5. p. 5. & lib. 4. ord. Lusit. ti. 31. §. ult. & alibi sępe. Idem è contrario intellige, quando periculū, quod alioquin ad uēditorem spectaret, reiectum in contractum fuisset in emptorem; tūc enim res periret emptori, ut ex iuribus citatis constat.

Quartus, qñ res uendita, anteq̃ tradatur, confiscat ob delictū uenditoris: tūc. n. non perit emptori, sed restituēdum illi pretiū, si illud iā soluerat. Ita habetur. l. si fundus. ff. locati, & in ord. Lusit. ti. 31. §. 4. Vbi addit, idē esse, si res uēdita, antequā tradat, accipiatur a Rege necessitate aliqua.

Quintus, si uēditor aliqd affirmauit de bonitate uini, quo emptor sibi pſuasit, plus duraturum

in bo-

in bonitate, & ante traditionem mutetur, ac deterioretur, perit venditori. Idem est, si venditor sciebat vinum non duraturum, nec admonuit emptorem, ad quem periculum illius iam pertinebat: si enim ante traditionem deterius fiat, perit venditori. Ita habetur l. si vina. 2. ff. de pericul. & commod. rei vend. & l. 39. tit. 5. p. 5.

Deinde obserua, si vinum, aut aliud eiusmodi venditum, siue ad corpus, siue ad mensurã & non dum traditũ, contineatur in vase, aut in loco, quo venditor indigeat ad aliud ibi reponendũ, tunc, si trãsacto termino, in quo emptor illud inde ex-
14 trahere tenebatur, a venditore † coram testib. admoneatur, vt illud inde deferat, sin minus, proijciet id in via publica, emptorq. vlterius fuerit in mora, poterit venditor impunè proijcere illud in via publica. Si autẽ maluerit, poterit id vendere cuidã tertio, ne primus emptor tantã patiatur iacturã, sed recipiat saltẽ pretium, q̃ bona fide pro eo fuerit repertum. Poterit ẽt conducere alia vasa, aut locum, sumptib. emptoris, vbi id reponat.

Poterit item relinquere id vbi erat, & accipere iustam mercedem locationis, modo tñ locaturus esset ea vasa, aut locum, alteri, aut in eis asseruaturus esset alias res suas. Et quamuis melius faciat, si non proijciat rem venditam in via publica, sed eligat aliquid eorum, quæ commemorata sunt, lex tamen in pœnam morosi emptoris, illi permittit, omissis alijs, proijcere illam in via publica. Quando vasa sunt vini, si nullus terminus præfixus sit, in quo vinum inde asportari debeat, semper sunt relinquenda vacua ante vindemiã: aut, si vẽditor mercator sit, qui citius reponere ibi aliud vinum consueuit, antequam eis ad aliud vinum in eis reponendum indigeat. Hæc habentur l. 1. vẽrũ. licet, & l. 2. ac l. si quis vina. §. vlt. ff. de pericu. & commod. rei vend. & l. 24. tit. 5. p. 5.

Quarto loco dicendum est, si venditio fiat sub conditione in futurum pendente, in euentibus, in quibus dictum est periculum pertinere ad emptorem, si res empta omnino pereat, perit venditoris: si verò deterior, aut melior reddatur, & conditio impleatur, redditur deterior, aut melior, emptori.
15 Excipitur, quando † venditio est ad mensuram, atque adeo sub conditione, si mensuretur, & res deterior redditur antequam mensuretur, ponderetur, aut numeretur, tunc enim venditori deterior redditur.

Duæ priores huius conclusionis partes habentur l. necessario, ff. de peric. & commod. rei vend. l. 26. tit. 5. p. 5. & 4. libro Lusitan. ordin. tit. 31. §. primo, & secundo. Hoc posteriori loco non immeritò additur, si res deterior esset facta, eo quod venditor in mora fuisset tradendi illam, periculũ pertinere ad venditorem. Duobus verò prioribus, additur, si conditio deficiat, venditionẽ reddi omnino nullam, si verò conditio post mortem emptoris, & venditoris perficiatur, contractum esse validum, & transire ad hæredes emptoris, & venditoris.

Exceptio verò conclusioni adhibita, perspicua est ex ijs, q̃ supra diximus, q̃n aliquid ad mensurã venditur, sub tacita conditione, si ea res tradita, fuerit, dimensa ponderata, aut numerata: tunc. n. periculum, etiam deteriorationis, ante conditionem impletam spectat ad venditorem, vt ex iuribus citatis ibi constat. Cuius rei hanc rationẽ reddit gl. l. quod sæpe. §. in ijs, verb. adnumeraueris. ff. de contrah. empt. Quod cum ea tacita conditio potestatiua sit, pendens a venditoris voluntate, facilèq; illam implere potuerit, mirum non est, si periculum deteriorationis rei venditæ ante eam impletam in ipsum reijciatur.

Illud postremò in hac disput. est obseruãdum cum gl. l. 1. C. de peric. & cõmodo rei vend. Tri-
16 bus † modis in iure, & a doctorib. emptionẽ, & venditionẽ dici perfectam. Primò ita, vt cõtrahẽtes discedere iam non possint a contractu. Quib. autem modis sic perficiatur, disp. 337. & 338. explanatum est. Secundò, ita vt periculum rei emptæ spectet ad emptorem. Atque de hoc perfectionis modo dictum est tota hac disputatione, & loquuntur varia iura in eaciitata. Tertia ita vt dominium rei emptæ translatum sit in emptorem, & pretij in venditorem, & denique vt contractus vtrinque traditione sit impletus.

De qua re ex parte diximus in posteriori parte disp. 338. Vt autem supra, non semel, me dixisse meminit, q̃n pœna aliqua statuitur vendentib. aliquid, intelligitur de venditione hoc tertio modo perfecta, saltem eo pacto, quo in fine disp. 338. explicatum est, nisi aliud lege exprimatur. Ratio autem est, quoniam pœnæ sunt restringendæ.

## De venditione, & vniuersim de alienatione ad corpus, & ad mensuram.

### DISPVTATIO CCCLXVII.

#### SVMMARIVM.

1 *Venditio, vel alienatio fit aut ad corpus, aut ad mensuram.*
2 *Venditio, vel alienatio quando dicatur facta ad corpus, & quando ad mensuram.*
3 *Quantitas in contractu tribus modis exprimi pot.*
4 *Venditio ad corpus est, cum incipitur a corpore, & additur mensura seu quantitas: venditio verò ad mensuram, cum incipitur a mensura, & additur res.*
5 *Venditio si sit facta ad corpus, tota res vẽdita censetur, etiam quo ad incrementũ in ea repertum, & num. seq.*
6 *Pretiũ ratione incrementi, vel decrementi rei venditæ ad corpus, quando debeat augeri, vel minui.*
7 *Venditio ad mensurã dicitur, quando est facta certo pretio pro vnoquoque iugere.*
8 *Venditio quando est facta ad mensuram, quod alluuione accrescit, antequam mensuretur, ad venditorem spectat.*
9 *Venditor si falsam dicat in qualitate rei, vel quantitate, tenetur actione empti.*
10 *Venditio si est facta ad quantitatem, quãdo addendum sit, vel minuendum de pretio.*

QVando in venditione, aut generaliter alienationis rei alicuius, simul mentio fit de re, q̃ venditur, aut alienatur, & de quantitate illius, distinguunt particulatim doctores, duob. † modis fieri posse venditionem, aut alienationem. Vno, ad corpus: & altero, ad mensuram. Inter quas alienationes non leuia constituunt discrimina.

2 Tunc † aũt dñr fieri alienationẽ ad corpus, qñ in ea simul mentio fit de re, q̃ alienatur, & de q̃titate illius, sed tanq̃ de demonstratione, seu signo, & nota, aũt accidente illius, in sensu disputato explicato, vbi dictum est, quid noĩe demonstrationis iurisperiti intelligãt. Exemplũ est, vt si quis dicat, lego tibi, aut vẽdo, tale prædium meũ, qđ est decem iugerum: Quãtitas q̃ppe illa apponitur tanq̃ accidens, nota ac demõstratio rei, quę legat, aut venditur: nõ verò tanq̃ restrictio legati, aut contractus, quasi appetitione illius q̃titatis, censeatur legatũ restrictum quo ad eam quantitatẽ, ita vt si res legata inueniatur maioris quantitatis, incrementũ non pertineat ad legatarium, sed ad hæredes: & è contra si res inuenta fuerit minoris q̃titatis, hæredes supplere illã teneantur vsque ad totam eam quantitatem. Tunc verò dicunt alienationẽ fieri ad mensuram, qñ quantitas non exprimit tanq̃ notã, & demonstratio, sed tanquam restrictio alienationis, ita vt alienatio solũ intelligatur quo ad illã quantitatem. Vt si dicatur, lego, aut vẽdo, tibi ex tali meo agro, aut talis mei agri, decem iugera. Si. n. tunc agor inueniatur maioris quantitatis, nec legatum, nec venditum, censetur incrementum, sed sola quantitas expressa.

Qm verò mirum in modum iurisperiti hac in re variant, vt inter alios videre licet apud Cou. de pract. quæstionib. c. 3. & apud Aries Pin. l. 2. C. de rescind. vend. p. 3. q. 2. vt, præsertim de onerosis contractib. de quorum numero est emptio, & venditio, dicam quod sentio, præmonendum est. Ad vnum è trib. effectib. expendi, ac disputari posse, vtrum alienatio (v. g. venditio) fit ad corpus, an potius ad mensuram. Primus est, vt res tota, cuius est expressa aliqua quãtitas vendita censeatur aut non tota, ita videlicet, vt si res fuerit reperta maioris q̃titatis, & venditio fuerit ad corpus, censeatur vendita tota, neque in potestate sit vẽditoris seruare sibi incremẽtũ illud: si verò fuerit ad mensuram, nõ censeatur vẽdita tota, sed solũ quo ad quãtitatẽ expressam, integrumq; venditori sit reseruare sibi, aut vendere alicui alteri, incrementum, nihil impediente, quod emptor offerat pro illo pretiũ in eadẽ proportione, in qua reliquam quantitatem emit. Secundus est, vt expendatur, num res tota vendita censeatur pro solo pretio a principio cõstituto, an nõ, ita videlicet, vt si venditio fit ad corpus, resq; postea comperiatur maioris, aut minoris, q̃titatis, spectet tota pro eodem pretio ad emptorem, vt quidã volunt, neque rõne incrementi teneatur pretium augere, neque rõne decremẽti possit quicq̃ minuere: si verò venditio facta fit ad mensuram, & inuenta fuerit maioris quantitatis, teneatur, vel pretium augere, vel relinquere incrementum venditori: si aũt minoris q̃titatis fuerit reperta, detrahere possit de pretio iuxtà decrementũ. Tertius est, vt expendatur, an periculũ rei vẽditæ pertineat ad emptorẽ, vel non, ita vt si res mobilis, aut immobilis, designata in singulari vendita fit ad corpus, periculũ statim ad emptorẽ spectet: si verò ad mẽsurã fit vendita, nõ prius ad emptorem pertineat, q̃ fit illi dimensa.

3 Prænotandum † deinde est, expressionem quantitatis in cõtractu vẽditionis, aut in quocũq; alio, tribi modis adhiberi posse, q̃ non satis iurisperiti attendũt. Primò, præcisè tanq̃ demonstrationẽ rei, q̃ alienatur, hoc est, tanq̃ notam, & accidens rei illius impertinens ad contractũ. Quãuis autẽ possit aliquã eo modo adhiberi: nisi tñ apertis cõiecturis constet fuisse ita adhibitam, eiq; expressioni innixum non fuisse eum, cui ea onerosa alienatio est facta, ad tm̃ pretium pro re illa tribuendum, aut recipiendum non est in eo sensu fuisse adhibitam, sed in tertio subiungendo. In legatis verò, & donationib. q̃ pendent ex sola liberalitate cõferentis, neq. cõferẽs inniti elargiendo solet eiusmodi expressionib. quantitatũ, aut qualitatũ rei, quã tribuit, quasi velit, si res eã quantitatem excedat, aut eam qualitatẽ nõ habeat inualidam esse donationẽ, aut legatum, quia itẽ donatarij, ac legatarij, eisdẽ expressionib. nõ innituntur ad recompensandum valorẽ rei, quæ donatur, aut legat, siquidem ibi nulla est cõpensatio; ij verò, q̃ cũ exprimentib. eiusmodi demonstrationes cõtractus meũt onerosos, inniti solent: meritò ius ciuile statuit, vt in legatis, & donationib. qñ aliud de voluntate testatoris, aut donantis, apertè non constat, eiusmodi falsæ demõstrationes pro nõ appositis habeant, vt disp. 211. & 286. ostensum est. Perperam ergo iurisperiti inde argm̃ sumunt, idem esse in cõtractib. onerosis, vt rectè Aries Pin. loco citato nu. 15. adnotauit. Sed do potest exhiberi expressio q̃titatis, rat. q̃ restrictio alienationis, nempe q̃ res solũ vendi, censeatur quo ad eam quãtitatem. Vt si dicatur, vendo tibi decẽ iugera talis agri mei. Tertiò, tanq̃ modus rei, quæ alienatur, de quo venditor formaliter, aut virtute certum facit emptorem, ad eum modum se astringendo formaliter, aut virtute. Si. n. q̃s dicat, vendo tibi talẽ meum agrum, certumq; tibi facio, tot esse iugerũ, aut ad id me astringo, formaliter certum illi facit, agrum illũ eum habere modũ quo ad quãtitatẽ, atque ad id se emptori astringit. Si verò dicat, vendo tibi talẽ meũ agrum decem iugerũ: virtute certũ emptori facit, esse decem iugerũ, ad idque illi se astringit, si id cãm aliquo mõdo dedit contractui, q̃. s. emptor, ei assertioni innixus, agrũ illũ emit, alias, vel nõ empturus, vel non tãto pretio.

Hoc mõ sumete vt modum agri iuris. l. si seruus, §. si modus. ff. de actionib. empt. dum ait: *Si modus agri minor inueniatur pro numero iugerũ, autor, i.* venditor, *est obligatus.* Ac certe iurisperitos non distinguere tertium hunc modum exprimendi quantitatem rei, quæ venditur, ab illis aliis duob. mod. neq; attendisse diuersam esse considerationẽ venditionis ad corpus, & ad mensurã, comparatione primi effectus, & comparatione secundi, quos suprà explicauimus, in causa fuisse vt, vt non plene rei huius decisionem attigerint.

His

His prænotatis, iurisperiti cõiter duas tradunt
4 regulas. Prima est. Qñ † in venditione a corpore incipitur, & postea additur mensura, seu quantitas illius, venditio est ad corpus. Vt si dicatur, vẽdo tibi tale prædium, quod est quinquaginta iugerũ. Hoc aũt intellige, siue cõfinia prædij explicentur, ac dicatur, q̃ clauditur talibus confinijs, siue non explicentur, dummodo constet de quo p̃dio sit sermo, & siue confinia proximè post prædium exprimantur, siue post quantitatẽ illius oppositã. Quidã hanc regulam restringunt, q̃ intelligatur, q̃ res vnico pretio vẽditor pro tota quantitate: secus aũt qñ pro vnaquaque mensura exprimitur pretium. Si enim, inquiunt, dicatur, vendo tibi tale prædium, quod est quinquaginta iugerum, tanto pretio pro vnoquoque iugere, venditio est ad mensuram, & non ad corpus.

Secũda regula est. Qñ a certa mensura & quantitate rei incipitur, & postea additur res, vẽditio est ad mensuram. Vt si dicatur, vendo tibi triginta iugera talis agri mei, aut ex tali meo. Tunc n. si res inueniatur maioris quantitatis, non censetur tota vendita, sed solum quo ad mensurã expressam. In re aũt accessoriè vendita, si incipiatur a quantitate illius, censetur venditio ad mẽsuram. Vt si dicatur, vendo tibi tale prædium meum cũ octoginta dolijs, aut pũ dolijs octoginta ibi existentibus vẽditio doliorum est ad mensuram, ita vt si plura ibi reperiantur, solum octoginta (quæ tamen sana sint) tradenda sint emptori, reliqua verò ad vẽditorem pertineant. Ita hĩ expresse, l. pen. §. si dolia. ff. de actionib. empt.

Si aũt a re accessorie vendita incipiatur, censetur venditio ad corpus. Vt si dicatur, vendo tibi tale prædium, cum dolijs sibi existentibus, quæ sunt octoginta. Tunc n. si plura reperiantur, oĩa censentur vendita. Et qñ verborum transpositio curanda non est, qñ sensum nõ mutat, consequẽs est, vt quando verba quocunque modo collocata sensum primæ regulæ sonant, venditio censenda sit facta ad corpus: quando verò sensum sonant regulæ secundæ, iudicanda sit facta ad mẽsuram. Quare, si ita dicatur, ex tali prędio meo vendo tibi decem iugera, venditio est ad mensuram. Qã autem verba ita essent collocata, vt de sensu dubitaretur, coniecturis esset iudicandum, quem sensum contrahentes intenderint.

Quo ad has autem regulas dico. Si loquimur de venditione ad corpus, & ad mensuram, comparatione primi effectus supra explicati, vt scilicet res tota vendita censeatur, etiam quo ad incrementum in ea repertũ, si venditio sit ad corpus; non verò censeatur vendita quo ad incremẽtum, si venditio facta sit ad mensuram, sed vẽditor reseruare sibi possit incrementum; verissimæ sunt. Prima tamen regula non indiget restrictione illa, quam quidam illi adhibent.

5 Quoniam † re vera in illo euentu totum prædium censetur venditum, etiam si maioris quantitatis reperiatur, quam quinquaginta iugerum; veruntamen tunc pro incremẽto reperto, ex omnium sententia, tenetur emptor augere pretium, iuxta constitutum pro vnoquoque iugerum. Atque hoc totum, quod dicimus circa restrictionẽ propositam, habetur apertè. l. qui fundum, §. qui agrum. ff. de contr. empt.

Tota autẽ prima regula confirmatur ex l. qui fundum. ff. de euictionib. vbi hĩ, siquis vendidit fundum, dicens, esse centum iugerum, posteaque inuẽtus sit maior, si post traditionem euincatur pars aliqua fundi, esto id, quod remansit, sit centum iugerum, nihilominus venditorem teneri de euictione partis illius, iuxta eiusdẽ partis bonitatem. Rõ verò huius decisionis est, qm̃, cum venditio fuerit ad corpus, totus fundus venditus fuisse censetur, ac proinde venditor tenetur de euictione cuiuscunque partis illius. Atque hic planè est sensus illius textus. Ex dictis colligo, si quis ita vendat dolium vini, vendo tibi hoc dolium, quod est amphorarum centum, tanto pretio pro vnaquaq; amphora, si postea plures amphoræ in eo inueniant, nõ esse in potestate venditoris, non tradere emptori incrementum eodem pretio.

Si tamen ita vendat, ex hoc dolio vendo tibi centum amphoras tanto pretio pro vnaquaque earum, non tenetur tradere incrementum. Hæc omnia intelligenda sunt, quando dubium est de mente contrahentium. Si n. coniecturis constet, vel emptorem non intendisse emere, nisi centum mensuras, vel venditorem solas centum mẽsuras intendisse vendere, tunc neque emptor tenebitur plures accipere, neq; venditor plures dare. Hæc quod attinet ad primum effectum.

6 Qđ verò attinet † ad secundum, vt. s. qñ venditio est ad corpus, tota res censeatur vendita pro eodem pretio a principio constituto, ita vt neque ratione incrementi reperti in re aliquid sit addẽdum in pretio, neque ratione decrementi sit aliquid de pretio detrahendum, conueniunt omnes in euentu restitutionis primæ regulæ, qñ videlicet pro vnaquaque mensura exprimitur peculiare pretiũ, augendum esse in pretio iuxta incremẽtum repertum, & detrahendũ esse de pretio iuxta decrementum repertum, vt si dicatur, vendo tibi tale prædium quinquaginta iugerum tãto pretio pro vnoquoque iugerum, & postea inueniatur plurium iugerum, teneri emptorem augere in pretio in eadem proportione: si verò inueniatur pauciorum, teneri venditorem minuere in pretio in eadem proportione, iuxta l. qui fundum. §. qui agrũ ff. de contr. empt. Multi tamen eam venditionem appellant ad mensuram, & non ad corpus, & ita procul dubio appellanda est, vt disputatione præcedente, iuxta l. quod sæpe, §. in ijs, & alia iura, dictum est, ad hunc effectum, & vt non prius periculum rei, ita venditæ, spectet ad emptorem, quã ea res dimensa, ponderata, aut numerata sit.

Qñ aũt venditio est ad corpus, & res venditur vnico pretio pro tota quantitate, variant mirum in modum iurisperiti, non solum antiqui, sed ẽt recentiores, num pro incremento, aut decremento, in re postea reperto, augendum, aut minuendum sit in pretio, vel nõ. Ant. Gom. 2. to. var. res. c. 2. nu. 16. & multi alij asseuerant, nec augẽdum, nec minuendum esse in pretio. Ratio eorum est, qm̃ contrahentes videntur se retulisse in constituendo

Quæst.

tuendo pretio ad corpus, seu ad rem ipsam vēditam, non vero ad quantitatem expressam, p venditorē, Cou. vero de practicis, q.c.3.nu.9.conclu. 11.& pleriq; alij censent, pro incremento quidē reperto, non teneri emptorem addere in pretio, sed rem totam pertinere ad emptorem pro pretio initio constituto: cæterum pro decremento teneri venditorem minuere pretium iuxta decrementi quantitatem. Ducuntur, quoniam ad vēditorem pertinet scire quantitatem rei, quam distrahit, eaque de causa illi non subuenit ius ciuile, si plus quantitatis in re vendita reperiatur: ad emptorē vero id non spectat, & idcirco illi subuenit ius ciuile, si minor quantitas postea reperiatur. Aries autem Pinel.l 2.C.de resc.vend.p.3.c.2.nu.9. & pauci alij, in ea sunt sententia, vt si incrementum, aut decremētum, postea repertum, parum sit, neque augendum, neque minuendum sit pretium: si verò notabile sit, & magnum, tunc emptorem teneri augere pretium pro incrementi quantitate, sicut etiam venditor tenetur minuere pretium pro decrementi quantitate. Tametsi æquitas postulet, ut plus quodammodo subueniatur emptori, quam venditori, eò quòd in minori culpa sit, pp rationem circa Couar. opinionem redditam.

Nostra aūt prima conclusio est. Quando contrahentes innixi non fuissent quantitati expressæ, ad pretium contractus tēpore constituendum, sed se retulissent ad rē, quantitatque expressa esset præcisè tamquam demonstratio rei, & vt accidens impertinens ad contractum, tunc vera esset opinio Ant. Gom. Neque aliud probant iura, quę citat. Falsum tamen est, semper, qñ pro tota re cō stituitur vnicum pretium, exprimi quantitatem præcisè tamquam demonstrationem, & accidens impertinens ad contractum, quin potius raro in eo sensu exprimitur: & qñ coniecturis non constaret apertè, in eo sensu fuisse expressam, eique quantitati innixum non fuisse emptorē ad pretiū constituendum, censendum esset fuisse expressam tamquam modum rei venditæ, de quo formaliter, vel virtute, venditor certum fecit emptorem, & ad quem formaliter, aut virtute, venditor se astrinxit, eo modo, quo supra dictum est.

Secunda conclusio, Qñ quantitas exprimitur tamq̄ modus rei venditæ, emptorve quātitati illi fuit innixus ad emendum, ita p, si sciret non esse tantæ quātitatis, vel non emeret, vel fortè nō tanto pretio, tunc vt minimum tenetur venditor minuere in pretio pro quantitate decrementi: idque non solū qñ, sciens rem esse minoris quantitatis, eā quantitatem expressit, sed ēt qñ bona fide illā expressit, credens rē esse tantæ quantitatis. Conclusio hæc nemini potest esse dubia, non solum in conscientiæ, sed ēt in exteriori foro, quando venditor sciebat rem non esse tantæ quantitatis. Tūc enim dolus dedisset causam cōtractui, qñ emptor rē non erat empturus, si quantitatem illius sciret, ac proinde contractus esset nullus in fauorem solius decepti: vel certè dolus incidisset in cōtractu, si rem erat empturus, sed minori pretio, ac proinde, iuxta quantitatem decrementi postea reperti, teneretur venditor descendere in pretio, vt dispu.

352. latè est ostensum, habeturque apertè l. Iulianus, §. si Titius. ff. de acti. empt. quicquid aliqui, peruertendo, quod textus aperte sonat, exponant. Verba autem. §. illius statim subijcientur.

Quod verò, etiam qñ venditor bona fide quātitatē rei expressit, idem sit dicendum, constat in primis ex dictis disp. 353. præsertim cōclusione. 3. Illud.n. perinde est, atq; bona fide, & cū ignorantia, non detegere vitiū rei in quantitate: mò verò est aliquid amplius, cum sit affirmare cōtrarium vitij: disputatione autem citata ostēdimus, quando venditor ignoranter vitium rei non detegit, dari emptori actionem aduersus venditorem quanto minoris. Deinde idem confirmatur ex l. Iulianus. §. si Titius, citato, qui sic habet. *Si Titius fundum, in quo nonaginta iugera erant, vendidit, & in lege* (idest, in contractu) *emptionis dictum est, in fundo centum esse iugera, & antequā modus manifestaretur, decē iugera aluuione accreuerint, placet mihi Neratij sñia existimantis, vt si quidem sciens vendidit, ex empto actio competat aduersus eum, quāuis decem iugera accreuerint: quia dolo fecit, neque dolus purgatur. Si verò ignorans vendidit, ex vendito actio non competat.* Hactenus iurisconsultus. Hinc argumento a contrario sensu in hunc modum colligo nostrū institutum. Iurisconsultus ex quadā æquitate statuit, quod si venditor ignorans expressit maiorē quantitatem tamq̄ modū rei venditæ, & antequā dimēsio nē rei, tantundem aluuione accreuit, non daretur actio ex empto aduersus illum ad pretiū minuendum, vel rei quantitatē supplendā: censet ergo, si aluuione q̄titas non accreuisset, dandā eā actionem: hoc aūt est nostrum institutum. Scio † glossam, & Bart. ibi, intelligere textum illum, qñ venditio est facta certo pretio pro vnoquoque iugere, quod appellant venditionem ad mensurā, iuxta limitationem primæ regulæ supra traditæ, & iuxta dicta disputatione præcedente. Apertè tū verba textus non sonant venditionem illo modo fuisse factā. Præterea, eo dato, falsum esset, venditorem ex eo, q̄ aluuione accreuit, non posse compensare, q̄ deerat quantitati in contractu expressæ, esto, sciens fundum esse tantæ quantitatis, illā expresserit: qñ † enim venditio facta est illo modo ad mēsuram, vtique, quod aluuione accrescit, antequā dimensio rei venditæ fiat, ad venditorē spectat, vt Barto. ipse confitetur, disputatione que præcedente est ostensum: vnde neque Couarruuiæ, neque Pinello locis citatis placet expositio glossæ, & Bartoli. Præterea idem confirmatur ex l. si seruum, §. si modus agri, l. si in qualitate, & l. si duorum, ff. de actionibus emption. Quibus in iuribus † habetur, si venditor falsum affirmet in qualitate rei, teneri actione empti: & idem longè maiori cum ratione est, si falsum affirmet in modo, hoc est, in quantitate rei. Reddit verò iurisconsultus rationem optimam, qñ quo ad id, in quo res minor inuenitur, non potest æstimari bonitas illius, quippe cum in eo, quod non existit, bonitas esse nō possit: quare cū, si falsū, affirmasset quo ad qualitatem partis illius, quæ deest daretur actio ex empto aduersus eū, lōgè maiori

cum

Digitized by Google

cum rõne dabitur, qñ affirmauit falsum in quantitate. Idẽ, ait iurisconsultus, est, si affirmet sexaginta iugera esse vineæ, & quadraginta prati, quę si mul vendat, & è contrario res se habeat, esto p̃dij vtriusq; inueniantur centum iugera: datur. n. actio aduersus vẽditorẽ. Concinũt præterea. l. si qs cũ fundũ. l. & si vno, & l. si fundo. ff. eo. ti. Sanè tã aperta sũt iura citata, vt vehementer miter, tam multos ex iurisperitis in cõtrariam iuisse sniam.

10 Tertia conclusio. Qñ † venditor quantitatem rei expressit, & res postea maioris quantitatis inuenitur, si ex ea maiori quantitate consurgat ex rei natura inęqualitas inter rẽ, & p̃tũ, ita vt reuera res plus valeat, tenetur emptor in conscię foro reducere contractum ad æqualitatem, vel rescindere venditionem. Imò arbitror in conscię, & in exteriori foro, si excessus repertus notabilis sit, teneri reducere contractum ad æqualitatem, addendo ad pretiũ constitutũ pro quantitate excessus, vel relinquendo emptori incrementum quantitatis, vel rescindere contractũ, nisi quantitas p̃cise esset expressa tamquã demonstratio, & accidens impertinens ad contractum. Prior pars ex se est manifesta, comprobataq; fuit disp. 350. Posteriorem verò affirmat cum Decio, & Paulo Castrẽsi Pinell. loco citato. nu. 9. consentanee ad naturalẽ æquitatẽ, q̃ efflagitat, vt sicut emptori subuenit, qñ res comperitur minoris quantitatis, q̃ fuerat expressa: sic ét venditori subueniatur, qñ inuenit maioris notabiliter quantitatis. Et quamuis non inueniantur tã expressa iura in fauorem venditoris, eo p̃ raro eueniat, venditorẽ decipi in quantitate, frequenter verò, vt emptorẽ decipiat, patrocinatur tñ l. si venditor, ff. de act. empt. quæ habet. Si quis seruũ vendidit cum peculio, p̃ seruus habebat, & affirmauit decem illum habere in peculio, neq; quicq̃ detracturũ de peculio illius, tunc, si postea inueniatur seruum plus habere peculij, pertinere totum ad emptorem. Hinc a contrario sensu colligo, si non affirmasset nihil detracturũ de peculio illius pertineret incrementũ ad vẽditorẽ. Obserua circa dicta in hac conclusione, si venditor in hunc modũ quantitatem exprimeret, certum tibi facio prædium, p̃ tibi vendo, cum minimum esse tantæ quantitatis, tunc, si maior quãtitas inueniretur, nõ teneretur emptor augere pretiũ, nisi tantus esset excessus, vt ex natura rei inæqualitas consurgeret in valore inter rem & pretium: illis. n. verbis pro eo solo pretio venditor alienasse vr̃ rem cum incremento, si quod haberet: atque hoc vr̃ intendere l. si venditor citata.

Hæc sunt, quæ de venditione ad corpus, & ad mensurã dicenda occurrerũt cõparatione secũdi effectus. Ex quibus constat falsam esse regulam illam a multis traditam, nempe in venditione ad corpus nihil pretij esse addendum pro incremẽto reperto, in venditione verò ad mensuram addendum esse. Si. n. venditio ad mensurã sumatur iuxta secundam regulam supra relatam, tunc incrementum in re non censetur venditum. Si autem sumatur iuxta limitationem primæ regulæ, ut sępe a iurisperitis, & in iure sumitur, & a nobis disput. præcedente vsurpata est, falsa est ea regula: ostensum quippe est, in alijs venditionib. ad corpus addendũ esse pretio pro incremento reperto.

Denique, quod ad tertium effectum attinet, vt s. periculum rei venditæ pertineat, aut non pertineat ad venditorem, sufficienter disp. præcedente est explicatum, quid sit dicendum.

## Fructus rei venditæ ad quem pertineant.

### DISPVTATIO CCCLXVIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Fructus rei venditæ quando spectent ad emptorẽ, & quando ad venditorem.*
2 *Vsus domus uenditæ ante perfectam venditionem ad venditorẽ, post perfectam ad emptorem pertinet.*
3 *Opera serui venditi, & pretium pro operibus illis, cui debeantur.*
4 *Sumptus facti in re vendita per venditorẽ ante vẽditionem perfectam, gratia fructuũ colligendorũ, ad venditorẽ spectant, sicut & fructus rei.*
5 *Pensio rei vẽditæ quæ antea erat locata, quãdo ad venditorem; & quãdo ad emptorem pertineat. Et quid si emptor erat fiscus. nu. 6.*
7 *Emptor quando stare teneatur colono, vel inquilino.*
8 *Emptio, & venditio quando perfecta censeatur ad effectum, vt fructus rei venditæ ad emptorem pertineat, si aliud inter contrahentes non sit cõuentum.*
9 *Emptor quando teneatur venditori ad vsuras pp retardationem solutionis pretij, & ad quas.*
10 *Venditor quando vltra fructus omnes, teneatur ẽi ad omne interesse intrinsecum rei venditæ.*
11 *Vsuræ pretij non soluti quomodo æstimandæ.*
12 *Emptor quando ad nullas vsuras venditori teneatur ob retardationem solutionis pretij.*
13 *Emptæ rei dominiũ quando continuare præsumatur apud venditorem.*
14 *Vsuræ pretij quãdo non debeantur venditori iuxta fructuum valorem.*
15 *Venditio quando non dicatur vsuraria, neque illicita, dum pretium est in deposi. sub aliqua conditione.*
16 *Emptor offerens pretium venditori, qui sit in mora tradendi rem venditam, potest agere ad fructus omnes, quos uenditor ab ea die percepit, uel percipere potuerit.*
17 *Venditor quo casu agere possit cõtra emptorem, ad interesse lucri cessantis, aut damni emergentis.*
18 *Fructus ex re empta pendentes tẽpore cõtractus, siue maturi, siue non, pertinent semper ad emptorem quo ad ualorem, quo tempore cõtractus æstimarentur.*

1 QVando inter contrahentes dictum, constitutumq. est, ad † quem fructus rei vẽditæ spectare debeant, conuentioni hac de re inter eos factæ, est standũ. Ita Cou. 1. var. res. c. 15. n. 1. Ant. Gom. 2. to. var. res. c. 2. n. 11. & Doct. cõiter, resq. satis ex se est perspicua, & colligitur apertè ex l.

qui fundum.§.qui agrum.ver.fundi. ff.de contr. emp.& ex l.Iulianus.§.si fructib. ff.de act.emp.

Qñ verò circa fructus nihil in contractu fuit expressũ tunc,perfecta venditione (in sensu inferius explicando)fructus oẽs ex re vendita nondũ percepti,pertinent ad emptorẽ;illi verò, qui vsq. ad venditionẽ perfectam essent percepti, spectarent ad venditorẽ. Vt,si vinea paulò ante vindemiã ematur,fructus oẽs, qui perfecta venditione fuerint in ea reperti,esto sint iã maturi, & apti vt colligantur,oẽs pertinẽt ad emptorẽ, & nihil eorũ ad venditorem. Quo fit,vt plus valeat vinea proximè ante vindemiam ratione fructuũ ex ea pendentium,quam valeat proxime post vindemiam.

2 In † domo verò,& in alijs similibus rebus, qm̃ fructus non sunt aliud,quam vsus rei illius, sanè vsus domus venditæ vsq. ad perfectam venditionem,& pretium pro eo vsu,pertinent ad vẽditorẽ:vsus verò post perfectã venditionem,& pretiũ pro eo vsu,ad emptorem spectant. Eodẽ modo,

3 opera † serui,& pretiũ pro operib. illis, vsque ad serui perfectam venditionem,pertinent ad venditorem:opera autem,& pretium pro illis,post venditionem perfectam,attinent ad emptorem.

Hæc omnia constant ex l.Iulianus.§.si fructibus, §.si quid seruo, & §.ex vendito.ff.de actionib.empt. ex l.secunda l.fructus, ac l.post perfectam.C.eod.tit.& affirmant Ant.Gom. & Cou. locis citatis. Confirmatur,quoniã fructus pẽdentes censentur partes fundi,vt habetur l.fructus.ff. de rei vend.ita tamen,vt bene Cou.nu. 1.citato, & alij,quos refert,affirmant, vt sine illis fundus integer censeatur,quasi nulla ei pars desit: quare venditi censentur cum fundo,ac proinde post vẽditionem perfectam spectant ad emptorem,sicut & fundus ipse nihil impediente, quod emptor ante traditionem, neque fundi, neque fructuum comparauerit dominium.

4 Obserua † tñ,si venditor post contractum mutuo consensu celebratum, sed ante perfectionem necessariam,vt fructus ad emptorẽ spectent,sumptus aliquos rationabiliter fecisset in fundo colendo,fructibusque ad eum statum perducendis,soluendos illi esse eos sumptus,industriamq. si quã apposuissent. Idem est de quibuscunque alijs sumptibus rationabiliter factis circa rem venditam, quando aliud deductum non fuit in pactũ. l.post perfectam.C.de action.empt.& l.Iulian. §.præterea. ff.eodẽ tit. De fructibus autem, qui pendẽtes in fundo erant tempore quo mutuo cõsensu fuit celebratus contractus,ad quem pertineat,si percepti sint ante perfectam venditionem, dicetur in calce huius disputationis.

5 Quod † vero ad pensiones attinet, vt si ager venditus locatus antea erat pro certa annua pensiones,Vlpian.l.Iulianus.§.si fructib. ff.de actionib.empt.ait, pertinere illas ad eum, qui locauerat,atque adeo ad venditorem. Quod glo.Accursij ibi,& Bart.quos Coua.loco citato refert,ac sequitur, affirmans eam esse communem doctorũ opinionem, intelligendum docent ad effectum, vt venditor emptori tribuat partem pensionis illius,aut totam,iuxta tempus, pro quo fructus ad emptorẽ pertinẽt, aut certè emptori cedat actionem ad eam pensionem,loco sui petendã, ac recipiendam. Vult itaque Vlpianus,actionem personalem ad exigendam,ac recipiendam pensionem a colono,vel inquilino,pertinere ad locatorẽ, qui rem vendidit, non verò ad emptorem, eaque de causa,vel locatorem ipsum debere exigere,ac recipere pensionem,vt totam,vel partem,emptori tribuat,vel certè cedere debere emptori actionem, vt locatoris nomine eam exigat,ac recipiat.

Tradit verò Cou.loco citato cum Bart.& multis alijs,quos citat,regulam egregiam ad discernẽdum,ad quem pensio attineat,vtrum ad emptorem,an potius ad venditorem,qui rem venditam locauerat. Quando.n.pensio est pro fructibus tei locatæ,vt esse solet in locationibus, attendendum est, an tpe venditionis factæ percepti oĩno essent fructus,an verò nihil eorum esset perceptum, vel an partim essent percepti,partim non item.

Et quidem, si tempore perfectæ venditionis, fructus oẽs erant percepti,vt si vinea erat vẽdita, perfectaq; fuit venditio post vindemiam, tunc pensio integra spectat ad venditorem, idque siue pensio esset iam soluta, siue nondum aduenisset dies,in quo cum conductore erat conuentum, vt eam solueret. Rõ est,qm̃ pensio debetur ratione fructuum: fructus autem tunc, vt ostensum est, ad venditorem spectant. Atq; cum hac definitione consentit omnino l.defuncta, ff.de vsufructu. Si verò tempore perfectæ venditionis nihil fructuum erat perceptum,tunc pensio integra pertinet ad emptorem, idq; siue nondum aduenisset dies conductori ad solutionem præscriptus, siue aduenisset,soluisset; iam pensionem venditori tenetur.n.tunc venditor illam restituere emptori. Ratio est eadem,quoniam scilicet pensio ratione fructuum est debita; fructus autem omnes in eo euentu ad emptorem,vt visum est,spectant.

Quando autem tempore perfectæ venditionis pars fructuũ erat percepta, & pars restabat percipienda,pensio pro rata,non quidem temporis anni,quod perfectam venditionem antecessit, ad tẽpus,quod sequitur,sed fructuum perceptorũ ante venditionem perfectam, ad reliquos fructus, spectat ad venditorem, & reliquum ad emptorẽ, propter eandem rationem.

Quo fit, vt qñ res uendita erat domus, aut aliud simile, cuius fructus in quotidiano consistit usu,pensio sit diuidenda pro rata temporis anni, quod antecessit perfectam uenditionem, ad tempus quod sequitur;qm̃ eo ipso diuisio, fit pro rata fructuum ante perfectam uenditionem perceptorum,ad fructus,qui percipientur,aut percipi post perfectam uenditionem poterunt.

6 Ab hac † nihilominus regula Bar.l.ult. §.ult.ff. de iure fisci,Cou.loco cita.nu.4.& 5.& plerique alij,quos citat,excipitur, qñ aliquid fisci,quod alicui iã erat locatũ,uenditur, & tpe perfectæ uenditionis pars fructuũ erat percepta, & pars percipienda restabat:tunc.n.inquiunt, si tempus pensionem soluendi nondum aduenerat, tota pensio spectat ad emptorem, vt in eo.§.expresse habet. Id q̃ emptori concessum esse affirmant in recompensa-

pensationem sequentis grauaminis, quod habet.
7 Etenim † emptores alij stare non tenentur colonis, & inquilinis, contractui locationis ad minus tempus, quam ad decennium, per venditorẽ cum eis celebrato, sed priuare illos possunt re locata; duobus euentibus exceptis.

Vnus, quando sub ea conditione res est vendita, vt emptor stare teneatur illi cõtractui, aut post venditionem celebratam emptor consentit, vt cõductor perseueret in contractu. Alter quando res illa generali, aut speciali hypotheca conductori fuit obligata pro obseruatione contractus. Ita habetur l. 4. Lusit. ord. tit. 29. iuxta l. emptorem. C. locati, & alia iura, affirmatq. communis opinio, quam Ant. Gom. secund. tom. var. reso. c. 3. nu. 9. refert: ac sequitur: de qua re in contractu locationis, & conductionis dicendum est. Si tamen conductor soluere velit emptori interesse totum lucri cessantis, ac damni emergentis, quod emptori ex eo aduenit, quod conductor in contractu perseueret, cogitur emptor consentire, vt in Lusit. ordin. loco citato habetur. Quando autem emptor stare non vult contractui locationis, vt non teneatur extra euentus connumeratos, cõductori competit actio ad interesse aduersus venditorem, & locatorem, vt iuribus citatis habetur, & dicetur suo loco. Licet hæc ita se habeant in cæteris emptoribus, quando tamen quis emit a fisco, stare omnino tenetur contractui locationis facto circa rem a fisco venditam, idque in fisci priuilegium, ne conductores postea agant ad interesse aduersus fisoum. quare sub ea citata conditione censentur emere a fisco.

Qui ergo emptores a fisco, hoc habent grauamen, in illius recompensationem, concessum eis est, vt, qñ pars fructuum tpe perfectæ vẽditionis erat iã collecta, & pars colligenda restabat, nondumque aduenerat tempus pensionis soluendæ, integra pensio ad emptorem pertineret. Atque in hunc modum doctores citati conciliant. §. citatum, cum regula tradita, quicquid pauci in contrarium dixerint. Quia ergo. §. citatus exceptio est, extendi non dẽt vltra casum in eo cõtentum.

Quæst. 8 Examinandum verò iam nunc est, qñ † emptio, & venditio perfecta censeatur ad effectum, vt, si aliud inter contrahentes non sit conuentũ, fructus rei venditæ ad emptorẽ pertineant. Cou. 1. var. reso. c. 15. nu. 2. affirmat, per solum consensum contrahentium perfectam censeri venditionem antequã res emptori tradatur, & antequam emptor pretium soluat, imò & antequam venditor fidem habeat de pretio, iuxta l. Iulianus. §. si quid seruo. ff. de act. emptio. Loqui vero Cou. videtur, non de quibuscunque fructibus sed solum de pendentibus ex re vendita tempore cõtractus, vt si vinea proxime ante vindemiam ematur. Ang. autem verb. emptio. ad finem numeri 11. & Syl. ibidem q. 3. aiunt, tum venditionem censeri perfectam, vt fructus ad emptorem pertineant, quando pretium est iam solutum, aut per venditorem est habita fides de pretio.

Posita tamen distinctione fructuum, qui tempore contractus ex re empta pendebant, qui cum iam existerent, reiq; emptæ essent affixi, cẽsebantur quasi partes illius, vt dictũ est; & fructuũ, qui nondum actu erant in re empta, potérant tñ tpis progressu ex ea percipi, sequentes conclusiones statuendæ sunt, quibus quæstio hæc dirimetur.

Prima conclusio. Loquendo de fructibus qui tpe contractus nondum ex re empta pendebant, & qñ aliud constitutum inter contrahentes non fuit, non prius pertinent ad emptorem, quam emptor pretium offerat, vel venditor fidem de illo habeat, ac proinde non prius ad emptorem spectant, q̃ venditor rem venditam tradat fidem habendo de pretio, vel quam sit in mora eam tradẽdi emptori pretium offerenti. Atq; ita intelligenda est l. Iulianus. §. si qd seruo. ff. de act. emp. Quo fit, vt, si post contractum celebratũ aliquos eiusmodi fructus venditor ex re vendita percipiat, antequam pretium ei offeratur, ad ipsum spectẽt & non ad emptorem, vt si mercedem aliquã accipiat pro operibus serui, quem vendidit, antequã pretium pro eo illi tradatur, aut pro locatione iumenti, quod vendidit. In hac conclusione tota cõueniunt Ant. Gom. 2. var. res. c. 2. num. 11. & Couar. 1. var. res. c. 15. nu. 2. & fusius 3. lib. c. 4. per totum, præsertim coroll. 14. iuxta l. curabit. C. de actio. emp. & iuxta alia iura, vt ex sequentibus conclusionibus liquebit. Neque enim æquitas patitur, vt prius venditor rem emptori tradat, aut vt res prius emptori fructificet, quam emptor prẽtium venditori soluat, vt is illo vtatur, possitque ei fructus parere, vt ipsius subest industriæ.

Secunda conclusio. Si venditor rẽ venditã emptori tradat, emptorq; in mora sit tradendi ptiũ, aut partẽ solum pretij soluat, atq; in mora sit soluendi reliquum, tenetur venditori, non solum ad pretium, aut partem pretij non solutam, sed ét ad vsuras illius. Ita habetur l. curabit. C. de actio. empt. & l. vlt. ff. de peric. & commod. rei vend.

9 Hoc † iure vlt. additur, teneri solum ad vsuras, non verò ad lucrum idcirco venditori cessans, q̃ tpe debito non sit ei solutum pretium. Vt si venditor mercator erat, & quia pretium solutum ei non fuit tpe debito, plus lucri illi cessauit, quam sint vsuræ pretij, non tenetur ei emptor ad lucrũ cessans, sed solũ ad vsuras pretij. Cum autẽ vsuræ naturali ac canonico iure sint prohibitæ, quidã de æquitate dispõnis huius ciuilis iuris dubitãt. Prætermissis verò alijs opinionib. quas licebit legere apud Cou. c. citato, dicendum est, cũ eodem Cou. Ang. ver. emptio. nu. 5. & alijs, quos citãt, vsuras illas concedi in recompensationem fructuũ, qui ad venditorem pertinent interim, dum emptor in mora est soluendi pretium, iuxta ea, quæ conclusione prima dicta sunt. Quo fit, vt tot vsuras soluere emptor teneatur pretij non soluti pro re empta, quam accepit, vt fructus æquent, quos ex eadem re toto moræ tempore percepit, quousque percipere potuit, & sua negligentia non percepit, neq. maiores vsuras recipere possit venditor. Qd si partem soluit pretij, in moraque fuit soluendi partem reliquam, tenetur soluere vsuras, quæ valoré æquent partis proportionalis fructuũ, quos percepit, aut percipere toto tempore moræ potuit.

Vt, si dimidiũ pretij soluat, tenetur soluere valorẽ dimidij fructuum: si verò soluit quartã ptij partem, soluere tenetur valorẽ trium partium fructuum, & ita de reliquis partibus, quas nõ soluit. Quia ergo eiusmodi vsuræ lucratoriæ non sunt, sed cõpensatoriæ, vt vocant, fructuum, quos æquitas non patitur, vt sint emptoris, interim dum in mora est soluendi pretium; consequens profectò est, vt nõ sint de earum vsurarũ numero, quas naturale, & canonicũ ius damnant, atq; adeo, vt dispositio hac de re ciuilis iuris, nihil iniquitatis cõtineat. Lusitanæ ord. 4. lib. tit. 14. §. tertio, non solũ cum secunda conclusione proposita consentiunt, sed etiã apertissimè modo, a nobis proximè explicato exponunt dispositionem iuris cõis.

Cum. n. in eo titulo de vsuris sermo sit, explicenturq. euẽtus, in qb, vsuræ, impropriè tñ dictæ, licitæ sint. §. tertio, inter alia hæc. Si emptor, accepta re empta, pretiũ illius, vt tenetur, non soluat, posse venditorẽ ab eo exigere, non solum pretiũ, sed simul valorem etiam fructuum omniũ, quos ex re empta percepit, aut percipere potuit toto tẽpore, quo in mora fuit soluendi pretium. Quibus verbis cum iure communi, modo a nobis explicato, apertissimè Lusitanæ ord. consentiunt.

Tertia conclusio. Si emptor pretium tradat, & venditor in mora sit tradendi rem venditam, ad emptorem pertinent, non solum fructus, oẽs a tpe moræ percepti, sed etiam omnes, qui toto eo tpe percipi potuerunt, & venditoris negligentia percepti non sunt. Denique tenetur † 10 éditor ad omne interesse intrinsecum rei illius. Vt si tpe, quo res erat tradenda, plus valuit, & postea, vel deterior est reddita, vel deperijt in pretio: eaque de cã emptor ratione moræ venditoris interesse illo intrinseco rei est priuatus, ad illud tenetur ei venditor: non verò ad interesse extrinsecum quale est lucrum cessans, aut damnum per accidens inde emptori emergens, vt si emptor negotiaturus re illa erat, & quia res empta non fuit ei tpe debito tradita, cessauit illi lucrũ aliquod, quod ex transportatione rei illius, aut fructuum eiusdem, in alium locum erat habiturus, non tenetur ei venditor ad eiusmodi lucrum cessans: similiter, si ex eo quod res tradita illi non fuit, periuit fame mancipium aliquod emptoris; nõ tenetur ei vẽditor ad eiusmodi damnum per accidens emergens.

Hæc omnia expresse habẽtur l. si sterilis. §. cũ per venditorem, ff. de actio. empt. Priorem etiam conclusionem partem probant. l. fructus. & l. post perfectam. C. de actio. empt. In tota verò conclusione consentiunt Lusit. ordin. §. 3. citato, dum, in euentu proposito, ad nihil aliud concedunt emptori actionẽ, q̃ ad oẽs fructus, quos venditor ex re empta percepit, aut percipere toto tẽpore moræ potuit, suaque negligentia non percepit.

Ex his conclusionibus præsertim ex secunda, infert Cou. 3. var. resol. c. 4. nonnulla corollaria. Primum est. Decisionem ciuilis iuris in secunda conclusione propositam, non fundari in lucro cessante, vt satis ex dictis constat. Esto enim venditor nihil pretio esset lucraturus, accipere potest vsuras pretij sibi non soluti iuxta quantitatem fructuum, qui tempore toto, quo emptor in mora est soluendi pretium, ad eum spectant. Glossa tamen c. conquestus de vsuris, Panorm. ibi, & alij, latius sumpto vocabulo, affirmant, licitè accipi vsuras illas ratione lucri cessantis ob fructus, qui interim, dum pretium non est solutum, ad vẽditorem pertinere debebant.

11 Secundũ. Vsuras † pretij non soluti æstimandas esse sẽm valorẽ fructuum, quos venditor ex ea re percepisset; non verò secundum valorem fructuum, quos re ipsa emptor percepit. Quare, inquit, si maiores fructus emptor percepit, q̃ venditor percepisset, soluendæ vsuræ sunt solum iuxta valorem fructuum, quos venditor ipse percepisset. Licet autem Coua quosdam alios pro sua hac sñia citet; certè mihi contraria est verisimilior.

Etenim fructus, quos emptor percepit, fructus sunt ipsiusmet rei: res autem, ex iuris dispositione, venditori fructificat, interim dum emptor in mora est soluendi pretium: quare, deductis expẽsis, & præmio laboris, & industriæ, reliquum ad venditorem spectat. Confirmatur ex ord. Lusit. §. 3. citato, quæ actionem venditori concedunt ad valorem omnium fructuum, quos emptor toto eo tempore ex re illa percepit, & quos percipere potuit, suaque negligentia non percepit. Refellitur.

Tertium. Emptorem soluere teneri vsuras pretij iuxta valorem fructuum, esto ob tempore diuturnitatem valorem excedant pretij conuẽti. Ratio est, quoniam revera toto eo tempore res illa venditori fructificat.

Quartum. Dicendum esse aduersus Bald. Paulum Castrensem, & quosdam † alios, emptorem 12 ad nullas vsuras soluẽda teneri, quando neq. emptor fructus ex re vendita percepit, neque percepturus esset venditor, si illam apud se habuisset. Ratio est perspicua, qm̃ vsuræ solum debentur ratione fructuum, & iuxta illorum valorem: quare, nullæ vsuræ debẽtur, quando nec emptor fructus percepit, neque venditor fuisset percepturus.

Quoniam vt in posteriori parte dispu. 338. visum est, vt dominium rei emptæ in emptorem transeat, non satis est contractum mutuo consensu esse celebratum; traditionemque rei emptæ accessisse, sed vlterius requiritur, emptorem soluere pretium, vel illud offerre, vel venditorem illud habere pro soluto; idcirco multi affirmant, dispositionem l. curabit, & cæterorum iurium, quæ p. secunda conclusione citauimus, vim ex eo habere, quod in euentu secundæ conclusionis dominium rei emptæ in emptorem non transeat per traditionem, sed maneat apud venditorem, eaque de causa res venditori, tamquam proprio illius domino, fructificet. Quare, inquiunt, qñ dominium rei venditæ in emptorem transiret, venditore illud concedente, pretiumque expectante vsque ad certum diem, cessaret dispositio l. curabit; immo esset vsurarios contractus, quo venditor vsuras pretij iuxta valorem fructuũ paciscereturpro tempore ad solutionem dato, aut pro aliquo tempore, si emptor in mora esset deinceps soluendi pretium. Ita Panor. & multi alij, quod Cou. cap. quarto, citato corrolar. quinto, refert.

Quare,

Quare, inquiunt, qñ l. sicut emptio, & l. sequēti. ff. locati, approbatur hic contractus; vendo tibi hanc domum mille aureis, & interim dū pretiū nó solueris, cā tibi loco tanto pretio per eū cōtractum, & traditionē domus, non est translatum dñium; eo ꝙ neq; pretiū sit solutū, neq. pro soluto sit habitu; sed solū concessa est tentio domus. Vnde, quia domus manſit uenditoris, eique dum pretiū non soluitur, fructificat, potuit simul locare illam emptori, quousque pretium solueretur.

Cou. verò corollario. 5. citato ait, fundamentū legis curabit, & aliorum iurium, nó esse, dñium rei emptæ pertinere ad vēditorem, sed esse, quod supra tetigimus, nempe æquitatē non pati, tem prius emptori fructificare, q̄ pretium, vel tradat, vel offerat venditori, vt possit ipsi ēt fructificare, vt subest ipsius industriæ, aut quàm venditor ha
13 beat illud pro soluto. Vnde † in euentu tertiæ cō clusionis propositæ, dñium rei emptæ perseuerat apud venditorem, interim dum illam non tradit, & nihilominus emptori fructificat, eodemq. mō do fructificaret emptori, esto absque uenditoris culpa apud ipsum perseueraret, vt quia emptor soluit pretium, & distulit petere, & accipere tem. Atque hæc sententia Cou. placet.

In eodem corollario, & sequēte, concedit quidem Cou. qñ † uenditor absq; aliquo alio pacto
14 transtulit dñium rei in emptorē, habens pretium pro soluto, concedensq. terminum ad solutionē, non deberi ei usuras pretij iuxta fructuum ualorem, etiam si emptor post terminū datum in mora sit soluendi pretium. Ratio est, quoniam ipse sua sponte renunciasse uidetur priuilegio legis, curabit. Quare solum poterit exigere lucrum ex eo ipsi cessans, quòd mutuum illud virtute, tēpore debito ipsi non soluatur; non secus, ac mutuās formaliter, exigere potest lucrum ideo ipsi cessans, quòd mutuum in termino præscripto ipsi non soluatur, vt, dum de vsura sermo esset, dictū est. Quamuis autem Cou. id concedat, nihilominus cum multis alijs, quos citat, asseuerat, si uenditor, quando ita dominium transfert, & terminum ad solutionem cōcedit, deducat in pactum, vt emptor toto tempore, quo pretium ita non soluit, usuras pretij iuxta ualorem fructuum soluat, ualidū, ac licitum esse cōtractū. Ducitur primo, quia ex eo, ꝙ uenditor dñium transferat, & dilationē ad pretium soluendum concedat, nihil one ris reijcit in emptorem: eo ꝙ periculum rei emptæ statim celebrata uenditione pertineat ad emptorem, anteq̄ dñium in eum transferat, ut disp. 366. dictum est: quare, per translationē dominij, & concessionem dilationis ad pretium soluendū, meliores facit uenditor partes emptoris: ergo sicut, tradita re, & non translato dominio, iuste accipit venditor vsuras pretij non soluti: ita ea lege poterit velle transferre dominium in emptorem, spatiumque illi ad soluendum pretium concedere, vt nihilominus ipse gaudeat eodem mō vsuris iuxta fructuum valorē. Secundo qñ transferendo dñium, concedendoque spatium ad solutionem pretij, priuat se venditor vsuris pretij, quas poterat iuste accipere iuxta valorem fructuum, vt ex secunda conclusione liquet: cum ergo hoc pretio sit æstimabile, poterit nó aliter velle transferre eo modo dominium, & concedere spatiū ad ptij solutionē, nisi cū pacto, vt interesse valoris fructuum simili modo ipsi persoluatur. Ego sanè in hanc Cou. opinionem tanq̄ in probabiliorē inclino q̄is videam Syl. verb. vsura 2. q. 11. Pan. & multos alios, qui non satis calluisse videntur fundamentum legis, curabit, & aliorum iurium, quæ pro secunda cōclusione citauimus, non omnino, in hactenus dictis consentire.

Illud cum Cou. loco citato corol. 7. admonuerim. Fas esse tpe contractus arbitrari valorē fructuum, ac statuere, vt siue eorum valor comperiatur postea maior siue minor, certum quoddā pretiū p eorū valore soluatur, qđ plus minus, creditur fructus esse valituros, vt satis est pspicuū ex dictis sæpe i superiorib. pſertim dum de lucro cessante tōne mutui, & venditionis, habitus est sermo.

15 Ex † dictis infero, neq; vsurarium, neq; illicitū esse contractū, si quis vineam vendat, in gratiāq. emptoris dñium illius statim in eum transferat; ea tñ lege, vt ptium sit in deposito, aut apud emptorē, quousq. possessio aliqua inueniatur æqualis bonitatis, quæ ex eo prerio ematur, & cum pacto, vt quousq. illa ematur, emptor teneatur uenditori reddere annuam pensionē, iuxta fructuum vineæ valorē. Atq. hunc contractū vidi celebrari, dubitabaturq. de iustitia illius. Ducor ad asserendum hunc contractum vsurarium non esse. Quoniam licitus est hic contractus; vendo tibi hāc vineam ducentis aūteis, non prius tradendā, quam inueniatur possessio alia emenda de ptio, ex qua æquales fructus in valore percipiātur, vnde commodè sustentari queam: quia nolo vti pretio ad aliud, q̄ ad talem possessionē emendā, interimq. dū illa non inuenit, volo frui fructib. vineæ meę. Rursus, post celebratum huiusmodi contractū, validus est hic alius, quo in emptoris gratiam, illi concedam fructus, in eumq. transferam plenum dñium vineæ pro annua pensione iuxta valorem fructuum, interim dum illa alia possessio nó emitur de pretio; q̄nquidem ius quod mihi reseruaui ad fructus meæ vineæ, valet tōtam eam annuā pensionem: quare, si coniunctim fiant hi duo cōtractus, vt in casu proposito fiunt, neque vsura cernitur, neque quicquam iniustum committitur. Corollaria lege, si placet apud Cou.

16 Quarta cōclusio in ordine est. Si emptor pretiū uenditori offerat, & venditor in mora sit tradendi rem venditam iuxta contractus forma, ita quod neque rem tradere velit, neq. recipere pretium, tunc emptor agere poterit ad fructus oēs, quos venditor ab ea die ex re empta perceperit, aut percipere potuit, suaque negligentia nó percepit. Probatur, quoniam venditor ab ea die iniuste emptorem priuauit perceptione omnium illorum fructuum: ergo tenetur in conscientiæ, atq. in exteriori foro, eos oēs illi restituere. Præterea venditio, quantum est ex parte emptoris, iam tunc erat consumata, defectusq. solum fuit ex neq. quitia, & culpa venditoris: cum ergo fructus, perfecta venditione, ad emptorē spectent, cōsequens est,

est, vt ab eo die fructus illi emptori debeantur. Apertè etiam colligitur conclusio ex l. si sterilis, §. cum per venditorem. ff. de act. empt. Cõcinunt etiam l. fructus, & l. post perfectam, C. eo. tit.

Cou. loco citato Corol. 14. ait, forsitã emptorem, in casu huius conclusionis, teneri soluere vẽditori, non solum pretium rei emptæ, sed etiam lucrum, si aliquod percepisset ex eo pretio, esto venditor ex eodẽ pretio nihil lucri esset percepturus. Est tñ improbabilis omnino ea sñia. Eiusmodi.n. lucrum non est fructus rei, sed industriæ, vt ex dictis in materia de vsura cõstat: quare ad emptorem spectat. Confirmatur, qm̃, si depositarius contra domini voluntatem negotietur, ac lucretur pecunia, quam depositam habet, & tur pecunia, quam furto accepit, ac vsurarius pecunia, q̃ vsurarie acquisiuit, lucrum totum ad ipsos spectat, solumq, restituere tenentur dominis pecuniæ ipsam pecuniã, & si quod lucrum inde eis cessauit, aut damnum emersit, vt disp. 327. latè ostẽsum est: ergo longè maiori cum rõne pertinet ad emptorem lucrum pretij, quando venditor nihil eo pretio erat lucraturus. Imò, esto lucraturus esset, pertinet totum lucrum ad emptorem: eo q̃ vẽditor ipse sua culpa se ipsum priuasset vsu eius pretij, neque emptor impedimento illi fuisset, quòminus ego negotiaretur, si vellet.

Cou. eod. corol. 14. hanc quintam statuit cõcl.

17 Qñ† venditor rem venditam emptori obtulit, & emptor fuit in mora, qa neq. accipere eã voluit, neq. pretium soluere iuxta cõtractus formã, tunc venditorem offerre illi posse, si velit, rem, & fructus perceptos, aut valorem illorum, & agere ad interesse lucri cessantis, aut damni emergẽtis, ob pretium tpe debito nõ solutum, qñ eiusmodi interesse excederet valorem fructuum. Licet autẽ, stando in solo iure naturali, conclusio hæc verissima meo iudicio esset, posita tñ dispositione iuris humani l. vltimæ. ff. de peric. & commod. rei vend. & l. si sterilis, §. cum per venditorem. ff. de actionib. emp. quæ iura pro secunda, & tertia conclusione citauimus, & cum quibus consentiunt ord. Lusit. §. 3. citato, certè est omnino falsa. Si.n. quando venditor rem tradidit, & pretium culpa emptoris non accepit, iura non concedunt venditori actionem ad interesse lucri cessantis, aut damni emergentis, extrinsecum rei emptæ, sed solum ad valorem fructuum, vt iura citata docent, & cõclus. 2. & 3. ostensum est, certè multo minus censenda sunt actionem illam concedere, quando vẽditor non tradidit rem venditam. Angel. verb. vsura. 1. nume. 3. citans duo illa iura, arbitratur, in conscientiæ foro emptorem teneri ad interesse lucri cessantis, & damni emergentis, & quemcumque alium promissorem rei alicuius, quando lucrum, ex eo cessauit, quòd statum non fuerit promissis, eaque de causa is, cui promissum fuit, non sibi prouidit aliunde. Arbitror tamen id falsum esse in contractu emptionis, & venditionis propter dispositionem illam humani iuris in eo contractu. Iura quippe ciuilia non facilè sunt damnanda tãquam iniusta in conscientiæ foro. Quare, cum in principe potestas sit ad id disponẽdum circa frequentissimum, ac valde necessarium contractum emptionis, & venditionis ad tollẽda iurgia, & difficultates, dispositioneque illa æqualiter gaudeant ciues omnes, & contractus celebrati censeantur iuxta leges ciuiles, & canonicas, circa eos latas: consequens profecto est, vt dispositiones illæ non minus vim habeant in conscientiæ, quàm in exteriori foro.

18 Postremo concl. Qñ aliud† conuentũ non fuit inter contrahẽtes, fructus ex re empta pendentes tpe contractus, siue maturi iam essent, siue non, semper pertinent ad emptorem quo ad valorem, quo tpe contractus, æstimarentur. Ita Cou. 1. var. resc. c. 15. nu. 2. Molina lib. 3. de primog. c. 11. n. 8. Ant. Go. 2. to. var. resc. c. 2. n. 11. & alij. Ratio est, qm̃ fructus pendentes, actuq. existentes tpe contractus, censentur tamq̃ partes rei emptæ, vt in principio huius disputationis dictum est, ac proinde empti sunt pro pecunia data vna cum re, cuius iam tunc actu erant fructus. Hinc colligo, si vinea empta sit post fructus productos, atque ante vindemiam, & neque venditore illam offerente, ac exigente pretium, neque emptore eam postulante, & offerente pretium, a venditore percipiantur, & postea mense Ianuario, vel emptor illam petat, & offerat pretium, vel venditor eam offerat, & exigat pretium, detrahendum esse de pretio constituto, quantũ fructus illi pendentes tempore contractus celebrati æstimarentur: quia illi empti censentur pro parte pretij, neque emptor illos percepit, sed venditor. Quòd si traditio fieret anno sequenti, qñ iam æquales fructus itetum de vinea penderent, nihil detrahendum esset de pretio, neq. item emptor soluere teneretur impensas in vinea vsq. ad id tẽpus colẽda.

## Quando res aliqua diuersis tẽporibus vẽditur multis, vnicuiq. ĩ solidũ, qs emptorum cæteris sit prę ferendus.

### DISPVTATIO CCCLXIX.

#### SVMMARIVM.

1 *Emptores si sint plures eiusdem rei, nondum alicui traditæ, ille est præferendus, qui est prior in tempore.*

2 *Regula iuris, qui prior in tempore, potior in iure, quo modo intelligatur.*

3 *Emptor ille est cæteris præferendus in re uendita, cui primo est tradita, licèt alij sint in tpe priores. Declara tamen, vt nu 7.*

4 *Dominiũ regulariter non transfertur per nudum contractum venditionis, nisi traditio sequatur.*

5 *Emptores eiusdẽ rei, quib. non fuit tradita, habent actionẽ pſonalẽ aduersus vẽditorẽ ad interesse.*

6 *Vendens eandẽ rem duobus, incidit in pœnã falsi.*

8 *Emptor posterior, qui soluit pretium, & res fuit ei tradita, præfertur cæteris emptoribus, qui non soluerunt pretium, licèt res fuit eis tradita.*

9 *Traditionis nomine venit etiã ea, quæ fit per actũ fictum.*

Tra-

Digitized by Google

10 *Traditio eiusdem rei facta pluribus emptoribus, in dubio præsumitur facta priori emptori.*
11 *Dominium qui prius cõparat alicuius rei per traditionem, aut ius in re per hypothecã, præfertur in quocumque contractu omnibus alijs, qui neq. dominium, neque ius in re sunt consequuti.*
12 *Dominium rei ecclesijs, aut pijs locis statim acquiritur sine alia traditione tempore contractus.*
13 *Dominium an statim Princeps trãsferat, sine alia traditione, in contractibus ab eo celebratis.*
14 *Hypothecam habens in re præfertur omnibus alijs, quibus res fuit tradita.*
15 *Emptor prior quo casu poterit euincere a posteriore emptore rem ab eo emptam.*
16 *Emptor posterior præfertur anteriori, etiam si venditio prior fuit iuramento firmata.*

COnsequenter examinemus oportet, qđ propositum est. Et quidẽ † constat, qñ nulli emptorum res est tradita, neque priuilegium habet, vt sine traditione (iuxta ea quæ subijciemus) dominium comparet, neque item ius in re acquisiuit, propterea quod, in securitatem contractus vẽditionis, hypothecæ illi esset subiecta, eum esse præferendum cæteris, cui prius ea res fuit vendita. Tunc † enim locum habet regula illa iuris, qui prior est tempore, potior est iure, de reg. iur. lib. 6. & id disponitur expresse l. 7. tit. 7. p. 7. iuxta l. in operis. ff. locati, quæ idem in contractu locationis disponit; idẽ vero habere locum in contractu locationis affirmant cum Rotæ decisionibus Cou. 2. var. res. c. 19. nu. 8. & Ant. Gom. 2. to. var. res. c. 2. nu. 20. extensione. 2. Hoc aũt intelligę; qñ res determinata in singulari multis esset vendita, cuique in solidum: eo ꝙ, qui prior comparasset ius ad illã in singulari, cæteris esset prefẽdus in traditione illius, ac consumatione contractus. Quando autem res indeterminatæ in individuo essent diuersis venditæ, sequendum esset, quod disp. 536. de restitutionis ordine dicetur.

Qñ † multis ita esset res vendita, vt nullus alio rum dñium, aut ius in re comparasset, tunc is, cui esset tradita, & per traditionẽ dñium comparasset, præferendus erit cæteris, esto cum alijs prius esset celebratus contractus venditionis. Ita hĩ l. quoties. C. de rei vend. l. qui tibi. C. de hæred. vel act. ven. l. si ancillam. C. de act. emp. l. q tibi. C. de his q a non domi, manu. l. multũ interest, in fine, C. siquis alteri vel sibi. l. 50. ti. 5. p. 5. & li. 4. Lusit. ord. ti. 28. in princ. atq; affirmant cõis doctorum sẽtia, quam referunt ac sequuntur Cou. 2. var. res. c. 19. nu. 1. & Ant. Gom. 2. tot. var. res. c. 2. nu. 20. Ratio autem est illa, q̃ disp. 2. tradidimus. Nempe † per nudum cõtractum venditionis, aut quem cumq. alium regulariter non transferti dñium, nisi accedat traditio, vt præter iura citata, constat ex l. traditionibus, C. de pactis, & ex §. per traditionẽ, iunctis quatuor sequentibus, inst. de rerũ diuis. Neq; item comparatur ius in re, nisi simul res ipsa hypothecæ subijciatur ad cõtractus assecurationẽ, vt ex eisdem iuribus cõstat: quare cum emptor ex solo emptionis contractu, neq; dominium, neque ius in re comparet, sed solum ius ad rem, neq. itẽ ex eo cõtractu comperat realis actio ad rẽ ipsam ad cuiuscunq; manus deuenerit, sed solum personalis aduersus venditoris personã, vt disp. citata explanatũ est, consequens est, vt si eadẽ res postea vendatur, & tradatur alteri, præferendus hic alius sit in contractu venditionis cæteris emptoribus isque eam obtinere debeat, eò ꝙ per vẽditionem, subsequuta traditione, ius in re, integrumque dñium, cõparauit, nihil impedientibus prioribus venditionibus. Remanet tñ † cæteris emptorib. personalis actio aduersus vẽditorẽ ad interesse, hoc est, vt non solum restituat priũ, siquod receperat, sed ẽt quantum sua cuiusq. emptorum intererat rem, sibi tradi, dominumq. illius congruo tempore constitui. Ita hĩ l. qui tibi. C. de hæred. vel act. vend. l. qui ancillã. C. de act. emp. l. 50. ti. 5. p. 5. & lib. 4. Lusit. ord. ti. 28. §. vlt.

Qui † vnam, & eãdem rem vendit duobus, incidit in pœnã falsi, quæ est deportationis, vt habetur l. qui duobus, iuncta. l. 1. §. vlt. ff. ad l. Cornel. de falsis. Idem disponitur l. 7. tit. 7. p. 7. quæ tamen exigere videtur, vt ab vtroque ementium vẽdens acceperit pretium. Quas autem pœnas in Lusitania incurrat, habetur lib. 5. tit. 65. §. 3.

Sunt † in circa prædicta nonulla hoc loco obseruãda. Primũ est. Cũ in cõtractu emptionis, & venditionis, vt emptor dñium rei emptæ acquirat, non satis sit præcessisse cõtractũ, sequuramq. esse traditionẽ rei venditæ, sed vlterius necesse sit, emptorẽ soluere pretium, aut illud offerre, vel vẽditorem habere illud pro soluto, vt in posteriorĩ parte disp. 338. & disp. præcedente ostendimus, consequens esse, vt esto res vendita vni emptorũ tradita sit, si tñ neq. soluit, neq obtulit pretium, neq. venditor illud habuit pro soluto, nõ sit emptoris præferẽdus prioribus eiusdem rei emptoribus, eò ꝙ non comparauerit dñium illius, aut ius in illa, sed priores emptores sint illi præferendi, esto iam eam rem venditione, aut quouis alio titulo, alienauerit, eamq. tradiderit: semper enim dominium perseuerat apud primum venditorẽ. Ita innuitur apertè l. quoties. C. de rei ven. §. ven ditæ, inst. de rer. diuis. l. 50. titu. 5. p. 5. & habetur expresse lib. 4. ord. Lusit. ti. 28. in prin. & §. 1. Vbi † additur, si alicui posteriori emptori res sit tradita, atque soluit pretium, eum esse præferendum anterioribus emptoribus, si pretium non soluerunt, esto res illis esset tradita, consentiuntq. cætera iura citata, & affirmat communis doctorum sẽtia: eò ꝙ posterior emptor dominium illius rei comparauerit, anteriores verò non item.

Secundũ Traditionis † noĩe in re ꝓpposita intelligi, ẽt eam q̃ per actũ fictũ sit facta. Quibus aũt fictis actib. censeat facta traditio, & cõparet possessio, disp. 13. dictum est. Quare, si posteriori emptori res vẽdita ꝑactũ fictũ tradita sit, isq. ꝓtiũ soluit, præfertur prioribus emptoribus, quib. traditio non sit facta, aut qui pretium soluerunt, ẽt si traditio vera facta eis fuerit. Rõ est, qm̃ traditio ꝑactum fictum sufficit ad cõparandũ dñium ad possessionem, vt disputatione citata dictum est. Ita cum Bartolo, & alijs Ant. Go. vbi supra.

Tertium. In dubio, cui ex † emptorib. traditio sit

sit prius effecta, p̃sumi prius facta priori emptori. Ita Cou. cũ alijs, quos cit. 3. var. resc. 19. nu 6.

11 Quartum. Quæ † dicta sunt, nõ solũ habere locum in cõtractu venditionis, sed ẽt in quocumq. alio, siue is oneros⁹ sit permutatio, siue lucrati⁹, vt donatio; sempet enim, qui prius comparat dñium per traditionem, aut ius in re per hypothecã, præfertur cæteris, qui neq. dñium, neq. ius in re sunt consequuti, siue prius comparauerint ius ad rem p similẽ contractum, siue p dissimilem. Ita colligitur ex l. quoties. §. vlt. C. de rei vendi. ex l. si ancillam. ff. de actionibus emp. & ex alijs iuribus, affirmatq. Ant. Gom. cum cõi doctorum sententia, quam refert. nu. 20. citato. Vt tamen res à prioribus creditoribus, tamquam in ipsorum fraudem alienata, repeti possit, multum refert posteriorem comparasse dominium illius titulo oneroso, aut lucratiuo, vt mox dicemus.

12 Quintum. Cum, qñ † aliquid donatur, aut venditur Ecclesijs, monasterijs, ciuitatibus, in redẽptionem captiuorum, hospitalibus, vel alijs pijs locis, statim comparent dñium illius, eisq. competat realis actio vt peculiari priuilegio concessum eis est l. vlt. C. de sacrosanct. Eccles. cõsequẽs est, vt, si aliquid donatum, aut venditum, eis sit, præferantur cuicunq. alteri emptori, cui post eã donationem, aut emptionem, sit facta traditio, idq. siue prius, siue posterius, cum eo celebratus fuerit contractus. Rõ est perspicua, qm̃ prius Ecclesia, ciuitas, aut aliud de gaudentibus eo priuilegio, cõparasset dominium, iusq. in re. Ita Cou. 2. var. resc. 19. nu. 2. Ant. Go. vbi supra, & docto res cõiter. Obseruat tamen, per solam promissionem, aut votum donandi in posterum Ecclesiæ, aut alijs commemoratis, non comparare Ecclesiam dominium, neq. ius in re, sed solum ius ad rem: eo p̃ id non esset donatio, sed promissio donandi: eaque de causa, si eadem res voto promissa alienetur postea, & tradatur alteri, Ecclesia nõ præferretur huic. Obserua etiam, Ecclesiasticos non gaudere eo priuilegio, sed Ecclesias, quare, si Ecclesiasticis donetur, aut vendatur aliquid, non præferentur illo modo alijs. Præterea, quando Ecclesia donat, aut vendit, emens non gaudet eo priuilegio, sed perinde hẽt, ac si a laico emisset. Ita Cou. vbi supra nu. 4. Ant. Gom. vbi supra extensione 6. & alij, quos citant, quicquid Hostiensis, & quidam alij, absque ratione legitima

13 in contrarium dixerint. De † alienatis a principe titulo oneroso, aut lucratiuo, verum ante traditionem cõparetur dominium, ac proinde is, cui alienantur, præferendus sit cæteris, quibus facta non sit traditio, lege quæ disp. 3. dicta sunt.

Sextum. Cum eo ipso, p̃ res hypothecæ subijciatur alicui, comparet is ius in ea re, consequens est, vt, qui prior fuerit in hypotheca ad contractus impletionem, is præferendus sit cæteris, qui

14 bus posterius res tradita sit. Quo † fit, vt, si res vendatur vni, simulque ei subijciatur hypothecæ in cõtractus securitatem, esto postea vẽdatur, & tradatur alteri, atque is pretium soluat, præferendus sit prior ille emptor, cui res subiecta hypothecæ fuit. Ita Couar. vbi supra nu. 7. Ant. Gom. nu. 20, citato, & doctores communiter, argu. tex. in l. si creditor. §. vlt. ff. de distrah. pign.

15 Septimum. Qñ † posterior emptor conscius fuit prioris vẽditionis, tunc, esto ei sit facta traditio, & soluerit pretiũ, poterit prior emptor euincere eã rem ab eo, tamq̃ in fraudem ipsius alienatam: secus autem, si posterior emptor bona fide illam emit prio rem ignorans venditionem. Idem omnino est dicendum si posterior creditor quocumq. alio titulo oneroso rem acquisiuit. Quòd si lucratiuo titulo rem comparauit, vt per donationem, aut quia filiæ res data fuit in dotem, mortuusq. iam est vir eius, neq. liberi ex eo matrimonio superstites sunt, vel filiæ aliquid ad nuptias donatum fuit, & neq. vxor, neq. liberi ex eo matrimonio, superstites sunt, tunc is, cui res prius vendita fuerat, euincere illã poterit, tamq̃ in ipsius fraudem alienatã, esto is, cui tradita fuit, bonã fide eam acceperit, ignorans fuisse antea venditam. Numq̃ tñ, qui rem in creditorum fraudẽ posterius prædictis modis accepit, tenetur in conscientiæ, ac in exteriori foro rẽ tradere, nisi creditores priores intra annuum a scientia, p̃ ea alienatio in ipsorum fraudem sit facta, illam petant. Si enim vel nunquam eam exigant, vel post annum a tali scientia illam petant, tã in conscientiæ, q̃ in exteriori foro, ad eum spectat, qui in eorum fraudem eam accepit. Hæc omnia constant ex ijs, quæ disp. 328. fuse dicta sunt. Lege etiam Couar. vbi sup. nu. 5. Ant. Gom. nu. 20. citato limitatione 2. & doctores, quos citant.

16 Octauum. Hactenus † dicta intelligenda esse, & si prior vẽditio iuxo esset cõfirmata, posterior verò q̃ coniunctam habeat traditionem, ac solutionẽ pretij, non item. Cum. n. iuxm non efficiat, vt prior emptor dñium comparet, aut ius in re, neq. item impedimento sit, vt p̃ venditionẽ posteriorem, traditione, ac solutione pretij subsequutis, emptor posterior dñium comparet: consequens p̃fecto est, vt q̃uis venditor grauius peccet, vendendo eandem rem secũdo, inhabilemq. se reddendo ad implendum iuxm, nihilominus dicta hactenus non secus vim habeant, q̃ si iuxo prior venditio confirmata non fuisset. Ita cum alijs, quos citant, Couar. in Epitome p. 1. c. 5. nu. 9. & Ant. Gom. nu. 20. citato lim. 7.

## De retractu rerum emptarum, & vẽditarum iure propinquitatis.

### DISPVTATIO CCCLXX.

*SVMMARIVM.*

1 *Retractus quid, & quibus contractibus locum habeat.*

2 *Retractus vt concedatur de iure Castellæ, cum nu. seq.*

3 *Retractus vt concedatur, quid necessario requiratur.*

4 *Naturales filij, & descendentes habent ius retractus in bonis ascendentium, ex communi.*

Imò

Digitized by Google

*Imò in Hispanijs succedunt in nobilitate patris.*
*Fallit in spurijs, nisi rescripto principis sint legitimati.*

5 *Exhæredati ius retractus habent, etiam si renunciauerint cum iuramento successioni in bonis parentum.*

6 *Ecclesiastici habent priuilegium retractus actiuè, & passiuè.*

7 *Retractus ius an habeat extraneus hæres, loco defuncti, cui competebat.*

8 *Monasterium, bonorum capax, an habeat ius retractus, loco religio.*

9 *Monasterium si vendat ingressi prædium, an proximiori cõsanguineo talis ingressi, cõpetat ius retractus.*

10 *Consanguineus proximior hæres existens venditori prædij suorum maiorum, intra terminum a iure concessum, an habeat ius retractus.*

11 *Retractus ius an concedatur personis aliquo respectu emere prohibitis.*

12 *Consanguineus proximior an possit retrahere rem venditam remotiori propinquo.*

13 *Retractus ius pro parte an competat in eodem gradu propinquo.*

14 *Consanguineus propinquior, an possit ante terminum elapsum compelli, vt respondeat, num velit retrahere.*

15 *Consanguineus propinquior non põt vnam rem retrahere sine alijs, quãdo vnico pretio vendũtur.*

16 *Consanguineus an possit retrahere rem patrimonialem, simul venditam cum alijs non patrimonialibus vnico pretio.*

17 *Venditio quando iudicanda sit, vt habeat locum retractus, si quis vendat certam rem patrimonialem pro certo pretio, & pro re alia simul.*

18 *Retractus an locum habeat, si res patrimonialis detur in solutum pro aliquo debito.*

19 *Retractus etiam habet locum intra terminum statutum, quando patrimoniale prædium credito venditur: sed retrahens non tenetur soluere pretium, nisi in termino emptori concesso.*

20 *Retrahenti tempus concessum ad reerahendum, an incipiat à tempore venditionis, an verò a tẽpore traditionis.*

21 *Venditio si suspendatur, vt scriptura perficiatur, an tempus retrahendi currat a die scripturæ, an verò a die mutui consensus.*

22 *Retrahenti tempus concessum ad retrahendum, an computandum sit de momento ad momentũ, vel quomodo.*

23 *Retrahenti tempus ad retrahendum concessum, quando incipiat currere in venditione sub conditione in futurum pendente.*

24 *Retrahens potest retrahere offerendo pretiũ sub eadem conditione, sub qua fuit facta venditio.*

25 *Retrahens, & venditor si concurrant ad redimẽdum, quis præferendus.*

26 *Retrahens an teneatur rem retractam iterum vẽditori dare eam redimere volenti.*

27 *Retrahenti tempus concessum ad retrahendum an similiter habeat locum in venditione facta ad publicam subhastationem.*

*Et quid sit de iure communi dispositum, & Lusitano seruatur.*

DIsputandum deinde est de retractu rerum emptarũ, ac venetarũ. Retractum† appellãt iurisperiti, qñ qs priuilegio, lege, aut alia rõne rite cõcesso, extrahit rem alteri venditã eodẽ pretio, quo illã emerat, quia extrahẽs ius hẽt vt p eodem ptio in emptione rei illius præferatur, nihil impediente, q alteri sit iam vendita, & tradita ac soluerit is iam pretiũ. Simili etiam modo esse põt retractus in locationis, ac cõductionis contractu, & in alijs similib. qñ aliquis ius habet, vt illo eodem modo præferatur cæteris in conductione in rei alicuius, aut in eo, q illam accipiat in emphyteusim pro eadem pensione, vel in alia simili re.

2 De iure† Castellę, l. 13. ti. 10. li. 3. fori, & l. 6. & 7. lib. 5. ord. & l. 70. Tauri, & quinq. sequentib. q oĩa iura sunt hodie, l. 7. & sequentes vsq. ad l. 15. tit. 11. li. 5. nouæ collect. concessum est cõsanguineis vsq. ad quartũ gradũ, vt intra nouem dies a puncto celebratæ ac perfectæ venditionis, retrahere pro eodẽ pretio possint *heredad*, hoc est, prædium, venditum ab aliquo cõsanguineorum, qđ ad patrimonium vendẽtis pertineret, i. quod traditũ aut relictũ, sibi esset a patre, aut a matre, vel ex aliquo auorũ, aut proauorũ, ad ipsum pueniisset. Verba legis 7. in noua collectione hęc sunt *Todo hõbre, que heredad de patrimonio o abolengo quisiere uender, y alguno de aquel abolẽgo la aquisiere cõprar tanto por tanto, &c.* Atq. exponendo hoc ipsum lege 15. sequenti additur. *Ni puadar sacar tãto por tanto los bienes que ansi fueron vendidos, saluo quando los tales bienes fuerõ vẽdidos por personas que los huuieron heredado de su abolengo, o de su patrimonio y los uendiesen los que los ansi huuiẽsen heredado.* Ecce in qb. bonis tm locũ hẽat retractus iure sanguinis in hoc Regno. Esse n. debet *heredad*, hoc est, prædium, comparatũ ex patre, aut ex matre, vendentis, aut alicuius anteriorum ascendentium, non titulo oneroso, vt emptionis, aut permutationis, sed successionis in illo.

Sunt vero hęc fusius explanãda. Atq. in primis obserua, nõ quẽcũq. cõsanguineũ vendentis vsq. ad quartum gradum habere ius retractus, sed eos solos, q descendunt ex ascendente, a quo primũ tale pdium fuit deriuatum. Vñ siqs emit pdium, illudq. relinquit filio suo, qui id cuidã extraneo vendidit, tunc frater, cæteriq. collaterales primi possessoris, non habent ius retractus, sed soli descendentes ex primo possessore, cõsanguinei vsque ad quartum gradum venditoris, siue ij filij, aut nepotes, siue pronepotes, aut abnepotes sint primi possessoris: Ita Ant. Gom. l. 7. Tauri nu. 2. Et id perspicuè constat ex verbis illorum duorũ iurium paulo antea relatis: qui enim ius retractus habere debet, esse debet *de aquel abolengo* primi possessoris, hoc est, ab illo descendens.

3 Nõ tñ ad ius retractus† est necesse, vt fuerit patris, & aui, venditoris, sed satis est a patre, vel ab auo, descẽdisse in vẽditorẽ, vel virtute diuisionis inter filios, aut nepotes, in bonis patris, aut aui, vel tanq̃ melioratio, aut plegatũ, vel fixi alio tit. Ita Ant. Gom. loco citato. nu. 3. Gut. 2. de pract. qq. q. 148. & alij, quos citat. Exigere vero vñ Ant. Gom. vt res vsq. ad mortẽ pseuerauerit cũ auo,

aut

aut patre. Arbitror tamen, si filio, aut nepoti illam dedisset, dū adhuc viueret, ad sacros ordines suscipiendos, aut donatione ad nuptias, vel in dotem filiæ, aut nepti, vel alia simili donatione, atq. eiusmodi descendens, ēt viuente adhuc primo possessore, illam vēderet, cōsanguineos descendentes ex eodem primo possessore: habere ius retractus, qm̄ id in patrimonio ex tali ascendente est computandum. Et quoniam regulariter id tpe mortis talis ascendentis, vel ad collationem est adducendum, vel accipiēdum est tanq̄ legitima & melioratio, & saltem tamquam melioratio, legatum, aut prælegatum, in partitione bonorum talis defuncti, est reputandum. Et denique qm̄ ea est mens illorum iurium, cui potius, quam verbis, est stādum. Si tamen primus possessor ante mortem suam id venderet, aut donaret alicui, qui de numero non esset descendentium, isque postea id venderet, locum non haberet retractus, vt aperte constat ex verbis duarum illarum legum relatis, iūcto principio legis 15. & affirmāt doctores citati: tametsi quondam in Cancellaria Pinciana ea de re fuerit non parua controuersia. Si tamen res patrimonialis semel venditaalicui extraneo, proximiore consanguineo illam non retrotrahente, aut illi permutata, vel donata, iterum reuerteretur ad possessorem, comparatione cuius ante talem alienationem erat patrimonialis, quādo postea reuertitur non efficitur patrimonialis: qm̄ eo ipso, quod desinit esse patrimonialis in extraneo, non reddit eadem qualitas amissa. Ita Ant. Gom. l. 70. Taur. nu. 24. iuxta varia iura. quæ citat.

Ant. Gom. loco citato nume. 4. & Gutier. 2. de pract. qq. q. 155. ac communior sententia, quam
4 Gutier. refert, plurib. † contēdunt naturales descendentes habere ius retractus. Placetq; illorum sententia: præsertim cum in hoc regno succedant in nobilitate patris, vt dispu. 170. visum fuit. Spurij verò ius retractus non hēant, vt ijdē, & pleriq, alij affirmant. Si tñ rescripto principis legitimati sint, ius nāscicuntur retractus, vt cum Coua. & alijs, quos citat, in calce disputationis 173. dictū est, idemq; affirmat Gutier. q. citata. Secus aūt, si esset dispensatus, & non ad hoc in particulari, vt ex dictis disputatione proximè citata constat.

5 Exhæredati † ēt ius habent retractus, & qui renunciauerunt cum iuso successioni in bonis parentum: qm̄ renunciasse non censentur priuilegio retractus, qđ sanguinis iure ex quadam æquitate comperit. Ita Ant. Gom. ibid. nu. 5. & 6.

6 Ecclesiastici † quoq; priuilegio retractus actiuè, & passiuè gaudent, id est, retrahere possunt: non secus, ac si essent laici; & retrahi potest, quod ipsi suorum maiorum vendiderint. Ratio potissima est, quoniam leges ciuiles, quæ cum exēptione clericorum non pugnant, communes sunt Ecclesiasticis cum laicis, vt disp. 31. concl. vltim. & disp. 364. dictum est. Consentiunt Ant. Gom. vbi supra nume. 7. Gutier. loco citato q. 156. vbi fusè rē pertractat, & multa alia fundamenta adducit, nōstrum autem potissimum est, & latè patet, & plerique alij, quos citant.

Quamuis lex 13. titu. 10. lib. 3. fori, quæ est. 7. ti. 11. lib. 5. nouæ collect. solum concederet retractum propinquiori in gradu, illoq; retrahere nolente, aut non potente, denegaret retractum cæteris consanguineis venditoris, lex tñ 73. Tauri, q̄ est 12. nouæ collect. retractum postea ita cōcessit consanguineis vsq; ad quartū gradum, vt si prio res in gradu retrahere nollent, aut non possent, retraherent posteriores; intra idem tñ tempus nouē dierum a celebrato contractu venditionis. Quando aurem duo, aut plures, æquales in gradu ad retractum accedunt, tunc res diuidenda est inter illos, neque senior præfertur iuniori. Ita hī l. 7. nouæ collectio. citata. Quando tamen quis vendidit prædium paternum, si venditor filium habeat, atque etiam fratrem, filium primi possessoris, & ad retractum vterque accedat, præfertur filius venditoris, fratri eiusdem venditoris, patruo talis filij. Ita habetur l. 8. in fine tit. 11. nouæ collect.

Dubiū est, si propinquior venditori in gradu, Dubiū
7 è vita venditione facta decedat, † antequā nouē dies ad retractum cōcessi elabantur, relictoq; hærede extraneo, qui ius retractus alioquin non haberet, an tali hæredi ius retractus nomine, ac loco Decisi.
defuncti conueniat. Neganterq; est respondendum: qm̄ priuilegium illud est mere personale iure sanguinis conueniens, expiratq; cum persona defuncti, neq; ad hæredes trāsit. Ita An. Go. l. 70. Taur. nu. 8. Addit tñ, si defunctus ante mortē eum retractū intentauerat transire ius, & actionem ad hęredem, argō textus in l. posthumus, §. vlt. & l. sequēti. ff. de inoffi. test. vbi hī, siquis nondum præparata querela inofficiosi testamenti à vita decedat, non transmittere illam ad hæredem: si verò decedat querela præparata per litis contestationem, transmittere illam. Argumento item l. vnicæ. C. ex delictis defunctorū, vbi hī, si delinquens è vita discessit lite aduersus eum contestata, competere in solidū actionem aduersus hæredes illius. Consentiunt Faber. & Bar. ab Ant. Gom. citati. Eadē ēt rōne consanguineus propinquior cedere non potest ius retractus cuidam tertio, ut Ant. Gome. cum multis alijs ibidem subiungit. Id quod apertè confirmat l. 7. ti. 11. lib. 5. nouæ collect. quæ ita cauit, si consanguineus propinquior retractum intentet, iurare compellatur, an sibi ipsi rem velit, & q̄ nulla alia vtitur fraude: quòd si retractum intentare non pōt, vt rem alteri vēdat, aut tradat, multò minus cedere alteri poterit ius suum.

8 Dubium † deinde est, si propinquior ingrediatur monasterium bonorum capax, atq. in eo profiteatur, num monasterium loco religiosi, possit retrahere. Neganterque est respondendum, pp Decis.
eandem rationem: quoniam ius personale religiosi, non transit in monasterium. Et qm̄ religiosus ille iam non nollet prædium illud sibi, sed monasterio. quod l. 7. citata denegat propinquiori consanguineo. Ita Ant. Gom. vbi supra nu. 9. Obserua tamen si adhuc ille esset nouitius, competere illi ius retractus, vt rem suorum maiorum sibi ipsi acquirat interim dum illius est capax, esto intēdat relinquere illā postea monasterio, aut cuicunque alteri. Hac eadē ratione ius retractus competit nostris post nouitiatum, emissaque tria vota con-

Digitized by Google

consueta, interim dum professi, aut coadiutores nó sunt: quoniam sunt successionis, ac bonorum capaces, iuxta ea q̃ disp. 139. latè explicata fuere. Postquá verò professi, aut coadiutores sunt, cum neque ipsi capaces sint bonorum, neq. monasterium, aut aliquis alius loco ipsorum, constat ius retractus eis non posse competere.

Dub. 9 Dubium item est, si † monasterium vendat prędium ingressi, quod fuit suorũ maiorũ, an proximiori consanguineo talis religiosi conueniat ius

Decis. retractus. Et q. neganter rñdendum cum eodem Ant. Gom. vbi supra nu. 10. Qm̃ res illa non est iam religiosi illius, sed monasterij, ad quod transiuit: q̃ autem res transiuit ad alienum, isq. illá vendit, locum non habet retractus, vt expressè habetur. l. 15. tit. 11. l. 5. nouæ collect. Quod si venderentur res nouitij, aut in nostra societate eius qui nondum professus, aut coadiutor esset, tunc locum haberet retractus; nisi prius talis nouitius, aut religiosus de nostra societate, eã alicui donasset, aut cum alio eam permutasset, isq. illã venderet: in permutatione enim, & donatione locum non habet retractus, vt patet. l. 7. & 15. citatis.

Quæst. 10 Dubium † præterea est, si consanguineus proximior in gradu, hæres existat venditori prædij suorum maiorum, atq. venditor intra nouẽ dies retractus è vita discedat, nũ. eiusmodi hæres retrahere possit tale prædium. Pars, quæ negat, suaderi pót. Primo, qm̃ hæres venire non pót contra factum defuncti, ẽt si defunctus res proprias hæredis legauerit, aut alienauerit, vt dispur. 196. ex parte dictum est; quare retrahere non pót prædium a defuncto venditum. Secundo, qm̃ talis hæres de euictione teneretur emptori p̃dij illius loco defuncti: eò q actiones, q̃ erant aduersus defunctum, transeant aduersus hæredem, quem aũt de euictione rei alicuius tenet actio, eundem, agentem ad illam obtinendam, repellit exceptio, vt ex l. vendicantem. ff. de exceptionib. & ex alijs iuribus constat. Contrarium tñ est affirmãdum cum Ant. Gom. nu. 10. citato, Gutier. 2. de pract. qq. q. 149. Aries. Pinel. l. 1. C. de bonis mater. p. 3. n. 79. & alijs quos citant. Ratio est, qm̃ retrahendo rẽ à defuncto venditam, non venitur contra factũ, & alienationem defuncti, factum, aut alienationem improbando, quin potius confirmatur, legis priuilegio efflagitando, vt hæres ipse loco primi venditoris substituatur ad perficiendũ cõtractum. Vñ cessat primũ argm̃ in contrarium. Et si mul secundũ: neq. n. in retractu locum habet euictio, cum res non euincatur, quasi venditor non potuerit illá vendere, sed legis priuilegio subrogandus sit secundus emptor: quare neganda est maior secundi argumẽti. Et similiter ꝓbatio illius: neq. n. si venditor viueret, actio illa cõpeteret primo emptori aduersus illum, quæ aduersus hæredem posset transire. Merito Gutier. loco citato hanc sententiam limitat, quando venditor promisisset rem tutam a retractu: tũc enim, cum venditor teneretur ad interesse in euentu, quòd res retraheretur, hæres ad idem onus teneretur, ac proinde retrahere illam non posset.

11 Dubium † vlterius est, an iudex, qui emere non pót, neq. alios contractus in loco suæ iurisdictionis celebrare, tutor, & curator, qui emere nó possunt res minoris ipsis cõmissi, atq. alij similes retrahere nihilominus possint. Affirmáterq. est respondendum cum Ant. Gom. vbi sup. nu. 12. Qñ hi nó sunt principales emptores, sed solũ subrogãtur loco emptorũ principaliũ, constituto prius ꝓtio ab ijs, de q̃b. nulla est sinistra suspicio: quare alij cõtraxerunt, & hi solũ substituũtur ad soluendum pretium, nullo de nouo inito contractu. Decis.

12 Dubium deinde est, si quis † vendat eiusmodi rẽ propinquo remotiori in gradu, an retrahere illam possit proximiori in gradu. Quamuis autem non defuerint, qui neganter responderint, cõiortamẽ, ac vera sententia est, retrahere posse in hoc Castellæ Regno. Ita Ant. Go. vbi sup. nu. 13. Gutier. 2. de prac. qq. q. 150. & alij, quos referunt. Lex quippe. 7. tit. 11. l. 5. nouæ collect. ait, *Todo hombre que heredad de patrimonio o abolengo quisiere vender* (nihil distinguẽdo, num propinquo, vel extraneo) & statim concedit ius retractus soli propinquiori, denegando illum remotiori, etiã si propinquior retrahere non velit. Quamuis postea l. 12. retractum extendant ad remotiores in euentu, qđ propinquiores non possint, aut nó velint, retrahere. Quare intentũ illarũ legum non fuit solum, vt prædium de familia primi possessoris non egrederetur, sed ẽt, vt deueniret ad solum propinquiorẽ, si is posset, ac vellet illud emere. Decis.

13 Dubium † quoq. est, si quis vendidit vni propinquorum in aliquo gradu, vtrum partẽ retrahere possit propinquus in eodem gradu, iuxta legem, 7. citatam, q̃ habet. *Y si dos o mas, la quisieren, si son en igual grado de prentesco, portanto entre si.* Respondentq. affirmanter Ant. Go. nu. 13. citato, & quidam, quos Gutier. vbi sup. q. 151. refert, ac sequitur, atq. Ant. Gom. ita cõsuluisse in quæstione de facto. Ab hac sententia nõ videtur recedendum, tametsi dura sese nobis offerat. Dub. Decis.

14 Vtrũ † aũt si propinquior in gradu interrogetur, num velit retrahere, aut non possit compelli ante terminum nouem dierum elapsum, vt respõdeat, partẽq. alterã eligat. Respondet bene Anto. Gom. vbi supra nu. 14. neganter, qm̃ lex illi tribuit totum id tps ad deliberandum ac retrahendum, qđ iudex non pót ei coarctare. Addit tñ, si semel respondeat, se retrahere non velle, nó posse postea retrahere: quoniã iuri suo cessisse reputatur. Ita probat l. vltim. §. sed ne hac. C. de iur. emphyt. & affirmant Bar. & communis sententia quam Ant. Gom. ibidem refert. Numer. 21. recte Ant. Gom. addit, si propinquiores in gradu ame terminum elapsum declarare non velint, an retrahere intendant, vel non posse remotiores retrahere tunc in euentum, ac sub conditione, si propinquiores non retrahant, argumento l. vlt. C. qui admitti. Numero item. 26. addit, etiam si in præsentia proximiori: consanguinei retrahat remotior, proximiore tacente, posse nihilominus proximiorem retrahere: quia per eam taciturnitatem non censetur cessisse iuri suo.

15 Qñ † plures eiusmodi res venduntur vnico ꝓtio, tunc retrahere non pót proximo consangui-

neus

neus vnam sine alijs: qñ tamen distinctis pretijs venduntur, ita vt intelligatur, quanto pretio vnaquæque earum vendatur, retrahere potest vnam sine alia, aut alijs. Vtrumq. habetur. l. 71. Taur. quæ est 10. tit. 11. l. 5. nouæ collect.

Dub. 16 Dubium† in est, si simul vēdantur res vna patrimonialis, cū alia non patrimoniali vnico pretio, an patrimonialis retrahi possit. Rñdendumque est affirmanter cum Ant. Go. vbi supra. nu. 15. Gutier. 2. de pract. qq. q. 162. Tiraquello, & multis alijs, quos Gutier. citat, non solū qñ vtraque res simul illo modo esset vēdita in fraudem, ne patrimonialis retrahi posset, in quo oēs conueniunt, sed ēt qñ absq. fraude id esset effectum: qđ cum Tiraquello probat Gutier. ex c. constitutus de in integrum restitutione, vbi retractus admittitur pro vna duntaxat parte, qđ totum quod dam venditum erat vnico pretio, & Ant. Gom. ex multis alijs iurib. q̄ citat. Cum aūt, qñ multæ res patrimoniales venditæ simul sunt vnico pretio, integrum sit proximior consanguineo oēs retrahere, mirum non est, q̄ lex Castellæ citata retractum in eo euentu non permiserit rei vnius sine alijs. Qñ verò res vna patrimonialis cum alijs, in quibus retractus locum nō habet, simul venditur vnico pretio, quia in potestate consanguinei non est oēs retrahere, liberum relinqui debuit retrahere posset solam patrimonialē, consentaneè ad varia iura Cæsarea, & canonica. Tunc verò iudicis arbitrio æstimari debet, quantum pretij illius correspondere debeat rei patrimoniali, eoq. pretio retrahi dēt. Qđ si intra nouē dies ad retractū concessos, absolui nequeat æstimatio, ait Gutier. satis esse offerre, qđ retrahens pro illa soluendum iudicauerit, offerendo simul idoneos fideiussores, quòd si plus æstimabitur, id incontinenti soluet.

Dub. 17 Cum dubio† præcedente hoc aliud est annexum, vtrum si quis vendat rem patrimonialē pro certo pretio, & pro re alia simul, vt domū patrimonialem pro octoginta aureis, & equo, qñ iudicanda sit venditio, vt locum habeat retractus, æstimādusq. sit valor rei insuper datæ, & qñ permutatio, locumque non habeat retractus, iuxta l. 7. tit. 11. l. 5. nouæ collect. Dicendumq. est, vt disp. 336. dicebamus, in re proposita, vbi de præiudicio tertij agitur, si pretium valorem alterius rei excedat, esto excessus sit modicus, censendā esse venditionem: si vero valor rei excedat, reputandam esse permutationem. Qñ autem nullus deprehenderetur excessus, standum esset verbis cōtrahentium, vt disputatione citata dictum est, neque contradicit Ant. Gom. nu. 15. citato.

Dub. 18 1. Dubiū † est, si res patrimonialis detur in solutum, hoc est, in recompensationē pro aliquo debito, an locum habeat retractus. Gutier. vbi supra. q. 357. rem copiosè disputat, citatis doctoribus pro vtraque parte. Paucis autem dicendum arbitror, si debitum sit pecuniarium, & res detur in solutum, siue a domino ipso (quod iurisperiti dationem voluntariam appellant) siue iudicis autoritate, facta exequutioni in bonis debitoris, vēditaque tali re in publica subhastatione (quod appellant dationem necessariam) locum habere retractum: quia est vera venditio pro pecunia debita. Ita Greg. Lopez. l. 55. tit. 5. p. 5. verb. vendere, Anto. Gom. l. 70. Taur. nu. 20. Gutier. vbi supra, & plerique alij, quos citant. Rō est, qñ illa est vera venditio rei pro pecunia, q̄ erat soluenda. Concinit. l. si prædium. C. de euictionibus illis verbis. *Non eiusmodi contractus* (quo. s. aliquid in solutum datur) *iuicem uenditionis obtinet*. Esto aūt debitum non sit pecuniarium, si tñ eiusmodi patrimoniale prædium vendatur, ēt iudicis autoritate in publica subhastatione facta exequutione in bonis debitoris, vt ex pretio satisfiat pro debito iuxta æstimationē rei, q̄ alioquin erat præstanda, habet locum retractus, ēt si is, qui emit, si creditor ipse, q̄ licitauit, &, q̄ nō fuerit alius, qui plus pretij dare vellet, ei sit eo modo vendita. Ita hī expressè l. 70. Tauri, q̄ est 9. tit. 11. lib. 5. nouæ collect. q̄ sic habet. *La ley del fuero, que habla cerca del sacar el pariente mas propinq o la cosa vendida de patrimonio por el tanto, aya tambien lugar, quando se vendiere en el almoneda publica, aunque sea por mandamiento de Iuez*. Rō aūt est perspicua, qñ ibi duo contractus intercueniunt, vnus est formalis venditio rei pro pretio, in quo non est cur locum non habeat retractus: aliter verò solutio ex eo pretio debiti præteriti; qui est cōtractus distinctus; longeque diuersus. Qñ autem res patrimonialis daretur in solutum pro re, quæ non erat pretium, vt pro equo debito pro alio prædio debito, pro aliquibus tritici modis debitis, non facta prius venditione talis prædij patrimonialis, tunc locum non haberet retractus: quia esset vera permutatio, in qua, vt hī l. 7. tit. 11. lib. 5. nouæ collect. locum non habet retractus. Idem dicerem, qñ patrimonialis res daretur pro re, q̄ non est pretium, ita vt esset cōtractus innominatus a permutatione distinctus, vt si patrimoniale prædium daretur pro seruitijs præstitis pro quibus pretium nō erat taxatum, aut pro alia simili re. Rō est, qñ retractus solum habet locum in vēditione. Neq. verum est, qđ Gutier. q. citata ait nempe lege 7. tit. 11. solam permutationem excipi a retractu inter contractus. Imò verò in sola venditione iuribus omnibus Castellæ cōceditur retractus, vt pspicuè leges illas consulenti liquet: cum aūt retractus iure cōi, vt videbimus, denegetur non plus est extendendus in Castella, q̄ legibus illius comperiatur concessus. Illud aūt, qđ de pmutatione l. 7. citata est additū, pspicuè non est exceptio, siquidē nihil fuerat antea dictum, qđ permutationē comprehenderet, sed est exemplum, atque explanatio; quòd, quando contractus non est vēditio locum non habeat retractus.

19 Qñ † patrimoniale prædium credito venditur, locum habet retractus intra nouem dies a celebrato contractu, tenebens tamen non tenetur soluere pretium intra nouem illos dies, sed satis est, si illud soluat in termino priori emptori concesso. Teneturque tamen intra nouem illos dies præstare coram iudice idoneos fideiussores, quòd in eo termino pretium soluet. Ita habetur l. 72. Taur. quæ est. 11. tit. 11. l. 5. nouæ collect. De hac re Ant. Gom. vbi supra nu. 22.

Ita

ita nouem dies ad retrahendum concessi sunt in hoc Regno, vt si minor, et si pupillus sit, vel absens, intra illos non retrahat, postea, nec beneficiũ restitutionis in integrum, nec resecatio, seu detractio tpis illius ei concedatur. Potest vero tutor, aut curator, noĩe minoris intra nouem illos dies id retrahere. Hæc expresse habentur l.8. tit.11. libr.5. nouæ collec. Quamuis aũt non defuerit, qui minori ex alio capite beneficium restitutionis in integrum concedendũ censuerit: id tñ copiosè, & rectè refellit Gutier. vbi supra q.159. estque apertè contra l.8. citatam. Cessante vero dispositione huius legis locum haberet restitutio in integrum vt ex c. constitutus de integr. rest. constat.

Quæst. 20 Dubium est, an † nouem dies ad retrahendum concessi incipiant a tempore cõtractus venditionis celebrati, ac perfecti, an verò à tpe traditionis rei venditæ. Ant. Gom. l.70. Taur. nu.16. & 17. incipere arbitretur, non a tpe contractus celebrati, sed a tempore traditionis, non per actũ fictum, sed per actum verum, ac naturalem traditionis. Excipit, nisi venditio in publica subhastatione fiat: nam tunc fatetur incipere a tpe *del remate*, venditionis vo perfectæ, neque expectandum esse tẽpus traditionis, vt expresse habetur l.70. Taur. quæ est 9. tit.11. lib.5. nouæ collect. Vbi, cum sermo esset de venditione in publica subhastatione iudicis autoritate, post verba, quæ ex eadem lege paulò ante retulimus, additur. *Y los nueue dias, que dispone la ley del fuero, se cuente en este caso desde el dia del remate.* In hac eadem sntia, quatenus affirmatur dies numerandos esse a tempore traditionis consentiunt alij, quos idẽ Ant. Gom. & copiosius Gutier. 2. de prac. qq. q.152. citant.

Ducuntur primo, qm̃ idcirco retractus eis legibus conceditur, ne res exeat de genere, seu de familia vendentis: sed ante traditionem res non dicitur alienata, nec proinde exire de familiã, vt cõstat ex l. alienatum. ff. de verb. signific. cuius verba sunt. *Alienatum non propriè dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet, venditum rectè dicitur.* Confirmatur, quoniam non à tpe venditionis, sed traditionis, transit dñium rei venditæ in emptorem, vt patet l. traditionibus. C. de pact. & alijs iuribus sæpèque in præcedentib. dictum est. Secundò, qm̃, si non a tpe traditionis, inciperent dies illi facilè venditionis notitia non deueniret ad consanguineum qui retrahere deberet: quin potius fieret secretè venditio solo verbo, idque dolo ne deueniret notitia ad consanguineum contractusque manifestaretur post nouem dies elapsos: & cum scientia propinqui necessaria nõ sit vt aduersus illum nouem illi dies præscribantur; facilè deluderentur propinqui, ne retrahere possent, quod præsumendum non est conditores legum retractus intendisse.

Contraria sententia cõmunior est, atq; in praxi recepta, quod Anto. Gom. non diffitetur. Eam amplectuntur Couar. 3. var. res. c.11. nu.2. Lassarte de decim. vend. c.3. nu.4. Gutier. q.152. citata, & plurimi alibi quos referunt, eademque nobis probatur. Quoniam Hispana iura, quæ retractũ intra nouem dies concedunt, illos computandos esse a venditione consummata sæpe affirmant, & numquam a traditione: venditio autem mutuo consensu perficitur ante traditionem, vt disputa. 337. copiosè ostensum est. Legere apud Gutier. vbi supra licebit varia iura Hispana, quorum verba expendit, quæ perspicuè hanc sonant sniam.

21 Dubium † est, quando contractus venditionis, iuxta ea quæ disputatione citata dicta sunt, suspenditur vt scriptura perficiatur, an ante scripturam confectam incipere censendi sint nouem illi dies a tempore mutui consensus. Gutier. vbi supra affirmat. Mihi verò contrarium videtur verum: quoniam, cum vsque ad scripturam confectam contractus non sit perfectus, immò verò sit suspensus vt scriptura perficiatur, integrumque vtrique contrahentium sit ab illo discedere, non video, cur dies illi ante scripturam confectam incipere sint censendi. Ant. Gom. 2. tom. vari. resol. c.2. nu.27. a scriptura confecta incipere affirmat, tametsi remittat se ad ea, quæ l.7. Taur. de retractu dixit; in quo parum sibi constare videtur: nisi dicas, & illum etiam euentum excipere: eò quòd quando publica scriptura confecta est, satis potuit deuenire ad notitiam propinquorum: sicut quando venditio in publica subhastatione perficitur.

Primum argumentum pro opinione Antonij Gomezij si vllas haberet vires, concedere deberet illius autor, etiam a traditione per actum fictum incipere eos dies: eo quod actus fictus ad alienationem sufficiat, immò & ad comparandam possessionem vna cum dominio. Item cum, quando venditio in publica subhastatione perficitur, alienatio ante traditionem facta non sit, perspicuè constat, intentum conditorum legum Castellæ non fuisse, vt dies illi non inciperent ante alienationem prædij patrimonialis consummatam. Dicendum ergo est, licet intentum illorum legumlatorum fuerit concedere retractum, vt si propinqui vellent, res in familia retineretur, non tamen illum concessisse, nisi intra nouem dies a venditione consummata.

Ad secundum dicendum est, nouem illos dies incipere a venditione palã consummata, aut manifestata, ita vt quamũ est ex cõsummationis modo, ad aliorum notitiam deueniat: quare si inter solos contrahentes venditio fiat, cæteris id ignorantibus, dies currere nõ incipient, & multò minus currere incipient, quando fraude contrahentium ita venditio fuit consummata, vt ad propinquorum aures deuenire non posset, vt cũ Tiraqu. & alijs, rectè Gutier. ait. Atque hinc soluitur argumentum, quod ex verbis legis 9. supra relatis confici potest, mirorque ab autoribus contrariæ opinionis non fuisse confectum. Cum enim l. dicat. *Y los nueue dias, que dispone la ley del fuero se cuenten en este caso desde el dia del remate*, innuitur, argumento a contrario sensu, in alijs euentibus non computandos a consummata venditione, sed a traditione. Dicendum tamen est, quod quia in eo euentu non poterat celebrari contractus ita, vt ex celebrandi modo deuenire non posset notitia ad propinquos, idcirco fuis-



Digitized by Google

se addita verba illa, ad innuendum in alijs venditionibus, nisi palam consummarentur, aut post consummationem palam manifestarentur, non incipere dies, nisi a tempore manifestationis.

22 Dubium † deinde est, an nouem dies, ad retractum concessi cõputandi sint de momẽto in momentum, ita vt si venditio perfecta fuit die Lunæ hora tertia pomeridiana, nouem dies finiantur die Mercurij hebdomadæ sequentis eadem hora: an verò cõputandi sint dies a media nocte in mediam noctem: id quod duobus modis põt intelligi; vel computãdo inclusiuè terminum a quo, ita vt in exemplo proposito dies finiantur die Martis in confinio mediæ noctis diuidentis diẽ Martis a die Mercurij, iuxta morem Romanorũ supputando dies, vt habetur l. more Romanorum. ff. de ferijs, vel computando exclusiuè à termino a quo, ita vt in exemplo proposito excludatur dies Lunæ, & dies finiantur die Mercurij in confinio Mediæ noctis diuidentis eum diem a die Iouis.

Gl. c. statutum verb. numerandũ de præb. libr. 6. quam multi amplectũtur, quos Tiraq. de vtroque retract. tit. 1. §. 1. gl. 11. num. 16. & seqq. refert ac sequitur censet. Qñ apponuntur eiusmodi præpositiones A. Ab. Ex. denotantes terminũ, a quo fieri dẽt supputatio, & dr, intra nouẽ dies, v.g. a die venditionis, ex die venditionis, ab emptionis die, excludendum esse diem termini a quo, & cõputandos esse nouem dies sequentes, ita vt in exẽplo proposito dies finiantur in confinio mediæ noctis diuidentis diem Mercurij a die Iouis. Ducuntur hi autores, quoniam præpositiones illę ex proprietate sermonis exclusionem termini a quo significant, perindeq; est, ac si diceretur, intra nouem dies post diem venditionis.

Iuxta hanc doct. Gutier. 2. de prac. qq. q. 154. censet, nouem dies ad retractum in hoc Regno concessos, supputandos esse a die emptionis exclusiuè, hancq; affirmat esse cõiorem sententiã. Neque alio ducitur fundamento, quã traditæ doctrinæ, & quia l. 70. Taur. quæ est 9. tit. 11. lib 5. nouę collect. agens de venditione in publica subhastatione ait, *Y los nueue dias, que dispone la ley del fuero, se cuente en este caso desde el dia del remate.* Ecce, inquit, a die perfectæ venditionis dixit, ac proinde excludendus est dies ille a supputatione nouem dierum. Ea aũt lege arbitratur exponi ea in parte antecedentes leges, ex quibus contrariũ, vt referemus, colligi videbatur. Citare ét potuisset antiquiorẽ l. 15. eiusdẽ tituli, quæ est Hẽrici secundi, & habet. *Que los demanden desde el dia que la uenta fuere hecha hasta nueue dias.*

Ant. verò Gom. l. 70. Taur. n. 25. supponẽs tãquam indubitatum, supputandũ esse diẽ perfectę emptionis, aut factæ traditionis, solũ qrit, an sermo sit de diebus naturalibus, ita vt, in exẽplo proposito nouem dies finiantur in confinio mediæ noctis diuidentis diem Martis a die Mercurij, an vero sermo sit de diebus supputatis a puncto in punctum, ita vt finiãtur die Mercurij hora tertia pomeridiana. Amplectitur verò scdam hanc partem, cũ multis alijs, quos Gutier. vbi supra citat. Atq; hæc sñia placet. Primo, qm oẽ tps regulariter, seu vbi ex iure aliud non colligitur, & oĩs terminus, atq; dilatio legalis, supputatur a momento in momentũ, ita vt noie cuiusq; diei pscripti, aut concessi, intelligantur 24. horæ integræ, a die termini a quo inclusiue, iuxta initiũ supputationis in eo die pscripti, vt si dicatur, a die emptionis, a die electionis, latæ sñiæ, &c. Ita probãt l. 3. §. minoré. ff. de minorib. l. patet. ff. ad l. Iuliam de adult. l. eos qui. §. fin aũt. C. de appellat. & l. 2. §. dies. ff. qñ appellandum sit, & affirmãt doct. ibi, idq; hét proprietas sermõnis, mosq; supputandi consuetus: neque terminus a quo excluditur, qñ est quippiam diuisibile, vt dies mensis, annus, aut res alia, in cuius parte cernitur id, cuius in supputando hẽ ratio, Vt natiuitas, appellatio, electio, emptio, &c. Vnde diximus febrim tertianam, & quartanã, quæ a fetio in tertium diẽ, aut a quarto in quartum, reuertitur. In re aũt, de qua disputamus, est efficacissimum hoc aliud argumentũ, a quo sane nõ expediunt autores contrariæ sñiæ. Concedunt. n. si lex dicat, intra nouem dies a venditione cõsummata, dies supputandos esse a puncto emptionis consummatę, eo q terminus a quo qui excludendus in supputando est, non sit dies emptionis, sed emptio ipsa, a cuius consummatione punctõ incipit decurrere tempus nouem dierum: at verò l. 7. tit. 11. lib. 5. nouæ collec. quę est prima, quæ de retractu lata fuit, sic habet; *Si despues que fuere vendida hasta nueue dias viniere, y diere el precio porque es vendida, ayala.* Ecce, dixit, vsque ad nouem dies post venditionem consummatam, & non post diem venditionis, aut a die venditionis. Et l. 8. sequenti, quæ, ab Henrico I. anno 1473. lata fuit, atq; lex *de Nieua* idcirco appellatur, q in eo oppido lata fuerit habetur. *Porende declaramos, y ordenamos y mandamos, que los nueue dias contenidas en la dicha ley del fuero, para que el mas propinquo saque la heredad vendida, corran contra los menores de veinte. y cienco años, &c.* Et infra, *Y que aya lugar cõtra ellos esta prescripcion de los dichos nueue dias, y que a la letra se guarde la dicha ley.* Respondet Gutier. eas leges declaratas fuisse postea leg. 70. Tauri, quæ est 9. in eo. titu. At certè lex illa effigiem nullam habet declarationis, ac restrictionis præcedentium: neque aliud ius ea in parte fuit post eam legem, & ante eam legem. Præterquàm autem, quòd lex ipsa ad eum solum euentum restringit eam dispositionem, dicens; *Y los nueue dias, que dispone la ley del fuero se cuenten en este caso desde el dia del remarte,* certè; Hispana phrasi, quin & latina, idem est *del dia del remarte,* ac *desde del remarte*, & id concipit, qui eam legem audit. Adde, iuxta opinionem doctorum, quos impugnamus, plus quàm nouem dies concedi in hoc Regno ad retractum: cuius contrarium sonant leges ipsæ, & habet vsus loquentium.

Decis.

Illud tamen obserua, si ob autoritatem glossæ citatæ, & ob multitudinem doctorum, qui illam sequuntur, videris alicubi consuetudine præscripta esse receptũ, vt in aliquo euentũ dies termini a quo excludatur, standum esse cõsuetudini, quę

interpres

Digitized by Google

interpres est legum, vim quæ legis habet. In re autem, de qua disputamus, cum doctores nostri temporis contrariè sentiant, ipseque Gutier. difficilè fateatur rei huius definitionem, nihilq; in ea esse certum, censendum omnino est, non esse consuetudinem præscriptam, quæ diem illum excludendum esse habeat.

23 Dubiū † præterea est, nonē dies ad retrahendum concessi, qñ incipiant in venditione sub cōditione in futurum pendente, vtrū à puncto celebrati contractus, an verò à puncto cōditionis impletæ.

Suaderet aūt pōt, incipere ante conditionē impletam, statim a celebrato contractu. Primo, quia ñ qñ sñia lata est sub conditione, statim à lata sententia incipiunt dies ad appellandum cōcessi, & non à puncto conditionis impletæ, vt constat l. 1. §. biduum. ff. quand. appell. sit, & ibiduum. 21 q. 6. ergo idem erit diebus ad retrahendum concessis, sit venditio sub conditione sit facta.

Secundò, quia in contractibus conditionalib. attenditur tempus, quo celebratus fuit, non verò conditionis impletæ, vt hīt lex: si filiusfamilias in prin. ff. de verb. obli. & alijs iuris. Est verò cōtractus conditionali statim perfectus, vt pater. l. necessario. §. si ita res. ff. de pact. & comm. rei vend. vbi gl. ait, non licere alterū contrahentium inuito altero a contractu discedere: ergo in quo dies retractus à tempore celebrationis computandi sunt: q

Tertiò, quia, si postea impleatur conditio, retrotrahitur ad tempus celebrati contractus, vt dixi disp. 337. variis iuribus ostendimus: ergo retrotrahetur effectus omnis illius contractus, ac proinde consanguineus retrahere iam non poterit: eò qñ, in consequentiam fictionis, transactum sit iam tempus nouem dierum ad retrahendum concessum. His rationibus Guido Papæ, & quidā alij, hanc partem sunt amplexati.

Contrarium tñ, nempe dies illos non incipere, nisi à puncto conditionis impletæ, affirmatiua communis doctorum sñia, quam referunt, ac sequuntur Couar. 3. var. resol. 1. n. 1. Ant. Gom. to. 2. Taurin. tit. & Gutier. de pact. qq. q. 153. idque nobis est amplectendum. Ratio aūt est, quoniam vt dispu. 337. dictum est, quamuis ex conditione conditionatarius in spe oriatur & obligatio, vt neutert contrahentium pendente conditione discedere possit à contractu inuito altero; nō est tamē perfectus contractus ante conditionem impletā, vt habetur l. hæc venditio. ff. de contrab. emptio. cum ergo dies retractus non incipiant, nisi a venditione perfecta; consequēs profectò est, vt à puncto conditionis impletæ sint computandi, & non antea.

Ad primum argumentum in contrarium, concesso antecedente, neganda est consequentia: quoniam eo ipso, q sñia sub conditione est lata, incipit iudex grauare partem, aduersus quam fertur, eaq; de causa incipit ips ad appellandum cōcessum, vt ait glo. l. 3. §. 1. verbo. experitur. ff. quod quisq; iuris, & affirmant doctores cōiter: non verò reperitur quid simile in venditione conditionali prædij patrimonialis.

Prior pars antecedentis secundi argumenti ve-

ra est, sed impleta prius conditione, quæ retrotrahitur iuris fictione ad ips celebrati cōtractus. Vnde, si filius sub conditione contraxit, qñ acquirebat patri, conditioq; impleatur, postquam est sui iuris, ex eo contractu acquiritur patri: quoniam, impleta iam conditione, spectatur tempus celebrati contractus, & non conditionis impletæ, vt habetur illa l. filiusfamilias in princ. Posterior antecedentis pars neganda est, qñ conditio pendet in futurum, venditioq; propriè, ac expressè est conditionalis: at verò l. necessario. §. si ita res, sermo est de venditione mācipij, si nauis ex Asia venerit, siue non, quòd distinctum non est conditio pendens in futurum, sed necessaria. Quod autem glo. ibi ait, verum est, etiam in conditione pendente in futurum.

Ad tertium, concesso primo antecedente, concedenda ōnino erit prima consequentia, si sermo in consequente sit de omni effectu, qui est proprius effectus contractus: ips autem ad retrahendū post venditionē perfectam non est effectus venditionis, sed beneficium, ac priuilegium legis, q concessisse censetur, venditione iam verè in re perfecta, non verò fictione iuris per retrotractionem conditionis ad tempus celebrati contractus: quare negāda est tacita vlterior consequentia.

Traquellus de vtroq; retractu censuit doctrinā traditam limitandam esse, nisi ante impletam conditionem venditor rem tradiderit emptori, ita vt ad consanguineī notitiam ea traditio peruenerit: tunc enim cessat tempus ad retrahendum concessum, incipere à traditione dicta impletam conditionem; eò quòd, vt disputatione citata ex Bartholo l. dotis fructus. §. vlt. nuda l. 52 sequenti, fideiussorum dictum est, per traditionem illam transferatur dominium. Atq; hæc limitatio confirmari potest ex cap. per vras de conditionibus appos. vbi sponsalia conditionalia pro nullo habentur, subsequuta copula, atque adeò corpus ex traditione transisse in matrimonium, eò qd per copulam illam cessisse censeantur sponsalia conditione, quæ adhuc in futurum pendebat. Cōtrarium tamen dicendum est cum Couar. 3. var. resol. c. 11. nu. 1. & 2. & cum Gutier. q. citata. Etenim traditio, in re proposita, censenda est fuisse sub eadem conditione, sub qua venditio fuerat effecta, nisi aliud fuerit expressum, velle videlicet recedere à conditione, pureque velle contractum perficere: quare, cum per eam traditionem perfectus contractus non sit, pendente adhuc conditione, consequens profectò est, vt dies ad retrahendum concessi nondum incipiant ante conditionem impletam. Neque quod de sponsalibus ante Cōcilium Tridentinum copula subsequuta adducitur, quicquam cogit. Etenim, cum copula illa absq; fornicationis peccato esse non potuerit, nisi recedendo à conditione, & celebrando matrimonium, præsumitur, iuris & de iure præsumptione, illos intendisse tunc recedere, à conditione, celebrareq; matrimonij contractum: in re autem proposita, cum traditio absque vlla culpa esse potuerit sub eadem conditione, sub qua venditio fuit celebrata, non est quòd

præsumatur recedere intendisse à conditione.

Dub. 24 Petes, vtrũ † si consanguineus, celebrato contractu sub conditione, pendentq; adhuc conditione, retrahere velit offerendo pretium, an efficere id possit sub eadem conditione. Affirmanterque Decis. est rndendũ, atque Tiraquellus ita in Gallia esse consuetudine receptum, & Matien. in Hispanija, vt Gutier. vbi supra refert. Quòd si in iudicio id fecit, seruatis oĩbus ad id requisitis, necessaria nõ erit ratificatio retractionis intra nouem dies a cõditione impleta; alioquin necessaria erit.

25 Dubium † ét est, siquis vendat, ac tradat rẽ cũ pacto, vt redimere illam possit pro eodem pretio intra tm̃, vel tm̃ tps; & proximior consanguineus velit illã retrahere intra nouem dies a celebrato contractu, iuxta leges retractus, & simul intra id tps concurrat venditor ad illam redimendã, quis eorum sit præferendus. Faber. §. 1. Insti. de empt. & vend. asseruit, præferendum esse cõsanguineũ; qm̃, inquit, eo ipso, q venditio fuit perfecta, fuit proximiori consanguineo acquisitum ius ad re-Decis. tractum. Cõtrariũ merito affirmãt Ant. Gom. l. 70. Taur. nu. 18. Tiraqu. & Gutier. 2. de pract. qq. q. 161. ad primũ. Tum quia venditor prius sibi ius reseruauit eam rem redimendi. Tum etiam quoniam iura non aliter proximiori consanguineo ius retractus concedunt, quam sine præiudicio pacti inter venditorem, & primum emptorẽ. Immo verò retrahens subit vicem primi emptoris, teneturq; ad omnia, ad quæ ille vi contractus tenebatur, vt supra dictũ est: eo q retractus nõ sit distincta emptio à prioti, quasi prior rescindat, vt Ant. Gom. vbi supra nu. 35. rectè ait.

26 Cum † præcedenti dubio hoc aliud est cõiunctum, nũ si proximior consanguineus rem tã retraxit, & venditor postea velit illam redimere, teneatne proximior cõsanguineus eam illi dare accepto pretio, pro quo fuit vendita. Pars, quæ negat, suaderi potest, qm̃, vt dum de venditione cũ pacto de retrouendendo inferius erit sermo, videbimus, siquis rem illo pacto vendat, & emptor illam iterum vendat, & tradat alteri, nullo iniũcto ei onere, non tenetur secundus emptor illam tradere volenti eam redimere, nisi aliquid eorũ interueniat, quæ ibidem explicanda sunt. sed solum agit primus venditor ad interesse aduersus primũ emptorem: ergo idem dicendum erit in re proposita. Contrarium tamen est omnino dicendum cum Anto. Gom. nu. 18. citato, & Gutier. in resp. ad primum citati. Ratio est, quoniam retrahens vicem subit primi emptoris remq; priuilegio legis retrahit eo modo, quo vendita fuit, atque cum oneribus oĩbus, ad quæ emptor tenebatur: quare stare tenetur pacto de retrouendendo eo modo, quo primus emptor stare tenebatur.

Gutier. 2. de pract. qq. q. 160. Cum Tiraquello, & Burgo de Pazait. Qñ res vendita fuit pecunia numerata, non satis esse ei, qui retrahere vult, si pretium coram iudice deponat, & deinde requirat, ac citet emptorem, vt tradat rem, sed opus esse intra nouem dies offerre pretium ipsum emptori, & in defectum, quod recipere illud nolit, adire iudicem, & narrare factum, ac deponere pretium de mandato illius, citareq; intra eosdem nouem dies emptorem, vt rem restituat. Lege apud illum ea, quibus ad hoc asserendum ducitur, & formam praxis, quam tradit.

Cou. 2. var. resc. 11. n. 3. Gutier. 2. de pract. qq. q. 161. & alij, quos referunt, affirmant. De stylo huius Regni, qñ facta exequutione in bonis alicuius de iudicis mandato ea in publica subhastatione venduntur, a die *del remate*, hoc est venditionis perfectæ, concedi debitori, cuius ea erãt bona, retractũ, in bonis quidem mobilib. intra tres dies, in immobilibus verò intra nouem dies. Præterea, si ab exequutione, ac venditione sit appellatũ, & præsertim si, in exposito licitatore bona illa in potestatẽ creditoris deuenerunt, aut vili vendita sint, solere a supremis iudicibus concedi, vt intra certum tps, ipsorum arbitrio præfixum, possit reus illa trahere, at tñ sine fructibus, eò qd retractus ille ex gratia concedatur, solutisque expensis exequutionis. Item, si probetur infra dimidiũ iusti pretij bona illa fuisse vendita, intra quadrienniũ potest reus vti remedio. l. 2. C. de rescin. věd.

Hinc iam oritur dubiũ, vtrũ qñ lex 9. tit. 11. Dub.
27 lib. 5. nouæ collec. disponit, vt vendita † re in publica subhastatione, nouẽ dies, q proximiori consanguineo ad retractum conceduntur, supputentur a die *del remate*, intelligenda sit, expectatis prius insuper tot. illis, aut nouẽ diebus, quid de stylo conceduntur reo ad retractum, an non? Castillo, & Matien. quos Gut. vbi supra refert, partẽ amplectuntur, quæ affirmat. Contrarium tñ merito Gutier. ibidẽ affirmat. Tum ob verba expressa legis illius. Tum ét quoniã id nihil oĩno impedit, quominus idẽ reus intra tps sibi concessum, Decis. possit rem retrahere, sicut ab alio, cui in publica subhastatione sit vendita, sic ét a proximioti consanguineo, qui illam retrahisset. Etenim, cum ad consanguineum trans eat cum onere, cui apud primũ emptorẽ subiacebat, vt paulo antea dictũ est, sane reus ius similiter habebit ad illã retrahendũ ex consanguineo, sicut ex primo emptore.

Retractum, de quo hac disputatione loquuti sumus, & de quo sequenti erit sermo, qui peculiares sunt huius Castellæ Regni, & quarundã aliarum regionũ, non reprobat, sed potius approbat, ius canonicũ, c. constitutus de in integr. rest. In lege etiã veteri, vt Leuit. 25. constat, retractus possessionum venditarum inter propinquitatis concedebatur, vt scilicet propinqui venditoris extrahere illas ab emptoribus possent pro eodem pretio iuxta annorum numerum, qui vsq; ad Iubilei annum supererent, quo re possessiones ad pristinos dños reuertebantur. Quamuis autem quondam de iure cõi retractus concederetur consanguineis, & socijs, hodie tamen non conceditur, vt patet l. dudum. C. de contrahen. emption. & l. 1. C. communi diuidendo. Atque idem est de iure Lusitano libr. 4. ordin. tit. 25. Quare de iure communi, & Lusitano, fas est cuique sociorum, & cõsanguineorum eligere emptorem, quem voluerit, neque cæteri ius retractus habent. Additur, in ord. in. Lusitan. consentaneè ad leg. dudum citatam, & ad l. vlt. C. de rebus alien. non alienandi,

si ni-

si nihilominus testator aliquis relinquat hæreditatem, aut legatū alicui, vel aliquis donet, aut vēdat aliquis alicui ea lege, & cōditione, vt alienare illud non possit, nisi fratri, aut propinquiori consanguineo, vel alicui alteri, alienationem esse ipso iure nullā, nisi iuxta legē, seu cōditionē præscriptam fiat. Qñ etiam res ad multos spectat socios, atq; est talis, vt sine dispēdio in partes diuidi nequeat, vt est mancipium, equus molendinū domus, & similia, si sociorum vnus vēdat extraneo partem suam, validam quidem esse vēditionem, nec habere locum retractum: nihilominus socios alios contendere posse, vel cum socio, antequam vendat, vel cum emptore post celebratam venditionem, iudicio communi diuidundo, vt res illi concedatur, siue socius sit, siue extraneus, qui plus iusti pretij pro re tota pollicitus fuerit meliorēve conditionem cæteris socijs obtulerit. Ita hī l. 1. C. com. diuid. & cōsentiunt Lusit. ord. lib. 4. tit. 77. §. 19. vbi statuunt, vt si nihil horum fiat res locetur, ac socijs inter se diuidant redditus. Idō disponitur de hæredibus, qui rem similem diuidendam inter ipsos habent. Quę de socijs hoc loco dicta sunt, ad sequētem disputationem spectabant: propter connexionem tamen doctrinæ hoc loco inserta sunt. Quędam etiam, ad hanc disputationem attinentia subijciemus disputatione, sequēti, eò quod vtrique retractui communia sint.

## De retractu ratione communionis in re cum venditore. Et cōmunia quędam huic, & præcedenti retractui.

### DISPVTATIO CCCLXXI.

#### SVMMARIVM.

1 *Socius habet ius retractus in partē vēditam ab altero socio pro indiuiso: secus si partes essēt diuisæ.*
2 *Retractus, & ius prælationis differunt.*
3 *Retractus iure sanguinis, si concurrat cum retractu iure communitatis, proprietario, & superficiario, quis præferendus.*
*Et quid in emphyteuta, & feudatario. nu. 4.*
5 *Superficiarius si vendat vtile dominium, proprietarius in iure retractus præfertur consorti, & consanguineis.*
6 *Superficiarius concurrens cum consorte, & consanguineis proprietarij vendentis in retractu præfertur eisdem.*
7 *Cōsors, seu cōparticeps si cōcurrat cū consanguineo consortis uendentis in retractu, præfertur illi. Declarat tamen, & intellige, vt ibi.*
8 *Consortis nomine, seu habentis rem cum aliquo pro indiuiso, qui intelligantur venire.*
9 *Consanguineus proprietarij qui rem vendidit vsufructuario, præfertur eidem in iure retractus.*
10 *Vir si constāte matrimonio iure propinquitatis retrahat rem a propinquo suo venditam, an vxor, vel hęredes eius, soluto matrimonio, cōsequi debeant medietatē illius, an solū pretij medietatē.*
11 *Vir si cōstante matrimonio uendat fundū de bonis superlucratis, cuius dominium spectat ad uxorem an uxor possit illum retrahere, tanquam partem habens in eo fundo.*
12 *Emptor si prędiū emit cū fructibus pēdētibus, & a die emptionis pfectæ vsq; ad retractū fructus aliquos percepit, an restituere teneatur prędium vna cū fructib. pceptis, autillorū æstimatione.*
13 *Actio, per quam fit retractus, personalis est, aut in rem scripta, & stricti iuris.*
14 *Restitutio rei plena intelligitur cum fructibus ex restituenda perceptis.*
15 *Alcauala eo ipso, quod emptor rem emit, quæ postea retrahitur, debetur.*
16 *Gabellæ an debeātur ex intermedijs uēditionibus a primo emptore usq; ad retrahētem celebratis.*

IN hoc Castellæ Regno l. 55. tit. 5 p. 5. sancitū est, si aliqui rē habeant ipsis cōem pro indiuiso, vt iurisperti vocant, hoc est, ita vt tota ad omnes pertineat, & pars vna non magis ad vnū, quā ad aliū, spectet, tunc vnumquemq; eorū, antequā res diuidatur, posse quidem vēdere partem suam, tam alijs socijs, quam cuicunq; extraneo (modo tñ iudicium cōi diuidundo, iuxta ea quæ in calce disputationis præcedentis dicta sunt, intentatū non sit, antequam extraneo vendatur) si tamē extraneo vendatur, posse † socios pro eodem pretio illam sibi assumere, quod est habere ius retractus. 1
Quod autem lex illa intelligitur, quando res cōis est pro indiuiso modo explicato; secus āt qñ res ita inter socios esset diuisa, vt vnusquisq; sciret, quę pars ad ipsum spectaret prętereā, quod ex verbis legis illius constāt, affirmant id Greg. Lopez ibid. gl. 2. & Ant. Gom. l. 70. Taur. nu. 27. Confirmat āt id Ant. Gom. ex l. magis puto. §. vlt. ff. de reb. eo, cuius verba sunt; *Cōia prædia accipere debemus, si pro indiuiso cōia sint:* & ex multis alijs in rub. quæ citat. Idem autor ibidē ait, fortè lex illa, 55. intelligenda erat, qñ † tempore contractus concurrebant socius, & extraneus, quasi socius tunc esset præferendus: secus āt, si iam res esset vēdita extraneo, quasi lex illa non concederet retractum, sed ius prælationis. Ac sane id solum vī sonare lex illa. Tametsi postea l. 74. & 75. Tauri, vt mox referremus, verum concedant retractum. 2

Cum autem l. 55. citata de re in genere loquatur, nulla restrictione facta ad rem immobilem, censent Gregor. Lopez ibidem, & Gutier. 2. de pract. qq. q. 165. & alij, quos citant, dispositionem illius legis habere locum in rebus mobilibus, vt in mancipio, aut bestia, cōi, item in vsufructu multis cōi, si aliquis eorum vendat partem suam quo ad commoditatem, iuxta ea quæ disp. 7. dicta sunt, & in actione, aut in quacunq; alia re incorporali multis cōmuni, si quis vendat partē, quæ ad ipsum spectat, tñ si Greg. Lopez & Gutier. fateantur, se numquam vidisse intentatum retractum circa rem mobilem multis communem. Mihi sane placet hæc sententia. Quia tamen leges Tauri, quas statim referemus, quæq; verum retractum concedunt, de solis rebus immobilibus loquuntur, neque integram dispositionem legis 55. citatæ extendunt ad retractum

instar eius, qui iure sanguinis conceditur: certè in rebus mobilibus, ac iurib. seruitutū, actionum, & similibus solum iudicatem admittendum ius prę lationis; vt tempore venditionis socius præferretur extraneo pro eodem pretio, iuxta id, quod lex illa 55. sonat: non autem verum retractum post venditionem eiusdem rerum perfectam.

3 L. 74. Tauri, q̃ est 13. tit. 11. lib. 5. nouæ collec. concurrens † retractum iure sanguinis, de quo prę cedentibus. Tauri legibus habitus fuerat sermo, cum retractu iure cõitatis, vt explanaret, qñ diuersi ad retractum eiusdem rei concurrerent, quis cui esset præferendus, statuit, vt concurrentibus proprietario, superficiario, habente partem integrantē pro indiuiso, & consanguineo proximiori venditoris, ante omnes præferatur proprietarius, post proprietarium superficiarius, post superficiarium prę feratur, qui habet partē integrantem pro indiuiso, vltimumque locum obtineat cõsanguineus venditoris, qñ. s. nullus aliorum simul cõcurrerit. Lex verò 75. Tauri, quæ est 14. tit. 11. citato, insuper addit, quæ de retractu iure propinquitatis quo ad oblationem pretij intra nouem dies a perfecta venditione, & quo ad alia, legibus præcedentibus in eodem tit. à l. 7. dicta sunt, atque a nobis disputatione præcedente sunt explanata, similiter habere locum debere, seruandaque esse, in retractu prædij iure communitatis.

Ex doctrina harū duarū legū colliguntur, atq; intelliguntur multa, ex quib. via pandit ad multas, valdeque difficiles, ac controuersas qõnes diluendas. Primū est, q̃ † de superficiario dicuntur, 4 longè maiori cum rõne esse similiter intelligenda de emphyteuta, & feudatario, qui non solū superficiei hẽnt vtile dñium vt superficiarius, sed etiã soli, vt vtrumque disp. 10. explanatū fuit. Item q; quodcunq; minus ius, q̃ superficiarij, non sufficere ad retractū Castellæ legibus. Ea. n. rõne lex illa superficiarij meminit, & non emphyteutæ, aut feudatarij, neque minoris iuris, q̃ superficiarij, vt intelligeretur, quodcumque maius ius, argumento a minori ad maius cõprehendi, & quodcumq; minus excludi: eo ꝙ, qui minus ius, q̃ perpetui superficiarij, aut emphyteutæ, hẽt, partē dñij habere non dicatur, saltem ita vt ad proprietarium vi contractus nõ sit reuersurus: quod dico pp vsufructuarium qui, vt q. 3. dictū est, dñium vtile hẽt rei, qua fruitur, sed qđ cum ipsius morte sit finiẽdum, consolidãdumq; cũ proprietate, deficiatque multũ ab vtili dñio simpliciter, quale est emphyteutæ, feudatarij, aut superficiarij. Hinc sequitur, nullum ius, cui seruitus in pdio alieno rñdeat ét si vsusfructus id sit sufficere ad retractum, si prædium illud vendatur: neq; item si tale ius, aut cõmoditas ex eo iure vendatur, dñm prædij posse illud retrahere, vt de vsufructu, de quo plus videbatur, affirmant Ant. Gomez l. 70. Tau. nu. 32. & duobus sequẽtibus, Couar. 3. var. resc. c. 11. nu. 4. Gutier. 2. de pract. qq. q. 157. & q. 166. & alij, quos referunt. Atq; hinc est, ꝙ qui vsumfructum prædij alicuius hẽt, nõ dicatur simpliciter habere partem dñij prædij illius, sed dominium totum ad solum proprietariũ dicatur simpliciter pertinere, vt constat ex l. rectè dicimus. ff. de verb. sign. cuius verba sunt: *Rectè dicimus eũ fundũ totũ nostrũ esse ét, cuius vsusfructus alienus est: quia vsusfructus non dominij pars, sed seruitutis* (intelligę, pars subiectiua,) *vt via, & iter. Nec falsò dicitur meũ esse, cuius non põt vlla pars dici alterius esse.* Hæc ibi. Idem cõfirmat Ant. Gom. nu. 32. citato variis aliis iuribus. Quando ergo, lex 4. ff. de vsufructu, & alia iura dñt vsumfructum in multis casibus esse partem dominij, intelligenda sunt, qñ vsusfructus est ppetuus; vt in pperuo superficiario, emphyteuta, & feudatario, est q; sermo in eis iurib. de parte integrante dñium rei plenum, vna cum dñio proprietatis, vt disp. 3. explicatum fuit: vsusfructus verò non perpetuus, non dr simpliciter pars dñi, sed sm quid. Ex dictis sequitur, superficiarios, feudatarios, & emphyteutas, perpetuos dici simpliciter dños prædiorũ, quo ad vtile dominium, in quibus id ius habent; ac proinde, qñ vendunt sua iura, vere, ac propriè dici vendere prædia illa, quo ad vtile ñi dominium: sicut ét proprietarius vendens illa simpliciter diceretur, si solam proprietatẽ vẽderet: fructuarius tñ, aut qui aliam seruitutẽ haberet, esto ius suum, aut cõmoditatem venderet, non diceretur vendere prædium: id quod ex cõmuni loquentium vsu cõstat. Quare, cum ius retractus in hoc Regno 1 solũ habeat locũ in prædijs venditis, consequens est, vt qui solum hẽt vsumfructum, aut minus ius, esto illud vendat locus non sit retractui. Sequitur prętera, omnino probandam in hoc Regno esse Couar. opinionem 3. var. resc. c. 11. nu. 3. cum Ferrono, & alijs, quos Gutier. 2. de pract. qq. q. 145. refert, & cum qua consentiunt Anton. Gom. l. 70. Tauri n. 31. & sequentibus, & Aluar. Vasc. de iure emphy. q. 17. nu. 13. nihil impediente, ꝙ cõiectura sit in contrarium, quã immerito in hoc Regno amplectitur Gutier. q. 145. citata, nempe locum esse retractui in emphyteusi ppetua, si vẽdatur, esto Ecclesiastica illa sit. Cum. n. l. 74. Tauri, q̃ est 13. tit. 11. lib. 5. nouæ collect. retractum cõcedat superficiario, si pprietarius pdium vendat, pferatq; superficiarium consanguineo ppinquiori proprietarij, itemq; concedat retractum proprietario, & in defectum illius cõparticipi in vtili dñio superficiei, atque, in huius defectum, consanguineo ppinquiori superficiarij si superficiarius dñium suum vtile vendat, vt ex ea lege perspicuè constat; vtiq; longè maiori cum rõne hæc eadem ex præscripto eiusdem legis censenda sunt locum habere in emphyteuta, & feudatario perpetuis: quippe cum lõgè maius sit ius emphyteutæ, & feudatarij, in prædio quam superficiarij.

5 Secundum est, si † superficiarius vendat vtile dominium, quod in solo alieno habet, dominum directum eiusdem soli posse id retrahere intra nouem dies, præfertimque in retractu habenti partem in eadem superficie, & consanguineis proximioribus talis superficiarij, vt ex l. 13. citata constat. Obseruat tamen optimè Anto. Gom. nu. 31. citato, id intelligendum esse, quãdo superficiarius non soluebat annuam pensionem, sed superficiem sine onere pensionis a proprietario accepetat

fat titulo emptionis, donationis, permutationis, aut alio simili. Si.n. annuam pẽsionem, soluebat, emphyteutæ æquiparatur, vt cum Bar. & cõi doctorum sñia, Ant. Gom. ibidem affirmat, atque à nobis disp. 10. dictum est. Quare, sicut emphyteuta vendere non potest dñium suum vtile irrequisito proprietario; & proprietarius tunc longè maius ips habet ad deliberandum, an velit dominiũ illud vtile pro eodem pretio, quod emphyteutæ offertur, vt suo loco dicemus; ita idem prorsus in eo euentu est de superficiario dicendum. Peracta tamen omnino venditione superficiei, emphyteusis, aut feudi, si proprietarius eam non vellet pro eodem pretio, tunc retrahere illam possunt primo loco comparticipes, si qui essent in illa, & secundo propinqui venditoris.

6 Tertium est, † si proprietarius vendat suum directum dominium, superficiarium posse illud retrahere, pferturque, non solum propinquiori venditoris directum dominium, sed ét habenti partẽ in directo dñio prædij, cuius ipse est superficiarius, si ad retrahendum concurrant. Ita disponit apertè l. 13. citata, & affirmat Ant. Gom. nu. 31. citato. Idemq; omnino est dicendum de emphyteuta, & feudatario, si proprietarius suum directũ dominium vendat, vt ex eadem lege, argumento a minori ad maius, apertè colligitur.

7 Quartum, si vnus † habentium partem in re ꝓ indiuiso illam vendat, comparticipem habere retractũ, & prẽferri consanguineo, vendentis: quod intelligendũ est, ét si pars superficiei, aut emphyteusis, vendatur; retrahit. n. qui habet aliã partẽ; ei tñ præfertur proprietarius, vt dictum est. Vt autẽ aliquis comparticeps dicatur, retraherecq; possit, satis est, si quamcunque partem, etiam minimã, habeat, vt cum Baldo notant Anton. Gom. l. 70. Taur. nu. 27. Greg. Lop. l. 55. tit. 5. par. 5. ver. *que han en ella parte*, & alijs, iuxta l. vni. §. his itaque. C. de communi ser. manum.

8 Duo hoc loco obserua. Vnũ † est ꝓprietariũ, & emphyteutã, aut feudatariũ, vel superficiariũ, in hoc sensu dici posse rei eiusdem dños, seu condominos, pro indiuiso, ꝙ vnusquisque eorum est dñs totius rei, totalitate rei, cuius habent dñium, sed partialitate dominij, quia aliter ac aliter vnusquisq. eorum est dñs totius illius rei, videlicet vnus dñio directo, & aliter vtili, quæ duæ partes ita integrant vnum plenũ dñium, vt singulæ sint comparatione totius rei. Alio ét modo dicuntur aliqui domini eiusdem rei pro indiuiso, quia. s. vnusquisque eodem dñij genere est totius rei dñs, sed si mul cum alio, ita vt res quæ ad partes integrantes, aut æstimationem, sit inter vtrumq; diuidenda, quo pacto cohæredes, & socij domini sũt bonorum hæreditatis, aut quæ in societate possident, anteq̃ inter eos diuidantur. Quia ergo, qui rei pro indiuiso sunt dñi, totius rei domini sunt, tametsi non totaliter dominij totalitate, non immerito iurisconsulti dubitarunt, an appellandi essent dñi totius, an partis. Vnde l. rectè. §. vlt. ff. de verb. sig. Paulus iurisconsultus controuersiam hanc refert inter Quintum Mutium, & Seruiũ, dicens: *Et est verius, quod Q. Mutius ait, partis appellatione rem pro indiuiso significari: nam ꝙ pro indiuiso nostrũ sit, id non parte, sed totum esse; Seruius nõ eleganter partis appellatione vtrũq. significari.* Quia itaq. in vtroq. gñe explicato cernitur rei dñium pro indiuiso, iura Castellæ retractum in vtroque gñe statuerunt. Cæterum quia pars magis præcipua est dñium directum, quam vtile, ius prælationis tribuerunt dño proprietatis comparatione eius, qui solum dominium vtile haberet: post dñm verò proprietatis, tribuerunt prælationem ei, qui partem in dominio vtili haberet, comparatione propinqui venditoris.

9 Alterum obseruandum eiusmodi est. Si † dñs proprietatis rem ei vendat, qui in ea hẽt vsumfructũ, ita vt vsufructus cũ proprietate in emptore cõsolidet, cõcedi qdẽ propinquiori cõsanguineo venditoris ius retractus, solũ tñ quo ad id, quod fuit vẽditũ, vt ex se est notissimũ: quare vsusfructus manebit apud emptorem, vt antea erat. Ita An. Go. l. 70. Tau. n. 34. & Co. 3. va. res. c. 11. n. 7.

10 Dubium est, si vir constante † matrimonio iure propinquitatis retrahat rẽ a propinquo suo vẽditã, an vxor, vel hæredes illius, dissoluto matrimonio, obtinere debeant medietatem illius, an solum pretij medietatẽ, si ad bona superlucrata id pertineat inter vtrumque coniugum diuidenda. Ant. Gom. l. 70. Taur. nu. 28. merito ait, posse virum, aut hæredes illius, rẽ totã sibi retinere. Qm̃ retractus in eo euentu concessus est, vt apud virũ tanquã de familia venditoris, aut progenitorũ illius, permaneret: atq. ita p epicheiã non dubito leges retractus esse intelligendas. Lege alia, quib. Ant. Gom. id confirmat. Verum tamẽ tunc licet Anto. Gom. dicat, solã pretij medietatem elargiendam esse vxori: fortasse tñ commodius diceretur, elargiendã esse medietatẽ æstimationis rei illius tpe dissoluti matrimonij: qm̃ id ad medietatẽ lucrorum tunc repertorum attineret. Si aũt iure retractus intuitu vxoris aliquid similiter esset extractũ cõstãte matrimonio: vt qa vxor propinquior erat venditoris, aut partem in re vendita habebat quo ad sua bona dotalia, aut paraphernalia: tunc similiter res tota spectaret ad vxorem, hæredesve ipsius, & non ritus, aut hęredes mariti, accipere deberent medietatem æstimationis illius. Lege quę hac de re disp. 433. adduntur. Dub. Decis.

11 Dubiũ † pcedenti annexũ est. Si vir cõstãte matrimonio vendat fundum de bonis superlucratis, cuius dñium eo ipso spectat ad vxorem, aut vxor possit illum retrahere tamq̃ partem hñs in eo fundo. Dicendumq. est cum Grego. Lope. l. 55. tit. 5. par. 5. verb. *comunalmente*, Gutier. 2. de prac. qq. q. 163. & alijs, quos citant, quãuis vxor dñiũ, & possessionem simul cum viro habeat in eo fundo tamq̃ vere socia in lucris, quicquid in contrarium alij dixerint: nihilominus, quia administratio tota, & libera alienatio eorũ bonorũ, vt cõia vtriq. cõiugum sunt, ad solum maritum in hoc Regno constante mrimonio spectat, vxorẽ nõ hre retractum, ét si fundus constante mrimonio sit venditus, & dũ dissoluitur mrimonium nõ sit traditũ: qm̃ ad æs alienũ, constante mrimonio, contractũ tunc, spectaret, quod ante omnia esset soluẽdum, Dub. Decis.

& solum, quod superesset, solutis debitis omnib. constante matrimonio contractis, ad bona pertineret superlucrata. Adde, fundum illum nomine, atque in damnum, & vtilitatem vtriusq; cõiugis ex legis dispositione fuisse venditum, ac proinde vxorem, tamquam cõparticipem in venditione, retractum non habere. Si tamen dissoluto matrimonio, sine consensu vxoris, aut hæredum illius, à viro, aut ab hæredib. viri, vẽderetur, credo vxorem, aut hæredes illius, retractũ habere: qm̃ iam tunc libera illius alienatio ad virũ nõ pertineret.

12 Dubium deinde est, si emptor † prædiũ emit cum fructibus pendentibus, atque, a puncto emptionis perfectæ vsque ad retractum, fructus aliquos percepit aut redditus, an restituere teneatur prædiũ vna cum fructib. perceptis, aut cum illorum æstimatione. Quidam, quos Ant. Gom. l. 70. Taur. nu. 29. & copiosius Gutier. 2. de pract. qq. q. 158. referunt, asserunt, fructus medio illo tempore perceptos, restituendos non esse, sed pertinere ad primum emptorem.

Suaderur verò id. Primo, quoniam is emptor medio illo tempore habuit titulum, dominium, ac bonam fidem, pretiumq; soluit, quo venditor toto eo tempore potius est: ergo iustè illos fructus percepit, suos effecit, ac consumpsit: quare restituere illos non tenetur.

Secundò, quoniã licèt fructus, dum pendentes sunt, pars prædij reputentur, possitque retrahens prædiũ cum fructibus, quos pendentes inuenit, retrahere, postquam tñ percepti separatique sunt à prædio, non dicũtur, nec sunt partes prædij, sed res mobiles, in quibus iam locum non habet retractus: ergo pertinent ad primum emptorem.

Quæs. 13 Tertiò, quia † actio, per quam fit retractus, est personalis, aut in rẽ scripta, & stricti iuris, in qua fructus solũ veniunt à tpe litis contestatæ aut saltem à tpe moræ, argumento textus in l. hac. ff. de triticaria, & in l. pen. ff. quæ in fraud. cred.

Quæs. Contrarium, nempe fructus illos, aut illorum æstimationem, restituendos esse, asseuerat cõis doctorum sñia, quam referunt, ac sequuntur Anto. Gome. & Gutier. locis citatis. Primò, ac potissimum, qñ retractus reponit retrahẽtem in pleno, eodemq; iure rei venditæ, in quo erat primus emptor tpe, quo perfecta fuit venditio, locoque illius retrahentem substituit, vt disputatione præcedente dictum est: eaq; de causa, sicut primus emptor in nullo damno remanere debet, quia illi solui debent expensæ omnes, si quas fecit, & gabella, si eã soluit, vt habetur l. 70. Taur. quæ est 9. tit. 11. libr. 5. nouæ collect. ita neque commodum exemptione, req; empta reportare dẽt: ergo restituere tenet fructus, quos ex re empta percepit. Secundo, quia fructus, pendentes tempore emptionis, partes erant rei emptæ, simulq; cum illa, tanquam partes illius, empti sunt, & plus res empta ob illos pendentes valebat, quam antequam penderent, aut postquam ex illa percepti sunt, vt hæc omnia in præcedentibus ostensa sunt: ergo simul cũ re empta restituendi sunt retrahenti: alioquin non totũ, quod fuit emptum, retraheret, sed solum partem, quod est contra ius retractus. Tertio, qm̃ in retractu fieri debet restitutio plena rei emptę: plena † autem restitutio, ex iuris dispositione, intelligitur cum fructibus ex re restituenda perceptis, arg. tex. in l. restituere. ff. de verb. sig. l. videamus. 2. §. in Fauiana. ff. de vsur. & aliorum iurium. 14

Ad primum in contrariũ, concesso antecedente, & prima consequentia, neganda est secunda: qm̃, cum sciret, scireve deberet, ex præscripto legum rem posse retrahi, nulla eo ipso reddita emptione ipsius, alioq; substituto, qui ipsius loco cõuentionem eandem subiret, sane vel percipere nõ debuit fructus ante elapsum tempus ad retractũ concessum, vel ea lege, & animo percipere eos debuit, vt si alius prædium retraheret, illos ita perceptos, aut illorũ æstimationem eidem restitueret.

Ad secundum dicendum est, quamuis fructus, dum iã percepti sunt, partes non sint prædij, nec proinde locum in eis haberet retractus, si empti fuissent postquã separati erant à prædio, quia tamen empti fuerunt, dum pendebant, partesque erant prędij, locum in eis habere retractum, nihil impediente, quod tempore retractus separati iam sint à prædio: quoniam retractus substituit retrahentem loco emptoris, quasi emptor, nomine & loco retrahentis rem emerit.

Hinc patet, veram non esse Cous. opinionem: 1. var. resc. 15. nu. 8. asserentis, absq; vlla alia probatione, fructus pendentes à tempore emptionis vsque ad tempus retractus, diuidendos esse inter retrahentem & primum emptorem, pro rata temporis, in quo primus emptor fuit dñs: quam etiã cum Matienc. merito Gutier. q. citata nõ probat. Etenim, præterquam quod euidenter ostensum est, oẽs illos fructus pertinere ad retrahentem, nõ facilè intelligitur rata temporis, in quo primus emptor fuit dñs, cum quo alio tempore retrahentis conferenda, accipiendaq. sit.

Ad tertium argumentum dicendum, non probare de fructibus, qui tpe emptionis pendebant: hi. n. vna cum re empta, debentur integri retrahẽti. Quoad fructus aũt, qui non pendebant, atque ab emptore recepti sunt, qui non statim, atq; pretium fuit ei oblatum, voluit restituere, retractũq. admittere, sed interueniente lite rem restituit. Multi, quos referunt, & sequuntur Couarr. nu. 8. citato & Gutier. q. citata, dicunt, in ratione quidẽ fructus solum illos deberi, qui à lite contest. recepti sunt, cæterum in ratione interesse, quo retrahens priuatus est; deberi à tpe oblati pretij per retrahentem: quia ab eo tpe emptor fuit in mora restituendi rem, iniustèq; priuauit retrahentem re, & fructib. Addit tñ Gutier. si emptor ignorantia excusetur, quia non credidit retrahentem esse consanguineum, aũt habere partem in re illa, vel rem fuisse suorum progenitorum, tunc solũ teneri ad fructus perceptos à testium publicatione. Cũ Anto. Gom. nu. 29. citato, ẽt addit, retrahentẽ teneri emptori ad interesse, ꝙ pretio fuisset lucraturus, à die, qua rem emit, & soluit, vsque ad diem, à quo oblato ei pretio, per retrac. ab eo fuit tes petita.

15 Eo † ipso, ꝙ emptor rẽ emit, quæ postea retrahitur, gabella, quæ alcauala dicitur, debetur: quia cum perfecta fuerit venditio, fiscus ius ad illã eo

ipso

ipso comparauit: quando verò postea retrahitur, quia non est noua emptio, sed retrahens succedit in eodē cōtractu primo emptori, cui subrogatur, nō debetur noua gabella, sed retrahens tenetur p̄tericam soluere (si emptor ex pacto aliquo particulari illā soluerat) vna cū cæteris expēsis ab emptore factis, illūq; omnino indemnē seruare. Ita habetur l. 70. Taur. quæ est 9. titu. 11. lib. 5. nouæ collec. & affirmat Ant. Gom. vbi supra n. 30. Lassarte de decim. vēd. c. 13. n. 22. & alij, quos citant.

Quæs. 16 Lassarte vbi supra. num. 24. in controuersiam vocat, si, intra tempus ad retrahendum datū, primus emptor eandem rem vendat cuidā alteri, & hic alicui, posteaq; intentetur retractus, num ex intermedijs venditionib. distinctę gabellæ debeā tur: arbitraturq; deberi. Quoniam, inquit, illæ perfectæ, distinctæque fuerunt venditiones: ex vnaquaque autem venditione perfecta sua ꝓpria, distinctaque gabella debetur. Ego verò contrariū

Decis. probabilius iudico. Etenim intermediæ illæ venditiones tacitam illam habent conditionem, dummodo retractus non fiat, ac proinde, dummodo retrahens aliquis: in venditione prima non subrogetur primo emptori, atque adeo intermediæ venditiones nullæ, atque inualidæ reddentur, facto retractu comparatione primę; neque. n. fit, aut fieri potest, ratione sequentium: cum sequentes venditores rem illam non habuerint à consangui neo retrahentis, id quod Lassarte ipse fatetur: ex venditione aūt sub conditione facta, conditione non subsistente, nullaque ex iuris ipsius dispositione reddita, profectò gabella non debetur, vt ali bi idē Lassarte affirmat, & disp. 337. est dictum.

Quòd autem intermediæ venditiones, vt validæ essent, penderent ex eo, quod retractus compa ratione primæ non fieret, atque adeo ꝙ sub prædi cta tacita conditione, ex iuris dispositione retractum introducentis, censeantur factæ, suadetur. Primò qm̄, cum retrahens ante retractum solum habeat ius ad rem, quæ prima vēditione fuit vendita: secundi autem emptores per contractum emptionis, traditione subsequuta, pretioque soluto, comparauerint dominium, sanè præferendi essēt retrahenti in petitione rei illius, nisi ex iuris dispositione intermediæ venditiones sub tacita conditione essent factæ, ac proinde nisi dñiū ipsum ex eadē conditione esset reuocabile: quemadmodū secundus emptor, cui, venditione absoluta, facta est traditio pretiumq; soluit, præfertur primo emptori, vt disp. 369. dictum est: cum ergo retrahens illis præferatur, exigereq; ab illis rem illam possit personali actione, vt Lassarte ipse confitet, & omnes affirmant; consequens profectò est, vt sub illa conditione sint factæ nullæque omnino reddantur eo ipso, quod retractus intentantur; cō tinuoq; dominium translatum reuocetur.

Secūdò, quoniam primus emptor, qui eam rē secundò vendidit, cæterique deinceps venditores non tenētur de euictione, facto retractu, sequentibus emptoribus: quemadmodū fur, qui rē alienā absoluta venditione, validaque, vendidit, esto in emptorem dominium non transtulerit, cò qđ aliena esset, tenetur emptori de euictione: id autē non aliunde prouenit, nisi quia sequentes venditiones, ex iuris dispositione primæ innitebātur, tacitamq; habebant conditione, modo retractus cōparatione primæ non fieret, atque ea de causa, subsequuto retractu, inualidæ omnino sunt reddi tæ: non ergo ex illis debetur gabella, quin potius, si ministro publico fuit soluta, restituenda ipsis est retractu subsequuto.

Idem Lassarte ibidem à nu. 28. rectè ait, si primus emptor, post trāsactos nouem dies retractus, rē vendat illi, qui retractū intra nouem dies habe bat, deberi, nouam gabellam: quoniam id iā non est retractus, sed noua atque distincta venditio. Si verò intra nouem dies illam vēdat variatione aliqua facta in pretio, aut in aliqua alia circūstan tia contractus, deberi ēt distinctam gabellā: quia censetur distinctus contractus emptionis, & ven ditionis. Si autē nulla facta variatione in pretio, & in alijs circunstantijs, venditio fiat, non debe ri distinctam gabellam: quia censetur retractus, nihil impediente, ꝙ nō vtantur verbis retractus, sed emptionis & venditionis, vt contra Caroium Molinæum rectè affirmat; eo quòd in contractibus potius sit attendendū ad id, quod fit, quam ad verba, quibus contrahentes vtuntur.

## Vtrum in census venditione locum habeat retractus.

### DISPVTATIO CCCLXXII.

#### SVMMARIVM.

1 *Censualis contractus multiplex.*
2 *Census reseruatiuus quid.*
3 *Retractus ius conceditur etiam ad contractū censualem mixtum, & emphyteusim.*
4 *Census communis quid.*
5 *Retractus ius non conceditur consanguineis censū communem vendentis.*
6 *Census in prædio aliquo si vendantur, an deduci possit in pactum, vt si prædium vendatur, dominus census pro eodem pretio præferatur cęteris emptoribus, si velit.*
7 *Retractui an sit locus proximiori consanguineo alienantis prædium censuale, & quando.*

1 CONtractus censualis † multiplex est, vt in-
2 fra suo loco dicetur. Quidā est † reseruatiuus, de quo sermo est. cap. constitutus, de religio. domibus. Nempe, quando aliquid conceditur alicui quoad totum, quod in eo concedens habebat, reseruata annua, menstrua, vel alia simili pensione, quā accipiens soluere teneat vel ex fructibus, vel in aliquo æquiualēti, vt in pecunia, vel in alia re. Quia verò per eiusmodi cōtractū tribuit concedens ius totum, ꝙ in ea re habebat, consequens est, vt per eū, non solum vtile dominiū, sed ēt directum, transferatur qm̄ vtrunque erat apud concedentem, ac proinde, vt sit valde distinctus a contractu emphyteutico, & à censuali, de quo cōmuniter solet esse sermo, & de quo statim dicetur.

Cum

Digitized by Google

Cum autem in cõcessione eiusmodi census reseruatiui nulla venditio cernatur, perspicue constat, nullũ locũ habere retractũ, quando cõceditur. Si tñ, qui rẽ ita in censum accepit, illam postea vendat, tunc locus erit retractus consanguineo proximiori vendentis: non verò ei, qui censum concessit, aut successori illius, cui anima, aut menstrua pensio ex eo prædio deberetur.

Quoniã ius illud in re leuandi ex eo prædio illam pensionẽ, neque prædium, neq. pars prædij est, neq. dominiũ vtile, aut directũ illius, sed ius quoddã in re simile illi, cui seruitus in prædio respondet; de quo disputatione præcedente dictũ est, minimè ad retractum sufficere. Si tñ quis cõcederet in censum prædium aliquod pro summa aliqua pecuniæ, & annua, aut menstrua pensione simul; tunc, si æstimatio valoris annuæ, aut menstruæ pẽsionis excederet valorẽ pecuniæ, locus non esset retractui in cõcessione talis census, iuxta ea quæ disputa. 370. dicta sunt: eo ꝙ talis cõcessio cẽsus, nõ esset vẽditio, sed simpliciter esset contractus censualis reseruatiuus, habens permixtũ aliquid venditionis: si verò valor pecunię excederet valorem æstimationis annuę pẽsionis, locus esset retractui propinquiori vendentis; quia esset simpliciter venditio habens permixtum aliquid contractus censualis reseruatiui, vt ex dictis eadem disputatione liquet.

Illud admonuerim ad meas manus deuenisse præteritis diebus eiusmodi controuersiã. Quondã monasteriũ quoddã dominiũ directum habebat quorundã prædiorũ, quorũ alius erat emphyteuta, soluebatque monasterio certã annuã pensionẽ. Decursu aũt tẽporis tota ea pẽsio redẽpta fuerat pro certa quadã pecuniæ quantitate, quam qui in emphyteusim ea ꝑdia habebat, soluit monasterio: attamẽ monasterium ea lege, & conditione pensionẽ redimi pro ea pecunia cõsensit, vt nihilominus directũ dominium eorundẽ prædiorum sibi remaneret, soluta deinceps modica ad modum, & prope nulla pensione tritici in recognitionem directi dominij monasterio remanentis. Is verò, ad cuius potestatem ea prædia emptionis contractu, postea deuenerunt, neque requisito monasterio an pro eodẽ ꝓtio emere illa vellet, neque laudemio ex ea venditione monasterio ꝓsoluto, postea de nouo iterũ illa cuidã alteri vẽdidit, similiter nõ requisito monasterio, neque laudemio illi soluto. Opposuit verò se monasterium, non quasi vẽditor in cõmissum incidisset, qđ vẽdiderit non requisito monasterio, neque quasi laudemiũ ex ea vẽditione sibi deberetur: sed iure retractus, volẽs intra nouẽ dies, à lege huius Regni sibi datos, accipere ꝑdia illa pro eodem pretio, eo ꝙ directũ dominiũ in illis haberet. Quidã cõtẽdebãt, ius monasterij antiquum transijsse in cẽsum reseruatiuũ, vi vltimi cõtractus ab emphyteuta ꝓ summa illa pecuniæ celebrati, ac proinde directũ ẽt dominium transijsse in antiquũ illum emphyteutã, iuxta ea, quæ à doctoribus, c. constitutus, citato, communiter notantur, ac proinde locum non esse retractui. Clausulam autem illam in scriptura illius contractus, qua monasterium sibi reseruabat dominium directum, existimabãt à tabellione ex suo capite fuisse additã vt addi cõsueuit in cõtractibus cõmunib. censualibus, qua emptori cẽsus directũ dñium ꝑdij censualis tribuunt, cũ tñ in re nihil tale fiat, ac proinde curandum non esse dicebant de clausula illa.

Alij verò ex eo capite locũ esse retractui existimabant, quod contractus ille trãsijsset in censualem. Et quod vniuersim, q cẽsum in ꝑdio aliquo habent, siue perpetuus, siue redimibilis is sit, ius retractus habeant, quando prædiũ venditur: eo ꝙ dñiũ directũ talis ꝑdij obtineãt, vt testant instrumenta, q̃ cõiter ea de re confici assueuerunt.

3 Dicendũ † verò arbitror monasteriũ illud ius retractus habuisse, nõ qđ dñi censuum cõium illud habeant, vt mox dicemus: sed quia cẽsus ille mixtus erat ex emphyteusi, cuius fuit prima origo, & ex reseruatiuo censũ quare nunquã dñium directũ trãsiuit in antiquũ emphyteutã: quando quidem cõtrarium in redemptione pensionis expresse fuit deductum in pactum; sed semper penes monasteriũ mãsit: in signumq. eius rei, reseruata fuit modica illa pensio, nõ verò in memoriã beneficij collati in redẽptione antiquæ pẽsionis. Decis.

4 Alius est † contractus censualis, de quo frequẽtissimus est vsus, ꝑsertim in hoc Castellę Regno, quo, pro certa pecuniæ summa, emitur ius leuandi, seu accipiendi, certã annuam, aut menstruam pensionẽ in pecunia, tritico, aut in alia re, ex prædio, aut ex prædijs alicuius, si census realis sit, remanentibus prædijs eius, cuius antea erant, tam quo ad vtile, quã quo ad directum eorum dominium, cum onere solum reali in ipsis prædijs, vt soluatur pensio illa.

5 De hoc itaque censu dicendum est, neq. quando vendit, cõpetere ius retractus consanguineis illum vendentis, neq. quãdo is, qui illũ emit iterum cuidam tertio eum vendit, competere ius retractus dño ꝑdij, si is census ꝑpetuus, atque irredimibilis erat, neque cõsanguineo vendentis. Ita Cou. 3. var. resol. c. 11. nu. 5. Guter. 2. de pract. qq. 146. & 166. & alij, quos citant, Ratio est, qm̃ licet census ille cum rebus immobilibus computet; attamen neque est prædium, neque pars prædij, aut pars dñij prædij, sed ius quoddã in re cõparatione eius ꝑdij, ꝑ simile iuribus, quib. seruitutes rñdent in prędijs: huiusmodi autem iura ad retractum legib. huius regni non sufficere, disputatione præcedente copiosè dictum est. Neq. refert, ꝙ quãdo eiusmodi census in prædio aliquo vẽduntur, apponi soleat in instrumẽtis clausula, qua dr, venditorem census concedere, ac trãsferre in censuũ emptorẽ directum dominium illius prædij: vt enim probè Couar. n. 5. citato ait, tabelliones ex suo capite eã apponunt prætor id, quod natura contractus habet, & quod inter contrahẽtes fit, ac proinde de ea clausula nihil est curandum.

6 Vtrum † autem, quando eiusmodi census in prædio aliquo venduntur, deduci possit in pactum, vt si prædium vendatur, dominus census pro eodem pretio præferatur cæteris emptoribus, si illud velit. Guter. 2. de pract. q̃stionibus quæstio. 167. meritò partem affirmãtem tuetur.

Quin

Quin hodie a Pio Quinto in bulla de creādis cēsibus, irritis oīno redditis clausulis alijs, quibus p̄dij dñs illud alienare, cui vellet, prohiberetur, quasi in recompensationem sancitum fuit, nō solum, vt si dñs census p̄ eodē p̄tio vellet prędium, is cæteris emptoribus p̄ferretur, sed ēt vt p̄dij dñs pretium, qđ pro illo inueniret, cæteraſque venditionis conditiones, teneret illi significare, anteq̄ prædium venderet, & per mensem integrum expectare, num cēsus dñs pro eodē p̄tio & cum eisdem conditionibus, id potius vellet. An aūt id in Hiſpanijs vſu ſit receptum, mihi nō eſt cōpertū. Laſſarte de decim. vend. c. 10. in calce nu. 20. qđ ad Caſtellæ Regnum attinet, refert, ſupplicatum fuiſſe a Rege Philippo circa bullā Pij Quinti, vt hī in comitijs anno 1585. Madrili habitis petitione 2. Idem refert Gutier. 2. de pract. qq. in calce. q. 177. his verbis. In comitijs de Madrid. ann. 1587. Rex noſter Philippus 2 inuictiſſimus, a p̄curatoribus horum Regnorum conſultus ſup hoc, Regia lege rñdit, non eſſe apud nos morib. receptum illum motum proprīū, & ad ſanctiſs. Pōtificem ab eo, Regio noīe, eſſe ſupplicatum. Quare inquit nouiſſimè Ignatius Salzedo in addit. ad pract. Bernardi Diaz c. 88. qđ illa extrauagans tā in actionib. forenſibus, ſupplicatione pendente, adducenda non eſt. Hæc Gutier. qui certè cōputat finē comitiorum, & tp̄s rñſionis datæ; Laſſarte verò comitiorum initium, quādo procuratōres ſunt vocati. Ac ſane arbitror, principes ſeculares iuſta cōſcientia poſſe non velle admittere, vt ipſorum ſubditi in contractu merè ſeculari, qualis eſt cenſualis, tanto ſubiaceant grauamini, vt antequā ſua prędia cenſui ſubiecta vendant, teneantur admonere dominum cenſus de pretio, quod pro illis inuenient, expectareque per integrum meſem deliberationem domini cenſus, cum ex ipſa rei natura is contractus nihil tale habeat.

Qñ āt id deductum eſſet in pactum aut vi bullæ Pij Quinti conſuetudine alicubi eſſet receptū, dubium eſt, vtrum, ſi dñs p̄dij nihilominus illud vendat, ac tradat cuidā tertio, non requiſito dño cenſus, valida, irreuocabiliſq; ſit venditio: quemadmodum qñ aliqđ vni erat venditum, ſed non traditum, ſi vendatur, ac tradatur poſtea alteri, valida eſt ſecunda venditio, ſed venditor tenetur priori emptori ad intereſſe, vt diſp. 369. dictum eſt; an verò non ita res ſe habeat, ſed poſſit dñs cenſus pro eodem pretio retrahere, atque eripere prędium illud de poteſtate emptoris. Certè vi ſolius clauſulæ bullæ Pij Quinti, dicere nō auderē, locum eſſe retractui in eo euentu: qm̄ id ſolum ſtatuit, ac fieri præcipit, nō verò prædium hypothecæ ſubijcit in ſecuritatē eius ſanctionis atque obligationis, cui venditorem cenſus ſubijcit. Niſi dicas, vi legis nō dubium C. de legib. irritā cenſeri reddirā talem alienationem, quatenus in poſtrema parte clauſulæ, vbi id Pius V. ſtatuit, nullā apponit pœnā, ſed ſolum prohibet venditionē fieri ſine illa ſolemnitate: lexant non dubium ſtatuit, qñ aliqđ lege prohibetur cenſeri eadem lege id factum irritum, ſi fiat, eſto in lege nihil aliud addatur: qđ doctores intelligunt, qñ lex ibi ſiſtit, vt in hac Pij V. ſit, nec vlteris progreditur ad addendā pœnam, aut ad aliud ſimile, vt alibi dictum eſt, & in progreſſu huius operis dicetur. Auendanius & Matien. a Gutier. q. 167. citata relati, voluerunt, qñ pactum ea de re interuenerat inter dñm prædij & emptorem cenſus, & nihilominus venditor cenſus rem vendidit, ac tradidit, validā eſſe ſecundā vēditionem. Gutier. tñ, vbi contrariū aſſeuerat: qm̄, inqt, ſicut p̄dictū hypothecæ eſt ſubiectū p̄ ſolutione cenſus, & obſeruatione contractus cēſualis, ita ēt eſt hypothecę ſubiectū p̄ obſeruatione illius pacti additi cōtractui cēſuali: qñ aūt res ſubiecta eſt hypothecę p̄ obſeruatione alicuius pacti, ſane, qđ res eadem vendatur, ac tradatur cuidā tertio, nō impedit obligationē illā priorē vt eadē diſp. 369. dictum eſt. Mihi verò dicendum vī, inſpiciendum eſſe inſtm cōtractus cenſualis, & quidem, ſi ex eo appareat rē hypothecæ fuiſſe ſubiectā, etiā pro obſeruatione pacti illius de re nō alienādā, niſi requiſito prius dño cenſus, illoq; præferendo pro eodē pretio cæteris emptoribus, amplectēda erit Gutierri opinio: ſi verò ex eo id non appareat, reijcienda erit: qm̄ ex eo quod cenſus aliqs in prædio aliquo ematur, ſequitur quidem ius reale eſſe in eo prędio, vt inde cenſus ſoluatur, ſteturq; contractui cenſuali; non verò ſequitur, ſi apponatur illud aliud pactum, quod accidentarium oīno eſt contractui cenſuali, & peregrinum comparatione illius, ius in re eſſe etiam in eo prædio, ſeu hypothecam, ad obſeruationem eius pacti, niſi id aperte in inſtrumento, celebrationeve cōtractus exprimatur. Memento autem, quæ in calce diſputationis 369. dicta ſunt, habere etiam locum in re, de qua diſputamus.

7 Circa ſequentem † contractum eſt potiſſimum Quæſt. cōtrouerſia, an locus ſit retractui p̄ximiori conſanguineæ alienātis prædium, & qñ retractus cōperat. Cum Petrus haberet prædium, illud vendidit Paulo centum aureis; pactione hac adiecta, qđ interim dum eos nō ſolueret, redderet quotannis decē aureos cenſus conſtituti in eodem prædio, ac redimibilis eiſdem centum aureis, reſeruauitq; ſibi Petrus dñium directum interim, dū illi centum aurei non ſoluerentur, ſolumq; Paulo pro eodē tempore dominium vtile conceſſit. Elapſo aūt vno, aut duob. annis, Paulus ſoluit cētum illos aureos, cenſumq; p̄inde redemit, atque integrum p̄dij dñium cōparauit. Quæritur verò, qñ incipiant p̄ximiori cōſanguineo Petri nouē dies retractus prædij illius, num à die ſoluti p̄tij, ac cenſus redempti an a principio celebrati illius contractus, an verò potius numquam, ſed tempore redemptionis cenſus comparatique dominij directi, Paulus præferendus ſit proximiori conſanguineo Petri, tanquam habens antea dominium vtile, oomparticepſq; cum Petro in dominio eiuſdem rei, iuxta l. 74. Taur. quæ eſt 13. titu. 11. lib. 5. nouæ collec. Idem dubium eſt, ſi Petrus prædium concedat Paulo inceſſum annum decem aureorum, redimibilem centum aureis.

Rem hāc latè in vtramq; partem diſputat Co- Decil.
uar. 3. var. reſol. c. 11. Et quidem quod attinet ad primum eorum, quæ propoſita ſunt, placet illius ſenten-

sentẽtia quã a nu.5.tradit, & sequitur Guter.2.de pract.qq.quæst.145.nu.6.cum alijs,quos citat.

Nempe, venditionem illam, ẽt dñij directi,a principio celebrati contractus, fuisse puram pro centum aureis, habita fide de pretio, quousque Paulus vellet illud soluere, atque interim dum nõ solueretur,constituto censu decem aureorum: quarè, qa venditio illa pura fuit a principio contractus,sanè ad eodem contractus principio currere incipiunt consanguineis Petri nouem dies ad retractum:nõ verò a puncto redemptionis cẽsus, atq; solutionis centũ aureorum, retraberetque totum prædiũ,ẽt quo ad censum, & vtile dñium, vt rectè Couar.ibidem n.7.affirmat. Neq; refert, qđ Paulus non statim a principio celebrati contractus consequutus sit dñium directũ,sed a puncto solum redempti census, ac solutionis centum illorum aureorum. Non, inquam, id refert,qm̃, vt disput.338.367.368.dictum est, neque in cęteris venditionibus absolutis transit dñium rei venditæ in emptorem, ẽt si illa tradita sit, autęq; pretium soluat, aut venditor illud debeat pro soluto, neque hoc efficit venditionem conditionalem,videlicet si pretium soluetur, neque impedit perfectam esse venditionem ad effectum, vt dies retractus statim currere incipiat,vt ex dictis duabus disputationibus præcedentibus constat. Multis alijs rationibus hanc eandem sententiam confirmat Couar.vbi supra,illum legito.

Quod verò attinet ad secundũ nempe quando Petrus tradidit prædium in censum annuum decem aureorum redimibilem centum aureis. Couar. Guter. locis citatis, & alij, quos referunt,affirmant,si vno & eodem cõtractu in censum prędiũ tradat, ac concedat redimi censum centũ aureis; aut certè paulò post diuerso cõtractu redemptio illa cõcedatur; tunc statim celebrato contractu,agnitaque redemptionis facultate illo pretio, competere consanguineis Petri ius retractus: qm̃ illa est virtualis venditio illius,prædij cẽtum aureis,idq; factum censetur in fraudem propinquorum Petri,vt ius retractus ab eis auferatur. Si verò, inqt Guter. a principio solũ concedatur prædium in censum, & postea ex interuallo facultas censum redimendi contractu distincto concedatur,ita vt nulla sit fraudis præsumptio; tunc non competere consanguineis Petri ius retractus a principio primi contractus;eo qđ ob contractum censualem retractus vt dictum est,non competat; quod credo non negaret Couar. attamen a puncto factę potestatis censum redimendi,atque manifestatæ, ita vt in notitiam consanguineorũ Petri deuenire potuerit,competere eis ius retractus.

Decis. Dicendum tñ arbitror, si census reseruatiuus sit,siue ex interuallo,siue simul, facultas redimẽdi censum concedatur, numquam competere ius retractus consanguineis, nisi quando ex circunstantijs intelligeretur,id factum esse in fraudem, intentione vendendi prædium pretio redemptionis,idq; palliandi illo modo,ne consanguinei ius retractus haberent. Ratio est,quoniam,cum primus contractus venditio non fuerit,locũ vt illius non habet retractus, vt supra dictum est: & cum secundus contractus, neque fuerit venditio dominij vtilis neq; directi, sed solum iuris leuandi decem aureos quotannis, quod ius solum in prædio illo remanebat Petro, locum etiam non haberet retractus vi secundi contractus. Hæc autem dilucidiora reddentur ex dicendis disput.382.

## Vtrum contrario partium consensu emptio,& venditio dissoluatur.

## DISPVTATIO CCCLXXIII.

### SVMMARIVM.

1 *Emptio, & venditio quomodo contrario ementis, & vendentis consensu dissoluatur.*

2 *Et quid de locatione,& cæteris contractibus similibus num.2.*

3 *Gabella, quæ alcauala dicitur, an debeatur ex dissolutione contractus per contrarium consensum: an vero ex priori contractu.*

4 *Venditio facta animo donandi rem æstimatã, quando dicatur donatio, vt gabella non debeatur.*

5 *Emptio, & venditio quando per mutuum consensum dissoluatur in exteriori foro.*

6 *Alcauala an duplex debeatur, quãdo cõtractus per mutuum contrarium consensum rescinditur.*

DIcendum consequenter est quibus modis contractus emptionis, & venditionis iam
1 celebratus,dissoluat. Et † primò, vtrum contrario ementis,ac vendentis consensu. Breuiter autem dicendum est si res sit integra hoc est,si neutra ex parte facta si traditio rei, aut pretij, esto arrha ex altera parte data sit, dissolui contractum, tam in conscientiæ, quàm in exteriori foro, contrario ementis, atque vendentis consensu, quo volunt rem non esse venditam.

2 Idẽ † dicendũ est de locatione,& cæteris contractibus,q solo cõsensu mutuo exterius expresso perficiuntur. Ita habetur l.1.& 2.C.quãdo liceat ab emptione disced. l. iurisgentium. §. adeo,& l. ab emptione.ff.de pact.& §. vltimo.Instit. qb. mod.tollit.oblig. atque affirmat cõis docto.sui, q̃ inter alios refert,ac sequitur Anto. Gom.a.tomo variar.resol.c.2. Ratio aũt est, qm̃,qđ ad cõtractum sufficit, sufficere etiam debet ad distractum, dissolutionemve contractus, si in contrarium fiat:quare, quando contractus solo consensu exterius expressio perficitur quo ad vim obligandi, ẽt in exteriori foro, sanè æquitas postulabat, vt, si res adhuc integra esset, vlteriusve progressum non esset ad traditionẽ, atq; exequutionem contractus,sufficeret quoque ad illius,etiam in exteriori foro, dissolutionem, recessus eorundem contrahentium per mutuum consensuum expressum exterius ab eodem contractu.

Quod de arrha dictum est, habetur expresse l. 2.C.quando liceat ab empt.disced. Ratio vero illius est,qm̃ arrha non est exequutio,neque in totum, neque in partem, contractus emptionis & venditionis mutuo consensu celebratæ,sed *quippiam datum ad securitatem, quod illi stabitur.*

Idem

Idem est, si fideiussor datus sit, etiam intercedente stipulatione, aut si emptio, & venditio, mutuo tantum consensu celebrata, stipulatione valletur; quia hæc etiam non sunt executio contractus, sed firmitas contractui adhibita, vt verumque habetur expresse. l. 3. ff. de rescind. vend. Si autem arrha non ad solam securitatem data sit, sed in partem pretij, tunc ad dissolutionem contractus non sufficeret in exteriori foro mutuus in id consensus, vt mox dicemus, & habetur l. 2. iuncta glo. ibi. C. quando liceat ab emp. disced.

Dubiū. 3 Dubium est, vtrum † quando contractus modo explicato dissoluitur, debeatur ex eo contractu gabella, quæ alcauala dicitur, an non; & vtrum duplex debeatur, vna ex priori contractu, qui dissoluitur, & alia ex posteriori, quo dissoluitur, quę videtur quasi secunda venditio ab eo facta, qui prius fuit emptor.

Decis. Quando contractus prædicto modo dissoluitur, conueniunt omnes, non deberi duplicem gabellam, quam alcauala vocant: quoniã, ante perfectum contractum traditione mercis, & solutione pretij, dissensus ac reuocatio eorum, quæ facta fuerant, non censetur noua venditio, sed extinctio, ac dissolutio prioris. Ita cum Carolo Molli Lassarte de decim. vend. c. 14. nu. 9. & Ant. Gom. 2. tomo var. resol. c. 2. nu. 31. consentanee ad varia iura, atque ad rei ipsius naturam.

Dubiū. Dubium tñ est, num ex priori cõtractu gabella debeatur, an non, sed, si illam gabellarius recipit, restituere eandem teneatur. Ad quod dicendum est cum Paulo Castrensi, & cum cõdocto. sniã, quam Ant. Gom. numero citato refert, ac sequitur, si contractus incontinenti dissolueretur antequam videlicet contrahentes ad alia discerent, gabellam non deberi; eo q contractus reputetur, ac si non fuisset celebratus, ac perfectus. Lege glo. penult. & vlt. l. pacta conuen. in prin. ff. de contrahen. empt. Si verò dissoluatur ex intercallo, debetur gabella ex contractu emptionis, & venditionis, qui dissoluitur. Ratio est, qm̃ ius iam plenè, & perfectè quæsitũ huic ex emptione, & venditione celebrata, non potest tolli ex pacto, aut distractu postea celebrato, qui præiudicare potest contrahentibus ipsis, non verò tertio, qui ius ex contractu, qui dissoluitur, comparasset.

Decis. Ita cõis sniã, quam referunt, ac sequuntur Ant. Gom. nu. 31. citato, & Lassarte vbi supra, nu. 70. argu. l. si post mortem. §. vlt. ff. de bono. poss. contra tabul. l. vlt. ff. de pact. & aliorum iurium, quæ citant. Quod si contractus illo non dissolueretur omino, sed vel pretium mutuo consensu augeatur, aut minuatur, vel merx pro eodem pretio augeatur, necessum quidé censetur a priori emptione, & facta nona. quatenus hæc posterior a priori, diuersa est; id quod licitum est, eo quòd res adhuc integra esset, neutraque ex parte traditio vlla esset facta; attamen contractus aliquo modo est idem variatus ex parte in substantialibus, qualia sunt merx, pretium, ac mutuus consensus, vt hæc omnia constat ex l. 2. ff. de rescinden. vendit. l. pacta conuenta. ff. de contrahen. empt. & plenius ex l. ius gentium. §. adeo. ff. de pactis.

Vbi additur, si duo prius celebrata fuerint inter se emptionem, & venditionem, eaque integra, alter eorum obierit relictis duobus hæredibus, quorum vnus, eo simiiliter adhuc integra, conueniret eum altero contrahente superstite, vt variatio aliqua fieret circa mercem, & pretium, remanente altero cohærede, validam esse variationem illam pro parte, quæ hæredem consentientem contingeret. Quo loco obserua, quando, modo explicato, pretium minueretur, aut merx augeretur pro eodem pretio, licet noua gabella non deberetur, eo quòd contractus esset idem aliquantulum variatus; gabellarius tñ nihil restituere, aut remittere, tenetur de gabella prioris contractus, ad quam totam a principio ius plenum acquisierat, cui præiudicare non potuit variatio in contractu ex intercallo effecta. Si tamen argumentum aliquod factum esset in pretio, variatione facta in contractu, nunc deberetur gabellario augmentum gabellæ iuxta proportionem augmenti in pretio. Ratio autem est, quoniam eo ipso vendita de nouo esset res maiori pretio. Et quamuis doctores citati nihil de hac re loquantur, nullus tamen eorum nostræ huic doctrinæ refragaretur, quæ ex iuribus citatis perspicuè deducitur, cæterisque eorum doctorum dictis est consentanea.

Obiter † hoc loco addiderim, si venditio fiat animo donandi rem æstimatam idq; vt accipiens sciat, quantum valoris in ea ipsi donetur, non verò vt pretium vllum ab eo accipiatur, id non esse venditionem, sed donationem, ac proinde nullã inde deberi gabellam: atque hoc est, quod habetur l. cum in venditione. ff. de contrahend. empt. Si verò venditio fiat, animo quidem vendendi, sed non accipiendi pretium, quin illud remittendi, ac donandi emptori, quia fortè vult ius retractus relinquere consanguineis in eadem re, aut aliquâ alia ratione, tunc esse veram venditionem, iuxta l. si tibi habitationem. ff. locati atq; vtrumque confirmat Lassarte vbi supra, num. 6. ex l. si sponsus, ver. circa venditionem. ff. de donationi. inter virum, & vxorem: vnde vlterius, cum Carolo Molinæo, affirmat, in hoc posteriori euentu gabellam deberi.

Quando † emptio, & venditio non solo mutuo consensu externus expresso est celebrata, sed vlterius est processum ad traditionem aliquam, atq; impletionem contractus ex altera parte, vt quia venditor tradidit mercem aut partem illius, vel emptor soluit pretium, aut illius partem, ita quod res integra non sit, vt erat antequam ad traditionem fuisset processum: tunc licet in conscientiæ foro dissoluatur talis contractus per mutuũ contrarium consensum externus expressum, ita quod omnino tollitur obligatio naturalis, quæ erat ad standum illi contractui, propter nouam naturalem, quæ oritur ex eo pacto nudo, quo mutuum consenserunt, vt a priori contractu recederetur, teneanturque in conscientiæ foro, qui mercem, aut partem mercis vel pretium, aut pretij partem accepit, id reddere alteri; nihilominus in exteriori foro non dissoluitur: eo quòd ex pacto nudo non oriatur ciuilis obligatio, vt a disputatione 25 a.

potissi-

potissimum disputatio 255. & 257. dictum est. Vide ei, qui tradiderat, atq; ex parte sua contractum impleuerat, non concederetur actio ex pacto nudo postea subsequuto ad repetendum, quod tradidit, sed solum ex præcedenti contractu conteder ei actio ad cogendum alterum, vt ex parte sua emptionis, aut venditionis contractum impleat, vt ex dictis locis citatis constat, & habetur l. 1. & 2. Ciqñ ab empt. disced. liceat. Quod si is qui ex sua parte contractum nondum impleuit, velit vt iuxta pactum nudum subsequutũ, dissoluta sit emptio, & venditio, alterque id nõ velit, sed iudicio cum eo contendat, vt adimpleat primum contractum, tunc ei, qui nondum impleuit exceptio in foro exteriori admittitur, quod ad id non teneatur ob pactum nudum in contrarium subsequutum, quod licet nec ciuilem obligationem, nec actionem pariat, parit tñ obligationem naturalem, conceditutque ex eo exceptio in exteriori foro, vt disp. 255. explanatum fuit. Quod si mutuus ille consensus, vt a contractu discederetur, stipulatione vestiretur, tunc ex illo ciuilis obligatio oriretur, concederetur q; actio in exteriori foro ad illi standum, vt locis citatis ostensum est. De iure etiam Canonico, atq; in hoc Castellæ Regno, ex eodem pacto nudo conceditur ciuilis actio, esto stipulatione non vestiatur, vt disp. 257. ostendimus affirmarque Ant. Gom. vbi sup. nu. 21. quare, quę dicta sunt, solum habent locum de iure ciuili cõi, & vbi aliud non est sanctum, vt in Lusitania sanctum non est. De eodem tñ iure cõi, qñ ex altera parte ad traditionem, contractusq; impletionem, est processum, dissolui tur contractus etiam in exteriori foro, si non solum accedat mutuus consensus, sed etiam restitutio eius, quod traditum fuerat. Ita habetur l. 1. Ciqñ ab empt. disced. liceat, & l. ab emptione, ff. de pact. atque affirmat communis doct. sñia quã Anto. Gom. nu. 21. citato refert, ac sequitur.

Dubiũ. Dubium est, vtrum quãdo hoc posteriori modo rescinditur contractus, vna, aut potius duplex, alcauala debeatur. Ad hoc respondet Lassarte vbi supra nu. 8. deberi vnicam si nihil innouando in contractu ex parte mercis, aut pretij, restituatur, quod acceptum est; per actum in contrarium similem oĩno præcedenti: quoniã tunc nõ fit noua emptio, & venditio, sed rescisio solum, & extinctio præcedentis, vt iura citata docent. Si autem aliquid innouetur, vt si de pretio reddendo augeatur aut minuatur, vel de merce reddenda simile quid fiat censeri distinctam venditionem, ac proinde deberi gabellam aliam distinctam gabellario ac dñs qui tunc fuerint. Atq; ita intelligũt Tiraq. Pinel. l. 2. C. de rescin. vend. par. 2. c. 3. nu. 36. & Ludouicum Peguera, quos citat.

Illud cum eodem autore ibi nu. 9. & cum Carolo Molineo addendum. Si venditio vtrunque traditione perfecta sit, ac consummata, quia merx, & pretium vtrinq; fuit tradita, tunc locum non habere dissolutionem prioris contractus omnino perfecti, & consummati, sed esto eadem numero merx, atque idem numero pretium; de cõi consensu reddatur, non censetur extingui, ac dissolui prior emptio, & venditio, se celebrari noua, vt colligitur ex l. 2. ff. de rescind. vend. neque in hoc casu loquuntur iura hactenus citata, vt illa expendenti erat manifestum. quare distincta gabella erit soluenda gabellario, ac domino, qui fuerint tempore secundi contractus.

## De dissolutione contractus emptionis, & venditionis pacto de retrouendendo in eo apposito.

## DISPVTATIO CCCLXXIIII.

### SVMMARIVM.

1 *Pactum de retrouendendo quid.*
2 *Census redimibilis quid.*
3 *Pactum de retrouendendo quot modis in fauorem venditoris apponatur.*
4 *Fructus rei emptę cũ pacto de retrouendendo, quãdo ad emptorẽ, & quãdo ad venditorem pertineãt. Et quomodo intelligendum, quando spectans ad venditorem sit.*
6 *Fructus rei consistentes in vsu, cum pacto de retrouendendo, quando ad emptorem pertineant, & quando ad venditorem.*
7 *Intellectus nomis ad hæc. C. de pact. inter emp. et uẽd.*
8 *Pacti de retrouendendo effectus, & natura quæ.*
9 *Pactum de retrouendendo in contractu appositum sub hac forma, vt quandocunque venditor vellet posset rem venditam redimere, nullo præfixo termino, quomodo intelligendum.*
10 *Pactum de retrouendendo an habeat effectum, & se extendat contra tertium, cui a primo emptore res fuit vendita.*
11 *Pactum de retrouendendo parit tantum actionem personalem, non autem realem.*
12 *Alcauala an debeatur, quando fit venditio cum pacto de retrouendendo.*
*Et quid quãdo fit distractus, an alia debeatur. n. 13.*
14 *Alcauala districta an debeatur, et in prorogatione pacti de retrouendendo, ad tempus celebrati.*

DE emptione cum pacto de retrouendẽdo aliquid dictum est disp. 310. quantũ res illa dem vsura postulabat, nunc in suo proprio loco de eodẽ
1 contractu est copiosius dicendum. Fit † autẽ emptio, & venditio cum pacto de retrouendendo, quando res aliqua emitur, aut vẽditur, adiecto in fauorem venditoris pacto, vt quando restituerit emptori pretium, qđ pro ea dedit, cõtractus dissoluatur, ac proinde emptor teneatur illam pro eodẽ pretio vẽditori restituere. Atq; hac de causa quatenus, qui rem emit, eam pro eodem pretio reddit, quo illam emerat, exequutio pacti adiecti dicitur retrouenditio: quatenus verò, qui illam vendidit, iterum eam accepit pro eodem pretio, dicitur re-
2 demptio rei illius. Hinc † euenit, vt quando census, hoc est, ius accipiendi ab aliquo certam annuam pensionem, emitur pro aliqua pecunia cum pacto de retrouendendo, id est, vt quandocunque venditor eandem reddidem pecuniam quan-

qquantitatem, liber maneat ab onere soluendi eam pensionem, censum dicatur redimibilis, ad differentiã census siue tali pacto celebrati, qui idcirco perpetuus, atque irredimibilis nuncupatur, vt suo loco videbimus. Si tñ ꝓpriè esset loquendũ, exequutio pacti illius appositi dicẽda potius esset dissolutio prioris contractus q̃ redẽptio, aut retrouẽditio: eo ꝙ ibi non sit iterata, seu secda emptio, & venditio, vt videbimus, sed prioris dissolutio.

3 † Pactum verò de retrouendendo varijs modis in fauorem vẽditoris apponitur. Primò, absq; vlla temporis determinatione, in quo fas sit rẽ venditã redimere, sed quocunque tempore, vel ipse, vel hæredes ipsius, redimere eam voluerint, id efficere possint. Secundò, cũ tẽporis determinatione, idq; dupliciter. Nẽpe, vt vsque ad certũ tẽpus, verbi gratia vsque ad tres, aut quatuor annos, fas venditori sit rem venditam redimere, & deinceps non. Vel vt vsque ad certũ tempus tem nó possit redimere, vt ad duos, aut ad tres annos, & deinceps possit ad certum vsque tempus, aut in perpetuum, prout inter contrahentes ipsos conuenerit.

Apponi ét potest ei limitatio, vt quandocunque rem voluerit redimere, ad sit sex mensibus ante fructuum perceptionem, aut alia similis, ad lites tollendas & vt contractus in prẽiudiciũ emptoris non vergat, dum rei emptæ periculum interim, dum non redimitur, at ipsum spectat, &, si ante fructus percceptos redimatur, fieri poterit vt parũm, aut nihil, emolumenti percipiat.

4 † Fructus rei cũ pacto, de retrouendendo emptæ, ad emptorẽ interim, dũ non redimitur, pertinent; eo ꝙ toto eo tempore dñs sit illius. Statim verò ac redimitur, vel pretium pro ea offertur, emptorque in mora est illam reddendi, ad venditorem, cuius antea erat, spectant. Ita habetur l. 2. C. de pactis inter empt. & vendit. & lib. 4. Lusitan. ordin. tit. 14. §. 2. & tit. 27. in prin. ex quib. iuribus dicta tota hac disputatione confirmantur.

5 † Dubitant tamen doctores, quomodo id sit intelligendũ. Num ita, vt fructus omnes, tempore redemptionis pendentes, ad venditorem, qui eam redemit, spectent, & soli fructus vsque ad id tempus ex illa percepti ad emptorẽ, cuius fuerat illucusque, pertineant: an potius ita, vt pro rata temporis illius anni, quo res fuit emptoris, & quod restat, estque iam venditoris, sint inter eos diuidendi. Quamuis autem multi quos Couar. 1. variar. resolut. c. 15. nu. 6. refert, primum horum duorum asseruerint, Couar. tamen ibidem cum multis alijs magis probat, secundum, pro rata scilicet temporis inter eos esse diuidendos: eo quod id magis æquitati sit consentaneum. In primis, quia cum res produxerit, procreauerit; fructus, dum illius dominium erat emptoris, æquitas postulat, vt partem in eis habeat, illique pro eo tempore fructificauerit, sicut post id tempus venditori, cuius est, fructificat.

Deinde quoniam, cum venditor rei illius potitus fuerit pretio, commodoq; illius toto tẽpore, quo res vendita fuit apud emptorem, æquum sanè est, vt emptor potiatur fructibus, quos ea res sub dñio ipsius produxit, ac procreauit, habendo partem in eis iuxta tempus & statum, quo fructus illi sub dñio ipsius fuerunt; præsertim cum periculum eius rei toto eo tempore ad emptorem attinuerit. Quare iure optimo vult ibidem Couar. cũ alijs, quos citat, si fructus tempore redemptionis erant iã maturi, atq; apti, vt colligerentur, integros pertinere ad emptorem: eo qđ nihil incrementi, ac bonitatis acceperint, postq̃ redempta ea res fuit, iterumq; ad dñium vẽditoris deuenit. Sẽtentia hæc Coua. quãẽt ex Alexand. & Cumano Aluar. Valas. consult. 37. nu. vlt. refert, nec improbat, mihi sanè probatur; modo intelligatur, non pro rata temporis anni, in quo res fuit sub emptoris dominio, ad tẽpus, in quo postea fuit sub dñio venditoris, fructus esse diuidendos, sed pro rata temporis, à quo res fructus producere cœpit sub emptore, & pro illorum æstimatione vsque ad statum, in quo res illius esse desinit, ad reliquum tempus, in quo fructus ad maturitatẽ perduxit, aut etiam partem eorum de nouo produxit, esse inter eos, prudentis arbitrio, diuidendos.

Atque eodem modo, in eadem q; proportione, est pensio inter eos diuidenda, si res eadem locata erat alicui tertio. Quo fit vt si res, antequã fructificare incipiat, redimatur, integri fructus ad venditorẽ, qui illam redemit, spectent. Soluendæ tñ emptori tunc essent expensæ, & industria, si quas eo anno fecisset, aut apposuisset, in ea re colenda, ac aptanda. Præterea, quando fructus, modo paulò antea explicato, inter emptorem, & venditorem sunt diuidendi, tam emptori, quam venditori, accipere ante omnia ex fructibus debent expensas, atque valorem industriæ appositæ, vsque ad fructus perceptos, reliquumque inter vtrumque, modo explicato est diuidendum.

6 † Quando fructus rei cũ pacto de retrouendendo emptæ, in quotidiano eiusdem rei vsu consistunt, vt sunt fructus domus, equi, mancipij, & similiũ tunc vsus vsque ad redemptionẽ spectat ad emptorem; post redemptionem verò ad venditorem pertinet. Quare, si res cuidã tertio erat locata, pensio diuidenda erit inter emptorem, & venditorẽ pro rata tẽporis locationis, in quo res fuit emptoris, ad tempus in quo fuit venditoris. Quãdo autem res, quæ redimitur, erat census, suo loco dicetur quousque pensio censuario sit soluenda.

Ad legem ergo 2. C. de pactis inter emp. & vẽdit. dicendum † est, non affirmare, fructus omnes 7 pendentes spectare ad venditorẽ à tẽpore redemptionis, aut à tẽpore moræ, quo, offerente venditore pretium, emptor restituere non vult rem, sed solum affirmare, venditorem posse deinceps agere ad fructus à tẽpore moræ perceptos: intelligitur tamen, non ad omnes a tempore moræ pendentes in re, sed ad fructus quoad eã illorum partem, quæ ad ipsum, modo explicato, attineret, si emptor in mora non fuisset tradendi eam rem.

Hoc loco est obseruandũ, cum glossa à doctoribus cõmuniter approbata l. 2. C. de pact. inter empt. & vendi. esto in pacto de retrouendendo 8 † non explicetur, hæredes venditoris redimere posse rem venditam, eamque posse redimere ab hæredibus emptoris, ex natura tamen ipsa pacti id intel-

id intelligi: qm̃ ex se hẽt, vt vtrinque ad hæredes transeat: quare, nisi contrahentes expresse conueniant, vt pactũ ad hæredes nõ trãseat, sane vtrinque ad illos sese extendit. Si ergo pactũ sit appositũ; vt intra certũ tẽpus res vendita redimi possit, & deinceps non; tunc, esto venditor intra id tẽpus moriatur, hæredes ipsius redimere eam intra idẽ tempus possunt: eo verò transacto, locus nõ erit redẽptioni, ét si hæres minor sit, qui neq; per tutorẽ, aut curatorẽ, eã redemerit: neque enim tunc beneficiũ restitutionis in integrũ illi concederetur. Ratio est, qm̃ id tempus ex contractu, partiumque cõuentione erat cõstitutũ, eaq; de causa successoribus currit, etiã si minores sint, idemq; erit in pacto legis commissoriæ, quo ad tẽpus datũ, intra qđ pretiũ erat soluendũ. Ita colligit ex l. Aemilius. ff. de minor. & cum Bart. & cõi doctorum sententia, quã refert, affirmat Anto. Gom. 2. tomo variar. resol. c. 2. nu. 27. Si tamen hæres, siue minor, siue maior, pactum ignorasset, eaque de causa rem non redemisset, conceditur ei restitutio in integrum, vt eam redimere possit. Ita Anton. Gom. ibidem cum multis alijs quos citat; argumẽto textus in l. 1. in fi. ff. ex quibus caus. minor. iũcta l. 1. §. si qs. ppter ff. de itiner. actuq; privat.

Quæs. 9 Quando† in contractu emptionis cum pacto de retrouendendo dictum est, vt quandocunque venditor vellet, posset rem venditam redimere, nullo pfixo termino, voluerunt multi, quos Ant. Gom. vbi supra nu. 28 & Greg. Lopez l. 42. titu. 5. par. 5. glos. 1. referunt, nisi res tunc intra annos triginta (alij quadraginta dixerẽt) redimeretur, irredimibilem deinceps effici. Ducebantur, qm̃ ex eiusmodi pacto resultat actio personalis aduersus emptorem ad rem redimendam: actio aũt personalis, tã de iure cõi, q̃ Lusitano, præfinitur triginta annis, & de iure Castellæ viginti, vt disputatione 71. visũ est. Placet tñ opinio Ant. Gom. & Greg. Lopez locis citatis (tamẽsi hic immeritò ob ius Castellæ dubitet) nempe in perpetuum rẽ posse tunc redimi, tã a venditore, q̃ ab hæredibus illius. Ratio est, qm̃ ex partiũ conuentione actio, & obligatio extendi possunt in infinitũ: in re autem ptoposita, cum in pacto expresse apponatur, vt quandocunque venditor velit, possit rem venditam redimere, censetur inter contrahentes cõuenisse, vt quocunque tempore in perpetuũ emptor velit, possit rem redimere.

Decis. Atq; hæc opinio, præter alia iura, quæ Anton. Gom. citat, probatur apertè ex l. quod si nolit. §. siquid ita. ff. de ædilit. edict. Vbi habetur, si inter emptorem, & venditorem pactum fiat, vt quandocunque res emptori displiceret, redhiberetur, posse redhiberi in perpetuum. Præterea in bulla de censuum, creatione statuit Pius Quintus, nunquam præscribi posse ius, quod venditor census cum pacto de retrouendendo habet ad eum redimendũ. Adde, in pacto de retrouendẽdo sibi emptorem reseruare facultatem, vt quandocunque ipse, aut hæredes ipsius, velint, possim rem venditam redimere: ad actionem aũt aduersus emptorem, prius necesse est eligant venditor, aut hæredes ipsius, redemptionem, pretiumque emptori offerant, & ille renuat, quàm competat actio, quæ intra tempus à iure statutũ pscribi debeat: actio autẽ, & illud aliud prærequisitum, vt actio in potentia propinqua resultet; longè diuersa sunt.

10 Dubiũ† est, siquis rem emat cũ pacto de retrouendendo, & interim dum venditor ius hẽt illam redimendi, emptor eam vendat, ac tradat cuidam tertio, an venditor primus ius, & actionẽ habeat ad eã extrahẽdum de potestate illius tertij Ioannes Med. q. vltim. de vsuris affirmãtes respõdet: existimat. n. per pactũ de retrouendendo manere ius in re in primo venditore, eaque de causa actionẽ realem illi competere ad illam extrahendum de potestate cuiuscũque, ad quẽ deuenerit. Eandem sñiam amplectitur Couar. 3. var. res. c. 8. n. 3. cũ Pau. Castr. & multis alijs, quos citat. Ducus, l. si cum venderet. ff. de pig. act. quæ habet, si creditor cuidam tertio vendidit pignus, quod habebat sui debitoris, cũ pacto, qđ quandocunque debitor redderet ei pretium, restitueret illi suum pignus, tunc creditorem teneri cedere eam actionem aduersus illum emptorem, debitoremque agere aduersus eundem emptorem, vel rei vendicatione, quæ est actio realis, & supponit ius in re, vel actione in factum, seu præscriptis verbis quæ est personalis. Hinc Couar. & alij colligunt, ex pacto de retrouendendo resultare ius in re, & actionem realem, eaque de causa extrahi posse de potestate tertij emptoris, cui sit tradita.

Decis. Cõtraria tñ opinio est cõior, & amplectenda, q̃ referunt, ac sequitur Ant. Gom. 2. tom. var. res. c. 2. n. 29. & Greg. Lopez l. 42. tit. 5. par. 5. Nempe, ex† pacto de retrouendendo non competere

11 venditori ius in re, & actionẽ realem, sed solum, personalẽ, aduersus primum emptorem ad venditionem primã dissoluendam, remque emptam reddendã, si adhuc in ipsius, aut suorũ vniuersaliũ successorum, dñio perseueret, alioquin ad interesse, si in alterius dñio sit translata. Opinionẽ hanc cõtinet apertè l. 42. tit. 5. p. 5. fi. n. habet. *El cõprador es tenido de tornar la cosa en todas guisas. si es en su poder Y si en su poder no es, deue pechar al vendedor todos los dannos, y los monoscabos, que le vinieron porque no torno a quella cosa, que an si auia vendido.* Ecce, quando res iã nõ est in potestate emptoris, solũ primo venditori conceditur actio ad interesse aduersus emptorem, & nulla realis aduersus possidentem. Ratio verò huius sententiæ est manifesta. Qm̃ pactum de retrouendendo minus quid est, quã venditio actualis: est enim solum obligatio ad vendendam tem, seu dissoluendam priorem venditionem, si primus venditor eam redimere voluerit: quare, cum ex actuali vẽditione, nõn subsequuta traditione, solum competat actio personalis, vt disput. 369. cõprobatum est, consequens profecto est, vt ex pacto de retrouendendo solum competat personalis actio. Id quod confirmat apertè l. 2. C. de pact. inter emp. & vendi. quæ venditori solum personalem actionẽ ex pacto de retrouẽdendo concedit. Nisi ergo aliquid eorũ interueniat, ratione quorũ disp. 369. diximus, priorẽ creditorẽ præferri posteriori, nihil impedimento, quòd posteriori sit facta tra-

ta traditio, & non prius, vtique non dabitur primo venditori actio, vt propter pactum de retrouendendo in ipsius fauorem in prima venditione appositum, extrahere tē possit ab eo, cui ab empto re vendita ac tradita sit. Obserua tamen, si in prima venditione simul cum pacto de retrouendendo expressè apposita fuit conditio, quod emens, interim dum venditor facultatem haberet redimendi rem, non posset alteri eam alienare, quam primo venditori, tunc primus venditor extrahere posset rem illam de eius potestate, cui ab emptore vendita, ac tradita fuisset: quia iuxta ea, quę in calce disput. 370. de iure communi, ac Lusitano relata sunt, ea venditio ipso iure est nulla.

Ad id, vnde Couar. & alij ducti sunt, dicēdum est. Textum illum intelligi debere, vēditori competere rei vendicationem, si creditor vendidit pignus non seruatis omnibus requisitis, vt vēderet: tunc.n. per eam venditionem, factam præsertim cum pacto illo, non amisit debitor dominium pignoris, eaque de causa agere potest rei vendicatione: esset quippe ea venditio quasi secunda impignoratio: si verò illam vendidit seruatis omnibus requisitis, aget solum actione in factum personali. Mitto, gl. & Bart. ibi asserete, additionem illam in eo textu, vel actione in factum: correctionem esse illorum verborum, rei vendicatione. Adde, vt Bar. ibidem ex eodem textu notat, id esse priuilegium debitoris comparatione sui pignoris: quare extendere illud non licet ad venditorē cum pacto de retrouendendo.

Dubiū 12 Dubium est, ꝙñ † aliquid venditur cum pacto de retrouendendo, utrum alcauala debeatur, præsertim sequuta postea resolutione primæ venditionis, adimpletione pacti adiecti. Doct. communiter consentiunt, ex priori illa venditione alcaualam deberi. Ratio est, quoniam uenditio illa fuit pura, & perfecta, nihil impediente pacto de retrouendēdo appositio. quare ius semel ex ea uenditione fisco quæsitum, non amittitur resolutione postea contractus vi pacti de retrouendendo adiecti. Ita Anto. Gom. tom. 2. uar. res. c. 2. nu. 31. & l. 70. Taur. num. 30. Pinell. 2. C. de rescindend. vendit. par. 2. c. 3. num. 36. Lassarte de decim. vendit. c. 14. num. 36. & plerique alij, quos citant. Et idem disponitur in Lusitania *en os artigos das sisas* pag. 2. §. 1. ubi eiusmodi contractus putè censetur factus, nihil impediente, quod forma uerborum factus aliquando uideatur sub conditione: præcipiturq. gabellam solui gabellario, qui fuerit eius anni, in quo contractus sit celebratus, nihil impediente, quod conditio, sub qua primo aspectu contractus uidetur celebratus, alio anno impleatur.

Decis.

13 Maius † dubium est, utrum ex distracto, ac reuenditione, alia gabella debeatur. Dicendum autem est cum prædictis autoribus, non deberi. Ratio legitima est, quoniam illa non est secūda uenditio, sed resolutio primæ, idque ui exequutionis pacti de illa dissoluenda appositi in prima uenditione, antequam illa perficeretur: uenditio autem ut dissolui potest pacto appositio, antequam utrinq. impleatur, ac retrotraditione eius, quod ex altera parte datum sit, vt disputatione præcedente visum est; ita etiam dissolui potest simili pacto tunc apposito, etiam si exequutio illius fiat post uenditionem completam: ex resolutione verò uenditionis non debetur noua gabella, vt disputatione præcedente dictum est.

Quod si post uenditionem semel utrinq; perfectam mercis, ac pretij traditione, nullo appositio pacto de retrouendendo, conuenirent postea contrahentes, vt res pro eodem pretio redimeretur, tunc illa censeretur noua omnino uenditio, deberetur q. noua, ac distincta gabella ei gabellario, qui esset tempore talis secundæ conuentionis: eò quod resolutio contractus emptionis, & uenditionis locum non habeat post illum semel adimpletione utrinque perfectum, vt disputatione præcedente dictum est. Quin si tempore primæ conuentionis pactum de retrouendendo apponeretur, vt res pro maiori, aut minori pretio redimeretur, aut pars mercis redimeretur pro toto pretio, censetur secunda uenditio, distinctaq. gabella ex illa deberetur, vt Lassarte vbi supra nu. 41. rectè ait, atque ex dictis disputatione præcedente facilè patet. Etenim, postquam processum ad traditionem ex altera parte est, locum non habet variatio in contractu ita, vt unus, & idem, variatus aliquantulum, censeatur, vt habet, quando res est integra, aliquidque circa mercem, aut pretium, auctum, diminutumve est, vt disputatione præcedente dictum est: & multò minus reputari potest idem contractus, quando, post primum integrè utrinque adimpletum, in secundo, illusque adimpletione, variatione, variatio ex partium consensu interueniret. Obseruat etiam bene Lassarte vbi supra num. 2. cum Carolo Molinæo, si uenditio a principio fieret, non quidem cum pacto de retrouendendo, sed cum pacto, quod, si emptor eam tē vendere vellet, teneretur præferre primum venditorem cæteris emptoribus, tunc, esto postea, vi illius pacti, reuenderetur primo venditori pro eodem pretio, quo primò uendita fuit, deberi gabellam distinctam ei gabellario, qui tempore talis reuenditionis fuerit: quoniam id non esset resolutio primi contractus, sed noua uenditio, vi antiqui illius pacti appositi.

14 Dubium † est, utrum, si uenditio facta sit cum pacto de retrouendendo usque ad sex annos uerbi gratia, & antequam illi compleantur, prorogatio temporis de consensu partium fiat, vt usque ad sex alios annos res possit redimi transactisque prioribus sex annis, intra alios sex redemptio fiat, an debeatur distincta Alcauala. Respondet meritò Lassarte vbi supra nume. 43. cum Carolo Molinæo, & Tiraquello, deberi: quoniam, cum redemptio illa non fiat vi primi pacti, sed post completam omnino uenditionem quo ad primū pactum, vi secundi fiat, non censetur id resolutio primæ uenditionis, sed noua, ac distincta uenditio, quod ad ius fisci attinet, ac proinde debetur gabella distincta.



Digitized by Google

# Vtrum emptio cum pacto de retrouendendo licita sit.

## DISPVTATIO CCCLXXV.

### SVMMARIVM.

1 *Emptio cum pacto de retrouendendo an licita sit.*
2 *Pactum de retrouendendo nulla lege prohibitum.*
3 *Pactum de retrouendendo nulli contrahentiū iniurioſum, nec præiudiciale ei, qui emit.*
*Et quid de iure Caſtellæ, & Luſitaniæ, nu. 4.*
5 *Emptio cum pacto de retrouendendo, quare licita.*
6 *Pactum de retrouendendo an faciat rē minus valere, ita quod emptor teneatur de pretio rei deſcendere & quantum nu. 8.*
7 *Emptio facta cū pacto de retrouēdendo, cū diminutione pretij, reprobatur, & vſuraria iudicatur.*
9 *Pretij diminutio, quæ ſit ex pacto de retrouendendo de quo pretio iuſto ſit intelligenda.*
10 *Reſtitutio in conſcientiæ foro, eo caſu, quando res empta fuit diminuto pretio cum pacto, de retrouendendo, quomodo ſit facienda.*

RE ſeruata interim emptione cenſus cum pacto de retrouendendo in ſuum locum, quę
Queſt. 1 ritur, an † emptio, de qua præcedente diſputatione habitus eſt ſermo, licita ſit, Pars, quę negat, ſuaderi poteſt. Quoniam, vt Leuitic. 25. habetur, poſſeſſiones omnes, quas filij Iſrael emebant ab inuicem, illas emebant cum pacto de retrouendendo, ementesq; computare tenebantur in partem pretij fructus perceptos vſque ad tempus redemptionis, ita videlicet, vt ſi quis emeret poſſeſſionem aliquam quadraginta aureis, & fructus percepti vſque ad tempus redemptionis æſtimarentur decem aureis, venditor ſolum teneretur reſtituere triginta aureos, ſuamq; accipiebat poſſeſſionem: cum ergo lex illa iuſta fuerit, vtpote a Deo data; conſequens eſt, vt contrarium ſit iniuſtum, ac proinde vt emptio cum pacto de retrouendendo, non computando fructus perceptos in parte pretij, iniuſta ſit.

Decis. Cõ ſtamen, ac vera ſnia eſt, licitam eſſe, quã amplectuntur Contra. de contract. q. 83. Couar. 3. var. reſ. c. 8. nu. 4. & alij, quos copioſè referemus, dum idem de cenſu cum pacto de retrouendendo examinabimus. Probari autem poteſt.

Primò, qm̃ emptio licita eſt ſine pacto de re-
2 trouendendo, vt ex ſe liquet: ſed † pactum de retrouendendo non eſt lege aliqua prohibitũ, nec alicui contrahentium eſt iniurioſum, aut præiudicium affert: ergo licitè apponitur, ac proinde licita eſt emptio cum pacto de retrouendendo. Minor quo ad priorem partem, quod. ſ. pactum de retrouendendo nulla lege ſit prohibitum, perſpicua erit ex iis, quæ tam de iure diuino, quã humano, inferius citabimus. Quo ad poſteriorem verò, nempe nulli contrahentium eſſe iniurioſum, aut præiudicium afferre, probatur.

Quoniam non ei, qui cum eo vẽdit: ſiquidem in fauorem illius apponitur: emensq. ſit, qui eo pacto grauatur, quippe qui diſtrahere vi eius pacti rem non poſſit interim dũ is, qui vendidit, ius habet illã redimendi, teneturq. eidem illam vendere qñcunq. iuxta pactum appoſitum, voluerit
3 eam redimere. Quod † verò neq. iniurioſum ſit, aut præiudiciũ afferat ei, qui emit, probatur. Non ſolum quia ſciens, & volens, nullaque neceſſitate adductus, in eo pacto conſentit: ſed ẽt quia, cum grauamen illud pretio ſit æſtimabile, vtique, ſi in rei venditione cum pacto de retrouendendo tantum deſcendatur in pretio, quantum prudentis arbitrio grauamen id æſtimabitur, emens nullam patietur iniuriam, aut præiudicium, eam tẽ cum eo grauamine pro illo pretio emendo.

Secundò, ſi emptio cum pacto de retrouẽdendo ex ſe eſſet illicita, id maximè ex eo eſſet, quia vt vſuraria, dum emens, qñ res vendita redimit, capitale integrum recipit, non ſecus ac ſi mutuo illud dediſſet, & nihilominus lucratur fructus medij temporis: ſed in eiuſmodi contractu nulla cernitur vſura. In primis, quia ad vſuram requiritur mutuũ, ſaltẽ virtute, vt in materia de vſura, & alias ſæpe viſum eſt: ad mutuum aũt neceſſaria eſt facultas in mutuante repetendi pro aliquo tẽpore ſortem: quod in re propoſita non cernitur: ſupponimus. n. nullam eſſe poteſtatem in emente ad pretium repetendum, ſed ſolum in vendendo ad rẽ pro pretio redimendã, ſi velit. Deinde, quia emens cũ pacto de retrouendendo, dñium comparat rei ita emptæ: ac, ſi interim, dum non redimitur, pereat, ipſi perit, neque venditor tenetur reſtituere ei pretium: in quo nullum mutuum cernit, etiam virtute, ſed meta emptio: proinde neque vſura interuenire in eo poteſt, quod fructus eius rei percipiat, quæ eo tempore eſt ſua. Quare ſequitur, eiuſmodi contractum licitum eſſe.

4 His † accedit, præter iura cõia, Caſtellæ, & Luſitaniæ, quæ approbant emptionem cum pacto de retrouendendo, Martinum Quintũ in extraua ganti 1. & Calixtum III. in extrau. 2. inter cões de emptione, & venditione, & Pium V. in bulla de creatione cenſuum, approbare cenſum cum pacto de retrouendendo, in quo primo aſpectu videbatur eſſe maior difficultas, quã in emptione aliarum rerum cum pacto de retrouendendo, vt ſuo loco videbimus. Accedit etiam c. ad noſtrã de emp. & vend. vbi, cum damnetur emptio cum pacto de retrouendendo, quando pretium datum pro re eſt nimium modicum, argumento a contrario ſenſu, approbatur, quando pretium cõmenſuratur rei, quæ cum eo pacto emitur. Denique res hæc confirmatur ex Leuitic. 25. vbi dominus præcepit vendi poſſeſſiones cum pacto de retrouendendo, domus præſertim eas, quæ nec intra muros, nec leuitarum erant.

5 Quod verò emptio † cum pacto de retrouendendo licita ſit, variato pacto quocunq. illorum modorum, qui diſputatione præcedente propoſiti ſunt, probatur. Qm̃ integrum emptori eſt eme re rem pretio iuſto nullo admiſſo pacto, ſed pactum, quocunq. illorum modorum varietur, cedit in fauorem venditoris, tametſi plus cedat, ſi facultas redimendi concedatur in perpetuũ, quã ſi ſolum ad tempus concedatur, emptorque prohibeatur

bibeatur redimere rem maiori pretio: eò ergo, quocunque modo pactum varietur, remittat emptor aliquid de eo, q̃ ad emptionis iustitiam necessarium non erat remittere, pactumque in fauorem venditoris cedat; cõsequens profecto est, vt, appositione pacti quocunque illorum modorũ, nulla iniuria fiat venditori, sed potius gra, propriè quidem dicta, si emptor pp tale pactũ nihil de pretio iusto diminuat: impropriè verò dicta, si pp pactum in pretio descendat, ita vt æqualitas in eo contractu cernatur inter pretium, & rem cum eo pacto emptam. Vnde fit, vt neque emptori vlla iniuria fiat in appositione huiusmodi pacti.

Non defuit quidã Henricus Oita, à Conrad. q. citata, & à Medina q. vlt. de vsuris relatus, qui † 6 asseueret, rem cum pacto de retrouendendo nõ minus valere, q̃ sine eo pacto, eaq; de causa emptorem eum pacto de retrouendendo, non posse licitè descendere in pretio, quo res absque eo pacto emeretur. Ducebatur, quoniam res cũ eo pacto eandem naturam, ac proinde eundem valorẽ retinet: quare nefas est propter id pactum quicquam de pretio, alioquin iusto, minuere. Alia leuiora illius argumenta, eorumque solutiones, legere apud doctores citatos licebit.

Communis doctorum sñia meritò cõtrarium affirmat. Liquet. n. onus id, non alienandi rẽ interim, dum venditor redimere illã potest, tenetiq; emptorem illã vendere quicunque venditor intra id tps redimere eam voluerit, esse onus pecuniæ æstimabile, nõ minus q̃ alia seruitutis onera, vt modi molendi in mutuantis molendino, & similia alia, q̃ in materia de vsura dictũ est, pretio esse æstimabilia: quare onus aliud, cum re, quæ emitur, coniunctum, illam sanè efficit minoris valoris, licetque põt emẽs, vt illud subeat, exigere competentem cõpensationẽ, nempe vt, iusta illius æstimationem, minuatur de pretio rei in se spectatæ. Addes, quando res emitur cum eo pacto, emptorem non cõpacare plenum illius dñium, quo ad iura ólà, q̃ dñium plenum nata sunt sequi: quippe cum venditor ius aliquod sibi reseruet comparatione illius; quare sicut quando res habet seruitutem, aut venditur quo ad solum dominium directum, aut utile, minus ualet, quàm quando quoad plenum dominium venditur: ita quando venditur cum pacto de retrouendẽdo, minus ualet propter ius, quod sibi venditor reseruat, quam ualeret, si libera ab eo pacto uenderetur.

Ad id, unde autor ille ducebatur, dicendũ est, rei ualorem non æstimari quo ad naturam illius, sed quo ad usum, & commoditatem ex illa, vt dũ de pretio rerum agebamus, explanatum, ostẽsum que fuit, eaq. de causa, quamuis res cum eo pacto eandem retineat naturã, quia tñ non tantam commoditatem habet ad usus ex dominio emanare consuetos, non esse tanti ualoris, quanti esset, si cum eo pactò non uenderetur.

Quod ad argm̃ initio huius disputationis, in partem negantem propositum attinet, sciendum est Deum, in gratiam populi illius, ut possessiones non egrederentur cognationes, inter quas fuerunt diuisæ, atq; ne quidam possessiones mal tas haberent, cæteris vacuis remanentibus, præcepisse eo loco, vt possessiones vendi non posset in longius tps, q̃ usque ad annũ Iubilei, ita vt in anno Iubilei liberæ, atq; absq; vllo pretio, ad antiquos dños rediret; quare tantum valebat possessio vendita illo modo, quantũ æstimari poterat usus, & commoditas illius usq; ad annũ Iubilei: eaq; de cã, si Iubilei annus multum distabat, pluris æstimabantur possessiones illæ: si verò parum distabat: vilius æstimabantur. Itẽ pcipiebat Deꝰ, vt ea quoque lege possessiones emerentur, vt si vẽditor redimere vellet possessionem ante annũ Iubilei, id efficere posset pro pretio, quo illam vendidit: emptor tñ tunc compensare teneretur in partem pretij, valorem fructuum perceptorum.

Ab hac lege solum excipiebantur domus, quæ intra muros erant alicuius ciuitatis, aut oppidi, neq. erant alicuius leuitarũ. Concurrentib. n. his duabus conditionibus, nempe q̃ essent intra muros, & non essent leuitarum, censebantur vendi in perpetuum, & cum pacto de retrouendendo solum intra annum. Domus autem, quæ vel leuitarum erant, vel non erant intra muros, eandem subibant legem cæterarum possessionum, quæ non erant domus. Hæc omnia Leuitici 25 habentur.

Ad argumentum verò propositũ, cõcessa maiori, & minori, in hoc sensu, quod lex illa nullam iniustitiam continebat, neganda est consequentia, inde videlicet sequi contrarium iniustitiam continere. Fieri. n. optimè potest, vt ex duob. contradictoriis neutrum iniustitiam contineat. Neque enim quia Deus, creando mundum, nullam fecit iniustitiam sequitur, si mundum non creasset, factuꝝ fuisse iniustitiam.

Hoc loco obserua c. ad nostrã de emp. & vẽd. & in Lusitanis ord. lib. 4. tit. 14. §. 2. & titu. 27. §. 7 1. q̃n aliquid † emitur cũ pacto de retrouendendo, & pretium est diminutum, reprobari contractũ, vsurariumq. iudicari. Vt vero hæc iura intelligantur, obseruandum est. Si contrahentes cũ pacto de retrouendendo reuera emere, ac vendere intendant, vsurã in conscię foro nõ intercenire, ét si pretium valde sit diminutum: q̃n in eo contracto, nec virtute, cernitur mutuum sine quo vsura esse non potest: erit tñ emptio iniusta pp pretij inæqualitatem. Vnde emens illo modo pretio valde diminuto, peccat quidem contra iustitiam, atque ad restitutionẽm tenetur, non tñ incurrit in conscientiæ foro vsurariorum pœnas. Atque in hoc conueniunt doctores cõiter, de qua re lege inter alios Nauar. in Manu. c. 17. nu. 248. In foro tñ exteriori, si res cum pacto de retrouendendo ematur, & pretium sit valde diminutum, cẽsetur ementis animum non fuisse emere, sed mutuo dare accipiendo rem ita emptam in pignus, atq; lucrando fructus illius interim, dum mutuum non soluit, neq; illos in sortẽ computando, ac proinde is cõtractus in foro exteriori vsurarius censetur.

Sententiam hanc colligunt quãplurimi, quos inter alios referunt Couar. tertio tomo variarum resolution. cap. 8. num. 3. & quarto, & Aluar. Valas. consultat. 70. ex capit. ad nostram de emptione & venditione, cãq; ordinationes Lusitanæ lo-

cis citalis lege seruãdam sancierũt, addẽtes, si pretium diminutum esset in quarta parte pretij iusti, contractum iudicandum esse vsurarium, atque ementem incurrere pœnas vsurariorum.

Quo fit, vt de iure Lusitano præsumptio sit iuris, & de iure eũ cõtractum vsurariũ esse, ac proinde fit, vt illo modo emens pronunciari dẽat pœnas vsurariorum incutrisse, nulla admissa probatione in contrarium. Cũ autem vsurarius cõtractus nullus sit ipso iure, neq; per illũ dñium rei, in pignus reputatæ, acceptæ, transeat in accipientem; consequens profectò est, vt aduersus ita emẽtem, etiam si rem alienauerit, & aduersus quemcunque alium eiusdem rei possessorem, venditori cõcedatur rei vendicatio, ac proinde realis actio, neque aduersus eum præscribatur tempore, quo personales actiones præscribuntur, vt rectè Aluar. Valas. loco citato. num. 5. affirmat.

Quamuis aũt maior fortasse doctorũ pars doctrinã illã ex c. ad nram colligat, seruãdaq; oĩno, in Lusitania sit; Panor. tñ ad idem caput, Couar. vbi supra, & multi alij, non immeritò obseruãt, id non sufficienter ex eo. c. colligi. Etenim in eo, qui in illo textu vsurarius p̃sumptione censet, nõ cõcurrerunt duæ illæ solæ circũstantiæ, sed simul cũ illis concurrerunt hæ duæ aliæ. Prima ementẽ illo mõ, assueuisse dare ad vsuram, cum aũt timeret, ne vsurariorum pœna dãnaretur, noluit mutuo dare, sed emit illo mõ: vñ multi, quos idem Cou. ibidem, Aluar. Valas. consultatione citata. nu. 3. & Gama decis. 138. referũt, tertiã hanc circumstantiam addendam censuerunt. Secunda verò, apposuisse in cõtractu pactum, vt emens redimere non posset rem illam ante septẽnium, neq; post nouẽnũ: vnde lucrari vt minimum volebat fructus septem annorum; cum tamẽ, ob pretij exiguitatem, sciret rem post septennium omnino redimendam fore. Atq; hinc iure optimo Couar. loco citato censet, standum in solo iure canonico, arbitrio prudentis iudicis esse definiendum, an; quãdo non omnes illæ quatuor circũstãtiæ intercueniunt, sed solum quædam earum contractus ille iuris præsumptione habendus sit vsurarius.

8 Rem† venditam cum pacto de retrouendendo minus valere, quam si absq; eo pacto vẽderetur, supra dictũ est, atq; id variis iuribus confirmant, præter Nauar. in Manua. c. 17. nu. 248. Cou. 3. variar. resolut. c. 10. nu. 1. Aluar. Valas. consult. citata. nu. 4. & Gama decis. 138. num. 2. relata cõi doctorum opinione, quæ idem affirmat. Quidam; quos ijdem doctores referunt, voluerunt, rem cũ pacto de retrouendẽdo valere minus fere tertiam partem, quam sine eo pacto, ita vt, si alioquin valebat centum aureos, cum eo pacto valeat, plus minus, septuaginta. Alij dixere, ob eiusmodi pactum numquam detrahendum esse pretio, alioquin iusto, vltra tertiam partẽ. Doctores verò citati merito cum alijs asseruerunt, rem hanc prudentis arbitrio esse in vnaquaque regione definiẽdam, spectata consuetudine eius regionis, communiq; hominum in illa existimatione, q̃ multũ facit, vt pretium in vnaquaq. regione iustũ si censendũ, vt, quãdo de pretio iusto supra sermo fuit habitus, dictum est. Illud iure optimo addunt, minus valere rem cũ pacto de retrouẽdendo in ppetuũ, aut sine vlla tpis præfinitione, q̃ cũ limitatione tpis, & valere plus, si fiat cum pacto de retrouẽdendo ad breuius tempus, quam ad longius.

Dubium verò est, qñ c. ad nostr am. de emp. & vendit. censetur vsurarius contractus cum pacto de retrouendendo, qñ pretium, pro quo res cum eo pacto fuit empta, valde fuit diminutum, concurrentibus illis alijs circunstantijs, & in Lusitanis ordinationibus vsurarius reputatur, quando
9 pretiũ defecit à iusto in quarta parte; num † intelligendum id sit, de pretio iusto rei illius, si venderetur sine pacto de retrouendendo: an potius de pretio iusto illius cum eodem pacto de retrouendendo: quandoquidem dictum est, pretium iustũ eiusdem rei posteriori modo spectatæ, longè minus esse, quam si priori modo attendatur. Aluar. Valas. consult. citata nu. 10. & 11. arbitratur cum Pinel. l. 2 de resc. vend. par. 3. c. vlt. nu. 19. intelligendum id esse, de pretio iusto rei spectatæ sine vllo pacto de retrouendendo. Non dubito tamen id esse falsum, iuraq; illa intelligenda esse de pretio iusto rei spectatæ sub eodem pacto de retrouẽdendo, vt affirmant Gama dec. 138. nu. 2. & dec. 178. & cæteris doctores cõiter est q; magis in praxi receptum, vt Pin. & Aluar. Valas. cõprobent, æquitasq; ipsa postulat. Præterea, cum docti res cum quibus disputamus, concedant, pactũ de retrouendendo interdum de valore iusto rei minuere tertiam partem, aut ferè, vtique concedere teneantur, Lusitanam ordinationem, quæ vsurariam reputat emptionem cum pacto de retrouendendo, in qua de pretio alioquin iusto minuitur quarta pars, reputare vsurariam ob pretij defectũ à limitib. iusti eam emptionem, de qua constaret iustam esse, spectata re cum pacto de retrouẽdendo, cum quo emitur; quo nihil põt dici absurdius.
10 Dubium † deinde est, qñ res empta fuit diminutio pretio cum pacto de retrouendendo, obligatioque est restituendi in conscientiæ foro, quo nam pacto facienda sit restitutio. Vtrum. s. augendum sit pretium vsque ad latitudinem iusti tpe, quo celebratus fuit contractus, & simul restituendum venditori sit interesse lucri ex eo ipsi cessantis, quod portio illa pretij, quæ ad complementũ iusti defuit, soluta ei non fuerit; an potius restituẽda illi sit pars fructuum ex re empta singulis annis perceptorum, quæ eandem proportionem ad fructus integros habeat, quam pars pretij dicta habet ad integrum pretium iustum. Dicendumque est cum Ioan. Medin. quæstio. vltima de vsuris priori illo modo faciendam esse restitutionẽ, ad idque teneri emptorem, siue id plus sit, quam pars fructuum, siue non. Ratio est, quoniam emptor per eam iniustam emptionem comparauit dominium totius rei emptæ, atque, si periret, emptori ipsi periret, & non venditori: eaque de causa fructus illos omnes fecit suos, solumque tenetur reducere contractum ad æqualitatem, soluendo damna, etiam lucri cessantis, ex quo venditori sequuta, quod pretium à principio iustum non fuerit:

*Vtrum*

Digitized by Google

# Vtrum licita sit emptio cum pacto de retrouendendo maiori pretio. Et num res interim, dum non redimitur, locari licitè possit venditori.

## DISPVTATIO CCCLXXVI.

### SVMMARIVM.

1 *Empta res cum pacto de retrouendendo quo licite, dum non redimitur, locari possit uenditori.*

2 *Emptio cum pacto de retrouendendo maiori pretio, quam in prima uenditione factum fuit, quomodo licita.*

*Cum duabus declarationibus. nu. 3.*

DVo proposita dubia supersunt explananda. Atque vt a posteriori, in quo minus est negotij, ordiamur, dicendum est. Si † contrahentes, 1 reuera intendant celebrare duos illos contractus simul, vt emptionem domus certo aliquo pretio cum pacto de retrouendendo, & locationem, qua emptor vēditori illā locatam relinquat, pretiūq; vtriusque contractus cōmensuratū sit rei, p qua datur, licitos esse, nihil impediente, ꝙ simul celebrarentur. Ita Nau. in Man. c. 17. n. 248. Syl. ver. vsura. 2. q. 15. pronunciat. 2. Cont. de contract. q. 83. ad 12. & Caie. 2, 2. q. 77. artic. 1. Ratio est qm vnus est iusta emptio, alter vero iusta locatio: ex eo vero, ꝙ simul fiant, nulla consurgit iniustitia, aut alia iniquitas. Si aūt primus contractus non esset vera emptio, sed pecuniæ mutuatario, emptionis simulatione palliata, ita ꝙ si res tpe locationis periret, non tunc vterque contractus esset vera usuraria mutuatio, simulata noīe fictæ emptionis, ac locationis, & tales illi duo contractus in foro exteriori præsumantur, si ab eo fiant, qui dare consueuit ad vsuram, vt Pan. c. illos vos, de pig. n. 5. ait. Si aūt vterque contractus esset quidē vera emptio, & locatio, pretium tñ emptionis esset diminutum, aut locationis excedens, tunc contractus esset iniustus, sed non vsurarius, teneretur q. emptor, ac locator ad restitutionem excessus, aut defectus pretij. Quod si emens assuetus esset tradere ad vsuram, aut ex alijs circūstantijs vehemens præsumptio esset, in eis contractibus interuenire vsuram simulatam, damnari in foro exteriori posset tanquam vsurarius, iuxta ea, quæ paulo antea, & disputatione præcedente dicta sunt, peccaterq. peccato scandali, si quando eos contractus celebrauit, attendit, aut attendere debuit, alios inde scandalum posse sumere.

2 Quod † ad secundum dubium attinet, nū scilicet emptio cum pacto, vt retrouenditio maiori pretio fiat, quam prima uenditio facta sit, sit licita. Cont. de contract. quæst. 84. concl. 4. asserere cum quibusdam alijs uidetur, talem contractum illicitum esse. Quoniam tunc non esset æqualis conditio utriusque contrahentium. Et quoniā, si pretium datum pro re in prima emptione fuit iustum pretium maius, quod in pactum redēptionis eiusdem rei deducitur, erit iniustum.

Med. q. vlt. de vsur. quem Cou. 3. var. reso. c. 9. n. 1. sequitur, in contraria est sententia. Videlicet non semper illicitum esse deducere in pactū, vt si res vendita redimat, maiori ptio fiat redēptio. Cū. n. inquiunt, in emptione cū pacto de retrouēdendo, duo cernantur contractus emptionis, & venditionis: vnus, quo primò res emitur: & alter, quo postea redimitur: vtiq; si vterque iusto ptio celebretur, iuxta valorē rei tempore exequutionis vtriusque contractus, liciti ambo erunt. Quare, cū euenire aliquando possit, vt speretur rem tempore exequutionis secundi contractus plus esse valituram, quam tempore primi valeat, nulla erit iniustitia, si emptio tūc celebretur cū pacto, vt in re uenditione tantum in pretio ascendatur, quantū, plus minus, existimatur rem tunc valituram, aut vt reuenditio ascendat tunc in pretio, aut descendat, quantum eo tpe valore comperietur. Exemplum est, si quis emat pullum equi cum pacto de retrouendendo intra duos annos, quo tpe, moraliter loquendo, erit longè maioris pretij; nulla. n. tunc erit iniustitia, si in pactum deducatur, vt vēditor accrescere teneatur in pretio, quantum, plus minus, existimatur tunc valiturus, aut quantum tpe redemptionis valere comperietur. Imò verò, si pactum de retrouendendo fieret, vt venditor solū solueret pretium, ꝙ pro illo dedit, sanè contractus esset iniustus in damnū primi emptoris, qui, cū rē iusto pretio emerit, obligaretur illam reuendere infra pretiū infimū iustū. Neq; quicq̄ refert, ꝙ toto tpe intermedio fecisset suos fructus illius pulli, vt si illū locasset, aut ipse eo esset vsus. Quidem, non solum sumptus cum eo fecisset, ac, si perijsset medio illo tpe, ipsi perijsset, sed etiā qm creuisset in bonitate, & valore, dum sub ipsius erat dñio, quia valor ad ipsum vtiq; spectat. Aliud exemplum est, si mercator tpe nouorū emat mensuras aliquot tritici, quas seruare intendat in tempus, in quo speret plus valituras, petatq. ab eo vēditor vt emptio fit cum pacto de retrouendendo illo tempore, in quod mercator seruare illas intēdit: tunc. n. emptor iustè exigere poterit, vt redemptio sit pretio, quod plus minus, speratur tunc valituras, iuxta ca. nauiganti, de vsur. aut vt sit pretio, quod tunc valituras comperietur.

Placet mihi sanè hæc sententia præsertim, si intelligatur, quod, si in prima emptione propter onus de retrouendendo, quod emptor in se suscipit, aliqui imminutum sit de pretio rei alioquin iusto, in redemptione non petatur tantum incrementum pretij, quantum res, plus vel minus, speratur tunc valitura sup. pretiū, ꝙ pro ea datū est, sed quātū speratur, plus minus, valitura sup. pretium, quo res eadem in prima venditione sine pacto de retrouendendo emeretur. Neque enim iniungendum est venditori, vt in redemptione persoluat illam pretij portionem, quam ipsemet emptori detraxit propter onus de retrouendendo, quod in se suscipiebat. Medina vult damnādum non esse contractum, etiam si in pactum deducatur incrementum totum, quod res habuerit supra pretium, quod pro illa datum sit. Quamuis



Digitized by Google

autem ea ſententia de rigore ſcolaſtico non videatur damnanda, non tamen videtur intrepidè aſſerenda, & propter ea dixi, præſertim ſi modo proximè explicato ſententia Medinæ, & Couarruuiæ intelligeretur.

2 Duo † circa eandem ſententiã admonuerim. Vnum eſt. Quando emptor ex ſuo munere emeret ad reuendendum maiori pretio, vt bibliopola, qui ſcholaſticorum libros emit ad eos reuendendum, atque in eis lucrandũ, licitus eſſet contractus de retrouendendo pro illo maiori pretio, quo idem bibliopola eoſdem libros iuſtè venditurus eſſet cuicumque alteri. Quia illa eadẽ res, ſub illis duobus modis vendendi, plus valet in ſecunda venditione, q̃ in prima, iuxta ea, quæ de pretio rerũ ſupra dicta ſunt, &, quod vtraque cũ eadem perſona diuerſis temporib. fiat, nihil iniquitatis continet, modo tñ duo illi contractus veri ſint, & non conficti ad vſuram ſimulãdam, mutuo dando ſub illo velamine pro aliquo vltra ſortem.

Hinc excuſari ab vſura, & iniuſtitia poſſunt, q̃ Olyſſipone, & alibi, vbi milites ſunt, munus habent emendi ad reuendendũ enſes, veſtes, & alia eiuſmodi noſtri (*ropauegeros*, Luſitani *aljababes* vocant) ſæpèq. milites ad illos accedũt, & neceſſitate preſſi, aut vt habeant vnde ludant, illis vendunt enſes, veſtes, & alia eiuſmodi, rogantes, vt ſibi illa eadẽ reſeruent quouſq; ſtipendia ſua recipiant, & tunc ea ipſis certo quodã maiori pretio, tpe primæ venditionis inter eos conſtituto, vendant: ſi.n. maius hoc p̃tiũ non excedat, qđ ab alijs iuſtè accipere poterant, damnandus in rigore nõ eſt talis cõtractus; conſulẽdũ tñ eiuſmodi hoĩbus eſt, vt mitius ſe gerãt cũ miſeris militibus, & cõtenti ſint valde moderato lucro, atque attendant, vt animus ſyncerus ſit, nõ dãdi mutuo ſub illo velamine, & vt ſcãdalũ ea de re in alijs nõ generetur.

Alterum eſt. Alicui fortaſſe videri poſſe, cũ rerũ pretia in indiuiſibili nõ conſiſtant, ſed habeãt certã latitudinẽ intra limites iuſti, emptorq; poſſit iuſtè emere infimo pretio, & nolle vẽdere, niſi medio, aut rigoroſo, poſſe licitè aliquem emere aliquid infimo pretio, cũ pacto de retrouendẽdo medio, aut rigoroſo pretio, eſto res nihil plus valeat tempore exequutionis redemptionis quã tpe primæ emptionis. Hoc tñ nullatenus in foro exteriori eſt ferendum, ſed damnandum tamquam vſura, niſi, vt proximè dictum eſt, emptor ex ſuo proprio munere ad reuendendum alijs emeret, rogatuſq; à venditore, rem illi reſeruet, ipſum p̃ eodem pretio præferendo alijs: quod beneficium quoddam eſt. Neq; rem in conſcĩæ foro eſt ferendum, niſi in prædicto euentu, aut in alio ſimili: qm̃, licet id iuſtum ſit, qñ pacto ſeorſum fierent; non tñ eſt iuſtum qñ fiunt ſimul, licèt exequutio pacti ſecundi de retrouendendo poſtea fiat, niſi veriſimile ſit, rem plus valituram tpe exequutionis ſecundi pacti, quam valeat tpe primi: neque .n. eſt iuſtus titulus; cur vno, & eodem tpe, cum vna, & eadem perſona, poſſit quis, antequam res effecta ſit ſua, vt eadem res ſibi vẽdatur certo pretio, & maiori ab eodem venditori redimatur, niſi adſit aliqua ex circumſtantijs explicatis ob quam accipere poſſit incrementum illud lucri, aut alia ſimilis, quæ alicui fortaſſe poterit occurrere.

Supereſt reſpondeamus ad illa duo, vnde Cõrad. & alij ducebantur, vt vniuerſim damnarent emptionẽ cum pacto de retrouendendo maiori pretio. Atque ad primum dicendum eſt, inæqualitatem illam duorum illorum contrahentiũ non eſſe in vno, & eodem pacto, ſed in diuerſis, conſurgereque ex mutatione rei in valore tempore exequutionis ſecundi, aut ex eo, quod res plus valeat ſub modo ſecundæ venditionis, quam ſub modo primæ, vt explicatum eſt: eiuſmodi autem inæqualitas nõ eſt iniuſta, vt eſſet iniuſta inæqualitas in vno, & eodem pacto inter pretiũ, & rem.

Adde, meliorem illam conditionem ex parte primi emptoris, compenſari ex parte in eo, quod ſi res tempore intermedio inter primum pactũ, & exequutionem ſcdi, pereat, perit primo emptori, nec ſecundus tenetur reſtituere illi pretium.

Ad ſecundũ neganda eſt conſequentia. Maius quippe, & minus pretiũ cõmenſurata eſſe poſſũt vni, & eidem rei, non ſolum ſi res pro diuerſis tẽporibus varietatem ſuſcipiat quo ad valorem; ſed etiam ſi ſub diuerſis vendendi modis plus ſub vno modo valeat, quam ſub alio, vt dictum eſt.

## Vtrum licita ſit emptio cum pacto de retrouendendo in emptoris fauorem. Et vniuerſim, quando contractus diſſoluitur, ad quem pertineant fructus ex re vendita medio tempore percepti.

## DISPVTATIO CCCLXXVII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Emptio cum pacto de retrouendendo in fauorem emptoris, vt. ſ. vẽditor rẽ redimere nõ teneat, niſi qñ emptor voluerit, an licita ſit, & nu. 8. & 9.*

2 *Reſolutio contractus venditionis poteſt in voluntatem conferri tam emptoris, quam venditoris.*

3 *Reſolutio contractus quando in voluntatem emptoris confertur, fructus medio tempore percepti ad quem ſpectant. & nu. 8.*

4 *Venditio, quando re tradita, & ſoluto pretio, quocunque modo diſſoluitur, ad quem pertineant fructus medio tempore percepti tã in foro conſcientiæ, quam in exteriori.*

5 *Venditionis contractus quot modis diſſoluatur.*

6 *Cap. illo vos, de pig. quomodo intelligendum.*

7 *Fructus medio tempore percepti circa caſum c. illo vos, de pign. ad quem ſpectent, an ad emptorem, an vero ad venditorem.*

8 *Emptio cum pacto, quod emptor quando voluerit, teneatur venditor redimere rem per eum venditam, non computatis fructibus medij temporis in partem pretij, ſed emptori reſeruatis, quibus modis licita ſit, & quibus non.*

9 *Emptionis, & venditionis cõtractus cum pacto de retrouendendo, in fauorẽ ſolius emptoris appoſito, tamquam ſuſpecti, ſunt penitus reijciendi.*

Hactenus

HActenus loquuti sumus de emptione cum pacto de retrouendendo in fauorem venditoris, vt scilicet posset ipse illam redimere, quãdo vellet intra terminum ad id datum. Examinandum † vero est, vtrum licita sit etiam emptio cũ pacto de retrouendendo in fauorem emptoris, vt scilicet venditor redimere rem teneatur quando emptor voluerit. 1

Sotus 6. de iustit. q. 5. art. 3. concl. 1. asseuerat, illicitum, vsuratiumq; esse eiusmodi cõtractum, nisi emptor fructus oẽs ex ea re perceptos computet in partem pretij. Qm̃, inquit, si vltra pretiũ accipere vellet aliquid fructuum, vsura esset, vel apertа, vel palliata: eo quod semper per eum contractum secutũ haberet suum capitale, possetq; illud, quando vellet, repetere, quod proprium est mutui, licet contractus nomine emptionis nuncupetur. In eadem sententia sunt quidam alij.

Hoc loco examinandum ante oĩa est, num qñ resolutio, dissolutiove contractus in voluntatem emptoris confertur, fructus medio tpe percepti ad emptorem ex natura contractus pertineant; an verò ad venditorem. Et vniuersim, qñ cõtractus resoluitur, ad quem spectent fructus medij temporis, vtrum ad emptorem, an venditorem.

Quod ad primum attinet, conueniũt quidem oẽs in eo, quod quæstio supponit, nempe † dissolutionem contractus non minus conferri posse in voluntatem emptoris, quam venditoris, vt ex se est perspicuum: cum nihil sit, quod magis vnum impediat, quam aliud. Præterea id apertè colligitur ex l. si res ita. ff. de contrah. empt. & ex l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de ædil. edict. vbi habetur. Si quid vendatur cum pacto, vt, si res empta displicuerit emptori, redhibeatur, validum esse tale pactum. Si autem non limitetur tempus, in quo emptor dicere debeat rẽ sibi displicere, & in quo dissoluere possit contractum, neque item sit dictum, quod, quandocunq; displicuerit, possit dissoluere contractum, tunc tẽpus censeatur illi præscriptũ sexaginta dierum. Si vero dictum fuisset, posse, quandocunque, res displiceret, dissoluere contractum, tunc in perpetuum posset illũ dissoluere, vt ibi habetur. Idem colligitur ex c. illo vos de pign. idque ibidem num. 2. colligit, & affirmat Panor. asseuerant Medin. quæst. vltima. de vsur. Cou. 3. var. resol. c. 9. nu. 3. & alij. 2

In quæstione tñ ipsa, quæ id supponit, nõ omnes consentiunt. Panormit. n. loco citato. nu. vlt. & quidam † alij censent, qñ resolutio cõtractus in voluntatem emptoris confertur, fructus medio tempore ab eo perceptos, non ad ipsum spectare, sed ex natura contractus restituendos esse venditori. Quare in re, occasione cuius id disputamus, consequenter affirmant, emptorem teneri computare in partem pretij fructus ex re empta perceptos. Alij, de quorum numero sunt Medina, & Couar. locis citatis, asseuerant, resolutionem contractus in voluntatem conferri emptoris, nihil impedire, quod fructus medio tempore percepti ad emptorem spectent: atque adeo arbitrantur, in re, de qua disputamus, fructus medij temporis ad emptorem pertinere, tamquam fructus rei suæ pro illo tempore. 3

Quod verò ad secundum attinet, ad quem. s. † vniuersim attineãt fructus medio tpe percepti, qñ re tradita, & persoluto pretio, contractus dissoluitur, quocunq. modo is dissoluatur, multum variant iurisperiti, quorum sententias legere, inter alios, licebit apud Cou. c. 9. citato. nu. 1. 4 Quæst.

Prætermissis verò alijs opinionibus, distinguẽdum arbitror non solum in conscĩa, sed ẽt in exteriori foro, eo ꝙ id sonent iura, doceatq; naturæ lumen, vnde iura sunt profecta, partim cum Couar. nu. 1. citato, & partim cum Medina q. vlt. citata. §. esset dubium. Quod aut † contractus dissoluitur ex cã de præterito, aut ex pacto apposito, vt in futurum possit dissolui. Si ex causa de præterito dissoluatur; vt quia res post celebratum contractum comperitur tpe celebrati contractus fuisse vitiosam, in quo euentu disput. 353. ostensum est, dari actionem redhibitoriam ad dissoluendũ contractum, quando emptor rem non emisset, si agnouisset vitium illius, tunc fructus medio tempore percepti ad venditorem spectant: eo ꝙ contractus à principio vitiosus fuerit, reputeturque proinde a principio fuisse inualidus. Atq. in hoc euentu disponit. l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de ædil. edict. idemque affirmant Couar. vbi supra num. 1. & alij, quos citat. 5 Decis.

Si verò contractus dissoluatur ex pacto apposito, vt in futurum possit dissolui, tunc subdistinguendum est cum Medina loco citato. Qm̃ duobus modis apponi potest tale pactum in cõtractu emptionis, & venditionis. Vno, vt superueniente re aliqua, res habeatur pro non vendita cõtractusve censeatur non celebratus. Altero verò, nõ quidem vt res habeatur pro non vendita, & contractus pro non celebrato, sed vt res illa redimatur, redimive possit.

In priori euentu, quia contractus eo ipso, ex ipsorummet contrahentium pacto, censetur numquam factus, fructus medij temporis pertinẽt ad venditorem, nihil impediente, quod res toto eo tẽpore fuerit emptoris, si illi erat tradita. Atque hac ratione in pacto adiectionis in diem, ut iura uocant, & de quo disputatione sequenti erit sermo, vt qñ aliquid sub hac forma venditur, uendo tibi rem hanc centum aureis ea lege, ut si intra duos menses inuenero meliorem emptionem, res sit tibi inempta, si contractus ex eo dissoluatur, quod melior emptio superuenit, fructus medio tẽpore percepti pertinent ad venditorem, nihil impediente, quod res eo tempore fuerit emptoris, si illi erat tradita, & soluerat pretium. Ita disponitur. l. item quod dictum est, iuncta l. quoties. ff. de in diem adiect. Similiter in pacto legis commissoriæ, de quo disputa. 324. dictum est, redibitque sermo disputatione sequenti, vt quando sic dicitur, vendo tibi hanc rem centum aureis ea lege, vt si intra duos menses illos non solueris, res sit tibi minimè vendita, si idcirco contractus dissoluatur, quod emptor intra præfixum tempus pretium non soluerit, fructus medio tempore percepti pertinent ad uenditorem. Ita habetur l. fundo, ff. de leg. commiss. & l. 38. ti. 5. par. 5.



Digitized by Google

Alia præterea est peculiaris cõ, quare, qñ contractus hoc posteriori modo dissoluitur, fructus medij temporis pertinere nõ debeant ad emptorem. Quia videlicet, vt iurisconsultus l. citata sub iungit, *Nihil penes emptorem residere oportet ex re, in quam is fidẽ fefelleretur.* Obserua tñ, si emptor arrham dederat, aut partem pretij soluerat, in pactumq; erat deductum, vt, si intra certum tẽpus reliquum pretij non solueret, res esset inempta, tunc eo ipso amittere arrham, & partem pretij quam soluerat, vt constat ex l. si fundus, & ex l. de lege. ff. de leg. commiss. & ex l. 38. tit. 5. part. 5. Attamen in recompensationem arrhæ, aut partis pretij, quam amittit, voluerunt iura iuxta benigniorem Neratij interpretationem, vt emptor suos faceret fructus medio tempore perceptos.

Atque hoc est, quod disponit, l. si fundus. ff. de leg. commiss. & post eã l. 38. Castellę citata, & nõ id, quod Couar. nu. 1. citato ex eis iurib. refert, vt liquidò constat iura illa legenti. Quod si tunc vẽditor noluerit arrham, aut partem pretij, sed fructus medij temporis, poterit illos sibi eligere.

In posteriori verò euentu, qñ scilicet pactũ non habet, vt res habeatur pro non vendita, & contractus pro non celebrato, sed vt res illa redimatur, redimive possit tunc, si iuxta eum pactum dissoluatur contractus, fructus medio tempore percepti ad emptorem pertinent, cuius tota eo tempore res illa fuit; idq; siue resolutio contractus à voluntate venditoris, siue ab emptoris voluntate pẽdeat, vt euenit in re, de qua disputamus, & cuius occasione hæc omnia dicta sunt.

Illud hoc loco admonuerim, contractus cẽs, de quibus a disputatione 374. loquuti sumus, appellari in iure, vereq; esse, puros, hoc est, non cõditionales. Quãuis. n. in quibusdam eorũ pactum conditionale apponatur, conditio tñ non est ad hoc, vt vẽditio sit, sed vt, postquã fuit, resoluatur, ac desinat esse, vel ita, vt censeatur nunquã facta, vel ita, vt vlterius non progrediatur, vt explicatũ est. Si autem in hac forma cõtractus celebrarentur; vendo tibi hanc rem, vel sit tibi vendita, si tñ pretium solueris intra tñ tempus, vel nisi alius intra tñ tempus mãius obtulerit pretium, at cõdõ alia apponatur, quæ suspendat, vt ex aliquo euentu futuro venditio sit, aut non sit: tunc contractus erit conditionalis, deficienteque conditione, non dissoluitur venditio quia nunquam fuit, sed potius contractus non sortietur effectũ, vt sit, eo ꝙ desit conditio, à qua pendebat contractus, vt esset, ac perficeretur: si autem cõditio impleatur, dicetur contractus perfici, ac sortiri effectum. Ita habetur l. 2. & 4. ff. de in diem adiec. l. 1. ff. de leg. commiss. atq; alijs iurib. Neque refert patũ, contractum aliquem conditionalem esse ad varios effectus, qui ex parte in præcedentibus toto hoc opere explicati sunt, & ex parte dicentur in sequẽtibus præsertim disputatione sequenti.

Quæst. Ex dictis facile erit intelligere, quid cẽsendum sit circa casum capitis, illo vos, de pignor. Vtrum
6 † scilicet in eo ex natura contractus emptionis, & venditionis teneatur emptor computare fructus perceptos ante dissolutionem contractus in partẽ pretij, quasi ad venditorem pertinerent: an non, quasi ad emptorem spectarent. Casus hic erat. Petrus emerat a Paulo quandam possessionem certo pretio ea lege, vt, si, Petro intra duos annos displiceret emptio, Paulus inde vsque ad annum teneretur illi reddere maius quoddam pretium; fructus autem medij tpis computarentur in partem pretij. Definit verò Summus Pontifex, quamuis contractus, quo ad formam externam, videatur emptionis putæ cum pacto, vt, modo explicato, dissolui possit; nihilominus ex his duobus, quę in pacto fuerunt expressa, nempe quod fructus percepti in partem pretij deberent computari, & ꝙ venditor reddere teneretur maius pretium, quam pro eadem possessione acceperat, contractũ præsumi vsurariũ, talemq; esse iudicandũ præsertim cũ emptor vsuras exercere consueuerit; præsumendum quippe est, intendisse sub eo pallio mutuare, accipereq; possessionem illam in pignus cum pacto, vt aliquid vltra sortem sibi redderetur.

Dubitant verò doctores, nam iuxta formam illius contractus emptionis, in quo resolutio in emptoris voluntatem conferebatur, fructus medij tẽporis pertinerent ad emptorem, an verò ad vendi-
7 torem: varijq; varia loquuntur. Iuxta † ea autẽ, Decis. quæ proximè definiuimus dicendum arbitror. Si conditio apposita hæc fuit, vt emptione Petro displicente, contractus pro nõ confecto haberetur, fructus ad venditorem pertinuisse: sed tũc illum alium contractum, vt venditor redderet maius pretium, fuisse apertè vsurarium: quoniam eo dato, nullus alius titulus ad incrementum illud pretij manebat, quam mutui.

Si verò cõditio apposita hæc erat, vt, emptione displicente, contractus cessaret, ac dissolueretur, tunc fructus medij temporis ad emptorem pertinuisse. Atque hoc vi intentum formæ illius contractus. Cæterũ, vt vsurarius, iuris præsumptione damnatur, ex illis duobus alijs, aut tribus capitibus, commemoratis, simulque sumptis: quia præsumptionem vsuræ in illo contractu efficit, non solum emptorem consueuisse exercere vsuras, atque exigere in eo vltra pretium datum, sed etiam remittere fructus, vt computarentur in partẽ pretij: si enim ad ipsum pertinerent, quia reuera intẽderet celebrare emptionem, non ita facilè illos remitteret, vt computarentur in sortem: quare, ex omnibus illis simul sumptis: sufficienter contractus ille præsumitur vsurarius.

Nũc ad id, vnde digressi sumus, regrediamur. Conr. de contract. q. 84. Med. q. citata, Maior, in 4. d. 15. q. 43. in epilogo quæstionis. Cou. 3. var. resc. 9. nu. 3. in contraria sunt Soti opinione. Ex natura videlicet rei, atque de rigore scholastico,
8 contractũ † emptionis cum pacto quod, quando emptor voluerit, teneatur venditor redimere, qđ vendidit, licitum esse, non computatis fructibus medij temporis in partem pretij, sed reseruante sibi illos emptore, modo tamen sequentes ad sint conditiones. Prima, quod pretium redemptionis sit iustum. Secunda, quod praua intentio absit occultandi ea via vsuras, mutuum celebrãdo sub confecto emptionis nomine.

Tertia,

Digitized by Google

Tertia, ꝙ abſit ſ. ãdalũ, atq; infamia celebrãtis eum contractũ. Addunt, diſſuadendos oĩno eſſe eos contractus, anteq̃ fiant, pp periculũ, quod ex eis plus, q̃ ex alijs, imminet palliandi ea via vſuras, & qa ſpeciẽ mali hẽnt, ſuſpectique in ſe ſunt: tametſi nõ condemnentur vt vſurarij p̃ſumptione iuris, & de iure, niſi adſint circunſtantiæ aliæ, quæ præſumptionẽ augeãt, vt apertè colligitur ex c. illo vos citato. Excipit Couar. contractum cenſualẽ, quem illicitum cum illo pacto arbitratur.

Probant verò hi autores ſuam ſnĩam. Primo, qm̃, ſi concurrentibus conditionibus commemoratis, contractus ille eſſet illicitus, vel ideo id eſſet, quia eſſet vſurarius, vel quia alia rõne eſſet iniuſtus. Non qa vſurarius: qñquidem in eo nõ interuenit mutuum, ſed vera emptio, & venditio: qđ ex eo liquet, qm̃ in eo interuenit merx, & pretium: præterea, qm̃, ſi res, anteq̃ redimatur, pereat, perit emptori, neque debet illi pretium, quod pro ea dedit: id quod longè alienum eſt a mutuo; eo quòd ſemper, quacunq; repeteunte, capitale debeatur mutuanti: ergo in eo contractu non interuenit vſura, quæ eſſe nequit ſine mutuo. Atq; ex eodem fundamento probatur, contractũ illum non eſſe pignoris, perceptis ex eo fructibus non computatis in ſortem. Qm̃ ſi pignus pereat, non ei perit, qui pecuniam ſub eo pignore dedit: res aũt illo modo empta, ſi, anteq̃ redimatur, pereat, emptori perit. Quòd verò idem contractus alia ratione non ſit iniuſtus, probatur. Qm̃ ſupponimus pretium æquale eſſe rei venditæ, tam in prima emptione, q̃ in redemptione, attentis grauaminibus, quæ ex vna, aut ex altera parte apponũtur. De qua re dicetur ſtatim. Secundo eandem ſnĩam probant, qa licitus eſt hic contractus, emo a te talem domum modo tu, qñcunque ego voluero, emere tenearis a me, quandam aliam illi ſimilem, quam habeo in alio loco, interuenientе in vtraque venditione pretio iuſto, attentis grauaminibus, quæ ex vna, aut ex altera parte apponũtur: ergo pari ratione licitus erit hic contractus; emam a te hanc domum, modo tu redimere eandem tenearis, qñ ego voluero pretio iuſto, attentis grauaminibus ex vna, & ex altera parte appoſitis: neque enim efficit contractum illicitum, quòd te aſtringam ad emendum potius eandem rem, quam aliam illi ſimilem. Tertio, quoniam licita eſt permutatio vnius prædij pro alio prædio cum pacto quòd quando vnus voluerit, teneatur alter reſcindere contractum fructibus medij temporis non computatis in ſortem modo, iuxta onus alteri impoſitum, fiat debita compenſatio ex maiore valore prædij vnius, quam alterius: ergo pari ratione licita erit ſimilis emptio prædij cum pacto, quòd, quando emptor voluerit, reſcindatur emptio, facta compenſatione debita in pretio iuxta grauamen alteri impoſitum.

Obſeruant Conr. & Medina locis citatis, ſi res ematur cum pacto de retrouendendo appoſito in fauorem ſolius emptoris, pretium iuſtum primæ emptionis debere eſſe maius, non ſolum q̃ ſi pactum apponeretur ſolum in fauorem venditoris, ſed etiam, quàm ſi res abſolutè venderetur ſine vllo pacto de retrouendendo: quare, ſi pretium rei cum pacto de retrouendendo in fauorem venditoris, eſſet ſeptuaginta, & pretium eiuſdem rei ſine vllo pacto, eſſet centum, pretium illius cũ pacto de retrouendendo in fauorem emptoris, eſſe deberet pluſquã centum, quantum grauamẽ illud pretio æſtimabile, ꝙ qs emere teneatur rem aliquam certo pretio, qñ alius voluerit, prudentis arbitrio æſtimabit. Hæc oĩa facile conſtant. Qm̃ emptio rei illius cum pacto in fauorẽ ſolius emptoris, eſt emptio eiuſdem rei irredimibilitet ex parte venditoris: ergo pretium illius cum eodem pacto erit, quantũ eſt pretiũ rei eiuſdem ſine vllo pacto. Deinde, pactum appoſitum, ꝙ venditor redimere illam teneatur, qñcunque emptor voluerit, eſt grauamen venditoris: ergo auget pretium eiuſdem rei, nihil aliunde diminuendo.

Obſeruant ẽt prędicti autores, iniquũ eſſe pactum redemptionis, ſi venditor redimere cogatur pro eodem pretio, quo iuſtè vendidit. Rõ eſt, qm̃ qñ vendidit, non ſolum vendidit rem ex parte ſua ſine vlla facultate illam redimendi, ſed etiam vendidit grauamen, quodcunq; ſe ſuſcepit redimẽdi illã qñcunque emptor vellet, ac pro eo grauamine accepit incrementum pretij, ſi prima emptio iuſta fuit: ſed qñ illam redimit, nudam eam emit a quocunque grauamine: ergo iniuſtum eſt, quòd pro ea tantum pretium reddat, quantum pro illa accepit cum grauamine, quòd illam redimere teneretur, quandocunque emptor vellet.

9 Quia † ergo contractus cũ pacto de retrouendendo in fauorẽ ſolius emptoris, celebrari nõ ſolent ſeruata æqualitate pretij explicata, tam in prima, quàm in ſecunda vẽditione, regulariter celebrantur iniuſtè, iureque optimo de illis ſiniſtra ſuſpicio habetur, neque vlla ratione ſunt permittendi in quacunque benè inſtituta republica.

Qñ autẽ res aliqua venderetur cum pacto de retrouendendo in fauorẽ ſimul emptoris, & venditoris (qđ Conr. & Medina referunt aliquibus in regionibus eſſe conſuetum) ita ꝙ, quouis illorũ prius id volente, teneatur alter diſſoluere contractum; tunc, quia per pactum ſimul in fauorem emptoris appoſitum, plus grauatur venditor, q̃ grauetur emptor per pactum in fauorẽ venditoris appoſitum: pretium iuſtum eſſe debebit vltra id, quo res iuſtè emeretur, ſi cum ſolo pacto de retrouendendo in fauorem ſolius venditoris emeretur, & infra id, quo emeretur, ſi irredimibiliter omnino emeretur, taxando, arbitrio prudentis, quantum æquum ſit, vt in pretio iuſto aſcendatur pro maiori grauamine venditoris, quam empt.

## De diſſolutione venditionis pacto legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem.

### DISPVTATIO CCCLXXVIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Pactum legis commiſſoriæ quid.*
2 *Pactum adiectionis in diem quid.*
3 *Pacta legis commiſſoriæ, et adiectionis in diem, in quibus*

*quibus conueniant.*

4 *Venditio pacto adiectionis in diem, & legis commissoriæ, quot modis dissolui possit, vel non.*

5 *Venditor an reacquirat dominiũ rei, quã vendidit, absq; traditione, si sine pacto legis commissorię, & adiectionis in diẽ, vendidit sub hac forma, vẽdo tibi hãc rẽ tãto pretio, ea lege, vt, si intra annum restituero tibi pretium, res sit inempta.*

6 *Dominiũ rei transferri nõ põt sine traditione, neq; per contractum, neq; per dissolutionem ipsius.*

*Limita tamen in pacto legis commissorię, & etiam adiectionis in diem. nu 7.*

8 *Alcauala an debeatur, resoluto cõtractu uẽditionis ex pacto legis cõmissoriæ, & adiectionis in diẽ.*

9 *Pactum legis commissorię in cõtractu verbis directis appositum, an non existente cõditione, dissoluat contractum, perinde ac si numquam fuerit celebratus, ita quòd in gabella non debeatur.*

1 PActum † legis commissoriæ, vt disp. 324. & disputatione præcedente dictum est, interuenit, quando aliquid venditur alicui appositio pacto, seu lege, vt si is intra tantum, vel tantum, tempus pretium non soluerit, res sit non vendita. Pactum † verò adiectionis in diem, vt præcedente disputatione dicebamus, est, quando aliquid venditur appositio eo pacto, ac lege, vt, si alius intra tantum, vel tantum, tempus maius pretium offerat, vel meliorem emptionem, res sit non vendita, vt habetur l. 1. ff. de in diem adiectione.

2

3 Conueniunt hæc pacta † primo, ꝙ, cum in solius venditoris fauorem sint apposita, non impleto pacto, in potestate venditoris sit, vel dissoluere contractum, vel eum non dissoluere, sed cogere emptorem, vt pretium soluat, prout venditor maluerit. Si tamen semel dicat, se velle dissoluere contractum, deinceps cogere non potest emptorem soluere pretium. Si item semel pretium petat, aut partem illius, non poterit deinceps contractum dissoluere. Poterit verò emptor statim, pacto non impleto, non impletaue lege contractui appositia, cogere venditorem, vt dicat, quid eorũ potius eligat. Præterea, si res pereat, antequàm venditor dissoluat contractum, perit emptori, & non venditor. Hęc habent, qđ ad pactũ legis cõmissoriæ attinet l. 2. 3. & 4. §. elegantes, & l. 6. & 7. ff. de leg. cõmissor. l. 38. tit. 5. par. 5. & lib. 4. Lusitan. ord. ti. 37. §. vlt. Quod verò attinet ad pactũ adiectionis in diem, habentur l. 2. & 3. & l. eum qui, in prin. & l. Sabinus. ff. in diem adiectione.

4 Illud obserua, si adhibito † pacto adiectionis in diem supponatur emptor fictus, qui maius offerat pretium, aut meliorem emptionem, id non satis esse ad dissoluendum contractum. Ita habetur. l. eum, qui. §. cum igitur. ff. de in diem adiectione. Esto autem emptor verus pretium nõ augeat, si tamen quacunque ratione offerat emptionem, quæ melior sit venditori, ob quascunq. circunstãtias interuenientes, discedere poterit venditor a contractu, si sub pacto melioris emptionis celebratus fuit. Ita habetur ibid. §. vlt. iuncta l. sequenti. Quando ancilla sub pacto adiectionis in diem fuisset vendita, & post venditionem pareret, meliorque emptio ob partum, aut quoscunq; fructus rei ita venditæ offerretur, dissolui non posset contractus: qa melior illa emptio, quę offerretur, nõ esset circa rem ipsam venditã, sed circa rẽ diuersam, tametsi à re vẽdita profectã. Ita habetur l. si res. ff. de in diẽ adiectioni. Si tñ, venditis duabus rebus, vt duob. mancipijs, vnum periret, melioq; emptio circa alterum offerretur, q̃ vtrumque venditum sit, dissolui posset contractus, vt habetur l. si ex duobus. ff. de in diem adiect.

In lege cõmissoria, vt emptor dicat non impleuisse pactum, satis est, si intra p̃scriptum tps non obtulerit venditori pretiũ: neque. n. est necesse, vt venditor illud petat. Si tñ emptor intra p̃scriptũ tempus pretium adduceret, neq; inueniret, cui illud traderet, non diceretur transgressus pactum. Ita bẽ l. si fundus. §. vlt. & l. vlt. ff. de leg. commis. Solet etiã in l. cõmissoria adhiberi aliqñ pactum, ꝙ, si emptor intra certum tempus pretiũ non soluat, nõ solum res sit nõ empta, sed etiam vẽditor possit illam alteri vendere, & quòd, si eam minori pretio vendat, primus emptor supplere teneatur, quod defuerit ad pretium cum ipso conuentum; validumque est eiusmodi pactum. Ita habetur l. si fundus citata. §. in commissoria.

In pacto adiectionis in diem, si expressum fuerit, ꝙ sicut venditor, offerente alio meliorem cõditionem, potest dissoluere contractum, ita emptor non teneatur illi stare, tunc, offerente alio intra præscriptum tempus meliorem emptionẽ, non poterit venditor eligere priorem venditionem cogendo priorem emptorem, vt illi stet. Ita habetur l. Sabinus, ff. de in diem adiect.

1 Qñ aliqd pacto adiectionis in diem venditum est, venditorque ante tempus præscriptũ est mortuus, caruitq; hærede, qui intra id tps hæreditatẽ adiret, tunc, esto aliquis meliorem intra id tẽpus offerat emptionẽ, quia tñ pactum intelligitur de emptione, quæ intra id tempus placeat venditori, atque intra tale tempus neque venditori, neque hæredi illius, qui tunc non sunt, potest placere, vtique res vendita manet priori emptori. Ita habetur l. si predio. ff. de in diem adiect.

Cõueniũt deinde pactum legis cõmissoriæ; & adiectionis in diẽ, quia si contractus ex eiusmodi pacti dissoluat, fructus medio tpe percepti pertinent ad venditorem, vt disputatione præcedente ostensum est. Tenetur præterea emptor, si res illa culpa ipsius deterior est reddita, soluere venditori æstimationem dãni talis rei. Ita habet l. si fundus in prin. ff. leg. commis. & l. 38. tit. 5. par. 5.

In pacto verò adiectionis in diẽ, qñ res primo emptori concedit, nõ ꝙ venditor priorẽ emptionem eligat, sed ꝙ, offerente alio meliorem emptionẽ, primus emptor auget supra pretiũ ab hoc alio oblatũ, neq; est, q plus deinceps offerat, fructus medij temporis pertinent ad venditorẽ, nisi aliud fuerit expressum in contractu. Ita bẽ l. item qđ §. vlt. iunctis duab. legib. seqq. ff. de in diem adiect. Ratio est, qm̃ eo ipso, ꝙ alius plus obtulit, significatumque est primo emptore (vt significari debere iuribus citatis præscribitur) rescissa fuit prima emptio, ab eaque fuit recessum.

Tertiò

Digitized by Google

Tertiò conueniunt pactum legis cõmissoriæ, & adiectionis in diem, qđ, sequuta conditione, ex qua venditio rescinditur, eo ipso absq; alia traditione dñium rei illius transit in primum vẽditorem, competitq; ei rei vẽdicatio ad cuiuscunque potestatẽ res illa deuenerit. Ita, qđ ad pactũ adiectionis in diẽ attinet, colligitur apertè ex l. si quis hac. in prin. ff. de rei vend. vbi hĩ *Si quis rem aliquam emit pacto adiectionis in diem, quamuis, anteq̃ conditio adueniat, sub qua res censetur nõ empta possit emptor agere rei vendicatione: non tñ postq̃ aduenit: qm̃ eo ipso dñium pertinet ad venditorem.* Idem colligitur ex l. si ex duobus (alias incipit, idem Iulianus.) §. sed & Marcellus. ff. de in diem adiect. Vbi hĩ. *Si, qui rem emptã habeat pacto adiectionis in diem, illã tradidit cuidã tertio in pignus, subsequutaq; sit rescissio contractus ob meliorem emptionẽ vẽditori oblatã, continuò desinere rẽ habere onus pignoris.* Vnde colligit ibi iurisconsultus, vsq; ad oblatam venditori meliorem emptionem, primum emptorem dñm fuisse rei illius, & ob id pignori potuisse illã obligare, illique conuenisse conditiones omnes veri domini, quarum multas eidem medio illo tẽpore conuenire commemorantur. l. 2. in fin. ff. de in diẽ adiect. sed sicut dñium illi competebat reuocabiliter, & dependenter ex eo, quòd venditori nõ offerretur melior emptio, ita cætera simili modo illi competebant. Idẽm, quo ad pactum legis commissoriæ, colligitur ex l. commissoria. C. de pact. inter empt. & vend. illis verbis, *non uendicationem rei eligere*, & ex l. vlt. ff de leg. cõmiss. illis verbis, *quenditrice uendicari debeãt*, & affirmat cõis sententia doct. quos Couar. 3. var. resol. c. 18. nu. 1. Ant. Gom. 3. tom. var. resol. c. 2. nu. 30. referunt, ac sequuntur.

Quæst. 5 † Vtrũ autem quando res sub hac forma vẽditur, vendo tibi hanc rem tanto pretio ea lege, vt si intra annum restituero tibi pretium, res sit inempta (qui casus habetur l. si a te. C. de pact. inter empto. & vendi.) restituto pretio intra annum, venditor comparet dñium illius absque traditione, quemadmodum comparatur qñ ex pacto adiectionis in diem, aut legis cõmissoriæ, venditio rescinditur. Quidam, quos Couar. num. 2. citato, & Greg. Lopez l. 38. citata verb. *que sea deshecha*, referunt, ac sequuntur, affirmantes rũdem. Placet

Decis. tñ contraria sententia, quam cum Bar. & aliis amplectitur Ant. Gom. nu. 30. citato, & quã Couar. vbi supra cõem confitetur. Ratio est, qm̃ regula

6 † est generalis, quam varia iura statuunt, absque traditione, neq; per contractum, neq; per dissolutionem contractus, transferri dominium, vt disput. 2. 3. 366. & 373. ostensum est, aqua solum sunt excipienda, quæ in iure excepta comperiuntur: non reperitur aũt ius, in quo expressum sit, in eo euentu absque traditione dñium transferri, sicut exprimunt iura transferri, qñ ex pacto adiectionis in diem, aut legis commissoriæ, venditio dissoluitur. Text. autem l. voluntate. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. quem Couar. in confirmationem suæ sententiæ citat, sanè eam non probat. Ius enim habetur, si creditor legitimè pignus vẽdat, aut alius de facultate dñi rem alienã vendat, vẽditioq; partium consensu dissoluatur, redire dominiũ pignoris ad debitorẽ, cuius erat ante eam venditionẽ, non verò ad creditorem: & similiter dñium rei alienæ de facultate dñi venditæ, redire, non ad venditorem, sed ad eum, cuius erat: qm̃, inquit tex. dissoluta venditione, redit res in statu, in quo antea erat. Perspicuum autem est, textum non loqui de quacunq; dissolutione, qua iterum traditio fit rei emptæ: in eo quippe textu sermo est de dissolutione per mutuum partium consensum: omnes verò concedunt, in eo dissolutionis genere, non prius emptorem amittere dominiũ, quam iterum rem tradat. Obserua tñ, in re proposita, fructus perceptos medio tẽpore ante resolutionem contractus, ad venditorem pertinere, iuxta ea, quæ disputatione præcedente dicta sunt. Rõ est, qm̃ in eo contractu non intercenit pactũ de retrouendendo, sed pactũ resolutionis contractus, ita vt censeatur non celebratus a principio.

7 Doctores conueniunt, ex † pacto legis cõmissoriæ transferri in venditorem dominiũ absq; traditione, qñ verbis fit directis: secundo qñ fit verbis obliquis. Verba directa, in re proposita, appellant intisperiti, quæ significant dissolutionẽ contractus quasi ab initio non fuerit celebratus, qualia sunt, res sit inempta, cõtractus pro infecto habeatur, & similia. Verba autẽ obliqua appellant, quæ vel significant interruptionem contractus, ita vt a termino præscripto ad soluendũ pretium, dissoluatur contractus, vel çeriè sunt indifferẽtia verba, quę æquè possunt ad id aptari, & ad hoc vt contractus censeatur numq̃ factus. Vt sunt hæc. *Si intra tantũ tempus non solueris, res ad me redeat dissoluatur contractus, fit ex tunc dissolutus*, & his similia. Quod autem, quando pactum legis commissoriæ non fit verbis directis, non transeat dñium absq; traditione in venditorem, hĩ apertè l. 3. C. de pact. inter empt. & vẽdi. idq; affirmant gl. l. 1. verb. *mortis causa* ff. de dona. Bar. & doct. cõiter, quos Couar. & Ant. Gom. locis citatis referunt, ac sequuntur. Vtrũ autẽ dicendũ sit in pacto adiectionis in diẽ, quod. s. qñ venditio ex illo dissolutus, non transeat dñium sine traditione in venditorem. Cõis doct. sñia, vt Couar. loco citato refert, est non transire. Meritò tamen ipse in contrariam propendet, ductus. l. si quis hac. ff. de rei vendit. Vbi proponitur pactum adiectionis in diem verbo obliquo, & quicquid Bart. ibi textum destruẽdo, exponat, dicitur transferri dominium absq; traditione in venditorem. Illud admonuerim, quando prędicta pacta verbis fiunt obliquis, fructus medio tempore perceptos ad emptorem spectare, & non ad venditorem, iuxta ea quę precedente disputatione tradita sunt: quandoquidem non ita dissoluitur contractus, vt censeatur non factus a principio.

Præterea obseruãt doctores, si pacta legis commissoriæ, aut adiectionis in diem, non apponantur incontinenti, qñ celebratur contractus venditionis, sed postea ex interuallo, tunc, quãuis fiant verbis directis, non transire dominium absque traditione in venditorem. Ita glos. pen. l. ab emptione. ff. de pactis. & cum ea doctores communiter

niter, quos Couar. & Ant. Gom. locis citatis referunt, ac sequuntur.

8 Dubium est, vtrum, resolúto † contractu venditionis ex pacto legis commissoriæ, aut adiectionis in diem, debeatur nihilominus alcauala. Conueniunt doct. ex resolutione non deberi, iuxta ea, quæ disputationibus præcedentibus dicta sunt. Item communiter conueniunt, quando pactum verbis obliquis fuit factum, esto resoluatur, deberi gabellam: quoniã non resoluitur, quasi numquam fuerit factus, sed solum dissoluitur, ne vlterius progrediatur, atque adeo, cum semel omnino obtinuerit, ex illoque fuerit ius quæsitũ fisco, ex eo, ꝙ postea cesset, etiam vi pacti præcedentis, non desinit deberi gabella. Idem propter eandem rationem dicendum est, quando pactum ex interuallo fuit appositum: quoniam cum in prima contractus celebratione ius fisco fuerit perfectè quæsitum independenter ab aliquo, quod tunc contractui inesset, atque vnde contractus dissolueretur, vtique, quòd postea pactum resolutiuum apponatur, nullum præiudicium fisco afferre potuit in iure iam sibi plenè quæsito.

Quæst. Tota autem difficultas est, qñ pactum verbis directis in ipsamet contractus celebratione fuit appositum; quod sane, si conditio, aut lex pacti, postea non existat, perinde contractum dissoluit, ac si nunquam fuerit celebratus. Et idem est in casu l. si a te C. de pact. inter empt. & vend. & in quocunq; alio simili, in quo in ipsa celebratione contractus pactũ adhibetur resolutionis illius perinde, ac si a principio non fuerit celebratus.

Cõis sententia, quam Anto. Gom. 2. tom. var. resol. refert, & quam Lassarte de decim. vend. c. 14. n. 19. refert, ac sequitur, est, gabellam in eo euentu non deberi ex contractu illo: si autem soluta fuerat, repetendam ex gabellario esse.

Ant. tamen Gom. ibidem deberi arbitratur. Ducitur. Primo, quoniam contractus fuit purus, & non conditionalis, vt ex dictis hac, & præcedente disputatione constat: quare, cum ex illo ius a principio fisco fuerit quæsitum, dissolutio, quæ fit postea, præiudicium fisco afferre non potest, etiamsi vi pacti præcedentis fiat.

Secundo ducitur Bar. doct. l. vlti. §. fin autẽ. C. cõia de leg. vbi ait. Si grauatus sub conditione restituere aliquam rem pendente conditione, eam vendat, valere alienationem, ac deberi gabellam, esto postea, adueniente conditione, resoluatur contractus, & alienatio ex d. §. fin autem.

Decis. Recedendum tñ non est a cõi sñia: Licèt enim venditio pura fuerit, ac proinde ius, & fisco, & alteri cõtrahenti, fuerit quæsitum, pp modum tñ appositum, seu legem, in ipsamet celebratione contractus, quòd, si pretium non solueretur intra tãtum tempus, vel alius intra id meliorem offerret emptionem, venditio haberetur tamq̃ nũmquam contracta, ius fuit solum quæsitum strictq; dependenter ex eo, ꝙ id non sequeretur, & quòd venditor, illo subsequuto, dissoluere non vellet contractum; qm̃, in ipsamet celebratione contractus, vendens id sibi reseruauit, neque aliter vendere voluit: quare, non soluto pretio, vel occurrente meliore emptione, volenteque venditore ea de causa resoluere contractum, vtique vi pacti appositi retrotrahitur effectus, vt venditio reputetur quasi numquam facta, ac proinde quasi numquam fiscus, aut emens, ius aliquod comparauerit, atque adeo perinde quoad hoc se habet venditio illa, ac si sub conditione celebratus fuisset contractus. Lege Lassarte vbi supra fusius hæc explanantem.

Ad primum ergo argumentum Ant. Gom. cõcessa maiori in sensu explicato, ad minorẽ dicendũ est. Fuisse quidẽ ius quæsitũ fisco ex illo contractũ, dependenter tñ ex eo, ꝙ suo sequuto modo vendens dissoluere non vellet contractum, vt explanatum est: quare consequentia est nulla.

Ad secundum dicendum est, doct. Bar. esse verissimam, eo ꝙ venditio de re aliena facta, valida sit, venditorq; teneatur emptori de euictione, atque adeo ad interesse, vt disp. 327. ostensum fuit, ac proinde ex illa gabella debetur: alienationem verò illam fuisse resolutam, non quidem quo ad contractum venditionis, quasi redditus fuerit nullus, sed quo ad dominij translationem, quæ facta constitur sub conditione, sub qua hæres ille grauatus, qui illam vendidit, tunc dominus illius erat: impleta enim conditione, subiqua res illa fuerat legata, sicut venditor dominium illius amisisset, transijsletque in legatarium, sic etiam illud amittit emptor, transitque eo ipso in legatarium.

Illud obserua, quando venditio ob pactũ adiectionis in diẽ dissoluitur, & res traditur offerenti meliorem emptionem, traditionem hanc esse distinctã venditionem a priori, vt Lassarte vbi sup. num. 31. aduersus Menchacam probauit: ex illaque deberi gabellam domino, ac gabellario, qui tunc fuerint: nõ verò antiquis, qui tẽpore prioris venditionis cum pacto adiectionis in diem fuerunt.

## De venditione conditionali.

### DISPVTATIO CCCLXXIX.

### SVMMARIVM.

1 *Venditio conditionalis quid.*
2 *Venditio conditionalis quos pariat effectus.*
3 *Pactum quodcunque, & quæuis conditio apponi possunt in contractu emptionis, & venditionis, nisi iuri, ac bonis moribus repugnent.*
4 *Pacta contra bonos mores quæ sint.*
5 *Periculum rei venditæ, quando contractus est conditionalis, ad quem spectet.*
6 *Fructus medio tempore percepti ad quem pertineant, quando res sub conditione venditur.*

QVamuis post ea, quæ disput. 337. ac alias sæpe in superioribus de venditione conditionali sparsim dicta sunt, superflua hæc disputatio videri posset, placuit tamen illam subiungere, vt quasi ad epilogum illa reducamus, & si quid omissum fuit, id in eã addamus.

1 Venditio † conditionalis est, quãdo conditio in ea apponitur, non quidem vt contractus dissolui

ui posſit postq̃ iam factus est, sed vt suspendatur, vt sit, ac vim habeat, dependenter ab ea conditione, quę proinde de futuro, eoque in vtramuis partem contingenti esse debet: aliqui non erit conditionalis, vt nunc de eo loquimur. Vt si quis dicat, vendo tibi hanc rem tanto pretio, si id mihi intra tantum tempus solueris, aut si intra tantum tempus alius non obtulerit meliorem venditionem; talis quippe contractus cõditionales sunt, & non cum pacto adiectionis in diem, aut legis commissoriæ, vt duabus disputationibus præcedentibus dictum est, & habetur l. 2. ff. de in diē adiect. & alijs iuribus: quoniam in ea forma conditio non apponitur, vt contractus dissoluatur, postquam iam fuit, ac vim habuit, sed vt dependenter ab ea conditione perficiatur, sitque vim habeat. Quo fit, vt conditione impleta, cõtractus purificari, ac perfici dicatur: illa verò deficiente, ita, reddi nullus, vt numq̃ vim habuerit. Quare
2 ex † contractu conditionali, interim dum conditio pendet, neutramque in partem determinata est, neq; oritur obligatio, neq; datur actio, neq; dicitur qs propriè debitor, nisi secũdũ qd, hoc est, sub cõditione dependente, si conditio impleatur: quo fit, vt solũ spes ad hæc omnia ex illo oriatur, vt habetur §. ex conditionali Insti. de verb. oblig.

Ex obligatione tñ illa, ac debito secundũ quid, & in spe, quæ ex contractu conditionali, pendente adhuc conditione, proficiscuntur, varij emanant effectus, quos Ant. Gom. 2. tom. var. resol. c. 11. nu. 29. refert. Atque inter alios, quòd contractus ad hæredes vtriusq; contrahentium transit, ita quòd, si, conditione pendente, alter contrahentium è vita decedat, hæredes illius teneantur stare contractui. Ita habetur §. ex conditionali citato. Item, quòd neuter contrahentium, altero inuito, recedere possit à contractu.

3 In contractu † emptionis & vẽditionis quæcũque conditio, & quoduis pactũ, apponi possunt, modo tñ bonis moribus, aut iuri non repugnent. Ita habetur l. 38. tit. 5. par. 5. & lib. 4. Lusit. ord. tit. 27. in prin. Quæ † aũt pacta contra bonos mores censeãtur, habetur l. si vnus. §. illud, & §. pacta ff. de pact. & copiosè disp. 271. explanatum est.

5 Quando † contractus est conditionalis, quousque periculum rei venditæ ad venditorem spectet, in calce disp. 366. dictum est.

6 Si res sub † cõditione vendatur fructus medio tempore percepti, pertinent ad venditorem, vt hĩ l. 2. & 4. ff. de in diem adiec. & notat Couar. 3. var. resol. c. 9. ad finem numeri primi. Hoc autẽ ita intelligo, q̃, esto res sit tradita, receptumque pro ea sit pretium, si postea conditio deficiat, fructus medio tempore percepti, ad venditorem pertinent: eo q̃ nullus sit iustus titulus, quoad emptorem possint spectare. In primis enim, non titulus emptionis, quoniam emptio numquam vim habuit: eo q̃ conditio apposita, non fuerit resolutiua, sed suspensiua contractus, atque ab illius euentu contractus pendebat, vt perficeretur. Deinde, non titulus recompensationis pro pretio dato, quo venditor fruitus est toto eo tempore; cum enim pretium illud, conditione deficiente, integrum restituendum fuisset emptori; vtique, si pactum interuenisset, quòd fructus medij temporis ad emptorem pro pretio dato spectarent, contractus esset vsurarius, quo, pro retentione pretij toto illo tempore, aliquid exigeretur vltra sortem. Quando tamen ex eo lucrum cessaret, aut damnum emergeret emptori, quòd pretium statim solueret, posset ratione lucri cessantis, aut damni emergentis, deducere in pactum, vt fructus medij temporis ad ipsum spectarent; modo tamen valor eorum non excederet æstimationem lucri illius cessantis, aut damni emergentis. Intelligo præterea fructus ad venditorem pertinere, si neque emptor tradidisset pretium, neque venditor tem: tunc enim, esto conditio impleatur, contractusque purificetur, ac perficiatur, fructus medio tempore percepti ad venditorem spectant: quoniam, quando aliud deductum non fuit in pactũ, fructus ante pretij solutionem percepti, ad venditorem pertinent, vt disputatione 368. dictum est. Præterea, quando contrahentes celebrant emptionem, & venditionem sub conditione, neque aliud exprimunt, rem interse videntur ad tempus, quando, conditione impleta, exequutio contractus fiet, vt scilicet exequutio tunc fiat secundum statum, quem res tunc habuerit. Quod si res tradita esset statim, & pretium esset solutum, conditioque, sub qua celebratus esset contractus, adimpleretur, tunc fructus medio tempore percepti ad emptorem pertinerent. Quoniam regula est, purificata conditione, retrotrahi contractum ad tempus, in quo fuit celebratus, perinde ac si tunc pute, & sine vlla conditione, celebratus fuisset, vt disp. 337. visum est.

De gabella qualiter ex contractu conditionali debeatur, aut, non debeatur, disput. 337. citata copiosè dictum est.

## Vtrum, euicta re vendita, teneatur venditor de euictione.

## DISPVTATIO CCCLXXX.

*SVMMARIVM.*

1 *Venditor tenetur de euictione euicta re vendita.*
*Amplia in permutatione, & alijs modis, vt nu. 2.*
*Item in transactione quandoque nu. 3.*
*Idem in parte rei venditæ euicta. nu. 4.*
*Et quot modis in seruitutibus. nu. 5.*
*Idem etiam si ignorauit rem alienam vendidisse, vt post latam vltimam sententiam teneatur, etiam in conscientiæ foro nu. 7.*
*Fallit tamen, & limitatur in multis euentibus, vt nu. 12. vsque in finem.*
6 *Venditor scienter uendens rem alienam ignoranti tenetur emptori ad ualorem rei, & intereſſe, ex communi.*
*Quinimmo etiã in foro conscientiæ tenetur nõ solũ ad pretium, sed etiam ad intereſſe amissum ibid.*
8 *Venditor ut de euictione teneatur, quæ necessaria requirantur.*
9 *Denunciatio quando necessaria non sit, ad effectũ,*

ut

*ut venditor de euictione teneatur.*

10 *Venditor lite mota super re uendita, uel denũciata, quid facere teneatur de iure cõi, & Lusitano.*

11 *Clericus si rem uendidit laico, tenetur corã iudice seculari eum defendere, corã quo fuit lis mota.*

13 *Venditor quando re euicta teneatur ad duplum eius rei.*

14 *Venditor quãdo teneatur ad expẽsas in lite factas.*

1 POstremo circa contractum emptionis, & vẽditionis examinandum est, qñ † res uendita euincitur, atque de potestate emptoris eripitur, quia alius probat suam esse, ad ipsum ve pertineres, & non ad venditorem, an venditor emptori de euictione teneatur. Atque respondendum est, regulariter teneri, competereque emptori aduersus illum non solum actionem ad pretium, quantum res estimabitur tempore, quo euincitur, sed etiam ad interesse, vt ei soluat, quantum sua intererat eam rem non esse euictam, atque ad damna subsequuta. Ita habetur l. libera C. de sententia, & interloquutionibus l. si cum quæstio. C. de euic. l. euicta. re. ff. eo. tit. c. vlt. de emp. & vend. l. 32. & seqq. tit. 5. part. 5. & lib. 3. Lusit. ord. tit. 30. §. 12. vbi additur, posse emptorem agere, vel ad rem, & interesse illius, hoc est, quantum æstimabitur tempore, quo fuerit euicta, & quantum sua intererat euictam non esse, vel ad pretium, quod prò illa dedit, vt emptor ipse maluerit, concinit l. 1. §. vlt. C. de rerum permut.

2 Non † solũ, qui rem vendidit, de euictione tenetur, si illa euincatur, sed et, qui permutauit, vt hab l. si permutationes. C. de euictio. & l. 1. C. de rerum permut. aut qui quouis alio oneroso contractu rem in alterum transtulit, vt qñ rem dedit, in solutum, hoc est, in debiti solutionẽ, vt habetur l. libera. C. de sentẽ. & interlocutionibus, & l. prædium C. de euictionib. aut qñ hæredes diuidunt inter se hæreditatẽ, aut socij rem ipsis communẽ: si enim aliquid eorum, quæ vnus accepit, euincatur, alij socij aut hæredes, tenẽtur ei de euictione. l. si familiæ C. familiæ erciscun. l. si fratres. C. communia vtriusque iudi. & alijs iuribus, quæ citauimus in calce disp. 245. vbi explicauimus, quando cohæredes de euictione non teneantur. Atque de hac re latè disputat Ant. Gom. 2. tom. var. res. c. 2. num. 33. & 34. Si quid etiam genero promissum in dotem sit, de euictione tenetur promittẽs, vt habetur l. 1. C. de iure dotium. Quando autem contractu lucratiuo, vt donationis, aliquid datum est, quousque donans de euictione teneatur, aut non teneatur. disputatio 252. dictum est.

3 In † contractu verò transactionis, qñ. s. datur aliquid alicui, vt à lite discedat, concedatq; alteri, si quid iuris habebat comparatione rei, de qua lis erat, tunc, si post eam transactionem id a quodã tertio euincatur, de quo erat contentio, is qui cum eo, ex cuius potestate euincitur, transegit, neque de euictione tenetur, neq; reddere, quod vt a lite discederet, accepit. Ratio est, qm̃ non accepit id pro re, quæ euincitur, sed vt a lite discederet, atque pro obscuro iure, quod se ad eam rem habere credebat, siue reuera illud haberet, siue non. Quin potius, si quod ipsi est datum, euincatur ab aliquo alio, tenetur ipsi, qui id ei dedit, de euictione. Vtrumq; habetur expressè l. si pro fundo. C. de transactionibus atque asseuerant Bart. & alij, quos Ant. Gom. vbi sup. nu. 18. refert, ac sequitur. Si qñ litigantes in hunc modum litem componerent, vt vnus acciperet partem vnam eius, aut eorum, de quibus esset controuersia, & alius aliam; tunc, quæcunque earum euinceretur, non teneretur alter de euictione. Ratio est, qm̃, pro iure obscuro, quod vnusquisque eorum credidit se habere in totum, alter illi concedit ius, quod credit se habere in partem, quam ei pleno iure relinquit, eo modo, quo credit se id iuris habere.

4 Si pars † dũtaxat rei vẽditæ euincatur, tenetur venditor de illius euictione. Quod si pars exigua ea sit, tenetur iuxta æstimationẽ illius in particulari, atq; etiam ad interesse. l. 1. ff. de euict. & l. 33. tit. 5. par. 5. Si vsusfructus rei alicuius euincatur, tenebitur venditor illius, quantum is æstimabitur. l. sed si quid. §. 1. l. vacca & l. si ab emptore. ff. de euict. vsusfructus enim, quasi pars prædij æstimatur, vt habetur l. 4. ff. de vsufructu, & alijs iuribus, quæ Ant. Gom. vbi supra, nu. 45. citat.

5 Si verò seruitus alia, siue † rustica, siue urbana euincat, ita videl. et, qđ postq̃ res est empta aliquis euincat in ea seruitutẽ, vt itineris, altius tollendi, aut aliã: tunc si is qui prdiũ vendidit, affirmauit illud non habere seruitutẽ, saltẽ quia dixit esse optimũ hoc est, carere vitio, vel sciens habere seruitutẽ, & non significauit emptori, potest venditor agere de euictione, etiam ad interesse, & ad dãna subsequuta, saltem empti actione. Ita habetur l. 1. §. vẽditor. l. Iulianus in prin. & l. qto. ff. de actionib. emp. & l. pen. ff. de euict. Additur verò illa l. quæro, esto vẽditor in pactum deduxisset, se nolle teneri de seruitute, si quã id prædiũ haberet: si tñ sciebat, illud habere aliquã, idq; non expressit, non secus teneri actione empti, q̃ si id in pactũ non deduxisset. Atq; hæc omnia disp. 353. præsertim concl. 6. dicta sunt, vbi etiam ostẽsum est, emptorem agere posse actione quanto minoris, aut ẽt redhibitoria, si rem non erat empturus cognito eo defectu. Ratio est; qm̃ seruitus, aut defectus in quantitate, vitia sunt ob quæ competunt actiones illæ. Qñ nihil dictum est ab emptore, & venditore de seruitutibus, quia venditor ignorabat prædium seruitutem habere, tunc non poterit emptor agere de euictione, esto seruitus postea euincatur, vt habetur l. pen. ff. de euict. Quod ibi intelligit, quo ad interesse, & damna subsequuta. Potest etiam intelligi quo ad duplam, quę interdum in contractu oneroso promittitur, si res euincatur. Nihilominus emptor agere poterit actione quanto minoris, vt scilicet reddatur illi, quantum res illa minus valet cum hac seruitute, non tamen redhibitoria, vt apertè disponitur l. quoties, ff. de ædilit. edict. l. sed si quid. ff. de euictio. & multis alijs iuribus quæ, vna cum communi sententia, disput. 353. conclusione tertia citauimus, agentes de vitio rei occulto in genere. Neque verum est, legem 63. titulo 5. part. 5. concedere redhibitoriam actionem in re,

de

de qua disputamus, vt Ant. Gom. num. 45. citato autumat; lex. n. illa, q̃ ex l. pen. C. de ædil. act. desumpta est, loquitur in quodã alio euentu particulari vitij occulti, vt concl. 3. citata dictum est.

Illud postremo circa seruitutes euictas obserua, si q̃s vẽdat prædiũ cũ seruitute, quæ illi in altero p̃dio debetur, posteaq; seruitus illa euincatur à dño alterius prædij, vẽditorem prædij cum illa seruitute, teneri emptori de euictione illius. Ita habetur l. pen. ff. de euiction. & l. tenetur. §. si tibi ff. de act. emp. atq; affirmat Ant. Go. loco citato.

6 Quando † venditor sciens, & prudẽs vendidit rem alienam alicui id ignoranti, potest emptor, anteq̃ res ex ipso euincatur, immò esto lis aduersus eum non intenteretur, agere contra venditorem ad valorem rei, & interesse, quantum scilicet emptori intererat eam rem suam esse effectã. Ita habetur expresse l. seruus. §. scieos. ff. de actionibus emp. & affirmat cõis doct. sn̄ia, q̃ Ant. Gom. 2. tomo var. resol. c. 2. n. 39. refert ac sequitur. Immo in foro conscientiæ, esto emptor ignoret rem esse alienam, tenetur venditor soluere illi pretium illius, atque interesse idcirco amissum, quòd ab eo auferatur, & tradere illam vero dñ). Quin, esto venditor, ignorans rem esse alienam, illam vendiderit, statim ac nouerit alienam esse tenetur tradere emptori pretium, ac restituere illã proprio dño, nulla expectata lite. Non tñ credo in conscientiæ foro teneri tunc emptori ad interesse, aut ad damna subsequuta: quia neque ex parte rei acceptæ, neque ex parte iniustæ acceptionis ad ea tenetur; cum non peccauerit rem illo modo vendendo. Consentiunt, quæ diximus disput. 153. concl. 3. Tametsi hoc solum arbitror esse verum, quando res non euincitur à quodã tertio, vt a verò dño, sed emptor ipse, anteq̃ res petatur, conatur reddere rem illi, ad quem spectat: alioquin vi contractus præteriti teneretur de euictione: qm̃ ea lege contractus onerosi ex iuris dispositione censentur celebrati, vt, si res euincatur, interesse fit solnendum esto nulla culpa ex parte venditoris interuenerit. Quòd si res aliena bona fide fuisset vendita cum probabili ignorantia, & aliena esset, neque iam existeret, satisfacere venditor ex parte sua, si domino restitueret, quantum ex illa, aut ex pretio pro illa accepto, comperiretur factus locupletior: quia ad nihil aliud tenetur, neque ex parte rei acceptæ, neque ex parte iniustæ acceptionis. Emptor similiter, si in aliquo ex re illa factus esset locupletior, deducto pretio quod pro illa dedit, & deductis expensis, & valore industriæ appositæ, illud teneretur restituere domino rei, & non amplius, propter eandem rationem.

7 Quando † non constat, venditorem, scientem rem esse alienam, illã vendidisse, non prius tenetur de euictione in foro exteriori (immo neque in conscientiæ foro quando vẽditori ipsi aperte non constat ad alium pertinuisse) quàm lata sit vltima sententia, qua res ex emptore euincatur, vt constat ex l. 3. & l. si cũ quæst. C. de euict. & l. si plus. ver. mota. ff. eod. tit. Imò necesse est, & emptor rẽ iam tradiderit, vt de euictione agere possit, vt patet l. habere. ff. eod. tit. Quin neq; ante id tempus tenetur venditor tradere fideiussores, esto petantur: quòd, si res euicta fuerit, satisfaciet emptori, vt liquet l. illud. ff. eod. tit. In principio tñ, si post celebratũ contractum, tradita re, nondum que soluto, pretio, aut parte aliqua illius, quæstio, aut dubiũ oriatur, & res vẽdita ad venditorẽ nõ pertineat, non tenetur emptor soluere, qđ de pretio restat soluendũ, nisi prius vẽditor sufficientes præstet fideiussores, &, res euicta, satisfaciet ei de euictione. Ita habetur l. si post perfectã C. de euict. & l. pen. §. vlt. ff. de peri. & cõmod. rei vendi. & li. 4. Lusit. ord. tit. 37. in prin. Vt tñ ibidem subiungitur, de Lusitano in iure, quando constat venditorem sufficiẽtia bona immobilia habere libera ab alijs debitis, vnde emptori sufficiẽter possit satisfacere, non tenetur tradere fideiussores emptori. Illud obserua, ad maiorem cautelam, ne lis, aut dubium, ad solutionem pretij differendam moueatur, constringi posse, tam emptorem, quàm q̃ litem, aut dubium mouet, vt iuret, syncerè & absque vlla fraude litem, aut dubium mouere, argumento iurium, quæ Ant. Gom. vbi supra nu. 39. citat, apud quem lege communem doctorum sententiam, q̃ circa hæc omnia refert, ac sequitur. Ius Lusitanũ.

8 Deinde, vt † vẽditor de euictione teneatur, necesse, est, vt, mota lite, emptor illi denunciet motã esse, ab eoq; requirat, nũ defendere illam velit, vt constat l. emptor, & l. empti actio. C. de euict. l. 1. C. de peri. & commod. rei vend. c. vlt. de empt. & vend. l. 32. & 36. tit. 5. par. 5. lib. 3. Lusitan. ordin. ti. 30. §. 2. & alijs iuribus. Quamuis aũt cõior opinio affirmet, necesse esse, emptorem mittere ad venditorẽ libellum litis propositũ; vsu tñ est receptum, id non esse necessarium, saltẽ quando, interuenientes iudicis autoritate, fit emptori denunciatio. Cõis præterea opinio cum Bart. & cũ Panor. c. vlt. de empt. & vend. n. 9. affirmat, nihil impediente, & venditor aliunde sciat, litem esse motam, teneri emptorem, illam ei denunciare: atque id hodie definitum est lib. 3. Lusit. ord. tit. 3. §. 2. Ratio est, quia licèt quando denunciatio ad solam scientiam requiritur, cesset obligatio denunciandi, quando de scientia illius constat, cui denunciatio fieri debet; quando tamen denunciatio ordinatur, vt is, cui fit, aliquid, ad quod tenetur, efficiat, vt in re proposita accidit, tunc, & is, cui fieri debet, id iam sciat, non excusat ab obligatione denunciationis illi faciendæ. Existimo ẽt, cum cõi doctorũ sententia, non sufficere nudã denunciationẽ, sed simul necessarium esse, vt requiratur venditor, nũ accedere velit ad defendendam causam, q̃quid Coua. 3. var. resol. c. 17. n. 3. in contrarium dicat. Denunciatio aũt fieri debet, anteq̃ testiũ publicatio fiat, alioquin venditor de euictione nõ tenebitur, vt cũ gl. vlt. l. si rẽ q̃ ff. de euictionibus & cũ cõi doctorũ sentẽtia l. 32. & 36. tit. 5. par. 5. & lib. 3. Lusit. ord. tit. 30. §. 2. in Castella, & in Lusitania sancitum est. Couar. 3. var. resol. c. 17. n. 8. Ant. Gom. nu. 39. citato, Greg. Lopez ad l. 32. citatam, cum Bar. & alijs, affirmant, esto ante primam sententiam facta non sit denunciatio, si tamen fiat tempore appellationis, id sufficere, modò tamẽ intra defensionis, & probationis, integra

gra tunc venditor sint. Debet præterea fieri ipsimet vēditori in præsentia, si inueniri possit: alioquin satis est, si in domo illius fiat, quę si to illo ibi prius, præsentibusque vicinis. Quod si probari posset, venditorē curasse, ne sibi denunciatio fieret, id sufficeret, nec necessaria esset alia denunciatio, vt patet l. si dictum, versic. simili modo ff. de euictionib. Si autē venditor defunctus sit, debet tunc fieri denunciatio omnibus hæredibus: neque satis est, si fiat vni tantum: qm̄ vnusquisq; eorum solum tenetur pro rata l. si rem, versic. vlti. ff. de euict. & constat ex dictis in materia de testamentis. Obligatio, vt venditori denunciatio fiat, vt euictione teneatur, remitti permitti per venditorem potest in ipso venditionis contractu: si autem remittatur, esto emptor illā prætermittat, tenetur vēditor de euictione, vt patet l. Herennius, ff. de euict. Atque ea ratione solent tabelliones in instrumentis emptionis apponere clausulas, quibus ea remissio continetur. Quia ergo emptor denunciare tenetur litem venditori, vt si velit, causam defendat, statuunt ordi. Lusit. lib. 3. tit. 30. in princ. quando lis aduersus emptorem, aut alium rei possessorem, intentatur, si is autorem nominauerit, à quo rem eam accepit, atque ad quem spectat defendere causam, concedendum ei esse tantum tps, quantum, pro loci distantia, satis sit, vt is adducatur, si ad causam defendendam accedere velit, interimq; procedendum vlterius in lite non esse. Iurare tn̄ is possessor debet, antequàm terminus ei concedatur, syncerè procedere, neq; animo procrastinandi litem, fingere illum esse autorem. Quod si is autor in iudicio comparens alium nominet autorem, simili modo concedi illi debet tps ad eū adducendū, & ita consequenter de alijs, donec ad primū autorē deueniatur. Circa hæc omnia lege iura & doct. quæ Ant. Gom. 2. tom. var. res. c. 2. n. 39. & Couar. 3. var. res. c. 7. nu. 5. citant.

9 Obseruandum est, si adeò † perspicuum sit, tē non fuisse venditoris, sed eius, qui illam petit, vt venditor nulla tergiuersatione id possit celare, tunc necessarium non esse fieri venditori denunciationē, vt is de euictione teneatur: immò neq; necessarium tunc esse, vt emptor litē defendat. Ita apertè colligitur ex l. emptorē in prin. ff. de act. empt. & affirmant glo. 2. l. si cū quęst. C. de euict. & multi alij, quos Anto. Gom. nu. 39. citato refert ac sequitur. Quin Couar. vbi supra nu. 6. cum cōi sententia, quam refert, asseuerat, esto emptor non denunciet litem esse motam, vel facta denunciatione, rem tradat aduersario ante sententiam, si tn̄ apertè probet, rem ad illum attinuisse, venditorem ei teneri de euictione. Ad quid autem in conscientiæ foro teneatur venditor, quando ipsi constat rem fuisse alterius, supra dictum est.

Quando emptor est minor, satis est, si vēditor sciat motam illi esse litem circa tē emptam, vt teneat ei de euictione, esto nulla denunciatio facta sit vēditori. Ratio est qm̄, vt hab. l. in minorum. C. in quib. caus. in integrum rest. necess. nō sit minor absq; interpellatione, seu requisitione, constituit debitorem in mora. Cum autem Ecclesia priuilegio minoris gaudeat, idem est dicendum, quando Ecclesia aliud emit, ipsiq; lis aduersus rem emptam mouetur, vt Couar. vbi supra nu. 4. cum cōi doctorum sn̄ia, rectè aduersus quosdā probat, qui contrarium asseruerunt. Idem addit Couar. ibidem num. 5. esse, quando venditor iuramento affirmauit, se emptori subuēturū in quacunq; lite, quæ ei moueretur. Atque idem credo esse, si id sine iuramento promisit: iuramētū. n. licèt arctius astringat, non tn̄ ad aliud obligat, q̄ ad id ad qđ ꝓmissio ipsa iuramento confirmata obligat. Rō autē vtriusq; asserti est, qm̄ qñ non promittitur defensio, non tenētur venditor ad illā determinatè, sed tenetur vel defendere, vel si id noluerit, soluere postea, simul cum valore rei expensas litis: modo tn̄, lite mota, emptor ipsum requirat; quia fortè melius quam emptor, sciet rem defendere, poteritq; maiorē adhibere diligentiam, eò quòd plus sua, quam emptoris, intersit, rem euinci. Qñ autem emptor defensionem promisit, tenetur ad eam determinatè, vi talis promissionis, siue iuramento confirmata sit siue non: eaq; de causa, qñ cōscius tunc est litē esse motam, eo ipso censetur esse in mora, si non accedat ad emptorem defendendum, vt tenetur. Qñ vero solus cōtractus vēditionis iuramento esset confirmatus, non aliter teneretur venditor ad defensionem, quam si iuramentum cōtractui non esset appositum qm̄ iuramentum circa venditionem, non se extēdit ad defensionē, si lis aduersus tē venditam moueatur.

Quando vēditor, si res euincatur, de euictione teneretur, statim ac lis fuerit mota, siue ei fuerit denunciata, atq; ad id sit requisitus, siue non, & siue emptori defensionē promiserit, siue non, po-
10 test † autoritate ꝓpria accedere, ac se opponere litī pro suo interesse, eamq; defendere, ēt inuito eo, qui litem mouet: modò tn̄ id velit efficere tamquam emptoris procurator in sua cāusa propria, litemq; assumat in statu, in quo est. De iure Lusitano additur, teneri tunc præstare pignora, aut cōpetentes fideiussores, ꝙ, si sn̄ia aduersus eum fuerit lata, absq; impedimento mandabitur exequutioni, & satis fiet ei, qui litē mouit. Additur præterea, si in principio, qm̄ venditor vult litem suscipere, is, qui illam mouet, id recuset, verisimiliter ostendendo, sua referre contendere potius cum emptore, eò ꝙ veracior, at fidelior sit tunc teneri emptorem prosequi litem. Hæc omnia habentur l. si parentes. C. de euic. c. 2. vt lite pend. l. 33. tit. 5. par. 5. & lib. 3. Lusit. ord. tit. 30. §. 5. 6. 7. & 8. constatque ex varijs iuribus, quæ Ant. Gom. vbi supra nu. 39. citat.

Qñ venditor, modo explicato, litem in se suscipit, coram eo iudice contendere tenetur, coram quo cepta fuit, esto ipse sit reus, atq; alias ab eo iu-
11 dice exēptus. Vnde, si † clericus rem vendidit laico, contendere tenetur coram iudice seculari, coram quo exigi aduersus emptorem cēpit. Econtra verò, si laicus rem vēdidit clerico, contēdere tenetur cōtrà iudice Ecclesiastico, coram quo peti aduersus clericum cēpit. Ita habetur l. venditor, ff. de iudic. l. 57. tit. 6. par. 1. & lib. 3. Lusit. ord. tit. 30. §. 1. atq; affirmant Panor. c. vlt. de emp. & vēdi. & cōis sn̄ia, quam Ant. Gom. nu. 39. citato refert, ac

fert, ac sequitur. De iure Lusitano §. 1. citato excipitur, quando res data esset a Rege, ad eumq; pertineret eam defendere: nam tunc res tota remittitur ad iudicem *dos feitos del Roy*.

Ius Cap. Intellæ. In sequentib. † euentibus non tenetur de euictione, qui rē vendidit, aut alio titulo alienauit. Primus est, si mota lite, non fiat ei denunciatio, vt dictum est. Excipitur, nisi in contractu expresse emptor, aut qui alio titulo eā accepit, exemptus fuit ab ea denunciatione. Cou. 3. var. resc. c. 17. nu. 7. cum gl. lcū pēna. ff. de arb. & cum cōi sñia, quā citat, ait. Qñ in contractu apposita fuit clausula generalis, quod quocunque modo res euincatur, teneatur venditor de euictione, intelligendū esse, modò culpa ex parte emptoris non intercesserit: eaq; de causa ait, si res euincatur, vel per sentētiā iudicis, vēl per iudices arbitros, id sciente venditore, sed non vocato ad causæ defensionem teneri illum de euictione: secus si eo, ignorante, id euenerit, quia emptor tenebatur admonere venditorem. Idem ait esse, si non per arbitros, sed per arbitratores, amicabiles ve compositores, de consensu emptoris res adiudicata alteri sit, saltē vt, quātis in his duobus euentibus de euictione teneatur, sōlum quidem teneatur ad pretium rei, nō verò ad pœnam, si quæ in contractu apposita erat in euentu, quod res euinceretur.

Secundus, qñ in contractu expressum fuit, vt de euictione non teneretur: tunc. n. euicta re, in hoc sensu de euictione non tenetur, quod neq; ad interesse, neq; ad dāna emptori subsequuta tenetur, teneturr ñ ad pretium acceptum nisi in particulari fuisset expressum, ꝙ neq; ad pretiū teneatur. Hæc tñ intelligenda sunt, qñ venditor bona fide, ignorans rē esse alienā, illam vēdidit, tunc. n. vendendo illa eo modo, perinde se hēt, atque is, qui vendidit factum retis, siue pisces eo caperentur, siue non. Si tñ venditor, sciens rem esse alienam, illam eo modo vendidit; tunc in vtroque casu tenetur empti actione, tam ad pretium, quam ad damna subsequuta, idq; ob dolum in cōtractu interueniēte. Prædicta oīa habentur aperte l. emptorē. §. vlt. ff. de actio. empt. Atque idē intelligo, qñ vēditor expressit in particulari, se neq; ad pretiū velle teneri ex aliquo casu in particulari expresso, aut si res ab aliqua determinata persona euinceretur. Si. n. sciebat rē ad se ex eo capite non pertinere, aut esse alius particularis, vtique ad pretiū, & ad damna tenetur, nisi sciam suam aperuerit quia censeretur, dolū dedisse cām contractui, estq; ridicula Ant. Gom. sententia n. 39. citato, & quorundā aliorum quos refert, asserentium, venditorē in eo casu, neque ad pretiū acceptum teneri. Vt. n. Couar. c. 17. citato. nu. 2. sufficiēter probat, nullus iustus titulus est vnde is vēditor suum efficere possit pretium illud. Quin addo, qñ venditor sciret rē ex aliquo capite, aut comparatione alicuius personæ periclitari, tunc si eā rem venderet, non detecto illo periculo, conueniretq; cū emptore, ꝙ neque ad pretiū de euictione teneret, sanè teneretur, nō solū ad prīū, sed ēt ad damna oīa subsequuta, si, vnde ipse timebat, res euinceretur. Immò verò contractus in conscīæ, & in exteriori foro, esset nullus: eò ꝙ dolus dedisset illi causam iuxta ea quæ disp. 352. & 353. dicta sunt.

Tertius, qñ emptor, lata sñia, venditoreque à iudicio absente, nō appellauit ab ea. Ita hēt l. Herēnius. §. quia. ff. de euict. & l. 36. tit. 5. par. 5. Intelligendū tñ est, nisi manifestū sit, sñiam esse iustā, remq. ad eum spectare, qui illā euicit. Si. n. qñ res adeò est pspicua, fas est desistere a lite, longè maiori cū rōne erit integrum non appellare a sñia. Qñ aūt ea in re pōt esse aliquod dubiū quia fortè venditor adhuc habet probationē aliquā aut defensionem tenetur emptor vniuersim appellare, & pseq litē vsq. ad vltimā sñiam, a qua appellare nō liceat. Ita Cou. loco citato. nu. 9. id ꝙ sancitū est in Lusit. ord. tit. 30 citato. §. 2. Vbi additur, emptorē non teneri *agrauar da vltima sentencia*, qd Castellani vocant *suppliçar*. Quare nobis non probantur ea, in quib. Ant. Gom. nu. 39. citato, cum quibusdam alijs, discrepat ab hac doctrina.

Quartus, qñ sñia est iniusta apertè, siue tālis lata sit p iudicis imperitiā, siue p nequitiā, aut in possessoris odiū, vel qa iniustè fauere voluit actori. Ita hēt l. si per imprudentiam. ff. de euic. c. vlt. de emp. & vend. l. 36. tit. 5. par. 5. & alijs iuris. Rō est, qñ tunc perinde censetur res extrahi de potestate emptoris, ac si per furtum, aut vim, iniustè esset ablata, vel perijsset casu fortuito; in quibus. enēt ib. cōstat, perire emptori, ad cuius dñiū spectat. Quare in eo euentu solum cōpetit possessorio actio aduersus iudicē. De hac re lege Couar. loco citato. nu. vlt. Obserua tñ de iure Lusitano, ēt in hoc quarto euentu, teneri venditorem de euictione, illiq. cōpetere actionē aduersus iudicem, vt apertè disponitur tit. 20. citato §. 2. Neque vt immeritò id sancitū, qñquidē eo intuitu ab emptore auferē, qđ res nō fuerit vēditoris, qñ illā vendidit, ad vēditoremq. potius, quā ad emptorē, pertinere videatur contendere ea de re coram iudice. Ius Lusitanū.

Quintus, qñ emptor litē motā definiri consentit p iudicē arbitrum, aut per alium, ad quem causæ illius cognitio non spectabat l. si dictū. §. si cōpromisero. ff. de euic. & l. 36. tit. 5. par. 5.

Sextus, qñ emptor tpe emptionis sciebat rem esse alienā: tunc. n. de iure cōi, neque ad interesse, datur ei actio, nisi expressè conuentio facta sit, ꝙ venditor de euictione teneretur: tunc. n. agere poterit. solum ad pretium. Hæc omnia colliguntur ex l. si fundum. C. de euic. De iure verò Lusitano. 3. lib. ord. tit. 30. §. 4. is emptor, neque ad pretium agere potest, sed illud amittit, captiuis quidem, si venditor conscius tempore venditionis erat rem esse alienam: alioquin videtur ordinationes illud adiudicare vēditori. Quo loco obserua, cum eiusmodi leges pœnales sint, quādo vēditor conscius non fuit rem esse alienam, posse legis autoritate pretium sibi retinere: si autem ab emptore petatur, poterit cum eo contendere quousque sibi adiudicetur. Si verò venditor illud tradat emptori, ignorans licitè se posse id retinere, emptor poterit sibi illud reseruare, quousq. iudicis sñia alteri adiudicetur: quoniam exequi non tenetur pœnam aduersum se ante latam sñiam. Quando verò cōscius fuit venditor rem esse alienam; non potest Ius Lusitanū.



Digitized by Google

retinere sibi pretium, sed vel admonere dét ministrum depositarium bonorum captiuorum, quẽ in Lusitania *Man postero* vocant, vt petant adiudicari pretium captiuis, atq; id tutius, & melius erit: vel illud emptori reddat, cuius adhuc est, & qui licitè retinere illud potest ante latam sententiam. Neque condemnandus venditor est, si hoc posterius eligat: eo quod ex officio non teneat curare, vt pœna legis exequutioni mandetur. Quòd si emptor meliorationes aliquas fecerat in re ita mala fide empta, & possessa, exigere ab eo, qui rẽ euicit potest æstimationem illarum, vt Couar. c. 17. citato rectè affirmat: neque enim video legẽ, quæ amissione earum illum puniat.

Septimus, quando emptor præscribere rẽ emptam potuit: tunc. n. non tenetur ei venditor de euictione: eo quòd emptoris culpa, aut inertia, res sit ab ipso ablata l. si dictum. §. si cum posset. ff. de euict. & l. 36. tit. 5. par. 5.

Octauus, qñ emptor sua culpa amisit rei possessionẽ, atq; inde effectum est, vt de eo fieret actor: id. n. esse potest in causa, vt litem amittat. l. si rem quam. ff. de euic. & l. 36. ti. 5. par. 5. Idem intellige de quacunque alia re, quæ simili modo esse possit in causa, vt emptor litem amittat.

Nonus, qñ emptor hæreditatẽ vendidit: tunc. n. si res aliqua particularis de hæreditate euincatur, non tenetur hæres de euictione: quia id non erat de bonis hæreditatis. Secus aũt esset, si hæreditas tota euinceretur, probando illum non esse legitimum hæredẽ, sed hæreditatem ad. aliũ pertinere. l. 1. C. de euic. & l. 3. tit. 5. par. 5. Quæ addit, idem esse, siquis emisset redditus alicuius territorij, aut prædij: si. n. euinceretur aliquid, quod probaretur non pertinere ad redditus illius territorij, aut prædij, non teneretur venditor de euictione. Obseruat ibidem Greg. Lope, & cum illo Lassarte de decim. vend. c. 18. nu 86. secus esse, si euicta pars territorij, aut prædij, in consequentiã pars reddituum euinceretur: nam tunc sicut, si territorium, aut prædium esset venditum, teneretur de euictione, qui prædium vendidisset, vt supra dictum est; ita etiam, qui locasset, aut vendidisset, redditus illius, verbi gratia, gabellas ex illo territorio, teneretur emptori, aut conductori de euictione partis reddituum ita euictæ. Lege circa dicta hoc §. Ant. Gom. 2. to. var. res. c. 2. nu. 43.

13 Vtrũ † venditor re euicta, teneatur ad duplum eius rei. Respondetur, tunc solum teneri, qñ in pactum id est deductum, vt expresse hẽ 3. lib. Lusit. ord. tit. 30. §. 2. & consentiunt l. 2. & l. emptori. ff. de euict. & alia iura. Quando tamen ageretur ad duplam, non posset simul agi ad interesse, & ad damna subsequuta, sed eligere debet emptor, ad quo illorum duorum velit potius agere l. emptorẽ. §. Cassius. ff. de act. empt.

14 Vtrum † autem venditor emptori teneatur ad expensas in lite factas. Respondetur, qñ res euincitur, & venditor de euictione tenetur, nemini esse dubium, teneri ad expensas litis: expensæ. n. pars sunt interesse, ad quod venditor tenetur. Qñ verò res non euincitur, sed in emptoris fauorem sentẽtia fertur, quamuis glossæ quædam asserue-

rint, venditorem tunc ad expensas nõ teneri Bar, pñ, & post eum Pan. ciuil. de emp. & vend. n. 11. Sylu. verb. empt. q. 25. & cõis doct. sñia, quã Ant. Gom. 2. to. var. reso. c. 2. nu. 47. refert, ac sequitur, teneri affirmant; modo emptor denunciauerit illi litem motam, & modo aduersarius condemnatus non fuerit ad litis expensas. Rõ est, qm̃ licet venditor admonitus non teneatur assumere in se litem, tenetur tñ sub disiunctione, vel defendere emptorem, eaq; de causa ad id admonetur, vel, si noluerit, tenetur ei soluere expensas omnes.

## Census quid, & de reseruatiuo censu.

## DISPVTATIO CCCLXXXI.

### SVMMARIVM.

1 *Census vnde dictus.*
2 *Census reseruatiuus quid.*
3 *Cẽsualis cõtractus in quib. differat ab emphyteusi.*
4 *Cẽsus soluitur de re propria, pensio verò de aliena.*
5 *Pactũ, seu conditio apposita in contractu censuali, quod debitore non soluente intra certum tẽpus, incidat in commissum, quo casu valeat.*
6 *Censualis contractus in dubio an iudicandus sit potius, quam emphyteuticus.*
7 *Censualis contractus circa res temporales rarus.*
8 *Censualis contractus reseruatiuus, quo iudicãdus.*

QVoniam contractus censualis maxima ex parte est velut pars quædam emptionis, & venditionis subiecta, vt ex dicendis patebit, post tractationem de emptione, & venditione in genere de contractu censuali est disserendum.

1 Vt † verò a nomine ordiamur, a censendo, hoc est, æstimando, dictus est census. Aestimatio quippe bonorum cuiusque, quæ fiebat, vt iuxta illorũ quantitatem, ac valorem tributum imponeretur, census dicta est, vt habetur l. forma, l. vitia. l. per discursum. ff. de censibus l. 2. & 3. C. de cẽsib. lib. 11. & alijs iuribus quæ, inter alios, citant Couar. 3. var. res. c. 7. nu. 1. & Alua. Valas. de iure emphyteutico q. 32. nu. 1. Inde nomen accommodatum est ad significandum, tunc facultates, ac bona cuiusque eo ꝙ censeri, ac æstimari consueuerint, vt intelligeretur, quantum quisque subuenire in bello Reipublicæ posset, vel etiam ad tributum imponendum: tum etiam ad significandum tributum ipsum, quod ex eis soluebatur. Atque in hac vltima significatione sumitur census l. 2. C. sine censu, vel reliquis, &c. Inde verò extensum est nomen ad ea etiam tributa significanda, quę per capita imponebantur, præsertim in subiectionis, ac dominij iurisdictionis recognitionẽ: quo pacto sumitur Matthæ. 22. quando interrogatus fuit Christus; *licet censum dare Cæsari, an non?* Sumitur ét latius census iure canonico pro eo, quod annuatim præstatur alicui, etiã inferiori a principe, ratione subiectionis, fundationis, aut alterius iustæ causæ, vt Aluar. Valas. ubi supr. nu. 6. ait, atque ex toto tit. extra de censibus & ex

alijs

Alijs iuribus confirmat. Vbi cũ Panor. alijs, subjungit cum eiusmodi census ex varijs causis solui possit, esto q̃s probet sibi deberi, atque præstari semp fuisse solitũ, nisi causam, in particulari probet, vnde fuerit debitũ, non conuincere; sibi in subiectionis signũ, aut ex alia particulari cã deberi. Addit cũ Oralora, sumi ẽt cẽsum generalissimè, pro quocunque onere alicui imposito. In nulla tñ harum significationum est nobis hoc loco sermo de censibus: tametsi à penultima ortũ habuerint acceptiones census de quibus dicemus.

2 Vt disp. 372. dicebamus, & † colligitur ex cap. constitutus, de relig. domibus, atq; affirmant glo. pen. ibi, & cũ ea Panor. a.n. 18. Cou. 3. var. tes. ca. 7. n. 1. Ant. Gom. ad l. 68. Taur. nu. 2. Cont. de cõtrac. q. 72. Ioan. Med. de vsur. q. 1. de censibus Sotus 6. de iustitia. q. 5. art. 1. Aluar. Valas. q. 32. circa. n. 7. Lassarte de decim. vend. c. 10. n. 3. & num. 45. & plerique alij, quos citant, contractus censualis de iure canonico est, quando aliquid conceditur alicui quo ad idomne, quod conferens poterat concedere, reseruata sibi annua, aut mẽstrua, vel alia simili pensione quam accipiens soluere teneatur, vel ex fructibus, vel in aliquo æquualenti, vt in pecunia, aut in alia re. Atque eiusmodi cõtractus frequens est in spiritualibus, vt cum beneficium, reseruata pensione annua, conceditur, de eoq; est sermo c. constitutus citato. Celebrari etiam potest in rebus tpalibus, vt in prædij cõcessione sub annua, aut menstrua pensione. Solet vtrò in eiusmodi contractu reseruari modica pensio in memoriam antiqui dñij, ac beneficij collati, atque in alios fines; tametsi minor reseruari soleat, q̃ conceditur spirituale, quam q̃ tpals aliquod cõfertur, nisi simul in recompensationẽ p obsequijs præstitis, aut in aliud simile, ptædiũ aliquod concedatur. Quia ergo per eũ contractum 3 conceditur ius omne, qd conferens potest concedere, pensione illa dũtaxat reseruata; consequens est, vt per illum, non solũ vtile dñiũ, vt in contractu emphyteutico, sed etiã directum, conferatur. Quia verò pensio soluenda, cẽsus iure canonico, iuxta penultimã census significationẽ paulò antea explicatã, nũcupatur, inde effectum est, vt ius illam quotannis, aut singulis mensibus, accipiendi, quod in re concessa reseruatur, census dicatur atque ab eo contractus, quo res cõceditur, & pẽsio reseruatur, censualis appelletur. Eiusmodi aũt census, censualisque contractus, reseruatiuus dicitur, ad differentiam alterius, qui consignatiuus appellatur, de quo disputatoribus sequentibus erit sermo. Dicitur verò reseruatiuus, quia ex re ipsa, quæ confertur, reseruat concedens sibi, vel alteri, cum censum, nihil accipiendo in recompensationem eius, quod ex eã re concedit, eaq; de causa hic contractus locum habet in spiritualibus absque simoniæ vitio, vt Panor. notat c. constitutus citat. nu. 12. atque ex ipsomet textu est manifestum.

3 Differt † cõtractus hic censualis ab emphyteusi, vt notant glo. Panor. & alij doctores citati. Primo, quia per contractũ emphyteuticum transfertur solum vtile dñium, & directum manet apud concedentem, vt disp. 10. ex parte dictum est, & copiosius infra suo loco dicetur: per hũc verò censualẽ contractũ, ẽt directũ dñium transfertur. Aluar. Valas. de iure emphy. q. 32. n. 27. discrimẽ ẽt constituat, q̃ emphyteuta soluto possideat naturaliter, & proprietarius ciuiliter: qui verò ex censuali contractu, de quo loquimur, rem possideat, ciuiliter, ac naturaliter rem possideat. Nos aũt disp. 12. diximus, quoad proprietatem, dñium directũ possidere ciuiliter per se ipsum, & naturaliter per emphyteutã, atque adeò emphyteutã solũ naturaliter possidere proprietatem nomine directi dominij: cæterum dominij vtilis emphyteutam habere simul possessionem ciuilem, & naturalem.

Iuxta discrimen traditũ (vt cum Euerardo docent Aluar. Valas. n. citato, & Iulius Clar. 4. li. sent. §. emphyteusis qõ. 1.) dicitur consueuit, nos † censum soluere de re nostra, pensionem verò de aliena, quia. s. res, vnde emphyteuta pensionẽ soluit, ad alium quod ad proprietatem spectat. Cum Pan. verò c. constitutus citato admonent ijdẽ autores quamuis, quod ex re censuali soluitur, consueuerit appellari, & quod ex re emphyteutica, pensio, ac canon, interdum tñ confundi vocabula; imò aliqñ contractum cẽsualem appellari emphyteusim, & emphyteuticum censualem, cũ tñ hi duo contractus longè diuersi in se sint. Vnde Aluar. Valas. ibi. n. 28. post Pan. c. constitutus citato, Bar. & cõem doctorem sniam, quam refert subiungit, licet in inuestitura, ac celebratione contractus dicatur, concedi aliquid in emphyteusim cum translatione iuris omnis, quod concedens in ea re habet, atque vocabulum emphyteusis sæpe in instro contractus repetatur, numquamque de censu fiat mentio, contractum iudicandum esse censualem, & non emphyteuticum, cò q̃ in contractibus potius attendi debeat ad id, q̃ fit, quam ad noia, quibus contrahentes vtuntur. Ecõtra vtrò, si in celebratione contractus dicatur, concedi rẽ ad censum perpetuum cum reseruatione dñij directi contractum pp eandem rationẽ iudicandum esse emphyteuticum, & non censualem.

Secundò differunt, quod in emphyteusi, si pẽsio ab emphyteuta biennio, aut triennio, non soluatur, incidit in commissum, id est, amittit vtile dominium proprietario, vt infra suo loco dicetur in contractu verò censuali, esto, qui censum tenetur soluere, per multos annos eum non soluat; nõ propterea incidit in commissum, sed solum tenetur soluere pensiones non solutas. Ita colligitur aperte ex c. constitutus, de reli. dom. & affirmant glos. ibi, Panor. & cõis doctorum sententia, quam doctores hactenus citati referunt, ac sequuntur. Ratio, iuxta Panor. & alios est, q̃m in contractu emphyteutico res manet quo ad dominiũ directum apud illam concedentem in emphyteusim, & ex præscripto iuris censetur eam concedere quo ad dominium vtile quasi sub cõditione, dummodo emphyteuta intra id tempus non omittat pensionem soluere: in contractu verò cẽsuali res plenè, ac perfectè eius efficitur, cui in censum concedit, eaque de causa voluit ius, vt si censuarius pensiones soluere omitteret, non incideret in commissum, sed solum cogeretur eas soluere.



Digitized by Google

Dubiũ 5 Dubium est, vtrũ si in cõtractu censuali lex pactum, seu † condiõ apponatur, quod census debito re, illum non soluente intra certum tps, incidat in cõmissum, valida sit talis conditio, seu pactum.

Decisi. Dicendumq; est, si census reseruatiuus sit, de quo nunc loquimur, validã esse non minus, q̃ in emphyteusi. Atque in hoc euentu amplectenda est l. 68. Taur. quæ hodie est l. 5. tit. 15. lib. 5. nouæ collect. & id statuit. Neque refragatur motus proprius Pij Quinti circa creationem censuum: q̃m in eo solum est sermo de censibus consignatiuis. Idẽ ẽt affirmant Couar. 3. var. resol. c. 7. num. 1. Gutier. de iura. confirm. par. 5. c. 31. nu. 10. & lib. 2. de pract. qq. q. 268. nu. 10. Aluar. Valas. de iure emphy. q. 32. nu. 31. & alij, quos citant. Rõ est, q̃m, cum in hoc contractu res concedatur quo ad dñium, & proprietatem reseruato censu, põt iustè, qui rem ita concedit non aliter velle iã concedere quo ad vtrumq; dñium, q̃ sub eo pacto, & condõne, q, si census intra tm̃ tempus ei non soluatur, res quo ad vtrumque dñium ad ipsum redeat: non secus ac, qui rem in emphyteusim tradit, põt iustè non aliter velle illam concedere quo ad dñium vtile, q̃ sub simili condõne. Meritò aũt Gutier. vbi supra aduersus Couar. affirmat, hãc hoc locum, etiã si res sub censu reseruatiuo redimibili tradita sit; quoniã militat eadem ratio Aluar. Valas. n. citato refert ex Roland. cõem opinionẽ affirmare, idem dicendum esse, si debitor census sub iureiurando promisit, se soluturum censum intra tm̃ tempus, neque stet promissis. Addit verò Aluar. Valas. id non procedere sine dubio. Ego sane arbitror falsum esse: iurm quippe efficit, vt periurus sit, qui non stat promissis, non verò, vt in cõmissum incidat, qñ, secluso iuro, promissis non stando, in id non incideret. Vtrum autem hæc eadem locum etiam habeant in censu cõsignatiuo, infrius suo loco, exponendo bullam Pij V. dicetur.

Tertiò differunt ijdem contractus, quoniã emphyteuta non potest vendere rem emphyteuticã irrequisito dño, alioquin cadet in commissum, & præterea ex pretio tenetur soluere proprietario laudemium, vt vtrumque suo loco patebit: debitor verò eiusmodi census vendere rem censualẽ potest irrequisito domino, cui census debetur, neque ex pretio tenetur illi soluere laudemium. Ita communi sententia, quam inter alios, Aluar. Valas. vbi supra nu. 32. refert, ac sequitur.

Dubiũ 6 Dubium est, si de † cõtractu aliquo dubitetur, num emphyteuticus sit, an censualis, qa ex clausulis illius nõ colligitur vnũ potius, quam aliud, aut qa cõstat solutã semp fuisse pensionẽ, & ignoratur, ex qua cã, aut titulo, vtrum iudicandus potius sit censualis, an emphyteuticus. Ad hoc dicẽdum est, ex circumstantijs alijs concurrentibus, vt si emphyteusis consueta sit in ea regione, & nõ reseruatiuus census, atque ex alijs eiusmodi arbitrandum esse, quis potius contractus illi sit præsumendus, & talis erit iudicandus, qualem potius eiusmodi circumstantiæ persuaserint. Ita Aluar. Valas. vbi supra nu. 35. Qñ aũt neque circũstantiæ propendere effecerint in vnam potius, quam in alteram partem, Iulius Clar. §. emphyteusis. q. 1 ait, cõem opinionem esse, iudicandum potius esse in emphyteusim, in concedentis fauorem, q̃ censum Couar. verò 3. var. resol. c. 7. nu. 1. & Alua. Valas. affirmant communem sententiam esse, potius in fauorem possidentis iudicandum esse censum, q̃ ẽt sniam ipsi amplectũtur, atq; amplectit Nauar. in commen. c. 114. q. 3. nu. 109. eaq; nobis probatur. Qm̃ in dubio melior est conditio possidentis, neque plus grauaminis est illi iniungendum, quam verisimiliter eum habere cõstet. Conueniunt vero tres doctores citati, idem dicendum esse, siue, qui rem tradidit, Ecclesia sit, siue priuatus: idque aduersus quosdam, qui censuerunt in Ecclesiæ fauorem esse in eo euentu iudicandum.

7 Contractus † censualis hactenus explicatus, neque frequens hodie est circa res tẽporales, sed admodum tarus, neque est, de quo potissimum agere hoc loco intendimus, neque denique pars est emptionis, & venditionis. Quando. n. prædiũ alicui quod pleno iure alicui conceditur, reseruata in eo solum annua, aut menstrua pensione, perspicuum est non interuenire pensionis emptionem, sed donationem rei quo ad reliqua, si valor pensionis non sit tantus, quantus est valor totius prædij, coniuncta cum iure, quod donans in eo prędio sibi reseruat: aut est contractus innominatus, do vt des, vel certè, vt disputatione sequenti explanabitur, est contractus, quo confertur vnum; & reseruatur aliud vnius, & eiusdem rei. Quòd siquis tradat alicui prædium pro copia aliqua pecuniæ, & simul pro annua pensione ex eo prædio reddẽda, non erit etiã pensionis emptio, sed contractus mixtus ex venditione prædij pro ea pecunia, & ex contractu innominato, do idem prædium quò ad id, qd plus valet, quã pretiũ pecuniæ, vt mihi ex illo des tantam annuam pensionem. Si quis

8 † item emeret, aut permutatione ab aliquo cõpararet prædium quod postea eidem pleno iure pro annua pensione concederet, vt Gene. 47. fecit Ioseph cum Aegyptijs, qñ in permutatione pro tritico comparauit prædia omnia Aegyptiorũ Pharaoni, q̃ postea eisdem Aegyptijs pro annua pensione concessit, non esset tunc emptio annuæ pensionis, sed interuenirent ibi duo contractus: vnus emptionis, aut permutationis rei pro prædio: & alter, cõcessionis eiusdẽ prædij reseruãdo ex illo annuã pensionẽ, atque adeo reseruatiuus census.

## Vtrum ex censu reseruatiuo alcaualæ Gabella debeatur.

### DISPVTATIO CCCLXXXII.

*SVMMARIVM.*

1 *Alcauala, seu gabella quando debeatur ex cõtractui censuali reseruatiuo.*
*Item quando, & cui gabellario sit soluenda, quando prædium daretur, pro annuo censu decem aureorum, cum facultate illum redimendi certo aliquo pretio. num 2.*

3 *Gabella an debeatur de cẽsu redimibili, & quando, & cui gabellario.*

4 *Pactum*

Digitized by Google

4 *Pactum nudū de retrouendendo in fauorē vēditoris, vestitū coherentia cōtractus, parit actionē præscriptis verbis cōtra emptorē, vt stet illi pacto.*

QVando in contractu census reseruatiui nullus alius admiscetur contractus, vt si prædium tradatur quo ad vtile, & directū dominiū pro annuo censu decem, v.g. aureorum, dubium
1 est, vtrū † ex illo alcauala debeat. Suaderi aūt potest, non solum deberi, sed ēt duplam illam deberi. Qm̄ de iure Castellæ, & Lusitaniæ dupla debetur ex permutatione, contractuve, do vt des, vt patet l. 2. titu. 17. lib. 9. nouæ collect. & ex articulis Cortes in Lusitania: at verò contractus census reseruatiui vt̄ esse permutatio prædij, v.g. quod in censum datur, pro censu ipso, hoc est, pro iure accipiēdi ex eo prædio annuam pensionem. Dicendum tn̄ est cum Lassart. de decim. vend. c. 20. à nu. 52. ex illo contractu nullā gabellam deberi. Rō est, qm̄ non est permutatio, contractusve, do vt des, ad quem contractū duæ distinctæ res necessariæ sunt, quæ à contrahentibus tradantur adinuicē, vna in commutationem pro alia, q̄ in contractu de quo disputamus, non cernitur. Etenim qm̄ Petrus in censum reseruatiuum decem aureorū quotannis, prædium suum tradit Ioanni, solum ibi inuisitur prædium, quod Petrus tradit, & nihil q̄ ex parte Ioannis tribuatur, sed Petrus sibi ex eo prædio reseruat ius accipiendi de fructibus illius decem aureos, quod ius velut pars quædam est integri iuris, ac pleni dūij eiusdem prædij, auteique illi tanq̄ aliquid prædij, ab illo videlicet formaliter, aut virtute diuanans; accipiuntur, relicto solū Ioanni onere colendi, atq. administrandi prædium, soluendiq. ex illo decem annuos aureos. Neque Ioannes, post acceptū prædium quo ad integrum, vt plenum dūium, tribuit Petro ius illud, sed Petrus ipse est, qui dum prædiū tribuit quo ad reliqua, sibi reseruat ius illud, ita vt nunquam tradiderit Ioāni, in quo planè nulla cernitur permutatio, contractusve, do vt des: sed, vt expresse hī l. vlt. C. de rerum permut. quæ de hoc ipso contractu agit, est, tribuentem prædium legem in re sua propria præscribere, dum illam tribuit, temq; quo ad reliqua accipientis efficit: quæ re, vt ibidem hī, est pactū quoddam nudum, mutuo vtriusq; contrahentiū consensu celebratum, collationis rei quo ad reliqua, ac reseruationis iuris illius, cum onere ex parte illam accipientis, ac obligatione illud implendi, vestitumq. eiusdem rei traditione, ex quo pacto traditione vestito, actio præscriptis verbis aduersus accipientem, successoresq; illius in eadē re, cōpetit ad eam obligationem implendam, vt eadem lege expresse hī.

Quando in censuali contractu reseruatiuo venditio admisceretur, vt quia traderetur prædiū pro certa quadam pecunia cum reseruatione annuæ pensionis, tunc ex pecunia ita in pretium accepta, alcauala à venditore deberetur in hoc Castellæ Regno; in Lusitania verò dimidium deberetur à venditore, & alterū dimidiū ab emptore. Qn̄ verò permutatio admisceretur, vt quia traderetur prædiū pro re alia, quæ non esset pretium, & pro annua pensione, tunc ex valore rei, quæ simul cū annua pensione daretur pro prædio, deberetur vna alcauala, & ex valore prædij, quatenus præcisè respondet, nō quidem pensioni, sed rei illi, quę vna cum pensione daretur in commutationē pro prædio, deberetur alcauala alia. Consentit Lassar te vbi supra à nu. 73.

2 Præcipua † verò difficultas est, qn̄ prædiū daretur, v.g. pro annuo censu decem aureorum, cū facultate illum redimendi certo aliquo pretio, an tunc alcauala deberetur, & quando, & cui gabellario sit soluenda. Quo loco examinandi ad hunc effectum sunt duo illi contractus, de quib. in calce disp. 372. dictum est. Quæst.

Primus est, qn̄ p̄dium venditur centū aureis, eum pacto vt, interim dum non soluuntur, persoluatur annuus census decē aureorū in eodem prædio constitutus, atq; eisdem centū aureis redimibilis. Ex hoc autem contractu proculdubio dicendum est duplicem gabellam deberi. Vnam, ex primo illo contractu vendōnis prædij illius pro illis centū aureis, q̄ est vera venditio statim mutuo cōtrahentiū cōsensu perfecta. ac proinde gabella illa statim debetur, in hoc quidē Regno à solo prædij venditore, in Lusitania verò dimidium ab emptore, & dimidium à venditore. Debetur verò gabellario, ac dño, qui tunc fuerint tpe celebrati contractus. Alia verò gabella debetur ex census venditione centum illis aureis, & debetur, non tpe redemptionis, neque ex redemptione, qm̄ illa est dissolutio prioris contractus ex pacto de retrouendendo in eo apposito; sed debetur ex venditione ipsa census centum illis aureis a principio facta, atque adeo debetur gabellario, qui tūc erat, in hoc quidem Regno debetur à solo venditore census, q̄ proximè fuerat emptor prædij, in Lusitania verò dimidiū debetur ab vno, & dimidium ab alio. Ratio horum est, qm̄ constitutio illa annui cēsus decē aureorū interim dū centū aurei, pro quib. p̄dium fuit venditum, nō soluerentur, fuit vera emptio, & venditio census illius, distincta à prædij venditione, ex qua census venditione, sua peculiaris gabella debetur, iuxta ea quæ disputationibus sequentibus dicenda sunt. Atque in his consentit Lassar. de decim. vend. c. 10. a nu. 47. Decis.

Nonnulla in obserua. Primū est. Tunc cēsum non esse reseruatiuū, de quo disputatione præcedente habitus est sermo, sed consignatiuū, de quo sequentib. disputationib. dicetur. Qui. n. prædiū centum aureis vendidit, integrū pro centum aureis illud vendidit, nihil sibi reseruando: quia tn̄ aurei illi non erant soluendi statim illis, interim dum non soluerentur, ac redimeretur census, venditor prædij emit in eodē prædio censum illum, atq; ita est census a prædij emptore illi cōcessus, & consignatus in eodem prædio centum aureis empto, interim dum eos illi non solueret. 2

Secundum. Pretium huius census, in exemplo proposito, ad rationem decēm pro vno, esse iniustum in hoc Regno, vtpotè non attingens ad pretium census consignatiui redimibilis in eo. l. 6. titu. 15. nouæ collect. taxatum, vt cum minimum sit ad rationem quatuordecim pro vno.

Tertium. Eundem censum hodie esse ipso iure nullum, præsumiq; vsuratium, vbicunque ea in parte recepta fuerit bulla Pij V. quæ statuit, census consignatiuos redimibiles aliter emptos, quã pecunia numerata, atque coram tabellione soluta nullos ipso iure esse, reputandosq. præsumptione iuris, & de iure, vsuratios.

Secundus contractus est, qñ prædiũ datur in reseruatiuum annuum censum decem aureorum, redimibilem centum quinquaginta aureis, verbi gratia. Quo loco in primis obserua, reseruatiuum hunc censum, neq; esse de numero eorũ, de quib. Pius V. in sua Bulla loquitur, vtpote de quo num quam fuit dubitatũ, an illicitus sit, quippe in quo nulla sit effigies vsuræ: neq; itẽ esse de numero eorum quibus l. 6. Castellæ citata taxatũ est pretiũ emptionis, aut redemptionis, vt cũ minimum sit ad rõnem quatuordecim pro vno. Eiusmodi. n. cẽsus (nisi maior à principio constituatur pp facultatẽ illũ redimendi, quæ in ipsa prima census cõstitutione concedatur) certè longè plus valet, q̃ ad rõnem quatuordecim pro vno: est. n. ex se perpetuus, atque irredimibilis, ac proinde, si ex interuallo, post celebratum primum reseruatiui cẽsus contractum, de redemptione illius agatur, longè maius pretium esse debet illius, quam ad rationẽ quatuordecim pro vno. Quo fit, vt in hoc Regno, vt pretium redemptionis huiusce census, iustum sit, excedere debeat pretium ad rationẽ quatuordecim pro vno, nisi à principio tantus constitutus sit pp facultatem illum redimendi, quę simul concedebatur, vt ad rationem quatuordecim pro vno constitutus censeretur, ac tunc redẽptio non minor in hoc Regno, vt iusta sit esse poterit, quã ad rationem quatuordecim pro vno.

3 De hoc ergo † censu ita redimibili est nõ parua difficultas, an gabella debeatur, & qñ & cui gabellario ea debeatur. Cou. 3. var. resc. 11. quamuis de gabella, quæ ex contractu proposito debeatur, non disputet, sed de retractu, cò q̃ in eo contractu locum habet, censet tñ duas emptiones, & venditiones in eo contractu cerni. Vnam, prædij illius pro pretio, quo census redimi conceditur, hoc est, pro centum quinquaginta aureis, vt in exemplo à nobis proposito, licet ipse alio vtatur. Alteram, census illius pro eisdem centum quinquaginta aureis, quibus redimi conceditur. Hinc meritò Lassar. de decim. vend. c. 10. num. 46. infert, iuxtá hanc sniam, duplicem gabellam deberi. Vnam à venditore prædij in hoc Regno ex ipsa prædij vẽditione: & alteram ab emptore prædij ex vẽditione census illo eodem pretio, quo prædiũ fuit venditum ex redemptione verò census, quoniã est distractus secundæ venditionis, nulla alia debetur.

Lassar, loco citato, nu. 50. refert Auendanij sententiam asserentis, ex contractu proposito vnam duntaxat gabellam deberi ex facultate census redimendi, in qua sola venditionem agnoscit: eam verò gabellam deberi à venditore prædij statim, ac contractus fuit celebratus, ac deberi gabellario, qui tunc erat; ex redemptione autem census, quæ postea fit, nullam gabellam deberi.

Idem Lassarte ibidem, num. 51. refert, praxim quotidianam, in multis huius Regni locis seruatam, esse, vt ex eo contractu vnica gabella debeat, soluenda a prædij venditore, non quidem tpe celebrati contractus, neque gabellario, qui tũc erat, sed soluenda tempore redemptionis census, & gabellario, ac domino, qui tunc fuerint. Quæ planè consuetudo, non solum tamquam legitima legũ interpres cum eodem Lassarte est amplectenda, sed tamquam ipsissima rei veritas.

Quod vt intelligatur obseruandum est. Ex cõtractu, traditioneq; prædij in reseruatiuum annuum censum decem aut eorũ nullã gabellã deberi, vt supra ostensum est: eo q̃ contractus ille, neque emptio, aut vẽditio sit, neque permutatio, aut contractus, do vt des, vt sufficienter est comprobatum. Tota autem difficultas est, de facultate illa redimendi eũ census aureis centum quinquaginta eidem contractui adiecta, seu pacto qđ, quandocunque accipiens prædium in eum reseruatiuum censum, tradiderit centum quinquaginta illos aureos, redimatur atque extinguatur census, vtrum ex illo gabella debeatur, an potius ex ipsa redemptione, quasi redemptio illa emptio sit census illius, non verò pactum illud. Auẽdanius, & alij existimarunt, pactum illud esse emptionem, & venditionem: & cum contractus emptionis, & venditionis mutuo consensu perficiatur ad effectum, vt gabella debeatur, non verò traditione pretij, & acceptione mercis: consequenter Auendanius asserit, gabellam, non tempore redẽptionis census, & gabellario, qui tunc esset, deberi, sed statim à principio initi illius pacti deberi, & gabellario, qui tunc fuit. Prætermissa verò longa disputatione Lassarti vbi supra, quæ planè rei punctum attingere non videtur, breuiter dicendum est. Facultatem illam ac pactum nõ esse contractum, neque purum, neque conditionalẽ, emptionis, & venditionis census illius centum quinquaginta illis aureis, sed esse pactum nudũ adiectum contractui censuali in fauorem accipientis prædiũ in censum, vestitumq; cohærentia eiusdẽ censualis contractus, ac proinde ex illo oriri actionem præscriptis verbis ad cogendum eum, qui in censum tradidit prædium, vt quandocunque traditi ei fuerint centum illi quinquaginta aurei,
2 census redimatur: sicut † quando venditioni pactum, alioquin nudum de retrouendendo in fauorem venditoris apponitur, vestitum cohærentia eiusdem contractus conceditur vẽditori actio præscriptis verbis ad cogendũ emptorẽ, vt stet illi pacto, vt exp̃sè hr̃ l. 2. C. de pactis inter emptorem, & venditorẽ, perspicuũq; est ex dictis disputatione, 255. Conceditur ẽt l. illa 2. actio ex uendito: quoniam cum pactum illud de retrouendendo cohærentia venditionis sit vestitum, resq; illa fuerit vendita cũ grauamine illius pacti in fauorẽ venditoris, actio etiã ex vendito cum eodem grauamine venditori competit, vt dissoluatur contractus. Atque ex his intelliges dispensionẽ hac in parte illius legis, quæ multis est subobscura. Qua tamen in re proposita nulla præcesserat emptio census illius vt redemptio eiusdem census, quæ vi pacti illius postea sequitur, resolutio esset

prioris

prioris contractus venditionis, vt in pacto de retrouendendo cernitur: consequens est, vt redemptio, quæ in re proposita fit, vera sit emptio census illius centum illis quinquaginta aureis, vt extinguatur in eo, cui antea debebatur, & consolidetur cũ prædio, atque id sit, ad q̃ per id pactum se astrinxit, qui prædium in censum tradidit. Quia ergo redẽptio hæc est vera emptio, & venditio, & non resolutio prioris alicuius venditionis, consequens est, vt ex illa gabellario, qui tunc fuerit, debeatur gabella, vt praxis recepta habet, esto ex resolutione venditionis, quæ ex pacto de retrouendendo fit, nulla gabella debeatur.

Ex dictis patet, si census reseruatiuus sine pacto redẽptionis constituatur, & postea ex partiũ cõuentione redimatur, deberi gabellam ex tali redemptione gabellario, qui tunc fuerit: eo quòd sit vera emptio, & venditio census illius. Si itẽ postq̃ in prædiũ in censum reseruatiuum, ac redimibilẽ acceptum est, conuenit inter contrahentes, vt res ad pristinum statum redeat, nullam deberi gabellam: q̃m id, neq; permutatio, neq. empta, aut venditio est. Si itẽ possidens prædium vendat illud, aut permutet, debetur gabella, simplex quidem ex venditione, & bina ex permutatione. Idem dicas si census vendatur, aut permutetur.

## Census consignatiuus quid, & quotuplex sit.

## DISPVTATIO CCCLXXXIII.

### SVMMARIVM.

1 *Census consignationis quid, & nu. seq. per totum.*
2 *Censualis contractus quando dicatur emptio?*
3 *Pensio, redditus, & census duob. modis accipitur.*
4 *Censui reali quid correspondeat, & quid personali.*
5 *Census personalis duplex.*
6 *Census realis quid, & in quo differat a personali cum hypotheca.*
7 *Census realis si collocatur in aliquibus prædijs determinatis, an prædijs peremptis, dicatur etiam census peremptus.*
8 *Census constitutus in certis prædijs determinatis, habet se ad instar seruitutis.*
9 *Census integrè potest exigi a quocunque possidente partem rerum censui subiectarum.*
10 *Census, pensio, ac redditus inter bona immobilia computantur.*
11 *Census si in pecunia soluatur, pòt vendi, alias erit permutatio, aut alius contractus innominatus. Et quid in Castella, & Lusitania seruatur.*
12 *Censuista quid, & quid censuarius.*
13 *Census tam realis, quam personalis quotuplex.*
14 *Census vitalitius quid.*

1 ALter † census est, qui idcirco consignatiuus dr̃, q̃ consignetur, cõstituatur, ac exhibeat in rebus eius, qui illum concedit, manente dñio earundem rerum, tam vtili, q̃ directo, ipsomet concedente. Si aũt pro pretio (vt regulariter fieri solet) concedatur, est vera emptio, & venditio, vt videbimus. Atq; hoc modo spectatus contractus censualis, est veluti pars emptionis, & venditionis subiecta: estq; potissimum de eo nobis hoc loco sermo. Dixi, si pretio cõcedatur: q̃m pòt concedi varijs alijs titulis, vt permutationẽ donatione in recõpensationem pro opere, aut obsequijs, varijsq; alijs modis, & tunc cõcessio, p̃ tituli rõne, variã naturã sortietur. Potissimũ aũt dicemus de emptione, & venditione census, non solum quia hic titulus frequentissimus est, sed ẽt q̃m, explicato hoc contractu, facilè intelligetur; quid dicendum sit de censibus alijs titulis comparatis.

2 Contractus † censualis hoc modo sumptus est emptio, qua quis super bona, aut personam, certa pecunia emit ius accipiendi annuum, mẽstruum, aut alium similem reditum, siue in pecunia, siue in quacunque alia re, manente venditore reditus dñio suorum bonorum, vt antea erat: id quod Gutier. 2. de prac. qq. q. 168. cum alijs, quos citat, & doct. cõmiter affirmant. Iam. n. disp. 372. cum Cõuar. & alijs diximus, curandum non esse, quod ad bellionos in hoc Regno ex imperitia, & cõtra naturam contractus, dicant, venditorem census concedere dñium directum rei, super quã census collocatur, emptori, illudque in eum transferre. Dr̃ verò contractus hic censualis à reditu, qui illo emittur, & qui statutis temporibus est soluẽdus: is n. reditus dicitur census in penultima vocabuli census significatione disp 381. explicata.

Hoc loco est obseruandum, reditum emptum soluendum esse in pecunia, nihil oĩno impedire, q̃ censualis contractus vera sit emptio, & venditio. Id † q̃ facile intelliges, si attendas, reditũ, pensionem, censum, & similia, duobus modis vsurpari. Vno, materialiter pro rebus, quæ quotãnis, aut alijs statutis tpib. soluuntur. Hoc modo reditus pensio, & census, sunt pecunia, triticũ, & alia, quę tpibus illis persoluuntur. Dr̃ verò reditus à redeundo, quia, s. a tempore in tempus soluenda redeunt. Altero modo vsurpantur, nõ materialiter pro rebus, quæ soluũtur, sed formaliter pro iure, vt a tpe in tempus soluantur. Atque in hac significatione dicere consueuimus, Petrus habet cẽsum in tali prædio Ioannis, i. ius vt ex illo tantũ pecuniæ, aut fructuum ei persoluantur, quasi prædiũ illud ad id fit obligatum. Dicere ẽt consueuimus, Petrus habet tantã pensionem in beneficio Ioannis, hoc est, ius vt ex illo tantum quotãnis ei persoluatur. In hac significatione, census, pensio, & reditus, dñt res incorporales. Ius quippe illud, quod ea vocabula formaliter significãt, nõ aliud est, quam respectus quidã rationis in eo, cui pensio, reditus, aut census, debetur, qui proinde respectus cum rebus incorporalibus annumeratur: eò quod non sit res quæ palpari, manibusq. tractari possit, vt palpantur, ac tractantur res corporales. Lege, quæ disputat. 2. & sequentibus, dicta sunt. Potrò eiusmodi iuri, tamquam correlatiuum, respondet obligatio, ac debitum: ius enim est ad aliquid, quod aliquo modo eo iure debetur. Ex parte autem eius, qui illud debet, respondet obligatio illius ad tale debitum. Quod, si ita ex aliqua re debeatur, quod res illa ad id fit obligata, respondet etiam obligatio realis ex parte talis rei,

4 lis rei. Quo † fit, vt censuali reali, hoc est, iuri ad annuã aut menstruã, pensionẽ ex re alicuius, qui eum censum in illa vendidit, triplex partiale correlatiuum respondeat. Primum est, res ipsa, quæ debetur, quatenus ita debetur; vt pecunia, vel triticum quotannis soluendum. Secundum est, obligatio rei, vnde id debetur, quæ pro eo debito est astricta: eaq; obligatio realis dr, eo quod sit obligatio ipsiusmet rei ad quemcunque pertranseat: & ius comparatione illius dr ius reale: qa est ius in re, hoc est, habens correspondentem sibi obligationem rei ad id, q ex ipsa debetur. Tertium verò partiale correlatiuum est, obligatio hominis, qui censum ex tali re debet. Atque hæc obligatio est personalis; semper.n. cum obligatione reali coniuncta est obligatio personalis eius, cuius est res illa, quæ obligationem habet realem, retinetur.n. vt minimum tradere rem ad solutionẽ, saltem in defectum alterius, qui debitum soluat. Quando autem census est merè personalis, hoc est ius vt alius annuam, aut menstruam, pensionem soluat, nulla alia re ad id obligata: tunc iuri illi solum respondet duplex partiale correlatiuũ. Videlicet res, quæ debetur, quatenus ita debetur, puta pecunia, triticum, aut aliquid simile, statutis temporibus soluendum: & personalis obligatio eius, qui illam debet.

5 Dixi, qñ census est merè personalis; qm † census, simpliciter, & absolutè personalis, duplex est. Quidam merè personalis, quia videlicet nulla ei correspondet obligatio realis: eo q nulla alia res sit ei obligata, quam persona. Et quidam non merè psonalis, qñ.s. pro eo censu, vltra personam, est aliquid obligatum, non quidẽ tanquã res, in qua, & ex qua debeatur, sed tamq̃ hypotheca ad census, illiusq. solutionis assecurationẽ. Talis.n. census simpliciter est personalis: illi tñ rñdet obligatio ad ipsum realis, ita videlicet, vt in euẽtu, quod debitor census illum non soluat, neque sint alia bona illius, vnde soluatur, res hypothecata obnoxia maneat, vt ex ipsa soluatur, ad cuiuscunque manus, aut dominium illa deuenerit.

6 Ex his † constat, censum realem solũ eũ esse, qui ita est collocatus in aliqua re, vt in illa, atque ex illa debeatur. Neque est paruũ discrimẽ inter censum realem, & personalẽ censum cum hypotheca ad illius assecurationẽ. Qñ.n. census est realis, pereunte re, in qua erat collocatus, perit census: quia solum in illa, & ex illa debebatur, quasi emptor census, emendo ita illum, emerit in re illa partem iuris ad fructus ex maiori iure, quod in re illa dñs illius habebat. At verò qñ census est personalis cũ hypotheca pereunte hypotheca, nõ perit census: quia census collocatus non erat in hypotheca, sed in psona eius, à quo census erat emptus, eaq; de causa solũ perit assecuratio illa tradita, ex qua census erat soluendus, ad cuiuscunque manus res illa deueniret, in euentu, q debitor census non hẽret alia bona, vñ posset soluere cẽsum.

Cum hoc discrimine coniunctũ est hoc aliud. Quòd, qñ census est realis, ille est debitor census ad quem transit res, in qua census est collocatus: quia in illa, & ex illa debetur. Qñ vero cẽsus est personalis cum hypotheca, transeunte hypotheca ad alium, is, ad quem transit, non est debitor census, sed debitor est persona, in qua census fuit collocatus, & hæredes illius: hypotheca verò solum manet obnoxia solutioni eius census in euentu, q persona, quæ censum debet, impotens effecta sit ad census solutionem, ita q bona non habeat, vnde soluatur; interim.n. dum bona habet, vnde solui possit, prius fieri debet exequutio in bonis illius, quàm in hypotheca, iuxta auth. hoc si debitor. C. de pignor.

Ex his liquet, quãuis censui reali, & censui psonali cum hypotheca, rñdeat obligatio realis: diuersimode tñ rñdere. Censui.n. reali rñdet ex natura ipsiusmet census, & contractus censualis, atque ita rñdet, vt ex re in qua collocatus est cẽsus, sit soluenda pensio, ad quemcunq; ea res deueniat. Censui verò personali cum hypotheca, non rñdet obligatio realis vi census, ac vi cẽsualis contractus, sed vi alterius contractus superadditi ad maiorem census securitatem, quo bona aliqua in contractus censualis securitatem hypothecantur. Præterea non rñdet obligatio realis, quasi in re, & ex re hypothecata pensio debeatur, sed qa res hypothecata manet obligata in defectum, tam eius, qui censum debet, quam aliorũ bonorũ eiusdem, vt pensio ex ipsa soluatur. Atque hac de cã, eum dixissem supra: semper cũ obligatione reali esse coniunctã obligationem personalẽ eius, cuius est res, q̃ obligationem hẽt realẽ: addidi, quia cũ minimũ tenetur tradere rem ad solutionẽ, saltem in defectum alterius, qui debitum soluat.

Couar. 3. var. resol. c. 7. in aliquibus a doctrina hactenus à nobis tradita discrepat. Imprimis in
7 calce num. 5. & num 6. affirmat, qñ † realis census collocatur in aliquo, aut in aliquibus prædijs determinatis, nisi expresse in contractu dicat, ita in illis collocari, vt, pereuntibus prædijs, census pereat, non perire censum, sed venditorẽ census, hæredesq; illius, teneri ad census solutionem. Nititur quidam fundamento, in quo a doctrina tradita etiam discrepat. Affirmat.n. quando realis census in aliquo, aut in aliquibus prædijs determinatis, collocatur, prædia illa solum habere rationẽ hypothecæ: verumtamen irregularis, ac magis arctæ, quæ proinde nõ sequatur omnino leges aliorum pignorum, & hypothecarum.

Hinc primo vult, si res, in quibus census realis est collocatus, transeant ad tertium possessorem, qui hæres venditoris census non sit, competere ei, cui census debetur, actionem aduersus illum, vt inde censum soluat, seque debitorem census ex eo prædio, aut prædijs recognoscat, nihil prius exigendo a census venditore, aut ab hæredibus illius. Atq; in hoc, inquit, hypotheca hæc arctior est, nec sequitur leges aliarum hypothecarum. Esto enim res aliæ communiter hypothecatæ ad tertium possessorem pertranseant, nulla aduersus tertium possessorem competit actio, vt ex illis debitum soluat, nisi prius exequutio fiat in bonis principalis debitoris, & fideiussorum illius: & quando nulla bona illorum reperta fuerint, ex quibus debitum soluatur, tunc exequutio

Digitized by Google

nio fieri potest in hypothecis, & non antea, vt ex authentica hoc si debitor. C. de pig. dictum est.

Secundo ibidem n. 7. vult. Si census centũ aureorum collocatus sit in tribus prædijs, verbi gratia, quæ ad tres distinctos possessores transeant, nõ posse singulos possessores conueniri pro integro censu, neque cogi, vt singuli debitum integri census recognoscant, sed solum posse conueniri pro parte census, iuxta proportionem valoris cuiusque prædij ad aliqua prædia. In quo ét inquit, hypotheca rerum, in quibus collocatus est census, non sequitur leges aliarum cõmunium hypothecarum. Quando n. hypothecæ erant subiectæ pro aliquo debito neque debitor, & fideiussores illius habent, vnde soluant, ex singulis rebus hypothecæ subiectis exigi potest integrum debitum, nihil exigendo a possessoribus aliarum, vt iuxta l. Moschis. ff. de iure fisci, tradunt Bart. & communis doct. sententia: tametsi quidam reclament.

Tertiò n. 6. citato vult. Quando census collocatus fuit, in aliquibus determinatis prædijs illaque ad alios possessores transierunt, posse eum, cui census debetur, præmissis possessoribus, agere ad solutionem cẽsus aduersus primum vẽditorem, & hæredes illius. Arbitratur enim, quãdo census est realis, non solũ ex illo oriri obligationẽ, realem, ratione cuius actio detur aduersus personam possidentem res, in quibus census est collocatus, sed ét oriri simul ex illo obligationem personalem ex parte venditoris census ad eum soluendum, quæ alienatis prædijs, manet in ipso, & transit in hæredes ipsius. Atque in hoc ait conuenire hypothecam rerum, in quibus census realis est collocatus, cum cæteris cõibus hypothecis. Ex eo quippe, qd cõmunes hypothecæ in tertium possessorem transeant, non definit principalis, ac primus debitor manere obligatus ad debitum.

Decis. Contrarium his omnibus merito affirmãt Aluar. Valas. de iure emphyteutico q. 32. nu. 15. & Lassar. de decim. vend. c. 10. à n. 14. Atque in primis falsum, ac commentitium, est fundamentum illud, cui Couarru. nititur, nempe res, in quibus cẽsus realis collocatur, habere ratione hypothecæ. Neque. n. id sonat forma cõtractus, neque vllum fundamentum habet in iure, quod id hypotheca extraordinaria sit, qualẽ Couar. & alij confingũt.

8 Quin † potius census illo modo cõstitutus, habet se in star seruitutis prædio affixæ, in quo census est collocatus; vt rectè Aluar. Valas. vbi supra ait. Sicut autem, pereunte prædio, in quo est seruitus, perit seruitus, quæ illi erat quasi affixa trãseunteque prædio in tertium possessorem, seruitus comitatur prædium, neq; vlla actio ob seruitutem competit aduersus primum, qui illam concessit, aut hæredes illius nisi fortè prædium euincatur, sed actio solum competit aduersus possessorem: ita res omnino habet in censu reali. Atq; in hoc, vltra doctores citatos, conueniunt Conra. de contract. bus q. 83. conclusione 12. ac alibi sæpe, Med. quæst. vlt. de vsur. Gab. in 4. distin. 15. q. 12. Nauar. in comment. cap. 1. 14. quæst. 3. nu. 76. & 77. & alij communiter.

Cur autem census realis seruitus dici nequeat, disput. 1. dictum est: negandum tamen non est, esse instar seruitutis personalis. Quemadmodum autem censualis contractus de quo loquimur, ignotus non fuit iure ciuili Digestorũ, aut Codicis: ita mirum nõ est de hac quasi seruitute mentionem iure ciuili factã non fuisse. Potest aũt cõfirmari, pereunte re, in qua census est collocatus, perire censum, neq; deinceps deberi. Qm̃ venditio census merè realis non aliud est, quam venditio partis iuris prædij, in quo collocat, vt explicatum est: pereunte autẽ re, perit pars iuris in ea.

Hinc constat falsum esse, quod Couar. ait, videlicet vt, pereuntibus rebus in quibus census realis est collatus, census eo ipso pereat, necesse esse, id exprimi in contractu. Cum enim census realis id ex natura rei habeat sanè necesse non est exprimi in contractu. Id quod apertè constat ex extrauaganti Martini V. versi. sed ad hoc, & Calixti III. versic. sed idem eueniet, quæ inter communes sub titulo de empt. & vẽdit. habentur, vbi cum de eiusmodi censu sermo haberetur, dicitur; pereuntibus possessionibus, in quibus census erat cõstitutus, nullã cõpetere actionẽ emptoribus census ad recuperationẽ pecuniæ; qa videlicet ipsis peribat census emptus vna cum prædijs, in qbus erat collocatus. Idem apertius statuit Pius V. in bulla creationis censuũ, vbi constituit, pereunte re, super q̃ cẽsus collocaretur, aut infructuosa reddita, in totũ, aut in parte, cẽsum quoq; pro rata perire.

9 Constat † deinde, licet verum sit, trãseuntibus rebus, super quas census realis est collocatus, ad alios possessores, competere censuario actionem aduersus illos, vt censum soluant, ac recognoscãt; falsum tamen esse, non posse exigere integrum censum à quocunque possidente partem illarum rerum. Contrarium quippe esse verum, vsuque in Hispanijs esse receptum, affirmant Aluar. Valas. & Lassarte vbi supra, & sequitur Nauar. in comment. cap. 1. 14. quæst. 3. nu. 114. Couar. quæ ipse fatetur vsu esse receptum.

Ratio autem est qm̃ ea videtur fuisse mens celebrantium cõtractum cẽsus realis, vt scilicet vna quęque earum rerum obligata esset pro toto censu more hypothecarum: & quoniam emptor cẽsus non aliter vellet celebrare contractum, exponendo se discrimini, vt si res illæ ad diuersos trãsirent possessores, cogeretur a singulis exigere partem census cum magno suo labore, & detrimento: cum autem contractus celebrari censeantur iuxta loci consuetudinem; sanè, esto in contractu nihil sit expressum, iudicandum est eam in Hispanijs fuisse contrahentium mentem.

Illud ét constat esse falsum, nempe, trãseuntibus rebus, super quas census est collocatus, ad alios possessores, actionem competere emptori census aduersus venditorem census, & hæredes illius, vt ex dictis constat. Excipitur, nisi res euincatur: tunc. n. sicut possessoribus tenerentur primus venditor, & hæredes illius, de euictione, vnusquisque hæredum pro rata partis, in qua hæres venditoris existeret: sic quoq; possessori census tenerentur de censu vna cũ reb. illius euicto, vt doctores citati, & Nauar. n. 77. citato affirmant.

Regredia-

Regrediamur nunc ad id, qđ explanabamus,
10 atque postremò obserua. Censum, † pensionem, ac reditum, pro iure ad rem statutis temporibus soluendum, cõputari inter immobilia bona, esto res, quæ soluuntur, mobiles sint. Ita habetur in Clem. exiui de paradiso. §. cumq; annui reditus, de verborũ signific. cuius verba sunt. *Cumque annui reditus inter immobilia censeantur a iure.* Quo loco, annui reditus, nõ sumuntur pro rebus, quæ soluuntur; cõstat. n. illas res mobiles esse; sed pro iure vt soluantur. Porrò annui reditus commune quippiam est ad censum, ac pensionem: omnis quippe census, ac pensio reditus sunt.

Ex dictis facilè iam intelligitur, contractũ cẽsualẽ, de quo loquimur, esse veram emptionem,
11 † & venditionem, nihil impediente, quod census emptus, in pecunia sit soluendus. In eo. n. contractu cernitur in primis pretiũ, hoc est, pecunia, quę pro censu datur. Deinde cernitur merx, vt a pecunia, ac pretio distinguitur. Quod, enim immediatè, ac proximè emitur, non est pecunia aut quæcunque alia res mobilis soluenda statutis temporibus, sed est ius vt illa soluatur, cum obligatione ex parte personę vendentis censum, aut simul rei, in qua censum vendit, vt soluatur: vt enim concedat tale ius suscipiatq; in se, atq; in re sua, eã obligationẽ, datur illi pretiũ, idq; est, qđ ab eo emit.

Qđ si pro censu non detur pecunia, sed equus, prædium, obsequia præstanda, aut aliud simile, tunc contractus non erit emptio, ac venditio, sed permutatio rei pro censu, aut contractus alius innominatus, do vt facias, vel facio vt des. Põt etiã cẽsus constituit donatione, vt in principio huius disputationis dicebamus. Vt si res in possessione aliqua, vel in iuribus, quæ in ciuitate aliqua sibi debentur concedat alicui aliquem censum. Si verò illum concedat pro obsequijs præstitis, potius est contractus, do vt facias, aut quia feciſti, q̃ donatio. Quod si plus princeps tribuat, quam mereretur obsequia, erit contractus mixtus ex donatione, & innominato contractu, do quia feciſti.

Ius Castellæ. In hoc Regno quãdo Rex, vel dono, vel in recompensationẽ pro obsequijs, & seruitij, vel pro pretio, concedit alicui annuum reditum in iuribus, ac reditibus sibi debitis in salinis, ciuitate, oppido, vel re alia simili, reditus ita concessi siue perpetui, atque irredimibiles sint siue redimibiles, aut ad vitam, vel ad vitas alicuius concessi, peculiari nomine appellantur *juros*. Cæteri autem similes reditus census dicuntur, vt constat ex l. 6. tit. 15. & l. 9. 17. & 20. ti. 10. lib. 5. nouę collect. & cõi vsu loquentiũ. Atque hæc omnia hoc loco, & in sequentibus disputationibus, nomine census comprehendimus. In Lusitania verò, qui à Rege, aut a magnatibus, emunt similes reditus in annuis illorum reditibus, emere dicuntur *juros*, etiã si cum pacto de retrouendendo illos emant.

Ius Lusitanũ. Quando aũt Rex aliquid dono dat, vel in suis proprijs reditibus, vel quia donat oppidum, aut titulũ Marchionatus, Comitis, Ducis, aut alium similem, si in perpetuum id alicui donet sibi, & suis successoribus, dicit id donare *de juro*. Si verò id donet ad vitam alicuius, aut aliquorum, aut tẽpore alicuius limitato, non dicitur cõcedere id *de jure*, sed *de merce*. Qñ nẽ dotat reditus aliquos ad vitã alicuius, aut aliquorũ, aut pro obsequijs, vel pretio aliquo illos contedit, dicitur cõcedere tẽca.

Illud circa priorem partem in titulo huius disputationis propositam, quo ad modum loquendi doctorũ postremò obserua. Quoddã † appellare censuistam illum, cui census debetur: eum verò, qui illum debet, appellare censuarium.
12

Quod attinet ad posteriorem partem in titulo disputationis propositam. Census † diuiditur primo, ex parte rei, in qua collocatur, in realem, & personalem. Personale possumus subdiuidere, in mere personalẽ qualis est, qui neque hypothecæ ad ipsius securitatem inititur; & in non mere personalẽ, qualis est, qui solũ quidem in persona est collocatus, innititur tamẽ est hypothecæ ad ipsius maiorẽ securitatẽ. Mere autẽ personalis rarò, aut numquã, emitur, ob modicam illius securitatem.
13

Ex parte verò rei soluendæ diuiditur, in fructuarium, qui scilicet in fructibus, vt à pecunia distinguuntur, soluitur, vt in tritico, oleo, vino, &c. & in pecuniariũ, qui in pecunia soluitur. In hoc autem Castellæ Regno l. 4. tit. 15. lib. 5. nouę collect. prohibitus est census redimibilis, qui in re alia sit soluendus, quam in pecunia; simulq; sanctum est, vt census redimibiles ante illam legem constitutã in alijs rebus soluendi, redigerentur ad pecuniarios ad rationem vnius pro quatuordecim, ita videlicet vt, iuxta pretium datum, soluerentur deinceps in pecunia ad rationem vnius pro quatuordecim. In Lusitania verò satis frequentes sunt census redimibiles non pecuniarij, qui in tritico soluantur: solentque emi pretio vilissimo, attento pretio maximo tritici in eo Regno his nostris temporibus, adeo, vt neque ad rationem nouem pro vno emantur: dignumq; profectò esset, vt vel prohiberentur, vel moderamen aliquod adhiberetur, ne agricolæ, qui, necessitate pressi, pecunias in eum censum accipiunt, iniustè opprimerentur.

Deinde ex parte rei soluendæ diuiditur etiã in eum, qui soluendus est in quantitate certa quo ad latitudinẽ, vt qñ soluẽdi quòtannis sunt tot modij tritici, tot mensuræ vini tanta pecuniæ quãtitas; & in eũ, q̃ soluendus est in quota aliqua certa, incerta autẽ quo ad latitudinem, vt qñ soluenda est quarta, aut quinta, pars fructuum alicuius prædij, vel alia similis: talis autem erat census à Iosepho institutus vt scilicet quintã partẽ fructuũ soluerent Aegyptij Pharaoni. Hoc tamen diuisio locum habet in censu reseruatiuo, de quo duabus disputationibus p̃cedentibus habitus est sermo: non vero in cõsignatiuo de quo nunc loquimur.

Præterea census ex parte temporis diuiditur primò, in eum, qui soluendus est quotannis, & in eum qui soluendus est singulis mensibus, aut alijs statutis temporibus.

Deinde ex parte durationis diuiditur in perpetuum, & temporalem. Perpetuus secatur, in irredimibilem, q̃ simpliciter est perpetuus, eoq; nomine vulgariter ab Hispanis vocatur: & in redimibilem, qui scilicet fit cum pacto de retrouendendo

Digitized by Google

dendo, quem Hispani *censo al quitar* appellant. Temporalis diuiditur, in eum, qui certo annorũ numero durat, vt ad decem, viginti, aut triginta annos: & in eum, qui durat numero annorum in certo, qualis est, qui in totam vitam ementis, aut vendentis, vel cuiusdam tertij emitur.

14 Atque hic vitalitium nuncupatur; vel a vita, quia in vitam alicuius durat; vel a victu, quia illo emi solent reditus in annuũ victum. Temporalis etiã census fieri pót cum pacto de retrouendẽdo, aut sine eo. Omnes diuisiones a principio huius secundę partis disputationis, præter primam, accommodari etiam possunt censui reseruatiuo.

## An ex contractu census consignatiui alcaualæ gabella debeatur.

## DISPVTATIO CCCLXXXIIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Gabella alcauałæ an debeatur ex contractu census consignatiui, & quando.*
2 *Gabella duplex quo casu debeatur, & nu. seq.*
3 *Gabella nõ debetur ex retrouẽditione facta uirtute pacti de retrouẽdẽdo appositi in prima uẽditione.*
4 *Gabella an debeatur ex tota summa rei venditæ cum onere census, an vero eo detracto.*
5 *Gabellarius an teneatur restituere gabellam ei solutam ex venditione rei tamquam liberæ, quæ tamen onus census habebat.*
6 *Gabella ex vitalitij venditione debetur.*

CVm disputatione præcedente ostensum sit, quõ pecunia pro censu consignatiuo datur, veram interuenire emptionem, & venditionẽ cẽsus, consequens † profecto est, vt ex illo gabella alcaualæ debeatur statim ac perfectus, celebratusq; fuerit contractus, etiam anteq̃ pretium tradatur. 1

Nisi dicas, post bullã Pij V. vbi illa recepta ea in parte fuerit, non prius censeri celebratum contractum censualem cum pacto de retrouendẽdo, quã pecunia coram tabellione numerata sit. Debetur verò gabellario, qui tunc fuerit. Et debetur in hoc Regno a solo venditore census, vt hęc omnia cum alijs, quos refert, affirmat Lassarte de decim. vendit. capit. 10. a num. 4. in Lusitania verò dimidium debetur ab emptore, & dimidium a venditore. Ad venditorem præterea spectat soluere pretium instrumenti, quod ea de re conficitur: eo quòd, vt Tiraquel. ait, ad eum, qui se obligat, pertinet, soluere instrumentum, quod conficitur. Ita cum Picatro affirmat Lassarte vbi supra in calce num. 7. Fortasse autem cum contractus incommodum vtriusque celebretur, spectabit soluere dimidium ad emptorem. Et fortè id vsu est receptum.

Quòd si is, qui censum iam semel emptũ possidet, alicui alteri eum vendat, iterum ex venditione debetur gabella, soluenda tota in hoc Regno a secundo hoc venditore: in Lusitania verò partim ab emptore, & partim a venditore. Soluenda tñ est gabellario, qui fuerit eius loci, in quo fuerint res censui suppositæ: cui & soluitur gabella primæ venditionis census, vt mox dicemus. Ita Lassarte vbi supra nu. 8. cum alijs quos refert.

2 Quod † si census semel constitutus, a possessore permutetur pro alia re, vt pro tritico, mancipio, domo, aut alia simili re, quæ pretiũ non sit, debebitur duplex gabella, iuxta ea quę de permutationib. dicta sunt. Ita Lassarte vbi sup. nu. 9. Idẽ erit de prima cõstitutione cẽsus, si permutatione fiat; & hodie cẽsus cũ pacto de retrouẽdẽdo post bullã Pij V. permutatione cõstitui possit, & nõ sola pecunia statim coram tabellione numerata. Portò gabella vna debebit gabellario, q̃ fuerit loci, in quo fuerint res, q̃ censui subijciũtur: alia verò gabellario loci, vbi fuerint res, quæ p̃ censu permutantur.

3 Si aũt † census emptus à principio fuit cũ pacto de retrouẽdẽdo eodẽ p̃tio, quo fuit emptus, vt cõiter fit, & postea pretio illo redimatur, non debetur ex redẽptione noua gabella: eo qđ, vt supra, qñ de vẽditione cũ pacto de retrouẽdendo habitus est sermo, dictũ est, id nõ sit nouus cõtractus, sed resolutio prioris ex pacto appositio priori.

Si verò sine pacto de retrouẽdendo fuit a principio emptus, postea autem ex conuentione partium redimatur eodem pretio, quo fuit emptus; debetur noua gabella: quia id non est resolutio prioris contractus ex pacto in eo appositio, sed contractus nouus emptionis, & venditionis, vt ex dictis loco citato constat.

Si autem a principio emptus fuit pecunia, appositumque fuit pactum, vt redimeretur prædio aliquo eiusdem valoris cum pretio illo, aut pretio diuerso, siue maiori, siue minori, tunc noua gabella debetur, eaq; dupla, si redemptio fieret prædio, aut realia, quæ non esset pecunia: quoniam esset tunc permutatio. Idem intelligo si a principio interuenisset pactum, vt census redimeretur pretio, quo fuit emptus, & posteà, ex partium conuentione, redimeretur re, quæ non esset pecunia; nam tunc non esset resolutio prioris contractus, sed nouus contractus permutationis.

In his consentiunt Lassar. de decim. vẽd. c. 10. nu. 10. & duob. seqq. & alij, quos citat. Lassarte ibid. nu. 13. subiungit, secus rem habere, si venditor censum redimat cessione alicuius ex rebus, in quibus locis collocatus fuerat census, ex conuentione inter ipsum, & emptorem temporis progressu factam, sicque res alias, in quibus census fuerat collocatus, a censu liberet: arbitrãtur enim nullam tunc deberi gabellam. Idem velle videtur, etiam si censum redimat cessione alicuius rei, quæ hypothecæ erat subiecta in census securitatem. An verò vtraque doctrina vera sit, mihi non est omnino exploratum, illum legito, potiusque in contrarium propendeo.

Quando cẽsus realis emitur sup res in diuersis locis collocatas, in quibus sunt diuersi gabellarij, tunc gabella census debetur diuersis illis gabellarijs pro rata valoris rei, quæ est in vnoquoque illorum locorum, ad valorem cęteratum rerum. Vt si census ematur mille quadringentis aureis, & collocetur super bona existentia in diuersis locis

cijs, quæ omnia quatuor mille aureis æstimentur, prædiumque existens in vno loco æstimetur mille aureis, quarta pars gabellæ ex illo censu soluendæ erit gabellario loci illius, & ita de reliquis partibus iuxta proportionem valoris prædiorum. Quo fit, vt venditor illius census conuenire propter gabellam possit coram diuersis iudicibus eorum locorum, in quibus res illæ sint collocatæ. Ita Lassar. de decim. vend. c. 4. nu. 31. & c. 10. nu. 14. cum alijs, quos citat, affirmatque in Castella ita esse receptum.

Dubiũ 4 Dubium est si quis † centum quadraginta aureis vendidit censum in aliquo suo prædio, posteaque prædium eiusdem tertio vendatur trecentis aureis ea lege, vt sibi persoluat centum sexaginta aureos, & loco aliorum centum quadraginta, agnoscat, ac soluat censum super id prædium collocatum, num gabella debeatur ex omnibus trecentis aureis an solum ex centum sexaginta.

Decis. Ad quod dicendum est cum Lassarte c. 10. citato, nu. 16. & alijs, quos citat, deberi ex solis centum sexaginta; quoniam in rei veritate solum venditur prædium cum illo grauamine census, quod in se habet, centum illis sexaginta aureis, transferturq; grauamen census, vna cum prædio, in quo est, in emptorem prædij: ex translatione autem prædij cum illo grauamine, æstimato reliqua parte pretij, gabella non debetur.

Quod si census esset personalis, prædiumq; supposituum esset speciali hypothecæ in securitatem illius census, tunc, si prædium illud trecentis aureis venderetur, deberetur gabella ex toto eo pretio, vt idem Lassarte recte ibidem addit. Qui etiam cum Fabio bene addit, si quis vendat prædium mille aureis, quingentis sibi soluendis, & alijs quingentis soluendis creditoribus suis, ex vtriusque gabellam deberi.

Dubiũ 5 Dubium † deinde est, si venditor rem, super quam census erat collocatus, vendat tamquam liberam, posteaque emptor comperiat habere onus census, agatque actione quanto minoris aduersus venditorem, cogaturque venditor iudicis sententia partem pretij restituere: eo quod res cum eo onere non tantum valeret, num ex parte pretij quam restituit, gabellam debeat, vel non sed, si illam soluerat, teneatur gabellarius eam ipsi restituere. Decis. Lassarte vbi sup. nu. 37. deberi affirmat. Contrarium tamen arbitror esse verum, iuxta ea quæ in simili quodam alio eventu disputatione 349. aduersus eundem autorem diximus. Neque enim gabella debetur, nisi ex pretio rei iusto, vt ibi dictum est. Erit verò tunc maximè hæc nostra sententia amplectenda, quando venditor bona fide rem tamquam liberam vendidit, ignorans illam censui esse subiectam.

Dubiũ 6 An verò ex † vitalitij venditione gabella debeatur, reuocari in dubium potest propter illustrissimum præsulem D. Franciscum Sarmiento, qui libro 7. select. interpr. c. 1. nu. 40. censet, eum contractum non esse venditionem, sed aleatorium quendam contractum, vt assecutationis, sortium aut ludi, ex quo constat gabellam non deberi; eo quod neq; venditio, neque permutatio

Decis. sit. Proculdubio tamen dicendum est cum Lassarte vbi supra. num. 38 & cum alijs, quos citat, venditionem esse, vt ex dictis disputatione præcedente satis est perspicuum; ac proinde ex illo gabellam deberi.

Illud postremò cum Lassarte vbi supra. n. 76. obserua, praxim in hoc Regno obtinuisse, vt ex venditione, aut permutatione censuum, qui in hoc Regno, iuxta ea quæ in calce disputationis præcedentis dicta sunt, *iuros* appellantur gabella non debeatur. Et quamuis nulla sufficiens ratio reddi posse videatur, cur de rigore iuris, quando possessor illum vendit, aut pro alia re permutat, gabellam non debeat, fortasse in fauorem donationum regiarum, & vt homines plus afficiantur ad seruiendum Regi, atque ad emendum eius modi census seu iura, quando illa vendit, id introductum est.

## Vtrum census realis, tam redimibilis, quàm irredimibilis, licitus sit.

### DISPVTATIO CCCLXXXV.

*SVMMARIVM.*

1 *Censualis contractus realis cum pacto de retrouendo similis contractui vsurario.*
*Et quomodo intelligatur. nu. 14.*
2 *Emptio cum pacto de retrouendendo, & pretio diminuto, vsuraria iudicatur.*
3 *Census si in pecunia soluatur, non videtur differre a mutuo, quo vltra sortẽ aliqd pecunia soluitur.*
*Intellige tamen, vt nu. 17.*
4 *Aequalitas in contractu censuali non inuenitur, & ob id iniustus.*
*Et quomodo id intelligatur. nu. 18.*
5 *Censualis contractus, an pariat mala, & nu. 19.*
6 *Census realis quomodo licitus.*
7 *Emptio, & venditio verè in contractu censuali interuenit.*
8 *Emptio census realis licita, quando pretium pro loci consuetudine est commensuratum.*
9 *Emptio seruitutis quomodo licita.*
10 *Census realis quid, & an idem sit cum seruitute.*
11 *Emptio, venditio census realis quibus circumstantijs licita.*
12 *Censualis contractus an licitus, quando est in pecunia soluenda, vel fructibus, qui non percipiuntur ex agro.*
13 *Census realis si ematur soluendus quotannis, siue prædium, in quo est collocatus, fructus eo anno ferat, siue non, quot modis licitus sit.*
15 *Pretium iustum census realis irredimibilis, quale censendum.*
16 *Pretium iustum census realis redimibilis, quomodo taxandum.*

1 PArs, quæ negat, suaderi potest. Primò, quia datur † contractus vsurarius similis omnino contractui censuali reali cum pacto de retrouendendo; ergo contractus census realis cum pacto de

retro-

retrouẽdẽdo est vsurarius, ac ꝓinde illicitus. Antecedens ꝓbat, qa, si Petrus mutuo det Ioan. centũ aureos ea lege, vt interim dum eos non soluerit, Petrus accipiat de fructib. alicuius ꝑdij Ioãnis certã annuã quantitatẽ, prędiumq; obligatum sit Petro capitali, contractus est vsurarius, teneturq; mutuans cõputare quantitatẽ illam annuã ꝓcepiã in sortem, vt oẽs consitentur, & constat ex dictis disput. 320. Huic aũt contractui similis est cõtractus censualis, quo Petrus dat cẽtum aureos Ioãni in pretiũ ęqualis annuę pẽsionis, q̃ ex prędio aliquo teneat ei soluere, ita vt ad quemcũque transeat ꝑdiũ, deferat secũ illud onus, vt ex ipso pensio soluat, adhibitoq; pacto de retrouendendo, qđ. s. qñ redditi fuerint illi centum aurei, aboleatur ea obligatio, & nihilominus pensiones acceptæ coputandæ non sint in sorte: ergo antecedẽs propoſitũ est verum, nullũ. n. discrimen inter vnũ, & alterum contractũ, tradi põt, ꝑsertim cum personę cõtrahentes sint eędem, pecunia data eadem, & pẽsio soluenda, quo vsq; sors principalis reddatur ęqualis, idẽq; sit vtrobique ꝑdiũ obligatum, ex quo pensio sit soluẽda, neque in re vlla videatur esse diuersitas, sed solum in vocabulis, quatenus in primo contractu pecunia dr̃ mutuo dari, in secundo vero dr̃ dari in pretium census cũ pacto de retrouendẽdo, in quo nõ vr̃ intercedere vera emptio, & venditio, sed mutuum pro certa annua pensione, nomine emptionis palliatum, atque adeò videtur intercedere vera vsura.

Secundò, aliquib. in locis cẽsus irredimibilis emitur ad rationem triginta, viginti quinque, aut viginti, pro vno: eisdem verò in locis census redimibilis, hoc est cũ pacto de retrouendendo, emitur ad rõnem quatuordecim, vel duodecim, etiam decem, pro vno quotannis soluendo, in quo venditor defraudari vr̃ infra dimidium iusti pretij: 2 sed † qñ aliquid emitur cum pacto de retrouendendo, & pretium est diminutũ, reprobatur contractus, vsurariusq; iudicatur, vt constat ex c. ad nostrã, de emp. & vend. & de Lusit. ord. lib. 4. tit. 14. § 2. & tit. 27. §. 1. ergo contractus censualis redimibilis illo modo celebratus est illicitus.

3 Tertiò, qm̃ in cõtractu cẽsuali, ꝑsertim † si census in pecunia sit soluendus, non vr̃ intervenire alius contractus, quã mutui, quo datur simul pecunia aliqua, vt per partes à tpe in tempus soluatur cum incremento vltra sortem: id autẽ est vsura, vt ex vsuræ definitione, & ex ijs, quæ in materia de vsura dicta sunt, liquet; ergo censualis contractus est illicitus. Maior probatur. Tum qa extrema illius contractus non aliud sunt, quam pecunia p partes soluenda cũ incremento. Tum etiã qm̃, si contractus ille esset emptio, & venditio, vel, quod venderetur, esset fundus, super quem collocatur census, vel pecunia soluenda quotannis, vel ius vt illa soluatur. Non fundus: quia manet eius, qui cẽsum vendit tam quo ad directum, quam quo ad vtile dñium. Neque item pecunia: qa pecunia, qua talis, vendi non potest; eò qđ pretium, & mensura quo ad valorem, sit rerum venalium, neq; mercis rõnem habeat: ad emptionẽ autem, & venditionẽ necesse est intercedant ęqualis inter, id, qđ datur, & id, quod pro eo accipitur: hęc † aũt in censuali contractu non inuenitur, ergo est illicitus. Maior ꝑspicua est. Minor verò ꝓbatur. Qm̃ pecunia in pretium cẽsus data, finita, ac limitata est, puta centum quadraginta pro decem quotannis, ad rationem quatuordecim ꝑ vno, si census sit redimibilis; aut centũ quinquaginta pro q̃nq; quotannis, ad rõnem triginta pro vno, si census irredimibilis sit; vel aliquid minus, si irredimibilis census minori pretio ematur: id autẽ, qđ pro eo pretio in censu redimibili est reddendum, est longè plus intra sexdecim annos, & insuper debetur integra sors, aut progrediendum est ad pẽsiones soluendas in perpetuum: qđ verò in cẽsu irredimibili intra quadraginta annos reddendũ est pro pretio, longè maius est, q̃ pretium acceptum, & insuper soluendæ restant pensiones in perpetuum pro eodẽ pretio, ergo in contractu censuali non cernitur ęqualitas inter id, qđ datur, & id, quod pro eo accipitur, ac proinde, esto admittatur esse contractum emptionis, & venditionis, iniustus erit talis cõtractus. Quòd si dicas, in eo nõ emi pẽsiones materialiter sumptas, quæ sunt maiores toto eo tpe, q̃ pretium datum, sed emi ius ad illas accipiendas. Contra, quia ius ad accipiendũ aliqd in futurum, non minus valet, q̃ res ipsa accipienda ad q̃ est tale ius, vt disput. 361. ostensum est: ergo, si inter ꝑdiũ, & pensiones illas materialiter sũptas, cernit̃ inęqualitas in valore, cernet̃ inter idẽ pretiũ, & ius ad pensiones.

Quinto, si contractus census redimibilis, & irredimibilis iusti essent, in eisq; seruaretur ęqualitas inter pretium, & mercem, deberet esse eadem proportio pretij census tẽporalis ad pretium census perpetui (posito quòd in vtroq; ęqualis pensio quotannis sit soluenda) quæ est census perpetui, ad temporalem, quo ad durationem, & quæ est aggregati pensionum soluendarũ in vno censu, ad pensiones soluendas in alio, aut iuris ad pẽsiones soluendas in vno in perpetuum, ad ius ad pensiones soluendas ad tẽpus in alio, pro iuribus quippe ad pensiones, & pro ipsis pensionibus soluitur in vnoquoque eorum pretium: sed nulla est proportio quo ad durationem census perpetui ad censum temporalẽ, neque itẽ est proportio inter pensiones soluendas in censu perpetuo ad pensiones soluendas in tẽporali, eo quòd illę sint infinitæ, & hæ finitæ: eadem q; rõne nulla est proportio iuris ad pensiones infinitas, ad ius ad pensiones finitas, q̃ iura censibus illis emuntur. Cũ ergo census finitus tẽporalis iustè pretio finito emitur, consequens est, vt census perpetuus infinitus, nullo finito pretio iustè emi possit: alioquin daretur proportio iusti pretij census tẽporalis, ad pretium iustum census perpetui, cum tñ inter ipsos census seu merces emptas, nulla esset proportio.

5 Postremò, ex † censuali contractu multa mala sequun-

sequuntur: ergo illicitus est is contractus. Antece dens probatur, qm̃ in primis, qui eos cẽsus emũt, viuere volunt de alieno sudore, cum suo proprio non: vnde vlterius sequitur, quod terras nõ colãt, neque exerceant negotiationes alias Reipublicæ vtiles. Deinde via præcluditur exercendæ charitatis in mutuis, dum poscenti mutuum, protinus, q pecunias habet, offerat, vt censum vendat. Præterea, qui census vendunt, depauperãtur valde, grauandis bona sua annuis redditib. quos soluunt.

Henricus Gand. quodlib. 8. q. 24. legendus etiã est qui lib 1. q 39 Salyc. in auth. ad hæc. C. de vsur. & Greg Arminensis a Salyceto relatus, illicitam, atque vsurariam esse censent emptionem annuorũ reddituum, qui de nouo constituantur, esto in prædio aliquo constituantur, ex quo soluẽdi sint; modo tamẽ speretur tales redditus, etiam per temporum interualla recipiendos, tandẽ excessuros pecuniam pro eis datã. Quoniã, inquiũt, in emptione eorum reddituum virtute datur mutuo pecunia, vt cum incremento per partes restituatur: constitutio verò eorum in prædio, ad nihil aliud inseruiat, quam vt prædium se habeat vt pignus, aut hypotheca. Quo fit, vt lógè maiori cũ rõne ex horũ autorũ sñia vsurarius contractus sit, si redditus pecuniarij emantur, nec constituãtur in aliquo prædio, sed census sit personalis.

Si tñ, inquiunt, eiusmodi redditus iam antea essent licitè constituti, vt donatione dñi prædij, qui alicui ex eo prædio annuum redditũ donasset, aut licitè constituti essent reddit us a subditis Regi debiti, vel aliqua alia ratione, tunc dicunt, licitè quendã tertiũ emere posse eiusmodi redditus: eo quod tunc re uera inueniatur verũ ius, cuipiam præexistens, q tanquam merx pretio ematur ac proinde usura non intercedat. Ad eãdem sñiam uidentur accedere Innoc. & Ioann. Andr. cum ciuitate de usur. Tametsi non perspicuè contrariam reprobent opinionem.

9 Sententia contraria, uerè scilicet † interuenire emptionem, & uenditionem in contractu censuali, licitum q esse, qñ est census realis, modo pretiũ commensuratum sit censui iuxta loci consuetudinem, quia videlicet ita cõiter census inibi emi consueuerunt, est cõis doct. & amplectenda. Eã affirmant Conrad. de contract. a q. 73. præsertim 79 & 82 Io. Medin. de vsur. in qq. de censibus q. 2. & q. vlt. quæ est de censu redimibili, Soto 6. de iust. q. 5. art. 1. & 3. Couar. 3. variar. tom. c. 7. Gab. in 4. dist. 15. q. 12. Maior ibid. q 43. & 44. Panorm. cap. in ciuitate de vsur. & alij interpretes iuris canonici ibidem cõiter, idem Panorm. in suis qq. q. 5. Nauar. in c. 14. q. 3. a n. 69. Alua. Valas. de iure emphy. q. 32. nu. 8. & 9. Ant. Gom. in l. 68 Taur. n. 2. Greg. Lopez l. 28. tit. 8. par. 5. verb. *a censo*, Sylues. verb. vsur. 2. q. 11. & alij, quos referunt.

7 In primis † autem, quod in eo contractu verè interueniat emptio, & venditio, dispu. 383 ostẽsum est: quippe cum in eo vera merx repetiatur, nempe ius, quod pro pretio venditor census tribuit, atq; obligatio, quam in suis rebus suscipit ad annuam pensionem, quæ sunt immediatum obiectum, quod emitur, ac reperiatur pretium, pecunia videlicet, quæ pro eo censu datur. Quamnis autem obiectum immediatum emptionis census non esset ius, & obligatio illa ad pẽsiones materialiter sumptas, sed pensiones ipsæ, negari non posset, qñ census esset fructuarius, cerni in eo censuali contractu verã emptionem, & venditionẽ, eo quod fructus illi pensionum verè haberent rationem mercis. Neque id impediret, quod nondum existerent: quandoquidem, quod est in spe: vt fructus vineæ, pisces, qui ex iactu retis sperantur, partus futurus, & alia huiusmodi, vendi possunt, vt disp. 340. ostensum est.

8 Deinde licitã † esse emptionem census realis qñ pretium, pro loci consuetudine, est commensuratum, probatur. Primò, qm̃ licitum est alio titulo constituere censum realem, vt ij, cum quibus disputamus, affirmant, nempe donatione, qua quis in agro suo concedat puellæ, vt nubat, vel alicui alteri, annuos redditus, aut lata lege iusta, vt ex vnoquoque agro tantũ soluatur, vel in tributum, vel pro expensis faciendis in aquæductu, vnde agri illi rigentur: ergo licitum etiã erit constituere illum titulo emptionis: quippe cũ is census pretio sit æstimabilis, neque minus sit virtute in agro illo, atque in dñio illius vt titulo emptionis constituatur, quam vt constituatur quocunq; alio, neq; plus valeat, postquam est iã constitutus alio titulo, quam valeat, ut de nouo titulo emptionis constituatur: quare sicut doctores, cũ quibus disputamus, concedunt, postquam semel constitutus est alio titulo, posse licitè emi: ita concedere tenẽtur illo eodem pretio posse licitè emi, vt de nouo constituatur: præsertim quia, ut dictũ est, necesse non sit ad emptionem, quod merx emptioni præexistat.

Secũdo, ut ex se est perspicuum, communisq; 9 usus testatur, licita est † emptio seruitutis, quæ de nouo in prædio aliquo cõstituatur, ut itineris per agrũ alienũ, si illicidij, altius non tollendi, & similium, de quibus a disput. 11. explanatum est, esse iura realia in rebus, quib. conceduntur, cum obligatione reali in prædijs, in quib. concedunt. Item, ut hæc l. necessario. §. ult. ff. de perit. & commod. rei uend. licita est emptio ususfructus agri alicuius, qui de nouo cõcedatur: is uerò ususfructus de nouo cõcessus, nõ est aliud, q̃ ius percipiendi fructus illius agri, manẽte in alio proprietate: postquam autẽ est concessus, dr̃ ususfructus formalis, ad differentiam eius, qui antea erat in proprietario cum dominio directo coniunctus, qui dicitur ususfructus causalis, ut disp. 7. visum est: ergo licita simili modo est emptio alicuius cẽsus 10 realis, qui de nouo constituatur: quippe † cum nihil aliud sit, quam ius accipiendi ex agro, in quo constituitur, certam partem fructuum.

Consequentia patet, quoniã eiusmodi census non est aliud, quã pars quædã iuris in eo agro ex iure maiori, quod proprietarius in eo habebat, sicut etiam ususfructus, & aliæ seruitutes, nõ sunt aliud, quam partes, quædam iuris, quod proprietarius habebat, quas a se abdicat, & transfert in eum, cui usumfructum, aut aliam seruitutem cõcedit,

Digitized by Google

cedit. Et quamuis in his oĩbus non transferatur idem numero ius, quod erat in vẽditore; eo quod accidens migrare non possit à subiecto in subiectum; conceditur tamen emptori ius ad idem obiectum, cum obligatione rei iuri illi correspondente, pereunte in venditore iure ad illud idem, quod antea in ipso erat, simulque pereunte in re obligatione, quæ iuri illi respondebat.

Tertiò (atq; argumẽtum hoc probat, licitã esse emptionẽ census realis perpetui pretio finito) vt ex se liquet, vsuq; cõis vbique testatur, licita est emptio pretio finito prædij alicuius quo ad plenum dominium, atque integrum ius illo, nihil impediente, quod fructus ex eo prædio percipiendi, in perpetuum eo ipso attineant ad emptorem: ratio autem est, qm̃ valor eorum, vt sunt ita in potentia prædij, non efficit prædium valoris infiniti; sed emptio census realis perpetui in aliquo prædio, non est aliud, quam emptio partis iuris ad fructus, quod proprietarius habebat, vt in præcedente argumento explanatũ, probatumq; est: ergo iustè fit minori pretio, quam emeretur idẽ prædiũ pleno iure, atque adeo iustè fit pretio finito.

Quartò hoc ipsum probat ex definitione Martini V. in extrauag. 1. & Calixti III. in extrauag. 2. inter cões de empt. & vend. quib. definierunt, 31 contractum †emptionis, & vendõnis census realis, adhibitis quibusdam circumstantijs, ibi expressis, iustum, ac licitũ esse. Quãuis aũt ibi solũ fiat mentio de contractu census realis cum pacto de retrouendendo, de quo solo interrogati fuerunt Summi illi Pontifices, & de quo multi tunc dubitabant, an esset licitus; argumento tñ à maiori ad minus, inde colligitur, licitum ẽt esse contractum emptionis census realis irredimibilis, modo pretium pro eo solutum sit censui commensuratum: quandoquidem plus semper fuerit dubitatum de contractu censuali redimibili, an esset licitus, quam de irredimibili; eo quod maiorem efficiem contractus vsurarij habeat emptio census redimibilis, quam irredimibilis. Idem confirmatur ex bulla Pij V. circa formam creandi census, vbi etiam approbatur census realis redimibilis.

Quinto idem probatur definitionib. iuris ciuilis. Lege enim vltima. C. de rerum permutatio. approbatur contractus, quo quis bona sua concedit alicui cum pacto, vt accipiens teneatur singulis mensibus, aut annis, soluere certum quid concedenti bona illa. Ea tamen in lege potius videtur approbari census reseruatiuus, quam consignatiuus, de quo nunc loquimur.

Præterea in authen. si qui obligata. §. si autem, vers. sic. licebit, tutoribus & curatoribus præcipitur vt de pecunia minorũ illis emant annuos reditus: in quo præcepto approbari vr̃ contractus cẽsualis: nullus verò censualis cõtractus magis licitus apparet, q̃ is, de quo loquimur. Quandam aliã Cæsarum nouellam constitutionem referunt Couar. 3. var. resol. c. 7. nu. 2. & alij, quæ in communibus codicibus non habetur, at quærenim qua apertius cõtractus censualis approbatur. Cæterum in antiquo iure, non solum digestorum, sed ẽt Codicis, nulla mentio de censu reseruatiuo habetur.

Hactenus dicta vt minimum probant, licitum esse realem contractum censualẽ, qñ est fructuarius, hoc est, soluendus, in eisdem fructib. quorũ prædium, in quo est collocatus, ferax est. Dubiũ 32 † verò est, num similiter licitus sit, qñ est pecuniarius, quatenus videlicet, licet immediatè ferax non sit pecuniæ, est tñ ferax aliorum fructuum, qui pecunia æstimantur, & ex q̃bus confici potest pecunia, ideoque iniungitur, vt census in pecunia soluatur. Item dubiũ est, vtrum licitus sit census realis qñ est quidem soluendus in fructibus, sed quorum prædium non est ferax. Vt si super aliquem constituatur census tot mensuratum vini, aut super vineam, tot mensuratum tritici. Dubiũ

Quicquid autem pauci dixerint, proculdubio est dicendum, eum contractum ex natura rei esse licitum. Ita affirmant doctores cõmuniter, Conr. de contractib. q. 75. & 79. Io. Medi. de vsur. q. 1. de censib. & fusius q. 2. C. var. 3. variar. resol. c. 7. nu. 2. Sotus 6. de iustit. q. 5. art. 1. concluſ. 3. Maior in 4. dist. 15. q. 42. Gab. ibidem. q. 12. concluſ. prima, & sequentib. Aluar. Valas. iure emphy. q. 32. nu. 9. Panormit. c. in ciuitate de vsur. & q. 5. citata num. vltimo Syluest. vsur. 2. q. 12. pronunciat. 4. & alij. Probari autem potest, Decis.

Primò, qm̃ postq̃ census fructuarius licitè est emptus, & collocatus in aliquo prædio, licitus est contractus permutationis, quo debitor illius census velit potius se astringere ad soluendum valorem illius in pecunia, aut in aliquib. alijs fructibus, quorum prædium ferax non sit, & qui, plus minus sperentur quotannis eundem valorem habituri: ergo licitus fuit à principio cõtractus, quo census in eodem prædio emeretur in pecunia, aut in fructibus, quorum prædium non esset ferax. Consequentia perspicua est: qm̃ ex coniunctione duorum illorum contractuum, seu potius ex eo, quod permutatio illa solum virtute interueniat à principio in contractu, quo pecuniarius census emitur, aut soluendus in fructibus, quorũ prædiũ non sit ferax, nullum sequitur absurdũ. Antecedens verò similiter est manifestum, qm̃ cõmutatio æquiualentis pro æquiualenti ex se est licita, qñ res tales nõ sunt, quæ prohibitę sint cõmutari.

Secundò, æqualis est valor census pecuniarij, & census fructuarij, qñ pensiones æquales sunt in valore, eodemq; modo subiacent periculo solutionis: ergo sicut iusta est emptio census fructuarij in prædio aliquo pro aliquo pretio: ita iusta erit emptio æqualis pecuniæ pensionis quoad valorem in eodem prædio pro eodem pretio. Consequentia est notissima. Et antecedens similiter, quoniam valor census attenditur penes valorem pensionis, posita æqualitate periculi, & posito cætera esse paria.

Tertiò idem apertissimè probatur, adeo vt locus dubitandi non relinquatur, quoniam census qui extrauagantibus Martini V. & Calixti III, approbantur, pecuniarij erant, vt legenti eas extrauagantes liquido constabit.

Præterea, multi eorum constituti erant super domos, vt ex vtraque extrauaganti liquet; in domo autẽ non alius census constitui potest, quam pecu-

pecuniarius, aut in alijs fructibus, quorum domus non sit ferax.

Quartò qm̃ pecuniaria pẽsio certa est, & inuariabilis, quo ad valorem, atq; adeo aptior, vt iuxta illam valor, ac pretiũ census melius constituatur absq; iniustitiæ, & deceptionis periculo: pensiones verò in fructibus inconstantes admodum sunt quo ad valore, cum tritici mensura vno anno valeat quatuor, & alio viginti, & ita de alijs fructibus, prout vno tẽpore fuerit maior eorũ abundantia vel penuria, quàm alio, atque adeo ineptior est, vt iuxta illam valor, ac pretium census constituatur: id quod in causa fuit, vt merito in hoc Castellæ regno, l. 4. tit. 15. lib. 5. nouæ collect. prohiberentur census omnes fructuarij cum pacto de retrouendendo soliq; pecuniarij permitterentur, vt disputatione 383. visum est: ergo licitus est census pecuniarius.

Postremò cõfirmatur, qm̃, vt ij cum qb. disputamus, confitentur, si pecuniarius census licitè à principio sit cõstitutus in aliquo prædio tit. donationis, aut aliquo alio, potest postea licitè emi, & vendi pro pecunia: ergo pari rõne potuit à principio p pecunia in eodem prædio licitè constitui.

Dubium deinde est, licitus ne sit cẽsualis contractus, quo census realis ematur soluendus quotãnis, siue prediũ, in quo est collocatus, fructus eo anno ferat, siue non. Respõdendum autem est, licitum ex natura rei esse eum contractũ, saltem qñ prædium adeo est fructiferum, vt ex fructibus vnius anni cõpensari possit pensio soluenda in alio anno, in quo fructum nõ fert, ita vt collectio pensionum plurium annorum, non excedat collectionem omnium fructuum, qui illis omnibus annis percipiuntur. Intelligo autem responsionẽ hanc, quando pretium pro pensione ita collocata in aliquo prædio est iustum, & commensuratum iuri ad eam pensionem recipiendam.

Atque in primis, qui arbitrantur licitum esse censum personalẽ, atq; adeo licitum esse censum mixtũ ex personali, & reali, ita vt, pereunte re, in qua collocatus est census, adhuc persona ad censum teneatur (de qua re disputatione sequenti erit sermo) facile admittent nostram rẽsionem, & sine restrictione sub formidine in ea apposita: census.n. in eo euẽtu cũ minimũ erit mixtus ex reali, & personali licitis. Probatur nihilominus, etiam apud eos, q negant psonalem censum licitũ esse.

Primò, qm̃ licitus est hic contractus, emo à te tantam annuam pensionem ex agro tuo tanto prẽtio, ea lege, vt, si aliquo anno fructus non tulerit, aut non tulerit sufficientes ad integram pensionem, in sequentibus annis, ex fructibus, quos tulerit tenearis mihi resarcire, quantum defuit in præcedentibus ad illam annuam pensionem, ergo licitus est contractus, quo emitur annua pensio, quamdiu prædium fuerit saluum, siue fructus in vnoquoque anno ferat, siue non.

Antecedens probatur, qm̃ eo contractu nihil aliud emitur, q̃ census mere realis hoc est, ius ad partem fructuũ illius prædij, tametsi plus iuris ematur pro vno anno, quam pro alio: quare, si pretium iustum sit, hoc est, commensuratum tori iuri, quod emitur, contractus est iustus. Consequentia verò ex eo probatur, qm̃, celebrato contractu, de quo sermo est in antecedente, licita est commutatio, qua vendens ita censum, potius eligat, soluere quotannis de alijs fructibus integram pensionem, quàm teneri insequentibus ad incrementum pensionis ex fructibus eiusdem agri: quare licitus erit à principio contractus, de quo sermo est in consequente, qui virtute supponit illam commutationem licitam, vt circa censum pecuniarium supra argumentabamur.

Secundò licitus est hic contractus, emo à te tantam annuam pensionem ex hoc agro, qui longe maiores fructus consueuit ferre, ea lege, vt teneatis quotãnis eum integrum seminare, & stercora in eum mittere, vt fructus sufficientes, & superabundantes, ad pensionẽ quotannis reddat, nihil impediente, qd annus sterilis sit: ergo licitus est in contractus, emo à te tantam annuã pensionem ex hoc agro, siue illam quotãnis reddat, siue non?

Antecedẽs liquet: cõsequentia verò probatur, qm̃ post celebratum contractum, de quo in antecedente est sermo, poterit debitor census eligere, vt sibi liceat cessare aliqñ à seminando eo agro, vt ea ratione vberiores fructus ferat; ea tamen lege, vt nihilominus aliunde pensionem soluat: neque enim emptor census tenetur id gratis ei concedere, sed licitè poterit exigere pretium pro pensione, quàm eo anno ex prædio illo erat accepturus.

Tertiò, ex natura rei licitus est contractus, quo q̃s locat agrum suum pro certa annua pensione, deducendo in pactum, q̃ si casu fortuito, aut alia rõne, ager non ferat aliquo anno fructus, nihilominus teneatur conductor integram pensionem soluere, modo tñ adeo moderata sit pensio, vt cõpensetur periculum, quod conductor in se suscipit: ergo pari ratione licitus ex natura rei erit contractus census realis, quo vendens censum teneatur quotannis ad annuam pensionem, siue prædium in quo census collocatur, fructus ferat, siue non, modo pretium, quod pro eo censu datur, cõpetens sit, attento periculo, quod is in se suscipit, qui vendit censum. Quod loco obserua, eo minus valere censu ex natura rei, quo pensio soluenda minus secura fuerit; ac proinde pretium competens pro pensione securissima, attenta qualitate, & quantitate prædij, in quo census collocatur, esset commensuratum pretium pro æquali pensione in præmio minus securo, suscipiente in se venditore census periculum pensionis.

Quartò, licitum est coniungere contractum assecurationis pensionis à casibus fortuitis, & à qbuscunq; alijs euentibus, cum contractu cẽsuali reali, ergo, si pretium, attento periculo, quòd venditor census in se suscipit, iustum sit, licitum erit emere censum realem cum onere, quod pensio soluenda sit, siue prædium, in quo census collocatur, fructus sufficientes quotannis ferat, siue non. Consequentia est manifesta, qm̃ in hoc contractu ad summum interuenit solum contractus iustus assecurationis pensionis, coniunctus cum contractu, etiam iusto, emptionis census realis. Et cum quo solutio quotannis pensionis plu-

ribus

tibus subiacet periculis, eo census minus valeat, & quo securior est, eo plus valeat; certè, quo pretio emeretur iustè modica pensio in re valde fructifera, in qua moraliter nullum esset periculū, q̃ integra quotānis solueretur, eodem emeret iuste æqualis pensio in re, in qua aliquod esset periculū, q̃ aliq̃n fructus sufficientes non redderet, vnde solueretur, cum pacto, quod venditor census aliunde teneretur soluere integram pensionē, vt in calce præcedentis argumenti dictum est.

Quintò idē confirmatur ex cōi vsu, quo cēsus reales ea lege emi consueuerunt, quod interim dum res, in qua census est collocatus, salua manet, pensio solueretur, siue p̃diū eos fructus redderet, siue non. Vtrum aūt quo ad hæc oia aliquid hodie à Pio Quinto, innouatum sit quo ad cēsus, qui post eius bulla editionem creantur, patebit inferius, quando eam bullam exponemus.

14 Ad primum † argumentū in partem negantē, immo huius disputationis propositum, negādum est antecedens. Ad probationē verò, cū Conrad. de contract. q. 83. in responsione ad primum, & ad duo argumenta sequentia, distinguendum est circa contractum illum, qui similis esse dr̃ cōtractui censuali. In primis, qm̃, vel Petrus dat centū illos aureos Ioanni, auferendo a se facultatem illos repetendi, ac relinquendo Ioanni facultatem illos reddendi, quando voluerit, ita quod statim, ac illos reddiderit, extinguatur ius accipiendi annuam pensionem de fructibus prædij Ioānis: vel Petrus reseruat sibi potestatem reperendi cētum eos aureos, quando voluerit, aut in aliquo certo termino, ita vt interim annuam illam pensionem recipiat, non computandam in sortem.

Deinde distinguendum est circa eundem contractum, qm̃ pereunte prædio, in quo Petrus habet ius illud, & simul cum prædio pereūte eodem iure, vel Ioannes tenetur nihilominus soluere Petro centum illos aureos, quos ab eo accepit, vel non, sed remanent Ioannis. His duab. distinctionibus positis, si in contractu illo Petrus sibi non reseruet facultatem repetendi centū illos aureos, sed solum in Ioanne sit facultas illos reddendi, vt extinguatur ius recipiendi annuam pensionē; & præterea, pereunte prædio, extinguatur ius recipiendi pensionem, ita quod Ioannes nō teneatur restituere centum aureos, quos accepit, quasi accepti sint in pretiū iuris, quod extinguitur, & quod perit emptori illius, tunc concedendū est contractū illū similem omnino esse contractui cēsuali, immo verò dicendum est, esse reuera contractum censualem cum pacto de retrouendendo: quare negādum est, interuenire in eo mutuum, esto mutuum à contrahentibus appelletur.

In contractibus enim potius attendendum est ad id, qđ in re celebratur, quam ad verba, quibus contrahentes vtuntur, vt habetur l. 3. C. plus valere quod agitur, & per totum titulum. Quòd autem in eo contractu, ita intellecto, mutuum non interueniat, facilè patet. Qm̃ mutuum in sua ratione includit ius repetendi, quod mutuo datur, vel in termino aliquo certo, vel qn̄ mutuans voluerit. Præterea, qa sors nō perit mutuanti, quocunque alio pereunte: contrarium verò cernitur in illo contractu eo modo intellecto. Si autem in eo contractu Petrus sibi reseruet facultatem repetendi cētum illos aureos, pereunteq; prædio, Ioannes non maneat liber, tam à censu, quā à restitutione centum illorum aureorum, quos accepit, concedendum est, contractum illum esse vsurarium, Petrumq; computare teneri in sortem pensiones acceptas: negandum tn̄ est contractū illū similem omnino esse censuali contractui.

In contractu n. censuali, etiam si cū pacto fiat de retrouendendo, remanere non solet facultas repetendi pretium in eo, qui censum emit, sed in vendēte censum solet remanere facultas redimendi illum. Præterea, si pereat res, in qua census est collocatus, perit census emptori, neque venditor teneatur deinceps restituere pretium, neque item soluere pensiones census.

Secundum argumentū, vt dilucidus soluatur, efflagitat explicetur, posito quod in hoc Castellæ Regno lege publica census cum pacto de retrouēdendo taxatus est ad rationem quatuordecim pro vno, quantum in eo æstimari debeat pretium iu-
15 stum census realis irredimibilis. De † qua re nihil certum constitui potest, multumq; doctores ea in re variant: quibusdam dicentibus iustū pretium irredimibilis census esse duplum ad redimibilem, aut aliquid amplius, ita vt sit ad rationem triginta pro vno; alijs asserentibus, debere esse maius solum in sexquialtera ferè proportione, ita videlicet, vt si pretium redimibilis census sit ad rationē quatuordecim pro vno, pretium irredimibilis sit, ad rationē viginti pro vno, iuxta ea, quæ supra dicta sunt de emptione aliarum rerum pacto de retrouendendo: si enim pretium irredimibilis census esset ad rationē viginti vnum pro vno excederet in sexquialtera proportione pretiū redimibilis census ad rationem quatuordecim p vno, quare ad rationem viginti pro vno ferè excedit in sexquialtera proportione, alijs denique asserentibus pretium irredimibilis census eò constituendum debere maius, quo in solidioribus ac vberioribus prædijs, aut iuribus collocaretur.

Et quamuis nihil, quod vsu hac in parte sit receptum, facile in vnoquoque loco sit improbandum, certe æquum mihi videtur, vt quando solū emeretur census perpetuus, ac irredimibilis pretium illius solum excederet pretium redimibilis in sexquialtero, modo in vtroque censu æqua esset stabilitas, ac securitas, Quando autē quis ita venderet prædium suum, vt transferret directum dominium illius in emptorem, venditorque maneret emphyteuta emptoris, cui non solum soluere deberet annuam pensionem, sed etiam laudemium, si alienet prędium, subijciendo se simul cæteris legibus emphyteutæ, tunc longe maius pretium deberet iudicari iustum, vt ad rationem triginta pro vno, quod in annuam pensionē quotannis esset soluendum: quare, si proprietarius ius totum, quod in prædium, & in emphyteutam habet, venderet alteri, accipere iuste posset ad rationem triginta pro vno eorum, quæ soluuntur in pensionem.

Audio in hoc Castellæ Regno, quãdo census est irredimibilis omnino, atque in re valde solida emi ad rationem triginta pro vno, esto dominium directum in re, in qua collocatur, aut debetur, ad emptorem non transeat: neque id, vt dixi, est improbandum; quoniam propter raritatem, ac securitatem eiusmodi censuum, & emptorum copiam ita ad nonnulla æstimantur.

16 Hoc ita † constituto, ad 5ũm argumentũ negandum est, vt vendentem censum illo modo cũ pacto de retrouendendo, defraudari, non solum in dimidio iusti pretij, sed ẽt in aliqua parte pretij iusti: census. n. cum pacto de retrouendendo totum id minus valet, quam census irredimibilis, propter grauamẽ pacti illius appositi in fauorem venditoris, vt supra, dum de venditione cum pacto de retrouendendo erat sermo, circa res alias, quæ cum simili pacto venduntur, est explanatũ.

17 Ad tertium negãda est minor. Ad primã verò illius probationẽ, negandum † est extremum immediatũ contractus censualis pecuniarij esse pecuniã ipsam quotannis soluendã. Est. n. ius ad illam quotannis exigendam ac accipiendam cũ obligatione alicuius p̃dij, aut rei alterius, quæ cũ immobilibus cõputetur, vt inde soluatur, & proinde ius pendet a permanentia prædij, tamquam pars iuris totalis in id prædium, vt dictum est.

Quo circa, sicut nullum est absurdum, ex prædio aliquo iustè empto percipi ipsis successu per partes fructus plures in valore, quam fuerit pretium datum pro prædio: sic nullum est absurdũ, si ex illo census iure in eo prædio successu temporis percipiantur tot pensiones, quæ in valore exuperent pretium pro eo datum.

Ad secundam vero dicendum est, vendi ius, vt pecunia quotãnis soluatur: ius autem illud, nihil impediente, quod ens tõnis in se sit, valere pretiũ illud, non quidem ratione sui entitatiuè, sed ratione pecuniæ quotannis accipiendæ, ad quam est ius: rerum. n. valor non attenditur penes entitates, sed penes vtilitates, & commoditates, quas afferunt, vt disp. 348. explanatum est.

Ad quartum concessa maiori, neganda est mi-
18 nor. Ad † probationem verò dicendum est, neq; pensiones ipsas, vt sunt in potentia prędij, in quo cẽsus est collocatus, ac dependentes a prædij permanentia, neq; item ius ad eas percipiendas, vt pendens est ab eodem prædio, maioris esse valoris, quam id pretium, quo emuntur, nihil impediente, quod fieri possit, vt temporis successu pensiones in maiori quantitate sint perceptæ, quam fuerit pretium datum, perseuerante sorte integra, aut perseuerante iure integro ad pensiones deinceps percipiendas.

Sicut etiam fructus successiue ex prædio aliquo percipiendi, vt sunt in potentia prædij dependentes q; a consistentia illius, non plus valent, q̃ pretium iustum dari consuetum pro eo prædio, nihil impediente, quod temporis successu possint esse percepti in maiore quantitate, ac valore, quã fuerit pretium datum pro prædio, & quod prædium maneat deinceps æquè potens ad fructus absq; termino aliquo producendos. Quare sicut quod fructus prædij alicuius percipi in infinitũ possint, non infert valorem eorum infinitum, vt in potentia sunt prædij: neque item infert valorẽ prædij infinitum vt potens est illos producere: ita, quod pensiones census percipi in infinitum possint, non infert infinitum earum valorem, vt sunt virtute ac potentia in censu, neque itẽ infert valorem infinitum census in se, vt pendens est a prædio, in quo est collocatus.

Quo fit, vt in censu reali nullam vim habeat argumentũ propositum. Quam autem habeat in personali disputatione sequenti dicetur. Admonent verò Ioannes Med. q. 2. citata, & alij, nõ esse legitimam regulam ad iudicandum, an pretiũ datum pro censu sit iustum, quod eodem pretio emi possit prædium, quod, deductis expensis, tantum quotannis reddat, quanta est pensio census. Prædia. n. non reddunt fructus iuxta ipsorum valorem. Ea quippe domus, quæ iustè emitur mille aureis, aliquando non reddit pensionem triginta aureorum; & tamen alicubi vinea, quæ iustè emitur mille aureis, iustè locatur quinquaginta. Quo fit, vt sicut, ad iudicandum iustum pretium aliarum rerum, standum est communi cuiusque regionis consuetudini; ita ad iudicandum, an pretium census iustum in vnaquaque regione sit, attendendum sit ad communem consuetudinem, qua in ea census emi & vendi consueuerunt. Modo tamen non superueniat lex humana, quæ pretium taxet: nã tunc, nisi de illius iniquitate apertè constaret, illi esset standum.

Ad quintum negãda est maior. Cum. n. homines non adeo de successoribus curent præsertim si valde distantes sint, vt de se ipsis; præterea cum pensiones præsentes magis æstimentur, quã quæ post longissimum tempus sunt futuræ: tum quod hæ pluribus subiacent periculis: tum ẽt quod eis de proximo frui, ac negotiari non possint: tũ denique alijs de causis, vtique ius ad pensiones in infinitum, paulo plus valebit, quam ius ad pẽsiones ad centum annos. Quo fit, vt in taxando pretio iusto pro iure ad pensiones in infinitum sine pacto de retrouendendo, locum habeat communis æstimatio; sicut etiam in taxando pretio iusto prædiorum, quæ fructus in perpetuum afferre possunt, eadem cõis æstimatio locum habet.

19 Ad sextum dicendum est, ea † omnia, quæ in argumento mala, atque absurda, reputantur, non minus immo plus, ex eo sequi, quod prædia emi iusto pretio possint ex ijs, qui pecunia indigent. Qui enim pluribus abundant prædijs, viuere æque possunt in otio sudore, ac labore aliorum, ea illis locando, atque illi in otio viuunt, qui multos habent census emptos.

Hi etiam, qui prædia vendunt, facilius in paupertatem rediguntur, quam qui census in eis vendunt præsertim si redimibiles sint. Quare sicut ob hæc non sequitur, emptionem prædiorum iusto pretio illicitam esse: ita nec sequitur, illicitam esse censuum emptionem.

Cætera, quæ de censu redimibili dici in hac disputatione poterant, commodius dicentur exponendo inferius bullam Pij V.

CEN-

Digitized by Google

# Census ad certum annorum numerũ, tã realis, quã personalis, an licitus sit.

## DISPVTATIO CCCLXXXVI.

### SVMMARIVM.

1 *Census ad certum numerũ annorum minori pretio, an licitus, & quando, cum nu. seq. per totum.*
3 *Census realis perpetuus pro minori pretio, quam latitudo pensionum licitus.*
4 *Census personalis si pereat cum persona, & bonis soluentis, quomodo pereat etiam emptori.*
5 *Pretium rei ex quibus iudicandum.*

QVoniam ex ijs, quæ de censu ad certũ annorum numerũ dicemus, sumenda argumenta sunt ad probandum, censum perpetuum personalem illicitũ esse, idcirco, antequã examinemus
1 hoc secundum, expendendum est, num † census ad certum numerũ annorũ, vt ad decem, viginti, aut triginta annos licitus minori pretio sit, quam sit quantitas latitudinis totæ pensionum, quæ ex eo soluendæ sunt. V.g. ematurne licitè annua pen
Quæs. sio viginti aureorum ad decẽ annos, minori pretio, quam ducentis aureis, puta centum octoginta, aut centum nonaginta, idque non intercedente lucro cessante, aut damno emergente, ex parte emptoris, neque existentes iusto timore, probabilitateve, pensiones male esse soluendas.

Conradus de contractibus, quæst 80. affirmat, de rigore scholastico posse licitè emi: tametsi subiungat, contractum habere speciem mali, dissuadendumque esse, antequam fiat. Ad eandem sententiam accedit Couar. 3. variar. resolutio. capit. 7. nu. 4 subiungens, omninò prohibẽdum, explodendumq; esse eum contractum a Republica. In eadem sententia est Nauar. in comment. capit. 1. 14. quæst. 3. num. 71. Id suadet Conradus.

Primò, qm̃, si is contractus esset in iniustus, sequeretur plus valere censum temporalem, quam perpetuum æqualis pensionis non solum redimibilem, sed etiã irredimibilem, maioriq; pretio esse emendum, vt iustè ematur: quod tñ constat esse falsum. Sequela probatur, quoniam demus iustum pretium census perpetui irredimibilis esse ad rationem triginta pro vno. Tunc, si census ad certum annorum numerum non posset iustè emi minori pretio, quam sit quantitas totius latitudinis pensionum, quæ ex eo percipiuntur, vtique cẽsus ad triginta quatuor annos, non posse iuste emi ad rationẽ triginta pro vno, sed in super addẽdus esset valor quatuor pẽsionũ, quæ vltra recipiẽtur.

Secundò, qm̃, ad commoditatẽ, atq; vsum humanum, plus valent centũ aurei in promptu, atq; præsentes, quã centũ soluendi per partes ad decẽ, aut triginta annos: ergo centũ aurei, soluendi per annuas pẽsiones, iustè emuntur minori pretio tãtum soluto, quã sit quantitas centum aureorum.

Tertiò, qm̃ in alijs censibus valor eorum non æstimatur secundum quantitatem percipiendarum pensionum: alioquin, qui censum emit, recipere non posset plures pensiones, quam quæ pretium datum æquarent: quod tamen constat esse falsum: sit ergo, vt neque in censu ad certum annorum numerum, valor census æstimari debeat ad æqualitatem cum percipiendarum pensionum quantitate.

In contrarium sententia est Gab. in 4. dist. 15. quæstio. 12. conclu. 3. Censum videlicet ad certũ annorum numerum, non posse iustè emi pretio minori, quam sit latitudo collectionis pẽsionum, nisi ratione periculi, cui census subiaceat, aut ratione alterius similis rei quę valeat decrementum illud in pretio. in eadem sententiam sunt Ioã. Medin. de vsur. quæst. tertia, de censibus, & Sotus 6. de iust. quæstio. quinta, articu. secundo, ad secundum; tametsi hi duo autores aliquantulum trepident propter argumenta Conradi, maximè propter primum.

Illud admonuerim, tã hos autores, quam Cõradum, & Couarr. indistinctè loqui de censu ad certum numerum annorum, siue personalis sit, siue realis, eandem de vtroq; existimantes esse rationem. Vtrumque etiam improbat Panormit. in suis quæstionibus, quæst. 5. colum. penult. Nauar. verò, & alij qui negant licitum esse censum personalem perpetuum longè magis negare debebant, licitum esse eundem censum ad certum annorum numerum minori pretio, quam sit latitudo pensionum. vt tamen dictum est, Nauar. licitum eum esse conceditur.

2 Nostra † vero prima conclusio est. Illicitus: atque iniustus est cẽsus personalis ad certum annorum numerum pretio minori, quam sit latitudo quantitatis pensionum, nisi adsit lucrum cessans, aut damnum emergens, vel census periculo solutionis subiaceat, vel ex alio simili capite iustè minuatur de pretio.

Neque tunc potest iustè plus minui, quam metuatur caput, ex quo minuitur. Neque item minui potest ratione lucri cessantis, aut damni emergentis, vel etiam ratione periculi, nisi deducendo id in pactum; hoc est, exprimendo, quod ea de causa minuatur de pretio alioquin iusto, aut nisi intelligatur, vendentem censum ea de re esse contentum.

Conclusio hęc quo ad limitationes omnes, quibus arctata est liquet ex dictis dispu. 361. & alias sæpe in materia de vsura, & de emptione, & venditione. Quoad id vero, quod percipuè continet, & de quo est modo controuersia, quamuis satis perspicua etiam sit ex dictis eadem disputatione, vbi efficaciter ostendimus, ius & obligationem personalem ad rem aliquam in futurum soluendam, non minus valere, quam res ipsa tempore, quo soluetur valeat, eaque de causa obligationem restituendi consurgere, si minori pretio ematur. Probari etiam potest.

Primò, quoniam si emptio iuris percipiendi viginti aureos singulis annis vsq; ad decẽ iustè fieret centum octoginta, aut centum nonaginta aureis, licitus etiam esset hic contractus, accipe nunc centũ octoginta, aut centum nonaginta aureos, & in fine decennij restitues mihi ducentos simul: cõ



Digitized by Google

sequens autem continet apertam vsuram, ergo & antecedens,

Sequela manifesta est. Tum qui ad rationem mutui, atque vsuræ ex illo, nihil refert, quod mutuatario iniungatur solutionem mutui cum incremento fieri simul, aut successiuè per partes. Tum etiam qm̃ in eo, quod annuæ pensiones solui concedantur simul in fine decẽnij gratia est, quę mutuatario fit, non grauamen: quandoquidem illi quasi mutuo conceduntur vsq; ad finem decẽnij; ergo, si in consequenti vsura cernitur, etiam cernetur in antecedente. Idẽ argumentũ confici potest, si cẽsus ematur ad viginti triginta aut quadraginta annos, pretio minori, quam sit latitudo omniũ pensionum. Atq; ex eodem argumento constat quamuis, dum talis census emitur, ius ematur ad annuas pensiones, interuenire tamẽ vsuram: quia virtute pretiũ datur pro mutuo, vt per partes reddatur cum incremento ratione expectationis solutionis. Non secus ac quando aliquid certo vẽditur maiori pretio, quam res pecunia statim numerata valeat, vsura interuenit: quia perinde est, ac si pretium quod soluendum erat statim, relinqueretur mutuo emptori, vt in futurum cum incremẽto restitueretur. Secundo si quis id, quod ad summum valet centum octoginta pecunia statim numerata, vendat credito ducentis soluendis per partes intra decennium, cõmittit vsuram, vt ex se liquet, nisi contractus ex lucro cessante, aut ex alio simili capite, iustificetur; ergo pari ratione, si dẽt pecuniam, vt illam per partes cum eodem incremento recipiat, vsuram committet. Tertiò, si tibi idem ducentos aureos, interimq; dum illos non soluis, accipiam à te pignus reddens quotãnis viginti aureos fructuum, qui computandi non sint in sortẽ, contractus est vsurarius perceptisq; inde ducentis aureis decennio, debeo illis esse contentus pro toto debito, neque vlterius possum quicquam, vel fructuum, vel capitalis, accipere absq; vitio vsurę, vt habetur c. 1. & 2. de vsur, c. cum contra, & c. significasti, de pigno. & disp. 320. explanatum est sed perinde est deducere in pactum, vt producentis aureis mihi quotannis vsque ad decennium soluas viginti aureos, ac deducere in pactum, vt percipiam illos ex fructib. pignoris: ergo census personalis pro minori pretio quam sit latitudo pensionum, illicitus est ac vsurarius.

3 Secunda conclusio. Sicut † licitus est census realis perpetuus pro minori pretio, qui sit latitudo pensionum quæ percipi sperantur, nihil impediẽte, quod res, in qua census collocatur securissima sit, vt ingens sylua ad pastum, aut aliud simile, quodam multum quotannis securè reddat: ita licitus ex natura rei est cẽsus realis ad certum numerum annorum pro minori pretio, quam sit latitudo pensionum, quæ recipi sperantur.

Sin̄ census esset ad paucos annos, vt ad quinque, octo, aut decem, prohibendus esset ob pericula ea via palliandi vsuras, aut emendi eos census multo minori pretio, quam valeant; præsertim quando census esset pecuniarius, in quo valor pensionum in indiuisibili cõsistit. Prior pars probatur ex discretione, quod est inter censum realem ad certum numerum annorum, & censum personalem.

In censu. n. personali immediatè emitur ius, & debitum personale ad pensiones materialiter sumptas in futurum soluendas quod in valore æquatur quantitati pensionum, vt hac, & disputa. 361. ostensum est: in censu verò reali emitur pars iuris in re, seu dominij plenissimi rei, dependenter ab ipsamet re: quare non emuntur pensiones, nisi vt sunt in potentia rei, dependenterq; ab ipsa re, ita quod periculum earum, vt sic, ad emptorem census spectat: eaque ratione minus valent, vt sunt sic in potentia, quam valeant in se tempore, quo percipiũtur. Sicut enim integrum rei dominium minus valet, quam omnes fructus iã collecti, qui, deductis expẽsis, ex ea re in perpetuum sperantur: & sicut pars iuris ad percipiendam ex ea re in perpetuum certam annuam pensionem minus valet quam pensiones in se iam perceptæ; quę tamen tẽpore emptionis percipi in futurum sperantur, vt disputatione præcedente comprobatũ est: ita pars minor eius iuris, videlicet ad percipiendas solum pensiones ad certum annorum numerum, minus valet, quam pensiones ipsæ in se, quæ ex ea re, dependenterque ab illa, percipi sperantur.

Dices. Sicut pensiones census realis pendent a
4 periculo rei, in qua census collocatur: ita † pensiones census personalis pendent à periculo personæ, in qua census est collocatus, & bonorũ illius: si enim pereat a persona, in qua census est collocatus, & simul pereant bona illius, perit etiam censu emptori. Primò respondetur, non ex eo solum censum realem minus valere, cæteris paribus, quã personalem, quod pensiones census realis pendeant à periculo rei, sed quod, vt sunt in potentia illius, & vt dependenter ab illa sunt percipiendæ, minus secundum cõmunem æstimationem valeant, quã ipsemet in se. Secundo respondetur, minus esse periculum pensionum, quando solum pendent à periculo vnius rei, in qua census est collocatus quã quando pendent a persona, & ab omnimoda de fructibus bonorum illius, quæ post mortem personę obligata manẽt ad solutionẽ debitorũ illius.

Adde, in censu reali, si res, in qua census est collocatus, casu fortuito vno, aut pluribus annis fructus non ferat, non deberi eo anno, aut annis, censum, quantum est ex natura contractus, nisi peculiare aliud pactum eĩ addatur, vt ex hactenus dictis de censu reali constat, diceturq; infra explanãdo bullã Pij V. huic aũt periculo non subiacet cẽsus personalis. Tertio respondetur, debitum personale dependere a cõseruatione personæ, aut bonorũ illius, nihil efficere ad hoc, vt minus valeat debitum, quam latitudo eius in se, quod debetur, nisi solum pro quantitate periculi, ne eiusmodi debitum pereat: alioquin licite per mutuo peti aliquid posset vltra sortẽ: qñq̃dem mutui debitũ a cõseruatione personę, & bonorũ debitoris pẽdet: vnde sequeretur licitam esse vsuram, quod est hęreticũ.

Deinde eadem pars conclusionis probatur argumento primo, quo Contradi opinio est confirmata, quod in censu reali ad certum annorum numerum, comparatione census realis perpetui,

omnino

omnino conuincit: vimq; illius satis agnouerũt, ac confitentur Medina, Sotus, & Couar. locis citatis. Posterior vero pars conclusionis satis ex se liquet, communisq; est inter doctores.

Ad primum argumentum contrariæ opinionis dicendum est, sufficienter probare institutum de censu reali ad certum annotum numerum, vt dictum est: non verò de censu personali. Qm̃, vt disp. sequenti dicetur, nec census personalis perpetuus licitus est pretio finito, nisi id iustificetur ex aliquo è capitibus, ex quibus censum personalem ad certum numerum annotum diximus iustificari posse pro maiori pretio, quam sit latitudo pensionum, quæ percipi speratur, argumentum autem supponit contrarium esse verum.

Ad secundum dicendum est, quãuis cẽtum aurei præsentes plus valeant vtenti illis ad negotiandum, quam totidem futuri; non tñ valere plus in se, neque iam in se esse fructiferos: dans autẽ centum aureos in præsenti, vendere non põt eo, qui illos accipit, industriam, quam accipiens est appositurus, ac proinde neque vendere illi potest fructum seu lucrum, quod illis potest comparare, vt disp. 304. & alias sæpe dictum est.

5 Adde, pretium † rei iudicandum esse ex valore rei in se, non verò ex commoditate, quam res certi in particulari illi est allatura, vt in materia de empt. & vend. visum est. Licitè tã is, qui vendit, accipere potest pretium pro commoditate, quam res sibi erat allatura, & quæ se præbat, vt eã alteri tradat; modo tamen id gratiam accipientis non præcise deducat in pactum valorem commoditatis illius.

Atque ex de causa, si dans centum in præsenti, priuet se dein de lucro aliquo, deducere in pactũ põt et tale lucrum cessans, aliquidq. potest prò illo accipere. Quo loco obserua, si Conradi argumentum vllam vim haberet, probaret etiam, licitã esse vsuram. Qm̃ plus valerent centum, quæ mutuo dantur in præsenti, quàm totidem soluenda in futurum, eaq; de causa licite posset accipi pro mutuo aliquid vltra sortem.

Ad tertium dicendum est, antecedens esse verum de censu reali perpetuo, non verò de personali, vt dictum est, & disputatione seq. ostẽdetur: quare consequentia eius argumenti est optima. Si igitur non sequenti sermo sit de censu reali ad certum numerum annorum: non vero si sit sermo de simili censu personali.

## Licitane sit emptio census personalis perpetui.

### DISPVTATIO CCCLXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Emptio census personalis perpetui, quomodo licita sit. num. 6. & seq.*
2 *Census personalis potest licite lege statui, & n. 12.*
3 *Decima, personales sunt de iure, licet de consuetudine non soluantur, nisi in aliquibus locis.*
4 *Census realis quando in aliquo prædio constituitur, simul resultat obligatio mere personalis ad eum soluendum pro se, & successoribus suis.*
5 *Persona libera in pignus dari non potest, cõstituẽdo in illa ius reale, ita vt vendi, aut in seruitutẽ redigi ob debitum possit.*
6 *Census merè personalis ex natura rei constitui potest super personam.*
7 *Census personalis perpetuus pro minori pretio quã sit quantitas pensionum, ex quibus capitibus iustificari possit; vt sit licitus.*
8 *Censu reali in aliquo prædio cõstituto, ad quos effectus põt adhiberi hypotheca aliorum bonorum.*
9 *Cõtractus mixtus ex censu reali, & personali, quis dicatur.*
10 *Census venditio an iusta sit, quid attendendum.*
11 *Cẽsus obligatio vna cũ re expirat, ipsa re perẽpta.*
13 *Census personalis quando emptori perire dicatur.*

SErmo est de censu perpetuo, siue merè personalis sit, siue adiunctam habeat hypothecam ad census solutionisq. illius securitatem, & siue redimibilis sit, siue irredimibilis.

1 Partem † affirmantem, etiam qñ census est pecuniarius, ac merè personalis, amplectũtur Conrad. de contract. q. 74. 75. & 79. Ioan. Medin. de vsur. q. 1. de cens. lib. Sotus de iust. q. 5. art. 1. concl. 4. Couar. 3. var. resol. c. 7. nu. 5. Maior in 4. dist. 15. q. 44. in vltimis verbis quæstionis. Gabr. ibidem, q. 12. cõcl. 1. & quidam alij. Immò ex doctoribus, qui a Nauar. pro contraria sententia afferuntur, multi non negant licitum esse censum personalẽ in sensu, in quo autores proximè citati licitũ esse affirmant.

Autores quippe citati, non in eo sensu affirmant licitum esse, constitui posse in persona, quasi emptor census comparet ius in re super personam, quæ censum vendit, eo modo quo emptor census realis comparat ius in re, comparatione prædij, in quo is census collocatur, quasi deficientibus bonis, vnde persona, quæ censum personalem vendidit, annuam pensionem soluat, possit venditor cogere in seruitutem personam illam, aut eam cogere, vt pro valore annuæ pensionis ad tempus seruiat, sed in eo sensu arbitrantur posse licitè constitui in persona, quod persona pro pecunia, quam in pretium accipiat, possit se obligare ad annuam pensionem; eo modo quo, qui rem aliquam creditò emit, manet obligatus ad pretij solutionem, & quo alijs contractibus assueuerunt homines se obligare ad aliqua, ordo inde iure ad id, ad quod se obligant, in eo, cui se obligant, ratione cuius iuris competit creditori personalis actio, non realis.

Quia verò eiusmodi actiones, & obligationes transeunt, tã actiue, quã passiue, ad hæredes eo ipso, q. hæreditatẽ adeunt; consequens est, vt personalis census ea rõne durare in perpetuũ possit. Si tñ extingueretur persona, quæ censum debet, nec relinqueret sufficientia bona, eaq; de causa nullus cum tanto onere esse vellet hæres illius, tunc eo ipso expiraret census, solumque ad eum manerent obligata, si quæ bona defunctus relinque-

rer: sicut & ad reliqua eiusdem defuncti debita.

Porrò ex ijs, quos Nauar. pro sua sententia citat. Panor. in suis qq. q. 5 col. pen. versic. aut quærimus, & vers. seq. apertè affirmat, licitum esse cẽsum personalem perpetuum in sensu proximè explicato, & forte alij ex ijs, quos Nauar. & Cou. pro eadem sententia citant, id non negant, si attẽte legantur.

Hi doctores suam sniam probant. Primo, qm̃ homo capax est obligationis personalis in sensu explicato, eo modo quo potest se obligare personaliter ad pretium pro re, quam credito emit, & ad similia alia, vt ex se est notissimum, & sicut potest titulo donationis se eo modo ad censum obligare, promittendo annuam pensionem in dotem orphanæ mulieris, aut in subsidium hospitalis: atque sicut is cui promittitur potest ius illud, titulo donationis comparatum, iusto pretio vendere: ita is qui se obligauit, potuit a principio inducere in se obligationem illam pro pretio iusto quod est vendere censum personalem.

2 Secundò, licite personalis † census potest lege statui. Lege quippe ecclesiastica decimæ, & personales, quas iura vocant, persoluuntur vt ex cõparatis artificio, aut negotiatione, militia, & alijs rebus similibus, vt patet. c. 10. 16. q. 1. c. apostolicæ. 3 c. non est, & c. pastoralis, de decim. quæ † consuetudo ex parte perseuerat in aliquibus Ecclesijs. Immo famuli ex stipendio, quod pro suo seruitio, quotannis accipiunt, decimas in aliquibus Ecclesijs soluunt, idque hodie seruatur in aliquibus oppidis huius Conchensis Episcopatus. In lege etiam veteri personales decimæ solui videbãtur, vt Deuter. 12. innuitur. Item 2. Esdræ c. 10. fideles constituerunt annuum redditum̃ tertiæ partis sicli per singula capita ad ministeria templi, qui erat census personalis. Principes etiam seculares iusta de causa inducere possunt personale tributũ quotannis soluendum, quod erit personalis census. Atque hunc censum aiunt doct. Cæsarẽ Augustum induxisse Lucæ 2. ergo pari ratione poterit quis vendere similem censum personalẽ quotannis soluendum ex ijs, quæ suis operibus, atq; industria comparauerit, aut ex alijs bonis, quæ ad ipsum quoquo modo peruenerint. Couarr. & Sotus locis citatis idem vlterius confirmant. Quo- 4 niam, inquiunt, quando realis † census in prędio aliquo designato constituitur, simul resultat obligatio merè personalis pro se, & successoribus suis in persona vendentis censum ad eum soluẽdum, esto omnino pereat res, in qua census est collocatus: ergo potuit emptor census a principio emere solum obligationem illam absque obligatione reali prædij in quo census fuit constitutus: cum ergo obligatio illa, ac ius ad ita exigendũ a persona annuũ reditũ, sit cẽsus psonalis: cõsequens est, vt personalis census licite emi, constituiq; possit.

Primum antecedens probant hi autores ex extrauagantib. Martini V. & Calixti III. dũ in eis dr vendentes census reales super aliqua prędia cũ pacto de retrouendendo, numquam cogi posse ad redimendum censum, etiam si pereant prædia, super quæ census erant collocati.

Hinc colligunt, destructis prædijs, in quibus census erant collocati, adhuc remanere obligationem in personis, quæ census vendiderunt, ad illos soluendos: alioquin opus non erat dici, cogi non posse ad redemptionem censuum, qui omnino iam essent extincti. Item, si destructus prædijs non remaneret obligatio ad soluendum censum, id explicassent extrauagantes illæ: sicut explicarunt, non posse cogi venditorem census ad illius redemptionem.

Hinc Sotus & Couar. cũ Carolo Molinæo volunt, qm̃ census in aliquo prdio collocatur, prædiũ illud se habere solũ vt hypothecam ad census securitatem, ita q̃ census a prædio non pẽdeat, sed resultet obligatio personalis in vendente censum ad illius solutionem destructo prædio, esto id in contractu non exprimatur: modo tamẽ contrariũ non exprimatur, ac deducatur in pactum. Volũt tamen Couar. & alij, hypothecam hanc esse irregularem, & extraordinariam.

Quia verò ea omnia copiose a nobis disp. 583. relata, atque impugnata sunt, opus non erit hoc loco plura adijcere. Solum admonuerim, Sotum q. citata art. 2. ad primum asserere, obligationem personalem, quæ ex censu reali in persona eũ vendentis resultat ad censum soluẽdum, esto prędiũ destruatur, non transire ad hæredes vendentis, eaque de causa censum expirare, si prædium post mortem vendentis census pereat.

Non tñ video rõnem cur, si ea obligatio personalis in persona vendentis censum resultauit, ad hæredes non transeat, sicut transeũt cæteræ, quæ ex alijs contractus resultant: quarè parum sibi ea in re constat Sotus contrarium quæ affirmãt Couar. & alij, qui in eadem sunt opinione.

Communior tamen doctorum sententia est, censum personalem illicitum esse etiam si mere personalis non sit, sed subaxus hypothecæ ad ipsius securitatem. Eã amplectuntur plurimi, quos referunt, ac sequuntur Nauar. in com. c. 14. q. 3. nu. 81. in postrema editione Aluar. Valas. de iure emphy. q. 32. nu. 10. Greg. Lop. l. 28. tit. 8. par. 5. Lassarte de decim. vendit. c. 10. a num. 15. & Gutier. 2. de pract. qq. q. 177.

Id vero probant. Primo, qm̃ Martin. V. & Calixtus III. solum approbant census, qui collocantur in prædijs, aut alijs rebus fructiferis, ita quod eis pereuntibus, pereat census, neque vẽditor census maneat deinceps ad eum obligatus; ergo illicitus est personalis census.

Secundo, quoniam ciuili lege cautum est, vt 5 † persona libera in pignus dari non possit, constituendo in illa ius reale, ita vt vendi ob debitum possit, aut in seruitutem redigi, aut cogi ea de causa seruire, quo potius, si quis liberam personam in pignus accipiat, amittit debitum, ac incidit in alias pœnas pecuniarias, & corporis, vt constat. l. ob æs alienum, iuncta authentica sequenti. C. de action. & obligation. l. qui filios. C. quæ res pign. oblig. l. vlt. ff. eod. tit. & authen. vt nulli iudicum. §. quia verò, iuncto. cap. 2. de pig. ergo longe maiori cum ratione constitui non poterit census in persona libera.

Tertiò

Tertiò, de natura emptionis est, vt, perfecto contractu, periculum rei emptæ ad emptorẽ spectent, vt disput. 366. visum est: si autem census in persona constituatur, & non in bonis aliquibus determinatis, periculum census numquã ad emptorem spectabit; quia semper persona vendẽtis, atque hæredum ipsius, obligata manebit census solutionem: ergo iniqua est emptio census personalis, vtpote cum emptionis natura repugnans.

Quid de hac re sentiam, paucis explanabo. In 6 primis † censeo, dubitandum non esse, hominem capacẽ esse census omnino personalis, atq; adeo censum mere personalem ex natura ipsa rei constitui posse super personã, ita quod ad eũ censum sola personalis actio competat. Quod si ita ex natura rei constitui potest, constitui, etiã poterit subnixus hypothecæ quorundã, aut omniũ bonorũ eiusdem personæ, aut alterius. Atque hoc sufficiẽter probant argumenta pro priori sententia proposita.

Quòd verò difficultatem continet, est, an licitè emi possit minori pretio, quã sit latitudo pensionum omnium, quæ ex illo percipi sperãtur, & ad quas ius eo compatatur, quando non interuenit lucrum cessans, aut damnum emergens, ementi censum, neque periculum timetur, qđ pensiones non soluantur sine sumptibus, & difficultatibus, neque aliud simile, vnde licitè minui posset de pretio alioquin iusto; quemadmodum census realis, nullo eorum capitum interueniente, licite emitur minori pretio, quam sit latitudo pensionum, quæ ex ipso percipiendæ sperantur, vt duabus disputationibus præcedentibus ostensum est. Ac sane mihi nullam difficultatem ingerũt rationes pro opinione posteriori adductæ, quæ, vt videbimus, minimo negotio soluuntur.

Quòd autem difficultatem mihi facit, est, emptione personalis census non aliud emi, quam personæ debitum soluendi aliquid successiuè in futurum, & personale ius ad id exigendum, ac recipiendum: vt autem disput. 361. ac disputatione præcedente ostensum est, debitum personalem in futurum, iusve ad illud recipiendum, non minus valet, si nullum timeatur periculum, quam res ipsa in se, quæ debetur; vt ius ad recipiendum hinc ad annum, vel ad duos, aut tres, vel plures annos, aut quinquaginta, valet quinquaginta: quare sicut census personalis recipiendi ad paucos annos certam annuam pensionem, non potest emi iustè minori pretio, quam sit latitudo omnium pensionum, vt disputatione præcedente satis dilucidè ostendimus: ita personalis census perpetuus, siue is sed irredimibilis, siue irredimibilis sit, numquam iustè emi poterit pretio finito; eo quod semper eo minus debitum personale ematur, quam sit pretium, quod pro eo datur: quæ tamen non habent similiter locum in censu reali, vt duabus disputationibus præcedentibus explanatum, comprobatumque est.

Cum autem hoc sit præcipuum fundamẽtum, vnde census personalis eodem modo sit tamq; illicitus, & vsurarius, siue perpetuus sit siue ad certum numerũ annorum, pro minori pretio, quam sit latitudo pensionum. Nunc verò, vt disp. 361. visum est, affirmet, debitum in futurũ licite emi posse minori pretio statim soluto, quam sit quantitas debiti, idque esto nullum inde lucrũ ementi cesset, aut damnũ emergat, & esto nullum periculũ, aut molestia, in solutione timeatur, sanè nõ video qua rõne defendere valeat, censum mere personalẽ, & ad certũ numerum annorũ, pro minori pretio, quam sit latitudo pensionum, illicitũ, iniustumque esse, aut qua ratione sibi ipsi constat.

Hanc ergo statuamus conclusionem. Census 7 † personalis perpetuus pro minori pretio, quam sit quantitas pensionum, quæ in infinitum percipi sperantur, non ex alijs capitibus iustificari potest, quam ex ijs, ex quibus disputatione præcedẽte dictum est, iustificari posse similem personalẽ censum ad certum numerum annorum. Nempe ex periculis, quibus pensiones in infinitum recipiendæ subiacent, ex lucro ementi cessante, aut damno emergente, & ex alijs similibus eo addito, quod is, qui censum emit, non est potiturus illis in infinitum, sed successores in bonis ipsius. Quare eiusmodi personalis census perpetuus, quantum est ex se, & ex pretio, etiam cum hypothecis, quibus ad securitatem emi consueuit, ex natura rei mihi videtur iniustus, ac vsurarius, eaque de causa numquã antea definitus iustus à Summis Pontificibus, immo merito hodie à Pio V. in bulla de creandis cẽsibus prohibitus. Tales tñ interuenire possent circumstantiæ, vt propter illas, quantum est ex natura rei reddi posset licitus.

Si enim quis emere vellet possessiones, quæ in perpetuũ ei parerent annuos reditus æquè secure, aut emere vellet censum realem perpetuum in magna, ac securã possessionẽ alterius, atq; alius ab eo peteret, vt potiꝰ in gratiã ipsius ab eo emere annuum censum personalẽ similiter perpetuũ; credo tunc ex natura rei licitè id ex capite lucri cessantis posse fieri: qm̃ tantundem ipsi valerent possessiones, aut census realis, & emere volebat, & tantundẽ, ac tam securè, illi quotannis redderent, quantum ex eo censu personali sperat: vnusquisque autem licitè potest alteri vendere cõmoditatẽ suã, q̃ in eiusdẽ gratiã amittit, emendo ab illo pp eam cõmoditatem, quã amittit, rem minori pretio, quam alioquin ipse valeat, vt ex dictis in materia de emptione, & venditione liquet.

Itẽ tantum esse posset pretiũ finitum pro censu personali perpetuo, vt, habita ratione lucri ex eo cessantis quod æqualis quantitas longissimo tpe non perueniret ex pensionibus ad manus ementis, qua in discursu temporis verisimiliter empturus erat prædia, aut negotiaturus, si eum censum non emisset, tantumq; extenuari potest valor pensionum, quæ ex eodem censu post longissimum tps sperantur, tum q̃ illius non potietur, emptor census, sed successores remoti ipsius, tum etiã q̃ tpe longissimo multis subiacent periculis, vt emptio perpetui census personalis iusta esset pretio finito, attenta conditione mẽsis census, & attentis cæteris circumstantijs concurrentibus.

Verum tñ tunc dico, licitum quoque esse mutuũ æqualis quantitatis pecuniæ soluẽdæ per partes in futurum cum toto eo excessu: quoniam ex-

ceſſus ille, ſyncategorematicè infinitus, iuſte acciperetur tunc p̃ lucro ex eo ceſſante, q̃d pecunia illa mutuo eo modo daretur, & pro periculis, q̃bus ſubiaceret ſoluenda ita per partes in infinitum. Quia tñ perſonales cenſus non ſolent ita iuſtificari, iure optimo eorum emptio prohibita, irritaque facta eſt à Pio V. vſurariuſque eſt pronũciatus is contractus. Atque, vt ſummatim dicam, non ſecus iudicandum eſt de emptione cẽſus perſonalis quàm ſi pretium mutuo daretur, ſoluendum eo modo per partes, quo in cenſu ſoluitur.

Præcipuum, quod in hac cõcluſione aſſeritur, eiſdem ferè rõnibus probari poteſt, q̃bus ſimilis concluſio de cenſu pſonali ad certum numerum annorum diſputatione p̃cedente probata eſt. Primo, q̃m reuera, q̃d in eo cenſu emitur, eſt ius, ac debitum perſonale ad certam pecuniæ, aut fructuum quantitatem ſucceſſiuè in futurum ſoluendam; debitum aũt perſonale ſoluendum in futurum, tm̃ valet, quantum res ipſa tempore, quo eſt ſoluenda, niſi ex periculis, lucro ceſſante, aut ex alio ſimili capite, minuatur illius valor, vt diſput. 361. probatum eſt. Secundo, q̃m ſi licitus eſſet cenſus perſonalis perpetuus ad rationem triginta pro vno, licitus etiam eſſet hic contractus, accipe mutuo triginta ea lege, vt in fine triginta annorum ea mihi integra reſtituas, & inſuper teneatis mihi ſoluere in perpetuum vnum quotannis in quo tñ manifeſtè cernitur vſura, niſi ex capite lucri ceſſantis, aut ex alio, contractus excuſetur. Sequela probatur, quoniã ad rationem mutui nihil refert, quod triginta, quæ nunc dantur, ſoluenda iniungantur per partes vſque ad triginta annos, aut quod iniungantur ſoluenda ſimul in fine triginta annorum. Et q̃m gratia in eo ſit, quod penſiones, quæ ſingulis annis erant ſoluendæ, ſolui concedantur in fine triginta annorum.

Tertiò, q̃m ſi cenſus, de quo diſputamus, licitus eſſet, licitum quoq; eſſet vẽdere credito, quod valet ſolũ triginta pecunia numerata, pro triginta ſoluendis hinc ad triginta annos, & inſuper pro vno ſoluendo deinceps in perpetuum, vt diſput. præcedente in pſonali cenſu ad certum numerum annorum fuſius deductum eſt. Item q̃m nefas eſt, pro triginta datis, accipere plures fructus ex pignore intra triginta, aut quadraginta annos, quã qui adequent valorẽ triginta: ergo nefas eſt paciſci, vt plures ſoluantur penſiones, q̃ quę in valore adequẽt triginta, vt ibidem latius deductum eſt. Quarto, q̃m, ſi licitus eſſet cenſus perſonalis perpetuus, ſequeretur, vel eſſe licitum cenſum perſonalẽ ad certum annorum numerũ pro minori p̃tio, q̃ ſit quantitas penſionũ, q̃ ex illo percipientur, vel æqualiter, immo plus, valere cenſum perſonalẽ ad certum numerũ annorum, q̃ perſonalẽ cenſum perpetuum æqualis penſionis, vt euidenter demonſtrat primum argumẽtum pro opinione Conradi diſputatione præcedente propoſitũ, quod meritò tantopere Medinam, ac Sotum mouit ad trepidandum, an licita eſſet emptio cenſus perſonalis ad certum numerum annorũ pro minori pretio, q̃ eſſet quantitas penſionum, & quod Conradum, & Couar. aſſerere coegit, licitam in rigore, atque ex natura rei eſſe, poſita eorundem autorum ſnĩa, quod perſonalis cenſus p̃petuus licitus eſſet: cum ergo oſtenſum ſit, illicitã eſſe eam cenſus perſonalis ad certum numerum annorum emptionem, cõſequens profectò eſt, vt concedendum ẽt ſit, illicitã eſſe emptionẽ perſonalis cenſus perpetui pro finito pretio eo modo, quo fieri conſueuit. Fauent præterea huic noſtræ ſnĩæ extrauagantes Martini V. & Calixti III. Quamuis enim in illis non definiatur, illicitum eſſe cẽſum perſonalem perpetuum, niſi tñ cenſum perpetuũ collocari in poſſeſſione aliqua, ſeu prædio, quo pereunte, cenſus emptori periret, faceret maximè ad eum iuſtificandum, ſed q̃uè iuſtus eſſet cenſus perſonalis perpetuus, certè non tam accuratè in illis extrauagantibus fieret mentio, cenſum, de quo erat illa controuerſia, collocari in certo prædio, neq; ſapiẽtiſſimi illi Pontifices adeò condõni illi inſiſterẽt. Extrauagans aũt Pij V. noſtram ſnĩam apertè ſtatuit, pronuncians cenſus omnes perſonales fœnerationes, ac nullos, deinceps eſſe habendos: propter illoſq; apposuiſſe vt verba illa initio illius extrauagantis. *Cum onus apoſtolicæ ſeruitutis obeuntes, cognouerimus innumeros celebratos fuiſſe, & in dies celebrari cenſuum contractus, qui nedũ non continentur intra limites à noſtris anteceſſoribꝰ. eiſdẽ contractib. ſtatutos, verũ ẽt, quod deterius eſt, contrarijs oĩno pactionibus, propter ardentẽ auaritiæ ſtimulũ, legum ẽt diuinarum manifeſtum contemptum præſeferunt, &c.*

Illud obſerua, ẽt hodie in locis, in q̃bus Bulla Pij V. ſit recepta, conſtituto † cẽſu reali in aliquo 8
prædio, aut prædijs determinatis, poſſe adhiberi hypotheca aliorum bonorum, ad duos effectus. Vnus eſt, q̃d ſi prędiũ, in quo cenſus eſt collocatus, euincatur, vel dum eſt poteſtate venditoris cẽſus, vel poſtq̃ trãſierit ad alium poſſeſſorẽ, venditor ſoluat intereſſe, hoc eſt, valorẽ cẽſus: & intereſſe lucri ceſſantis, ac damna ſequuta. Ita Nauar. in comment. c. 1. 14. q. 3. nu. 77. Alter, quod, interim dum cẽſus non fuerit extinctus, ſaltẽ deſtructo prædio, in quo ſit collocatus, penſio ſoluatur.

Cum autem prędium ipſum, in quo cenſus eſt collocatus, ſufficiens hypotheca ſit ob ſolam penſionem ſoluendam, ſanè ſuperflua eſt quęcunque alia ad hunc ſecundum effectum.

Illud deinde obſerua, ſi in emptione † cenſus 9
realis in aliquo prędio deducatur ſimul in pactũ, quod prædio deſtructo, venditor cenſus teneatur adhuc ad ſolutio nẽ penſionis, tũc contractus erit mixtus ex cenſu reali, & perſonali, aut potius ex contractu realis cenſus, & ex contractu aſſecurationis. Quatenus autẽ is contractus eſſet cenſus realis, onus cẽſus tranſiret in tertium poſſeſſorem vna cum re, in qua collocatus eſt cẽſus, illumque ſolum poſſet cogere dãs cenſus ad ſolutionem penſionum, interim dum prædium integrũ perſeueraret, atque ad recognoſcendum cenſum.

Quatenus verò in eo contractu admiſceretur illa alia perſonalis obligatio aſſecurationis cẽſus in euentu, quod deſtrueretur prædium, poſſet, deſtructo prædio, cogere venditorem cenſus, hæredeſque illius, vt ſolueret penſionem, &

non

non in alio euentu: atque huic oneri subiectæ essent hypothecæ, si quę, vltra pdiũ, datæ fuissent à venditore census in assecurationem contractus. Semper aũt consulẽdæ essent clausulę appositę in cõtractu, vt ex eis intelligat, quãtũ onus sup se induxerit vẽditor census, vltra censum realẽ, neque plus ex illis cẽsendus est obligatus, q̃ illæ sonant.

10 Vt verò intelligat, an † contractus cũ eo onere ex natura rei sit iustus, attẽdendum est, vtrũ pretium pro censu datũ cõmensuratũ sit cũ cẽsu ipso reali præcisè spectato, & cum eo assecurationis onere. Hodie verò, vbi Bulla Pij V. ea in parte recepta erit, nullæ sunt eiusmodi oẽs clausulæ, q̃n potius contractus præsumptione iuris, & de iure, vsurarius cẽsetur, si post eã bullam sit eo modo celebratus. Quòd si contractus celebratus esset cum onere, q̃ in quocunq; euentu, ẽt perseuerante integro prædio, in quo cẽsus est collocatus, venditor census ad solutionẽ pensionum teneretur, tunc contractus esset mixtus ex censu reali, & ex personali simul, ac proinde, quatenus censum personalẽ haberet admixtũ, cogere emptor census indifferenter posset ad soluẽdas pensiones, tunc cẽsus venditorem, & hęredes illius, tum ẽt tertium possessorem, vt Couar. Carolus Molinęus, & Sotus dicebant. Hæc tñ hodie non hẽnt locum vbi Bulla Pij V. recepta fuerit. Vbi verò recepta nõ fuerit, videndũ est, vtrum pretium pro illo cẽsu reali datum, æquale sit comparatione, tum census realis, tum ẽt oneris illius personalis simul impositi vẽditori census. Quòd si æquale prudentis arbitrio cõpetiatur, non vĩ damnandus cõtractus ex natura rei eo q̃ principaliter sit cẽsus realis, cũ subsidio illius alterius oneris, in maiorem securitatem ementis: quod sane subsidium, cum non sit, vt vẽditor de suo teneatur soluere pensiones vltra reditus prędij, euenietque rarò, vt de suo insuper illas soluat, modico pretio erit æstimabile, ac proinde contractus cum eo onere poterit ex natura rei esse iustus. Autores proximè citati arbitrati sunt, contractus omnes census realis censeri emi, ac vendi cum eo onere, esto id non exprimatur in contractu, modo tñ contrarium expressè non statuatur. Id tñ falsum est, ac liberè, sine vllo solido fundamento affirmatum: quippe cõtrariũ ex se habeat contractus census realis, vt hac, & disputationibus præcedentibus explanatum, cõprobatumque est, affirmatque communis doctorum sententia.

Ex hactenus dictis intelligetur facilè, immeritò Sotũ vbi supra arguere Ioann. Medinã inconstantiæ, q̃ cũ q̃one 1. de censib. asseruerit, censum cõstitui non posse, nisi in re fructifera, cuius fructus annuã excedãt pensionem, asseruerit, postea, licitum esse censum psonalem. Si. n. ait Sotus, licitus est census merè personalis, licitè ẽt constitui poterit census in re, cuius fructus non attingant valorem annuæ pensionis, manente in venditore census obligatione ad reliquum annuæ pensionis. Dicendum tñ est, Medinam solum negare, constitui posse censum merè realem in re infructifera, aut cuius fructus minores sint, q̃ pensio soluenda. Cõfitetur tñ, posse in ea re cõstitui censum mixtũ ex reali, & personali, vt illa eadẽ q̃one pollicetur se explanaturum postea, reque ipsa explanauit in fine quæstionis vltimæ de censibus.

Superest respondeamus ad argumenta vtriusque opinionis supra propositæ, quatenus cum nostra pugnare videri alicui poterunt.

Ad primum, & secundum pro opinione Conradi, & aliorum, dicendum est, probare quidem hominem capacem esse obligationis census psonalis: non verò probare, iustè posse emi personalem censum perpetuum pro pretio finito, nisi cõtractus ex aliquo è capitibus explicatis licitus reddatur, contra id, quod ex sua natura habet.

Ad tertium Couar. & Soti, negandũ est antecedens, vt ex dictis hac, & duab. præcedentib. disputationib. iunctis ijs, q̃ disp. 383. dicta sunt satis liquet. Ad probationẽ dicendum est, verba illa haberi in narratione ante definitionem, appositaq; esse tam q̃ alleuiantia onus ex parte venditorũ census, atq; iustificatiua contractus, in eoq; sensu dictũ esse, vendentẽ censum realẽ non posse cogi illum redimere, ẽt destructa re, in qua est collocatus, qm̃ ea destructa, perit census, expiratque obligatio, quę antea erat: quare ex illis verbis sequitur contrarium eius, qđ Cou. & Sotus infe-

11 runt. Ex ipsis † verò extrauagantibus satis perspicuum est, pereunte re, in qua cẽsus realis est collocatus, nõ remanere obligationẽ ad soluendum cẽsum, idẽq; dilucidius definiuit postea Pius V. Cũ verò census, de q̃b. sermo est in illis extrauagantib. in Germania celebrarentur, vt ex eisdem extrauagantib. constat, sanè, si tales essent, quales Sotus, Cou. & Carolus Molinęus, esse affirmant, id nõ latuisset Contadũ Germanũ: qui tñ, tamquã rem à nemine in dubium vocatã, affirmat, eos cum re, in qua sunt collocati, expirare.

Ad primum verò Nauarri, & aliorum, dicendum est, nullam vim habere. Quoniam licèt in illis extrauagantibus non approbentur census personales, neque etiam illis reprobantur.

Ad secundum dicendũ est, solum probare, ex

12 † dispõne iuris humani non posse ita cõstitui cẽsum in psona libera, quasi emens censum comparet ius in re persona libera, vt possit illam vendere aut in seruitutem redigere pro solutione census, & quasi census sit realis, eo mõ collocatus in psona, quo in psona mancipij comparati pót ius reale, & dñium: non verò probare, in eo sensu posse esse censum personalem, q̃ persona eum vendens, maneat ad illum obligata personali solum obligatione, siue simul subijciat hypothecæ, in securitatem eiusdẽ census, alia sua bona, siue non. Adde, in aliquibus euentibus, posse hominem redigere se in seruitutem, vt in materia de mancipijs supra explicatum est: in eisdẽ vero euentibus affirmant glossæ, & doctores, posse in personam constitui obligationẽ realẽ ad aliq̃d soluendum.

Ad tertium dici primo pót, periculum rei em-

13 ptæ numquam pertinere ad emptorem, nisi † q̃n res empta perit: censum autem personalẽ numquam, quo ad obligationem personalem vendentis, perire, nisi vendens periret, & omnia bona illius, quæ defuncti loco, subiacent obligationibus omnibus psonalibus defuncti: eaq; de causa non

prius

prius censum personalem petire emptori, quàm prędicta omnia pereant. Dici secundo pōt quamuis id sit de natura emptionis tamquam concomitans consequens, ac consentaneum naturæ illius non tamē esse de essentia illius, aut proprietatem ab eo inseparabilem: quæ autem talia sunt, remitti posse pacto aliquo, quin ea de causa contractus reddatur inualidus: præsertim si ea de causa fiat iusta compensatio in pretio, neque positiuo iure irritus sit factus talis contractus.

## Vtrum emptio vitalitij, seu census ad incertum annorum numerum licita sit.

## DISPVTATIO CCCLXXXVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Emptio vitalitij, seu census incertum annorum numerum, quomodo licita.*
2 *Vitalitiū legari potest aut donari, & ita etiā emi.*
3 *Precariarū cōtractus licitus iure canonico, et ciuili.*
4 *Vitalitium qua ratione licitum reddatur.*
5 *Vitalitij pretium iustum quomodo taxandum.*
6 *Vitalitium quando est census realis, collocatus in aliquo prædio, aut redditibus regijs, pretium illius taxandum est prudentis arbitrio.*

HEnricus Gandauensis quodl. 1. q. 39 asseuerat, emptionē annuæ pensionis ad mentis, aut vendentis, vitam, aut ad alium annorum numerum incertum, iniustam, ac vsurariam esse, si eueniat recipi plures in quantitate pensiones, quam fuerit quātitas pretij pro eis dati: Vt si pro centum aureis percipi eueniat vndecim annis cētum, & decem, percipiendo decem aureos singulis annis. Neque refert, inquit, si tempore contractus dubium fuerit, an emptor census tot pensiones esset accepturus. Argumenta, quibus hæc sententia confirmatur, quoniam facilè ex dicendis intelligetur nullam continere difficultatem, legi poterunt apud Conradum de contract. quæst. 81. apud Med. q. penul. de censib. & apud alios.

Dubiū 1 Contraria sententia cōis est doctorum. Nempè † licitam esse eam emptionem, modo pretium commensuratum sit iuxta spem, quę est census, plus minus esse duraturum, attentisque alijs circumstantijs interuenientibus. Neque obstat, euenire posse, ꝙ plures pensiones recipiantur, quam sit quātitas pretij pro illis recipiendis dati; quandoquidem euenire ēt potest, vt longè pauciores quam sit pretium, recipiantur, ac proinde periculum est pro vtraque parte. Neque item obstat, eum, qui emit, spe lucrandi, accipiendique plures pensiones emere: quoniā cæteri etiam contractus emptionis, & venditionis spe lucri non vitiātur; lucrique spe negotiatores ordinariè illos exercent. Ita Conr. de contract. & Io. Med. locis citatis, Sotus 6. de iust. q. 5. ad finem art. 2. Couar. 3. var. res. c. 7. nu. 4. Gab. in 4. dist. 15. q. 12. concluſ. 3. & art. 3. dub. 2. Maior ibid. q. 44. Nauar. in cōmen. c. 1. 14. q. 3. nu. 71. Panorm. in suis qq. q. 5. circa finem, penult. & multi alij.

2 Probari autem potest. Primo, quoniam † potest vitalitium legari, aut dono concedi, vt omnes admittunt: & posito ita concessum est, potest licitè emi; eò quòd sit alicuius valoris, & non infiniti: ergo potuit ēt à principio licitè constitui pro pretio cōmensurato: præsertim cū in eo contractu, tam emens, quam vendens, periculo amittendi se exponant, sicut & probabilitati lucrandi, propter incertitudinem durationis eius census, finitoq; censu, nihil de capitali sit restituendum, sed integrum illud amittat emens. Secundò, licitus 3 † est contractus precariarum, quo Ecclesia aliquam, aut aliquas possessiones alicui concedit quo ad vsumfructū ad vitam eius, cui conceduntur, pro aliqua eiusdem possessione, quā insuper Ecclesię per mortem suam reddat, vt constat; qm̄ approbatus est is contractus iure canonico, & ciuili. 10. q. 2. c. 2. §. si œconomus, & c. precariæ, & in authentico de non alienandis. §. si quis autem & alijs iuribus, quæ citauimus supra disput. 298. eiusmodi aūt contractus nō est aliud, quā concessio vitalitij pro aliquo prædio. Obserua tamen, in eiusmodi precarijs, quas Ecclesiæ eo mō concedunt, sæpe interuenire donationem ex parte eius, qui illas accipit, & quasi illo mō emit qua, ex Ecclesiæ deuotione, atque in eleemosynā pro anima sua, longè plus vult relinquere Ecclesiæ post mortem suam, quam sit subsidium ad ipsius sustentationem, quod ab Ecclesia in tempus vitæ suæ ea via accipit: quare in eiusmodi precarijs, quæ fine vllo inuoluntario mixto ab eo fiunt, qui illas accipit, vt licitæ sint, necesse non est, vt quod redditur, commensuratum vitalitio sit: eo ꝙ non sit metus contractus vitalitij, sed admixtam habeat donationem, ac eleemosinam post vitā accipientis. Tertiò, Clementina 1. de reb. Eccl. non alienand. hī, plātum, exigente id necessitate, aut vtilitate, monasterij, posse pro pecunia concedere alicui possessionem aliq̄, aut annuum reditū monasterij, ad vitam illius, seruatis solemnitatibus, de quibus ibi est sermo, & de quibus in materia de emphyteusi dicetur: id aūt est cōcedere vitalitiū pro pretio: ergo licitus est contractus vitalitij.

Illud est obseruandum, q̄ quis vitalitium non concedatur in prædio aliquo aut in realia, quæ pro immobili hī, ita vt sit census realis, sed constituatur in persona cum hypotheca bonorum, aut sine illa sitque proinde personalis; licitum ex 4 natura rei esse contractum: modo tñ † pretium in hoc sensu æquale sit pensionibus, quæ percipi speramus, quod, plus minus, æquale sit periculum vtriusque contrahentium amittendi, atque spes lucrandi. Ratione quippe periculi partis vtriusque licitus est hic contractus. Quando autem longè maior esset probabilitas, pensiones recipiendas esse quantitatem pretij dati, tunc, si census esset personalis, neque iustificaretur ex capite lucri cessantis, aut ex alio simili, iniustus, ac vsurarius esset contractus, iuxta ea, quæ duabus præcedentibus disputationibus de censu personali dicta sunt. Quare ratò erit licitus contractus vitalitij, si sit census personalis.

5 Difficultas † tota huius disputationis est, quomodo taxandū sit pretium iustū vitalitij, vtrum scilicet

Digitized by Google

scilicet attendēdo ad vltimum terminum, ad quē moraliter, ac naturaliter peruenire pōt vita eius, in quam conceditur, & sumēdo dimidium annorum, qui sunt à die, à qua vitalitium incipit vsque ad terminum illum, ita vt pretiū iustum sit, quod in quantitate adæquet pensiones illorum omniū annorum. Vt, si vitalitium sit decem ducatorum quotannis, & is, in cuius vitam conceditur, sit sexagenarius speretur que viuere posse vsque ad annos octoginta, pretium iustum eius vitalitij sint, centum aurei, qui pensiones æquant decem annorum, atq; adeò dimidij latitudinis, quæ est à sexaginta vsque ad octoginta. Et si is, in cuius vitam conceditur, sit quadragenarius, & speretur viuere posse vsque ad annos octoginta, pretium iustum sint ducenti aurei, & ita consequenter.

Atque in partem affirmantem possumus ita argumentari. Quemadmodū sexagenarius peruenire potest ad octogesimum annum, sic potest mori primo anno; & sicut potest peruenire ad septuagesimū quintū annū, ita potest mori sexagesimo quinto anno, & ita consequenter: ergo æqua est conditio, tam ementis, q̄ vendentis, medio illo pretio, ac proinde illud est iustum pretium vitalitij illius; & ita de reliquis, si pretium sit æquale pensionibus dimidij illorum omnium annorum.

In partem verò negantem possum argumentari. Qm̄, si eo modo esset taxandum pretium iustum, sequeretur aliquando tantum, aut plus, debere esse pretium iustum census temporalis, qui cum vita alicuius ita sit finiendus, vt neque capitale restituatur, quantum census omnino perpetui: quod constat esse absurdum. Sequela probat, qm̄ si, qui emit tale vitalitium, sit viginti annorum, victurusq; speretur vsque ad octoginta, pretium erit trecentorum ducatorum, atque adeo ad rationē triginta pro vno, quo pretio, quin & minori, iustè emitur census perpetuus irredimibilis. Qd̄ si pater filio decennario emat idē vitalitiū, pretium iustum erit trecentorū quinquaginta ducatorū, ad rationē triginta quinque pro vno: cū tñ longè minori p̄tio ematur census oīno ppetuus.

Propter hoc f̄m argumentum Medi. q. peniclata, Couar. 3. var. resol. cap. 9. nu. 7. & multi alij, reijciunt regulā illam, quæ certè omnino est reijcienda, si census sit realis: secus autem si sit personalis, & cum hypotheca, nisi ex capite lucri cessātis ei, qui censum emit, aut ex aliquo alio, iustificetur iuxta ea, quæ duabus disputationibus præcedentibus dicta sunt. Quare regulariter non arbitror esse licitum, sed potius vsurarium, vitalitium census personalis, nisi iuxta eā regulam fiat, eaque de causa non esse permittendum; arbitrorque comprehensum esse, in Bulla Pij V. vt in prima illius clausula disputatione sequenti videbimus: tametsi non arbitrer Pium V. in ea bulla loquutum fuisse de vitalitio census realis, quod non erat cur prohiberet, vt suo loco dicemus.

6 Quando autē vitalitium est census realis collocatus in aliquo prædio, aut in reditibus regijs, vel in alia simili re, tūc pretium iustū illius taxādum nō est iuxta illam regulam, sed prudentis arbitrio est constituendum, attenta ætate, complexione, & periculis vitæ eius, pro qua vitalitium emitur, descendendoque de pretio quo in eadem regione iustè emeretur census realis perpetuus æqualis pensionis, quātum par est, vt descēdatur, nō solum attentis illis circumstantijs, sed ēt attēto, q̄ vitalitium ita sit finiendum, vt capitale omnino amittatur, ac maneat ementis illud: quare non solum de pretio cēsus realis irredimibilis est descendendum, sed ēt de pretio redimibilis. Illud verò nō probo, vitalitium pro æquali pretio emi, aut vendi, siue is, ad cuius vitā emitur, adolescens sit, siue senex, & siue sit valetudinarius, siue sanus & robustus: qm̄ eo minus valet, quò mors illius citius merito timeri potest. Standum autē erit, in iudicando pretio iusto vitalitij realis, cōsuetudinis regionis quo ad p̄tium, quo cōiter emi, ac vendi cōsueuit non secus atque stare consueuimus in iudicādo pretio iusto cæterarum rerum; modo tñ nō constet cōiter emi pretio valde diminuto, aut valde excessiuo. Gutier. de pract. qq. lib. 2. in calce. q. 17. ait, pragmatica huius Castellę Regni esse taxatū, vt ad rōnem septē pro vno vitalitiū æstimetur, ac vendatur. Illud admonuerim, in emptione vitalitij locum non habere pactum de retrouendendo, sālt̄ æquali pretio, quo fuit venditum: qm̄ quò plus est transactum de vita, ad quā fuit emptum, pluresque solutæ sunt pensiones, eo minus valet: nisi ergo pactum esset, quòd proportionē aliquā, prudentis arbitrio statuenda, minueretur temporis progressu, quo census esset redimendus, iniquus esset talis contractus.

• Ex eo autem, quòd euenire possit, debitorem census mortem ei desiderare, ad cuius vitam est, concessus, fas non est, quòd improbetur contractus, non solum tanquam iniustus, vt est notissimum, sed neque tanquam illicitus. Tale quippe vitium, non contractus, sed contrahentium esset. Quemadmodum autem ex eo, quòd filij desiderare possint mortem parentibus, vt eis succedant in bonis, non improbatur lex, quæ statuit, vt filij succederent parentibus: sic ex eo capite improbari non debet vitalitij contractus.

## De conditionibus vt census perpetuus cum pacto de retrouendendo sit licitus. Bulla etiam Pij V. quo ad primam clausulam exponitur.

### DISPVTATIO CCCLXXXIX.

#### SVMMARIVM.

1 *Census perpetuus cum pacto de retrouendendo, vt sit licitus, quæ conditiones requirantur.*
2 *Conditiones requisitæ in contractu census redimibilis in extrauagantibus Martini V. & Calixti III. reperiuntur.*
3 *Clausula prima, seu conditio bullæ Pij V. & eius effectus, & declarationes.*
*Et quid de iure Lusitano, & Castellæ, nu. 4.*
5 *Hypotheca in cēsu reali an hēat locū post bul. Pij V.*
6 *Census ante bullā Pij V. creatiqūo iudicandi licitū.*

Censum

CEnsum perpetuum redimibilẽ, seu cũ pacto de retrouendendo, licitum esse, si sit realis, pretiumque sit commensuratum, disputatione 385. est ostensum. Personalẽ verò illicitum ex natura rei esse, ac vsurarium, eo modo, quo celebrari consueuit, atque ex quibus capitibus ex natura rei, seclusoque iure humano, reddi possit licitus, disput. 387. est dictum. Nunc † examinandæ sunt conditiones, quæ ab aliquibus traduntur, vt census cum pacto de retrouendendo sit licitus. Et simul exponenda erit Bulla Pij V. vt intelligatur, in locis, vbi illa fuerit recepta, quæ conditiones sint insuper hodie necessariæ, vt is contractus licitus sit, ac validus. Ex eius verò bullæ expositione res hæc tota de censibus dilucidior reddetur. 1

Miranda in sua conciliorum summa, proximè post concilium Florentinum, prius cõpendio relatis extrauagantibus Martini V. & Calixti III. ex suo subiecit conditiones, sine quibus, ait tolerandã nullo modo esse emptione census cũ pacto de retrouẽdendo: affirmatq; omissionem quarũdam earum, reddere contractum ex natura rei vsurarium. In eadẽ sententia est Nauar. in cõm. c. 1. 14. q. 3. à nu. 72. vsque ad 79. Vterque autem loquutus est ante bullam Pij V. colligerantq; cõditiones illas ex extrauagantibus Martini V. & Calixti III. Tametsi Nauar. postea auxerit commentarios illos, subiecerit quæ expositionem bullæ Pij V. Conditiones verò sunt, quæ sequuntur.

Prima, quòd census collocetur in aliqua, aut in aliquibus rebus determinatis quæ solæ census solutionem maneant obligatæ, & non personæ, nisi ratione rei, neque alia bona personæ.

Secunda, quod census iusto, commensoratoue, pretio ematur.

Tertia, quòd pretium integrè soluatur tempore, quo contractus celebratum.

Quarta, q̃ venditori census facultas in contractu cõcedatur cẽsum in totũ, aut in partẽ, quãdocunque voluerit, pro eodem pretio redimendi.

Quinta, quòd venditor non obligetur ad censum aliquando redimendum, sed liber semper maneat ab obligatione illum redimendi.

Sexta, quod, pereunte re in qua census est collocatus; census pereat omnino emptori ita quòd venditori deinceps, nec censum soluere teneatur, nec reddere pretium.

Septima, quod res, in qua census collocatur, tantum vt minimum reddat quantùs est census soluendus: cò quod, censum collocari in aliqua re, sit emere ius recipiendi de fructibus illius in ipsomet, aut in aliquo illius quo ad valorem equiualenti, tantum vel tantum, pensionis.

Parũ autẽ refert, qd Miranda conditiones has redegerit ad sex: Nauar. verò diuiserit in octo.

Hæ conditiones, præter vltimam, continentur quidem in extrauagantibus Martini V. & Calixti III. non tamen quasi ab eis Summis Pontificibus reprobentur censuales contractus, de quibus in eis extrauagantibus consulti narrantur, & quos in eisdem approbatur propositi referuntur celebrati cum illius conditionibus: quo fit, vt ex illis extrauagantibus minimè colligatur, censuales contractus, qui eis caruerint conditionibus, illiciti esse, vt Nauar. vbi sup. num. 78. confitetur, dictumque à nobis est disputationib. præcedentib. Quare examinandũ restat, an ex natura rei omissio earum reddat contractum illicitum, vel non.

Quia verò posteà Pius V. in bulla de creãdis cẽsibus, ad iniustitias, vsuras q̃ palliationes tollẽdas, atque ad consulendũ animarũ saluti, irritos reddidit contractus censuum redimibilium, qui sine illis, ac alijs, conditionibus post eam bullam celebrarentur, pœnasq; nõ leues statuit, nõ seruantibus, simulq; contractus sine eis conditionibus ante eã bullã celebratos suis naturis reliquit, illos non damnans; idcirco, exponendo cõditiones eius bullæ, examinabimus, quæ earum reddant ex natura rei contractum illicitũ, vt simul totũ hat, ex cõtractib. ante eã bullã sine eis cõditionibus celebratis, itèque ex ijs, qui post eã bullã, vbi illa non est recepta, celebrantur, qui iusti sint, & q̃ iniusti.

## CLAVSVLA PRIMA, Bullæ Pij V.

PRima clausula seu conditio bullæ Pij V. sic habet. *Hac nostra constitutione statuimus, censum seu annuum reditum creari, constitui ve nullo modo posse, nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de sui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit.*

Per hanc † autẽ clausulam coadiuuantibus, quæ in eadẽ bulla sequuntur, excludit censum personalẽ, & approbat solũ realem. Et quamuis instituti huius bullæ potissimum sit loqui de censu cũ pacto de retrouendendo, vt videbimus, atque ex bulla ipsa liquet, de quo etiam solo sermo est in extrauagantibus Martini V. & Calixti III. quiq; magis, quam cæteri, effigiem vsuræ habet; cò q̃ quãdo redimitur, integrum capitale seu pretium, quo fuit emptus, restituatur, emptorque census ob pretium, quo venditor medio illo tempore positus est, lucrum pensionum receptarum consequatur nihilominus censendum est, omnem omnino personalẽ censum per hãc clausulam esse exclusum, siue irredimibilis sit, siue ad certum annorũ numerum rèq; omnes ex natura rei illiciti, atq; vsurarij sint, vt disputationibus præcedẽtibus est ostensum; raroque ex circũstantijs adiũctis iustificentur; aptique sint ad conscientias grauandas, variaque mala inducenda; atque clausula ipsa, vt sonat, omnes comprehendat. 3

Quare etiã vitalitium, quando census est personalis, arbitror esse cõprehẽsum: nisi in eo pretium ita constitueretur, vt æquaret medietatem pensionũ omniũ, quæ petpi sperant, ita vt æqualis spes lucrandi esset ex parte ementis, & vendẽtis, iuxta ea, quæ disputatione præcedente dicta sunt: quo pacto, celebrato eo contractu, nullum esset periculum vsuræ, aut iniustitiæ. Cæterum nõ ita consueuit celebrari, atque adeò prohibitus est censendus eo modo, quo celebrari, consueuit.

Quatenus autem in ea clausula dictum est, *aut quæ pro immobili habeatur*; expressè approbauit Pius V. realẽ censum, qui in iuribus, & reditibus annuis, aut monasterijs collocat, vt in iure gabellarum,

sum, & in alijs reditibus perpetuis in aliqua ciuitate, oppido, sylua, piscatione, macello, aut alia simili re, sitis, & in quibuscunq; alijs: pro rebus.n. immobilibus habentur, & cum eis computantur, vt constat ex clementina, exiui de paradiso. §. cumq; annui reditus, de verb. signific. & ex alijs iuribus, affirmetque cõis doctorum sententia.

Vtrum aũt census vnus collocari possit in alio reali maiori censu. Rñdendum est cum Nauarr. vbi supra nu. 87. non solum in maiori, sed etiam in æquali, posse constitui. Admonuerim tñ, censum, in quo alius põt collocari, debere esse irredimibilem: alioquin, censu redempto, periret census in eo collocatus, aut transiret in personalem, si venditor secundi census teneretur adhuc illum soluere: quod tñ Pius V. hac clausula, & sequentibus, prohibet. Postquã verò census vnus collocatus esset in alio reali irredimibili, vendi primus non posset sine onere alterius census similiter realis in eo collocati: quare nec redimi posset, & aboleri a prędio, in quo esset collocatus: quia semper retinere dẽt onus alterius cẽsus, interim dũ res, in qua primus cẽsus fuit collocatus, salua perstiterit.

Quia verò census, de quo in hac bulla est sermo, perpetuus est, tametsi redimibilis, inde merito effectum est, vt a numero rerũ, in quibus collocari possit, excluſæ sint res oẽs mobiles: eo quòd perpetuæ non sint. Et quãuis aliquæ longissimæ sint durationis, maximiq; valoris, & quasi perpetuæ, vt gẽmæ: quia tñ reditus non habent, ac proinde dñium earum non continet, ius percipiendi ex illis annuum reditum, cuius quasi q̃dã pars esse deberet census realis, q̃ in eis collocaretur inde ẽt effectum est, vt hę quoq; res mobiles, quãtumuis pretiosæ, & diuturnæ a numero rerũ, in quibus census perpetuus collocaretur, sint excluſæ.

Quatenus verò in eadẽ clausula additur: *de sui natura fructifera:* excludit census, qui in re quidẽ immobili collocarentur, sed quę ex sui natura esset infructifera, hoc est, quæ, etiã culta, vel nullos fructus ferret, vel tam modicos, vt p rõne census, qui in ea collocaretur, pensionisve soluẽdæ, sufficientes non essent ad censum ex ea soluendũ, deductis laboribus, & expensis in fructibus colligẽdis. Eiusmodi quippe census simul crearentur cũ hypotheca aliorũ bonorum, atq; obligatione personali, essentq; proinde mixti ex reali & psonali: qđ iure optimo Summis Põtifex excludit. Atque hic sane est legitimus sensus horum verborũ, vt rectè Nauar. in com. c. 1. 14. q. 3. nu. 79. & 85. ait. Neque.n. q̃squã emeret censum merè realem in re, quæ, culta, non tm̃ redderet quanta esset pensio: qm̃ cessione eius rei, liber maneret debitor census a solutione census; atq; id supponit Summus Pontifex. Ne ergo census personales admiscerentur, quos oĩno excludere intendit tamquã vsurarios, & iniquos, apposuit verba illa, quæ sane eum habent sensum, quem tradidimus.

Nõ desinit, q̃ arbitraretur, eis verbis Pium V. intendisse excludere censum eius pensionis, cuius non esset ferax res, in qua census collocaretur, vt censum tot mensurarum vini in olineto, tot modiorũ tritici in vinea. Cæterũ cum ea verba non significent, tẽ debere esse fructiferã eorundẽ fructuũ in specie, qui soluendi sint, sed solum debere in genere esse ex sua natura fructiferam; & census realis in fructibus alterius speciei ab eis, quo res, in qua collocatur, immediatè ferat, licitus ex natura rei sit, & approbatus extrauagantibus Martini V. & Calixti III. vt disput. 385. ostendimus: dicendum proculdubio est, eiusmodi cẽsus ea extrauaganti non excludi. Accedit, constitutionem a iure cõi, & a naturis rerum, exorbitantẽ, extendendam non esse, sed coarctandã potius, quantũ sensus ipsius id patitur; explanatumq; esse longè alium fuisse intẽtum Pij V. illis verbis. Illud obserua, quãuis † Lusitanæ Ordinationes lib. 4. tit. 65. §. vlt. prohibeant dari domos, aut solum eatũ, in emphyteusim sub pensione tritici, vini, olei, aut alterius fructus, solumq; permittãt pensionẽ pecuniariam, aut simul etiam aliquarum aurium, irritumq; reddant contractum emphyteusis aliter circa domos, aut illarum solum, celebratum, non proinde censeri prohibere collocationem cẽsus, panis, vini, aut alterius similis rei, in domibus, aut in earum solis. Quoniam dispositio illa exorbitans est a iure cõi, neque extendenda est ad alium casum: ordinationes verò ibi, solum loquũtur de contractu emphyteutico, non verò de censuali. Memineris hoc loco, disput. 385. dictum esse, in hoc Castellæ Regno non admitti contractum censualem cum pacto de retrouendendo, nisi qui pecuniarius sit, hoc est, cuius pensio in nulla alia re solui possit, nisi in pecunia.

† Ius Lusitanũ.

Ius Castellæ.

Vltima illa clausulæ pars; *& quæ nominatim certis finibus designata sit:* fuit addita ad excludẽdum census, qui sup oĩa bona, tã p̃sentia, quã futura, eius, qui vendit censum, collocant. Tunc.n. bona solum videntur subire rõnem hypothecæ, censusque vr̃ esse personalis, atque census periculum reijcitur in venditorem. Ne ergo locus esset eiusmodi censibus, periculumq; illius ad emptorem spectaret, si pars bonorum, in qua sola census collocaretur, periret (vt inferius in quadam alia clausula subijcitur) voluit Pius V. vt non aliter census collocari posset, q̃ in re certa, & determinata a cuius periculo penderet etiam emptori periculum census. Hoc loco obserua, neq; posse cõstitui censum super aliqua re designata, addendo, & super cæteris rebus vendentis censum, etiam futuris: qm̃ similiter esset reijcere periculum census in venditorem, vt Nauar. in com. citato, nu. 129. & 130. ait. Inde verò census constitutus ante eam bullam non redderetur inualidus, vt Nauar. nu. 130. citato subiungit. Ratio est, qm̃ cum verè esset realis super re illa particulari collocatus, additio collocationis super cæteras res, non esset aliud, q̃ admixtio contractus assecurationis cẽsus realis in re illa cõstituti, q̃ licitus est secluſa bulla Pij V. vt supra dictũ est: modo tñ pretium sit æquale, & cõmensuratum, attenta ea assecuratione. Cum ãt audis, certã, & determinatam rem, intellige, vnã, vel plures, vt bene Nauar. in cõ. c. 1. 14. q. 3. nu. 113. ait. Intentum quippe Summi Pontificis non fuit prohibere, censum vnum collocari super plures res immobiles certas, & determinatas,

Digitized by Google

minatas, quæ solæ essent obligatæ solutioni census, & a quibus solis census penderet, sed solum
5 id quod expositum est. Vtrũ † aũt post hanc Bullam Pij V. locum habeat hypotheca in censu reali. Gutier. 2. de prac. qq. q. 177. affirmanter respõdet. Quod intellige, ad effectum, vt euicta re, in qua collocatus est census, dñs census agat ad interesse aduersus venditorem census, securiusque id obtineat: ad pensiones verò obtinendas, interim dum res censui subiecta salua perseuerat, licèt illicitum non sit exigere aliam hypothecam superfluum tamen est, & nullius emolumenti, cum sufficiat res ipsa in qua census est collocatus.
6 Quod † attinet ad census ante bullã Pij V. sine cõditionibus huius primæ clausulæ creatos; cum ea solum reprobentur census personales, siue cum hypotheca, siue sine illa, sint celebrati, & siue merè personales sint, siue admixti cum realibus collocatis in rebus, quarum reditus ad solutionem census non sufficiant; iudicandum de illis est, licitine, an illiciti sint, ex ijs, quæ à disput. 386. de censibus personalibus dicta sunt.

## Exponuntur quinque clausulę in eadem bulla sequentes.

### DISPVTATIO CCCXC.

### SECVNDA CLAVSVLA. Bullæ Pij V.

Secunda clausula, seu conditio sic hẽt, *Rursum, non nisi verè in pecunia numerata, presentibus testibus, ac notario, & in actu celebrationis instrumenti, non autẽ prius, recepto integro iusto pretio.*

*SVMMARIVM.*

1 *Clausula secunda, seu conditio bullæ Pij V. quid operetur, cum eius declarationibus.*
2 *Censualis contractus quomodo nullus iudicatur ex clausula secunda bullæ Pij V.*
3 *Census ante bullã Pij V. aut vbi recepta nõ est, quomodo validi iudicandi. & nu. 5. 7 9. & 11.*
4 *Clausula tertia bullæ Pij V. & eius effectus, & declarationes.*
*Item clausula quarta, quinta, & sexta, cum earum effectibus, & declarationibus. nu 6. 8. 10.*
*Et quid circa clausulã sextã de iure Castellæ. n. 12.*

1 Clausula † hæc apposita est ad tollendas iniustitias quę sæpe fiunt in contractibus cẽsualibus, dum ementes census, quando conspiciunt vendentes necessitate pecuniæ pressos, eos cogunt, interdum sumere partem pretij in pecunia, & partem in mercibus, quibus non indigent, & quas immoderato pretio eis vendunt: interdum verò sumere in præsenti quandam pretij partem, postea verò eis soluunt reliquũ per partes temporis decursu. Quæ sane duo iniquissima sunt, cum restituendi onera, in primo quidẽ euentu, dãna omnia, quæ vẽditoribus census ex eo sequuntur, qđ maiorem censum ea via illos vendere cogant, quã alioquin pecunia numerata essent vendituri, & quod maiori illo, atq; immoderato pretio cogant eosdem merces illas emere, quas vili reuendant: in secundo verò cum restituẽdi onere id pensionis, quod accipiunt, pro parte pecunię nondum traditæ: neq; enim vlla patitur æquitas, vt ex censu vlla pensio accipiatur, nisi a tempore, quo pretium fuerit pro illa parte census solutum: neq; venditor census illã deberi, ac solui consentit, nisi inuoluntariè mixtè eo modo, quo vsuræ soluuntur; eò q̃ non aliter is, qui censum ita vendit pecuniam, qua indiget, inueniat nisi vendito censu pretio partim credito, vt inter alios rectè Nauar. in comm. c 1. 14. q. 3. nu 78. ait. Apposita etiã vt eadem clausula in reipublicæ bonum, ne propter debita antiqua cogerentur debitores sumere illa ad censum a creditoribus, illisque soluere annuos redditus interim dum non soluitur, atque ad similia alia dãna vitanda, quæ trimũ grauare solent bona aliorũ oneribus censuum, atque in paupertatem illos redigere. Quia ergo clausula hæc apposita est tanq̃ solemnitas, ac forma requisita, ita vt si non seruetur, contractus sit ipso iure nullus, nihil impediẽte, qđ alioquin iustè ex natura fiat, vt ex ijs liquet, quæ Summus Põtifex post has oẽs clausulas, ac conditiones in eadem bulla subiungit, sanè vbi hæc bulla, etiam quo ad hanc clausulã, fuerit vsu recepta, nullus erit contractus tã in exteriori quam in conscientiæ foro, si solemnitas in ea præscripta omissa fuerit, vt quo ad clausulam hanc in particulari inter alios affirmat Lassarte de decim. vend. c. 10. nu. 49.
3 Ex hac † clausula constat, vbi hęc bulla vsu quo ad eam clausulam fuerit recepta, illicitum, nullumq; esse contractum censualẽ, quo q̃s emat annuũ censum realẽ a suo debitore cum pacto de retrouendendo pro pecunia, quã iam ei debet, atque est in mora soluendi esto pretium alioquin sit iustum. Hunc tñ censum ex natura rei, secluso positiuo iure, non arbitror esse damnandum. Constat deinde illicitũ, nullumq; esse contractũ, quo quis rem iustè æstimatã mille, v.g quadringentis aureis, tradat alicui pro censu reali cum pacto de retrouendendo centũ aureorũ quotannis ad rõnem quatuordecim pro vno: aut quo prędiũ iustè vendat mille quadringentis aureis, acceptoq; pretio sexcentorum aureorũ, reliqua parte emat ab emptore eiusdem prędij censum in eo, aut ad alio p̃dio, quinquaginta aureorũ quotannis ad rõnem similiter quatuordecim pro vno, cũ pacto de retrouendendo: eo q̃ emptor prędij nõ habeat integrum pretium, quod statim soluat. Hic tñ cõtractus non est etiã cur dãnetur ex natura rei secluso positiuo iure. Constat item nullũ esse cõtractum, nisi in p̃sentia tabellionis, & testium pretium integrum verè in pecunia numeratum tradatur ipsi venditori census in actu celebrationis, seu confectionis instrumenti contractus, & non prius, vt continent verba clausulæ, quam explanamus.
Tutum autem erit, vt pecunia corã tabellione, & testibus numeretur, & tradatur: quamuis si vere numerata antea sit, atque integra in præsentia tabel-

tabellionis, & test. ũ tradatur, non auderem condẽnare cõtractum, non solum in conscientiæ, sed ẽt in exteriori foro. Qñ aũt solũ pars pretij ostẽderetur, ac traderetur corã tabellione, & testibus cõfitente venditore census, se integrũ pretium recipere, retinente que emptore partẽ aliam, q̃ venditor census ei debebat, id non sufficeret, vt ait Nauar. in comment. citato nu. 88. Si verò integrum pretium traderet, attamen conuentione facta cum venditore census, vt continuò ex illo solueret partem, quam illi debebat, certe non auderẽ id damnare; qm̃ verè emptor cẽsus solueret in pecunia numerata integrum valorem census coram tabellione, & testibus: q̃ autem ea intẽtione, & pacto soluat, vt inde, quod verè debet, eidem emptori censu soluatur, vt venditor reuera tenetur, certè nihil mali, aut fraudis continet.

Illud admonuerim, quamuis solemnitas huius clausulę ex zelo sancto statuta, ac sanctissimo Põtifici Pio V. fuerit suggesta, fortasse expedire, vt aboleretur. Paucissimi enim sunt, q̃ illam seruẽt, etiã vbi bulla illa in multis alijs recipitur, ac seruatur: partim quia ea solemnitas à contrahentib. necessaria esse ignoratur vt validus sit cõtractus; partim verò, q̃a molestissimum illis est, neque sine sumptib. fieri potest, vt pecunia sex, aut octo, mille aureorũ, corã tabellione, & testibus numeretur, aut etiam illis tota in ipsa confectione instrumenti tradatur. Neque ea omnia statuenda sunt, quæ, in se spectata, ad aliquem bonum finẽ iudicantur expedire quando, spectata fragilitate humana, difficilè, & a paucis, implebuntur, occasioque esse possunt illaqueandi cõscientias, & dubitandi, an cõtractus, alioq̃ iustus in se, irriti sint, & nulli, cum onere restituendi, aut cõputandi in pretiũ pensiones acceptas. Præterim cum experientia sit cõpertum occasione solemnitatũ eius bullæ, plurimas ortas esse lites, tam in seculari, q̃ in Ecclesiastico foro, circa multos census bona fide post eam bullã celebratos, atq; in se iustos, vnde sequitur, plurimos, ob ignorantiã tot solemnitatũ, detrimentũ non modicũ in suis bonis pati.

Illud postremò admonuerim, Naua. in cõmẽ. citato n. 88. & dilucidius nu. 121. asseuerare, emptorẽ census iusto pretio, tutũ esse in conscientia, ẽt si neque corã tabellione, aut testibus illud soluerit, neque in pecunia numerata, sed in mercibus, quæ id valebant, aut in recompensationem antiqui debiti. Quod sanè mihi videtur durum: quia non videtur id sonare bulla ipsa, quæ irritũ reddit, ac nullũ contractũ, neque videtur fundari in præsumptione, vt Nauar. n. 88. citato velle videtur. Nisi d cas, ea omnia statuta esse in pœnam, atque adeò locũ nõ habere ante latã sententiam. Aut omissionẽ eã esse leuem, ac proinde, esto ad formã datam pertineat, non vitiare actum, iuxta ea, quæ cum Aluar. Valas. Bar. & alijs, disputatione 218. dicta sunt. Attamen reuera non videtur hæc appellanda, neque in foro exteriori vitiaret contractum: cuius contrarium Nauar. affirmat.

3 Quod † attinet ad cẽsuales contractus ante eã bullã celebratos, aut post illam, vbi non est recepta, aut vbi quo ad eã solẽnitatem nõ est recepta, cõstat validos esse, si non aliũ defectum patiãtur, quã omissionis earũ solemnitatum. Quando aũt pretium non esset iustum, quia non attingeret limites infimi pretij iusti, arbitror in re proposita teneri emptorem ad moderandum censum, ita vt minor pẽsio deinceps soluatur, hoc est, quę equalis iudicetur pro quantitate pretij dati pro censu, & simul teneri emptorem restituere incrementũ maius pensionum, qđ vsq; ad tempus accepit. Neq; est eadẽ ratio hac in parte in censu empto cum pacto de retrouendendo, quæ est in prædijs similiter emptis, vt non eodem modo restitutio fiat excessus pretij, iuxta ea, quæ in calce disputationis 375. dicta sunt. Etenim si prędium, & census in eo collocatus, pereant, in nullo releuatur venditor quo ad partem illam maiori pensionis q̃ illucusq; soluit. Pręterea fructus omnes prędij, præter ius ad partẽ, quod emptor iustè emerit, ad venditorẽ solũ, qui est prædij dominus, toto tempore prętérito spectabant: longè aũt aliter res habet in prędio empto cũ pacto de rettouendendo.

## TERTIA CLAVSVLA.

TErtia sic habet. *Solutiones, quas vulgo anticipatas appellant, fieri, aut in pactam deduci, prohibemus.*

4 Vt hæc † clausula intelligatur, obseruandũ est, Quamuis aliud sit de rebus alijs, quæ cum pacto de rettouendẽdo emuntur, quo ad fructus earũ à tempore emptionis vsque ad tempus redemptionis, vt disp. 374. explanatũ est; in contractu tamẽ censuali, nisi aliud peculiare deductum sit in pactũ, hanc regulam generalem esse seruandã. Si pẽsio annua verbi gratia, constituta sit tot modiorũ tritici, tot mensuratum vini, aut olei, tantæ quãtitatis pecuniæ, aut cuiusuis alterius rei, soluendæ talis die pensionem deberi solum pro rata tẽporis anni elapsi. Vt, si census sit duodecim modiorum tritici soluẽdorum in fine Augũsti, emptusq; fuit census, ac solutum pretiũ illius, quatuor mensib. ante finẽ Augusti aduenientẽ primo fine Augusti, debẽtur solũ quatuor modij, si aũt fuit emptus duob. mensib. ante finem Augusti, debebũtur duo modij, & ita in eadẽ ꝓportione tpis elapsi, modij debebunt. Qđ si cõtractus celebratus sit cũ pacto de rettouẽdẽdo, ac redimatur mẽse vno post finẽ Augusti, debebitur solũ vnus modius, si duobus mensibus post finẽ Augusti, debebuntur duo modij, & ita consequenter pro rata tẽporis elapsi. Ita affirmant Couar. 1. var. res. c. 15. nu. 10. & 11. & multi alijs, quos citat. Ratio est, quoniam, cũ annua pẽsio empta sit soluenda etit pro rata tẽporis anni, in quo census durat: præsertim cũ non maioti tempore vẽditor census potius fuerit ptio. Legalia, quibus Couar. eo. in loco idem confirmat.

Hoc ita constituto, quãuis multi dubitauerint qđ hac clausula Pius V. intẽderit, varijq; varia asseruerit, nõ dubito, appositã fuisse ad ꝓhibẽdũ, ne aliqd amplius pẽsionis accipiatur, aut deducatur in pactũ, quã sit id, qđ ex natura cõtractus debeatur, si absolutè absq; vllo alio pacto celebretur, atque

que

Digitized by Google

que adeò, quã sit, id qđ ꝓ ratione tpris elapsi debeatur: quicquid n. pensionis soluendum insuper deduceretur in pactũ, vtiq; id anticipata solutio pensionis, aut partis pensionis esset. Iuxta hęc ergo, anticipata solutio esset, non solum, si deducatur in pactum, vt in principio emptionis census pensio vna integra soluatur, & deinceps annuæ pensiones integræ soluantur, sed etiam, si census ematur quatuor mensibus ante terminum solutioni præfixum, & deducatur in pactum, vt in primo termino integra pensio soluatur. Deniq; solutio anticipata erit, si quicquam soli statuatur, antequã pro rata temporis elapsi sit debitum: qm̃ propriè dicetur solutio anticipata si ad naturam ipsam contractus, & ad id, quod in eo seruari cõsueuit, spectes.

5 Contractus ante † hanc bullã celebrati aut vbi ea non est recepta, ex defectu huius conditionis iudicandi non sunt iniusti, & multo minus nulli, qm̃ pretium datum pro censu cum eo grauamine latitudinem iusti non egreditur. Cum. n. inter pretium, & mercem inæqualitas non cernatur, sane nõ est cur talis contractus ex natura rei iudicetur iniustus. Si autẽ egrederetur latitudinem iusti quo ad solũ grauamen additum, remittendũ esset grauamen, aut restituendum, si iam esset acceptum.

## QVARTA CLAVSVLA.

QVarta habet. *Conuentiones directè, aut indirectè, obligantes ad casus fortuitos eum, qui alias ex natura contractus non teneatur, nullo modo valere volumus.*

6 Voluerunt † aliqui clausulã hanc intelligendã esse de re, in qua census est collocatus, quasi Summus Põtifex ea annullare intendat pacta apposita; ꝓ si res, in qua census est collocatus, pereat teneatur nihilominus venditor soluere censum; nõ verò esse intelligendam de casu fortuito circa fructus eius rei, quasi intenderit annullare pacta, qđ si fructus aliquo anno casu fortuito pereant, teneatur nihilominus soluere pensionem census. Ducuntur, qm̃, inquiunt, sicut ĩ emphyteuta, interim dũ res emphyteutica salua manet, ex natura contractus soluere tenetur pensionem, nihil impediẽtem, quod fructus illius casu fortuito pereant: ita venditor census soluere tenetur pensionem interim dum res, in qua est collocatus salua manet, esto fructus illius casu fortuito pereant.

Cõtrariũ tñ est proculdubio affirmãdũ. Tũ qa inferius subijcit Summus Põtifex peculiarẽ clausulã, qua annullat pacta, quib. debitor census obligatur ad casus fortuitos circa rem, in qua census collocatur, ad ꝓ sane nõ apponeret hanc etiã aliã peculiarem clausulam. Tum etiã qm̃ falsum est de natura realis census, quem solum Pius V. in hac bulla approbat, esse, pereuntib. fructib. casu fortuito aliquo anno, teneri nihilominus census debitorem ad pẽsionis solutionem. Cum. n. emptio census merè realis, nõ aliud sit, quam emptio iuris ad recipiendum partem fructuum, quos res censui subiecta quotannis reddiderit, idq;, vel in ipsismet fructibus; vel in aliquo æquiualenti; vtiq; pereunte re casu fortuito, debitor census ex natura contractus deinceps non tenetur ad solutionem census: ita, pereuntibus fructib. casu fortuito aliquo anno, non tenetur ex natura contractus ad solutionem pensionis eo anno, sed satis erit, si emptori census relinquat, si quos fructus eo anno res tulerit, deductis inde expensis, & industria: eo qđ hæ non sint fructus, sed expensæ domini prædij. Quare, si census in domo aliqua sit collocatus: eaq; ob pestem, aut bellũ, habitari non possit aliquo anno, nulla pensio eo anno debitur ex tali censu. Duo hoc loco obserua. Vnum est. In fructib. rei, in qua census est collocatus, emptorem cẽsus ex natura censualis contractus esse prẽferendum dño rei illius, ita qđ primum ꝙ ex fructib. est detrahendum, est pensio, & solum, ꝙ remanserit, pertinet ad dñium rei, quæ eos fructus affert. Secũda est. Eo ipso, ꝙ Pius V. circa fructuum defectum solum irritauit pactum, qm̃ fructus ob casum fortuitum deficiunt, tacitè approbasse pacta, qm̃ ex alijs capitibus deficiunt, nempè ex negligentia debitoris census, vel quia melius ipsi erat cessare vno anno a cultura agri, in quo census est collocatus, vt alio vberiores frũctus redderet, vel alia simili de cã. Immò verò eiusmodi pacta ex natura contractus cẽsualis intelliguntur, esto ĩ eo nõ exprimãtur.

7 Quod † attinet ad census ante hanc bullam creatos cum pactis in hac clausula redditis nullis, aut post hanc bullam, vbi non est recepta, dicendum est. Si pretium datum non egrediatur limites iusti comparatione census cum eo onere, non esse cur ex natura rei damnetur, vt disputatione 385. ostensum est, ac proinde licitos esse iudicandos. Si verò pretium datum limites iusti ob defectum egrediatur, habita ratione eius oneris, tunc tenebitur emptor census restituere, quod de pretio vsque ad latitudinem iusti, ob id onus, deest.

## QVINTA CLAVSVLA.

QVinta clausula ita habet. *Quemadmodũ nec volumus valere pactũ auferens, aut restringens facultatẽ alienãdi rẽ censui suppositã. Quia volumus rẽ ipsam semper, & liberè, ac sine solutione laudemij, seu quinquagesimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter viuos, quã in ultima uoluntate alienari. Vbi autẽ uendenda sit, uolumus dominũ cẽsus alijs omnibus præferri, eiq; denũciari cõditiones, quibus uendenda sit, & per mensem expectari.*

Decis.

8 Clausula † hæc apposita fuit, qm̃, cum ex censuali cõtractu, nec vtile, nec directum dominium rei in qua census collocatur, ad emptorem census spectet, vt ex dictis præcedentibus disputationibus liquidò constat, sed solum ius accipiendi de fructibus illius pensionem, sane, ex natura contractus censualis, integrum debitori census est, alienare quocumq; titulo, cuicumque, & quandocumq; voluerit, rem in qua census est collocatus sicut integrum cuicunq; alteri est, alienare suum prædium, cui libuerit, nihil impediente, qđ quidam alius seruitutis in eo habeat; quoniam integrum

integrum tertio illi suum ius manet. Longe verò maiori cum rõne integrũ est debitori census alienare rem eandẽ, quin ex pretio soluere teneatur laudemium dño census, vt soluere illum teneatur emphyteuta proprietario in recognitionem dñij directi, si ius suum emphyteuticum, quod in re proprietarij habet, alteri vendat, vt suo loco inferius dicetur. Quia ergo ementes census, cernẽtes venditores eorum necessitate pecuniæ præssos, sæpe non solum extra id, quod natura censualis cõtractus habet, sed etiam aliqñ iniustè, habita ratione pretij, eis iniungebant onus, non alienandi rem, in qua census collocabatur, sine ipsorũ ementium facultate, & quod, si de ipsorum facultate eã alienarent, tenerẽtur soluere eis laudemium, hoc est, partem pretij aliquotam, puta quinquagesimam, trigesimam, aut aliã similẽ, eo modo, quo emphyteuta laudemium soluere tenetur, ad cẽsualem contractum intrà suos limites continẽdum, atq; ad occurrendum conscientiarum periculis, hãc clausula Pius V. rem eum reddit omne pactũ auferens, aut restringens, ptãtem, quocunq; titũlo alienandi rem censui subiectam, aut obligationem imponens soluendi laudemiũ ex pretio pro ea accepto. Tametsi, qñ res, secluso censuali contractu, obnoxia erat, vt, si venderetur, solueretur ex pretio laudemium, id non prohibeat hoc loco Pius V. vt Naua. in comm. cit. ato. nu. 93. notauit, atque ex sociatorum iis sum. Cæterum Pius V. in recompẽsationem aptullationis horum pactorum, & vt citius census extingueretur, vẽditori census iniunxit onus, quod, si rem censui subiectã vendere, veller, tenerẽtur denunciare id dño census, vt, si is pretio eodem, atque dum eisdem conditionibus emere eã velit, præferatur cæteris emptoribus. Præterea venditori census iniunxit, vt ãte denunciationis, atque significationis pretij, & conditionum, cum quibus rem vendebat, factę dño census, teneretur expectare per mensem, an illam veller. Quòd si debitor censuũ rẽ alteri vendat non admonito dño census, arbitror non incidere in commissum, quasi rem amittat dño census; quemadmodum emphyteuta in commissum incidit, si rem emphyteuticam vendat, nõ admonito proprietario. Ratio differentiæ est, qm̃, neq; in bulla hac, neque alibi, apponitur ea pœna venditori census, sicut in iure apposita est emphyteutæ: pœnæ autem extendendæ non sunt extra casum, in quo a iure suot impositæ. Vtrum autem, si debitor census rem censui subiectã post hanc bullam vendat, ac tradat alicui, non requisito prius dño census, vendõ valida sit, disp. 377. discussum hoc fuit, dictumq; est, grauamen, vt debitor cẽsus admonere, præferreq; teneatur dominum census cæteris emptoribus, illumq; expectare per mensem a puncto admonitionis esse maximum, neq; tenere principes seculares illud admittere in suis Regnis, eo quod natura contractus censualis, qui merè secularis est, id non efflagitet, neque illo periculi animarum obuietur. Nauar. in comm. c. 1. 14. q. 3. nu. 92. ait, iustè potuisse omitti, introducereq; illud, esse efficere, de contractu censuali, contractum emphyteuticum.

Non defuit, q affirmaret, nihil impedire hac quinta clausula, licitũ esse apponere pactũ, quod res vendi non possit alicui potentiori. Ducitur, qñ emphyteuta vendere nõ pótius suum emphyteuticum alicui potentiori, vel ex priuilegijs, vt sunt monasteria, & ecclesiastici, vel ex alijs capitibus vt sunt potentiores seculares; à quibus difficilius recuperabitur pẽsio, vt suo loco dicetur. Contrarium tũ arbitror esse dicendum. Qm̃ ius cẽsuale, neque ex natura rei, neque ex dispõne iuris humani, hẽt, q res censui supposita non possit vẽdi, aut quouis alio titulo transire in potentiorem sine consensu dñi census: sicut neque quodcunque aliud ius in re, vt seruitutis, aut quoduis aliud, habet, quod res, in qua est collocatum, transire non possit in potentiorem sine consensu habentis id ius. Quòd si proprietarius ex dispõne iuris humani comparatione rei, in qua alius habet ius emphyteuticum, id habet, sane idcirco est, qm̃ proprietas est præcipuum, quod est in ea re: si autem ius emphyteuticum in potentiorem transiret, periclitaretur, non sola pensio, sed etiam proprietas, quę longè præstantior est. Porrò, si censuale ius, neq; ex ipsa rei natura, neque ex iuris dispositione, habet, q res censui supposita transire non possit in potentiorem sine consensu dñi census, certè negari non potest, tale pactum appositum restringere facultatem alienandi eam rem, ac proinde prohibitum esse hac quinta clausula.

9 Quod ad census † antea creatos ante hãc bullã, aut vbi illa non est recepta, cũ pactis hac clausula tertiis, Ioan. Med. q. vlt. de vsur. merito affirmat, improbandos non esse, mó pretium sit commensuratum censui cum eiusmodi grauaminib. Rectè verò obtinuit eo plus valere censum, quò vel ex professionibus, in quibus collocatur, vel ex grauaminibus appositis, tutior redditur, item in spem recipiẽdi laudemium, eo maiori pretio esse dignam, quò maius laudemium, & pluries, speratur recipiendum, iuxta maiorem valorem rei, & maiorem aptitudinem, ac verisimilitudinem, vt pluries vendatur. Atque ad hæc oĩa, & ad alias similes circumstantias est attendendum, ac iudicãdum, an contractus ex parte pretij iustus sit, vel iniustus, atque adeo ad iudicandũ, an emptor census restituere teneatur, quod de pretio defuerit vsque ad limites iusti, vel remittere grauamina. Sotus 6. de iust. q. 5. art. 2. ad 5ũm, in re non vt dissentire à Io. Med. ait tamen grauamina hæc videri iniqua: intelligo, nisi pretio iusto compẽsentur, vt frequenter compensari non solent.

## SEXTA CLAVSVLA.

SExta hẽt. *Pacta cõtinẽtia, morosũ cẽsus debitorẽ teneri ad interesse lucri cessantis, vel ad cãbiũ, seu certas expẽsas, aut certa salaria, aut ad salaria, seu expensas, medio iuto creditoris liquidandas, aut rẽ censui subiectã, sine aliquã eius partẽ, amittere, aut aliud ius ex eodẽ contractu, siue aliũ de nouo acquisitũ, perdere, aut in aliquã pœnã cadere, ex toto irrita sint, & nulla. Immò & censũ augeri, et nouum exigi super eadẽ, vel alia re, in fauorẽ eiusdem, aut personæ per eum suppositæ, pro censibus tẽporis vel præteriti, vel futuri, oĩno prohibemus.*

Nam quemadmodũ, si emphyteuta per duos, aut tres annos non soluat pensione, incidit in cõmissum, amittitq; rem emphyteuticã proprietatic, vt suo loco dicetur, si debitor census, si pensiones non soluat, in cõmissum incidit: & nihilominus extra id, quod natura censualis cõtractus postulat, empto es censuum grauamen incidẽdi in commissum, si pensiones non soluerent, & quędã alia imponebant emptoribus censuum, idq; sæpe iniustè. Hac† ergo clausula Pius V. irrita reddit pacta, quibus ob non solutam pensionẽ, vẽditor census obligabatur ad interesse lucri cessantis, vel ad cambium pro illa pensione non soluta, vel ad certas expensas, aut ad certa salaria pro recuperãda pensione, vel ad salaria, aut expensas, quas creditor in ea recuperanda fecisse iurauerit, vel ad amissionem rei, in qua census collocatur, aut partis illius, vel ad amissionẽ alicuius iuris vñcumq; acquisiti, vel deniq; ad quãcumq; aliam pœnam.

Circa hæc obserua, Summum Pontificem nõ prohibere exigere expensas rationabiles, ac moderatas, quas dñs census ob moram debitoris fecerit in exigenda, & recuperanda pensione. Atque, vt summatim dicam, non prohibere exigere ab illo quid, secluso quocunque pacto, licitè exigere poterat; sed solum vetare exigere quippiam aliud virtute pacti contractui censuali additi.

Circa interesse lucri cessantis obserua, nõ prohibere interesse lucri cessantis intrinsecum ex nõ soluta pensione, vt si pensio soluenda erat in tritico tpe, quo mẽsura valebat duos aureos, & dñs census venditurus illã erat statim, aut si illa excusare debebat emptionẽ alterius illo eodẽ pretio, posteaq; soluatur pensio tpe, quo solũ valet dimidium aurei, non prohibet exigere lucrũ illud cessans: qm̃ illud ex natura rei debetur secluso quocunque alio pacto addito censuali cõtractui. Solum ergo prohibet accipere lucrũ cessans extrinsecum rei soluendæ, vt si dñs census mercator erat, & quod pensio tpe debito non fuerit soluta, lucrũ ei cessauit ex mercatura: tale quippe lucrũ extrinsecum dr rei illi, vt disput. 368. concl. 3. & 5. explanatum est. Itaque cum censualis contractus pars subiecta emptioni, & venditioni sit: solutio verò pensionis sit quasi partialis quædã traditio meteis emptæ, atque ex eo, q venditor in mora soluendi mercẽ sit, solũ teneat ad interesse intrinsecũ merci, & non ad extrinsecũ, disponente id ita iure ciuili. l. si sterilis. §. cum per venditorem. ff. de actionib. emp. & alijs iuribus, quæ disputatione creata retulimus; consequens profecto est, vt ex natura censualis contractus, non debeat lucrum cessans extrinsecum, atque adeò, vt debeatur, necesse esse adhiberi peculiare aliud pactum: quod Pius V. hoc loco nullum reddit.

In secunda parte eiusdem clausulæ Sũmus Põtifex prohibet censum creari super eandẽ rem, aut super quamcumq; aliam, tam in fauorem dñi census, quam cuiuscumq; alterius, ex pensionibus nõ solutis in præteritũ, aut ẽt ex soluendis in futurum. Ne videlicet, per censuum incrementa ex pensionibus censualibus, in paupertatem redigãtur census debitores, bonaq; sua amittãt, sicut ex vsuratum vsuris, atq; ex recambijs, consueuerũt redigi in paupertatem. Hæc tamen pars clausulæ in secunda clausula supra proposita continetur: neque.n. emptio talis census esset in pecunia numerata coram testibus & tabellione soluta.

11 Quod † attinet ad cõtractus cẽsuales ante hãc bullã celebratos, aut post illã, vbi nõ est recepta, dicendũ est. Nõ esse cur dãnetur, apponi in eis pacta, quæ conuentionales pœnas cõtineãt, si pensiones tpe constituto non soluant: mõ in pœnæ moderatæ, pro qualitate culpæ, sint, nec exigantur, si nulla culpa interueniat: & modo reliqua seruentur, q̃ disp. 317. iuncta disp. 97. dicta sunt debere seruari, vt pœna conuentionalis licitè, ac iustè exigi possit. Neque n. vlla est ratio, cur potius hęc pacta ex natura rei apponi non possint moroso debitori pensionis census, q̃ cuicunq; alteri debitori ex quouis alio contractu: consentiumque Cõrad. de contract. q. 85. Ioã. Med. de vsur. q. vlt. de censib. Sotus 6. de iust. q. 5. art. 2 ad 2. Nauarr. in commen. c. 1. 14. q. 3. nu. 110. & doctores cõtem. Meritò tñ à Pio V. prohibita eiusmodi pacta in hoc cõtractu sunt pp excessiuas pœnas, q̃ a multis in eo imponebantur, & iniustitias, quæ fiebant. Ac sanè imponere pœnã amissionis rei censui subiectæ, si pensio biennio, aut triẽnio nõ soluatur excessiua, atq; iniusta pœna est, qñ res censui subiecta multo maioris valoris est, q̃ census; nihil

12 † impediente, q in hoc Regno l. 68. Tau. ea pœ- Ius Ca
na approbetur, adiudicatiq. in exteriori foro dño stellæ.
census, præcipiatur, quam proinde legem Med. loco citato, & alij, iniustã merito censent, minimèque in conscię foro seruandam. Et Cou. 3. var. resol. c. 7 nu. 1. Alua. Valas. de iure emphyt. q. 32. nu. 31. Gutier. de iuso confin. part 1. c. 31. nu. 10. & lib. 2. de pract. qq. q. 168. & alij, quos citant, asseuerant, legem illam in praxi quo ad eam pœnã non esse receptã, nisi qñ census est reseruatiuus. Sicut.n. in emphyteusi ea pœna idcirco locum habet, quod cùm proprietarius rem emphyteutę tradat quo ad dñium vtile, licitè potest non aliter velle illud ei concedere, nisi sub conditione, q, si intra biennium, aut triennium, pensionẽ non soluat, incidat in cõmissum, dñiumq; illud vtile ad proprietarium reuertatur: ita cum in censu reseruatiuo, qui rẽ alteri in censum tradit, eam illi cõcedat quo ad vtile, & directum dñium simul, licitè poterit non aliter illi vtrumq; dñiũ velle concedere quam sub conditione, quod si intra biennium aut triennium, possessionẽ non soluat, vtrũq; dñium ad ipsum reuertatur. In censu autem consignatiuo, de quo loquimur, & de quo l. 68. Tau. est sermo, non eadem est ratio, vt Nau. nu. 110. citato etiam ait. Qm̃ qui censum alteri cõcedit, neque vtile, neque directum dñium accipit ab emptore census, sed solum pro pretio cõcedit emptori censum, hoc est, ius accipiendi quotannis certã annuam pensionem ex ea re, non est aũt æquum, tantam pœnam illi statui, quanta est, quod si pensionem intra biennium, aut triennium, nõ soluat amittat vtile, & directum dominium rei suę propriè, quæ longè plus valeat, quam census.

Qd attinet ad alia pacta hac clausula

reddi-

reddita, nempe, quod ex pensionibus, tamquam ex pretio, augeatur census, aut creetur alius de nouo, aut quod, non soluens censum, teneatur ad lucrum cessans, non video illa ex natura rei esse iniusta, si inter pretium, & censum cum his grauaminibus, æqualitas cernatur. Quare condemnare non auderem censum ante eam bullam creatum cum his grauaminibus, aut creatum post illã, vbi ea non sit recepta. Tametsi merito ea grauamina nulla sint reddita, ob incommoda, & mala, quæ ex illis nata sunt sequi.

## Quinque sequentes clausulæ exponuntur. Et num census reales sine pacto de retrouendendo, in ea comprehendantur.

### DISPVTATIO CCCXCI.

### CLAVSVLA SEPTIMA.

SEptima clausula sic habet. *Sicut etiam annullamus pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem alias de iure ex natura contractus non expectarent.*

*SVMMARIVM.*

1 *Clausula septima, seu conditio bullæ Pij V. & eius effectus, & declarationes.*
*Item octaua, & nona. nu. 3. & 5.*
2 *Census creati ante clausulam septimã bullæ Pij V. vel vbi non est recepta, quo validi, & n. 4. 6. 8.*
*Et quid de iure Castellæ, nu. 7.*
9 *Census omnes reales irredimibiles an censeantur sublati per clausulam nouam bullæ Pij V. & solum redimibiles sint admissi.*
10 *Census reales irredimibiles quare semper in Ecclesia iusti sunt iudicati a viris doctis.*
11 *Clausula seu conditio decima, & eius effectus, & declarationes bullæ Pij V.*
*Item clausula vndecima nu. 13.*
12 *Census debitor ad quid censeatur teneri per clausulam decimam bullæ Pij V.*

NAuar. in com. c. 1. 14. q. 3. nu. 94. exemplum ponit, vt si emptor census in pactum deducat, & venditor recipere teneatur hospitio familia
1 res emptoris census. Obserua † tamen, soluere ex re, in qua census collocatur, ea tributa quæ imponuntur pro ratione bonorum cuiusque, aut pro quantitate reddituum prædiorum, ex quibus tributa exiguntur, partim spectare ad dominum prædij, & partim ad dñm census, pro quantitate iuris, & ad fructus eius prædij hẽt. In hac ergo clausula Pius V. irrita reddit pacta, quibus hęc, & his similia onera, quæ ex parte ad dñm cẽsus spectãt, reijciuntur in census debitorem. Non tamen hac clausula prohibuit accipere fideiussores, & res, in qua census collocatur, sit venditoris census, aut & pensio debito soluetur tpe, vt quidem sunt arbitrati. Neque. n. id inualidum, aut illicitũ est post hanc bullam, vt supra dictum est. Tametsi illicitum, atque irritum sit, fideiussores accipere, quod si res censui subiecta perierit, solueretur census: sicut ẽt illicitum, atque irritum est id exigere à vẽditore census.

2 Quod ad † census attinet ante hanc bullã, aut vbi illa nõ est recepta, creatos cũ pactis hac clausula redditis nullis, dicendum est. Si pretium limites iusti non egrediatur, comparatione census cũ his grauaminibus, non esse cur damnentur. Si autem pretium ad limites iusti non pertingat, obligationem esse reducendi pretium vsque ad limites iusti, vel remittendi grauamina.

### CLAVSVLA OCTAVA.

OCtaua habet. *Postremò census in futurum creandos, re in totum, vel pro parte, perẽpta, aut infructuosa in totum, vel pro parte, effecta, volumus ad ratam perire.*

3 Hac † clausula Pius V. statuit, in censibus post hanc bullã creandis, pereunte re tota, in qua census est collocatus, aut infructuosa in totum reddita, perire totum censum: pereunte verò eadem re parte, aut reddita omnino infructuosa in parte, vt quia dimidiũ, tertia, quarta aut alia pars, periuit, aut omnino infructuosa reddita est, perire cẽsum in eadem proportionali parte, hoc est, in dimidio, tertia, quarta, aut in alia simili etiam parte. Quo loco obserua, non ex eo tem dici redditam infructuosam, quod duobus, tribus, aut plurib. annis, fructus non ferat, sed ex eo, quod impotens facta sit ad fructus in futurum reddendos: vt quia prædium, non ad tps vi tempestatis, sed simpliciter, atque absque speremedij, a mari occupatum est, aut qa fluuius cursum suũ mutauit, alueumq; per eũ aliũ locum fecit: vel quia domus, in qua cẽsus erat collocatus, corruit, tota, aut exusta est. Obserua deinde, longè diuersa esse, rem, in qua census est collocatus, pp sterilitatem, aut alium casum fortuitum, non producere fructus consuetos, sed longè pauciores, & eandem rẽm parte perire, aut infructuosam reddi. In priori. n. eventu, integra pensio debetur ex ijs fructibus, si ad id sufficiant, etiam si nihil omnino prædij remaneat, vt disputatione precedente in quarta clausula dictum est: in posteriori verò, solũ debetur pensio pro rata eius, quod ex re, in qua census est collocatus, remanet, vt in hac clausula habetur, estq; hoc verum, esto quod remanet ex re cẽsui subiecta, longè plures fructus ferat, quam qui ad pensionem integram soluendam sufficiant. Ratio diuersitatis est, qm̃ census est ius in re censui subiecta, atq; realis obligationis totius illius rei ad pensionẽ eruendam primo ex fructibus, quos tulerit siue tota colatur, ac fructificet, siue pars: qa tũ obligatio illa extensa est in tota, ita qđ tota est in re tota, & pars in parte, inde efficitur, & pereunte parte rei illius, aut omnino infructuosa reddita, pereat ẽt pars obligationis illius, atque adeò iuris ad pensionem, vna cũ subiecto, in quo obligatio illa erat: quamdiu verò res integra manet, pensio integra debetur, siue res secundum se totam fructificet, siue secundum partem, & siue debilior ad fructificandum sit reddita, siue potentior, siue in eodem statu permaneat. Itaque, quia census extensus est in re in qua census est collocatus, pereunte parte rei, periit pars cẽsus: interim verò dum integra manet,

totus persistit, ac debetur. Hinc constat, quantum est ex natura rei diuisa te censuali in plures hæredes, aut emptores, singulos solum debere cēsum, contribuereq; teneri ad solutionem illius, pro rata partis rei, quam possident: quod aūt dñs cēsus agere possit ad integrū censum aduersus singulos eorum, ortū habuit, qm̄ nullus emere censum vellet, nisi cū eo grauamine, vsuq; obtinuit (nullo iure hactenus refragante) vt contractus cū eo grauamine, & priuilegio ementis censum, censeretur celebrari, vt disp. 385 dictum est.

4 Quod † attinet ad census creates ante hāc bullam, aut vbi illa non est recepta, dicendum est. Si simpliciter collocati sint in aliqua re, nullo addito pacto, q̄ pereunte re, aut parte illius, teneatur, nihilominus debitor census ad integram pensionem, habere l. cū, q̄ in hac clausula disponuntur, sine census redimibilis sit, siue irredimibilis. Rō est, qm̄ dispositio huius clausulæ naturæ census realis mutatur, vt explanatū est, q̄n nullū aliud pactum illi additur. Quo ad census aūt, qui in posterum creabūtur, irrita censetur Pius V. hac clausula reddere pacta, quæ aliquid in contrariū addi dicunt. Si autem census ita collocati sint, in aliqua re, vt additum sit pactum, quod pereunte re, adhuc debitor census ad integram pensionem teneatur; sanè, cum eiusmodi pactum non aliud sit, quam contractus assecurationis rei, permixtus cū contractu censuali, qui assecurationis contractus ex natura rei validus est, & licitus, modo pretiū, quod pro censu cum eo grauamine est datum, æquale, ac commensuratum vtrique rei sit, dicendum est, iustum esse contractum, si pretium ad limites iusti peruenit, vt disp. 389. in prima clausula dictum, ostensumq; est: iniustum verò esse, cū onere augendi pretium vsque ad limites iusti, aut remittendi grauamen, si ad limites iusti non peruenit. Atque esse posse validū, & iustū ex natura rei, aperte innuit Pius V. dū clausulā hāc expresse adiecit ad census post hanc bullam creandos.

## CLAVSVLA NONA.

NAm habet. *Volumus etiam posse pro eodem pretio extingui non obstante longissimi etiā temporis, ac immemorabilis, immò centum, & plurium annorum præscriptione, non obstantibus aliquibus pactis directè, aut indirectè, talem facultatem auferentibus, quibuscunque uerbis, aut clausulis concepta sint.*

5 Hac † clausula, iuncta sequēti, statuit Pius V. censum redimi semper posse pro eodē pretio. Neque præscriptionem cuiuscunq; rei, in quo cēsus non sit redēptus, posse id impedire. Neq; nē posse impediri quocunq; pacto quibuscunq; verbis contractui censuali appositio. Prima pars appositæ est ad irritum reddendum pactū, quod census maiori redimatur pretio quā fuerit emptus. Secda ad excludendam eorum sōiam, qui asserebant, ius ad redimendum, quod ex pacto de retrouendēdo oritur, præscribi triginta annorum spatio, cuius contrarium disputa. 374. ostendimus esse verum, atque affirmat Cou. 1. var. rel. c. 9. peculiariter in censu, vbi rem hanc latè disput. Tertia verò pars appositæ est ad reddenda irrita pacta, quibus tollitur, vel restringitur facultas redimendi censum. Quo fit, vt census post hanc bullam creati, vbi illa recepta sit, redimi quocumque tempore possint, absque vlla restrictione.

6 Quod ad † contractus attinet ante hāc bullam aut post illam, vbi recepta non est, creatus cū pacto quod vltra tm̄ tps redimi non possint, vt vltra quadriennū, aut septennium, vel q̄ intra tm̄ tps redimi nō possint, & postea possint. Quidā, quos Couar. 3. var. rel. c. 8. nu. 7. & 8. refert, ac sequitur, peculiariter improbant in censu omne aliud pactū de retrouendendo p̄ter illud, quo vendenti censum plena, ac perfecta facultas relinquit redimēdi cēsū, q̄ncunq; voluerit absq; vlla restrictione, tam a parte ante, quā à parte potest. Addit Couar. in Granatensi prætorio sæpius pronūciatam esse sententiam, omnem talem restrictionem in eo contractu adhibitam, pro non apposita esse habendam, maneréque venditori census liberam facultatem redimendi semper censum, non secus ac si ea restrictio apposita non fuisset.

Ducūtur hi autores, Primò, quoniam emptio censuum de se est odiosa, maioremq; similitudinem habet cum mutuo vsurario, quam emptio cuiuscunque alterius rei.

Secdo, qm̄ Martinus V. in extraua g. 1. & Calixtus III. in extraua. 2. de empt. & vend. inter cōes, quibus census cum pacto de retrouendendo approbarunt solum faciunt mentionem, solumque approbant census, cum libero pacto eos redimendi quandocunque libuerit sine vlla restrictione.

Arbitror tamen dicendum esse cum Conr. de contract. q. 83. & 84. Med. de vsur. q. vlt. & Soto 6. de iust. q. 5. art. 3. ea pacta ex natura rei nō esse illicita si censui apponantur; modo ita, quo plus restringitur libertas redemptionis, eo plus emptor cēsus accrescat in pretio: quatenus, quo plus periculi imminet, ne census in irredimibilem euadat, eo plus valet census: quandoquidem census irredimibilis longè maioris est pretij, quam redimibilis. Neq; hoc alia indiget probatione, quàm quod in eo nulla inæqualitas cernitur inter pretium, & id, quod emitur cum eiusmodi onere, cū quo emitur. Merito tamen, propter pericula palliandi ea via vsuras, committendique iniustitiā, irrita reddi possunt, ac debent, eiusmodi pacta positiuo iure. Dubiū

Ad primam ergo contrariæ opinionis dicēdū est, quāuis materia odiosa, & periculosa sit, si tā debitæ seruent circūstantiæ in appositione earū restrictionum pacto de retrouendendo, nullā esse rationem cur ex sola natura rei damnentur.

Ad secdm dicendū est, quamuis in eis extrauagantib. solum fiat mētio de censib. cum cīmoda libertate eos redimendi q̄ncunque libuerit, non propterea damnari cæteros census, de quibus in eis mentio non fit, neq; illos approbando, neque damnando. Neque Pius V. in hac bulla eiusmodi census, ante eam celebratos, damnat.

7 Illud † obserua, cū in hoc Regno census redimibiles sine illa restrictione nō possint iustè emi minori;

Digitized by Google

minori pretio, quàm ad rationem quatuordecim pro vno, iniustam in eo esse emptionem corundē censuum cum restrictione facultatis ad redimendum pro eodem pretio, ac proinde merito in tribunalibus huius Regni pronunciari nulla pacta restringentia facultatem eos redimendi, si census solum sint empti ad rationem quatuordecim pro vno, vt communiter consueuerunt.

8 Quæ ad † contractus ante hanc bullam, aut vbi illa non est recepta, celebratos cum pacto, vt census maiori pretio redimatur, quam fuerit emptus, dicendū est. Quamuis pretium census redimibilis in indiuisibili non consistat, vbi lege non est taxatum, ac proinde facile damnanda non sint pretia censuum in diuersis regionibus, aut in eadem diuersis temporibus, quando taxa lege publica nō est posita, si sint ad rationem quatuordecim, sexdecim, duodecim, aut decē, pro vno, aut alijs intermedijs pretijs, modo tñ commune pretiū id tunc sit in ea regione: id quod vel inde confirmari potest, q̄ Martinus V. commemorantis in extrauagāti citata maioribus alijs pretijs, non damnat tamquam iniustum, immo verò vt iustū approbare videtur pretium ad rationem decem pro vno in regione aliqua consuetum: quamuis itē negādū non sit cum Medi. q. citata de rigore scholastico non minus in censu licitum ex natura rei pactum de illo redimēdo maiori pretio, quādo verisimile est tpe redemptionis plus valiturum, quā sit licitum in alijs rebus, in quibus disp. 376. licitū esse ostendimus, qñ tpe redemptionis sperantur plus valiturę; nihilominus, quia rarissimè sperandū est, censum plus valiturum in eadē regione tempore redemptionis, quā tpe emptionis, atq; tes ex se speciem mali, & vsuræ habet, regulariterq; in ea vsura reperiuntur, proculdubio simpliciter est id damnandū, meritoq; iritum reddiū fuit à Pio V. tale pactum; seclusaque bulla Pij V. tamquam vsurarium esset condemnandū, tam ab ecclesiasticis, q̄ à secularibus iudicibus. Non tam ergo ex extrauaganti Martini V. damnādum est tale pactum, vt Couar. 3. var. rel. c. 9. ad finē nu. 4. vult, q̄ ex natura ipsa rei, ac dispositione huius clausulæ Pij V.

9 Dubiū † est hoc loco, vtrū Pius V. hac clausula auferre à Rebuspublicis Christianis intenderit census omnes reales irredimibiles, statuereque, vt in posterum soli redimibiles crearentur.

Pars quę affirmat, suaderi potest. Tum quia de censu indistinctè, atque vniuersim, loquutus est tota hac bulla: quare dispositio huius clausulæ, & totius bullæ, ēt ad irredimibiles sese extendit. Tū vel maxime, qm̄ hæc, & præcedens clausula, vno orationis ductu prolatæ sunt, adeò vt potius vna clausula, quā duę videātur: si ad cōnexionē verborum in bulla Pij V. attendas: nos vero, vt dilucidiorē doctrinā traderemus, eā diuisimus in duas, auferentes à prima clausula verba hæc; *non solum*; & in principio secundæ loco dictionis, *sed*, repetentes verbum, *volumus*. Vnde verba Pij V. sic habent. *Postremo census omne in futurum creandos, non solum re in totum, vel in parte, perempta, &c. sed ēt posse pro eodē pretio extingui, &c.* Vbi vides de omnibus vniuersim censibus in futurū creandis voluisse, & posse redimi pro eodem pretio, quo emerentur ac proinde creari in posterum, non posse censum irredimibilem.

Pars tñ, quæ negat, est proculdubio asserenda, quam etiā per epicheiā amplectitur Nauar. in cō. c. 1. 14. q. 3. n. 98. nempe censum irredimibilē, qui iusto pretio emi consueuit, non comprehendi hac clausula, neque illum intendisse Pium V. auferre a Rebuspublicis Christianis. Idē intelligo de vitalitio censu reali, immo & de reali censu ad certū numerum annorum, qui redimibiles non sunt, sed oīno, expirant finito numero annorum cōstituto, siue certo, siue incerto, pendēterq; à fortuna. Neq; enim erat vlla causa, cur vitalitium, & census omnino perpetui, à Rebuspublicis ablegarentur. Decis.

Atque vitalitium admittere vī Nauar. licitum esse post bullā Pij V. in cō. c. 1. 14. q. 3. nu. 128 tametsi de illo loquatur, vt de contractu celebrato in modum mutuæ donationis pretij, & pensionum.

Ducor primo qm̄ census reales irredimibiles 10 † semper in Ecclesia iusti sunt iudicati à viris doctis, absq; vllo scrupulo, aut dubio, neque eam habent vsuræ effigiem, q̄ habent redimibiles. Ratio aūt est, qm̄ cū in eis non restituatur pretium, qđ pro iure leuādi annuas pēsiones ex prędio, in quo census est constitutus, fuit datum, nulla est in eis effigies mutui cum lucro ob tempus, in quo emptor pretio caruit, atque adeo neq; vsuræ, sicut est in censibus redimibilib. Quod ergo contractus census realis irredimibilis, semper in Ecclesia iustus, ac licitus est iudicatus absque periculo, aut vmbra peccati, non secus ac contractus emptionis aliarum rerum locationis, ac similiū; sane censendum nō est, Pium V. intēdisse illos cōpræhēdere hac clausula, privareq; absq; vlla legitima causa seculare Christianas Respublicas contractu vtili, ac iusto. Neque ad id iurisdictio ipsius se extendit: quippe quæ in tēporalibus, cōparatione terū publicarū principum secularium ipsi subditarū, solū se extendat, quantum postulat solus animarum finisq; spiritualis, vt disput. 29. ostensum est.

Secundo, qm̄, vt cōstat ex initio ipsiusmet bullæ, Pius V. in ea solum intendit loqui de censibus, de quibus Martinus V. & Calixtus III. fuerant loquuti, maioriq; vi incūbere ad tollendos, ac impediēdos abusus, qui circa illos fuerant oborti, & augebātur: vt autem ex ipsorum extrauagantib. constat, Martinus V. & Calixtus III. solum loquuti sunt de cēsibus redimibilibus, qui vsuræ effigiem habent, et in quibus facile palliari vsura potest; nō verò de irredimibilibus. Huic rōni accedit, Piū V. solum fuisse loquutū de cēsibus, de quibus aliqui apud ipsum fuerant cōquesti, & quorum pijs petitionibus ait, se in ea bulla satisfacere, nullos autē vnquā fuit corā eo conquestus de censibus realibus irredimibilibus, sed solū de censibus cū pacto de retrouendendo sine conditionibus, cum quibus Martinus V. & Calixtus III. eos approbarūt. Accedit etiam, odiosas sanctiones, atq; exorbitantes, quales essent quæ cōtractus euidenter iustos, ac sine periculo aut specie peccati, prohiberent, non esse extendendas, sed arctandas, attendendo

do potius in eis, ac sequendo mentem, quam verba legislatoris: persuasum autē mihi omnino habeo, si Pius V. consuleretur, num hac clausula comprehendere inteñderet census reales irredimibiles, eosq; abolere à reb. publicis, negāret respōsurum.

Tertiò, qm̃ emere censum realem irredimibilem, non est aliud, quā emere ius quoddam perpetuum & obligationem ex parte rei, quæ censui subijcitur, quod non est aliud, quam emere quasi partem quandā dñij rei illius, non secus ac quando seruitus emitur in prædio alieno, vt hæc omnia disp. 383. ac sequentibus, explanata sunt: quis autem sibi persuadeat, legislatorem mēte prædiu, nedum Sanctissimum Pium V. prohibere intendisse, ne seruitus, ac ius, qđ quasi pars rei esset, emi posset, sine pacto de retrouēdendo? idque propter effigiem, & periculum vsuræ, cum tamē in ea emptione nulla omnino sit effigies vsuræ, aut alterius iniustitiæ: in ea verò, quę cum pacto fieret de retrouendendo facilè vsura palliari posset.

Quartò, qm̃ Rex concedere potest alicui annuum reditum in perpetuū in prædio aliquo, aut in reditibus alicuius ciuitatis, vel propter obsequia, & merita illius, vel donatione liberali omnino, vt frequenter fit: quis autē dicat Piū V. suo motu proprio prohibere intendisse, ne hic, etiam de licentia regis, vendere posset irredimibiliter eū annuum reditū, si vel emigrare alio vellet, vel alia iusta, ac legitima de causa expediēs illi esset id ita vendere? Pius autem V. quos census de nouo creari prohibet, eosdem etiam, postquam fuerint creati, similiter vendi, ac emi inhibet.

His tñ nihil impedientibus, simul arbitror, quę in hac bulla Pius V. de censibus redimibilib. potissimum statuit, de quib. præcipuè in ea est sermo, si ad hoc præcisè statuta sint, vt merè reales sint, & vt legitimo prætio, ac sine admixtione alia iniustitię fiant, etiā ad irredimibiles census esse per epicheiam extendenda: qm̃ si ea de re consuleretur, dubitandum non est, eum affirmanter, responsurum, & sermo in sua bulla vniuersalis est, ac sine restrictione. in legibus autem interpretandis, ad mentem legislatoris est præcipuè attendendum. Eiusmodi autem sunt, quod census collocari debeat in re certa, quod non exigantur solutiones anticipatæ, quod debitor census non obligetur ad casus fortuitos circa fructus, quod alienare possit rē censui subiectam, quandocumque voluerit, ac sine solutione laudemij quod non obligetur ad pœnam, nec census augeri possit ob pensiones non solutas, aut in posterum soluendas, & qđ pereunte, aut infructuosa reddita recēsui subiecta in totum, aut in parte, in eadem proportione census pereat.

## CLAVSVLA DECIMA.

DEcima sic habet. *Cū vero traditione pretij reditus extinguendus erit, volumus per bimestre ante iam denunciari ei, cui pretium dandū erit, & post denunciam, intra annum, etiam ab inuito, pretium repeti posse. Et vbi pretium, neque volens intra bimestre soluat, neque ab inuito intra annum exigatur, volumus nihilominus quandocunque reditum extingui posse, præmia tamen semper denuncia, de qua supra, & non obstantibus his, de quibus supra. Idque obseruari mandamus, etiam quod plurier, ac pluries denunciatum fuisset, neque vnquam effectus sequutus esset.*

11 Hæc † clausula Pius V. statuit, quando census erit redimendus, per bimestre ante redemptionem debere census debitorem id denunciare domino census: ea vero denunciatione facta, posse dominum census, si velit, cogere debitorem intra annū à die denunciationis censum redimere. Si autem neque debitor census intra duos menses censum redemerit, neq; in reliquo anni illum redimere cogatur, statuit, redire rem ad pristinum statū, ita qđ integrum ei sit, illam redimere eodem pretio quandocumq; voluerit facta simili denunciatione, manenteq; simili modo facultate dño census cogēdi illum redimere censum intra annum à denunciatione, quoties in posterum fuerit facta.

12 Dubium † circa hoc esse potest, num Pius V. dispositione hac intenderit, debitorē census teneri perseuerare in censu per duos menses à die denunciationis factæ, ita qđ ante illos elapsos redimere eū non possit, si ita dñs census velit. Negan- Dubiū. terque arbitror respondendum. Solum quippe intendere vt concedere duos anni menses à die denū- Decis. ciationis, in quibus fas debitori census sit redimere illum in quacumque parte eorum voluerit, id quod apertè sonant verba illa, quæ subiungit, *& vbi pretium neque volens intra bimestre soluat*, & reliquum anni relinquere dño census, vt cogere debitorem possit eum redimere, quandoquidē dixit se velle illum redimere. Arbitror autē, principes seculares nō teneri admittere in suis Rebus-publicis grauamen hoc debitoribus censuum impositum: sed posse simpliciter liberos illos relinquere, vt quando voluerint, censum redimant, aut nō redimant, vt ante hanc bullam consuetum in Hispanijs erat. Atque ita Nauar. in comment. c. 1. 14. q. 3. nu. 106. affirmat, neq; hoc, neque illud, quod scilicet is, cui census debetur, debeat præferri cæteris emptoribus rei, in qua census est collocatus, ligare eos, qui extra temporalem iurisdictionem sunt Pontificis Summi, ac proinde extra terras dominij temporalis Ecclesiæ necesse non esse fieri tales denunciationes.

## CLAVSVLA VNDECIMA.

VNdecima habet. *Pacta etiam continentia, pretium census, extra casum prædictum ab inuito, aut ob pœnā, aut ob aliam causam, repeti posse, omnino prohibemus.*

Cum aliarum rerū emptio cum pacto de retronēdēdo in fauorem emptoris, s. vēditor rē redimere teneatur, qñcunq; emptor voluerit, illicita sit, si pactū sit, vt res pro eodem pretio, quo fuit empta, redimatur, vt disp. 377. visum est, raroq; admodū, aut nūquam ita in praxi fiat, vt sit licita, vt ex ijs, quæ ibidem dicta sunt, constat, sane longè maiori cum ratione idem in censu erit dicendum, nihil impediente, quod, si res censui supposita pereat, interim dum census emptor non postulat, vt census redimatur, census ex natura rei emptori

pereat,

Digitized by Google

pereat, qñ aliud deductum non fuit in pactũ. Hac igitur de causa, ad palliationes vsuratũ, ac iniustitias tollendas, merito Pius V. in hac clausula statuit, vt census non solum simpliciter creari non posset cum pacto, vt venditor cogi posset eum redimere quandocunq; emptor vellet, sed etiam cũ pacto, vt in pœnam, si venditor pensiones nõ solueret, aut ex quacunque alia causa, cogi posset illũ redimere. Med. de vsur. q. vlt. de censibus, & Olanus, a Gutier. 2. de practic. qq. q. 175. relatus, non reputant ex natura rei illicitum pactũ, quo onus redimendi censum venditori ingungitur in euentu, quod pensiones non soluat: quod neque ego condemnare audeo, tametsi sanctissimè, ac prudenter à Pio V. id sit prohibitum. Illud propter Couar. 3. variar. resol. c. 9. & Gutier. vbi supra admonuerim, ex extrauagantibus Martini V. & Calixti III. non colligi, censum cum pacto de retrouendendo in fauorem emptoris illicitum esse: qñ licet census, qui in eis extrauagantibus approbantur non crearentur cum huiusmodi pacto, inde non sequitur, census, qui aliter celebrantur, ibi reprobari, vt iam pe in superioribus dictum est.

## Reliquum bullæ exponitur, præter clausulam vltimam.

## DISPVTATIO CCCXCII.

### CLAVSVLA DVODECIMA.

DVodecima habet. *Contractus sub alia forma post hac celebrandos, fœneratitios iudicamus. Et ita, illis præterea nõ obstantibus, quicquid, uel expressè, uel tacitè, contra hac nostra mandata dari, remitti, aut dimitti cõtingat, à fisco uolumus posse uendicari.*

### SVMMARIVM.

1 *Clausula, seu conditio duodecima bullæ Pij V. cũ eius declarationibus, & effectibus.*

2 *Censualis contractus contra aliquid eorum, quæ in bulla Pij V. sunt disposita, celebratus, an iudicãdus sit in totum nullus, an verò solum in id, quod contra dictam bullam reperitur.*

3 *Clausula decimatertia, & decimaquarta, cum earum dispositionibus, declarationibus, & effectibus. & nu. 4.*

5 *Census creati ante bullam Pij V. quo ad clausulam 13 & 14 quomodo ualidi iudicandi etiam in Castellæ regno.*

1 HAc clausula Pius V. statuit † pœnas celebrãtib. contractus censuales sub alia forma, q̃ quæ hac bulla hactenus est tradita. Atque in primis pronunciat eos cõtractus vsurarios esse iudicandos, ac proinde pœnis vsuratiorum sũbijcit celebrantes eos. Deinde contrahẽtes condemnat ad amissionẽ ipso facto fisco omnium quæ cõtra formam traditam tacitè, vel expressè, fuerint data, remissa, aut dimissa, conceditq; fisco rei vendicationem illorum omnium, ad cuiuscumque manus, aut potestatem, deuenerint. Cum autem hos contractus vsurarios iudicat intelligę, præsũptione iuris, & de iure, seu potius positiua vsura ad effectum, vt perinde vsuratiorum pœnæ incurrãtur, ac si in se vsurarij ex natura rei essẽt. Sicut enim duplex simonia distinguitur, vna ex natura rei, stando q; intra solos limites iuris naturalis, ac diuini, & alia positiua, ad effectum incurrendi pœnas simoniacis impositas: sic etiam duplex vsura est post hanc bullã distinguenda, vna ex natura rei, stando intra limites iuris naturalis, ac diuini: altera positiua introducta à Pio V. ad effectũ incurrẽdi pœnas vsuratiorũ. Vt. n. ex ipsamet bulla, & ex hactenus dictis constat, non oẽs contractus celebrandos in futurum, quos hoc loco fœneratitios esse iudicat, tales ex sola natura rei esse arbitratur, alioquin, q ante hanc bullã similiter essent celebrati, tales quoq; ex cadẽ definitione essent: cuius contrarium ipsemet Summus Pontifex in eadem bulla apertè vult. Quæ ex dispositis in hac bulla de iure sint naturali, & quæ nõ itẽ, à nobis est explicatũ. Ea aũt sola tenentur ex hac bulla admittere principes seculares in suis regnis, quorũ opposita cõtra ius sũt naturale, vel periculosa val de salutraiarum. Qd autẽ census creari nõ possit nisi in pecunia numerata corã tabellione, & testibus, & q̃ creati non possit ex permutatione rei, vt mancipij, equi prædij, aut alterius rei, pro censu, non arbitror teneri recipere. De hac re copiosè dispur. Nauar. in comm. c. 1. 14. q. 3. à nu. 105.

2 Dubiũ est, vtrũ si contractus censualis † celebratus sit contra aliquid eorum quæ in hac bulla disposita sunt cõtractus ipse censualis sit iudicandus fœneratitius, ac proinde ipso iure nullus; an verò solũ id, q̃ in eo contractu cõtra dispositionẽ huius bullæ comperitur. Gutier. 2 de pract. qq q. 176. censet, solum id esse iudicandum fœneratitiũ ac nullũ, q̃ in contractu censuali repertũ fuerit contrariũ dispositioni, ac formæ huius bullæ, nõ verò contractũ ipsum in se. Excipit. n. 4. & 6. nisi pactũ aliquod, contra dispositionem huius bullæ adiunctũ ad petitionẽ emptoris, seu dñi census, mandatũ esset exequutioni: nam tunc, inquit, corruerent totus cõtractus. Itẽ, si pretiũ census solutũ non esset in pecunia numerata corã tabellione, & testibus: quia tunc similiter censet cõtractum ipsum censualem esse nullum. Arbitror tamen, vbi hæc bulla recepta sit, quodcumque contra dispositionem illius appositum, vitiare contractũ censualem, illumque fœneratitiũ iuris præsumptione efficere, ac nullum: idque sentire videtur Nauar. in commentario citato, num. 98. tametsi meritò addat, in hac bulla solum esse sermonem de contractibus onerosis emptionis, & permutationis census pro pretio, aut aliqua alia re, solumque approbari contractum emptionis cum conditionibus in hac bulla traditis. Non verò esse in illa sermonem de censu testamento, donatione, in dotem, aut in donationem ad nuptias, instituum, ac proinde necesse in eo non esse seruari conditiones in hac bulla præscriptas. Confirmari autem potest, hac bulla solum censeri fœneratitium, ac nullum pactum, quod contractui censuali fuerit appositum contra ipsius dispositionem sed etiã contractum ipsum censualem.

Quæst.

Decis.

Tum quia id aperte sonat bulla ipsa. Tum

etiam, quoniam, nomine, contractus fœneratitij, in re proposita, non intelligitur pactum appositum, sed integer censualis contractus illo modo celebratus. Tum denique, qm̃ in hac clausula nomine *dati, remissi, aut dimissi, cõtra hæc nostra mãdata*, hoc est, contra dispositionem huius bullæ, sane non aliud intelligitur, quam datum pro censu, & quam pensiones census solutæ, aut dimissę, quæ omnia fisco adiudicantur. Ac sane irrationabile, ac liberè dictum videtur esse, si pactum mandatum sit exequutioni, etiam censum fœneratitium, ac nullum esse iudicandum; secus autem, si pactum sit appositum, & non mandatũ exequutioni ad petitionem domini census. Illud admonuerim, cum ea, quæ in hac duodecima clausula continentur, in pœnam statuta esse videantur, sanè qũ contractus censualis ex ipsamet rei natura non esset vsurarius, habendus in foro conscientiæ non esset vsurarius, ac nullius ante latam sniam, ac proinde licitè in eo posset perseuerari, retinerique licitè possent pensiones non computandæ in sortem: id quo! sentire videtur Nauarr. loco citato num 88. Lege quæ de similibus pœnis ipso iure latis disp. 96. dicta sunt.

## CLAVSVLA DECIMATERTIA.

DEcimatertia habet. *Hanc autem salutiferam sanctionem, nedum in censu nouiter creãdo, verum etiam in creato quocũque tempore alienando, modo post publicationem constitutionis creatus sit, perpetuo, & in omnibus seruari volumus.*

3 Hæc † clausula Pius V. statuit, dummodo census a principio creatus sit post huius bullæ publicationem, in eo alienando titulis onerosis, de quibus cum Nauar. clausula præcedente dictum est, seruari debere, quæ hactenus dicta sunt, debere seruari in eo de nouo constituendo.

## CLAVSVLA DECIMAQVARTA.

DEcimaquarta habet. *Declaranter pretiũ semel censui constitutũ numquam posse ob temporum, aut contrahentiũ qualitatem, seu aliud accidens, neque quo ad vltimo contrahentes, minui, vel augeri.*

4 Hac † clausula statuit. Pius V. pretium semel alicui censui constitutum, non solum non posse minui, vel augeri, ex temporum, aut aliorum accidentiũ varietate, ex quibus pretia rerum solẽt variari, sed ẽt dominum census non posse censum vno pretio emptum vendere cuidam tertio maiori pretio, etiam si tempora, aut aliæ circũstantiæ, varientur: neque etiam tertium posse illum ab eo emere minori pretio. Atque in hac clausula finit Pius V. formam creandi census in futurum.

5 Quod attinet † ad census ante hanc bullã creatos, aut qui creabuntur, vbi illa recepta non fuerit, dicendum est, Si taxa pretijs censuum eo in loco non fuerit statuta, cum pretia censuum in indiuisibili non consistant, illicitum non esse, censum minori pretio emptum, vendi pretio maiori cuidam tertio; neque item emi, aut redimi, minori pretio ex partium conuentione, qm̃ pretia latitudinem iusti non egrediuntur, habentq; locũ circa census, vbi pretia eis lege non sunt taxata, sicut circa res alias, circumstantiæ illæ vnde naturale rerum pretium variatur, de quibus disp. 348. dictum est, vt quod vltroneæ merces vilescunt, & aliæ ibi explanatæ. Ad tollendas aũt iniustitias, atque oppressiones, quas censuum emptores facere solent, emendo census vili ab ijs, quos pressos pecuniæ necessitate conspiciunt, eosdemq; reuendẽdo maiori pretio, vt hæc clausula statuta. Vtrũ aũt ea Pius V. impedire intenderit, ne census minori pretio emi possit, ac vendi, ẽt qñ ex se minoris valoris efficitur, vt quia res periclitari incipit, in qua census est collocatus, vel quia difficilè, & cum laboribus, ac expensis soluitur pensio, ob potentiam debitoris, aut alia simili de causa: Arbitror negante esse respondendum. Qm̃ hic ẽtiam per epicheiam excipiendus vt, de quo si legislator fuisset interrogatus, an eum comprehendere ea lege intenderet, dubitandum non est, negaturum fuisse responsurum. Atque ita doctores cõiter affirmant, vbi pretiũ census lege est taxatum, vt in hoc Castellæ regno pretiũ redimibile censuũ statutũ est, minus esse non posse, quam ad rationem quatuordecim pro vno, licitum nihilominus esse ex capite, de quo modo loquimur, emere censum minori pretio, q̃ ad rationẽ quatuordecim pro vno, nihil impediente lege, quæ pretiũ id taxauit.

**Vtrum census (præsertim in hoc Castellæ Regno,) redimi, aut emi ex prioribus emptoribus, possint minori pretio, quam fuerint empti. Et num conditio, quod redimi non possint per partes, licita sit. Additur etiam vltima clausula bullæ.**

## DISPVTATIO CCCXCIII.

### SVMMARIVM.

1 *Cẽsus redimibilis i regno Castellæ, an emi possit minori pretio, q̃ ad rationẽ quatuordecim pro vno.*
2 *Census perpetuus, & irredimibilis plus valet, quã redimibilis.*
3 *Census redimibilis semel cõstitutus, an possit licitè emi minori pretio, quã ad rationẽ 14. pro uno.*
4 *Census irredimibiles non sunt in bulla Pij V. comprehensi.*
5 *Clausula, seu conditio, ut census per partes redimi possit, an sit necessario addendam ad bullam Pij V. ut census redimibilis usurarius, aut iniustus non sit.*
6 *Census ut redimi possit per partes, ita grauamẽ est, sicut cum per totum.*
7 *Census ut redimi possit per partes, non uenit ex natura pacti de retrouendendo, sed est specialiter in pactum deducendum.*
8 *Census redimibiles, ut possint per partes etiã magnas redimi, in Hispanijs non seruatur.*

Sunt

SVnt verò occasione clausulæ p̃cedentis non-nulla hoc loco examinanda. Primũ, ꝙ ad cęte-
1 ra aditũ aperiet, est. Vtrum † in hoc Regno fas sit emere censum redimibilem minori pretio, q̃ ad rõnẽ quatuordecim pro vno. Rem disputat Couar. 3. var. resol. c. 10. nu. 2. & 3. qñ solũ in hoc Regno erant tres sanctiones, quæ referuntur, ac statuunt lib. 5. nouæ collect. tit. 15. l. 4. Et q̃uis non admodum firmus, propondere vr̃ cum Ioã. Med. licitum id esse, nihil ea lege impediente, quæ solũ loquitur de censib. quorũ pensiones non erãt pecuniariæ, sed tritici, olei, aut aliarum rerum p̃cipitque ea lex pensiones reduci ad pecuniarias ad rõnẽ quatuordecim pro vno cõparatione pretij, quo a principio census fuit emptus. Atq; Ioann. Med. & Cou. arbitrantur, dispositionem illius legis extendendam non esse ad census a principio emptos pecuniariæ pensionis, consuetoq; eo tẽpore in multis locis district. Graratensis prætorij ad rõnẽ duodecim, aut etiã decem, pro vno, referrq; latas fuisse in Granatẽsi prætorio sentẽtias, quibus hi census, nihil ea lege impediente approDecis. bati sunt. Quia tñ Rex Philippus postea anno 1563. legem 6. tit. 15. lib. 5. nouæ collect. tulit, quæ
2 omnia castella q̃ loca complectitur, & qua sanciuit, nullos census redimibiles vendi deinceps, aut imponi, vel constitui posse, minori pretio, quàm ad rõnẽ quatuordecim pro vno, & ꝙ aliter venditi, aut constituti, nulli sint quo ad excessum maioris pensionis, pœna addita rebellioni, q̃ instrumentũ talis census confecerit, aut fidem de illo dederit, amissionis officijs: & insuper statuit, vt census, ante eã legem creati minori pretio, reducerentur ad rationem quatuordecim pro vno, eosq; eo ipso ad id pretiũ reduxit, addens, nihil impediente, ꝙ antiqui sint, & a longo tpe impositi, & ꝙ celebrati fuerint in loco, aut prouincia, in qua fuerit consuetum minori pretio vendi: qa, inquam hoc ita a Rege Philippo sanctum est, neque ad hanc vsq; diem est, aut esse potuit, consuetudo in contrarium, quæ legi illi p̃iudiciũ attulerit, sanè dicendũ est, illicitũ id hodie esse, cũ restituendi onere pensionum excessum, qui acceptus fuerit. Atq; hoc ipsum post tertiam editionem additur in Couar. nu. 3. citato in Cæsaraugustana editione, minorque quosdam ex scribentibus id ita hodie in dubiũ reuocare, quasi res hodie dubia esse possit.

Quod si in hoc Regno prædiũ tradatur æstimatum centum quadraginta (v.g.) aureis, & quia emptor pretium statim nõ habet, constituatur, in eo, aut simul ét in q̃busdã alijs bonis emptionis census annuus redimibilis plus, q̃ decem aureorum, ita vt pẽsio maior sit, q̃ ad rõnẽ quatuordecim pro vno, contractus est nullus quo ad excessum, pp legẽ 6. citatã: id.n. est emere censum minus, q̃ ad rõnem quatuordecim pro quo. Ita Gutier. 2. de prac. qq q. 72. Si verò prædium in emphyteusim tradatur, aut in censum reseruatiuum, constituta certa annua pensione, & eum pacto, ꝙ redimi possit minus, quam ad rationẽ quatuordecim pro vno, non erit pactum hoc contra eam l. 6. vt recte cum alijs Gutier. ibidem affirmat.

Sicut enim ꝙ in contractu emphyteutico, aut censuali reseruatiuo pensio in fructib. vt tritico, vino, aut oleo, constituatur, non est contra legem 4. eiusdem tituli, neque necesse est eam pensionẽ reducere ad pecuniariam ad rõnem quatuordecim pro vno: qm̃ in ea lege, sicut ét in motu proprio Pij V. solum est sermo de censu redimibili consignationi: ita ꝙ pensio illa alia redimi possit minus q̃ ad rationẽ quatuordecim pro vno, nõ est cõtra l. 6. citatam, in qua similiter non est sermo de contractu emphyteutico, aut censuali reseruatiuo, sed solum de consignatiuo pecuniario, ac redimibili. Nisi forte contractus initus esset in fraudem eius legis, animo quidem vendendi prędium centum, v.g. quadraginta aureis, tradendique illos ad censum emptori prædij pro maiori pensione, q̃ ad rationem quatuordecim pro vno, atque ad id palliandum, celebratus esset contractus emphyteuticus, aut census reseruatiui, annuæ illius pensionis cum pacto facultatis illam redimendi centum quadraginta aureis: in quo euentu pensio esset nulla quo ad excessum eius pensionis plus, q̃ ad rationem quatuordecim pro vno, cum onere restituendi excessum talis pensionis acceptum.

2 Quo loco † obserua, si contractus emphyteuticus, aut census reseruatiui, iustè esset celebratus pro certa annua pensione sine facultate illam redimendi, tunc eam pensionem longe plus valere, q̃ rationẽ quatuordecim pro vno: eo ꝙ sit perpetua, censusque perpetuus, atq; irredimibilis, plus valeat, quã ad rationem quatuordecim pro vno. Adde, in contractu emphyteutico eo ipso, ꝙ pensio redimi pro aliquo pretio concedatur, non solum vendi ius ad illã pro eo pretio, sed etiã directum dominium, ꝙ cum iure ad illam perseuerabat apud venditorem, redemptaque pensione extinguitur: quare plus valet pensio illa, q̃ si esset census consignatiui irredimibilis. Hinc iã facilè intelliges, in redemptione talis pensionis pro minori pretio, quam ad rationẽ quatuordecim pro vno, nullum imminere periculum iniustitiæ contra ementem, seu redimentem eam pensionem pro eo p̃tio, sicut qñ census redimibilis emit minori pretio, quã ad rationem quatuordecim pro vno est periculum iniustitiæ aduersus censuarium, eaque de causa inhibitum in hoc Regno est, quod non minori pretio, quem ad rationem quatuordecim pro vno ematur.

Dubium est, vtrum in hoc Regno, nihil impe- Dubiũ
3 diente l. 6. citata, census post q̃ † semel est constitutus possit licitè emi minori pretio quam ad rationẽ quatuordecim pro vno. Quidã, quos Gut. 2. de prac. qq. q. 173. refert, affirmanter rñdent. Arbitrantur. n. eam legem solum esse intelligendam de prima census redimibilis emptione.

Vt verò nostram subijciamus sn̄iam, obseruãdum est. Quamuis census redimibilis in hoc Regno post eam lege licite non possit emi minori pretio, q̃ ad rationem quatuordecim pro vno, posse tamen licite vendi maiori pretio, & sæpe vsu euenire, vt maiori pretio vendatur, nempe ad rationem quindecim, aut sexdecim, pro vno. Ratio est, quoniã lex illa in solius venditoris fauorem est lata, vt non possit emi ex illo minori pretio,

quam

quam ad rationem quatuordecim pro vno, ipse verò vendere possit maiori pretio, si emptorem inueniat: aliqñ autem euenit, vt maius pretium inueniat, quia sunt multi emptores censuum, & pauci venditores, aut quia census, qui venditur est valde securus, & in loco emptori magis accommodato, & ꝙ ematur maiori pretio cum minori periculo, quod cito, & facile redimatur.

Decis. Hoc ita constituto, dicendum est. Quamuis, si redimibilis census emptus fuit maiori pretio, q̃ ad rationem quatuordecim pro vno, licitè possit postea emi ad rationem quatuordecim pro vno, eo quòd egressio non fiat a pretio lege illa 6. constituto, nefas tamen in hoc Regno esse, emere secundo, aut tertio, censum redimibilem minori pretio, quam ad rationem quatuordecim pro vno: quin potius contractum esse nullum quo ad excessum pensionis, cum onere eum restituendi, si accipiatur. Ita multi, quos refert, ac tandem sequitur Gutier. loco citato.

Probari autẽ pót. Primo, qm̃ l. illá 6. (vt supra retulimus) habet, non posse vendi censum minori pretio, quam ad rationẽ quatuordecim pro vno: venditio autem census, quæ secundo, aut tertio, fit, verè est venditio census: ergo neque secundo, neque tertio, fieri potest minori pretio, quam ad rõnem quatuordecim pro vno. Secundo, quoniã census minori pretio antea venditos præcipit lex illa reduci ad rationem quatuordecim pro vno: ergo non permittit vllum censum deinceps vendi, etiam si iam antea constitutus sit, minori pretio, quam ad rationem quatuordecim pro vno.

Tertiò, qm̃ eo ipso, ꝙ frumenti, aut cuiusuis alterius rei, pretium est taxatum, nefas est eam rẽ secundo, aut tertio, vendere maiori pretio: ergo idem erit in censu redimibili. Neque est dubitãdum, si legislator dum eam legem condidit, interrogaretur, an liberum relinqueret, posq̃ semel census eo pretio esset constitutus, minori pretio illum emere, neganter fuisse responsurum: præsertim, cũ census nó minorẽ valorem habeat, quãdo secundo, aut tertio, venditur quam qñ venditur primo. Hoc ipsum confirmat clausula Pij V. circa quam hæc examinamus, quæ statuit, pretium semel censui constitutum, nec augeri, nec minui posse, etiã ab vltimo contrahentibus quare si hæc bulla in hoc Regno fuisset recepta, nefas in eo, pp hanc clausulam, esset, emere ad rationem quatuordecim pro vno censum redimibilem iam antea venditum ad rationem quindecim, aut sexdecim, pro vno. Non est tamen in eo recepta.

4 Quod verò attinet † ad census irredimibiles in hoc Regno emptos ad rationẽ triginta pro vno, aut quouis alio pretio dicendum est, licitè posse emi postea minori pretio, dummodo, attentis circũstantijs concurrentib. & modo vẽdendi, limites iusti non egrediatur. Rõ est, qm̃ huic censui nullũ pretiũ in hoc Regno est lege taxatũ, neque de hoc censu loquitur motus proprius Pij V. dispur. 390. ostensum est. Lege hac de re Nauar. in comment. cap. 1. 14. quæst. 3. nu. 112.

Cum Pius V. in tota hac bulla non meminerit conditionis illius, Quæst. 5 vt † census pro partes redimi possit, dubium est, an illa necessaria sit, vt census redimibilis vsurarius, aut certe iniustus, non sit. Conueniunt oẽs, si in pretio census tántũ augeatur, vt compenseretur grauamen illud, ꝙ census redimi nõ possit per partes, sed totus simul contractum neque vsurarium esse, neque iniustũ. Ita Sot. 6. de iust. q. 5. art. 3. Nauar. in commentr. c. 1. 14. q. 3. nu. 78. in 5. condit one, & alij, quos Gutier. 2. de pract. qq. q. 174. refert ac sequitur. Censet verò Gutier. in hoc Regno iniustũ esse cõtractum cẽsus redimibilis ad rationẽ quatuordecim pro vno, cum pacto, vt census redimi non possit per partes, sed censum cum eo pacto emi debere ad rationem quindecim, aut sexdecim, pro vno.

Vtrum autẽ, si pactum illud, apponatur, neq; in pretio augeatur, contractus dicendus sit vsurarius, an iniustus, quia inæqualis, sine vitio tamen vsuræ Nauar. vbi supra, vsurarium arbitrat esse appellandum Sotus verò, quẽ Gutier. & alij sequuntur, vitio vsuræ carere existimant, solumque esse iniustum, quia est inæqualis.

Ego cum dño Francisco Sarmiento ꝙ. selectarũ interpr. c. 1. nu. 27. & alijs, dicendũ arbitror. Censui redimibili nó magis ex naturá rei esse, vt redimi per partes possit, q̃ cæteris rebus quæ cum pacto de retrouendẽdo enumerentur, de quib. oẽs conficentur, nisi in pactum deducatur, vt redimi possint per partes, non posse redimi, nisi simul. Decis.

6 Fateor † quidẽ censum aptiorem ex natura rei esse, vt per partes redimatur, quã res cæteras, sed, quòd nego, est, nesse ex natura rei censuali contractui, si cum pacto de retrouendendo celebretur, quod in facultate eum vendentis sit, redimere illum per partes, secluſa consuetudine loci; quæ vnum, aut alterum habeat: quin potius arbitror, secluſa consuetudine, in contrarium, non esse in potestate illum vendentis, redimere cum per partes, nisi in pactum deducatur.

7 Quare sicut † grauamen esset emptoris aliarũ rerũ cũ pacto de retrouẽdendo, si in pactũ deduceretur, ꝙ redimi possint per partes, minusq; valerent apposito eo pacto, quã si absolutè venderẽtur solum cum pacto de retrouendendo; eaque de causa minuendum, esset de pretio, alioquin iusto, quo venderentur cũ pacto, q̃dẽ de retrouendẽdo, sed sine eo grauamine: sic ẽt, ꝙ cẽsui redimi possit per partes, grauamen est ementis illũ, licet minus, q̃ ꝙ reliquæ res redimi per partes possint; ac proinde minus aliquid valet census cum eo grauamine, q̃ si absolute vendatur cũ solo pacto de retrouendendo. Nostra hæc sñia confirmari pót. In primis qm̃ nulla legitima pót reddi ratio, cur vna venditione cum pacto de retrouendendo habeat ex natura rei secluſa alio pacto, aut consuetudine loci, vnum illorum, q̃ alia. Deinde, quoniã qñ venditur census cum pacto de retrouendendo, quod venditur, non sunt pensiones ipsæ materialiter hoc est, pecunia soluenda quotannis, sed ius ad illam accipiendam ex re, in qua census collocatur: eiusmodi autem ius totum quoddam est minus habens partes comparatione latitudinis soluendæ pensionis, quam respicit, quam habeant prædia, & res aliæ, quæ cum

pacto

pacto de retrouendendo emuntur; ergo non magis censui cum pacto de retrouendendo empto, ex natura rei inest, secluso alio pacto, & consuetudine, quod in facultate illum vendentis sit redimere cum per partes, quam insit cæteris rebus similiter venditis.

Tertiò, quoniã sicut grauamen est emptoris, quod census ei vendatur cum pacto de retrouendendo, eaque de causa minus valet census cum pacto de retrouendendo, quam sine illo: ita grauamen eiusdem emptoris est, quod insuper redimi possit per partes, minusq; adhuc valet cum eo grauamine, quam cum solo pacto de retrouendendo, difficilius quippe emet quis ius ad annuam pensionem cum pacto, quod redimi possit per partes, etiam magnas, quales sunt dimidium, tertia, quarta, aut quinta pars, quam sine eo grauamine: eo quod pecunia ad ipsum per partes reuersa, minus vtilis ei sit ad prædia, aut ad alios reditus, emenda, facilliusque insumatur, quam tota simul accepta: & qm̃ reditus exigui, atque cà diuersis exigendi, minus vtilis, valdeque molesti sint: cum pacto verò, quod census redimi per quascunque partes possit, etiã minimas, vt redimendo singillatim singulos aureos pẽsionis, est lõge maius grauamen, qđ multum de pretio minuet, vsque venditor census reperiet, qui cum eo grauamine velit censum emere; doctoresq; cum quibus disputamus affirmant, non esse in facultate vendentis cẽsum cum pacto de retrouendendo illum redimendi per partes adeo exiguas sed solum per magnas, vt per tertias, aut quartas partes, ac proinde cõfitẽtur, non inesse ex natura rei cõtractui censuali vendito cum pacto de retrouẽdendo, quod redimi per partes exiguas possit, sed ad eam facultatem necessarium esse pactum expressum superadditum.

Quod si contractus censualis venditus cum pacto de retrouendendo ex natura rei non habet, qđ secluso pacto, & consuetudine redimi possit per partes exiguas, sanè neq; ex natura rei habet, quod redimi possit per partes maiores, sed ad id necessaria est consuetudo, iuxta quã celebratus censeatur contractus, vel pactum expressum. Adde cum ostũ sum sit, quemadmodum pactum de retrouendendo in censuali contractu grauamen est emptoris, sic etiã, q̃ possit redimi per partes, esse grauamen aliud eiusdẽ emptori superadditũ; grauamina verò, quæ ex natura rei emptioni, & venditioni nõ insunt, nõ cẽseantur debita, nisi in pactũ deducatur, aut consuetudine sint recepta, ac proinde nisi tacitè in pactum deducta censeatur; sanè sicut, qđ census redimi possit, non inest ex natura rei cõtractui censuali, sed vt facultas censum redimendi sit, necesse est id in cẽsuali cõtractu in pactũ deduci: ita, quod per partes, siue magnas, siue paruas, redimi possit, eidem contractui non inest, sed necesse est, vt tacitè, vel expresse, in pactum deducatur.

8 In Hispanijs verò consuetudo nõ est, vt cẽsus redimibiles per partes, etiam magnas, redimantur, sed simul. Quod si aliquando, tarò, per partes est redemptus, siue pacto expresso, quod eo modo redimi posset, illud sanè est, libero consentiente domino census aut certe consulentibus doctoribus contrariæ opinionis, cum teneri consentire. Ea autem opinio ortum habuisse videtur ex extrauagantibus Martini V. & Calixti III. quatenus in eis proponitur, census cum pacto de retrouendendo, de quibus in eis est sermo, & qui ibi approbantur, celebratos fuisse cum conditione, inter alias, vt redimi per partes possent.

Ex eo autem, quod illi ita celebrarentur, non recte colligitur, omnes ita debere celebrari, & alioquin esse iniustos, eam ve esse necessariam conditionem, vt contractus cum pacto de retrouendendo licitè possint celebrari, vt Miranda, & Nauãr. colligunt. Vt. n. sæpe dictum est, ex eo, q̃ in illis extrauagantibus contractus in eis propositi celebrati cum illis conditionibus, & pactis approbentur, non sequitur reliquos, aliter celebratos in eisdẽ extrauagantibus reprobari. Atq; in re proposita, nõ sequitur, omnes illas conditiones inesse ex natura rei contractui cum pacto de retrouendendo, aut vbique esse consuetudinem, vt eodem modo celebrentur. Ac sane Pium V. eius conditionis nõ me miniisse, signum est manifestum, eam necessariam non esse, vt iustus sit contractus.

Ex dictis infero, falsum esse, quod Gutier. affirmat, nẽpe iniustum hoc Regno esse censum cũ pacto de retrouendendo ad rationem quatuordecim pro vno, si exprimatur, quod census redimi nõ possit per partes. Etenim, cum cõtractus id habeat ex natura rei, quod id exprimatur, pretium census nõ auget, neque, si augeret, tantum esse grauamen, vt augere deberet vnum supra quatuordecim, nedũ duo. Imò verò, quod deducatur in pactum redimi posse per partes, minuere debetet de pretio ad rationem quatuordecim pro vno lege taxato: eo q̃ vt ostensum est, id sit grauamen emptoris, quod de pretio census, alioquin iusto, ex natura rei minuit, sicut minuit etiam pactũ de retrouendendo.

## CLAVSVLA VLTIMA.

POstremo clausula habet. *Et licet legem ipsam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes, in quos sub alia forma census peruenerunt, hortamur in Domino, vt singulos contractus censuræ bonorum religiosorũ subijciant, & animarum saluti consulant. Non obstantibus, &c. Datum Romæ anno 1568. 14. Kalen. Februarij.* Hæc clausula satis est perspicua, neq; expositione indiget.

# Decisio quorundam dubiorum.

## DISPVTATIO CCCXCIIII.

### SVMMARIVM.

1 *Condemnatus ad certam pecuniæ summam soluendam an si statim eam non soluit, teneatur ad annum censum, donec eam soluat, non obstante bulla Pij V.*

2 *Censum vendens, an possit dare partem pretij cuidã tertio, vt soluat partem pensionis, quæ ei parti pretij respondet.*

3 *Census an debeatur ex domo de nouo cõstructa super fun-*

Digitized by Google

*fundo, in quo erat domus vetus dirupta, subiecta censui.*

4 *Census si ematur in re non libera, an pensiones licitè recipiantur.*
*Et quid de iure Castellæ nu. 5.*

6 *Emptor rei, in qua, eo ignorante, erat census legitimus, an possit se aggrauare, & sic venditionem rescindere.*

7 *Census an possit redimi, & extingui etiam in alijs rebus loco pecuniæ quibus dominus cõtentus sit.*

8 *Census dominus in venditione rei, an præferatur etiam habentibus ius retractus.*

9 *Census quando imponi possit in re aliena.*

Quæst. 1 DVbium primum est. Vtrum, nihil impediẽte bulla ac Pij V. qñ † aliqs cõdemnatur ad solutionẽ summæ alicuius pecuniæ, neq; illam põt statim soluere, dãnari sub disiunctione possit, ad illã soluendã, vel ad annuũ cẽsum, interim dum eam non soluit: qđ Nauar. in cõm. c. 1. 14. q. 3. n. 99. ait consuetũ esse in hoc Castellæ Regno Nauar. ibid. n. 10. affirmanter rñdet, modo tñ in interesse lucri cessãtis ex eo creditori, quod pecunia illa nõ soluatur statim, atq; in pœnam iustã contumaciæ debitoris, ea sñia feratur. Ducitur, qm̃ bulla Pij V. solũ intelligitur de censibus ex cõtractu, & cõuentione partiũ creatis; nõ verò de creatis iustis alijs titulis: de quorum numero est iusta sententia iudicis. Excipit, nisi debitũ esset ex rebus in pondere, numerò, aut mẽsura, consistentibus.

Decis. Arbitror tñ impertinens esse, vnde summa pecunię debeatur, modo verè debeatur, esseq; fraus, ac dolus. Licet. n. pœna conuentionalis tẽpore cõtractus statuta, magis suspecta sit, qñ aliquid est debitum ex rebus in pondere, numero, aut mensura, consistẽtibus, quam qñ ex alijs rebus est debitum; hæc tñ, de qua loquimur, nõ est pœna cõuentionalis, sed iudicialis, ortũ habens ex pecunia vere tã debita, nec sub tempore solura: post quam autem pecunia tã est debita, & in pœnam contumaciæ, quod non soluatur, atq; ob interesse, qđ ex dilatione solutionis creditori cessat, a iudice sub disiunctione iniungitur, vt soluatur, vel annuus census ex illa reddatur, impertinens est vnde debitum habuerit ortum. Curare tñ debet iudex, ne simulatio aliqua intercedat, ad ea via ex partium conuentione censum personalem, aut sine conditionibus, vt sit licitus necessarijs, creandum. Adde, in hoc regno receptam non esse bullam Pij V.

Quæst. 2 Secundum est, vtrum, qui † censum vendidit, possit dare partem pretij cuidam tertio ea lege, vt soluat partem pensionis, quæ ei parti pretij respondet Nauar. loco citato, nu. 113. Negãter respondet. Credo tamẽ affirmanter esse respondendum. Præsertim in Nauarri opinione, qui cẽset, redimi posse censum quo ad partem. Cum. n. vẽditor census ea parte pretij, quam alteri tradit, redimere posset partem census, vtique beneficium illi impendit, concedendo illi eam pretij partem cum onere, cum quo ipse illam accepit, relinquendo censum collocatum in bonis suis.

Adde ratione damni ex eo ipsi emergentis, ꝙ ea parte pretij non redimat partẽ census, licitum id esse: præsertim cum vẽditor census, nullum lucrum inde reportet. A principio ẽt, quando censum vendebat, poterat dimidium vendere, vt ipse eum solueret, & alterum dimidium, vt solueret illum is, qui ea pecunia indigebat, collocando totũ censum in re aliqua sua: quod est beneficium cõferre illi alteri, sine vllo proprio lucro: in quo neque vsura, neq; alia iniustitia, cernitur. Qñ autẽ, qui censum vendidit, partem pecuniæ hẽret otiosam, neq; ea fas illi esset redimere partem census, tunc vsura vtique esset tradere illam alteri ea indigenti, cum onere, vt partem census soluere, & forte in hoc solo euentu loquitur Nauarrus.

3 Tertium, si res, in qua census † erat collocatus, erat, verbi gratia, domus, atque illa cõmo corruat, aut exurat, iterumq; in eadẽ area alia similis erigatur, an debeatur census. Respondendum est cũ Nauar. loco citato, nu. 118. non deberi. Quoniam Dubiũ Decis. pereunte re, in qua census est collocatus, perit omnino census: esto autem area domus maneat, simpliciter verum est dicere, periisse domũ. Quando autem res in qua cẽsus erat collocatus, culpa debitoris cẽsus perimet, teneretur collocare illum in re alia, in qua cẽsus æqualis esset valoris, aut soluere teneretur valorem census. Ita Nauar. ibidem.

4 Quartum est, si census † ematur in re non libera, seu in qua census collocari non poterat, quia Dubiũ alligata erat vinculo maioratus, aut erat aliena, vel alia simili rõne, an pensiones licitè recipiantur. Ad hoc distinguendum est cum Naua. vbi supra, nu. 118. Qm̃, vel emptor census sciebat rem esse talem, in qua census non poterat collocari, Decis. vel id ignorabat. In posteriori euentu, licitè recepit pensiones, interim dum ea ignorantia perseuerabat, neque tenetur computare illas in partem pretij, idque siue venditor census soluerit, rem illam esse incapacem census ille, siue non. Ratio est, qm̃ emptor census bona fide illas recepit, sibique erant debitæ vi contractus emptionis census. Quod si venditor conscius fuit rem incapacem fuisse illius census, dolus intercedit in contractu, iuxta ea quæ disputat. 352. & 353. dicta sunt, tenebiturque vtrum dercgere, neque dolus patrocinari illi debet, vt eo tempore immunis sit a pen-
5 sionibus soluendis. Quin † in hoc Regno, esto ses vinculata non sit, ac sit propria vendentis census, si tamen onerata erat alijs prioribus censibus, aut tributis, neque venditor census id emIus Castellæ. ptori detexit, punitur amissione dupli eius pretij, quod pro censu acceperat, & cogitur iterum collocare censum in re secura, vt census ex illa soluatur. Ita habetur l. 2. titul. 15. lib. 5. nouæ collect. Atque l. 3. sequenti, ad lites vitandas, quæ ex occultatione onerum rerum, in quibus census collocantur, sæpe oriuntur, statutum est, vt in vnoquoq; loco, in quo caput sit iurisdictionis, deputata sit persona, quæ librum habeat, in quo in catalogum redigantur contractus omnes quibus onus hypothecæ, census, aut tributi, rebus imponitur, & vt celebrantes eiusmodi contractus teneantur, intra sex dies a contractu celebrato, eos in hoc libro scribi curare, sub pœna, vt aliter confecti, fidem non faciant, neque

neque iuxta illos iudicetur, neque tertius earum rerũ possessor ad aliquod pp tale onus teneatur. Præcipitur verò eum librum non ostendi, sed eũ, cui incumbet in catalogum redigere eos contractus, debere fidem facere, num aliquod onus habeat res quæ vendenda, aut in qua onus est constituendũ, qñ, ad petitionem vendentis rem, aut collocantis in ea onus, id ab eo exigetur. Gutier. ñ. 2. de pract. qq. q. 169. ait, dispositionem huius legis tertiæ numquam mandatã fuisse exequutioni: quare, interim dum persona non deputatur, quæ id muneris habeat, ea lex non obligat.

Esto autem venditor census tempore vẽditionis illius ignorauerit rem, in qua collocabatur, incapacem esse illius, iuste tñ emptor census accepit pẽsiones non cõputandas in partẽ pretij toto eo tempore, quo ipse id ẽt ignorabat: qm̃ venditor census tenet de euictione illius eo ipso, quod comperitur rem non fuisse capacem illius, atque adeo tenetur ad interesse emptori census, iuxta ea, quæ disput. 380. dicta sunt. Quando autem census esset redimibilis, quoniam in potestate venditoris est, illum redimere, quandocunq; voluerit, totum interesse sufficienter soluitur, si vltra omnes pensiones illucusque ex censu debitas, integrum pretium restituatur, vel census iterum collocetur in re æquè bona, ac secura.

Quando verò census esset irredimibilis, vltra pensiones illucusque debitas, cogendus esset venditor cẽsus collocare illum in re alia æquè bona, ac secura, si illam haberet, atque id emptor census eligeret, vel si id fieri non posset, cogendus esset soluere integrum, ac iustum pretium talis census: quoniam id etiam esset integrum interesse illius. In priori autem euentu, quando scilicet emptor census sciebat rem esse talem, in qua census non poterat collocari, dicendum est, non posse accipere eas pensiones: si autem illas accipiat, teneri eas computare in partem pretij.

Ratio est, qm̃ in eo euentu locum non habet euictio, vt disput. 380. ostendimus; qm̃ talis census res vera nõ existit; eius autem qd non existit, non possunt esse reditus, ac proinde nec percipi iuste ab illo possunt, qui conscius erat censum nõ existere. Quod si accipiantur, obnoxij restitutioni erunt. Immo verò, si in exteriori foro constet eo modo esse perceptos, pœnis vsurariorum in eo plectetur, qui illos acceperit, vt Nauar. vbi supra, nu. 119. affirmat: quandoquidẽ tunc nullus alius titulus erit, quo accipiantur, quam vi mutui.

Quæst. 6 Econtrario, † si res, in qua census legitimè erat collocatus, alicui vendatur, non manifestato illi, eam rem tale reale onus habere, dubium est, an emptor, comperto illam id oneris habere, rescindere possit venditionẽ. Pars, quæ affirmat suaderi potest, quoniã res cum eo onere vitiosa censetur, non secus ac si in se haberet seruitutem: qui autem, conscius rem, quam vendit, habere seruitutem, eam vendit, seruitute non detecta, censetur conscius vendere rem vitiosam, vitio minimè detecto, ac proinde emptor, detecta seruitute, rescindere potest contractum: q̃ si venditor, seruitutẽ ignorãs, rẽ vendat, datur emptori actio, quãto minoris aduersus illum, vt disp. 353. ostensum est: ergo idem erit in re proposita.

Dicendum tñ est cũ Gutier. 2. de pract. qq. q. 169. In primis venditorem rei illius nõ incidere in pœnam legis secundæ tit. 15 lib. 5. nouæ collect. Qm̃ illa solũ statuit pœnam venditori cẽsus in re grauata alio censu, aut tributo, grauamine non detecto: pœnæ autem extendendæ non sunt ad casum diuersum, etiam si consonantius rationi esset, vt potius in illo alio casu statueretur. Decis.

Deinde dicẽdum est, si census redimibilis sit, non posse agere ad dissolutionem contractus, neque etiam actione quanto minoris, sed solum vt census redimatur, soluanturque pensiones ex illo debitæ: eo enim facto, quod in potestate venditoris est, res manebit libera à tali censu, ac proinde à vitio: quando autem vitium tale est, quod in potestate vendentis est illud tollere, non procedunt, quæ disputatione citata dicta sunt, sed cogi debet venditor vitium, seu defectum tollere: interim tamen dum census non tolletur, retinere emptor poterit pretium, si illum non soluit.

Hæc omnia confirmantur, quoniã quando res venditur, quæ hypothecæ specialiter erat subiecta, comperto postea onere illo reali, agi non potest ad rescissionem venditionis, sed vt res ab eo onere à venditore liberetur, si id in ipsius sit potestate. Ita colligitur apertè ex l. ex prædijs C. de euict. & ibi notant glos. Bart. & alij, quos Gutier. vbi supra refert. Quando autem census esset irredimibilis, locum haberent, quæ argumentum in parte affirmantem confectum probat.

7 Quintum dubium est, vtrũ † vbi bulla Pij V. est recepta, quamuis nefas sit emere censum, nisi in pecunia numerata, fas tñ sit eũ redimere, atque extinguere, non in pecunia numerata, sed in alijs rebus, quibus dñs census contentus sit loco pretij. Dubiũ

Respondendum est cum Nauar. in cõment. c. 1. Decis. 14. q. 3. nu. 123. licitum id esse. Quoniam bulla illa solum loquitur in emptione census, estque exorbitans à iure, neque extendenda est ad redemptionem. Neque sanè ea fuit mens Pij V.

Tum quia in extinctione census non erat periculum ea via palliandi vsuras, atque in vsuriã cõmittendi, sicut in illius emptione. Tũ etiã qm̃ ea bulla minui, atque extingui, census cupiuit. Addit ibidẽ Nauar. Extingui etiam posse compensatione æqualis debiti liquidi quod dñs census debeat censui debitori; idque non solũ ex consensu mutuo vtriusque, sed ẽt dño census tenente, debitoreq; census id coram iudice petente, aut ẽt protestante coram testibus, se velle æquali eo debito redimere censum, neque deinceps teneri ad pensionẽ soluendã. Ex eo autẽ, quod æquale cum pretio census illo modo debeatur, non censetur census redẽptus, nisi id petat, aut protestetur, debitos census. vt ibid. nu. 125. rectè subiungit Nauar.

Sextum, vtrum si bulla Pij V. recipiatur alicubi, etiam † quo ad eam clausulam, quod in venditione rei censui subiectæ præferatur dominus cẽsus cæteris, sit præferendus, etiam habentibus ius retractus ratione communionis in eadem re, aut ratione consanguinitatis, vt est ius retractus in 8 Dubiũ

hoc

hoc Regno. Respondet optimè Nauar. vbi supra nu. 127. neganter.

Quoniã gratia, ac priuilegium dño census in hac bulla concessa, neque tollit, neque impedit, priores gratias, ac priuilegia titè antea concessa. Quare dominus census solum præfertetur cæteris communibus eiusdem rei emptoribus, non verò habentibus priuilegium prælationis.

Dubiũ 9 Septimum, vtrum † census imponi possit in re aliena. Respondet bene Nau. vbi sup. n. 131. affirmanter, si consentiat dñs talis rei. Quoniam illa est, quæ deuincta manet tali censui, licet is, in cuius cõmodum cẽsus constituitur, teneatur soluere pensiones interim dum ea res salua mãserit: estq; consuetum in Hispanijs ita imponi reales census.

Decis.

## De censibus multis mensibus, post Bullam Pij V. Romæ editam, celebratis sine conditionibus in ea contentis in diœcesibus, vbi publicata non fuit, & communiter ignorabatur, quid censendum.

### DISPVTATIO CCCXCV.

*SVMMARIVM.*

1 *Leges, & canones ligant omnes etiam ignorantes in omni prouincia post duos menses a die eorum publicationis.*

2 *Immo et vim haberet post duos mẽses a publicatione facta, etiã ad contractus inualidos reddẽdos. Declara tamen plenè, & intellige, vt nu. 4.*

3 *Census contractus post publicationem Bullæ Pij V. multos menses ab ignorantibus celebrati, quando validi sunt.*

5 *Contractus celebratus ante duos menses a legis publicatione, irritãtis contractũ, ab habẽte notitiã illius, quando sit nullus, etiam in foro cõscientiæ. Et quid de iure Lusitano. nu. 6.*

POst multos menses, quin & post aliquot annos, a die publicationis bullæ Pij V. Romæ factæ, celebrati in quadam Lusitaniæ diœcesi fuerunt contractus multi censuales cum pacto de retrouendẽdo sine conditionibus in ea bulla præscriptis, vt liciti, ac validi essent: cum tamen in ea diœcesi, non solum publicata non esset ea bulla, sed etiam communiter ignoraretur, neque vllus esset, qui scrupulum circa eos contractus moueret.

Contractus tñ tales erant, quod, secluſa bulla Pij V. standoque in sola natura rei, validi erant, esto in aliquibus in conscientiæ foro esset necesse remittere onus aliquod venditori census, aut augere aliquid in pretio, quo census fuerant empti. Lites circa eos contractus moueri in tribunali Ecclesiastico cœperunt, contendentibus censuum debitoribus, contractus fuisse nullos, vtpote contra bullam Pij V. celebratos pensionesque receptas, restituendas, ac computandas esse in partem pretij pro eis censibus dati.

Consulti ea de re fuere varij docti viri, multique affirmarunt, contractus celebratos post duos menses a publicatione Romæ facta, fuisse nullos, nihil impediente communi ignorantia eius bullæ in ea diœcesi, & quod bona fide essent celebrati, ac proinde pensiones ex eis censibus acceptas restituendas esse, aut computandas in partem pretij dati.

Id verò suaderi potest. Quoniam, licet de iure 1 cõi, vt † leges Imperatorum, ac Regũ ita vim habeant, vt non præsumatur illarum ignorantia, & vt, nihil impediente contrahentium ignorantia nulli sint contractus, quos inualidos reddunt, requiratur, in Curia quidem, & Metropoli Regni, vt transeant duo menses a die publicationis in ea factæ, in reliquis verò prouincijs eidem Regno, ac Metropoli subiectis, vt transeant duo menses a publicatione in vnaquaque earum facta, vt habetur in authentico, vt factæ constitutiones collat. 5, consentiq; communis doctorum sententia; nihilominus, vt Summi Pontificis leges eam vim in tota Ecclesia habeant, inualidosque reddant contractus, nihil impediente inuincibili contrahentium ignorantia, satis est, si transeant duo menses a publicatione Romæ facta, vt multi affirmant, neque est necessaria peculiaris publicatio in vnaquaq; Metropoli, aut diœcesi. Id quod suadent,

Primò, ex discrimine, quod est inter Ecclesiã, & Regnum habens multas prouincias, seu regna, sibi subiecta. Etenim Ecclesia est vnica Respublica spiritualis: multa autem regna eidem Regi subiecta, sunt multæ respublicæ dependentes ab vna præcipua, cui subijciuntur: quare, cum in distinctis prouincijs requirantur diuersæ publicationes, eo quod Respublicæ diuersæ sint: & in vnaquaque earum sufficiat vna publicatio comparatione omnium, qui de ea prouincia sunt, esto ad distincta oppida, aut ciuitates, eius prouinciæ spectent: ita in Ecclesia, vt pontificiæ leges post duos menses vim habeant, satis erit vna solemnis publicatio in Curia Romana effecta.

Secundò, quoniam fortè nulla cõstitutio Summi Pontificis, eam ex ijs, quæ in corpore iuris sunt insertæ, publicata est in singulis prouincijs seu diœcesibus: quare si, vt vnaquęque earum singulas prouincias ligaret, necessaria esset publicatio illius in singulis prouincijs, nulla earum ligaret vniuersam Ecclesiam: quod nulla ratione est affirmandum.

Tertiò, qm̃ Pius Quartus, in bulla super declaratione tẽporis ad obseruãda decreta Cõcilij Tridentini, referens de iure communi sancitũ esse, vt constitutiones nouæ vim non obtineant, nisi post certum tẽpus, ait. *Prout rationi, iuri, & æquitati cõuenire cẽsuimus, duximus declarandũ, quod decreta, ad reformationem, & ius positiuũ pertinentia, omnes cœperint obligare a Kalendis Maij, neq; post eam diem excusationem cuiusquam, quod ea ignorauerit, admittendam;* cum tñ publicata Romæ fuerint, cœperintq; Romæ obseruari in fine Ianuarij: subiungitque, *quod si in contrarium aliquid fuerit iudicatum, totum sit irritum, & inane.* Ecce, solos tres menses designat post publi-

cationem

cationē Romæ factam, nullam aliā publicationē exigens in particularibus dioecesibus, incrementum verò illud, vltra duos menses designare videtur, propter moram factam in typis mandando, ac mittendo Concilio ad prouincias, cuius moræ in eadem bulla mentionem facit.

Ex his eruitur hoc argumentum. Leges Summi † Pontificis vim habent, etiam ad contractus
2 inualidos reddendos post duos mēses à publicatione Romæ facta, nihil impediente, quod in particularibus dioecesib. publicatæ non sint, & quod contrahentes inuincibili ignorantia laborent earum legum: ergo licet ignorātia inuincibilis bullæ Pij V. excuset eos à culpa, & a pœnis eiusdē bullæ, qui contra formam illius celebrauerunt cēsuales contractus post duos menses a publicatione facta Romæ: nihilominus contractus sunt ipso iure nulli, ac proinde emptores cēsuū, restituere tenentur pēsiones, quas vi eorundē contractuū acceperunt: tamquam acceptas titulo ipso iure nullo.

Quo loco obserua, quod dr, necessarios videlicet esse duos menses a die publicationis, vt leges Summi Pontificis, aut aliorum principū, vim habeāt ad inualidādos contractus, irritaque reddenda alia, nihil impediente ignorantia cōtrahentiū, aut quouis aliud efficientium, aut obtinentium contra legis dispositionem, limitaria doctoribus cōiter, vt intelligatur, modo aliud in particulari eisdem legibus nō disponatur, sed absque alia declaratione hac in parte proponantur. Sic.n. in illis plus temporis concedatur a die publicationis, vel tempus minuatur, aut etiam dicatur, qđ ex tunc, quando publicantur, valere incipiant, standum est ipsarum dispositioni. Ita Pan. & Fel. c. 2. de cōstitut. & doct. communiter.

3 Arbitror tñ, contrariū † esse affirmandū, ēt vbi bulla Pij V. plenè reciperet. Nēpè, contractus illos, in ea dioecesi celebratos ab ignorantibus valido esse, neque emptores censuū restituere teneri pēsiones, aut eas cōputare in partē pretij. Ducor.

Primò, ac potissimū, qm, quicquid sit de dispositionib. Summi Pontif. circa ea, quorum administratio ac dispō ad eū absq; cuiusquā iniuria spectat, vt circa collationem beneficiorum, in alijs tñ dispositionibus, in quib. ad cōe quidē bonum aliquid reddit nullū, verum tñ annullatio cederet in iniuriā efficientiū, quod annullatur, nisi prius ipsi lex cōpetēter promulgaretur, concederetur q. tempus sufficiēs, in quo ad omnīū notitiā posset peruenire, certè non benefaceret Sum. Pontifex, si cum iniuria sibi subditorum ea lege vellet aliquid reddere nullum, antequā illis in suis prouincijs, & dioecesibus, promulgaretur, cōcesso insuper eis tpe competenti, in quo regulariter ad omniū notitiam posset deuenire: cum ergo annullatio cōtractuum, de quib. modo disputamus, in iniuriā cedat eos celebrantium, nisi prius illa ad ipsorum notitiam sufficienter potuerit deuenire, vt mox ostendam: præsumendumq. non sit mentē Summi Pontificis esse, leges ipsius aliquid irrationabile continere velle ve vt cum iniuria suorum subditorum obligent; sanè dicendum est, mentem Pij V. fuisse, bullā a se latā, non prius cōtractus, alioquin ex natura rei licitos, irritos comparatione ignoranter eos celebrantiū reddere, quam in vna quaq; dioecesi esset efficienter promulgata aut alia via ad eius cognitionem potuerit peruenire.

Nobiscum consentit Sotus 1. de iust. q. 1. art. 4. asseuerans, similes Summi Pontificis leges non debere in vnaquaque prouincia obligare antequā in ea promulgētur: quia alias essent periculis plenæ, eaque de causa ait, censendum esse eam esse Summi Pontif. mentem.

Idem cōstanter meritò affirmat de legib. quæ priuilegia absoluendi auferunt, neque enim credendum est, mentem Summi Pontificis esse irritas reddere sacramentales absolutiones iuxta ea priuilegia factas, antequam eiusmodi leges in vnaquaque dioecesi sint sufficienter promulgatæ: quoniam id esset irrationabile, & cum maximo fidelium grauamine. Concipit præterea Trident. Syn. sess. 24. c. 1. de reform. dum irritū reddens matrimonium clandestinum, cernensq; id cedere posse in grauem eorum iniuriam, qui ignorantes reddirum esse nullum, illud celebrarēt noluit legem illam in vnaquaque parœcia habere vim, nisi post triginta dies a publicatione eius decreti in eadem parœcia. Quòd autem annullatio contractuum, de quibus loquimur, in iniuriam cederet illos celebrantium, nisi prius illa sufficienter potuerit in ipsorū notitiam deuenire, satis est perspicuum.

Celebrarent.n. contractum ex natura rei licitum, traderentq; pretium, aliqñ cum maiori lucro cessante, aut damno emergenti, quam essent pensiones receptæ; & nihilominus cogerētur restituere pensiones, licitè alioquin acceptas, nudūque accipere pretium, quo censuum venditores toto eo tempore essent potiti: quod cōstat in eorum iniuriam cedere.

Neque.n. censuum venditores illis tenerentur ad lucrum cessans, aut damnum emergens, quæ expensionibus illud possent cōpensare: qñquidē neque ex parte rei acceptæ ad id tenerentur quippe cum lucrum eorum cessans, aut damnū emergens, non sit res, quæ ad censuum venditores deuenerit: neque item illis tenerentur ex parte iniustæ acceptionis: siquidem non peccassent bona fide cum eis celebrando eos contractus.

4 Secundò † ducor, qm opinio illa qđ Pōtificiæ leges statim post duos menses a publicatione Romæ facta totam obligent Ecclesiam, neque necessaria sit publicatio earum in singulis prouincijs, aut dioecesibus, ad effectum, quod nullus præsumatur inuincibiliter illas ignorare, & quod inualida sint, quæ eis annullantur; profecto non est tā certa quam certa supponitur, quin potius contraria, meo iudicio, est probabilior.

Vt.n. Panor. Fel. c. 3. de const. & alij argumentatur, cum ciuile ius statuat duos menses a publicatione facta in vnaquaq; prouincia, vt inualida iudicētur in ea, quæ lex principis annullat, vt ex authentico vt factæ nouæ const. it, constat qđ loqntur expresse de lege annullante testamentum ob defectum solemnitatis, verò canonicum nihil in contrarium statuerit, standum sane in iure canonico

nico erit illi dispositioni iuris ciuilis: eo quod, qñ ius canonicum nihil statuit, recurrendum sit ad dispositionem iuris ciuilis in Ecclesiastico foro; illiq; sit standum, vt constat ex c. 1. de noui oper. nunc. & ex alijs iuribus. Neq; valet quicquam discrimen illud quod Ecclesia tota est vnica Respublica, diuersæ vero prouinciæ eidē Regno principali subiectæ, sint diuersæ Respublicæ.

Etenim rō quare in authētico citato duo menses a publicatione sufficientes sunt iudicati, vt regulariter nullus obtendere possit ignorantiam legis, atq; adeo, vt lex, absq; cuiusquā iniuria, post id tps testamenta annullet ob solemnitatis defectum, & contractus ea, aut alia de causa, est, qm lex publicanda erat per singulas prouincias, & id tps cōpetens iudicabatur, vt, post publicationem in vnaquaque earum, notitia legis regulariter ad omnes posset deuenire: quod si totum Romanū imperium, tunc per Orbem terrarum latè diffusum, vnica esset temporalis Respublica eo modo, quo est tota Ecclesia, certè non præscriberetur tēpus duorum solum mensium a die publicationis in curia imperali factæ, vt totus Orbis non censeretur habere ignorantiam eius legis, & vt testamenta, aut contractus, ob defectum solemnitatis, aut ob alias causas, quæ ad id legislatores permouerent, nulla conferentur: qm esset irrationabile, eo quod in tam exiguo tpe notitia legis deuenire non posset ad totum imperium, singulaq; illius oppidas, ac personas: vnde hæredes in minus solēni testō instituti merito ad imperialē curiā recurrerent, ac proponerent, testatorē iusta legis ignorantia ita eos instituisse hēdes, vt indignumq; esse testatoris voluntatē: absque ipsius culpa, quæsiti, vt multi ante conditū illud authenticum recurrēbant, ac obtinebāt hæreditatem; nihil impedēte lege irritāte testm, eaq; de cā constitutum fuit illud authenticū, vt ex ipsomet constat: quare cum Ecclesia tā late per Orbē terrarū sit diffusa, quā latè diffusum tunc erat Rom. imperium, diuisaq; sit per Metropoles, & diœceses, sicut imperiū per prouincias erat diuisum, leges q; pontificiæ deriuatæ a curia Romana consueuerint, ad Patriarchatus, Metropoles ac diœceses, vt ita ordine quodam per Patriarchas Archiepiscopos, & Epos, iussu Summi Pontificis promulgentur, vt ex ipsismet bullis, quib. ea continentur, liquet: consequens profectò est, vt qñ ius canonicum, consentaneè ad quile, de duobus mensibus circa pontificias leges loquitur intelligendi illi sint, a publicatione in vnaquaque diœcesi facta: alioquin irrationabile esset tam modicum tempus, tū vt ignorantia in vniuersa Ecclesia non præsumeretur, vt ex se est satis perspicuum, tum etiā vt in tota Ecclesia irriti essent actus, alioquin ex se liciti: qūt eis nulli redderentur, quod esse non posset sine multorum iniuria: cum autem hæc præsumenda non sint de voluntate Sūmi Pontificis, ordineq; ac dispositione Ecclesiæ: dicendum proculdubio erit, duos illos menses intelligendos esse, a die promulgationis in vnaquaque diœcesi. Atque ita intelligo verbū illud in hac bulla Pij V. *Modo post publicationem huius bullæ creatus sit.*

Citati p hac sñia pñt, gl. c. 2. de const. & alia. c. 1. de post. plat. atq; alia. c. nouerit, de sent. excō. quæ dum affirmant, leges pōtificias obligare post duos menses a publicatione iuxta authenticum vt factæ nouæ consti. & nihil amplius addunt, apertè intendunt, eo modo obligare post duos mēses, quo in prædicto authentico sancitur: in eo autem disponitur, obligare in vnaquaq; prouincia post duos menses a publicatione in ea facta. In eadem sñia sunt Pan. Feli. Card. Zabarella, Henricus, & Dec. in lect. 2. c. 2. de consti. citato, idem Pan. c. 1. de postu. prælat. Ang. ver. lex nu. 13. & quidā alij.

Ioannes tñ Andr. in gl. vlt. lib. 6. decretaliū, super dictā illius libri, innuere vt pontificias leges, quæ in eo. lib. 6. compilatæ sunt, obligare omnes de ecclesia post duos menses a publicationē eiusdem libri, esto in prouincijs non sint publicatæ, & post illum multi vniuersim asseruerunt, constitutiones Summi Pontificis obligare vniuersam Ecclesiam post duos menses a publicatione Romæ facta, atq; vsq; adeo hæc opīo viguit, vt cōior videatur appellanda. Quin Syluester, qui eādem amplectitur, verb. lex q. 6 pronunciat. 3. & multi alij affirmant, seruari in practica. Et Pan. c. nouerit, de sent. excom. parum sibi constans, in eandē videtur inclinare, tametsi addat, potiss̄imum eam esse veram de constitutionibus in corpore iuris insertis, de quib. Io. Andr. loquitur. Permotus aūt videtur argumēto illo supra proposito, quod Io. Andr. & plerosque alios eius opinionis autores mouit, nempe, quod alioquin multæ ex constitutionibus in corpore iuris canonici insertis, non obligarent vniuersam Ecclesiam; eo q promulgatæ non sint in singulis prouincijs.

Verum tamen argm̄ hoc mouere illos non debuit, vt discederent ab illa alia opinione authoritate iuris, firmissimis q. rationibus, comprobata: sed solum ad eam limitandam, vt intelligeretur, nisi constitutio in corpore iuris esset inserta, quo prouinciæ vtūtur, & in vniuersitatib. addiscitur, atq. inter literatos viros practicatur: id. n. in vnaquaq. prouincia pro promulgatione sufficit, neq. necessaria est alia promulgatio, siue ius ad illud canonicum sit, siue ciuile. Atque hoc modo eam opinionem limitat Fel. loco citato, idque est, qd velle videtur Pan. c. nouerit citato.

Admonuerim tamen, si corpus aliquod iuris de nouo Romæ ederetur, in quo essent nouæ aliquæ constitutiones atque sufficiens earum notitia ad aliquam prouinciā intra duos menses non deueniret, neque in ea publicarentur, tunc illa nō obligare ipsas ignorantes in ea prouincia, antequam de eis communiter in ea haberetur notitia, idque propter ea, quæ dicta sunt.

Vnde, quod ad bullam, de quo modo disputamus, attinet, dico. Si in prouincia aliqua publicata nō sit, neque ea inter viros doctos practicetur, tabellionesque, & contrahentes, cōiter de illa nō sint admoniti, non prius irritos reddere contractus, contra formam ipsius ab ignorantibus celebratos, quam de illa in eo populo cōmuniter notitia habeatur.

Vnum in complementum eorū, q̄ dicta sunt, Dubiū exami-

5 examinemus oportet. Nempe, si † aliqui, ante lapsos duos menses à publicatione legis irritantis contractum, notitiam sufficientem illius habeat, ac celebrent contractum, vtrum in conscientiæ, atque in exteriori foro is contractus irritus sit, & nullus, quasi lex intra eos duos mẽses obliget scientes, non verò ignorantes. Quidá asseruerunt, eiusmodi leges intra duos illos menses, neque obligare scientes, neq; ignorantes, eaque de causa validũ esse eum contractum. Communior tñ sententia doctorum est, quando lex non exprimit intra quũ tum tempus valere, atque obligare incipiat, obligare statim scientes, eorumq; comparatione reddere nullos contractus, quos irritat. Duos verò menses, qui de iure communi conceduntur, ad id solum concedi, vt intra id tempus ignorantia præsumatur, qñ contrarium sufficienter non probatur, atque vt contractus nulli non sint comparatione ignorantium: quare affirmant, non solum in foro conscientiæ, sed etiam in exteriori, obligare intra eos duos menses scientes: attamen in exteriori foro exigi, vt aduersus illos probetur, eos habuisse scientiam. Huius sententiæ, inter alios, sũt gl. c. 2. de reb. Eccles. non alien. lib. 6. Pan. & Fel. c. 2. de constit. idem Pano. c. 1. de post. præb. Sylu. verb. lex q. 6. pronunc. 4. Ang. ibid. nu. 12. & multi alij, quos citant; atque ad eandem sententiam accedit Bar. in authen. com. citatam. nu. 6. idque confirmatur ex c. 1. de concess. præben. lib. 6. vbi, neque obstare, vbi clarè eam tenuit textus, est q; textus ille quasi exposito authẽticũ citatæ, eidem etiam textui innititur gl. citata. Consentit præterea bulla Pij IV. circa declarationem temporis, in quo decreta Concilij Tridentini obligare cœperunt, dum ait, à publicatione Concilij facta Romæ cœpisse ibi decreta seruari, nulla facta mẽtione de lapsu prius duorum mensium.

Obseruant verò doctores, quãuis, post lapsum duorũ mensium à publicatione legis inualidi sint contractus, qui ea irritantur, festo ab habente inuincibilem ignorantiã eius legis celebrẽtur, cuius ratio est, qm̃ ad contractus in cõe bonũ annullandos, satis est, si concedatur ipsa, in quo præsumitur, non futuram post illud ignorantiam legis, neque est necesse habere rationem paucorum in quibus per accidens esse potest ignorantia illius inuincibilis; nihilominus, vt aliquis post eos duos menses ad pœnam legis statutam teneatur, requiritur, vt eã tunc non ignoret inuincibiliter.

Ratio est, qm̃ pœna culpam supponit, vbi verò datur ignorantia inuincibilis legis, esse nõ potest culpa in trãsgressione illius. Hinc prouenit, quod quamuis, post duos menses a promulgatione legis, nullus præsumatur illam ignorare inuincibiliter, atque adeo q, nisi de ignorantia inuincibili cõstet transgressor omnis eius legis puniendus sit pœna illius, nihilominus admittenda in foro exteriori sit probatio ignorantiæ inuincibilis, eaq; sufficienter probata, puniendus non sit transgressor legis. Qualis autem probatio requiratur, & num aliquando sufficiat iuramentum transgressoris, lege Panor. & Felinum locis citatis.

Ex proximè dictis intelliget facilè, si quæ in bulla Pij V. circa inualiditatem contractuũ censualium statuta sunt, in pœnã sint sancita, vim nõ habere aduersus ignorantes inuincibiliter eam legem, quales illi sunt, propter quos hæc omnia dicta sunt. Ius Lusitanũ.

6 Illud † obseruandum est, de Lusitano iure, leges Regias post dies octo à publicatione earũ in Cancellaria Regis, aut in domo supplicationis facta, habere vim in loco, vbi residet Rex. In reliquo verò Regni, habere vim post tres menses ab eadem publicatione in Cancellaria, aut in domo supplicationis facta, idque siue in reliquis partibus Regni, quas *comarcas* vocant, publicẽtur siue non, atque est in eisdemmet legib. præcipiatur vt publicentur *pola comarcas*. Eiusmodi quippe præceptum nõ apponitur, quasi ea publicatio necessaria sit, vt lex in toto Regno vim habeat, sed vt lex melius ad omnium notitiã perueniat. Hæc omnia habentur lib. 1. Lusit. ord. tit. 2. §. 9. Ille tamen §. intelligendus est; quando aliud non exprimitur in lege circa tempus, in quo obligare dẽat. Præterea arbitror de Lusitano iure regias leges non prius obligare scientes, quam in Curia transeant octo dies, & tres menses in reliquo Regni. Ratio est, quoniam §. citato aperte constituuntur, vt nõ prius leges habeant vigorem, quam tẽpus illud labatur.

Ad argumentum, quo sententiam contrariam suadebamus primamq. illius probationem, dicendum est. Satis perspicuè esse ostensum discrimen illud nihil efficere, neque illam esse rationem, cur in legibus imperialibus publicatio requiratur in vnaquaque prouincia.

Quòd si discrimen illud aliquid operatur, solũ est quõad hoc, quod eo ipso, quod aliquibus de aliqua diœcesi plene constat, legẽ aliquã à Summo Pontifice esse latam, neque videant talem eã esse, de qua supplicandũ Pontifici summo sit, eos obliget antequam in ipsorum diœcesi promulgetur; eo quod vniuersa Ecclesia sit quasi vna Respublica, quæ eisdem legib. gubernatur. At verò, quando multæ prouinciæ eidem Regno sunt subiectæ, quarum quæuis suis peculiaribus legibus gubernatur, vt sunt hodie Lusitaniæ, & Aragoniæ Regna, itemq. Belgia, & Neapolitanum Regnum comparatione Regni Castellæ, non satis erit scire Regem Castellæ legem promulgasse in Castella, quam communem esse vult cæteris Regnis, quæ ipsi parent, vt in eis obligent scientes, antequã in ipsismet eorum Regnis, promulget.

Ad 6dam iam dictum est, sufficere constitutionem aliquam insertam esse in corpore iuris, quo prouincia cõiter regitur, quodque in ea practicatur, vt censeatur esse in ea promulgata.

Ad 7mam dicendum est, attenta notitia, quæ de Concilio Tridentino, iam antea absoluto, per prouincias omnes habebatur, & quod per partes ante illius confirmationem ad prouincias omnes typis mandatum deuenerat, attenta item notitia confirmationis, & publicationis illius Romæ factæ, quæ ad prouincias omnes Europæ Romanæ Ecclesiæ subiectas intra breue tempus peruenit, vtpote rei adeo insignis, & tantopere

topere vbiq; desideratæ, insuper attenta celeri illius publicatione, quæ vbique facta est (si enim rectè memini, in Lusitaniæ prouincia, quæ adeo à Romana Curia distat, per duos mẽses integros ante Kalendas Maij fuit promulgatũ) iure optimo Pius IV. declarauit, omnes obligare cæpisse à Kalendis Maij per epicheiam autem, legũ interpretem, est iudicandum, non intellexisse de ijs, qui India, & qui in remotissimis noui Orbis partibus commorantur, ad quos notitia confirmationis Concilij tam breui ipsè deuenire non potuit. Si.n.hi Summo Pontifici occurrissent, propositiue, dum eam declarationem edidit, illi fuissent, vtique eos excepisset, iudicassetque, inuincibili ignorantia confirmationis, ac publicationis Concilij eos laborasse, etiam post menses multos ab eis Kalendis Maij. Confirmat verò, nostram sententiam fuisse mentem Pij IV, in ea bulla, non verò id, quod argumentum intendit.

Quoniam declaratio, quæ in ea bulla continetur, facta fuit post elapsas Kalendas Maij, cum tamen à principio Concilium absolutè promulgatum fuisset Romæ, nullo præfixo tempore, à quo decreta obligare inciperent: si autem leges pontificiæ statim, elapsis duobus mensibus à publicatione Romæ facta, vniuersam obligarent Ecclesiam, sane Pius IV. non declararet, consentaneè ad ius commune, post tres menses obligare cepisse, sed statim post duos menses ita cœpisse obligare, vt quicquid contra ea decreta postea fuisset effectum, irritum esset, & inane.

Potius ergo nostra sententia ex ea declaratione confirmatur, quam impugnetur.

## Permutatio, & cambium, quot modis vsurpentur. Et de permutatione presse sumpta.

### DISPVTATIO CCCXCVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Cambium, & permutatio idem illata eorum significatione.*
2 *Cambiũ & permutatio tribus modis sumitur in eorum significatione.*
3 *Permutatio proprie quid.*
4 *Cambium proprie quid.*
5 *Permutatio proprie, similis est ẽptioni, et vẽditioni.*
6 *Permutari res possunt dum non existunt, in tẽpus, quo existent.*
7 *Cambium potest fieri de re nondum existẽte ad tẽpus quo existet.*
8 *Dñium in permutatione, & cãbio an transferatur p traditionẽ ex vna parte, si ex alia non sit trãslatum, aut res oblata, aut habita pro tradita.*

*Et quid de iure Lusitano. nu. 9.*

QVoniam permutatio, & cambium, vt habetur l. 2 ff. de rer. perm. emptioni, & venditioni valde affinia, & similia sunt, de eis consequenter est disputandum.

1 Cambium, vi suæ † significationis, idẽ, quod permutatio, significat. Cambire enim, & permutare, latè sumpta, idẽ prorsus sunt, de qua re lege inter alios Couar. in tractatu numismatũ, c. 7. nu. 5. Vtrũq; aũt vocabulũ tribus modis vsurpatur.

2 Primò † sumuntur latissimè, pro quacumque commutatione. Atque hoc modo sumpta, suo ambitu complectuntur oẽs non gratuitos, seu respectiuos contractus, vt emptionem, locationẽ, mutuum, & cæteros, tã notatos, quã innominatos: ideo quippe non gratuiti contractus dicuntur, q̃ in eorũ vnoquoque fiat, detur, aut promittatur aliquid in recompensationem pro alio. Significatio, ac vsurpatio hæc fuit prima horum vocabulorum: reliquæ verò, quæ minus latè patent, vim ex vsus accommodatione habent. Id quod in causa est, vt contractus, qui in eis vsurpationibus significantur, non dicantur nominati. Vt.n. cum quadam glossa Bartolo, & alijs, dispu. 253. dictũ est, vt contractus aliquis nominatus dicatur, nõ satis est, si ex vsus accommodatione retineat nomen commune generis, sed necesse est, vt proprium, ac peculiare nomen sibi vendicet. Cum autem modo de contractibus in particulari disseramus, nõ est sermo nobis hoc loco de permutatione, & cambio in tam ampla significatione.

Secundò vsurpantur minus latè, pro cõtractu illo innominato, qui dicitur, do vt des, hoc est, quo vna res, vt cõtra facere distinguitur, pro alia commutatur: siue res vna incerta in individuo, certa verò in specie, aut genere, commutetur pro alia, siue res vna certa in individuo commutetur pro alia certa ẽt in individuo, vt disp. 253. cũ Padilla, Pinello, & alijs, quos citant, & cũ quib. consentit Lassarte de decim. vend. c. 17. nu. 7. dictum est. Is.n. contractus ex vsus accommodatione est, qui peculiariter permutatio, & cambium nuncupatur, distinguiturq. à reliquis contractibus, tam nominatis, quam innominatis, atque duas partes sibi subiectas complectitur. Vna, qua res, quæ nõ est pretium, commutatur pro re, quæ etiã non est pretium, vt equus pro boue, triticum pro oleo, equus pro equo &c. Altera, qua res, quæ est pretium, commutatur pro re, quæ etiam est pretium, vt aurea pecunia pro pluribus argenteis, aut pecunia in vno loco, pro alia soluenda in alio.

Contractus enim rei, quæ non est pretiũ, pro pretio, est contractus nominatus, emptio videlicet, & venditio. Quatenus aũt in explicatione permutationis, & cambij in hac secunda vsurpatione dictũ est, esse contractũ innominatũ, à ratione illius excluduntur contractus omnes nominati, vt emptio, locatio, & cæteri. Quatenus verò est additũ, esse contractum, quo res, vt contra facere distinguitur, pro alia re commutatur, excludũtur a ratione illius tres alij contractus innominati, videlicet, do vt facias, facio vt des, & facio ut facias, in quib. saltẽ ex parte alterius extremi, commutatur facere. Hoc autem loco agere intẽdimus de permutatione in secunda hac vsurpatione, & de partibus illi subiectis. Neq; erit necesse addere peculiares disputationes de alijs contractibus innoĩatis, in quib. nulla peculiaris est difficultas sed sufficienter intelligentur tum ex ijs, quæ de permutatione, & alijs contractib. disputamus, tũ etiam ex ijs, quæ de illis à dispu. 253. dicta sunt.

Tertiò

Tertiò, ex vsu accommodatione, vsurpantur permutatione, & cambium, adhuc pressius. Videlicet, permutatio † pro ea tm̃ parte subiecta, qua res, quæ non est pretium, permutatur pro re, quæ etiam non est pretium, vt equus pro boue: cambium † verò pro ea parte subiecta, qua res, quæ est pretium, permutatur pro re, quæ etiam est pretium, vt vna pecunia pro alia. Atque in hac tertia acceptione cambiũ pars est contra diuisa permutatiom, ab eaq; distincta, in eaq; vsurpatione de eis, cum communi hominũ vsu, deinceps loquemur.

5 Permutatio hoc tertio † mó sumpta, valde similis est emptioni, & venditioni; eaq; de causa, quæ de emptione, & venditione dicuntur, illi sunt accommodanda, quatenus conuenire ei possunt, modo tamẽ cõtrarium non sit in iure expressum. Ita colligitur aperte ex l. 2. ff. de rerum permutatio. & ex l. 2 C. eodem tit. dictumq; est disputatione 253. Vnde in ea locum habent rescissio, actio redhibitoria, & quanto minoris, in euentibus, in quibus hæc locum habere in emptione, & venditione suis locis explanatum est, vt ibidem dictum est latius habere in permutatione. Permutari etiam † possunt res, dum nondum existunt, in tempus in quo existent, vt Nauar. in Manu. ca. 17. nu. 187 aduersus Sotum, & Syluestrum recte affirmat: quoniam emi, & vendi in id tempus possunt, vt disp. 340. ostendimus, nihilq; in contrarium de permutatione inuenitur dispositum.

7 Hæc † eadem locum etiam habent in cambio presolumpto. Immò verò eo ipso, quod res aliqua vẽ di prohibetur, censetur etiam permutari prohibita, atque ita de alijs, quæ emptioni, & venditioni accommodantur.

8 Dubium est, num † licet in vendõne non trãsfertur dñium rei venditæ per traditionem, nisi soluatur pretium, aut offeratur, vel habeatur pro soluto, vt disp. 338. dictum est, ita in permutatione, & cambio per traditionem eius vna parte non trãsfertur dominium, quousque ex altera parte sit etiã facta traditio, aut res sit oblata, vel habita sit pro tradita. Glossa l. 2. C. de rer. permut. & alia l. 1. ff. eod. tit. atq; alia l. traditionibus C. de pactis, affirmant, id peculiare esse in contractu emptionis, & venditionis ex priuilegio contractus illius: at verò in permutatione, & alijs contractib. dominij translatiuis, traditione dominium transferri, antequam ex altera parte contractus perficiatur, & consentiunt valde. §. per traditionem, & §. venditæ, Inst. de rerum diuis. vbi hẽ, traditione transferri dominiũ, solumq; excipitur venditio, in qua dñi translationem vltrius requiritur solutio pretij. Bar. autem l. 2. C. de rerum permutatio. & cum eo additio quædam ad glossam eius legis paulò antea à nobis tractatam idem Bart. l. si socius, §. locauit. ff. de fur. consentanea ad quasdam alias glossas, in contraria est sententia. Nempe in permutatione, & in reliquis contractibus, non trãsferri dominiũ sola traditione, sed vltrius requiri, vt contractus ex alia parte impleatur, citatque in eius rei confirmationem l. 3. ff. de pignor. actione.

Decis. Mihi verò prior sñia longè plus probatur, quæ facta aperte colligitur ex duobus illis. §§. citatis. Neque enim quicquam excipiẽdum est à regula illa; traditione comparatur dñium præcedente titulo; nisi quod excipi fuerit in iure expressum. Præterea, in permutatione traditione dñium transferri, antequam ex altera parte contractus impleatur, adeo expresse hẽ l. cum precib. C. de rer. permu. vt mirandum sit, Bar. ad eam legem non attendisse. Neq; lex, quam Bar. pro sua sententia citat, quicquam, vel apparenter probat. In ea, enim solũ hẽ, si debitor ad suum creditorem accederet, ab illoque exigeret pignus, qđ in debiti assecurationem ei dedit dicens, se velle soluere debitum: pignusq; acceptum mittere per fenestrã alteri, quem ad id paratum haberet, nec debitum solueret, creditorẽ, tunc retinere ius pignoris in re illa dolo eo modo de ipsius ptãte erepta, quousq; sibi debitum soluatur. Hinc verò non video, qua consequentia possit Bar. suam sententiam inferre. Citra permutatione hoc tertio modo acceptam est obseruandũ. Ius Lusitanũ.

9 De † iure Lusitano li. 2. Lusit. ord. tit. vlt. ad vitãda mala, quæ inde oriebantur, prohibitũ esse permutare triticum, vinum, oleũ, aut quoduis aliud, quod ad annonam spectet, cum re alia in futurum soluenda, quamuis, cũ quo permutatio fit, nõ hẽat ex suo, sed sit eam empturus, aut titulo alio comparatus ab alio, vt eam soluat. Atq; ei, qui ita permutauerit, imponitur pœna amissionis ipso facto rei, quam eo modo dederit, applicaturq; ei, cui illam dederit, ita vt numquam facere teneatur recompensationem aliquam illius. Neque válida est renunciatio priuilegij huius legis, quam accipiens efficiat. De permutatione autem beneficiorum, cum de beneficijs sermo erit dicetur.

## Vtrum ex permutatione, & cambio alcauala debeatur.

## DISPVTATIO CCCXCVII.

### SVMMARIVM.

1 *Alcauala de iure Castellæ ex permutatione duplex debetur. Idem in Lusitania sub nu. 2.*
2 *Venditio duplex in vnaquaque permutatione interuenire censetur.*
3 *Gabella, quæ ex permutatione debetur, quando deberi incipiat.*
4 *Permutatio de numero est contractuum qui opere, & facto perficiuntur, non autem consensu, aut stipulatione.*
5 *Gabella cui potius gabellario ex duobus debeatur, quando sub vno fuit tantum pactum nudũ de permutando, & sub altero fuit traditione vestitum.*
6 *Traditio rei est solum conditio pacti, sine qua ex pacto non oritur obligatio.*
7 *Traditio rei est complementum contractuum, & sic pars integralis.*
8 *Contractus de iure Castellæ, quando censeatur suspẽsus, vt scriptura perficiatur.*
9 *Permutatio an censeatur, vt debeatur gabella, quãdo datur individuum aliquod vnius speciei pro alio eiusdem speciei simili, etiam in valore.*
10 *Taxatio rerum, quæ permutantur, ut sciatur quanta gabella debeatur, ad iudicem spectat.*
11 *Venditio duplex censetur, si a principio res aliqua*



Digitized by Google

*certo pretio vendatur, & postea partes conueniãt, vt loco pretij res alia æstimata accipiatur.*

12 *Alcauala ex quibus rebus non debeatur.*

13 *Alcauala à quo contrahentium solui debeat.*

14 *Alcauala ex donatione remuneratoria non debetur in Castella, & Lusitania.*

15 *Permutatio quando ex donatione censeatur.*

16 *Alcauala ex cambio propriè sumpto nõ debetur.*

1 DE iure huius † Castellæ Regni, non solum debetur alcauala ex permutatione, sed etiã duplex ea debetur. Vna ex vna re, quæ cum alia permutatur: & alia ex altera, quæ vicissim permu
2 tatur. In † vnaquaque, n. permutatione duplex venditio interuenire censetur, iuxta l. sciendũ. §. sed si quis permutauerit. ff. de ædil. edicto: vna rei vnius, quæ permutatur: & alia rei alterius, quę cũ hac permutatur, ac proinde in hoc Regno, vterq; permutantium, soluere integram alcaualam tenetur, iuxta rei valorem, quam in commutationem pro re, quam tribuit, accipit: qm̃, quod accipit in recompensationem rei, quam permutat, subit rationem pretij: venditor autem in hoc Regno soluere tenetur integram alcaualam ex pretio rei, q̃ vendit. Hæc omnia colliguntur apertè ex l. 2. tit. 17. lib. 9. nouæ collect. dictaq. sunt in materia de emptione, & venditione. In Lusitania autem duplex similiter, pp eandem rationem, eiusmodi gabella debetur, quam ibi *sisa* vocant, vt ex articulis *da sisa* constant: dimidium tñ vtriusque soluit vnus permutãtium, & dimidium alter: qm̃ in eo Regno dimidium soluit emptor, & dimidiũ venditor, vt in materia de emptione, & venditione dictum est, De hac re, quod ad ius huius regni attinet, lege Lassart. de decim. vend. in scholijs ad l. 2. citatam, ante c. 1. & c. 17. a nu. 1.

Dubium est hoc loco. Cum permutatio non prius perfecta esse censeatur, atque in esse producta, quam vtrinq; sit facta traditio, neq; ad id sufficiat esse ex altera tantum parte factam traditionem, vt ex dictis à disp. 253. apertè constat, & cũ Fortunio Garcia confitetur Lassart. c. 17. citato nu. 3. expresseq. habetur l. 1. ff. de rerum permut.
3 vtrum † gabella, aut gabellæ, quæ ex ea debẽtur, tunc solum deberi incipiant, qñ vtrinq; est facta traditio, ita vt si numquam fiat, numquã debeat, & si post factam ex altera tantum parte traditionem, cum pœniteat, qui rem tradidit, vt de iure cõi pœnitere ei permittitur, vt disp. 258. visũ est, aut mutuo consensu vtriusque contrahentiũ à cõtractu discedatur, gabella numquam debeatur.

Stãdo in solo iure cõi, quod vim in Lusitania habet, eò q̃ ea de re nihil in Lusitania in contrarium sit sancitum confitetur Lassarte c. 17. citato nu. 25. cum Bertachino Firmio de gabellis, part. 3. partis 8. nu. 48. non prius deberi hanc gabellã quam permutatio mutua vtriusque partis traditione sit perfecta. Idem in hoc Regno censent esse Menchaca. lib. 1. controu. c. 11. nu. 21. & Parladorius à Lassar. ibid. nu. 35. relatus. eò quod, quãuis in hoc Regno ex pacto nudo permutationis detur actio, nec fas sit pœnitere, non solum qñ ex altera parte est facta traditio, sed ét qñ neutra ex parte ad traditionem est deuentum, vt disp. 257. & 258. visum est, attñ diuersum quid est cõuentio, & pactũ de permutatione exequẽda, ac perficienda, & permutatio ipsa, quæ nec perfecta cẽsetur, neq; in esse ꝓducta, anteq̃ vtrinque sit facta traditio: in hoc autẽ Regno l. 2. citata, tributũ alcaualæ, aut duarum alcaualarum, non est impositum pacto permutandi, sed permutationi ipsi.

Lassarte à nu. 25. citato in contraria est sententia, nempe gabellã hanc deberi in hoc Regno ex solo pacto permutationis perfecto, & consummato, esto numquam ad traditionem deueniatur, & esto contrahentes ante traditionem mutuo cõsensu a contractu discedant. Ducitur, quoniam cum in hoc Regno ex pacto nudo ciuilis obligatio oriatur, & detur actio, nec pœnitentia, inuito altero contrahentium, locum in eo habeat, siue ex altera tãtum parte, siue ex neutra, sit facta traditio; vtique non minus in eo permutatio mutuo consensu perficitur, quam emptio, & vẽditio mutuo cõsensu perficiatur, ac proinde sicut ex mutuo cõsensu emptionis, & venditionis comparat fiscus perfectè ius gabellæ, cui præiudicium afferre non potest discessus a contractu ante traditionem mutuo contrahentium consensu, gabellaq. debetur dño, & gabellatio, qui erãt tempore mutui illius consensus, non verò domino, & gabellatio, q̃ fuerint tempore traditionis, vt hæc omnia in materia de emptione ostensa sunt: ita idem prorsus dicendum est in permutatione. Alioquin cõtrahentes, in fraudem gabellæ, quæ ex permutatione debetur, celebrato contractu ſmutuo consensu, differrent exequutionem, ac progressum ad traditionem, quousq; rebus ipsis permutandis omnino indigerent, superueniente q; circumstantia, quæ permutationem excusare possent, mutuo consensu à contractu discederent.

Mihi verò longè plus contraria aliorũ doctorum ſnĩa probatur, pp illud eorum fundamentũ, Decis.
qm̃ permutatio non significat pactum permutandi, sed permutationem ipsam opere, mutuaq; traditione consummatam, sicut mutuum non significat pactũ de mutuando, sed actualẽ ipsam mutuandi exequutionem, vnde sicut mutuum de numero in eorũ contractuum nominatorũ, qui opere, ac facto perficiuntur, non verò mutuo consensu, aut verbis, vt disput. 254. visum est, ita permu-
4 tatio † de numero eũ contractuum, qui opere, & facto perficiuntur, ideq; significat vocabulũ permutatio, & non mutuum consensum, neq; stipulationem de permutando, vt expresse hꝫ l. 1. ff. de rerũ permut. cum ergo gabella, de qua loquimur, permutationi sit imposita, consequens profectò est, vt ante illã consummatam mutua traditione, nõ debeatur, neq; fisco sit ius perfectè quæsitũ. Neq; refert, q̃ facientes conuentionem de permutatione conficienda, differre exequutionem possint, & a pacto discedere, qm̃ iure suo vtentur, neque vllã iniuriã facient fisco. Quo loco obserua, sicut, stando in solo iure cõi, quamuis ex pacto nudo mutui faciendi non detur actio, si tñ stipulatio adhibeatur, aut pactum illud cum altero contractu cohæreat, datur actio, vt a disput. 253. dictum est, cum tñ nondum sit contractus mutui, sed stipulatio-

nis

nis de mutuo faciẽda, aut pactũ alioquin nudum, vestitum cohærentia alterius cõtractus; vñ, si mutuo contractui gabella esset imposita, nondum gabella deberetur, stãdo in solo iure cõi, quia id nõdum esset mutuum: ita, stando in solo iure cõi, aut in Lusitania, vbi solum *ius* cõe hac in parte viget, gabellaq; permutationi est imposita, si pacto de permutando stipulatio adhibeatur, aut pactum illud cum altero cohæreat contractu, dabitur quidem ex tali pacto actio, quia tñ nondum erit permutatio, sed pactum de permutando, vestitum formula stipulationis, aut cohærentia alterius contractus, non debebitur ex illo gabella, quæ soli cõtractu permutationis, aut emptionis, & venditionis, est imposita. Quo fit, vt impertinens sit de iure huius Regni ex pacto nudo permutationis (vt & ex quouis alio nudo pacto) concedi actionem, neq; locum habere pœnitentiam, vt ex eo fundamento asseratur, deberi ex illo eam gabellam, quę contractui permutationis est imposita.

De cõtractu verò emptionis, & venditionis longè diuersa est rõ, quod ex eo debeatur gabella, perfectęq; ius ad illam fisco acquiratur eo ipso, quod mutuo cõsensu perficiatur. Qm̃ emptio, & venditio solo consensu perficitur, vt disp. 254. & alias sæpe explicatum est, vocabulumq; emptio, & venditio eum contractum eo modo perfectum significat, ac proinde ex illo debetur ea gabella, quæ venditionis contractui est imposita.

Ex dictis facilè erit intelligere, si in hoc Regno, aut in Lusitano, tpe vnius dñi, ac gabellarij celebratum fuit pactum de re vna cum altera permutanda, & tpe alterius permutatio traditione consummetur, gabellam deberi posteriori domino, & gabellario, cuius tpe permutatio perfecta, & consummata est, nõ verò priori domino, et gabellario, cuius tempore pactum nudum fuit celebratum, etiam si tunc pactum illud stipulatione, aut cohærentia cum alio contractu, esset vestitum.

Ratio est, qm̃ gabella non debetur ex pacto permutationis, ét si ex illo ciuilis obligatio ad cõsummandam permutationem oritur, sed permutatione ipsa cõsummata, seu in esse existẽtiæ producta, vt dictũ est: consummata autẽ est, non tpe prioris domini, & gabellarij, sed tempore posterioris.

Quæst. Lassarte vbi supra à nu. 43. quia arbitratur, gabellam ex permutatione deberi eo ipso, quod ex pacto de permutando oritur ciuilis obligatio in
5 controuersiam vocat, num, qñ † tpe vnius gabellarij præcessit pactum nudum de permutando, ex quo iure cõi non oritur ciuilis obligatio, nisi vel adhibeatur stipulatio, vel cohæreat cum alio contractu, vel accedat traditio, aut aliud simile, & tẽpore alterius gabellarij vestitur traditione, num, inquam, orta iam tunc ciuili obligatione, debeatur gabella prioris gabellario, an potius posteriori. Refert verò sniam Antonij Gom. 2. to. var. resol. ca. 8. num. 2. quem sequitur Parladorius in libro rerum quotidianarum. c. 5. §. 3. nu. 35. asserentium, deberi priori gabellario. Ducuntur, qm̃ obligatio illa non oritur ex impletione pacti illius, atq; ex tradõne, sed ex ipso pacto sequuta traditio
6 ne, traditione que solum † est conditio, sine qua ex pacto non oritur obligatio, vt colligitur ex l. ex placito. C. de rerũ permut. illis verbis. *Ex placito permutationis, nulla re sequuta, constat nemini actionem competere*; vnde argumento à cõtrario sensũ sequitur, ex ipsa pactione, & contractu, re sequuta, oriri ac competere actionem: quare, inquiunt, cum pactum, vnde actio oritur, celebratum fuerit tempore prioris gabellarij, consequens est, vt illa gabella debeatur, esto conditio sine qua ea actio ex eo pacto non oritur, aduenerit tempore posterioris gabellarij. Atq; videntur consentire glossa eadem l. ex placito, & alia. §. actionum, verb ex permutatione, Instit. de actionib. Longè tamen magis placet sententia Lassarti ibidem, nẽpe affirmandum potius esse, deberi posteriori gabellario, & nõ priori. In primis quoniam vtrinq; oritur ciuilis obligatio, tamquam ex duabus partibus integrantibus, ac perficientib. contractum illum, ita vt ex illo ciuilis obligatio oriatur, à qua tum quanis quemmadmodum pẽdent integrum, ac perfectum esse illum cõtractum, ita pendet oriri ex illo ciuilem obligationem.

7 Id † quod non obscure colligitur ex l. 1. ff. de rer. permu. illis verbis. *Permutatio autem ex re tradita initium obligationis præbet*; intelligè, tamquã ex complemento contractum illum perficiente. Verba autem ex l. ex placito relata, si quid, argumento à contrario sensu, probant, solum est, inde colligi, oriri partialiter ex pacto, quod nos non negamus: non verò non oriri simul ex traditione ipsa tamquã ex parte, & cõplemento eiusdem cõtractus. Deinde, qm̃, esto dicamus oriri ex solo pacto, accedente tñ traditione tamquã conditione, sine qua ex illo non oritur, negari non potest, contractum perfectum, & consummatũ non esse ante eam traditionem, atq; adeo obligationem ex illo non oriri ante eandem traditionem, ac proinde negari non potest contractum consummari, oririq; ex illo obligationem ciuilem tempore posterioris gabellarij, & idcirco posteriori gabellario, & non priori, tributum ex illo deberi. Quemadmodum quando contractus venditionis suspẽdit, vt scriptura perficiatur, nõ prius ex illo debetur gabella, quam scriptura fiat, quia nondum est perfectus, ac proinde gabella debetur gabellario, qui fuerit tempore, quo scriptura pficitur, vt ipsemet Anto. Gom. 2. tom. variar. resolut. cap. 7. nu. 17. confitetur, dictumque est in materia de empt. & vend.

Sicut quando partes intendunt, vt emptio, & venditio scriptura perficiatur suspenditur contractus mutuo consensu celebratus, vt perfectus non censeatur ante scripturam integrè confectam: ita res habet in permutatione, vt disponitur aperte, l. contractus. C. de fide instr. & affirmant Lassarte vbi supra à num. 47. & Doct. cõiter. Atque in Ca- Ius Ca
8 stella, si vel ante celebrationem † contractus, vel stel.
in ipsamet celebratione, mentio de scriptura conficienda facta sit, censetur contractus suspensus, vt scriptura perficiatur, iuxta ea quæ disp. 337. de cõtractu emptionis dicta sunt, nisi aliud aperte ex circumstantijs concurrẽtib. intelligatur fuisse mẽtem contrahentium, nempe vt scriptura solum fieret ad probationem, ac maiorem securitatem.

Admonet verò Lassarte vbi supra, cũ permutatio traditione perficiatur, nõ esse sufficientẽ coniecturam, quod ad traditionẽ, ẽt vtrinque, sit processum, vt si mentio in celebratione contractus, aut antea, de scriptura conficienda sit facta, censeatur eam mentionem solum fuisse factam ad probationem, & non ad consummationẽ contractus: quẽadmodum disputatione citata, de monte eiusdem autoris, ac Greg. Lopez dictum est, sufficientem esse ad id coniecturam in contractu emptionis, & vendõnis, fuisse processum ad traditionẽ mercis, & pretij; eo qd emptio, & venditio solo consensu perficiatur. Subiungit verò, si ad traditionẽ vtrinque sit processum, solutaq; sit alcauala gabellario, qui tunc erat, eam esse sufficientem coniecturam, vt intelligatur, mentione scripturæ conficiendæ, eos non intendisse suspendere contractum, sed solum, vt ad probationem, maioremq; securitatem, scriptura fieret: referrq; se ita in quadam non leui causa iudicasse, confirmatamq; fuisse sententiam à iudicibus superioribus.

Quando aũt suspensus fuisset cõtractus permutationis, vt scriptura perficeretur, tunc ante illam integrè confectam, nõ solum de iure cõi, sed etiam Castellæ, integrũ esset vtriuis contrahentium pœnitere, a contractuq; discedere, interim dũ illa integre non esset confecta, etiamsi ad traditionẽ ex altera, aut ex vtraq; parte fuisset processum: eo qꝺ, ante consummatum contractum, integrum vtrique contrahentium sit, ab illo discedere. Præterea, gabella ex eo contractu deberetur gabellario, qui esset tempore, quo scriptura conficeretur; eo quod tunc perficeretur contractus: non verò gabellario, qui esset tempore conuentionis, & mutuæ traditionis, si gabellarij illi essent diuersi. Ita Lassarte vbi supra, estq; ex dictis satis perspicuum.

Ex his contractibus, do tibi talem rem, vt eam post tm̃ tẽpus des Petro, aut do tibi centum, vt ex illis quinquaginta tribuas Ioanni, vel do tibi tale prædium meum, vt quotannis tantam pẽsionem mihi, aut alteri soluas, rectè Lassarte ca. 17. citato. num. 7. ait non deberi gabellam; qm̃ vt ex contractu, do vt des, gabella debeatur, necesse est, vt quæ vtrinq; dantur, sint res diuersæ, & non vna inclusa in alia, aut fructus, vel ius, reseruata in illa. Quã uis aũt Lassarte censeat, cõtractus hos omnes cõprehendi sub innominato contractu, do vt des; potius tñ dicerem esse donationes sub mõ: ex donatione autem, modoq; illius, alcauala non debetur: eo quod neq; venditio, neq; permutatio presse, de qua loquimur, sit, sed sit contractus longè diuersus. Lege, quæ disput. 382. de censu reseruatiuo, num ex illo alcauala debeatur, dicta sunt.

Quæst. Conueniunt oẽs, qñ res vnius speciei datur pro alio alterius speciei, vt equus pro boue, triticũ pro oleo, &c, aut indiuiduum vnius speciei, pro alio eiusdem speciei dissimili in valore, vt vnus equus pro alio, permutationem esse, ac proinde deberi
9 gabellam duplicem. Dubitant † verò, vtrũ quãdo datur indiuiduum aliquod vnius speciei pro alio eiusdem speciei simili, ẽt in valore, vt mẽsura vna tritici pro alia æquali tritici, aut mensura vna vini, aut olei, pro alia simili, sit permutatio, debeatur; gabella, an non. Paladorius vbi sup. nu. 33. cum Bar. & alijs, ait esse mutuum, ac proinde ex eo contractu gabellam non deberi. Melius tamen Lassarte vbi supra nu. 9. & cõsonantius ad l. 2. tit. 17. lib. 9. nouæ collect. q̃ habet, *de los turques que se fizieren de vnas cosas a otras semejantes o desemejantes*, ait attendendũ esse, vtrum ex circumstantijs contrahentes mutuum intendant, vt sæpe intendere solent ex mõ ipso contrahẽdi, & ex circumstantijs cõcurrentibus, & tunc gabellam non deberi, vt qñ aliquis mutuo petit triticum, panes, vinum, oleum, quin & aliquem interdũ, aut aliud simile, soluendum postea in indiuiduo eiusdẽ speciei, & valoris, plus minus; aut vtrum intendant aliud cõtractum, qui permutatio non sit, vt depositũ, siue reddẽdum sit idem numero, siue non, vel dotis consignatio, vt tantumdem dissoluto matrimonio reddatur, & neq; tũc gabella debetur, esto, postquam res à depositario consumpta est, illam de partium consensu soluat in alia simili alio in loco, vt triticum, qd̃ in depositum habebat, ac propria autoritate consumpsit soluat in alio loco: an verò ex circumstantijs, & mõ celebrandi contractum, permutationem intendãt, & tunc gabellam deberi, esto contrahẽtes sub noĩe mutui palliare, ac fingere velint contractũ esse mutuum. Non est autem certa regula ad iudicandum esse permutationem, qꝺ vtriq; contrahentium commodum sit, quod sit. Si enim, quis habens triticũ in alio loco, hic ad vsum quotidianum mutuo petat ab amico, hic etiam triticum habẽte, mensuras aliquot tritici soluturus illas cum ad eum locũ deuenerint; tunc, esto commodatarius plus optet illas in illo alio loco, non est censenda permutatio, sed verum mutuum. Si itẽ, quis mutuo petat nunc triticũ, soluturus tantundem ex suis frugibus, esto id commodum sit mutuanti, nõ est cẽsendũ permutatio, sed mutuum. Si tñ quis det triticũ hic, vt tantũdẽ ipsi soluatur in alio loco, vbi carius id vendet, censenda erit pmutatio, ẽt si noĩe mutui pallietur, nisi adsint circumstantiæ, quæ suadeant, accipiẽtem hic triticũ, muto illud petere, & accipere. Si item duo in distinctis locis habitent, vnusq; triticum habeat in loco alterius, & alter in loco prioris, permutatio erit vnius tritici pro alio, esto mutui nomine pallietur. Quare hæc arbitrio prudentis sint cõmittenda, vt iudicetur, num, attentis circũstantijs omnibus concurrentibus iudicandum sit mutuum interuenire, an potius permutationem.

10 Quando † duæ res permutãtur, taxatio vtriusq; vt intelligatur quanta gabella debeatur, ad iudicem spectat, aut ad aliũ, quem iudex ad id taxandum deputauerit, vt hĩ l. 2. tit. 17. lib. 9. nouæ collect. vñ standum non erit taxationi partium, esto in cõtractu permutationis valorẽ cuiusq; rei, quæ permutatur, expresserint. Si tñ a principio res aliqua certo pretio vendatur, & postea partes conueniant, vt loco pretij res alia ex cõuẽtione vtriusq;
11 partis æstimata accipiatur, tunc † non est permutatio, sed duplex venditio, soluendaq; erit gabella iuxta pretium à contrahentib. in vtroq; contractu statutũ. Ita Pinel. in Rub. C. de rescind. vend. par. 2. c. 1. nu. 16. & Lassarte, c. 17. citato nu. 17.

Quando

Quando res aliqua est inæstimabilis, atq; adeo non vendibilis, vt est ius sepulchri, & sunt alia, de quibus disputa. 340. ac alibi dictum est, si permutatio illius fiat cum re alia æstimabili, alcauala,
12 † ex neutra re debetur: eo quod ex re sacra, quia inæstimabilis, gabella non debeatur, neq; in illam locum habeat lex tit. 17. libr. 9. nouæ collect. quæ æstimationem rerum, quæ permutantur, exigit. Quin sicut venditio talis rei est nulla, eo quod simoniaca: ita & permutatio illius pro re profana, nulla est: ex venditione autem, aut permutatione nulla, alcauala non debetur. Eisdem rationibus, neque ex permutatione rei profanæ, pro re inæstimabili, debetur alcauala; præsertim cum alcauala solui deberet iuxta æstimationem rei inæstimabilis, quæ in ea permutatione vicem pretij subiret. Quamuis autem spiritualia inuicem permutari queant vt hĕ c. ad quæstionem, iuncta glo. ibi de rerum permutat. & affirmat gl. c. super eo de transa. esto tñ laici ea permutent, vt ius vnum sepulchri pro alio, aut capellam vnam pro alia, gabella non debetur eo quod eismodi res inæstimabiles sint. Hæc omnia Lassarte c. 17. citato, nu. 18.

In hoc Regno multæ res sunt ab alcauala immunes, quæ continentur l. 34. titu. 18. lib. 9. nouæ collect. vt libri, equus sella, & freno ornatus, &c. alia: qñ autem horum aliquid pro re alia commutatur, vt libri pro cinamomo, qui libros permutat, immunis est a gabella soluenda, quoniam eiusmodi res priuilegiatæ cẽsentur, quatenus subeunt rationem mercis, vt ex pretio pro illis accepto, aut ex re alio loco pretij pro eisdem accepta, alcauala non debeatur.

Qui tñ cinamomum pro libris permutat, alcaualam, iuxta librorum æstimationem, debet, qm̃ libri non censentur priuilegiati, quatenus subeũt rationem pretij, quasi efficiat immunem ab alcauala rem, quæ pro illis quasi venditur vt ex se est satis perspicuum. Facile verò ex eo probatur: qm̃ illa eadem lege pecunia immunis ab alcauala efficitur, quatenus videlicet rationem mercis subit, eaq; de causa ex cambio presse sumpto alcauala non debetur: & tamen quando pecunia rationem pretij habet, non efficit rem, quæ pro ea pecunia venditur, immunem ab alcauala, sed iuxta pretij quantitatem, soluit venditor alcaualam. Hæc Lassarte vbi supra num. 19.

Quando res aliqua venditor pro pretio aliquo, & simul pro alia re, esto hæc alia res longè minoris valoris sit, quam pretium, disput. 336. dictum est, in hoc Regno iuxta l. 2. tit. 17. lib. 9. nouæ col-
13 lect. rem † vtrãque taxãdam esse a iudice, aut ab alio, quem iudex designauerit, & quidem vendentem rem maioris valoris, soluturum esse alcaualã ex tota latitudine valoris ptij, & rei cũ illo datæ, iuxta taxationem illius, quæ fuerit facta: dantem verò pretium, & rem, soluturum solum alcaualam iuxta æstimationem, quã pro re sua accipit. V. g. si Petrus vendat Ioanni prædiũ pro mille aureis, & mulo, si mulus æstimetur cẽtum aureis, Petrus soluet alcaualam ex mille centum aureis.

Quod si prædiũ mille cẽtum aurei æstimetur, Ioannes solum soluet alcaualam ex centũ aureis, quos pro multo accipere censetur, si verò prædiũ plus æstimetur, aut minus, quam mille centum aureis, Ioannes soluet alcaualam ex vndecima parte summæ in qua prædium fuerit æstimatum: qm̃ decem aliæ partes respondent pretio mille aureorũ, ex quib. alcaualam non debet, & sola reliqua vndecima pars respondet mulo, ex quo solo alcaualam debet. Ita Lassarte vbi supra a num. 20.

14 Ex † donatione remuneratoria alcaualã in Castella, & Lusitania non deberi, satis perspicuũ est; qm̃ non est permutatio, esto retributio sit pro re, quæ non fuit facere. Etenim donatio remuneratoria non est compensatio ex iustitia, vt fit in permutatione, sed solum ex liberalitate, ac gratitudine.

Neque refert, quod l. sed & si §. consuluit. ff. de petit. hær. dicatur esse velut genus quoddã permutationis: qm̃ non dĕ esse permutatione, sed cerni in ea similitudinem permutationis, quatenus in ea compensatur beneficium prius acceptum, vt re ctè Lassarte c. 17. citato, nu. 53. adnotauit.

15 Si res † aliquæ mutuo donentur, ita vt vnus donet sub modo, vt alter redonet, censenda erit permutatio, & debebitur alcauala. Si verò nõ sub modo, sed absolute, ex mutuo amore, atque ex liberalitate sibi inuicem aliqui incontinenti donent, cẽsenda erit donatio, si circumstantiæ persuadẽt animum vtrinque fuisse donare; secus autem si circũstantiæ id non persuadeant: quoniam tunc existimabitur permutatio nomine donationis palliata, debeturq; duplex gabella.

16 Cum in † cambio presse sumpto pecunia vtrinque commutetur: pecunia autem priuilegiata sit, vt ex illa alcauala non debeatur, vt supra dictum est; constat ex cambio presse sumpto alcaualam non deberi.

## Cambium presse quid. Vsus campsoriæ artis an sit licitus. Ex quotuplex sit cambium.

### DISPVTATIO CCCXCVIII.

#### *SVMMARIVM.*

1 *Cambium proprie quid.*
2 *Cambium ex quibus rebus proprie consistat.*
3 *Campsor quis dicatur.*
4 *Campsoria ars quomodo licita.*
5 *Cambium quotuplex.*
6 *Tempus, & locus in cambio præcipue attendenda.*
7 *Cambium reale, & siccum quid.*
8 *Cambium siccum cur, & vnde dictum.*

1 CAmbium presse, vt † ex dictis disput. 396. liquet, non est aliud, quã cõmutatio pecuniæ pro pecunia. Neq; ad cãbij rõnem est necessariũ, vt pecunia, quæ commutatur, diuersa ab ea, sit pro qua commutatur, vel in materia, vel in forma, sub publico signo illi impresso, quicquid Ioãnes Medin. q. 1. de cambijs, in contrarium asseuerit.

2 Cambium † quippe pecuniæ datæ in vno loco, pro pecunia reddenda in alio, verè est cambium, esto pecunia reddenda, neque in materia, neque



Digitized by Google

in signo, sit diuersa, vt Sotus 6. de iust. q. 8. arti. 1. rectè adnotauit.

Obseruandum est, quamuis concreta seu extrema, inter quæ cernitur permutatio in acceptionibus disp. 379. explanatis, eiusdem sint appellationis, vt l. 1 ff. de rerũ permut. habetur, vterq; enim eorũ, inter quos permutatio fit, permutator, aut permutuans, nuncupatur, nihilominus concreta, seu extrema, inter quæ cambiũ cernitur non sunt eiusdem appellationis, neq; omnino eiusdem rationis, ac naturæ. Etenim is, a quo cãbiũ petitur, locare põt operas suas, ac industriã, quam ad alterius petitionem apponit, eaq; de cã potest iuste aliquid accipere vltra sortem, vt in sequentibus perspicuum fiet. Atq; hinc, ad ipsorũ distinctionem, extrema huius contractus sortiuntur diuersa nomina, isq; a quo cambium petitur, quique ad alterius petitionem suam operam, ac industria apponit, dr campsor, præsertim si publicum cambiendi minus habebat: dicitur etiã nummularius, trapezita, collybista, & argentarius, tametsi quædam horum nominum latius aliqñ pateãt, de qua re legendus est Couar. de colla. veter. nummismatum. c. 7. in prin. ad finem num. 4. Hispane autem *vanquero dicitur*: is autem, qui cambiũ petit, a Cont. de contract. q. 99. a Med. q. 1. de camb. & ab alijs, campsarius appellatur: sicut is, qui mutuum accipit, dicitur mutuatarius, qui donum, donatarius, & qui legatum, legatarius appellatur.

4 Vtrum † autem campsoria ars, quatenus ex lucrum vltra sortem intenditur, licita quoad ipsius exercitium sit. Dicendum est quãuis ex se periculosa sit, plus adhuc, quam ea negociatoria ars, quæ emendo & permutando lucrũ intendit, quamuis itẽ personas aliquas, vt Ecclesiasticas, dedeceat, eisque prohibita sit, nihilominus, si modo in sequentib. explicando exerceatur, neque vt iniusta, neq; vt illicita, est damnanda, quin potius merito rẽ exerceri valet, vt de arte negociatoria circa emptione, & commutationis disp. 339. dictum ostẽsumq; est. Esse verò vtilem Reipublicæ, sicut & illam aliam, ex sequentibus erit manifestum.

Prętermisso verò cambio, in quo nullum lucrũ intenditur, vt qñ in eodem loco pecunia maioris valoris commutatur, pro alijs minoris, quæ simul sumptæ æqualem valorem habent iuxta legẽ, communemque hominum æstimationem, in quo cõtractu nulla est dubitatio. Cambiũ, in quo lucrũ intenditur, & in quo diuersitas cernitur quo ad latitudinem valoris inter pecuniam, quæ commu
5 tatur, & eam pro qua commutatur, diuiditur † in tres species, seu modus, interim abstrahendos a cãbio licito, & illicito. Cum enim cambium nõ fiat, nisi ob diuersitatem aliquam in pecunijs: hæc autem attẽdatur, vel quo ad pecunias ipsas in se, quia videlicet sunt diuersæ materiæ, aut signi, aut diuersi simul signi, & materiæ, vel quo ad locum, quia scilicet vna datur in vno loco, vt Olisypone, vt reddatur in alio, puta Hispali, aut Romæ, vel quo ad tempus, quia vna datur vno tempore, vt reddatur alio, consequens est, vt tres cambij species distinguantur. Vna, qua pecuniæ commutantur ob earum diuersitatem in se. Quia verò ea commutari solent pecunię maioris valoris pro minutis, consueuit appellari cambiũ minutũ. Appellari et põt cãbiũ manuale, vt a quibusdam nuncupatur: eo qđ de manu ad manũ in eodẽ loco fiat. Alia, qua pecuniæ ob loci diuersitatẽ cõmutãtur. Et quia hæc fieri solet frequenter datis literis, vt pecuniæ in loco distanti soluantur, dici consueuit cãbium per literas. Atq; alia, qua commutãtur pecunię ob temporis diuersitatem, nuncupari autem potest cambium ob temporis diuersitatem.

Impropriè tñ cambium dicitur: quippe, si rectè attendatur, in ea solum inueniatur mutuum, ac proinde, si quid vltra sortẽ in huiusmodi cambijs accipiatur, vsura cõmittitur, nisi contractus ex capite lucri cessantis, aut damni emergentis, aut ex aliquo alio, iustus reddatur. Atque hac de causa diuisione proposita dixi abstrahi a cambio licito, & illicito, vt species hæc sub cambio comprehenderetur, de qua miscendus erit sermo, vt improbetur, & agnoscatur. Vniuersim † autem in cãbijs
6 semper est attendendum, nam ratione temporis aliquid vltra sortem accipiatur, quoniam quicquid ratione temporis accipitur, nisi ex capite lucri cessantis, aut ex aliquo alio, excusetur, iniuste accipitur, vsuraq; in eo acceptione interuenit, eo quod ratione mutui formaliter, aut virtute, interueniẽtis accipiatur. Illud verò est obseruandũ prędictas tres species, seu modos cambij permiscerí interdum. Fieri enim potest, vt in pecunijs ipsis in se diuersorum locorum diuersitas reperiatur, atque ita in cambio, quo permutantur, erit simul commutatio ob locorum diuersitatem, cũ diuersitate pecuniarum in se. Item cum diuersitate locorum coniuncta esse solet diuersitas in tempore in quo pecunia in loco distanti est reddenda.

Sotus 6. de iust. q. 8. ar. 2. distinguit quartã speciem, seu modũ, cambij, ob diuersitatem valoris, quem eadem pecunia in diuersis locis habet. Vna enim, & eadem pecunia, v.g. ducatus, licet totidẽ nummi argentei pro ea darẽtur in Flandria, quot in Hispanijs, aut in nouo orbe plus tamẽ valet in Flãdria, quam in Hispanijs, & in Hispanijs, quã in nouo orbe: eo quod minor nummorum copia sit multoque plures metes ea emantur in Flandria, quã in Hispanijs, & in Hispanijs, quã in nouo orbe. Arbitror tamen necessarium non esse distinguere quartam hanc speciem, quandoquidem diuersitas hæc ex circumstantijs locorum distantium consurgit, sed inter explicãdũ capita, ex quibus in cambio ob loci distantiam licitum est accipere aliquid vltra id, quod campsor dat sufficienter id caput explicabitur. Nauar. verò in Manu. c. 17. nu. 286. ex comment. c. vltim. de vsura. nu. 10. septem species cambij distinguit, quarũ quædam solum continẽt aliquot capita, ex quibus licitum est campsori accipere aliquid vltra sortem. Cæterum necesse non erit multiplicari tot cambij species, sed satis erit, inter explanandas species propositas, examinare capita, ex quibus licet, aut non licet accipere aliquid vltra sortem. Item verò satis erit explanare cambium minutum, et cambiũ ob loci diuersitatem, simulque examinãre capita alia, ex quibus licet, aut non licet, incremen-

tum

tum aliquod accipere.

Dividunt præterea doctores cambium, in reale, & siccum. Reale † appellant, q̃ vere est cambiũ, legitimumq; suapte natura est, vt licitè possit eo accipi aliquid vltra sortem. Siccũ verò appellant, quod verè nõ est cambium, sed est mutuum, eaq; de causa legitimũ non est, vt eo aliquid vltra sortem accipiatur. Nempe, qñ in cambio solũ accipitur incrementũ ob dilationem temporis, expectatam ve solutionẽ, quod est vsura. Dicitur autẽ siccum, quasi humore carẽs, sterileq; ad fructificandum, lucrumve afferendũ. Atque in hac significatione vsurpãtur hæc vocabula in bulla Pij V. de cambijs. Quidã nomine, cambij sicci, intelligunt cambiũ, quo campsor prius dat, vt cũ incremẽto postea recipiat, esto receptio futura sit in loco distãti. Existimo † aũt ex eadem radice habuisse ortũ acceptionẽ hanc: eo quòd eiusmodi cambium vsurariũ ex sui natura sit existimatũ, & sterile ad licitè aliquid vltra sortẽ accipiendum, vt multi doctores affirmant, definiuntq; Lusitanæ ord. li. 4. ti. 14. §. ad tepen. Res tñ hęc in seq. est examinãda, ostẽdemusq; immerito id fuisse definitũ. Nauarrus citato ait, appellari ab his doctoribus siccũ, propterea q̃ campsor in eo prius det, quã accipiat. Cęterũ, qđ proxime dixi, mihi magis placet.

Med. q. 2. de cambijs cum Conrade cõtract. q. 99. suppositione 5. dividit etiam cambium, in impurum, & purum. Purum appellant, in quo non admiscetur alius contractus. Impurum verò in quo admiscetur alius contractus, vt mutui, vel locationis operarum, ac industriæ campsoris aut alterius simulis. Sotus verò art. 2. citato ait, significantius cambium iustum appellari purum, & iniustum impurum. Hæc dicta sint, vt doctores variè in hac materia loquentes intelligantur.

## Vtrum pro cambio minuto licitum campsori sit incrementum accipere vltra pretia monetarũ lege taxata.

## DISPVTATIO CCCXCIX.

### SVMMARIVM.

1 *Cambium minutum ad quid vtile.*
2 *Cambium quid requirat, vt iustum appellari possit.*
3 *Campsores quid accipere possint pro eorum munere, & obsequio.*
*Et quid in Castella, & Lusitania seruatur. nu. 4.*
*Intelligetamen, & declara, vt nu. 6.*
5 *Campsores priuati an accipere aliquid possint pro eorũ muneribus, sicut faciunt campsores publici.*
7 *Campsor si pro eius munere iustè aliquid sibi retineat quod alias à lege ei sit inhibitum, an peccet, & ad restitutionem tenedtur.*
8 *Campsor priuatus qũo licitè possit accipere lucrum.*

1 CAmbium minutum † vtile Reipublicæ esse, ex eo liquet, q̃ homines sępè pecunijs minutis indigẽt ad res quotidianas pretij viliotis emẽdas, atq; ad minores eleemosynas faciendas, & ad alia eiusmodi, ad quæ pecuniæ magni pretij non inserviunt. Recondituri verò magnam pecuniæ summã, aut eã in alium locum transportaturi, cõmutatione indigent pecuniarum minoris pretij pro alijs longè maioris. Migraturis ẽt in locum, in quo pecuniæ loci, a quo migrare volunt, valorem non habent, necesse est commutare pecunias pro alijs, quæ valorem in loco habeant, ad quem est migrãdum. Ad hæc ergo, & ad alia, vtile Reipublicæ est, esse campsores aliquos, qui in promptu paratas ad cambium habeant pecunias diuersi generis, prout quisque eis pro alij indiguerit.

Hoc ita constituto, id cum cõi doctorum sententia tamquã fundamentum in hac materia est, statuendum. Quemadmodũ in emptione, & venditione, cæterisq; cõmutationibus, vt contractus iustus sit, nec ex illo restituendi obligatio consurgat necesse est intercedat æqualitas, ac cõmensuratio inter id, quod datur, & id, pro quo datur, sic 2 † etiam necesse est intercedat in cambio, quo pecunia pro pecunia commutetur: id quippe cõe est contractibus omnibus commutatiuæ iustitiæ, de quorum numero est cambium. Cum verò pecuniæ valorem habeant auctoritate publica, ac lege taxatum, qui proinde, ea ratione spectatus in individuis ex parte vtriusque extremi cambij consistit; quod potissimũ in hac materia inquirimus, est quænam sint capita, ex quibus campsor accipere iustè aliquid possit vltra æquale ei, quod ipse dat, attento valore vtriusque monetæ lege taxato.

Atque in primis cum cõi doctorum sententia est dicendum. Licitum campsoribus esse, pro munere, ac obsequio qđ in cambio in eorũ vtilitatẽ præstant qui ab eis cambium exigunt, accipere pretiũ iustum, vel a Republica, vel ab ijs ipsis, qui cambium abeis petunt, si à Republica stipendiũ non accipiant; modo tamen pretium quod acceperint incommensuratum, ac excedens non sit habita ratione obsequij, quod præstant. Si enim excederet, tunc quo ad excessum, vltra pretium rigorosum pro obsequio, esset iniustum, & restitutioni obnoxium. Obsequia autem campsoris sunt, congregare, paratasque habere pecunias diuersi generis cuicumque cambire volenti; incumbere in domo publica per se vel per famulos ad id destinatos; ei muneri, expectando eos, qui cambire velint; numerare cuique pecuniam, quam dat, tum illam, quam accipit; & si quæ alia sint his similia: quæ omnia digna profecto sunt iusto stipendio. In hoc † Castellæ Regno liberum, atque 4 immune à quocumque grauamine, est omnibus obire munus publici campsoris: esse tamẽ debent electi in regia. Curia ab ipsomet Rege: in alijs verò locis à iudicibus, & rectorib. (*regidores* vocãt) ciuitatis aut oppidi, in quo munus exercere debẽt, vt habetur l. 1. tit. 18. lib. 5. nouæ collect. Lege autem 4. eiusdem tituli, eis permittitur pro cambio vnius Castellani accipere quatuor marauedinos, pro cambio verò ducati, aut doblæ, tres marauedinos, & pro cambio vnius florini, duos marauedinos, atque idem de ducato repetitur l. 62. tit. 21. eiusdem tituli. Nauar. in comment. c. fina. de vsuris refert, Salmanticæ publicum campsorẽ, quo tempore ipse in insigni illa academia docebat,

cebat, solitum fuisse accipere pro cambio vnius ducati, vnum marauedinum. In Lusitania autem 4. par. legum extrau. tit. 11. l. 4 §. 9. inhibitum est, tam pro dandis, q̃ pro accipiendis monetis aureis, quæ in eo Regno valorem habeant, siue cusæ in eo Regno sint, siue in alio, quicquam incrementi vltra iustum earum valorem accipere, sub pœna amissionis valoris earum, dimidium accusanti, & dimidium alterum in captiuorum redemptionẽ, & insuper sub pœna duorum annorum exilij ad loca Africæ. Excipitur, nisi sit aliquis constitutus à Rege publicus campsor in aliquo loco, præscripto illi à Rege certo aliquo incremẽto tunc enim licitè poterit illud accipere. Si autem præscriptũ ei non sit certum incrementum, nihil sub eisdem pœnis potest accipere, esto concessum ei à Rege sit, vt publici campsoris munus exerceat. Cum autẽ incrementum quod cãpsor hoc modo iustè accipit, non accipiatur pro moneta, quam dat, sed pro obsequio, qđ præstat; cõsequens profecto est, vt in huiusmodi cambio duo contractus iusti inueniantur coniuncti. Vnus cambij pecuniæ pro pecunia æquali in valore. Alter verò, locationis operarum campsoris pro iusto illo incremento. Sicut enim disp. 304. cum Med. Nauar. Maiori, & alijs dictum est quamuis mutuans nihil accipere possit vltra sortem pro mutuo, posse tamẽ ex ipsa rei natura accipere moderatum stipendium pro numeranda pecunia, & pro alijs obsequijs, quæ mutuando in commodum mutuatarij præstat; ita campsor pro obsequijs commemoratis accipere poterit moderatum stipendium.

Ius Lusitanũ.

Quæst. Dubium est, vtrum etiam priuati cãpsores, qui ex officio nõ habent seruire Reipublicæ in eo munere, licite † accipere possint incrementũ aliquod pro operis, quas ip gratiam cambium exigentis impẽdunt, pecuniam numerãdo, aut si quid aliud efficiunt. Caietanus in opusculo de cambijs, 2. to. tract. 7. c. 1. & 6. neganter respondet.

Qm̃ inquit numerare pecuniam, non est mercede dignũ, sed fieri consueuit gratis. Et qm̃ plus aliqñ numeratis, qui cambiũ petit quã numeret campsor. Item qm̃ actui numerandi ex parte campsoris, in recõpensationem respondet numerandi actus ex parte cambium petentis. Cõis tamen doctorum sententia contrarium affirmat, nempe priuatis etiam campsoribus licitum ex natura rei esse accipere modicum incrementũ, pro numerandi actu, aut quouis alio simili obsequio, quod impendant, sicut de priuato mutuante loco citato dictum est. Minus tamen licere eis accipere, quam publicis campsoribus ad id ex officio à Republica constitutis: qm̃ hi longè pluribus, ac sumptibus subijciuntur, quæ supra commemorata sunt.

Decis.

Ita affirmant Med. q. 2. de cambijs, tametsi §. penul. q. 1. præcedentis contrarium primo aspectu innuere videatur, Sotus 6. de iust. q. 9. art. vnico, Nauar. in Manu. c. 17. nu. 288. & in comm. de vsur. num. 19. Conra. de contract. q. 99. conclu. 5. Gabriel. in 4. dist. 15. q. 11. art. 3. dub. 12. Maior ibidem q. 37. Couar. in opus. de colla. veter. num. c. 7. in princ. num. 4. atque ad eandem sententiam accedit Sylu. verb. vsura. 4. q. 7. pronunc. 3. & accedũt alij. Ratio autẽ est, qm̃ illud obsequium reuera est pretio æstimabile, tametsi admodum exiguo. Quare negandum est primum eorum, vnde Caiet. fuit permotus. Ad 2m dicẽdum est, quamuis campsor, tam eam pecuniã, quã dat, quam illam quã recipit, numeret, vtrumque tñ efficere ad petitionem eius, qui cambium exigit, eaq; de causa vtrumq; numerandi actum esse pretio dignũ, sicut mutuãs pretio est dignus, tam pro numerãdi onere quando mutuo dat, quam quando solutionem recipit: eò quòd vtrumque onus ob mutuatarũ subeat, & ab vtroque esset liber, si beneficium mutui non vellet impendere. Vnde ad tertium negandũ est, cetni ibi compensationem laboris pro labore: sicut etiam in mutuo ea cõpensatio non cernitur: quippe cum in vtroq; contractu quicquid laboris suscipitur, ortum habeat, vt mos geratur petenti mutuum, aut cambium.

6 Quæ † dicta sunt, intelligi debent, quantum est ex natura rei. Respublica enim prohibere potest, ne quis pro cambio quicquam accipiat vltra valorem monetæ, quam cambij, idque in ipsiusmet Reipublicæ bonum.

Tum ne monetarum pretia accrescant. Tũ ẽt ne externi, offerẽdo plus pretij pro aureis aut argenteis moneti, illas in Reipublicæ præiudicium extrahant. Sotus vbi supra conclusio 3. ait, latam iamdudum esse legem in hoc Regno, nullus pro cambio minuto accipere possit incrementum præter publicos cãpsores ad id à Republica deputatos, affirmatq; eam legẽ ex suo gñe obligare sub culpa lethali, transgressoresque restituere teneri incrementum. Et contra Naua. nu. 19. citato ait, quãuis in hoc Regno prohibitũ sit quemq̃ suscipere munus campsoris publici propria autoritate, non tñ prohibitum esse priuatis cãbire, & pro cãbio iustum accipere stipendiũ, citatq; pragmaticas, quę id tantũ statuunt, Sotumq; reprehendit, q̃ legẽ pro sua sententia nõ citet. Couar. opus. citato, Soti opinionẽ amplectitur, & pro ea citat l. 1. tit. 8. l. 5. ordina. quæ hodie est l. 1. tit. 18. l. 5. nouæ collect. In ea tñ solũ prohibetur, quemq̃ munus cãpsoris publici suscipere, nisi in Curia à Rege eligatur, & in alijs oppidis à iudice, & rectoribus, vt sup. relatum est, id verò nõ prohibet alios cambiũ priuatim exercere. Ex legibus verò, quibus hodie monetæ aureæ taxatæ sunt, quas in sequentibus referemus, & qbus prohibitũ est vlla rõne plus accipi, fortè inhibitũ priuatis est censendũ, accipere incremẽtũ pro cãbio minuto, vt Gut. 2. de pract. qq. q. 178. cõtẽdit. In Lusitania quid sancitũ sit, sup. relatum est. Arbitror verò in neutro Regno esse in more positũ, vt priuati pro cãbio minuto quicquam ex capite, de quo disputamus accipiat.

7 Illud admonuerim id quod Sotus, & Cou. affirmant, nẽpe † data lege quæ pro cambio minuto quicquam accipi inhibeat, si aliquid accipiatur, esse restitutioni obnoxium, nõ carere scrupulo, si sermo sit de pretio alioquin pro cambiendi actu ex ipsorummet sententia iusto. Etenim licèt princeps in Reipublicę commune bonum possit in eo euentu efficere accipiẽtem incapacem incrementi illius, & l. non dubium, C. de leg. dicatur, satis esse

esse prohiberi aliqd lege, vt, si fiat, cassum, ac nullum esse censeatur; nihilominus, cum in re ꝓposita iusta sit compensatio ex natura rei inter id, qd accipitur, & id pro quo accipitur, atq; eiusmodi leges pœnales esse soleant, in quibus locum nõ habet l. non dubium, vt præter multa alia, quę circa eam legem diximus, constat ex dictis disp. 88. præsertim ad confirmationẽ primi argumẽti ibi propositi; neque tales leges incapaces efficere soleant iusti stipendij eos, qui illud accipiunt, arbitror in tali legum transgressione solũ intervenire peccatum inobedientiæ principi, ex suo genere nequaquam lethale; neq; ante latam sententiam obligationẽ esse restituendi iustum ex natura rei stipendium acceptũ. Quòd si, quod acciperetur, ex natura rei limites iusti stipẽdij excederet, tũc lethale peccatũ ex suo genere esset, accipere incremẽtum vltra limites iusti, cum onere illud restituendi.

8 Ex alio † capite campsor etiam priuatus, licitè pót accipere lucrum. Dando videlicet in loco, in quo cambiũ exercet, minus pro pecunia aliqua, non quidem, q̃ in eo loco valeat, sed quam valeat in alio, trãsferendoq; illam ad illum alium locũ, aut commutando illam cum transeuntibus in illum alium locum pro valore, quem in eo habet, si finis vllo eorum incommodo, voluerint id beneficium ei præstare. Hac tõne, qui in cõfinijs sunt Regnorum, lucrari solent, cambiendo pecunias asportatas ex alio Regno, quæ in loco, in quo fit cambium, valorem non habent, pro minori pretio, quã valeant, vnde sunt asportatæ, id qd licitè fit, eò ꝙ, vbi fit cambium, valorem non habeat, illasq; asportando in locum, vbi valorẽ lege taxatum habeant, aut pro eo valore eas commutando cũ transeuntibus in eum locũ. Consentiunt Med. q. 3. de camb. §. vlt. Caie. in opus. de cambijs, c. 6. & alij. Obserua tñ, tam modicum posse esse aliqñ pretium, habita tõne materiæ monetæ, vt si esset argentea Lusitaniæ, vt contractus esset iniustus, cum restituendi onere vsq; ad infimum pretium iustum. Si enim pretium pro æquali frusto argẽti esset infra infimum iustum, quo argentum in massa in simili vendendi modo emi consueuit, sane contractus esset iniustus, cum onere restituendi vsque ad infimum pretium iustum.

## De varijs aureis, atq; argenteis monetis in Castella, & in Lusitania temporis progressu cusis, deque earum valore tunc, & modo, atque de valore massę auri, & argenti in eisdem regnis diuersis temporibus.

### DISPVTATIO CCCC.

*SVMMARIVM.*

1 *Selibra auri, quæ, & cuius ponderis.*
2 *Drachma, quæ, & quot faciant vncias. Quid in Castella seruatur.*
3 *Granum auri est septuagesima secũda pars octauæ.*
4 *Caractum quid.*
5 *Aurum obrizum quid, & vnde dictum.*
6 *Granum argenti quid.*
7 *Ducatus antiquus cuius erat ponderis, & valoris.*
8 *Drachma euangelij cuius erat ponderis.*
9 *Didrachma quid & cuius valoris.*
10 *Granum auri cuius valoris.*
11 *Scutum quid, & cuius valoris, etiam in Castellæ regno, & nu. 12.*
13 *Regalis argenteus quid, & eius valor.*
14 *Cruzados in Lusitania antiqui cuius valoris.*
15 *Cruzados in Lusitania, hodie quomodo eorum lingua appellentur.*
16 *Emptio opificij auri, vel argenti pretio ad æquale pondus massæ, nulla habita ratione opificij, quando iniusta sit cum onere restituendi.*
17 *Emptio argenti, vel auri cum pacto de retrouendendo intra certũ tempus quodã maiori pretio, quã fuerit, an sit licita, an verò vsura palliata.*

IN lucem eorum, quæ dicenda sunt, operæpretium erit expendamus, quæ sunt proposita, de quibus maiorem notitiam habemus, quã de monetis aliorum Regnorum. Ex ijs tñ, q̃ de eiusmodi monetis dicemus, facilè intelligetur, quid in alijs Regnis sit censendũ, habita prius notitia legũ, ac qualitatis monetarum eorum Regnorum.

Vt verò dilucidius progrediamur, obseruandũ

1 est Selibrã † auri, aut argenti (*Marco* Hispane dr̃, & in quibusdã alijs regionibus *marca*) esse pondetis octo vnciarũ. Vncias verò diuidi in octo octa-

2 uas, quas † Hebræi adhareon, Græci drachmi, latini drachmas, appellant Hispani verò corrupto, tam nomine græco & latino, quam hebraico, *drama*, & *adarame* alij *adarme* nuncupant. Suspicor tñ vocabulum *adarame* a Saracenis, qui Hispanias occuparunt, & quorum lingua cum hebræa valde est cõiuncta, in Hispanos dimanasse vt plerasq; alia Hispana vocabula. In hoc aũt Regno di midiũ octauæ, hoc est, decimam sextã vnciæ partẽ, *drama* seu *adarame* appellant. Hinc iã facilè cõstat, selibram sexaginta quatuor octauas vnciꝫ cõtinere. Octo. n. vnciæ, ex quibus selibra cõstat, multiplicatę per octo octauas ex q̃bus cõstat vnaquæq; vncia, cõficiũt sexaginta quatuor octauas.

3 Octaua † verò auri cõtinet septuaginta duo grana.

Obseruandũ deinde est, ad melius dijudicandã, atq; exprimendam auri puritatẽ aut impuritatem aurifices selibram, aut quodcunq; aliud auri

4 pondus, diuidere in viginti † quatuor partes, quas caracta appellãt. Hispane *quilates* dicimus. Rursus vnumquodq; caractũ subdiuidere in quartas caracti, in octauas, & in alias similes ꝓportionales partes, maiores ac minores. Qñ aũt aurum est purissimũ, nihil habens admixtũ alterius metalli, dr̃ viginti quatuor caractorũ, Hispane verò *de veinte y quatro quilates*, quia videlicet selibra, aut quodcunq; aliud pondus, eiusmodi auri, oẽs viginti quatuor partes habet auri, & nihil alterius

5 metalli. Atq; † eiusmodi aurũ est, qd obryzum appellatur, qd Græcè syncerũ, ac delicatũ significat. Alij ab Ophir dictũ autumant. Cæterũ dura admodum est ea etymologia. Quando verò selibra auri, vna cum viginti tribus partibus auri, habet

bet permixtam partem vnam alterius metalli, siue id argentum sit, siue æs, aut quoduis aliud, de aurum vigintitrium caractorum. Quando autem vigintiduæ partes auri, permixtas habet duas partes alterius metalli, dicitur aurum vigintiduorũ caractorum, & ita consequenter.

Simili modo ad melius diiudicandam, ac exprimendam puritatem, aut impuritatem, argẽti, diuidunt se libram aut quodcumq; aliud pondus argenti, in duodecim partes, quas denarios appellant. Quando autem se libra argẽti nihil alterius metalli habet admixtum, sed est argentum purũ, nuncupatur argentum duodecim denariorum. Quando verò vndecim partibus argenti permiscetur vna alterius metalli, dicitur argentum vndecim denariorum, & habere denarium vnum ligæ, quam Hispani vocant. Atque ita consequẽter dicitur argentum pauciorum denariorũ, prout plures alterius metalli, habuerit permixtos. De
6 narium † rursus diuidunt in vigintiquatuor partes, quarum singulas appellant grana argenti. Quo fit, vt longè plus ponderis habeat granum argenti, quàm auri.

Obseruandum præterea est, in hoc Castellæ Regno a Ferdinando, eiusq; vxore Elisabetha, referente Couarr. de collat. veter. numism. cap. 3. in prin. nu. 2. & §. 1. nu. 4. & habetur l. 1. tit. 21. lib.
7 5. nouę collec. cudi fuisse iussos † ducatos ex auro vigintitrium caractorum cum tribus quartis, ita ꝙ solum illi auro deerat quarta pars caracti, vt esset purissimum. Et fortè portio illa parua alterius metalli, illi permiscebatur ad aliquantã maiorem firmitatem: eo quòd purissimum aurum non adeo durum sit, sed facile flectatur. Cudebantur verò ex selibra auri sexagintaquinque ducati, & tertia pars alterius. Atque ita vnusquisque ducatus habebat vnam octauam vnciæ auri, dempris ab vnoquoque sexagintaquatuor ducatorum tot granis pro expensis in cudenda moneta, quot sufficerent ad conficiendum vnum alium ducatum, & tertiam partem alterius. Quo fit, vt vnusquisque ducatus habuerit minus, quam octauam vnciæ auri, fere granum cum dimidio. Illi ijdem Reges cudi præterea ex eodem auro iussere monetam aliam duplam ad hanc: quæ dobla in eo Regno nuncupabatur, & aliam quintuplam, quinque. s. aureorum, aliam decuplam, aliam viginti, & aliam quinquaginta, aureorum. Cum autem ducatus in hoc Regno valeat vndecim regales argenteos, & vnum marauedinum, regalis verò argenteus valet trigintaquatuor marauedinos, ducatus valebat trecentos septuaginta quinque marauedinos. Atque hæc omnia habentur l. 4. tit. 21. lib. 5. nouæ collec. Quo fit, vt selibra illius auri in massa æstimaretur tunc pretio viginti quatuor mille marauedinorum. Etenim sexaginta quatuor ducati, ad rationem trecentorum septuagintaquinque marauedinorum, conficiunt viginti quatuor mille marauedinos. Ducatus autem cũ tertia parte alterius, qui insuper ex selibra auri cõficiebantur, erant pro expensis cudendi ex massa illa eas monetas. Quo fit, vt massa ponderis selibræ illius auri æstimaretur vigintiquatuor mille marauedinis, ad rationem trecentorum septuaginta quinque marauedinorum pro octaua vnciæ, Ducati verò confecti ex selibra vna, habebãt valorem viginti quatuor mille quingentorũ marauedinorum: eo quòd ducatus cum tertia parte alterius, qui pro expensis extrahebantur ex sexaginta quatuor octauis vnciæ, ex quibus reliqui sexaginta quatuor ducati conficiebantur, valebãt quingentos marauedinos.

Ex dictis facilè intelligetur, in primis cur ducato in hoc Regno impositũ fuerit pretiũ vnius marauedini vltra vndecim regales argenteos. Vt enim selibræ auri illius imponeretur pretium viginti quatuor mille marauedinorum, singulique ducati drachmam auri haberent, demptis, ex sexaginta quatuor, tot granis pro expensis quæ sufficerẽt ad ducatum vnum cum tertia parte alterius conficiendos, id effectum est.

8 Deinde intelligetur, drachmas † illas euangelij, ponderis fuisse ducatorũ huius Regni, seu regalium argenteorum, vt ex dicendis cõstabit. Modo tñ argenteis, & aureis addas, quod ab vnaquaque drachma, ex qua vnusquisque conficitur, pro expensis extrahitur. A pondere, n. nummi illi drachmæ dicti sunt. Erant tamen argentei, & nõ aurei. Et † didrachma, aut didrachmum quod in
9 tributum soluebatur, & de quo mentio etiam fit in euangelio, duas drachmas appendebat, respondebatq; duobus regalibus argenteis.

Tertio intelligetur, tẽpore, quo ducati illi cusi
10 sunt, granũ † auri fuisse valoris quinq; marauedinorũ, & ferè quartæ partis vnius marauedini. Etenim septuaginta duo grana, quæ appẽdit octaua vnciæ auri, ad rationem quinque marauedinorum pro vnoquoque grano, reddunt valorem trecentorum sexaginta marauedinorũ. Quindecim verò marauedini, qui vsq; ad trecentos septuaginta quinq; marauedinos supersunt, sexaginta quartas vnius marauedini habent. Quo fit, vt duodecim tm̃ quartę vnius marauedini desint, vt grana auri eo tempore essent valoris quinque marauedinorum & quartæ partis vnius marauedini.

Temporis progressu, quia purissimum illud aurum multum in alijs prouincijs æstimabatur, extrahebaturq; ex Hispanijs, Carolus V. vt habetur l. 10. declarationum tit. 21. lib. 5. nouæ collec. refertque Couar. de collat. veter. nummis. c. 3. in prin. nu. 2. & §. 1. nu. 4. cudi iussit monetas ex au-
11 ro vigintiduorum † caractorum, quas tum *coranas*, tum etiam scuta voluit nuncupari. Sexaginta octo ex illis, habent pondus selibræ. Valor verò cuiusque earum, erat decem regalium, & decẽ marauedinorum, seu (quod idem est) trecentorum quinquaginta marauedinorũ. Quare selibra harum monetarum, valorem habebat vigintitrium millium & octingentorum marauedinorũ. Si aũt hinc demas scutum vnũ, ꝙ in tributum Regi ex vnaquaque selibra horum scutorum soluebatur, & insuper vnum *temin* auri, & tres quartas alterius, qui ad expensas in cudendis illis monetis soluebantur, vt habetur l. 46. titu. 21. libr. 5. nouæ collect. inuenies, tunc selibram massæ illius auri vigintiduorum caractorũ, valorem habuis-

se vi-

se viginti trium millium trecentorũ triginta vnũ marauedinorum. *Temin.* n. duodecim grana auri hẽt, & valet duos regales argẽteos, temin verò, & tres quartæ, habent grana viginti vnum, & valẽt tres regales argenteos cum dimidio, hoc est, centum decẽ, & nouẽ marauedinos, qui cũ scuto, qđ eo tpe valebat tercentum quinquaginta marauedinos, conficiunt quadringentos sexaginta nouẽ marauedinos. Hos si demas a viginti tribus millibus octingentis marauedinis, cõperies, se libram massæ illius auri valuisse tunc viginti tres mille tercẽtos triginta vnũ marauedinos. Cũ autẽ se libra auri viginti trium caractorũ haberet nonaginta quinq; quartas caracti auri, & vnã ligæ aliorum metallorum: selibra verò auri viginti duorum caractorum solum hẽat octoginta octo quartas caracti auri, & octo quartas ligæ aliorũ metallorũ; atque viginti tres mille trecenti triginta vnũ marauedini, diuisi in octoginta octo quartas caracti, efficiãt singulas valoris ducentorũ sexaginta quinque marauedinorũ, & vndecimę ptis vnius marauedini; cõsequens est, vt selibra massæ auri viginti triũ caractorum, & triũ quartarum caracti, quę septem quartas caracti auri plus hẽt, valeat, post secuta eius valoris, viginti quinque mille centum octoginta sex marauedinos, & septem vndecimas marauedini partes. Cũ ãt selibra auri viginti duorum caractorum, duo caracta hẽat ligæ: duæ verò partes huius ligę sint argẽti, & tertia pars sit æris, consequens est, vt selibra auri viginti duorum caractorũ, habeat caractum vnum argẽti cum tertio alterius caracti: æris verò hẽat duos tertios caracti. Quare, cum selibra argẽti in hoc Regno valoris sit sexaginta quinq; regaliũ argenteorũ, vt hẽ l. 5. tit. 21. lib. 5. nouæ collect. consequẽs est, vt caractes argẽti valoris sit nonaginta duorum marauedinorum, cũ 12. parte vnius marauedini; atq; adeo vt caracter vnus, cum tertio alterius, valoris sint centum viginti trium ferè marauedinorum. Quos si demas à viginti quinq; mille centũ octoginta sex marauedinis, inuenies, post secuta eius valoris cusa, selibrã auri viginti trium caractorũ, & trium quartarũ, valere viginti mille sexaginta sex marauedinos. Atq; adeo octauam vncię illius massæ auri, valere tercentum nonaginta vnum marauedinos, cum triginta nouem ex sexaginta quatuor partib. vnius marauedini. Idẽq; erat eo tpe valor cuiusq; ducati, si adiungas quingentos marauedinos expensarum in illis cudendis.

Philippus II. Rex nr̃ anno 1566. vt hẽ l. 13. declarat. tit. 21. lib. 5. nouæ collec. nihil in pondere, & caractis horum scut. mutando, valorẽ singulorum ad quadringentos marauedinos euexit, ita vt selibra horum scut. viginti septẽ mille ducentos marauedinos valeret, vt hodie valet. Quòd si inde demas scut. vnum, iam nunc quadringentorum marauedinorum, in tributum Regi, & centum quadraginta vnum marauedinos in expensas, q̃ hodie Hispali soluunt, loco, centum decẽ & nouem marauedinorum, q̃ quondã soluebantur, vt vĩ, q̃a, tuccto scuto ad valorẽ quadringentorũ marauedinorum, temin & tres quartæ, id hodie plus valent, atque adeo à tota illa summa demas quingẽtos quadraginta vnum marauedinos, cõperies selibrã eiusmodi massæ auri valere hodie viginti sex mille sexcẽtos quinquaginta nouẽ marauedinos. Hos si diuidas in octoginta octo quartas caracti auri purissimi, quas ea selibra hẽt (nam reliquas octo hẽt ligæ) inuenies singulas quartas caracti auri purissimi valere hodie ferè tercentos & tres marauedinos. Septẽ verò quartas caracti purissimi, quas insup hẽt selibra massę auri viginti trium caractorum, & trium quartarum, valere hodie ferè mille ducẽtos viginti duos marauedinos. Quare selibra massæ auri ducatorũ (interim non deducendo, qđ rõne ligæ est detrahendũ) valet hodie circiter viginti septem mille nongentos marauedinos. Hodie verò ferè nihil ratione ligæ est detrahendum; eo quòd tota sit ætea, nihil argenti habens, vt ex Hispali est mihi relatum.

Octaua verò vnciæ huius massæ valet circiter quadringẽtos triginta quinq; marauedinos, hoc est, duodecim regales argenteos, & viginti septẽ marauedinos. Et tantundem valet hodie ducatus ille, si adiungas quingentos quadraginta vnum marauedinos expensarum in illis cudendis, quibus compensatur, quod singulis deest auri ad integram octauam vnciæ. Lex tamen 13. citata illis taxam imposuit quadringentorum viginti nouem marauedinorum, illiq; potius erit standum. Fortasse enim aliquid me latet, vnde decrementum illud proueniat, aut vtendo opera alterius ad has supputationes faciendas, eo quòd arithmeticæ sim ignarus, aliquid non rite est supputatum. Quæ tamen dicta sunt, non modicam lucem dicendis afferent.

12. Tria† quædam admonuerim. Primum, Castellanos aurifices, ac ministros domorum monetæ, praxim caractorum, non in selibra auri exercere, sed in eo aureo nummo Castellano nuncupato, qui, si viginti duorum sit caractorum, valoris est hodie decem, & sex regalium argenteorum, seu quingentorum quadraginta quatuor marauedinorum, vt habetur l. 13. citata. Dicunt verò caractum purissimum Castellani esse hodie valoris viginti quatuor marauedinorum, cum partibus aliquibus alterius marauedini. Quia verò quinquaginta horum nummorum selibram appendunt, aptum eum nummum reperiunt ad in eo, tamquam in mensura cæterorum ponderum, exercendam caractorum praxim.

Secundum, quamuis in hoc Regno massæ argenteæ sit pretium taxatum, vt. s. ascendere selibra non possit valorem sexaginta quinque regalium argenteorum, vt mox dicemus, & supra citatum est; massæ tamen auri impositum non esse pretium, sed solis nummis ex illa confectis. Si tamen massa hodie sit viginti duorum caractorum, numquam ascendet valorem, quem supra diximus habere iuxta nummos, qui ex illa confici possunt, demptis sumptibus in illis cudendis, & tributo, quod Regi soluitur.

Tertium l. 4. tit. 24. lib. 5. nouæ collec. inhibitum aurificibus esse conficere ex auro artefacta, nisi q̃ sint auri viginti quatuor caractorum, dempta vna octaua caracti, aut viginti duorum vel

viginti

viginti caractorum. In eademq; lege pœnæ subijciunt vendentib. artefactum: qđ minus aliqđ auri habeat, pro aliquo ex illis trium qualitatũ auri.

13 In hoc †eodem Regno à Ferdinãdo, & Elisabetha, & argento vndecim den. & quatuor granorum, iussi sunt cudi regales argentei sexaginta septem ex vnaquaque selibra, qui proinde viginti granos ligæ habeant alterius metalli, ætis nempe. lta hĩ l. 2. ti. 21. lib. 5. nouæ collec. Valot horũ erat trigintra quatuor maruedinorum, vt hĩ l. 4. eiusdem tit. Selibra ãt massæ huius argenti taxata est, vt nõ maiori prio vendi posset, q̃ sexaginta quinque regalibus argenteis, vt l. 5. eiusdem tituli hĩ. Cum autẽ ex ea sexaginta septem regales cudant, vt eadem l. & l. 2. citata hĩ, consequens est, vt regales solum habeant triginta duos maruedinos argẽti. Et cum pro expensis solũ ex selibra eorum regalium soluatur vnus regalis, vt hĩ l. 46. eiusdem tituli, & insuper vnus maruedinus, vt mihi minister publicus domus monetæ affirmat, consequens est, vt reliqui triginta tres maruedini in lucrum illius cedant, qui argentum tradit, vt ex illo regales fiant: id quod apertè significat l. 5. eiusdem tituli. Circa regales argenteos nihil, quoad hæc omnia, ad hodiernum vsque diem mutatum est, vt constat ex l. 13. declarat. eiusdem tit. hoc vno excepto, quod schedula Regis missa ad domus monetę Hispaniarum, impositum est tributum quinquaginta maruedinorũ soluendorũ Regi ex quacunque selibra argenti, quę in eis cuditur, atque id tributum *señorage* nuncupatur. Itaq; hodie, cudenti selibrã argenti, hũ reddũtur sexaginta quatuor regales argẽti cũ dimidio.

Ferè quo tpe Ferdinandus, & Elisabetha cudi iusserunt ducatos, de quib. dictum est, in Lusita-

14 nia † ex auro purissimo viginti quatuor caractorũ, cusæ sunt similes aliæ monetæ, quas in eo Regno *cruzados* appellãt. Simpl. excruciatus, seu ducatus, habebat octauã vnciæ auri, demptis tribus quartis vnius grani pro expensis, vt. n. hĩ 4. p. legum extrauag. l. 4. § 4 habebat septuaginta vnũ grana cum 4. parte alterius grani. Cruciatus verò decem ducat. qui in eo Regno *Portugues* dicitur, habebat vnciã vnã, & vnã octauam, ac sexaginta quatuor grana cum dimidio, solumq; illi deerant ad decẽ octauas, septẽ grana cum dimidio, vt hĩ l. 4. cita. §. 3. Cum verò ducatus in eo Regno sit valoris quadringentorum *reais*, cõsequens est, vt in eo Regno selibra massæ illius auri æstimaretur tunc viginti quinque millib. sexcẽtis *reais*. Sexaginta. n. quatuor octauæ vnciæ illius auri, ad rõnẽ quadringentorum *reais* pro vnaquaq; octaua, numerum illum reddunt viginti q̃q; millũ sexcẽtorũ *reais*. Selibra verò auri tedacta in eos nũmos valoris erat viginti quinq; millium octingẽtorum *reais* cum incremento aliquo, pp quadraginta octo grana, q̃ ex sexaginta quatuor ducatis extrahebantur pro expensis, conficiebantq; plusquã dimidium alterius ducati. Granum verò auri eo tpe valebat, quinq; *reais* cum dimidio, & partẽ quandã de vn *septil*. Septuaginta. n. duo grana ad rationem quinque *reais* pro vno quoque grano, trecentos sexaginta *reais* conficiunt. Si verò diuidas in duas medietates singulos ex quadraginta *reais*, qui ad cõplementum quadringẽtorũ remanent, efficies octoginta medietates. Inde verò, si pro septuaginta duobus granis, detrahas septuaginta duas medietates, cõperies, vnumquodque granũ valuisse q̃q; *reais* cum dimidio, & insuper septuagesimã secundam partem ex quatuor *reais*, qui viginti quatuor *septiles* continent.

Tpe Caroli V. Ioannes tertius, eisdẽ rõnibus, qb. Carolus V. permotus, cudi in Lusitania fecit

15 †ducatos, quos vocãt *cruzados de cruz piquena*. Hodie verò *cruzados do meio* nuncupantur: eo q̃ inter illos primos auri purissimi, & inter alios inferioris adhuc auri, sint cusi. Autum eorum erat viginti duorum caractorum, & q̃q; octauarum vnius caracti, solumq; habebant permixtũ alterius metalli caractum vnum, & tres octauas alterius. Appendebant verò singuli eorũ septuaginta vnum grana, & quartã alterius partem, sicut ducati auri purissimi, vt hæc oĩa hĩ l. 4. citata. §. 5. Quare, cum eiusmodi ducati pretium retinerent quadringentorum *reais*, selibra huius impurioris auri valere cœpit pretio, quo antea valebat selibra illius alterius auri purissimi. Postea idem Ioannes Tertius cudi iussit ducatos alios, quos vocant *cruzados de cruz de monte caluario*, ex auro viginti duorum caractorum, & octauæ alterius caracti, appendebantq; septuaginta vnũ grana, cum dimidio, & trib. octauis grani, vnde solũ illi deerat, ad octauam vnciæ auri, octaua vna vnius grani, vt ibid. §. 6. hĩ. Quare, cũ hi et ducati pretium retinerent quadringẽtorum *reais*, exinde selibra huius impurioris auri valere cœpit pretio, quo æstimabatur quondam selibra auri purissimi.

Nouissimè ab eodem Ioanne tertio iussæ sunt cudi monetæ, quę frequentissimæ erant in Lusitania, q̃n hæc ibi docebam, ex auro viginti duorum caractorum, & octauę caracti; Earum quędã eius erant ponderis, vt triginta appenderent selibram, valorq; singularum erat mille *reais*, vnde à valore dictæ sunt *monedas de mil reis*. Aliæ verò sub duplum põdus ad has habebant, & sexaginta appendebant selibram auri, singulæq; valebãt quingentos *reais*, & similiter à valore dictæ sunt *monedas de quinhentos reais*, vt ex l. 4. citata. §. 8. & 9. liquet. Quo fit, vt cum quõdã selibra auri purissimi viginti quatuor caractorum valorem haberet viginti quinque milium sexcẽtorum *reais*, vt dictum est, à tempore harum monetarum selibra massæ auri longè impurioris, vtpe viginti duorũ caractorum & vnius octauæ, valere cœperit triginta mille *reais*. Atq; ad rõnem huius valoris ac crescit valor aliarum puriorum monetarum, non solum vt ponderi æquali rñdeat pretium æquale monetis mille *reais*, ad rõnem triginta millium *reais* pro selibra ponderis, sed etiam vt maiori quantitati auri purissimi rñdeat maius pretium in eadem proportione, in qua quantitas purissimi auri antiquiorum monetarum excedit quantitatẽ pecuniarum mille *reais*, dempto aliquo pro valore ligæ permixtæ, vt in monetis Castellæ deductum est. Id quod extrauagantes leges Lusitanæ l. 4. citata decernunt, vt postea dicetur.

Licèt

Licet aũt l. 4. citata id pretij impositum fuerit eiusmodi nouissimis auteis moneris, & §. 11. eiusdem legis prohibitum esset lucrũ aliquod accipere pro earum commutatione sub pœna amissionis valoris earũ, & duorum annorũ exilij ad loca Africæ; atque illud esset cõe earum pretium: exteri tñ mercatores pro monetis mille *reais* offerre cœperunt mille centum, & pro monetis quingentorum *reais* quingentos, & quinquaginta. Et subito, quo tempore hæc docebam, scientibus nec contradicentibus senatu, & cæteris ministris publicis, à multis magna earum copia eo pretio data est, euã ab ijs, qui regimini, & qui bonis Regis erant præpositi. Fortasse vt id ita fieret adiumento non modico fuit, quod subiungam.

Argentum monetarũ Lusitanarum est vndecim denariorum, tm̃, habenteq; proinde denarium integrum alterius metalli permixtum, vt constat l. 1. ti. 8. p. 5. leg. extra. Qđ in cã est, vt in Flãdria, Germania, & apud alias nationes, non valeant, nisi iuxta quantitatẽ massæ argenti, q̃ habẽt, rõne insuper habitæ impuritatis illius. Sebastianus autem Rex l. citata cudi iussit ex selibra huius argenti viginti quatuor *toſtões* singulos valoris centum *reais*: qua rõne selibra illorum, valoris erat duo mille quadringentorum *reais*, seu (q̃ idẽ est) sex cruciatorum. Cum aũt, qui argentum ad illos fabricãdos exhibebant, solum soluerent sexaginta *reais* pro expensis, vt eadẽ l. habet, cõsequens est, vt selibra massæ illius argẽti, valeret tũc duo mille trecẽtos quadraginta *reais*. Auus autem illius Ioannes tertius, cudi iusserat ex selibra eiusdem argenti viginti sex *toſtões*, atq; adeo tpe Ioannis tertij valebat selibra horum toſtonum mille sexcentos *reais*, seu cruciatos sex cum dimidio vt eadem l. habetur. Ante tpa verò Ioannes tertij erant *toſtões* maioris ponderis. Omnes vero *reais*, cõmemorati semper fuerunt valoris centum *reais*, nihil impediente, q̃ quidam illorum plus haberẽt argenti, & alij minus: quin Sebastianus Rex tit. citato, l. 2. præcepit, vt *toſtões* à Ioanne tertio cudi iussi, eundẽ valorẽ retinerent neque quisquã reijcere illos posset, qñ in solutionẽ pro mercib. aut debito traderentur. Regalis verò argenteus toto hoc tpe valoris erat in Lusitania triginta sex *reais*, & duorũ septijs, ita vt vndecim quadringentos *reais*, seu cruciatũ vnum, valerent: Rexq; Sebastianus tit. citat. l. 3. anno 1588. statuit, vt hoc esset illorũ pretiũ nulluſq; sub certis pœnis, plus q̃ illis acciperet. Cum aũt eo tpe valerẽt in Orientali India sexaginta *reais*, in Africa quadraginta marauedinos, & apud eẽs nationes apparerẽtur, atque vbiq; eis homines negotiarentur, non verò pecunia argentea Lusitana, in eaq; regione, quæ *Mina* in Aethyopia dr, vnde ingens auri copia in Lusitaniã asportatur, multum auri in commutationem horum argumentorum detur, multi toto hoc tempore, nihil lege relata impediente illos in Lusitania emebãt maiori pretio, ẽt Rex ipse, ministrive illius, vt ingentem illorum copiã quotãnis in Orientalem Indiam, atq; ad alia loca, mitterent, plenaque erant omnia scrupulis, num in Lusitania licitè maiori pretio emerentur.

Cum hæc ita haberẽt, subito, dũ rẽ hanc docebã, Rexq; Sebastianus ea ijcere parabat in Africã, accidit in tota Lusitania ptiũ regalis argentei ad quadraginta *reais*, ita vt decẽ illorũ valere cœperint quadringẽtos *reais*, seu cruciatum vnũ, idq; nulla lege lata, sed Rege ita soluẽte stipẽdia, ac ptia rerũ, & ministris publicis cogẽtib. primatos hoĩes, vt in eo ptio acciperent regales argenteos. Atq; ex tunc cudi cœperunt *toſtões* ponderis duorũ regaliũ cũ dimidio, & ex vna selibra cudũtur viginti octo *toſtões* valoris eiusdẽ centũ *reais*. Quis aũt expensas soluat, & q̃tum in expẽsas sumatur, cum ab eo regno modo discẽdem, ignoro.

Hoc itaq; incrementũ valoris argenti in eo regno, nõ paruo adiumẽto fuit, vt tãto ptio tũc emerentur pecuniæ illæ aureæ mille, atque quingentorum *reais*, & vt subito spoliaretur regnũ illud abundantia maxima earũ, q̃ tunc in eo erat breuique dispargerent dilatæ ad alia regna. Audio aũt mercatores in hoc castellæ regnum ingentẽ copiã comportasse, vendidisseq; singulas monetas mille *reais* triginta trib. regalib. argenteis, q cõportati in Lusitaniã, valebant mille trecentos viginti *reais*. Admoneri verò tũc feci regẽ Sebastianũ, expedire, vt auri ptiũ augeretur, idq; ex suggesto docui, & tñ nihil profeci. Sed vsque in hodiernum diem *toſtões* tã antiqui, q̃ hodierni, adeo exigui ponderis, pretio eodem centum *reais* cõmutantur, paulatimq; antiqui disparent, vel delati ad exteras nationes, vel aurificib. eos in massam argenteam reducentibus, eamque vendentibus longè maiori pretio, quod nunc in Lusitania valet. Similiter etiam monetæ illæ aureæ, licet raræ hodie sint, à multis pretio mille *reais* commutantur, aut certè ad meum vsque discessum ex eo Regno commutabantur.

Hoc loco illud admonuerim, q̃is nummus æreus, q *real* in Lusitania dr, eundem valorẽ retineat, siue monetæ aureæ, aut argenteæ, æstimẽtur, siue deprimãtur, in valore, ad effectũ, vt eo soluãtur summæ aureorũ, aut aliorũ nũmorũ, q̃ debebãtur, aut in tributũ, vel in pœnã, erant lege impositæ, vt disp. 312. ostẽsum est, nihilominus ad cãbiũ de loco ad locũ, nõ eundẽ valorẽ habere, vt mercatorũ praxis perpetuò seruauit, & hodie seruat, suoque loco inferius dicetur, neq; enim pro decẽ regalib. q hodie in Lusitania valẽt quadringentos *reais*, soluẽtur in Castella vndecim regales, esto in Castella vndecim regales solũ valeant trecentos septuaginta quãtuor marauedinos, sed solum soluentur decem regales, facta commutatione ad æqualitatẽ, nihil interim loquẽdo de incremẽto obcãbium. In eiusmodi quippe commutationib. potius habetur rõ q̃titatis argenti, collatione facta cum æquali q̃tate argẽti, aut quãtitatis auri, collatione similiter facta cum æquali quantitate auri eiusdem bonitatis, quam quantitatum æris, valorisque illius in diuersis locis.

Quare maraued. Castellæ, qñ regalis argenteus in Lusitania valebat triginta sex *reais* cum duob. *septijs* maioris valoris erat inter mercatores, quam æreus *real* Lusitanus in ea, proportione, qua triginta sex *reais* & duo *septijs* excedunt

triginta

triginta quatuor marauedinos, ac proinde regalis argẽteus ꝓ regali argenteo cõmutabat ad æqualitatem à Lusitania ad Castellã, & è contra, & simi liter ducatus ꝓ ducato, esto in Lusitania esset valoris quadringentorum *reais*, & in Castella trecẽ torum septuaginta quinq; maraued. Quare, euecto regali argenteo in Lusitania ad quadraginta *reais*, minoris valoris est hodie, quã maraued. in ea proportione, qua quadraginta *reais* excedunt quo ad numerũ triginta quatuor maraued. Quia ergo, euecto regali argenteo ad quadrag. *reais*, & imminuto tostone argenteo Lusitano quo ad põdus, decreuit eo modo in Lusitania valor ærei *real* Lusitani, consequens est, vt collatione facta cum eodem nummo æreo, accreuerit apud mercatores valor earum monetarum Lusitanarum, eodemque modo accrescere debuerit in commutationibus aliarum rerum pro illis, sitque irrationabilis lex, quę eo ipso pretiũ illarũ nõ auget cõparatione eiusdem nummi ærei. Quis n. nisi stultus, det hodie in Lusitania nummum aureum, q antea valebat 27. regales argenteos cum dimidio, pro 25, ea sola ratione, quòd regalis argenteus euectus sit in Lusitania ad pretium 40 *reais*; præsertim cum eadem moneta longè plus valeat delata ad hoc Castellæ Regnum, & ad quamcunq; aliam nationem; & cum non plus mercium ematur hodie in Lusitania quadraginta *reais*, quam antea 36. sed continuo pretia omnium rerum accreuerint in Lusitania collatione facta ad eum nummum æreum. Hac ergo occasione, euecto regali argenteo ad quadraginta *reais*, meritò continuo accrescere cępit valor monetarum aurearum collatione facta ad eundem nummum æreum. Atque hinc intelliges, hodie in Lusitania longè plus valere selibram auri caractorum 22. & vnius octauæ quam 30. mille *reais*, in eadem proportione, in qua 40. *reais*, excedunt 36. & duos *septijs*. Atque vt hoc elucidaremus, ac ostenderemus, tam multa de pretio argentearum monetarum in Lusitania, dicta sunt, quę nõ modicã lucem dicendis in tota hac materia de cambijs afferent.

Cũ in Castella, & in Lusitania massæ auri pretium nõ sit lege taxatum, neq; item argenteę, nisi illi Castella, quæ vndecim est den. ac 4. granorũ, vt selibra illius vendi non possit vltra sexaginta quinque regale cum ijs prohibitum non sit illam minori pretio emi, quotidieq; vel illo pretio, vel minori, ematur, ac vendatur, pro vt quisque põt, facilis erit respõsio ad dubium, num sequens emptio argenti iniusta sit, cum restituendi onere. Multi, qñ pecunia indigent, vendere coguntur artefacta argenti, quæ habẽt. Dum verò illa aurificibus, aut mercatoribus, emenda offerunt, non plus pretij pro illis reperiunt, quam si argentum illud fabrefactum non esset; cum tamẽ opificium multum aliqñ valeat. Interdum etiam non plus pro eo argento reperiunt, quam ad rõnem sexaginta quatuor regalium pro selibra, ita vt, præter valorem opificij, descendere cogantur in valorem massæ regale vnum in vnaquaque selibra.

Dubiũ

Decis. 16 Quæritur ergo, vtrum † eiusmodi emptio, iniusta sit cum restituẽdi onere. Rñdendum arbitror, cum ea in re nulla transgressio humanarum legum fiat, vt dictũ est: atq; in ea merce aurifices, aut alij mercatores, q eã emunt, multum pecuniæ collocent, vt illã mundando atq; aptando, iterũ maiori pretio reuendant, damnandam non esse negotiationẽ vt iniustam, modo tñ, spectato illo emptionis modo (qui aurificib. ex suo officio nõ secus incumbit, quam bibliopolis emere minori pretio eos libros, qui ipsis emendos offeruntur, vt maiori pretio illos reuendant) pretium, qđ pro illis dant, attentis circumstantijs oĩb. concurrentibus, atq; inter eas, quod vltroneæ merces minus valent, prudentis arbitrio non iudicetur in eo emendi modo non stringere ad infimum iustum. Tanti, n. valoris esse põt opificium, & tanta possit esse spes breui eam mercem reuendendam esse longè maiori pretio vt merito iniusta prudentis arbitrio iudicari posset ea emptio, cum restituendi onere, quantum ad infimum pretiũ iustũ deesset, ẽt si selibra sexaginta quinque regalibus emeretẽ, idq; nihil impediente qđ pretia eiusmodi rerum in indiuisibili nõ cõsistam, sed magnã latitudinem inter supremũ, & infimũ habeãt. Nõ tñ damnes, q̃ consuetudine hac in parte recepta esse cõperies: qm̃ ea consuetudo multum facit, vt pretium, in eo emptionis mõ, iniustum non sit censendum. Solent aliqñ, qui eusmodi argentũ vendunt, paciscì cum emptoribus vt intra certũ tẽps illud alteri non reuendant, sed fas ipsis intra idem tẽps sit, illud redimere certo quodã pretio maiori, quam fuerit, quod pro illo acceperunt. Dubitant 17 † verò aliq, vtrum hoc licitum sit, an verò vsura palliata intercedat. Rñdendum arbitror. Si vera intercedit venditio, ita qđ, si argentum illud medio illo tpe pereat, emptori pereat: & contractus primus, iuxta ea q̃ dicta sunt, iustus fuit, atque in secundo non constituatur maius pretium, quam illud, quod primus emptor iustè accipere poterat a quocunque alio emptore pro eodem argento, neque vsuram, neque iniustitiam, in eo contractu intercedere, sed potius gratiam, quam primus emptor venditori primo facit, seipsum inhabilẽ reddendo ad eam mercem cuiquam alteri intra id tempus vendendum, vt disput. 376. adhibitis alijs exemplis, ostensum etiam est.

Dubiũ

Decis.

Illud postremò ex tota hac disput. facilè intelliges. Quamuis, & quondam, qñ erant in hoc Castellæ Regno ducati illi valoris trecentorum septuaginta quinque maraued. atq; in Lusitania ijdem ducati, seu cruciati, erant valoris quadringentorum *reais*, cambia pecuniarum de loco ad locum ad cõtractus fierent, multaque alia constituerẽtur mentione facta de ducatis non solum in his Regnis, sed ẽt ex eis ad prouincias alias, atque ex prouincijs alijs ad ipsa, & hodie similiter cambia, atque contractus sub noĩe ducati fiat, multaque alia cõstituantur, à multis tñ rẽporibus, facta variatione in auri valore, nullum nummũ in his Regnis esse, qui eius sit valoris; sed valorem illũ, qui ducati nomine quondam intelligebatur, atque hodie etiam intelligitur, solui facta compensatione ad æqualitatem cum eo valore in alijs monetis, vt quotidianus vsus testatur.

Vtrum

## Vtrum pro pecunia, cur valor certus, dum cussa est, autoritate publica est constitutus, liceat amplius accipere.

### DISPVTATIO CCCCL.

*SVMMARIVM.*

1 *Pecuniæ valor publica auctoritate taxatur, ratione lucri cessante, potest aliquod intrementum pati.*
2 *Monetas destruere argenteas etiam alterius regni in Lusitania prohibitum est, cum graui pœna. Idem in Castella, nu. 3.*
4 *Pecunia quando licitum sit augeri, etiam si eius valor sit publica auctoritate taxatus.*
5 *Lusitanæ leges, & Castellæ, quæ pretium imposuere monetis aureis, non obligant hodie in conscientia.*

QVæ disputatione præced. dicta sunt, lucem huic afferent. Obseruãdum autẽ est, consuetudinem esse receptã in aliquibus prouincijs, maxime in Italia, & Flandria, vt quamuis monetæ aliquę commune aliquod pretium in eis habeant; non tamen sit adeo fixum, quin instar aliarũ mercium, quæ lege non sunt taxatæ, pro earum multitudine, aut paucitate, aut pro earũ multitudine eas quærentium, earum pretium accrescat, & decrescat. Atque ita audio quamuis Romæ communis valor scuti aurei sint vndecim Iulij cũ dimidio; nihilominus valorem eorũ subito (interdum bis etiam in mẽse) accrescere aliquot æreos nummos, atque iterum decrescere. Accrescere verò, aut decrescere, plures, aut paciores, eos æreos nũmos iuxta exigentiam ac raritatem eorum scutorum, & iuxta circunstantias alias cõcurrentes. Vbi autem talis consuetudo viget, nemini potest esse dubium, licitum esse accipere id incrementum.

1 Tota † ergo difficultas est, vbi pretia monetarũ publica autoritate ac lege taxata sunt, vt sint fixa, quo pacto in Hispanijs taxari consueuerunt, & regulariter in alijs prouincijs, præsertim quãdo monetæ propriæ sunt earum prouinciarũ. Et quidem dicendũ est, etiã tunc, rõne lucri cessantis, licitum esse accipere aliquid vltra pretium lege taxatum, quantum id lucri æstimabitur. Vt si quis paratam habeat monetam aliquã ad eam transportandã in locum, vbi plus valet, aut ad emendum ea merces in loco, vbi moneta Regni, in quo residet, non emuntur, aut non nisi amissa parte valoris illius, tunc accipere potest pro commutatione talis monetæ pro alia, quantum æstimatetur lucrum, quod reipsa ex ea commutatione ipsi cessaret. Ita cum alijs affirmat Ioan. Med. q. 3. de camb. §. antepen. Atque in simili casu diximus in calce d. sp. 364. pro lucro cessante in tritico lege taxato, quod dominus transportare volebat in locum, vbi plus valeret, posse aliquid accipi vltra pretium lege taxatum si scandalũ cesset. Ex hoc eodem capite, si aurifex pecunias habeat paratas ad deaurandum, aut ad conficiendum ex illis artefactum, in quo, ratione materiæ purissimæ lucrabitur, atq; vt eas concedat affligenti, patiet, se eo lucro, accipere posse

cet it, vltra pretium commune earum, æstimationem lucri illius, quo re ipsa ea de causa se priuat.

In Lusitania lib. 5. ord. tit. 6. §. vlt. prohibitum
2 est, destruere † monetas argenteas, aut eas destrui præciperet, vt ex eis fiat artefactum, aut quacunq; alia rõne, esto alterius sint Regni pœnaq; statuitur exilij decem annorũ ad loca Africæ, atq; amissionis dimidiæ partis bonorum, diuidendę æqualiter inter accusatem, & fiscum Regis. Atque sub eisdẽ pœnis inhibetur, seligere monetas maioris ponderis, easq; vẽdere ad pondus. Qui autem aliquid horum fecerit, si de numero eorum ministrorum Regis sit, quib. incumbit recipere pecunias Regis, pœnam mortis incurrit, atq; amissionis omnium suorum bonorum. Nescio tñ an ea lex tanto rigore exequutioni mandetur, vt lethalis culpæ condemnandus sit aurifex, vel persona alia priuata, quæ pecunias aliquas argenteas destruxerit, vt ex illis artefactum conficiat. Præsertim postquam, eucto regali argenteo ad pretium quadraginta *reais*, & imminuta quantitate tostonis, quantum disputatione præced. relatum est. Quod si lex illa in suo robore permaneret, perseuerantibus circunstantijs, quæ erant, qñ lata fuit, pleneq; exequutioni mandaretur, non dubitarem obligare sub culpa lethali, attenta pœnæ acerbitate, & damno, quod Reipublicę ex eo euenit, quod monetę æqualis valoris, ac maioris ponderis, destruantur, vt regulariter euenire solet, qñ monetę aliquę destruuntur. Ea tamen lex non intelligitur de monetis argenteis, quæ in Lusitania valorem non habent, vt liquido constat. l. 3. tit. 12. p. 4. legum extrau.

3 In hoc † Regno etiam l. 67. tit. 20. lib. 5. nouæ collect. iuncta l. 6. tit. 17. li. 8. sub pœna capitis amissionisq; cũm bonorum, prohibetur destruere moneta aureas, argenteas, vel æreas, aut illas ex hoc Regno extrahere. Hanc tñ legem, quæ a Regibus Catholicis lata est, non intelligo de monetis illis antiquis, quæ hodie rarissimæ sunt, & quarũ loco aliæ successerunt, si quæ ad deaurandum destruantur. Qm̃, & est modicum quid, & mutatio temporum ac circunstantiarum, licitum id reddit. Ius Castellæ.

Licèt cambium monetarum fieri in eodem loco debeat ad æqualitatem valoris; si tñ timor probabilis esset, breui monetã aliquã publica autoritate minuenda in valore, licitè eam posset minori pretio, quã lege esset taxata. Qm̃ timor ille, ac probabilitas, qđ minuenda sit in valore, effecit illãmioris valoris: non secus, ac pecunia, quæ collocata est in tẽpestate, aut a periculo maris pendet, iustè emitur minori pretio, quam sit lege taxatum. Ita Med. loco citato. §. vlt. Interim tñ, dum pecunia illa publica autoritate imminuta est non quo ad valorem, licite datur pretio taxato, qm̃ re vera adhuc retinet antiquum valorem ad effectum, vt licitè dari ac expendi possit in eos vsus, in quibus expendenda foret, si non esset talis timor.

Med. q. citata contendit, interim dum lex publica taxationis monetæ vim hẽt, nefas esse accipere
4 † pro pecunia maius pretiũ, quam lege taxatũ, ẽt si materiæ cõmoditates multas hẽat, vt quia aurũ est plurium caractorũ, vt esse solet antiquarũ monetarum, pluſq; inseruit ad deaurandum, ad ornatum, Quæst.

tum, ad sanitatẽ, & ad similia alia. Ratio Medinæ est, qm̃ qñ moneta taxatur, ratio hꝫ puritatis materiæ, & commoditatum illius, eisq; oĩb. pensatis constituitur valor materiæ affectæ signo, per qđ in esse monetæ constituitur. Quo fit, inquit, vt quemadmodum pro frumento lege taxato, nefas est accipere plus pretij quam lege taxatum sit; eo qđ pretium iustum lege taxatũ in indiuisibili cõsistat: ita pro eiusmodi monetis nefas sit accipere pretium vltra lege taxatum: si autẽ accipiatur, obnoxium sit restitutioni. Addit vero, si consuetudo vigere incipiat, vt pro pecunia aliqua accipiatur aliquid vltra pretium lege taxatum, & princeps, illiusve senatus, id sciat, nec puniat, aut contradicat, tunc censendum esse, voluntatem illius non esse, vt lex ea in parte obliget atq; adeo tuto tunc posse accipi incrementũ illud. Ego etiam adderẽ, ex tunc incrementũ illud limites ingredi pretij naturalis iusti, liciteq; deinceps posse extendi intra limites iusti pretij naturalis, qđ in indiuisibili nõ cõsistit, neq; est fixum, vt est pretium lege taxatum. Atq; hac rõne Med. immunem defendit a culpa, & a restituendi onere, consuetudinem accipiendi incrementum pretij pro quibusdã pecunijs aureis antiquis. Iuxta eã vero sententiam, dicendum esset, eos, qui primo accipere incrementum illud cœperunt, ante tacitum illum, ac præsumptum, consensum principis, non solum peccasse, sed etiã restituere id esse astrictos illis, a quib. illud acceperunt, vt pote adhuc vim lege retinente.

Sotus vero 6. de iust. q. 9. ar. vnico, Nau. in Ma. c. 17. n. 288. & in Com. c. vlt. de vsur. nu. 20. Cou. de collat. veter. numism. c. 7. in prin. n. 3. Syl. ver. vsura. 4. q. 3. quib. consentit Gai. in opusc. de Cãbijs cap. 6. asseuerant, duob. modis spectari posse numismа aliquod. Vno, quatenus est talis moneta, in esse monetæ. Altero, quo ad materiam, nẽpe quatenus est talis auri, purioris, aut minus puri, maioris, aut minoris, ponderis, &c. Tunc vero dicunt, rõne materiæ, si. s. spectatis circũstantijs cõcurrentib. id valeat, fas esse accipere incrementum vltra pretium lege taxatum: eo quod numisma, solum in esse numismatis, taxetur, & vt est pretium ad res emendas; esto, dum taxatur, habeatur ratio valoris, accommodatum materiæ, ex qua tale numisma conficitur, ad valorem illi, in esse monetę, constituendum. Multi vero eorum addunt, neminem cogi posse, plus pretij dare pro illo, aut accipere illud minori æstimatione, quã sit valor illius lege taxatus, eaq; de causa licitã esse emptionem illius pretio lege taxato, & commutationem postea eiusdõ numismatis pro pretio vltra lege taxatum.

Hac de re paucis dicam, quod sentio. Atq; in primis obseruandum, statuendumq; arbitror. Nũquam, qñ cuduntur monetę, pretiumq; illis statuitur, valere plus materiam illarum, spectatam quo ad cõmoditates oẽs, quæ ex ea percipi possunt, quã sit pretium, quod monetis imponitur, imò minus: quãdoquidẽ ex materia, vndemonetæ cuduntur, extrahuntur expensæ quæ in eis cudendis fiunt; soluiturque tributum, si quod inde principi sit soluendũ: valdeque stultus esset princeps, qui minus pretium imponeret monetæ, quam cudi inberet, quam esset valor tunc materiæ, ex qua fieret. Iuxta copiam ergo materiæ, quæ tunc est, commoditates omnes illius, cæteras q; omnes circumstantias concurrentes, imponitur pretium monetis, neq; quisquam tunc pro illis plus pretij inueniret ratione materiæ, aut cuiusuis alterius circumstantiæ. Atque in hoc verum dicit Medina.

Dicẽdum deinde est, eo ipso, quod moneta inferior in auro quo ad caracta, vel quo ad pondus, cuditur, eiq; pretium imponitur æquale præcedenti monetæ, aut maior cessare censetur lex, quæ præcedenti monetæ, pretium imposuerat, possuntq; homines ascendere in pretio illius pręcedentis intra limites iusti naturalis, quod in se habet, spectatis circumstantijs omnib. cõcurrentibus, nisi princeps rationabili ex causa contrarium præcipiat, eritq; irrationabilis atque iniusta lex, qua id statuet, nisi rationabili ex causa id fiat: quandoquidem irrationabile, atque iniurioſum subditis est, sine rationabili causa æqualia pretia rebus in valore inæqualib. statuere. Cum hac nostra doctrina, ex se perspicua, ac manifesta, consentiunt leges Castellæ & Lusitanæ circa monetas aureas. Etenim Philipus l. 13. declarationum, tit. 21. l. 5. nouæ collect. postquam taxauit scuta, vt deinceps essent valoris quadringentorum marauidenorum, præceptisetq; vt nullus quacunq; ratione posset plus pretij accipere pro illis, declarauit, valorem illorum ducatorum purioris auri, quos Ferdinandus & Elisabetha cudi fecerãt, esse maioris valoris, quam fuerint, quando iussi sunt cudi, iuxta maius pondus, & maiorem copiam auri, quam habent, præceptiq;, vt valerent quadringentos viginti nouem marauedinos, vt disputatione præcedente explanatum est. Neq; sane quisquam merito ante eam cuectionem scutorum quo ad pretiũ, damnare poterat accipere pro ducatis pretiũ proportionale scutis habita ratione, non solum maioris ponderis, sed etiam maioris copię auri purissimi, quam habẽt. Similiter Lusitana lege 4. tit. 11. par. 4. leg. extraua. a §. 3. vsq; ad 9. explanatur maior valor grani auri cruciato cum viginti quatuor caractorum supra valorem grani auri monetarum viginti duorum eam tractorũ & vnius octauæ caracti; dicitur q; granum auri harum posteriorum monetarum, esse valoris sex *reais*, cum dimidio, granum verò illarũ priorũ, esse valoris septẽ *reais* cum tertia parte vnius *septil*, & ita ordine quodam declaratur valor grani intermediatũ monetatũ. Tertio dicendum est, cum, quãdo monetæ auri cuduntur, eisq; pretium primo imponitur, esse soleat copia magna eius auri, atq; iuxta eam magnã copiam, & cæteras circumstantias tunc cõcurrentes, eis pretiũ imponatur; sane, si temporis progressu, circumstantiæ variantur, extractisque de Regno monetis illis auri purioris, consumptisque in deaurando, & alijs ministerijs, magna sit earum raritas atq; penuria, multumq; appetantur vel ad deaurandum, vel ad ornatum & pompam, vel ad similia alia, eaq; ratione valor earum materialis multum accrescat, credendum non est, legislatores velle, vt lex tanæ antiquæ perseueret, neq; si vellent, iustum id esset, ac æquum; quare tunc

absque

absq; peccato, & restituendi onere, vendi possunt pro iusto ipsarũ naturali, non solum tanq̃ pretium in cõmutatione pro alijs rebus: qm̃ semper eadẽ est rõ de moneta vtroque modo spectata, vt recte Io. Med. affirmat. Atq; tunc merito nõ contradicunt, nec puniunt probi ministri publici, quiuribus non vtuntur ad subditos dure atq. inique vexandos, sed per epycheiam similes leges interpretantur; locum iam non habere variatis tm̃ circũstantijs, quę erãt qñ̃ leges illæ latæ sunt. Licet ergo leges Ferdinandi & Elisabethæ, inserræ sint in citato lib. 5. nouæ collect. pp multa alia in eis contenta, quæ hodie vim habent; quemadmodum tñ, quod de valore ducatorum taxatorũ in eis continetur, hodie vim non habet, declarante id Rege Philippo l. 13. citata, neq. ante eã declarationem vim habebat, vt dictum est: ita neq. verba, q.b. ea taxa seruari præcipitur, vim hodie habent. Philippus autem, licèt præceperit, ne vlla ratione plus acciperetur pro scutis, q̃ pretium ab ipso taxatum, eo q., & qñ̃ ea lex lata fuit, & modo, maxima sit eorum copia: dum tñ ad ducatos antiquos deuenit, solũ definit, quem valorẽ hodie haberent, collatione facta cum valore scutis impositi, neq; addidit verba illa, vt nulla rõne liceret accipere plus pretij: qm̃, ob casum, raritatem, necessitatem, atque vtilitatem ad aliqua, integrũ est accipere rõtum valorem naturalem, quẽ, spectatis omnibus circunstantijs concurrentibus habeat. Atque, vt summatim dicam, in quocunque tpe, licitum est accipere pro vnaquaque moneta, quantum eo tempore licitè accipere tur pro quali-tate auri eiusdem ponderis ac puritatis. Qũ ea auri quantitas, non est ex eo inferioris conditionis ac valoris q̃ in monetam sit redacta, quam si in monetam non esset redacta, quæ potius multoris conditionis, maioriq; valoris est redacta in monetam: quare ex eo capite aliquid amplius posset accipi, quam pro æquali iusto auri.

Ex dictis, tam hac, q̃ præcedente disputatione facilè liquet, Lusitanas leges, quę monetis aureis pretia imposuere, nõ obligare hodie in cõscientia, sed posse, & pro moneta aurea, quibus pretium mille, aut quingentorum *reais* est cõstitutũ, accipi plus pretij intra limites valoris earũ naturalis, pp ea, quæ disputatione præcedente dicta sunt. Lex verò, quę regales argenteos taxauerat, vim amisit eo ipso, q̃ regalis argenteus ad valorem quadraginta *reais* fuit erectus, simulq; cessante scrupulo, & difficultate, num pro eis accipi posset vltra pretium regetaporum, ad transponendum illos in alia loca, ubique eadem est, qui pro illis hodie offertur vltra quadraginta *reais*.

Cum legibus, tam Castellæ, quàm Lusitaniæ, declaratum hodie sit, quantum moneta aurea antiquæ in pretio ascenderint, quantumque hodie valeant, cõstat, si quis hodie soluere creditori suo velit in eis monetis, cogendum creditorem esse, illas accipere in pretio legibus illis declarato: neque illas accipi posse pro minori pretio: eo quòd illud sit infimum iustum, quod hodie habent; huiusque minori pretio illas debitor, nisi qui hodie illarum valorem ignorauerit. Quod verò attinet ad pretium maius, quod hodie pro monetis aliquib. inuenitur iusteque, iuxta ea quæ dicta sunt, accipitur vltra id, quod legibus declaratum est, vt de monetis mille, aut quingentorum, *reais* Lusitanis dictum est: nullus sane creditorũ cogi potest accipere illas maiori illo pretio, qm̃ incrementum illud, qđ pro eis inuenitur, spectat ad pretium illarum, non legitimum, sed naturale, qđ in indiuisibili non consistit, q̃ plurimuq; sunt, qui illas dãt pretio quondam legibus taxato, quod interim, dum aliud non statuitur ac declaratur, censendum non est egredi limites infimi pretij iusti. Debitor autem ipse quærat, qui maius pretium pro illis det, & tunc soluat in alijs pecunijs.

## Minister deferens solutionem in pecunijs aureis, illasq; in itinere iustè commutans pro maiori pretio, an sibi retinere possit incrementum.

### DISPVTATIO CCCCII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Minister seu depositarius quando incrementum possit pro se retinere eius pecuniæ, quam deferebat creditori, ex qua tale incrementum lucratus fuit.*

2 *Lucrum, & fructus rei differunt.*

3 *Fructus rei quid.*

4 *Depositarius quo casu reddere non teneatur incrementum, ex deposito factum.*

QVod in hac disput. proponitur, frequẽs erat in Lusitania, qñ̃ hæc exponebam. Cum enim multæ essent monetę mille, atque quingentorum *reais*, & in eis debita soluerentur, aut aliquib. traderentur, vt illis ipsarum dñis merces emerentur iuxta ea autem, quæ dicta sunt, iustè permutari possent cum incremento vltra taxatum qñ̃ cusæ sunt, dubium erat, verum, si minister, cui tradebantur, vt illas ad creditorem deferret aut vt illis aliqd emeret, prius eas cambiret cum incremẽto aliquo, qm̃ sciebat, qs cum incremento vellet illas accipere, aut cum ad id quæsiuit, vtrum, inquã tenie posset sibi retinere incrementum illud; atq; ex reliquo soluere integrè debitum, aut, perinde emere merces, ac foret eas emptorus pro autem, illis pecunijs, an verò teneretur illud restituere, & cui faciendæ esset restitutio. Idem dubium est de ministris Regis, q̃ tectus, atq; alia debita illius, recipiunt, & de alijs similib. aliorum ministris, q̃ idem munus exercent, atq; vniuersim de depositarijs, num cum recipiunt multa debita in eiusmodi pecunijs, quas non tenentur maiori valore recipere, aut in depositum, & postea ex præscripto Regis, aut alterius, cuius sint ministri, soluant stipendia, aut debita, alioq; sumptus faciant, num, inquã, si modo illo tpe cõmutent pecunias illas pro alijs cum incremento retinere sibi possint id incrementum, an restituere illud teneantur.

Satisfaciẽdũ arbitror disputationi huic sequẽ-

tib. conclusionib. Prima. in oīb. euentib. propositis, si is ministet, aut depositarius, postquā eas pecunias aureas cambiuit cum incremento, iterum ex pecunia cum eo incremento accepta comparet minori pretio similes alias pecunias aureas, eisq; exequutioni mādet, quæ illis alijs pecunijs ex eorum præscripto, quorū negotia agit, erat exequuturus, licitè retinere potest incrementum tanquā fructum suæ industriæ, esto, ad illud comparandum, vsus tāquā instrō fuerit pecunia aliena. Probatur, qm̄ hic nullum intulit damnum, tam ei cuius negotium agebat, quā illi, cui pecuniam erat traditurus: quippe cum congruo tpe, vt supponimus pecuniam dederit eiusdem prorsus rationis ac valoris cum ea, quam ad id acceperat: ergo sufficienter satisfecit reddendo eam pecuniam, retinereq; sibi poterit incrementum ac lucrum. Conclusio hæc corroborabitur ex dicendis in tertia.

Secunda concl. Si dñi voluntas, saltem quasi habitualis, fuit, vt debitum in illa eadem pecunia solueretur, quia bonū eius, ad quē illam mittebat, optabat magis quā internuncij, isq; ad quē mittebatur, distracturus illam erit cū eodem, aut maiori, incremēto, tenetur internuncius (nisi pecuniam eiusdē prorsus qualitatis tradiderit) restituere illi lucrum totum ea de causa eidē cessans. Probatur, qm̄ contra voluntatē, tā mittētis, quam uis eius, ad quem mittitur, ac proinde iniustè, hunc priuat pecunia eius qualitatis, & consequenter lucro iusto, quod ex illa erat percepturus: quare iniuriam illi facit, teneturque illud ei restituere.

Tertia cōcl. Si vel is, ad quē mittebatur, nullū lucrum ex pecunia eius qualitatis erat habiturus, quia distracturus illā erat, in infimo, cōiq; pretio, vel qui eā mittebat, erat quasi habitualiter contentus, vt internuncius potius eo lucro gauderet, quā is, ad quem eam mittebat, aut ea de re nihil curabat, arbitror internuncium licitè sibi posse retinere lucrum illud, nihil impediente, quod, qui eam mittebat, ita esset affectus vt vellet potius sibi lucrum illud quam famulo. In probationem huius conclusionis recolenda sunt, quæ disp. 327. ostendimus, nempe quicquid vsurarius fur, aut depositarius, comparat negotiando cum re aliena vsu cōsumptibili, quā vsuratiè, aut furto acquisiuit, vel habet in depositum, acquirere illud sibi, neq; restituere id teneri, sed solum res ipsas alienas, aut alias illis æquivalentes, & insuper, si quid lucri ex eo illatum dñis cessauit, quod ipse in mora fuerit eas restituendi, siue id sit multum, siue parum, aut etiā nihil. Hinc enim tale possemus conficere argumentum ad probandam primam partē conclusionis. In euentu nō plus pertinet lucrum illud ad eū, ad quem pecunia illa mittebatur, aut ad eum, qui illam mittebat, quam pertineret, si internuncius ille furatus ab eis esset eam pecuniam, aut per vsuram ab eisdem illam extorsisset: sed tunc, neq; fur, neque vsurarius teneretur restituere lucrum illud, sed solum seruare vtrunque indemnem, vt disputatione citata perspicuè ostēdimus: ergo neq; internuncius ille tenetur restituere lucrum illud, sed solum seruare illos indemnes, vt re vera eos seruat conferendo ei ad quem pecunia illa mittebatur q̄tū illa in manu ipsius erat valitura. Deinde possumus ita argumentari. Si inter nuncius ille nihil ea pecunia esset lucratus, sed cōsumpsisset illam in ludo, aut aliquid ea emendo in valore infimo illius, in quo distrahi consueuit, sanè, fris, ad quem mittebatur, distracturus eam nō erat in maiori aliquo valore, nullus cōfessariorū preciperet eā restitui, nisi in eo valore, in quo alioquin foret distrahēda: ergo neq; in re proposita, internūcius ad aliā restitutionē teneret. Obijcies. Lucrū illud, siue a fure, siue ab vsurario, aut internūcio, cōparetur, est ex re aliena, ex meroq; valore illius, quē in se habet, qñ a fure, vsurario, aut internūcio, distrahitur: ergo non pertinet ad ipsos sed ad dominū illius, aut ad cū ad quem mittebatur, tanquā fructus rei illius, & non industriæ rem illam cambientis: idq; esto dñs illius, aut is, ad quem mittebatur, nō essent eum fructum percepturi, sicut fructus agri, aut equi, pertinent ad dñm agri, aut equi, esto dñs eos non esset percepturus. Ad hoc argumentum, concesso antecedente, neganda est consequentia. 2 Licèt enim † lucrū illud ex re illa pcipiatur, ex valore q; illius, nō tamē est fructus rei, sed industriæ illa negotiantis distrahētisq; illā suo damno, ac cōmodo, neq; dño rei pereā res per illā distractionem, quousq; illi sufficienter fuerit satisfactum, teneturq; de euictione distrahens ei, cui illam cambit, aut vēdit, si a dño rei eiuincatur. Fructus † autem rei, vt equi aut agri, non sunt res ipsa, & valor ipsius, sed vsus illius, aut aliquid ex illa emanans, vel pretium pro eiusmodi fructibus acceptum, q̄ est vlteriora fructus rei, ceptus ex ipsomet fructu, puta ex vsu equi, aut ex pomis ex agro percepeis. Quod autē negotiando re aliqua acquiritur periculo eius dumtaxat, qui negotiatur, fructus est industriæ ac proinde lucrum, de quo agimus, tanquā fructus industriæ, pertinet ad internuncium periculo suo ac cōmodo eam cambientem pecuniam.

Secūda pars cōclusionis, nēpe si is, qui pecuniā mittebat erat quasi habitualiter contentus, vt internūcius potius eo lucro gauderet, quā is, ad quē mittebatur, aut ea de re nihil curabat, licite internunciū retinere sibi lucrum esto is, ad quem mittebatur, tm̄dē, aut plus, ea esset lucraturus, probatur. Qm̄, siue pecunia dono mittatur, siue in solutionē pro debito, siue in commutationem pro alia re, nō prius ea pecunia ad illū spectat, ad quē mittitur, q̄ ab eo acceptetur, quin potius ante acceptionem dominiū illius pertinet ad mittentē, pōtq; revocare donationē aut mandatum, vt disp. 263. & alias, sepe dictū est: ergo quicquid mandatarius, aut internūcius, facit circa pecuniā illā ex præsumpta voluntate dñi (saltē qd ei nō displicebit factum) antequā is, ad quē mittitur, illā acceperit, nullam facit illi iniuriā, ac proinde ex eo, q̄ facto illo eū de fraudet lucro, qd illa erat percepturus, neq; iniuriā illi facit, neq; tenetur illi restituere lucrū, qd ea rōne ei cessaret. Si rñ qui eā pecuniā defert, esset famulus eius, cui mittitur, aut aliquis alius, qui ex pacto, aut q; nomine eius, ad quē mittitur, illam recepisset, tunc cū eo ipso is, ad quem mittitur, comparasset dominiū illius iuxta ea, q̄ disputatione citata, ac alibi, dicta sunt, vtiq; iniuriam ei faceret, priuando

Digitized by Google

uando illũ lucro illo, ac proinde teneret restituere illi totum lucrum, qđ ex ea pecunia esset percepturus, esto inter nuncius ex distractione, & cambio illius, minus, aut nullum lucrum reportasset.

Tertia pars cõclusionis, videlicet, id esse verũ, nihil impedire qđ is, q̃ eam mitteret, ita esset affectus, vt potius sibi lucrum vellet, q̃ inter nuncio, probat. Q̃m, si inter nuncius eã pecuniã esset furatus ab eo, qui illã mittit, tale lucrum nõ pertineret ad dñm eius pecuniæ, nihil impediente, quod esset ita affectus, vt potius sibi, quã furi id lucrum vellet, sed solum teneretur internũcius seruare illum indemnem, ẽt a lucro ea de causa et cessante: ergo neque in re proposita lucrum pertinet ad dominum pecuniæ, sed ad famulum, nihil impediẽte affectu illo domini pecuniæ.

4 Illud † obserua, q̃n depositarius est talis, vt dñiũ depositi ad ipsum spectet, & nõ ad deponentem, q̃a suo periculo suscipit deposita, neque reddere tenetur id potius numero, qđ recipit, q̃ aliud, vt esse solent publici depositarij pecuniarum, & receptores, quos *Almoxarifes*, aut *tesoreros* Regis appellant, atq; alij similes, tunc magis habere locũ, quæ dicta sunt. Licet. n. pecuniam auream recipiãt cõi ptio, satisfaciũt eñ reddendo, quæ apud ipsos sunt depositæ, in quacunque pecunia, soluẽdoq; Regi, aut alijs, quorum sunt ministri, atque ex eorum præscripto quibuscunque alijs, in quacunque moneta: quare, si quid, cambiendo similes monetas aureas, lucrentur, ad ipsos spectat lucrũ. Atque hoc est vnum ex commodis, ac velut stipendijs, quæ ex suo munere reportant.

## Vtilitas cambij pecuniæ de loco ad locum. Atque de eiusmodi cambio, quando campsor anticipatam accipit solutionem.

### DISPVT. CCCCIII.

#### SVMMARIVM.

1 *Cambium de loco ad locũ quare utile, et necessariũ.*
2 *Campsorib. quomodo licitum sit, pro commutatione pecuniæ de loco ad locum, lucrum aliquod uel incrementum accipere, & nu. 4.*
3 *Cambium de loco ad locum duobus fit modis.*
5 *Pecuniæ trãsportatio de loco ad locum incommodũ eius, qui cambium petit, est pretio æstimabilis.*
6 *Pretium iustũ campsori dandum pro cãbio de loco ad locum prudẽtis arbitrio taxãdũ relinquitur. Immò solet augeri & minui scđm uaria accidẽtia.*
7 *Cõtractus duplex i cãbio de loco ad locũ iteruenit.*
8 *Campsor in cambio de loco ad locum quomodo committere iniustitiam, & usuram potest.*

EXplanato hucusq; cambio minuto, dicẽdum est consequenter de cambio de loco ad locũ,
1 seu per literas. Cambium hoc † multis rationibus vtile, necessariumq; est hominibus. Frequenter. n. indigent in vno loco pecunia, quam habent in alio, vel ad merces ex eo loco asportandas, in quo illa indigent, vel ad ibi commorandum, vel ad quoscunq; alios sumptus ibi faciendos, nec tñ possunt eã asportare ex alio loco, aut quia sub grauibus pœnis inhibitũ est illa extrahere ex eo regno, aut quia transferri non posset sine magno periculo maris, latronũ, aut alio simili, aut non sine magnis sũptib. laboribus. ac molestia, aut nõ tã cito q̃ cito in alio loco illa est necessaria, vel, esto nihil horũ interueniat, pecunia illa nõ valet in loco, in quo illa egent, vel non tm̃ q̃ tũ in loco, in quo illã hẽnt. His igit, alijsq; de causis, sæpe est vtile hoib. tã in priuatũ, q̃ in cõe rerum publicarũ, bonũ cõmutare pro pecunia i vno loco, pecuniã i alio. Qđ
2 aũt † examinare intẽdimus est, nũ licitum cãpsoribus. sit, pro eiusmodi cõmutatione pecuniæ de loco in locũ lucrũ, incrementumq; aliqđ accipere.

3 Quia † vero pecuniæ variis de causis hẽre pñt diuersũ valorẽ in distinctis locis, atq. in progressu est expẽdendũ, q̃tũ rõne diuersitatis valoris liceat ascẽdere, aut descẽdere oporteat, in eiusmodi cãbio, vt contractus licitus sit, ac iustus, hoc loco ante oĩa est examinandum vtrũ, posita æqualitate valoris pecuniæ i vtroq. loco, liceat cãpsori rõne formalis, aut virtualis, trãsportationis pecuniæ de loco in locũ in gratiã illius, qui cambiũ ab eo petit, accipere incrementũ aliqđ tanq̃ iustũ eius
4 transportationis stipendiũ. Quia † vero eiusmodi cãbiũ duob. modis fieri pt̃: vno, accipiente prius cãpsore pecuniã in vno loco, vt postea det illã per se, vel per suum corrẽdentem, in alio loco, in quo nulla effigies mutui, atq. adeo neq. vsuræ, ex parte cãpsoris cernit, vt si profecturus qui Romam, det hic cãpsori cẽtũ, vt cũ Romã peruenerit, accipiat ibi ab eo, aut a suo corrẽdente, nonaginta, alĩ ero, tradente prius campsore pecuniam, ut cũ incremento per se, vel per suum correspondentẽ, eã accipiat in alio loco, in quo permiscent vt mutuũ,
1 nec doctores eodem modo de vtroque cãbio loquuntur, dicemus prius in hac disput. de cambio priori disp. vero seq. de cambio posteriori.

5 Cõsentiunt † doctores, licitũ esse cambiũ priori mõ cum incremẽto aliquo, mõ tñ id incrementũ prudẽtis arbitrio, non excedat valorem illius formalis, aut virtualis, transportationis pecuniæ de loco in locũ, habita rõne distãtiæ, periculorũ, ac cæterarũ circunstantiarũ concurrentiũ. Ita Cõr. de contr. q. 99. conc. 4. & conc. 11. reg. 3. & conc. 12. iũctis corol. 3. & 5. & seq. pserti. 12. Ib. Medi. de vsur. q. 4. de cambijs, Sot. 6. de iust. q. 10. art. 1. Cai. in opusc. de camb. c. 1. & 6. Nau. in Ma. c. 17. nu. 289. & in com. c. fin. de vsu. nu. 21. Gab. in 4. dist. 15. q. 11. ar. 3. dub. 12. Maior. ibi. q. 37. & alij. Consentiunt ẽt Lusit. ord. l. 4. ti. 14. §. 5. Neq, Sebast. Rex hoc cambiũ prohibuit lege q̃ tulit anno 1570. quin potius illud approbauit, vt liqueat eam legenti. Consentit pterea Pius V. in bul. quam de cãbijs ediđit. Rõ vero huius assertionis hæc est.
6 Q̃m † transportatio illa in cõmodum eius qui cãbiũ petit, est pt̃io æstimabilis: agaso. n. & nauta p trãsportatione pecuniæ a loco in locũ, licite accipiunt cõpetens stipẽdium, eo maius, quo loca magis distant, & quo itinera plurib. subiacẽt periculis, & pecunia est maior, atq. ita de cæteris circunstantijs, quę valorẽ trãsportationis possunt auge-

re: ergo cāpſor licitè ēt accipit cōpetens; ſtipendiū pro huiuſmodi tranſportatione. Neque refert, ꝙ vt plurimum campſor non tranſferat formaliter pecuniā, ſed famulos, aut correſpondentes, in locis diſtantibus habeat, q̄ pecuniā eis ſoluant. Qm̄, vt doctores cōiter rectè obſeruant, eandē cōmoditatē eundēq̄; effectum, p̄ſtat ijs, q̄ cambiū ad ea loca petunt, ac ſi formaliter illis pecunias tranſferret: ꝙ autē facilius id poſſit efficere, q̄ alij, & pauciſſimis, ac prope nullis sūptib. atq; ſine periculo & labore, id ad ipſius induſtriā fęlicemq; in ea parte cōditionē ſpectat, neq; impedit quin pro effectu, quē alijs in ipſorū cōmodū p̄ſtat, accipere poſſint competēs ſtipendiū. Obſeruandū eſt, tm̄, facilitatē, q̄ in plurimis locis hēt, vt ad ea, & inde ad alia, pecunias trāſporter, nō vnius tm̄, ſed plurimorum, poſſeq; ſimul vacare alijs negotiationib. ac lucris, minuere de valore tranſportationis illius, nec poſſe campſorem tm̄ iuſtè pro ſingulis accipere, quantum, ſi formaliter eius tantum aut
6 paucorū, nummos tranſportaret. Pretium † autē iuſtum pro eiuſmodi cambio, ſi lege non ſit taxatum, vt regulariter taxatum eſſe nō ſolet, nō cōſiſtit in indiuiſibili, ſed hēt certam latitudinē, prudentis arbitrio, eo mō definiēdam, quo diſp. 348. diximus, definiendā eſſe latitudinē p̄uj iuſti naturalis cęteratum rerum. Confertque non parum ad cenſendum pretiū aliqđ eſſe hac in re iuſtum, conſuetudo, vt id accipiatur, mō per tyrannidem monopolijs, aut ſiti inſatiabili, pretia rerum plus augendi, q̄ natura rei poſtulat, non ſit introdncta. Multitudo verò petentium cambium, & campſorum paucitas, auget eiuſmodi pretium: ſicut ècontrario campſorum multitudo, & paucitas cambiū petentium, illud minuit: non ſecus atque in alijs rebus multitudo ementium, & paucitas venditorū, auget p̄tium, contra verò paucitas ementium, & multitudo venditorum, illud minuit, id qđ de cambiorum pretio Med. Nau. & Maior, locis citatis adnotarūt. Tametſi Med. non videatur penetraſſe rōnem illam virtualis tranſportationis.

In cambio, de quo hac, & ſeq. diſp. eſt ſermo,
7 duplex † contractus admiſcet. Vnus permutationis pecuniæ pro pecunia. Atque hic fieri debet ad æqualitatē. Alter, locationis operarū, atque induſtriæ, in pecunia, virtualiter ſaltem, transferenda de loco ad locū, & rōne huius accipitur incremētū. Tam aūt in pmutatione pecuniæ transfertur dñium, q̄ in ſolutione incrementi pro induſtria appoſita aut apponenda, vt ex ſe eſt perſpicuum.
8 In cābio, de quo † in hac diſp. loquimur, interuenire pōt iniuſtitia ex parte campſoris, cū onere reſtituendi, ſi maius incrementū accipiatur, quā ſit dignū p induſtria & obſequio præſtito. Vſura verò interuenire non pōt: qm̄ ipſe, neq; formaliter, neq. virtute, mutuo dat. Quia verò is, q̄ cum eo contractū cambij init, virtute dat illi mutuo, quatenus prius ei ſoluit in vno loco, vt ille reſtituat poſtea in altero, poterit cōmittere vſurā cum reſtituendi onere. Vt ſi, cernēs illum indigere hic pecunia, det illi cum onere, vt tāundē reſtituat in loco diſtanti: tunc. n. petit vltra ſortem onus tranſportandi pecuniam in locum diſtantem, quod onus pecunia eſt æſtimabile, ac p̄inde vſurā cōmittit; cum onere reſtituendi, q̄tum id onus æſtimabit. Ita Nau. locis citatis, & alij. Ad longe verò maiorē reſtitutionē teneret, ſi conueniret, ęqualem pecuniæ quantitatem in eo loco dari, in quo plus valeret ex capitib. in ſequētib. explicandis: q̄a virtute acciperet longè maius incremētū pro anticipata illa pecuniæ traditione. Qn̄ aūt pecunia vtrobiq; æqualiter valeret, neq; locorum diſtantia eſſet magna; cum tunc pretiū tranſportationis eſſet modicū, p̄ęſumi ſępe poſſet, campſorē remittere velle ex liberalitate, atque in recompenſationē beneficij, ꝙ ſuſcepit, modicum illud incremētū. Qn̄ verò incremētū eſſet magnū, nō leues cōiecturæ ſufficerent, vt tuto quis ſibi p̄ſuadere poſſet, ex liberalitate ac gratitudine fieri eam remiſſionem. Quòd ſi duo viciſſim egerent tranſportatione pecuniæ, vnus, v.g. ab Olyſſipone Toletum, & alterà Toleto Oliſſiponem, tunc eſto vnus ex officio eſſet cāpſor & alter nō, licitū eſſet vni dare pecuniā in vno loco, vt alter tantū dē redderet in alio: qm̄, vt duab. diſputationibus ſeq. dicetur, licitū eſt cuiq; eorum virtualē tranſportationē pecuniæ, qua alter indiget, illi vendere, & longe maiori cum ratione licitum erit mutuam compenſationem tranſportationem facere.

## Licitum ne ſit cambium cum incremento, quando campſor prius dat pecuniam in vno loco, quàm recipiat in alio.

### DISPVTATIO CCCCIV.

*SVMMARIVM.*

1 *Cambium cum incremento quomodo licitum, quando campſor prius dat pecuniam in vno loco, quam recipiat in alio.*
2 *Emptor rei abſentis, & longè diſtantis, quando eam minori pretio emere poſſit, quam valeat in loco vbi eſt.*
3 *Permutatio quo caſu fieri poſſit cum re minori pretio quam valeat.*
4 *Pecunia in vno loco, cum onere totidem in alio exigendi, quando incrementum recipiat.*
5 *Cambium de loco ad locum, quando recipere poſſit incrementum, ratione expectatæ ſolutionis.*
6 *Cambium ad proximas nundinas quando licitum ſit, vt recipiat incrementum, iuxta bullam Pij V. & quando illicitum, & vſurarium.*
7 *Campſor an iuſtè poſſit accipere incrementum cambij, quod bona fide dedit ad aliquem locum, & tamen compertum fuit, non fuiſſe verum, ita quod ſolutio neceſſe fuit fieri in loco, in quo cambium datum fuit.*

POſterius hoc genus cambij arbitrati ſunt quidam illicitum ac vſurarium, cum onere reſtituendi incrementum.

Ratio eorum eſt, quoniam tunc campſor non videtur trāſportare pecuniam, quam non dat, ſed potius accipit in loco diſtanti: qua de cauſa non poteſt

pōt rōne obsequij, qđ nō præstat, accipere incrementū illud. Neq; vr esse alius titulus, quo id incremēti accipiat, q̄ ob expectatā solutionē, in qua formaliter, aut virtute, cernit rō mutui, ac proinde ea incrementi acceptio est vsuraria. Opinionē hāc amplectuntur ac definiūt Lusitanæ ord. li. 4. ti. 14. §. 6. dū eū cōtractū tanq̄ vsurariū dānāt, eiusmodiq; cāpsorem pœnis vsurariorum subijciunt.

Decis. 1 † Contraria tñ sniā vr cōmior doctorum, eiusmodi videlicet contractum vsurarium non esse, modo incrementum non accipiatur ob expectatam solutionem, sed pp obsequium, virtualem ve pecuniæ transportationem. Ita Conr. de contrac. q. 99. locis disput. præcedente citatis, Caiet. in tract. de cambijs. c. 9. Sot. 6. de Iusti. q. 10. ar. 1. Nau. in cōmen. c. 61. de vsur. nu. 25. & in Man. c. 17. nu. 289. 290. & 294. Io. Med. q. 4. & 5. de camb. & pleriq; alij. Consentit lex, quam Sebastianus Lusitaniæ Rex anno 1577. die 5. Nouembris tulit, in qua nundinas quatuor in Lusitania instituit, quę non quam fuerunt exequutioni mandatæ. Ea aūt lege permisit accipere cambium Hispali soluendum postea cum incremento in Lusitania, non solū in nundinis, sed et extra nundinas, in alijs eiusdem Regni locis. Eandem sniam non solū non improbat, sed approbat Pius V. in bulla de cambijs. Probari aūt pōt, qm̄ pecunia in loco distanti, nō tm̄ valet in recompensationem pro his, quę in hoc loco dantur, quantum, si esset in distans: eo q̄ vt distans, per se habeat annexam transportationē, incommoditia, ac sumptibus, eius faciendam qui recōpensationem facere debet, quæ sanè transportatio pecuniæ est æstimabilis: ergo, qm̄ campsor pecuniam dat in vno loco, si is, qui eam accipit, leuandus est 2 onere transportandi pecuniam, q̄ habet in alio, qua compenset, q̄ accipit, idq; ex eo, quod cāpsor eam accipiat in illo alio loco, accipere pōt is campsor pretium iustum transportationis illius, quā tum alius campsor posset ab eodem accipere, vt accepta ea pecunia in loco, in quo est, daret aliā in loco distanti, vbi cambium cū eo priori campsore celebretur. Neque refert, quod prior hic cāpsor correspondentem hēat in loco, in quo est illa alia pecunia, atque ita nullo suo labore, nullisque suis sumptibus leuare eo onere possit illum, qui cambium ab ipso accipit: qm̄ id per accidens est, spectaq; ad fortunam ipsius conditionem, atque esse eius, quem ex via præstat, id valet. Hæc est ratio, q̄ Caiet. loco citato intendit, & quā plurib. tradit Nau. in comment. citato nu. 62. & 63. Non item refert quod campsor prius det pecuniam, quā accipiat recompensationem pro illa, & pro leuamine ab onere transportandi aliam, qua vtrumq; sibi debet compensari, qm̄; quod recompensationē expectet, tum pecuniæ, tū et pretij leuandi a trāsportatione, gratia est quam præstat modo, vt expectet nihil accipiat (nisi forte lucrum aliqđ ea de causa ei cesset) sed solum pro illis alijs duob. Cōfirmatur eadem ratio, qm̄ non plus, neq. maioribus sumptibus aut industria, facit campsor qui petios hic accipit pecuniam, vt aliam det Romæ, necessariam ad bellas expediendas, quā faciat cāpsor Romæ, qui ad eūdem effectum dat prius ibi pecuniam, quā postea hic recipiat, imò facit maiorem gratiam, quatenus dat prius, quam recompēsationē accipiat, expectatq; solutionē: ergo, quantum incrementi prior ille campsor pōt licite accipere pro priori illo cambio, poterit etiā accipere hic posterior pro cambio posteriori; quandoquidem nihil accipit intuitu expectatæ solutionis.

Ad rōnē cōtrariæ opinionis dicendū est, eū cāpsorē, salte æquialēter transferre pecuniā, quatenus liberat eū, qui cambium accipit, ab onere illam trāsferendi, vt explanatum est: hunc q; esse iustū titulū accipiēdi id incremētū, vt ostēsum est. Ad Lusitanā vero ordinationē dicendū est, cū decernat cōtractum illū ex natura rei esse illicitum ac vsurarium, eaq; de cā illū prohibeat, ac pœnis vsurariorum cāpsorē subijciat; ostensum aūt sit, contractū nō esse talē ex natura rei, qualē conditores eius ordinationis illum existimarunt; vim nō habere eā legē, et in foro exteriori. Accedit, Regem Sebastianum lege, q̄ postea tulit, cum cōtractum approbasse. Ex dictis intelliget, licitum † esse emptorē rei absentis, ac lōgē dilātis, eā minori pretio emere, q̄ valeat in loco vbi est, qñ emit ex illo, qui, pp̄ loci distantiam, non potest illā distrahere vbi est, neq; pōt illā asportare sine magnis sumptibus, nihil impediente, qđ q̄ ipsam emit, possit sine sumptib. ea frui, vbi illa est, aut eā facile ptio iusto distrahere. Rō est, qm̄ tunc res illa re vera minus valet venditori, & quod ita ematur, leuat vendītor magno onere & sumptibus, vt hæc oīa plurib. docent Caiet. & Nau. locis citatis.

Hinc colligo, nō esse ex natura rei illicitū, qđ quondā Genuenses in hoc Castellæ Regno faciebant; Cum. n. multi, qui in distantibus locis degebant, haberent Hispali annuos reditus ex pecunia ipsorum, q̄ Rex ad censum sumebat, qm̄ classis ex nouo orbe Hispalim deueniebat, Genuēses tradebant illis minores annuos, reditus in locis, vbi degebant, pro ijs, quos Hispali habebāt. Hāc 3 † itaque permutationem, non damno, si excessus erat moderatus rōne habita onerū, q̄b. leuabant dōnos talium censuū, & forte simul et rōne habita difficultatis in eis recuperādis a ministris Regis. Ex dicta etiam colligo, illicitum nō esse id, de quo sæpe consultus fui Olyssipone. Multæ mulieres nobiles Olyssiponenses hēnt annuos reditus in Castella, q̄ ipsis a ministris Regis certis annuitatibus, vt solet, persoluuntur: Certam illorū partē mercatori persoluunt, vt illos exigat, ac recipiat, a ministris Regis, & transferat Olyssiponē ac tradat eiusmodi mulieribus. Quin & aliquæ cōcedunt, vt munus ministro Regis tradatur, remittendo illi partem debiti, vt, qm̄ mercator ad illud nomine ipsius recipiendum accedit, non retardetur solutio. Qua in re prouidere dēret Rex facta inquisitione erga eiusmodi ministros ipsius, ne ea munera iniustè acciperent, venalesq; solutiones debitas facerent, atque illos puniendo, & cogendo restituere similia munera confessarij & examinare hac i re ministros hos dēnt, ac restituere cogere talia munera incolūtate maxiè eis oblata ad vexationes creditorū redimēdas. Hac † de re sæpe me cōsuluerūt mercatores qđā tumultuan, dij

centes, se accedere ad illa eadē loca, indigereq; ibi ea pecunia ad suas negotiationes, quā Olyssipone soluunt ex pecunia, q̄ Olyssipone hēnt: Rndi, Quòd ipsis id vtile sit, & ꝙ fere nullo suo labore super addito id efficiant, non impedire quin licitè possint accipere, quantū mulierib. eiusmodi valeat agi in loco adeo distanti negotium illud ipsarū, & quātum valet transportatio illa virtualis pecuniæ illius, id ꝙ magis perspicuū fiet ex dicēdis disput. seq. Stipendium verò, ꝙ accipere solēt, est, ꝙ numerum quidem aureorū integrum eiusmodi fœminis persoluant, quorū singuli valoris sūt in Lusitania quadringentorum *reais*, cum in Castella solum valeant trecentos septuaginta quatuor maruedinos: attamen ex singulis recipiunt in Castella vndecim regales argenteos, & in Lusitania solum reddunt decē, atq; ita in vno quoque aureo, seu ducato, vnum regalem argenteum lucrantur: quod sane non vt immoderatum stipēdium pro recuperandis illis in Castella, & transportandis in Lusitaniā. Tametsi hęc arbitrio prudentis relinquunt, semperq; consulendū mercatoribus sit, vt moderatè se gerant in eiusmodi stipēdijs ac lucris: præsertim cum parū laboris ac molestiæ, nihilq; periculi hac in re habeant.

Circa cambiū, de quo nobis hac disputatione est sermo, vniuersim est obseruandū, vt † nihil accipiat rōne expectatæ solutionis: quicquid. n. vltra pretiū rigorosum ex aljs capitibus iustum, id ideo accipitur, ꝙ solutio expectetur, totum est vsurarium, restitutioniq; obnoxiū. Quare non plus licitè pōt accipi, qñ postea est facienda solutio in alio loco, q̄ posset licitè accipi, si in eodē ipso momento futura esset solutio, aut quā accipi posset, si prius in alio loco soluta esset pecunia, quę in hoc loco esset tradenda, idq; statuit Pius V. in sua bulla de cambijs. Intelligendum tñ est, nisi rōne veri lucri cessantis ex expectata solutione, saltem in foro cōscię, vt Nau. in Manu. c. 17. nu. 301. ait. Quamuis. n. Pius V. in sua bulla prohibeat cāpsorē, siue a principio, siue aliàs, certum & determinatum interesse paciscī, ēt in casu non solutionis; vt tñ Nau. nu. citato, exponendo hæc ipsa verba, ait, id in præsumptione fundatur, qđ non ratione lucri cessantis, sed palliandi sub eo noīe vsuram, sumatur ob dilationem solutionis: qñ aūt ratione veri lucri cessantis acciperetur, iustè ac licitè in foro conscientiæ sumeretur, ac proinde obnoxiū non esset restitutioni: eo quod lex, quæ in præsumptione fundatur, vim non habeat in foro cōscientiæ, quando de contrario eius præsumptionis in eodem conscientiæ foro constat.

Ad occasiones ēt vsuræ ob dilatam solutionē tollendas, prohibuit in eadē bulla Pius V. ne cambia ad longiorē terminum darentur, q̄ ad proximas nundinas si ad locum darentur, in quo nūdinæ celebrantur: si verò in loco, ad quē darentur, non celebrarentur nundinæ, ne darentur, nisi ad proximum terminū, iuxta morē consuetum concedendi cambia ad eum locum. Obserua tamen, si proximæ nundinæ tam parum distarent a tpe, in quo cambiū sumitur, vt litæ cambij pueniri non possent ad eas proximas nundinas, vt in illis solutio fieret, tunc in hac bulla, non illæ intelligerent proximæ nundinæ, sed q̄ post illas sequerentur: qm̄ sermo est de proximis nūdinis, in quib. fieri possit solutio. Nau. nu. 301. citato, exponendo hęc eadem verba ait, non prohiberi concedi solutionem ad secundas, tertias, aut quartas nundinas, qñ, ob ea maiorem dilationē solutionis, nihil augeretur in cambio plus, q̄ si ad proximas nundinas concederetur. Qm̄ beneficium ac caritas esset concedere longius illud maius tps sine vllo incremento, quod Summus Pontifex prohibere non intendit.

Timoratus qdā mercator nō cōcedebat cābia, nisi ad proximas nundinas, iuxta p̄scriptū bullæ Pij V. in hunc tñ modū Olyssipone me cōsuluit. Scias, inq̄t, instrm, quo mercatores negotiamur, ac lucramur, esse pecuniam, & quò plus pecuniæ habemus, eo nos plus negotiari ac lucrari. Hinc, ait, efficit, vt quo plus distāt proximè nūdinæ ad aliquē locū, eo plures mercatores, & maiori cum incremēto, accipiāt cābia ad nūdinas eius loci, & vt quo minus distāt, eo pauciores mercatores, minoriq; cū incremento cambia ad eū locū velint: quare, si nundinæ Metinenses (v. g.) a principio distēt p quatuor mēses, tūc regulariter fortū cābij ad eas nundinas auctus est, q̄ elapso vno mense, & auctius elapso solo vno mense, q̄ si duo sint iā elapsi, & ita quominus est ips ad eas nūdinas, eo regulariter minori cum incremento datur, & accipitur, cambiū in cōi eorū foro, qđ nō aliūde hēt ortum, nisi quia, quò plus differtur solutio cābij, eo plus incrementi datur, & accipitur, pro cābio, pp maius mercatorum lucrum ex ea dilatione, & quo minus differtur solutio, eo minus datur, pp minus mercatorū lucrū. Erit † nefas mihi, quādo 6
plus distant proximæ nundinæ, accipere tot ū id incrementi, quod tunc habet cōe forum cābij? an vero abstinendum mihi erit a tanto illo incremēto, tanquā ab vsura, seu incremento accepto pro longiori dilatione solutionis? Quòd si ab illo sit abstinendū, sane, cum mercatores pecunijs negotiemur lucremur, nullus erit, qui concedere tunc velit cambium. Si aūt timorati ab eo cābio concedendo abstineamus, tunc soli parum timorati ea via lucrabunt. Et cū eo plus accrescat cābij incrementum, quo pauciores sint, qui ad cambiū dēt, & plures, qui cambiū exigant, id nō solùm cedet in timoratum detrimentum, sed etiam in damnū Reipublicę, eorumq;, qui ad cambiū petunt. Rndi, abstinendum non esse a cambio illo iuxta cōe tūc pretiū in foro cābij ad eū locum. Copia. n. tūc petentium cambium auget pretium illud, si non p̄cisè rōne transportationis, certè simul ex alio, aut aljs capitib. de quibus, in sequentibus erit sermo esseq; illud tunc cōe pretium in foro publico cambiorum, multū facit, vt censendū sit iustum. Adde, cōem indigentiam mercatorum, tam dantium, q̄ accipientium, ad cambium pecuniæ ad negotiandum, lucrumq;, quod ex negotiatione cum pecunia reportatur, circunstantiā esse, q̄ pretium cambij augeat, ēt illorum comparatione, qui accipiunt cambium, non ad negotiandum & lucrandum pecuniā quam accipiunt, sed ad alia.

Doctores conueniunt, esse cambiū vsurarium

cum

cum onere restituendi totum, quod vltra sortem fuerit acceptum, quando aliquis concedit alicui pecuniam soluendam in alio loco cum incremento, in quo tamen intelligit accipientem, neq; pecuniam habere, neq; alium, qui loco ipsius eam soluat, sed præsumit, soluendam cum eo incremento in loco, in quo ad cambium accipiatur. Eiusmodi solent esse cambia, quæ nobiles accipiunt in Hispanijs v.g. soluenda in Flandria, aut in Gallia, cũ incremento quod solui solet in cambijs ad ea loca, in quibus tñ, neq; pecunias habent neq; qui loco ipsorum eas ibi soluat. Cum autem in eiusmodi cambio nulla sit formalis, aut virtualis trãsmissio pecuniæ de loco ad locum, neque vera relatio eius, qui ibi pecuniam habeat, a transmissione pecuniæ illius in locum in quo cambium accipitur, immo neque sit commutatio pecuniæ vnius loci pro pecunia in alio, sed sit commutatio pecuniæ in hoc loco pro alia cum augmento in eodem loco, ratione dilationis solutionis, vtique in eo cãbio non aliud cernitur, quam mutuum cum incremento pro expectata solutione, quod est vsurarium cambium ve siccum. Multo autem iniquius est, quando ita eiusmodi hominib. conceditur hic pecunia soluenda cum incremento in loco vbi non habent vnde soluant, vt, si ibi tempore præfixo nõ soluatur, recambientur literæ, ex illo loco in hunc, cum nouo incremento.

In talibus contractu duplex cambium iniquum cernitur cũ onere restituendi vtrumq; incrementum. Neq; cãpsores excusantur, si literas mittant ad loca, ad quæ primum cãbium fuit sumptum, ac dicant, per eos stetisse, qui cambium accederunt, q ibi non soluerint, ipsosq; paratos fuisse ad eam pecuniam in eo loco recipiendam. Ita inter alios, Caiet. in opusc. de cambijs, ca. 1. Sotus 6. de iust. q. 10. art. 1. Nau. in comment. c. vlt. de vsur. nu. 25. & in Man. c. 17. nu. 290. Syl. verb. de vsura 4. q. 9. pronunc. 5. Estq; hodie definitum a Pio V. in bulla de cambijs in princ. Celebranti eiusmodi cambium in Lusitania statuit Rex Sebast. l. quã tulit anno 1570. in pœnam, vt dans ita cambium, amitteret totum, quod sic daret, accipienti illud ad cambium, idq; statim ante vllam sentẽtiam, neq; acti piens renunciare posset huic legi, & esto id solueret, possent, tam ipse, quam hæredes ipsius, illud repetere. Ei verò, qui eiusmodi cambium acciperet, graues pœnas statuit, si aliquid eius, quod ita acciperet, restitueret in se, aut in aliquo æquiualenti, campsori. neq; lex, quam postea anno 1577. tulit, circa eiusmodi cambium, quicquam mutauit. Nauar. in Comment. citato. nu. 14. cum Syl. q. citata pronunc. 7. ait, vt cambium vsurarium ac siccum non sit, satis esse, si, esto is, qui cambium ad aliquẽ locum accipit, neq; pecuniam, neq; respondentẽ, in eo loco, quando cambium recipit, habeat, verisimiliter tamen si habiturus tempore solutioni pfixo, eamque ibi soluet, siue habiturus eam ibi sit mutuo, siue sumendo ibi illam cum interesse ad alium locum, aut aliqua alia ratione. Hoc tamen intelligendum censeo, quando eam pecuniam est habiturus ab aliquo alio, non vero ab eo, aut a respondente eius, cui est illam soluturus ibi.

7 Dubium est. Quid † si campsor bona fide cambium ad aliquem locum dedit ei, quem credebat soluturum in eo loco, postea verò compertum est neq; pecunias, neq; respondentem, habere in eo loco, sed soluturum esse in loco, in quo cambium accepit; poteritne tunc campsor accipere iuste incrementũ illud in loco, in quo pecuniam dedit. Quic quid aliqui dicant, arbitror tunc campsorẽ accipere posse, non solũ dãna ex eo subsequuta, qđ suam pecuniam illi dederit, quia fortè daturus fuisset illam alteri ad cãbiũ, aut expositurus fuisset illã honestę alteri negociationi, sed etiam, si ea damna minora sint posse accipere, quantum sua intererat, dari sibi pecuniam cum incremento in loco constituto in contractu, posseq; cogere eum, qui cambium accepit, vt suis sumptib. ponat pecuniam illam cũ eo incremento illo in loco, si id fieri possit. Dubii

Decis.

Ducor qm̃ contractus licitus in se erat, ac bona fide ex parte campsoris celebratus, atq; adimpletus: cum ergo sit contractus innominatus, consequens est, vt cogere eum possit, qui secum contraxit, vt etiam is ex sua parte eum adimpleat, si id fieri possit, vel vt in loco, in quo sunt, soluat, q̃tum campsori intererat, eum impleuisse contractum in illo alio loco, iuxta ea, quæ ex iuris dispositione a disp. 253. & præsertim disp. 355. dicta sunt.

Neq; hęc solũ habent locum in conscientię, sed etiã in exteriori foro. Tametsi in foro exteriori, si cõiecturis præsumatur, cãpsorẽ scisse, scireve debuisse, eum, cum quo contrahebat, nec pecuniam, nec respondẽtem, in illo alio loco habere, condẽnabitur is cõtractus tanquam vsurarius, subijciq; campsor poterit vsurariorum pœnis. Confirmari autem potest, quod dictum est. Tum quia fraus, & dolus nemini debẽt patrocinari. Tum etiam, qm̃ venditio rei alienæ a fure celebrata, est contractus validus, iuxta ea quæ disp. 317. & 380. dicta sunt, non quidem, vt emptor comparet dominium rei alienæ emptæ, sed vt fur de euictione teneatur, quantum emptori intererat, ipsum effici dominũ rei emptæ. Consentiunt, quæ disput. 352. diximus de eo, qui bona fide boues ab eo emit, quos illum habere credebat, eosdemque illi locauit.

## Decisio quorundam dubiorum circa duas præcedentes disputationes. Et simul de eis, qui mercede reportant iumẽta, quę erant conducturi. Et nũ licitum sit cãbium cum incremẽto ab vno loco ad aliũ eiusdem Regni.

### DISPVTATIO CCCCV.

#### *SVMMARIVM.*

1 *Cambium licita cum incremento publicis campsoribus sunt etiam licita priuatis.*

2 *Cambij incrementum, quod venit, quando fit cambium de vno loco ad alium, venit etiam eodem modo, quando interuenit permutatio eorundem locorum, ratione indigentiæ.*

Loca-

3 *Locatio equi, quæ fit de vno loco ad alium, potest per eundem conductorem conuerso fieri de illo loco ad quem, ad locum a quo regressionis ratione.*

4 *Cambium, in quo per accidens sequatur transportatio pecuniæ de vno loco ad alium, ad commodum indigentis partis, cum incremento licitum est.*

5 *Cambium cum incremento, quando licitum sit de vno loco ad alium eiusdem regni.*

*Et quid de iure Castellæ & Lusitaniæ.*

6 *Cambium cum incremento de vno loco ad aliũ eiusdem regni, alias ante leges prohibitiuas licitum, an restitutioni sit obnoxium, nulla expectata sententia.*

Dubiũ DVbium est, vtrum duo genera cambij liciti cum incremento, quæ duabus præcedentibus disputationib. explanata sunt, nó solum campsorib. publicis, qui id habent ex officio, liceãt, Decis. 1 sed etiã alijs priuatis hominib. Affirmanterq; †est respondendum. Quoniam effectus qui in gratiam petentis cambium præstatur, valet incrementum illud, a quocunque is effectus præstetur: neque est dea aliqua, quæ tale cambium priuatis hominibus prohibeat.

Dubiũ Dubium deinde est, si aliquis pecuniam habeat Olyssipone, v.g. quam indigeat transferre in Flãdriam, quia ibi illa indiget ad merces emendas, vel ad soluendum debitum, vel ad aliquid aliud, traditurusq; erat illam alicui campsori, vt in minore quantitate eam ipse in Flandria reciperet, accedatq; ad eum alios, qui Olyssipone egeat pecunia quã in Flãdria habet, ac petat ab eo cambium pecuniæ Olyssipone, quam cum incremento reddat in 2 Flandria, vtrum licitè, qui †eam pecuniam habet Olyssipone, possit accipere incrementũ illud, præsertim cũ tm̃ sua referat alterum transportare ipsi eam pecuniam in Flandriam quanium alteri accipere Olyssipone pecuniam, quam habet in Flan- Decis. dria. Ad hoc dubium affirmanter est respondendum. Ratio est, qm̃ effectus, ac ministerium, quod alteri præstat, valet reuera incrementum illud: per accidens autem est, quod alia via id etiam redundet in commodum ipsius: atque in contractibus, quod attendi debet ad expendendum, an sint iusti, est, num, quod ex vna parte fit æquiualens ei fit, pro quo fit. Ita in re proposita affirmant Sotus 6. de iust. q. 10. art. 1. & Med. q. 5. de cambijs.

Simile quid cernitur, quando aliquis detulit conductum equum in aliquem locum, facturusq; erat expensas in illo reducendo ad locatorem: si enim conductorem inueniat, qui illum in eum locum asporter, licite potest eum iusto pretio illi locare, nihil impediente, quod insuper lucretur expensas, quas in eo reducendo erat facturus. Cum enim cernatur æqualitas inter vsum equi, quem concedit, & pretium, quod pro eo accepit, iustus est contractus, quem celebrat, etiam si aliunde reporter per accidens commodum ex illo.

3 Simili modo dico. Esto † quis eóducturus esset equum in aliquem locum, si inueniat, qui ipsum velit locare ad asportandum equum in illum eundem locum poterit licite se illi locare, accipiendo iustum stipendium pro eo labore & industria reducendi equum, nihil impediente, quod ipse sumptib. alienis eques in eum locum eat, in quo ire decreuerat, excuserq; sumptus, quos futurus erat in conducendo alio equo. Ratio est eadem, videlicet, quia obsequium, quod in alterius bonum præstat, dignum est stipendio illo, quod ille traditurus erat cuidam alteri: per accidens autem est, quod qui illud accipit, maius aliud commodum ex eodem ministerio reportet.

Hinc dico, si simul, qui equi asportatorẽ quærit, sciat de alterius necessitate equi eiusdem in illum locum; & qui equo indiget, de necessitate illius alterius, vt equus asportetur; poterunt inuicem sibi remittere, vel pretium totum, quod vicissim vnus intendit accipere ab alio pro eo, quod illi locare conatur, vel partem, vel nihil; & quicquid inter eos ea in re conuenerit, erit iustũ: quia nullus eorum celebrare tenetur contractum, qui in alterius commodum cedit, sed poterit solũ velle celebrare contractum, qui in ipsius commodum cedat, neq; illum contingere cum altero contractu; si autem ob suam necessitatem velit remittere aliquid, id in sua est optione. Idem dicendum est de mercatorib. quorum vterq; de mutua necessitate transportationis pecuniæ sciret. Hæc de rigore scholastico, ac de iustitia, sint dicta. Decentia quippe moralis, ac fraterna caritas postulat, vt de eiusmodi rigore fiat remissio. Eum tamen, qui remittere nollet, non damnes culpæ saltem lethalis.

Ioannes Med. q. citata affirmat, vsuram committi, si indigens mille ducatis in Flandria, illos tradat mercatori, qui quærat alium, qui eos velit ad cambium in Hispanijs, vt cum incremento illos soluat in Flandria, vnde fiet, vt ille primus cũ suo Decis. proprio lucro reponat pecuniã suã in Flãdria. Nó 4 †in video, cur sit censendum intercedere vsuram. Quoniam re vera ille vtitur iure suo, tradendo eam pecuniam ad cambium illud, in quo quiuis alius, qui non egeret pecunia in Flandria, posset licitè lucrari, ex eo autem, quod per accidens sequatur transportatio suæ pecuniæ in Flandriam, vt probabat atque intendebat, non redditur cõtractus ille illicitus, vt explanatum est, & ipsemet Ioannes Med. consentit. neque item ex eo redditur illicitus, quod per se, vel per alium, inuitet ad cambium alioquin iustum.

5 Qd †ad posteriorem disputationis partem attinet, videlicet, an licitum sit cambium cum incremento ab vno loco ad alium eiusdem Regni, vt ad Hispali in Metinam. Sotus 6. de iust. q. 10. ar. Decis. 1. negat. Nau. verò in comment. citato num. 28. & in Man. ca. 17. nu. 190. affirmat ex natura rei esse licitum, modo incrementum pro distantiæ quantitate sit moderatum. Atque hæc sententia omnino placet. Probari autem potest, quoniam sicut industria transferendi pecuniam a loco vnius Regni ad locum alterius pretio est æstimabilis: ita industria transferendi ab vno loco ad alium eiusdem Regni est pretio æstimabilis tametsi minori, si distantia sit minor, & minora sint pericula in transportatione, præsertim cum nulla sit prohibitio extractionis pecuniæ ad locum eiusdem Regni, sicut esse solet ab vno Regno in aliud: vade

liter solum eam transferant, insumendo illam in loco, in quo illam accipiunt, & reddendo aliam, vbi scholastici residēt. Neque credo Sotum intendisse hoc negare, sed solum non esse dignam tanto pretio, quantum mercatores accipiunt à nobilibus pro pecunia, quam in Curia Regis illis dant, recipiendam postea in locis, in quibus nobiles suos habent reditus & domicilia: ea enim via mercatores nomine cābij palliare solent vsuras.

Ius Castellæ. Quamuis ex natura rei hoc ita sit, in hoc tamē Regno l. 8. tit. 18. lib. 5. nouæ collect. prohibitum est, tñ naturalibus, quam exteris, dare pecunias ad cambium cum quocumque incremēto, aut interesse, ab vno loco eius Regni ad alium eiusdē Regni, aut ad nundinas in eodem Regno celebratas, sub pœna amissionis totius pecuniæ, quæ ita data sit, accipienti illam ad cambium, & vt qui illas dedit, subiaceat pœnis omnibus vsurariorum.

Ius Lusitanū. In Lusitania aūt, licèt idē prohibuerit Rex Sebastianus l. q̄ tulit anno 1570. postea tñ id pmisit l. anno 1577. lata, q̄ñ pecunia acciperet in aliquib. ex quatuor nundinis, quas in Lusitania statuit, & q̄. nō sunt sortitæ effectum, vt solueretur in alijs ex illis nundinis, aut q̄ñ pecunia acciperetur extra loca nūdinarū vt solueret in primis ex eisdē nundinis. Præterea idē Rex Sebastianus quadā sua petitio (cuius trāsumptum habeo) ante legē latam anno 1577. reuocauit prohibē illam legē latā anno 1570. quo ad oīa cambia, quæ iuxta bullam Pij V. aut iuxta Lusitanas ordinationes, vel ex natura rei, licitè possunt exercēri. Quo fit, vt hodie illicitum non sit in Lusitania cambium cū incremento ab vno loco eius Regni in aliū eiusdem Regni, modo incrementum sit moderatum.

Nau. locis citatis ait, limitari debere eiusmodi leges, quæ cambium prohibent ad loca eiusdem Regni, vt solū haberēt locum, q̄ñ campsor prius daret pecuniam, quam postea acciperet cum incremento in alio loco quoniam in huiusmodi cābio palliari potest vsura, vt ratione mutui, dilationis ve solutionis, accipiatur incrementum, non verò haberent locum, quando campsos prius acciperet pecuniam, quam postea daret in minori aliquā quantitate in alio loco: in eiusmodi contractu nullum est periculum palliandi, aut committendi, vsuram, prohibitioq; illius, impedimento esse pōt, ne licitè, & cum Reipublicæ, ac priuatorum, detrimento, pecunia transferatur ab vno loco in alium eiusdē Regni, vbi scholastici, & alij, ea indigent. Arbitror autem legem Castellæ citatam nō comprehendere hunc secundum contractum, quoniam id nō est dare pecuniam ad cambium cum interesse, iuxta intentum illius legis.

Dubiū 6 Dubium est, quid, si contra† prescriptum eiusmodi legum, ob cambium de loco ad locum eiusdem Regni aliq̄d sit acceptum, quod tñ secluſus talibus legibus, licitè ac iustè acciperetur, obnoxium ne erit restitutioni, nulla expectata sentēia. Decis. Respondendum arbitror negamer. Q̄m reuera obsequium præstitum id valet, quod pro eo acceptum est. Esto autem contractus, propter eiusmodi leges, esset nullus (quod tamen lex Castellæ citata non sonat, sed solum sub grauibus pœnis id prohibet fieri) qui tamen id accipit, non teneretur ante latam sententiam, qua ad id condemnaretur, illud reddere, nisi accepta prius compensatione iusta pro obsequio, quod non gratis exhibuit. Sicut quamuis annullatus esset contractus permutationis quarundam rerum pro alijs, non proinde, qui eam commutationem exequutioni mandasset, teneretur reddere, quod accepit, nisi ipsi exhiberetur, aut compensaretur, quod pro eo dedit. Esto autem id lex præciperet, pœnalis esset ea in parte, ac proinde locum non haberet in foro conscientiæ ante latam sententiam.

## De duplici valore eiusdem pecuniæ indiuisis locis.

### DISPVTATIO CCCCVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Pecunia plus valoris duobus modis habere potest in vno loco quam in alio.*

2 *Pecuniæ necessitas, & abundantia facit augere, & diminuere valorem illius.*

3 *Pecunia vnius loci commutanda pro pecunia in alio, quomodo se habeat ad instar mercis.*

TRibus disputationibus præced. examinauimus caput vnum tōne cuius licitè concedi potest cambium ab vno loco in alium cum incremento. Vt verò duo alia examinemus, id prius est explicandum, quod propositum est.

1 Pecunia aliquā† duob. modis habere pōt plus valoris in vno loco, q̄ in alio. Vno, q̄a lege publica, aut consuetudine recepta, diuersum valorem cōparatione aliarum monetarum habet in locis diuersis. Quo pacto in Lusitania ducatus valet quadringentos *reais*, & in Castella trecentos septuaginta quinq; maruedinos, & regalis argenteus valet in Castella triginta quatuor maruedinos, & in Lusitania iam hodie valet quadraginta, atq; in Regno Valentiæ valet pauciores æreos infimos, quos ibi *dines* appellant, & in Catalania plures, varijsq; alijs in locis diuersum valorē habet. Quo fit, vt cum vndecim regales argentei valeant in Castella trecentos septuaginta quatuor maruedinos in Lusitania valoris sint hodie quadringentorum quadraginta *reais*, vt interim alia loca omittam. Secutum ēt aureum, qđ quondam in Castella valebat decem regales argenteos & decem maruedinos seu trecentos quinquaginta maruedinos, Romæ valebat vndecim Iulios cum dimidio; Iulius aūt regali argenteo respondet: variaq; alia pro habebat in Gallia, & in alijs locis, & iam hodie in Castella ad valorem quadringentorum maruedinorum euectum est.

Altero mō pōt pecunia aliqua habere maiorē valorem in vno loco, q̄ in alio, quia in vno est minor copia illius quam alio. Cæteris enim paribus, quo maior est pecuniæ copia in aliquo loco, eò minus in eo valet ad res emendas, & ad comparanda cætera, quæ pecunia non sunt.

Quem-

Quemadmodum.n. abundantia merciũ facit eas decrescere in pretio, existente æquali pecuniæ
2 ac mercatorum copia: † sic etiã pecuniæ abundãtia facit merces accrescere in pretio, existente eadem mercium ac mercatorum copia, atq; adeo in cã est vt pecunia ipsa in se vilescat, ad res ea emẽdas & cõparandas. Hinc videmus, longè minus valere hodie pecuniã in Hispanis ad comparandas res, pp illius abundantiã, q̃ valeret octoginta annis antea. Etenim, quod tũc duobus emebatur, emitur hodie quinque, ac sex, & fortè amplius: in eademq; proportione creuit pretium mercenariorum, & accreuere dotes, valorque prædiorum, reditumque beneficiorum, ac cæterarum rerum.

Inde ẽt videmus, multo minus valere pecuniã in nouo Orbe, præsertim in Peru, vbi est maior illius abundantia, quam in Hispanijs. Vbi autem minor est pecuniæ copia, quã in Hispanijs, plus valet: neque est vbique in alijs locis idem illius valor ex hoc capite, sed diuersus, pro quantitate copiæ illius, spectatis simul alijs circunstantijs, neque valor hic in indiuisibili consistit, sed suam habet latitudinem, perinde ac merces lege non taxatæ, arbitrio prudentium mercatorum definiendam. Neque hic idem pecuniæ valor est vbique æqualis in Hispanijs, sed diuersus: regulariterque minus valere solet pecunia Hispali, quo classes ex nouo Orbe appellant, & vbi ea ratione solet esse maior illius abundantia, quam valeat, in alijs eãrundem Hispaniarum locis.

Deinde maior pecuniæ necessitas in vno loco, quàm in alio, siue id sit ad merces ibi emendas, indeque eas transportandas, siue ad aliam negotiationem, aut ad sumptus belli, vel Curiæ Regis in eo loco, vel ad quoduis aliud, facit pecuniam plus valere in vno loco, quam in alio. Imò hæc ipsa incausa esse solent, vt pecunia in vno & eodem loco plus valeat vno tempore, quam alio.

3 Pecunia quippe † vnius loci, commutanda pro pecunia in alio, ad negotiationem, lucraq; mercatorum, & ad cætera, quæ cõmemorata sunt habet se instar mercis lege minimè taxatæ, cuius valor mõ accrescit; & modo decrescit, prout illius est maior, vel minor, indigẽtia in vno loco, q̃ in alio: quare sicut abundãtia, aut penuria, alicuius mercis, maior, vel minor, illius necessitas, copia maior, vel minor, mercatorum, eã quærentiũ, accrescere, aut decrescere, eam facit in valore in aliquo loco: ita minor, aut maior, copia pecuniæ in vno loco, q̃ in alio, maior, aut minor, indigentia illius in illo, & maior, aut minor, copia efflagitãtium illã ad cambium in diuersa loca, & maior, aut minor, eorum copia, qui illam dare ibi ad cambium possint, aut velint, in cã est, vt plus pecunia vno tpe valeat in vno loco, quam in alio, aut vt diuersis temporibus, etiam in eisdem nundinis, plus, aut minus, valeat in eodem loco prout in principio, medio, aut fine nundinarum, plures, aut pauciores, sunt, qui ea indigent, aut eam velint ad cambium ad diuersa loca, & plures, aut pauciores, qui illam ad cambiũ dare possint, aut velint.

Quando ergo in Rebuspublicis pecuniarũ valor taxatur maiorum comparatione minorum, id solum fit ad commutationem in eodem loco pecuniarum pro pecunijs, & ad res in eo ipso loco emendas, soluendaque pretia rerum. Nunquã tñ Respublicæ taxare eas intenderunt quo ad valorem, de quo loquimur, in cõmutationem ꝑ pecunijs in alijs locis: qm̃ hic valor inconstans est, nihil impediente illo alio valore lege taxato; & quoniam valor hic iustus est, ẽt posito illo alio valore lege taxato, & denique qm̃ id fieret in maximum ipsarummet Rerumpublicarum detrimentum, quæ eo ipso mercibus necessarijs carerent, maximisque alijs commoditatibus. Vnde praxis merito semper seruauit, vt, nihil impediente pretio lege taxato, hunc alium inconstantem valorem haberent pecuniæ ad commutationem pro alijs in diuerso loco, & Pius V. genus hoc cambiorum cum incremento in sua bulla approbauit.

Dixi, pecuniam vnius loci, commutandam ꝑ pecunia in alio, &c. habere instar mercis lege minime taxatæ, &c. Quoniam per comparationem ad locum, in quo est, semper retinet valorem lege taxatum, aut consuetudine receptum. Quamuis enim Metinæ, aut in quouis alio loco, in quo cambium accipitur, varietur pecuniæ valor, quia ad vnum locum datur cambium carius, quam ad alium, & ad eundem locum, non solum diuersis temporibus, sed etiam vno & eodem, ab vno datur carius, & ab alio vilius; quatenus valor ille in indiuisibili non consistit, & quatenus in eisdem nundinis solet pretium in principio, medio, aut fine, pro circumstantijs superuenientibus, variari, nihilominus, ipsiusmet Metinæ comparatione, atque mercium, quæ in ea diuersis temporib. emuntur & debitorum, quæ in ea soluuntur, semper retinet pretium lege taxatum, & in eo emuntur merces, ac soluuntur debita, siue ille alius accrescat, siue decrescat.

Immo verò in vnoquoque loco, in quo cambium est soluendum, summa pecuniæ soluenda, iuxta contractum celebratum, semper soluitur in eo valore lege taxato, quem pecunia in eo loco habet.

## Vtrum, si pecunia aliqua lege, aut consuetudine recepta, maiorem valorem, comparatione minutarum ærearum pecuniarum, habeat in vno loco, quam in alio, fiat ad æqualitatem, de loco ad locum earum cambium, atque adeo iustè.

### DISPVTATIO CCCCVII.

*SVMMARIVM.*

1 *Pecuniæ commutatio quando sit ad æqualitatem, & quando non, cum pecunia, quæ in vno loco minus valet, comparatione pecuniarum in ære minutarum, commutatur pro alia simili reddenda in loco, vbi comparatione pecuniarum ærearum plus valeat.*

*Et quid de praxi, & consuetudine, nu. 3.*

Mensu-

Digitized by Google

2 *Mensura tritici si plus valet in vno loco quam in alio, iniusta fit commutatio eiusdem mensuræ.*

QVæstio est perutilis, ac scitu necessaria, circa quam aliud habet mercatorum, ac cambiorum praxis, aliud verò multorum doctorum assertum. Quidã verò eorum debilia valde suffugia quæ sunt, atque introducere conantur, vnde praxim quorundam locorum non damnent: cum tamen, si præcipuum ipsorum assertum verum esset, damnanda esset ea praxis tanquam vsuraria, maxime, si campsor prius daret pecuniam, quam postea in alio loco acciperet.

Obseruandum autem est, nos in hac disputatione non agere de incremento, quod campsor ratione cambij potest licite accipere, neq. de capitib. vnde illud pót licite accipere, sed de † cómutatione ipsa (seclusis illis capitibus & seclusa eo incremento) inquirimus nũ fiat ad æqualitatem, qñ pecunia, quæ in vno loco minus valet comparatione pecuniarũ ærearum minutarum, commutatur pro alia simili reddenda in loco, vbi comparatione pecuniarum ærearum plus valet: an vero non fiat ad æqualitatem, sed compensandus sit excessus ille, vt contractus sit ad æqualitatem, atq; adeo qui hanc pecuniam commutat, vbi minus valet, descendere debeat in cambio pro similibus monetis alibi reddendis, & è contrario, qui eam commutat, vbi plus valet, ascendere possit, ac debeat, in cambio incremento illi.

Exempla sunt. Ducatus, qñ primo cusus fuit, valebat in Castella trecẽtos septuaginta quinque marauedinos, in Lusitania quadringẽtos *reais*, & in Flandria æstimatio illius, in grossis, quos in ea prouincia vocant, respondebat, iuxta mercatorũ supputationem, omnium eorumq; cõcursum in cambijs, cæterisq. negotiationibus quadringẽtis *reais*, seu marauedinis. Atque cum nulla sit hodie aurea, aut argentea moneta, quæ id præcisè valeat, vt disp. 400. dictum est ad hunc vsque diem hic valor ducati perseuerat in his trib. regionib. in quibuscunque monetis sit soluendus. Quin, si in cãbijs, aut in quacunq; alia negotiatione, vel conuentione mentio hodie de ducato fiat, neque aliud exprimatur, valor ille intelligitur, qui in Castella soluendus sit in valore trecentorũ septuaginta quinque marauedinorum, in Lusitania vero, & in Flandria quadringentorũ *reais*, seu marauedinorum. Quærimus ergo, cum quondã, qñ moneta illa aurea cum valorem habebat, & hodie, qñ nulla talis est moneta aurea, sermoq; est in cambijs de ducatis valoris explicati, fiat ad æqualitatem cõmutatio ducati in Castella, pro ducato in Lusitania, aut in Flandria, & è contra ducati in Lusitania, & in Flãdria pro ducato in Castella.

Aliud exemplum est de regali argenteo, qui in Castella valet triginta quatuor marauedinos, & in Lusitania quadraginta, & similiter, q in Valentiæ Regno valet pauciores *dines*. (quos ibi vocãt, singuliq; marauedinum cum dimidio valent) q̃ valeat in Catalania. Quærimus autem, num ad æqualitatem fiat commutatio, seu cambium, centum regalium in Castella pro totidem in Lusitania, & è contrario, centum in Lusitania pro totidem in Castella, & similiter centum regalũ Valentiæ pro totidẽ in Barchinona, & è contra. Et qm̃ longe maius incrementũ inde resultat in ducato, quem, trecentorum septuaginta quinq; marauedinorum, conficiunt in Castella vndecim regales argentei cum vno marapedino, & quẽ, quadringentorum *reais*, conficiunt hodie in Lusitania decem tm̃ regales argentei: quærimus, vtrum fiat ad æqualitatem cõmutatio, seu cambiũ, centum ducatorum in Castella, pro totidẽ ducatis in Lusitania, & è contrario, centum in Lusitania pro totidem in Castella. Qd, si maior valor in vno loco, q̃ in alio, monetæ alicuius cõparatione minutarum ærearum pecuniarum, inæqualitatem efficiat in commutatione, & cambio, earum monetarum de loco ad locum, inde sane habebimus caput aliud, vnde licite possit accipi incremẽtum in cãbio a loco, in quo plus valent, ad locum, vbi minus valent, & vnde necesse erit descendere in cãbio a loco, vbi minus valent, ad locũ, vbi plus valent, vt contractus vtrinque sit æqualis, ac iustus.

Nau. in comm. c. vlt. de vsur. num. 60. & 61. & in Man. c. 17. nu. 295. arbitratur, non esse cõmutationem ad æqualitatem, esseq; mutuũ iniustũ, atque vsuarium, si quis det centum ducatos in Castella, vt totidem in Lusitania ei reddãtur, aut si det centum regales argenteos in Castella, vt totidem in Lusitania ei reddantur.

Qm̃, inquit, plus valet ducatus, & argenteus regalis in Lusitania q̃ in Castella. Et loquitur de tpo, qñ regalis argẽteus in Lusitania valebat paulo plus, quam triginta sex *reais*, & qñ ducatus valebat vndecim regales, qui conficiebant quadringentos *reais*. Idemq; dicerem Nau. in reliquis exẽplis a nobis propositis. Atque idem affirmant quidam, qui post illum scripsere. Licet autem Sotus 6. de iustit. q. 12. art. 1. idem censeat, qñ plus valet eadem moneta in vno loco, quam in alio, adhibito exemplo, si ducatus plures regales argẽteos valeret in Italia, quam in Hispania, qui tñ eiusdẽ essent in se valoris cum regalibus Hispaniæ, aut si ducatus plures grossos valeret in vno loco, quàm in alio, nescio tamen an idem diceret in exemplis a nobis propositis.

Ducitur, Nau. Quoniam æreus nummus, qui in Lusitania *real*, dr, eiusdem valoris est cum marauedino Castellano. Etenim sicut in Lusitania æreus ille nummus valet sex *ceptis*, & dimidium illius valet: testita in Castella, quo tpe erant *cornados*, aut *meajas*, sex valebant vnum marauedinum, & tres dimidium, qui *blãca* in Castella dr. Et hodie in Galaicæ Regno sex *cornados* valent vnum marauedinum. Quare cum valor marauedini, & æris *real* Lusitani, sit idem ac æqualis, iniustitia est accipere in Lusitania regalem argẽteũ valoris triginta sex *reais*, pro regali argenteo triginta quatuor marauedinorum accepto in Castella, aut accipere in Lusitania ducatum quadringẽtorum *reais*, pro ducato trecentorum septuaginta marauedinorum accepto in Castella.

2 Confirmat hoc ipsum, quoniam † si eadem tritici mensura, plus valeat in Lusitania, quam in Castel-

Digitized by Google

Castella, vt regulariter valere solet, vtiq; iniusta est cõmutatio eiusdem mensuræ tritici in Castella, pro alia æquali in Lusitania, etiamsi melius sit triticum Castellæ, quã Lusitaniæ; eritq; vsura mutuare vnam tritici mensuram in Castella, p alia æquali in Lusitania, eo q maior tritici valor accipiatur in Lusitania quã sit datũ in Castella: ergo eadem rõne iniusta, atque vsura erit, cum restituẽdi onere, accipere mutuo centũ regales argenteos aut centũ ducatos in Castella, pro totidẽ, qui in Lusitania reddantur: eo q maior valor in Lusitania reddatur, quam fuerit acceptus in Castella.

Decis. 3 † In contrarium est, & fuit semper mercatorum praxis, qui melius norunt rerũ æstimationes, q̃ doctores scholastici, & quorum iudicio est ponẽdũ circa rerum valorẽ: præsertim qñ illo inter se vtuntur in negociationibus quas inter se ipsos exercent, nemine eorum conquerente, aut reclamante. In re aũt proposita, quo ad commutationem pecuniarum de loco ad locum, potius habent rationem auri, & argenti, quod extractũ de quocunque loco, retinet vbiq. suum valorem, q̃ ceteris, quod in ratione monetæ regulariter est diuersum in diuersis regionibus, ac Regnis, &, quod valet in vno loco, in reliquis non valet, in ratione vero æris, fere nihil æstimatur, maioresq; essent sumptus in eiusmodi pecunijs asportandis de loco in locum, quam esset valor æris earum.

Hac de causa mercatores, ad cãbia, & ad alias negociationes, de loco in locum, non faciunt æris nummos minutos mensuram argenti, & auri, sed è contra aurum, & argentum, mensuram faciunt valoris nummorum æreorum cuiusque loci. Atque ideirco multis in locis exercent cambia ad diuersa loca sub nomine marcarum argenti (nostri *marcos*, appellant, & latini selibras) quando aũt sub nomine ducatorum, aut scutorum, cãbia exercent, vt ad Hispanis fieri consueuit, & ab Hispanijs ad alia loca, qñ vbique regalis argenteus placet, eoq; magna ex parte cambia solui consueuerunt, voluerunt regalem argenteum ad negotiationes de loco in locum eundem valorem vbique habere, eaq; de causa, quia varijs in locis, comparationem æreorum monetarum, diuersum valorẽ lege taxatum, aut consuetudine receptum habent, non eundem valorem esse voluerunt minutarum æreorum monetarum, quæ in diuersis locis cõstitutæ sunt mensuræ regalis argenteæ, & cõsequenter ducati, aut scuti ad merces in eisdem regionibus emendas debitæ soluẽdæ, & ad cambia minuta monetarum minorum pro maioribus inibi exercenda, sed diuersum in eadem proportione, ĩ qua numerus æreorum monetarum q̃ in vna regione redduntur pro regali argenteo, superatur a numero monetarum quæ in alia pro eo soluuntur.

Atque ita semper inter illos constitutum fuit, marauedinum Castellæ maioris valoris esse, quã *real*, æreum Lusitanum, longeq; maioris valoris est hodie comparatione eiusdem nummi Lusitani, qñ regalis argenteus euectus in Lusitania est ad valorem quadraginta *reais*, quàm esset antea, quando regalis argenteus solum valebat in Lusitania triginta sex *reais*. Idemq; censent mercatores de marauedinis Castellæ collatione facta cum groſſis Flandriæ. Atque idem dicendum est de æreis denarijs Regni Valentiæ collatis cum denarijs æreis Cataloniæ.

Consentit verò cum hac sñia lex, quam Carolus V. circa cambia tulit, & quam refert Naua. in Comment. c. finalis de vsur. nu. 30. vbi dicit, trecentos septuaginta quinque marauedinos Castellæ in Lusitania valere quadringentos *reais*. Sermo autem est, antequam in Lusitania regalis argenteus valeret quadraginta *reais*. Quamuis aũt Naua. nu. 60. citato dicat, ei legi non esse standũ, certe contrarium est verum: eo quòd, & ratio id efflagitat, & lex illa communi mercatorũ estimationi, ac praxi, innitatur, quæ ad pretia iusta rerum definienda multum ponderis habet.

Non leue aũt argñ est, minutarum quarumcunque monetarum pretium decrescere, atque in eo minus esse, quo plures earum pro regali argenteo, & alijs argẽteis, ac aureis, pecunijs lege publica reddi præcipiuntur, quod experientia fuerit compertum, statim ac in Lusitania regalis argenteus ad 40. *reais* euectus est, continuò comparatione earũ æreorum monetarum pretia rerum excreuisse. Si autem Nauarri sñia vera esset, dicendum esset, vsuram hodie communi, si quis in Castella mutuo daret mille centum regales argenteos pro mille tantũ reddendos in Lusitania, aut (qđ idẽ est) si mutuo daret centum ducatos undecim regalium argenteorum pro centũ, decẽ tantũ regalibus, recipiendis in Lusitania, cum onere ex parte eius, qui mutuum in Castella daret, restituendi viginti sex marauedinos ex vnoquoque eorum ducatorum.

Ratio est, qñ undecim regales vniuscuiusque ducati, quos mutuo daret, valentia Castella trecentos septuaginta quinque marauedinos, cum tñ in regalibus decem, quos in Lusitania acciperet, ei soluerentur quadringenti *reais*, qui si æqualis valoris singuli sint cum singulis marauedinis Castellæ, vtiq; reciperet in Lusitania excessũ valoris viginti sex marauedinorum in vnoquoque ducato, vltra valorem, quem in Castella daret.

Quis autem stultus det in Castella undecim regales argenteos, & viginti sex marauedinos, p decem tantum regalibus argenteis accipiendis in Lusitania? aut in Lusitania accipiat decem tantũ regales, pro undecim & viginti sex marauedinis, quos in Castella reddere aut quis sibi persuadere potest, cum contractum æqualem, iustumque esse? nullus sanè.

Illud tamen admonuerim, incremẽtum illud valoris monetarum argenti, aut auri, cõparatione æreorum, in ea ipsa prouincia, in qua id incrementum statuitur, alicuius esse ponderis, & momẽti, quatenus deinceps maiora debita in ea prouincia soluuntur eisdem aureis, & argenteis monetis, quã antea soluerentur, & plus aliquid mercium éis in illa émitur, quàm emeretur antea, & quatenus id in causa est, vt plus monetarũ eiusdem rationis argenti, aut auri, exterarum regionum ad eam prouinciam confluat, propter illarũ lucrum in ea prouincia: quare incremẽtum illud aliquid minuet in pretio permutationis, ac cam-

bij,

bij, earũ monetarum a loco, vbi illo modo minus valent, ad locum vbi plus eodẽ mõ valẽt. Nõ põt autem melior alia regula hac in parte tradi, q̃ vt attendatur ad cõe pretium fori cambiorum mercatorum inter se ab alijs locis ad illum, & ab eo loco ad alia, atq; p̃tij illi tanq̃ iusto, & in cõi æstimatione mercatorum inter se recepto, stetur.

Illud ẽt admonuerim, postq̃ in Lusitania regalis argenteus ad valorem 40. *reais* est euectus, & decem regales conficiunt ibi ducatum quadringentorum *reais*, vtique, si cãbia a Lusitania in Castellam, & à Castella in Lusitaniã, sub noïe ducatorum fiant, vt regulariter fieri consueuerunt decreuisse cambium ab antiquo valore à Lusitania in Castellã ferè vndecimã partem, sicut in Lusitania ducatus vndecimam partẽ decreuit: contra verò à Castella in Lusitaniã accreuisse fere vndecimam partem, qua ducatus Castellanus superat ducatum in Lusitania. Sunt verò hodie Lusitani aliqui, q̃ ab Olyssipone in Merinam cõcedũt cãbium ad æqualitatem ducatorum expectando solutionem vno integro anno: in quo plane aperta est vsura, eaq; de re timoratus quidam Merinẽsis mercator admonuit nostros, dum ego eã Olyssipone, vt huic vsuræ, ac conscientiarum malo, se opponerent. Etenim si centum ducatos illo modo concedant Olyssipone ad cambium sane, p mille regalibus argenteis, quos Olyssipone tradunt, volunt post annum solui Merinæ mille centum, cõfessarioſque & doctos alios, deludunt, dicentes, se ad æqualitatem ducati pro ducato cõcessisse cambium, cum tñ non aperiant, ducatum in Castella excedere ducatum in Lusitania vndecimam partem valoris, neque id confessarij attendant.

Ad Nauarri argumentum negandũ est, areum *real* Lusitanum eiusdem valoris esse cum maruedino Castellano ad commutationes de loco in locum. Licet. n. vterq; quondam valeret sex alios nummos æreos *captis* in Lusitania nuncupatos, & in Castella *cornados* aut *meajas*: quo tñ regalis argẽteus maioris valoris in Lusitania est effectus comparatione eorum nummorum ęreorum, in quibus æreis in Lusitania dicti *reais*, ac *captis* minoris in eadem proportione valoris sunt effecti comparatione maruedinorum, ac eorum nummorum, qui quondam in Castella *cornados* aut *meajas* dicebantur, vt explanatum est.

Ad confirmationẽ, cõcesso antecedente, neganda est consequentia. Ostensum quippe est, ducatũ numquam fuisse maioris valoris in Lusitania, q̃ in Castella, & hodie esse longè minoris valoris.

## Qui ad cambia de loco in locum exercenda concurrant.

### DISPVTATIO CCCCVIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Mercatorum, qui ad cambia concurrunt, tria genera, & nu. 3. & 4.*
2 *Cambiorum origo inter mercatores, & affectio.*
4 *Bancariorum officium quale.*
5 *Bancarij in quo differant a depositarijs.*
6 *Bancariorum duo genera.*
7 *Bancarij prioris generis quando lethaliter peccent in eorum officio, & ad restitutionem teneantur.*
8 *Bancarij, prioris generis, qui nihil accipiunt pro deposito, an iustè stipendium possint accipere a deponentibus, & quomodo.*

*Et quid de bancarijs secundi generis, nu. 9.*

ANtequã postremũ caput subijciamus, vnde ascendere liceat in pretio cambij de loco ad locum, oporteatque aliq̃n descendere, remque hanc totam de cãbijs concludamus, aliqua circa cambiorum praxim erunt explananda. Atque in primis, qui ad hanc negociationem concurrant.

1 Tria † hominum genera, à se inuicem dependentium, variequeconcurrentium ad cambia, distinguuntur. Quidam sunt mercatores qui per se, aut per ministros ad id deputatos (quos *factores*, vocant) vel per correspondentes, mercaturam varijs in locis exercent, vt Olyssipone, Hispali, Metinæ, in Flandria Genuæ Florentiæ Venetijs, in Viridi promontorio, in Insula D. Tho. varijs in locis noui Orbis in India orientali atque in alijs similibus locis ex quibusdam asportantes, quæ plus valent in alijs, atque ad illa mutentes quæ in eis maiorem valorem habent.

Vt verò exempla aliqua quibus dilucidior res fiat, proferamus. Ex Lusitania mittunt in Flandriam oleum, sal, vinum, piper, & reliqua quæ ex India orientali, Brasilica regione, & ex alijs commercij Lusitani terris asportãtur. Ex Flãdria verò adducũt in Lusitaniam merces omnes, quæ in Lusitania, India orientali, Brasilica regione, & in alijs Lusitani commercij locis, necessarię sunt. Similis negociatio est ex Lusitaniæ Regno ad varias prouincias ac ciuitates Hispaniarum, Galię, Italiæ, &c. Inde. n. transportant papirum, libros, serica, coccineos pannos, *rajas* quas vocant, & cæteras merces Lusitano Regno, & cæteris commercij Lusitani prouincijs necessarias; atque ex Lusitania in ea loca transmittunt, quæ ex Lusitania, commercioque Lusitano, eis in locis opportuna sunt. Hispalim comportantur ex quam plurimis Europæ prouincijs, ac ciuitatibus quæ in ea, & in varijs noui Orbis locis, atq. Oceani Insulis Castellæ coronæ subiectis, sunt accommodata. Et rursus ex Hispali transmittuntur in varias prouincias eã, q̃bus Hispalis abundat, nẽpe præter pecuniæ, & massę auri, & argenti copiam ingentẽ, quę ex cõmercio in nouo Orbe eo confluit, innumeras alias merces, tum Beticæ regionis propeias, tũ præcipuè ex varijs transmarinis locis eò allatas.

Similia alia exempla adhiberi possunt in alijs prouincijs, ac ciuitatib. Hinc fit vt præcipui mercatores vniuscuiusq; prouinciæ varijs in locis negocient, & vt in illis interdum ipsis pecuniæ debeantur ex mercib. quas eò transmiserunt, interdum verò ipsi debeant ex mercibus, quas inde emptas asseruant, & vt interdum in eis egeant pecunia, interdum verò ea in illis abundent. Inde rursus fit, vt in omnib. eis locis ministris, aut correspondentibus, ac credito, vt vocant, indigeant,

hoc

hoc est, vt sint ibi, q̃ ipsorũ literas recognoscant, ac soluant, quæ eis dari p̃scripserint, atq; ab alijs recipiãt, quæ similib. literis dari ipsis fuerit p̃scriptũ, aliaq; ipsorũ negocia eis in locis expediant.

Cum verò ex tã multiplici ac varia diuersis in locis negociatione eueniat, vt mercatores sæpe varijs in locis pecunia, qua in alijs abundant, ad suas negociationes ac lucra indigeant, inde ortũ habuit, vt q̃ pecunia vno in loco egebãt, eã ad cãbiũ ab ijs peterẽt, qui in eo pecunia abundabant, pro alia, quã in alio loco habebant, aut quam facilius soluere in alio loco poterant, & vt mercatores ea ratione cambijs ad sua lucra, ac negociationes, varijs in locis se mutuo adiuuarent. Atq; hæc
2 fuit origo † cambiorum inter mercatores, qui soli à principio illa inter se exercebant.

Cæterũ quia cãbium tradi consueuit cũ lucro in loco, vbi est soluendum, tũ quia res ipsa digna in se est, ob quã campsor lucrum accipiat, vt supra ostensum est, tum ẽt quia regulariter illi, quibus pecunia ita ad cambium datur, plus multo illa lucrantur negociando ac emendo merces quas ad ea loca transportent, in quibus plus valent, quam sit incrementum ac lucrum, quod campsoribus tribuunt; inde est effectum, vt multi, qui pecunias habebant, lucro allecti, quod in cambio cernebãt, & securitate illius sine labore, assistere cœperint mercatoribus in præcipuis emptore is, ac locis negociationum, idque per se ipsos, aut per suos famulos vel correspõdentes, vt pecuniam ad cambium in varia loca illis subministrarẽt tantum q; lucrum ex eiusmodi negociatione esse cæpit, atq; ex dexteritate illam exercendi, asportandique ingentẽ pecuniæ copiam ad loca, in quibus ob varias circunstantias creditur plus valitura, idq; sumendo interdum prius varijs in locis ad cambiũ cũ minore interesse pecunias ad ea loca quas postea longè cũ maiori ex eis locis ad alia tradant, vt multi mercaturã deseruerint ; atq; huic negociationi percipuè intenderent. Atque † hoc est se-
3 cũdum hominũ genus, qui campsores dumtaxat, aut præcipue, ex officio sunt, & mercatorib. quasi assistunt, ab eisque in sua negociatione pendent.

Eiusmodi autẽ hoies non minus necesse est habeant correspondentes in locis, vbi mercatura exercetur, & in quibus, & ad quæ, cambia accipiuntur, & vt ibi creditũ habeant, quam mercatores ipsi. Opus quippe est, vt in eis locis homines habeant qui, acceptis literis cambij, quas ad illos transmittunt, recipiant pecunias, quas ad ea loca in cambiũ dederunt, & qui nomine ipsorũ pecuniam, quã ibi habẽt, iterum ad cambium tradant, vel ad loca, in quibus præcipui ipsi campsores cõmorantur, vel ad alia, ad quæ cum maiori incremento poterit dari, vel in quibus creditur plus in futurum valituras prout præcipui ipsi campsores eis præscripserint, aut homines illi attentis circũstantijs concurrentibus, expedire iudicauerint.

Itẽ cum p̃cipui ipsi campsores sæpe indigeant sumere ad cambiũ pecunias in loco, in quo sunt, ad alia loca, vt maiori cum incremento illas tradãt ad quædam alia loca, vel vt illas per cambiũ transportent ad loca, vbi eis indigebunt, aut vbi credunt plus esse valituras, atque alijs vtilibus ex causis: cum item vtile ac necessarium ipsis sæpe sit sumere ad cambium in alijs locis, vel quia in illis pecunia indigẽt ad soluenda cambia, q̃ ad ea loca sumpserunt, vel ad transmittendum illam de cambio in cambium ad loca, vbi illa indigebunt, aut in quibus creditur plus valitura, & ob alias cãs; vtiq; nõ minus indigent correspondentibus, & credito, varijs in locis, quàm mercatores ipsi.

Hæc n. cambiorum negociatio sæpe plus credito, & correspõdentibus, atque dexteritate illis præscribendi, vt ipsorum nomine suscipiant, & dent ad cambium, ad diuersa loca, exercetur cum ingenti lucro, quàm abundantia pecuniæ quam campsores præcipuam habeant, ac à debitis liberam: tamẽsi abundantia propriæ pecuniæ quam in diuersis locis habeãt, multum ad eiusmodi lucrum conferat. Etenim, quamuis campsor aliqs non multum habeat pecuniæ, si tamen creditum, & correspondentes, habeat in diuersis locis, dexterq; sit in præcipiendo, vt nomine ipsius tempore, quo pecunia minus valet, sumatur ad cambiũ in loca, ad quæ maiori cum incremento datur, & in quibus melius poterit soluere, & vt rursus ad cambium detur maiori cum incremento tempore, quo plus est valitura, & ad loca, ad quæ plus est valitura, aut in quibus plus valitura speratur; vtique, accipiendo ita à quibusdam ad cambium, & dando alijs ad cambium, lucrabitur multum cum pecunia eo modo ad cambium accepta.

Item, si campsor dexteritatem habeat in conijciendo locum, & tempus, in quo pecunia ob ingentẽ illius tunc penuriam, ac necessitatẽ mercatorũ, aut aliorum, multũ sit valitura; vt quia fortè princeps in eo loco parat bellũ, colligitque vndique totam pecuniam illius regionis, vnde verisimiliter creditur, mercatores in nundinis eius regionis magnam illius indigentiam esse habituros vt non raro in Flandria eueniebat, quando Carolus Quintus, in ea cõmorabatur: simulq; dexteritatem habeat, ad cõportandã de cambio in cambium copiam magnam pecuniæ, quam eo tpe illo in loco paratam habeat: sanè multum lucrabitur ea pecunia, quam cum ingenti incremento concedet ad cambium in loca, vnde illam trasportauit, recipietque illam post quatuor, aut plures menses in eisdem locis valde auctam.

4 Tertium † hominum genus cambiorum negociationi intendentium, ij sunt, quos *bænqueros* appellant. Horũm minus in locis, vbi mercatura, & cambia, præcipuè exercentur, est. Recipere eorum mercatorum, & campsorum, pecunias, qui in ipsorum *bænco* eas cõsignare volunt, esseque depositarios pecuniæ illorum. Item soluere illis eas pecunias, quibus præscripserint ij, qui illas deposuerunt. Præterea, rationes in scripto habere, tam accepti, quam dati, ex præscripto illorum. Denique rationes illorum cum alijs expedire, ac paratas semper habere.

Eiusmodi autẽ homines, prius quàm munus hoc suscipiant, fideiussores, legitimamq; cautionẽ ij Rebuspublicis præstãt, in quibus id munus exercere debent. Tum quòd syncere illud exerce-

bunt,

bunt. Tum etiam quod integre persoluent, quæ in ipsorum depositò fuerint consignata.

Hos, ait Mercado, alterius quodammodo rationis esse Hispali, & in locis, vbi nundinæ exercentur, vt Medinæ, & in alijs similibus locis. Hispali enim tantum est commodum, quod ex eiusmodi depositò eis prouenit, vt nihil insuper præmij accipiant, quin potius pro non modico beneficio ducant, mercatores, & campsores, velle pecuniam suam in eorum *banco* deponere, operaq; eorum ea in parte vti. Idem esse ait Nau. in Man. c. 17. nu. 293. Romæ, & in aliquibus Galliarũ, atque Hispaniarum locis. Etenim eiusmodi homines pecunia, apud se deposita, interdũ intra tres, aut quatuor menses, lucrantur duo aut tria millia ducatorum, tradendo illam ad cambium, interim dum varij mercatores, aut campsores, ea non indigent, atque illa negotiando, merceſque in nouum Orbem, atque ab alia loca mittendo, vnde non modicum lucrum reportant. Tametsi, reflante aliquando fortuna, euenire soleat, vt in extremam redigantur paupertatem, cum periculo ac detrimento fideiussorum quos dederunt.

Quando aũt in tantam deueniunt paupertatẽ, vt soluere non possint deposita & alia debita, dũr *quebrar el banco*. Dum autem aduersa valde non vtuntur fortuna, cum multorum hominum pecunias habent in suo depositò, vt mercatorũ, & campsorum, Olyssiponensium, Genuensium, Florentinorum, Venetorum, Metinensium, Toletanorum, & plurium aliorum, habeantq; nonnullorũ multa ducatorum millia, numquam euenit, vt depositores ẽs ita pecunia indigeant, quin semper multa duc. millia maneãt in depositò, qb. bancarij negotiati suo cõmodo, ac detrimento possint.

5 Sunt † verò tam hi, q̃ cæteri bãcarij, veri dñi pecuniæ, q̃ apud se depositã habent, in quo multũ ab alijs depositarijs differunt, vt inferius dum sermo de depositò erit, dicetur: vnde, si pereat, ipsis perit, & non illis, qui eam deposuerint. Etenim illam recipiunt, non vt eandem numero custodiãt, ac reddant, sed vt parati sint æqualẽ pecuniæ quãtitatem reddere q̃cunque deponentes illã postulauerint. Quo fit, vt quasi precario mutuo, ac proinde suo periculo eam recipiant, vt vel simul, vel per partes, illam totam reddant, quandocunque exigetur, eoq; modo, quo exigetur.

6 Alij sunt † bancarij, in locis præsertim, in quibus nundinæ celebrantur, qui eorũ pecunias recipiunt, qui in ipsorum banco eas consignare volunt, soluuntque literas, quas pecuniarum depositores ad eos transmittunt, & iuxta eorum præscriptũ traduunt, ac recipiunt, pecunias, rationesq; dati & accepti apud se habent, & deniq; rationes eorum expediunt, qui ipsorum bancum frequentãt. Ea aũt de causa in nundinarũ fine ab eorum vno quoque præmium sui laboris accipiunt, plus, aut minus prout quisque plura, aut pauciora, negotia in suo *banco* expediuit, nẽpe ab vno ducatos octo, ab alio decẽ, & ab alijs plus, vel minus, put plus, vel minus negotij facesserũt negotij. Refert aũt Mercado, ordinariè illis valere hęc salaria mille quingẽtos aut duo mille ducatos, in singulis nundinis.

7 Circa bancarios, præsertim † prioris generis est obseruandum, illos lethaliter peccare, si pecuniã depositam in tanta quantitate ita in suis negotiationibus expendant, vt inhabiles reddantur ad tẽpore congruo soluendum, quæ depositores petierint, aut soluere iusserint, ex pecunia, quam in ipsorum depositò habent. Deinde restituere teneri damna, ẽt lucri cessantis, quæ ex eo fuerint secuta, ꝙ iuxta deponentium præscriptum, eam non reddiderint. Cum enim ea lege pecuniam illã in depositum acceperint, vt eã soluerent, quo tpe eis præscriberetur: sanè, eã tunc non soluendo, cõtra iustitiam peccant, & contra pactum, ꝙ cum depositoribus inierant, teneturque proinde ad restitutionẽ damnorũ, ẽt lucri cessantis, quę inde emerserunt. Item lethaliter peccant, si talibus negotiationibus intendant, vt periculo se exponant deueniẽdi ad eum statum, in quo deposita nõ possint soluere. Vt, si in transmarina loca tantum mercũ mittant, quòd, si nauis fecerit naufragium, aut ab hostibus capiatur, non possint, etiam vendito patrimonio, depositа soluere. Nec solum tunc lethaliter peccant, quando res siniſtre succedit, sed ẽt quando succedit prospere, idq; propter periculũ cui se exponunt, nocendi deponentibus, ac fideiussoribus, quos pro depositò dederunt.

8 Circa † deponentes verò apud eos bancarios, qui neque pro depositò, neq; pro alijs, quæ in deponentium commodum supra eos præstare commemorauimus, stipendium accipiunt, dubiũ est an deponentes soluere eis competens stipendium teneantur, nihil impediente commodo, quod bancarij negotiando cũ pecunia depositа reportant, alioquin vsuram committant. Nau. in Commẽt. c. vlt. de vsur. nu. 40. & in Man. c. 17. nu. 295. affirmanter respondet. Id quod sequent. argumẽtum suadet. Q̃m eiusmodi depositum re vera est mutuum vt dictum est, dominiumq; pecuniæ ita depositæ in bancarium transit atquẽ adeo si pereat, bancario perit: ergo, nihil impediente quocũque lucro, ẽt ingenti, quod bancarius sua industria negotiando cum ea pecunia acquirat, deponentes nihil pecuniæ æstimabile exigere, aut accipere, à bancario pro depositò ac mutuo possunt, alioquin vsuram committent cum onere restituendi, quòd eis fuerit exhibitum: nisi ergo deponentes competens stipendium pro eis obsequijs illis soluant, lethaliter peccant, cum restituendi onere. Dubiũ

Cum argm̃ hoc probet, id non tam esse depositum, in commodum solius deponentis, quam verum mutuum in commodum bancarij, licet per accidens inde resulter, seruari illo modo apud illũ pecunias eorũ, qui illas in banco illius consignãt, sicut pecuniæ cæterorum mutuantium, interim dum mutuum perseuerat, seruãtur apud mutuatarium, argumentum non tantas vires habet, quantas primo aspectu apparet. Etenim, sicut disputauimus, 405. dicebamus, q̃ duo simul indigẽt, alter reductione equi in aliquem locum, & alter equi cõductione in eundem locũ, potest vnusquisque illorũ nõ velle celebrare contractũ, nisi eũ, qui in cõmodum alterius cedit, accipere q; ea de causa competens prætiũ, esto contractus ille coniunctum hẽat. Decis.

suũ aliud cõmodũ magnũ: ita in re proposita dicendũ, est posse in primis bancariũ non aliter vel le susc ipere pecunias aliorum in suo banco, nisi sibi persoluatur effectus custodiæ illius pecunię & insuper, nisi sibi soluantur ministeria alia, quæ in bonum illorum est præstaturus, nihil impediente, quod depositum illud coniunctum habeat suũ illud commodum nempe quod ea pecunia negotiari pót ac lucrari: quare bancarius licitè poterit facere conuentionem de competenti stipẽdio pro illis omnibus, illudque accipere, nihil impediente alio suo lucro ac emolumento longè maiori. Deinde vero dicendum est, econtra posse mercatores, ac campsores, attento lucro bancarij ex negotiatione ea pecunia & indigentia illius ea pecunia ad id lucrum, non alium contractum velle cũ illo celebrare quam mutui illo modo, qui contractus in commodum illius cedit, gratiaque proinde est, quam illi faciunt, velle ad id ministeriũ, ac mutuum potius illum eligere, quam alios, qui idem peroptant, nihil impediente, quod ex eo mutuo custodiam suæ pecuniæ reportẽt, vt reddatur, vel tota simul, vel per partes quando ipsi id præscripserint. Quatè, si solum contractum illũ mutui celebrare intendant, vt possunt, & vt censendum est eum solum velle eos celebrare, sanè nihil in primis bancario debent pro custodia pecuniæ, quæ per accidens coniuncta est cum eo cõtractu, atque per accidens ex illo sequitur: sicut alijs mutuatarijs nihil ex simili pecuniæ custodia debetur. Nihil deinde illi debenti pro labore ac ministerio numerandi pecuniam, tam qñ illã recipit, quam qñ illam soluit, vel ipsi smet deponẽtibus, vel alijs ex ipsorum præscripto: sicut neq; cuicunque alij mutuatario quicquam ob similia debet, quæ eo ipso efficere debet gratis, & contractus in cõmodum illius cedit. Nihil præterea illi debent, ob rõnes dati, & accepti, ẽt si ad id necesse, sit conficere aliqua instrumenta: sicut, qui mutuo dat alijs, nihil mutuatario debet pro instrũs, quæ fiũt, tam tempore mutui ad debiti securitatem, quam solutionis tempore ad securitatem ipsiusmet mutuatarij: quoniam, cum mutuum in gratiam mutuatarij sit celebratum, eo omnia tenetur ipse soluere, & nihil is, qui mutui beneficium præstat.

Quod si maiora alia obsequia præstet bãcarius in deponentium bonum, quã quæ per se cõiũcta sunt cum eo mutui genere, in tantum ipsius bonũ cedentis, pro illis solum debetur ei competens stipendium, nisi gratis illa exhibeat in recompensationem beneficij accepti, & in tantum ipsius bonum potius ipse, q̃ alij, ad id depositum eligatur, vt par est eum gratis ea exhibere; & nisi ea prẽstet tanquam dona ad alliciendum mercatores, & cãpsores ad cõsignandas pecunias in suo potius bãco, quã in alijs. Quare eiusmodi in re, parum scrupuli mercatoribus, & campsoribus injcerẽt. Præsertim cum, si aliquis bancarius ingratus esset, vel leuiq; stipendia vltra tantum suum commodum, & tam magnum beneficiũ ei collatum, dignus esset, cui munus auferretur. Et cum merito mercatores, & campsores existimare debeant fieri illa gratis, atque, si is gratis præstare illa non velit, multi alij sint, qui animo libenti gratis illa exhibeant; sane, esto postea mercatores comperiant, aliquem à quo gratis præstari existimabant, non exhibuisse illa gratis, ad nullam restitutionem ei tenẽtur.

Quoniam ipsi non intendebant illa emere, sed accipere tanquam beneficia in recompensationẽ maioris beneficij susc epti, facileque inuenirent, q tãquam beneficia illa præstaret: quare, si bancarius pretium pro illis intendat, id tenetur mercatoribus, antequam illa exhibeat, significare, vt mercatores actione negotiorum gestorum ad stipendium illi teneantur, vt inferius, quando de negotijs gestis sermo erit latius dicetur.

9 Quod † ad scdm bancariorũ genus attinet, cõueniunt doctores licitè illos accipere competens stipendium ab vnoquoque mercatorum, qui ipsorum banco negotia habent. Qm̃ recipere, numerare, & custodire pecuniam, illam iterum numerare, qñ est reddenda, rationes eorũ cũ alijs conscribere ac expedire, interdum cum periculo proprio ne error in numerando surrepat, aut in examinãdis, ac finiendis rationibus, accipere literas cambij illorum, qui actu non habent pecunias in ipsorum banco, ac debitores se loco illorum constituere & alia his similia pretio sunt æstimabilia eo maiori, quo ad hæc præstãda homo requiritur non infimæ notæ, neque qualiscunque ingenij, dexteritatis ac facultatum, & quo ministeria hæc maioribus lucris ac emolumentis inseruiunt.

Stipendium autem hoc non est lege taxatum, sed arbitrarium, eaq; de causa, vnusquisque eorũ, in quorum commodum bancarius similia prẽsti tit obsequia, consuenit in nundinarũ fine soluere illi, ad arbitrium boni viri, iuxta negotia ipsius, quæ expediuit, vt supra dictum est.

Illud est obseruandũ, quamuis aliquibus in locis distinguantur tria hominum gña, de quib. in hac disputatione loquuti sumus; nihilominus in aliquib. alijs, mercatores ipsos esse, qui munus cãpsorum exercent, & qui bancarij nuncupantur.

Immo & in ijs ipsis locis in quibus sunt aliq, qui cautionem Reipublicæ prẽstiterunt, vt essent aliorum depositarij, & qui peculiare munus bancariorum exercerent, sæpe mercatores ipsi, vltra illos, sunt, qui dant pecunias, quas apud se hẽnt, ad cambium.

Bancarij itẽ ipsi publici mercaturam exercent propria sua pecunia, atque sua propria autoritate, & in suum commodum, ac detrimentum concedunt ad cambium suam propriam pecuniam.

## De varijs modis, quibus pecunia in cambio consignatur, ac literarum cambij, & num bãcarij licitè quoddã aliud stipendiũ ãccipere possint.

### DISPVTATIO CCCCIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Bancarij duobus modis consignantur pecunia.*
2 *Bancarij duobus modis pecuniæ soluunt.*
3 *Cambij literarum uariæ formæ.*

Cam-

Digitized by Google

4 *Cambiorum praxis ad omnes nundinas, vnde originem ducat.*
5 *Emere quis credito in nundinis quando censeatur.*
6 *Cambij litera ad quem regulariter mittantur.*
7 *Consuetudo multorum locorum in materia cambij, & bancariorum partim approbata, & partim reprobata, & nu. seq.*
8 *Cābij & bancariorū praxis & cōsuetudines varia.*
9 *Bancariorum abusus varij.*

VT quædam alia ad cambiorum praxim attinentia intelligātur, & simul examinemus, num licitè bancarij accipiant quoddam aliud stipendium, quod multi referunt, eos varijs in locis accipere, & Mercado de cambijs ca. 13. affirmat, neque Hispali, neque Romæ, esse in more positū, vt accipiatur, obseruandum in primis est. Bancarijs † duobus modis consignari pecunias. Vno, in numerata pecunia, quam re ipsa recipiunt. Altero, in litera cambij, aut in quacunque alia litera, quam accipiunt, & ratione cuius, nomine illā consignantis, debetur *banco*, ab eo, qui illam est soluturus, quod in ea continetur. 1

Quemadmodū † autem duobus modis pecunia eis consignatur; sic ét duobus modis eam soluunt. Vno, in pecunia numerata. Altero, absque numerata pecunia, vel transmittendo debitum in alium, qui eandem, aut maiorem summam, debet *banco*, vel tradendo literam cambij ad alium locum, in quo potius is, cui debetur, illam vult, vel bancario cōstituente se debitore eius summæ cōparatione eius, cui debetur, qui illam consignare vult in eo *banco*, vel comparatione aliorum, quos is, cui debetur, creditores eius summæ efficiat, q̄ illi consignatam in eo *banco* esse velint, aut ea soluere debitum aliud, quod eidem *banco* debeant. 2

Hac rōne in nundinis Metinēsibus, aut in quibuscunque alijs, quo multi accedunt cum literis cambij ad emendas merces sibi necessarias, licet multa soluantur pecunia numerata, pleraque tamen chirographis peraguntur, quibusdam solnētibus chirographis pecuniarum, quæ ipsis in *banco* debeatur, alijsque solutionem acceptantibus, ac eam in eodem *banco* consignantibus, atq; compensatione debitorum quorundam cum alijs, & concessione literarum cambij ad varia loca.

Obseruandum † deinde est, literas cambij sub varijs formis scribi. In quibusdam dicitur, eo ipso, q̄ hæc tibi tradita fuerit, aut eam legeris, vel ad te pervenerit, aut aliud simile, solues tot; & tūc statim, absque mora, est ea pecunia soluēda. Eiusmodi autem solutiones dici consueuerunt *alterā vista*; qm̄ eo ipso, quod literæ inspiciuntur ac leguntur, pecunia in eis contenta, est soluenda. 3

In alijs dē tali die, aut intra tot dies, postquam has literas acceperis vel menses, aut aliud simile, *soluues* tot: & tunc dies, aut tempore, eis literis prescrīpto, soluenda est pecunia. In quibusdam alijs dicitur talibus nundinis, Metinensibus videlicet, Antuerpiensibus, aut alijs solues tot. Ac tunc consuetudini est standum quo ad tempus solutionis. *Si enim* consuetudo sit, vt similes literæ in principio nundinarum soluantur, in principio erunt soluendæ: si vero consuetudo sit, vt in medio, aut in fine, soluantur, eo tempore erunt soluendæ.

Arbitror autem regulariter esse in more positum, vt in fine nundinarum soluantur, præscriptumque esse certum tempus finitis, aut ferè finitis nundinis, eiusmodi solutionibus, atque ante id tēpus quam plurima chirographis peragi, eò quod non sit tanta copia pecuniæ, vt tam ingens mercium multitudo, quæ eò differatur, ac venduntur, pecunia statim numerata emi possit, atque, vt tā multa negotia pecunia vltro citroq́ue in eis expediantur. Hoc autem tempore, in quo rationes finiuntur, numeraturq́ue pecunia ijs, quibus, computatis omnibus, aliquid debetur, aut literæ cambij ad alia loca eis conceduntur, dicuntur à mercatoribus mensæ sterni solutionibus in nundinis, atque aperiri cambia.

Iuxta hæc intelligo, quod Sotus 6. de iustit. q. 12. art. 2. circa † nundinarum & cambiorum praxim ex mercatorum relatione refert. Inquit. n. in Castellæ Regno quatuor præcipuas nundinas esse statutas diuisas per quatuor anni tpa: quib. tñdere ait totidē in Flandria, & alias in alijs locis. In his aūt nundinis cambia sumuntur ad varias alias nundinas diuersorū locorū, & ad varia alia loca, in quibus nundinæ non celebrātur, & similiter ī alijs locis ac nūdinis cābia sumunt ad has. 4

Primæ quatuor harum nundinarum celebrantur Metinæ campensi mense Martij, & in eis mensæ sternuntur, atque aperiuntur cambia, quinta decima die Iulij, durantq́ue solutionis vsque ad decimum Augusti diem. His nundinis respōdēt aliæ in Flandria mense Septembri, sternunturq; mensæ, cambiaue aperiuntur, decima die Nouembris, & per totum eum mensem perseuerant solutiones. Secundæ nundinæ celebrantur in altera Metina, quæ appellatur *de Rueseco*. Atque in ea cambia aperiuntur decimaquinta die Septēbris, perseuerantq́ue vsque ad decimam diem Octobris. His respondent aliæ in Flandriæ celebratæ sub Domini natiuitatem, & cambia in eis aperiūtur decima die Februarij, solutionesque durant vsq; ad finem mensis. Tertiæ celebrantur Metinę campensi mense Octobri, cambiaque aperiuntur in eis mense Decembri, durantq; solutiones vsq; ad finem mensis. His in Flandria respondēt nundinæ Resurrectionis, in quibus cambia aperiuntur decima die Martij, & durant per totū mensem. Quartæ celebrantur in oppido *Villalon*, quorum cambia in medio quadragesimæ aperiūtur, & perseuerant vsq; ad Resurrectionem. Atque ei respondent in Flandria nundinæ Iunij quarū cābia mensi Augusti aperiūtur, & perseuerant vsq; ad finem mensis. Aliq̄ tñ quatuor nūdinæ, quæ in Hispanijs celebrantur, illæ præsertim, quę fiūt Metinæ Campensi, iussu Regis prorrahuntur, vt plus durent, vel quousque appellant classis ex mense Octobre, vel alijs de causis. Hanc autem cambiorum praxim à nundinis in aliquo locorū Castellæ celebratis, ad nundinas Flandriæ, ait Sotus esse vt solum concedantur tres menses ad solutionem vsque ad proximas nundinas celebrādas in Flandria, quod tempus sufficiens reputatur ad

transmissione literarū à Castellę Regno in Flandriam. Idem ẽt tẽpus conceditur è contra à nundinis Flandrensibus ad Castellæ nundinas. Si.n. Metinę in nundinis Maij campsor pecuniam numerat in fine Iunij, aut in principio Augusti, ad nundinas Flandrenses, soluẽda est pecunia in Flãdria in proximis nundinis Septembris, qñ in mense Nouẽbri cambia in eis aperiuntur, atq; ita de reliquis nundinis eo mõ, quo sibi correspondent.

Hæc Sotus. Ea autẽ non ita intelligo, quasi in principio nundinarũ, & reliquo anni tpe, non sumatur pecunia numerata ad cambiũ, si ita fuerit necesse, vel quasi literæ trãsmissæ, vt certa die, aut statim cũ puenerint, soluantur, soluendæ non sint tpe illis præscripto in pecunia numerata; sed qñ literæ, quæ solutionem in nundinis præscribunt, intelligendæ sint, quando mensæ earum nundinarum sternuntur, atque aperiuntur cambia.

5 Obseruandum ẽt est, non † censeri aliquem in nundinis emere credito, si soluat cõsignando pretium in bãcario, esto nõ soluat pecunia statim numerata: qñ bancarius, saltem in nundinarũ fine, soluturus est pecunia numerata quicquid, cõputatis oĩbus, restauerit soluendũ. Idem est, si merces emat cõsignando pretium in quocunq; alio a qui tandem eo modo, quo bãcarius, est soluturus. Solum ergo in nundinis emere censetur qs creditò, si emat pretio soluendo alio tempore.

6 Postremò obseruandum est, literas † cãbij regulariter non mitti ad bancarium, sed ad correspondentem, qui pecuniã eis contentam soluat, aũt recipiat. Correspõdens autem consignare eas literas in *banco*, vt bancarius pecuniam tpe, literis præscripto, soluat, si literæ contineant, vt aliquid soluatur eas deferenti; vel vt bancarius recipiat pecuniam eius nomine qui literas mittit, si literæ contineant, vt eas mittenti, aut illius respondenti, ea pecunia in eo loco soluatur.

His ita explanatis, Mercado. c. 13. citato, Sotus 6. de iust. q. 11. art. vnico, Nauar. c. vlt. de vsur. numero 37. & sequẽtibus, & in Manu. c. 17. n. 293. 7 referunt, multis † in locis eam vigere consuetudinem vt qñ bãcarius soluit literas cambij in pecunia numerata, accipiat ad rõnẽ quinque, aut sex, pro mille, quæ ita soluit secus autem si nõ soluat pecunia numerata, sed eo, cui talis pecunia debetur, consignante alijs, à quibus merces emit, aut quibus aliquid debet, pecuniam illam in *banco*, bancarioq; id acceptante aut aliquo alio modo ex supra explicatis, quibus pecunia non numeratur. Quando ergo aliquis ita à bancario debitũ suum recuperat, integrum id accipit, quod in litera cambij continetur: qñ bancarius consignationem totam summæ illius acceptat, soluendam tempore congruo in pecunia numerata, nisi tunc, propter compẽsationem aliquam, soluenda non sit in pecunia numerata. Tandem tñ, si bancarius, vel totam eam summam, vel partem illius, in pecunia numerata ijs soluat, quibus consignata fuit, accepit ad rationem quinque aut sex pro mille, quæ ita soluit. Atq; hac de causa, qui merces vendunt ijs, qui pretium consignatum sunt *in banco*, carius eas illis vẽdunt: tum quia tpe solutionis acceptius est bancarius ex pretio ad rõnem quinq;, aut sex, pro mille: tum etiam quia expectatur sunt solutionem vsque ad finem nundinarum. Hinc mercatores in nundinis, quando merces vendũt, interrogare solent modum futuræ solutionis, vt iuxta illum carius, aut vilius, vendant.

Vt verò melius intelligatur, qñ res, de qua disputamus, locum habeat, & simul abusus alij pãdantur, obseruandum est. Qñ quis pecuniã numeratam apud bancarium deposuit, vt deponens extrahat illam, non decipere bancarium ad rõnem quinque, aut sex pro mille, sed merè gratis eam extrahere. Eadem rõne, si literas cambij, aut alias mittat, vt ex illa sua pecunia aliquid alicui detur, nihil accipit bancarius, vt id in pecunia numerata soluat. Quia neq; iustum titulum ad id habet, neq; arbitror id esse in more positũ in eo cuentu. Quin potius fertur, bancarium aliquibus in locis, ob lucrum magnũ, quod vsu pecuniæ depositæ reportat, solere tradere deponenti interesse aliquod putà ad rõnẽ quotannis quatuor, aut quinque, pro mille, & in quibusdã alijs consuetudine esse receptum, vt, si deponens in pecunia numerata deponat decem millia ducatorũ v. g. habeat creditũ apud bancarũ aliorum quinq; milliũ vltra illa decem millia, ita videlicet, q, si deponẽs cõsignet alijs in eo banco vsq; ad quindecim millia ducatorum, bãcarius literas acceptet, seq; astringat ad ea oĩa loco illius soluenda, nullo ab eo deponente accepto stipendio pro maiori illo credito, & obligatione, q̃ loco illius in se suscipit. Quãnis aũt Sotus 6. de iust. q. 11. ad finem art. vlt. approbare videatur hoc fm; vtrum quetñ ex natura rei est vsurarium, si bancarius ex pacto, & non ex aĩo liberali ac grato, illud efficiat: vt patet, quoniam est lucrũ ex mutuo. eo qđ genus id depositi mutuum sit, vt ostensum est. Ad hanc nostrã sententiam accedunt Nauar. in Comment. c. vlt. de vsur. nu. 4. & in Manu. nu. 293. citato, & Mercado vbi supra. Si aũt bãcarius ex aĩo liberali & grato id præstaret, in recompensationem beneficij accepti, animoque ea via alliciendi deponentem ad continuandum depositum, neque vsura, neq; peccatum, non interueniente scandalo.

Mercado cap. 13. citato ait, id, de quo disputamus, solum habere locum, qñ is, qui literas cãbij transmittit, nullum depositum habet apud eum bancarium, apud quem sunt consignandæ. Tunc enim, vt bancarius se obliget ad solutionem eius pecuniæ in fine nundinarũ, consuetudine aliquibus in locis est receptum, vt accipiat ad rationem quinque, aut sex pro mille; quę ita in pecunia numerata soluerit, idque vltra stipendiũ, quod alioquin solet accipere pro expediendis illorũ negotijs qui ipsorum cambium frequentãt. Eum verò affirmat Mercado esse iustum titulum. Quoniam sicut fideiussor accipere potest pretium cõpetens pro obligatione, quam in se suscipit, fideiubendo pro alio, vt disp. 319. visum est, sic bancarius, vt in se onus suscipiat soluendi pecuniã in fine nundinarum loco eius, qui transmittit literas, iuste accipit pretium illud. Præterea innuit, literas sub hac forma ad correspondentem mitti.

Dabis

Dabis mille talibus nundinis, consignando has literas in bancorum sex pro mille, quæ ita fuerint soluta. Innuit verò sensum esse, vt in *banco* consignentur mille & sex, quæ omnia is, qui literas defert, consignare possit ijs, a quibus merces emit, aut aliud debitum soluit, vt illi soluantur in *banco* in fine nundinarum. Quando autem bancarius in fine nundinarum aliquid summę illius soluerit in pecunia numerata, vel ei, qui literas detulit, vel alijs, quibus hic debitum illud consignauit in eo *banco*, accipiet bancarius ad rationem sex pro mille, quæ ita soluerit. Quo fit, vt tandem illa sex is soluat, qui literas misit, quique ea concessit illi vltra mille, cui literas dedit, vt esset contentus illo minus vtili modo solutionis in *banco*, vt tantundē deuenirent ad bancarium, si illa soluerat in pecunia numerata.

Addit, cum, qui literas mittit, vbi ipsi consulere concedendo sex illa vltra mille: eo quod, cū pecuniam in eo *banco* nō hēret, summa illa sumēda ibi esset ad cambium noīe ipsius: cambia autē, dū nundinæ durant, cara admodum sunt, multis sumentibus tunc pecuniam ad cambium, vt sua peragant negotia: finitis verò nundinis, non solent esse cambia adeo cara: vt ergo finitis nundinis pecunia minori cum interesse ad cambium sumatur, vt bancario satisfiat, debitumq; illud soluatur, eligit, qui literas mittit, concedere potius bancario ad rationem sex pro mille, vt loco ipsius onus in se suscipiat soluendi illa mille in fine nundinarum.

Ad hanc eandem sententiā vt accedere Sot. 6. de iust. q. 11. art. vnico, tametsi nō ita dilucidè illam explicet. Innuit verò legē esse in Regno Castellæ, qua sex illa bancario tunc concessa, quando pecuniam numerat. Merito tñ Nauarr. in comm. citato id reprehēdit: qm̄ si quid antea ea de re sancitum à Ferdinando & Elisabetha fuerat, ab eisdē fuit reuocatum. l. 5. tit. 18. lib. 5. nouæ collect.

Nauar. in com. citato, nu. 37. & in Manu. c. 17. n. 293. absolute damnat consuetudinem accipiendi quinque, aut sex, pro mille ab eo, cui pecunia ex illius præscripto numeratur, qui illam consignauit in *banco*, atque bancarium teneri restituere illa quinque, aut sex, illi, cui eam enumerat. Solum excipit, quando is, cui est soluenda, vendidit merces carius ratione illius grauaminis, quod erat subiturus, aut quando mere gratis condemnari voluit is ea quinque, aut sex, bancario, quod tamen non est præsumendum. Ducitur, qm̄ operas, quas bancarius impendit, & si quid aliud pretio æstimabile efficit, id totum facit in obsequium eius, qui præscripsit, vt eam pecuniam solueret, & cuius vices subit: quare solum ab illo pōt stipendium petere, non verò ab eo, cui pecuniam numerat.

Supponit autem Nauar. vsum esse, vt in *banco* non consignentur mille, & vlterius sex, quæ bancarius tandem est accepturus, quando pecuniam numerauerit, sed solum mille, quæ ei debentur, *cui pecunia* consignatur. Immo refert sibi contigisse, cum accepturus esset pecuniam a bancario ex *literis* cambij alionde allatis, noluisse bancarium eam ei soluere, nisi accipiendo ex ea pecunia *ad rationem* sex pro mille, neque quicquam profecisse admonendo bancarium, non posse iustè illa accipere.

Sequentibus verò conclusionibus dicam tandem quid de hac re sentiam. Prima est. In † euentu, in quo bācarius suscipit in se obligationem soluendi in fine nundinarum loco alicuius pecuniā, quam is depositam non habet apud bancarium, non videtur damnādum, quod bancarius accipiat ad rationem quinque, aut sex, pro mille, quæ ita soluerit; præsertim vbi id more est positum. Probatur, quoniam habet ad id iustum titulum, nempe suscipere in se obligationem illam, vt Sotus & Mercado rectè affirmant. 8

Secunda cōclusio. Interesse illud soluere eis formaliter, aut virtute, debet, cuius nomine pecunia illa primò consignatur in *banco*, non verò illi qb. pecunia est soluenda. Probatur ratione Nauarri, quoniam re vera id oneris, quod bancarius subit, loco illius illud subit, cuius nomine ea pecunia consignatur primò in suo *banco*, & in cuius gratiā se astringit ad eam soluendam, ergo is soluere debet stipendium illud, non verò illi quib. pecunia est soluenda.

Quod si is, qui mille alicui debet, consignet illi mille & sex in *banco* propter stipendium, qđ tandē bancarius est acceptarus, vt Mercado fieri affirmat, tunc re vera ipse est, qui formaliter tale stipēdium soluit. Si autem solum cōsignet mille: id verò, propter quod ea consignet, non plus mereatur, quam ea mille ita consignata, ex quibus bācarius detracturus est, sex in suum stipendium, idq; intelligat, aut intelligere debeat is, in cuius fauorē consignantur: tunc re vera qui primo ea mille consignat, virtute soluit bancario sex, ex illis dum ea lege ea mille consignat, vt eodem bancarius tempore solutionis ex illis accipiat sex.

Tertia conclusio. Quando mille tantum eo modo soluenda consignantur in *banco*, atque ea omnia in pecunia numerata ab eo illi debentur, cui consignantur, neque is cui debentur, rationem habuit aliud existimandi, tunc potest nihilominus bancarius, quando pecuniam numerat, accipere ex illis mille suum stipendium: eo quod ea lege cēsetur voluisse se obligare ad eam solutionem, vt ex pecunia numeranda solitum acciperet stipendium. Is tamen, cui integra debebatur, ius habet aduersus eum, qui illam consignauit, vt sibi restituat stipendium, quod bancarius inde accepit, qui sane tenetur id soluere.

Quarta conclusio. Qñ non præcessit obligatio, quam bācarius in se susciperet pro pecunia, quam nomine alterius numeraret ac solueret, nihil potest detrahere de pecunia, quam numerat ac soluit, sed contentus esse debet stipendio, quod alio quin accipere ab eo debet, cuius negotia agit, & quo dignus est pro obsequijs; quæ in illius gratiā præstat. Probatur, quoniam numeratio ac solutio illius pecuniæ si eam det, vt iterum in eodem loco restituatur, rationem habet mutui: pro mutuo autem nihil vltra sortem potest licitè accipere. 9

Hoc † loco de abusu alio, quem exercere solent bancarij, est dicendum. Qñ enim pecunia aliqua consignata est in suo *banco*, soluenda in fine nundi

natum, si is, cui primo est consignata, vt ei soluatur, aut alij, a quibus hic merces emit, quousq; ctedatores debiti illius loco sui constituit, aliquando pecuniam illam velint ante finem nundinarum, solent nonnunquam bancarij eam illis dare, cæterum ea lege, vt soluant interesse, cum quo pecunia eo tempore datur ad cambium ad aliqua loca, vel quoduis aliud interesse.

Est autẽ, quicquid ita accipitur, vsurarium, cũ obligatione id restituendi: qm̃, anticipata ea solutio, virtute est mutuũ, atq; adeo vsura est quicquid ea de causa accipitur: nisi fortè accipiatur ob æquale lucrum, quod re ipsa actu ex eo bancario cesset, quod anticipata ea solutio fiat: id qđ rarò eueniet. Lóge maiori cum ratione peccant restituereq; tenentur quando iam tempus pecuniæ numerandæ aduenit, & ne solutionem differant, continuoque creditorem expediant aliquid ab eo accipiunt.

Qđ. n. ita accipit, totũ est inuolũtariũ mixtè, iniusteq; acceptũ, nisi de liberali animo dãtis cõstet.

## De cambio ob diuersum valorem, quem in diuersis locis habet pecunia, non comparatione minutarum pecuniarum, sed ex circumstantijs concurrentibus: concluditurque res tota de cambij.

### DISPVT. CCCCX.

*SVMMARIVM.*

1 *Cambium an variandum, & regulãdum secundum maiorem & minorem valorem pecuniæ, quem ipsa habet de loco ad locum.*
2 *Cõmutatio æqualis pro æquali ex natura rei licita est.*
3 *Pecuniæ commutatio in maiori vel minori quantitate, quando licita.*
4 *Cambium de loco ad locum, an iustum sit, vel ne, ad tria capita recurrendum.*
5 *Campsor potest licite aliquid accipere pro vniuersali transportatione pecuniæ.*
6 *Cambiorum iustum prætium inconstans, & varium.*
7 *Pretium commune pecuniæ quomodo iustum iudicãdum in diuersis locis.*
8 *Ducati diuersus valor quomodo intelligendus, & regulandus.*
9 *Confessariorum instructio in materia cambiorum.*
10 *Proxenetæ, & famuli campsorum, & alij cooperantes ad illicita cambia, quando peccent, & ad restitutionem teneantur.*

DVplex genus valoris pecuniæ distinximus disp. 406. Posterius erat, quo pecunia, non hæc, vel illa, alicuius loci, sed tota, plus valet in eo loco, quam pecunia tota alterius loci valeat in hoc alio loco, collatione facta æqualis quantitatis pecuniæ vnius loci, cum æquali alterius, nihil impediente, quod pecunia vtrobiq; sit eiusdẽ materiæ quo ad qualitatem & quantitatem, seu pondus, & eiusdem signi, & quod vtrobiq; sit illi impositus æqualis valor comparatione cæterarum eiusdem loci. Hunc valorem diximus non prouenire ex pecunia ipsa in se, sed ex pecunia ipsa in se, sed ex circumstantijs, esseq; valde inconstantem at varium mutatis circumstantijs, neq; consistere in indiuisibili, sed habere latitudinẽ iusti, non secus ac mercium valor in indiuisibili non consistit interim dum lege non est taxatum. Quod itaq; hac disputatione inquirimus est, nũ, ob diuersum †hunc valorem, licitum interdum sit ascendere in cambio pecuniæ de loco ad locum, oporteatque interdum descendere, iuxta maiorem, vel minorem, valorẽ, quẽ pecunia eis in locis habuerit. Cui quæstioni affirmanter est rñdendum cum Soto 6. de iust. ir. q. 12. art. 2. & seqq. Nauar. in com. c. vlt. de vsur. nu. 51. 59. 65. & seq. & in Man. c. 17. n. 294. & seqq. & cum alijs. Probari aũt potest, qm̃ licita ex natura rei est commutatio æqualis pro æquali, quo ad valorem: ergo, si in aliquo tempore tm̃ valent in Flandria tercentum sexaginta marauedini, quantum Metinæ quadringenti, propter nummorum penuriam, quæ sit in Flandria, & abundantiam Metinæ, & propter circumstantias alias concurrentes, licitũ erit, cæteris paribus, cambium tercentorum sexaginta marauedinorum, quæ dẽtur in Flandria, pro quadringentis Metinæ reddendis, & è contrario, licitum erit cambium quadringentorum, quæ dentur Metinæ, pro tercentis sexaginta, quæ in Flandria reddantur. Sicut licita est permutatio centum mensurarum vini, aut olei, in Hispanijs, pro octoginta. v. g. quæ reddantur in Flandria, & è contra, octoginta, quæ dentur in Flãdria pro centum, quæ reddantur in Hispanijs: eo quod tm̃ valeant octoginta mensuræ vini, aut olei, in Flandria, quantum centum in Hispanijs, vnde, vinum, & oleum, in Flandriam deferunt. Quo fit, vt hac ratione licitum sæpe sit cambium maioris quantitatis pecuniæ, quæ datur vbi ex capite, de quo agimus, minus valet, pro minori quantitate reddenda vbi ex eodem capite plus valet: & è contrario, licitũ sit cambium minoris quãtitatis pecuniæ in loco vbi ex eo capite plus valet, pro maiori reddenda, vbi minus ex eodem capite valet. Ad hunc autem maiorem aut minorem, pecuniæ valorẽ, aiunt Sotus vbi supra, & Mercado in tractatu de cambijs ca. 5. & sequentibus, respicere potissimum campsores a loco in locum nostra hac tempestate, ex illoque eorum cambia iustificari.

1 Aduersus hoc potissimũ fundamẽtum cambiorum, quę hodie de loco in locũ fiũt, obijciet aliqs. Obiec. Si a loco, in quo minor est copia, & maior necessitas pecuniæ, licitum est cambire minorem pecuniæ quãtitatem pro maiori reddẽda, vbi maior est illius abundantia, & minor necessitas, idq; propterea quod ex circũstantijs illis minus valet pecunia in vno eorum locorũ, quam in alio sequeretur, licitum etiã esse cambium minoris quantitatis pecuniæ tpe, quo minor est illius copia, & maior necessitas in aliquo loco, pro maiori quantitate reddenda in eodẽ loco tpe, quo in eo maior erit pecuniæ abundantia, & minor necessitas, consequens autem nullus concedetur: ergo neq; antecedens.

Sotus artic. 2. citato negat id sequi. Neq; aliam rationem reddit, nisi quia, quando pecunia reddenda est in eodem loco, sed alio tẽpore, cernitur

mutuum:

mutuum: rõne autem mutui nihil põt accipi: qñ verò reddenda est in alio loco, cernitur camb um duarum rerum æqualium in valore, tamersi inæqualium in quantitate, quod est licitum. Cæterũ solutio hęc non satisfacit: Qñ in mutuo etiam, si id, quod reddẽdum est, æquale est in valore tpe, quo est reddendum, cum eo, quod mutuo datur, tempore quod mutuo datur, licitus est cõtractus, nihil impediente, ꝙ sit reddẽdum in maiori quãtitate, q̃ fuerit acceptum. Verbi gratia, licitè quis mutuo dat duas tritici mensuras, qñ singulæ valent duos ducatos, pro quatuor reddendis tempore nouorum, si probabiliter credatur, singulas eo tempore, plus minus, esse valituras vnum ducatum: qñ cernitur æqualitas quo ad valorem inter datum & accipiendum, quamuis inæqualitas cernatur in quantitate, seu numero mensurarũ, quę dantur, & accipientur. Imo verò esset vsura, mutuare quatuor tritici mensuras tpe, quo singulæ valent vnum ducatum, pro totidem, quæ reddantur, qñ singulæ valere sperantur duos ducatos, vt iuxta ca. nauiganti, de vsuris, suo in loco dictum fuit, Sotoq; ipse affirmat. Quare, si in eodẽ loco tantum valet modò minor pecuniæ quãtitas propter illius penuriam & necessitatem, quãtum in eodem loco valitura est postea maior quantitas propter abundantiam illius, quæ speratur, nõ est cur ob eam rationem negetur id sequi.

Legitima verò ratio, quare negandum sit id sequi, reddita est in calce disput. 406. Quia videlicet pecunia, siue illius sit magna penuria & necessitas, siue maxima copia & abundantia, numquã comparatione loci, in quo est, habet rationẽ mercis, sed semper retinet pretiũ seu valorem lege taxatum, aut consuetudine receptum (loquor de regionibus, in quib. ptia monetarum sunt fixa, neque pendent a voluntate & pacto priuatorũ) eaque de causa, comparatione eius loci, non habet maiorem valorem vno tpe, quam alio, sed solum vt commutetur pro pecunia in alio loco, vt ibidẽ explicatũ est. Obserua tamen, ratione lucri ex eo cessantis, quod quis mutuo det pecuniam tempore, quo minor est illius copia, & maior necessitas, vt in eodem loco restituatur tempore, quo futura est maior illius abundantia & minor necessitas; licitè potest accipi incrementum, quantũ lucrum illud cessans æstimabit. Vt si tpe, quo magna est penuria & necessitas pecuniæ, decrescant ea de causa merces in pretio, isq; qui pecuniam habet, empturus erat tunc merces, quibus lucraretur, aut aleret suam familiam, atque, quod eã alteri concedat restituendam in eodem loco, priuetur eo lucro, aut emergat illi damnum, quod empturus sit postea maiori pretio necessaria ad familiam; vtique, qñ illam concedit, deducere poterit in pactũ incrementum vltra sortem, quantum tale lucrum cessans, aut damnum emergens, æstimabitur. Simili modo, si erat daturus eam alteri ad cambiũ in alium locum cum notabili lucro, atque, vt eã concedat reddendam in eodem loco priuetur eo lucro; sanè tantum incrementum poterit licitè deducere in pactum, quantum æstimabitur lucrũ quo ea de causa priuatur.

3

Vt quasi ad summam redigendo rem hanc totam de cambio a loco in locum, eam in reliquo huius disputationis concludamus; ad tria capita est simul conijciendus oculus, vt iudicetur, an cãbium iustũ sit, vel nõ, quantumq; fas sit accipere in vnoquoq; cambio incrementi, & qñ oporteat, vel nihil accipere summam, quam sit data, vt cãbium iustum sit. Non loquimur aũt de cãbio sicco, de quo sat sint, quæ diximus disp. 404. sed de reliquis dumtaxat cambijs de loco ad locum. Propterò tria illa capita, non eodem ordine commemorabimus, quo explanata sunt.

Primum caput est diuersus valor, quẽ eadem pecunia habet in diuersis locis comparatione minutarum pecuniarum. Atq; si cambia fiãt sub nomine maiorum monetarum, vt ducatorum, scutorum, regalium argenteorum, vt fieri solent, diuersusq; sit valor talis monetæ in loco, a quo, & ad quem, cambitur, disp. 407. aduersus doctores alios ostensum est, quamuis aliqualis consideratio habenda sit maioris illius, aut minoris, valoris, inde tamen parum admodum ascendendum esse in cambio, vt sit iustum.

Contra autem, si cambium exerceretur sub nomine minutissimarum monetarum (ꝙ tñ fieri non cõsueuit) vt, v.g. sub noïe marauedi morum, vt *reais* tradentur in Lusitania, aut è contrario; tunc, quia marauedini plus valent in Castella, q̃ *reais* in Lusitania, vt eadem disputatione est ostẽsum, rõ esset habenda eiusmodi maioris, aut minoris valoris. Si.n. secludas cætera capita, vnde ascẽdere licet in cambio, aut decrescere oportet, nõ esset cambium ad ęqualitatem, ac proinde esset iniustum, cum restituendi onere, si pro tercẽtum septuaginta quatuor *reais*, qui in Lusitania darẽtur, acciperentur in Castella totidem marauedini: quoniam in Lusitania solum darentur paulò plus, quam nouem regales argentei, & acciperentur in Castella vndecim integri.

Scdm caput est, transportatio pecunię formalis, aut virtute, a loco, in quo campsor illam dat, ad loco, in quo eã recipit; ex quo capite tm̃ licitè campsor ascendit in cambio, quantum prudentis arbitrio ęstimabitur valere illam transportationem, attenta locorum distantia, ac difficultate, cęteris q; circumstantijs concurrentibus, vt disput. 403. & duabus seqq. est explanatum.

Tertiũ caput est, diuersus valor pecunię in distinctis locis hac, & disp. 406. explicatus, ex abundantia, aut penuria, ac necessitate illius, atque ex alijs circunstantijs. Ac, licet tam ex hoc capite, q̃ ex virtuali transportatione, liceat ępe campsori simul ascendere in cãbio, interdũ tñ ex hoc capite opus erit descendere, vt contractus sit ęqualis ac iustus, pp minorem valorem pecunię vbi illã dat, quã in loco, in quo eam est recepturus, vt dictum est. Quòd si pecunia tm̃ minus valeat in loco, vbi datur, q̃ vbi est recipienda, quantum valet transportatio, tunc, vt contractus ęqualis sit, ac iustus cambium fieri debet ad ęqualitatem quantitatis pecunię, quę datur, cum ea, quę est accipienda, fitq; compensatio valoris transportationis, cum minore valore pecunię, vbi datur.

Si autem valor transportationis excedat id, qđ minus valet pecunia vbi datur, q̃ vbi est accipienda, tunc id excessus licet ascendere in cambio quoad quantitatem pecuniæ, quæ est recipienda. Cõtra verò, si id, ꝙ minus valet pecunia, vbi dat', excedat valorem transportationis, tunc tantundem opus erit accrescere in quantitate pecuniæ, quę datur, cõparatione eius, quę est accipienda, vt cõtractus sit iustus. Quia tñ tam valor transportationis pecuniæ, quam excessus valoris, quẽ pecunia ex tertio capite habet in distinctis locis, in indiuisibili non consistunt, sed habent certã latitudinẽ intra limites iusti, atq; vt contractus iustus sit, satis est, si contrahentes latitudinem totã iusti non egrediãtur, inde efficitur, ꝙ latitudo iusti in cambijs, computatis capitibus omnibus vnde ascẽdere liceat, aut descẽdere oporteat in cambio, in indiuisibili non consistat, sed eo maior sit, quo plura capita concurrunt, ex quib. simul spectatis, arbitranda est latitudo iusti in cãbio a loco in locum.

Obiec. Sotus 6. de iustitia q. 12. art. 2. ait, quando locum habet caput tertium, quia scilicet accipitur incrementum, eo quod plus valeat pecunia, vbi illam dat campsor, quam vbi eam accipit, nefas esse accipere insuper aliud incrementum ratione virtualis transportationis, nisi forte parum.

Possumus verò id confirmare, qm̃ qñ tu mihi transportas pecuniã ex loco, vbi minus valet, in locũ, vbi plus valet, mihi, cuius sumptib. trãsportatur, dẽt plus valere, & nõ tibi, qui meis sumptibus eã trãsfers; ergo, si cãpsor pretiũ accipiat pro formali, vel virtuali, transportatione pecuniæ ad locũ, vbi plus valet, nefas illi erit accipere ẽt pretiũ pro maiori valore, quẽ pecunia in eo loco hẽt, vel certè, si pro maiori hoc valore ptiũ accipiat, nefas illi erit accipere ẽt pretium pro transportatione, qñ quidem eo ipso nihil censeatur transferri ei, qui pecuniam accipit ad cambium.

Decis. Hoc tñ argõ non obstante, arbitror probabilius esse, posse † licitè aliquid accipi pro virtuali transportatione, seu potius pro leuamine, quo is, qui cambium petit, leuatur a transportatione eius pecuniæ. Probatur qm̃ reuera, reddendo illi æquualens in valore in loco, in quo pecunia indiget, adhuc eum leuo onere transportandi, & collocandi ibi eum valorem: hic aũt effectus pecunia est æstimabilis, ac vendibilis cõparatione illius: ergo licitè, pro eo effectu in illius fauorẽ efficiẽdo, possum accipere iustũ stipendium, nihil impediente, ꝙ per accidens ego facilè illum efficiam, absque meis sumptibus propter correspondentem quem ibi habeam, vt disp. 403. explanatum est.

Confirmatur, qm̃, demus arbitrio mercatorũ prudentium, tantum, v.g. valere trecentũ septuaginta in Flandria, quantum Metinæ quadringenta, & præterea, virtualem transportationem, seu potius leuamen a transportanda ea pecunia a Flãdria in Metinam, quæ correspondet valori eius, quæ datur Metinæ, valere decem, tunc licitum est cambium quadringentorum, quæ a campsor dentur Metinæ, pro tercentis septuaginta, quæ reddantur in Flandria, ita quòd centum sexaginta, reddantur ad æqualitatem in valore pro pecunia, quæ datur Metinæ, & reliqua decem reddantur pro leuamine a trãsportatione a Flandria in Metinã: ergo pari rõne, si cãpsor de tercentũ sexaginta in Flãdria, accipere poterit Metinæ aliquid vltra quadringenta, ita quod quadringenta, sint in recompensationem ad æqualitatem pro pecunie data in Flandria, & excessus sit pro leuamine ab onere transportandi pecuniam à Metina in Flandriam. Consequentia perspicua vẽ, cum in neutro cambio cernatur translatio formalis pecunię, sed solum leuamen ab onere eam transferendi, & in vtroque cambio, secluso eo, quod accipitur pro leuamine ab onere transferendi pecuniam, cernatur æqualitas in valore inter datum, & acceptũ, habitatione diuersi valoris, quem ex circunstantijs pecunia in illis locis habet.

Antecedens verò non negaret Sotus, qa in eo cãbio nihil accipitur pro maiori valore, quẽ pecunia hẽt vbi cãpsor eã dat, cũ valeat minus Metinæ, vbi eã tradidit, q̃ in Flandria, eaq; de cã minº pecuniæ accipiatur in Flandria, q̃ detur Metinæ, Sotusq; ipse affirmet qñ non accipitur incremẽtum ex capite maioris valoris pecuniæ, quem in distinctis locis habeat, licitum esse accipere incremẽtũ ob virtualem pecuniæ transportationem.

Quo loco obserua, cãpsorem, secluso eo, quod accipit ratione virtualis transportationis, nũquã accipere incrementum, neque in valore, neq; in quantitate pecuniæ, in loco, vbi pecunia plus valet, sed in loco, vbi minus valet, accipere incremẽtum, non quidem in valore, sed in quantitate pecuniæ, ad recompensandum maiorem valorem, quem sua pecunia habet in alio loco.

Ad argumentum ergo, quod pro contraria sententia confecimus, dicẽdum est. In primis supponere falsum, nẽpe cãpsorẽ accipere incrementum in loco, vbi pecunia plus valet. Deinde est dicendum, antecedens esse verum, qñ re ipsa est translatio pecunię; secus autem, quando, dando æquiualens in vno loco, pro æquiualente in alio, is, qui illud accipit, leuatur ab onere id transportãdi: tũc enim, quod ab vnoquoque datur, valet, ei, vbi datur, & non alibi: & insuper, qui, ad alterius petitionem, ipsum per eam commutationem leuat à transportatione pecunię, accipere potest iustum stipendium pro eo leuamine.

Ex proximè dictis facile patet, damnandũ nõ esse, quod campsor pro tercentis sexaginta, quę dat in Flandria, plus accipiat Metinę, quam idẽ campsor det Metinę pro tercentis sexaginta, quę sibi reddantur in Flandria.

Ait enim Sotus minime variato pecunię valore in vtroq; loco, consuetum esse suo tempore, vt cãpsor Metinę daret quadringenta & decem, pro tercentis sexaginta accipiendis in Flãdria: è contra vero, qñ dabat cãbium a Flandria in Metinã, pro tercentis sexaginta, quę dabat in Flãdria, accipiebat Metinę quadringenta, & triginta.

Hoc autem damnat Sotus, quoniam, inquit, si primum cambium erat æquale, secundum est inæquale. Responderi tamen optimè potest, vtrunque cambium hac ratione posse esse iustum. Quoniam tercentum sexaginta in Flandria, ob varias

circun-

circunstantias, valere poterunt, quantum Metinę quadringenta & viginti. Ac tunc, si cambiũ petatur à Metina in Flãdriã, iustè detrahit campsor decẽ à quadringẽtis viginti pro onere, quo leuat eum, qui cambium petit. Si verò petatur cambiũ à Flandria in Metinã, iustè addit decẽ supra quadringẽta & viginti, quę sibi reddãtur Metinę propter onus, quo leuat eum, qui cambium petit.

Cum, vt dictum est, pecuniarum iustus valor distinctis in locis, vno & eodẽ tpe, non consistat in indiuisibili, sed latitudinem non secus habeat, ac merces lege minime taxatæ, & præterea pretiũ iustũ pro virtuali trãsportatione pecuniæ de loco in locũ in indiuisibili ẽt non consistat; cõsequens est, vt pretium iustum cãbiorũ, non solum ad diuersa loca, sed ẽt ad vnũ & eundẽ locũ, vno & eodẽ tpe, latitudinẽ habeat. Cũ itẽ facilè mutentur rerũ circumstantiæ, ex quibus valor pecuniæ, qn & trãsportationis, accrescit & decrescit, ẽt in vno & eodẽ loco, per cõparationẽ ad alia; consequens
6 † est, vt iustũ cãbiorũ pretium inconstans sit & varium, non solum ad diuersa loca, sed ẽt ad eundẽ varijs temporibus. Præsertim cum sicut, accrescẽte, aut decrescente, pecunia, pretia iusta aliarum rerum variantur: ita varientur iusta lucra, quæ ex cãbio intenduntur, nolentibus hominibus applicare suas pecunias ad cãbiũ sine maiori lucro, sed potius illas conuertentibus ad vtiles alias negotiationes. Hinc admonuerim in exemplis, cãbiorum à loco in locum, quæ à nobis sunt proposita, & quæ apud doctores leguntur requirendam nõ esse veritatem, quasi cãbiorum praxis ad ea loca eis respondere debeat: temporis.n. progressu, variatis circumstantijs, mutantur, & cõperiuntur in praxi longè diuersa. Cum autem pretium iustum naturale cuiusque rei in vnoquoque loco multũ pẽdeat ex cõi æstimatione illius rei in eo loco, vt disput. 348. & aliàs sæpe, dictum est; consequens
7 est, vt cõe † pretium, quod diuersis temporibus in foro cambij ab vno loco in alium determinatũ comperietur, damnandum nõ sit, quin potius sit habendum pro iusto & vt mensura, ad quam sit iudicandum, eos qui per excessum, aut defectum, multum, ab eo deuiant, limites iusti pretij transgredi. Hæc tñ doctrina intelligenda est, modo tale cõe pretium introductum non sit per fraudem monopolij, aut aliã similem. Si enim qui in nundinis pecuniam retinent, inuicem conueniant, vt nullus, nisi cum tanto incremento, det ad cãbiũ; atque id incrementum sit vltra cõe pretium rigorosum, quod, secluso eo monopolio, erat futurũ; sanè, qui in causa fuerunt illius excessus vltra pretium alioquin iustum, non solum lethaliter peccarunt, sed etiam restituere tenentur id incremẽtum illis, à quibus fuerit acceptum. Simili modo, si ante nundinas, vel statim in nundinarum principio, aliqui ad cambium accipiãt cum minori incremento ad diuersa loca pecuniam totam, quæ in eo loco est, vt tempore nundinarum, aut in illarum progressu, illã cum longè maiori incremẽto ad suum libitum dent ad cambium ea indigẽtibus, eo ꝙ ipsi soli sint, qui illam obtinent; vtique, si eam concedant vltra pretium iustum rigorosum, quo alioquin in nũdinis foret cõcedenda, & quo æquitas postulat, vt concedatur, attenta pecuniæ quantitate, quæ apud ipsos est, lethaliter similiter peccant, cum onere restituendi. Quòd sineque hi, neque præcedentes, pretium iustũ rigorosum excedant, quod foret alioquin futurum, non cogerem illos restituere, iuxta ea, quæ fusius quo ad hæc omnia disput. 345. dicta, comprobataq; sunt: tametsi interuenire in eo possit peccatũ contra proximorũ, & patriæ caritatem, dignum, quod acerrimè prohibeatur, ac puniatur, vt ibidẽ dictum est. Qñ autem aliqui, præsumentes multũ valiturã esse pecuniam in nundinis aliquibus, ante earum aduentum acciperent ad cambium, ad diuersa loca totam pecuniã, quæ in eo loco est, vt postea illã concederent ad cambium maiori ptio iusto, qd æquitas tunc, iuxta circũstantias cõcurrentes, postularet, nõ esset cur lethalis peccati dãnarentur: qm̃ in his omnibus suo vterentur iure, neque cuiquã facerẽt iniuriam: eo ꝙ id ad artem, dexteritatemq; negotiandi, spectet. Intelligenda præterea est eadẽ doctrina, modo in pretium cõe non sit ratione alicuius capitis, ex quo aliquid in iustè accipiatur. Vt si pro maiori temporis prorogatione pecunia maiori pretio cõmuniter daretur ad cambium, q̃ alioquin foret dãda, & accipienda: tunc.n. peccatum esset, cum restituendi onere, accipere incrementum illud, nihil impendiẽte, ꝙ cõmuniter acciperetur. Vt.n. bene notat Nauar. in cõ. cap. vlt. de vsur. n. 57. emptorũ abundantia, quando res inique venditur, non facit accrescere pretium rei: neque pretium iustum illius rei est attendendum penes eorum communem vsum.

Duo postremò sunt obseruanda. Primũ est, in
8 cambijs † aliquando nomine ducati, eundem valorem intelligi in loco, in quo cambium concediture, & in quo postea est soluendum: & tunc incrementa, aut decrementa, exprimuntur, additione, aut detractione, ducatorum, quę in loco, ad quem cambium conceditur, sunt soluenda. Vt si accipiantur centum & decem, aut centum & quindecim, ducati in vno loco, pro quibus concedantur literæ ad alium locum, vt soluantur centum ducati: tunc enim accipitur incrementum decem, aut quindecim ducatorum. Hoc autem intelligo, etiã quando ducati diuersum valorem habeant in diuersis prouincijs lege taxatum, aut consuetudine receptũ, vt in Lusitania valet quidem hodie quadringentos *reais*, sed solum valet decem regales argenteos: contra verò, in Castella valet solum trecentes septuaginta quinque marauedinos, sed valet vndecim regales argẽteos & vnum marauedinum. Vnde quãdo hodie cambia à Castella in Lusitaniam sub nomine ducatorum fiũt, intelliguntur, qui proximè explicati sunt. Cæterũ, quia ducatus Castellæ excedit ducatum Lusitanię vno regali argenteo, si cambium datur à Castella in Lusitaniam cum incremento trium, aut quatuor, pro centum, accipiuntur in Castello cẽtum ducati, verbi gratia, & concedũtur in Lusitaniam literæ centum tredecim, aut centum quatuordecim ducatorum. Cũ enim centum ducati Castellæ, & centum & decem in Lusitania, æquales sint; eo

quod

quod vtrique sint mille & centum regales argenteos: qui cambium illud cõcedit à Castella in Lusitaniam, accepit incrementum trium, aut quatuor ducatorum Lusitanorum. Quòd si cum eodem incremento concederetur cambium à Lusitania in Castellam, acciperentur centum ducati in Lusitania, & concederentur in Castellam literæ nonaginta trium cum dimidio, aut nonaginta quatuor cum dimidio, paulò plus.

Et quoniam in Flandria frequẽs erat variatio monetarum quoad valorem, anno 1527. constituerunt mercatores certam æstimationem ac valorem monetis, qui perpetuò inter eos duraret, nihil impediente, quòd in republica valor pecuniæ mutaretur. Atque ita in literis cambij, quæ in Flandriam dantur, dici consueuit, solues tot ducatos, tertiam verbi gratia, partem in auro, & reliquam in argento, iuxta æstimationem monetarum, quæ anno 1527. facta est. Aliquando verò in cambijs nõ vtuntur mercatores nomine ducati in ea æstimatione, in qua est vsus in loco, in quo aut ad quem cambium conceditur, sed in æstimatione, quam ipsi confingunt, & statuunt in cõtractu cambij, quem ineunt; tantum videlicet ascendendo in valore ducati in loco, in quo cambium est soluendum, aut descendendo, quantum conueniunt, vt supra valorem ducati, in quo cambiũ datur, ascendatur, aut descendatur, attentis circumstantijs concurrentibus. Hoc modo accipi consueuerunt ad cambium in Flandria centum ducati valoris, verbi gratia, trecentorum sexaginta maraued inorum, pro totidem valoris quadringentorum maraued inorum, quę solueretur Metinæ, danturque in Metina literæ cambij sub hac forma, solues centum ducatos singulos valoris quadringentorum maraued inorum. Cum tamen Metinæ, neque quondam, neque hodie, sint ducati eius valoris, aut confinguntur à mercatoribus ad sua cambia, ac negotiationes. Similique etiam modo confinguntur ducati, aut scuta ad alia loca diuersi valoris, prout mercatores inter se conueniunt. Quamuis autem Nauar. in commen. c. vlt. de vsuris nu. 53. inuehatur in hos ducatos imaginarios ac fictitios, postea tamen in Manua. c. 17. in calce. nu. 302. illos damnandos non censet, sed admittendos potius.

Secundum est. Quæ in hac de cambijs materia dicta sunt, secundum indulgentiam esse accipienda. Pro instructione † quippe confessariorum, & aliorum, qui ea de re interrogantur illam extendimus, quantum iustitiæ limites patiuntur, ne restituere præcipiant, qñ campsores non tenentur, atq; ne id damnent, quod damnandũ non est: nõ verò, q cambia, quàm sæpissimè, dissuadenda nõ sint hominibus propter abusus, quos sæpe in eis committunt, & propter pericula amittendi sempiternam beatitudinem, quibus se exponunt parum timorati, qui huic negotiationi incumbunt.

Quod † verò attinet ad proxenetas, famulos campsorum, & ad alios cambia illicita cooperantes, num peccent, restituereque teneantur, idem protsus dicendum est, quod disp. 331. de cooperantibus ad vsuram est dictum.

# De Contractib.

## Societas quid sit.

## DISPVTATIO CCCCXI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Societas quid.*
2 *Societas in dubio an præsumatur, an vero locatio, dum aliquis tradit alicui animalia custodienda, promittendo illi partem fructuum aliquotam. Et quid de institore, seu factore, & alijs ministris mercatoris. nu. 3.*
4 *Societas duobus modis contrahi potest.*
5 *Societas quare contrahi potest, vt unus capitale uel partem illius ponat, & alter industriam, quod secus in mutuo.*
6 *Capitale per unum ex socijs positum in societate, efficitur commune omnibus socijs.*
7 *Dominium eorum, quæ ex capitali post contractam societatem acquiruntur, cui ex socijs intelligatur acquiri.*

EXplicatis cambijs, de contractu societatis est disserendum. Societas, cõsentaneę ad Ciceronem, & Azonem in summa C. pro socio, quos ęqreri sequuntur, sic potest definiri. Est † cõtractus, seu cõuentio duorum, aut plurium, contribuendi ad commune lucrum, vel ad vsum. Qui autẽ eam inter se ineunt, socij nuncupantur. Societas autẽ solo contrahentium mutuo consensu exterius expresso, perficitur: eaq; de causa, neque traditione, neq; scriptura indiget, vt completus censeatur, nisi contrahentes suspendere velint contractum, vt scriptura perficiatur; potestq; celebrari nõ solum inter præsentes, sed etiã inter absentes per epistolam, aut internuncium; eo modo, quo hæc omnia circa emptionem & venditionẽ disp. 337. explanata sunt: constant autem ex §. vnico. Inst. de obligationibus ex consen. & ex l. 4. ff. pro socio, consentitque communis doctorum sententia. Quo fit, vt societatis contractus in sola conuentione contribuendi ad commune lucrum, aut vsum, consistat: contributio verò, negotiatio, ac administratio, rerum contributarum, & diuisio postea lucri, ad exequutionem, atque ad implerionem obligationis contractus societatis spectent. Contributio vero in re proposita intelligitur, sive, qđ cõtribuitur, pecunia sit, sive animalia, aut aliud simile, sive sint operæ, aut industria alicuius, aut aliquorũ ex socijs. Vt. n. ex dicẽdis liquebit, interdũ cõtrahitur societas, vno sõciorum pecuniã contribuẽte, & altero operam & industriã ad illa negotiandũ; aut vno cõtribuente animalia, & altero custodiã & administrationem, aut simul etiã pastũ.

Dictum in definitione est, ad commune lucrũ. Quoniam si vnus alteri tradat animalia ad custodiam, aut pecuniam ad negotiandum, ita vt lucrum totum sit id tradentis, & alius certum pro operibus & industria accipiat stipendium, non erit societas, sed locatio ex parte eius, qui operas & industriam apponit, & cõductio ex parte eius, qui pro operibus & industria stipendium tribuit; idque, si stipendium sit pecunia; si autem sit aliquid

Digitized by Google

quid aliud, vt tot pulli aialium sibi in custodiam traditorũ, aut aliud simile, erit cõtractus annominatus, do: vt facias. Similimõ, si quis oues, aut capras, alterius accipiat, vt ex illis lac & caseos aliquot mensib. accipiat, & pro eiusmodi fructibus dño earum certum stipendiũ tribuat, non erit societas, sed conductio earum ouium, aut capratũ, ad eos fructus ex illis percipiendos; idque, si stipendium in pecunia sit soluendũ: si aũt soluendũ sit in re alia, vt in caseis, aut in alia simili re, erit contractus innoiatus, do vt capras, aut oues, ad eos fructus ex eis percipiẽdos mihi concedas: si autem, vnà cum pecunia, aut caseis soluẽdis, qui eas oues, aut capras, ita accipit, se obliget ad illarũ custodiam, aut pastum, vel ad aliquid aliud, tũc, vna cum prædictis contractibus, permiscebitur alius innominatus, faciam, vt illas ad eos fructus percipiẽdos mihi concedas. Hi tñ omnes innominati contractus similes sunt contractui locationis & conductionis; & iuxta eum est de illis cẽsendum, ac iudicandum, vt disp. 253. dictum est.

Dubiũ 2 Dubium est, si quis † tradat alicui animalia, atque, vt illum circa eorum curã & administrationem diligentiorẽ efficiat, illi in stipendiũ tribuat partem fructuum aliquo tam, puta octauam, aut decimã, agnorum, lanæ, & caseorum, partem, aut aliam similem incertam quoad latitudinem futuram, cuius tñ spes prudentis arbitrio æquipolleat certo ac determinato iusto stipendio, quod alioquin illi erat daturus, an talis contractus sit societatis, vel potius innominatus contractus, qui ad Decis. locationis contractum reducatur, atque iuxta locationis leges sit de eo censendum. Idem † dubiũ 3 est de mercatore, qui suæ negotioni aliquem præfecit, illi constituendo in stipendium partem aliquo tam lucri, quod, deducto capitali & expensis, remanserit societate finita. Atque hic contractus frequẽs est inter mercatores, & ipsorũ ministros, vel factores, quos vocant. In primis autẽ dico, qm̃ non exprimitur, saltem virtute, partem illam esse in stipendium, sed contractus simpliciter celebratur exprimendo, tot partes futuras esse apponentis capitale, & talem aliquotam futuram eius, qui negotiationi præficitur, aut cui animalia committuntur, contractum esse societatis: quia reuera est contractus contribuendi in ordine ad cõe lucrum postea diuidendum. Vnde iuxta leges ac priuilegia contractus societatis erit de eo censendum, & non iuxta leges contractus locationis & conductionis. Si verò exprimatur, partem illam esse in stipendiũ, quatenus illa sic in spe æquipolleret certo ac determinato stipendio, quo iste erat dignus, si operam suam & industriam ad eam negotiationẽ locaret, contractus non est societatis, sed locationi operæ & industriæ. Etenim appositio tũc operæ & industriæ per se solum est in lucrũ apponentis capitale, qui pro illa statuit ad stipendium: per accidens verò cedit in cõe lucrum, quatenus ex conuentione vtriusque partis stipendium, q̃ alioquin futurũ erat aliquid certum quo ad valorẽ, cõmutatur in partem aliquotam lucri futuri incertam quoad sui latitudinem ac quantitatem valoris, dependentemq; ex maiori vel minori quantitate lucri futuri. Quo loco obserua, non parum referre, num talis contractus, ex intentione eum celebrantium, sit societatis, an potius locationis, & conductionis operæ & industriæ. Si.n. societas sit, præterq̃ quod de eo est iudicandum iuxta leges & priuilegia contractus societatis, tunc sanè expendi debet, num in eo contractu æqualitas ac iustitia seruetur, facta collatione capitalis ad operam & industriam, tum inter se, tum etiam cõparatione lucri, vt iudicetur quantum lucri postulet æquitas, vt cuiq; sociorum adueniat, attento eo, q̃ eorum quisque in ea societate apponit. Iuxta q̃ considerationem sæpe plus lucri illi debitum qui operam & industriã apponit, q̃ si quo ad eandem operam & industriã se ipsum ad eãdem negotiationem ei locaret, qui capitale apponit quiq; facile inueniret famulum, qui longè minori stipẽdio seipsum ad eandem opetam & industriã locaret. Si autem contractus ille sit locationis, tunc, vt in eo æqualitas ac iustitia seruetur, satis est, si lucrũ in spe, q̃ constituitur illi, qui operã & industriã apponit, æquale sit in valore operæ & industriæ appositæ, nulla relatione facta talis operæ, & industriæ ad capitale, atque vtriusque ad lucrum, q̃ speratur. Ad hoc autem est attendendum, ne immerito damnentur mercatores, qui similes cõtractus exercent, in quibus pro magnitudine lucri, 1 quod ex capitali percipiunt, minus tribuunt eis, quos suis negotiationibus præficiunt, quã postularet æquitas, vt eis tribuerent, si contractum societatis cum eisdem celebrarent. Neque enim tenentur inire cum eis societatis contractum, sed conducere possunt illorum operam & industria. Dum modo autem illis tribuant stipendium iustum rõne habita, tum valoris talis operæ & industriæ, tum & periculorum, quibus se obijciunt, non est quod iniustitiæ condemnentur.

Circa eandem societatis definitionẽ obserua. Idcirco in ea esse dictum, esse conuentionẽ contribuendi ad cõe lucrum; qm̃ ad rationem societatis satis est cõmunio in lucro futuro, neque est necessaria communio in capitali: tametsi esse & possit societas cum pacto cõionis in vtroque. Duobus 4 † quippe modis contrahi potest. Vno, cum pacto cõionis in solo lucro, ita vt capitalia maneant ipsis peculia, qui illa posuere, finitaq; societate, sint primo extrahenda illis ipsis, & solum lucrum sit inter eos oẽs socio, diuidendum. Atque eiusmodi societatẽ q̃dã appellant ad solã cõionẽ in interusurio, hoc est, in vsufructu, seu lucro ex capitali. Altero modo contrahitur cum pacto cõionis in vtroque. Vt si tres apponãt singuli mille aureos, & quartus apponat operã & industriã, q̃ in stipẽdiũ mille aureos mercatur, pactumq; sit, vt, finita societate, aggregatum ex capitali & ex lucro diuidatur in quatuor partes æquales, quę inter socios distribuantur: ea enim societas cũ pacto erit communionis, tam in lucro, quàm in capitali.

5 In † cõtractu societatis idoneo, q̃ capitale, aut partem illius, apponit, esto non apponat industriam, iustè lucratur, cum tñ, si id mutuo illi daret, qui industriã esset appositurus, nihil lucri posset iustè inde accipere, sed esset vsura: quoniam,

vt

vt D.Tho.2.2.q.78.art.2.ad 5.rectè ait, & consentiunt cæteri, qui in contractu societatis solum capitale apponi, non abdicat à se dominiũ illius, sicut in mutuo, eaq; de causa capitale illud cooperatur ad lucrum tamquam res ipsius, periculoq; ipsius, ideoq; iuste potest accipere partem lucri tanquam fructum suæ pecuniæ ipsius periculo ei negociationi expositæ.

6 Illud est † obseruandum, in contractu societatis eo ipso, quod aliqui ad capitale contribuũt effici cõe socijs, omnesq; comparare dñium illius, esto, ꝙ contributum est, singulis non tradat, quin & absq; ea traditione cõparare singulos possessionem illius: qm̃ fictione iuris singulis id possidere dicuntur, per vnum, aut per plures, qui id realiter possident, quasi quilibet eorum constitutus sit ad possidendum cõparandumq; dñium, loco & nomine omnium; habentq; hæc verum, siue dissoluta societate capitale sit diuidendũ inter socios per partes æquales, siue per inæquales. Ita hr̃ l.1.2. & 3.ff.pro socio, iuncta gl.l.1.citata, notanterque, ibi Bar.& alij, idem hr̃ l.6.tit.10.par.5. Quamuis autem iura illa solum loquantur de societate omniũ vniuersum bonorum, idem tñ est intelligendum de quacunque alia particulari, vt de illa quę est ad lucrum in peculiari aliqua negociatione, qñ capitale traditur, vt sit cõe socijs, est.n.par ratio: iura verò illa in ea societate id expresserunt, quoniam in eo societatis genere doctrina illa est vniuersim vera: quando autem societas est ad lucrum in peculiari negociatione, non semper ea doctrina est vera: quoniam non semper in tali societate est cõmunio in capitali, sed interdum est solum in lucro ex capitali, vt quando vnus apponit pecora, quæ sint ipsius solum, & alius pastum, & industriam ad commune lucrum quoad fructus.

Illud addit l.3.citata, qñ aliquid vni sociorum erat debitum ante contractã societatem, esto tale debitum pars sit capitalis, cæteros socios intẽdere non posse actionem aduersus debitorem ad illud exigendum, nisi socius, cui debebatur, prius eis cedat eam actionem aduersus illum: quare, vel ipse solus intentare poterit eam actionem, vel cedere illam prius debet, vt socij intentare eam possint.

7 Eorum † verò, quæ ex capitali post cõtractam societatem emendo & negotiando cum eodẽ capitali acquiruntur, innuit l.si quis societatem. ff. pro socio, solum eum comparare dñium, qui ita negotiando ea acquirit; teneri tñ ea cõicare ac diuidere cũ alijs socijs. Cou.3.var.resc.19.num.1. cum alijs, quos citat, id intelligit, quando socius nomine proprio illo modo est negotiatus cum capitali, secus aũt qñ noĩe societatis, intendẽdo agere partes societatis: tunc.n. socij oẽs, absque peculiari traditione facta singulis, comparant dñium & possessionem eorum: id quod plane æquitas efflagitat. Quare meritò hodie in hoc Castellæ Regno l.47.tit.28.par.3.sancitum est, esto proprio nomine vnus sociorum negotiando cum capitali aliquid acquirat, cæteros eo ipso comparare dominium illius. Consentiunt Cou.loco citat. Ant. Gom.2.tom.var.resc.5.nu.3.& cæteri doctores Hispani.

In definitione societatis dictum est, esse cõuentionem contribuendi ad commune lucrũ, vel ad vsum: quoniam in societate omnium bonorum, etiam est contributio ad cõem vsum, & expensas ex bonis ita cõibus. Multæ ẽt sunt aliæ particulares societates ad communem vsum & expensas, vt inter scholasticos in eadem domo habitantes ad ordinarios sumptus ex cõmuni marsupio, & inter milites, qui ex eadem *camarada* ab Hispanis appellantur, atque inter similes.

## Societas quotuplex.

## DISPVTATIO CCCCXII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Societas quotuplex, & quibus modis contrahi põt, & nu.5.7.& 8.*
2 *Societas simpliciter contracta, intelligitur omniũ bonorum præsentium & futurorum, & nu.6. Immo, nisi aliud exprimatur, intelligitur, vt in partes æquales omnia bona diuidantur. nu.3.*
4 *Societas omnium bonorum potest contrahi etiam inter eos, qui bona non habent æqualia, vt dissoluta societate in partes diuidantur æquales.*
6 *Societas absolute contracta late intelligenda.*

1 SOcietas † interdum contrahitur inter aliquos omnium bonorum. Ac tunc, esto id nõ ita ex-
2 primatur, intelligitur omnium † vniuersim bonorum, tam præsentium, quam futurorum, quæ perseuerante societate acquirentur, quocunq; titulo acquirantur, siue ex negociatione, siue hæreditario iure, siue ex legato, aut donatione: immò esto ea bona ad peculium castrense, aut quasi castrense, alicuius sociorum spectent: omnia enim communia efficiuntur, veniuntq; diuidẽda inter socios dissoluta societate iuxta portiones ab initio, in ita societatis tacitè, vel expressè, constitutas, vt in eas diuidantur.

3 Et qñ nihil est constitutũ, intelligitur, † vt in partes æquales diuidantur. Vt autem in eum modum contracta intelligatur societas, opus est expresse conueniat inter socios, vt sit omnium bonorum, esto non exprimatur, vt sit ẽt futurorum? qm̃ id intelligitur eo ipso, ꝙ exprimitur vt sit vniuersorum, aut omnium bonorum. Quod si dicatur, vt sit omnium bonorum quocunque titulo quæsitorum, sufficienter id exprimitur.

4 Potest † verò eiusmodi societas contrahi etiã inter eos, qui bona non habent æqualia, vt dissoluta societate in partes diuidantur æquales. Tum quia cum industria illius, qui pauciora habet bona, compensari potest id, quòd alius plus habet in bonis. Et quoniam in futurum euenire potest, vt ei, qui pauciora habet bona, plura casu, aut sua industria aduenient.

Tum etiam quoniam aliunde compensari poterunt plura alterius bona, vt ex nobilitate, pulchritudine, aut ex alijs qualitatibus, quibus aliq̃ matrimonium contrahentes simul cõtrahere statuant societatem omnium vniuersim bonorum; id quod in Lusitania frequenter euenire solet, vt

infra

inſcia dicetur. Tum deniq; qm̃ ſocius, qui plus habet poteſt eã gratiam titulo donationis ac liberalitatis alteri ſocio præſtare. Hæc oĩa habẽtur. l. 3. §. cũ ſpecialiter l. 5. l. ſi fratres §. idẽ Põponius, & l. ſocietatẽ vniuerſorũ. ff. pro ſocio, & Inſti. de ſocietate in prin. Conſentiunt. Ant. Gom. 2. to. var. reſol. c. 12. & 3. & communis Doctorũ ſententia.

5 Interdum† verò contrahitur ſocietas ad aliqd, vel ad aliqua peculiaria, vt ad aliquam, vel ad ali-
6 quas negotiationes particulares. Si aũt † abſolutè cõtrahant aliqui ſocietatem, neq; exprimendo, vt ſit omnium bonorũ, neque item exprimendo certa ac determinata aliqua, ad quæ ſint ſocij, intelligitur, vt ſint ſocij vniuerſaliter, non omniũ bonorum ſimpliciter, ſed omniũ, quæ acquiſierint titulo oneroſo, ſiue locãdo operas ſuas, aut quodcunque aliud, ſiue emendo, aut vẽdendo, aut permutando, vel quocunq; alio oneroſo titulo. Si quid ĩñ ante ſocietatem alicui ſociorum debebatur, ad ipſum ſolũ id debitum ſpectat. Si quid ẽt donatũ, aut legatũ ei fuerit, vel hæreditario titulo comparauerit, ẽt ſi ſocietas occaſionẽ ad id prębuerit, qa videlicet ex negotio ad ſocietatem attinẽte aliqs ad eum eſt affectus, vt illum hæredem inſtitueret, aut ei aliquid legaret, aut donaret, id totum ad ipſum pertinet. Hæc omnia habentur l. coiri, cum ſex ſequentibus, & l. ſocium qui in eo. §. ſocius. ff. pro ſocio, vbi Bar. conſentaneè ad tex. ibi. & in tract. de duob. fratribus, n. 11. notat, quod vltimo loco dictum eſt. Poſſunt verò aliquibus ex ſocietatibus ſecundo modo cõtractis, addi aliqua pacta, quibus amplientur, aut reſtringãtur, vt ſi addatur, quod ſi aliquid legatum, aut donatũ fuerit alicui ſociorum perſeuerante ſocietate, efficiatur communeiin quo euentu cõe id erit ſocijs. Atque vniuerſim valet quocunque pactum, quod bonis moribus, ac diſpoſitioni iuris, nõ repugnet. Quòd ſi pactum adhibeatur, q̃ ſi iuſta aliqua hæreditas alicui ſociorũ aduenerit, communis ea efficiatur; tũc nomine, iuſtæ hæreditatis, ea intelliguntur, quę ab inteſtato aduenerit, nõ verò ea, quæ ex teſtamẽto deferetur, vt habetur l. 3. §. de illo ff. pro ſocio.

7 Societas† alia eſt de re turpi. Atq; hæc ipſo iure eſt nulla l. nec permittendũ. ff. pro ſoc. & l. 2. tit. 10. par. 5. Alia verò eſt de re nõ turpi, qualis intelligitur oĩs, ſiue ea ſit omnium bonorũ, ſiue quorundã, in qua non exprimitur vt rẽ turpem comprehendat. Quare, inita quacunq; eiuſmodi ſocietate, etiã ſi omnium vniuerſim bonorum ea ſit, ſi vnus ſociorũ aliquid furto, aut alio maleficio acquirat, id nõ pertinet ad ſocietatẽ, nec inde alijs ſocij, cõe efficitur. Si tñ, qui illud acquiſiuit, id ſua ſponte in ſocietatẽ conferat, non cõceditur ei repetitio illius. Si aũt dãnetur, vt illud reſtituat, tenẽtur ſocij cõtribuere, quod ex ea re acceperũt, vt illi tradatur, cui per ſententiã eſt reſtituendum. Quòd ſi, qm̃ id acceperunt, cõſcij erant fuiſſe malè acquiſitũ, ad integram reſtitutionem etiã pœnæ iniunctæ, contribuere tenentur. Ita habetur l. quod autem, & tribus ſequent. ff. pro ſocio.

8 Societas † contrahi põt, vt duret per totã contrahentium vitam, vel vſq; ad certum tempus, vel vt incipiat à certo tempore. Contrahi ẽt põt ſub conditione, idq; tam vt vim habere incipiat depẽdenter ab aliqua cõditione, q̃ vt finiatur aduenięte aliqua conditione. Non tñ poteſt contrahi, vt cum aliquo contrahẽtium perſeueret poſt ipſius vitam: eo q̃ ſocietatis contractus ad hæredes non tranſeat, niſi in aliquibus euentibus, quos diſput. 414. ſubijciemus. Vſq; adeò autem eſt hoc verũ, q̃ eſto expreſſe deductum eſſet in pactum, vt ſocietatis contractus ad hæredes tranſiret, pactum eſſet nullum, oporteretque hæredes inire de nouo ſocietatem eandem, vt illa continuaretur atque progrederetur vlterius. Imò verò morte vnius ſociorũ diſſoluitur ſocietas, etiam quoad reliquos ſuperſtites, niſi in pactum ſit deductum, q̃ morte vnius aut aliquorum, ſocietas non diſſoluat quoad reliquos ſuperſtites, vt diſp. 414. dicetur. Hæc omnia habentur l. 1. l. plane ſi ij l. actione. §. morte, & l. nulla ſocietatis. ff. pro ſocio. l. pen. C. pro ſocio. §. ſoluitur. Inſt de ſocie. l. 1. ti. 10. p. 5. & cõſentiũt Luſitanę ord. li. 4. tit. 60. in prin. iunc. §. 1.

## Socius ex qua culpa, & vniuerſim quouſque, etiam ſine culpa, alijs ſocijs teneatur, & quid ſit, teneri aliquem ſolum quantum commodè facere poteſt.

## DISPVTATIO CCCCXIII.

### SVMMARIVM.

1 *Socius alteri ſocio in vtroque foro, tenetur de toto damno, quod prouenit etiam ex leui culpa.*
*Fallit in leuiſſima, vel caſu fortuito. nu. 2.*
3 *Leuis culpæ nomine quid intelligatur uenire.*
4 *Socius ſocio non teneatur ultra quàm facere poteſt, etiam ſi ſit ſocietas unius rei contracta.*
*Immo etiam habet locum in ſocietatibus ſcolaſticorum in eadem domo habitantium.*
*Fallit tamen in caſu, ut nu. 5. & 9.*
6 *Priuilegium, quòd ſocius non teneatur ultra quam facere poſſit, quomodo intelligendum.*
7 *Alimenta competentia quomodo iudicis arbitrio taxanda.*
8 *Socius ſi habeat officium, unde alimenta ſibi poſſit comparare, uendenda ſunt reliqua omnia eius bona, pro debitis eius ſoluendis.*
9 *Socius ex ſola culpa non amittit priuilegium, ut non teneatur ultra quàm facere poteſt; niſi fuerit etiam in dolo.*
10 *Socius quando teneatur præſtare nudam cautionem, pro ſoluendo debito.*
11 *Socius ut iudicetur quãtum facere poſſit ne, egeat quid deducendum, & obſeruandum.*
*Idem in alijs, qui priuilegio hoc gaudent.*
12 *Donator ſi cõuenitur ex donatione facta, nõdumq; impleta, deducendũ eſt prius totum æs alienum, totque bona, eo ſoluto, ei manere debẽt, ne egeat.*
*Limita tamẽ in donatione traditione impleta. n. 13*
*Quam ſublimita ſecus eſſe in regno Caſtellæ.*
*Limita etiã in donatione remuneratoria, ut nu. 14.*
15 *Exceptio, ne quis conueniatur ultra quàm facere poſſit, poteſt quandocunq; opponi etiam poſt ſententiam,*

*tentiam, nondum tamen executioni mandatam.*

16 *Priuilegium, quo quis gaudet, ne conueniatur ultra quã facere possit, an trãseat ad eius hæredes.*

17 *Priuilegium habens, ne conueniatur ultra quã facere possit, qua cautela uti possit, ut etiam alius eius nomine, possit hoc priuilegio gaudere.*

18 *Socius tenetur socio contribuere partem suam, donec omnes æqualiter habeant portionem suam.*

1 IN societatibus† vnusquisque sociorum in cõscientiæ, atq; in exteriori foro, tenetur alijs socijs de toto damno, quod dolo, lata, aut leui culpa, ipsius aduenerit: neque excusatur, esto industria ipsius multũ cõmodi alioquin eisdem obuenerit. Ratio est, qm̃ iure societatis participes sunt ois lucri, quod obuenerit: si autem dolo, lata aut leui culpa, damnum eis intulerit, iniuriam illis facit, aut certè, qñ nulla theologica culpa coniuncta cum iuridica culpa interueniisset, vi contractus teneretur illis de damno ita dato. Quòd si, vel sola
2 † leuissima culpa alicuius sociorum, vel casu fortuito, damnum aliquod societati euenisset, tunc commune est societati inter singulos socios diuidendum. Ratio autem totius huius doctrinæ est, quoniam contractus societatis in commodum sociorum omnium est celebratus: regulariter autem est, vt quando contractus in commodum omniũ cõtrahentium est celebratus, nullus teneatur alijs nisi de dolo, lata culpa, aut leui, vt disput. 295. dictum est. Hæc omnia constant ex § vlt. Insti. de societ. ex l. cum duobus. §. venit, & duobus. §§. sequent. l. non ob eam l. & ideo, & l. socios. ff. pro
3 socio. Quo † loco obserua, in hoc contractu iuta exprimere, nomine, leuis culpæ, intelligi, si socius non adhibuit eam diligentiam, quam communiter adhiberet, aut par esset vt adhiberet, rebus suis proprijs, attenta ipsius qualitate & ingenio. Duo enim iura, primo & vltimo loco citata, id apertè tradunt, adduntque, eum, qui parum sibi diligentem atque industrium socium assumit, de se conqueri debere. Si in pactum deduceretur, vt socius aliquis, etiam de culpa leuissima, aut de casu fortuito, teneretur, validum esset pactum, dummodo æquum esset: vt autem esset æquum, necesse esset, vt nulla inæqualitas resultaret sed maius hoc onus, quod vnus sociorum in se susciperet, aliunde compensaretur, vt ex maiori portione ei designanda, vel ex aliquo alio capite. Similiter, si in pactum deduceretur, vt socius aliquis, neq; de lata culpa teneretur, validum esset pactum, modo similiter inæqualitas non resultaret. Pactum verò, vt neque de dolo teneretur, esset contra bonos mores, eaque de causa esset nullum. Quæ omnia ex dictis disputat. 295. perspicua sunt, ideoque ea hoc loco non corroboro. Hæc quod ad primum eorum attinet, quæ proposita sunt.

4 Quod † verò attinet ad secundum, societatis contractus hoc habet priuilegium, & si vnus sociorum ab alio, aut ab alijs socijs, conueniatur quo ad ea, quæ ad societatem spectant atque ob paupertatem, non possit illa integrè soluere, non tenetur eis vltra id, quod facere potest. Ita habetur l. verum in princ. & §§. sequen. ff. pro socio. l. sunt qui in id. ff. de re iudicat. §. sed & si quis, Instituit. de actioni. & l. 15. tit. 10. par. 5. Habetque hoc verum, non solum in societate omnium bonorum, sed etiam in societate vnius rei, vt habetur expresè l. verum, citata. Vnde quando l. sunt qui. ff de re iudica. dicitur, *accipiendum esse socium omnium bonorum*, intelligendum est, maxime, vt vtrobique glo. exponit, & affirmat communis doctorum sententia, quam, inter alios, Gutier. de iur. confir. part. 3. cap. 15. num. 1. refert ac sequitur. Habet autem id locum, etiam in societatibus scholasticorum habitantium in eadem domo: vt si quid ratione societatis sit debitum ab vno ipsorum alijs socijs, non tenetur eis vltra id, quod facere potest, vt cum alijs, quos citant, affirmant Gutier. ibidem, & Greg. Lopez. l. 15. citata verb.
5 *A la compañia.* Hoc autem† priuilegio non gaudet socius, qui, conuentus circa tale debitum, negauit se esse socium, conuictus enim, socium esse, idque debere, cogitur illud integrè soluere, nihil curando, an possit commodè id soluere. Ita habetur l. si vnus, §. vlti. ff. pro socio, & l. sed hoc ita, §. vlti. ff. de re iudicat. atque affirmant Gutier. ibidem, & Greg. Lopez. l. 15. citata, verb. *conociere*, innuitque textus ibi.

6 Priuilegium † hoc, vt scilicet socius, aut quicunque alius, qui eo gaudet, non teneatur vltra quàm facere possit, intelligendum est, vltra id, quod commodè facere possit. Vnde glo. l. verum, citata. §. id quod, verb. debetur socio, ait, iudicis arbitrio tot bona relinquenda esse socio ita conuento, ne egeat, sed commodè sustentari possit, iuxta legem in condemnatione, ff. de regul. iur. cuius verba sunt. *In condemnatione personarum, quæ in id quod facere possunt, damnantur, non totum, quod habent, extorquendum est: sed & ipsarum ratio est habenda ne egeant.* Atque hæc opinio glossæ sancita est hodie. l. 15. titul. 10. par. 5.

7 In arbitrando † tamen, quantum sit relinquendum, habenda est ratio status & conditionis personæ, cui id relinquitur: plura enim vni relinquenda sunt in alimenta competentia, quam alteri, pro ratione conditionis & status, cæterarumque circumstantiarum concurrentium. Vt tamen bene Gutier. vbi supra, nume. 8. cum Paulo Castrensi ait, non tantum ei est relinquendum in alimenta, quantum insumebat, dum in sua erat prospera fortuna & dignitate, sed quantum par est, vt postquàm ad eam paupertatem & statum cum aliorum detrimento deuenit, longè parcius viuendo, iuxta præsentes circumstantias insumat. Vnde hæc prudentis iudicis arbitrio, iuxta, autores citatos, committenda sunt, vt l. 15. citata, committuntur.

Notant verò Grego. Lopez ibidem, verb. *uiuir*, Gutier. vbi suprà nu. 10. Ant. Gom. ad l. 10. Tauri, nu. 40. Bar. & plerique alij, quos citant, ad iudicandum an solum alicui maneat ita vt non egeat, attendendum esse, qui reditus ex patrimonio percipiantur, percipive commodè possint, nõ verò ad valorem rerum patrimonij, quantumve ex illis venditis confici pecuniæ possit, argumento textus in lege qui bonis. ff. de cessione bonorum

Digitized by Google

cum, & aliorum iurium, quæ Gutier. citat. Qñ. n. alicui alimenta debentur, eive relinquenda sunt, non censetur habere vltra competentia alimenta, congruãve sustentationem, si solum habeat bona, quæ, apposita industria pro conditione & statu eius, cui relinquitur, non plura reddant, quã necessaria ad illius sustentationẽ: sunt. n. ei relinquenda competentia alimenta in totam vitam, & non in aliquod tempus, vt eum glossa quadã in margine. §. itẽ si de dote, Instit. de actionib. & alijs, iuxta varia iura, quæ citat, rectè Gutier. vbi supr. nu. 3. ait. Cum Ioan. tñ Imola, & alij, optime Greg. Lopez ibidem, & Gutier. vbi supra nu. 13. obseruant, si eiusmodi socius bona haberet immobilia magni valoris, & quę modicos redderent fructus, tunc vendenda esse, & ex parte pretij emenda esse alia minoris valoris, vel annum censum, aut collocandam esse eam partem pretij in honestam negociationem, quæ competentem sustentationem tali socio reddat, ex reliquo verò pretij soluendum esse alijs socijs debitum.

8 Illud est obseruandum. Si socius, aut † quicunque alius, qui priuilegium habeat, ne cogatur soluere vltra quã facere possit, habeat officiũ, aut aliquid aliud, vnde cõpetenter, attenta qualitate suæ personæ, appositaq; sua propria industria, sustentetur, tunc vendenda sunt reliqua ipsius bona, vt debitum soluatur. Quod si partem sustentationis competentis habeat ex officio, aut aliunde, tunc ex bonis suis ea sunt illi relinquenda, quæ sufficiant ad complementum sustentationis competentis, & reliqua sunt vendenda. Ratio autem est, quoniam huic solum sunt relinquenda competentia alimenta: eo autem modo illa ei relinquitur. Ita affirmat gl. l. si maritus ff. solut. matrimo. sanctumque est hodie l. 15. titul. 10. par. 5. affirmantque Gregor. Lopez. ibi gl. vlt. & Gutier. vbi supra a nu. 5.

9 Quando † socius dolo malo in causa fuit, vt nõ posset soluere debitum, tunc non gaudet priuilegio, vt non cogatur soluere nisi quantum facere posset, secus autem, si ex sola culpa, sine dolo. Ita habetur l. verum in princ. & §. tempus autẽ. ff. prõ socio, & affirmat glo. §. item si de dote, Institut. de actionib. Qñ item alius socius, secluso eo, quod sibi ex societate debetur, non haberet competentem sustentationem tunc socius, qui id deberet, non gauderet eo priuilegio quoad id, quo alius ad competentem sustentationem indiget. Ita cum Barto. Paul. Castren. & alijs, Gregor. Lopez l. 15. citata verb. *niuir*, & Gutier. vbi supra nu. 4. Item quãdo socius promisisset alijs socijs se integre soluturũ, nullamq; appositurum exceptionem iuris, aut facti, idq; iuramento confirmasset, non gaudebit hoc priuilegio. Ita cum Alexandro, & alijs, Gregor. Lopez ibidem verb. *A la compañia*, & Gut. vbi supra, num. 38. Idem cum Alexandro ait Gut. ibidem, & in calce nume. 1. esse, si præcessisset nuda illa promissio sine iuramento.

10 Quando † socius ex hoc priuilegio non soluit integrũ debitũ, præstare dẽt cautionẽ, hoc est nudã promissionẽ, se integrè soluturũ si ad pinguiorem fortunã deuenerit, cogiturq; tẽporis progressu illud soluere eo ipso, qd habet vnde commodè soluat. Ita habetur l. verum. §. id quod socius. ff. prõ socio, & l. 15. tit. 10. part. 5. quæ de nuda promissione intelligi debet, iuxta Gregor. Lopez ibi. glo. penult. & Gutier. vbi sup. nu. 9.

11 Illud est obseruandum, vt iudicetur † quantum socius, qui conuenitur, facere possit ita vt nõ egeat non esse deducendum æs alienum, idve, quod alijs dẽt, nisi id ex societate, rõne vt societatis debeat, sed solũ esse attendendum, vt, persoluto debito ex societate cæteris socijs, non egeat socius, qui conuenitur, esto grauatus maneat alijs debitis. Ita habetur expresse. l. verum §. id quod socius. ff. pro socio. idem autem est in cæteris, qui eo priuilegio
12 gaudent, excepto † solo donatore, qui quando cõuenitur ex donatione facta, nondumq; impleta, deducendum est prius totum æs alienum: totque bona, eo persoluto ei manere debent, ne negeat. Vtrumq; habetur expresse l. inter eos. ff. de re iudic. Vbi, cũ præmittatur, id locum habere in omnibus debitoribus, qui eo priuilegio gaudent, ne scilicet æs alienũ deducatur, in §. is quoq; hæc verba subiungitur. *Is quoque, qui ex causa donationis conuenitur, in quantum facere potest condemnatur, & quidem is solus deducto ære alieno.* Hæc ibi Rõ autem, cur id ita peculiariter in donatore sancitũ sit, hęc est. Qñ ex sola sua liberalitate constitutus est debitor, ac proinde rõne fuit consentaneum, vt, conuentus, non ad maiorem paupertatem ex eo titulo cogeretur descendere. Qñ autem, modo explicato, ei relinquuntur bona ne egeat, de reliquo satisfit creditoribus. Et qñ illis ex eadem causa, vt in re proposita titulo donationis, atque sine vllo prælationis iure debetur, tunc, qui prius accipit, quod sibi debetur, potior causa ipsius efficitur, vt in eodem. §. subiungitur. Idem etiam dictũ fuerat in principio eiusdem legis, quando debita erãt ex alio titulo sine prælationis iure, siue æs alienũ esset deducendum, siue non, quando debitoris relinquenda essent bona, ita vt non egeret: causa enim eius, qui prius accipit, quod sibi debetur, eo ipso efficitur melior Gutier. vbi supra a num. 20. latè ostendit, deducẽdum esse totum æs alienum. etiam si donatio facta sit cum hypotheca generali, aut speciali. Eum legito.

Meritò autem supra dixi, donatorem gaudere eo priuilegio quando conuenitur ex donatione
13 facta, nondumque impletã: quoniam si † donatio traditione sit impleta non conceditur ex eo capite repetitio, ac proinde locum nõ habet hoc priuilegium. Idemque longè, maiori cum ratione dicendum est in reliquis debitis, in quibus quis nõ
1 conuenitur vltra, quam facere potest. Ita cum Padilla Gutier. vbi supra num. 33. Excipitur ab hac doctrina, quando in hoc Castellæ Regno filius, aut alius descendens, melioratus esset in tertio & quinto: tunc enim, etiam si donatione inter viuos facta esset ea melioratio, effectaq; esset traditio, sanè tempore mortis donantis teneretur descendens ita melioratus contribuere ad omnia debita defuncti, vt habetur l. 21. Tauri, quæ est 5. titu. 6. lib. 5. nouæ collectionis, iuncta l. 17. Tauri. Cum enim tertium & quintum attẽdenda sint iuxta bona, quæ tempore mortis ita meliorantia fue-

Digitized by Google

fuerint reperta: tempore autem mortis sola ea bona censeantur esse defuncti, quæ tunc fuerit reperta deducto prius toto ære alieno; consequens profectò est, vt iure optimo id in eo Regno fuerit ita sancitum. Ita Gutier. ibidem.

14 Quando autem audis, donatorem † gaudere priuilegio explicato, excipe, nisi donatio sit remuneratoria primi generis ex tribus disp. 292. explicatis. In eo. n. genere donationis, etiam si traditio non sit facta, non gaudet donator priuilegio, vt conuentus, solum efficiat quantum cõmodè facere possit: eò quod verum debitum præcedat, vt ea donatio fieret, hoc est promitteretur. Secus autem res habent in reliquis duobus generibus donationis ibi explicatis. Simul lege, quæ in calce d. 282. dicta sunt, & intelliges, quousque in donationib. ob causã, de quarũ numero sunt remuneratoriæ, locũ hẽat, aut nõ hẽat, hoc priuilegiũ. Et iuxta ea intelligẽda sunt, quę Gut. vbi supra. nu. 34. docet.

15 Quando † quis gaudet priuilegio, vt conuentus, solum efficere cogatur, quod commodè possit, opponere id potest, vt ive ea exceptione, toto tẽpore, quo pendet iudicium, ẽt post lnĩam, quæ in rem iudicatã trãsiuit, interim dum integre nõ est exequutioni mãdata, integreq; nõ est persolutum debitũ. Ratio est, qm̃ exceptio, quę non destruit lnĩam, sed inseruit ad ipsius moderationem ad remissionẽ, qualis hęc est, opponi potest, etiam post lnĩam trãseuntẽ in rem iudicatam, qñ illa exequutioni mandat, iuxta. l. Nesenius. §. vlt. ff. de re iud. & l. & ex diuerso §. vlt. ff. sol. matr. vt Gutier. vbi supra. nume. 37. cum cõi doct. sententia affirmat.

16 Petes, vtrũ † priuilegiũ quo socius, aut quicũq; alius, gaudet, vt nõ teneatur, nisi quantũ cõmodè facere possit, transeat ad ipsius hæredes? Respõdẽdũ aũt est neganter. Neq; enim plura bona cẽsendus est defunctus reliquisse hæredibus, quam quę fuerint reperta, deducto vniuersim toto ære alieno defuncti. Ita habetur, l. verũ, in princ. ff. pro socio. l. & si fideiussor. & l. Nesenius, in prin. de re iud.

Quãuis hoc idem priuilegiũ personale sit socij aut cuiusuis alterius, qui eo gaudet, neq; fideiussori cõpetat, vt habet' tribus iuribus proximè citatis,

17 si † tamẽ ea vtatur cautela, quod tãquã defensor necessarius principalis debitoris iudicium loco & nomine illius suscipiat, quod optimè facere põt, redundabit in ipsum id priuilegiũ, vt expresse habetur l. verum. in princ. ff. pro socio. Aliã cautelã cũ Barto. & plerisq; alijs affert Gutier. vbi supra. nu. 15. qđ scilicet, qñ fideiussor cõuenitur, denunciet id principali debitori, qui se opponat, suscipiatq; in se iudiciũ, eo qđ sua interfit non cõdemnari fideiussorem, qui cõtinuò recursum habebit aduersus se, vt restituatur, quod loco eius soluerit; quandoquidẽ principalis debitor non gaudet eo priuilegio aduersus fideiussorem, sicut gaudet aduersus suos alios creditores; ac proinde opponere potest, se non teneri vltra quam facere possit, neq; vltra eã summã cogi posse suum fideiussorẽ: quoniam continuò id in ipsum redundabit, redderturque inutile priuilegium ipsi a iure concessum.

18 Postremo obserua. Si sint † tres, aut plures, socij, vnusq́ue eorum, qui bona societatis possidet, soluat vni integram partem illi debitam, exigenti busq; postea cæteris socijs portiones suas, nõ habeat vnde commodè illas soluere possit, cogi socium illum, qui, quod sibi debebatur, accepit, cõtribuere alijs ex ea portione, ita vt omnibus æqualiter proportione quadã sit satisfactum. Ita habet' l. verum. §. tempus autem. ff. pro socio, & l. 15. tit. 10. par. 5. vbi, iuxta Azonis sentẽtiam, est vlterius definitum, si reliqui socij conscij erant, factam fuisse vni illorum solutionem, & longo tempore (intellige prudentis iudicis arbitrio definiendo) non petierunt, vt ipsis solueretur, tunc illum non teneri quicquam de ea illis tribuere.

## Societas quot modis dissoluatur.

## DISPVTATIO CCCCXIIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Societas quot modis soluatur, & num. 12. 13. 14. 20. & seq.*
2 *Socij hæres quęnam teneatur continuare, per defunctum cæpta.*
3 *Societas in dubio an sit, anverò emphyteusis, siquis tradat alicui fundum colendum, cum pacto vt reddat medietatem, tertiam, vel quartam, aut aliam aliquotam partem fructuum.*
4 *Pactum, vt societas transeat ad hæredes, est nullũ. Declara tamen, vt nu. seq.*
6 *Societas inter socios tacito consensu continuata censetur.*
*Imo etiam per hęredem eodem tacito consensu. n. 7.*
*Ac etiam si hæres esset pupillus, modo tacitè consentiat per suum tutorem. nu. 8.*
*Et inter coniuges ẽt, vl altero eorũ defuncto, per hę redem tacito consensu continuata censeatur, n. 9.*
10 *Societas quibus casibus transeat ad hæredes.*
11 *Societas contracta cum iuramento, vt ad hæredes transeat, quando obliget hæredes, vt eidem stare teneantur.*
15 *Pactũ, vt societas nunquã dissolui possit, nullũ est.*
16 *Cõmunitates si habeant inter se terminos communes, non coguntur stare in communione.*
17 *Consortes plures vnius rei pro indiuiso, si reperiantur, vnus eorum, si vult, potest petere diuisionem, alijs inuitis.*
18 *Sociorum aliquis si vult renunciare societati, quas conditiones seruare debeat.*
19 *Societati renunciare ante tempus præfixum, quibus casibus liceat.*

1 SOcietas multis modis soluitur ac finitur. Primò † morte naturali cuiusuis sociorũ. Ac tũc nõ solũ soluitur quoad defuncti persona, quia nõ transit societas ad hęredes illius, sed etiã quoad reliquos superstites socios, nisi inter eos cõueniſſet, vt per mortẽ vnius, aut pluriũ eorum, non dissolueretur quoad reliquos supstites, vt in calce disp. 412. dictũ est. Ita hẽ §. soluitur, insti. de societate. l. 4. §. vlt. l. nemo 1. l. actione §. morte. ff. pro socio.
2 & l. 10. tit. 20. par. 5. Ea † autẽ, quæ ante mortẽ socij cœpta erant, tenetur hæres loco defuncti continuare, ac perficere cum alijs socijs eo modo, quo defunctus tenebatur. Similiq; modo ipse tenetur de

de dolo, lata culpa, aut leui, si negligentia ipsius damnum aliquod in ijs, quæ erant cœpta, alijs socijs obueniat, sicut defunctus eis teneretur. Item diuidere tenetur cũ socijs ea, quæ de societate defunctus habebat, & reddere de illis rationem eo modo, quo defunctus tenebatur, ac tenetur loco defuncti de dolo lata culpa, ac leui, per defunctũ ante ipsius mortem commissa: sicut etiam alij socij ad similia oĩa ipsi tenentur: eò q; actiones, tam actiuæ, quàm passiuæ defuncti, quæ ex contractu oriuntur, transeant ad hæredes. Non tñ tenetur hæres continuare societatem quo ad negotia & res, quæ tẽpore mortis defuncti cœpta non erant. Hæc oĩa habentur l. nam & Seruius. §. si vino. ff. de negotijs gest. l. nemo. 1. iuncta lege sequenti. l. hæres socij. l. verum. §. in hæredem, & Lactione §. morte. ff. pro socio. Atq; hoc iure vltimo subrũgitur, si mortuo vno ex socijs, per aliquem aliorũ sociorũ aliquid cœptum sit, ignorando mortẽ consocij, tunc quo ad illud nõ esse intelligendam dissolutam societatẽ, sed continuandam esse quo ad id per hæredem, quousque finiatur: secus autẽ si, cognita morte consocij, id fuit cœptum. Sicut ẽt, quamuis mandatum morte mandantis expiret, si tamen à mandatario ignorante mandantis mortem, fit aliquid actum, validum est, vt ibidem, ac alibi dicitur, & inferius suo loco explicabitur.

Consentanèe ad hãc doctrinam libr. 4. Lusitanarum ordinationum titu. 60. statuitur. Si † quis 3 tradat alicui vineam, aut alium agrum, ad colendum, cum pacto, vt reddat medietatem, tertiam, quartam, aut aliam aliquotam partem fructuum, tunc, si contractus sit ad decennium, aut vltrà, esse contractum emphyteuticum, iuxta ea quæ, dũ de emphyteusi inferius erit sermo, dicentur, transire q; ad hæredes vtriusque contrahentiũ. Si verò sit ad breuius tempus, esse contractum societatis, morteq; alterius sociorũ extingui, nec transire ad hæredes. Excipitur, nisi qui ad culturam eum acceperat, quando alter sociorum mortuus est, culturam aliquam eius anni adhibuerat, vt si putauerat vineam, aut arauerat, vel seminauerat agrũ, aut simile aliquid aliud fecerat: tunc enim pro eo duntaxat anno transit contractus ad hæredes, eo quòd res non esset integra, sed cultura eius anni esset cœpta, atque, in prædijs rusticis, quando, etiã ex tacito consensu, continuatus est contractus alicuius, censetur continuatus pro anno integro, vt habetur l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati. Si autem ager non pro parte aliquota fructuum sed pro determinata aliqua pensione quo ad latitudinem quantitatis fuerat ab aliquo acceptus, tunc si contractus fuerat celebratus ad decennium, aut vltra, erat emphyteuticus: si verò ad breuius tempus, erat locationis, ac conductionis: & in vtroque euentu contractus transit ad hæredes.

Hæc ibi. Ibid. verò §. vlt. præcipitur. Quando quis agrum alterius accepit pro parte aliquota fructuum quotannis soluenda, vt non auferat ex area triticum, aut quoduis aliud granum eius agri, nisi vocato prius domino agri aut eo, qui vices illius ea in parte gerat. Quòd si illi absentes sint ab eo oppido, & confinibus, vt id nõ auferat, nisi in præsentia duorum testium fide dignorum. Alioquin æstimabitur postea arbitrio prudentũ, quantum verisimile sit ipsum ex eo agro collegisse, soluetque duplum, quam fuerat alioquin soluturus.

Vt in calce disputa. 412. dictum est non solura 4 † societas non transit ad hæredes, sed ẽt pactum, vt ad eos transeat, est nullum. Ita hĩ l. nemo. 1. l. adeò. l. verũ. §. in hæredem. l. nulla. ff. pro socio, & l. 1. tit. 10. part. 5. Ratio autẽ, quare eiusmodi pacto ciuili iure est redditum nullum est. Qm̃, vt hĩ l. adeò citata, & Instit. de societate, §. soluitur, in societate inducitur persona eligitur, ignoratur verò, qualis futura sit persona hæredis. Et, vt Greg. Lope. l. 11. citata ait, si persona hæredis, designaretur, ad quem societas transiret, eo ipso, qui societatem ita contraheret, sibi adimeret libertatẽ mutandi hæredem. Quamuis † autem societas ad hę 5 redes non transeat, nullumq; sit pactum vt ad hę redes transeat, si tamẽ defuncto socio hæres illius cum alijs socijs conueniat, vt continuet societas, censetur de nouo inita, estq; proinde valida. Ita hĩ l. planè si ij. ff. pro socio. Immo verò sufficit ad id tacitus consensus, qualis censeretur, si societas continuaretur eodem capitali, ac eodẽ genere negotiationis, neque hærede defuncti, neque alijs so 6 cijs contradicentibus. Cum † enim eiusmodi cõtractus solo consensu exterius expresso perficiatur, sanè consensus tacitus sufficit, tam in eo quã in locato, & in quocunque alio simili contractu, vt quasi initus de nouo, ac continuatus habeatur: censetur aũt tacitus consensus, si, cum contractus esset finitus, cõtinuaretur exequutio illius vtraq; parte id sciente, nec contradicente, vt constat ex l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loc. & ex l. nam cum tract. verb. re ipsa, iuncta gloss. ibi. ff. pro soc. & cum alijs copiosè tradit Aluar. Valas. consult. 34. & 63. Atque ex hoc fundamento cum quidã societatem iniuissent pro certo quodam tempore, finitoque eo tempore, is, cui negotiatio erat cõmissa altero consocio, cum eodem capitali continuasset negotiationem, sociusque partem lucri eius temporis postea peteret, contenderetque, qui cum capitali negotiationem continuauit, id illi non deberi, eo quòd longè antea finita esset societas, Aluar. Valasc. consultat. 34. citata censuit, illi deberi, refertque, in fauorem sui clientuli fuisse latam sententiam.

Et cum aduersarius obijceret, contractum illũ societatis pro eo tantum tpe scriptura fuisse celebratum, iux. Lusitanas ordinationes: quando aũt scriptura requiritur ad contractũ, non censeri innouatum, nisi scriptura in innouatione intercueniat. Rñdit optimè Aluar. Valas. cum Paul. Cast. Bar. & alijs, id locum habere, quãdo scriptura est de substantia contractus, vt in emphyteusi, præsertim ecclesiastica: in Regno autẽ Lusitano, si eiusmodi scripturæ contractui societatis, & alijs, iuxta ordinationes Lusitanas, adhibentur, non est, quòd scripturæ in eo Regno de substantia sint talium contractuũ, sed quòd necessariæ in eo Regno sint ad probationẽ, quando eiusmodi contractus certam quandam summam excedunt, vt sæ-



Digitized by Google

pe à nobis in superiorib. dictum est. Arbitrior autē, esse, a principio cōtrahentes suspēdisse cōtractū, vt celebratus nō cēseret nisi prius scriptura conficeretur, posse cōtinuari tacito, aut expresso cōsensu sine noua scriptura. Sicut, n. a principio sine scriptura mutuo partium cōsensu potuit incipere: ita prorogari, atque innouari potuit sine scriptura.

7 Hunc tacitum †consensum sufficere, vt innouata cēseat societas hæredis socij defuncti, affirmāt cum Baldo, Alexandro, & plerisq; alijs, Gutier. de iuramento confirma. ca. 48. num. 2. Greg. Lopez l. 10. tit. 10. p. 5. verb. *por muerte*, & Aluar. Valas. consult. 63. citata a nu. 9. etiā †qñ hæres est pupillus, modo tacitè consentiat per suum tutorem,
8 vtendo eisdem institorib. idq; etiā ad effectum, vt minor teneatur stare contractui, & sentire dānū, si qd forte ex societate, ac negatione casu obuenerit, multisq; id confirmant. Quin arbitror, vt commodum sentiat, necessarium non esse, minorē habere tutorem, aut curatorē, iuxta ea quæ disp. 224. dicta sunt. In quodam autē euentu, de quo Aluar. Valas. ibi disputat. & in quo asserit, minorib. quibusdam hæredib. cuiusdā socij defuncti nihil deberi de lucro acquisito in quadā societate post mortē patris, id ex eo defendit, qd cum prima societas cum defuncto inita fuisset sub conditione, vt defunctus quotannis innouare teneretur fideiussores, idq, neque minores, neque tutor, etiam requisiti, præstitissent, non censeri innouatam eam societatem, quæ, seruatis forma, & pactis primo statutis debuit tacito, vel expresso, consensu innouari. Si tamen addit, alij socij communicassent minoribus lucra aliqua acquisita post mortem patris tāquam socijs, tunc cessisset viderentur conditioni illi, vt fideiussores quotannis innouarentur, ac proinde censeretur innouata societas iuxta doctri
9 nam Barto. quam subiungit. Eundem † tacitum consensum sufficere vt, defuncto altero coniugū, perseuerantibusq; bonis indiuisis, censeatur renouata societas inter superstitem, & hæredes defuncti, quoad communia lucra, quousq; diuisio bonorum fiat, censent cum Palatio Rubias Aluar. Valas. vbi supra nu. 10. & Gutier. num. 4.

Quamuis, vt dictū est, societas regulariter ad hæredes non transeat, etiā si pactū appositum sit,
10 vt ad eos trāseat: excipitur tñ, qñ † societas est inter aliquos circa vectigalia, aus res alias conductas publicas: tunc enim licet, si pactum non apponatur, vt ad hæredes transeat, idem in eiusmodi societate fit dicendum qd in cæteris, si tñ fuit appositū pactum, vt ad hæredes transiret, ad eos vtiq; ob fauorem publicū pertransit, commodumq; aut dānum, qd post mortem alicuius sociorum ex societate aduenerit, commune est hæredi cum alijs socijs. Hoc autē intelligendū est, dummodo hæres idoneus sit societati. Si enim defunctus ob suam industriam, ad societatem fuerat admissus, illiq; fuerat præfectus, relinquatque hæredem ad id ineptum tunc, nihil impediente pacto, societas non transit ad hunc: quoniā pactum illud hanc habebat tacitam conditionem, modo hæres idoneus socius ad id esset. Hæc omnia habentur l. adeo, & l. verum. §. in hæredem ff. pro socio, concinit l. primatit. 10. p. 5. & consentit communis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Aluar. Valas. consult. 63. citata. nu. 5. & Gutier. de iura. confir. par. 1. cap. 48. nu. 6.

11 Vtrum †autē, si societas in alijs rebus sit cōtractus cum pacto, vt ad hæredes transeat, adhibito iuramento ab omnib. socijs de illo seruando, contractus in hoc sensu ad hæredes transeat, quod socij superstites non possint illi cōtrauenire, sed teneatur continuare societatē cum hærede defuncti. Faber, quē Greg. Lopez l. 10. citata gl. 1. Gut. vbi supra a nu. 5. referunt ac sequuntur, affirmanter respondet. Tametsi Greg. Lop. & Gut. limitandum id cēseant, nisi certus, ac determinatus hæres, ad quē contractus transeant, designetur: qm̄ censent tunc iuramentum esse contra bonos mores, eo qd adimatur potestas instituēdi aliū hæredem, ac proinde non obligare. Aluar. autē Valas. consult. 63. nu. 14. nunquam trāsire existimat. Ducitur, qm̄ iuramentū partis non validat actum a iure interdictum, & prohibitum pp tertij præiudicium. Item quia natura actus mutari non videtur, etiā adhibito iuramento. Puto tñ Fabri opinionem, etiā sine Greg. & Gut. restrictione, esse verā. Qm̄ pactū illud, stando in solo natura rei, secluso iure humano, quo sit irritū, neq; malum est, neq; nullū, vt ex se est manifestū: & qm̄, si ex se esset malum, & nullū, neq; in societate vectigalium admitteretur, aut esse validum, quare, si iuramento illud seruandi corroboretur, obligatio illud seruandi consurgit in conscientiæ, & in exteriori foro, ex tali iuramēto, iuxta ea, quæ disput. 149. & 150. dicta sunt. Quæst.

Ad primum autem vode Aluar. Valas. contrarium sibi persuadet, negandum est, pactum, aut exequutionem illius, interdicta esse: solum enim pactum est redditum nullum, non tamen prohibitum. Esto autem pactum esset prohibitum, id non tolleret, qd, si fieret, & confirmaretur iuramento, consurgeret obligatio mandandi illud exequutioni, vt ex dictis disp. 151 est satis perspicuum. Qd autē exequutio interdicta nō sit iure ciuili, vel ex eo constat, quod integrum socijs, & hæredib. defuncti sit, continuare societatem, eoque ipso censetur per eos innouata, vt Aluar. ipse Valas. cum cōmuni doctorum sententijs, affirmat.

Ad secundum dicendum est, quamuis natura actus, adhibito iuramento, non mutetur, quasi iuramentum de actu malo bonum, aut de actu bono malum efficiat, iuramētum tamen habere vim, vt actum, aut pactum, ex se non malum, & iure humano irritum, quale est, de quo disputamus validum, atque obligatorium reddat, vt tribus disputationibus citatis latè est ostensum.

Gregorij autem & Gutier. limitationē esse nullā satis dilucidè aduersus multorū opinionē ostendimus, disp. 151. vbi etiā explicauimus, in quo sensu dicatur in iure, quēquam sibi adimere facultatem testandi, esse contra bonos mores. Adde, si qui societatem init, descendentes, aut ascendentes habeat, quos velit nolit teneatur hæredes, ex testamento, aut ab intestato relinquere, nullum sibi testandi facultatem ex eo auferre, quòd eorum aliquem, aut aliquo, designet, in quem, aut in quos,

Digitized by Google

quos, cont actus societatis pertranseat.

Aliam limitationem cum Bar. Bal. & alijs addit Greg. Lop. glossa citata, cui consentiũt Aluar. Valas. cõsul. citata. nu. vlt. & Gutier. de iur. cõfir. par. 1. c. 58. nu. 3. Nẽpe, si testator hẽdibus præcipiat, vt in societate perseuerent, tenent. n. obedire testatoris præcepto, modo non sit in perpetuum, sed ad tps, vt Gutier. vbi supra obseruat, & liquebit ex dicendis. Hanc verò horum doctorum doctrinam intelligerem verã, quod attinet ad hæredes, vt tenerentur continuare societatem inter se, si alij socij velint: non verò quasi inde oriatur obligatio alijs socijs cõtinuãdi societatẽ cũ hęredibus, esto pactũ ea de re sociorũ cũ defuncto præcessisset. Itẽ id intelligo, qñ hẽdib. aliquid vltra suas legitimas portiones relinqueret: cui. n. solam legitimam portionem relinqueret, non posset imponere tale grauamen. Item qñ tale præceptum in bonum, ac fauorem hæredũ esset impositum, posset illi mutuo consensu renunciare: secus autem, si essent minores, vt cum Oldr. Bar. & Decio. num. citato Aluar. Valas. affirmat. Vbi rectè subuungit, hãc propterea nõ esse limitationẽ doctrinæ superius traditæ, quod. s. contractus societatis ad hæredes non transeat, esto pactũ ꝓcederet: in contrarium.

12 Secundò dissoluitur † societas morte ciuili alicuius sociorũ, in quibus casibus, in quib. dispu. 9. dictũ est, simi ciusum fructum morte ciuili: vbi explanatum est, qñ dicatur quis mori ciuiliter. Atque vnaquæq; societas dissoluitur eo ipso, qd aliqui sociorum confiscantur omnia bona. Ita hẽ. §. soluitur, ver. publicatione, inst. de societate, l. verum §. vlt. & l. actionem, §. morte ver. publicatione, ff. pro socio, & l. 10. tit. 10. par. 5.

13 Tertiò, si aliquis † sociorum propter debita cedat bonis suis. Ita habetur inst. de societate. §. soluitur. ver. item si quis, & l. 4. iuncta glo. ibi, ff. pro socio, & l. 10. tit. 10. par. 5.

14 Quartò, si instituta † erat ad aliquid præcisè, illudq; finiatur, vt si instituta erat ad semel asportandum triticũ ex aliquo loco, illudq; vendendũ in alio, illo quippe vẽdito, finitur societas. Quod si pecunja illa vnus sociorũ negotietur, lucrum, & dãnum non est cõe, sed ad ipsum solũ spectat. Ita hẽ. inst. de societate. §. soluitur, ver. Itẽ si alicuius. Eadem rõne, si capitale totũ casu fortuito, aut alia rõne pereat, finitur societas, l. verũ §. vlt. ff. pro socio. Cui aũt pereat, dicet in sequentib. Similiter si res, circa q̃ erat societas, pereat aut conditionẽ mutet, ita vt iã idonea societati non sit, finitur societas. Vt si in agro, qué quis ad colẽdum acceperat, vt cũ dño illius fructus diuiderẽtur in parte aliquota, ædificet publica autoritate Ecclesia, aut aliud simile fiat. Ita hẽ l. verũ, §. vlt. ff. pro socio, & l. 10. tit. 10. par. 5. Itẽ si societas erat contracta ad aliquod certum tps, finito eo tpe, finitur etiam societas. Nisi ex tacito consensu, vt supra dictum est, innouata, ac continuata censeatur. Ita habetur, l. verum, §. vlt. ff. pro socio.

Quemadmodum si conueniat, vt societas intra certum tempus non dissoluatur, ante aduentum illius, inuitis socijs, dissolui nequit, vt hẽ l. in hoc

15 iudicium, §. si cõueniat. ff. cõmu. diuid. ita † inuolidũ est pactum, vt societas nunq̃ dissolui possit, vt eo. §. hẽ, & l. nullã, ff. pro socio: qñ neq; pactũ valet, vt ad hæredes transeat, ac proinde, vt morte cuiusuis sociorum non dissoluatur, vt supra visũ est. Qñ ergo nullum præfinitũ est tempus, intra quod societas dissolui non possit idq; vel expressè, vel tacitè (vt inter coniuges societas dissolui non pót perseuerante matrimonio: qñ in totum id tempus societas censetur inter eos contracta) integrum est socijs, ijsve, qui aliquid commune habent, diuisionem petere, societatemq; dissoluere, vt patet l. vlt. C. comm. diuidundo, & l. 11. titu 10. part. 5. atq; alijs iuribus, quæ Gut. de iuram confir. par. 1. c. 58. num. 1. citat.

Hinc cũ Auend. Gutier. ibi. num. 6. colligit, si
16 † populi aliqui cões habeant terminos, non compelli perseuerare in cõione, neque in eo hẽre locũ præscriptionem, ẽt tps, de cuius initio non extet memoria, qđ in cõi eos possederint, vt num. 9. sequenti cũ Bar. & alijs rectè affirmat, ac defendit, sed posse vnumquemq, eorum populorũ petere diuisionem, si cõmodè ea fieri possit, neq; id à facultate regia pendeat, neq; snia sit lata de perpe-
17 tua cõione. Infert † præterea. nu. 6. qñ priuati loca habent ad pastum cõia, quæ *dehesas* in hoc Regno vocam, id qđ in eo frequens est, qñ multi hęredes in vnum earum succedunt: solent. n. eam hẽre cõem, ac indiuisam, locare q; illã ad pastũ, ac diuidere pretium locationis pro rata portioni, quam vnusquisque in ea hẽt: in hoc, in quam, euentu infert, nihil impediente, qđ tam, qui eas nunc possident, quam eorum prædecessores, à tpe de cuius initio non extet memoria illas possederint in cõmune, posse vnumquẽq; eorũ petere diuisionem: mõ tñ cõmodè id fieri possit sine cæterorum notabili præiudicio, qa videlicet vnaquæq; pars diuisa à cęteris tñ cõmodum, proportione quadã, haut paulo minus, affert, quantã totũ comparatione omnium afferebat. Si. n. ex diuisione notabile incõmodum cæteris, qui repugnarent, sequeret, qa videlicet partes diuisæ modicæ essent vtilitatis, eò ꝙ, ob sui paruitatem, non esset, qui eas conducere vellet, vel longè minori pretio, quã si omnes locarentur simul; aut si partes aliquæ essẽt lõgè meliores cæteris ad pastum, & ad alia abundarent q; aqua, cæteręq; aqua carerent, aut denique quacunq, alia de causa commodè, & sine notabili detrimento aliquorum, fieri non posset diuisio, tunc sanè concedenda non esset, præsertim quando res illa ab antiquo ad indiuisum vsum erat destinata. Refert verò Gutier. nõ semel fuisse factã eiusmodi diuisionem de hæreditate cõmuni, vno dominorum illam petente, obtenteq; requisitoriam regalem, vt fieret. Ait etiam, in domibus cõibus sæpe se vidisse fieri diuisionem, latis ea de re sententijs & exequutorijs, quando diuisio cõmodè fieri potest. Vtrum autem, quando fundus dotalis communis est vxori cum alijs, traditusq; est marito inæstimatus, possit maritus petere diuisionem, & vtrum minor, aut Ecclesia, petere possit diuisionem communis prædij sibi cũ alijs, lege Gutier. ibid. à nu. 16.

Hæc ita explicatis, qñ societas inita fuit sine

præfinitione certi temporis, in quo duraret, fas est cuiq; sociorum dissoluere, qñ voluerit, societa-
18 tem. Tunc † verò dr̃ societas ex eo dissolui, quòd sociorum aliquis societati renũciet, hoc est, significet alijs socijs se velle ab ea discedere. Seruari tñ debent conditiones aliquot. Prima, vt certiores omnes socios faciat, se à societate discedere. Si.n. absente aliquo sociorum renunciet societati, tũc, quod, qui ita renunciat, negotiando cum capitali acquisierit interim dum qui ignorat renunciationem, est absens, cõe efficitur vtrique: si verò damnum aliquod obueniat, ipse solus tenetur illud subire. E contrario autem, quod absens, interim dũ id ignorat, acquisierit, ad ipsum solum spectat; detrimentum verò cõe est vtique. Ratio, iuxta Bar. est, quoniam integrum est absenti, qñ renunciationem agnouerit, ratam illam habere, vt ipse particeps non sit damni; aut, si nullum sit damnum, vel lucrum damnum excedat, ratam eã non habere, vt vsque ad id tempus participet lucrum cum eo qui societati renunciauit. A tempore tamen scientiæ id ei non licet. Secunda est, vt non intempestiuè societati renunciet, ita vt ea renunciatio damnosa sit societati. Quare absoluere tenetur cœpta negotia, concedereq; opportunũ tempus, vt absoluantur. Vt, si empta habent mãcipia, aut triticum, vel quoduis aliud, tempusq; opportunum non sit, vt cum lucro vendantur, tenetur expectare tempus opportunum. Denique tenetur ea dissolutione nihil detrimenti societati afferre. Tertia, vt non cum dolo societati renunciet, vt ipse solus lucro aliquo participet, quod alioquin vi contractus præcedentis erat futurum totius societatis. Vt si contracta erat societas omnium bonorum, & ꝙ videret sibi esse relinquendam hæreditatẽ aliquã, societati renunciaret, vt ipse solus ea hæreditate potiretur, priuaretq; alios participatione illius. Tunc.n. valida quidẽ esset societas ad effectum, vt, si damnum ex acceptione eius hereditatis resultaret, ad ipsum solum pertineret: non verò, vt non teneretur cõe cum alijs efficere cõmodum, si ꝙ ex ea acceptatione hæreditatis obueniret. Idem est, si, intuitu priuandi socios participatione lucri ex particulari aliqua negociatione imminente, societati renunciaret. Comparatione tñ negotiorum quæ post renunciationem societatis iniret, & quorum intuitu societati non renũciasset, vt socios cõmodo illorum priuaret, valida esset renunciatio: qm̃ comparatione eorum nõ censeretur vsus fuisse fraude, aut dolo. Quot, si quando a principio inita fuit societas, pactum interuenit, vt liceret intempestiuè societati renunciare, tunc valida esset intẽpestiua renunciatio. Hęc oĩa patẽt ex l. si coierit, l. sed & socius. §. 1. & 2. l. actione. §. diximus. ff. pro socio, & ex l. 11. tit. 10. par. 5.

19 Quando † societas inita fuisset præfinito certo tpe, in quo perseuerare deberet, tunc nefas est socijs, alijs initis, renunciare societati. Si autẽ quis illorum renunciet, ab illo puncto, incipit damnũ ad ipsum solum pertinere, lucrum verò efficit cõe eo modo, quo paulo ante in societate, quæ sine p̃finitione temporis inita fuit, quando renunciatio fuit facta absente aliquo sociorum, explicatũ est.

Excipiuntur nõnulli eventus, in quibus fas est renũciare societati illi ante tempus illud præfixum impletum. Primus, si ei, qui renunciat, nõ seruentur pacta, & conditiones sub quibus inita fuit societas. Secundus, si socij sint ei iniurioſi, & damnoſi, ita vt prudentis arbitrio ferendi nõ sint. Tertius, si spes cesset id obtinendi, gratia cuius inita fuit societas. Quartus, si vnus sociorum idcirco societati renunciet, quia Reipublicæ causa diu, & inuitus, sit absens futurus. Nisi tamen commode posset per alium administrare societatẽ, aut sine suo detrimento committere societatem cæteris socijs: tunc.n. nefas illi esset renunciare societati. Hæc omnia inquiunt ex l. coire, unãa tñ. b. sequẽtibus, & ex l. actione. §. diximus, ver. item qui societatem. ff. pro socio, atque ex l. 14. tit. 10. part. 5.

20 Illud † vniuersim obseruandum est, quocunq; modo inita fit societas, dissolui mutuo sociorum tacito consensu, vt si separatim singuli agere cœperint in proprium cõmodum. Ita hr̃ expresse l. itaq; cũ. ff. pro socio. Sicut.n. societas inita, ac cõtinuata si põt mutuo tacito cõsensu, vt supra dictum est; sic etiam mutuo tacito consensu potest dissolui.

21 Si quis † cõpos sui societatẽ iniit, in amentiãque incidat, curator ipsius dissoluere potest societatem eo modo, quo is ipse poterat illam dissoluere, si sanus mente perseueraret. Cęteri etiam socij renunciare tunc possunt societati. l. vlt. C. pro socio. Potest ét † quis renunciare societati, tam per suum procuratorem vniuersalem, quàm per procuratorem ad id peculiariter deputatũ. Si tñ procuratori id prohibuisset, tunc non valeret renunciatio per eum procuratorẽ facta. Si vnus sotius renunciationem faciat procuratori alterius, tunc integrum est socio, cuius ille est procurator, vel ratam habere eam renunciationem, si id sibi iudicauerit expedire, vel eã non habere ratam, & participare lucro acquisito. Quare, vt à lucro excludatur, necesse est, vt ipsimet renunciatio fiat. Ita hr̃ l. actione. §. renunciare, & §. seq. ff. pro socio.

## Varij modi, quibus societas ad negotiationem, & lucrum contrahitur; & vnde iudicandum, an iusta sit.

### DISPVTATIO CCCCXV.

*SVMMARIVM.*

1 *Societas ad negociationem, & lucrum, quod modis contrahatur.*
2 *Societas ad negociationem, & lucrũ, an iusta, uel iniusta sit, quibus regulis cognosci potest.*
3 *Aestimatio multorũ, quæ in societate interueniũt, in quibus consistant.*
4 *Societas ad lucrum simpliciter contracta, intelligitur de equali, & equaliter diuidendo.*
5 *Lucrum in societate æquale quomodo computetur, & intelligatur.*
6 *Societas cum pacto, ut aliquis arbitretur de quota parte tangente unicuique sociorum, eo mortuo, est ipso iure nulla.*

Com-

Digitized by Google

7 *Compromissum in aliquem, tamquam arbitrum, an arbitratorem, quando censeatur.*

8 *Societas cum parte lucri, & damni contracta inæqualiter, quando valida.*

9 *Societas inita, ut particularia damna ad unum sociorum tantum pertineat, quando valida.*

His hactenus circa societatē in gñe explicatis, ad varias societatis species est descēdendū. Et primò circa societatē ad negotiationē, & lucrum, quod est propositum, erit examinādum.

1 Multis†modis eiusmodi societas contrahitur. Primò, vnoquoq; sociorum conferente capitale, siue æqualiter, siue inęqualiter, cum alijs, ita vt in de soluantur expensæ, atque industria, & operæ, quasi hæ mercede sint conductæ: deinde verò, societate dissoluta, in lucro, & damno subsequutis, solum habeatur cō capitalis, quod vnusquisque sociorum attulit. Atq; societas hæc est, in qua facilè iustitia dignoscitur. Si.n. iuxta proportionem darum capitalis partium, quas apposuerunt, diuidant inter se socij lucra, & damna subsequuta, cōtractus est iustus: alioquin iniustus est, & inęqualis. Secundo cōtrahi potest societas, contribuentibus quidem socijs æqualiter, aut inæqualiter capitale, cæterum aliquo, aut aliquibus eorū apponentibus totā industriam, vel plus industriæ, ac operarum, quam cæteri, aut apponentibus nauigiū, quo merces deferantur, vel instrumenta alia ad negotiationem, ac lucrum necessaria, vt retia ad piscandū, iumenta ad asportandas merces, &c. Tertio potest contrahi, aliquo, aut aliquibus, cōsentib. capitale, & alio, vel alijs, apponentibus operā, & industriā, aut simul etiam instrumenta.

2 Quorumq;†aūt modo, & cum quibuscunque pactis, celebrata sit societas, ad regulā sequentem ad metiendus est cōtractus, vt iudicetur, iustusne sit, an iniustus, & cōsequenter, an obligatio restituendi ex illo cōsurgat, vel nō. Cōputatis oībus, quæ singuli socij apposuerint, tam quo ad capitale, quā quo ad industriā, operas, vel instrumēta, aut quoduis aliud, si in cōtractu cōperiatur ꝓportionalis æqualitas, ita s.t vt qualis fuerit proportio eius, quod quisq; apponit, ad ea, q̄ apponūt alij, talis sit ꝓportio lucri, qđ est reportaturus, ad lucra, q̄ reportaturi sunt alij, partisq; capitalis, quā finita societate, est extracturus, ad partes, quas extracturi sunt alij, atq; etiam periculi, & dāni, cui se exponit, ad pericula, & damna, quib. alij se exponunt, vel certè, si in horum aliquo inæqualitas aliqua cernatur, id aliunde compensetur, ita videlicet, vt omnibus computatis, prudentis arbitrio æqualitas proportionalis inter socios comperiatur, contractus est iustus, alioquin iniustus est, & inæqualis, cum obligatione restituendi, reducendique illum ad æqualitatem. Quo†loco obserus, æstimationem multorum ex ijs, quæ in contractu societatis interueniunt, non cōsistere in indiuisibili, sed habere suam latitudinem, maiorem, vel minorem iuxta naturam cuiusque eorum, attentis circumstantijs omnibus concurrentibus, vt in cæteris etiam rebus regulariter solet cerni. Aestimatio.n. operarum, & industriæ, quas quis apponit, attēto maiori, vel minori, periculo suæ ꝓpriæ ꝑsonæ, cui se exponit, vt si mari, aut palia periculosa loca, merces sit asportaturus, & attēto maiori, vel minori, labore, ac molestia, quā est subiturus, atq; alijs circumstantijs concurrentibus, certè in indiuisibili non consistit, sed magnam latitudinē hēt intra limites valoris iusti. Aestimatio item in dustriæ, quam quis est appositurus, ēt si domi maneat, qa videlicet multum dexteritatis hēt in tradēdo ordine, exequutionē q; accommodata ad lucrū, in indiuisibili ēt non cōsistit, neq; parum ea æstimatur: cò ꝙ ex eiusmodi dexteritate, ac peritia negotiandi multū pendeat lucrū, sicut ēt ex priori capite explicato multū operæ, & industria æstimantur. Vnde l. si nō fuerit, in prin. ff. pro socio, sic scriptum legimus. *Plerumq; tanta est industria socij, ut plus societati cōferat, quā pecunia. Idem si solus nauiget, solus peregrinetur, pericula subeat solus.* Hæc ibi. Ité æstimatio vsus nauigij, aut cuiusuis alterius instrumēti ad negotiationem, ac lucrū necessarij, profectò in indiuisibili nō est posita, sed multū latitudinis intra limites iusti habet. Cū aūt horum æstimatio, multorumq; aliorum, quæ in societatis contractu interueniunt, in indiuisibili non consistat, consequens profectò est, vt neq; ꝓportionalis æqualitas, quā inter socios necesse est reperiri, vt societas iusta sit, in indiuisibili cōsistat, sed latitudinem suam habeat, maiorē, vel minorem, intra limites iusti, prout fuerint ea, quæ in eo contractu interuenerint. Q̄n ergo, computatis oībus, quæ in eo interueniunt, expensaq; latitudine tota valoris iusti cuiusq; eorum, nō deprehenditur egressus, a proportionali æqualitate seruanda inter socios secundum totā latitudinem æqualitatis, quam iustitia patitur, contractus est iustus: q̄n verò prudentis arbitrio egressus deprehenditur, contractus est iniustus cum restituendi onere, quantū satis sit, vt cōtractus ille limites iusti pertingat. Hoc aūt intelligendum est, q̄n is socius, qui inæqualitate grauatur, non cōdonat, aut nō vult ex liberalitate eam inęqualitatem, sed involuntariè mixtè eam patitur, vel qa illam ignorat, vel qa melius est eā pati, quā non inire cum contractum, vt frequentius euenire solet. Si.n. ex liberalitate pati vellet eam inæqualitatē, propterea quod socius consanguinitate, vel amicitia, sibi esset cōiunctus, vel vt ei remuneraret p̄stita obsequia, aut in eleemosynā, vel alia simili de causa, tunc sanè, quoniam volenti, ac cōsentienti libertate plena, nulla fit iniuria, vtiq; neq; iniustitia, neque alia iniquitas, in eo contractu cerneretur.

4 Q̄n†socij inierunt societatem ad lucrum, neq; expresserunt, q̄n pacto lucrū inter ipsos esset diuidendum, intelligitur, diuidendum esse quo ad partes æquales. Ita hī instit. de societate in prin. vers. & quidem, & l. si non fuerit in prin. ff. pro socio, quod glossa vtrobique intelligit, q̄n capitale æqualiter fuit contributum à socijs. Quasi id

5 †tandem intelligendū sit, de partibus lucri æqualibus, nō semper secundum proportionem arithmeticam, sed secundum proportionem geometricam; vt scilicet qualis fuerit proportio partis capitalis ab vno appositi, ad partes appositas ab

alijs, talis sit proportio partis lucri ab eo accipiẽdi, ad partes, quas alijs accipere debent. Additio quædam ad glossam Inst. de societate ver. citato, adhuc doctrinam hanc totam merito restringit, nisi ex tali diuisione lucri, resultet manifesta inæqualitas in eo contractu, spectatis omnibus, quæ in eo interueniunt. Tunc enim non solum in foro conscię fieri non debet diuisio per partes eo modo æquales lucri, sed etiam in exteriori foro: si socij inter se non conueniant arbitrabitur iudex, qñ pacto diuisio illa sit faciẽda, vt additio illa citata rectè affirmat. Si enim duo socij æqualiter cõtribuissent ad capitale, & vnus solus eorũ iduſtriã non exiguæ æstimationis apposuisset, æquitas nõ pateretur, vt diuiderent inter se lucrum per partes æquales. Qñ de damno non fuit expressum, q̃ partem quilibet sociorum reportare deberet, intelligitur in eadem proportione debere sustinere damnum, in qua lucrum erat participaturus: sicut è contrario, si expressum sit, in qua proportione sustinere deberet vnusquisque damnum, nihilque de lucro fuit constitutum, intelligitur in eadem proportione eos participare debere lucrum. Vtrũque habetur expresse Inst. de societ. §. illud. Sermo autem est de damno quod non accidit culpa, saltem leui, alicuius sociorum: quod enim culpa obuenisset, ad eum solum spectat totũ, qui in culpa fuisset, vt disp. 413. dictum est.

6 Qñ † societas inita fuit cum pacto, vt tertius aliquis arbitraretur quotam partẽ accepturus esse vnusquisq; sociorum, tunc, si is arbitrator, anteq̃ arbitriũ ferat, & anteq̃ societas exequutioni mandari incipiat, è vita discedat, contractus est ipso iure nullus: quia rebus integris, conditio defuit, sub qua ferat celebratus. Ita hĩ l. si ita coita. ff. pro socio. Quòd si aliqui compromittant in aliquẽ, vt definiat quãtã partẽ quisq; eorũ sit habiturus, tunc, si ad cõponendã litẽ motã inter eos cõpromittant in illum tamq̃ in iudicẽ arbitrum in modũ transactionis circa litem (sumpto trãsactionis noĩe late, vt alibi dicetur) standum erit illius sententiæ, quicquid ille definiat, nisi cõstet dolo defuisse illo modo. Si vero solum compromittãt in illum tamq̃ in arbitratorẽ, atque æstimatorũ partium, quas vnusquisque accipere debeat, stãdum ãt erit arbitrio illius, si in eo inæqualitas & iniustitia non appareat: si autem appareat, neque ille sufficientem rationem talis arbitramenti reddat, cõceditur recursus ad iudicẽ ordinarium, qui per se, vel per alium, faciat id iterum arbitrari. Ita hĩ l. societatem mecum, & quatuor seq. ff. pro socio.

7 In † dubio aũt, an compromissum in aliquem sit tanquam in iudicem arbitrum, an potius tamquã in arbitratorem, censendum est fuisse solum tamquam in arbitratorem, vt habetur l. si societatem. ff. pro socio. Quæ circa hæc oĩa addi poterãt, commodius dicentur tract. 5. dum de iudicibus arbitrijs, & de arbitratoribus, fuerit sermo.

8 Validus, † ac licitus poterit aliqñ esse contractus, & ad vnum sociorum pertineant duæ partes lucri, ac damni, quod euenerit, & ad alium tertia pars dũtaxat, aut quod partes aliæ variis alijs modis inæquales ad socios diuersos spectent: qñ id ex eo poterit cõpensari, & vnus sociorum plus capitalis, aut operarum, aut industriæ apponat quã alius. Immò aliqñ poterit esse licitus contractus, non solum, vt ad vnum sociorum pertineant duæ partes lucri & vna damni, atque ad alterum duæ partes damni, & vna lucri spectent, sed etiã vt ad vnũ nihil damni, si qd euenerit, attineat, & tñ obtineat tantã vel tantã partẽ lucri quoniã, vnum sociorũ à se eijcere totũ periculũ, & dãnũ, & possit accidere, cõpensari similiter inde poterit, qd operas, & industriã, quæ multũ æstimentur, apponat. Quo fit, vt, quicquid horũ oĩum deductũ fuerit in pactum, standũ sit contractui, modo tñ de inæqualitate, atq; iniustitia non constet. Vtrũ aũt, q̃ solũ apponit capitale, aut partem illius, deducere licitè in pactum possit, vt expers sit periculi, ita vt quicquid dãni euenerit, ad socium, vel ad socios, pertineat, quemadmodũ, qui operam, & industriam apponi, pòt aliqñ id licitè in pactũ deducere, disputa. 417. dicetur. Hæc oĩa hñt Inst. de societ. in prin. ver. nec. n. & §. de illa. & l. si non fuerit, & l. Mutius. ff. pro soc. Quibus in iuribus dr, aduersus sniam Mutij obtinuisse sniam Serui Sulpitij posse esse licitam societatem, in qua cõstitueretur, vt ad vnum plus lucri, quam damni, & è contrario ad alium plus damni, q̃ lucri, pertineret: immò vt ad vnum nihil damni, pars verò lucri, attineret? Intelligendam aũt hanc Serui Sulpitij sniam esse, ita vt nomine lucri, solum id intelligeretur, qd deducto capitali, & cõpensatis omnibus damnis, quæ in negotiatione euenissent, restaret.

9 An † aũt licita esse possit aliqñ ex natura rei societas, in qua statueretur, vt q̃cumq; particularia dãna in pgressu negotiationis euenirent, ad vnũ solum sociorum spectarent, nec cõpensarentur ex lucris, & nihilominus alius socius partẽ quandã aliquotam haberet in oĩbus lucris. Dicendum est, quamuis ea societas videatur regulariter iniusta, quoniam in ea regulariter, cõputatis oĩbus, cõperietur inæqualitas: eaq; de causa reprobari videatur. §. illa, & l. Mutius citatis; nihilominus euenire aliqñ posse, vt sit iusta: quoniam tãtus poterit esse excessus in capitali, & in opera, & industria, quæ is apposuerit, qui a se totum id damnũ eo modo reijcit, & tam exigua probabilitas dãni, vt id totum grauamen compensetur, quod in sociũ reijcitur. Atque id plane sentit l. si non fuerit citata. §. vlt. quæ solam eam societatem leoninã, ac iniustam appellat, qua statuitur, vt ad vnum solum pertineat damnum, & nihil lucri.

## Quando vnus apponit capitale, & alius operas, & industriam, an dissoluta societate, sit solum lucrũ inter eos diuidẽdum, vel etiam capitale.

### DISPVTATIO CCCCXVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Sociorum unus sit ponat capitale, & alter industriã quomodo lucrum solum sit inter eos diuidendũ, & quomodo una cum capitali, & nu. seq.*

Societas

2 *Societas simpliciter inita sine expressione partium lucri, & capitalis, intelligitur regulari secundū consuetudinem loci, in quo fuit contracta.*

3 *Societas si sit inita, vt unus ponat capitale, & alter operas, capitale perempto, dissoluitur eius periculo, qui id posuit, sine restitutione operarū ab altero non præstitarum.*

4 *Sociorum vnus si pecuniā ponit, & alter operas quo modo pecuniæ lucrum æstimandum.*

5 *Societate contracta vt unus capitale, & alter operas ponat, dominiū capitalis quādo efficiatur cōe.*

6 *Societatis contractus appellandus est etiam, quando unus ponit capitale, & alter nauigium cum operibus ministri.*

Quæst. RES hæc valde controuersa est inter Doctores. Exempla sunt; Siquis artifici pecuniā tradat ad opera suæ artis exercenda, & lucrādum; vel negociatori, qui terra, aut mari, dilaturus, atq; exportaturus sit merces; aut alteri simili, qui solus ea pecunia sit negociaturus; vtrum dissoluta societate, solum lucrum sit inter eos diuidendum, & capitale integrū ad eū spectet, qui illud apposuit, an capitale etiā sit inter eos diuidendum. Idem dubium est, quādo aliquis ad societatē confert vsum rei alicuius, vt nauigij, aut alterius rei similis, & alius, aut alij, capitale apponunt, an sit solum cum eo diuidēdum lucrum, quod, deducto capitali, fuerit repertum, an verò etiam capitale ipsum.

Caiet. secunda secundæ q. 78. art. 2. ad quintū, asseuerat, tam lucrum, quam capitale, esse diuidenda proportione quadam cum eo, qui operam, ac industriā, aut vsum nauigij, vel rei alterius, apposuit. Vt si, v. g. vnus ad negociationē apposuit bis mille ducatos, alter verò operas, & industriā, aut etiam nauigij vsum, quæ æstimētur mille ducatis, dissolutaq; societate comperiantur quatuor mille & quingenti ducati, eum, qui solas operas, & industriam, aut etiam nauigij vsum, apposuit, debere accipere tertiam partē totius illius summę reper tæ hoc est, mille quingentos ducatos; & alterum accipere debere reliquas duas partes, id est, ter mille ducatos. Quasi prius à tota illa summa reperta extrahantur termille ducati, tamquā capitale conflatum ex bis mille ducatis, quos vnus sociorū apposuit, & ex mille ducatis, quos valebant operæ, & industria, atque vsus nauigij, quæ alter socius apposuit, diuidantur q; inter eos, ita vt vnus accipiat duas partes integri capitalis eo modo supputati, quas apposuit, & alter reliquam tertiam, quā in operis industria, atque vsu nauigij, quæ nō extabant etiam apposuit, & postea mille quingenti ducati, qui tanquam lucrum supersunt, similimodo inter eos diuidantur, iuxta proportionem partis capitalis, eo modo computati, quā vnus apposuit, ad partem quam apposuit alter. Quod si socij illi damnū ex ea societate reportēt, quia videlicet finita societate, solū reperiūtur ex capitali mille quingenti ducati, tunc, qui operas, industriam, atq; nauigij vsum apposuit, accipiet tertiā partem illius capitalis, quingentos videlicet ducatos, & alter reliquas duas partes, hoc est, mille reliquos ducatos.

Postea verò idem Caiet. in summa verb. societas, mutasse vī tā iam. Nempe, solum inter eos diuidendum esse lucrum, quod, capitali deducto, remanserit, capitaleq; integrum ad eum solum pertinere, qui illud apposuit. Sicut etiam, si capitale, vel totum, vel quo ad partem, periisset, totum illius damnum ad eundem pertineret, et nihil illius ad eum, qui operas, industriam, & nauigij vsum apposuisset: sed solum ad hunc spectaret detrimentum operarum, industriæ, atq; vsus nauigij, quæ apposuisset. Hanc eandem sententiam amplectuntur Sotus. 6. de iust. q. 6. art. 1. & Nau. in Manu. c. 17. num. 251. & sequentibus atque ad eam accedunt Sylvest. verb. societas q. 6. Ang. ibid. nu. 10. & plerique alij. Tametsi multi ex his autoribus addant, licitè aliquando deduci in pactum, tum vt capitale ad omnes pertineat, tū etiam, vt, si pro parte pereat, ex reliquo pars aliqua ei obuenire debeat, qui operas, & industriam apposuit.

Qui hac de re sentiam, sequentes conclusiones aperient. Prima conclusio. Qñ † operæ, industria, nauigij vsus, aut alterius rei, quæ vnus sociorum apponit, æquales sunt in valore cum capitali, quod alter apponit, licitus est contractus, qd tam lucrū, quam capitale, diuidenda sint æqualiter inter vtrumq; socium iuxta opinionem, quam Caiet. 2. 2. est sequutus: immò verò pactum tunc, qd solū lucrum diuidendum æqualiter sit inter socios, & capitale ad eum integrum pertineat, qui illud apposuit, est iniquum, cum onere restituendi dimidiū capitalis. Si ergo eiusmodi socij conuenissēt, quod finita societate, diuisionem facerent inter se per partes æquales, non exprimendo, an solius lucri, vel totius summę, in dubio censendum esset intendisse totius summæ. Idem est dicendum, quādo operæ, & industria, ac nauigij vsus, æquales in valore essent dimidio capitalis, & pactum esset, quod, qui hęc apponeret, acciperet tertiam partem totius summæ; aut qñ æquales essent cuicumque alteri parti aliquotę, & pactum esset quod acciperet partem proportionalem totius summæ ei correspondentem. In conclusione hac conueniunt Conrad. de contract. q. 93. corolario 3. Maior. in 4. dist. 15. quæst. 47. Couar. 3. variar. resolut. cap. 2. nn 2. & alij, quos Couar. citat. Probari autem potest quo ad duas priores partes, quoniā si in eo euentu summa tota diuidenda fit æqualiter, seruatur inter socios æqualitas; quippe æqualia quo ad valorem contribuant ad societatem, atque æqualia reportent finita societate. Si verò sit pactum, quod solum lucrum diuidatur, & capitale integrum ad eum pertineat, qui illud apposuit, cernitur inęqualitas: quandoquidem pactum sit, quod, cum socij in cæteris sint pares, vnus eorum apponat æqualem valorem operarum industriæ, atque vsus nauigij, quem omnino emittat, & alter tantundem valoris in pecunia apponat, quem saluum, atque integrum habeat: in quo sane inæqualitas, ac iniustitia cernitur, cum restituendi onere, quantum necesse sit, vt contractus ad æqualitatem reducatur, hoc est dimidium capitalis in pecunia appositi: quo fit, vt veræ sint duæ priores partes conclusionis propositę. Tertia vero pars ex eo probatur, quoniam, in dubio,

præsumendum non est, contrahentes voluisse celebrare contractũ iniustum. Præsertim cũ, si inæqualitas notabilis sit, ac manifesta, iudex cogere possit, ac debeat, vt contractus ad æqualitatem reducatur. Optimè vero doctores citati obseruant, in proposito euentu, si capitali pereat post operas, industriam, & nauigij vsum apposita, eum, qui illa apposuit nihil teneri reddere socio, qui capitale apposuit qm̃ capitale cõe fuit effectum, æqualisq; valor operarum, industriæ, atq; vsus nauigij, quæ apposuit, etiã periuit. Si autem, antequã hæc apponeret, capitale periret, tunc teneretur ei soluere dimidium capitali: qm̃ nondum ex sua parte tantundẽ valoris apposuit, quem apponere tenebatur, dimidiumq; æstimationis illius, pertinet ad eũ, qui capitale in pecunia, aut mercibus contulit. Si verò capitale periret, postquam alter socius partem operarum, industriæ, atq; vsus nauigij, apposuit, restaretq; pars quo ad valorem apponenda, tunc solum teneretur reddere dimidium valoris eius, quod apponendum restaret.

Secunda conclusio. Si operæ industria, atque vsus rei, quæ alter sociorum apponit, nõ sunt æqualia capitali quo ad valorem, arbitrio tamen prudẽtis æqualia sunt capitali in ordine ad lucrum, hoc est, vt socius, qui ea apponit, æque participet lucro propter illa, ac alius propter capitale, vel vt participet lucro in tali, aut tali proportione, tunc licitus est contractus, quod finita societate æquè participent lucrum, aut in tali, vel tali proportione, & capitale si saluum maneat, ad eũ solum pertineat, qui illud apposuit. Atque hoc modo credo celebrari frequenter contractum societatis, quin & ita intelligi eiusmodi contractus, quando non deducitur aliud in pactum, nempe vt operæ, industria, & vsus nauigij, aut alterius rei, æstimentur solum per comparationem ad lucrum, quantum scilicet æquum sit, vt, qui ea apponit participet lucro, spectato capitali, quod alius, aut alij apponunt, attento, quod hæc perire omnino debent ei, qui illa apponit, & quod alij socij accipere debẽt integras partes capitalis, quas apponunt, si dissoluta societate saluæ permãserint, solumq; lucrum, quod insuper manserit, diuidendum sit inter omnes socios. 2 Quia † ergo contractus quando aliud nõ exprimitur, celebrati censentur iuxta consuetudinem loci, in quo fiunt, vt constat ex l. qđ si nolit, §. qui assidua. ff. de ædil. edict. & ex l. prius. §. placuit ff. de aqua plu. arcen. sane regulariter, si absolutè aliqui celebrent contractum societatis, quibusdam ex socijs apponentibus capitale, & alijs operam, & industriam, aut vsum nauigij, vel alterius rei, paciscanturque, quem partem quisque sociorum in fine sit accepturus, neq; exprimant, an illa futura sit totius summæ, vel solius lucri deducto capitali intelligendum est id de solo lucro, & non etiam de capitali. Quod si alicubi vigeret cõsuetudo, vt regulariter contractus societatis, vel in quacunque negociatione, vel in aliqua certa, celebraretur ita vt lucrum, & capitale inter omnes socios esset diuidendum, tunc contractus illo modo celebratus, intelligendus esset quo ad capitale, & lucrum, idq; similiter, vel in quacunque negociatione, vel in aliqua certa, prout consuetudo vigeret. Si autem alicubi contractus societatis promiscuè celebraretur vtroque modo, tunc contractus, prædicto modo celebratus, eo modo esset intelligendus, quo plus haberet æquitatis: eo quod in dubio præsumendum est, contrahentes æquitatem voluisse, atque intendisse seruare.

Quod cõtractus, de quo in hac conclusione est sermo, licitus sit, ex se est satis perspicuum. Quoniam in eo seruatur æqualitas, nec video doctores circa eum discrepare, quin potius consentire, si attente legantur. Quo loco obserua, in ordine ad solum lucrum participãdum, longe plus debere æstimari operas, industriam, & vsum alicuius rei, quã si æstimentur ad participandum capitale, & tamquam partes, vna cum pecunia, aut mercibus, appositis, integrantes totũ aliquod capitale. Etenim operæ, industria, & vsus nauigij, quæ in se solum valent centũ, si apponantur ad participandũ solũ lucrum, æquipollent fortè septingentis, aut mille, ita quod, si vnus ea apponat, & alius septingenta, aut mille, lucrum sit diuidendum inter eos in partes æquales, attento, quod operæ, industria, & vsus ille, si no-ei pereunt, qui illa apponit, & alter deducere ante omnia debet septingenta, aut mille, quæ apposuit, solumq; lucrum residuum sit inter vtrumque socium diuidendum, & attento, quod ad eum, qui apponit operas, & industriam, spectat totum damnum, tam capitalis, quã lucri, quod culpa saltem leui, ipsius aduenerit: id quod sane non est leue onus, quod in se suscipit.

3 Quando † contractus iuxta hanc secundã conclusionem celebratur, verum est, qđ doctores consueuerunt dicere, tam illi, quos ante primã conclusionẽ, quã quos pro illa citauimus; nempe, si capitale pereat, totum perire ei, qui illud apposuit. Itemque, si is, qui operas erat appositurus, nondum illas apposuit; aut nondum integras eas apposuit, & capitale totũ periit, nihil teneri restituere rõne operarum, aut vsus rei, quæ nondum apposuit. Quomodo ea lege cẽsetur contractus celebratus, vt ad alterum sociorum spectet periculum totius capitalis: eo quod ad eundem, si maneat saluum, pertineat totum: alterum verò solum adhibere spectet operas, aut vsum iuris rei, quandiu capitale fuerit saluum: eo autẽ omnino perdito, non amplius teneatur id præstare: quoniam satis est ad id solum esse astrictum: quandoquidem totum amittat, quod ex parte sua apponit.

Duo insuper admonuerim circa contractũ societatis prædicto modo celebratum. Primum est, Vt bene Naua. in Manua. c. 12. nu. 251. obseruat, falsum affirmare Sotum 6. de iust. q. 6. ar. 1. dum 4 ait, quando † vnus sociorum pecuniam apponit, & alter operas, non plus æstimandam esse pecuniã ad arbitrandam, ac definiendam partem lucri, quam æquum est, vt, qui illam apponit, accipiat, quam iuxta æstimationem periculi eam amittendi cui illam exponit. Etenim inde sequentur, si quis apponeret decem mille ducatos ad negotiationem, tutissimam, vnde ingens lucrum expectaretur, & quæ modica industria, & labore indigeret, ferè, nihil lucri posse accipere, sed penè totum

tum ad eum pertinere, qui modicas operas adhibuisset, quas pecuniæ dominus exiguo pretio ad eam negotiationem potuit conducere: quod tamen tamquam manifestè falsum intellectus respuit. Præterea cum tanta illa pecuniæ copia præcipuè ad id lucrum cooperetur, operetur que vt instrumentum illius persistens, qui illã ad id apposuit, atque periculo ipsius, sanè perabsurdum est affirmare, qui illam apposuit, solum posse participare de lucro, quantum æstimabitur periculum, cui eam exposuit, & non simul, quantum ille effectus ab ea pendet, atque ex illa efficitur.

Nostram hanc sententiam confirmat apertè. c. per vestras, de donat. inter vir. & vxo. vbi dotem cuiusdam mulieris, quæ in potestate mariti periclitabatur, eo quod maritus ad nimiam vergeret paupertatem, præcipit Summus Pontifex tradi mercatori in societatis contractum ad securam aliquam negotiationem, vt de lucro eius pecuniæ maritus viueret, ac sustentaret vxorem: quod si non plus de lucro illius pecuniæ posset iustè accipi, quàm iuxta periculum eam amittendi, vtique, vel dos multum vxori periclitaretur, vel admodum modicum accipere inde posset maritus ad sustentandam vxorem: contrarium autem vtriusque supponit tamquam verum in ea doctrina Summus ille Pontifex.

5 Secundum est. Quando† contractus societatis eo modo celebratur, dominium capitalis non effici commune sociorum sed, interim dum capitale idem numero manet, quod appositum est, ad eũ solum spectare dominium illius, qui illud apposuit. Eo tamen ipso, quod ad lucrum est distractum, & quod ex illo emptę sunt merces, aut comparata est alia pecunia, dominium earum mercium, aut pecuniæ commune efficitur sociorum, ita quòd summa illa tota, seu totalitate, est singulorum sociorum; partialiter tamen, dominij partialitate. Ratio autem est, quoniam in ea summa permixtum est capitale cum lucro, ita vt non magis pars vna, quàm reliquæ, pertineant potius ad lucrum, quam ad capitale.

Cum contractu, de quo in hac conclusione est sermo, computare possumus contractum, qui sa-
6 tis† frequens est in locis maritimis. Solent† quidam contribuere capitale, & alius nauigium apponit, eo inito pacto, vt ex lucro certa pars diuidatur inter nauigij dominum, & ministros nauigij, certa portione eius partis tribuenda cuique ministrorum. Tribuere soleant aliqui mercatores pretium vnius ministrorum nauigij, vt ad ipsos pertineat pars lucri, quæ ad eum ministrum obuenerit: quod Lusitani appellant emere *vn marinagem*. Et, tunc, si nauigium pereat, aut nihil lucri adueniat, amittunt mercatores pretium illud si autem lucrum adueniat, ad ipsos pertinet portio ministri vnius, & nihil de pretio, quod dederunt. Contractus hic est societatis, quo contribuuntur operæ ministri vnius nauigij, pro lucrò illo quod est in spe; estque contractus licitus. Esset verò illicitus si pretium, quod contribuitur, saluum in quocunque euentu manere debet.

# Vtrum possit esse licitus contractus, vt periculũ totum capitalis ad eum pertineat, qui apponit operas.

## DISPVT. CCCCXVII.

### SVMMARIVM.

1 *Societatis cõtractus, an licitus sit, vt periculũ totũ capitalis ad eũ pertineat, qui apponit operas, & quomodo, & quibus euentibus, & nu. 7. cũ seq.*
*Et quid in alijs contractibus. nu. 2.*
3 *Societatis contractus licitus, ut qui ponit operas, partem etiam periculi capitalis in se sumat.*
4 *Mercator in se suscipiẽs pecuniã dotalem ad negociandũ, cogitur & in se periculũ illius suscipere.*
5 *Societatis contractus coniunctus cum contractu assecurationis, quando illicitus.*
*Declara, & intellige, ut nu. 10.*
6 *Societatis propria natura, & conditiones quæ, & quæ dicatur Leonina societas.*
7 *Pecunia cum pacto, ut totum eius sit periculum, qui ponit operas, quot modis dari potest.*
9 *Pecunia tradita ad negotiandũ cum periculo eius, qui eam sumit, quot modis reddat contractum iniustum cum onere restituendi incrementum.*
10 *Societas cum pacto assecurationis, quo casu licita.*
11 *Assecurationis cõtractus initus cũ societate, nõ facit trãsire dominium pecuniæ in alterũ socium.*
12 *Societatis contractus, quando licitus, si vnus apponit capitale cum tertia parte solum periculi, & lucri, & alter operas cum periculo reliquarum partium capitalis, & lucri.*

FRequenter Olyssipone, atq; alijs in locis, solent viduæ, & plerique alij, tradere pecunias artificibus, & alijs negotiatoribus, ad vtilẽ aliquã negotiationem cũ pacto, vt integrum ipsis sit discedere à societate, quãdo ipsis placuerit, aut finito à liquo certo tempore; & cum pacto, vt capitale aut pars capitalis, quam apponunt, integra, & salua ipsis semper maneat, periculumq, totum in se suscipiat negotiator, & insuper cum pacto, vt ex lucro quotannis, vel certum quid ipsis teddatur, puta ad rationem quatuor, quinque, aut sex, pro centum, siue negotiator multum, siue parum, aut nihil lucretur, vel eis reddatur pars aliquota lucri, ita quod, si nullum comparetur lucrum nihil ipsis, præter suum capitale, teddatur; si verò comparetur, reddatur eis tertia, aut quarta pars lucri. Et quoniam mercatores, quo maiori pecuniarum copia negotiantur, eo plus lucrantur, libenter hos ineunt contractus.

Atque, vt tam se à cura, & labore supputationum, atque ab scrupulis liberent, quam etiam socios cõtribuentes capitale à suspitione, num plus lucri comparatum sit, deceptique à mercatoribus sint, libentius vtrique potius conueniunt, vt quotannis certum quid lucri potius soluatur, ad rationem quatuor, quinque aut sex, pro centum,
1 quam vt soluatur pars aliquota lucri. De† eiusmodi ergo, & de alijs similibus contractibus, inquirimus, an licitè celebrari possint: an verò semper

per illiciti sint, ac vsurarij: eò quòd id potius videatur mutuum cum pacto, vt aliquid insuper reddatur, quam vera societas.

Maior in 4.d.15.q.48.& 49. Nauar. in Man. c.17.à nu.253.& in com.c.1.14.q.3.à num.32. Couar.3.var.resol.c.2.nu.3.& 4.& alij, quos citant, asserunt, licitum esse eum cõtractum. modo tamen, qui ita tradit capitale, non intendant mutuo dare eam pecuniam, sed verè intendat celebrare eo modo contractum societatis: & modò incrementum lucri, quod in pactum deducitur, commensuratum sit pecuniæ, attento quòd alius suscipit in se periculum illius, ita videlicet, vt tãtum detrahatur de eo lucro quod licitè alioquin accipere posset, qui capitale apponit, quantum dignum est, vt is cuidam tertio tribuat pro assecuratione eiusdem capitalis.

Hanc sententiam probãt. Primò, qm̃, qui mille aureos tradit ad eam negotiationem, in qua parum aut nihil, capitale periclitatur, atque ex qua probabiliter spectat octoginta aureos in suam partem, licitè potest inire cum quodam tertio contractum assecurationis capitalis pro viginti aureis, aut pro parte aliquota lucri, quod sperat, & rursus licitè potest inire contractum alium cum quodam alio tertio, cui vendat reliquum lucri, quod sperat, pro triginta, aut quadraginta aureis: ergo à principio, quando societatem iniuit, licitè potuit celebrare omnes tres illos contractus simul cum socio, qui operas, & industriam apponebat: nempe primum societatis pro tanta parte aliquota lucri, quę, plus minus, futura credebatur octoginta aureorum; secundũ assecurationis capitalis pro viginti, aut pro quarta parte lucri obuenturi, ac tertium venditionis spei reliqui lucri pro triginta, aut quadraginta. Patet cõsequentia, qm̃, quando multi aliqui contractus, facti diuisim, sunt iusti, ac liciti, sanè, ex eorundem coniunctione, nulla oritur iniustitia, eò quòd non aliud sint, quam coniunctum ex contractibus iustis.

2 Secundo, in † commodato, locato, ac deposito, quamuis pars periculi rei commodatæ, locatæ, ac depositæ, pertineat ad commodantem, locantem, ac deponentem, vt in materia de commodato visum est, & dicetur infrà suis in locis, nihilominus licitum est pactum, quod periculum totum, etiam casus fortuiti, spectet ad commodatarium, conductorem aut depositarium, vt eisdem in locis ostensum est, ac ostendetur: ergo pari ratione in contractu societatis, quamuis natura contractus habeat, vt qm̃ vnus apponit capitale, & alius operas, & industriam, periculũ capitalis aut omnino aut ex parte ad eum spectet, qui illud apponit, licitum nihilominus erit pactum, quo is, qui apponit operas, totum illud in se suscipiat, compensatione facta, ꝙ iuxta quãtitatem periculi, qđ in se suscipit, accipiat etiã plus eius lucri, quod ex ea societate sperabatur, quod alioquin erat accepturus: neq; enim eiusmodi pactum est cõtra naturã societatis, quasi essentiam illius tollat, ac destruat, sed præter naturam, tamquam pactum accidentarium illi additum, & cum ea coniunctum.

3 Confirmatur hæc ratio, quoniam † licitum est pactum, vt qui apponit operas, partem periculi capitalis in se sumat, eò maiorem, quò plus eius lucri, quod speratur, illi conceditur, vt disputationibus præcedentibus dictum est, consentiuntque §. de illa, insti. de societate, l. si non fuerit, & l. Mutius, ff. pro socio: ergo eadem ratione licitum erit pactum, vt in se totum periculum capitalis recipiat, facta debita compensatione in maiori parte eius lucri, quod speratur: id quod sane plus, aliquando optabit, magisque vtile erit ei, qui apponit operas, quam contrarium: eo quòd periculum sit propè nullum, incrementumque lucri sit longè maioris valoris.

Tertiò, idem probant prædicti autores ex ca. 4 per vestras, de donat. inter vir. & vxo. vbi vir † cogitur tradere pecuniam dotalem mercatori ad securam negotiationem, vt & dos salua vxori maneat, & maritus se, & illam, ex lucro sustentet; quod esse nequit, nisi mercator in se suscipiat capitalis periculum.

Panorm. vero c. per vestras cit. nu. 11. Sotus 6. 5 de iust. q.6. ar. 2. & † alij, existimant, quamuis societatis contractus licitus sit, qm̃ coniunctum habet contractum assecurationis cum quodam tertio pro parte aliqua lucri, quod speratur, illicitum tm̃ esse, quando illi coniungitur idem contractus cum socio, qui operas apponit, siue simul eidem vendatur pars aliqua lucri, quæ speratur, pro determinato aliquo lucro minori, siue non.

Ducitur Panorm. Quoniam † de ratione societa- 6 tis est, quòd vterq; socius periculo sit expositus amittendi, vel operas, vel capitale: alioquin societas erit Leonina, iuxta l. si non fuerit. ff. pro socio: quare licet, qui operas apponit, reijcere totũ capitalis periculũ in eũ possit, qui illud apponit, iuxta §. de illa. insti. de societate, idque propterea quòd ipse opus suas perdat; is tamen qui capitale apponit, reijcere non potest in eum, qui operas apponit, periculum, tam operarum, quam capitalis, quin eo ipso rationem iustæ societatis destruat.

Sotus verò ducitur, quoniam eo ipso, quod is, qui capitale apponit, reijcit totum periculum illius in socium, amittit illius dominium, trãsfertque illud in socium eò quod is dominus sit rei, cuius res perit, vnde aperte sequitur, eo ipso, quòd per assecurationis contractum cum socio periculum capitalis in eum reijcitur, desinere esse inter illos societatem, atque incipere esse mutuũ eiusdem capitalis, idq; non totum, si à principio quãdo societas contrahitur, apponatur pactum illud assecurationis sed etiã si postea temporis decursu adhibeatur: quare, cum ex mutuo nihil possit accipi sine vsuræ vitio, & restituendi onere, consequens profectò est, vt illicita, atque vsuraria, sit societas ad lucrum cum pacto assecurationis capitalis inito cum socio, idque siue à principio, siue postea temporis progressu, apponatur.

Caietan. verò in opusculo 17. resp. 11. responsione ait, si contractui societatis, iam antea celebrato addatur ex interuallo pactum assecurationis capitalis cũ socio pro parte aliqua lucri, atque item pactum certi alicuius lucri pro reliqua lucri parte, quæ remanet in spe, nihil iniustum, aut illi-

citum

citum fieri: dummodo, ꝙ de lucro in spe remittit pro assecutatione capitalis, sit pretium commensuratũ pro periculo capitalis, & dummodo certũ lucrũ, ꝙ statuitur pro reliquo in spe sit illi ét commensuratũ. Si aũt, inquit, tres illi cõtractus simul celebrentur cum socio, aut secũdus, & tertius supponantur, ita videlicet vt a principio, qui capitale ad societatem est traditurus prius conueniat cum artifice, aut negotiatore, vt pro capitali, quod ei est traditurus, soluat quotannis certã lucri quantitatem, & insuper in se suscipiat periculum totum eiusdẽ capitalis, cõtractũ esse iniustũ, ac vsurariũ, cum restituendi onere, quod ita fuerit acceptum.

Hostiensis a Panorm. relatus, & alijs, asseruerunt, licitum esse pactum lucri certi, reijciendo totum periculum capitalis in socium, idque propter periculum casus fortuiti.

Conrad. verò de contract. q. 97. conuenit cum autoribus primæ sententiæ relatæ, contractum illum posse licitè celebrari intra iustitiæ limites, ait tamen simpliciter, esse illicitum: eo quod speciem habeat contractus mutui cum pacto incrementi, vsurarij, eaque de causa aptus sit generare scandalum, ac infamare contrahentem, viamq; aperiat, introducendi, ac palliandi vsuras.

Vt quid de hac re sentiam dicam, obseruãdum
Decis. 7 est. Multis ††modis posse dari pecuniam cũ prædictis pactis. Vno, ei, de quo creditur non esse ea negotiaturum. Alio ei, de quo creditur ea negotiaturum cæterum non curando, an ea negotiaturus sit, vel non, sed eo, qui illam dat, abdicante dominium illius a se, illudque transferente in accipientem cum pacto, vt post certum tempus, aut quando, qui eam dedit, voluerit, illam reddat cũ incremento aliquo inter eos constituto.

Alio modo, dando illam præcisè ad negotiandum, ita vt accipiens in nullo alio possit eam insumere, sed in hoc sensu reijciendo periculum illius in accipientem, ꝙ post tantum tps, aut ad arbitrium eã dãtis, teneatur integram illã restituere, & quasi in pretium ꝙ in ea in suum lucrũ, & commodum negotiari permittatur, teneatur aliquod moderatum incrementum soluere, v. g. quatuor, aut quinque, quotannis pro centum, vel partem aliquotam lucri, quod acquisierit.

Postremò dare põt ad negotiationẽ vt cooperet, & pariat lucrũ, vt perseuerat dantis, aũt dare eam non vult, nisi pro parte lucri in spe, ꝙ ei rñdeat debet, vel tertius quidam, vel is ipse, qui eam accidit secutam ipsi eã reddat, vel quia timet illã amittere, aut ne fortè fidelis non sit, qui eam accipit, in supputationib. postea faciendis, & tã lucrũ postea ei deneget, q̃ capitale ét, aut partem capitalis, causando capitale absq; sua culpa negotiando fuisse amissum, atq; ita in lites, ac molestias incidat. Simili ét de cã poterit eã non aliter velle dare, q̃ si simul, qui illã accipit, ineat secũ tertiũ contractum emptionis reliquæ partis lucri, quę est in spe, pro certo, ac determinato lucro quotannis sibi reddẽdo. Atq; hæc oĩa solent sæpe magis optare mercatores, qui similes pecunias ad negotiandum accipiunt, vtilioraq; ipsi esse solent quam si ad solum contractum societatis ei tradantur.

Hoc ita constituto, prima nostra cõclusio est.
8 Si † pecunia si ad negotiandũ quarto modo explicato tradatur cum eis pactis, & lucrũ certũ, ac determinatũ, cõmensuratũ sit tõne habita quantitatis lucri, ꝙ est in spe, contractus est iustus, nõ solũ si pacta ex interuallo apponantur, sed ét qñ a principio formaliter, aut virtute, apponuntur: virtute aũtẽ adhibita censebuntur, si, qui operas præstiturus est, dicat; da mihi tm pecuniæ ad talẽ negotiationẽ, & ego in me suscipiam periculum capitalis, & insuper tibi dabo quotannis tantũ lucri certi, mihiq; reliquũ lucri relinque: aut si is, q capitale tradit, simile pactum offerat: in eo enim virtute tres illi contractus continentur.

Hanc conclusionem probant duo argumenta, simul cũ confirmatione secundi, quæ pro opinione maioris, Nau. & Couar. proposita sunt. Neq; verũ est, ꝙ Sotus ait, nẽpe eo ipso, qd contractui societatis adhibetur pactum assecurationis capitalis cum socio, dñium illius transire in apponẽtem operas, desinereque esse contractum societatis, & transire in mutuum, vt dicemus rñdendo ad Soti fundamentum. Quin potius interim dum capitale non est alienatum, dñium illius pertinet ad eũ solũ, qui illud apposuit, ac proinde illi cõpetit rei vendicatio illius, si quis illud furetur, dũ est in potestate socij, qui operas est adhibiturus: itemq; si socius moriatur, atq; ea de cã, aut aliqua alia, societas dissoluatur, aut vlterius non progrediatur, competit ei, qui ipsum illi tradit, rei vendicatio: neque si exequutio fieri deberet ob alia debita, q̃ ad societatem non pertinerent, in bonis socij, qui operas est appositurus, fieri posset in eo capitali, vtpote nondum illius sed eius, qui illud apposuit, ac proinde in eo nullus creditorum talis debitoris præponi ei posset, qui capitale, illud apposuit, etiam si creditores illi hypothecã vniuersalem in bonis eius debitoris haberent: quæ omnia aliena sanè sunt a mutuo, cuius dominiũ eo ipso transit in mutuatarium, desinitq; esse in mutuante.

Immo verò, si negotiator ille capitale illud alienauit, atq; ex illo merces comparauit, aut pecuniam aliam acquisiuit, id totum ad societatẽ spectat, ac proinde quiuis sociorum dominium illius comparat, totaliter quidem totalitate rei, sed partialiter partialitate dominij, vt disputationibus præcedentibus dictum est, eaque de causa vnusquisque sociorum in eo, quatenus ad ipsũ spectat vel quo ad capitale, vel quo ad partem lucri, præferri debet creditoribus omnibus alterius socij. Neque quod vnus sociorum contractum assecurationis cum altero inierit, plus hęc impedit, quã si tertius quidam eundem assecurationis contractum pro parte lucri cum eodem iniisset: in quo euentu constat, dominium capitalis, ac lucri, perinde ad eum sociorum pertinere, cum quo celebratus est assecurationis contractus ac si talis contractus cum eo celebratus non fuisset.

Quia ergo pecunia illa eo modo ad negotiationem tradita, nihil impediente contractu assecurationis illius cum altero socio inito, cooperatur ad lucrum, vt illius, qui illam apposuit, dominioque illius apud eundem perseuerante, esto ad alterum

periculum

periculũ eiusdẽ pecuniæ pro iusta mercede pertineat, inde prouenit, vt verè non sit mutuum, & vt contractus ille assecurationis non plus reddat iniustum eum contractum, aut impediat lucrũ, quã si idem assecurationis contractus, vel ex intervallo, vel cum tertio aliquo, esset initus.

Illud admonuerim, esto gratis daremus, dominium capitalis eo ipso, quòd apponitur assecurationis contractus cum altero socio, transire in eũ socium, & desinere esse in eo, qui illud apponit, sanè qñ, qui capitale apponit, initurus erat verũ eundem societatis contractum, esto non subiungeretur cõtractus assecurationis, præsertim si consideret socũ syncere rẽ peracturum, posset licitè pp lucrum ex eo ipsi cessans ꝙ à societatis contractu ea via desistat, totumq; lucrum, qđ inde speratur, ei concedat, qui operas apponit, accipere capitale suum saluum, & insuper certũ moderatum lucrum tamq̃ pretium iustum lucri cessantis, qđ multi nõ attendunt, atq; adeo ille esset legitimus titulus ad iustificandum tunc eum contractum.

9 Secunda conclusio. Quando † pecunia cum eis pactis traderetur ad negotiationem aliquo ex tribus modis, qui primo loco explanati sunt, contractus esset iniustus cum onere restituendi incremẽtum, nisi excusaretur ex capite lucri cessantis, qa ea via in gratiam accipientis is, qui dat, priuaret æquali lucro, quod alioquin licitè ex ea pecunia ei erat obuenturum. Probatur conclusio, qm̃ in eis euentibus reuera nõ cernitur societas, sed mutuum, statimque dominium illius pecuniæ trãsit in accipientem, illudq; amittit qui eã dat. Et esto negotiationi applicetur, nõ cooperatur ad lucrũ, vt dantis, sed vt accipientis, eaq; negotiantis.

Duo tñ admonuerim. Vnum est, quando pecunia datur cum eis pactis verò negotiatori, arbitrãteque, qui eam dat, illam eum velle ad negotiandum, & lucrandum; cum vnusquisq; meliori modo, quo licitè possit, eam tradere intendat, possit aũt licitè eam dare post remo ex quatuor explicatis; numquam simplices, qui hæc distinguere nesciunt, condemnandos esse, si pecuniam suam cũ eiusmodi pactis ei tradant, quem non dubitant, velle eã ad negotiandum, & lucrandum: qm̃, virtute saltem, eam tradere intendunt quarto modo explicato. Alterum est, si is postea illa non negotietur, nihilominus teneri soluere integrũ capitale, & incremẽtum lucri: quoniam per ipsum stat, quòd non negotietur, & ꝙ suo periculo, & damno prosequi non velit societatis contractum.

10 Tertia conclusio. Quando † res aliqua sine ipsius alienatione potest fructũ producere aut commodum per eiusdem vsum, aut aliqua alia ratione præstare, tunc licitus est contractu, quo res illa conceditur ad fructum, aut ad commodum, ex ea percipiendũ cum pacto assecurationis illius, ac solutionis insuper alicuius certi interesse: modò cõmodum, quod ex ea speratur, dignum sit, tum ea assecuratio, tum etiã certo eo interesse. Verbi gratia, licitum est locare alicui centum oues ad fructus ex eis percipiendos, cum pacto assecurationis earum, ac solutionis tanti, vel tanti, interesse in pecunia, aut in fructib. earũ, vel in aliqua alia re, modò fructus qui ex is sperantur, digni sint, tũ susceptione illius periculi, tum etiam interesse illius insuper soluendi.

Similiter vsus equi concedi potest ad tantum tempus pro tanta pecunia, & cum onere, ꝙ cõductor periculum illius in se suscipiat modo vsus cõcessus, vtrique rei in valore æquipolleat. Ratio est, quoniã eiusmodi res nõ sunt sicut pecunia, & alia, quæ vsu consumuntur, quæque non fructificant, nisi distrahantur, ac alienentur, transferendo in alterum ipsarum dominium, atque adeo nisi vt subsunt industriæ, ac negociationi humanæ: quare cum res, de quibus sermo est in hac conclusione, manente earũ dñio apud eũ, apud quem antea erat, fructus reddant pecunia æstimabiles, concedi possunt ad eos fructus ex eis percipiẽdos pro certo interesse, atq; si de illo remittatur, quantum par est remitti pro susceptione periculi earum, licitus erit contractus, quo is, qui eas ad fructus ex eis percipiendos accipit, in se earum periculum suscipiat, & insuper soluat certum interesse, aut incertum, hoc est, partem aliquotam fructuum.

Superest percutramus argumẽta pro aliis opinionibus. Duo priora pro opinione Maioris. Naua. & Couar. nostram sniam confirmant, vt dictum est. Circa tertium est obseruandum, Ioanne And. fuisse arbitratum, eã concessionẽ factã fuisse peculiariter in dotis fauorem, quasi tradere illo modo pecuniã sit ex se illicitũ: ex priuilegio verò liceat in eo euentu. Meritò autem id reprehendũt Pan. c. nauiganter citatos, & doctores cõiter.

Si enim contractus ille ex se esset vsurarius, nulla ex causa, quantumcunque pia, licitũ esset eum exercere, eo qđ vsura iure naturali sit prohibita, cui positiuũ ius prædicare non põt, vt in simili casu conseruationis bonorũ minorũ dicebamus in materia de vsura. Textus etiam ille nõ vrget pro opinione Maioris Naua. & Coua. Qm̃ Summus Pontifex solum statuit, vt pecunia illa detur ad secutam negotiationem, non verò sine prope nullo periculo capitalis illius. Sicut enim in potestate viri relinquẽda erat, nisi experiẽtia docuisset multum in potestate illius periclitari, esto perire posset casu fortuito, aũt negotiatione præter spẽ: ita statuit Summus Pontifex, vt tradatur æqualiter securæ negotiationi ad lucrum; attamen non sine omni omnino periculo, etiam casus fortuiti, aut omissionis, in secura ex se negotiatione.

Ad id, vnde Panor. ducebatur, negandum est, de ratione iustæ societatis esse, vtrumque sociorũ expositum esse periculo. Quando enim sufficienter compensatur reiectio totius periculi in socũ, nihil iniustitiæ cernitur ex eo societate, quod periculum totum ad solum alterum sociorum spectet. neque est id, quod iura leoninam societatem appellant, sed quod sine recompensatione, nulloue commodo, reijcitur.

Ad id verò, vnde Sotus ducitur, negandum est primum antecedens, cum probatione illi subiuncta. Quãdo enim vnus extraneus alteri assecurat merces, quas mari transportat, sanè non acquirit dominium earum, sed eius manẽt cuius erant ante assecurationem, nihil impediente, quod si pereant,

rent, non domino earũ, sed assecuratori pereant. Item, vt probè Nauar. in com. citato, num. 36. ait, ex eo, quod in commodatarium, ac depositarium, vel conductorem, reijciatur periculum totum rei commodatæ, depositæ, aut conductæ, non transit in eos dominium rei illius; cum tamen, si pereat, ipsis, & non illius domino, pereat. Vnde consequenter negandum est Soto, per contractum assecurationis cum socio celebratum, societatem desinere esse societatem, & transire in mutuum.

11 Quin † potius dicimus, nihil cõtractu assecurationis impediente, eum, qui iuxta primam nostram conclusionem pecuniã in societatem tradit, manere dñm illius, & condominum aggregati ex lucro, & ex capitali, qñ illa incipiunt esse permixta, vt in 3. concl. dictum est. Consequenter addimus, non solum posse cogere socium, vt ad nihil aliud vtatur capitali, quã ad negotiationem, ad quam societas inita fuit, sed etiam, si in aliquo alio illud consumat, concederetur ei rei vendicatio, ad cuiuscumque manus deueniat, tamquàm rei, cuius dominium ad eum adhuc spectat. Longiorem impugnationem opinionis Soti lege apud Nauar. à nu. 36. citato.

Id denique, quod Conrad. affirmat, idcirco videlicet eiusmodi contractum, in se iustum, illicitum esse, quod aptus sit generare scandalũ, & infamare contrahentem, falsum profectò est. Si. n. pacta illa ex interuallo in progressu negotiationis, & societatis adhibeantur, nulla prorsus erit species mutui, & vsuræ. Si item à principio cum negotiationes fiant eo modo, quo licitè fieri posse est explicatum, non est quod vsuræ suspicio esse debeat, aut cur scandalum generetur; neque vllum ea de re expertus sum Olyssipone, vbi contractus est frequentissimus; tametsi aliqui trepidi fiant ob doctorum, quos citauimus, opiniones in contrarium. Neque Conrad. intelligit, illicitum esse contra iustitiam cum restituendi onere, sed solum contra charitatem.

Ex dictis facile erit intelligere, quid dicẽdum
12 sit ad sequens dubium. Quidã † in societatẽ dedit alteri tercentos aureos, qui solas operas, & industriam erat appositurus; ea lege, vt sola tertia pars periculi capitalis pertineret ad eũ, qui illud apposuit, reliquæ verò duæ spectarent ad apponentem operas, & similiter, vt sola tertia pars lucri spectaret ad apponentem capitale, & duæ reliquæ ad apponentem operas attinerent. Dubitatum fuit, an is contractus esset licitus. Syluest. ver. societas, 1. q. 5. & alij eum damnant tamquam vsurarium.

Quoniam, inquiunt, perinde est, ac si is, qui capitale apponit, mutuo daret alteri duas partes capitalis cum pacto, vt pro eo mutuo operas apponeret circa reliquam tertiam partem, cuius totum periculum, ac lucrum ad eum spectaret, qui illam apponit. Quare, cum appositio operarum circa eã 1
tertiam partem, sit quippiam pecunia æstimabile, acciperetur; in recompensationem pro mutuo reliquarum duarum partium capitalis, consequens 2
est, vt vsura committatur cum onere restituendi, quantum æstimabitur appositio earũ operarum. 4

Arbitror cum Maiore in 4. dist. 15. q. 47. vers. quarto dubitatur, esse dicendum. Si in ita sit vera societas totius capitalis, & operarum ad lucrum, iuxta quartum modum tradendi pecuniã ad negotiationẽ ante primam conclusionem explicatum, contractũ posse licitum, & iustũ. Cum enim pecunia tota, & non sola tertia illius pars, cooperetur ad totũ lucrum, vt instrumentum, & pecunia illã apponentis, vna cũ operibus, & industria alterius socij, vt concl. 1. explanatum, ostẽsumq; est, dominiumq; illius apud dantẽ perseueret, sane, si lucram, quod iustè speratur fuisse obuenturum, apponenti capitale in euentu, quod in se totum illius periculum assumeret, esset tũ, vt ex eo, quod contentus esse velit sola tertia parte lucri, & duas alias relinquat apponenti operas, sufficiẽter ei compensetur susceptio periculi duarũ partium capitalis, vt regulariter sufficienter compensabitur, contractus est iustus. Decis.

Sicut. n. potest quis iuste, ac licite reijcere in socium totum periculum capitalis, compẽsando id sufficienter maiori parte lucri, quam alioquin ei erat iuste obuentura, vt concl. 1. ostensum est: ita longe maiori cum rõne reijcere iustè, ac licitè in eum poterit periculum duarum ẽ partium capitalis, compensando id maiori lucri parte, quam alioquin iustè eidem erat obuentura. Ac sane miror Syluest. loco citato. q. 1. admittere illud primum, & posteà q. 5. negare secundum. Quando autem non fuisset verus animus ineundi societatem quo ad totum capitale, sed solum dandi mutuo duas partes, pro appositione operarum circa tertiam, tunc contractus esset vsurarius, cum restituendi onere, vt affirmat Syluester.

Quãdo itẽ, relinquere socio duas partes lucri, non cõpensaret susceptionẽ periculi quoad duas partes capitalis; (id quod ratò euenit) contractus esset iniustus cum restituendi onere, quantum satis esset, vt ad æqualitatem reduceretur. Simili verò arte iudicandum est in multis alijs similibus euentibus, an contractus vsurarius sit, iustusque, an iniustus. Quando vnus sociorum solum apponit capitale, alter verò partem capitalis, & insuper operas, & industriam, tunc, vt contractus iustus sit, huic debetur vna pars lucri proportionalis parti capitalis, quam apponit, & insuper altera commensurata operibus & industriæ, quam circa totum capitale adhibet.

## Expensæ, quas facit, qui in societate operas, & industriam adhibet, vnde sint soluendæ.

### DISPVT. CCCCXVIII.

#### SVMMARIVM.

1 *Expensa facta per eum, qui in societate operas, & industriam apponit, de quibus bonis extrahendæ, & num. 3.*

2 *Expensæ quæ fiunt in societate, quatuplex sunt.*

4 *Expensa facta per socium in medicis, & farmachis, de quibus bonis extrahendæ.*

*Et quid, si socius fuit à latronibus spoliatus, vel*

alio

*alio modo bona sua propria amiserit, vel ab hostibus captus. num. 5.*

*Declara tamen, & intellige vt nu. 6.*

7 *Socius quando non teneatur contribuere socio ad damnum ei illatum resarciendum.*

8 *Socius pro conseruatione mercium, an teneatur facere sumptus, quasi eos mutuando aliis socijs.*

9 *Expensæ omnes extrahendæ tempore dissolutionis societatis; & id quod ex societate debetur, nisi debeatur sub conditione in futurum pendente.*

1 DVbium est, † num expensæ, quas is fecerit, qui operas, & industriam apponit, extrahendæ sint de bonis societatis, ita quod, eis deductis, de reliquo extrahendum sit capitale, & quod superfuerit, sit lucrum inter socios diuidendum. Dicendum 2 † autem est, expensarum, quasdam esse circa merces ipsas, vt si ad eas vehendum necesse sit conducere iumenta, aut nauim, vel si necesse sit conducere domum ad eas custodiendum, aut etiã vendendum, vel si necesse sit cõducere dolia, aut alia vasa, ad eas continendas; asportandas, aut custodiendas, vel alias expensas facere ad illas conseruãdum, aut perficiendum. Atq; has, & alias similes, expensas, quæ non sunt negotiantis expensæ, sed ipsis, & cum ipsis mercibus, de bonis societatis esse faciendas, nisi expresse aliud in pactum iustũ sit deductum: aut nisi in aliquo euentu particulari contrarium habeat consuetudo loci; quod tarò euenit: contractus quippe, qñ aliud non fuit expressum, censetur celebratus iuxta consuetudinem loci, in quo fit. In his omnes, conuenimus, satis est perspicua, aperteq; confirmatur ex l. si fratres §. si quis ex socijs. ff. pro socio.

Aliæ expensæ sunt ipsius apponentis operas, & industriam, quas secum efficit in cibo, & potu, cũ iumento, & famulo, aut famulis pro negotiorũ, & personæ qualitate in psoluẽdo hospitio, & in similib. alijs. Atq; de his est dicẽdum. Si aliquid deductum sit in pactum, aut coniecturis de contrahentiũ mente hac in parte constat, standũ esse tali pacto, aut contrahentium menti. Si autẽ nihil in pactum fuit deductũ, neq; de mente contrahentium constat; tunc standũ esse cõi consuetudini loci, si ea in parte consuetudo aliqua sit cõi vsu recepta: eo quod contractus, quando aliud non exprimitur, celebratus censeatur iuxta communem loci consuetudinem. Quando autem ex nullo horum capitum res hæc definiri poterit, dicendum est.

Si is, qui operam aliquam apponit, locũ domicilij ad societatis negotium egrediatur, tunc expẽsas, quas fecerit, extrahendas esse de communibus societatis bonis: modo tñ competentes sint, ac rõnabiles. Si n. aliquid irrationabiliter, & superflue expenderit, vt in conuiuijs, aut rebus alijs minimè necessarijs, eas tunc de suo marsupio soluet. Maior. in 4. dist. 15. q. 47. Bal. & alij, quos referunt, & sequuntur Syluest. verb. societas 1. q. 12. & Ang. ibid. num. 12. asseruerunt, solum esse, extrahendas expensas de communibus bonis quo ad id, q plus expenderit extra proprium domicilium, quam expẽsurus erat in sua propria domo: ipsumq; de suo teneri soluere reliquum. Contrarium verò cum Salic. affirmat: Nauar. in Man. c. 17. nu. 283. nempe integras eas expensas esse extrahendas de communibus bonis societatis, quando non est deductum in pactum, vt solum incrementum extrahatur.

Atq; hæc sna placet, præsertim qñ proficiscitur ad negotiãdum ad loca remota, vt in Indiam, immo & per aliquot leucas, ita quod diebus aliquot extra proprium domicilium in ea negotiatione commoretur. Hæc omnia cõfirmantur ex l. cũ duob. §. quidam Sagariam l. si fratres. §. si quis ex socijs. l. secundum Iulianum. ff. pro soc. & ex l. 16. tit. 10. par. 5. quib. in iurib. statuitur, qñ aliquis sociorum proficiscitur ad negotium societatis, expẽsas, quas fecerit, extrahendas esse de cõmunibus bonis societatis, nulla mẽtione facta, quod solum quo ad incremẽtum vltra eas, quas in propria domo erat facturus. Cum autem iura solum loquantur, quando proficiscitur ad negotiandũ, aperte, argumento a contrario sensu, innuunt, qñ negotiatur in propria domo, sustentandum non esse de cõmunibus bonis, idemq; innuunt doctores citati. Quod tamen tunc proprijs expensis se sustentet, conducit, vt operæ, & industria, quas apponit, maiori pretio æstimentur.

Eadem iura citata statuunt, si profectus aliquis sociorũ ad negotia societatis, infirmet, aliquidq; rationabiliter insumat cũ medicis, & i farmachis, & alijs similibus rebus, id totum extrahendum esse de communibus bonis societatis. Hoc 3 † autem intelligo de his, quæ ita expenderit extra propriũ domicilium secus autem postquam in suam domum deuenerit, esto perseueret aduersa valetudo. Item 4 † eadem iura statuunt, si a latronibus diripiatur, aut naufragium faciat, atq; amittat aliqua bona sua propria, quæ negotij gratia detulit, vt equum, in quo iter faciebat, ensem, pallium, mancipium, quod in famulum deferebat, ea omnia extrahenda esse de communibus bonis societatis. Similique modo, si ab hostibus capiatur, atque in seruitutem redigatur, quod necessarium, fuerit insumere, vt redimatur, id totum extrahendum esse de communibus bonis.

5 Hæc † tamen omnia intellige, nisi culpa, saltẽ leui ipsius eueniat: quæ enim damna ex culpa ipsius euenerint, ea omnia ad ipsum spectant, vt dispu. 413. dictum est. Eadem quoque iura statuũt, si, dum communibus societatis mancipijs resistit, quæ fugere volunt, ab eis volueretur, quæ ita in medicatione impenderit, & damna, quæ inde prouenerint, resarcienda ei esse de communibus societatis bonis. Ratio est, quoniam cum hæc eueniant, ipso communis societatis bonum intendente, vtique sicut commoda, quæ inde erant prouentura, communia futura erant sociorum: ita rationi est consonum, vt damna quoque communia sint. Idem in similibus euentibus, de quo intelligo. Quod si eueniret, de quo proxime loquuti sumus aut alius similis, euenerit eidẽ existenti in sua propria domo, eodem modo tenerentur socij ea damna de communibus bonis illi resarcire: eo quod sit eadem ratio, siue causa societatis illi eueniant extra proprium domicilium, siue in suo domicilio.

7 Obserua

Digitized by Google

7 Obserua † tamen, si detrimentum aliquod tali socio aduenerit, occasione quidē negocij societatis, quod agebat, sed nō quia intenderet societati, tunc socios non teneri contribuere ad resarciendum tale damnum. Verbi gratia, si dum pergeret ad societatis negotium, rixatus est cum aliquo in via, esto occasionem illam non fuisset habiturus, nisi societatis causa iter illud fuisset aggressus, & esto absque vlla sua culpa vulneratus ab alio sit, non tenentur socij contribuere ad damnū illud. Eodem modo, si casu in ea via illum inuenit inimicus, eumque propter antiquum odium vulnerauit, esto inuenturus eum non fuisset, si causa societatis iter illud non suscepisset, ad nihil ei tenētur socij: neq; enim se exponere dicitur huiusmodi periculis propter societatem, sicut se exponere dicitur periculis prædonum, & captiuitatis ab hostibus reipublicę: longeque diuersa sunt, commodum, aut incommodum, socijs occasionē habuisse ex societate, & aduenisse pp societatem, ex ipsa ue societate. In primo enim horum euentuum, sicut commodum societati non est cōe, ita neque incommodū, vt affirmāt Bart. l. socium. §. socius ff. pro socio, & doctores communiter: in secundo verò, quemadmodum commodum societati est commune, ita & incōmodum commune esse debet, vt doctores etiam communiter asseuerant.

Quādo aliquis sociorum de suo marsupio eas expēsas facit, quas de cōmunibus bonis facere illi licuit, repetere illas de cómunibus bonis societatis poterit, tamquā mutuo societatis datas. Verū autem, qñ ad mercium conseruationem necesse est facere † sumptus aliquos, quos si nō faceret, perirent merces, aut deteriores redderētur, teneatur eos facere quasi eos mutuando alijs socijs. Dicendum est, in primis teneri præcepto charitatis. Quæst. 8

Postea verò cum minimum ei cōpetere actionem negotiorum gestorum ad repetēdum, quod ita apposuerit, nihil impediente, quod lucrum totum, atque etiam capitale, perierint. Ratio est, quoniam ea in re vtiliter gessit negotium sociorum, eaque de causa, quicquid postea sequatur, soluere illi tenentur expensas in ipsorum commodum factas. Quòd verò ad obligationem ex iustitia attinet, quasi, si merces ideo pereant, quod ipse eas expensas non fecerit, ipsi pereant teneaturque illas restituere et socijs.

Quidam neganter respondent. Quoniam, inquiunt, vi contractus expensæ illæ de communibus bonis erant faciēdæ: eaque de causa esto merces idcirco pereant, quod socius eas nō fecerit de suo marsupio, ad nullam restitutionem tenetur alijs socijs. Quemadmodū ministri publici, qui ex iustitia custodire ciuitatē tenentur, ex eo, quod non euitent mala aliqua, quæ vitare possunt, si secum assumerent alium hominē præter illos, qui à Rege, aut à Republica, illis constituti sunt, non peccant contra iustitiam: eo quòd ex iustitia solum teneantur vitare mala, quæ cum hominibus sibi traditis, aut constitutis, vitare potuerint.

Decis. Quāuis sententia hæc specie probabilitatis nō careat, fortè contraria est probabilior. Ratio autem est, quoniam eiusmodi socius, vi contractus, tenetur ad omnia damna, quæ culpa ipsius etiam leui, proueniunt; quare si petendo mutuo ab aliquo tertio, vitare posset mercium amissionē, nec peteret, vtique in conscientia & in exteriori foro, cogeretur soluere ea damna subsequuta: eo quòd teneretur eam adhibere diligentiā, ne merces perirent: eodemque modo si insumendo aliquid de suo marsupio, quod absque vllo suo incommodo tempore cōgruo erat recuperaturus, potuit merces sibi commissas cōseruare, neq; id insumpsit, sane dicerentur culpa ipsius perijsse, ac proinde tenebitur restituere socijs damnū inde subsequutum. Sub ea quippe conditione, & sub quacunq; alia simili, censentur alij socij iniuisse cum eo contractum, dum voluerunt teneri illum de culpa, etiam leui, ac proinde teneri ad diligentiam, quam ipse proprijs rebus adhiberet.

Ad similitudinem autē de ministris publicis, dicēndum est, si similiter intelligant necessariū esse ad vitandum aliquod magnū malum in particulari, adhibere hic, & nunc alium hominē, quē apponere possint sibi tempore cōgruo persoluendum, teneri ex iustitia eum adhibere: quod si adhibere illum prætermittant, teneri ad restitutionem damnorum subsequutorum, puniendique ea de causa à superioribus potestatibus.

9 Illuc hoc † loco est obseruandum, tempore dissolutionis societatis, ante omnia extrahendas esse expensas omnes, idque quod ex societate debetur: soluendum esse statim. Quod si debeatur aliquid sub conditione pendente in futurum quippiam ve aliud in futurum debeatur, tunc illud extrahendum non esse de cōmunibus bonis ante diuisionem, sed bona omnia esse diuidenda: is tū, qui operas apposuit, quique societatis nomine se obligauit, accipere à socijs debet cautionem debitam, quod tempore debito ad solutionem contribuent. Ita habetur l. omne æs. ff. pro socio l. cum socijs. ff. com. diuidun. & l. 16. tit. 10. part. 5.

## Qui operas apponendo societatem init cum alijs, qui capitale apponunt, an similes alias societates possit inire cum alijs.

### DISPVTATIO CCCCXIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Societas an possit iuri cum alijs, per eum, qui operas tantum apponit.*

2 *Societas posterior quando iniri possit per socium, qui operas tantum adhibet.*

3 *Socius, qui operas tantum apponit, contrahens posteriorem societatem, contra pactum in prima appositum, ad quid teneatur.*

*Et quid, si non sit appositum pactum, sed posterior societas præiudicat primæ. nu. 4.*

1 CIrca hanc quæstionē distinguendū est. Qm, vel † in prima societate deductū fuit in pactum, vt non iniret societatem aliam, neque alia assu-

assumeret negotia, quatenus ea ratione expeditior esset, meliusq; ei societati vacaret: id qđ multi solent in pactum deducere: vel nihil tale in pactũ fuit deductũ. Et rursus, vel vacare posterioribus societatibus, & negotijs assumptis, prę iudicat primæ societati; qa nõ æque bene vacare poterat negotijs illius: vel illi nõ præiudicat; qa sufficientissimè poterit ea omnia negotia administrare.

Hæc constituta distinctione, prima, conclusio
2 est. Qñ† posterior societas, neq; præiudicat priori, neq; in priori fuit deductum in pactum, ne cõtraheretur alia societas, aut aliud negotium, licitum est inire posteriorem, aut posteriores societates. Probatur. Qm̃ in eo nulla fit iniuria prioribus socijs: quandoquidem in illo defraudantur, neque transgressio fit pacti cum eis initi. Estque res hęc persimilis, ac quando aliquis locat se in famulum alicui: si enim, in nullo præiudicando obsequio domini, aliquid ad petitionem alterius efficiat, licite accipere poterit iustam mercedem pro eo: neque propterea definit esse dignus stipendio toto, quod ab hero suo accipit pro famulatu, & obsequio, in quo eum non defraudat.

Obijcies. In prima societate æstimatũ est, quãtum lucri dignum sit, vt is accipiat pro sua opera, esto nulli alteri rei intendat: ergo eo ipso, quod in alia societate accipit lucrum, efficitur dignus in priori societate minori lucro, quam fuerit ei taxatum. Ad hoc argumentum negandum est antecedens. In vnaquaqué enim societate solum æstimatur, quanto lucro sit dignus, vt præcise ad eam concurrit societatem. Si enim assumitur ad negotiandum cum mille ducatis, minus lucrum ei constituitur, & minori lucro est dignus, quam si assumatur ad negotiandum eodem negotiationis genere cum duodecim mille ducatis.

Licet.n. in posteriori hac negotiatione minor pars aliquota lucri ei constituatur, quam in illa priori: minor tñ pars aliquota lucri ex negotiatione cum 12. mille ducatis, longè maior pars esse pót, teq; ipsa erit, quã maior pars aliquota lucri ex negotiatione cum mille solum ducatis.

Et quamuis aliqs plus aliqñ lucri postulet in priori societate, quam proportione quadã peteret, si simul eã, & alias societates iniret, quatenus commodum ex multis societatibus ipsum inuitaret ad remittendũ de lucro in singulis (quẽadmodum ẽt, qui multas merces vendit, simul remittit de pretio, quo eas tẽporis decursu per partes venderet) id tñ non impedit, quominus, postquã iuste primã iniuit societatem, licite possit accipere postea lucra ex alijs societatibus, quas ineat, & ad quas non ineundas, nec formaliter, nec virtute, primam ineundo societatem, se astrinxit.

Confirmantur hæc omnia, quoniam consuetudine est receptum, postquam aliquis societatem iniuit apponendo operas suas, vt cum societatis mercibus in Indiã, aut in nouum Orbem, vel in alia loca transfretaret, accipere merces aliorum (*encomiendas* nostri vocant) ab vno valoris quingentorum ducatorum, ab alio sexcentorum, & ab alijs maioris, aut minoris valoris, quas in eis locis vendat, pretiumq; earum in alijs mercibus reportet; atque ob eam industriam certum ei lucrum persoluitur, vel pars lucri aliquota.

Illud admonuerim, qñ quis ita iniret societates multas, vt de communibus bonis singularum, si vnaquęque tm̃ iniretur, sumi deberent expensę propriæ personæ, interim dum extra proprium domicilium commoraretur, tunc æquitatem postulare, vt non assumat à singulis integras eas expensas, sed ab omnibus vnas tantum, sumendo à singulis partem earum proportionalem.

3 Secunda conclusio. Quãdo† in prima societate deductum fuit in pactum, vt qui operas apponebat, non iniret aliam societatem, neq; alia assumeret negotia, si re ipsa alia societas primæ non præiudicat, tunc, qui contra illud pactum aliam iniret, peccaret quidem pacti transgressione, possentq; alij socij ea de causa contendere cum eo in iudicio, teneteturque soluere eis pœnam, quæ ob tale crimen, ac infidelitatem illis adiudicaretur; cæterum nihil eis restituere teneretur de lucro in alia societate acquisito.

Teneretur nihilominus restituere primis illis socijs, siquid plus lucri cõcessum ei fuit in prima societate pro onere illo, vt nõn posset se immiscere alijs societatibus, ac negotijs, quã ei foret alioquin concedendum. Prima huius conclusionis pars satis est perspicua: quoniam transgressio pacti iusti culpa est, ac proinde tenetur post latam sententiam soluere pœnam, quæ propter eam culpam socijs sit adiudicata. Secunda verò probatur, quoniam iustè acquisiuit lucrum ex sequenti societate, neque re ipsa præiudicium vllum intulit alijs socijs: quare non tenetur restituere tale lucrum. Tertia autem ex eo probatur: quoniam lucri incrementum fuit ei concessum à prioribus socijs pro eo onere, quod in se susciperet: cum ergo onus à se reiecerit, ob quod fuit ei concessum, consequens est, vt restituere teneatur incrementum illud lucri, tamquam datum ob causam, causa non subsequuta.

4 Tertia conclusio. Esto † in prima societate in pactum non sit deductum, vt se non misceret alij societatis, aut vt non susciperet negotia alia, si posterior societas, aut alia negotia, impediant negotia prioris societatis, restituere tenetur socijs totum damnum eis subsequutum, tam in capitali, quam etiam in lucro, quod acquirere potuerunt, ipsiusque culpa, quod alijs se immiscuerit negotijs, non fuit acquisitum.

Probatur, quoniam is socius, vi naturæ cõtractus societatis tenetur alijs socijs de omnibus damnis, tam circa capitale, quam circa lucrum, quod foret acquirendum, culpa, saltem leui, ipsius subsequutis, vt supra visum est.

Hinc liquet, si is socius consumat superflue de communibus bonis societatis, in conuiuijs, aut in alijs similibus rebus, vel aliquid inde furetur, non solum teneri id restituere societati, sed etiam lucri incrementum, quod ea de causa non fuit acquisitum.

Item, si negligenter societatem administraret, teneri restituere lucrum, quod, si moralem apposuisset diligentiam, fuisset comparatum.

De

# De contractu societatis circa animalia.

## DISPVTATIO CCCCXX.

### SVMMARIVM.

1 *Animalia quot modis tradi possunt ad lucrum, & damnum.*

2 *Societas contracta interuentione animalium, quo casu licita.*

3 *Societas si sit contracta, ut unus apponat operam, & industriam, alter animalia, quot modis facienda æstimatio, ut licita dicatur.*

*Idē de piscatura, & alijs similibus dicendum n. 4.*

1 ANimalia tradi † possunt alicui cōtractu cōductionis operarum illius, aut simul ēt pastus, ita qđ animaliū dās operam, & industriam, aut pastū simul, ab eo conducāt, qui animalia suscipit, atq; hæc ipsa domino animaliū locet eis, q̄ ea suscipit: vel è cōtrario, tradi possunt contractu cōductionis animalium ex parte eius, qui illa suscipit, ad fructus ex eis percipiendos, & locationis ex parte eius, cuius sunt: siue simul intercedant cōtractus assecurationis animaliū ex parte eius q̄ illa suscipit siue nō. Atq; circa hos cōtractus sat sūt quæ disp. 411. & 417. præsertim cōcl. 3. dicta sūt.

Alio modo tradi possunt animalia monasterio, Ecclesiæ, vel cui uis alij, pro certa annua pēsione, quæ pro singulis animalibus, aut omnibus simul, ei interim dum viuit, soluatur, qui illa tradit, siue animalia pereant, siue non, ita tn, vt eo ipso, quod eradantur, compacet in perpetuum dominium eorū monasterium, Ecclesia, vel quicumq; alius, qui ea illo modo accipit. Cum autem contractus hic non aliud sit quam constitutio vitalicij pro animalibus illis, ex dictis disput. 388. intelligetur facile quando iustus, ac licitus sit, & quando non, æstimato valore animaliū, & pensionis soluēdæ.

Tertio modo tradi possunt animalia ad veram societatem, lucrumq; ex eorū fructu, atq; ex emptione, & venditione eorū percipiendū. Et quidē, quando † multi socij emerunt animalia cōmunia, soluerentq; oēs expensas atq; inter se diuiderent fructus, & lucrū, ita quod iuxta proportionē capitalis, quod vnusquisque apponit, ad capitalis aliorū, contribuerent ad expensas, & diuiderent fructus, & lucrū, susciperentq; in se periculū capitalis, sanè eiusmodi societatē iustam, ac licitam esse, nullus est, qui in dubiū id iure reuocare possit. Quin potius ad hāc, tamquā ad regulā, admittendæ sunt cæteræ. Si.n. in reliquis societatibus variatio quo ad aliquid, aut aliqua horum, cōperiatur, eaq; aliunde sufficienter compensetur societas erit iusta: alioquin erit iniusta cū onere restituendi, quantum sit satis ad contractum reducendum ad æqualitatem, vt circa societatem ad lucrum in genere, disp. 415. vniuersim est dictum. 2

Quando † autem vnus sociorum apponit operam, & industriā in animalibus pascendis in fructibus ex eis percipiendis, laborando cū illis, quę dā de nouo emendo, & alia vendendo, aut ēt pactum eorū apponēdo, & in similibus alijs rebus, duobus modis hæc æstimari possunt, vt de opera, & industria, atq; alijs similibus rebus, circa societatem ad lucrū in genere, disp. 416. dictū vniuersim est. Vno, solum ad participandū de fructibus, & lucro. Altero, ad æqualitatē cum valore animalium, atq; cæterarū expensarum, quæ in societate fiant. Si primo modo æstimentur, tunc solū pars proportionalis fructuum, ac lucri pertinent ad apponentem operas & industriā, & integrum capitale cū reliqua parte fructuum, ac lucri spectāt ad dñm, aut dominos animalium, ad quos etiam periculum animalium attinet, nisi leui saltē culpa, eius, qui operas, & industriā apponit, pereant iuxta ea, quæ de societate in genere disput. 413. dicta sunt: nam tunc ipsi pereunt, & nō dñis animaliū. Si verò æstimentur secundo modo tunc capitale efficitur commune, immo verò æstimatio operarum, & industriæ conficit integrum capitale cum animalibus, & reliquis rebus, quæ ad eā societatem contributa sunt, vt disputatione 416. explanatum fuit, & tam capitale, quam fructus, & lucrum, quæ, finita societate, fuerint reperta, diuidenda inter socios sunt iuxta proportionem partis totius primi illius capitalis, cōflati etiam ex valore operarum, & industriæ, quam vtusquisque sociorum apposuit ad partes, quas alijs apposuere, vt ibidem explicatum ostensumque fuit. Pōt etiam aliquando periculum totum capitalis, aut partis illius, reijci in eum, qui operas & industriā apponit, quocumque è duobus modis qui explicati sunt operæ, & industria æstimentur modò tā grauamen hoc sufficienter compensetur, vel concessione maioris partis fructuū, ac lucri, quā alioquin eidem esset debita, vel aliqua alia ratione, vt disp. 417. præsertim concl. 5. dictum est.

Atque, quando eo modo periculum capitalis reijcitur in apponentē operas, & industriā, tradi ēt possunt animalia æstimata, vt constet, quantū pro vnoquoque soluere debeat, si pereant. Neque ea de causa dominium animalium transit in apponentem operas, neque in ea traditione cernitur mutuum, vt quidam perperam voluere, sed cerni poterit vera societas aut contractus locationis animalium quo ad fructus, vel innominatus contractus, qui ad locationis, & conductionis contractum reducatur, iuxta ea quę disp. 417. dicta sunt, iunctis quæ disp. 411. explanata sunt.

Superfluū duxi plura hac de re prodigere verba, vt efficiūt multi, de quorum nume ro sunt Cōrad. de contractibus. q. 88. Maior in 4. distin. 15. q. 46. Sylvest. & Ang. verb. societas. 2. Ex † his enim, iunctis quæ disputationibus præcedentib. dicta sunt, eaque ad societatem animalium, piscaturæ, & ad alias similes applicando, facilè intelligitur, num, omnibus compensatis inæqualitas in eis cernatur, cum onere restituendi, quantum satis sit, vt contractus ad æqualitatem reducatur: an potius inueniatur æqualitas, sitque proinde contractus iustus. Neque mihi probantur multa ex ijs, quæ doctores citati hac de re docent facileque ex dictis intelligetur, in quo à nostra sententia, atque à veritate, discrepent. 4

# De societate omnium bonorum. Ac simul de ea, quæ inter eos fratres esse solet, qui paternam hæreditatem habent indiuisam.

## DISPVTATIO CCCCXXI.

### SVMMARIVM.

1 *Societas omniũ bonorũ duob. modis contrahi põt.*
2 *Societas omnium bonorum quando tacite contracta intelligatur.*
3 *Damna & lucra, post contractã sociotatem oĩum bonorum aduenientia, quando cõia efficiantur. Et quid de damnis, quæ post matrimoniũ contractum aduenerunt. nu. 4.*
5 *Socius omnium bonorum quando possit dotare filias de communibus bonis.*
6 *Societas inter fratres omnium bonorum quando censeatur contracta, & quando non.*
7 *Societus cum minore cõtracta an, & qñ valida sit.*

EXplanata societate ad lucrum, ad societatem omnium bonorum accedamus. Ea verò hodie rara est, præterquam inter coniuges, maximè qñ de Lusitano iure, matrimonium celebrãt contractu medietatis bonorũ, vt in eo Regno vocãt. Quia verò sequentibus disputationibus agere intendimus de societatibus in particulari bonorum inter coniuges, in hac disputatione, q̃ ad societatem vniuersorum bonorũ in genere attinet, pauca ijs adijciemus, quæ disputatione 412. dicta sunt.

Primum est. Tam eam, quam aliã quãcunq; minus vniuersalem societatẽ duob. † modis posse contrahi, vt facile ex dictis disputa. 414. liquet. Vno, expresse, per pactum videlicet, & conuẽtionem expressam. Altero verò tacitè, per actus scilicet, quibus socij re ipsa societatẽ inter se exercent, nullo præcedente pacto. Et quidẽ tunc talis, ac tã vniuersalis, iudicanda est societas, qualis, & quã vniuersalis ex actib. ipsis colligitur. Si † enim alii oĩa vniuersim consueuerant habere cõia, ita vt quicquid vnicuique eorum aduenirebat, siue ex sua industria, siue aliunde, & siue oneroso, siue lucrativo titulo, id totũ adducebat, ac cõicabat alijs, promiscueq; ex bonis oĩbus ab eis fiebant sũptus, & soluebantur damna, tunc tacitè inter eos contracta censetur societas oĩum vniuersim bonorũ. Si autẽ solũ cõicabant quæ vnusquisq; acquirebat ex sua industria, aut ex officio, & quę negotiando lucrabatur, eaq; erant ipsis cõia ad sũptus, & ad alia, tunc solũ censetur tacitè inter eos contracta societas non quidem oĩum vniuersim bonorum, sed omnium, quæ negotiando, tituloq; oneroso, acquirunt. Si verò solum cõicabant inuicẽ acquisita ex aliqua, aut ex aliquib. particularibus negotiationib. esto diuersę à diuersis socijs in cõe eorum omnium commodum exercerentur, tunc solum censetur tacitè inter eos contracta societas illius, aut illarum negotiationum. Itaque, qñ nullũ inter eos interuenit pactum expressum, tanta præcise inter eos censetur tacitè contracta societas, quanta ex actibus ipsis colligitur, & non maior. Ita Bar. & Bal, l. si patruus. C. cõia vtriusque iud. idem Bar. l. Titium. §. altero. ff. de administr. tuto. Bal. in addit. ad tractatum Bar. de duobus fratribus. Syluest. verb. peculium. 2. Ang. eodem verb. nu. 27. & doctores communiter. Tametsi in nonnullis ex ijs accuratius loquutus fuerit Bal. quam Bartolus, facileq; ea omnia cõstant ex disputationibus citatis.

3 Qñ † societas omniũ bonorum, siue expresse, siue tacitè, est contracta, oĩa vniuersim dãna, debita, & lucra, quæ post contractã societatem vndecunq; aduenerint, modo non aduenient ex delicto, aut culpa, alicuius sociorũ, cõia efficiũtur, vsque adeò, vt, si extraneus aliquis soluere quippiã condẽnetur alicui sociorum pp iniuriã personę illius illatam, id ẽt cõe sociorum efficiatur. Si tñ aliquis ex socijs soluere damnetur aliquid pro pœna culpa, quã commisit, tunc damnum illud nõ erit cõe sociorum, sed ipsius proprium, iuxta ea quæ disp. 413. explanata sunt. Si verò damnaretur injustè, tunc damnum cõe esset sociorum: quia dãnum omne quod sine socij culpa euenit, cõe efficitur, sicut & cõmodũ. Simili modo, si aliquis sociorum cõparere tenebatur in iudicio, suaq; negligentia non comparuit, indeq; subsequtũ est, vt damnaretur, id damni cõe non est, sed ipsius proprium: qm culpa ipsius euenit. Hæc oĩa habentur expresse. l. si fratres, alias incipit Papin. §. vlt. ff. p socio. Sunt † verò hæc valde notanda: qm̃ idem 4 dicendum est de damnis quæ post matrimoniũ contractum culpa alterius coniugis aduenerunt, vt ex delicto, ob quod damnatur, aut ad quod resarciendum aliquid insumitur, aut ex quacunq; alia ipsius culpa. Et eadem ratione idem est dicendum de ijs, quæ malè insumit cũ meretricib. aut si vxor sit, cum adultero, vel quæ contra voluntatẽ alterius cõiugis insumit in donationib. & alijs reb. quæ dissonant à debita, ac permissa bonorũ cõium administratione, aut consumptione: ea. n. oĩa tenetur is cõiux assumere in suam partem, vt disp. 275. dictũ est. Tametsi in administratione cõium bonorum, quæ marito incumbit, non ità arctandus sit, vt de leui culpa teneatur, iuxta ea quæ disputatione citata dicta sunt, sed solum delata, ac dolo. Quo etiam loco ostendimus, in hoc Castellæ Regno, maritum quo ad lucra nõ teneri vxori de vlla culpa, nisi quando aliquid in vxoris fraudem alienauerit. Lege, quæ ibi copiosè dicta sunt. Item, si ante contractam societatem omnium bonorum, aliquis sociorum debita habebat, quæ cæteris non manifestauit, neq; in pactũ formaliter, aut virtute deduxit, vt ex cõibus bonis soluerentur, tunc illa communia non efficiũtur, sed propria, ac peculiaria eius manent, cuius erãt debita: neque enim cæteri socij eo ipso, quòd societatem omnium bonorũ cum eo contraxerunt, consensisse sunt censendi, vt ea debita communia omnium efficerentur.

5 Vtrum † autem, quando aliqui societatem omnium vniuersim bonorũ contraxere, possit, qui habuerit filias, eas dotare de communibus bonis, quando nihil expresse ea de re fuit deductum in pactum, res est valde controuersa inter doctores.

Et

Et quidem lex socius pro filia. ff. pro socio, quæ ea de re loquitur, solum affirmat, posset quando tempore celebrati cõtractus fuit id deductum expresse in pactum: quare, argumento à contrario sensu, ex ea lege potius colligitur non posse, si id in pactum non fuit deductum, quam posse. Quicquid autem sit, quando diuersæ familiæ societatẽ omnium vniuersim bonorum cõtraxerunt, quod valde est inconsuetum; in sequentibus dicemus, quid censendum sit, quando alter coniugum dotare vult propriam filiam, aut filiam vtrique communem, num id efficere possit de cõibus bonis, etiam inuito altero coniuge. Hæc quod attinet ad societatem omnium, vniuersum bonorum.

6 Aliquando † fratres, defunctis parentibus, haberet solent bona patrũ indiuisa in modũ societatis, vel qa ita expedit bonis ipsis, ipsorumq; fratrum vtilitati, vel aliqua alia ratione. Atq; ita solent ea habere indiuisa, vt damna, & cõmoda, seu lucra, sint cõia. Et quidem, qñ aliud non fuit expresse deductum in pactum, vel aliud tacite non colligitur sufficienter ex mutua cõicatione oĩum vniuersim bonorũ, ea societas censenda non est oĩum bonorũ vniuersim, sed solum quo ad bona hæreditaria, & lucra, ac damna ex illis, aut ex aliqua particulari negotiatione, & administratione eorũ bonorũ, vel simul ẽt quo ad opera fratrũ, ac sororum quæ administrationem, ac iuuamẽ familiæ concernunt. Denique quo ad hæc oĩa eo vsq; censenda est extendi societas, quousq; in pactum fuerit deductum, aut ex mutua operum, ac lucrorum cõicatione sufficienter constiterit. Quo ad reliqua verò bona, siquid alicui eorũ aliunde aduenerit, vel donatione, vel titulo hæreditario, aut legati, vel ex quacunque alia sua industria, quæ debita societati non sit, id totum efficitur suũ. Ita habetur l. si fratres in prin. ff. pro socio.

Sumptus ergo ordinarios, ac competentes faciet, vnusquisque horum sociorum de cõibus bonis societatis. Quod si in bonis hẽditarijs inæquales habeant portiones, qñ conueniunt, vt ea bona indiuisa perseuerent, & vt illa administrẽt, ac de eis viuant, tunc, qñ societas finitur, diuidẽtur bona iuxta portiones, quas vnusquisq; in hæreditate habebat, nisi aliud deductum esset in pactum.

Neq; pro maiori industria, & labore in bonis administrandis, possit eorum aliquis plus accipere, quam alij nisi in pactum similiter esset deductum. Quod si aliquis fratrum tutor, aut curator cõstitutus esset aliorũ, qui administraret ea oĩum bona, quæ manere expediret indiuisa, tũc propriè non esset inter eos societas quo ad ea bona, & frater, qui in cõe omnium bonum ea administraret, accipere posset præmium, quod in calce disp. 224. dictum est accipere posse tutores, & curatores de bonis minorum, quę administrant. Vt verò bona minorũ eo modo diuisa maneãt, & administrentur, necesse est in Lusitania cum minimum autoritas iudicis orphanorum interueniat.

7 Illud vero † est obseruandum, cum societas, neque tacitè, neq; expresse, cũ pupillo contracta, teneat, nisi accedente consensu tutoris, vt habet l. in conductionibus. ff. pro socio, & l. qui ad certũ, ff. locati, sed qñ sine autoritate tutoris contracta est, ex eo pendeat, qd pupillus post eam ætatem velit eam ratam habere; eo qd pupillus in suum cõmodũ, & vtilitatem possit alios sibi obligare, non verò ipse maneat alij, obligatus, vt disp. 224. atq; alijs antecedentibus, dictum est. Cũ itẽ, qñ societas contracta est cũ quocũque minore interuenente autoritate tutoris, aut curatoris, quamuis valida sit, possit nihilominus minor petere restitutionẽ in integrum, ac liberationem à societate, & dãnis illius, qñ se inuenerit notabiliter læsum: secus aũt si à principio vtiliter fuit ab eo contracta, sed postea, rebus aduersa succedentibus vergere cępit in ipsius detrimentũ, neq; n. tunc restitutio in integrum ei conceditur, vt locis citatis dictũ est, & inferius suo loco dicetur, cũ hęc, inquã, ita sint, cõsequens est, vt si inter fratres, qui societatẽ eiusmodi cõtrahunt, aliqui pupilli, aut minores; sint, nisi societas cũ tutoris, aut curatoris autoritate sit cõtracta, valida non sit, nisi dependenter à ratihabitione postea ipsius: &, esto autoritate tutoris, aut curatoris, sit contracta, si minor postea cõperiat, se læsum, modo paulo antea explicato, petere possit restitutionẽ in integrum. Lege quæ Bart. Bald. Syl. & Ang. locis supra citatis hac de re tradunt.

## De societate inter coniuges contractu medietatis bonorum celebrantes matrimonium, & quousque abinuicem in bonorum alienationibus pendeant.

### DISPVTATIO CCCCXXII.

*SVMMARIVM.*

1 *Contractus medietatis bonorum inter coniuges, & arrharum, & dotis dicuntur societatis.*
2 *Contractus medietatis bonorum inter coniuges est proprius Lusitaniæ.*
3 *Societas inter coniuges contractu medietatis bonorum, quando contracta censeatur.*
4 *Societate dissoluta inter coniuges, quomodo eorum bona diuidenda.*
*Declaratur, vt num. 5.*
6 *Debita post societatem inter coniuges facta, quomodo, & per quem sint soluenda.*
7 *Societatis medietatis bonorum an censeatur contracta in matrimonio tacitiue.*
8 *Vir quæ bona possit alienare sine consensu vxoris, et quæ non, dum matrimonium est celebratum contractu medietatis bonorum.*
9 *Alienata per virum sine consensu vxoris sunt restitutioni obnoxia.*
10 *Pretium alienationis per virum sine consensu vxoris factæ, de quibus bonis restituendum.*
11 *Vir sine consensu vxoris si fideiussor existat, quæ bona possit obligare, & quæ non.*
12 *Maritus iure Lusitano, quando possit sine consensu vxoris, rem immobilem hypothecare.*
13 *Vir, & vxor quando teneantur accipere in partem bona per eos amissa, aut alienata.*

MAteriæ de matrimonio eum contractum relinquendo, quo coniuges potestatē suorum corporum ad generationis actum sibi inuicem faciunt, tanquā sacramēti illius fundamentū (de qua tñ re disputare ad sequentem de iustitia tractatū circa bona corporis alioquin attinebat) sanè differete de alijs contractibus circa bona externa, qui cum matrimonij cōtractu cōiuncti esse solent, ad hunc secundum de iustitia tractatum circa bona externa spectat. Cum autē disp. 239. & 290. de donationibus inter coniuges, de spōtalitia largitate, & de donationib. ante nuptias, & pp nuptias, dictū sit; cæteri cōtractus congruēter in hac
1 de societate materia inferentur. Etenim † contractus medietatis bonorum proprijssimè est societatis, nō solū in lucro, & damno, sed etiā in capitali: cōtractus verò arrharū, & dotis, pſertim vt in Castellæ & in Lusitaniæ Regnis celebrantur, cōtractus etiā proprijssimè est societatis, non quidem cū communione in capitali sed solum in lucro, si quod fuerit repertum dissoluta societate. Tametsi is contractus quosdam alios habeat permixtos, vt dicemus.

2 De cōtractu medietatis bonorum inter † coniuges nullam mētionem in iure cōi reperio, sed proprius est Lusitaniæ Regni. Licet autē fas in eo Regno coniugibus sit contractu arrharum & dotis matrimonia celebrare; regulariter tamen, qui nobiles non sunt, ea non celebrant, sed contractu medietatis bonorum. Immo verò in eo Regno matrimonia omnia, in quibus aliud expressum non fuerit, celebrata censentur medietatis bonorum contractu, vt habet lib. 4. ordin. tit. 7. in principio.

3 Quando † matrimonium in Lusitania contractu medietatis bonorum celebratur, cōiugum bona non prius fiunt cōmunia, quam matrimoniū per copulam sit consummatū. Quo fit, vt si matrimonium compertum fuerit nullum per impotentiam ad copulam, vel ante copulam morte alterius coniugis, aut professione religionis, dissoluatur, vnusquisq; coniugum, aut hęredes illius prępcipua sibi habeant bona, quæ ab eo coniuge fuerunt allata, eorumq; fructus, tanquā bona illius propria: soluereq; vnusquisq; coniugum teneatur expensas, si quę circa ea bona fuerint factę. Matrimonio verò per copulam cōsummato, omnia vniuersim bona, iura, & actiones, quæ ad eos tunc pertinuerint, & quæ matrimonio perseuerante comparauerint, quocunqueve titulo ad eos attinuerint, communia amborum efficiuntur, ita vt vnusquisq; eorum partialitate dñij, & totalitate rerum, dns sit omnium bonorum vtriusque: similique modo ius habet, partialitate iuris, sed totalitate rerū eorum omnium, ad quę ius hñt absq; dominio: atq; eodē modo possessio quorumcunque ipsorum bonorum ad vnumquemque eorū pertinet partialitate possessionis, & totaliter rerum possessarum.

4 Dissoluta verò inter † eos societate morte alterius, aut quacunq; alia ratione, vt per diuortium, omnia eorum bona ac iura in duas partes sunt diuidenda, medietasque vna ad vnum coniugum, aut ad hæredes illius, & medietas alia ad alterum, spectat. Si autem vir ante vxorem moriatur, vxor manet in possessione omnium bonorum tāquam familiæ caput, ab eaq; hæredes viri accipere debēt partem, quæ ad virum pertinebat: quemadmodū, si vxor ante virum è vita discedat, vir manet in possessione omnium bonorum tanquam familiæ caput, ab eoque hæredes vxoris accipere debent partem, quę ad vxorem attinebat. Quando autem societas per diuortium dissoluitur, vxor debet accipere à viro, tanquam a familiæ capite vniuersaliq; administratore omnium bonorum vsque ad id tempus, portionem, quæ ipsam contingit. Hæc omnia constant ex 4. lib. Lusitanarum ordinatio. tit. 7. §. 1. & lib. 2. tit. 47. §. 2. & 3.

5 Ab hac † doctrina excipitur, si inter ea bona sint aliqua vinculata, vt maioratus, capellæ alicuius, aut feudi, vel coronæ Regni, ad aliquem coniugatorū attinentia, aut aliqua bona emphyteutica ex ijs, quæ ad vtrumque coniugem non spectāt, vt suo loco inferius dicemus, qualia sunt, quæ nominationis vocant. Eiusmodi quippe bona quo ad fructus ex eis constante matrimonio perceptos sunt communia vtriusque coniugis: dissoluto verò matrimonio, prępcipua manent eius coniugis, cuius erant, aut hæredum illius, neque manet in eorum possessione coniux, qui fuerit superstes, defuncto eo, cuius illa erant.

Quod tñ intellige, nisi empta fuissent de communibus bonis, aut in eis factæ fuissent meliorationes: tunc. n. quia coniugi superstiti debetur dimidium pretij, quo empta fuere, aut dimidium meliorationum, quæ in eis factæ sunt, manet in illorum possessione, quousque ei persoluatur, qđ ea ratione ipsi debetur. Idem est, si eiusmodi bona, quę ad alterum tñ pertinebant hypothecę fuerunt subiecta alteri superstiti, interueniente autoritate illius: cuius consensu aderat necessarius: tunc. n. superstes manet in possessione eorum quo usque ei satisfiat in ijs, ad quorum securitatem hypothecæ fuerunt subiecta. Hæc habentur quarto lib. Lusitan. Ordinat. titu. 7. §. 2.

6 Item si † aliquis coniugum, qui eo modo cōtrazere, aliquid debebat alicui, quando ita celebratū fuit matrimonium, eiusmodi debita cōia nō sunt vtrique coniugi, sed is solus ea soluere tenetur, qui debitor illorum erat, idque de bonis, quæ adduxit, & de medietate lucrorum, quæ constante matrimonio fuerint acquisita, & ad id ipsum attinuerint: atq; in his solum bonis pōt fieri exequutio cō stante matrimonio, non verò in bonis, quæ ad alterum coniugem spectant. Et denique matrimonio dissoluto, coniux qui illa debebat, assumere tenetur in partem, quæ ipsum cōtingit qđ ita fuerit solutum. Ita hī titu. 7. citato §. penult. illud adderem, qui ita debitor extitisset, neque illud detexisset ante matrimonium contractum, teneri alteri coniugi ad damna & decrementa, etiam lucri cessantis, quæ ea de causa fuerint subsequuta.

Quādo mulier aliqua negasset aliquem in maritum, eaq; via pœnam adulteræ euasisset, aut aliqua alia ratione sententiam obtinuisset, illum non esse suum virum; tunc postea admitti nequit ad probandum, illum esse suum virum, ad effectum participandi in bonis illius, quasi cū eo matrimo

nium

Digitized by Google

nium contraxisset, illudque consummasset. Ita habetur ibi. §. vlt. Idem dicerem, si quis obtinuisset sententiam aliquam non esse suam vxorem: postea enim non admitteretur ad probandum fuisse suam vxorem, vt bonis illius participaret.

Dubiũ. Quãdo matrimonium fuit putatiuum bona fide contractum ex parte eius, qui cõicare eligeret in bonis alterius, eademque bona fide fuit consummatum, si postea detegatur impedimentum, 7 ac comperiatur fuisse nullum, dubium est, an † cẽsenda sint communicata bona talium cõiugum; ita vt diuidẽda sint in duas partes æquales; an nõ, sed vnusquisque eorũ accipere debeat, qđ attulit.

Et quidem, si detecto impedimento cõperiantur bona aliqua superlucrata, dicendum est, siue matrimonium celebratum fuisset contractu medietatis, siue arrhatum & dotis, bona illa superlucrata esse communia, & æqualiter inter vtrumq; coniugem diuidenda. Ratio est, qm̃ societas illa bona fide contracta fuit, & perseuerauit vsque ad id tempus, contribuente vtroque coniuge capitale, quod ad ea lucra cooperatum fuit, atque vtroque coniuge apponente administrationem, operas, & industriam, & quæ ad eorum vnumquemque spectant: quare lucrum cõe esse debet, non secus ac si matrimoniũ validum, verumq; fuisset: ita cõis sententia, quam referunt, ac sequuntur Gama decis. 89. & 204. Ant. Gom. ad l. 50. Taurin. 77. & Couar. in epit. par. 2. cap. 7. §. 1. num. 7. Quòd verò attinet ad capitalia, quãdo matrimonium celebratum fuit contractus medietatis, res est dubia, & de qua doctores q Lusitani nõ sunt, minimè loquuntur; eo quòd de iure cõi nulla mẽtio fiat talis matrimonij, neque in vsu esse solet in alijs locis. Recõtrouertit Gama decis. 89. citata.

Et cum in quadam alia causa referat à se, fuisse pronunciatum communicari, in ea tamẽ decisione propendet, probabilius esse non communicari: quod & mihi placet. Etenim communicatio capitalis validitatem matrimonij supponit, & quasi sub matrimonij conditione censetur cõtracta societas quo ad eam cõmunicationẽ: quare eo ipso, quod matrimoniũ nullũ comperitur, nullã quo- 1
Decis. que fuisse societatem est censendũ. Credo tñ tũc, 2
si quæ imminutio repetiretur in capitalibus, diuidentiam esse proportione quadam inter eos coniuges, iuxta quantitatem capitalium vnuscuiusque eorum: quoniam id postulat ea societas bona fide contracta, & illucusque continuata.

Quando aliqui matrimonium in Lusitania cõtractu medietatis bonorum celebrarunt, administratio omnium bonorum ad virum, tamquã ad familiæ caput pertinet, ad vxorem verò non alia administratio spectat, quam quæ à viro fuerit illi concessa, ac permissa. Lege quæ disp. 274. 275. & 343. dicta sunt. Quãdo autem vxor sibi, dum matrimoniũ celebrauit ex peculiari pacto bona aliqua reseruauit, quorum administratio, & dispositio ad ipsum solam attineret, tunc administrationem eorum bonorum independentem haberet à marito. Rarò tamen id euenit. In aliquibus aut- 8
vir ab vxore pendet. Bona † quippe immobilia, & quæ cum immobilibus computantur, vt sunt iura ad annuos reditus ad decennium, aut vltra, alienare non potest vir sine expresso cõsensu vxoris, aut sine procuratione ad id vxoris. Si aũt aliter illa alienet, inualidat est alienatio, nihil impediente, quod fideiussores adhibiti fuerint, qui ex tali obligatione ad nihil tenentur; & nihil impediente, quod vir sub certa pœna se astrinxerit afferre consensum vxoris expressum: omnia enim irrita sunt, & nulla.

Ad probãdum autem expressum vxoris cõsensum, non aliud admittitur, quam scriptura publica. Potest nihilominus vir absque vxoris consensu vendere aut renunciare, quodcunque officiũ. De † consensu viri, aut viro renuente, de consensu Regis, aut iudicis loci, reuocare potest vxorem immobilem absque ipsius expresso consensu à viro alienatam. Idipsum possunt efficere hæredes vxoris defunctæ. Idem efficere potest vir, qui eam tẽ alienauit, efficereque possunt hæredes viri, de consensu tamen vxoris, aut hæredum vxoris, si illa sit defuncta: non verò sine eo consensu. 9

Quando † res alienata sine vxoris consensu modis explanatis extrahitur, distinguendũ est. Quoniam, si pretium in bonũ, tam viri, quam vxoris sit conuersum, aut vxor aliquo modo illo participauit, tunc de bonis cõmunibus vxoris, ac viri restituẽdum est emptori. Si verò vxor nullo modo illo participauit, subdistinguendum est. Quoniã vel emptor conscius erat, venditorem esse coniugatum, iustam ve causam habebat id sciendi: vel non. In priori euentu emptor pretium amittit, atque vltra rem, tenetur restituere fructus omnes ex illa præceptos, deductis expensis. 10

In posteriori verò, tenetur vir soluere pretium, quod si non sit soluendo, detruditur in carcerem, quousque illud soluat. Habent verò hactenus dicta locum, non solum si alienatio sine cõsensu expresso vxoris facta sit post matrimonium cõsummatum per cõpulam, sed etiam si sit facta ante illud consummatum. Hæc omnia habentur 4. lib. Ord. Lusit. tit. 6. Quo in loco constitutum etiam erat, vt vxor ad consensum præbendum coram iudice compareret, viroque absente sub iureiurando interrogaretur, an libere consentiret. Id verò 1. par. leg. extrauag. titu. 22. l. 6. reuocatum postea fuit, ac sancitum, vt coram tabellione sine iudice consensum præberet, inhibitumque fuit sub iure iurando interrogari. Quatenus autem vir à consensu vxoris pẽdeat quo ad donationes pecuniæ, ac aliarũ rerũ mobilium, & quo ad eleemosynas, itẽq; de his, quæ vir largitur cõcubinæ, aut cuicũque alteri, cũ qua fornicetur, disp. 275. dictũ est.

Si vir sine vxoris † cõsensu fideiussor existat alicuius solum potest obligare medietatem bonorum, quæ ad ipsum spectat: non verò medietatẽ bonorũ vxoris. Excipitur quando fideiussor existit pro pretio, quo aliquis reditus aliquos regis conduxit: tunc enim mobilia omnia bona vtriusque coniugis manent obligata, & ex immobilibus sola medietas, quæ ad virum spectat. Si autem vir conducat reditus regis, aut alicuius alterius, atque ad id omnia sua bona obliget, tunc cõmunia omnia ipsius, & vxoris, siue mobilia, siue im-

ue immobilia sint, manent obligata. Ita habetur 4. lib. Lusit. ord. tit. 13.

Hinc cõstat, meritò Gama decis. 108. asserere
12 contra quosdã, iure† Lusitano fas esse merito hypothecare sine consensu vxoris rem immobilem, quam sine eiusdem vxoris consensu non põt alienare. Bene tamen ibidem obseruat, si res aliqua immobilis pignori daretur aut hypothecæ subijceretur, pro tanta quantitate, aut spes non esset eã redimendi censeri tunc eam alienare, ac proinde inualidum esse tale pignus, aut hypothecam, sine vxoris consensu. Eum legito.

Etiã pendent vir ab vxore, & vxor à viro, quatenus neuter eorum contendere potest in iudicio circa bona immobilia, aut quæ cum immobilibus computantur, sine consensu, aut procuratione alterius: & quicquid aliter fuerit attentatum, totũ est irritum, & inane. Eodem q; modo simul est citandus coniux eius rei, cum quo in iudicio cõtenditur: alioquin in totum erit similiter irritum, & inane, nisi fortè reus procurationem habuerit, aut consensum sui coniugis, ad procedendum in ea lite. Si autẽ coniux citatus, non comparuerit in iudicio per se, vel per suum procuratorem, intra tẽpus ex præscripto, tunc adhibita insuper vna publica proclamatione, valent, quæ post eam proclamationẽ fuerint effecta. Graues autẽ pœnæ iudicibus statuũtur nisi in principio litis tam de actore, quã de reo inquirant, an coniugati sint, & nisi ea, quæ dicta sunt, exequutioni mandari fecerint. Si autem in litis progressu alter contendentium vxorem ducat, eadem mandanda sunt exequutioni circa nouam vxorem. Quòd si iusta ignorãtia iudicis in lite progressus fiat, tunc, quia fuit ritè incœpta irrita non sunt, quæ cum ea ignorantia fuerint cõtinuata. Quando vnus coniugum litem vult intẽtare circa similia bona sua propria, & alter cõcedere ad id non vult suum consensum, aut procurationẽ, tunc iudex loci, in quo habitant, si prospexerit, rẽ esse rationabilem, eumq; qui litẽ vult intentare, ad id esse idoneum, tenetur præbere illi consensum, sufficitq; id iudicis consensus sine consensu coniugis, eum exhibere tenentis. Hæc habentur 3. lib. Lusit. ord. tit. 32.

13 In hoc † societatis contractu, si quid insumat, aut amittatur, ob delictum alterius coniugis, aut notabilem culpam, vel negligentiam ipsius, quæ maior sit, quam leuis, aut ob indebitam, ac inordinatam administrationem, id totum accipere tenetur is coniux in partem bonorum quæ ipsum contingit, vt disp. præcedente dictum est constatq; ex l. si fratres. §. vlt. ff. pro socio, concinuntq; Lusitanæ ordinationes lib. 4. tit. 6. §. vlt. dum præcipiũt, virum in suam partem accipere donationes, quas sine consensu vxoris fecerit; id vero quomodo intelligendum sit, disput. 275. est explicatum: atque etiam dum tit. 8. vxoribus concedunt repetitionẽ eorum, quæ mariti dederint concubinis, aut alijs, cum quibus copulam habent, de qua re disputat. citata est etiam dictum. Confirmatur, qm̃ in illis omnibus iniuriã facit vnus coniugum, alteri coniugi, damnumq; illi dat iniustè; dum sua culpa est in causa, vt cõmunia bona eo modo insumantur, aut amittant: ergo tenetur illi restituere damnum ita ei illatum: quod cum minimum est dimidium eorũ, quæ ita fuerint insumpta, aut omissa.

Dixi, cum minimum: qm̃ & certum est defraudatio in eo, quod illis bonis posset insuper acquiri. Quo loco obserua, vt cõiux, qui id ita insumpsit, à restituendi onere liberetur, satis esse, si liberam remissionem ab altero coniuge obtineat: eo quòd alienatio illa valida fuisset, si de eiusdem consensu fuisset effecta. Satis etiam est, si absque dubio intelligat, quamuis alter coniux doleat, id ita esse insumptum, nullam tũ velle restitutionẽ. In his etiam rebus locum habet compensatio. Si.n. vnus coniugum intelligat, alterum totidem, aut plura, bona malè insumpsisse, ad nullam restitutionem ei tenetur. Obserua & coniugem, qui res male insumptas tenetur accipere in partem suam non teneri eas accipere, in tertium bonorum de quo in Lusitania liberè potest disponere, sed declarare posset, vt de tota portione bonorum, quæ ad ipsũ alioquin debebat spectare, id detrahatur disponereq; ad libitum posse de integro tertio bonorum remanentium. Ratio est, qm̃ id ad æs alienũ spectat, quod de integro acerno suorum bonorũ est ante omnia detrahendum: & de tertio remanentium potest in Lusitania libere disponere: reliquę verò duæ partes sunt legitimæ descendentiũ, aut, in descendentium defectum, spectant ad ascẽdentes. Cætera, quæ circa hunc contractum dici possent, ex sequentibus intelligentur.

## De societate matrimonium celebrantiũ in Castella, & Lusitania contractu arrharum, & dotis. Et quæ dos profectitia, quæq; aduentitia dicatur. Et de aliquib. priuilegijs dotis, etiam ex parte eius, cui promittitur.

### DISPVTATIO CCCCXXIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Dos quid.*
2 *Dos sine matrimonio esse non potest.*
3 *Dotis promissio, & traditio tacitam habet traditionem, si nuptiæ sequantur.*
4 *Tẽpus solutionis dotis a quo pũcto currere ĩcipiat.*
5 *Dos de iure communi ad quid detur viro.*
6 *Societatis contractus inter virum, & uxorem de iure communi non conceditur: secus de iure Lusitano, & Castellę.*
7 *Dos dari, aut promitti a quibus possit de iure cõi. Et quid de iure Castellæ, & Lusitaniæ. nu. 8.*
9 *Dotis causa tacitã habet stipulationẽ tam quo ad restitutionem, quam quo ad eius solutionem. Item tacitam hypothecam. nu. 10. Et quid de iure Lusitano. nu. 11.*

QVando coniuges matrimonium celebrant contractu arrharum, & dotis, est quidem, de iure huius Regni, & de cõsuetudine Lusitaniæ societas inter eos quo ad communionem in solo lucro, si quod, dissoluto matrimonio, aut diuortio facto, comperiatur; non verò in capitali.

Vt

Vt verò res hæc tota melius intelligatur, constetque, quænam sint communia lucra inter ipsos diuidenda, & quomodo, finita societate, bona omnia inter eos sint diuidenda, simulq; manifestum fiat, quod sit discrimen inter huiusmodi matrimonium, vt celebrabatur de iure cõmuni, & vt in his duobus Regnis celebratur, ab explanatione capitalium vtriusque coniugis erit nobis ordiendum: & primo loco dicendum erit de præcipua parte capitalis vxoris, de dote scilicet.

Dos ab Azone, consentaneè ad varia iura, in
1 hunc modum definitur. Est, † quod viro datur, aut promittitur, ratione matrimonij ad onera illius sustinenda, hoc est, ad alenandam, ac sustentandã vxorem, cõmunes filios, & familiam. Quo fit, vt
2 sine † matrimonio dos neque esse, neque intelligi possit, vt habetur l. 3. l. promittendo, ff. de iure dotium, & l. cum multæ, vers. sicut. C. de donat. ante nupt. consentitq; cõis doct. sententia, quam referunt, ac sequuntur Anto. Gom. ad l. 50. Tauri. nu. 25. Greg. Lopez l. 11. tit. 11. part. 4. glo. vlt. & Emanuel Acosta. l. cum tale, §. si arbitratu. limit. 6.
3 n. 30. Atq; † inde efficitur, vt dotis promissio, quin & traditio, tacitam habeat conditionem, si nuptiæ sequantur, neque promissa dos peti possit ante celebratas nuptias. Ita habetur expressè, l. stipulationum, ff. de iure dot. & consentiunt l. plerunq; §. si ante, l. in rebus, §. 1. & l. non enim eod. titu. Hæ etiam expressè l. item quia §. 1. ff. de pact. & l. 11.
4 tit. 11. par. 4. Inde † vlterius efficitur, vt tempus cõstitutum sit, in quo dos solui debeat, vt si dictum sit intra annum, tempus currere incipiat a puncto celebrationis nuptiarum, non vero a puncto initi contractus. Ita habetur l. tali facta in prin. ff. de iure dot. & l. 12. tit. 11. par. 4. atque affirmant Bar. & cõis doctorum sententia, quam Ant. Gom. ad l. 50. Tauri nu. 28. refert, ac sequitur. Secus autem est, si expressum fuisset tempus currere debere a puncto conuentionis, aut certus, ac designatus dies solutioni esset præfixus, vt dies sancti Ioãnis,
sancti Michaelis, aut natiuitatis Domini, tunc. n. nuptijs intra id tempus celebratis, tempore constituto, q̃n facta fuit conuentio, soluenda esset dos. Si item conuentum fuisset, vt dos ante celebrationem nuptiarum solueretur, tunc eo tempore erit soluẽda. Si tamen nuptiæ effectum non habuerint, repeteretur, quod datum fuerit in dotem. Ita cũ Bal. & alijs Ant. Gom. nu. 28. citato, & Grego. Lopez l. 11. glo. vlt.
5 Est verò hoc socio obseruandum, dotem † de iure cõi datam uito, quo ad vsum, & fructus illius, pro matrimonij onerib. sustinendis, ita q̃d matrimonio dissoluto, dos integra de iure cõi reuertebatur ad vxorem, aut ad hæredes vxoris, & fructus oẽs ac lucra ex illa vsq; ad matrimonium dissolutum, integrè pertinebant ad virum. Ita habetur l. 1. & 2. & l. dotis fructus, ff. de iure dot. l. 1. ff. solut. matrim. l. vlt. C. eodem tit. l. assiduis, §. oportebat. Ci qui potior. in pign. hab. l. pro oneribus. C. de iure dot. & alijs iuribus. Tenebatur insuper vxor toto tempore, quo matrimonium perseuerabat, præstare eam partem administrationis familiæ, quæ ad ipsum attinebat, easque operas in illa administranda adhibere, quas pro ipsius conditione eam
6 exercere deceret. Hinc † liquet, de iure cõmuni inter vir. & vxo. non fuisse contractum societatis bonorum, id quod affirmant Couar. in epito. ca. 7. §. 1. nu. 5. & alij, quos refert: q̃m nec in lucro cõcabãt. Sed inter eos fuisse cõtractũ innominatũ, do tibi dotem quo ad vsum, & fructus illius tempore toto matrimonij, vt sint tui, & insuper familiam administrabo quoad ea, quæ ad me spectant, præstaboq; operas, quas in illius administratione me præstare decebit, vt facias, seu sustentes reliqua matrimonij onera. De iure autem Castellæ, & de consuetudine Lusitaniæ, additum postea fuit, vt non solum dotis, sed & cæterorum bonorum vxoris administratio ad virum attineret, esseteq; inter eos cõio quo ad sola lucra oĩum bonorum vtriusque, vndecunq; illa aduenirent. Quo fit, vt de iure Castellæ, & de consuetudine Lusitaniæ, cõtractus his vera sit societas quo ad cõionem solũ in lucris: non verò de iure cõi. Quid autem ius, aut consuetudo, in reliquis habeat regnis, ex legibus, ac praxi cuiusq; eorum est addiscendũ. Obserua tamen, in Castella, & in Lusitania contractum hunc non esse merum societatis, sed permixtũ habere hunc alium ex parte vxoris, hæc omnia exhibeo, atque operam meam totam, & industriam in te adiuuando præstabo, quam me præstaret erit decens, vt integrè omnia onera matrimonij sustentes, salutumque meum totum capitale semper conserues; quatenus verò vlterius addit, si quæ autem inuenta fuerint lucra ex omnibus tuis bonis, ac meis ex tuaq; & mea industria, dimidium eorum ad me, & alterum dimidium ad te pertinebit: cernitur in eo contractu vera societas. Ius Castella, et Lusit.

7 Dos dari, constitui, aut promitti pót † viro a patre vxoris, aut ab alio ascendente per lineam masculinam, vt ab auo, vel proauo, paternis, & tũc, si ab eis detur, aut promittatur de ipsorũ bonis, vel ab aliquo alio nomine, aut intuitu horum, ita q̃d ea bona ab his ascendentibus censeantur proficisci in dotem eius mulieris, appellatur dos profectitia. Potest etiam dari, constitui, aut promitti viro, vel ab ipsamet vxore de suis proprijs bonis, etiam si pater illa conferat viro de bonis filiæ, quę hęreditario iure acquisiuit a matre, aut habeat aliunde, vel dari, constitui, aut promitti potest viro a matre vxoris vel a quocunque alio consanguineo, qui non sit de ascendentibus per lineam masculinam paternam vxoris, vel denique ab aliquo extraneo, & tunc appellatur dos aduentitia. Ita habetur l. profectitia, ff. de iure dotium, & l. 2. tit. 11. part. 4. Inter alia autem hoc erat discrimen inter aduentitiam, & profectitiam dotem. Quod quandó dos erat profectitia, mortuo viro, si vxor non erat emancipata, dos reuertebatur ad parentem, qui eam dederat, si erat superstes, non vero ad vxorem: tenebatur tamen is parens restituere illam integram ei mulieri in euentu, quod iterum nubetet, nisi parentis bona essent valde imminuta: nam tunc solum tenebatur tradere illi ex dote, quod commode posset. Quando autem dos erat aduentitia, regrediebatur ad vxorem, & non ad eum, qui illã dederat: esto, qui illam dedit,



Digitized by Google

esset mater, nisi fortè dos sub eo mõ esset data, vt morte viri regrederetur ad eũ, qui illã dedit. Hæc omnia habentur l. vnica. §. accidit, & §. & hoc, cũ authen. ibi subiuncta, C. de rei vxoriæ actione. Ho
Ius Castel. die tñ in Castellæ, & Lusitaniæ Regnis, locũ non habet hoc discrimen: eo qđ mulier eo ipso, qđ nubet, emancipata, suiq; iuris manet, vt disp. 227. & alias sæpe in hoc tractatu dictum est: quo fit, vt, ét qñ dos est profectitia, ad vxoré, & nõ ad parentes, regrediatur. Hoc loco obserua, quãdo dos a matre collata fuit licet ad effectum proximè explanatũ profectitia non dicatur, dici tñ ad effectũ, ꝙ, tamẽ cõparatione matris profectitium adducendum sit ad collationẽ in partitione bonorũ mris, vt disp. 233. & alijs seq. visum est. Fructus tñ profectitiæ dotis, tam a genero quã a filia, percepti, adducẽdi non sunt ad collationem, vt ibidem ostensum est.

9 Siue † dos profectitia, siue aduentitia sit, cã dotis iuris priuilegio tacitã censetur habere stipulationem, non solum, vt dissoluta matrimonio illã repetant vxor, vel parentes, aut hæredes vxoris, sed etiã vt vir doté sibi cum vxore promissam, nõdumq; solutam exigere possit a quocũq, illam ei promiserit, siue sit vxor ipsa, siue parentes, aut alij consanguinei, vel quicunq; alij. Quo fit, vt in causa dotis pactũ nudũ adminiculo legis vestiatur, illi tribuentis tacitam stipulationẽ, ac proinde vt ex illo nõ solum naturalis, sed etiam ciuilis obligatio oriatur, vt in calce disp. 255. dictum est. Hæc habentur l. vnic. §. 1. & §. & vt plenius, ver. & nemo. C. de rei vxo. act. & l. ad exactionem. C. de dotis promis. & affirmat communis sententia, quam Ant. Gom. ad l. 30. Taur. nu. 29. refert, ac sequitur.

10 Habet † præterea causa dotis tacitã hypothecã, non solum in bonis viri, vt dos repetatur dissoluto matrimonio (de qua inferius suo loco dicetur plene) sed ét vir habet tacitam hypothecã in bonis promittentis sibi dotem, tum vt illa ei soluatur, tum etiam ad interesse, si aliquid dotis, postquam fuerit ei soluta, euincatur. Ita habetur l. vnica citata §. & vt plenius, & l. 23. tit. 12. par. 5.

Habentq; hæc locum, siue interuenerit scriptura, siue nõ vt hĩ l. vnica citata. §. & nemo. In Lusi-
11 taniæ † tñ Regno licet eadem vim habeant, non
Ius Lusit. tñ admittitur probatio circa dotẽ promissam, nisi per scripturã publicam, aut confessionẽ promittẽtis, vel hæredum illiuc post eius mortem, vt disp. 260. ostendimus. Obseruant verò Greg. Lopez, l. 23. citata gl. 1. & Ant. Gom. nu. 29. citato, cũ gl. §. & vt plenius citato, verb. ex vtroq; latere, & cõi doct. sñia, hypothecã, quam vir hét in bonis promittentis sibi dotem nõ esse priuilegiatam, vt præferatur vir ea in parte anterioribus creditoribus: quemadmodum priuilegiata est hypotheca, quam vxor in bonis viri habet ad suam dotem recuperãdam, vt inferius dicetur. Ratio autem est, quoniã nullibi in iure reperitur cõcessum id priuilegium viro, sicut concessum reperitur vxori.

Hæc omnia, quæ de hypotheca viri in bonis promittentis sibi dotem, & de stipulatione tacita dicta sunt, locũ similiter habent in dote, quæ promittitur quando aliqui matrimonium celebrant contractu meditatis bonorum.

## Parentes quousque teneantur dotare filiam, aut donare filio ad nuptias. Promissio talis dotis, aut donationis, quousque intelligatur de bonis promittentis, aut eius, pro quo promittitur. Et quousq; facta, aut impleta a viro, contingat bona vxoris.

## DISPVT. CCCCXXIIII.

### SVMMARIVM.

1 *Pater compelli potest tradere filiam nuptui, si sit vltra 25. annum, & eam de bonis propriis dotare.*
2 *Dos filiæ, a patre danda quanta esse debeat.*
3 *Mater in quibus casibus teneatur filiam dotare.*
4 *Pater promittens filiæ censetur de bonis propriis promittere, non autem filiæ.*
*Idem in donatione propter nuptias facta filio.*
*Declara, & intellige, vt nu. 5.*
*Et quid in Regno Castellæ, nu. 8.*
*Item fallit in matre, & alijs qui non habent filios in potestate. num. 6.*
7 *Tutor, & alius quilibet extraneus, dotem, vel donationem propter nuptias promittens, quo casu censeatur de suis propriis bonis promittere.*
9 *Vir post mortem vxoris dotans filiam, aut donationem propter nuptias filio faciens, de quibus bonis censeatur id facere.*
10 *Pater & mater simul, si promittant dotem filiæ, aut donationem propter nuptias filio faciant vnusquisque eorum tenetur pro medietate etiam de iure Castellæ.*
*Immò etiam valere promissionẽ de bonis dotalibus num. 11.*
*Et quid de iure Lusitano. nu. 12.*
13 *Vir quomodo possit dotare filias, vel donare propter nuptias filio ex priore vxore, sine consensu secundæ vxoris.*
14 *Dos magna traditæ a patre filiæ, quousque revocari possit per superuenientiam liberorum.*

PAter iudicis autoritate compelli potest nuptui tradere filiam, quando in ea in re esset negli-
1 gens. Vt † esset, si filia vigesimum quintũ suæ ætatis annum excederet, nubereque vellet, neque pater virum illi quæreret. Simul compelli potest eã dotare, etiam si filia ex matre, aut aliunde, habeat alia bona sua propria. Ita habetur l. qui liberos. ff. de ritu nupti. & l. vlt. C. de dotis promis. atque l. 8. tit. 11. part. 4. & consentit communis doctorũ sententia, quam referunt, ac sequuntur Greg. Lopez, ad l. 8. citatam, & Ant. Gom. ad l. 50. Tauri,
2 num. 21. Mensura † autem vsque ad quam pater compelli potest dotare filiã, est legitima tali filiæ debita in bonis patris. Si, n. pater commodè posset eam integram illi dare, compelli potest, vt illi eam exhibeat, vt cum Saly. & Alex. ait Greg. Lop. l. 8. citata verb. dotar, & l. 8. tit. 4. p. 5. verb. a otro.
3 Mater † verò non tenetur filiam dotare, vt habetur l. neque mater. C. de iure dotium, & l. 9. tit. 11. par. 4. Patris quippe munus proprium est, & filias dotare & filijs tradere donatione propter nuptias, seu ad nuptias, vt habetur l. vlt. C. de dotis

pro-

Digitized by Google

promiss. Excipitur, qñ virgens aliqua adesset causa vt mater filiã dotaret, vt si filia esset inops, neq; aliunde haberet dotem. Sicut n. propter inopiam tenetur mater illi alimenta præbere, quãdo pater præstare ea non potest, vt disp. 168. & 228. circa quintũ effectũ patriæ potestatis ostendimus: ita teneretur et illam dotare. Atque id aperte innuit l. neque mater citata illis verbis; *nisi ex magna & probabili causa.* Excipitur præterea, si mater esset hæretica, aut aliter infidelis, & filia fidelis esset: tunc n. compelli mater posset filiam dotare vsque ad integram portionem legitimã tali filiæ in bonis matris debitam, esto filia à patre, aut alunde competentem haberet dotem. Ita habetur l. cognouimus. C. de hæreticis, & l. 9. tit. 11. par. 4. concinitque l. neque mater. C. de iure dotium.

4 Quando † pater habebat alia bona propria filij, aut filiæ vt ex parte matris defuncte, aut alunde, ad eos spectantia, si pater tali filiæ, aut filio, mittat certam summam in dotem, aut donationem pp nuptias, neq; exprimat, ex quibus bonis fit eam soluturus, censetur eam totam promittere de suis proprijs bonis, ac proinde eam totam tradere tenetur vltra id, quod talis filia, aut filius, aliunde habent. Si autem expressit, se eam daturum de suis proprijs bonis & de bonis talis filiæ, aut filij, neq; expressit, quantum summę illius dotis esset de suis bonis proprijs, & quantum de bonis filiæ aut filij, tunc solum censetur promisisse de bonis filiæ, aut filij, quatenus ipse ob paupertatem soluendo non fuerit de suis bonis, quasi censendus sit promisisse de bonis proprijs suis quatenus cõmodè fuerit soluendo, & solum complementum de bonis filiæ, aut filij. Ratio autem est, qñ cum proprium munus patris sit dotare filias, & donare filijs pp nuptias in dubio præsumit ius, intendisse dotare, & donare de suis proprijs bonis iuxta suũ proprium munus; non verò de bonis filiorum, esto administrator sit bonorũ filiorum; idque ius statuit in fauorẽ matrimonij; atq; vt sufficienter se explicarent parentes, quando in dotem, aut in donationem propter nuptias, aliquid filijs, aut filiabus, promitterent ne primo aspectu dotare viderentur de suis proprijs bonis, *tanquam se de sua liberalitate iactantes*, vt ait lex mox citanda deciperentq; generos, aut nurus, as postea dicerent se solum intendisse dotare, aut donare de bonis filiarum, aut filiorum, non verò de suis proprijs, nisi quod necessarium esset ad complementum dotis, aut donationis pp nuptias promissæ. Qũ verò pater exprimeret, quãtũ dotaret, aut donaret de bonis filiorum, & quantum de suis proprijs, tunc solũ teneretur soluere de proprijs bonis, qđ expressisset, & reliquũ de bonis filiorum. Hæc oĩa habent expresse l. vlt. C. de dotis promiss.

Sunt verò circa hæc nonnulla obseruanda. Primum est. Quando † re vera pater intenderet promittere partem summæ de bonis filiorum, tunc in foro conscientiæ nõ teneri soluere totam summam de suis bonis proprijs, sed solũ vsq; ad portionem legitimã debitã filiæ, aut si quid vltrà de proprijs bonis intendisset promittere. Nisi forte ex modo, quo promisit, sua culpa decepisset generũ aut nurum, quibus id promisisset, qui arbitrati fuerint intendisse promittere totum de suis proprijs bonis. Rõ, quæ me ad hoc asserẽdũ mouet, est. Qñ, lex citata in præsumptione fundatur, statutaq; est, vt parentes distincte loquerentur, neque eos deciperent, qui cum filijs, aut filiabus, ipsorum matrimonia contrahentes in foro autem conscientiæ veritati statur, & non præsumptioni.

Secundum est. Contrarium habere locum, qñ pater habet bona aliqua filij, aut filiæ, & cõsumit aliquid in alimentis illius, aut in re alia vtili filio, aut filiæ: in dubio. n. censetur insumere illud de bonis filiæ, aut filij, non verò de suis proprijs, vt disput. 234. & 239. visum est. Consentiuntque l. vlt. ff. de petit. hæred. & l. Nesenius. ff. de neg. gest. Ratio autem est, quoniã l. vlt. C. de dotis promiss. in fauorem matrimonij fuit introducta, in quo proprium munus patris est de proprijs bonis dotare filiam, & donare filio ad nuptias.

Tertiũ est. Hodie in Castellę, & Lusitanię Regnis, nomine, donationis propter nuptias, intelligendum esse id, quod masculo ad nuptias datur, quod, vt disput. 290. dictum est, donatio propter nuptias in his Regnis nuncupatur, potestque appellari donatio ad nuptias, & est longè diuersum à donatione propter nuptias, seu ante nuptias, de qua in iure communi est sermo, illique successit, vt disputatione citata dictum est.

Quartum est. Quosdam, quos Anto. Gom. ad l. 50. Tauri nu. 21. refert, ac sequitur, voluisse, qñ pater, qui bona habebat filiæ (idem intellige in donatione pp nuptias promissa filio dixit) promitto in dotem tali filiæ meæ tantum, computando in eo id omne, quod illius habeo, teneri soluere summam totã ita promissam de suis proprijs bonis, nihil computando de bonis proprijs filiæ. Ducuntur l. vlt. C. de dot. promiss. Ego verò improbabilem reputo hanc sententiam. Quoniã lex illa solum loquitur in dubio, quando pater non sufficienter explicauit, quid de suo vellet dotare, & quid de bonis filiæ: in euentu autem proposito, sufficienter explicat pater, quid in dote, quam promisit, computari velit de bonis filiæ, & ad quid se astringere velit de bonis proprijs.

6 Quando, qui † dotem, aut donationem propter nuptias, promitteret, non esset pater eius, pro quo promitteret, sed mater, aut alius consanguineus, vel extraneus, qui haberet administrationem aliquorum bonorum illius, tunc in dubio non censeretur promittere de bonis proprijs, sed de bonis, quæ administrat, vt colligitur ex l. cum post. ff. de administ. tut. concinuntque l. vlt ff. de petit. hæred. & alia iura. Quo fit, vt dispositio l. vlt. C. de dot. promiss. solum habeat locum in patre, qui ex officio tenetur filias dotare, & donare propter nuptias filij. Quòd si extraneus aliquis administrationem habens bonorum alicuius, vt curator, dotem promittat, aut donationẽ propter nuptias, ad illius matrimonium vltra eiusdem bona, tunc in dubio non censetur promittere incrementum de suis proprijs bonis, neque tenetur illud soluere.

7 Excipitur, si sciens † eum, cuius bona administrabat, non habere tantum in bonis, totam eam sum-

summam in dotem, aut in donationem propter nuptias, illius promisit. Tunc enim quia præsumitur intendisse donare, vel si donate non intendit, egit dolosè in præiudicium tertij, tenetur soluere incrementum illud de suis proprijs bonis. Ita habetur l. cum post, citata. Si autem, qui administrationem haberet, atque id promitteret, esset mater, aut alius ascendens, sub cuius potestate non esse is, pro quo dotem, aut donationem propter nuptias promitteret, tunc promittere, censeretur incrementum illud de suis bonis: quoniam censeretur intendisse id donare ex coniunctione, affectu, ac pietate naturali, argumento textus in l. Nesenius, ff. de neg. gest. & l. alimenta C. eod. tit. Lege Ant. Gom. vbi sup. nu. 24.

8 In hoc autem Regno, qñ † solus vir promittit aliquid in dotem filiæ, aut in donationem pp nuptias filio, matrimonio constãte, censetur id promittere de bonis sibi cũ vxore cõibus, de illisque est soluendum, esto non consenserit vxor. Si autẽ nulla sint bona sibi cum vxori cõia, vel ad id nõ sufficiant, tunc quod deerit, de bonis viri est soluendum. Ita sancitum fuit l. 53. Tauri, quæ est 8. tit. 9. lib. 5. nouæ collect. Rõ prioris partis huius assertionis est, qñ in cõibus lucris viro cum vxore vir hẽt liberam administrationem, plenamq; potestatem ea alienandi mõ id non faciat in fraudem vxoris, vt eam partẽ suã defraudet, vt hẽ l. 5. tit. 9. lib. 5. nouę collectionis. Maximè autẽ habet plenam ptãtem alienandi ex iusta, & rõnabili cã: talis verò est dos filiæ, aut donatio propter nuptias filio: eaque de causa ad id non indiget consensu vxoris, vt neq; ad ea alienãdũ ex quacumque alia rõnabili causa. His accedit, debitum dotandi filiam, & donandi propter nuptias filio, superuenire matrimonio iam constante, quare cum debita contracta matrimonio constante, soluenda sint de cõibus bonis nisi bona cõia reperiantur, consequens est, vt qñ sunt cõia bona vtrique coniugi, de illis soluendæ sint dotes filiarum, & donationes propter nuptias filiorum. Cõsentiunt Couar. 3. var. resol. c. 19. nu. 3. Ant. Gom. nu. 24. citato, & alij, quos referunt.

Ius Castellæ.

Quæst. Dubitatur verò doctores, si dissoluto iam matrimonio per mortem, vxoris, vir dotet filiam, aut donet propter nuptias filio, non exprimendo, de

9 quibus bonis id faciat, num censeatur † id facere de bonis, quæ constante matrimonio cõia sibi erãt cum vxore, an verò de suis dũtaxat proprijs bonis. Ant. Gom. num. 24. citato, & quidem alij, asseuerãt, censeri promisisse de suis duntaxat bonis. Ducuntur, tum quia lex citata solum loquit, qñ pater id efficit matrimonio constante. Tum etiam qm̃ dissoluto matrimonio lucra, quæ antea erant cõmunia, manent quo ad medietatem propria hæredum vxoris, neque maritus habet iam tunc liberam de illis administrationem Couar. verò 3. var. resolut. c. 19. nu. 3. cum Greg. Lopez. l. 6. tit. 10. part. 5. affirmat, potius censeri promisisse de cõmunibus bonis, aitque frequentiori iudicum calculo, sẽiam hanc esse receptam, quam contrariam. Ducuntur, qm̃ debitum dotandi filias, & donandi filijs propter nuptias, contractũ fuit post matrimoniũ celebratũ, eoq; per seuerante: quo circa sicut de cõmunibus bonis est soluendum, ita de eisdem censendum est promissum, datumque esse à patre. Neutra opinio, est improbabilis. Atque, si hæc posterior vt Couar. ait, receptior est, eam amplecterer. Prior tñ illa ex eo magnam habet probabilitatem, qm̃ eiusmodi debitum non est, sicut alia debita, sed est proprium onus paternum ex dispositione iuris cõis: ex quadam autem æquitate l. 35. Tauri, sancitum fuit, vt cum de iure huius Regni lucra constante matrimonio acquisita cõia sint effecta vxori cum viro, ac vir liberam eorum habeat administrationem, cum plena facultate ad ea alienandũ; possit quoque ea alienare ex tam rõnabili causa qualis est dos filię, & donatio propter nuptias filio vtrique coniugi cõi: quare cum lex illa 53. Tauri solum loquatur constante matrimonio, quo tempore vir plenam habet potestatem alienandi ea bona, sane dispositio illa non videtur extendenda ad dotem, seu donationem propter nuptias constituendam dissoluto iam matrimonio. Adde, si multi filij ex eo matrimonio dissoluto relicti sint iam singulos ex bonis, ac medietate lucrorum matris, habere suam peculiarem portionem, cui non potest præiudicare pater promittendo illam in dotem, aut in donationem ad nuptias, alteri filio. Semper verò in euentu, in quo dos filiæ, aut donatio propter nuptias filio, non statuta est de communibus vtriusque parentis bonis, is filius, aut filia, adducere tenetur ad collationem dimidium illius per mortẽ illius parentũ, & dimidium alterum p mortem alterius parentum, vt n. citato affirmat Ant. Gom. & disp. 238. dictũ à nobis est.

10 Quando tam † pater, quã mater, simul aliquid promiserunt in dotẽ filiæ, aut in donationẽ propter nuptias filio, tunc vnusquisque eorum tenetur soluere medietatem; tam de iure communi, quam de iure Castellæ, argumento text. in l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duobus reis, iunctis, l. dotare, & l. generaliter, C. ad Velle. l. siue vxor. ff. de dona. inter vir. & vxor. l. Lucius Titius, ff. quibus modis pign. vel hyp. & l. quamuis. ff. soluto matrimo. In primo enim ex iuribus citatis habetur quando duo aliquid promittunt, nihilque aliud exprimunt, vnumquemque teneri soluere medietatem. In reliquis verò habetur, alienationem vxoris causa dotis, validam esse in euentibus, in quibus alioquin non valeret.

Quamuis autem consentiant omnes, quando ea vxor tempore, quo id promisit, habebat alia bona præter dotalia, de quibus id promitteret, alij qui tñ negant valere eam promissionem quo ad id, quod de bonis dotalibus esset soluendum, nisi promissio iuramento esset confirmata. Hodie

11 † verò de iure Castellæ l. 53. Tauri quæ est 8. tit. 9. lib. 5. nouæ collectionis, sancitum est, valere & de bonis dotalibus. Atque eadẽ videtur esse probabilior opinio standa in iure communi, vt iura citata sonant. Quare, cum de iure Lusitano nihil de hac re sancitum sit, dispositioni iuris communis erit stãdum in Lusitania, quando ea vxor contractus arrhatum, & dotis nupsit,

Quando

Digitized by Google

Quando verò nupsit contractu medietatis bonorum, nulla sanè est difficultas in eo Regno. Tunc .n. alienare simul cũ viro pót bona oĩa, tã immobilia, quam mobilia, eaq; obligare, non solum in dotem filiarum, & in donationem pp nuptias filiorum, sed ẽt ad quæcunque alia: eo p bona oĩa communia sint vtriusque coniugis, alienariq; ab eis possint, ad quæcunque voluerint, vt disp. 422. dictum est. Ex dispositione iuris communis citata cólligit Ant. Gom. ad l. 50. Tauri. nu. 25. si pater & extraneus aliquis, vt noueręa, promittãt dotem filiæ neque exprimant, quantum quisque eorũ sit soluturus, teneri vnumquenque eorũ soluere medietatem, refertq; in quodam euentu particulari ita fuisse iudicatum.

22 De † iure Lusitano, qñ pater solus promittere dotem filiæ, aut donationem pp nuptias filio, eaque soluere, si promissio, ac solutio esset de bonis mobilibus, neque inofficiosa esset alijs filijs, neq; vxori quo ad bona dotalia, paraphernalia, sponsalitiam largitatem, & arrhas, qñ matrimonium contractu arrharum, & dotis fuisset celebratum, aut quo ad medietatem bonorum vxoris, qñ celebratum fuisset medietatis bonorum contractu, valida esset talis promissio, ac solutio facta sine vxoris consensu. Probatur, qm̃ de Lusitano iure maritus, siue contractu arrharum, & dotis, siue medietatis bonorum, matrimonium celebrasset, liberam habet administrationem bonorum mobiliũ, ac facultatem ea alienandi ex rationabili cã absq; consensu vxoris, vt patet 4. lib. ordin. tit. 6. §. vlt. iuncto principio illius tituli, & innotis §§. seq. dictumq; ex parte est, disp. 422. quare cũ ex rõnabili cã dos filiæ conferatur, & donatio pp nuptias filio, quippecum patri, vt dictum est, ex officio incumbat ea præstare; consequens est, vt, qñ ea promissio, ac solutio a solo marito fit de bonis mobilibus, valida sit: non secus ac valida sunt cæteri contractus: de similibus bonis a solo marito celebrati. Dixi, neq; inofficiosa esset alijs filijs: qm̃ si legitimas earũ contingeret ipsis in bonis parentũ debitas, inualida esset quo ad id, in quo illas cõtingeret, vt disp. 238. dictum est. Addidi, neq; itẽ vxori quo ad bona dotalia, &c. qñ, vt supra dictũ est, vxor non tenetur dotare, & multo minus donare pp nuptias, de suis proprijs bonis, interim dum viuit, nisi qñ deessent competentia bona marito ad dotandum: neque maritus, vxore inuita, pót dare quicq̃ filiæ cõi de bonis vxoris, vt expressè hẽ l. neque mater. C. de iure dot. quo fit, vt si illa contractu arrharum, & dotis nupsisset, & dos, aut donatio pp nuptias, facta a solo marito, cõtingeret bona dotalia, paraphernalia, & cætera, quæ ad vxorem spectant, reclamare posset, & petere in vita sua, quæ sine ipsius consensu data essent cum præiudicio bonorum ipsius. De lucris verò cõib. contracto mẽrimonio acquisitis, disponere posset maritus dotando filias, & donando filijs pp nuptias, sine consensu vxoris, pp rationes, ob quas diximus id de iure huius Regni posse; mó tũ donaret, aut donaret, de rebus mobilib. Bona quippe immobilia prohibitus oĩno est in Lusitania alienare sine consensu vxoris, esto contractu arrharum, & dotis matrimonium contraxerit, vt patet lib. 4. ordin. tit. 6. in prin. & §. sequentib. Eodem ẽt modo si ea dos, aut donatio pp nuptias, facta de bonis mobilibus à marito, qui contractu medietatis bonorum vxorem dixisset, medietati præiudicaret vxoris, posset vxor pp eandem rationẽ reclamare, & repetere in vita sua, p illi præiudicaret: eo p ipsa dotare non teneatur filiã dum viuit, sed vir. Dos aũt facta a marito filiæ de bonis immobilibus sine vxoris cõsensu, aut donatio pp nuptias facta de eisdem bonis filio, in hoc sensu inualida est in Lusitania, p ea vxor, aut maritus de vxoris consensu, repetere pót bonum immobile ita datũ, iuxta ea quæ dispu. 422. dicta sunt: quæ .n. ibi hac in parte dicta sunt, locum similiter habent, quando matrimonium contractu arrharũ, & dotis fuit celebratum, & maritus sine consensu vxoris alienat bona immobilia, vt lib. 4. ordin. tit. 6. constat. Quòd si ad filiam dotandam, iuxta quantitatem, quam pater illi potest conferre, aut ad donãdum pp nuptias filio, necessarium esset tradere illis bonum immobile, aut ad id illud vendere, vxorque irrationabiliter consentire in ea alienatione non vellet, cogi auctoritate iudicis posset præbere consensum, quin & Iudex supplere illius consensum posset, facultatem viro concedendo ad eam alienationem, argumento §. vlt. tit. 32. lib. 3. ordin.

23 Si vir filios, † aut filias habeat alterius prioris vxoris, poterit sine cõsensu posterioris vxoris dotare eas filias, & donare pp nuptias filijs, de bonis mobilibus, modo, quæ ita dederit, non cõtingant legitimas in bonis ipsius cæteris filijs debitas, & modo id nó. præiudicet bonis posterioris vxoris. Ratio est, quoniam hẽt plenam administrationẽ eorum bonorum, libertatemq; facultatẽ ea alienãdi rationabili ex causa, qualis hæc est, quippe nó minus debeat dotem, ac donationem pp nuptias, filijs prioris matrimonij, q̃ posterioris. Quare, si ad id necesse esset alienare bonũ immobile, nequo posterior vxor consentiret, posset iudicis auctoritate cogi præbere consensum, aut iudicis auctoritate illud, vxore inuita alienare vt paulò ante dictum est. Eodẽ modo, si vxor dotare vellet filiam prioris matrimonij, quæ aliunde non haberet cõpetentem dotem, aut donare similiter vellet filio pp nuptias, nec maritus vellet consentire, esto ipsa administratrix non sit bonorũ, sed vir, cogere poterit virũ iudicis autoritate, vt consentiat, argó eiusdem §. vlt. citati. Ratio aũt est, qm̃ vxor tunc dotare tenetur filiam, iuxta l. neque mater. C. de iure dotium, maritusq; irrationabiliter est tunc inuitas, ne vxor dotet filias, tradatque donatione propter nuptias filijs prioris matrimonij.

24 Illud postremò circa hactenus dicta est obseruandum, si pater † filiæ dotem magnam promittat, aut ẽt tradat, & postea alij filij eidẽ patri nascantur, quibus ea dos inofficiosa reddatur, tunc, stando in solo iure cõi, atque adeo in Lusitania, vbi nihil in contrarium est sancitũ, reuocari, inualidamve reddi, solum quatenus contingit legitimas filiorum non verò quo ad id, in quo pater potuit meliore talem filiam, vt quo ad tertium bonorum patris in Lusitania, vt disp. 283. ostendimus:

Digitized by Google

mus: in hoc verò Regno post legem Caroli V. q̃ est 1. tit. 2. lib. 5. nouæ collect. reuocari, ac nullam reddi, ēt quo ad id, in quo pater potest meliorare descendentes, solumq; esse validam quo ad legitimam talis filiæ, eo quòd l. citata prohibitū, cassumq, fit redditum, dare filiabus in dotē aliquid de tertio, aut quinto, in quo alioquin possunt illas meliorare. Ita cum Baeca, quam refert, Gutie. de iur. confirm. 1. p. c. 9. nu. 19.

## Fideiussores pro dote quousque marito obligentur, & quando de dote restituenda dati a marito valeant. Si dos non soluatur, an redditus loco illius possit accipere maritus. Et an sustinere matrimonij onera teneatur, qui dotem promisit, quando teneatur solum, quantum commode facere possit.

## DISPVTATIO CCCCXXV.

### SVMMARIVM.

1 *Fideiussor pro dote soluenda potest etiā mulier constitui, renunciareque velleiano.*
2 *Fideiussores maritus dare non potest pro dote restituenda.*
*Immo obligatio eorum est nulla, neque huic priuilegio renunciari potest, nisi adsit iuramentum.*
*Fallit tamen in multis euentibus, vt nu. 3.*
4 *Maritus quid facere possit, si ei dos promissa tempore constituto non solaatur.*
5 *Donatio propter nuptias si filiorum soluatur, quid ipse facere possit.*
6 *Maritus alere uxorem quo casu non teneatur.*
7 *Filia si sine consensu parentum se nubat in facie Ecclesiæ, non potest exhæredari.*
8 *Socer matrimonio constante non tenetur ad solutionem dotis, nisi inquantum facere potest: secus soluto matrimonio per mortem uxoris.*
*Fallit in hæredibus eiusdem soceri. nu. 9.*
*Item fallit in alijs personis dotantibus, qui nō sint de ascendentibus uxoris per lineam masculinā. num. 10.*

PRo dote marito promissa non solū dari possunt fideiussores, ꝙ marito soluetur, vt patet l. proiecticia, §. si pater, & l. cū dotis. ff. de iur. dot. 1 sed etiam mulier in eo † euentu esse potest fideiussor, neque gaudet priuilegio Velleiani. Ita hī 4. libr. Lusit. ord. titu. 12. §. 2. & consentit l. vlti. C. ad Velleia. atq; affirmant glo. vlt. ibi. Ant. Gome. ad l. 50. Tauri. nu. 26. & com. doct. sententia.

2 A marito † vero peti non possunt fideiussores, ꝙ dotem restituet uxori, aut hæredibus illius. Ita hī l. 1. & 2. C. ne fideiussores dotium. Immò, iuxta probabiliorē, ac cōiorem sniam, esto vir illos det, nulla ex parte eorum cōsurgit obligatio, neq; ei priuilegio pōt renunciari, vt cū cōi snia affirmant Ant. Gom. nu. 26. citato, & Gutier. de iura. confir. p. 1. c. 21. nu. 1. & 13. Sitñ iuro se astringant dotem soluturos in eo mariti, si eam nō soluant, quicquid Bar. & alij, in contrarium asserue rint, obligati manent vi iuri, cò quòd ad rē illicitam non se astringant, quin potius ad rē ex licitam. Ita Cou. c. quamuis pactum par. 2. §. 2. nu. 9. Ant. Gom. nu. 26. citato. Gutie. c. 21. citato num. 14. & communis sententia, quam referunt.

3 Excipiuntur tñ † aliqui euentus, in quib. peti a marito possunt fideiussores, manentq; obligati si dētur. Primus, qñ dos marito traditur ante matrimonium celebratum, & ipse fideiussores dat, ꝙ si matrimonium sortitum non fuerit effectum, restituere dotem. Ita colligitur aperte ex l. Titio cētum, §. Titio genero, ver. sed cum ante nuptias. ff. de condit. & demonstr. & cum cōi snia affirmat Anto. Gom. vbi supra. Secundus, qñ maritus ad inopiam vergeret, & pro securitate dotis fideiussores daret, ne dos ab eo eriperetur, iuxta ea quæ inferius dicentur. Ita colligitur ex cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor. & cum Bar. & alijs, affirmat Ant. Gom. vbi supra. Tertius, qñ soluto iā matrimonio vir fideiussores dat, quod restituet dotem. Ita cum glos. l. 1. C. ne fideiussores dot. & doctoribus communiter affirmāt Ant. Gom. vbi supra, & Gutier. c. 21. cita. nu. 7. colligiturque ex eo textu, argumento a ratione cessante.

Quartus, si extraneus mulierē dotet cū pacto, quod matrimonio dissoluto morte uxoris sine liberis dos ad ipsum reuertatur: tunc enim fideiussores dati, ꝙ in eo euentu dos extraneo illi restituetur, manent obligati. Ita cum Bar. & alijs. Anto. Gom. vbi supra, colligiturque ex iuribus citatis, quatenus in hoc etiam euētu cessat ratio, propter quam prohibitum est dari uxori fideiussores a marito, aut a patre mariti, quod maritus dotem restituet.

4 Qñ dos † marito promissa, illi nō soluitur tpe constituto, maritusq; onera sustinet matrimonij, quia uxorem sustentat, agere potest ad interesse dotis non solutæ, aut petere, & accipere cōpetens stipendium pro sustentatione uxoris, & oneribus matrimonij, neque in eo interuenit usura, esto dos soluenda illi esse in pecunia, neque ex illa vllum emolumētum, aut fructum, esset recepturus, 5 vt dispu. 321. ostendimus. Quando † etiam filio non soluerētur donatio propter nuptias tempore constituto, arbitror agere etiam posse ad interesse. Præsertim cum interesse ea de causa amissum, in damnum cedat uxoris, quæ medietatem habitura erat in lucris, & quæ si contractu medietatis bonorum nupsit, etiam in ipsa donatione persoluta, habitura erat medietatem.

6 Si marito dos † nō persoluatur cum uxore, nō tenetur eam alere, neq; illam adducere in domū ad eam sustentandam, & sustinēda onera matrimonij. Quin potius, si illam iam adduxerat, pōt eam expellere, ac mittere in domum parentum illius, ad effectum eam non sustentādi, nec sustinēdi onera matrimonij. Ratio est, quoniā dos quasi in pretium datur pro sustentanda uxore, & sustinen-

Digitized by Google

stinendis cum illa oneribus matrimonij, eaq; de causa, deficientibus, qui in pretium, aut quasi pretium, pro oneribus matrimonij sustinendis dotē promiserant, nō tenetur maritus stare cōtractui, eaq; onera sustinere. Ita Panor. c. per vestras. de donat. inter vir. & vxor. nu. 4. Sylvest. verb. dos, q. 10. Covar. in Epit. 4. lib. decreta. c. 7. in princ. nu. 2. Ant. Gom. ad l. 50. Tauri, nu. 31. & communis doctorum sententia, quā citant, consonant. l. vlt. C. ad Velle. c. per vestras de don. inter vir. & vxo. & glos. iuncto tex. in auth. de non eligen. secundo nubēt. §. vlt. verb. vt sustineat onera matrimonij. Dixi supra, neq; illam adducere in domum ad eā sustentandam, & sustinenda onera matrimonij: qm̄, vt bene Covar. nu. 2. citato notat, ob non solutam dotem, non potest vir negare vxori debitum, ac maritale consortium, sed solum sustentationem illius, quæ competentem famulatum includit. Neq; contrarium voluisse videntur cæteri doctores, quicquid Covar. ibidem dicat. Quòd si quis duceret aliquam vxorem, nulla illi promissa dote, tunc, si parentes vxoris dotare eam possent, cogendi essent id facere, iuxta ea quæ præcedente disputatione dicta sunt. Et siue eam dotarent, siue non, teneretur maritus in eo euentu sustentare illam, ipsáque præstare ei teneretur operas suas, vt doctores citati, iuxta varia iura, quæ citant, affirmant. Covar. in Epit. part. 2. citata. c. 3. §. 8. num. 5. cum multis alijs ex iurisperitis, ait.

7 Quando † filia sine consensu parentum in facie Ecclesiæ nuberet, non posse à parentibus exhæredari, eaque de causa posse tunc parentes cogi perinde eam dotare, atque si de eorum consensu nupsisset, atque ciuiles leges contrarium statuentes, nullam vim habere, eò quòd matrimonialis hæc causa ad ius canonicum spectet, quod vult matrimonium esse liberum, immuneq; ab ea, & a quacunq; alia pœna. Contrarium verò copiosè ostendimus disput. 176. circa vndecimam exhæredationis causam neque opus est illa repetere. Quo fit, vt in eo euentu minimè teneantur parentes filias dotare.

Quod ad vltimum eorum, quę proposita sunt, attinet. Si is, qui dotem promisit, socer sit, patet

8 vxoris, aut alius ascendentium per lineam masculinam, non tenetur ante matrimonium dissolutū ad dotis solutionem, nisi in quantum facere possit, hoc est (vt disput. 413. explanatum est) nisi ad ita tribuendum ac soluendum, vt ipse non egeat, sed maneat ei vnde sustentari possit, attenta qualitate suæ personæ, neque pro reliqua dotis parte potest vexari; si tamen ad pinguiorem fortunam venerit, poterit ea ab illo peti. l. rei iudicatæ. §. socero, iuncti duabus l. sequentibus, ff. sol. matrim. l. sicut, & l. sed & hoc. ff. de re iudic. & l. pen. ff. de iure dot. Dissoluto verò matrimonio, si iuxta cōsuetudinem, aut statuta aliquorum locorum, vel vi alicuius pacti, gener lucretur dotem, aut partem illius, tenetur socer ad solutionem dotis genero in solidum, vltra id, quod in sensu explicato facere potest, sicut regulariter tenetur in alijs debitis. Ita habetur l. sicut, & l. sed & hoc ff. de re iudica. Tametsi l. penult. ff. de iure dot. addatur, id intelligendum esse, quando socer dolosè genero promisit dotem quam videbat se non posse commodè soluere: secus autem quando bona fide dotem promisit, arbitratus se integrè eam soluturū, impotensque postea effectus atque inuentus est, ad commodè eam integrè soluendum: quoniam tunc, etiam dissoluto matrimonio, solum tenetur, quantum commodè facere poterit. Propriæ autē filiæ, & nepotibus, post mortem generi & filiæ, solum tenetur in quantum commodè facere poterit; idemque dicendum erit de matre, quæ dotem filię promiserit. Ratio est, non solum, quia cōparatione filiæ, dos non debetur ex causa onerosa, sed titulo lucrativo. Qui autem titulo lucrativo aliquid promisit, solum tenetur in quantum cōmodè facere potest, vt disp. 413. copiosè ostendimus: sed etiam quoniā parentes solum tenentur liberis in quantum commodè facere possunt, vt habetur, §. sed & si, instit. de actio. Hæredes † verò 9 patris, aut soceri, qui dotem filiæ, aut genero, promisit, insolidum tenentur soluere dotem de bonis defuncti, si bona defuncti ad id sufficiant, neque dos contingat legitimas portiones, si quæ in eisdem bonis ipsis sint debitæ. Atque idem est de hęredibus eius, qui dono dotem promiserat, quin & de fideiussoribus; tametsi disp. 413. diximus, qua cautela fideiussores vti possint, vt interim, dū principalis debitor viuit, non cogantur soluere vltra id, quod principalis debitor facere possit. Neque enim priuilegium hoc transit in hæredes, aut fideiussores, quin potius defuncto eo, qui promisit, non secus bona illius obligata huic debito manent, quam alijs eiusdem defuncti debitis, vt disput. 413. dictum est, & constat ex l. & si fideiussor. l. scendum, & l. Neseius. ff. de re iudi. Quan-

10 do † autem is, qui dotem promisit neque erat pater vxoris, neq; aliquis ascendentium per lineam masculinam tenetur maritoeius pro qua dotem promisit, in solidum, etiam constante matrimonio, idq; etiam si ex mera liberalitate id promiserit. Ratio est, quoniam compatatione mariti titulo onerosо tenetur. Comparatione verò vxoris, quoniam solum tenetur titulo lucrativo, solūm tenetur quantum commodè facere possit. Quo fit, vt si, dissoluto matrimonio per mortem viri, aut per diuortium, dos soluenda esset vxori, tunc, qui solum ex liberalitate dotem promiserat, tenetur illi solum in quātum commodè facere possit. Tametsi filijs mariti, matre etiam defuncta, credo teneretur in solidum: eò quòd in ipsos transisset ius patris, atque adeò debitum ex causa onerosa. Hæc, præter iura citata, constant ex l. si extraneus, & l. pen. ff. de iure dot. De marito quousque teneatur quando dos restituenda est vxori, dicetur inferius suo loco. Quę verò addi hic potetant, disp. 413. dicta sunt, vbi explanauimus, quæ communia sint omnibus, qui priuilegio gaudent, vt solum conueniantur quantum commodè facere possint. Habent autem locum dicta in hac disputatione circa dotem & donationem propter nuptias, etiam quando matrimonium contractu meretatis bonorum celebratur.

Domi-

## Dominium rerum dotalium quando ad maritum pertineat. Et cui res dotales pereant.

### DISPVT. CCCCXXVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Dominium rerum regulariter ante traditionem nunquam transfertur.*
2 *Dominium rerum dotalium post traditionem quando trãseat ad maritum, & quando nõ, & nu. 10. Intellige tamen, vt nu. 18.*
3 *Dominium rerum dotalium soluto matrimonio ad vxorem transfertur absque traditione.*
4 *Periculum, & commodum rerum dotalium quomodo spectat ad vxorem, & nu. 7. & 18.*
5 *Gregis fœtus marito in dotẽ dati, ad quem spectet.*
6 *Dominium rerum dotalium æstimatarum, quæ in pondere, numero, & mensura consistunt pleno iure spectat ad maritum.*
8 *Dominium rerum dotalium æstimatarum, quo casu pleno iure transeat ad maritum.*
9 *Vir vxori si legat rem aliquam dotalem æstimatã, debetur eidem legatum, & valor etiam ipsius.*
10 *Æstimatio rei dotalis simpliciter facta, præsumitur pro venditione.*
11 *Periculũ rei dotalis æstimatę, & ante matrimoniũ subsecutum peremptæ, ad solam vxorẽ pertinet.*
12 *Æstimatio rei dotalis æstimatæ, & ante matrimonium subsecutum peremptæ, ad solam vxorem pertinet.*
12 *Æstimatio rei dotalis extra limites iusti pretij, ad iustum pretium reducitur, licèt deceptio non fuerit vltra, vel infra dimidium iusti pretij.*
13 *Bona dotalia æstimata ea æstimatione, quæ faciat emptionem, quando possint ab vxore tamquam propria vendicari.*
14 *Incrementum, ex pacto proueniens, de duplum soluendo marito, in casu euictionis fundi dotalis æstimati, cedere debet in augumentum dotis.*
15 *Gabella, seu alcauala, ex æstimatione rei dotalis, quæ facit emptionem, non debetur.*
16 *Damnum rei dotalis, æstimatæ cum pacto, vt vel ipsa, vel æstimatio soluatur, ad vxoris electionem, ad solum pertinet virum.*
17 *Dominiũ rei dotalis æstimatę cũ pacto, vt vel ipsa, uel æstimatio soluatur, ad electionẽ uxoris, pmanet apud uxorẽ: secus si electio ad maritũ spectaret.*

DOminium rerũ dotaliũ ante traditionẽ ad maritũ nõ transit, vt colligitur ex l. de diuisione, in fi. ff. sol. mat. ex l. 1. iuncta gl. ibi verb. vniuersale ff. de vsucap. pro dote, & ex alijs iuribus quæ Ant. Gom. ad l. 50. Taur. n. 27. citat, & affirmat com. doctorũ sententia, quã refert, ac sequitur.

1 Vt enim ex alijs cõtractibus regulariter ante traditionẽ nõ trãsfertur dñium, iuxta l. in traditionibus. C. de pac. & alia iura, sæpeq; dictũ est: ita neque ex hoc. Post traditionẽ verò factã distinguendum est. Qm, vel res dotales tradũtur oẽs, aut aliquæ æstimatæ, vel inæstimatę. Et rursus, si inęstimatæ tradũtur, vel cõsistunt in põdere, numero, aut mẽsura, vt sunt pecunia, triticũ, oleũ, & similia: vel nõ cõsistunt in põdere, numero, aut mẽsura, vt sũt prædia, armẽta, vestes, & alia eiusmodi.

Hac præmissa distinctione, est dicendum. Qñ
2 † res aliquæ dotales traduntur inæstimatæ, & neq; in põdere, neq; in numero, aut mẽsura cõsistunt, dñium earum, iuris solũ fictione ad effectus aliquos, trãsit in maritũ, quatenus s. ad eũ spectat administratio earũ, & pertinẽt actiones circa illas, ẽt illarũ vendicatio de manu eius, q illas vsurpauerit, nõ verò ad vxorẽ: simpliciter tñ dominium earũ pertinet ad vxorẽ; atque, si pereãt, aut deteriores reddãtur, absq; culpa mariti, vel accrescãt, aut decrescant alluuione, vel in pretio, periculũ totum, aut commodũ, spectat ad vxorẽ, tamquã ad veră illarũ dominã. Quòd dñm harum rerũ pertineat ad maritũ solũ iuris fictione, seu (vt iura vocant) *subtilitate legum*, ad effectus cõmemoratos; vxor verò simpliciter sit earum domina, habetur apertè. l. in rebus. C. de iure dot. cõsentiunt. l. quãuis. ff. de iure dot. l. si cõstante. §. si maritus. ff. sol. marri. & alia iura. Atq, iuxta hoc intelligo. l. doce ancillã. C. de rei vẽdicatione, quę habet constante matrimonio, nõ ad vxorem, sed ad maritum pertinere vẽdicare tẽ dotalẽ, quæ ab alio fuerat vsurpata, & l. si prædiũ. C. de iure dot. quæ ait dominiũ prædij dotalis acquisitũ fuisse uiro, & est sermo, etiam qñ traditum est uiro inæstimatũ. Qñ
3 † ergo l. in rebus citata ait, dissoluto matrimonio, dñium rerum dotaliũ transferri ad uxorẽ absque traditione, intelligitur quo ad id, qđ iuris fictione trãsierat in maritũ: de qua re lege inter alios Aries Pinel. l. 1. C. de bon. matern. par. 3. n. 12. & duob.
4 seq. Quòd aũt † periculũ, ac commodũ, quod circa eiusmodi res absq; culpa mariti eo tẽpore euenerit, ad uxorem, tamquã ad veram illarũ dominam spectet, habetur expressè l. plerumq; ff. de iure dot. cuius hæc sunt verba. *Plerumq; interest uiri res non esse æstimatas: idcirco quòd neq; periculũ rerum ad eum pertineat: maximè si animalia in dotem acceperit, vel uestẽ, qua mulier utitur; eueniet enim, si æstimata sit, & eam mulier attriuit, ut nihilominus maritus æstimationẽ earũ præstet. Quoties igitur nõ æstimatæ res in dotem dãtur, & meliores, & deteriores mulieri fiũt. Si prædijs inæstimatis aliqd accessit, hoc ad compendiũ mulieris pertinet; si aliquid decessit, mulieris damnũ est. Si serui sobolẽ ediderint, mariti lucrũ non est. Sed fœtus dotaliũ pecorum ad maritũ pertinent, quia in fructibus computantur: sic tamen, ut suppleri proprietatẽ prius oporteat, & summissis alijs in locum de mortuorũ capitum ex agnatis, resiđuũ in fructibus maritus habeat: quia fructus dotis ad eũ pertinẽt.* Hæc Vlpianus. l. plerumq; citata. Idẽ habetur l. 18. & 20. tit. 11. p. 4. Dictũ est, periculũ huiusmodi rerũ, si absque culpa mariti eueniat, ad vxorem pertinere: qm, si culpa mariti lata, aut leui, pereãt, maritus tenetur vxori ad æstimationẽ eius, quod ita perierit deteriusve sit effectũ, tamquã custos, & administrator illarũ toto eo tempore, vt hẽ l. in rebus, in prin. & l. vlt. ff. sol. matr. l. cũ duobus. §. damna. ff. pro soc. & l. 18. tit. 11. p. 4. non verò tenetur, si pereant culpa leuissima: qm contractus

inter

inter virum & vxorem celebratus fuit in vtriusq; commodum, regulare autem est, vt qñ cõtractus in vtriusque commodum est celebratus, vnus solum teneatur alteri de leui culpa, non autem de leuissima, vt disp. 295. & 413. dictum est. Anton. Gom. ad l. 50. Taur. nu. 43. ait, quando non constat res periisse absque culpa mariti, ad ipsum spectare probare, absque ipsius culpa periisse, aliqn cogi soluere valorem rei quæ periit. Illum legum.

5 Quando in † dotem vxoris datus est grex marito inæstimatus, si pereant aliquot capita talis gregis suppletur de fœtibus eiusdem gregis, si tunc sint, aut in futurum nascantur, vt grex integer vxori perseueret: reliqui autem fœtus eiusdem gregis cõputantur in fructibus, qui de iure communi ad maritum pertinent pro matrimonij oneribus sustinendis, vt ex l. plerunque. ff. de iure dot. relatũ est, & habetur l. 21. tit. 11. par. 4. Lege quæ disputa. 7. dicta hac de re sunt.

Quando marito in dotem dantur inæstimatæ res, quæ in pondere, numero, aut mensura consistunt, tunc, & † dominium transferri omnino ũ

6 in maritum, eo modo, quo transferri dicemus, qñ res illi æstimatæ dãtur æstimatione, quæ facit vẽditionem, & earum periculum ad maritũ pertinet, non verò ad vxorem: dissoluto autẽ matrimonio, tenetur maritus, aut hæres ipsius, restituere vxori, aut hæredibus vxoris, tantundem eiusdem speciei (eo modo, quo de specie loquuntur logici) ac bonitatis, idque siue plus, siue minus, res valeant tempore, quo datæ fuerunt marito in dotẽ. Quo fit, vt si, ex partium consensu, pretio restituẽdæ sint, soluendæ sint pretio, quo valere comperiuntur tempore restitutionis, dissolutive matrimonij ac mutui huius consensus; nõ verò pretio, quo valebant tempore celebrati matrimonij, qũ in dotem fuerunt traditæ, vt bene Apto. Gom. ad l. 50. Taur. in calce nu. 43. adnotauit. Ratio horũ omnium est, quoniam eiusmodi res traduntur, vt possit eas alienare, ac consumere maritus: quo circa periculo suo eas sumit, non secus ac si mutuo eas acciperet: atque hac de causa dixi supra, videri transferri omnino dominium earum in maritũ. Hæc omnia, vna cum ratione proximè reddita, habentur expressè l. res in dotem. ff. de iure dot. & l. 21. tit. 11. par. 4. Lege Couar. de pract. qq. ca. 28. num. 6. vbi multa ad hanc totã disputationem attinentia disserit.

Quando res omnes, aut aliquæ, datæ sunt marito in dotem æstimatæ, distinguendum est. Quoniam, vel æstimatio earum facta est solum, vt sciatur ipsarum valor, idque ad effectum, vt maritus intelligat, an competens dos quo ad valorem ipsi cum vxore tradatur, aut constituta maneat, quantum proeis redditurus sit maritus, si tpe dissoluti matrimonij comperiatur, culpa ipsius perijsse, aut deteriores esse factas: vel earum æstimatio facta est, vt ex tunc res dotales marito tradãtur quasi venditæ eo pretio, ita quòd in illis tanta, sed tanta, valoris quantitas tradatur ei in dotem.

7 In † priori huius distinctionis euentu, periculum, damnum, ac commodum, rerum ita in dotẽ traditarum, pertinet ad vxorem eo modo, quo de rebus, quæ in pondere, numero, & mensura, non consistunt, traditis absque æstimatione, dictum est. Quò fit, vt si absque mariti culpa pereant, aut deteriores reddantur, vel tpis progressu accrescãt aut decrescant in quantitate, aut in valore, damnum, ac commodum ad vxorem spectet. Quare sicut, si in valore decrescant, non tenetur maritus reddere valorem a principio taxatum (nisi in euentu, quòd mariti culpa pereant, ita a principio deductum esset in pactum) sed satisfacit reddendo illas: ita, si accrescant in valore non satisfacit, si reddat valorem a principio taxatum, sed oportet vt reddat illas, & in earum defectu, valorem, quem tunc essent habituræ: imò vero, si res existant, cogere vxor, aut hæredes illius possunt, vt ipsæmet reddantur, non permittendo, vt solus valor earum reddantur. Hæc omnia constant ex l. cum inter virum. C. eo. tit. & ex l. 19. titu. 11. par. 4. consentiuntq; iura alia citanda.

8 In † posteriore eiusdem distinctionis euentu, qñ scilicet æstimatio facit emptionem (vt regulariter in his Castellę, & Lusitaniæ Regnis dos tradi consueuit æstimata) dominium rerum ita in dotem traditarum, omnino transit in maritũ, ad eumque spectat periculum totum, cõmodumq;, aut incommodum earum, neque, dissoluto matrimonio, coguntur ipse, aut hæredes ipsius, reddere eas res, esto existãt, sed solum pretium, in quo fuerunt æstimatæ, non secus ac si illas omisset. Neque item vxor cogitur eas accipere, sed poterit eas nolle, & velle, pretium, in quo fuerũt æstimatæ. Hæc omnia patent ex l. quoties, & l. cum dotem. C. de iure dot. ex l. plerunque, & l. cum post. §. in dotẽ, ff. eod. tit. ex l. æstimatæ. ff. solut. matr. & ex l. 16.

9 & 18. tit. 11. par. 4. Hinc † efficitur, quod si vir vxori leget rem aliquam ex ijs, quæ æstimatæ traditæ illi fuerant in dotem vxoris, vxori debeatur, & res ipsa tamquam legatum, & valor, in quo à principio fuit æstimata, vt glo. communiter recepta l. Lucius Locusta. ff. de leg. 2. affirmat.

Sunt verò circa hęc nonnulla obseruanda. Primum est. Quãdo † res aliqua in dotem traditur

10 æstimata, nec constet, num æstimatio fuerit, vt vẽditionem efficeret, an non, præsumendum esse, factum fuisse, vt venditionem efficeret. Ita affirmat gl. recepta l. si inter virum. C. de iure dot. consentiunt l. cum fundus. ff. locati. Idem colligit Greg. Lop. ad l. 18. citatam glo. 2. ex ea ipsa l. 8. & ex aliis iuribus; & affirmant Cou. de pract. qq. c. 18. nu. 1. & plerique alij.

11 Secundum. Si res † tradatur in dotem æstimata, ac pereat ante matrimonium subsequutum, periculum attinere ad vxorem, & non ad virum, nihil impediente æstimatione, ac traditione. Ita habetur expressè l. plerunque. §. si ante. ff. de iure dotium, & l. 18. tit. 11. par. 4. Reddi verò Vlpianus l. plerumque, citata hanc elegantem rationem.

Quoniam dotis traditio, & quicquid aliud in dotali contractu interuenit, intelligitur sub conditione, si matrimonium ad quod ea oĩa ordinãtur, & sine quod ratio dotis, vt disput. 413. dictũ est, non potest salua consistere, sequatur: qua de causa venditio illa, quæ fit qñ res dotales æstimatę

tradun-

Digitized by Google

traduntur, est conditionalis, si matrimonium sequatur: sup. autē in calce disp. 366. ostēsum est, qñ venditio est conditionalis, si res vendita ante impletam cōditionem pereat, venditōri perire, nihil impediente, quod traditio sit facta, & quod pretiū sit solutū. Hinc colligo, si res dotales traditæ fuerūt æstimatę, & permaneant, nec matrimoniū sit sequutum, reddendas esse ipsas, & non illarū æstimationem: eo quod non fuerit impleta venditio.

Tertium. Qñ res traditæ sunt æstimatæ, & cōstat † æstimationem fuisse extra limites iusti pretij siue ita fuerint æstimatæ in detrimētū vxoris, siue viri, subueniri vtriuis eorum, reducię; ęstimationem ad limites iusti pretij, esto deceptio nō fuerit vltra, aut infra, dimidiam iusti pretij: id quod peculiare est in pacto dotali. Ita habetur l. iure sue cursum, §. vlt. l. si res, §. si mulier. ff. de iure dot. & l. si circumscripta. C. soluto matr. dilucidiusq; est sancitum l. 16. tit. 11. par. 4.

13 Quartum. Qñ dissoluto † matrimonio, non cōperiuntur alia bona mariti, vnde dos vxori sufficienter soluatur, tunc, esto bona dotalia tradita marito fuissent æstimata ea æstimatione, quæ emptionem efficeret, regreditur dominium talium bonorum, si inter bona mariti ea tunc reperiātur, ad vxorem, non secus ac si marito absque ęstimatione fuissent tradita, possetq; vxor ea vendicare tanquam sua propria, in eisq; præfertur quibuscunque antetioribus creditoribus. Ita in subsidiū, ac fauorem vxoris, qñ non sunt alia bona, vnde dos ei soluatur, sancitum est l. in rebus. C. de iur. dot. illis verbis; *siue æstimatæ, siue inæstimatæ sint*, & cum quibusdam glossis, & plurimis doctoribus quos citant, affirmant Arius Pinel. l. 1. C. de bon. mat. par. 3. nu. 15. & Ant. Go. ad l. 10. Taur. n. 44.

14 Quintum. Qñ † aliquid traditum in dotē esset marito æstimatum ea æstimatione, quæ emptionem efficeret, atque eo inceretur, si ex præcedente pacto soluēdum esset marito duplum loco illius, tunc incrementum illud, quod pro re dotali cuicta, acciperet, cederet in augmentum dotis, dissolutoq; matrimonio, restituere teneretur dotem cū eo augmēto. Ratio est, qñ venditio, quæ fit quando res dotalis traditur æstimata, non est venditio absolutè, sed cum hoc addito, vt fit in dotem, eaq; de causa incrementum illud accipiendum est, vt fit eodem modo in dotem. Ita habetur, l. quoties, ff. de iure dot.

Sextum in cuētibus, in quibus dictū est, dotē, aut rem dotalem, traditā æstimatam efficere em-
15 ptionem, & venditionem, non deberi † ex eo cōtractu gabellam, quæ alcauala dicitur: id. n. fauore dotis ab eo tributo est exemptū, l. 35. tit. 8. libr. 9. nouæ collect. Quod Lassarte de decim. vend. c. 20. nu. 36. cum alijs quos citat, intelligit, etiam si principio promissa esset certa quantitas pecunię, quæ posteà in rebus æstimatis solueretur, vt quotidie fieri solet: verè enim tunc res illæ in dotem traduntur æstimatæ, ac proinde, vi legis citatæ, exemptæ censentur ab eo tributo. Si tñ ex interuallo, post quam aliquid inæstimatum traditum esset in dotem marito, ex conuentione inter coniuges æstimaretur, & commutaretur in pecunia, quæ deinceps censeretur data in dotem, arbitratur ibidem Lassarte deberi alcaualam ex vēditione, validámq; censet eam vēditionem, esto, quod in pecuniam commutaretur, esset fundus dotalis, modo id in vtilitatem vxoris cederet, iuxta leg. si constante iuncta l. præcedente. ff. de iure dot. & l. similiter. C. de pact. dotal. in quo a Couar. dissentit. c. 18. citato nu. vlt. qui arbitratur, inualidā esse talem alienationem factam ab vxore marito post constitutam antea dotem, & contractu matrimonium, atque adeò post factam rem immobilē fundum dotalem, placetq; mihi hæc Couar. opinio. Postquam. n. fundus factus est dotalis, nō magis potest vxor illum alienare marito, quam cuicunque alteri: immò verò, si alienare illo marito posset, conuertendo illū in æstimationem pecuniæ factā de consensu vtriusque, & quam deinceps maritus solus deberet, ea via alienari semper posset fundus dotalis, de consensu vtriusq; cōiugis, cuicunque extraneo, accipiente prius eū marito pro iusto pretio. Ad iura autem quibus Lassarte nititur; dicendum est, loqui tempore quo de cōsensu vxoris prædium dotale poterat alienari: id verò postea iure posteriori Codicis reuocatum esse, vt disp. 428. obseruamus.

16 Septimum. Qñ res † dotalis datur æstimata, sed cum pacto, vt vel ipsa, vel ęstimatio, soluatur, ad electionem vxoris, aut hæredum ipsius, tunc damnum, si quod contingat, pertinet ad virum, quatenus, subsequuto damno, vxor poterit, eligere
17 re ęstimationem. Atq; † in hoc euentu dominiū talis rei videtur permanere apud vxorem perinde, atque si tradita esset inęstimata: neque potest maritus eam rem alienare, sicut alienare eam non posset, si tradita esset inęstimata, vt expresse hr, l. 9 si fundus, ff. de fund. dot. & leg. 1. C. eo. tit. Qñ verò electio pertineret ad maritum (quod esset non solum quando id in pacto exprimeretur, sed etiam quando solum exprimeretur, quod vel res vel æstimatio solueretur, non exprimendo ad quem electio deberet attinere, vt habetur l. plerumque §. vlt. ff. de iure dot.) tunc periculum deteriorationis spectaret ad vxorē: si tamen res omnino periret, teneretur maritus soluere æstimationem. Hæc omnia habentur, l. plerumque citata, iuncta l. sequēti, ff. de iure dot. & l. 18. tit. 11. par. 4. Porrò, quando electio ad maritum spectaret, dominium rei illius omnino in ipsum transiret, posseteque maritus non secus eam rem alienare, ac si tradita esset æstimata ea æstimatione, quæ efficeret emptionem. Ita habetur. l. quod si fundus, ff. de fund. dotal. & l. 1. C. eodem titu. Illud insuper obserua, validum esse pactum, quo maritus in se suscipit periculum rei dotalis traditæ inæstimatæ, aut æstimatæ ea æstimatione, quæ non faciat emptionem. Itemque validum est pactum, vt periculum illius ad vxorem pertineat, esto culpa mariti aduenial, modo non aduenial dolo mariti. l. Pomponius, ff. de pact. dotal. & l. 18. in fin. tit. 11. part. 4.

18 Quæ † de dominio, commodo, aut periculo rerum dotalium, dicta sunt locum non, habent, quando aliqui in Lusitania contractu mercdictatis

dictatis bonorũ celebratũr matrimoniũ, sed solũ qñ illud celebratũr cõtractu arrharũ, & dotis. In contractu.n. medietatis bonorũ oĩa efficiuntur cõmunia, vtriusq; coniugis, quo ad dominiũ, periculumq; & cõmodum cõe est vtriq; coniugũ. Quia tamẽ in eo cõtractu nõ prius bona efficiunt cõmunia, q̃ matrimoniũ p copulã sit cõsummatũ, vt d. 422. & aliàs dictũ est, cõsequens est, vt periculum rerũ dotaliũ, qđ ante matrimonium cõsummatũ aduenerit, pertineat ad vxorem, modo viri culpa subsequutum non sit, idq; siue bona tradita fuerint æstimata ad cõplendam summã aliquã valoris promissã in dotẽ marito, siue non. Quo fit, vt si matrimoniũ ante consummationẽ illius per copulam dissoluatur, damna oĩa absq; viri culpa, in bonis dotalibus subsequuta, ad vxorem spectent.

**In obtinenda dote sibi promissa quando negligens fuit maritus, si, qui eam promisit. impotens factus sit ad soluendum, quousq; periculũ ad maritum spectet. Quando item aliquid datum marito in dotẽ euincitur quousque maritus agere possit de euictione.**

## DISPVTATIO CCCCXXVII.

### SVMMARIVM.

1 *Periculum dotis promissæ, & per negligentiam mariti nõ exactæ, quousque ad maritum spectet.*
2 *Maritus quousque agere possit de euictione rei dotalis sibi euictæ.*
3 *Dispositio l. 1. C. de iu. dot. an sit hodie correcta.*

QVod ad primum horum attinet, distinguendum est. Quoniam† si is, qui dotem promisit, erat pater vxoris, aut alius ascendens per lineã masculinam, vel vxor ipsa, tunc periculum pertinet ad vxorem, neq; vir dissoluto matrimonio tenetur id soluere vxori, aut hæredibus illius.

Si verò erat aliquis alius, subdistinguendũ est. Quoniam, vel promisit id titulo gratuito comparatione vxoris: vel erat debitor illius titulo oneroso. Si debitor erat titulo oneroso, tunc, quod ita perit, viro perit, teneturq; pindeid restituere vxori, aut hęredib. illius, dissoluto matrimonio. Si verò promisit id titulo lucratiuo cõparatione vxoris, tunc, q̃ ita perit vxori perit, & nõ viro. Si tamen defuncto eo, qui titulo lucratiuo id promisit, aut defuncto socero, patre vxoris, qui id promiserat, negligens esset vir in eo obtinendo ab hæredibus eorum, tunc, qđ ea rõne periret, viro periret, & nõ vxori. Hæc omnia habẽtur l. si extraneus. ff. de iure dot. iunctis l. ob res. §. vlt. ff. de pact. dotalib. & l. Nesenius in prin. ff. de re iud. Habent verò hæc locum, etiã qñ matrimoniũ in Lusitania celebratur contractu medietatis bonorũ ad effectum, qđ maritus dissoluto matrimonio teneatur restituere vxori, aut hæredib. illius medietatẽ, quã in eis bonis erat habitura in euentibus, in quibus, si cõtractu arrharum, & dotis celebratum fuisset matrimonium, periculum eorum pertineret ad maritũ.

Quod verò ad secundum attinet, quando. s. res data marito in dotem euincitur ab aliquo tertio, 2 distinguunt iura. Quoniam† si æstimata data sit ea æstimatione, quæ emptionem efficiat, iuxta ea, quæ disputatione præcedente dicta sunt, tunc siue dos quo ad eam rem incipiat a traditione, siue a promissione, quia videlicet prius fuit promissa, quam tradita, maritus agit de euictione. Si verò data sit non æstimata, saltem æstimatione, quæ emptionem efficeret, tunc, si dos quo ad eam rem incipit a promissione, ita quod, vel dos tota, vel res illa, prius fuit promissa in dotem, & postea tradita, agitur etiam maritus de euictione. Si autem dos, saltem quo ad rem illam, incepit a traditione, subdistinguunt iura. Quoniam si ea res data fuit mala fide, hoc est, cum scientia, aut credendo, quod esset alterius, vel certè ea de re dubitando, tunc maritus agit etiam de euictione. Si verò data fuit bona fide, non agit de euictione, nisi in pactum fuisset deductum, vt dãs de euictione teneretur. Res tamen illa perit tunc vxori, cuius erat, & non marito. Hæc omnia habentur expressè l. 1. C. de iure dot. & l. 22. tit. 11. par. 4. consentiunt, quæ disp 252. a nobis dicta sunt.

3 Hoc loco† obserua, quosdam asseuerare, correctam iam hodie esse l. 1. C. de iure dot. quatenus disponit incipiente dote rei æstimatę a traditione, interuenienteq; bona fide ex parte eam tradẽtis, nõ posse maritum agere de euictione. Dicunt .n. hoc correctum esse l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxor. act. quæ vniuersim concedere vt mariti actionem ex stipulatu pro rebus dotalibus euictis. Ex ea tamen lege nõ colligitur sufficiẽter correctio prioris illius alterius legis, vt in vtraq; lege notat glossa, consentitq; l. Castellæ 22. citata, quę post vtramque legem idem ea in parte statuit, q̃ l. 1. C. de iur. dot. fuerat sancitum. Obserua tamẽ, merito legem illam corrigi ea in parte debere. Cũ enim maritus non recipiat rem dotalem titulo lucratiuo, sed oneroso, pro sustentanda vxore, oneribusque matrimonij sustinendis, sanè, euicta tota dote, aut parte illius, non minus concedenda esset marito actio de euictione, saltem aduersus vxorem, aut illum, qui eam teneretur dotare, quam quando dos incipiat a traditione, traditurque res marito æstimata. Vel certè concedendum ei esset, nõ teneri sustentare vxorẽ neque teneri illi tradere partem lucrosũ, in ea proportione, in qua dos illo modo esset euicta; saltem quando in pactum non esset deductũ, quòd, esto res euinceretur, non teneretur illi de euictione, & nihilominus teneretur sustentare vxorem. Ac sanè, quãdo vxor haberet alia bona, vnde dotem complete posset, aut vnde posset sustentari, satis æqua est illorum sententia, qui affirmant, posse tunc maritum denegare illi partem sustentationis, iuxta quantitatem dotis, quæ esset euicta, nisi de illis alijs bonis compleret dotem: de qua re lege Greg. Lopez. l. 22. citata. Hæc tamen in Castella, & Lusitania, non habẽt locum, quod ad sustentationem vxoris attinet, vt scilicet compleri debeat dos de alijs bonis



Digitized by Google

vxoris, si integrè sit sustentanda: eo quod maritus in eis Regnis non minus habeat administrationẽ bonorũ paraphernaliũ vxoris, q̃ dotis. Quãdo autẽ in Lusitania matrimoniũ contractu medietatis bonorum fuisset celebratũ, si aliquid eorũ, quę a principio attulerũt, postea euincatur, tenetur is, qui illud attulit, accipere illud in suam portionẽ, tamquã si tantundẽ debiti habuisset ante contractum matrimoniũ, q̃ in cõmunibus bonis postea solueretur, iuxta ea, quæ disp. 423. dicta sunt. Immò verò, si mala fide ita cõtraxisset, nõ manifestãdo id esse alienũ, credo teneretur simul alteri cõiugi ad interesse, atq; de iniuria ea in parte ei illata.

## Bona dotalia quousque alienari possint, aut non, præsertim dotalis fundus, & quis is sit. Si euincatur constante matrimonio, an sit recursus postea vxori.

## DISPVT. CCCCXXVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Fundus dotalis quis dicatur.*

2 *Fundus dotalis alienari non potest constante matrimonio, etiam de vtriusque coniugum consensu; & alienatio facta est nulla.*

*Immo nec hodie sufficit, vt vxor iterum biennio post alienationem consentiat, remanentibus viro sufficientibus bonis, vnde soluere postea vxori possit pretium talis fundi. nu. 3.*

4 *Maritus fundũ dotalẽ a se alienatũ repetere potest.*

5 *Maritus quando teneatur de euictione etiam ad interesse, occasione fundi dotalis per eũ venditi.*

*Et quid de iure Lusitano. nu. 6.*

7 *Fundi dotalis alienatio facta constante matrimonio, vt valida sit, quid requiratur.*

8 *Fundi dotalis alienatio facta per vxorem de consensu viri, an confirmetur, matrimonio soluto per mortem viri.*

9 *Fideiussor datus in alienatione fundi dotalis, an teneatur de euictione.*

10 *Fundi dotalis alienatio in quibus casibus valida sit, & nu. 12.*

11 *Fundus dotalis si sit per sententiam alteri adiudicatus, an mulier, soluto matrimonio, possit petere vt sibi reddatur, probando eius maritum non rectè eum fundum defendisse.*

13 *Maritus seruum dotalẽ inuita vxore manumittere potest. si habeat, vnde illius soluat æstimationem.*

14 *Alienatio rei dotalis mobilis quę seruando seruari potest, quando valida sit.*

15 *Maritus alienare põt inuita vxore res dotales æstimatas, quæ in pondere, numero, & mensura consistunt. Cum declaratione, vt ibi.*

EX bonis in dotem marito datis cum vxore, bonum quodcumque immobile datum illi non æstimatum ea æstimatione, quæ emptionem efficiat, iuxta ea, quæ disput. 425. dicta sunt, fun-
1 dus † dotalis in iure appellatur. Ita habetur l. vnica. §. & cum lex ver. in fundo. C. de rei vxor. act. l. 1. C. de fund. dota. & l. quod si fundus ff. de fun. dot. Atque in his posterioribus duobus iuribus dicitur, quando ita datur prædium æstimatum, vt optio penes vxorem sit, æstimatione, an prædiũ, æstimatur quatenus mulier potest eligere hoc secundum, censeri fundum dotalem, nec posse alienari, vt dicemus.

Licèt dotalis fundus quondam alienari potuerit a marito de consensu vxoris: hodie tamen, neque † a marito de consensu vxoris, neque ab vxo-
2 re de consensu mariti, neque ab vtroque simul potest alienari, aut subijci hypothecæ (quod species est alienationis, late sumptæ, vt in materia de Emphyteusi dicetur) interim dum matrimoniũ constat. Si verò fuerit attentatum, contractus est ipso iure nullus, possuntque, tam vxor, quam hæredes ipsius, eam rem, dissolute matrimonio, repetere. Ita habetur l. vnica. §. & cum lex. C. de rei vxor. actio. & Instit. quib. alien. licèt aut nõ
3 in princ. & §. 1. Neque † hodie, vt alienatio valida sit, sufficit, si vxor biennio post talem alienationem iterum in eam consentiat, remanentibus viro sufficientibus bonis vnde soluere postea vxori possit pretium huiusmodi prædij, vt glo. ea, cum contingat, de iureiuran. & quidam male existimarunt sanctum postea fuisse in authen. siue a nec. C. ad Velleian. Non, inquam, id sufficit, quoniam vt satis ex ipsamet authentica constat, & affirmant glos. ibi, Panormit. capit. cum contingat citato. nume. 5. Part. & communis doctorum sententia, quam Couarru. capit. quamuis pactum part. 2. §. 1. nume. 10. refert, ac sequitur, authentica illa solum loquitur de re immobili donata vxori propter nuptias a marito, aut ab alio loco mariti, quod donationis genus hodie in Castella, & Lusitania non est in vsu, vt disput. 290. dictum est: neq; idem intelligit de fundo dotali.

Dubium autem est, an maritus ipse, constante matrimonio repetere possit fundum dotalem ita
4 a se alienatum. Respondendumque † est affirmanter, nihil impediente, quod ipse fuerit, qui eũ alienauit. Ita affirmant. gl. l. vnica §. & cum lex. C. de rei vxor. act. verb. alienare, & gl. Instit. quib. alien. licet in princ. verb. interdicta Bar. & cõmunis doctorum sententia, quã Ant. Gom. ad l. 50. Tauri. nu. 63. refert, ac sequitur, consentaneè ad varia iura, quę prædictę glo. citant. Ratio autem est, qm̃ contravenire quis potest facto suo proprio, quãdo id facit nomine alieno, in cuius fauorem id concessum est, vt in re proposita maritus repetit prædium a se alienatum in vxoris fauorem.

Quando fundus dotalis ita alienatus extrahitur de potestate emptoris, aut alterius, ad quẽ de-
5 uenerit distinguendum est. Quoniam, vel † emptor sciebat esse dotalem, qm̃ eum emit vel id ignorabat. In hoc posteriori euentu, maritus hęredesq; ipsius, tenentur emptori de euictione, non solum ad pretium sed etiam ad interesse, perinde atque in alijs rebus bona fide emptis tenetur venditor de euictione, etiã ad interesse, vt dispu. 380. visum est. Mulier verò & hæredes ipsius, ad nihil illi tenentur. In priori verò euentu, solum poterit agere emptor ad pretium, arg. l. vlt. C. cõia deleg. & au-



Digitized by Google

thenticæ qui res iam dictas. C. de sacrosanct. eccl. Neque refert, vt disput. 380. dictum est, qñ aliquis emit, quod sciebat esse alienum, agere non pōt ad pretium, sed illud amittit: qñ id intelligitur, qñ erat oīno alienum: id quod locū nō habet in fundo dotali cōparatione mariti, qui dñs illius quodammodo est matrimonio constante, vt disputa. 425. dictum est & multo minus habet locum, qñ vxor in illius alienatione cōsensit. Vide iura, quæ ad hæc omnia Ant. Gom. ad l. 30. Tau. nu. 61. citat, & doctores quos refert ac sequitur. De iure
Ius Lusitan. 6 † tamen Lusitano, quando sine consensu vxoris emeret quis fundum ab eo, quem sciret esse coniugatum, amitteret pretium, nisi vxor pretio participasset, vt habetur lib. 4. ord. tit. 6. & disp. 422. dictum est. Ordinario autem illa non solū loquitur, qñ aliqui contractu medietatis bonorum matrimonium celebrarunt, sed etiam, quando cōtractu arrharum, & dotis illud celebrarunt.

Vt alienatio fundi dotalis, facta de consensu
7 vxoris matrimonio cōstante, valida sit, nō † satis est, si dissoluto matrimonio accedat ratihabitio eiusdē vxoris, nisi tpe talis ratihabitionis recuperasset possessionē eius fundi: Imò vero neq; alienatio, & venditio eius fundi facta ab eadē vxore cuidam tertio, anteq̄ recuperet possessionē illius, valida esset. Rō est, qm vsque ad restitutionē dotis tali mulieri, atq; acquisitionem illius per eam, adhuc retinet rationem, ac priuilegia dotis, neque per eā pōt alienari. Ita colligitur apertè ex l. 1. ff. de fund. dotal. cuius verba sunt. *Toties non potest alienari fundus quoties mulieri actio cōpetit, aut omnino competitura est.* Idem colligitur ex decisione, eo tit. cuius verba sunt. *Etiam ditempto matrimonio dotale prædium esse intelligitur.* Hæc oīa alijs confirmat Ant. Gom. vbi supra n. 59. affirmatq; esse cōem doctorum sententiam, Eo ñ. ipso quod mulier dissoluto matrimonio, res dotales recuperat, potest illas alienare sua propria auctoritate, quoniam eo ipso desinunt habere rationē, ac priuilegia dotis. Quare si, priusquam illis recuperatis, eas illi restituat, cui erant alienatæ, approbando alienationem constante matrimonio factam, valida efficitur ea alienatio. Item si dissoluto matrimonio per mortem vxoris, hæredes ipsius approbauerint alienationem fundi dotalis factam constante matrimonio, valida efficitur ea alienatio, esto nondum is fundus ipsis esset restauratus: quoniam in hæredibus cessat prohibitio alienandi eum fundum. Ita Ant. Gom. nu. 59. citato.

Dubiū 8 Dubium est, quid si mulier ipsa de licentia viri alienet fundum dotalem posteaq; matrimonium per mortem viri dissoluatur, manebit † nè confirmata ea alienatio? Ratio dubitandi est, quoniam, vt habetur l. cum vir. ff. de vsucap. si fundus dotalis constante matrimonio a viro aut de viri licentia, alienetur, quamuis inualida sit alienatio, repetiq; possit si tamen matrimonium vxoris morte dissoluatur, virq; in bonis vxoris succedat, manet eo ipso confirmata, siue facta fuerit sciente eo, cui fundus alienatus est, esse dotalē, siue illo id ignorante: quare, cùm dissoluto matrimonio per mortem viri, dominium dotis plene iure ad vxorem deueniat, pari ratione censenda erit manere cōfirmata, quando facta fuit ab vxore de consensu viri. Contrarium, propter iuris dispositionem hactenus relatum est affirmandum. Vnde ad argumētum, concesso antecedente, neganda est cōsequentia. Ratio autem diuersitatis est. Tum quia vir, dissoluto matrimonio, dotisq; vxoris ad ipsum perueniente alienare eam potest, antequam in illius possessionem mittatur: quod vxori est denegatum. Tum etiam, quia vir in eo euentu tenebatur ei de euictione eius fundi, cui fuerat alienatus, saltem quo ad pretium, & aliquando etiam quo ad interesse, vt dictum est. Atque his de causis merito sancitum est, vt, in euentu legis citatæ alienatio illa maneret confirmata. Quando autem mulier fuit, quæ de licentia viri fundum alienauit, neutra harum duarum rationum locum habet: quia neque ad pretium tenetur, quando suum repetit fundum, nisi fortè ipsa ex pretio in aliquo, vltra suam dotem, & reliqua sua bona, facta sit locupletior, quod rarò euenit, quando aliqui matrimonium celebrarunt contractu arrharū & dotis, præsertim de iure communi, iuxta quod lucra reperta, vltra bona, quæ vir & vxor attulere, non erant communia vtrique coniugum, sed vxor accipiebat solum suam dotem & bona parapherna, & reliqua ad virum pertinebant.

Quòd si petas, vtrum si fideiussor intercesserit Dubiū
9 mulieri fundum dotalē alienāte de facultate viri, vel pro viro alienante de consensu vxoris, fideiussor † teneatur de euictione, si vxor postea fundū dotalem extrahat? Respondent Pan. c. cum cōmegat de iureiur. Ita Ant. Gom. ad l. 30. Taur. nu. 60. cum Bart. & alijs. Cum fideiussor nō amplius Decis.
teneatur q̄ is, pro quo suam astrinxit fidē, vxorisq; neque ad pretium teneatur de euictione, consequens esse fideiussorem, quando pro vxore suam fidem astrinxit, ad nihil teneri. Quando verò fidem pro marito astrinxit, teneri ad ea, ad quæ maritum teneri dictum est: teneri autem solū, quando maritus soluendo non fuerit, ex lege multa, quibus Doctores citati, præsertim Anto. Gome. hæc confirmant.

Quando est datus sponso in dotem ante contractum matrimonium, appellatur fundus quasi dotalis: eo quòd nihil ante matrimonium habere possit ratione dotis. Sicut aūm alienatio fundi dotalis est nulla: sic alienatio fundi quasi dotalis facta per sponsum est nulla. Ita habetur l. lex Iulia, ff. de fund. dot.

In quibusdam autem euentibus valida est alie-
10 natio fundi dotali. Primus qñ † ex iusta causa necessaria, honesta, independenter a voluntate viri, & vxoris. Vt si marito data in dotem sit pars alicuius molendini, aut alterius prædij, quod cōmodè diuidi non possit in partes, & socius agat ad diuisionē, ac petat vt venderetur ei, qui plus obtulerit pretij: tunc enim si ea ratione alienetur, iudice ad id cogente, valida est alienatio. Ita eo tamen casu agere non potest maritus, etiam de consensu vxoris, ad diuisionem petendo, vt diuidatur, sed a socio pronocatus consentire potest in diuisionē, & alienationem. Hæc habentur lege vltim. C. de

fund. dotal. Alia exempla necessariæ alienationis fundi dotalis adhibentur l. 1. ff. eod. tit. vbi euentus hic vniuersim traditur.

Dubiũ Cum hoc euentu coniuncta est discussio sequẽtis difficultatis. Intentata est lis aduersus fundũ dotalem, possidente eũ vico, adiudicatusque est is
11 fundus alteri. Dubiũ est, nũ dissoluto † matrimonio, postq̃ res illa trãsiuit iam in rem iudicatam, audietur mulier, si extrahere voluerit fundũ illũ de manu possidentis, probando non rectè fuisse detentum, atque ad se pertinere. Respondendum verò est per distinctionem. Qm̃, vel dolo, aut culDecis. pa, mariti is fundus illi alteri est adiudicatus, saltẽ quia vir fuit negligens in adhibendis testibus, aut producendis instrumentis, quibus fundus ad vxorem pertinebat, aut alio simili modo; vel, absque dolo, & culpa mariti fuit adiudicatus. In hoc posteriori euentu non audietur mulier, sed vim aduersus eã habebit exceptio, seu obiectio rei iudicatæ. Quoniam vir in culpa non fuit, & pro eo tẽpore suo modo erat dominus fundi illius, vel certè legitimus erat eorum bonorũ administrator loco vxoris, eaq; de cã sẽtia contra eum lata, nocet vxori, patitq; exceptionem rei iudicatæ, nõ secus ac si contra procuratorẽ vxoris esset lata, argumẽto l. si mater §. in hoc iure. ff. de except. rei iudic. In priori vero euentu, neque ipsa, neque hæredes ipsius, audientur aduersus eũ, cui prædiũ erit adiudicatũ, si vir habeat, vnde soluat interesse, aut reliquit bona vnde sufficienter solui possit: audietur tñ aduersus virum, aut hæredes viri. Si tñ vir non habeat, neq; reliquerit bona, vnde vxori soluatur interesse, qđ viri culpa subsequtũ ipsi est, audietur aduersus eum, cui fundus adiudicatus fuit, argumento l. Titio centum. §. Titio genero, vers. vlt. ff. de conditionib. & demonstr. & aliorũ iurium, quæ Ant. Gom. ad l. 5è. Tau. num. 32. citat, vbi cum multis alijs, hæc omnia docet.

12 Secundus † euentus, in quo alienatio fundi dotalis est valida, traditus est disp. 149. Nempe, qã vxor, neque dolo, neque metu inducta, iuro confirmauit eam alienationem. Excipitur de iure Lusitano, si prius a Rege facultas non obtineatur ad confirmandam iuro eam alienationem. Quia verò, quæ de hac re dici hoc loco poterant copiosè disputatione illa, & duabus sequẽtib. dicta sunt, eò quod multa ex ijs, quæ de testamento iuro confirmato ibi explanata sunt, simili modo in re proposita locum habeant; necesse nõ erit plura hoc loco dicere. Illud verò est obseruandum, in cuẽtu, quod valida esset alienatio fundi dotalis, nisi pretium consumptisset mulier in solam suam vtilitatem, sed vt cõtingere fieri in Hispanijs solet, de illo disposuisset vir tãquam bonorum & familiæ administrator, iube dissoluto matrimonio deberi illi ea vice, aut ab hæredibus viri, æstimationem illam. Ita Ant. Gom. l. 50. Tau. nu. 57. Guti. de iur. confirm. par. 1. c. 1. nu. 14. & alij quos citant.

Reliquum autem bona tradita non æstimata marito in dotem, æstimationem quæ emptionẽ efficiat, si de numero eorum non sunt, quæ in pondere numero, aut mẽsura consistũt, de consensu quidẽ vxoris, saltem præsumpto, alienari possunt: si tñ absque ipsius consensu alienentur, inualida est ea alienatio. Prior pars hr̃ l. ita constante, iuncta l. seq. & l. si ex lapidicinis. ff. de iur. dot. l. si mulier, & l. cum maritus. ff. de pact. dotal. & affirmat gl. Instit. quib. alien. licet in prin. verb. dotale, tametsi addat, si maritus sit soluendo. Et quamuis aliqua ex his iuribus de reb. ẽt immobilib. loquãtur, id tñ erat de iure antiquo, quod postea quoad immobilia bona iure Codicis reuocatum est. Eisdem iuribus hr̃, posse de pecunia dotali emi de cõsensu vxoris prædium, aut rem aliam, quę loco pecuniæ maneat res dotalis inæstimata, ac propria quo ad dñium vxoris. l. res quæ. ff. de iur. dot. leg. 49. tit. 5. p. 5. Si tñ non emeretur de consensu vxoris, vt esset res dotalis inæstimata, maneret pronsus viri, vt habetur l. ex pecunia. C. de iur. dot. In subsidium tñ, qñ non esset aliud, vnde dos integrè solueretur, maneret vxoris, ita quòd tãquam suam posset eam rem vendicare, eaq; de causa in re illa præferetur cuicunque alteri anteriori creditori, vt not. gl. l. ex pecunia, citata, iuxta l. vxor marito. ff. de dona. inter vir. & vxor. Ita Ant. Gome. ad l. 50. Taur. num. 36. & Greg. Lop. l. 49. tit. 5. par. 5. glo. antepen. Posterior verò pars a contrario sensu colligitur ex eisdem iuribus, potissimaque est ex dictis hactenus in superioribus: quia dominium earum rerum apud vxorẽ permanet, eaque de causa, si pereant, neque pertinent ad maritum, nisi quo ad solum vsum & fructus ex illis percipiendos; quare si illas alienet sine vxoris cõsensu, inualida est alienatio, vt pote re alienæ non
13 consentiente vero domino. In † fauorem tamen libertatis concessum est marito, vt manumittere possit seruum dotalem, dummodo maritus hẽat, vnde vxori soluere possit valorem illius. Ita hr̃ l. 1. & l. vlt. C. de seruo pig. dat. manumiss. Obserua tamen gl. l. libertas omnib. ff. de reg. iur. cui cõsentit alia l. vnica. §. & cum lex. verb. alienare. C. de rei vxor. act. quas sequuntur Batil. l. 1. ff. sol. matrim. & Gutier. de iur. confir. p. 1. c. 1. nu. 5. affir-
14 mare, si res sint † immobiles, quæ seruando seruari possint, esse inualidam alienationem de cõsensu vxoris, nisi seruetur solemnitas authenticę siue a me. C. ad Velle. Nempe, vt biennio post alienationem iterum consentiat vxor; tuncq; habeat alienationem, & marito maneant competẽtia bona, vnde satisfiat vxori. Id tamen perspicuè non colligitur ex authentica citata, vnde glo. illæ non admodum firmiter id docent.

15 Res † dotales in dotem datas æstimatas ea æstimatione quę emptionem efficiat, siue mobiles, siue immobiles sint, itemq; res datas æstimatas, si in pondere, numero, aut mẽsura cõsistant, alienare pẽt maritus sine consensu vxoris. Ratio est, quoniã pleno iure trãsiẽrũt in mariti dñium, vt disp. 425. dictum est. Pro eis tñ, & pro cæteris bonis dotalib. hypothecam vxori manent bona omnia mariti, vt infra dicetur. Quinimo res ita alienatas a marito, si adhuc existant, vendicare illas potest mulier, & præfertur in eis antenotoribus creditoribus. Ita in subsidiũ vxoris sancitum est, l. in rebus. C. de iure dot. & affirmant Greg. Lop. l. 7. tit. 11. par. 4. & multi alij, quos Guter. de iur. cõfir. par.

l. 9. 1. nu. 9. refert, ac sequitur. Si aũt ei offeratur pretiũ, in quo fuerunt æstimata, cessat rei vendicatio, qm̃ solum conceditur ei rei vendicatio, si ex bonis mariti nõ sit, vnde æstimatio soluatur, atq; in subsidiũ præcipitè, si æstimatio ei nõ soluatur, vt cũ multis alijs subiungit Gutier. vbi sup. nu. 10. Lege quæ disp. 426. dicta sunt. De iure tñ Lusitano nulla res immobilis pót alienare maritus sine expresso vxoris consensu, et si data sit ei in dotem æstimata, q̃ hẽsto res sit propria mariti; q̃ si eã sine vxoris consensu alienet, inualida est ea alienatio, vt li. 4. ord. ti. 6. habetur. Qui. n. hac de re disp. 422. dicta sunt, locũ et habent, quando matrimoniũ fuit celebratum cõtractu arrharum, & dotis.

Ius Lusitanũ.

## Vtrum vxor repetere aliquando possit dotem a marito constante adhuc matrimonio.

### DISPVTATIO CCCCXXIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Vxor quo casu repetere potest dotem à marito matrimonio constante.*
2 *Maritus diues, & male administrans, an cogi possit restituere vxori dotem.*
3 *Maritum vergere ad inopiam, non est necessaria exacta probatio.*
4 *Maritus si det fideiussores pro dote, an vxor possit illos reijcere, & eius petere dotem.*
5 *Maritus si casu aliquo fortuito ad inopiam vergat, an mulier possit extrahere dotem.*
6 *Vxor an possit extrahere dotem de potestate viri, quem sciebat esse paupẽrem, dum cum eo matrimonium contraxit, maleque administraturam.*
7 *Extraneus dotans an possit dotem extrahere, sicut vxor facit.*
8 *Dos an sit restituenda marito, dum efficitur dives, bonaque sua rectè administrat.*

AD hanc quæstionẽ dicendum est: Quãdis vxor regulariter repetere non possit suam dotem ante dissolutum matrimonium, saltem per diuortium, vt patet l. 2. ff. sol. matri. sit tñ maritus ad inopiam vergat, ita q̃ dos vxoris apud illum periclitetur, repetere illam potest; non quidem vt vxor alienare eã possit, sed vt vel ipsa, vel aliquis alius illam administret, familiaq; de fructibus illius sustentetur, vel vt apud mercatorem aliquem collocetur ad tutam, & honestam aliquam negotiationẽ, vt de lucro familia sustentetur, ita q̃ fructus marito ad sustinenda matrimonij onera tradantur, atq; dotis substãtia integra, & salua vxori perseueret. Ita habetur l. si cum dotem. §. si autem, ver. si verò dotẽ, & l. si constante in prin. ff. solu. matri. l. vbi adhuc. C. de iur. dot. in auth. de æqualitate dotis. §. illud quoq; ver. nos aũt c. per vestras. de dona. inter vir. & vxor. & l. 29. tit. 11. par. 4.

1 2 3

Dubiũ est, si maritus malè quidẽ administret bona, vt q̃ ludo illa cõsumit, vel alia rõne male illa administret, veruntamen dos apud illum non periclitetur, q̃ videlicet tot habet bona, vt prudẽtis arbitrio nullũ adhuc immineat dotis periculũ, vtrum tunc cogi maritus possit restituere dotem vxori modo explicato. Ad hoc, q̃quid aliqui dicant, negantes est respondendum. Qm̃ intentum iurũ in dispositione relata, solũ fuit cõsulere indemnitati, & periculo dotis vxoris: in eo aũt euentu nullũ imminet periculũ dotis vxori, neque plus vxori cõsulitur, q̃ si dos maneat apud maritũ. Nõ tñ est expectandũ, vt maritus bona dilapidet, quousq; solũ maneat dos vxoris, sed tunc pót, ac debet subueniri vxori, qñ dos periclitari incipit, hoc est, qñ iustè, ac verisimiliter timetur, dotẽ in potestate mariti periclitari. Ad † probandũ aũt maritum ad tantam paupertatẽ deuenisse, vt dos apud illũ periclitari incipiat, necessaria non est exacta probatio, sed sufficit verisimilis ex debitis, quæ iam contraxit, ex moribus illius, & ex communi existimatione, attenta qualitate, & bonis illius, vt Bar. l. si constante citata. Ant. Gom. ad l. 50. Taur. n. 33. & alij notant. Ratio est, quoniam agitur de fauore dotis, & modico præiudicio mariti, immo quadam ex parte de fauore, & commodo illius, cum tradendi ei sint fructus omnes dotis.

Dubium deinde est. Quid si maritus fideiussores sufficientes det pro dote: vtrum optio † vxoris illos reijcere, & petere, vt dos de manu potestate eripiatur? Communis iuris ciuilis interpretum opinio est, optionem esse penes vxorem, reijcereque pro arbitratu posse fideiussores. Cæterum c. per vestras citatum, & l. 29. etiam citata, contrarium aperte innuunt, qñ sufficienter fideiussoribus subueniretur periculo vxoris. Vñ mihi probatur sñia Panor. c. per vestras citato, nu. 14. Nempe, qñ maritus fideiussores afferret, aut eius deficientibus, offerret sequestrum in manu cuiusdam tertij iudicis prudentis arbitrio esse committendum, vt videat, num ea via melius, aut saltẽ sufficienter consulat periculo vxoris: q̃ si compererit sufficiẽter consuli, id admittat, alioquin id oẽ efficiat, quod expedire iudicauerit, vt sufficienter periculo vxoris consulatur. Ratio horum est, qm̃ ex fine, atque intento legum, de earum sensu est iudicandum: quare, cum iura citata non aliud intendant, quam quòd sufficienter periculo vxoris consulatur, sane intentum illarum non est, quòd contra mariti voluntatem aliud adhibeatur remedium, quam quod ad id iudicatum fuerit omnino necessarium, atque hoc modo c. per vestras, & l. 29. citata, quæ sunt iura posteriora, interpretari videntur cæsarea iura. horumque iurium expositioni est potius standum, quàm expositioni Bart. & aliorum iuris Cæsarei interpretum.

4 Quæst.

Dubium pręterea est. Quid, si neq; culpa, neq; mala administratione mariti, sed casu aliquo ad inopiam vergat, fas † ne erit tunc extrahere dotẽ de potestate illius? Quidam affirmanter respondent. Dicendum tñ arbitror, si dos tunc non plus apud maritũ periclitetur, q̃ apud alium, sufficienterq; illam in futurum administrabit, neq; negotiãdo maioribus eam obijciet periculis, quã alij, neq; in familiæ sustentatione plus, quàm reditus illius, consumet, extrahi de potestate illius non posse, neque præstare teneri fideiussores pro in-

5 Dubiũ Decis.

columitate illius. Atq; hoc est, ꝙ intendit lex Castellæ citata, quæ negat dotē extrahi in hoc euētu posse de mariti potestate. Immò & ꝙ intendit authenticum citatum (ꝙ, vt doctores affirmāt, maiorem potestatem extrahendi dotē tribuit, quàm cætera antiquiora ciuilia iura) dū solū extractionē concedit, qñ maritus incipit malè vti bonis.

Dubiū Dubium quoq; est, si vxor cum eo viro cōtraxit, quem paupertem esse sciebat, futuromq; non fore idoneum administratorem bonorum, num
6 † possit tunc extrahere dotem de potestate illius. Bar. & Pan. locis citatis, & doctores cōiter respōdent, posse nihilominus extrahere dotem: qm̄ mulier facere non potuit ante matrimonium contractum, quo dotis conditio fieret deterior. Placet tñ limitatio Ant. Gom. loco citato cum Salic. id scilicet locum non habere, quando maritus non vergit ad maiorem paupertatem, quam esset, qñ dos fuit illi tradita, neq; inciperet malè illam administrare, interim enim dum hæc duo perseuerant, non est cur dos ab eo extrahatur.

Decis.

Dubiū Dubium item est, si extraneus dotem pro vxore dedit cum pacto, vt dissoluto matrimonio per mortem vxoris sine liberis, dos ad ipsum, aut ad
7 hæredes ipsius, reuerteretur, an † in euentibus, in quibus dictum est, vxorem extrahere posse dotē, ipse ēt possit illam extrahere. Ad hoc cōis opinio negantem respondet. Qm̄ priuilegium illud solū reperitur in iure concessum vxori: extraneus autē ille solum deduxit in pactum, ꝙ dissoluto sine liberis matrimonio per mortē vxoris, dos ad ipsū reuerteretur. Affirmāt verò Bar. loco citato, Ant. Gom. vbi sup. nu. 34. & cōis doctorū sñia, illi cōpetere nihilominus remediū legis in oībus. ff. de iud. Nēpe, vt sibi ad securitatē fideiussores tradantur de dote integrè restituenda in eo euentu.

Decis.

Dubiū Dubium postremò est, si maritus, postquā dos ab eo fuit ablata, efficiatur diues, rectèq; bona sua
8 iam administrer, vtrum † sit ei dos restituenda. Bar. & cōis opinio negat, q̄ ex parte sequit Anto. Gom. vbi sup. nu. 35. Mihi tñ contrarium vr, longè probabilius. Etenim ex natura ipsa rei dos marito est debita quo ad administrationē, vsum, & fructus, pro sustinēdis oneribus matrimonij, quæ rē ipsa sustinet: cessauitq; impedimentum pp qđ fuit administratione priuatus ergo dēt ei restitui: cessante quippe causa, cessare debet effectus. Præsertim perseuerante causa, pp q̄ cōtrarius effectus fuit ei concessus atque est ille debitus. Neq; maritū priuatū esse dotis administratione, est solum maior securitas dotis vxoris, vt Bar. fundamentū supponit, sed simul habet adiunctam iniustiam, ꝙ iam absque legitima causa priuetur administratione sibi debita. Addo, eā priuationē iam parum, aut nihil, facere ad maiorem dotis securitatem.

Decis.

Quando coniuges in Lusitaniæ Regnō cōtracto medietatis bonorum matrimonium celebrarunt, non video subueniri vxori, qñ vir propter indebitam bonorum administrationem ad inopiam vergit, nisi adeò esset prodigus, vt curatore esset illi constituēdus, auferendaq; ab eo esset suorum bonorum administratio, tradendaq; esset vxori, aut alicui alteri, iuxta ea, quæ li. 1. ord. tit. 67. disponunt, & ex parte disp. 200. & seqq. dicta fuit. Si aūt in aliquo alio euētu subueniēdū esset vxori, opus esset id a Rege obtinere. Hæc de vxoris dote constante matrimonio. Vtrum autē per adulterium eam amittat, tract. 3. dicetur. De dote verò dissoluto matrimonio inferius erit sermo.

## De bonis paraphernalibus vxoris, & cæteris ad capitale ipsius attinentibus.

### DISPVTATIO CCCCXXX.

### SVMMARIVM.

1 *Paraphernalia bona quæ, & vnde dicta.*
2 *Dominium bonorum paraphernalium, an, & quando spectent ad maritum.*
*Et quid de iure Castellæ, & Lusitaniæ.*
3 *Paraphernalibus bonis quænam bona connumerari etiam possunt.*
4 *Donata vtrique coniugum tempore nuptiarum ab extraneis, efficiuntur communia.*
*Idem etiam constante matrimonio.*
*Idem ēt in donatis a consanguineis vtriq; eorum.*
5 *Donata coniugibus a consanguineis mariti, seu spōsi efficiuntur mariti, nisi cōtrarium probetur de voluntate.*
*Idem in donatis a consanguineis vxoris, vt efficiātur ipsius vxoris, nisi contrarium probetur.*
6 *Donata sponsæ a consanguineis sponsi tempore sponsalium, cuius efficiantur, etiam de iure Lusitano, & Castellæ.*
*Et quid conuerso si donetur vxori a consanguineis mariti, nu. 7.*
8 *Donata sponso, vel sponsæ per patrem, aut matrem, efficiuntur ipsius.*

1 VLtra dotē, ad capitale vxoris spectant bona † omnia paraphernalia, qualia sunt cætera oīa ipsius bona, sic dicta græcè, a para, ꝙ est iuxta, & pherna, ꝙ est dos, quasi bona iuxta dotē, seu extra dotē. Quare quæcunque alia bona, præter dotem, quæ tpe celebrati matrimonij ad vxorē pertinebant, aut temporis progressu illi obuenerint, dicuntur bona ipsius paraphernalia, ad summoq; capitale, vna cum dote, spectant. Ita habetur l. 17. tit. 11. par. 4. & consentiunt doctores omnes.

2 Qñ † eiusmodi bona marito traderentur æstimata ea æstimatione, quæ emptionem efficeret, aut essent bona, quæ in pondere, numero, aut mēsura consisterent, mariq; traderentur, vt illa cōsumeret, vt tradi hodie consueuerunt, dominium ad maritum pertineret, aliquin ad vxorem spectaret, vt de bonis dotalibus similiter dictum est supra. Et q; vtrobique eadem ratio. Semper autē, quando marito quo ad administrationē trādūtur, vt in Castella, & Lusitania tradi consueuerūt, habet vxor tacitam hypothecam pro eiusmodi bonis in omnibus bonis mariti. Ita habetur l. vlt. C. de pact. conuent. & l. 17. citata.

3 Cum † paraphernalibus bonis, & capitali vxoris, possumus computare, quicquid vxor acquirit per

Digitized by Google

sit per sponsalitiam largitatem sibi a viro factam, iuxta ea quæ disput. 290. dicta sunt. Atq; ea quæ post celebratum matrimonium sibi a viro sunt donata in euētibus, in quibus valet, aut confirmatur, donatio inter vir. & vxor. iuxta ea quæ disp. 289. explanata sunt. Dictis verò duabus disputationibus citatis adiunge sequentes conclusiones.

4 Prima. Quæ † tempore nuptiarum aut sponsalium, donantur vtrique coniugum simul, ab amicis, & extraneis, hoc est, ab ijs, qui consanguinei non sunt coniugum, efficiuntur bona communia vtriusque, perinde inter vtrumq; diuidenda, ac bona superlucrata. Idem dic de vtriq; simili modo donatis constante matrimonio. Ita affirmat Ant. Gom. ad l. 50. Taur. nu. 67. arg. l. reos §. cum in talibus. ff. de duob. reis. cōsentit l. 2. tit. 9. par. 5. Idem dicerem, si ab ijs donarentur, qui vtriq; cōiugum erant simul consanguinei.

5 Secunda. Quę † eiusmodi cōiugibus donantur simul a consanguineis mariti, seu spōsi, efficiuntur mariti: quia ei censetur facta donatio, nisi contrarium constet de voluntate donātium. Ita Ant. Gom. ibid. Iulius Clarus lib. 4. senten. verb. donatio. q. 10. Gutier. de pract. qq. lib. 2. q. 120. & alij, quos citant. Similimodo existimo, si a consanguineis vxoris facta sit donatio vtrique simul, effici solius vxoris. Quia similiter vxori videtur facta donatio, videturq; consentire Iulius Clarus vbi supra, & affirmat Gut. vbi supra.

6 Tertia. Si a † cōsanguineis spōsi aliquid donetur tpe sponsaliū (in Lusitania ante contractū matrimoniū p verba de p̄senti, in Castella ēt post ita cōtractū, sed anteq̄ cōsumetur p copulā. iuxta ea, quæ disp. 290. explicata sunt) ait Ant. Gom. vbi supra censeri donata ab eiusmodi cōsanguineis spōso, & ab sponso spōsæ, atq; adeo spectare ad sponsam eo modo, quo aliæ sponsalitię largitates factę eidē ab spōso, iuxta ea, quæ disputatione citata dicta sunt. Atq; in euētibus, in quib. ibi dictum est, non interueniente osculo, neq; cōpleto matrimonio, alias sponsalitias largitates factas ab spōso ad ipsum reuerti, has quoque affirmat reuerti ad spōsum. Rectius tamen cum alijs affirmat Gutier. q. 120. citata, vniuersim non censeri factas ab spōso sponsæ; eaq; de causa semper perseuerare mariti, nisi donantes expresserint, se sponsæ duntaxat donare, aut sponsus similiter expresserit, se velle ea ei concedere in sponsalitiam largitatem.

7 Quarta. Quæ † a cōsanguineis mariti donant vxori, in Lusitania quidē post matrimoniū p verba de p̄seti cōpletū, & in Castella post consūmatū per copulā censentur donata marito ab ipsius cōsanguineis: subiungit verò Ant. Gom. vbi sup. rursus cēseri donata a marito vxori; eaq; de causa perinde de illis censendū, atq; de cęteris q̄ ea donatione a marito donātur vxori, q̄ inter virū, & vxorē nuncupatur, cōfirmariq; eiusmodi donationē, ac posse reuocari, proinde atq; cæteras inter virū, & vxorē, iuxta ea quæ disp. 289. dicta sunt. Cōtrariū verò affirmat Gutie. q. 120. citata, nēpe nō p̄sumi maritū donare ea vxori, nisi id sufficiēter exprimat, ac perinde ea bona ad solū maritū ptinere.

Quando autem coniecturis sufficienter constaret, animū donantiū esse, donare vxori, vt si propter obsequia ab vxore præstita alicui eorū in infirmitate, aut aliqua alia de causa donatio esset illi facta a consanguineis viri, donatio pertineret præcipuè ad vxorē. Qd si obsequia de cōmunib. bonis essent præstita, aut beneficiū collatū cēseretur ab vtroque coniugū, tunc, qd ita donaretur, cōe esset vtriq; coniugum, nihil impediente, qd vrbanitatis, atque honoris causa, ad vxorem mitteretur.

8 Quinta. Quæ † pater, aut mater sponsi, donant spōsę, siue añ cōsummatū matrimoniū, siue post, cēsent donata sponso, vt concl. 3. & 4. dictum est. Eaq; de causa tenetur spōsus adducere ea ad collationem cum cæteris fratribus, perinde atq; reliqua bona, quæ ipsi pp nuptias sunt donata. Ita Ant. Gom. vbi supra dictumq; est sup. disp. 238.

## De arrhis vxoris.

### DISPVTATIO CCCCXXXI.

*SVMMARIVM.*

1 *Arrhæ matrimonij contrahendi quid, & an differant ab alijs.*
2 *Arrham quis amittat.*
3 *Arrha quare in matrimonio concessa, & quare pœna prohibita.*
4 *Arrha matrimonij in Castella, & Lusitania quid.*
5 *Arrhæ matrimonij ob quam causam promittātur.*
6 *Arrhæ matrimonij, & donatio ante nuptias, differunt.*
7 *Arrhæ matrimonij an constitui, & augeri possint post matrimonium contractum, & quando.*
8 *Mulier transiens ad secundas nuptias, an disponere de arrhis possit in præiudicium filiorum primi matrimonij, & quibus casibus.*
9 *Maritis bona an sit æstimanda in arrhis matrimonij a marito promissis, & quomodo: & quid de maioratu vxoris in dotem dato.*
10 *Dos marito promissa, si illi non soluatur, an teneatur soluto matrimonio soluere vxori, aut eius hæredibus arrhas.*
11 *Arrhæ matrimonij in Lusitania, an soluendæ sint de toto acerno bonorum mariti, an verò de solo tertio, quod ad ipsum spectat, si descendentes, aut ascendentes habeat.*
11 *Arrhas matrimonij promittens vltra decimā partem suorum bonorum, secundum ius Castellæ, aut vltra tertiam secundum ius Lusitaniæ, & iuramento confirmans, an ni iuramenti teneatur promissionem implere.*

ARrhæ quæ iuxta consuetudinem Regnorū Castellæ, & Lusitaniæ hodie a maritis vxoribus promittuntur, diuersum quippiam sunt ab arrhis, quæ erant quondam in vsu, & de quibus
1 iura loquūtur. Etenim † arrhæ, de quibus iura loquuntur, erant id quod, conuentione facta de matrimonio inter aliquos futuro, tradebatur in pignus, atque in robur, & firmitatem, qd matrimonium celebraretur, vt constat ex l. vlt. C. de sponsa. & ex l. vnica. C. si rector prouinc. & refert atque affirmat l. 1. titu. 11. part. 4. ac tradunt glossa

capit, gemma de ſponſalibus, & Doctores, quos referunt, ac ſequuntur Couarr. in Epitom. capi. 3. §. 7. num. 6. Anto. Gom. ad l. 50. Taur. num. 12. & Aluar. Valaſ. conſult. 2. n. 1. Erantq; eiuſmodi arrhæ haud diſſimiles eis, quæ in contractibus emptionis, & venditionis, & in alijs ſimilibus cõtractibus, adhiberi ad firmitatem ſolent, qđ operę implebuntur, de quibus diſp. 338. dictum eſt. Quare eiuſmodi arrhæ celebrato matrimonio illi reſtituebantur, qui illas dederat. Quod ſi ſponſus, aut ſpõſa, è viuis migrabat, antequam matrimonium celebraretur, ei ſimiliter reſtituebantur, qui illas dederat, niſi in mora, & culpa fuiſſet, quod matri-
2 monium non eſſet celebratum. Semper † enim arrhã is amittit, cuius culpa matrimoniũ nõ celebratur, vt hĩ l. arrhis & l. 1. citatis. Quod ſi pęũ ſtat, qui illas accepit, reddit eas, & tantundẽ, niſi ſit minor: nam tũc ſimplices eas reddit. Si verò, qui illas accepit, eſſet pater, aut alius aſcendens, alterius ex ſponſis, & per eum ſteriſſet quominus matrimonium celebraretur abſq; cauſa iuſta, quę de nouo, vel emergeret, vel in ipſius notitiã deueniret, quõdã tenebat reddere illas quadruplas; hodie verò duplas, niſi expreſſè conueniſſet, vt triplas, aut quadruplas illas redderet: nã tunc contractui eſſet ſtãdũ. Hæc conſtãt ex l. vlt. C. de ſponſalib. eaq; affirmant doct. quos Aluar. Valaſ. & Ant. Gom. vbi ſupra referunt, ac ſequunt. Ex eo autẽ, qđ ſponſus, aut ſpõſa, ad religionẽ tranſeant, eaq; de cauſa matrimoniũ non celebretur, non amittunt arrhã datam, neq; tenentur duplicatã reſtituere, quã acceperant. Ita habetur l. Deo nobis, in prin. C. de epi. & cler. & c. ex publico, de conuerſione coniugat. & affirmat gl. c. ex parte, verb. arrha, eo. tit. Quãuis pœna prohibita ſit apponi in ſponſalibus non celebranti poſtea matrimonium, atque appoſita, ſit ipſo iure nulla, l. Titia ff. ſol. matr. & c. gemma, de ſpõſalibus, conſentiuntque doctores omnes, arrham tamen interuenire, illamque amittere eum, per quẽ ſteterit quominus matrimonium celebretur, aut acceptam reſtituere duplam, neque inualidum eſt, neq; inhibitum, vt ex iuribus citatis cõſtat, & conſentiunt ſimiliter doctores omnes.

3 Circa cauſam † autẽ, cur vnũ potius, q̃ aliud, ſit permiſſum, non conſentiunt doct. Quidam, quos Couar. & Ant. Gom. vbi ſupra ſequuntur, eã reddunt, q̃ pęna cum ſolo verbo promittatur, maiori facilitate minuſq; matuto conſilio ſoleat apponi: arrha verò, cum tradatur, non tanta facilitate, maioriq; conſilio ſoleat adhiberi. Aluar. autẽ Valaſ. hac rõnem improbat: q̃m, inquit, vtrobiq; eadem rõ non reſtringendæ libertatis matrimonij milit. Potius verò hanc aliã reddendã cenſet; q̃m arrha datur in ſignum, & ad ſecuritatem rei geſtæ; pęna autẽ non pro ſecuritate, ſed vt nuptias aſtringant contrahentes. Arbitror tñ vtrumq; adhiberi, vt ſecurius ſtetur conuentis de matrimonio, prout eſt cõuentũ, celebrãdo, neq; minus vno, q̃ altero, adimi libertatẽ ad cõtrahendũ oĩno libere matrimoniũ, immo verò, ſi plus aliquo adimitur, potius arrha, q̃ pœna, adimi, ſi vtrumq; ſit æqualis quantitatis. Plus quippe adducetur, quis ad celebrandas nuptias, quas alioquin non celebraret, timore admittendi arrhã iam traditam, q̃ qui accepit, neceſſe nõ habet exigere, quam adducatur timore pęnę conſtitutę, quæ forſaſſe nũquã exigetur, & quę difficilius lite de ipſius poteſtate extrahetur. Vnde dicendũ cenſeo, cum; ſtando in ſolo iure naturali, vtrumq; vim haberet, poſitiuum ius idcirco vires pœnæ, & non arrhæ, abſtuliſſe, qđ pœna facilius promittat, & in longè maiori quantitate, poſteaq; in illa exigenda maiores oriantur lites, quam hæc omnia circa arrham euenire ſoleant. Atq; hæc eſt ratio, quã intendere videntur doctores, quos Aluarus Valaſchus hac de re improbat. Arrhę in hac ſignificatione non ſunt in vſu in Hiſpanijs.

4 Quæ autem arrhæ † de conſuetudine Caſtellę, & Luſitaniæ a maritis hodie vxoribus promittuntur ſunt quædã proniſſio, quã ſpõſus ei facit, cum qua contrahit, aut cõtrahere paciſcitur, & quã mulier ſtatim, matrimonio cõtracto, & cõſumato per copulã, vt hĩ l. 5. tit. 2. lib. 3. fori, ſibi acquirit, vna cũ dote ſoluendã, ac tradendã diſſoluto matrimonio. Ita Couar. loco citato, n. 12. Ant. Gom. n. 12. citato, & multi alij, quos Aluar. Valaſ. conſul. 2. nu. 3. refert ac ſequitur. De arris in hac ſignificatione loquuntur l. 50. Taur. & duę ſequentes, quę ſunt l. 2. 3. & 4. tit. 2. lib. 5. nouæ collect. & ord. Luſit. l. 4. tit. 9. §. vlt. & tit. 7 §. 40. Quia verò eiuſmodi arrhæ regulariter nõ tradũtur vxori interim dũ matrimoniũ conſtat, ſed ſolum ipſi debẽtur de bonis mariti ſoluendæ diſſoluto matrimonio, nõ cõputantur propriè in capitali vxoris, ſed ſunt debitũ a marito, aut hæredib. mariti, ſoluendũ vxori vltra ſuũ capitale, aut hęredibus vxoris: de quo proinde debito diſponere poteſt vxor, etiã ſi moriatur ante maritum; qđ ſi de illo non diſponat, in eo ſuccedunt hæredes vxoris ab inteſtato, vt habetur l. 50. Tauri, quę eſt 3. tit. 2. lib. 5. nouæ collectionis, atq; idem ſeruatur de conſuetudine Luſitana.

5 Dubium eſt, ob quam † cauſam arrhę promittantur. Aluar. Valaſ conſult. 2. nu. 4. ait, vulgares putare ob præmium virginitatis, & refert Couar. quaſi ſit eius ſnĩæ, eo qđ vbi ſupra nu. 12. dicat, dari in præmium pudicitiæ, citans illud Iuuenalis Satira 6. *Nec illud prima pronocte datur.* Inde Aluar. Valaſ. ait ſequeretur, viduis, ad ſecũdas nuptias tranſeuntibus, non poſſe promitti arrhas: eamq; opinionem cum Roderico Xuarez merito deridet, citatq; communem doctorum Hiſpanorum ſententiam in contrarium, de quorum numero ſunt Ant. Gom. vbi ſupra nu. 13. & Grego. Lopez l. 1. citata verb. *en España.* Vnde Anto. Gom. nu. 12. definiens arrham, ait eſſe donationem, quę fit ab ſponſo ſpõſæ de futuro, vel de preſenti, in remunerationem dotis, vel virginitatis, vel nobilitatis, & Aluar. Valaſ. commemoratis his cauſis, cũ Anton. Gomez. addit, leges permittentes arrhas ad nullam cauſam nuncupatim ſe aſtringere, ſed ſecundum mores hodiernos ſolam eam cauſam donationis arrharum attendi, vt vxor opulentior ſit, ad ſuſtinendum viduale honeſtatem, in qua manſura preſumitur. Equidem, quamuis aſſentiar, ad nullam cauſam in particulari reſtringẽdã eſſe donationem arrharum, ſed ſatis eſſe volitionem liberam promittentis, eaque ratione in defi-

Dubiũ

Deciſ.

nitione

nitione arrharũ nullius causę mẽtionem fecerim, arbitror tñ immeritò tribui Couar. quasi crediderit, arrhas promitti nõ posse viduæ: neq; ex verbis illius id colligitur: premium enim pudicitiæ latius patet, quam præmium virginitatis: quadratq; etiã in vidua, quæ se agnoscendam à marito tradit: neque aliud videtur voluisse Couar.

6 Ex dictis † facilè patet, arrhas, de qb. loqmur, nõ esse idem, qđ donationem ante nuptias, de qua iura loquuntur, & de qua egimus in calce disput. 290. quãq; ibi asseruimus, non esse hodie in vsu in Hispanijs, tametsi Rodericus Xuarez, & Ioannes Lupus idem esse affirmauerint, ducti l. 1. titu. 11. par. 4. q̃ id asserere vĩ: successerunt tñ in Hispanijs loco donationis pp nuptias, vt ibidem dicebamus cum cõi doctorũ sñia, quam retulimus. Differt verò, præter alia, inter donationem pp nuptias, & arrhas, q̃ donatio propter nuptias, vt loco citato dicebamus, vxoris efficiebatur quo ad dñium toto tpe, quo matrimonium constabat, tametsi fructus, & administratio illius ad maritum pertineret (inseruiebat. n. vt ex alia, & dote matrimonij onera melius in vxoris bonum maritus sustineret) dissoluto verò matrimonio, reuertebatur integra ad maritum, aut ad hæredes maritii: arrha verò, vt dictũ est, toto tempore matrimonij apud maritum remanet; eo verò dissoluto, soluenda est vxori, aut hæredibus vxoris, vt ipsorum maneat. Lege plures alias differentias, & conuenientias, inter arrhas, & donationem propter nuptias, inter alios, apud Aluar. Valas. consul. 2.

Quæst. 7 Dubium est, num † arrhæ constitui, & augeri possint post matrimoniũ cõtractũ. Doctores Hispani, quos Greg. Lopez. l. 1. tit. 11. par. 4. verb. en *España*, & Alua. Valas. consul. 4. nu. 1. referunt, & quos sequuntur Anto. Gom. l. 50. Taur. nu. 12. & Couar. in Epit. c. 3. §. 7. nu. 12. constitui posse existimant: ducti, quòd donatio pp nuptias fieri, & augeri poterat post matrimoniũ contractum, vt disp. 290. dictum est. Atque hoc apertè affirmat l. 1. citata, dicens, arrhas esse donationem propter nuptias, & constitui, augeriq; posse, post matrimonium celebratum, Greg. autem Lopez. morũ ibidem satis dubiam arbitratur hanc sñiam: q̃ñ arrha est vera donatio, tm quam ius in perpetuũ comparat sibi vxor ad rem promissam, vt dissoluto matrimonio sua efficiatur, suorumq; hæredũ: donationes autem inualidæ sunt inter virum, & vxorem, si post celebratum matrimoniũ fiat, nisi morte donantis confirmentur traditione præcedente, vt disp. 289. visum est. Aluar. verò Valas. in calce. nu. 4. validam esse arbitratur in hoc Regno Castellæ propter l. 1. tit. 11. par. 4. citatam. Cæterum in Lusitania ibidem à nũ. 2. inualidam, esse, existimat, aitq; se ita sempet cõsuluisse, & vidisse in eo Regno ita esse iudicatum. Equidem arbitror inualidam esse, etiam in hoc Regno, propter rationem proximè factam, quæ vrgentissima. Et q̃m, l. 1. Castellę citata loquitur, posito, quod arrhæ idem sint, quod donatio propter nuptias, & fortè loquitur tempore, quo non erat aliud, quam donatio propter nuptias; non verò de arrhis, de quibus postea leges fori, & Tauri loquutæ sunt, & quæ hac die sunt in vsu, vt Couar. ipse in calce num. 12. citati ait.

Rodericus Xuarez, quem Greg. Lopez, vbi supra refert, ac sequitur, & cui expressè Alu. Valas. consul. 4. nu. 5. consentit, ait validam absque scrupulo esse constitutionem arrharum post contractum matrimonium in euentu, quod vir præmoriatur vxori: eò q̃, q̃is dicamus esse de numero cæterarum donationũ inter virũ, & vxorẽ, q̃ post cõtractum matrimoniũ efficiuntur; morte tamen matrimoniũ cõfirmatur, ac proinde valida reddit, iuxta ea, quæ disp. 289. de donationibus inter virum, & vxorẽ dicta sunt. Nõ tñ attẽdunt viri, docti, nullam arrhæ fieri vxori traditionem ante mortem viri: vt verò donatio inter virum, & vxorẽ morte donantis confirmetur, necesse est pcesserit traditio rei donatæ vt disp. 289. citata dictum est.

Simili modo pdicti autores validam esse arbitrantur constitutionem arrharum post celebratum matrimonium, q̃n marius plebeius, & ignobilis duxerat vxorem mulierem nobilem, atque ingratitudinem, & recompensationẽ nobilitatis, aut quod dotem magnã cum vxore acceperat, vel alia simili de causa, arrhas post celebratum matrimonium constituat, vel augeat: & q̃n aliqua harum cãrum præexstitit, arbitrantur multi, præsumi ea de causa illas cõstituere, aut augere, q̃n id non exprimit, sed res est dubia. Nos disput. 289. citata diximus, cõtem doctorum sñiam esse, validam esse statim q̃cunque donationẽ aliam factam à viro vxori simili de causa, neq; opus esse morte donantis confirmari; tametsi retulerimus, Iulium Clarium affirmare cõtrarium, nisi ante matrimoniũ contractum, vel tempore celebrationis illius, ea donatio fiat. Quod si vera est cõis opinio, valida quoq; erit constitutio arrharũ in eo euentu post celebratum matrimonium. Neque est cur Alua. Valas. in calce disp. 4. citata eum approbãs hunc, & præcedentem euentu, inutilẽ esse, vnde in his casibus teneri posset, etiam in Lusitano Regno validam esse constitutionẽ arrharũ post celebratum matrimonium, adiecerit: sed vereor, ne, etiam in his casibus, senatus Lusitanus hoc non admittat. Et enim nihil est in ordinationibus Lusitanis, q̃ excludat duos illos euentus, si stando in solo iure communi, valida esset statim donatio inter coniuges in illis euentibus facta. Idem tamen autor addit, causas in secundo euentu contentas sufficientes esse, vt facultas à rege obtineretur, ad obtinendas arrhas post matrimonium celebratum.

Decis. 8 Dubium est. Vtrum † mulier, quæ ad secundas Quæst. nuptias transit superstitibus filijs ex priori matrimonio, disponere de arrhis, quas ex marito priori accepit, perinde atque de alijs suis bonis possit: an verò integras eas seruare teneatur filij prioris matrimonij? Rodericus Xuarez, quem refert, ac sequuntur Molina li. 2. de primog. c. 10. nu. 62. & Gut. de prac. qq. li. 2. q. 18. nu. vlt. asseuerat, eiusmodi mulierem teneri illas integras seruare filijs prioris matrimonij, q̃n & dimidẽdas eẽ æqualiter inter illos, neq; posse in illis, aut ex illis, meliorare aliquẽ eorũ filiorũ, aut instituere maioratum.

Ratio secundum hos ões autores est, quoniam vxor,

Digitized by Google

vxor, quę aliquid à priori marito accepit, siue donationē inter viuos, siue p vltimā voluntatem, id totū, si ad secundas nuptias transeat, tenetur reseruare præcipuum filijs prioris matrimonij, vt hꝫ l. fœminę in prin. C. de secun. nup. & l. 26. tit. 13. par. 5. quin & quod mariti intuitu illi donatū est, similiter tenetur reseruare filijs prioris matrimonij, neque eorum omniū, quæ cōmemorata sunt, remanet dñium apud vxorem, sed solus vsusfructus, interim dum viuit, vt hꝫ expresse in authentica in donōne, C. de sec. nupt. q̄ proximæ post l. fœminæ subiungitur, & in authentico de nup. §. si verò expectet. Immò verò l. hac edictali, §. oībus. C. de secundis nup. & l. 26. citata, bona omnia talis vxoris, quæ habebat à puncto, quo id à marito, aut intuitu mariti, accepit, & quæ postea habebit hypothecæ subijciuntur pro illis bonis integre restituendis filijs prioris matrimonij.

Quamuis autē l. fœminæ citata permissum esset mulieri, quæ ad secundas nuptias transiret, qđ modis explicatis ex priori marito obtinuisset, diuidere inter filios prioris matrimonij ad suū beneplacitum, aut totum vni illorū tribuere; postea tñ in authētica lucrū. C. de secund. nup. ea facultas est ab ea ablata, atque iniunctum, vt æqualiter inter illos id diuidat: sic enim authentica illa habet. *Lucrum hoc æqualiter inter liberos lege distribuitur, non arbitrio parentis permittitur.* Idē dispositum est in authentico de nuptijs. §. veniēt, cuius verba sunt. *Non enim permittimus parentibus non rectè introductam electionem* (l. scilicet fœminæ citata) glossa; l. fœminæ citata verb. possessionē, hæc eadem asseuerat intelligenda esse de viro, qui ad secundas nuptias transit, teneri scilicet filijs prioris matrimonij reseruare, quæ ab vxore modis explicatis obtinuit, atq; illud inter eos diuidere æqualiter: expresseq; est hodie sancitum l. 15. Tauri, quæ est l. 4. tit. 1. li. 5. nouæ collect. & lib. 4. Lusitania ordin. tit. 75. §. 3. vbi, quæ de muliere transeunte ad secundas nuptias disponūtur, quo ad bona, quæ ex marito illi obuenerūt, reseruanda, ac distribuenda inter filios prioris matrimonij, similiter dñr esse intelligēda de viro ad secundas nuptias transeunte, quo ad bona, quæ ex priori vxore illi aduenerūt. Immo verò idē apertissimè constat esse dispositum de iure cōi. l. si qs prioris §. in illo C. de secūdis nupt. vbi bona mariti hypothecæ subijciūtur filijs prioris matrimonij, eo mō quo ex l. hac edictali paulò antea relatum est bona vxoris esse hypothecata filijs prioris matrimonij, idemque habetur l. 26. tit. 13. par. 5.

Neque hæc introducta sunt in odiū secundarū nuptiarū, sed in fauorē filiorum prioris matrimonij, vt rectè cum alijs Aluar. Valas. cōsul. 16. n. 3. obseruat, ac proinde abrogata non sunt iure canonico. Lege quo ad hæc oīa, inter alios Aluar. Valas. consult. citata, Anto. Gom. l. 15. Tau. nu. 2. & 3. Molinam vbi supra à nu. 59. doctrināq; hāc totam adiunge ijs, quæ diximus disp. 162. & 163.

Ex hac verissima, ac receptissima doctrina volunt Roder. Suarez, Molina, & Gutier. vbi supra, mulierem, q̄ ad secundas nuptias transit, superstitib. filijs prioris matrimonij, teneri illis reseruare arrhas, quas ab illorū pre accepit, inter illosque esse æqualiter diuidendas ex testō, aut ab intestato, neq; eam mulierē posse ex illis instituere maioratum, aut meliorare quem q̄ eorum filiorum.

Contrarium cum Io. Lupo affirmat Alua. Valas. consul. 16. citata nu. 6. nempe eam mulierem non teneri reseruare arrhas illas filijs prioris matrimonij, sed perinde de eis posse disponere, atq; de alijs suis bonis, & subinde posse de tertio earū in Lusitania, & de tertio, & quinto in Castella, instituere maioratum, & meliorare quemcunque suorum filiorum, aut etiam relinquere id cuicunque extraneo (excepto tertio in Castella) non secus atque idem efficere potest de tertio, aut de tertio, & quinto reliquorum suorum bonorū; atque Aluar. Valas. se ita semper consuluisse. Ducitur. Qm̄ l. fœminæ, quæ reseruationem illū inducit, & quam authentica citata supponunt, solùm loquitur, de acquisitis ex priori marito titulo lucratiuo, id quod iura citata apertè sonant, neque autores contrariæ sniæ id inficiantur arrhæ autem, non titulo lucratiuo: sed oneroso ex priori marito sunt acquisitæ: quia censentur datæ in recompensationem dotis, virginitatis, &c. Accedit, inquit, quæ donatione remuneratoria ex marito acquisita sunt, non censeri comprehensa l. fœminę, vt ex quibusdam doctoribus docet. Certè sententia hæc mihi satis probabilis vī: præsertim, quia hodie in Hispanis arrhę non in modum gratuitę donationis solent cōstitui, sed deducuntur in pactum in modum oneroſi contractus, neque aliter cōuenire volunt vxor, aut qui partes illius agunt, nisi tm̄, vel tantum, arrharum illi promittatur. Decis.

Idem dicendum censeo delecto quotidiano tradi in Castella consueto viduis, qđ *camauiudal* appellant. Neque n. dono datur, sed ex debito ex legis præscripto. Tametsi hoc amittat mulier transiens ad secundas nuptias. Quòd si cirça arrhas obijcias l. 52. Taur. q̄ est 4. tit. 2. lib. 5. nouæ collect. atque statuit, si præcesserint sponsalitiæ largitates, & promissæ etiam fuerint arrhæ, tunc, dissoluto matrimonio posse vxorem aut hæredes illius, eligere intra viginti dies, postquam fuerint requisiti, alterum illorum tantum, quod maluerint: trānsactis verò illis diebus, electionē deuolui ad maritum, aut ad hæredes mariti: legem autem fœminæ, & authentica citata, habere locum in sponsalitijs largitatibus, eo quòd sint veræ donationes profectæ ex viro in vxorem: ac proinde debere etiam habere locum in arrhis.

Si id, inquam, obijcias, concessa maiori, & minori, qñ sponsalitiæ largitates non accipiuntur loco arrharum, neganda est consequentia, qm̄ arrhæ non sunt simpliciter donatio, vt sunt sponsalitiæ largitates. Qñ autem in hoc Regno relinquerentur arrhæ, & præligeretur sponsalitia largitas, tunc iura citata locum non haberēt in sponsalitia largitate quo ad quantitatem valoris præcise, qui arrhis responderet; quoniam quo ad eum valorem vim arrharum, in materia proposita, haberet, & non sponsalitiæ largitatis. Lex autem illa ea in parte subuenire voluit cæco amori, quo mariti spoliare solent bonis suis ea tribuendo

Digitized by Google

do vxoribꝰ in arrhis, & in sponsalitijs largitatib, sicut ēt leges quibus arrhæ taxatæ in Castella, & in Lusitania sunt (de qb. legib. mox erit sermo) eidem damno subuenire voluere. Illud postremò admonuerim, Aluar. Valasc. consult. citata, nu. 9. affirmare, se accepisse ab antiquis senatoribus, & à peritissimis aduocatis, decisionem l. fœminæ, de reseruatione luctorum filijs prioris matrimonij, non seruari de consuetudine Regni Lusitani.

De arrhis, quas mulier accepit à marito, ex quo liberi ei nō nati sunt, censet similiter Rodericus Xuarez, quē Gomez Arias sequitur, eam vxorē q̄ ad secundas nuptias non transit, sed manet in perpetua viduitate, teneri reseruare filijs mariti tres illarum partes, neque ex illis posse instituere maioratum, aut melioraſe quenq̄ illorū, sed tres dendas esse æqualiter inter illos iuxta authenticā citata: de quārta vero parte posse facere, quod voluerit, atq; adeo maioratum instituere, vel meliorare in illa quemcunq; eorum voluerit. Ducūtq; in autores, l. 2. tit. 2. lib. 3. fori, q̄ statuit, huiusmodi maritum in hoc casu non posse solum disponere de quarta arrharum parte pro anima sua, tres verò arrharum partes reseruare teneri filijs matrimonij: censentq; iidem autores dictas tres partes illas esse æqualiter iuxta authenticā quæ citata.

Contrarium verò affirmant Molina lib. 2. de primogen. c. 10. nu. 64. Aluar. Valasc. cōsul. 16. citata, Gut. q. 181. citata, & alij: quia postea eam possedere arrhis, sicut de cæteris suis bonis, disponere, atq; instituere maioratum, vel meliorare quem eorumq; filiorum voluerit. Ratio est, quia tota Cod. de Aut. hoc retro. solū loquuntur de vxore q̄ transijt 11 ad secundas nuptias, non verò de illa quæ in pace viduitatis manet. Lex aūt illa fori vsuq; nō ad eā partē non est recepta in Regno verò Castellæ leges fori vim non habent, nisi quatenus vsu sepe, rimuntur receptæ, idq; est probandum, vt iuxta dicta indicetur. Lege quæ disp. 489. dicta sunt.

Illud obseruandum, de iure huius Castellæ Regni arrhas excedere non debere decimam partem bonorum sponsi, deductis prius ære alieno, & computatis omnibus, quæ sponso debentur, & quæ bona fide possidet, qñ arrhas promisit: si autem excedant, inualidas esse quo ad excessum habetur l. 1. tit. 2. lib. 5. nouæ collect. Vbi additur, virum renunciare non posse huic legi, & esto renunciet, standum nihilominus esse legi. Tabellio aūt, qui in instrumento aliquo fidem fecerit renūciatum fuisse ei legi, amittit officiū: si aūt de ipso vsus eo fuerit, punitur vt falsarius. Paulò antè diximus, si sponsus aliquas fecerit sponsalitias largitates, vxorem, aut hæredes illius, in hoc Regno accipere debere, atque eligere vel arrhas, vel sponsalitias largitates tantum.

In Regno aūt Lusitano excedere non possunt tertiā partē valoris dotis vxoris: si aūt excedant, inualidæ sunt quo ad excessum. Itē, si maritus habebat filios, aut alios descendentes prioris vxoris, illique, aut eorum aliquis, superstites sint tempore, quo arrhæ, dissoluto posteriori matrimonio, venium soluendæ, eiusmodi arrhæ excedere non possunt tertiam partem eorum bonorum mariti, quæ habebat quando eas arrhas promisit: eorq; præiudicarent quo ad excessum filijs, aut descendentibus, ex tali priori matrimonio. Ita habetur lib. 4. Lusit. ordinatio. tit. 9. §. ylt.

Circa hæc quæritur, Si in hoc Regno maritus, Quæst. qui arrhas promisit, maioratum habebat, num † bona maioratus sint æstimanda, & quo modo, 9 vt intelligatur, an arrhæ promissæ excedant decimam partem bonorum mariti. Similiter quæritur, si vxor in Lusitania maioratum in dotē adduxerat, an bona maioratus æstimāda sint, & quo modo, vt intelligatur, an arrhæ tertiam partem dotis bonorum vxoris excedant.

Et quidem conueniunt, æs, æstimanda esse, quantum reditus eorū bonorum valere censebuntur pro vita possidentis maioratum. Atq; Aluar. Valasc. consult. 16. nu. 10. & plerique alij, quos tam ipse, q̄ doctores citandi, referunt, asseuerant esse æstimandos iuxta regulam l. hæreditatum, ff. ad l. Falc. traditam in æstimatione vsufructu legato ad effectum vt ex illo detrahatur Falcidia. Et Gutier. post glossam Accursij, & post Bart. ad eam legē, de pact. qq. libr. 2. q. 17. arbitratur, computationem, quæ in ea lege fit, ita esse intelligendam: ut nihil omittatur, si infra quatuor aut pauciores annos computetur posse virum vixisse, reddatur de æstimatione Falcidiæ detracta, quod plus detractum fuit, q̄ foret detrahendum: si verò computetur plures annos vixisse, detrahatur ex tempore.

Atq; ita in re proposita vult Gutier. si in hoc Regno vxor ante virum moratur, computādum esse valorem reditū omnium maioratus, omnibus illis annis habituris ex tempore percipiendi, deductis expēsis in illis recipiendis, valdeq; esse arbitrabitur vsq; ad decimam partem totius illius valoris, quod ad bona maioratus matrimonium. Mercado tñ Couar. 3. var. resol. c. 9. a nu. 7. & multi alij id improbant, arbitrantur; æstimationem legis hæreditatem, intelligendam esse, quicquid postea rei probe essentes, Molina, lib. 1. de primogen. c. 19. à nu. 39. lices in re proposita probabile æstimet, sequendam esse æstimationē legis hæreditatem, cum Couar. eisque & multis alijs, quos citat, illam solūm esse intelligendam ad effectum detrahendi Falcidiam a legatis; non verò ad hunc, & alios similes effectus.

Atq; ita cum Couar. & plerisq; alijs censet valorem bonorum maioratus, in totā vitā illū possidentis, prudentis arbitrio esse æstimandū attenta ætate, valetudine, & alijs circumstantijs illū possidentis, eo modo quo æstimaretur vitalitium æqualium annuorum reditum in vitam eiusdem; a qua sententia non dissidet Gut. vbi supra. Molina ait, reditus eiusmodi maioratus æstimandos esse ad rōnem octo pro vno, ita, vt si maioratus quotānis reddat duo mille ducatos deductis expēsis in fructibus colligendis, æstimetur sexdecim mille ducatis in totā vitā illū possidentes, ex quib. valdè posset, præter arrhas mille sexcentorū ducatorū, q̄ sunt decima pars sexdecim mille ducatorū.

Gut. verò ait, reditus illos æstimādos esse ad rationem septem pro vno iuxta pragmaticam Castellæ, quod vitalitium ita æstimetur, ac vēdatur. 11

Nos

Nos autem disp. 388. diximus, irrationabile atq; iniustum esse, æquale pretium statuere vitalitijs omnib. æqualium reddituum annuorum, sed pro ætate, & valetudine eius, in cuius vitam conceditur, & pro alijs circumstantijs concurrentibus, taxandum esse valorē ac pretiū illius idemq; censemus in tarando valore maioratus ad vitam eum possidentis, vt intelligatur quæneū arrharū in Castella, & Lusitaniæ Regnis ꝓmitti possit, quieqd rei postea probat euentus: arrhæ quippe in vtroque Regno iuxta valorem, vel bonorū mariti, vel dotis vxoris, ꝓpter quo promittuntur, sunt constituendæ q̄cquid postea circa eorū bona succedat, vt ex iurib. eorūdē regnorū supra citatis liquet.

Dubiū 10 Dubium † est, vtrū, si dos marito promissa, illi non soluatur, teneatur dissoluto matrimonio soluere vxori aut hæredib. vxoris, arrhas. Ad quod tñ dent Aluar. Valas. consult. 3. & Gam. decis. 370. num. 2. cum alijs, quos referunt, solum eas teneri soluere in ea proportione, in qua dos fuit soluta: ita qd, si nihil dotis sit solutum, nihil arrharū soluere teneatur; si verò soluta sit tertia, aut quarta pars dotis, soluenda solùm sit tertia, aut quarta pars arrharū, & ita de alijs partibus proportionalibus arrharū, & dotis. referunt q̄ prædicti autores ita in Lusitania fuisse indicatū. Probat in primis, q̄m lex Lusitana supra citata solū promittit arrhas vsq; ad tertiam partem dotis, quā vxor retulerit: id autem dotis, quod promissum est, sed non solutum, non censetur allatum ab vxore.

Deinde q̄m arrhæ in dotis recompensationem etiam dantur. Et q̄m æquitas non patitur, vt ei, q̄ non stat promissioni, & pacto dotis, fiat promissioni, & pacto arrharum, quod fuit oppositum promissioni dotis sit. Hoc ipsum non leuiter confirmat authentica sed quæ. C. de pact. conuen. q̄ bēt, vxorē, quæ nihil ex dote cōscripta præstitit, nihil viro mortuo percipere debere ex donatione: & q̄ minus quam promisit, dedit, pro quantitate præstita lucrum debere sentire. Et est sermo de pacto lucrandi donationem pp nuptias defuncto marito: quamuis autem arrhæ differant a donatione pp nuptias, non tamen differunt multū à donatione propter nuptias cum pacto de illa lucranda per mortem mariti ad effectum, vt in re proposita valeat argumentum à paritate rationis.

Atqueita non rectè Aluar. Valas. eneruat argumentū ex eo textu, quo Gama, & alij, meritò vtūtur. Idem confirmat. l. pollicitationes. C. de don. ante nuptias, quæ habet, mulierem, quę virum in dote fefellit, non posse à viro petere donationē da contemplatione factam: quem textū fatetur Alu. Valas. conuincere, si fallaciter mulier maiorē dotem promisit, quam esset soluitura. Integras tñ arrhas deberi, q̄a vir remisit partem dotis, quę erat soluenda, meritò affirmat Gama vbi supra, quoniam, quod remittitur, pro soluto habetur: Integras etiā deberi affirmat Aluar. Valas. q̄a idcirco dos soluta nō fuit, quia q̄n matrimonium fuit diss. solutum, non dum aduenerat tempus præscriptū dotis solutioni: æque in hoc euentu se obtinuisse in quadam causa integras arrhas esse soluendas.

Dubiū 11 Dubium est, † vtrū in Lusitania arrhę solen-

dæ sint de toto acerno bonorum mariti, an verò de solo tertio, quod ad ipsum spectat, si descendentes, aut ascendentes, habeat. Gama decis. 308. nu. 14. & decis. 370. nu. vlt. asserit, soluendas esse de solo tertio. Distinguendum tñ arbitror. Q̄m, si Decis. arrhæ in primo matrimonio sint promissæ, soluēdæ sunt de toto acerno, siue excedant tertium bonorum mariti, siue non, vt perspicuè cōstat ex 4. lib. ordin. tit. 9. §. vlt. dummodo non excedant tertiam partem dotis vxoris: nam tunc inualidæ essent quo ad excessum, vt dictū est. Atque eiusmodi arrhæ, computatione bonorum mariti, cū alieno mariti ære sunt computandæ, quo detracto, vt pò cum reliquo alieno ære, residuū bonorum censentur bona illius, in quo ipse habet tertium, de quo libere potest disponere: vbique verò duę partes ad legitimas descendentiū, aut ascendentium, portiones, in bonis illius debitas, spectant.

Si verò arrhæ promissę sint in posteriori aliquo matrimonio, superstitibus tunc descendentibus illius viri ex priori alio matrimonio, tunc in eo euentu Lusitanæ ordinationes §. vlt. citato, voluerunt, cum virum solum posse illas promittere de tertio suorū bonorum, qd ipse talis promissionis habuerit, non verò de duabus reliquis partibus, q̄ ad descendentes prioris matrimonij iā tunc spectantibus prorsus excedere non debere tertium illud, de eoque solo esse soluendas, non verò de toto acerno bonorum, quæ tunc vir illi habuit. Atque hoc solum profectò est, quod Lusitanæ ordinationes intendunt aut perspicuè sonant.

Dubium postremò est, si quis in Castella promittens arrhas vltra decimā partem suorum bonorū, aut in Lusitania vltra tertiam partem dotis vxoris, promissionemq; iurò cōfirmet, vtrum vi iuramenti teneatur promissionem implere. Et quidem, quod ad Lusitaniam attinet, ex dictis disp. 149. facilè patet, tantum abesse, vt iuramentum obligationem implendi excessum cōsequatur, vt eo ipso tota promissio sit nulla, nisi forsan de Regis facultate fit appositum. Aluar. autem Valas. consult. 16. num. penult. ait, se arbitrari Regem concessurum non esse facultatē, vt excessus promittatur: quoniā eo ipso nobiles oēs idem petent, & nisi concedatur, arbitrantur, iniuriam cuiq; ipsorum fieri, id ipsis denegando quod alicui alteri sit concessū. Quod verò attinet ad ius Castellæ, Palacios Rubius, Segura, & quidā alij, quos sequitur Anto. Gome. 2. tom. variar. resol. cap. 14. nu. 26. & l. 50. Tau. nu. 13. & l. 69. nu. 4. affirmant, ex eiusmodi iuramento consurgere obligationem soluendi excessū. Ratio est, quoniam licet sit de re alioquin nulla, nō tamen est de re mala: in Regno autem Castellæ, vt disp. 149. visum est, licet contractus, aut promissio, quibus iuramētum apponitur, sint nulla, excipitur, quādo contractus, aut promissio, ex iuramento redditur valida, vt in re proposita euenit. Excipitur etiam expressè promissio arrharū, & dotis, quibus fas est in hoc Regno apponere iuramentum, vt disputatione citata ostensum est. Communior verò doctorum sententia, quam inter alios referunt, ac sequuntur Couar. c. quamuis pactum de pact. pat. 2. §. 2. num. 8. & Guter. de iura-

Quæs. 12

Digitized by Google

iuramento confirm. par. 1. c. 14. nu. 2. & de pract. qq. lib. 2. q. 19. est, esto iuramento confirmetur, inualidum esto quo ad excessum.

Ducitur Couar. Primò, qm̃ l. 1. fori. t. 2. lib. 3. irritam reddit promissionem arrharum vltra decimã partem bonorũ mariti, esto iuramento cõfirmetur. Id tñ non competio in ea lege, sed solùm reddi in ea nullũ excessum, si detur: itemq; nullũ reddi, si fiat *pleito*, hoc est, pactum de eo dando. Ducitur secundo, quoniã id nõ tam sancitum est in bonũ promittentis, quàm proximiorũ propinquiorũ, quibus ius ea lege cõceditur ad loco dãtis repetendum excessum, postquam fuerit solutum.

Arbitror tamẽ id in commodũ dantis esse præcipuè sancitum, tamesi, vt vim maiorem sanctio habeat repetitio concedatur proximioribus consanguineis. Quidam etiam inde tertio ducunt, quod lex illa prohibeat dari incrementum: sic. n. habet. *No pueda dar mas arras à su mugier del diezmo*, iuramentum autem vim non habet, vt id fiat, quod lege etiam positiua humana, est prohibitum, vt disp. 149. explanatum est. Sane non dubito, id non esse prohibitionem quasi peccet qui incrementum promittit, aut soluit, sed sensum esse, *no pueda dar*, ita vt validè id fiat: vnde cõtinuo subiũgitur. *Si mas le diere, o pleito sobre ello hiziere, no vala.* In eo ergo sensu dicitur *no pueda mas dar*, quo dicere consueuimus, vxorẽ nõ posse alienare fundum dotalem, & minorem alienare non posse bona immobilia sine decreto iudicis, quia scilicet inualidè id fiet: cum tñ, si iuramento cõfirment alienationem, valida sit, vt omnes concedunt, ostensumque est disp. 149. citata. Vnde potius sanè inclino in priorem sententiam, interim dũ in hoc Regno aperius nõ reddatur nulla promissio illius excessus, & si iuramento cõfirmetur.

Illud tamen admonuerim, legem, quæ permittit apponi iuramentum in promissione arrharũ, intelligendam esse, quando ambæ promittuntur intra limites lege præscriptos. Quin tabellio, qui fidem fecerit de renunciatione legis fori, & tauri etiam si iuramento renunciatio confirmetur, in pœnas incidet l. 50. Tauri ipsi impositas.

## Quæ de iure communi ad maritum ex bonis vxoris spectabant.

## DISPVTATIO CCCCXXXII.

### SVMMARIVM.

1 *Bona quænam sint, quæ ad virum, de bonis vxoris spectant.*
2 *Dotis fructus, vt ad virum pertineant quot sint necessaria, & nu. 5. & 6.*
3 *Dotis fructus, & aliorum bonorum vxoris, quando cedant in eorum augmentum.*
4 *Dotis fructus an spectent ad maritum, si ipse ante nuptias sustentabat sponsam.*
7 *Fructuum dotis appellatione, quid veniat.*
8 *Usus fructus vxoris sit datus sit marito in dotem, quid censeatur datum.*
9 *Arrhibe partus quando spectet ad maritum, & quando ad vxorem.*
10 *Fructus dotis maritus non potest vxori donare, quatenus ex illis facta esset locupletior.*
11 *Maritus vt lucretur fructus dotis, a quo die anni, & tempore fiat computatio.*

EXplicato capitali vxoris, consequenter erat dicendum de capitali viri, vt vlterius explanaremus, quæ bona in his Castellæ, & Lusitaniæ Regnis dicantur superlucrata, id est, vltra capitale vtrumque lucrata, atque cõmunia vtriusq; cõiugis, quorum comparatione est inter eos in his Regnis bonorum societas, vt disp. 423. dictum est. Prius tamen erit docendum, quænam de iure communi spectarẽt ad maritum de bonis vxoris, vt intelligatur, tum de iure communi nõ fuisse societatem bonorum inter coniuges, tum etiam discrimen, quod hac in re est inter commune ius, & ius Castellæ, consuetudinemque Regni Lusitaniæ, vt disputatione citata ex parte est traditum.

1 De iure cõi, vt ibidem dictum est, solum pertinebant ad virum de bonis vxoris fructus dotis. Fructus verò aliorum bonorum eiusdẽ vxoris ad ipsam spectabãt. Itẽ ea omnia, quæ sua industria, suarumq; manuũ labore comparabat, post exhibitas eas opera, quas in familiæ administratione ad ipsam præstare tenebatur. Lex 25. tit. 11. par. 4. cũ gl. l. d. dotis fructus. ff. de iure dot. & Azor. con-
2 sentaneè ad varia iura, definit, vt fructus dotis ad virum illo modo pertineant, tria esse necessaria.

Primum vt matrimonium sit iam contractum per verba de præsenti: aliquam fructus dotis ante percepti in augmentum eduntur dotis, neque pertinent ad maritum. Ita habetur l. si ante nuptias. ff. soluto mat. & l. dotis fructus. ff. de iure dot. Vbi additur si in pactum sit deductum, vt fructus tempore aliquo ante nuptias percepti ad maritum pertineant, tunc ad ipsum spectare.

3 Cederet fructus dotis, & aliorum bonorum vxoris, in augmentũ eorum, atque adeo spectare ad capitale vxoris, si percepti sint ante nuptias, locum etiam in Regnis Castellæ, & Lusitaniæ habet, qñ aliud non fuit deductum in pactum: sicut etiam tunc fructus eo tpe percepti ex capitali mariti, coducto in augmentũ eiusdem capitalis mariti.

4 Dubium est. Quid si maritus ante nuptias sustentabat sponsam? spectabuntne tunc fructus ad maritum, perinde ac si percepti essent post matrimonium celebratum? Gl. vlt. l. si ante nuptias, citata, mouet hãc quæstionem, atque communiorem sententiam, quam sequimur, esse, de iure vigore non spectare ad maritum, sed cedere in augmẽtum dotis. Ex quadam tamen æquitate ad illum pertinere: quippe cum perinde tunc onera matrimonij sustineat, ac si matrimonium esset celebratũ. Atque hoc secundũ ais esse amplectendũ, vbi lege municipali fuerit ex æquitate sancitum, prout Bononiæ refert constitutum esse. Hoc ipsum sancitum etiam est l. 28. tit. 11. par. 4. ac proinde vim in hoc regno habet, vt Greg. Lopez ad eandem legem adnotauit. Quo fit, vt hodie fructus dotis ac bonis sponsæ, eam sponsus alat, ab oppositio in hoc Regno censeatur: inter sponsum, & sponsam in contracta societas, neque fructuum bo-

rum

tum vtriusque ad capitalia pertineant.

5 Secundum † necessarium, vt fructus dotis ad maritum pertineant est, vt dos sit illi tradita. Eorum quippe bonorum dotalium, quæ non essent illi tradita, fructus, non ad ipsum, sed ad vxorem spectarent, aut ad eum, qui dotē loco vxoris promisisset, etiam si matrimonium fuisset celebratū, virq; onera illius sustineret. Ita præter legem. 25. citatam, habetur l. de diuisione ff. sol. matr. Quod si pactum interuenisset, vt fructus eius temporis ad virum pertinerent, tunc ad ipsum spectarent, sicut circa primum requisitum est dictū: est enim vtrobiq; eadem ratio. Præterea, quando tale pactum non interuenisset, posset vir agere ad interesse, si tempore congruo non essent illi tradita bona dotalia fruenda, vt disp. 425. dictum est.

6 Tertiū † est, vt vir onera matrimonij sustineat, alendo vxorem, & familiam vtrique communē: id quod esse solet à die, qua vxorem in domū cōmunem adducit. Fructus verò, quos, dote tradita, & matrimonio celebrato, vir percipēret interim dum matrimonij onera non sustineret, cederent in dotis augmentū. Ita præter. l. 25. citatam, colligitur ex l. dotis fructus. ff. de iure dot. & ex l. pro oneribus. C. eod. tit. Si tamē pactū intetuenisset, vt fructus ad ipsum virum pertinerēt ipe aliquo, antequā matrimonij onera sustinere inciperet, tali pacto esset stādū, vt circa duo alia requisita, vt vir fructus dotis lucretur, dictū est: cū sit eadē ratio.

7 Nomine fructuum dotis intelliguntur, & fructus bonorum maioratus vxoris, si maioratus in dotem datus sit, idque etiam si aliqui illorum consistant in pœnis, & vtilitatibus alijs ex aliqua dignitate, aut iurisdictione talis maioratus, (ista pœnæ) illa sint aliquando bona aliqua immobilia ex confiscatione propter delictum alicuius. Ita cum Bar. & alijs, affirmat. Ant. Gom. l. 50. Taur. n. 33. argumento quorundam iurium, quæ citat, idque ex se est satis perspicuum.

8 Si vsusfructus † vxoris datus sit marito in dotē, ius ipsum fruendi censetur illi datum in dotem, nisi aliud fuisset expressum, ac proinde fructus in dote percepti tēpore matrimonij ad ipsum spectāt: si autem matrimonium morte viri dissoluatur, vsusfructus ad vxorē reuertitur: si verò dissoluatur morte vxoris, omnino extinguitur, cōsolidaturq; cum proprietate l. dotis fructus. §. si vsufructu, & l. cū in fundo ff. de iure doti. Si in dotē dare sint ancillæ inæstimatæ, & serui, tūc partus ancillarū, & siquid donatum, aut relictum fuisset ancillis, aut seruis, ex testamēto, ad vxorem pertinerent: quoniam hæc inter fructus non cōputantur.

Quod tamen sua industria, & labore, aut eos locando, essent lucrati, ad maritum spectarent: eo quod hæc fructus sint ex illis præcepti. Ita habetur l. 25. iuncta l. 20. tit. 11. par. 4. & l. vnica. §. cūque ex stipulatu, verb. itaq; partus. C. de rei vxor. act. & l. 1. C. solut. matrim. consentiunt, quæ diximus disp. 7. & 423.

9 Quando † tamen periculum totum ancillæ in se susciperet maritus, tunc partus illius ad ipsum minime pertinerent, vt habetur l. 30. & 25. citatis l. penult. §. mancipia. ff. sol. matr. & l. si mancipia. ff. de iure dos. Greg. Lopez l. 20. citata verb. *otro si el marido*, obseruat, de iure Castellæ (idem arbitror esse de consuetudine Lusitaniæ) partus ancillarū, non ad capitale vxoris, sed ad bona superlucrata spectare; idemq; dicendum est de partibus ancillarū, quæ maritus attulit. Ratio est, quoniā, vt habetur l. vlt. tit. *de las ganancias* lib. 5. ordi. quæ est l. 5. ti. 9. lb. 5. nouæ collect. ad bona superlucrata, vtrique coniugum cōia, non solum spectāt fructus capitalium, sed ēt reditus eōrum: sic enim habet illa lex. *Y porque los fructos y rentas dellos, y de todos otros quales quier officios, aunque sean de los el derecho por razi castrenses, y los otros bienes que fueron, ganados o mejorados durante el matrimonio y los fructos y rentas de los tales bienes castrenses, y officios, y donadios, que ambos los ayan de consumo:* nomine autem redituum, ēt intelligūtur partus ancillarū, vt habetur l. Paulus. ff. de vsuris. Lege quæ de hac re disputatione 188. dicta sunt.

Hoc ipsum confirmat Greg. Lopez, quoniam ex generali consuetudine, & legibus huius Regni cōia, vndecunque acquisita, communicantur inter virū, & vxorem; quia in quærēdis est vniuersalis inter eos societas; atque ea propter debent inter eos cōicari, argumento l. 3. §. 1. ff. pro socio. Et qm̄ in hoc Regno quodammodo periculū ancillæ, esto sit vxoris, pertineat ad virum: quemadmodum, si sit viri pertinet quodāmodo ad vxorem: quippe de bonis superlucratis sit resarcienda, vt disputatione sequenti dicetur: vnde & emolumenta, ac reditus ex illa, cōia vtrique coniugi esse debent.

Qm̄ fructus dotis de iure cōi pertinent ad virum, inde sequitur, quod si vir † constante matrimonio illos donasset vxori, posset, interim, dum ipse viuit, illos repetere, neque donatio valeret quatenus vxor ex illis esset facta locupletior: quare, si vxor ex eisdē fructibus se, ac familiam aluisset, qa eatenus nō censeretur facta ex illis locupletior, restituere non teneretur, quæ ita de expresso, aut tacito consensu viri consumpsisset. Ita habetur l. pro oneribus. C. de iure dotium, & alijs iuribus, quæ Anton. Gom. l. 50. Taur. nu. 33. citat.

De eodem iure communi, quando dos inæstimata tradebatur, aut aliquid dotis, fructus illius eo anno, quo matrimonium dissoluebatur, spectabant ad virum, aut ad hæredes viri, pro rata portionis eius anni, in qua onera matrimonij, vsque ad dissolutum matrimoniū sustinuit, ad reliquū eiusdem anni tempus in quo ea non sustinuit.

11 Anni † verò, ad effectum faciendi fructus suos, computabantur à die, quo, celebrato matrimonio & tradita dote vir sustinere cœpit onera matrimonij, iuxta ea, quæ supra dicta sunt. Itaque, si in vltimo anno, computato ab eo die, solum elapsi erant tres menses vsque ad diem dissoluti matrimonij tātum accipiebat vir quartam partem fructuū, aut pensionis eius anni: si verò elapsi erant quatuor menses, accipiebat tertiam partem, & ita de alijs partibus proportionalibus eius anni. Idem dicēdum est de parte primi anni, in qua vir sustinuit onera matrimonij vsque ad tempus, in quo fructus colligantur, aut pensio recipitur iuxta proportionem quippe eius partis anni, ad reliquum

Digitized by Google

quum tempus eiusdem anni ante elapsum, diuidebantur fructus inter vir. & vxo. Contribuebãt verò pro rata temporis ad expensas in fructibus percipiendis, aut expensæ de ipsimet fructibus extrahebantur, ita quod fructus pro rata temporis inter vtrumque diuidendi illi erant solum, qui ie manebant deductis expensis.

Atq; in eadẽ proportione erãt fructus inter eos diuidendi, siue prædictũ bis aut ter, fructus in anno ferret, siue semel singulis duob. annis, vel pluribus: pro rata. n. partis totius illius tẽporis, in quà vir onera matrimonij sustinuisset, ad reliquũ totũ id tẽpus, erant fructus inter virũ, & vxorẽ diuidẽdi. Ita habet l. diuortio. ff. soluto matrim. l. vnica. § cumque ex stipulatu ver. sed & nouissimi, iũcta glo. ibi. C. de rei vxor. act. & l. 26. ti. 11. par. 4.

Hodie verò in Regnis Castellæ, & Lusitaniæ eiusmodi fructus cõmunes efficiuntur vtriusq, cõiugis, si aliquid ex illis supersit deducto integro vtriusq; capitali. Rectè verò Greg. Lopez, in calce. l. 26. citatæ obseruat, si vxor lucris cõb. renunciasset, iuxta ea quæ inferius dicenda sunt, locũ in his Regnis habere tunc, quæ de iure cõi sunt proximè explicata. Reliqua, quę circa hæc addi poterãnt, commodius dicentur in sequentibus.

## De capitali viri. Et quæ bona in Castella, & Lusitania dicantur superlucrata, atq; vtriq; cõiugũ cõmunia.

## DISPVTATIO CCCCXXXIII.

### SVMMARIVM.

1 *Capitale viri, quæ bona contineat, & quid ad illud spectet.*
2 *Sponsalitia largitas pertinet etiã ad capitale viri.*
3 *Vsusfructus alicuius rei, cuius proprietas spectet ad alium, quam mariti, an sit communis tam viri, quam vxoris, an vero sit præcipuus viri.*
4 *Meliorameta facta per maritum in bonis maioratus, an successor in maioratu teneatur soluere vxori, aut filijs eius qui illa fecit.*
5 *Vir si prædium suum uendidit cum pacto de retrouendendo, illudque constante matrimonio redimat, incrementum prędij, quo plus ualet, quam pretium ad uirum præcipuum spectat.*
6 *Prædium per maritum retractum iure sanguinis constante matrimonio, an pro dimidio ad vxorẽ spectet, an uero dimidium pretij.*
7 *Coniugum alter si aliquid in partem sui capitalis attulit, quod bona fide possidere cœperat, sed constante matrimonio præscriptio illius fuit completa, an ad lucra communia spectet.*
8 *Prædium constante matrimonio per alterum coniugum propria pecunia emptum, cuius efficiatur.*
9 *Donatum pro remuneratione, an sit præcipuum eius cui donatur, sicut in donatione simplici.*
10 *Venditum aut consumptum de capitalibus utriusq; coniugum, quomodo compensandum de lucris.*
11 *Decrementum alicuius rei inæstimatæ, per alterum coniugum in partem sui capitalis allatæ, an reſarciendum sit de communibus lucris.*
12 *Expensæ factæ per alterum coniugum, quando, et ex quibus detrahendæ.*
13 *Fructus percepti ex bonis utriusque coniugis usque ad tempus soluti matrimonij, quibus casibus efficiantur communes, & quibus non.*
14 *Vxor putatiua an acquirat medietatem lucrorũ, sicut quando matrimonium est ualidum.*

AD capitale viri pertinent, quæcunq; erant illius, ad illave ius habebat, vsque ad instans, in quo incipit societas comparatione reditnum, atque lucrorum inter virum, & vxorem.

1 Pertinent † etiam omnia, quæ temporis progressu ei aduenerint ex testamento, aut ab intestato, vel per donationem. Ita habetur l. 1. & 2. titu. 3. lib. 3. fori, quæ sunt l. 2. & 3. titu. 9. lib. 5. nouæ collect. Item de iure huius Regni (idem credo esse in Lusitania) ad capitale viri pertinent, quæ in bello comparauerit stipendio, aut quacunque alia ratione, ita vt bona sint castrensia, iuxta ea quę disput. 230. dicta sunt: mõ tñ non militauerit sumptibus cõibus sibi cum vxore: tunc enim, eo modo bello acquisita, ad lucra spectant sibi cũ vxore cõia. Ita habetur l. 2. tit. 3. lib. 3. fori, quæ est l. 3. titu. 9. lib. 5. nouæ collect.

2 Ad † eundem virum etiam pertinet, si quid ei ab vxore donatum est per sponsalitiam largitatẽ iuxta dicta disputatione 290. & 430. de vxore. Item si quid ab eadem vxore donatum ei est post celebratum matrimonium ea donatione, q̃ inter vir. & vxo. appellatur in euentib. in quib. eiusmodi donatio confirmatur, iuxta ea, quæ disp. 289. & 430. dicta sunt. Reliqua omnia, quæ tam à viro, q̃ ab vxore, comparantur à puncto, quo incipit inter eos societas, hoc est, regulariter (iuxta dicta disputatione præcedente) quo celebrato iam matrimonio, ac dote viro tradita, incipiunt cohabitare, & vir sustinet onera matrimonij, dicuntur bona superlucrata, suntq; cõmunia vtrique coniugũ, iuxta l. 1. tit. 3. lib. 3. fori, quę est l. 2. tit. 9. lib. 5. nouæ collec. illis verbis, *est ando de consuno*, (hoc est habitando simul) *ayanlo ambos de por medio*.

Habetque hoc verum, non solum in fructibus omnibus vtriusque capitalis, etiã si plus capitalis attulerit vnus, quam alter, vt habetur l. vlt. tit. 3. lib. 3. fori, quę est l. 4. tit. 9. lib. 5. nouæ collect. etiã si fructus, ac reditus sint bona alicuius castrensis, aut quasi castrensis, vel officij ad alterum eorum pertinentis, vt habetur l. 5. tit. 9. lib. 5. nouæ collect. sed etiam in quibuscunque bonis industria, & labore cuiusque coniugis acquisitis, aut de nouo emptis, & denique in omnibus vniuersim bonis, quæ ad capitalia non spectant, constat ex l. 2. 3. 4. & 5. tit. 9. lib. 5. nouæ collectionis citatis.

Dubium est, si maritus, verbi gratia, attulit proprietatem aliquam, cuius vsusfructus ad aliũ spectabat, vel quia illi fuerat legatus, vel quia illi erat emphyteusis, aut aliqua alia ratione, & matrimonio constante redeat ad proprietatem, cum eaque consolidetur, vel quia mortuus est vsusfructuarius, vel quia tempus est finitum, ad quod prædiũ fuerat in emphyteusim traditum, vel quauis de 3 causa, vtrum tunc † talis vsusfructus communis sit

Quæſ.

sit viri & vxoris, tamquam res constante matrimonio acquisita, an verò sit præcipuus viri, ita vt vir, non solum proprietatem, sed etiam vsumfructum, ac proinde dominium directum simul cũ vtili, accipere debeat, dissoluto matrimonio tamquam sibi præcipuũ, ad suumq; spectans capitale.

Idem dubium est, si proprietas esset vxoris, & consolidaretur cum ea vsusfructus matrimonio constãte; num ad eam pertinere deberet vtrumq; matrimonio dissoluto. Faber Rodericus Xuarez, & quidam alij, quos doctores statim citandi referunt asseuerant, vsumfructum illum, saltem quo ad æstimationem, diuidendum esse inter virum, & vxorem dissoluto matrimonio, tamquam lucrum, & rem constante matrimonio acquisitam. Contraria tamen sententia est amplectenda cum Decis. Couar. in Epit. par. 4. ca. 7. §. 1. nu. 9. Anto. Gom. 2. tom. var. resolut. ca. 15. num. 19. & l. 50. Taur. num. 78. Gregor. Lopez l. 18. tit. 11. par. 4. verb. *oestimanda* Gutier. de pract. qq. lib. 2. q. 16. & alijs, quos referunt.

Ratio est, quoniam ex causa præterita, iure præcise ipsius proprietati, cum ea consolidatur, tamquam quippiam illi deficiens, cum illaque complens integrum rei illius dominium, quare quemadmodum, quod alluuione accrescit prædio dotis vxoris, ad ipsam spectat, vt disput. 426. ostensum est, idemq; omnino est de quocunque alio quod alluuione accrescit capitali vtriusuis coniugis, videlicet ad ipsum pertinere: ita vsusfructus, qui accedit, & consolidatur capitali cuiusuis illorum ad ipsum solum spectat.

Confirmatur ex l. 4. ff. de iure dot. cuius verb. sunt. *Si proprietati nudæ in dotẽ datæ vsusfructus acceßerit incrementũ videtur dotis, non alia dos: quemadmodum si quid alluuione acceßisset.*

Hæc ibi Lege alia, quibus doctores citati hoc ipsum confirmant. Hoc autem loco obserua, qñ dos æstimata traderetur viro ea æstimatione, quæ emptionem efficeret, tunc vsusfructus, qui accederet doti vxoris, ad cõia lucra spectaret, si cum eo prædium æstimationẽ excederet, in qua viro fuit traditum: quia tunc vsusfructus non accederet prædio, qđ esset proprium alterius coniugum.

In ratione paulò antea reddita consultò dixi: quoniam ex causa præterita, iure præcise proprietatis cum ea consolidatur: quoniam si emptione, aut quouis alio titulo oneroso, vsusfructus rediret ad proprietatem tunc, quod plus prędium cum eo valeret, quam valebat antea, quando solum erat spes consolidationis, ad lucra communia spectaret, non secus ac meliorationes in eodem prædio factæ communibus sumptibus ad communia lucra pertinerent. De fructibus verò perceptis ex prædio illo post consolidatum vsumfructuum cũ proprietate, quacunque ratione cõsolidatus sit, dubitandum non est, ad cõmunia lucra attinere, vt horũ vtrumq; rectè Couar. nu. 9. citato affirmat.

Ius Lusitanæ. In hoc autem Regno. l. 46. Taur. quæ est. l. 6. tit. 7. lib. 5. nouæ collect. si à possessore maioratus † melioramenta, aut ædificia fiant, in bonis 4 maioratus, non tenetur successor in maioratu soluere illorum æstimationem vxori, aut filijs eius, qui illa fecit, esto de cõibus lucris sibi cum vxore is illa effecerit; id quod Molina lib. 1. de primogen. cap. 26. num. 15. intelligit, non solum de ædificijs, & melioramentis in ea legis expressis, sed etiam de quibuscunque alijs: quod tamen non reputo verum: eo quod lex dura, & exorbitans à iure communi sit, ac proinde nõ sit extendẽda plus quam sonat, ac disponit, vt in materia de maioratibus fusiùs cum alijs dicam.

Eam legem, non solum contra antiqua priora iura esse arbitratur Pal. Rub. in Rub. de dona. inter virum & vxorem, in quo ei nõ cõtradicit Couar. in calce. nu. 9. citati, sed etiam iniquam illam censet, & quam credit fore mutandam Anton. vero Gom. ad eandem l. 46. nu. 2. & 4. & Molina loco citato. nu. 14. iustam eam legem, atq; æquam esse defendunt: eo quod æquitas non patiatur, vt successor in maioratu, qui per mortem suam relinquere illũ ei debet, qui ex institutoris præscripto ad eum vocatur, soluere teneatur melioramenta, quæ prædecessor in eo fecit; præsertim cum eadem ratione vnusquisque possessor qui ea soluisset, repetere ea à suo successore posset, atque ita repetitio illa in infinitum procederet: quod est valde absurdum.

Ego sanè, licet assentiar, meritò fuisse ea lege Decis. statutum, successorem in maioratu non teneri soluere melioramenta à prædecessore facta, non video tamen, cur subueniri nõ debuerit miseræ vxori, ac legitimis filiorum, statuendo, vt vir insumere illo modo non posset vltra quintum suorum bonorum, aut etiam vltra tertium, si successor de numero suorum descendentium erat futurus, & vt id totum assumeret in quintum, aut etiam in tertium, suorum bonorum, ita vt vxor seruaretur indemnis, portionesque legitimæ filiorum integræ ipsis permanerent: alioquin facilè posset spoliare vxorem omnibus lucris, quantũuis magnis, ex illis augendo maioratum, qui ad ipsius consanguineos peruenire deberet. Cęterum de hac re fusius in materia de maioratibus.

Iuxta doctrinã de vsufructu, qui constante matrimonio cõsolidatur cum proprietate, & ad eum pertinet, cuius est proprietas, Greg. Lopez vbi supra, quem sequitur Gutier. quęst. 16. citata, infert, 5 si vir † prædium suum vẽdidit cum pacto de retrouendẽdo, illudq; constante matrimonio redimat, incremẽtũ prædij, quo plus valet, quam pretium, spectare præcipuum ad virum; eo quod ex causa præterita id incrementum aduenerit, nẽpe alienationis cum libertate illud redimendi.

Confirmatur, quoniam prædium illud minus valet cum pacto de retrouendendo venditum, quã valeat venditum absolute sine grauamine facultatis redemptionis, vt dum de venditione cum pacto de retrouendendo habitus fuit sermo, visum est: nulla autem æquitas patitur, vt vir amittat, communeque vxori faciat incrementum illud sui prædij ex eo, quod forte in vxoris commodum, vt familiæ subueniat, illud vendat cum pacto de retrouendendo.

Vtrum autem, si vir iure sanguinis matrimonio constante rettahat prædium, quod fuit suo- Quęst. rum

Digitized by Google

tum maiorum, solum dimidium pretij, si quod pro eo dedit, pertineat ad vxorẽ, an verò dimidium pretij. Aucendanius arbitratus est, etiam dimidium pretij ad ipsam attinere. Contrarium verò affirmant Anto. Gomez. l. 70. Tauri. nu 28. & alij, quos Gutier. q. 16. citata. num. 3. refert, ac sequitur. Quoniam retractus conuenit viro ratione suę proprię personæ, atque ex priuilegio legis sibi peculiariter facto, vt ipse potiatur re suorum maiorũ: quare in eo prædio non communicat vxor. Idemque esset, si vxor tamquam suorum maiorum illud retraheret: neq; enim in illo participaret vir, sed in solo pretio. Lege alia, quibus Anto. Gom. nititur, & quæ disp. 371. de hac re dicta sunt. Atq; obserua, si constante matrimonio titulo oneroso comparata fuisset pars alicuius prædij, competeretq; retractus ratione eius partis, tunc, sicut pars ad communia lucra spectaret, sic etiam attineret reliquum eiusdem prædij iure retractus obtentum.

Decis.

Quæst. Dubium est, si alter coniugum aliquid in partẽ suæ capitalis attulit, quod bona fide possidere cœperat, sed cõstante matrimonio præscriptio illius

7 fuit completo, num † ad lucra communia spectet. Palar. Rubr. a Couar. relatus proprium fieri affirmat coniugis, qui illud attulit, tamquam acquisitum ex causa præterita absque nouo actu; tametsi subiungat, ea de re esse cogitãdũ. Couar. verò in Epit. art. 2. cap. 7. §. 1. num. 10. censet, commune fieri vtriusq; coniugis: quoniam ex possessione cõiunata matrimonio constante cõparatũ est. Ego aũt potius inclino in sententiam illam aliam Palatij Rubias. Non solum quia ex causa, præterita comparatur, sed ét quoniam tãquam capitale, ac proprium illius coniugis est præscriptũ, atq; adeo illius proprium, vi præscriptionis efficitur.

Decis.

Lex. 11. tit. 4. lib. 3. fori disponit, si prædictum vnius coniugis permutetur pro alio, tũc licet fructus prędij ita permutatione acquisiti, communes efficiantur vtriusq; coniugis, prædium tñ ipsum succedere loco eius, quod pro eo fuit permutatum, ac proinde fieri eius, cõiugis, cuius erat illud aliud prædium. Item disponit, si prædium vnius coniugum vẽdatur, & ex pecunia illa ematur aliud prædium, hoc ita emptum, succedere loco prioris, fieriq; proinde eiusdem coniugis, licèt fructus, qui ex eo fuerint pcepti, cõmunes vtriusq; efficiãtur.

Quæst. Hinc oritur dubiũ, si ex pecunia, quã alter coniugum attulit tempore matrimonij prędium con-

8 stante matrimonio ematur, vtrum † prędiũ illud efficiatur eius, cuius illa pecunia erat. Mõtaluus, Rodericus Xuarez, & alij, quos Gutier. de pract. qq. lib. 2. q. 117. refert, affirmant; ducti dispositione. l. 11. citatę. Contrarium mihi cum eodem Gutier. q. citata probatur. Quoniam, l. 1. tit. 3. lib. 3. fori, quæ est l. 2. tit. 9. lib. 5. nouæ collect. disponitur, quicquid emptum fuerit constante matrimonio, fieri cõe vtrique cõiugum; a qua dispositione nihil est eximendum, nisi quod peculiariter reperit exceptum: lex aũt. n. hunc euentum non excipit.

Decis.

Vt supra dictum est l. 3. iuncta l. 2. & 5. libr. 5. nouæ collect. disponitur, donata alicui coniugum constante matrimonio, esse præcipua eius, cui donantur, tametsi fructus ex eis, constante matrimonio percepti, cões sint vtriq; eorũ. Est verò q̃stio valde controuersa inter Hispanos doctores num

9 † id intelligendum ét sit de donationibus remuneratorijs. Multi negant, quin potius cões eas esse affirmant vtriq; coniugum non secus atq; alia titulo oneroso constante matrimonio acquisita. De horum numero sint Rodericus Xuarez l. 1. tit. 3. lib. 3. fori. Montaluus l. 2. eiusdem tit. Couar. c. cũ officijs de test. in calce. nu. vlt. Greg. Lopez l. 3. tit. 1. 10. par. 5. verb. *igualmente*, tametsi addat; donationem remuneratoriã, si merita, atq; obsequia excedant, esse quo ad excessum propriam eius cõiugis, cui facta sit; eandem sententiã sequitur Gutier. de pract. qq. li. 2. q. 19. Contrarium, nempe ét donationem remuneratoriã fieri propriam eius, cui facta est, affirmat Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mat. p. 3. nu. 62. Matienãcius l. 3. nouæ collect. citata. & Palat. Rubias suæ repetitionis, qui refert ita fuisse iudicatum in Pinciano Prætorio in cã cuiusdam doctoris Mõtaluo, cui Rex quosdam annuos reditus donauerat ad vitam ob merita, & obsequia, dissolutoq; matrimonio per mortem vxoris, iudicatũ fuit, reditus quidem perceptos constãte matrimonio ex iure illo ad annuos reditus, cõmunes fuisse illi, & vxorinius verò ipsum perseuerare solius viri, tamquã ipsi donatum a Rege. Eam dẽ sẽtiam sequitur Burgos de Paz. iunior. nu. 11. Arbitror, in concordiã quoad fieri possit horũ doctorũ sñias reuocando, dicẽdũ. Si remuneratoria donatio sit primi generis, è tribus remuneratoriarum donationum generibus disp. 292. explicatis, qa videlicet ea donatione ita ad æqualitatem obsequia, aut beneficia accepta compensantur, vt, nisi id donaretur, cõmitteretur ingratitudo, quin & actio negotiorũ gestorum, aut alia similis, intẽtari posset, talem donationem fieri cõem vtrique coniugum: qm̃ hæc simpliciter non est donatio, vt ibidem ostensum est; quin potius, qd ita donat, cõparatum censetur opa, & industria eius, cui donatur: q aũt vnusquisq; coniugũ opera, atq; industria sua, constante matrimonio acquirit, cõe efficitur vtriusque cõiugis, vt dictũ est. Id ét, q datur quasi in recompẽsationem munerum, ac obsequiorũ ét si prętermitti ex parte dantis absq; vitio, aut oño, aut ex parte, posset, arbitror fieri cõe. Excipe, nisi obsequia in bello præstita retribuerentur, qm̃ vir non militaret sumptibus sibi cum vxore cõibus. Iuxta priorem partẽ censeo, quæ medico, aduocato, tabellioni, & alijs similibus, dantur, ac mittuntur, intuitu obsequiorum præstandorũ, vt promptius, & melius ea exequantur, aut intuitu iam antea præstitorum, ẽtsi alioquin illis stipẽdiũ soluatur, aut solutum sit, fieri communia vtriusque coniugis: quoniam hæc omnia fructus, & stipendia censentur obsequiorum, ac vsus sui muneris, atque adeò omnia acquisita censentur opera, & industria eius, cui cõferuntur: acquisita autem opera, & industria cuiusuis cõiugum, communia efficiuntur vtrique. Posterior verò pars ex dictis supra liquet. Hinc dico, si quis Regi seruiuit sumptibus communibus sibi cum vxore, vel in classe, vel in re alia, atque propter eiusmodi obsequia donatur ei à Rege, vt si dux arcis alicuius in In-

dia aut aliud simile, idq; de consensu Regis vendat, vt fieri interdum solet in Lusitania, mihi videtur pretium commune fieri vtrique coniugi. Secus autē, si propter obsequia in bello, quæ vel stipēdio Regis ille præstitit, vel sumptibus alijs, quam sibi cū vxore communibus; tunc enim pretiū eius muneris, sibi ea de causa donati suum esset proprium.

Postremò est dicendum, quando à principe ministro, qui sibi seruit, vltra stipendium solitū, aliquid interdum donatur extraordinariè, vel ministro ipso id à principe petente, vel principe id illi offerente vt sæpe euenire solet, tunc proprīū id illius efficitur; quāuis si fructus aliq inde matrimonio cōstante percipiantur, cōmunes sint vtriusq; coniugis. Atque hoc est, quod disponunt l. 2. 3. & 5. tit. 5. lib. 5. nouæ collect. Eiusmodique erant illi annui reditus doctoris Mōtaluo collatī à Rege, qui proinde meritò in Pinciano Prętorio illi adiudicati sunt. Quando autem donata aliqua talia sint iudicanda, aut non sint, arbitror prudentis, ex circumstantijs concurrentibus, est censendum.

De partubus ancillarum vtriusque cōiugis disputationes præcedente dictum est, quāuis ad fructus capitalium non pertineant, ad communia tñ lucra pertinere tamquam redditus, & emolumēta ex capitalibus matrimonio constante percepta.

Quod de capitalibus vtriusque coniugum cōsumptum, aut venditum est, id totum compensandum est de lucris. Ante †omnia enim detrahenda sunt capitalia integra, & reliquum, quod remanserit persoluto inde, & detracto toto ære alieno, censetur solum spectare ad lucra cōmunia inter vtrūque coniugem æqualiter diuidenda, iuxta ea quæ in calce disp. 415. dicta sunt, atq; ex se satis est perspicuum, & cum alijs affirmat Greg. Lopez l. 55. tit. 5. par. 5. verb. *communalmente*, ver. quod autē. Lege etiam Ant. Gom. l. 50. Taur. num. 69. Hinc efficitur, quod si alter coniugum attulit mācipiū, aut iumentum, aut quoduis aliud, mortuumque, consumptum, venditum, aut aliter alienatum sit, resarciendum sit de communibus lucris.

Dubiū. Interrogabis, si alter coniugum attulit aliquid inæstimatum in partem sui capitalis, & dissoluto matrimonio manet quidem, sed vsu deterius redditum, num †decrementum illud resarciendum sit de communibus lucris? Arbitror in bonis immobilibus cōsuetudinem esse, vt accipiantur qualia fuerint reperta, incrementumque, aut decrementum, ad eum pertinere, cuius res illa erat, iuxta dispositionem iuris communis in præcedentibus explicatam. Excipitur, si res esset vxoris, & culpa, negligentiaque mariti, ad quem administratio pertinebat, deterior esset reddita: tūc enim resarcire teneretur detrimentum, quatenus culpa ipsius obuenisset, iuxta ea, quæ disput. 413. dicta sunt. Quando res allata, esset mobilis, non dubito in Castella, & Lusitania decrementum, quod deterior sit reddita, quia vsu attrita, atq; inueterata est, resarciendum esse de communibus lucris, si quæ sint, vnde resarciatur; alioquin accipiendam esse, qualis fuerit reperta. Ratio est, quoniam in his Regnis inita censetur societas inter coniuges ad solum lucrum; lucrum autem in societate solum intelligitur, quod remanserit, deductis capitalib. integris, & ꝑsoluto toto ære alieno. Et quoniam æquitas non patitur, vt quę mobilia bona attulit vir, & cōsumpta sunt, aut attrita, in commodum vtriusq; coniugis, ac societatis, non compensentur de cōibus lucris, idéq; est, de mobilibus ab vxore allatis inæstimatis. Regulariter tamen mobilia, quæ vxor affert, tradi solent æstimata viro: consiliumq; esset, vt, quę vir affert æstimarētur et a principio initæ societatis, vt postea intelligeretur melius, quantū de cōibus lucris esset resarciendum. Expensæ † factæ in conseruationem rei immobilis ad alterum coniugum attinentis, non in lucris, sed inter consumpta in familiæ administrationes annumerātur. Si tamen aliquid insumptum esset in lite in re illa defendenda, ad eū cōiugem pertineret id soluere, in cuius vtilitatem tales expensæ essent factæ: vnde extrahendæ essent de parte, quæ, dissoluto matrimonio, ad eum coniugē spectaret. Sicut etiā, si aliqua debita illius, contracta ante celebratū matrimoniū, persoluerētur matrimonio constante, aut debitum aliquod suorum parētū, aut alterius, cui is coniux succederet, id totum detrahendū esset de parte, quæ eum coniugē cōtingeret. Qñ expēsis, & industria cōiugū, aliquid melioratū esset in re immobili, aut ēt mobili, alicuius ipsorum, tunc, quod ita esset melioratū, ac plus valeret ad cōia lucra spectaret inter vtrumq; diuidenda. Quondam de iure cōmuni, si in rebus dotalibus traditis inæstimatis factæ essēt expensæ necessariæ, hoc est, sine quib. res periret, aut deterior redderetur, tenebatur vxor ad earum solutionem, poteratq; vir retinere rem dotalem, quousq; soluerentur. Tenebatur præterea vxor ad expensas vtiles de cōsensu ipsius factas, ideſt, quæ meliorem reddebant eam rem, & similiter teneri poterat res dotalis, quousq; soluerentur; si autem sine ipsius consensu essent factæ, solum tenebatur actione negotiorum gestorum. Ad voluntaria autem viri, seu voluptuarias, vt si vir sua voluntate depinxisset domus vxoris, aut aliud simile eis fecisset, non tenebatur vxor: poterat tamen vir auferre, quod ita in eis bonis vxoris fecisset, si sine illorū detrimento id posset extrahere, aut nisi vxor soluere illi vellet æstimationē eius, quod ita sine detrimento posset extrahere. Ita habetur l. vnica. §. sed neque ob impēsas. C. de rei vxor. act. l. 1. & sequentib. ff. de impensis in reb. dotal. fact. l. dote ff. de ritu nupt. & §. item si de dote, iuncta glossa ibi verb. impēsas, Inst. de action. ib. quę glossa optimè explicat, quænam impensæ necessariæ, quæ vtiles, & quę voluntariæ, dicantur. Hodie tñ in Castellę, & Lusitaniæ Regnis, quod melioratū in eiusmodi rebus fuerit repertum computatur inter lucra inter vtrumque coniugem diuidenda, si, deductis capitalibus, supersint lucra, vt paulo ante dictum est. Si autē nulla supersint lucra, sed quod ita in bonis vxoris cōperitur melioratum, necessarium sit ad capitale viri, persoluit vxor viro aut hæredibus viri æstimationem illius.

Decis. 11

12

13 Fructus † percepti ex bonis vtriusq; coniugis vsque ad tempus dissoluti matrimonij, cōmunes sunt vtriq; eorum. De eis autē, qui nondum sunt percepti

percepti, distinguendum est. Quoniã, si appareãt iam in agris, communes sunt vtrique coniugi, expensisque communibus sunt percipiendi. Si autẽ nondum appareant, ad eum coniugem spectant, cuius erat prædium, sed soluere tenetur expensas vsque ad tempus ad eos fructus factas.

Excipitur, nisi sint agri, quibus semina mãdantur: sicenim semina tẽpore dissoluti matrimonij terræ mandata sint, esto nondum appareãt superiem, sunt communes vtrique coniugi, communibusque expensis colligendi sunt.

Si autem semina terræ non sunt mandata tempore dissoluti matrimonij, manent eius, cuius est prædium; sed soluere tenetur expensas, si quæ factæ sint in terra colenda.

Hæc omnia disponuntur l. 10. tit. quarto, libr. 3. fori, eaq; affirmat, Ant. Gom. l. 5. Taur. nu. 71. consentitq; Greg. Lop. l. 26. tit. 11. par. 4. glo. vlt. Tametsi subiungat, hoc locum non habere Cordubæ, vbi l. 11. citata non recipitur. Fœtus animalium, est nondum sint nati, si concepti sint tẽpore dissoluti matrimonij, communes efficiuntur vtriusque coniugi, communibusque expensis colligendi sunt. Ita affirmat glo. ordinaria ad l. 10. citatam, & Palac. Rub. qui ita practicari affirmat, atque Ant. Gom. vbi supra. Vtrum autem hæc locum in Lusitania similiter habeant, licet consuluerim viros doctos & in praxi versatos, nihil certi comperire potui.

Dissoluto matrimonio, ad vnumquemq; coniugum, aut ad hæredes illius, probare spectat, quæ bona attulerit, aut ad ipsum constante matrimonio deuenerint, alioquin censentur superlucrata, inter vtrumque coniugem æqualiter dividenda. Ita habetur l. 1. tit. 9. libr. 5. nouæ collect. & affirmant Pala. Rub. & Rod. Xuarez, quos Ant. Gome. vbi supra, nu. 70. refert, ac sequitur.

Vode sanum consiliũ est, vt doctores citati affirmans, à principio fieri inuentarium eorũ, quæ vnusquisque coniugum afferet, & postea augeri, si qd hæreditario iure, aut aliqua alia rõne, alicui eorũ aduenial, facta æstimatione rei cuiusq; pertim si sit consumenda, aut vsu deterior reddenda.

Vtrum autem, quando matrimonium fuit nullum propter impedimentum occultum, attamen
Dubiũ 14 bona † fide ex parte vxoris cõtractum, vxor compatet medietatem lucrorum, sicut quando matrimonium est validum.

Decis. Respondendum est affirmanter cum cõmuni doctorũ sententia, quam referunt, ac sequuntur Couar. in Epit. part. 2. cap. 7. §. 1. nu. 7. Gama decis. 204. nu. 1. & sequentibus, & Ant. Gom. l. 50. Taur. nu. 77. Ratio autem est, quoniã bona fide contracta fuit ea societas comparatione lucri, ac proinde, quod ita opera, & capitalibus vtriusque socij comparatum est, inter ipsos æqualiter iuxta leges societatis inita est dividendum.

Præsertim cum filij ex tali matrimonio suscepti legitimi sint, vt, dũ de successione illegitimorum sermo esset, ostensum fuit, vt quo ad acquisita contractu medietatis bonorum, disput. 422. dictum est.

Dominium, & possessio bonorum superlucratorum, num matrimonio constante, etiam ad vxorem pertineat. Et quam plenè dispositio suæ medietatis, dissoluto matrimonio, Quæst. ad eam spectet; & quando illam amittat.

## DISPVTATIO CCCCXXXIV.

### SVMMARIVM.

1 *Vxor statim simul cũ maritus acquirit dominiũ, & possessionem earundem bonorum superlucratorum, quæ ipse maritus acquirit.* Quæst.

*Declara tamen, & intellige vt nu. 2.*

3 *Vir, & vxor etiam si transeãt ad secũdas nuptias, possunt libere disponere de medietate lucrorum in priori matrimonio acquisitorum.*

4 *Dos promissa filiæ aut donatio ad nuptias filio matrimonio constante, implẽda est de bonis superlucratis viro, & vxori communibus.*

5 *Vxor potest ob delictum, matrimonio constante, amittere bona sua ẽt dotalia, aut superlucrata.*

*Immo remanens vidua, & luxuriose viuens, amittit bona superlucrata tempore matrimonij indistriæ mariti defuncti, ac sua acquisita, & reuertuntur ad hæredes mariti. nu. 6.*

*Et quid si semel tantum, atque iterum fornicetur an amittat ea bona superlucrata. nu. 7.*

QVod ad primũ eorũ q̃ proposita sũt, attinet Castillo. l. 60. Taur. & quidã alij, quos doctores citandi referunt, asseuerant, bona superlucrata, constante mrimonio acquisita, ad solũ maritũ pertinere quo ad dñium, & possessionem, nõ verò ad vxorẽ, tametsi vxor ius hẽat, vt dissoluto mrimonio, sibi dñium, & possessio dimidij lucrorũ, q̃ tũc reperta fuerint, tradat, idq; actione ex societate inter eos in Castella, & Lusitania ad lucra oĩa, q̃ fuerint acquisita, contracta. Ducuntur qm̃ de iure cõi, licet qñ est iter aliquos societas oĩum bonorũ, dñium, quin & possessio, totiº capitalis, & partiũ oĩum, absq; vlla traditione fit singulorũ sociorũ partialitate dñij & possessionis, immò oĩum ẽt, q̃ noĩe totius societatis postea acquirunetur, vt disp. 411. ostensũ est, qđ idẽ intelligendum similiter esse in alijs particularib. societatibus qñ cõto est in capitali, ibidẽ ostendimus: q̃ ñ vnusquisq; sociorũ postea acqrit bonis societatis, se obligando suo ꝓprio noĩe, ad ipsũ solũ ꝓtinẽt quo ad dñiũ, & possessionem, tametsi cæteris socijs actio cõpetat, vt ipsis pars sua ex eo mõ acquisitis tradat quo ad dñium, & proprietatẽ, iuxta l. si qs societatẽ. ff. pro soc. dictumq; est ibidẽ. Vnde Anchar. in quodã consilio idẽ sensit, existẽte statuto quodam, vt q̃ acquirerent, cõia fierent vxori cum viro. Quare, inquiunt doctores citati, cum leges particularium ita sint exponendæ, vt a iure cõi quoad fieri possit, non discedatur, affirmandũ etiã quæ vir in hoc Regno sua industria, seq; ipsũ solum obligando tamq̃ bonorum vtriusq; coniugis

administratorē, acquisierit, ad ipsum solū ptinere quo ad dñium, & possessionē, nō verò ad vxorē; tametsi vxori, & hēdibus illius, debeat dimidium eorum lucrorū, q̄ dissoluto matrimonio fuerint reperta, cuius dñium, ac possessionem consequentur, quando eis fuerit traditum, & non antea.

1 Contraria sñia † est hodie cōis doctorū Hispanorum, nempe in hoc Regno eo ipso, q̄ vir cōparat dñium, ac possessionē bonorū superlucrorū, comparare ēt vxorem dñium, & possessionē eorundem bonorū, absque alia traditione, quæ vxori fiat, esseq; proinde simul cum viro eorum dominam sicut ēt vir simul cū vxore est dñs eorū, q̄ vxor sua industria, ac labore comparat. Ita affirmat Couar. 3. var. resc. 19. nu. 2. Ant. Gom l. 53. Tau. nu. 76. & l. 60. nu. 1 Greg. Lop. l. 55. titu. 5. par. 5. Gutier. de pract. qq. libr. 2. q. 118. & alijs, quos citant. Præter legem autem 47. tit. 28. par. 3, iuxta quam id in hoc Regno vt dicendum, idem colligitur apertè ex l. 1. & 2. & ex cæteris sequentibus tit. 9. lib. 5. nouæ collect. quas inter alios latè expendunt Couar. Grego, & Gutier, locis citatis. De iure Lusitano idem ēt apertè constat li. 4. ordin. tit. 7. §. 1. vbi statuitur, si matrimonium viri morte dissoluatur, vxorē manere in possessione bonorum superlucratorum, atque ab illa accipere debere hæredes viri partitionem, remq; perinde habere quo ad hoc, ac si contractu medietatis bonorum matrimonium celebrassent: constat autē in Lusitania, qñ aliqui contractu medietatis bonorū matrimonio copulati sunt, vxorem esse dominam omnium bonorū, quæ vinculata nō sunt, atque in illorum possessione vna cum viro.

2 Quia † tñ vxor, vt videbimus, renunciare pōt bonis superlucratis, ac perinde ea repudiatione ea illa esse habere, ac si numquam fuisset illorū domina, meritò tres doctores citati affirmant, dominiū; q̄ in illis, anteq̄ ea occupet, habet, esse reuocabile, perinde atque illud, quod hæres suus defuncto patre, habet in bonis illius statim patre defuncto, anteq̄ ipse hæreditatem adeat, aut repudiet, & perinde atque illud, quod legatarius cōparat in re certa sibi legata statim, ac hæres hæreditatem adit, reuocabilia sunt, hæreditatis, aut legati, repudiatione, vt disp. 180. & 181. dictum est.

Quia item vxor ita est cum viro dña eorum, q̄ constante matrimonio acquiruntur, vt nihilominus libera eorum administratio, atque alienatio, etiam si immobilia sint, interim dum matrimonium constat, viro in hoc Regno independenter ab vxoris consensu cōpetat, modo tamen in fraudem vxoris alienatio facta non sit; inde efficitur, vt nō, nisi dissoluto matrimonio, effectus omnes dñij circa ea bona consequatur, atque dependenter ex eo, quod vsque ad id tempus alienata à viro non sint; quod cum Carolo Molinæo, Couar. Gutier. & alij appellant, habere vxorem ante dissolutum matrimonium dominium illorū quasi in habitu & non in actu, pleno videlicet, ac non impedito, quo ad dominij effectus; inde ēt efficitur, vt quamuis vxor condomina sit eorum bonorū, nō tamen illius retractus circa illa conueniat, si à viro constante matrimonio alienata sint, vt Grego, Lop. loco citato rectè affirmat, & cū eo, & alijs, disp. 371. dictum à nobis est. Dixi paulo ante, virum in hoc Regno posse ea bona alienare, indepedenter ab vxore, etiam si immobilia sint: quoniā in Lusitania alienare non potest bona immobilia sine consensu vxoris, neque tam amplam potestatem habet ad alienandum cætera bona, quā amplam eam habet in Castella: vt videbimus. Hæc de primo eorum, quæ proposita sunt.

Quòd ad scdm attinet l. 14. Taur. q̄ est l. 6. tit. 3 9. libr. 5. nouæ collect. sancitum est, tā † virū, quā vxorē, dissoluto matrimonio, ēt si transeat ad secundas nuptias tertias, aut plures, posse liberè disponere de medietate lucrorū in priori matrimonio acq̄sitorū, perinde atq. de q̄buscūq. alijs suis bonis, neq. teneri reseruare filijs prioris matrimonij, vel ꝓprietatē, vel vsūfructū medietatis illius.

Lege itē 16. Taur. q̄ est, 7. tit. citato, stabilitum ꝓterea est, si vir legatū vxori relinquat, nō esse cōputandum in medietate bonorū superlucratorū, quæ ipsam contingit, sed debere illud obtinere vltra eam suam medietatem, cæteraq; oīa sua bona; id quod dictum à nobis fuit in calce disp. 200.

4 Dotē † ꝓmissam filiæ, aut donationem ad nuptias filio, constante matrimonio, ētsi à solo viro facta sit, implendā esse de bonis superlucratis viro, & vxori cōibus, vt disponitur l. 53. Taur. quæ est. 8. tit. 9. citato, & dictum à nobis est disp. 424.

Vt simul ad tertiū eorum, quæ proposita sunt, accedamus. l. 7. Tauri, quæ est lex 10. tit. 9. citato, pronunciatum est. Esto vir, aut vxor, ob crimen hæreseos, aut quoduis aliud, sua bona mittat, non propterea alterū coniugē amittere bona sua, aut medietatē bonorū matrimonio constante superlucratorum, sed illi esse relinquendam. Pronunciatū præterea est, in eo euentu bona superlucrata inter vtrumque coniugem dividenda, quorū medietas vna pertineat ad fiscum, & altera relinquēda sit coniugi innocenti, intelligenda esse ea oīa, quæ superlucrata fuerint vsque ad punctum latæ sententiæ, qua coniux alter de eo crimine damnetur, esto crimen sit tale, vt pro eo pœna ipso iure, aut ipso facto, incurrenda, sit statuta.

Lege 78. Tauri, q̄ est l. 11. tit. 9. citat, subiūgit, 5 vxorem † matrimonio perseuerante amittere ob delictū posse, aut oīno, aut ex parte, pro criminis qualitate, bona sua, etiā dotalia, aut superlucrata, vel quæuis alia. Licet. n. data sint marito in dotē pro sustinēdis onerib. matrimonij, aut industria viri acquisita sint, quatenus tñ ad vxorē spectāt, puniri in eis pōt, ac dēt, sicut & vir in bonis, q̄ ad ipsū spectāt, nihil impediente, qđ per accidens in detrimentū vxoris: cōiumq; filiorū vtrique id cedat; vnusquisque aūt videat cū quo matrimoniū celebret, intelligatq; ei periculo exposita esse bona coniugis vtriusque, atque id bono cōi expedire, vt delicta impunita non maneant, qđ bono, ac dāno priuato est ꝓponendum; ꝑsertim qñ per accidens tale damnū inde sequitur. Porrò medietatem, quæ ad vxorem spectat, occupari a fisco ob crimen vxoris statim lata sñia, neque expectari dissolutionē matrimonij apertè confirmat, dñam illam esse illius ante dissolutum matrimonium,

Lege

6 Leges 5. tit. 9. citato † statuit, si vxor, remanes vidua, luxurioſe vixerit, vt amittat bona ſuperlucrata tpe matrimonij induſtria mariti defuncti, ac ſua acquiſita, & vt reuertant ad hæredes mariti.

Dubiũ aũt eſt, ſi ea vidua ſemel tantum, atque iterum fornicetur, an † id ſatis ſit, vt amittat ea bona ſuperlucrata. Couar. in Epit. par. 2. c. 7 § 6. nu. 12. ante poſtremã editionem arbitratus eſt, ſufficere vnicam fornicationem. Idem cenſet Ant. Gome. l. 50. Tau. nu. vlt. Et quamuis l. 14. nu. 17. idẽ de ea vidua affirmet, quæ luxurioſe viuit, nomine tñ eius, quæ luxurioſe viuit, comprehendere eam vt, quæ ſemel fornicatur, vt ex ijs, quæ ibidẽ ſubiungit, facilè conſtat. Meritò autem Emman. Acoſta c. ſi pater, par. 1. ver. legauit, num. 33. 38. & 39. aſſeuerauit, quamuis ea lex intelligenda ſit de vidua, quæ ẽt poſt primum annum luctus luxurioſe viuit, vt tamen viuere luxurioſe cenſeatur, ac proinde, vt pœnam illam incurrat, nõ ſatis eſſe ſi ſemel, bis, aut ter, fornicata ſit, ſed opus eſſe, vt aſſueta ei vitio ſit: ea enim ſola eſt, quæ luxurioſe viuere dr, argumẽto legis, & mulier. ff. de curat. furio. & aliorum iurium, conſentiũtque plurimi doctores, quos citat, de quorum numero eſt Aries Pinel. l. vlt. C. de bon. mater. nu. 22. Quod aũt lex 5. citata ita intelligenda ſit, probauit poſtea Couar. vbi ſupra in poſtrema Cæſaraguſtana editione. Eandem ſnĩam amplectuntur Guti. de pract. qq. li. 2. q. 122. & alij, quos citat. Illud admonuerim, legem illam pœnalem eſſe, quæ pp id crimẽ eam viduam priuat bonis, quorum dñium iuſto titulo acquiſierat, & quæ poſſidebat, ac proinde viduam illam non teneri reſtituere ea bona hęredibus mariti defuncti, niſi poſt latam ſententiam.

Decif. Quæſt. 7

## Quouſque vir, & vxor renunciare poſſint lucris acquiſitis, & acquirendis. Et ſi vxor renunciet, aut non renunciet lucris, quouſque debitis, & contractibus à marito celebratis teneatur.

## DISPVT. CCCCXXXV.

### SVMMARIVM.

1 *Renunciatio lucris futuris, facta per vxorem, vel virum ante celebratum matrimonium, valida eſt, ſiue ſit facta in toto, ſiue in parte.*

2 *Renunciatio lucris futuris facta conſtãte matrimonio in fauorem alterius coniugis, comprehenditur ſub donatione inter virum, & vxorẽ, ſicut eſt de iam acquiſitis.*

3 *Lucra acquirenda per coniuges, quibus lucris, & contractu comparentur.*

4 *Senſus nouus, & intellectus l. 60. Taur. tit. 9. libr. 5. nouæ collect.*

5 *Diſpoſitionis reductio ad ius cõe, quando faciẽda.*

6 *Renunciatio lucris communibus facta per alterũ coniugem, an valida ſit, ſi renuncians habeat creditores.*

Dicendum eſt ſigillatim de renunciatione facta ante celebratum matrimoniũ, & cõſtante matrimonio, atque diſſoluto iam matrimonio.

1 Conueniunt doctores, renũciationẽ † lucris futuris, factam ante celebratum matrimonium, validam eſſe, ſiue ſit renunciatio omnimoda, ſiue ex parte. Solet. n. vir ditiſſimus, aut mercator diues, valdeque induſtrius, non aliter velle contrahere cum vxore paupere, niſi vel omnino lucris renunciet, contenta ſua dote, & ſuis bonis diſſoluto matrimonio, aut quãtitate certa illi ſuperaddita; vel niſi parti aliquotæ lucrorũ renunciet, contentaq; ſolum ſit parte tertia, quarta, quinta, aut alia lucrorum ſimili. Simili autem modo vxor valde diues, quæ multos habeat reditus, poterit non aliter velle contrahere cum paupere, niſi in fauorem ipſius, renunciet parti lucroſum, contentus tertia, aut quarta parte, vel alia ſimili eorũ. Cũ aũt tpe celebrationis talis contractus nondum ſint vir, & vxor, renunciatio illa nõ erit donatio inter virũ, & vxorem, q̃ reuocetur morte donatarij ante donantẽ, hoc eſt, eius, in cuius, fauorẽ renunciatum eſt, ante renunciãtem, & quam pro libito reuocare is, interim dum viuit, poſſit, qui renunciauit.

Quin potius ille cenſebitur contractus oneroſus, atq; oĩno validus, & irreuocabilis ſtatim, atq; eſt celebratus: cũ ſit integrũ cuiq; eorũ, qui cũ altero celebrare matrimoniũ diſponit, nõ aliter uel locum eo contrahere, q̃ ſub talibus, vel talib. conditionibus, & legibus, quo ad ſocietatẽ bonorũ ad lucra, q̃ ſimul inire volunt, nihilq; oĩno iniuſtitiæ in eo contractu cernatur: præſertim cũ ea inæqualitas cõpenſari poſſit, nẽpe ex parte nobilitatis, pulchritudinis, aut alterius melioris cõditionis nolentis, niſi ſub illis legibus, & conditionib. matrimonium celebrare. Lege inter alios Gut. de pract. qq. lib. 2. q. 126. in calce nu. 1. Numero autem 2. cum Pala. Rub. in Rub. ca. per veſtras. §. 6. 3. nu 2. ſubiungit, ſi eiuſmodi renunciatio lucris futuris, aut parti eorum, fiat à ſolo parte ante celebratum matrimonium in præſentia filiæ tacẽtis, eſſe inualidam, oportereq; vt validam ſit, filiam etiam conſentire. De qua re ego multum dubito, cum contractus ſit oneroſus, vt dictum eſt, videaturque ad id ſufficere tacitus illæ conſenſus filiæ, quæ reclamare debebat, ſi ſtare non volebat conditionibus ſine quibus alter contrahere cum illa nolebat, quique expreſſe ſub eis tantum cõditionibus cum ea contraxit.

Quod attinet ad renunciationem factam conſtante matrimonio cõior doctorũ ſnĩa eſt, validã eſſe, ac firmam, non ſolum, ſi ſit lucrorũ acquirẽdorum, ſed ẽt ſi ſit iam acquiſitorum, ſiue quorũdam eorum, ſiue oĩum, præſertim ſi ab vxore fiat. Ita affirmat Roder. Xuarez l. 2. tit. 3. *de las ganãcias*, lib. 3. fori, cum Pala. Ruiz. Ioan. Lup. in Rubric. de donat. inter vir. & vxor. & cum pleriſque alijs, quos citant Couar. in Epit. par. 2. c. 7. §. 1. n. 11. Ant. Gom. l. 50. Tau. nu. 66. caſu 5. l. 60. nu. 1. ac 2. nom. vat. rel. c. 4. nu. 24. & Gutie. de prac. qq. lib. 2. q. 126. Quæſt.

Ducuntur primò, quoniã, vt in calce diſp. 128. oſtendimus, donatio inter virum, & vxorẽ ſtatim

est valida, si donans pp illam non efficiat pauperior; vt aũt ibi multis iuribus, atq. exemplis, com probauimus, non censetur in similib. donationibus fieri pauperior ex eo, qđ non acquirat id, ad qđ habebat ius dependenter ab ipsius acceptatione, ac proinde ex eo, qđ id renunciet in fauorẽ alterius coniugis: cum ergo coniuges præsertim vxor, matrimonio constante solum habeant ius, ac dñium medietatis lucrorum dependẽter ab ipsorum acceptatione, atque adeò iuris fictione, non secus ac legatarius eo ipso, quòd hæres adit hæreditatem, iuris fictione censetur comparasse dñiũ rei determinatæ in singulari sibi legatæ a puncto mortis testatoris, reuocabiliter tñ, quia dependenter ab ipsius acceptatione, vt disp. 181. visũ est, cõsequẽs est, vt renunciatio medietatis lucrorũ, non solũ, q̃ in futurũ acquirentur, sed ẽt, q̃ iã acquisita sunt, facta ab vxore constante matrimonio in viri fauorem valida, ac firma, irreuocabilisq; sit.

Secõ quoniã lex 60. Taur. q̃ est l. 9. tit. 9. li. 5. nouæ collect. sic habet. *Quando la muger renũciare las ganãcias, no sea obligada a pagar parte alguna de las deudas, que el marito viuiere hecho durãte el matrimonio.* Ecce, integrũ vxori reliquit, renunciare bonis superlucratis: & cũ lex nõ restringat ad tps post dissolutũ matrimoniũ, neque nos restrinxere debemus; apertèq; loquitur, ẽt de iam acquisitis: valida est ergo, atque irreuocabilis ea renũciatio, esto constante matrimonio fiat.

Tertiò, quoniã per eiusmodi renunciationem validam ab vxore cõstante matrimonio factam, res hæc reducitur ad terminos iuris cõis, iuxta q̃ nulla lucra competebant vxori in eam autem expositionem legum particularium Regnorum est potius propendendum, quæ rem ad terminos iuris communis reducit, quam in contrariam.

Contrariam sniam amplectuntur Greg. Lop. l. 5. tit. 11. par. 4. gl. vlt. Menchaca lib. 1. controu. c. 13. nu. 6. & Burgos de Paz. q. 9. ciuili nu. 10. Nẽ pe † eiusmodi renunciationem, non solũ lucrorũ acquisitorum, sed ẽt acquirendorum, factã in fauorem alterius coniugis, annumerandã esse inter eas donationes inter virum, & vxorem, q̃ validæ non sunt, nisi pcedente traditione, sequutaq; morte donantis ante mortem donatarij absque reuocatione earum, confirmentur. Atque sniam hanc dispu. 289. sumus amplexati, hac potissimũ ducti ratione. Qm, posito Castellæ iure, & consuetudine Lusitaniæ, eo ipso, qđ in his Regnis matrimonium contractu arrhatum, & dotis est celebratũ, debitum est vxori dimidium lucrorum vi solius contractus, idque independenter ab acceptatione, quin & comparatur dñium, vt disputatione præcedente ostensum est: qua ratione vterius coniux transmittit ius hoc ad suos hæredes, si ante alterũ è vita discedat: quare, cum donatio, ẽt remissionis debiti facta inter coniuges sit inualida, nisi donantis morte modo explicato, confirmetur, vt liquet, l. si. sponsus, §. circa vẽditionem. ff. de don. inter vir. & vxor. affirmatque Nau. in Man. c. 17. num. 149. consequens profectò est, vt inualida sit ea renunciatio, nisi donantis morte confirmetur, & nisi insinuetur, si eam summam excedat, quam sine insinuatione fas est donare. Confirmat, qm, ex dispositione iuris Castellæ, & cõsuetudine Lusitaniæ, contractus matrimonij, de quo loquimur, vterè est societas comparatione lucrorum, si quæ reperiantur dissoluto matrimonio, cooperantib. cum viro & vxore, tum etiam capitali vtriusque, ad cõia lucra; tametsi cũ onere ex parte viri cõseruandi integrum capitale vxoris, commissaque soli viro administratione, atque dispositione bonorum toto tpe, quo perseuerat matrimonium: ergo non minus comparat vxor ius ad bona superlucrata, & dñium eorum eo ipso, qđ acquiruntur, nec minus vi contractus sunt illi debita in tẽpus, quo contractus dissoluetur, quàm si eundem contractum celebrasset cum quodam tertio: sed si vxor celebratum haberet cum cõtractum cũ quodam tertio, atque constante matrimonio renunciasset in fauorem mariti, siue donasset lucra ex illo contractu, vel iam acquisita, vel acquirenda, transferendo in illum ius, vt loco ipsius illa acquireret, & acciperet, donatio esset de earum numero, quæ non aliter confirmarentur, quã præcedente traditione, & sequuta morte vxoris donantis ante virum donatarium, cum libera facultate ex parte vxoris reuocandi eam donationem, interim dum ipsa viueret: ergo idem dicẽdum est de renũciatione, de qua modò nobis est sermo. Secundò probatur nostra snia, quoniã, si vir in fauorẽ vxoris renunciet, non solum lucris iam quæsitis, sed ẽt quærendis erit donatio de numero earum, quæ non nisi donantis morte confirmãtur: ergo idem dicendum erit de renunciatione, q̃ in viri fauorẽ fecerit vxor. Couar. vbi supra arbitratur, ẽt renunciationem lucrorum factam a viro in fauorem vxoris, esse statim validam, ac firmam, neque indigere confirmari morte donantis. Id tamen est apertè falsum de iam quæsitis, quorũ vir integrũ, ac plenum dominium comparauit quoad suam medietatem, sine vlla iuris fictione, aut dependenter a noua acceptatione, vt ex se est satis perspicuum, nullusque diffitetur: quare perinde esset illa vxori donare, atque quæuis alia sua bona, sub conditione, si tempore dissoluti matrimonij non comperirentur consumpta, atque alienata. Est ẽt falsum de acquirendis: quoniam opera, & industria viri erunt acquirenda, neque aliter vi illius donationis haberet vxor ius ad illa, quam si à viro acquirerentur, compararetur dominium illorum. Lege alia, quibus Greg. Lop. eandem sententiam loci citato confirmat.

Accedamus verò ad argumenta alterius opinionis, ex quorum solutione perspicua magis fiet nostra sententia. Atque ad primum, concessa vtraque parte maioris, neganda est minor, nempè coniuges, præsertim vxorem, solum habere ius, ac dominium ad medietatem lucrorum dependẽter ab ipsorum acceptatione iuris fictione: ostensum quippe est, simpliciter habere ius ad lucra, & comparare illorum dominium, vi contractus societatis inter ipsos initæ, esseq; vxori omnino debitam lucrorum medietatem, quę comperta fuerit tempore dissoluto matrimonio, idq; absq; vlla fictione iuris, minimeq; dependenter ab acceptatione.

Vnde

Vnde non ita se habet dominium, q̃ coniuges in lucris cõparant, sicut dñium, q̃ legatarius rei sibi legatæ comparasse fingitur a tpe mortis testatoris eo ipso, quòd postea hæres adit hæreditatem: sin idem legatarius post illam aditam non acceptet legatum, censetur, numquam comparasse dñium illius, ac proinde dñium illud, ante acceptationẽ comparatum, fuit fictum a morte testatoris, iuris fictione, vt disp. 184. dictum est. Longè aũt aliter habet dñium vxoris quo ad medietatem lucrorũ: esto. n. dissolutum iam sit matrimonium, vxorq; in possessionem medietatis lucrorum missa sit, eisq; sit vsa si manifestentur debita mariti, atque ab illa exigantur, conceditur ei facultas renũciandi in suum fauorem medietati lucrorum, illamq; tradendi, vt ab obligatione debitorum liberetur, abdicando a se dñium verum eius medietatis, qđ illucusq; habuit: quare antea nullum fuit fictum dñium: sed verum; tametsi ad effectum, vt ad debita non teneatur, perinde post renunciationem habeatur, ac si nunq̃ fuisset dña, quia ex priuilegio sibi concesso, nõ vult ea bona, ac proinde nõ vult continuare illorum dñium cum onere, vt ad debita mariti teneatur, id q̃ sequẽs solutio dilucidius reddet. Obiter aũt obserua, longè aliter tẽ habere in vxore, vt renunciatione luctum nõ teneatur ad debita mariti, & in hærede, vt renunciatione hęce ditatis non teneatur ad debita defuncti. l. Vxor. ff. renunciare potest lucris, etiam si eorum comparauerit possessionem, eisque tãquam suis sit vsa: hæres verò repudiare non põt hæreditatẽ eo ipso, q̃ illi semel se immiscuit, eamq; tacitè, aut expressè adiuit quamuis, si cum beneficio inuentarij illam adiuit, solum teneatur ad debita defuncti iuxta vires hæreditatis, vt suo loco dictum est.

Ad 5ũm concedendum est, legem loqui, etiam de renunciatione constãte matrimonio atque de renunciatione, q̃ fit comparatione creditorum, vt ipsa se liberet ab onere soluẽdi debita mariti constante societate contracta, iuxta priuilegiũ, in suũ cõmodum, & vtilitatẽ, ea lege sibi cõcessũ aut potius explanatũ. Atque hic planè est sensus intentus, ac mẽs illius legis: nõ verò quasi ea lex voluerit cõcedere vxori in suũ proprũ dispendiũ maiorẽ facultatẽ donandi constante matrimonio de eis bonis p renunciationẽ marito, q̃ si lata nõ fuisset ea lex, sicut neq; maritus vi eiusdẽ legis maiorem facultatẽ hẽt donandi de eisdẽ lucris vxori matrimonio constante, quã si ea lex sancita non fuisset.

Hoc loco nõnulla sunt obseruanda. Primũ est. Vt in mẽsione ad primum argm̃ est dictũ, ex eo, qđ vxor constante matrimonio, aut illo dissoluto per mortem viri, continuet dñium, possessionẽ, & administrationem medietatis lucrorum, q̃ ipsam contingit, aut qđ hæredes vxoris dissoluto matrimonio per mortẽ illius eam medietatẽ bonorum accipiant, atq; administrẽt, nullũ præiudiciũ sibi ipsis inferre interim dum non requiruntur p creditores, aut p maritũ, vel hæredes mariti, vt plus teneantur ad debita a marito contracta societate cõstante, quã si ea bona, neq; administrassent, neque occupassent: sed opus esse, vt requirãtur a prędictis, num renũciare velint lucris, an potius illa

acceptare cum onere soluendi medietatẽ debitorũ oĩum: debetq; eis, postquam ita admoniti, ac requisiti sunt, constitui certum tps per iudicem intra quod deliberent, puta decem dierum, quib. trãsactis, si expressè non renuncient, aut acceptent lucra, censentur illis renunciasse ũ id ipsis deterius sit, argõ. l. vlt. §. fin aũt, & eorũ, quę ibi notant. C. de iur. delib. vt cũ alijs affirmat Gutier. de pract. qq. lib. 2. q. 126. nu. 4. Quòd si lucra acceptent, tenentur ad medietatem debitorum: si verò semel illis renuncient, esto vxor sit, q̃ renunciauit, non admittitur postea contra eam renunciationem, q̃uis sit enormiter læsa, & quãuis sit minor, vt cũ Burgos de paz. q. 9. citata nu. 20. & 22. Curt. nu. & alijs, ibi. Gut. affirmat.

3 Scdm est. Lucra, de † quib. nobis hoc loco est sermo, verè habere rationem lucrorum, comparatione capitalis, atque societatis initæ inter coniuges: quia acquisita vlera capitale. Atq; in hoc sensu, cum omnium loquentium vsu, lucra appellantur in tribus Castellæ, quæ Gut. de pract. qq. lib. 2. q. 123. citat, & a doctoribus, quos ét citat, eo motto, quo acquisita vltra capitale alijs societatibus lucra earum societatum dicuntur. Hoc tamẽ non impedit, quod oneroso titulo contractus societatis, capitalibus, & industria vtriusque coniugis, comparata sint, sicut & cætera, quæ alijs societatibus acquiruntur, atque adeò id non impedit, qđ non computentur in bonis, quæ, si aliter cõiugum transeat ad secundas nuptias superstitibus filijs prioris matrimonij, reseruare illis teneatur, vt l. 14. Taur. quæ est l. 6. tit. 9. li. 5. nouæ collect. dispo mitur, ac disput. præcedente dictum est. Nomine. n. bonorum ex priori matrimonio lucratorũ, ad effectum, vt, si coniux, qui ea est lucratus, transeat ad secundas nuptias superstitibus liberis ex priori matrimonio, teneatur ea illis reseruare, iuxta l. fœminæ. C. de secund. nupt. iuxta. l. 15. Tau. quæ est l. 4. tit. 1. lib. 5. nouæ collect. & iuxta alia iura, intelligitur, quod lucratus titulo oĩus vnus obtinuit ex altero, aut lex simili modo ex bonis alterius illi concessit, vt rectè Conar. in Epit. par. 2. c. 3. §. 5. nu. 7. & 8. affirmat cum alijs multis, quos tam ipse, quàm Gutier. q. 123. citata, referunt ac sequuntur Gutier. q. citata refert Aries Pinel. l. 12. C. de bon. mat. par. 1. num. 37. negare, bona superuenientia lucrata appellanda esse lucra, atque inde inferentem, ea per vxorem non acceptata, non transmitti ad hæredes. Cæterum loquitur de lucro in posteriori acceptione, neque perspicuè affirmat, non transferri. Quicquid tamen ille senserit, proculdubio est affirmandum, transferri, cum Ant. Gom. l. 50. Taur. nu. 79. & cum multis alijs, quos Burgos de paz. q. 9. nu. 21. & 22. & Gutier. q. 123. citata referunt, ac sequuntur. Cum enim bona, & actiones, tam actiuæ, quàm passiuæ, defuncti, trãseant ad hæredes, vtique eiusmodi lucra, quorum dominium, & ius, vi contractus societatis inter ipsam, & maritum, vxor comparauerat, ad hęredes ipsius transeunt, idque cum eodem priuilegio ex repudiandi, quod ipsa habebat, vt doctores citati affirmant. De transmissione verò hæreditatis, & legatorum. disp. 180. & 181. dictum est.



Digitized by Google

Tertium est, l. 60. Taur. sen. 9. tit. 9. lib. 5. nouæ collect. de qua nunc agimus, meo iudicio, nō concessisse † nouum priuilegium vxori, sed solū explanasse, quid ex natura rei vxori circa lucra liceret, suppositis alijs iuribus, tam cōibus q̄ eiusdem Regni; id quòd in responsionem ad secundū innuimus. Etenim, cum de iure cōi, & Castellę capitale vxoris semper manere debeat illi integrū, cū hypothecis & priuilegijs, ꝙ præferatur alijs creditoribus mariti, de quibus infra dicetur, atq; de iure Castellæ, & consuetudine Lusitaniæ, additū esset, vt simul inter virum, & vxorē esset societas ad lucra vltra capitale, si quæ, dissoluto matrimonio, reperientur vtique; vxor, nisi se aliter creditoribus mariti peculiariter obliget, solū illis tenetur quo ad lucra, cōstante matrimonio acquisita, ac proinde sub conditione, si perseuerare velit participando eis lucris, iuxta contractum inter ipsā solam initum, & maritum.

Quare, si abstinere velit à lucris, eis renunciando ad nihil omnino tenebitur creditoribus mariti, q̄n non aliter se illis obligauit; atq; hoc est, q̄d lex, de qua agimus statuit, ac declarauit. Atq; iuxta hæc mihi placet, ꝙ Gama, decis. 366. refert, senatores sæpe iudicasse, nempe vxorem non teneri ad debita mariti ex sua dote, & capitali, & si contracta sint ad vxorē, & familiam alendam, dūmodò cōibus lucris renunciet, idq̄ue esto vir non habeat, aut relinquat, bona, vnde ea debita soluant. Ratio est, quoniā id totum onus erat mariti pro fructibus dotis, & capitalis vxoris. Et q̄uis Gama reclamet, affirmans in eo euentu de dote vxoris esse soluenda, q̄n in alimentis vxoris, & familiæ, fuerunt in sumpta, mihi sanè id non placet: quoniā nullo solido fundamento probat. Neq; argumenta, de sumptibus factis in alijs societatibus, ꝙ de capitalib. sint soluendi, q̄n non sunt lucra, vnde soluantur, quicquam in hac societate cōclu dunt argumento à paritate rationis.

Quoniam hęc societas solum est ad cōia lucra, saluo semper integro capitali vxoris, vt dictū est, cū hypotheca, & priuilegijs prælationis alijs creditoribus mariti. Neque debet mouere autoritas Bar. l. his solis, ff. de cond. indeb. qui cogitandum reliquit, an filij tenerentur ad æs alienum patris, quin ipsorum alimentis contraxit, vt inde inferatur, vxorem teneri, q̄n aliquid in sumptum fuit in alenda, tam ipsa, quam cōi familia, vt nōnulli ex recentioribus doctoribus volunt. Id quod, meo iudicio, non parum confirmat lex 61. Tau. q. l. 9. ti. 3. lib. 5. nouæ collect. & sic habet,

*De aqui adelante la mugier noſe pueda obligar por fiaduria de ſu marido, aun que ſe diga y alegue, que ſe conuirtio la tal deuda en prouecho de la muger. Y a ſi miſmo mandamos, que quando ſe obligaren a mancamun marido y muger en un contrato, o en diuerſos, quela muger noſea obligada a coſa alguna, ſaluo ſi ſe probare, que ſe conuirtio la tal deuda en prouecho della, ea entonces mandamos, que por rata del dico prouecho ſea obligada. Pero, ſi lo que ſe conuirtio en prouecho della, fue en las coſas que el marido le era obligado a dar, an ſi como en neſtirla, y darle de comer y las otras coſas neceſſarias, mandamos, que por eſto ella no ſea obligada a coſa alguna. Lo qual todo, que dicha es, ſe entienda, ſi no fuere la dicha fianca y obligation di mancomun por marauedis de nueſtras rētas, o pechos, o derechos dellas.* Ecce, etiam q̄n vxor se obligauit simul cum viro ad debita cōtracta, statuit hęc lex, non teneri vxorem, quo ad suum capitale debitis, quæ, licet contracta sint in his, quæ in vtilitatem vxoris conuersa sunt, solum tamen conuersa sunt quo ad ea, quæ vir illi præstare tenebatur; quanto ergo magis idem est censendum, quando solus vir, sine vxore, ad ea debita se obligauit.

5 Ad 3. argū dicēdum est, reductionem ad † terminos iuris cois, tunc esse faciendā, q̄n nō dat dispositio iuris particularis, q̄ contrariū postulat, & ex qua cōtrariū sequit. In ꝓpositā aūt de iure cōi non est contractus societatis ad cōia lucra inter cōiuges, est aūt de iure Castellæ, & cōsuetudine Lusitanię: perseuerante aūt dispositione hac particulari horū Regnorū, in his, q̄ ex illa sequuntur, æquitas nō postulat, vt, cōtra illa, res reducamus ad terminos iuris cōis, vt fieret ī re ꝓposita.

Ex hactenus dictis dissoluetur facile illa q̄stio,
6 num † renunciatio lucris cōibus, facta p alterum cōiugē, valida sit, si renūcias creditores hēat. Couar. in Epit. p. 6. c. 7. §. 1. n. 12. & quidā alij, quos Gut. de prac. qq. li. 2. q. 127. nu. 1. refert, affirmanter rñdent, ductis, l. qui aūt. ff. q̄ in frau. credit. vbi hā, nō censeri in fraud. credit. facere, neq; proinde creditorib. concedi actionē, ad id reuocandum, si debitor hēditatē, aut legatū, ad se delata, nō acceptauit, sed repudiauit: Q̄m licet suū patrimoniū, & bona vñ soluerent, ea via nō auxerit, vt poterat, ea tñ non diminuit Gut. ibi. cum alijs, quos citat, asserit, lucris iā acquisitis, ac societati incorporatis, neutrū coniugē renunciare posse in fraudē, nō solū aliorū creditorū, quib. aliq̄d iā dentur, quippè cum debita oīa, constante matrimonio cōtracta soluenda sint de cōibus lucris, esto vnus cōiugum in fauorem alterius illi cedat; sed neque in fraudem ascendentiū, aut descendentiū, quib. legitima in bonis eo modo renunciantis debet, eaq; ratione minuetur, vel in fraudem fisci, si bona ita renunciantis sint confiscāda, aut ex illis soluenda fisco sit aliqua pœna. Aiunt verò, bonis nondū ac quisitis, nec societati incorporatis, posse vtrūuis cōiugū renunciare validè in fauorem alterius, nihil impediente detrimēto, ꝙ creditorib. ascendentib. vel descendentibus aut fisco, inde sequeretur. Nō video āt qua rōne prior huius doctrinæ pars cohæreat cum sōia eiusdem Gut. supra relata, statim validā, ac firmam esse renunciationē uxoris factam de lucris iam acquisitis in fauorem viri.

Quæst.

Decis.

Iuxta ea autem, quæ supra dicta à nobis sūt, ad quæstionem propositam dicendū est, neq; renunciationem factā de bonis acquisitis, neq; de acquirendis, esse firmam comparatione creditorū, aut eorum, qui ius ad bona ita renunciantis habent. Ratio est, quoniam lucra, etiam acquirenda, verè sunt debita quo ad medietatem vtriuis cōiugum rōne cōtractus societatis inter ipsos initi, vt supra dictū est renunciatio aūt debitorum rōne contractus firma non est si creditorib. ꝓiudiciū afferat.

Vnde

Digitized by Google

Vnde ad l. qui aũt ff. quę in fraud. cred. dicendum est, ibi nõ esse sermonẽ de renũciatione debitorũ ex contractu: ea quippe renũciatio minuere censetur patrimoniũ, & bona renunciantis. Illud obserua, siquis creditores haberet, quibus aliquid deberet, qđ soluere posset acceptando legatũ, aut hęreditatẽ ad sę delatam, si ea renunciãdo impotens fieret ad debita soluenda, lethaliter peccaret renũciando tale legatum, aut hęreditatem, idq; contra iustitiam aduersus creditores, esto in foro exteriori actio creditoribus non concedatur ad obtinendum ea, quorum eo modo facta est renunciatio.

Dicẽdum restat de renunciatione bonis communibus, aut parti eorum, quæ ipsam contingit, & in cuius possessione est, facta à vidua dissoluto iam matrimonio. Qua in re parum, aut nihil, est difficultatis. Cum enim nunc sui omnino iuris sit, si renunciatio fiat in suum fauorem, vt scilicet se liberet ab onere soluendi debita à marito cõstante matrimonio contracta, valida proculdubio est statim, ac firma, vt supra dictũ est. Si verò fiat in fauorem alterius, cum donatio sit eorũ bonorum, quorũ iã est oĩno complete, atq. perfectè domina, perinde de ea donatione est censendum, atque de quacũq; alia à vidua de suis proprijs bonis facta.

## Vtrum si vxor, aut hæredes illius, medietatem lucrorum velint, teneantur persenerare in contractibus à marito celebratis, nec finitis. Et vtrum, si maritus fideiussor extitit, & aliquid soluit, teneatur id totum accipere in medietatem lucrorum, quæ ipsum contingit.

## DISPVTATIO CCCCXXXVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Vxor tenetur perseuerare in cõtractu societatis cũ hæredibus mariti, si nelit medietatem lucrorũ.*

2 *Maritus fideiussor existens, & soluens, tenetur illud solutum sibi assumere in partem pro medietate lucrorum.*

*Declaratur tamen, vt ibi.*

*Et quid de iure Lusitano.*

Quæst. QVod ad primum horum attinet, Gutier. de pract. qq. lib. 2. q. 130. refert, cum quidam maritus vectigalia, aut fundum, ad aliquot annos conduxisset, nec dumque finitis annis è vita decessisset, & vxor, accepta medietate lucrorum, non vellet perseuerare in contractu pro annis sequentibus, qui adhuc, iuxta formam contractus, remanebant, quia vtilis ipsi non erat, aduocatos quosdam contendisse, id vxori illi optimè licere: eò, q morte vnius coniugum finita sit societas, iuxta ea quæ disp. 414. dicta sunt, ac proinde alter coniux, aut hæredes illius, dissoluto iam matrimonio, nõ teneantur acceptare prędictam conductionem, sed possunt illã repudiare, tamq̃ rem diuisam, & separatam ab annis iam elapsis; quippe singulis annis constitutum esset certum pretium, eaque de causa videbantur multæ obligationes, iuxta legem scite debemus ff. de verb. oblig.

Meritò tñ Gutier. ibidẽ ait, se in eo euentu cõ- Decis.
1 trariũ † tñ disse, & cũ Matiẽco, & alijs, quos citat, asseuerat, in simílibus euẽtibus contrariũ esse affirmandũ. Qm̃ obligatio ad perseuerandũ in ea conductione pro sequẽtibus annis, descendit à cõtractu celebrato, dũ societas inter vtrumq; cõiugem cõstabat, in eoq; negotiũ societatis est actum: licèt aũt morte alterius coniugis societas finiatur, neq; superstes socius, aut hæres defuncti, teneãtur inire de nouo negotia aliqua ad societatẽ attinentia; continuare tñ tenentur, ac perficere, tam ipsi q̃ ipsorũ hæredes, negotia oĩa cępta, dum societas perseuerabat, vt disp. 414. ex multis uribus ostẽsum est, consentitque cõis doctorum sẽtia. Quare in re proposita vxor, aut hęredes illius, vel renunciare tenentur lucris, vel perseuerare in cõductione. Neque repelli ab ea possunt, si commoda ipsis fit, quousque tempus contractus finiatur.

Quod attinet ad secundum eorum, quæ propo- Quæs.
sita sunt, pars negans suaderi potest. Primò, quoniam debitum illud contractum fuit matrimonio constante: vxor autem, si medietatem velit in lucris, vna cum viro tenetur æqualiter ad debita cõstante matrimonio contracta: ergo vir non tenetur accipere id totum, quod, ratione fideiussionis soluit, in suam medietatem lucrorum.

Secundò, qm̃, vt disputatione sequẽti dicetur, vir, matrimonio constante, legitimus est administrator lucrorũ omniũ, cũ plena facultate ea alienandi, mó id in vxoris fraudẽ non efficiat: sed ex eo q̃ fideiussor p alio existat, nihil efficit in fraudem vxoris; q̃n potius facit opus caritatis, & pietatis: immò verò id postulat recta rõ, cedítque in societatis cõmodũ; q̃nquidẽ sicut ipse sæpe indiget, vt alij fideiussores ipsius sint in cõmodum societatis, ita oportet, vt existat ipse aliorum fideiussor, alioquin nõ inueniet, q̃ pro ipso fideiussor esse velit: ergo, qđ ea rõne soluerit, commune esse debet, vtrique coniugum ex bonis superlucratis.

Pars † tñ affirmans est amplectenda cum Gu- Decis.
2 tier. de pract. qq. lib. 2. q. 128. Montaluo, Matiẽco, Menchaca, & Aiora, quos citat, & cum quib, consentit Gama, decis. 162. Potissima ratio est, quoniã ita sancitum est l. 7. tit. 3. lib. 5. nouæ collect. quæ sic habet. *Mandamos que por fianca, que el marido hiziere en qualquier manera, o por qualquier razon, no sea obligada su muger, ni sus hienes:* bona aũt vxoris, etiam lucrorũ medietatem comprehendunt: immò ratione bonorũ lucratorum videtur absque dubio ea lex statuta: de cæteris quippe illius bonis nullũ poterat esse dubium. Idem disponit l. 5. tit. 18. lib. 3. fori. Quia enim ex fideiussione viri nullum cõmodum obuenire poterat vxori, legibus citatis statutum fuit, vt neque damnum, si quod ex eadem fideiussione prouenireret, in vxorem redundaret. Præsertim quia facilè, viri fideiussionibus iacturam facere poterant lucrorum ad uxores spectantium. Meritò tamen cum Aiora excipit ibidem Gutier quando uir, &

aliquis

aliquis alius, in solidum quippiam conducerent, essentq; mutuo fideiussores vnus pro alio, tempore quo ille alius idoneus esset ad soluendum posteaque non soluerit: tunc enim, quoniam in vtilitatem societatis fideiussor extitit, tenetur vxor æqualiter cum marito sustinere damnum quo ad bona superlucrata, argumento legis cum duobus §. Dama. ff. pro socio.

Ius Lusitanũ.

De iure autem Lusitano, quando vir sine vxoris consensu fideiussor existit, non solum non manet obligatum capitale vxoris, sed neq; medietas lucrorum, quæ ad vxorem spectat, nisi existeret fideiussor pro reditibus Regis: tunc enim omnia lucra manerent obligata, si consisterent in bonis mobilibus, & dimidium immobilium. Quando autem solus maritus conducerent aliquid, siue Regis, siue cuiusuis alterius, non se obligante simul vxore, nihil capitalis vxoris maneret obligatum, bene tamen lucra omnia. Ita habetur lib. 4. ordin. tit. 13. De viro fideiussore, quando matrimonium celebratum fuit contractu medietatis bonorum, disp. 422. dictum est.

Ad primum argumentum in contrarium concessa maiori, ad minorẽ dicendum est. Illam esse veram de debitis titulo oneroso, vel prouenientibus ex oneribus matrimonium, ac societatem concernentibus: non verò prouenientibus ex mera liberalitate, quam circa alterum exercere voluit fideiubendo pro eo, cum nullo emolumẽto, & commodo vxoris: præsertim legibus expressis, in priuilegium vxorum latis, id debitum, constante matrimonio contractum, excipientibus.

Ad secundum dicendũ est, maiorem similiter esse verã de administratione, & alienatione titulo oneroso, aut iuxta onera matrimoniũ, ac societatẽ concernentia: secus autem exercendo liberalitatem fideiussionis cum quodam tertio, vt dictum est: præsertim existentibus legibus expressis, quæ in vxorũ fauorem, id debitum, vt damnũ excipiunt, vt ét dictum est. Atq; cum hac doctrina consentiunt, quæ de excessiuis viri donationibus de bonis superlucratis disput. 275. dicta sunt. Ad ea verò, quæ in minori subiunguntur, dicendum est. Quamuis id aliquando recta ratio efflagiret, cedatq; illo modo in cõmodum societatis, quia tñ frequentius cedit in vxorum detrimentũ, sine vllo societatis emolumento, à toto genere id damnum in virorum detrimentum legibus expressis merito reiectum est. Quando autem esset quasi contractus onerosus, & æqualis inter duos, attentis circumstantijs concurrentibus, quo mutuo conuenirent, esto tu mihi fideiussor in hac re, & ego fideiussor tibi ero in illa alia, credo, si quid dãni per accidens tunc eueniret vito ex ea fideiussione, cõmune esse debere vxori quo ad bona superlucrata, nihil impedientibus legibus citatis, quę per epicheiam intelligendæ non sunt in hoc euẽtu. Doctrina hęc tota, & si maritus aliquid soluat, quia fideiussor extitit, teneatur id accipere in medietatem lucrorum, quæ ipsum contingit, confirmat, teneri etiam sumere in suam medietatem donationes excessiuas, si quas fecerit de bonis superlucratis, vt disp. 275. dictum est.

## De Contractib.

Administratio bonorum, præsertim lucratorum, quousque conueniat viro, & quousque vxori. Et num vir de bonis superlucratis dotare possit filiam prioris matrimonij, aut sine vxore instituere maioratum.

## DISPVTATIO CCCCXXXVII.

### SVMMARIVM.

1 *Administratio omnium bonorum de iure Castellæ, & Lusitaniæ ad quem pertineat.*

2 *Vir de iure communi, & Castellæ, quæ bona possit alienare sine consensu vxoris, & quæ de iure Lusitano.*

1 Administrationem omnium† bonorum de iure Castellæ, & consuetudine, ac iure Lusitaniæ, pertinere ad solum virum, inualidaq. esse, si quæ vxor administrauerit, aut de eis disposuerit sine consensu, saltem tacito, viri, nisi ad congruam suam sustentationem ea pertineant, quam iniustè vir illi prohibeat, & nisi aliquid sibi vxor peculiariter reseruauerit tempore, quo matrimonium contraxit, cuius administratio ad ipsam solam pertineret, id quòd raro euenire solet, dictum est disputatione 274. iunctis ijs, quæ disputatione 343. addita sunt. Item disput. 275. additum est, quousque valida, aut inualida sint, quæ maritus donauerit, aut malè insumpserit, de bonis superlucratis, tam de iure Castellæ, quàm Lusitaniæ: quibus adde, quæ in calce disput. 422. subiecimus quæ suo modo vim habent, quando aliquid malè (in Lusitania præsertim) donatum, aut insumptum à marito est de bonis superlucratis.

2 De iure† communi, & Castella, vir alienare potest bona omnia, etiam immobilia, sine cõsensu vxoris, nisi inæstimata illi tradita sint, dominiumque proinde ad solam vxorem pertineat, vt disput. 426. & 428. dictum est. Atque disp. 428. explanatum est, quando bona, quorum dominiũ ad solam vxorem pertinet, neque de consensu vxoris validè alienari possint, & quando de consensu vxoris alienari possint, de iure verò Lusitano, nullum bonum immobile, etiam si proprium sit viri, aut superlucratum, alienare potest vir sine consensu expresso vxoris: ea quippe omnia, quæ de alienatione in Lusitania boni immobilis sine expresso cõsensu vxoris disp. 422. dicta sunt, vim habent, non solum quando contractus matrimonij fuit medietatis bonorum, sed etiã quando fuit arrharum, & dotis, vt ex iuribus ibidem citatis constat. Quando autem tale bonum immobile fundus esset dotalis, neque de consensu vxoris posset illud alienare vir, si contractus matrimonij fuit arrhatum, & dotis, in quo solo matrimonio potest aliquod rationem habere fundi dotalis. Quæ enim disputatione 428. de fundo dotali iuxtà cõmune ius dicta sunt, locum etiam habent in Lusitania; quandoquidẽ nihil in con-



Digitized by Google

trarium est in eo Regno definitum.

In Castella lex 5. titu. 9. lib. 5. nouæ collect. sequętem potestatem tribuit viro matrimonio cõstante ad alienandũ bona superlucrata. *Otro si, q̃ los bienes, que fueren ganados y meiorados y multiplicados durante el matrimonio entre el marido y la mugier, que los pueda enagenar el marido durante el matrimonio, si quisiere, y que el contrato de enagenacion vala: saluo si fuere probado, que se hizo cautelosamẽte per defraudar o damnificar a la muger.* Licèt aũt ea lex tam amplã potestatẽ viro constante matrimonio tradat, disputatione tamẽ. 275. ostensum est, nõ se extendere ad donandum excessiuè de eis bonis. Quæ eadem ratione, si vir dotare velit filiã, aut donare ad nuptias filio prioris matrimonij; cum id onus ipsius duntaxat sit, non verò secundæ vxoris, quæ extranea comparatione talis filiæ aut filij, reputatur, licèt defficere possit de bonis superlucratis in posteriori matrimonio, modo id neque cõtingat legitimas cæterorum filiorum, neque medietatem lucrorum secundæ vxoris; nihilominus tenetur id sumere in suam medietatem lucrorum, aut, si illam excedat, resarcire id vxori de suis propriis alijs bonis. non solum in alijs Regnis, vt dixi sup. 424. vniuersim est dictum, sed etiam in Castellæ Regno. Ita cum Pala. Rub. Quemad. Burgos, de Paz, Aiora, & alijs, Gutier. de pract. qq. lib. 2. q. 123. nu. 5.

Propter eandẽ rationem, & quã ex lege non est censenda facta potestas marito præueniendi libertam dispositionem vxoris de medietate lucrorũ, quæ ipsam contingit, illam loco vxoris, & contra voluntatẽ illius, tribuendo præcipuam alicui, aut aliquibus filiorum vtriusque communium, sanè quamuis fas marito sit constante matrimonio de medietate lucrorum, quæ ipsum contingit, instituere maioratum, quem præcipuum vni filiorum relinquat, aut meliorare ex ea medietate, quẽ filiorum voluerit, dummodo præiudicium legitimis aliorum filiorum ea ratione non inferat; nefas tamen illi est, sine consensu & facultate vxoris, idẽ efficere matrimonio constãte de medietate eorumdem lucrorũ, quæ vxorẽ contingit: sed dispositionem de illa liberã relinquere cessetus vxori, idque vsu in Castella, & Lusitania est receptũ. Ita Molina lib. 2. de primog. c. 10. n. 67. Gutier. de pract. qq. lib. 2. q. 121. nu. 6. & alij quos citant.

## Matrimonio dissoluto vxor, aut hæredes illius, extrahunt dotem quam priuilegiata actione, & qualis hypotheca in bonis viri illis pro dote competat.

## DISPVTATIO CCCCXXXVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Mulier pro dote recuperanda quam actionem habeat, & quibus præferatur.*
*Et an idem sit in quasi dote. nu. 2.*
3 *Priuilegium quòd mulier in dote exigenda, omnibus anterioribus creditoribus præferatur, ad eius hæredes non transit.*
*Fallit in filijs, aut alijs eius descendentibus.*
4 *Vxor pro dote recuperãda habet tacitã hypothecã in bonis omnibus viri, etiã si maritus sit minor.*
*Idem in dote putatiua dicendum. nu. 5.*
*Ampliatur etiam, vt eam habeat aduersus fideiussorem. nu. 6.*
*Limitatur in sponsa per uerba de futuro. nu. 7.*
8 *Vxor in tacita hypotheca pro eius dote recuperanda, præfertur cæteris creditoribus anterioribus similiter tacitas hypothecas habentibus, ex cõi.*
*Declara tamen, & intellige, vt nu. seq.*
10 *Hypotheca tacita vxoris pro eius dote recuperanda, an præferatur etiam expressè habenti.*
11 *Prælationis priuilegium cui magis competat in eadem re, ex pluribus illud habentibus.*
12 *Prælationis priuilegium an sit personale tantum, an verò tacitam in se habeat hypothecam.*
13 *Vxores habentes ex pacto expressas hypothecas, an præferantur anterioribus similiter expressas habentibus hypothecas.*
14 *Hipotheca tacita vxoris à quo tempore incipiat.*
15 *Vxor renunciare potest tacitæ hypothecæ, quam habebat in bonis maritis, p̃ solutione suæ dotis, & quid in expressa?*

EXplanata hucusq; societate inter cõiuges de partitione bonorũ inter illos finita societate, est dicendũ. Atq; vxor hæres defve illius, ante oĩa
1 extrahunt dotẽ, quã vxor attulit. Cõpetit † verò illis pro dote recuperanda à viro, aut ab hæredibus viri, in primis actio priuilegiata ex stipulatu, quasi inter vxorẽ, & virũ, pe traditionis dotis, cõtractus stipulationis intercesserit de illa reddẽda finita societate: eo mõ quo disp. 423. dictũ est similẽ actionẽ viro competere pro exigenda dote sibi cũ vxore promissa, & nondũ soluta. Ita habetur l. vnica. §. 1. §. maneat, & §. illo, iũcto §. sed & si C. de rei vxor. §. fuerat, insti. de actionib. & affirmat Bart. & cõmunis doctorũ sẽtẽa, quã Ant. Gom. l. 50. Tau. nu. 37. & 445. refert ac sequitur. Præterea vxor, in exigẽda dote, præfertur cæteris creditoribus anteriorib̃ habentibus solũ actionẽ personalẽ, ita q̃ primo loco de bonis viri soluenda est dos vxori, est nõ maneant bona, vnde anterioribus creditoribus soluatur: id quippe in priuilegiũ mulierũ, atq; in bonũ publicum, sancitũ est, eaq; lege cẽsendi sunt hoĩes suos celebrare contractus, vt si quid in dotẽ mulieribus debeatur, satisfaciẽdum id prius illis sit, esto q̃ posteriores sint in
2 iure. Extẽditur † verò hoc priuilegiũ ad quasi dotẽ, hoc est, ad id qđ in dotẽ est datũ cum sponsa de futuro, esto matrimoniũ non sit sequutũ. Hęc oĩa habentur l. 2. §. vlt. & duabus legib. sequen. ff. de priuileg. creditorum. Longeq; maiori cũ ratione vim habent, qñ matrimoniũ fuit ex parte vxoris bona fide contractum, posteaq; est repertũ fuisse
3 nullũ. Priuilegium † tñ hoc, quòd mulier in dote exigẽda anterioribus creditoribus præferatur, nõ transit ad ipsius hæredes: quoniam est priuilegiũ personale. Ita habetur l. vnic. C. de priuileg. dotis cuius verba sunt. *Scire debes, priuilegium dotis,*

*uis, quo mulieres utuntur in actione de dote, ad hæredem non transire.* Excipitur, nisi hęredes sint filij, aut alij descendentes uxoris: nam tunc priuilegio gaudent matris l. assiduis §. in præsenti. C. qui potiores in pignor. & glos. 2. l. vnic. C. de priuile. dotis. Consentit quo ad hæc communis opinio, quam Ant. Gom. vbi supra refert ac sequitur.

4 Pro †dote etiã recuperanda habet uxor tacitam hypothecam in bonis omnibus viri. Ita habetur l. vnica §. & vt plenius. C. de rei vxo. act. §. fuerat. Instit. de action. c. ex litteris. de pignori. l. 17. tit. 11. par. 4. & l. 23. tit. 13. par. 5. & affirmat cõmunis sententia, quam referunt, ac sequuntur Coua. 1. var. resol. cap. 7. num. 1. Ant. Gomes. vbi supra, Greg. Lopez legibus citatis, & Gutier. de iuram.
5 conf. par. 1. ca. 46 nu. 1. Habet †autem id verum, etiam si maritus sit minor vigiti quinque annis, iuxta doctores, quos Anton. Gomes. vbi supra nume. 37. refert, ac sequitur: quoniam, cum habilis sit in ea ætate ad contrahendum, etiam censetur habilis ad accessoria cõtractũ matrimonij. Item locum habet, quando dos est putatiua, quia mulier bona fide celebrauit matrimonium nullũ. Ita glo. l. assiduis verb. licet anteriores q. vlt. vbi id egregiè probat. C. qui potior in pign. & cõis sententia, quam Ant. Gom. numero citato refert sequitur. Cõpetit †etiã uxori ea tacita hypotheca, ét
6 aduersus fideiussorem, in euentibus, in quib. disp. 425. explanatum est dari posse: quoniam obligatio fideiussoria est accessoria, & sequitur principalẽ mariti. Ita Ant. Gom. cũ alijs ibidem. Cũ Bart. & alijs affirmant Greg. Lopez. l. 23. titu. 13. par. 5. & Guti. vbi supra nu. 3. & 4. patrem mariti cõpelli posse, vt se obliget, quod maritus restituet dotem, & tunc eo ipso, quod in matrimonio consentiat, & in dotis receptione, bona illius manere ét hypothecata uxori pro dotis solutione. Addũt verò, hoc solum habere locũ in filio, qui est in potestate patris: quare, cum per matrimoniũ filius patriam egrediatur potestatem in Lusitania, atq; etiam in Castella, si sit velatus, doctrina hæc locũ habebit in his Regnis, nisi forte in Castella dos tradatur post matrimonium celebratum, & ante quam filius veletur, consentiente parte.

7 Priuilegium †hoc tacitæ hypothecę, non conuenit sponsæ per verba de futuro, vt affirmant. glo. 2. l. eos. C. qui potior in pignor. & communis doctorum sententia. Neque item competit ei, qui uxorem dotauit, cum pacto, vt ad se reuerteretur dos in euentu, verbi gratia, quod matrimoniũ sine liberis dissolueretur. Ratio est, quoniam priuilegium hoc soli uxori inuenitur concessum. Ita doctores cõmuniter, quos Ant. Gom. nu. 37. citato refert, ac sequitur.

Vxori non solum competit tacita hypotheca
8 pro dote modo explicato, sed †etiã habet priuilegium in ea, vt præferatur cæteris creditoribus anterioribus habentibus etiam tacitas hypothecas non similiter priuilegiatas. Ita habetur expresse. l. assiduis. C. qui potior in pignor. §. fuerat. Insti. de actionibus, & l. 33. titu. 13. par. 5. & affirmant Ant. Gom. nu. 37. citato, Coua. 1. var. resolut. cap. 7. num. 1. concl. 2. & doctores communiter. Obserua tamen, priuilegium tacitę hypothecę concessum uxori transire ad omnes illius hæredes, etiã extraneos: quoniam traditur, & cõceditur dotis, & actioni, non verò personæ uxoris, vt colligitur ex l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxor. act. iuncta l. assiduis. §. & ideo, & glo. ibidem verb. dedimus hypothecam, C. qui pot. in pign. Colligitur præterea aperte, argumento à contrario sensu ex §. fuerat Inst. de action. affirmantque ibi additio glossæ verb. ei, & gloss. in verb. cum ipsa, Bart. & communis doctorum sententia, quam Ant. Gomes. l. 50. Taur. nu. 45. refert ac sequitur. Priuilegium verò prælationis habentibus priores tacitas hypothecas non priuilegiatas, quia concessum est, non dotis, & actioni, sed uxori, non transit ad hæredes, sed est proprium uxoris. Ita habetur l. assiduis. C. qui potior in pign. §. fuerat. Instit. de actionib. illis verbis: *Ei dedimus hypothecam, præferri autẽ alijs creditoribus in hypothecis, tunc cẽsuimus, cum ipsa mulier de dote sua experiatur, cuius solius prouidentia hæc induximus.* Idem colligitur, ex l. vnica. C. de priui. dot. & affirmant Bar. & communis doctorum sentẽtia, quam Ant. Gomes. nu. 45. citato refert, ac sequitur. Quando autem studis, priuilegium hoc prælationis non transit ad hęredes uxoris, excipe, nisi sint filij, aut alij descendentes illius, vt habetur l. assiduis. §. in præsenti C. qui pot. in pign. & apertius in authentico, vt ex actione instante dotis, in princ. & affirmant gl. citata. §. fuerat. Instit. de actionib. & doctores communiter, quos Ant. Gom. nu. 45. citato refert, ac sequitur. Immò verò quando remanserunt liberi prioris matrimonij illi præferuntur secundæ uxori, & liberis illius, quo ad tacitam hypothecam in solutione dotis prioris uxoris, vt habetur expresse l. assiduis. §. in præsenti. C. qui pot. in pig. in authentico vt exact. dotis in princ. in authentica si quid ex rebus. C. qui potior. in pig. & l. 33. tit. 13. part. 5. Ratio autem est, quoniam, vt in authentico citato habetur, hypotheca illa tempore prior, præfertur hypothecæ à tempore posteriori, habetque tunc locum regula illa, qui prior est tẽpore, potior est in iure. In bonis tamẽ, quæ reperirentur fuisse secundæ uxoris, secunda uxor, hæredesque illius præferentur liberis prioris matrimonij, vt habetur authenticis citatis, & l. 33. citata, & consentiunt, quæ ex l. in rebus. C. de iure dot. disp. 426. circa 4. quod eo loco obseruauimus, dicta sunt.

Dixi supra, uxorem habere priuilegium in hypotheca, vt præferatur cæteris creditoribus anterioribus habentibus etiam tacitas hypothecas, nõ similiter priuilegiatas: quoniam, si aliquis eorum hypothecam habeat tacitam similiter priuilegiatam vt præferatur cæteris, quemadmodum
9 eam habet fiscus, camera ve Regia, tunc, qui prior fuerit in iure hypothecæ, præfertur alteri: vt, si antequàm maritus contraheret cum uxore, contraxit cum fisco, hypotheca tacita fisci, præfertur hypothecæ uxoris; si verò prius contraxit cũ uxore, hypotheca uxoris præfertur fisci hypothecæ. Ita habetur l. 2. C. de priuil. fisci. l. dotis tuæ. C. de iure dot. & notat Greg. Lopez. l. 33. citata glos. a.

iuxta

iuxta tex. ibi, & l. 29. præcedente. Circa hypothecam autem tacitam fisci, vide l. 23. 25. Si autē fuerit dubiū, quę harum hypothecarum fuerit prior, hypotheca dotis præfertur hypothecæ fisci, vt Greg. Lopez gl. citat. cum Baldo affirmat, iuxta l. in ambiguis pro dotibus. ff. de reg. iur. idemque affirmat, citans Bart. & complures alios pro eadem sententia, Ant. Gom. l. 50. Tauri, nu. 40.

10 Dubitant Doctores, num † hypotheca tacita, quam legis beneficio vxor habet in bonis mariti, præferatur expressè anteriori aliorum creditorū, qualis esset, quæ per pactum expressum à marito antea fuisset concessa, vt si antea hypothecę alicui alteri subiecisset possessionem aliquā, aut omnia bona sua. Quamuis aūt quidam, quos Ant. Gom. l. 50. Taur. nu. 39. refert, præferri tacitam vxoris affirment; contrarium tamen est asserēdum cum gl. §. fuerat. Inst. de action. & gl. l. assiduis. C. qui potior. in pig. & gl. c. ex literis, de pig. Bar. & communi doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Ant. Gom. nu. 39. citato, & Coua. 1. var. resol. c. 7. nu. 1. concl. 3. estque id hodie definitum l. 33. tit. 13. par. 5. Potest etiam probari quoniam vxor, & fiscus æquè gaudent, priuilegio prælationis tacitæ hypothecæ, vt ex paulò antea dictis constat; sed fiscus non præfertur anterioribus creditoribus habentibus expressam hypothecam, vt patet l. si pignus. ff. qui potior. in pign. & l. si fundum. C. eod. tit. ergo neque vxor. Item quoniam, qui prior est in iure reali, præfertur cæteris, nisi contrarium lege sit expressum; sed nullibi expressum reperitur, vt tacita hypotheca vxoris præferatur anteriori expressæ: ergo illi non præfertur. Quo loco illud est obseruandum, tacitam hypothecam vxoris præferri posteriori expressæ aliorum. Ita Couar. vbi supra concl. 4. cum alijs, quos citat. Quod idem dicendum censent de priuatis habentibus tacitam anteriorem hypothecam sine priuilegio prælationis. Ratio autem est, quoniam semper prius ius in re, præfertur posteriori, nisi expressè, habenti posterius, concessum à lege sit priuilegium prælationis anterioris.

Occasione huius, quod proximè dixi, obserua. Quando aliquis prius omnia bona sua alicui hypothecæ subiecit, & posteà mutuam ab alio accepit pecuniam, ex qua prędium emeret, quod, dum
11 † eam pecuniam mutuo accipiebat, eidem hypothecæ subiecit, posteriorem hunc creditorem in prædio ex ipsius pecunia empto, sibique posterius hypothecę, subiecto præferri prior, habenti etiam ius hypothecæ, sicut in cætera bona illius debitoris, ita ēt in illo prędio. Ita hī l. licèt C. qui potior. in pig. hab. Item lege, si venti. §. 1. ff. de priu. hær. conceditur priuilegium prælationis ei, qui ad ędificium reficiendum, seu restituendum, pecuniam mutuo dedit, esto de mandato domini ædificij illam dederit opifici, qui operam, & materiam ad id apponebat. Idem habetur l. creditor. ff. si certū petatur. Quid autem sit reficere l. 3. §. penul. ff. de itin. actuque pri. explicatur. Quamuis autem ex his iuribus solum priuilegium prælationis colligatur, ex l. tamen. 1. ff. quibus causis pig. vel hypoth. tacitè contrab. apertè constat, simul l. si venti, citata, concessum fuisse ab eodem Marco Imperatore tacitam hypothecam in eo edificio ad pecuniam illam accipiendam. Præterea l. qui in nauim. ff. de priu. hær. habetur, eum, qui in nauim extruendam, cibarijs videlicet, & alijs ad nauigandum necessarijs, aut in eam armandam, aut etiam emendam, pecuniam tradiderit, habere priuilegium prælationis. Et quamuis similiter solū priuilegium prælationis inde colligatur, attamen ex l. interdum, & l. huius ff. qui potior in pig. tacita etiam hypotheca colligitur cum priuilegio prælationis: quandoquidem de priuilegio in pignore, seu hypotheca, est in eis sermo vt ex titulo, sub quo collocantur, constat: & quoniam l. huius, sic habetur; *huius enim pecunia saluam fecit totius pignoris causam*, vbi de prælatione in pignore est sermo. Statuitur verò his duabus legibus, si posterior creditor aliquid in conseruationem rei prius obligatæ dedit, præferendum esse priori creditori in receptione eius, quod ita impendit, vt si ad armandam, aut reficiendam nauim prius alteri obligatam aliquid dedit, vel ad cibaria nautarum, sine quibus nauis salua peruenire non poterat, aut dedit, vt saluæ fierent merces alteri prius obligatæ, vel nauium pro illis asportandis, aut asportatis, soluit, aut si pretium soluit horreorum, aut alterius rei, in quibus merces illæ asseruatę sunt, vel pretium vecturæ iumentorum, quibus sunt allatæ. Admonet verò Molina lib. 1. de primog. c. 10. num. 23. cum Negusanio, & Ripa, quibus Greg. Lopez l. 26. titu. 13. par. 5. gl. vlt. consentit, vt hypotheca, & ius prælationis, in his euentibus competat, necesse esse, pecuniā ad id necessariam fuisse, neq; plus fuisse expensum, quàm fuerit necessarium, atque rem ipsam existere; alioquin non erit hypotheca, vnde iure reali sit ea pecunia soluenda. Est verò non parua controuersia inter doctores, num stando in iure communi, præsertim Quæst.
12 in euentibus l. interdum, & l. huius, sit solum † cōcessum posteriori creditori priuilegium personale prælationis prioribus creditoribus, etiam si illi habeant hypothecam, an verò sit concessa tacita hypotheca cùm priuilegio prælationis. Non esse concessam tacitam hypothecam, affirmant glo. l. interdum, citata, & cum ea Bart. & communiter sententia, quam referunt Couar. 1. var. resol. c. 7. nu. 2. Molina vbi supra nu. 19. & Greg. Lopez l. Decis. 26. ti. 13. par. 5. gl. penul. Contrarium verò, nempe, etiam hypothecam esse concessam, censent alij, idque est hodie sancitum in hoc Castellę Regno l. 26. citata, & colligitur apertè ex authentico de æqualitate dotis. §. his consequens, cuius verba sunt. *His consequens est, & illud decernere quidem, quod in casibus huiusmodi dubitatum esse nouimus, & (intellige, nouimus) antiquioribus creditoribus aliquas hypothecas præponere iuniores existentes ex priuilegijs à legibus datis. Quale est, quando aliquis propriis pecunijs procurauerit nauem comparare, aut fabricare, aut reparare, aut domum forsan ædificare, aut etiam emi agrum, aut aliquid horum. In his enim omnibus priores existunt posteriores creditores, quorum pecunijs empta, aut renouata res est, ijs, qui multum etiam antiquiores*

*tiquiores sunt*. Hæc ibi. Vbi vides apertè, conditorem illius authentici asserere, hos omnes creditores potiores habere hypothecas posteriores: & sermo est in euentibus à nobis ex variis iuribus relatis, quarum multæ tacitæ sunt, aliæ verò expressæ. Quare cum & lex Castellæ consentiat, & iura, quæ retulimus, & expendimus, id satis apertè innuant, recedendum proculdubio non est ab hac posteriori opinione.

Illud addendum est, cuius occasione hæc omnia dicta sunt. In authentico citato addi quamuis creditoribus posterioribus hactenus relatis concessum sit priuilegium illud prælationis aduersus anteriores creditores habentes priores hypothecas, interdum tacitas, & interdum expressas; nihilominus, in peculiare priuilegium vxorem, vt ad matrimonium contrahendum alliciantur, neque inhonestè extra matrimonium viuant, eis concedi, vt in causa dotis posteriores creditores commemorati, & quicunque alij illis non præponantur. Excipitur, nisi quis pecuniam ad militiam emendam dederit marito cum hypotheca eiusdē militiæ: nam tunc posterior hic creditor præponitur vxori in hypotheca eius militiæ. Dixi, posteriores creditores commemorati: quoniam, vt perspicuè habetur l. 29. titu. 13. par. 3. & notat ibi Greg. Lopez, gl. vlt. secus erit, si huiusmodi creditores essent anteriores: tametsi, stando in solo iure communi, ea de re essent opiniones contrariæ, vt loco citato Greg. Lopez refert. Ex priuilegio hoc peculiari vxoribus in eo authentico concesso facilè liquet axioma illud; si vinco vincentem te, à fortiori vincam te, non semper habere verum in his, quæ à dispositione iuris humani pendent, vt notant glos. l. assiduis. C. qui pot. in pig. & alij. Etenim, qui habent anteriores hypothecas expressas, præferuntur vxoribus habentibus posteriores tacitas, vt dictum est; & tamen, cum posteriores creditores, de quibus hactenus sumus loquuti, vincant anteriores creditores habentes priores hypothecas expressas, non vincunt vxores in causa dotis, quin potius ab eis vincūtur. Hoc ipsum, quòd scilicet vxor præferatur eiusmodi posterioribus creditoribus eo modo priuilegiatis, extendit etiam l. 29. citata ad fiscum: quòd, vt notat ibidem Greg. Lopez gl. pen. non erat ita expressum de iure communi; tametsi pro ea sententia solum faceret, quòd priuilegia vxoris, & fisci æqualia inter se sint, vt supra dictum est.

Dubiū Dubium deinde est, vtrum quemadmodū vxores habentes posteriores hypothecas tacitas ad recuperandam dotem, præferuntur prioribus creditoribus habentibus anteriores hypothecas etiam
13 tacitas, minimeq; priuilegiatas: ita eædem vxores, si ex peculiari pacto habeant expressas hypo-
Dècis. thecas in bonis mariti ad recuperandam dotem, præferantur anterioribus creditoribus habentibus in eisdem bonis anteriores hypothecas etiam expressas. Communiorque sententia, atque amplectenda, negat, quam cum Bar. sequuntur Anton. Gom. l. 50. Taur. num. 40. & Couar. 1. var. resol. c. 7. num. 1. concl. 5. Quoniam prius illud priuilegium inuenitur concessum vxoribus in iure; posterius verò non item.

14 Tacita hypotheca † vxoris pro dote, incipit à tempore dotis marito traditæ non verò à tempore contracti matrimonij. Ita cum glos. l. assiduis. verb. hypothecam C. qui pot. in pig. consonè ad varia iura affirmant Ant. Gom. l. 50. cita. n. 38. & Gutier. de iur. confir. par. 1. c. 46. nu. 8. consentit. l. 17. tit. 11. p. 4. illis verbis. *Ca luego que el marido recibe la dote, son obligados a la muger todos sus bienes, tambien los que a entonces como los que aura despues*. Bart. tamen & alij, quos Ant. Gom. & Gutier. referunt, arbitrati sunt, hypothecam incipere à die contracti matrimonij. Ex nostra sententia colligo, si, antequàm hypotheca vxoris incipiat, alienentur à marito bona aliqua, quæ obligata erant alijs creditoribus, aut quæ libera omnino erant, in his nullum ius habere vxorem, vt dos ex illis ei soluatur, sed solum priores creditores in bonis ipsis antea obligatis. Quando autem hypotheca pro dote est expressa, quia maritus peculiari pacto obligauit bona sua pro solutione dotis, tunc ea hypotheca ex omnium sententia incipit à puncto celebrati cōtractus matrimonij, esto postea dos tradatur marito. Ita colligitur ex l. 1. ff. qui pot. in pig. & habetur l. 33. tit. 13. par. 5. atque affirmant gl. citata, & doctores communiter, quos referunt, ac sequuntur Ant. Gom. nu. 38. citato & Gutier. de iur. conf. par. 1. c. 46. nu. 10.

15 Vxor † renunciare potest tacitæ hypothecæ, quam in bonis mariti habet pro solutione suæ dotis, vt habetur l. etiam, & l. iubemus. C. ad Velleian. Non tamen satis est si verbis generalibus renunciet comparatione vnius contrahentis cum marito, aut in vno contractu, qui cum marito celebratur, vt renunciatio valeat in ordine ad omnes, qui cum marito celebrauerint, aut in ordine ad alios contractus, quos idem contrahens cum eodem marito celebrauerit, vt expressè habetur l. iubemus citata. Bartol. l. iubemus, & cum eo additio glossæ l. etiam, atque alij; hæc intelligunt, quando maritus tempore, quo mulier renunciauit, habebat competentia bona ad dotem soluendam, aliterque inualidam esse censent renunciationem. Quidam etiam, vt ait additio glossæ citata, affirmant, quamuis mulier renunciare possit tacitæ hypothecæ, non tamen expresse. Atque vtrumque sequitur Anton. Gom. l. 50. Taur. numero 10. Non tamen video, vnde hæc sufficienter probentur. Gutier. vbi supra à numero 11. cum alijs, quos refert, censet, vxorem renunciare non posse tacitæ hypothecæ: & videntur intelligere, in fauorem ipsius mariti. Validam verò esse affirmant renunciationem, si iuramento confirmetur. In hoc secundo illis assentior. Primum verò non video, vnde sufficienter probent, aut quomodo satisfaciant legi, iubemus, & potissimum legi, etiam, quæ contrarium videtur affirmare: friuolaque est expositio Gutieri ad l. etiam.

Exco-

Digitized by Google

## Exceptio nõ numeratę dotis quousq; marito, eiusq; hæredibus, aduersus vxorem, hęredesq; vxoris cõpetat.

## DISPVTATIO CCCCXXXIX

### SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratæ dotis intra quantum tempus conceditur marito, vel eius hæredibus post dissolutum matrimonium.*

*Imo etiam per modum querelæ, seu protestationis intentari potest. nu. 2.*

*Limita, vt non admittatur talis exceptio, in aliquibus casibus. nu. 3. 4. 5. 6.*

7 *Exceptio non numeratæ dotis an detur, quando confessio dotis receptæ fuit iuramento confirmata.*

8 *Maritus quando confessus est recipisse dotem, neq; constat de ipsa illã recepisse, an censendus sit spe numerationis, seu traditionis dotis, eã confessionẽ fecisse, an vero potius animo donãdi id vxori.*

10 *Donatio præsumpta inter virum, & vxorẽ ex concessione dotis à marito facta, quam vere non habuit, an iuramento confirmetur.*

*Et quid si maritus dicat, iuro me tantum dotis recepisse, an eo ipso, vi donationis, censeatur iuramento confirmata, & irrenocabilis. nu. 11.*

12 *Confessio dotis receptæ quando post matrimonium contractum habet vim donationis, nihil refert an sint elapsa tempora exceptionis dotis non numeratæ, an non.*

13 *Vxor in dote confessata à marito non habet hypothecam, seu prælationem in bonis mariti in concursu aliorum creditorum.*

QVemadmodum in mutuo (vt disp. 302. dictum est) iure est sancitum, si quis chirographo, aut instrumẽto publico, vel corã testibus, confessus sit, se tantam pecuniam mutuo sibi datã debere, posse intra biennium à tali confessione facta, excipere, seu opponere, pecuniam nõ fuisse numeratam; ac tunc creditori incumbere probare numeratam fuisse; quod si nõ probet, absoluitur, qui instrumento, aut corã testibus, id fuerat confessus, ab eo debito soluendo, quia præsumitur eam confessionem spe numerationis futuræ fuisse factam: ita, esto maritus priuato, aut publico instrumẽto, vel coram testib. confiteatur, se recepisse dotem, aut tantum doris, concessum illi, hæredibusq; illius, eodem iure ciuili est dissoluto matrimonio, excipere, seu opponere, dotem nõ fuisse numeratã, seu traditã; & tunc vxori, hæredibusve illius, probare incumbit, numeratam, traditam ve illi fuisse: quod si id non probent, absoluuntur maritus, aut hæredes illius, ab obligatione dotẽ restituẽdi; quia præsumitur, cõfessionem illam spe numerationis, aut traditionis futuræ, fuisse factam. Ita hł. vlt. C. de dote cauta non numerata, & affirmat Ant. Gomes. l. 50. Taur. num. 52. & communis doctorum sententia, quam sequuntur doctores, quos in progressu referemus.

1 Olim † autem maritus, & hæredes illius, vel quicumq; alius confessus fuisset, se recepisse dotẽ, itemq; hæredes id ita cõfitẽtis, excipere poterãt, dotem numeratã, traditam ve nõ fuisse, non solũ tempore toto, quo matrimoniũ perseuerabat sed ẽt intrà annum post matrimonium dissolutum morte alterius cõiugis, aut intra annum post diuortium matrimonij inter vtrumq; coniugem factam. Ita dispositum fuerat l. vlt. C. de dote cauta nõ numerata. Hodie verò si matrimonium dissoluatur, aut separetur per diuortium, intra biennium à confessione dotis receptę facta, cõceditur etiã annus à tẽpore dissoluti, aut separati matrimonij, vt exceptio proponatur. Si autem vltra biennium à tali confessione facta, sed infra decennium, matrimonium dissoluatur, aut separetur, tunc vltra tẽpus, quo matrimonium sine dissolutione perseuerauit, solum conceduntur tres menses ad exceptionem opponẽdam. Quod si matrimonium perseuerauit indissolutum, minimeq; separatũ, decennio integro à puncto confessionis dotis receptæ connumerato tunc, eo decennio elapso, nulla exceptio non numeratę, aut traditæ dotis, admittitur, siue matrimonium adhuc constet, siue dissolutum sit; sed ad maritum, hæredesve ipsius, spectat probare dotẽ non fuisse traditam, alioquin cogentur illam soluere. Excipitur, nisi maritus, aut simulatẽ hæredes illius, minores viginti quinque annis essent toto eo tpe: nam tunc restitutio in integrum illis conceditur. Hæc omnia habentur expresse in authẽtica, quod locum. C. de dote cauta non numer, & fusius in authentico de temp. non solutæ pecuniæ super dote, eaq; affirmat cõis doctorũ sententia quã referunt, & sequuntur Ant. Gome. nu. 52, citato, & Alua. Valas. consult. 5, nu. 7. Quo † loco 2 obserua. intra totũ tempus ad excipiendum datũ, non solum posse excipi, & opponi, si dos repetatur, numeratam non fuisse, sed ẽt si non repetatur, posse toto eo tempore intẽtari querelam, aut protestari, dotem non fuisse numeratam, seu traditã, ita tñ, vt id deueniat ad notitiam vxoris, aut hæredum illius, vt possint tunc contrarium probare: debet tñ querela illa in scriptis redigi, ac proponi, vt habetur auth. citato §. si autem neque Lege quę disp. 302. citata, quo ad hæc dicta sunt.

3 Quando † tamen in instrumento confessionis dotis acceptæ, tabellio fidem facit in sua præsentia, dotem fuisse traditam, tunc non admittitur exceptio non traditæ, aut non numeratæ dotis, ad effectum, vt vxor, aut hæredes illius, probare teneantur dotem fuisse traditam, sed ex sola tabellionis fide coguntur maritus, aut hæredes illius, eam reddere, argumento iurium quæ in simili euentu circa exceptionem non numeratæ pecuniæ ex mutuo disp. 302. citauimus, atq; in dote cum Bart. & communi sententia, affirmant Anto. Gom. num. 52. citato, & Aluar. Valas. consul. 4. citata. nu. 12.

4 Quando item † quis renunciauit exceptioni non numeratæ, aut non traditæ dotis, tunc neque ipse, neque hæredes ipsius, opponere possunt eam exceptionem, ad effectum, vt reijciant onus probandi fuisse numeratam in vxorem, aut in hæredes vxoris. Atque de iure Castellæ, satis est si renunciatio fiat tempore contractus in eodem instrumento, in quo facta fuit confessio dotis receptæ. De iure verò cõi receptior opinio cum Barro. est,

debere

debere fieri ex interuallo in alio instrumento, vt sit valida. Atq; hoc cum nimiũ est necessariũ, vt sit valida in Lusitania. Ita cum glo. l. vlt. C. de dote cauta non nume. Bar. & alijs affirmant Anto. Gom. nu. 51. citato, & Aluar. Valas. cons. 5. citata nu. 12. & 13. Quoniam eadem est ratio de renunciatione exceptionis non numeratæ dotis, atque de renunciatione non numeratæ pecuniæ, de qua d. 302. dictũ copiosius est Lege quę ibi dicta sunt.

Iaso. & quidam alij, quos referunt Anto. Gom. num. 52. citata, Aluar. Valas. consul. 5. citata. nume. 14. & copiosius Couar. 1. var. resolut. capit. 7. num. 6. ver. est & alia, affirmant, si maritus confessus quidem sit recepisse dotem, cæterum non ab vxore, neque à socero patre vxoris, sed à quodam extraneo, non competere illi exceptionem non numeratæ dotis. Meritò tamen tres doctores citati, etiam in eo euentu, asseuerant, competere maritò hæredibusque illius, exceptionem non numeratæ dotis: quoniam iuræ, quæ eã exceptionem concedunt, eum euentum non excipiunt; neque est ratio, cur sit excipiendus. Imò verò authenticum de temp. non solu. pecu. super dot. §. si autem neque manifestè docet, æque competere exceptionem suæ vxor, siue pater vxoris, siue quicunque extraneus, dotem promiserit. Couar. ibidem cum Barrol. & alijs, censet, si post confessionem mariti dotis receptæ extraneus aliquis dotem promittat, & accepter maritus, non competere deinceps illi, hæredibusque illius, exceptionem non numeratæ dotis: quoniam acceptatio talis promissionis habetur pro solutione. Id tamen non credo verum, nisi maritus contentus tunc sit ea promissione loco solutionis dotis, quæ ab vxore, aut socero, fieri debebat.

5 Item quando † præcessit promissio certæ dotis in dotali instrumento, & postea ex interuallo maritus confessus est se recepisse præfatam promissam dotem, ex eiusmodi actibus, nempe præuię in instrumento promissionis dotis, & subsequutæ ex interuallo confessionis dotis receptæ, oritur tã vehemens præsumptio dotis numeratæ, seu traditæ, vt deinceps marito, & hæredibus illius, denegetur exceptio non numeratę, seu non traditę dotis. Ita probat textus, secundum communiorem illius expositionem l. in contractibus. §. sed quoniam ver. illis etiam C. de non numerata pecunia, quam referunt ac sequuntur Couar. 1. var. resolut. capi. 7. num. 6. Aluar. Valas. consul. 5. citata nume. 9. & Anto. Gom. nume. 52. citato. Eius verba hęc sunt. *Illis etiam securitatibus, quæ, post confectionem dotalium instrumentorum* (quibus scilicet dos cõstituta, promissaq; est) *de soluta dote in parte, aut in solidũ exponuntur, nullam exceptionem non numeratæ pecuniæ penitus opponi* (sancimus scilicet.) Neque refragatur. l. vlt. in prin. C. de dote cauta non numer. illis verbis. *In dotibus, quas datas esse dotalibus instrumẽtis conscribi moris est, cum adhuc nulla datio, sed pollicitatio tantũ sequuta fit, liceat non numeratæ pecuniæ exceptionẽ opponere.* In hoc enim textu non est sermo de confessione receptæ dotis ex interuallo promissionis eiusdem dotis, sed de cõfessione, quę ob solam dotis promissionem simul facta est, quando dos promittebatur, vt ex ipsismet verbis liquet. Dixi supra, secundum communiorem illius expositionem: quoniam glossa Accursij ibi, Bart. & quidã alij, quorum sententiam refert, ac sequitur Emmanuel a Costa. l. si cautione, fallentia. 14. textũ illum exponunt, degeminata confessione facta a marito dotis receptę ex interuallo vnius post aliã, quasi tunc denegetur exceptio non numeratę dotis. Cęterum prior illa communior expositio germana magis est verbis illius. §. paulò antea relatis, vt illa expendenti liquet.

6 Item † quando confessio dotis receptæ fuit geminatum ex interuallo, modo paulò antea explanato, denegatur marito, & hæredib. illius exceptio non numeratæ dotis, vt cum glossa Accursij, Bar. paulò ante citatis, & plerisque alijs, affirmant Aluar. Valas. consult. 5. citata. nume. 10. & Emmanuel a Costa, atque Ant. Gom. vbi supra. Et præter alia quibus id confirmant, conuincere id videtur ratio hæc Emmanuelis a Costa vbi sup. Quoniam confessio prior dotis receptæ innititur promissioni eiusdem dotis marito factæ, illãque supponit: quare, si præcedẽte promissione, & sequuta postea ex interuallo cõfessione dotis receptæ, denegatur marito, & hæredibus illius, exceptio dotis non numeratæ iuxta communiorem opinionem, atque interpretationem textus, de quo. §. præcedente loquuti sumus, etiam concederur in euentu, de quo modo loquimur. Siue ergo vno, siue altero modo, textum illum exponas, semper ex illo colligitur, existente geminata confessione ex interuallo dous receptæ, denegari marito, & hæredibus illius exceptionem, non numeratæ dotis.

7 Quando † autem confessio dotis receptæ iuramento est cõfirmata, distinguendum est. Quoniã, vel fuit confirmatum iuramento quod dos fuerit recepta, vt si maritus iuramento affirmauit se tũ dotis recepisse; vel non hoc affirmauit iuramento, sed cum fuisse cõfessus se tantum dotis recepisse, iuramento se astrinxit illam redditurum. In priori euentu iuramentum non est promissorium rei alicuius in futurum, sed assertiorum rei præteritę, nempe, quod dotem receperit. Atque tunc arbitror cũ Aluar. Valas. consul. 5. citata, Emmanuel a Costa fallent. 9. & alijs, quos citant, non concedi marito exceptionem non numeratæ dotis ad effectum, vt ad vxorem, hæredesve vxoris, spectet probare illam tradidisse: quoniam præsumi non debet, mariũm fuisse periurum; periurus autem fuisset, lethaliterque peccasset, si, etiam spe numerationis futuræ, iuramento affirmasset recepisse dotem, quam non recepit. Admitti tamen poterit, ac debebit, ad probandum, se illam non recepisse, vt, si id sufficienter probet, non cogatur eam reddere, esto, id probando, simul turpitudinẽ suã, ac periurium manifestet, eaq; de causa sit puniendus, vt Emmanuel a Costa, cũ alijs, fallentia citata rectè tradit. In posteriori verò euentu iuramentum est promissorium, nihilque illo impediente, si confessio illa spe numerationis futuræ facta sit, eidemque innitendo maritus promisit dotem reddere

Digitized by Google

dote, præsertim in conscientia, quam in exteriori foro, excepere dotem non fuisse numeratam, vt in hac lege cautum habetur expressè l. vlt. C. de non numer. pecu. atque affirmat communis doctorum sententia dictum quæ est disp. 302. Ratio autem est, quoniam promissorium instrumentum naturam sequitur promissionis super quo fertur promissio: cùm ille, cui per numerationem dotis fuerit facta, faciam hęc illa conditionem, si dos numeretur, aut tradatur. Cou. Vas. resol. 7. qui 6. ver. sic & ex confessione affirmat, quòd vxor à cum marito confessionem sedam ecclesiæ recepisse, adsumendi eã ab eo, qd verò tam exceptæ recepisse, adsumendi eã ab eo, qd verò tam exceptæ recepisse, adsumendi eã ab eo, qd verò tam except

Qñ autē de cōfessione dotis receptæ facta ante matrimonium celebratū constaret, fuisse factam animo donandi illam vxori, atq; se astringendi eā reddere dissoluto matrimonio, sit Alu. Vala. vbi sup. cum alijs, quos citat, eam confessionem ad donationem esse nullam, ac proinde neq; maritum, neq; hæredes mariti, teneri illam reddere. Id quod probat ex l. 1. C. de donat. ante nupt. cuius verba sunt. *Multum interest, si ea, quæ donat vir futurus, tradiderit vxori, & postea in dotem acceperit: an verò donandi animo dotem auxerit, vt videatur accepisse, quod non accepit. Priori enim casu donatio non impeditur, & res, quæ in ea causa sunt dotis effectæ iudicio de dote peti possunt: posteriori autē casu nihil actum est donatione: & quod in dotem datum non est, repeti non potest.* Hactenus lex illa.

Cæterum obijcies, Nou. dis. 289. cum Nau. docuisse donationē factam quidē inter virū, & vxorem ante matrimoniū, sed vt maneat in tēpe matrimonij perinde hæc vim, atq; donationes factas inter coniuges constante iam matrimonio, idq; varijs in rib. nos cōfirmasse: sed donatio dotis, aut augmēti dotis facta a viro vxori constante iam matrimonio, valet ad effectū, vt, si matrimoniū morte viri dissoluatur, confirmata maneat, debeaturq; vxori, vt disp. citata dictū ēt est: ergo simili modo donatio illa dotis, facta ante matrimoniū, valida erit ad effectum, vt, si morte viri matrimonium dissoluatur, neq; a viro, dum vixit, fuerit reuocata, repetere illam vxor possit ab hæredib. viri. Ad hoc argm̄, cōcesso toto antecedente, neganda est consequentia nisi donatio illa constāte iā matrimonio repetita, ac cōfirmata fuisset a marito. Rō est, qñ donatio inter coniuges, vt illo mō sit valida, necesse est accedat traditio rei donatæ, vt dis. citat. explanatū est: quia aūt dos rōnē nō hēt dotis, nisi subsequuto iā matrimonio, quo tpe, licēt vxori a viro debeatur, esse tñ dēt apud virum ad sustinēda onera matrimonij, inde efficit, q̄ augmētū, aut constitutio dotis, si constāte matrimonio, viri donatione fiant, reputā tur quasi tradita a viro vxori, & repositā ab vxore apud virū, vt, dissoluto matrimonio, vxori reddā tur, taq; de cā valida est illa donatio, vt hīc expresse l. 2. C. de dote cau. non num. qñ verò augmētū, aut cōstitutio dotis donatione fiunt a marito ante cōtractū matrimoniū, qa nō innuit tūc ea virtualis traditio facta a viro vxori, inualida oīno est ea donatio, atq; hoc est, q̄ l. 1. C. de don. añ nup. docuit.

Qñ concessio dotis receptę facta fuit post matrimonium † celebratū, neq; ex circunstantijs, aut aliunde, constat, factane fuerit spe dotis numerandæ, an donandi id vxori, cōior doctorū sn̄ia, q̄ refert Cou. 1. var. res. c. 7. nu. 4. & q̄ refert, ac sequit Alu. Vala. consul. 5. citata a nu. 15. est, præsumēdū esse factā aīō id donandi vxori. Ducuntur, qm̄ cō tronersia hæc solum pōt habere locū, qñ maritus contraxit nulla dote ante ei promissa, aut ab eo recepta, quippe cū, si vel sola promissio, vel cōfessio dotis receptæ præcessisset matrimoniū, postea; sufficienter id præcessisse cōstaret, ac constante iā matrimonio subsequuta esset noua cōfessio dotis receptæ, tunc verè censeretur maritus dotem recepisse, oīnoq; cogeretur eā soluere, neq; admitte-

Quæst. 9

retur illi exceptio dotis non numeratæ, cū cōfessio ex intervallo post promissionē, aut geminata ex intervallo confessio dotis receptæ, excludat exceptionē dotis non numeratę, vt sup. dictū est. Quia itaq; cōtrouersia hæc solum pōt hēre locum, qñ maritus, nulla dote ei ante a promissa, aut ab eo recepta, matrimoniū cōtraxerat: neq; verisimile est, postea adhibitā a marito fuisse cōfessionem dotis receptę sola spe, qđ in futurum esset ei numerāda, ac tradenda, vtiq; præsumptio vehemēs in eo cōsistit, maritū, vxoris illecebris adductū, animo id vxori donādi, illā fuisse. Ducunt præterea, qm̄ probabile est donatio inter coniuges, salē vt valeat, nisi traditio intercesserit, & morte donantis ante mortem donatarij confirmetur regulariter autē, qñ confessio rei alicuius receptæ emanat inter personas suspectas, fraudulenta præsumitur, vt cōstat ex l. qui testm̄ ff. de probat. & l. cum quis decedēs, §. Titia, ff. de l. 3. quo fit, vt, in re proposita, confessio dotis receptæ præsumenda sit facta animo donandi simpliciter & omnino. Alij tamen, & quidam alij a Couar. relati, nu. 4. citato, veram esse cōsentiunt hanc opinionem, qñ maritus, non solum celebrato iam matrimonio confessus est se dotem recepisse, sed & simul renunciauit exceptioni nō numeratæ dotis, secus autem, si exceptioni non renunciauit: ex ea quippe renunciatione vrgentior est præsumptio eam confessionem dotis receptæ, factam fuisse animo id donandi vxori. 3

Couar. verò nu. 4. citato cū Anch. & alijs, quos refert, potius arbitratur, confessionem dotis receptę factā post contractū matrimonium, in dubio censendā esse factā, non aīo donandi, sed spe futuræ numerationis, atq; in eadem sn̄ia est, etiā si maritus renuncietur exceptionē non numeratæ dotis.

Ducitur primò, qm̄ quando alia potest reddi ratio, nunquam debet donatio præsumi: in re autem proposita satis perspicuè potest reddi ratio eius confessionis, spe numerationis futuræ.

Secundo, qm̄ si præsumenda esset donatio viri in vxorē, sanè cōfirmaretur morte viri, ac proinde hæredes viri excipitur post illius mortē nō posse me dotē nō fuisse numeratam: lege autē vla. C. de dotis cau. non nu. & in auth. ibi subiungitur, conceditur hæredibus viri exceptio non numeratæ dotis.

Ego sanè recedere non audeo a communi doctorum sententia, præsertim propter primam rationem a nobis propositam, quam non tanta vi apud alios confectam inuenies. Decis.

Vnde ad primū, vnde Couar. ducitur, dicendū est, maiorē esse verā, qñ, spectatis circunstātijs concurrentibus, ac dispositione iuris, alia congruens potest reddi ratio: in re autem proposita spectatis circūstātijs concurrētibus, atq; dispositione iuris a nobis relata, nō posse congruè reddi rationē, qđ ea cōfessio facta sit spe numerationis futuræ dotis.

Ad secundum, concessa maiori, ad minorē dicēdum est, iura illa, & alia, quę Cou. citat, intelligenda esse, quando confessio facta est ante celebratum matrimonium, vt regulariter fieri consueuit, quando spe futuræ traditionis dotis fit, aut quādo apertè constat factam esse post matrimonium cū licentiam spe futuræ numerationis.

Sunt

Sunt verò nonnulla circa hæc obseruanda. Primum est. Si confessio voris facta post mrimoniũ celebratũ cẽsenda in dubio sit donatio viri i vxorem, non indigete alia traditione, vt valida sit: eò ꝙ donatio dotis facta, tunc a marito vxori pro traditione habeatur, vt supra explanatum est, & constat ex l. 1. C. de dote cauta non numerata, atque affirmat cõis doctorum sẽtia, quam referunt, ac sequuntur. Alua. Valas. consult. 5. citata nu. 16. & Cou. n. 5. citato. Secus aũt esset de confessione dotis receptæ facta animo expresso donãdi ante celebratum matrimonium, vt supra dictum, explanatumq; est, iuxta l. 1. C. de don. ante nupt.

Scdm. Si eadem confessio facta post celebratũ mrimoniũ, in dubio sit cẽsenda donatio, tũc, morte viri ante vxorem, confirmari iõno, ac proinde soluenda vxori esse ab hæredib. viri. Interim tñ; dum perseuerat matrimoniũ, posse reuocari a viro, censeriq; reuocatã si fiat inter ipsos diuortiũ. Itemq; si maritus aliqd suorũ bonorũ in singulari, cõfessus sit se recepisse in dotẽ ab vxore, illudq; alienet, censeri quo ad id reuocatã. Præterea expirare, & inualidã reddi, si vxor ante virum è vita discedat, vt hæc oĩa constant ex ijs, q̃ de dona. inter vir. & vx. disp. 289. dicta sunt, eaq; affirmat cõis doctorũ sẽtia, q̃ Alu. Valas. & Cou. vbi supra referunt, ac sequuntur. Quo loco obserua si quid vir post matrimoniũ celebratũ cõfessus sit se accepisse ab vxore in dotẽ in euentu, in quo disp. 289. citata, explanatũ est, donationẽ inter coniuges sic tñ confirmari, ac irreuocabilẽ reddi, tũc donatũ per eã cõfessionẽ, reddi irreuocabile ante mortem viri. Quare, si plebeius, diues effectus, vxorẽ nobilẽ duxit, aut senex virginẽ iuuenẽ, ac pulchrã, atque post celebratũ matrimoniũ in recõpensationẽ nobilitatis, virginitatis, iuuentutis, ac pulchritudinis, confessus sit tantã, vel tantã dotem ab ea recepisse, q̃ non recepit, eo ipso confirmata, atque irreuocabilis manet ea dotis constitutio, aut augmentũ iuxta ea, q̃ disputat. citata dicta sunt, affirmatque cõis doctorum sententia, quam Alu. Valas. consul. 5. citata. n. 17. & 18. refert, ac sequitur.

Cum aũt, vt disput. citata ostendimus, donatio inter vir. & vxor. iuꝛo confirmetur, ac irreuocabilis fiat, controuersia est non parua inter doctores,
10 num † eiusmodi prẽsumpta donatio ex cõfessione dotis receptæ, facta a marito post celebratũ matrimonium, iuꝛo ét confirmetur, ac irreuocabilis
Decis. reddatur. Atque cõis doctorũ sẽtia, q̃ Cou. loco citato. nu. 4. & 5. refert, & q̃ refert, ac sequit Aluar. Valas. vbi supra nu. 18. asseuerat, si iuꝛm sit de dote, q̃ receptam confitet, in futurũ soluẽda, aut de non contraueniendo ei confessioni, confirmari, ac irreuocabilẽ reddi. Atq; ita procul dubio est affirmandũ, quicquid Cou. n. 5. citato subiũgat. Sicut .n. ex cõiori doctorũ sẽtia, q̃ amplectimur, in foro exteriori censetur donatio ita in eodẽ foro cẽsenda est tali iuꝛo esse omnino confirmata. Dixi, in foro exteriori: qm̃ in conscĩæ foro, si confessio facta non fuit animo donãdi, sed spe numerationis
Quæst. futuræ, tunc iuramentum, de illa in futurum solmenda, non obligat: quoniam promissio illa iuramento confirmata habet tacitam conditionem, si dos numeretur, & tradatur vt supra dictum est.

Maior aũt controuersia est, si promissio illa in hunc modum confirmetur iuꝛo, iuro, me tantum
11 dotis recepisse, an † eo ipso, vt donationis, cẽsent iuꝛo confirmata, & irreuocabilis. Et quidẽ plurimi negant. Qm̃ iuꝛo illud est assertorij, de re præterea, & non promissorij de non contraueniendo in futurum donationi tali cõfessione facte: iuꝛum aũt, ꝙ non est promissorũ, non confirmat donationem. Item quia iuꝛum nullam efficit firmitatem, qñ adhibetur contractui simulato, eò ꝙ desit consensus: quare cum eiusmodi iuꝛum feratur super confessionem, qua simulatur dotẽ receptã, cũ ñ reuera recepta non fuerit, consequẽs est, vt nullam inducat obligationem Alua. verò Valasc. vbi Decis.
supr. nu. 19. confirmari eo iuꝛo existimat. Atq; posteriori huic sẽtiæ adhærendum censeo. Qm̃ verba illa hunc habent, atque efficiunt sensũ, in quo censenda sunt prolata, idq; ne dicamus assertorẽ periurum fuisse, qd̃ de nullo, quantũ cõmodè potuerimus, est præsumendum, iuro me donare tantũ dotis vxori meæ, quã proinde confiteor me eo ipso virtute ab illa recepisse, iuxta ea, quæ ex l. 2. C. de dote cauta nõ numerata ex glossa ibi, & ex cõi doctorũ sẽtia, sup. dicta sunt: iuꝛum aũt assertorium, quo quis se donare affirmat, vt sute continet promissorium standi semper donationi, atq; ea de causa firmat donationem alioquin reuocabilẽ. In foro autem conscĩæ, si non is aĩus fuit confirmantis illo modo, se recepisse dotem, sed falso affirmandi, recepisse dotem, q̃ nõ recepit, sane esto aĩum haberet donandi sub illo pallio candẽ dotẽ, non tñ ea donatio firmatur iuꝛo illo, sed integrũ in eodem foro ipsi esset illam reuocare dum viueret, idemq; esset in foro exteriori, si de eodem animo in eo constaret. Ad primum autem argumentum in contrarium dicendum est explicatũ esse, quonam pacto iuꝛum illud virtute includat promissorium. Ad secundum dicendum est, explanatum similiter esse, quo modo iuꝛum ferat, tum supra promissionem, quam ea confessio supponit, tum etiam supra virtualem receptionem dotis, q̃ verè ea confessione significatur. Illud ẽt obserua, qñ adest verus animus iurandi esto feratur supra rem, quam quis fingat, ac mentiatur, se facturũ, ac periurus sit id ita iurando, nihilominus, si res supra quam iuramentum fertur, mala nõ sit, obligare iuramentum illam implere. Vt, si iuro me tibi daturum centum, animo te decipiendi, illaque non dandi, teneor nihilominus illa tibi dare virtute iuramenti adhibiti. Similiter, si iuro me ingressurum religionem, animo quidem iurãdi, sed religionem non ingrediendi; teneor similiter sub reatu lethalis culpæ religionem ingredi.

12 Vlterius circa † hanc materiam obseruat Cou. nu. 4. citato cum alijs, quos refert, quãdo cõfessio post matrimoniũ cõtractum vim hẽt donationis, nihil referre, sintne elapsa tpe exceptionis dotis non numeratæ, an non: eo enim, ipso, qd̃ donatio morte viri sit confirmata, aut aliunde antea cõfirmata fuerit, exigi potest ab vxore, aut ab hæredib. vxoris post mortem viri, siue tempora exceptionis non numeratæ dotis elapsa sint, siue non.

Præterea ibidem cum multis alijs obſeruat, eãque refert cõem eſſe opinionem, in eodem euentu
13 non † conuenire vxori circa eam dotẽ, ita à marito confeſſam, ius hypothecæ, aut prælationis, cõparatione aliorum creditorum, etiã perſonalium neque aliter hanc cauſam tractandam, quàm teſtis quas donationum inter virum, & vxorem. Quod ſanè placet: qm̃ cum ſuſpicio eſſe poſſit id factum eſſe in fraudem creditorum, ſanè circa ſimilẽ dotẽ gaudere non debet vxor priuilegijs dotis in præiudicium creditorum, argumento authẽticæ, ſed iam neceſſe. C. de don. ante nup. vbi ſancitũ eſt, ſi maritus ære alieno ſit grauatus, & vxor dotem augebat in reb. mobilib. augumentum illud dotis carere priuilegijs dotis; eò quòd ſuſpitio eſſe poſſit, id factum eſſe in fraudem creditorum.

## Exceptio non numeratæ dotis quouſq; competat creditoribus mariti aduerſus vxorẽ, hæredeſq; vxoris.

## DISPVTATIO CCCCXL.

### SVMMARIVM.

1 *Creditores mariti quo ad dotẽ conteſtatã, an ſẽper opponere poſſint exceptionẽ nõ numeratæ dotis, contra vxorem vel eius hæredes, & nu. ſeq.*

2 *Confeſſio dotis ſi probetur fuiſſe facta in fraudem, nunquam nocebit creditoribus mariti.*

3 *Confeſſio ſola mariti dotis receptæ, non præiudicat creditoribus ipſius mariti, niſi cum ea ſint elapſa tempora exceptionis opponendæ non numeratæ dotis, vel illi renunciatum.*

4 *Confeſſio dotis receptæ facta ante matrimoniũ, vel in ipſa matrimonij celebratione, elapſaque ſint tempora ad excipiendum, non ſolum præiudicat creditoribus ipſius mariti, ſed etiam vxor præfertur illis in ea dote.*

*Declara tamen, vt ibi.*

5 *Renunciatio exceptioni, non numeratæ dotis, facta à marito, non nocet eius creditoribus.*

6 *Confeſſio dotis receptæ ſi fuit facta à marito conſtante matrimonio, quando noceat creditoribus, & quando non.*

7 *Promiſſio dotis ſi ante matrimonio præceſſit, & conſtante matrimonio ſubſecuta eſt confeſſio dotis receptæ, an vxor in tali dote præferatur creditoribus mariti.*

GLoſſa Accurſij l. aſſiduis. ver. datæ C. q̃ pot. in pig. hab. indiſtinctè docuit, dotem confeſ
1 ſatam non nocere † creditoribus mariti, ſed ſemper, vt ipſi præferãtur vxori in dote ſolũ cõfeſſata, opponere poſſe exceptionẽ non numeratæ dotis, ita vt, ſi vxor, aut hæredes illius, nõ probent verè numeratam fuiſſe, ipſi præferantur, in ea dote vxori. Eandẽ opinionẽ ſequuti ſunt Imol. & alij, quos Alua. Valaſ. conſul. 6. nu. 2. refert Bart. verò l. aſſiduis citata, cuius opinionẽ refert additio ad gloſ. Accurſij citatam, & alij cenſent, ſi nondum lapſa ſint tempora marito, & hæredibus ipſius, conceſſa ad excipiendum, dotem non fuiſſe numeratam, neque maritus exceptioni renunciauit, tũc creditores mariti excipere aduerſus vxorem, aut hæredes illius, poſſe dotem non fuiſſe numeratã, atque præferri vxori, & hæredib. vxoris, ſi non probẽt, numeratam fuiſſe: ſi aũt, vel ipa exceptionis opponendæ ſint lapſa, vel maritus renũciauit ei exceptioni, tunc vxorem præferri creditoribus mariti, ẽt ſi anteriores habeãt tacitas hypothecas, iuxta ea quæ diſp. 438. dicta ſunt. Alex. verò l. 1. ff. ſolut. mat. cum in cæteris cum Bart. conueniat, arbitratur renunciationem exceptionis factam à marito, nullũ præiudiciũ creditoribus afferre, quia intra totum tempus marito, & hæredibus ipſius ad excipiendum datum, ipſi excipere poſſint, dotẽ non fuiſſe numeratam. Hæc tamen diſputatio ſequentibus concluſionibus eſt ditimenda.

2 Prima concluſio. Si de fraude † cõfeſſionis dotis receptæ, cõſtet probationibus, aut coniecturis, nunq̃ ea cõfeſsio creditorib. mariti nocebit. Hæc eſt perſpicua eãq. affirmãt Alu. Val. cõſul. 6. citata. nu. 3. & Cou. 1. var. reſ. c. 7. n. 7. ver. 2. ex eadẽ, atq; alij, quos citant. aitq; Alua. Valaſ. cũ Alciato rẽ hãc iudicis arbitrio eſſe cõmittendã, qñ probatio, aut coniecturæ, ad id ſufficientes ſint. Eandẽ confirmant authentica, ſed iam neceſſe. C. de don. ante nup. & alia iura, quæ Aluar. Valaſ. citat.

3 Secunda concluſio. Interim † dũ nõ sũt elapſa tpa exceptionis non numeratæ dotis, ſi maritus exceptioni illi non renunciauit, ſola cõfeſsio mariti dotis receptæ, non præiudicat creditoribus mariti, ẽt ſi ſolum ius hẽant perſonale, ſed excipere aduerſus vxorẽ, & hæredes illius, poſſunt, dotẽ non fuiſſe numeratã. In hac oẽs cõueniũt, vt cõſtat ex doctoribus quos referũt, ac ſequuntur Alua. Vala. vbi ſup. concluſ. 2. Ant. Gom. l. 50. Tau. n. 52. & Cou. 1. var. reſ. c. 7. nu. 7. Colligit præterea apertè ex l. ſi cui. C. de non nu. pec. Vbi hẽ, qñ principali debitori exceptio competit, ſiue non numeratæ pecuniæ, ſiue non numeratæ dotis, eſto illam nõ opposuerit, poſſe nihilominus creditores illius eam opponere: q̃ ſane vt minimum eſt verũ, atque ab omnibus receptũ interim dum durat tempus, in quo principalis debitor poteſt illam opponere.

4 Tertia cõcluſio. Si cõfeſsio † dotis receptę facta fuit ante matrimoniũ celebratũ, aut in ipſa matrimonij celebratione, lapſaq; ſunt tpa marito, atq; hæredib. illius ad excipiendũ conceſſa, tunc creditores mariti excipere non pñt aduerſus vxorẽ, & hæredes illius, dotem non fuiſſe numeratam, ſed vxor pferẽ illis in ea dote, ẽt ſi anteriores hẽant tacitas hypothecas in bonis mariti. Hęc eſt Bar. vbi ſup. & cõis, vt referunt ac ſequunt Ant. Go. l. 50. Tau. n. 52. & Cou. nu. 7. citato, ver. de creditorib. ver. q̃ pterea apparet, & pſertim ver. q̃ ſi cõfeſsio. Atque optimè Ant. Gom. vbi ſup. & Cou. ver. q̃ pterea apparet, explicant legẽ ſi cui. C. de non numecunia, quòd ſolũ velit, quamuis regulariter nullus poſsit vti priuilegio alteri cõceſſo illo inuito; nihilominus creditores hac in parte, etiam inuito, & non opponente exceptionem ipſorum debitore, poſsint ipſi illam opponere, intra tps iſi debitori conceſſum, cum nõ maius, neq; aliud, priuilegiũ ſit ipſis cõceſſum, quã ipſorũ debitori. Obſeruant tñ Ant. Gom. nu. 52. citato, Aluar. Valaſ. con-

consult. 6. citata in calce. nu. 5. & alij, quos citant, si creditores toto eo tpe idcirco eam exceptionē opponere vxori, & hæredibus illius, omisisset, qđ ignorarent illā marito cōpetere, tunc ex clausula generali eis succurri beneficio restitutionis in integrū. Quamuis aūt Alu. Valas. nu. 5. citato tertiā hanc nostram conclusionem tamq̄ cōem statuere videatur, & iuxta eam in praxi. num. 12. iudicati affirmet; eodem tñ nu. 12. duob. sequētib., potius amplectendā censet opinionē Accursij, nempe ēt post tpa ad excipiendū data principali debitori, competere illius creditoribus ius ad excipiēdum non numeratā fuisse pecuniā, aut dotē, ac proinde præponi non debere vxorē quo ad talē dotē creditorib. mariti: quia, inquit, sola confessio mariti, q ad vxorē solet esse valde affectus, non debet præiudicium afferre mariti creditoribus. Adhærendum tñ arbitror cōi opinioni: qm̄ confessio debiti in reliquis euentibus pro traditione hr; in debito aūt mutui, & dotis, ex peculiari priuilegio est concessum debitoribus excipere, idemque ad creditores debitoris est extensum. l. si cui. C. de nō num. pecun. cæterum non aliter, neque in longius tempus quam debitoribus ipsis sit concessum.

In euentu huius tertiæ conclusionis benè Couar. vbi supra, ver. ex præmissis, affirmat, esto debitū creditorum sit ex cā mutui, aut dotis, vel ex quocunq; alio titulo, & siue aduersus eos cōpetat ēt exceptio non numeratæ pecuniæ, siue non, semper vxorem illis præferri. Qm̄, si in euentū huius conclusionis, quando, quod debetur a marito, est certū, præfertur vxor creditoribus, esto tacitas habeant anteriores hypothecas, longe maiori cū ratione præferetur, qñ debitū non est adeo firmū, sed competit aduersus creditores mariti exceptio non nume. pecun. Neque Aluar. Valas. vbi supra nu. 8. & 9. videtur refragari. Quoniam, vt constat ex conclusione, quam nu. 10. subiungit, nō loquitur in euentu nostræ tertiæ conclusionis.

5 Quarta conclusio. Renunciatio ✝ exceptioni non numeratæ dotis facta a marito, licèt sibi, & suis hæredibus noceat, non tamen creditorib. mariti: quare, illa nihil impediente, excipere intra tpe ad excipiendum concessa possunt, numeratā non fuisse dotem. Hæc est aduersus Bart. & multos alios, quos Ant. Gome. nu. 52. citato sequitur, eam tamen cum Alex. & alijs, affirmant Cou. 1. var. res. c. 7. nu. 7. ver. quod si confessio, & Aluar. Valas. vbi supra nu. 6. Ratio autem est, quoniam licèt maritus in suum, suorumq; hæredum detrimentum, renunciare possit priuilegio excipiendi intra illa tempora ipsi concesso, non tamen priuilegio creditoribus, in ipsorum commodum, ac bonum intra eadem tempora concesso.

6 Quinta conclusio. Quando concessio ✝ dotis receptæ facta a marito fuit constante iā matrimonio, esto lapsa sint tēpora marito, & hæredibus illius, ad excipiendum non fuisse numeratam dotē concessa, vxor, & hæredes illius non præferuntur creditoribus mariti, sed excipere creditores possunt, numeratā non fuisse dotem. Hanc affirmant Cou. 1. var. res. c. 7. nu. 7. Ant. Gom. l. 50. Tau. nu. 52. & Alua. Valas. consult. 5. citata in calce num. 11. est q; Bart. consentanea, vt Couarr. vbi supra vers. 9 præterea, ostendit. Confirmatur, quoniā confessio eo tpe facta, præsumitur donatio viri in vxorem, vt disput. præcedente dictum est: in donatis autem à viro vxori, non præfertur vxor alijs creditoribus, vt ibidem etiam dictum est.

Qñ confessio dotis receptæ facta esset cōstante iam matrimonio tunc, si creditores mariti ex sola confessione mariti probent suū debitū titulo emptionis, depositi aut alio, qui nō sit mutui, aut dotis, præferendi sunt vxori quo ad talem dotem a marito confessatā. Quoniā eiusmodi titulis sola confessio debitoris probat sufficienter debitū, qñ non constat de fraude talis confessionis. Si autem ex sola cōfessione mutui id probent, tunc, si elapsum sit biennium concessum ad excipiendum numeratam non fuisse pecuniā, neq. constet de fraude confessionis, idē erit dicendum; alioquin eiusmodi creditores, & ab vxore, & ab hæredib. mariti defuncti excludentur, exceptionem non numeratæ pecuniæ, atq; adeò prævalebit vxor, si elapsa sint tempora exceptionis non numeratæ dotis. Atque iuxta hæc approbanda sunt, quæ Alu. Valas. vbi supra, nu. 8. & 9. & Coua. nu. 7. citato ver. ex præmissis, hac de re. cum alijs tradunt.

7 Dubium est. Quid si ante ✝ matrimoniū præcessisset promissio dotis, & constante iā mātimonio subsequuta est cōfessio dotis receptæ, præferturne tunc vxor in ea dote creditorib. mariti? Cotta. in prin. nu. 7. citati, & Alu. Valas. ubi supr. nu. 11. referunt, non solū multos id asseuerare, sed ēt Matthæum de Afflictis affirmare unanimi cōsensu Senatus Neapolitani id fuisse definitū, Regiaque sanctione fuisse postea confirmatū. Ducunt hi oēs autores, qm̄ in eo euentu ius vehemēter p̄sumit, traditam fuisse dotē, eaq, de causa negat marito, & hæredibus illius, exceptionē non numeratæ dotis, vt disput. præcedente uisum est; quo fit, ut in eo euentu non minus præferenda sit uxor, quo ad dotem, creditoribus mariti, quàm si cōstaret, numeratā fuisse: Alua. tñ Valas. ibid. nu. 15. contrarium affirmat: qm̄ præsumptio illa, atque denegatio in eo euentu exceptionis dotis non numeratæ, solum est comparatione mariti, & hæredū illius, quibus potuit eo modo p̄iudicare; non verò cōparatione creditorum. Ad eandem etiam sanctionem uidetur accedere Coua. num. 7. citato cum Baldo Nouello, præsertim quādo tempore confessionis grauatus erat iam maritus ære alieno.

Illud postremò cum Coua. in calce nu. 7. citatus, & alijs, quos refert, est obseruandū. Quæ hac, & præcedente disputatione dicta sunt de dote à marito confessata, potissimum habere locū in bonis mobilibus. Si enim maritus confessus esset se bona aliqua immobilia accepisse in dotem, sanè, si de traditione nō constaret, neque uxor, aut hæredes illius, exprimerent ac sufficienter probarent, quæ illa essent, & quòd marito in dotem fuissent tradita, confessio illa tamquam mentita, & nulla reputaretur: quoniam satis perspicuum est, si quę bona immobilia fuissent illi tradita, facilè debere constare, q̄ illa essent, fuisséque aliqñ uxoris, aut alterius, qui uxoris loco ea tradidisset in dotem.



Digitized by Google

## Quæ alia bona extrahant vxor, & hæredes illius, & quibus priuilegijs ea gaudeant. Quæ item maritus, aut hæredes illius, & quomodo partitio absoluatur.

### DISPVT. CCCCXLI.

*SVMMARIVM.*

1 *Vxor etiam in bonis paraphernalibus habet tacitã hypothecam in bonis mariti, dummodo ea ipse administrauerit.*

*Priuilegium tamen prælationis non habet contra alios creditores anteriores, cùm soli doti inuenitur concessum, nu. 2.*

3 *Vxor vltra bona paraphernalia extrahit etiã de bonis mariti sponsalitiam largitatem.*

*Item donationem dissoluto matrimonio confirmatam, & arrhas sibi promissas. nu. 4. 5.*

6 *Arrhæ soluendæ sunt vxori de solis boni viri, facta prius inter virum, & uxorem diuisione etiã lucrorum.*

7 *Partitio bonorum quomodo facienda inter uirum, et uxorem, aut eorum hæredes.*

A Disput. 438. dicere cœpimus de partitione bonorum inter coniuges, aut ipsorum hæredes, dissoluto matrimonio. Atque circa dotem, quam vxor, aut hæredes illius, ante omnia extrahunt, tam multa tribus disputationib. præcedentibus dicta sunt. Nũc eandem bonorum partitionem prosequamur, atque absoluamus. Vltra dotẽ extrahunt deinde vxor, aut hæredes illius, bona
1 omnia paraphernalia vxoris. Pro eis † autẽ sunt ẽt tacite hypothecata bona omnia mariti, dũmodo maritus tacitè, vel expressè, habuerit administrationem eorum paraphernalium bonorum, vt regulariter eam habent in Castellæ, & Lusitaniæ Regnis, vt supra dictum est sæpe. Ita habetur l. vltim. C. de pact. conuen. l. vbi adhuc, iũcta glo. ibi, C. de iure dot, & l. 17. titul. 11. part. 4. & affirmat cõis doctorum sniã, quam referunt, ac sequũtur, Greg. Lop. l. 17. citata, Ant. Gom. l. 50. Taur. nu. 40. Cou. 1. var. res. c. 7. nu. 1. & Gutier. de iur. cõfirm par. 1. c. 46. Non † tamẽ mulier quo ad eiusmodi bona habet priuilegium prælationis alijs
2 creditoribus anterioribus; quoniam priuilegium prælationis soli doti inuenitur cõcessum. Ita affirmat gl. l. si ego. §. dotis. ff. de iure dot. & cõis doctorum sniã, quam vbi supra referunt, ac sequuntur Ant. Gom, Couar. Greg. Lop. & Gutier.

3 Vltra † bona paraphernalia extrahit vxor spõsalitiã largitatem, de qua dispu. 296. dictum est, si q̃ tamẽ accepit neq; ipsa in suo vsu eã cõsumpsit. In Regno tñ Castellæ, vt disp. 290. & 431. dictũ est, si ꝓmissæ ẽt illi fuerunt arrhæ, solũ extrahere põt arrhas, vel sponsalitiam largitatem, prout ipsa, aut hæredes ipsius, maluerint, Ant. Gom. l. 50. Taur. nu. 42. asseuerat, cõpetere vxori tacitam hypothecam in bonis mariti pro sponsalitia largitate, si eã maritus cõstante matrimonio alienauit, sed non hẽ ius prælationis comparatione creditorũ mariti. Non tamen video ius, neq; ipse illud citat, vnde eiusmodi tacita hypotheca colligatur. Decis.

4 Si quid item † matrimonio constante donatũ à viro fuit, vxori, & saltẽ dissoluto matrimonio, confirmata fuit donatio iuxta ea, quæ dispu. 289. dicta sunt, illud etiam extrahit vxor, si eo tempore reperiatur. Non tamen circa hæc donata habet hypothecam tacitam in bonis mariti.

5 Vltra † hæc oĩa debentur vxori arrhæ, si q̃ illi ritè promissæ sunt. Pro eis affirmat Ant. Gom. n. 41. citato hẽ vxorẽ tacitè hypothecata bona mariti; sine priuilegio tñ prælationis alijs creditoribus. Cæterum id arbitror esse falsum: qm̃ non est text. vñ id colligatur. Et qm̃ de iure cõi non erant in vsu in significatione, de qua nũc loq mur, vt disp. 431. ostẽsum est. Quo fit, vt pro arrhis in ea significatione de iure cõi tacita hypotheca nõ sit concessa. Nisi ergo contractu peculiari maritus bona sua pro solutione arrharum obliget, non competit vxori hypotheca pro illis in bonis viri.

Vtrum aut arrhæ soluẽdæ vxori sint de lucris cõibus viro cum vxore si q̃ dissolũto matrimonio fuerint reperta, an verò de solis bonis viri, facta prius inter virum, & vxorem diuisione, ẽt lucro-
6 rum. Dicendum † est, soluẽdas esse de solis bonis viri. Primò, qm̃ illud est debitum solius viri cõparatione vxoris: ergo de solis bonis viri est soluendum, non verò dimidiũ de bonis viri, & dimidiũ aliud de bonis vxoris. Secundò, qm̃ qñ nulla sũt lucra, arrhæ integræ soluuntur de capitali solius viri: ergo, vt semper æqualitas comparatione vxorum seruetur, etiã qñ sunt lucra, soluendæ sunt de sola portione viri, non aũt de bonis vtriq; cõibus. Tertiò, qm̃ sola ea debita, quæ post celebratũ matrimonium cœptam q́ne societatem ad lucra contrahuntur, soluuntur de lucris cõibus: arrhæ autẽ promittuntur a marito ante cœptam societatem, viq́e eius contractus, subsequuto posteà matrimonio ab eo debentur: ergo de solis mariti bonis sunt soluendæ. Atq; hac de causa non cõputamus modo arrhas cum capitali, quod vxor, aut hæredes ipsius extrahunt ante lucra; sed illas reseruamus tamq̃ debitum, post lucra oĩa diuisa, soluendum de solis bonis mariti. Hæc de capitali, quòd vxor, aut hæredes illius, extrahunt ante omnia de bonis quæ tempore dissoluti matrimonij competiuntur, diuidendaq; sunt inter coniuges, aut inter superstitem, & hæredes defuncti.

7 Postea vir, aut † hæredes ipsius, extrahũt totũ viri capitali, quod disp. 433. explicatum fuit. Extrahunt verò illud, si supersint bona vnde extrahatur; alioquin totum illius detrimentum ad solũ virũ, hæredesq; ipsius pertinet. Si aũt, extractis capitalib. vtriusq; cõiugis, solutisq; omnib. debitis, supersint aliqua bona, illa dñt bona superlucrata vtrique coniugi cõia, diuidendaque sunt in duas medietates, atq. vna pertinet ad virũ, aut ad hæredes viri, & altera ad vxorem, aut ad hæredes vxoris. Insuper autem de bonis viri soluendæ sũt vxori, aut hæredib. vxoris arrhæ, si q̃ fuerunt ritè vxori ꝓmissæ. Atq; ita absoluitur partitio bonorũ inter vir. & vxor. Quæ autẽ vir, aut vxor, acci-

pere

pere debeant peculiariter, seu cõputare in partes suas, varijs in locis explanatũ est in progressu huius operis. de iustitia, & quæ explananda supersunt, suis in locis subijciemus in sequentib. Simili modo faciendæ est diuisio bonorũ inter cõiuges, qñ bona alterius eorum pp crimen hæreseos, aut aliud confiscantur. Capitale quippe eius cõiugis cuius bona confiscantur, cum dimidio lucrorum, quæ reperta fuerint ad ipsum vsqùe ad lata sniam pertinere, & insuper arrhæ, si vxor fuerit, cui arrhæ debeantur, pertinent ad fiscum. alteri autem coniugi integra sua omnia bona manent.

Qñ vxor attulit officiũ, aut inter bona superlecta inueniũtur munera aliqua, & officia, vt *regimiento* in hoc Castellæ Regno pretio æstimabilia, quæ in se diuidi nequeunt, quin & quorũ mulier capax non sit, qũ æstimatio ad dotem aut capitale vxoris pertineat, aut dimidium æstimationis, tamquam bonum superlucratum ad ipsam spectet, & qñ non. disp. 241. dictũ est. Cou. 3. var. resol. c. 19. nu. 5. ait. Si vir constante mrimonio de cõib. bonis sibi cũ vxore Ecclesiã ædificet, eiusq; patronatum præsentandi in ea sibi reseruet, ius illud cõe esse vxori cũ viro, vxoremq; ad hæredes suos transmittere ius vicissim cũ hæredibus viri præsentandi. Licet. n. ius illud indiuiduũ in se sit, atq; totũ totaliter iuris, sed partialiter illud habeatis, cõpetat hæredibus viri, & hæredibus vxoris, est tñ diuiduum quo ad exercitiũ præsentãdi, atque eo modo posse eos illud diuidere inter se.

**Intra quantum tempus, dissoluto matrimonio, dos sit soluenda vxori, aut hæredibus illius. A quo tempore fructus dotis ad eam pertineant. Et quousque alenda sit, dum dos ei non soluitur. Ac num maritus solum teneatur ad soluendam dotem, in quantum facere possit.**

## DISPVTATIO CCCCXLII.

### SVMMARIVM.

1 *Dos, & alia bona mulieris intra quantum tempus sint soluenda ab hæredibus viri ipsi mulieri, vel eius hæredibus.*
*Et quid de iure Castellæ, & Lusitaniæ. nu. 2.*
3 *Dotis fructus a quo tpe incipiant deberi mulieri.*
4 *Vxor alenda est de bonis viri, si aliunde non bẽat, donec ei dos soluatur.*
*Et multo magis, si prægnans remansit, siue dos sit ei tradita, siue non. nu. 5.*
*Et quid in Lusitania seruatur.*
6 *Maritus ad solutionem dotis tenetur, in quantum facere potest.*
*Declara tamen, vt ibi.*
*Idem dicendum in quibusdam alijs personis, qui hoc priuilegio potiuntur. nu. 7.*

VT disp. 235. dictum est, de iure cõi, non solũ qñ dissoluitur matrimoniũ morte vxoris, manet vir in possessione bonorum tamquã familiæ caput, ab eoq; hæredes vxoris accipere debẽt, quæ ad eam spectant, sed ẽt, qñ matrimoniũ viri morte finitus, hæredes viri manent in possessione bonorũ tamquam caput familiæ, ab eisq; accipit vxor vidua, quæ ad ipsã pertinent. Atq; idẽ seruatur in Lusitania, qñ aliqui contractu arrharũ, & dotis celebratũt matrimoniũ, excepto quo ad bona, quæ, dissoluto matrimonio, reperta fuerint cõmunia vtriusque coniugis: dissoluto. n. matrimõnio morte viri, vxor manet in possessione horum bonorum, ab eaq; hæredes viri accipere dẽnt portionem, quæ ad virum attinebat. Ita hẽ 4. lib. ord. tit. 7. §. 4. Sæpe ẽt in eodem Regno deduci in instrs dotalib. solet in pactũ, q vxor, si mrimoniũ viri morte dissoluatur, maneat tamquam familiæ caput in possessione oium bonorum, ab eaq; hæredes viri accipiant, quæ ad virum spectãt: atque iuxta ordinationes eius Regni standũ est tali pacto. Iuxta hæc † ergo primo loco q̃rimus, in euẽ- 1
tibus in quibus vxor, & hæredes illius, accipere dẽnt dotem, & alia bona vxoris, de manu viri, aut hæredũ illius, intra quantũ ipſs sint ei soluenda.

Quamuis quondã de iure communi fuerit sanctum, vt vir, aut hæredes illius, tenerentur restituere dotẽ annua, bima, trima die, i. intra tres annos restituendo singulis annis die vltima singulorum vnam tertiam partem, nihilominus tñ hodie constitutum est, vt dos, qñ consistit in bonis immobilib. inæstimatis, statim absq; mora quo ad ea bona restituatur: qñ verò consistit in rebus mobilibus, aut se mouentibus, vel in mribus incorporalibus mæstimatis, aut denique qñ certa summa in valore est reddenda, tunc quo ad hæc omnia dos restituatur intra annum a die soluti matrimonij. Ita hẽ expresse l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. act. cuius verba sunt. *Exactio aũt dotis celebretur non annua, bima, trima die, sed omni modo intra annum in rebus mobilibus, vel se mouentibus, vel in corporalibus: cæteris videlicet rebus, quæ solo continentur, illico restituendis.* Idem hẽ l. pen. tit. 11. part. 4. affirmat communis doctorum sententia, quam Ant. Gom. l. 50. Tau. n. 46. 2
refert, ac sequitur. Vbi subiungit, iam † hodie in Regno Castellæ solere in dotalibus instrumentis deduci in pactum, vt dos soluatur intra triginta dies a dissoluto matrimonio, standumq; esse tali pacto, aut cuicunque alteri, quod ea in parte fuerit adhibitum, iuxta l. vnicam. §. cum autẽ. C. de rei vxor. act. Eundem morem credo seruari in Lusitania. Illud obserua, transacto tempore, intra qd dos erat restituenda, mulier, atque hæredes illius, agere posse ad interesse, vt colligitur ex l. vnica. §. fin autem. C. de rei vxo. act. & affirmant Molin. lib. 4. de primog. c. 5. nu. 6. Ant. Gom. l. 50. Taur. nu. 48. & doctores communiter.

Quod ad fructus dotis attinet, distinguẽdũ est. Qm̃, si res † dotales sint immobiles, atq. marito traditæ fuerint inæstimatæ, tunc fructus earum a die soluti matrimonij pertinent ad vxorẽ, aut ad hæredes vxoris. Similiter si sint res mobiles traditæ inæstimatæ, atq; fructiferæ, earũ ẽt fructꝰ a die soluti matrimonij pertinent ad vxorẽ, aut ad hæ- 3

redes vxoris, vt fructus pecorũ, mercedes nauis locatæ, iumentorum, ac mancipiorum locatorũ, atque idem die de pensionibus iurium; vsus tamẽ horum omnium reddituum, atque etiã dotis, quæ in summa consistit, quam maritus soluere teneatur vxori, spectat ad maritum, aut ad hæredes mariti, per toto eis iure aut pacto, concesso ad sustinendam dotem. Ita habetur l. vnica. §. sin autẽ, ver. fructibus. C. de rei vxor. act. cuius verba sunt. *Fructibus immobilium rerũ parti mulieris ex tempore dissoluti matrimonij præstãdis, similiq; modo pensionibus, vel necturis nauium, siue iumẽtorum, vel operis seruorũ, vel quæstu ciuilium annonarũ, & aliis, quæ sunt eis similia, parti mulieris restituendis.* Idẽ affirmat cõis doctorum sẽtia, quam Ant. Gom. l. 50. Tau. nu. 47. refert, ac sequitur.

4 † Interim dum dos vxori non traditur intra ipsius iure aut pacto, constitutum, præstanda sunt ei alimẽta si aliunde ea non habeat, atque illa petat. Quòd si fructus aliqui dotis, suorumq, bonorum, ad ipsam eo tempore iuxta proximè dicta spectent, de eis est sustentanda, & si quid desit, de bonis mariti est supplendum. Hoc tñ priuilegiũ solius est vxoris, non verò hæredum illius, quasi illi intra id tempus debeant prædicto modo sustẽtari. Eo ẽt tẽpore tenetur vxor præstare intra domum viri competentes, ac consuetas operas, quas ipsam præstare deceat. Si autem vxor prægnans

5 † manſit, sustentanda oĩno est de bonis mariti, siue dos sit illi tradita, siue non, & siue aliunde hẽat vnde sustentetur, siue non. Præterea, interim dũ dos illi non restituitur, potest vxor retinere domum, in qua cum viro habitabat, & omnia bona, quæ intrà illam fuerint reperta. Hæc omnia Ant. Gom. n. 48. citato iuxta varias glossas, iura, ac doctores, quæ citat. Et ferè oĩa affirmat ẽt Couar. in Epit. in 4. decreta par. 2. c. 3. §. 9. nu. 9. & no. Hoc tñ loco memineris disp. 235. dictum à nobis esse,

Ius Lusitan. in Lusitania maximarum æquitate, attenta societate bonorum inter coniuges saltem ad lucra, dotemq; dari in sustentationem vxoris, consuetudine esse receptum, vt, dissoluto matrimonio, vestes lugubres coniugis superstitis, & funeris sumptus, atque sustentatio vxoris, superstitis, ac familiæ, quousque partitio bonorum inter coniuges fiat, intelligantur facta de cõibus bonis vtriusq; coniugis, si aliqua bona sint superlucrata; alioquin vxor, aut hæredes vxoris omnia integrè extrahunt, quæ iuxta dicta disputationib. præcedentibus, ad vxorem spectant, & reliqua pertinent ad virum, aut ad hæredes viri.

Quod attinet ad vltimum, quòd in titulo huius disputationis propositum est dicendũ est. Ma-

6 ritũ solũ † teneri soluere dotẽ vxoris, quantũ cõmode facere poterit, in sẽsu disp. 413. & in calce disp. 425. Explicato. Nisi tñ dolo suam diminuisset substantiã: nã tunc eã cogeretur soluere, etiam supra id, quod commodè facere posset. Præterea, si maritus commodè nõ possit soluere totã dotẽ, tenetur præstare cautionẽ, qd, si ad pinguẽ fortunã venerit, integram illã soluet. Hæc oĩa hñt expressè l. vnica. §. cũ aũt. C. de rei vxor. act. §. itẽ si de dote. Inst. de act. l. maritũ. l. ẽt. §. licet. ff. solut. matrimo. & l. vlt. tit. 11. par. 4. Si tñ morte mariti dissoluatur matrimonium, hæredes illius tenentur in solidum: quia hoc priuilegium est mariti, & non hæredum. l. marium, & l. quia sale. ff. solũ. matrim. Excipitur, nisi hæredes sint filij eiusdem vxoris: qm̃ hi ẽt solum tenentur, quantum commodè facere possunt. l. etiam, in prin. ff. solut. mat. & l. vlt. tit. 11. par. 4. Socer ẽt vxoris, mariti pater, solum conuenitur ab vxore potest circa dotem, quãtum commodè facere possit. l. rei iudicatæ, §. vlt. ff. sol. matr. Si tamen vxor aliunde non haberet, vnde se aleret, tunc quicunque debitores tenerentur illi tantum suæ dotis tribuere, quantum tali vxori esset necessarium, vt se aleret, etiam faciendo vltra id, qd commodè facere possent: quomodo in hoc casu nullus debitor eo priuilegio gaudet aduersus debitorem, vt cum Bart. Paulo Castrensi, Greg. Lopez, & Gutier. disput. 413. dictum est. Item si in dotem data essent bona aliqua inæstimata marito, tunc, quia dominium eorum pleno iure absque vlla traditione ad vxorem dissoluto matrimonio regreditur, in eis præfertur vxor quibuscunque creditoribus, poteritq; agere in solidum aduersus quoscunq; hæredes mariti, vt ea sibi vendicet, argumento l. Nesennius, §. fundum, ff. de re iudic. Atque idem dicendum esse arbitror de hæreditibus vxoris comparatione mariti superstitis: quoniam ea bona non sunt mariti, vt in eis eo priuilegio gaudeat. Quando itẽ matrimoniũ dissolueretur mariti morte, atque apud maritum reperirentur bona aliqua dotalia, quæ merito tradita essent æstimata, qm̃ hæc ad vxorẽ regrediuntur quo ad dominium, vt inde dos soluatur vxori, vt hẽ l. in rebus. C. de iure dot. & disp. 426. dictum est, vtique circa ea, neque filij vxoris, mariti hæredes, neque socer, priuilegio illo gaudẽt. Lege quo ad hæc omnia Ant. Gom. l. 50. Tau. n. 49.

## Dos, & bona vxoris vbi exigantur. Et iuxta cuius loci leges celebratus censeatur matrimonij contractus. Ac quousque causa dotis ad Ecclesiasticum iudicem attineat.

## DISPVTATIO CCCCXLIII.

### SVMMARIVM.

1 *Dos exigitur in loco domicilij mariti tempore, quo celebratus fuit contractus, ex communi.*

2 *Leges, & consuetudines loci attendendæ sunt, in quo maritus tempore celebrationis contractus dotis habebat domicilium, non illius, in quo fuit celebratus contractus.*

3 *Consilium pro muliere, quæ contrahit matrimoniũ cum alienigena.*

4 *Iudex ecclesiasticus incidenter cognoscere potest de causa dotis.*

PEculiare est in matrimonij contractu, quòd dos non exigatur in loco, in quo contractus

1 fuit celebratus, sed in † loco domicilij mariti tempore, quo celebratus fuit contractus.

Ratio

Ratio est qm̃ vxor sequi tenet maritũ, eaq; de cã mariti domicilio sortitur. Ita, pp hanc ipsam rationem definitur l. exigere dotem. ff. de iudicijs, atque affirmat Bart. & cõis doctorum sententia, quã refert, ac sequuntur Couar. in Epitom. par. 2. c. 7. in pein. nu. 6. & Ant. Gom. l. 50. Taur. nu. 50.

2 Propter † eandẽ rationem, quando aliud non fuit expressum in contractu, standum est consuetudinibus, & legibus loci, in quo marius tempore celebrationis contractus habebat domicilium, non verò in quo fuit celebratus contractus, aut in quo vxor habebat domicilium, tam circa communicanda lucra, aut administranda paraphernalia bona vxoris, quam circa quæcunque alia. Ita Bar. & communis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Couar. vbi supra, nu. 7. & Ant. Gom. l. 50. citata nu. 75.

Excipitur, qm̃ matrimoniũ celebratur eo aĩo, vt marius habitet in loco, in quo vxor hẽt domicilium: nam tunc, quoad hæc oĩa, standum est legibus loci domicilij vxoris. Ita Cou. vbi supra, nu. 8. cum multis alijs quos citat; ac sane id recta ratio efflagitat. Idẽ est, si in quocunq; alio loco vir, & vxor contrahant animo ibi habitandi: tunc n. legibus, & consuetudinibus eius loci est stãdum.

Quòd si celebrent matrimonium in vno loco animo ibi commorandi, vt regulariter euenire solet, & postea migrent in alium locum animo ibi perpetuo commorandi, sintq; in vtroq; loco diuersæ leges, & consuetudines, tunc stãdum est legibus, & cõsuetudinibus loci, in quo celebratum fuit matrimonium, non verò legibus loci, quo migrarunt. Atque hoc solum est, quod definit l. 24. tit. 11. par. 4. si rectè expendatur, vt bene cum Roderico Xuarez affirmat Couar. nu. 8. & citato, & tandem ad eandem legem consentit Greg. Lopez. non verò quasi lex illa repugnare ijs velit, quę habemus ex iure communi cum communi doctorũ sententia definiuimus, quicquid in contrarium perperam Anto. Gom. duobus modis citatis contendat. Neque nobis probatur, quod Greg. Lopez ad l. citatam contendit.

Nempe si in vno loco celebratus sit contractus aĩo ibi cõmorandi, in quo quædam leges, & consuetudines sint quoad lucra, & postea migrent in alium animo ibi commorandi, in quo diuersę sint leges, quoad acquisita quidem in priori loco, stãdum esse legibus, & consuetudinibus eius loci: quoad acquisita verò in posteriori loco, standum similiter esse legibus, & consuetudinibus posterioris loci. Hoc, inquam, nobis non probat. Qm̃ contractus matrimonij in totam vitam celebratur, conferturq; proinde in totam vitam celebratus iuxta leges, & consuetudines loci in quo celebratur, & iuxta alia pacta expressa tunc apposita.

3 Quando † mulierem cum alien gena contrahit aĩo migrandi cum illo, inquirat leges, & consuetudines loci, quo migrat, aut deducat, quæ voluerit, in pactum; alioquin sibi ipsi imputet, si in suũ præiudicium iuxta leges loci, quo migrat, contraxerit: præsertim quando maritus bona fide cum ea celebrauit contractum, non intendendo ea via illam ignorantem circumuenire. Quando autem vxor ignorabat eum, cum quo contrahebat, alterius esse regionis, atque animo commorandi in loco, in quo contrahebat, matrimonium celebrauit, tunc standum est legibus, & consuetudinibus loci, in quo contractus fuit celebratus. Consentit in his Couar. vbi supra.

4 Cum † causa dote in se sit merè secularis, atque inter personas laicas, vtique cognoscere de illa principaliter ad solos iudices seculares spectat: incidenter tamen, & accessoriè, de ea cognoscere etiam potest iudex Ecclesiasticus, ac præcipere, & cogere, vt soluatur. Vt si principaliter cognoscat de matrimonio, validumne sit, an non, vel num legitimæ causæ sint ad faciendum diuortium, potest simul præcipere, vt dos soluatur marito, aut vt maritus eam restituat vxori.

Item gl. c. de prudentia, consentaneè ad textum ibi, de donat. inter virum, & vxorem. Atque iuxta hanc doctrinam intelligenda sunt multa canonica iura, quæ sonant, ad Ecclesiasticum iudicem pertinere cognoscere de dote. Lege inter alios Anton. Gom. l. 50. Taur. nu. 53.

## Emphyteusis vnde dicta.

### DISP. VT. CCCCXLIIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Emphyteusis vnde dicta, cum aliquorum opinionibus relatis.*

POst contractum societatis, dicendum est de contractibus, quibus aliquid conceditur ad vsum, vel fructus, retento dominio, saltem directo, rei, quæ ita conceditur. Eiusmodi sunt Emphyteusis, feudum, liuellarius contractus, superficiarius, & locatio, ac conductio. Ordiendum verò nobis erit ab emphyteusi, simulque suscipiemus sermonem de contractibus liuellario, ac superficiario si quid addendum fuerit his, quæ disput. 10. de his duobus contractibus dicta sunt.

Prætermissa inepta origine vocabuli, emphyteusis, quam Speculator tradit, & Aluar. Valas. de iure emphy. q. 2. nu. 1. refert. Accursius in authentico de non alienandis. §. scire aũt ver. emphyteuseos, ab emponemate affirmat dictã esse emphyteusim, quasi contractum melioration is: emponema. n. græcè idem significat, q latinè melioratio. Idẽ docuit idem Accursius. §. adeo verb. emphyteuseos, Instit. de locatione, & sequuntur Syluest. verb. emphyteusis, & plerunque alij, quos Aluar. Valas. vbi supra. nu. 2. refert. Reddit verò rõnem Accursius, glossa posteriori loco citata: qm̃ sterilia solum consueuerunt à principio tradi in emphyteusim, vt meliorarentur, atq; ad cultũ reducerentur: tametsi addat, hodie fertilia ét, & quæ meliorandæ nõ creditur, in emphyteusim cõcedi.

Neque enim est necesse, vt id, vnde nomen est impositum, oĩbus vniuersim conueniat, quibus nomen accommodatur. Alij rectius cum Alciato, & plerisque alijs, quos Aluar. Valas. loco citato, num. 3. refert ac sequitur, & quorum sententiam probat Calepinus verb. emphyteusis, arbitrantur,

trantur, emphyteusim dicta esse ab emphyteusi verbo græco, qđ latinè significat in sero, ac cõsero, quasi emphyteusis idẽ sit, quod plantatio, & dari aliquid ad emphyteusim, idẽ sit, quod dari ad plãtationẽ, seu cultum; eo q, vt dictũ est, à principio sola inculta, ac deserta, consueuerint tradi hoc cõtractu quo ad vsũ, & fructus, vtileve dñium, pro modica pẽsione, vt ad cultũ reducerentur, & meliora, ac vtiliora fierẽt. Licet autem vtraque deductio, quo ad rem, atq. effectum, in idem recidat; posterior tamen verior, ac germana videtur.

Rectè autem Aluar. Valas. vbi supra. nu. 5. & q. 1. nu 5. ẽt improbat Alciati, & Paris de Puteo sniam, qui, hac origine verbi emphyteusi ducti, asseruerunt, de rõne cõtractus emphyteutici esse, vt quod eo contractu traditur, ac suscipitur, res sterilis, ac infructuosa sit. Contrarium quippe cũ glossa Accursij citata affirmat cõis doctorum sententia, vsusq; obtinuit, & colligitur apertè ex authentica perpetua C. de s croſan. eccl. ex authentico de non alienandis §. quia verò Leonis, & ex c. ea enim. §. perpetua. 10. q. 1. Neque enim necesse est, vt id, vnde nomen est impositum, ijs omnibus conueniat, quibus nomen accommodatur.

## Emphyteusis quid.

### DISPVTATIO CCCCXLV.

*SVMMARIVM.*

1 *Emphyteusis quid, & in quibus differat à locatione, & conductione, & nu. 2.*
3 *Emphyteusis vsque ad quod tempus cõcedi possunt.*
4 *Locatio duplex.*
5 *Locatio facta ad longum tempus, de quo tempore intelligatur.*
6 *Locatione ad longum tempus vtile dominium, vsque in re, & possessio acquiritur.*
7 *Emphyteusis, & locatio ad longum tempus, an distincti sint contractus, an non.*
8 *Emphyteusis, & locatio ad longum tempus quot modis in iure accipiantur, & nu. seq.*
10 *Emphyteutica ius, et ius meliorationem, quas emphyteuta in re emphyteutica facit, diuersa sunt.*

PRætermissis alijs definitionibus, sic possumus diffinire emphyteusim, Est contractus, quo
1 † res immobilis quo ad vtile dñium conceditur sub reali pensione statutis tẽporibus domino proprietatis ea de causa soluenda. Pro genere ponitur contractus. Additur, quo res immobilis: quoniã emphyteuticus contractus esse nequit nisi de re immobili, vt supponunt iura, & colligitur ex l. 2. C. de iure emphy. illis verbis: *A prædijs emphyteuticarijs repellere*, ex §. adeo Insti. de loca. illis verbis: *vt ecce de prædijs, quæ perpetuo quibusdam fruenda traduntur, &c.* ex l. priuatæ. C. de excusa. nu. lib. 10. & ex alijs iuribus, habeturque. l. 3. titu. 14. par. 5. & l. 28. tit. 18. par. 5. affirmatque communis doctorum sniã, quam, inter alios, refert, ac sequitur Aluar. Valas. de iure emphyt. q. 1. nu. 4. & fusius. q. 12. vbi probat, non solum in rebus mobilibus constitui non posse emphyteusim, sed neque in ijs, quæ cum immobilibus computantur, vt in annuis reditibus, etiam perpetuis. Tametsi in eis constitui possit feudum. Illum legito.

2 Atque † in hoc, præter alia, differt emphyteusis à locatione, & conductione, quæ esse etiam possunt de rebus mobilibus. In arboribus autẽ, interim dum solo adhærent, qa eo modo spectatæ cũ solo immobili, in quo radices habent, computantur, censent. Greg. Lopez l. 28. citata glo. 1. & Aluar. Valas. q. 12. citata, cum alijs, quos referunt, cõstitui posse emphyteusim. Additur deinde, quo ad vtile dominium. In quo etiam differt contractus emphyteuticus à locatione, & conductione, quæ transferre non solet dñium, etiam vtile, rei locatæ in conductorem, iuxta l. non solet ff. locati, & l. qui rem. C. eod. tit. contractu verò emphyteutico dñium vtile rei in emphyteusim traditæ, transit, in emphyteutam, iuxta l. 1. & 2. ff. si ager vectig. vel emphyt. Lege quæ de dominio vtili fructuarij, & emphyteutæ disput. 3. dicta sunt.

Præterea additur, sub reali pensione, ad differentiam feudi, in quo personale seruitũ, ac fidelitas soluitur, si feudum merum sit, nihil de emphyteusi habens permixtum, vt q. 10. visum est. Item dictum est, sub reali pensione, non restringendo, quòd soluenda sit in pecunia, aut in aliquo alio: qñ ad rõnem emphyteusis impertinẽs est, in qua re sit pensio soluenda, vt, colligitur ex §. adeo Instit. de locat. & affirmat cõis sententia, quam inter alios, Aluar. Valas. q. 11. citata nu. 7. refert, ac sequitur. Neq; itẽ dictum est, q pensio solui debeat in modica, aut in magna quantitate: quoniã id etiam impertinens est ad rationem emphyteusis, quicquid multi decepti ex verbis Bas. l. 1. C. de iu. emphy. dixerint, asserentes, de ratione emphyteusis esse q pensio soluẽda sit modica, alioqui in contractum transire in locationem, & conductionem ductũ, q à principio, qñ soli agri sterile, & inculti in emphyteusim tradebantur, modica soluebatur pensio, quod ĩ accidentarium oĩno erat huic contractui, non minus, quam accidentarium quoque eidem contractui erat, q soli agri inculti, atq; sterile tũc in emphyteusim traderẽtur, vt rectè cum Laurentio Siluano, Aluar. Valas. vbi supra nu. 8. affirmat. Denique per reliquum definitionis, iunctis præcedentibus particulis, distinguitur emphyteuticus contractus ab emptione, & venditione, atque à reliquis contractibus, quin & à trãslatione emphyteusis de vno emphyteuta in alium, siue id sit titulo venditionis, permutationis, legati, siue quouis alio titulo: ea quippe translatio non est contractus emphyteuticus, sed conditionis, emphyteusis, permutationis, aut alius contractus, vel vltima voluntas, prout fuerit titulus, quo transfertur.

In definitione emphyteusis proposita nihil apposui, quo exprimeretur, an: reseo contractu in perpetuum, an ad aliquem terminũ ipis concederentur: quoniam licèt primæua eius contractus institutione res videantur concessæ in perpetuam emphyteusim, vt colligitur ex §. adeo Instit. de locat. illis; *de prædijs, quæ perpetuo quibusdã fruenda traduntur*, ex l. 1. ff. si ager vect. vel emphyt.

ex l.

Digitized by Google

ex l. q cunque. l. 1. C. de fund. patr. lib. 11. & ex authentico de nõ alien. §. alienationis autẽ nomen, & affirmat cõis doctorum sñia, q̃ Aluar. Valas. q. 1. citata, nu. 12. refert, ac sequitur, quicquid pauci pperam in contrarium asseruerint, atque inde ortum habuisse videatur, vt inter Hispanos nomine
3 *fæteosi*, sola ppetua intelligatur; nihilominus † possunt, ac solẽt, res in emphyteusim concedi, ad vitã eius solũ, cui concedũtur, aut ad duas, vel ad tres generationes (noïe generationis vitã cuiusq; emphyteutæ intelligendo, ita vt, quę emphyteusis ad duas generationes conceditur, censeatur ad duas vitas concessa, quæ verò ad tres generationes, concessa censeatur ad tres vitas, eius videlicet, qui illam accipit, & duas alias) prout inter concedentem, eumque cui conceduntur, fuerit conuentum: pacta enim legem peculiariter in hoc contractu dãt, vt hĩ l. 1. & 2. C. de iure emphy. & §. adeo Instit. de loca. vbi gl. recepta idem ẽt affirmat, & tradũt doctores, quos Aluar. Valas. nu. 12. citato refert, ac sequitur. Neq; emphyteuses, quæ ad vnã, duas, vel tres vitas conceduntur, desinunt esse veræ, ac ppriæ emphyteuses, vt cõiter doctores oẽs agnoscere, ac affirmare Aluar. Valas. nu. citato refert, ac sequitur. Illa quippe affectio, vt in perpetuum res fruenda cõcedatur, accidentaria est contractui emphyteutico, ac proinde, ea variata, non variatur natura, & essentia emphyteutici contractus. Atque ea rõne nihil in definitione apposui, quo exprimeretur, res eo contractu dari in perpetuũ, aut ad certũ terminũ tpis, sed definitionem ita amplam reliqui, vt temporariã, atq; perpetuã emphyteusim suo ambitu cõplecteretur. Quia ergo emphyteuses primæua illarũ institutionẽ darè in ppetuũ cõsueuerunt, cõtractusque, q̃b. dñium transfertur, ppetui censentur, nisi contrarium sit expressum, vt notatur l. vlt. C. de legatis, fauetque ex parte textus ille, meritò cũ Ang. & alijs, colligit Aluar. Valas. nu. 12. citato, qñ emphyteusis cõstituta reperitur, neq; fuit expressum fuisse cõcessam ad certum tps, aut ad certas vitas, censeri cõcessam in ppetuum. Idem asserit Couar. cum multis alijs, quos refert lib. 3. var. res. c. 10. nu. 4. Excipit Aluar. Valas. cũ alijs, quos citat, in emphyteusi Ecclesiastica, q̃ cũ ꝓhibita sit cõcedi vltra tres vitas, vt constat ex authentico de non alien. §. emphyteusim, vtique, nisi ex forma, & contractu cõstet fuisse concessam in perpetuum, in dubio censetur solum concessa ad tres vitas, & cõsentit Couar. 2. var. resol. c. 17. nu. vlt. Idem erit dicendum de emphyteusi seculari, vbi fuerit cõsuetudo solũ concedi ad tres vitas, vt nu. 12. citato ait Aluar. Valas. sibi videri dicendum in Lusitania; eo quòd in eo Regno cõsuetudo sit emphyteuses laicas solũ cõcedi regulariter ad tres vitas. De hac re lege Gamã decis. 276. Porrò circa emphyteuses consuetudini cuiusq. regionis esse stãdũ, qñ aliud nõ exprimitur in cõtractu, tradũt doctores, quos referũt, ac sequũtur Aluar. Valas. ibid. Molina li. 1. de primog. c. 3. nu. 5. & Cou. 3. var. res. c. 10. nu. 4.

Vt verò ad præcipuũ dubium, ꝙ est circa definitionẽ ꝓpositã, deueniamus, obseruandũ est. Du-
4 plicem † esse locationẽ. Quædã. n. est, q̃ dr̃ ad modicum tps, nẽpe infra decennium, vt fere oẽs conueniunt. Alia verò est, q̃ dr̃ ad longum tps. Atque hæc in primis est, q̃ fit ad decẽniũ aut vltra, vt iuxta gl. vlt. Clem. 1 de reb. eccl. nõ alie. & gl. l. 3. ff. si ager vect. vel emph. affirmat cõis doctorũ, vsuq. recepta sñia, q̃ refertur, ac sequuntur Naua. c. cõsuluit. §. desiderat. nu. 5. de pœnit. d. 5. Couar. 2. variar. res. c. 15. nu. 2. & fusius c. 16. nu. 1. Aluar. Valas. de iu. emph. q. 29. n. 5. Mol. lib. 1. de primog. c. 21. n. 29. Aries Pine. l. 1. C. de bon. ma. par. 3. n. 63. Ant. Gom. l. 40. Tau. nu. 84. & Fracisc. Caldas de re nouat. emphy. q. 16. nu. 7. Licet. n. vt ait, gl. l. 1. §. qd autẽ ait ptor, ver. act. ff. de superficieb. & aliæ, iudicis arbitrio sit relinquendum, quodnã appel-
5 landum sit longum tps iudex † tñ noïe longi tpis intelligere dẽt decẽnium, aut vltra, iuxta rub. & l. pen. ac l. vlt. C. de longi temp. ꝓscr. decẽ aut viginti annorum & iuxta l. si cum fideicommissa §. Arist. ff. q & à q̃b. Longè autẽ maiori cum rõne dr̃ locatio ad longum tps illa, q̃ fit ad vitã locantis, aut cõducentis, vt tradunt. Nauar. nu. 5. citato. Cou. 2. var. res. c. 16. nu. 3. Aluar. Valas. vbi supra. nu. 2. Mol. & Aries Pinel. locis citatis, & plerique alij, quos referũt, & colligit ex l. 1. ff. ꝓ socio, vbi societas in ppetuũ appellat, q̃ in totam sociorum vitã ibita est; itẽ colligit ex Clem. 1. de reb. eccl. non alie. & ex alijs iuribus, q̃ Couar. citat. Hũius rei elegantem rõnem reddit Nau. n. 5. citato, qñ vita hoïs longè maior decennio reputatur l. vlt. C. de sacros. Eccl. & l. hr̃ditatum ff. ad l. falci. Qñ autẽ is, in cuius vitam aliquid locatur, tã lõgæuus esset, vt, iuxta suppputationem legis hæreditatum citatæ, non censeretur victurus decem annos, locatio non censeretur in longum tps, vt Couar. nu. 3. citato, ait. Qñ autem locatio fieret in tempus, quo conductor, vel locator voluerit, cum Decio, Soc. iun. & Iasone, cẽsent ẽt Mol. & Aries Pinel. reputandã eam esse locationẽ ad longum tempus. Meritò tñ Alua. vbi supra nu. 4. ad restringẽdum putat, si fiat in tempus, quo voluerit locator.

6 Locationẽ † ad longũ tps vtile dñium iusq. in re transfert in conductorem, & cõsequenter eam cõparat possessionẽ dñij, ac iuris illius, de qua disput. 12. §. dubium tñ emergit, dictum est. Transferri autem vtile dñium, ac ius in re, affirmat cõis doctorum sñia cum Bar. quã referunt, ac sequuntur Alu. Valas. q. 29. citata nu. 1. Cou. 2. var. res. c. 16. nu. 1. Moli. lib. 1. de primog. c. 21. num. 5. Iul. Clar. 5. li. sen. §. vlt. q. 82. statut. 5. n. 4. Ant. Gom. l. 40. Tau. n. 84. & Caldas à nu. 7. citato, ac ꝓbat text. l. 3. innc̃ta l. 1. & gl. vtrobiq. ff. si ager vectig. vel emph. & apertius. l. 1. §. qd autẽ ait ptor ff. de superficieb. illis verbis, *Et sanè causa cognita, quinõ ad modicũ tẽpus conduxit superficiẽ, in rem actio cõpetit.* Cui textui ait Molina vbi supra cõgruum responsum adhiberi non posse. Item quia ea ratione locatio ad longum tẽpus alienatio censetur Clem. 1. de rebus eccle. non alienan. innc̃ta gl. ibi ver. locationes. Vnde probanda non est contraria sñia Aries Pinel. vbi supra, nu. 66. & duob. sequẽtib. varijs expositionib. contendentis, locationem in lõgum tẽpus, neq; vtile dñium, neq; ius in re, comparari, contra cõem doctorum sententiam.

Hinc

Hinc oritur dubium, num emphyteusi, & locatio
Quæst. 7 † ad longum tps distincti sint cõtractus, an verò non, sed locatio ad longum tẽpus verè sit emphyteusis, cõprehendaturq. ꝓinde in definitione emphyteusis à nobis tradita. Alu. Valas. de iu. emph. q. 26. nu. 19. dubium hoc ꝓtractat, varijsq. adductis in vtrãq. partem auctoribus, censet diuersos esse contractus, non solũ noïe, sed ẽt re, & effectu, neque validum esse argumentum ab emphyteusi ad locationem ad longum tẽpus, hancq. affirmat esse cõem doctorũ sniam. Atque inde vlterius in progressu illius qõnis multa q̃ in pœnam, aut aliter circa emphyteusim sunt disposita, contendit locum non habere in locatione ad longum tẽpus: in quo vestigijs, ac doctrinæ Aries Pinelli tribus numeris supra citatis adhæret, atq. ex parte eneruare conatur cõem sententiam, quæ asseuerat, locatione ad longum tempus comparari vtile dominium, ac iuris in re, tametsi tandẽ addat, recedendum non esse a cõi sententia, quam fatetur canonicis sanctionibus corroborari: id quod neque Aries Pinel. vbi supra diffiteretur.

Decis. Dicendum verò arbitror. Eo ipso, qđ in iure locationi ad longum tẽpus cõcessum est, vt dñium vtile, iusq; in re transferat in conductorẽ, æquiparatam esse quo ad effectum, & quo ad contractus naturam, emphyteusi illique proinde omnia cõpetere, quæ de emphyteusi ciuili, & canonico iure, sancita sunt, vt cum Fabro, Aretino, Felino, Iasone, & multis alijs, affirmãt Molina lib. 1. de primogenijs. c. 21. n. 21. Caldas, de renouat. emphy. q. 16. à nu. 8. præsertim nu. 11. & pleriq. alij. Consentiunt apertè Lusitanæ ordinationes lib. 4. tit. 64. in prin. vbi hĩ *O fereiro* (hoc est, emphyteuta) *que traz alguna herdade, casa, ou uinha, ou otra possissam aforada perà sempre, ou pera certas pessoas, ou a tempo certo, que passe de dez años non pordera uender a cousa aforada, &c.* Vbi noïe emphyteusis intelligit locationẽ ad longum tẽpus, eamque pœna æquat emphyteusi perpetuæ, vt emphyteuta cadat in commissum, si rem alienet irrequisito dño directo, &c. Et ti. 65. in principio vbi habet. *Se oforeio que recebeo do senhorio alguna possissan por certo foro ou pensan, ou quantidade de frutos, ou prezo, pera sempre, ou pera certas pessoas, ou por certo tempo de dez annos pera cima, non pagar oforo ou pensam per tres annos, &c.* Vbi locationẽ ad lõgũ tempus sub emphyteusi cõprehendit, decernitq. conductorẽ in longum tẽpus, si pensionẽ p tres annos non soluat, cadere in cõmissum, perinde atque alios emphyteuta. Similis alia ordinatio est lib. 4. tit. 6. §. 9. ibi. *Aueraa isso mesmo lugar nos beens emprazados ou arrẽdados, se o arrẽdamento for de dez annos e di acima,* & alia lib. 3. tit. 32. in prin. Ac sanè nõ video, cur locatio ad totam vitã conducentis, aut locantis appellanda sit emphyteusis, æquandaq. oĩno sit, quo ad naturã, & effectus, emphyteusi perpetuæ, vt Alua. Valas. & alij, cum qb. disputamus, volunt, & non similiter locatio ad decenniũ, aut vltra, si hac etiã vtile dñium, ac ius in re in cõducentem trãsferatur, vt Alua. Valas. transferri concedit: eo. n, ipso aliã naturam cõtractus sortitur distinctã à locatione ad modicũ tẽpus non minus q̃ locatio ad totã vitam diuersam naturã sortit à locatione ad modicum tempus. Ac sanè nobiscum cõueniunt Greg. Lopez. l. 28. tit. 8. par. 5. verb. *para en toda su uida,* & Sylueſt. ver. emphyteusis nu. 1. q̃ locationẽ ad decẽnium, aut vltra cõprehendunt sub emphyteusi.

Vt autem iura, & doctores intelligas, obserua, vt hĩ Inſt. de locatione. §. adeò, quondam dubitatum fuisse, an emphyteusis esset locatio, an verò distinctus contractus, & ꝓp coniunctionẽ, & affinitatem maximam, q̃ cum locatione habebat, vna cum locatione, atque sub nomine locationis latè sumptæ, de ea habitum fuisse sermonẽ. Vñ l. 1. ff. si ager vectig. vel emphy. petatur, sub noïe locationis, de emphyteusi est sermo, illis verbis. *Vectigales uocantur, qui in perpetuum locantur, id est, hac lege, vt quamdiu pro his uectigal pẽdatur, tam diu, neque ipsis, qui conduxerint, neq; ijs, qui in locum eorum successerint, auferri eos liceat.* Ecce de contractu emphyteutico sub noïe conductionis, & locationis, habitus est sermo. Quia verò illis ipsis, anteq̃ lex Zenoniana C. de iure emphyteutico ꝓpriam naturam huius cõtractus statuerit, explanaueritq; distinctum esse à locatione, vt hĩ §. adeò, citato, sermo erat de emphyteusi sub noïe locationis latè sumptæ, lege, non solet. ff. locati, hæc verba habentur; *Non solet locatio dominium mutare;* quibus innuitur, q̃is vt plurimum dñium mutare non soleat, aliqñ tñ mutare vtile dominium, qñ scilicet est in perpetuum, vel ad
8 longum tempus. † Hinc dico, vocabula, emphyteusis, & locatio, æquiuoca esse in iure, & apud doctores. Interdum enim locatio sumitur latè, vt comprehendit emphyteusim, ẽt perpetuam; interdum verò prisè, idq. dupliciter, maximè apud doctores. Vno enim modo sumitur valde prisè, ac proprijssimè, pro sola locatione ad modicũ tẽpus, qua dñium vtile non transfertur, & quæ est contractus specie distinctus ab emphyteusi latè sumpta. Alio verò modo sumitur aliquantulum latius, vt excludit q̃dẽ emphyteusim ꝓpetuã, aut ẽt ad vitam, vel ad vitas, cæterum vt comprehendit ẽt locationem ad decenniũ, aut vltra: quo pacto eam ẽt vsurpant Lusitanæ ordinationes duobus locis posteriori loco citatis. Emphyteusis
9 † quoq; duobus modis vsurpatur, vno prisè, pro sola emphyteusi perpetua, aut ad vitam, vel vitas. Alio verò modo latè, prout cõprehendit ẽt locationem ad decennium, aut vltra, quo pacto cõstituit verã speciem cõtractus distinctam à locatione ꝓprijssimè, & prissimè sumpta. Atq; eo modo fuit à nobis hoc loco definita, & de ea erit nobis deinceps sermo. Quare definitio emphyteusis à nobis proposita, competit ẽt locationi ad longũ tempus, quæ in definito similiter continetur.

Illud postremò in hac disputatione cum Alua. Valas. de iur. emphyt. q. 1. nu. 19. & cum alijs, est obseruandum. Diuersa esse ius emphyteuticum, qđ hactenus explicauimus, & ius earum meliorationum, quas emphyteuta in re emphyteutica efficit, & quod proinde eidem emphyteutæ competit: id quod, & ex se apertè constat, & colligitur ex l. vlt. C. de iur. emphyt. quæ de his duobus

iuribus

iuribus tamquam de diuersis manifestè loquitur.

10 Ius quippe † emphyteuticum ex cõtractu emphyteutico hactenus definito, ac explicato ortum habet: meliorationes verò ex labore, sumptibus, & industria emphyteutæ circa rẽ emphyteuticam. Quia tamen ius meliorationum supponit ius emphyteuticum, atque ab eo pendet, dominiúsque proprietatis eo ipso, q̃ in re emphyteutica meliorationes fiunt, illique adhærent, dominium illatũ comparat, vt in calce disp. 10. & in calce disp. 57. ostensum est, inde efficitur, emphyteutam, sicut vendere non potest ius emphyteuticum, nisi requisito prius domino directo, vt videbimus, ita neque posse vendere ius meliorationum eodem domino irrequisito, nisi aliud deductum fuerit in pactum, vt habetur l. vlt. C. de iure emphy.

## Emphyteusis, communis vna, Ecclesiastica alia. Et num in hac ciuilibus legibus sit standum.

### DISPVTATIO CCCCXLVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Emphyteusis quotuplex.*

2 *Emphyteusis ecclesiastica regulatur secundũ ius canonicũ, & non ciuile, nisi quatenus ius ciuile ab Ecclesia tacite, uel expresse fuerit approbatum.*

3 *Lex ciuilis admittens illegitimos in defectum legitimorum in successione emphyteusis, an extendatur etiam ad Ecclesiasticam emphyteusim.*

TRadita definitione emphyteusis, dicendum
1 proximè est de diuisione illius, in † communem, & Ecclesiasticam. Quoniam, vt in progressu videbimus, non in omnibus conueniunt, sed multa peculiaria sunt emphyteusi ecclesiasticæ. Ecclesiastica emphyteusis ea dicitur, quæ est de re Ecclesiæ, atque adeo, quæ est de re, cuius directum dominium pertinet ad Ecclesiam. Reliqua emphyteusis communis appellatur.

2 Circa † Emphyteusim Ecclesiasticam stãdum est dispositioni iuris canonici, non verò iuris ciuilis, nisi quatenus ab Ecclesia tacitè, vel expressè, fuerit approbatum: id quod Lusitanæ ordinationes lib. 4. tit. 65. §. 2. confitentur, & affirmat communis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Iulius Clarus, 4. lib. sent. §. emphyteusis, q. 48. Aluar. Valas. de iure emphyt. q. 20. nu. 6. §. Item quæro, & alij, quos in progressu huius disputationis citabimus.

Ratio autem est, quoniam dispositio ciuilis, tã circa Ecclesiasticas personas, quam circa Ecclesias, & bona earum, non aliter habet vim, quàm quatenus à Summo Pontifice tacitè, vel expressè, fuerit approbata, eo quòd à potestate ciuili sint, exempta, vt patet. cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, de constitutionibus, & alijs iuribus.

Meritò tamen, tam doctores citati, quàm plerique alij citandi, affirmãt, cum eo ipso, quòd res aliqua Ecclesiæ alicui laico in emphyteusim est tradita, dominium vtile illius, non ad Ecclesiam pertineat, sed ad personã laicam, subiaceatq; proinde ciuili iuri, ac laicæ potestati, iura ciuilia vim circa illud habere. Vnde tributa, bonis laicorum ciuili dispositione imposita, debentur ab emphyteutis laicis iuxta valorem dominij vtilis, quod in re emphyteutica habent, nihil impediente, quòd emphyteusis Ecclesiastica sit, dominiumq; illud laici vtile coniunctum sit cum directo dominio Ecclesiæ ab eiusmodi tributis exempto, & quòd inde per accidens Ecclesia emolumento aliquo priuetur, quatenus, si dominium illud, ẽt in potestate laici, à tributis esset exemptum, maiori pensione res Ecclesiæ in Emphyteusim acciperentur; id n. est omnino per accidens, neque impedire debet, aut potest, laicam potestatem, emolumentũque, ac ius principis secularis in bona omnia eo ipso, quòd fiunt laicorum ipsi subditorum, vt Aluar. Valas. de iure emphy. q. 17. à nu. 11. complexíque alijs, quos citat, rectè affirmat.

Inde ẽt efficitur, leges laicas retractus, quibus disp. 370. dictum est, locũ habere in Emphyteusi Ecclesiastica, si emphyteuta dñium suũ vtile vendat alicui extraneo: consanguineus enim proximior in gradu retrahere illud põt, intra tẽpus ad retractum concessum, vt rectè Aluar. Valas. cum plerisque alijs, quos citat, ibidem nu. 13. asseuerat. Semper ẽn dominus directus integrum retinet suum ius, de quo inferius erit sermo, vt ipse cæteris emptoribus præferatur, atque vt expectetur integrum tempus sibi ad deliberandum, an pro eodem pretio dominium illud vtile velit, à iuris concessum, vt disp. 371. dictum est.

Tota autẽ difficultas est, an q̃n ex dispositione iuris canonici aliqui excluduntur à successione in emphyteusi Ecclesiastica, atq; adeo à successione in dominio vtili, quo pacto excluduntur illegitimi, vt in progressu videbimus, si condita sit lex ciuilis, quæ in aliquo Regno ad successionẽ in emphyteusi admittat illegitimos aliquos, vt lex Lusitan. l. 4. ord. ti. 62. §. 4. in defectũ descendentium legitimorum admittit descendentes illegitimos naturales, non solum boũs plebeij, sed ẽt nobilis, an, inquam, vi † talis legis succedant eiusmodi illegitimi in emphyteusi Ecclesiastica, etiam quando non fuit ab Ecclesia concessa cum clausula, & pacto, quod illos admitteret, vel non, sed ea lex solum habeat locum in emphyteusi communi.

3

Item quando emphyteusis concessa est alicui, & personæ, quam is nominauerit, vtique id cõditionem inuoluit, si nominauerit: quare si emphyteuta primus è vita discedat nemine in emphyteusim nominato, emphyteusis extinguitur, dominiumque vtile reuertitur ad proprietatem, vt omnes concedunt, Lusitaniæque ordinationes tit. citato §. 3. in princ. confitentur. Hoc posito, quando lex Lusitana §. 3. citato, & 4. sequenti, statuit, si eiusmodi emphyteuta discedat ab intestato, & relinquat descẽdentes aut ascendentes proximiorem descendentem censendum esse nominatum, & in defectum descendentium, cẽsendum esse nominatum proximiorem ascendentem, succedereque in emphyteusim, quæritur, vtrum ea lex locum habeat in emphyteusi Ecclesiastica, an solũ

in

in emphyteusi communi: id quippe cederet in detrimentum Ecclesiæ, eo quòd non tam citò dominium vtile consolidaretur cum proprietate, reuerteretur que ad Ecclesiam: lex autem ciuilis, quæ cedit in detrimentum bonorum Ecclesiæ, pactique, quo Ecclesia ea bona concedit, vim non hēt quousque ab Ecclesia tacitè, vel expressè approbetur. Eadem ferè est difficultas de ordinatione Lusitania eō. tit. in prin. & duobus §§. seq. quatenus statuit, si eiusmodi emphyteuta hæredem, aut hæredes, instituat, nulla facta nominatione in emphyteusi, illum, aut illos, censeri nominatos eo ordine, ac modo, quo ibidem explicatur.

Multi enim graues autores censent, in institutionem hæredis censendam non esse nominationem ad emphyteusim stando in iure cōmuni, ac proinde eam legem locum non habere in emphyteusi Ecclesiastica, de quorū numero sunt Ant. Gom. 2. tom. var. resol. c. 11. in calce, n. 7. & Emmanuel à Costa de maiorat. par. 2. n. 16. Item, cum pensio emphyteusis esse possit in quibuscunque rebus; lex Lusitana. li. 4. ord. tit. 65. §. vlt. statuit, in emphyteusi domorum, aut soli alicuius ad domos ædificandas, pensionem constitui non posse, nisi in pecunia, aut aubus, alioquin contractum esse nullum, nullusque effectus.

Quæritur autē, num eiusmodi lex locum hēat in emphyteusi Ecclesiastica, an solum in emphyteusi communi. Neque enim princeps secularis, legesq; ciuiles, arctare possunt Ecclesiæ potestatem circa contractus de rebus Ecclesiasticis celebrandos, qñ alioqn cōtractus de se validi sūt, ac liciti.

De his itaque, & alijs similibus legibus secularibus, quæ arctarent, aut laxarent, contractus Ecclesiasticos circa emphyteuses, vt latius in Ecclesiæ incommodum, paterent, quam seclusis talibus legibus, alioquin se extendere deberent, aut, vt inualidi essent, qui alioquin validi futuri erant, contra potestatem, quam Ecclesia habet, disponendi de rebus suis, est dubium, num se extendere possint ad emphyteuses Ecclesiasticas, sine tacita, aut expressa, approbatione Sūmi Pontificis, siue mēs legumlatorum secularium sit eas comprahēdere siue non. Ac sanè de nullo legislatore Christiano censeadum est, intendisse eas comprahendere ex hypothesi, quod id nefas, inualidumque sit.

Gam. decis. 2. & decis. 149. à num. 6. circa primum eorum, quæ proposita sunt, arbitratur, filios naturales succedere in Lusitania in emphyteusi Ecclesiastica, idque vt legis Lusitanæ, de qua sermo est habitus.

Quoniam inquit, dispositio illa est circa successionem in dominio vtili, quando iam ab Ecclesia translatum est in emphyteutam laicum, atq; adeo quando iam subiacet dispositioni legis ciuilis. Refert verò in illa decisione secunda, sæpius ita in Lusitania fuisse iudicatum, tametsi etiam referat, fuisse aliquando iudicatum in contrarium. Quod verò ad secundum eorum, quæ proposita sunt, attinet, Emmanuel à Costa, & Ant. Gom. loc. citatis censent, dispositiones illas non extendere ad emphyteuses Ecclesiasticas.

Caldas de nominatione emphyteutica, quæst. 7. copiosè, ac diligenter qōnem disputat, autoribus in vtramq; partē citatis, multisq; pro, & contra, allatis rōnibus, atq; in puncto iuris, in opinionem Emmanuelis à Costa, & Ant. Gom propendet, præsertim qñ is, qui nominate debebat, intestatus decedit. Tandem verò nu. 56. resoluit, vix id in praxi locum in Lusitania habere, et in Ecclesiastico foro: quoniam, inquit, solent Ecclesiastica prætoria, in re adeo dubia, legis Regiæ dispositioni, ac æquitati, accedere, atque ita inquit, se vidisse pluries iudicatum, & obtentum.

Quo fit, ait, vt id mixta consuetudo, ac dispositio, dici iam hodie in Lusitania possit, oīnoq; seruanda, laicorum & Ecclesiasticorum. Quod denique ad tertiū attinet. Aluar. Valas. de iure emph. q. 20. nu. 6. §. item quęro, censet, legem illam Lusitanam non se extendere ad emphyteuses Ecclesiæ, sed solum ad laicas: qñ leges particularium regnorum vim non habent aduersus potestatem Ecclesiarum circa celebrandos suos contractus de rebus Ecclesiasticis. Quod maximè est verum, qñ vnus, atque idem cōtractus diuersimodè à laicis, & diuersimodè ab Ecclesijs celebratur, vt in emphyteutico accidit. Addit in Valascus, legem illam Lusitanā extendi posse ad emphyteuses Ecclesiasticas, si modo apud tribunalia Ecclesiastica fuerit longo vsu, ac tempore recepta: qñ ex eo vsu prōmiscuo, ac longæuo, fit mixta consuetudo laicorum, & Ecclesiasticorum, quæ seruanda est in canonico foro, vt per Panor. iuxta textum ibi, ca. cum causa. nu. 4. de re iud. Felin. c. Ecclesia Sanctę Marię de constit. vers. secundus casus, & Decium. c. ad nostram de probat nu. 3. Qua in re nō potest esse dubium: qñ, si id consuetudine præscripta receptum in Lusitania sit in vtroque foro, derogat sanè iuri canonico. Num aūtē de re cōsuetudo præscripta sit in Lusitania, non affirmat.

Vt autem dicam, quod sentio. Sanè arbitror, in puncto iuris in his omnibus, & similibus euentibus, leges seculares non se extendere ad emphyteuses Ecclesiasticas. Quoniam præiudicium afferunt cōtractibus emphyteuticis Ecclesiasticis, atque adeo ecclesiasticis rebus; in quo euentu vim non habent seculares leges, nisi tacitè, aut expressè, à Summo Pontifice approbentur, aut consuetudine præscripta extensæ iam sint ad emphyteuses ecclesiasticas. Decis.

Atque ex ijs, quæ Gama & Aluar. Valas. docent, itemque Emmanuel à Costa, non constat cō suetudine præscripta leges illas Lusitanas extensas in Lusitania esse ad emphyteuses ecclesiasticas: sed iudices seculares sunt, qui extendere constantes, quantum possunt, laicam iurisdictionem in res Ecclesiasticas, pseudographa illa ratione, quòd leges ciuiles circa dominium vtile emphyteutarum ecclesiasticarum validæ sint, id sibi facile persuadent, sententiasque sæpè ferunt, Lusitanas illas leges locum etiam habere in emphyteusibus ecclesiasticis.

Cùm tamen, licet verissimum sit, leges ciuiles circa dominium vtile emphyteutarum rerum Ecclesiasticarum, quando inde non sequitur arctari, aut laxari, contractus emphyteuticos in Ecclesiæ incom-

incommodum, validas esse, atque id solum intendant autores cōmunis sententię, qui id affirmant; falsum tamen sit si intelligatur, quādo inde sequitur arctari, aut lædi, contractus emphyteuticos in ecclesiæ incommodum, neque in eō sensu si intentum à doctoribus communis sententiæ, si eōrum verba expēdantur. Hæc summatim hoc loco de hac re dicta sint, vt intelligatur, ad quam regulam definiendæ sint quæstiones, quæ in progressu hac de re occurrerint.

## De origine emphyteutici contractus, & num sit stricti iuris, ac nominatus contractus, & num scriptura perficiatur.

### DISPVTATIO CCCCXLVII.

*SVMMARIVM.*

1 *Emphyteuticus contractus est ciuili iure introductus,*
2 *Emphyteuticus contractus est stricti iuris.*
3 *Emphyteusis est contractus nominatus.*
4 *Emphyteuticus cōtractus an scriptura perficiatur, Et quid in Ecclesiastica emphyteusi. nu. 5.*

CVm emphyteuticus contractus multis gentibus in orbe, & fuerit quondam, & sit vsq; in hodiernum diem incognitus, minimeque in vsu, constat sanè contractum hunc orum non habuisse à gentium iure, sed à † ciuili, quicquid in cōtrarium dixerint quidam, quos Alua. Valas. de iure emphyt. quæst. 5. refert, atque impugnat, temporibusq; Zenonis Imperatoris. l. 1. C. de iure emphy. cœpisse redigi ad meliorem, emactionem que formam, vt ex eadem lege, & alijs sequentibus in eodem titulo, atq; ex §. adeo Instit. de locat. constat; asseuerat que hæc omnia, cum glossa, l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure, communis doctorum sentētia, quā Alua. Vala. vbi supra, nu. 7. refert ac sequitur.

2 Porro emphyteusim † cōtractum esse stricti iuris, ex ijs constat, quæ disput. 249. dicta sunt, copioseq; id disputat Alua. Valas. de iure emphy. q. 5. Quatè actio, quæ ex illo resultat, stricti etiam iuris est, vt ex dictis eadem disputatione liquet.

3 Esse verò † emphyteusim nominatū contractū, d. 253. explanatū fuit, & constat, ex l. 1. C. de iure emph. & ex §. adeo Insti. de loc, vbi cum peculiari forma, ac nomine docet iure ciuili introductus, ac pfectus. De hac re copiosè Alu. Vala. vbi sup. q. 6.

Quæst. Vtrum autem scriptura perficiatur. Communis † doctorum sententia, quam referunt, ac sequūtur Iulius Clarius lib. 4. sen. §. emphyteusis, quæst. 4. Caldas de renouat. emphyt. quæst. 2. num. 2. & quæst. 18. nu. 36. Ant. Gom. 2. tom. variar. resol. c. 3. nu. 16. Greg. Lopez l. 18. titu. 8. par. 5. verb. *por escrita*, & a qua Alua. Valas. de iure emphy. q. 7. nu. 2. tandem sit nō esse recedendū, est, ad contractum emphyteuticum necessariam esse scripturā.

Ita affirmat glos. §. adeo Iustit. de locat. verb. neque ad locationem, in fine, glos. l. contrahitur, verb. valet ff. de pignor. glos. l. pactum, quod bona fide, C. de pactis. Et quamuis idem asserat gl. ciuis. dem Accursij l. 1. C. de iure emphy. verb. scriptura, duas tamen addit expositiones circa illum textum, quibus defendi possit, validum esse contractū emphyteuticum sine scriptura. Vbi addito ad eandem glossam validam esse affirmat iuxta eam glossam, inhærentque, Bartolū affirmare, ita consuetudine esse receptam.

Ad contractum verò emphyteuticum necessariam esse scripturam confirmatur, ex l. 1. C. de iure emphy. illis verbis, *pactionibus scriptura interueniente habitis*. Quæ verba vno modo exponit ibi glossa citata, vt intelligant, de pactionibus cōtractui emphyteutico inseritis non verò quasi idē necessarium sit ad contractum ipsum emphyteuticum. Cæterum nulla est congrua ratio, cur id potius ad pactiones contractui emphyteutico inseritas, ius exigat, quam ad contractum ipsum. Idem confirmatur ex l. 2. C. eodem tit. illis verbis, *Siquidem aliqua pactiones in emphyteuticis instrumentis fuerint conscriptæ*: quæ verba eandem vim cū præcedentibus habent.

Et ex l. 3. C. eodem tit. illis verbis, *si quidem emphyteuticum instrumētum super hoc aliquas pactiones habeat, eas obseruari*, Quę etiam verba eandē vim cum alijs relatis habent. Atque expresse ita sunt l. 18. tit. 8. par. 5. & l. 3. titu. 14. part. 5. Quod verò ad emphyteusim Ecclesiasticam attinet, id longè expressius habetur, quam in iuribus commemoratis paulò anteà relatis, in authentico de nō alienandis. §. sinimus igitur, iuncto. §. Anastasius, præcedente & §. quod autem dictum est, quibus in locis solū est sermo de emphyteusi ecclesiastica. Hoc ipsum cōfirmat apertè Lusitana ordinat. lib. 4. ti. 36. in principio, vbi inter contractus, qui scriptura perficiuntur, atque de quorum substantia est, quod scriptura intercurrat, commemorat emphyteusim ecclesiasticam dicens, *em o contracto emphytiotico da cosa ecclesiastica*.

Quid autem hac de re sentiam, paucis dicam. Decis. in primis, vbi consuetudo præscripta fuerit, contractum emphyteuticum sine scriptura fieri firmumque haberi, ei consuetudini stādum. Nequeo in re potest esse dubium: quoniam consuetudo præscripta, iuri, tam canonico, quam ciuili, derogat. Multi autem contra Bartolum affirmāt, non esse talem consuetudinem: qd sanè signū est, eam, plerisq; saltem in locis, non esse, & Caldas affirmat illam non esse in Lusitania.

Neque videtur esse in Castella, etiā in emphyteusi communi, vt ex iuribus eius Regni paulo antea relatis colligitur: neque enim aduersus iura adeo expressa tenendum est in eo Regni inductam fuisse contrariam consuetudinem.

Ex Grego. Lopez, vbi supra affirmat, necessariā esse scripturam, non solum ad probationem, sed etiam ad substantiam cōtractus. Vbi etiam vsu, & consuetudine esset receptum, necessariam esse scripturam ad emphyteuticum contractum, contractumque sine scriptura celebratum robur non habere, ei etiam consuetudini esset standum: præsertim cum illi suffragentur communis doctorū sententia, & verisimilia iuris citata.

Quid autem in puncto iuris dicendum sit, atq;

etiam

eũq; vbi de neutra cõsuetudine præscripta cõstat.

5 In primis † arbitror de substantia emphyteutici cõtractus Ecclesiastici esse, vt scriptura intercedat, ac perficiatur, propter testimonium authẽticæ excitatæ, et quidem affirmat lex Lusitana citata, eiq; de authenticis multa quare in Lusitania necesse est contrarium existimare, vt Aluar. Vala. vbi supra, nu. 11. & Caldas, q. 18. eidem assentiuntur.

Quod verò ad cõem emphyteusim attinet, recedendum etiã non arbitror à communiori doctorũ sententia, cum qua intra satis probabiliter consentiunt præsertim in Regno Castellæ, vbi legibus est sancita. Quia tamen res non est adeo certa in emphyteusi communi, standoq; in solo iure cõmuni, idcirco disp. 254. adhibendo exempla cõtractuum, qui scriptura perficiuntur, non fecit mentionẽ de emphyteusi cõi, neque de emphyteusi in genere, sed de sola emphyteusi Ecclesiastica. Aluar. Vala. q. 7. citata nu. 5. consentiũt vbi supra Caldas, q. 18. arbitratur cum aliis quos refert, scripturam ad emphyteusim cõem non ita esse necessariam, quasi sit de substantia contractus, ita vt sine illa cõtractus sit nullus, sed solũ esse necessariam ad probationẽ illius, quasi nõ admittatur probatio eius cõtractus per testes, aut aliqua alia, sed solũ per scripturam publicam, aut per confessionẽ partis, cum qua de eo contractu contenditur. Et quidem in Lusitania ita est affirmandũ, si dicamus de iure cõi, verũ illius probationem necessariã non esse scripturam: quippe in eo Regno, neq; in hoc, neque regulariter in aliis contractib. admittatur alia probatio, quam per scripturam publicam, aut confessionem partis vt constat ex lib. 3. ord. ti. 45. & disp. 260. à nobis explanatum fuit. Atq; ita arbitror esse affirmãdũ in Lusitania. Quoniam conditores ordinationũ eius Regni existimasse vñr, ad solam emphyteusim Ecclesiasticam necessariam esse scripturã, stãdo in iure communi, vt ex li. 4. ord. tit. 36. in princip. liquet; neq; ad communem aliter necessariam illam statuerunt, quam ad reliquos contractus in eo Regno iuxta dispositionem propriam eius Regni lib. 3. tit. 45. Standoergo in solo iure communi, non est mihi certum, an iuxta communiorem sententiam supra relatam, necessaria sit solum ad probationem, an potius ad substãtiam cõtractus: arbitrorq;, quicquid Aluar. Vala. & alij, quos refert, sensêrunt, cõiorem sententiam existimasse, necessariam esse etiam quo ad substantiam contractus; id quod Greg. Lop. vbi supra affirmat.

## Quando scriptura est de substantia contractus, aut necessaria ad illius probationem, si post eam legitimè confectam amittatur, an admittatur probatio per testes.

## DISPVTATIO CCCCXLVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Scriptura quando est de substantia contractus, si sit casu amissa, vel sine culpa, & dolo eius, cuius interest, testes possunt adhiberi ad fidem faciendam de ea.*

2 *Testes ad improbationem sufficiunt duo fide digni, etiam si ad validitatem scripturæ plures essent necessarij.*

3 *Testes vt faciant fidem de scriptura, & eius amissione, quot probari debeant.*

4 *Testes quales esse debeant ad probandam veritatem, vel falsitatem scripturæ amissæ.*

5 *Testes deponentes de scripturæ amissione, quid deponere debeant.*

6 *Testes non sunt examinandi super amissione scripturæ non necessariæ ad contractum.*

7 *Solemnitas non necessaria si minus apte intercedat, contractum non vitiat.*

8 *Scriptura si malitia ex dolo deperdita sit, duo testes, qualescunque sint, sufficiunt ad probandum, quid in ea continebatur.*

OCcasione eorum, quæ in postrema præcedẽtis disputationis parte dicta sunt, excitatur hæc quæstio. Dicendum verò est, esto scriptura de substantia sit contractus, & esto lege aliqua sanctum sit, vt circa aliquem contractum, aut dispositionem, non alia probatio vim habeat, quam per scripturam publicam, aut confessionem partis adnexæ, si tamen † scriptura casu, aut sine eius, qua interest, culpa, seu dolo, pereat, si tamen testibus probetur periisse, & quid ea continebat, eo quod subijcientur, modo id non legitimæ probationis habeant inimicum fidẽ facere, nam facere instrumentum ipsum, & in iudicio subsistere. Ita Bar. Panor. Felin. & communis doctorum sententia, quam referunt, & sequuntur Aluar. Vala. de iure emphy. quæst. 5. nu. 38. & Ant. Gom. l. 41. Taur. in calce nu. 2. & nu. 3. iuxta l. testium. §. vlt. C. de testibus. l. sicut in quum. nactæ. quibus. & l. emãcipationem. C. de fide instrumentorum olim. l. de priuil. & §. penultimo. ti. 64. lib. 3. Lusit. ord.

1

2 Sufficiunt autem † ad eiusmodi improbationẽ duo testes fide digni, etiam si ad validitatem scripturæ plures essent necessarij, vt affirmant gl. l. sicut in quum citata, Bart. Paul. Castren. & alij, quos Aluar. Vala. loco citato refert, ac sequitur.

3 Tria † tamen probari debent. Primum factum ipsum, verbi gratia, talem, vel talem, contractum celebratum fuisse inter tales personas. Secundò scripturam publicam ea de re fuisse confectam talis, vel talis tenoris. Tertium eam scripturam esse amissam. Si autem duo tantũ probentur, nempe teneor scripturæ, & illã fuisse amissam, tunc nõ sufficiũt ad id probãdũ quicunq; tales alioquin fide digni, sed requiruntur † testes valde ad id idonei, & periti, & falsitatẽ, ac vtilitatẽ scripturæ, & cõtenta in ea, ac eorum vsu, cognoscere recte possint, quales sunt periti in iure, vt aduocati, & alij similes, vel notarij, aut tabelliones, eorumq; ministri, & similes alij.

4

Porrò testes sufficientes ad id peritiam habere, non est necesse, vt probetur, sed satis est, si iudex id agnoscat ex interrogationibus, & responsionibus, aut aliunde. Præterea testes debent esse contestes. Hæc Aluar. Vala. ibidem cum multis alijs, quos citat, consentit caput cum aliis citatum. &

5

Lusitana ordinatio citata illius verb. *Per homens discretos e entendidos, que declaradamente digan o teor do dito instrumento, e como foi notado e perdido.* Quod si testes, tales non fuerint, quales explicati sunt, tunc probatio non est plena, etiam si sit duorum testium alioquin fide dignorum, sed solum erit semiplena, vt Lusitana ordinatio citata affirmat, & doctores, quos Aluar. Valas. & Anto. Gom. vbi supra, referunt, ac sequuntur.

Et tunc, ait Aluar. Valas. cum glossa vltima, ca. olim citato, & consentaneè ad l. vlti. C. de fide instrument. & cum multis alijs, quos citat, semiplenam illam probationem suppleri posse iuramento partis, quæ tale instrumentũ amisit, quo iuret, vere amissum esse, sine vllo dolo, atque id contionisse instrumentũ illud, cauisseque omni vitio. Vnde admonet Aluar. Valas. ibidem, semper partem, quę per testes probare intiquit tenorem instrumẽti deperditi, post testes productos debere petere, vt sibi iuramentum deferatur in supplemẽtum probationis, quo melius sibi caueat: quoniam eiusmodi iuramentum suppletiuum non defertur, nisi petente parte, antequam conclusum sit in causa.

5 Potrò † testes eiusmodi testificari debent, quo loco scriptura deperdita, fuerit confecta, quo die, quo anno, & mense: quoniam hęc ad fidem, & validitatem illius necessaria sunt, vt tradunt Couar. de pract. quæstionib. cap. 20. Aluar. Vala. vbi supra, & multi alij quos referunt, atque ex parte cõsentit Anton. Gom. numero secundo, citato, qui addit, de signo etiam tabellionis, debere eos testificari. Concinit lex Lusitana lib. 1. ordinatio. ti. 59. §. 3. quæ ea omnia adhiberi præcipit illi in publicis instrumentis, & insuper nomen tabellionis. Quin Aluar. Vala. vbi supra sit, eos testificari debere de omni modo similitudine illius instrumenti, cum alia lineta eiusdem tabellionis, vt sic facultas maneat pàrti aduersę improbandi eam scripturã, iuxta l. optimam. C. de contrab. & comm. stip.

Denique de ijs omnibus addit testificari eos oportere, quæ substantialia sunt scripturę, hoc est, sine quibus valida nõ esset, quæ in cæteri, quos refert, merito consentiunt. Quo fit, vt si ad validitatem scripturæ deperditæ plures testes, quam duo, erant necessarij, vt ad validitatem testamenti necessarij sunt, vtique, si de perdita scriptura erat testamentum, debent testificare tres testes in eo fuisse adhibitos, quot ad illius validitatem erãt necessarij.

Fit etiam, vt testificari teneantur instrumentũ deperditum authenticum fuisse sine vitio, & rasura, ita, vt nulla ex parte fides illius vacillaret, concinit cap. olim. 2. de priuileg. in fine, & l. vltim. C. de edicto D. Adrian. tollen. & affirmant Aluar. Vala. ibidem, & alij, quos refert. De his autẽ, quæ in instrumẽtis publicis apponi consueuerũt, neque tamen substantialia tali instrumento sunt, vt quod in principio nomine Domini fuerit inuocatum, necesse non est testes deponere, vt Aluar. Vala. & Couar. vbi supra, & multi alij, quos referunt.

De testium autẽ subscriptione, stãdo in iure cõmuni, necesse non est vt testificentur: quoniam eorum subscriptio regulariter necessaria non est in instrumentis publicis, sed satis est testium inscriptio, hoc est, nominatio in instrumento, vt cõmunis doctorum sententia affirmat, quam Coua. & Aluar. Vala. vbi supra referunt, ac sequuntur. In Lusitania tamẽ de testium subscriptione necesse est testificari: quoniam in eo Regno illa necessaria est ad validitatem publicorum instrumentorum, vt habetur lib. 1. ordinatio. tit. 59. in principio. & Aluar. Vala. vbi supra affirmat.

Idcirco autem tam multa necessarium est probari, quando dicitur amissum esse id instrumentum quod est de substantia contractus, aut quod omnino est necessarium ad contractus, probationem: quoniam alioquin aditus aperiretur multis fraudibus. Quius enim diceret instrumentum perditum, vt pretio corruptis testibus, quicquid vellet probaret, vel ne falsitas, aut vitium, instrumenti deprehenderetur, occurrendum autem est litigantium calumnijs.

Ac quamuis probatio tam multarum rerũ difficillima sit, ac pene impossibilis, præsertim cum, quando instrumentum deperditum à testibus legebatur, quia nihil de amissione cogitabant, non tam perspicaciter solemnitates omnes attenderẽt, easq; memoriæ commendarent, huic tamen difficultati succursum est iuramento suppletiuo integræ probationis, de quo supra dictum est.

6 Quando autem † scriptura solum facta fuit ad faciliorem, & tutiorem probationem tunc necesse non est probare eam scripturam deperditam fuisse, aut quod falsitate, ac vitio caruerit, etiam si cõtentio scripturæ publicæ fuerit mandata, sed satis est probare rei gestæ veritatem.

Quoniam, cum rei veritas per solos testes, sine scriptura ea de re confecta, potuerit probari, nihil obesse debet, quod ea de re scriptura fuerit confecta, aut quod ea scriptura fuerit minus apta, iuxta 7 regulam illam; solemnitas † non necessaria si minus apte intercesserit contractum non vitiat. l. vxor ca. C. de rei vxor. act. gl. §. serui. ver. in transitu, Inst. de libert. affirmatque Aluar. Vala. vbi supra cum Afflic. Purpurato, atque esse de mente omnium. c. cum olim citato.

Illud postremo est obseruandum, si instrumentum deperditum sit malitia, aut dolo partis contrariæ, quę illud surripuit, ac dilacerauit, aut aliter in causa fuit, vt perire, aut vtilion comparetur, 8 tunc, eo † probato, qualescũque duo testes latis sunt ad probandum, quid in eo contineretur. Ita probatur l. si de possessione, C. de probationib. & affirmat glossa. l. sicut iniquum. C. de fide instrumentorum, & habetur libro tertio Lusitanarum ordinationum, tit. 46. §. penultimo, & asseuerat Aluar. Vala. vbi supra. §. adde insuper.

Quin in eo euentu necesse non esset probare quid in eo contineretur, sed staretur iuramento partis, cuius interesset instrumẽtum illud comparare, qui affirmaret quid in eo contineretur, vt facis aperte colligitur ex l. si de possessione, citata, & consentit l. si quando. C. vnde vi, atque affirmant multi, quos Aluar. Vala. vbi supra. §. postremo, refert, ac sequitur.

## An emphyteuta edere teneatur directo domino instrumentum emphyteusis, Et de præscriptione emphyteusis.

### DISPVTATIO CCCCXLIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Emphyteuta edere tenetur directo domino, instrumentum emphyteusis, necnon prædia, & eorum fines: alias omnia eius prædia præsumuntur emphyteutica.*

*Idem in feudatario dicendum, nu. 2.*

*Declara tamen, & intellige, vt nu. 3.*

4 *Proprietarius petens sibi edi instrumentum emphyteusis ab emphyt. tenetur de calumnia iurare.*

5 *Emphyteuta si occultet instrumentum, vel dolo illud amisit, stabitur iuramento proprietarij, si dicat emphyteusim esse finitam, aut titulum fuisse nullum.*

6 *Emphyteuta tutus præscriptione soluendi pensionem, non tenetur edere aliud instrumentum emphyteusis.*

7 *Emphyteusis quãdo censeatur renouata per tacitũ cõsensum absq; scriptura: & quomodo respondẽdum per emphyteutã pro conseruatione sui iuris.*

8 *Colonus quomodo possit se tueri præscriptione aduersus proprietarium, vel emphyteutam.*

9 *Locator ad tempus permittens colonum finito tempore continuare, intelligitur eodem genere contractus, & sub eisdẽ conditionibus id concedere.*

10 *Locationis tempore transacto, ex tacito consensu partium, vsq; ad quod tempus censeatur renouatus contractus.*

11 *Colonus perseueratus colere terras Ecclesiæ sub vniformi pensione per tempus ad præscribendũ habile, non potest expelli ab alij, emphyteutis ab eadẽ Ecclesia inuestitis sub diuersis temporibus.*

*Immo in perpetuum emphyteuta iudicandus est numero 12.*

*Limita, & declara, vt nu. 14.*

13 *Colonus, vt perpetuus emphyteuta pronuncietur, quot probare debeat.*

15 *Dominium vtile vt præscribatur, quod tempus requiratur.*

QVamuis reus conuentus, quibusdam euentibus exceptis, edere non teneatur actori sua instrumenta, vt alibi dicetur, neque possessor tituli suæ possessionis; communior tamen doctorum sententia, quam Aluar. Vala. de iure emphy. quæstio. 8. à numero secundo refert, ac sequitur,

1 affirmat, emphyteutam † cogi posse ostendere domino directo id exigenti, nõ solũ instrumenta, ac titulos talis emphyteusis, sed etiam prædia, atq; eorum fines, in quibus est emphyteuta, & pro quibus pensionem soluit: alioquin, si instrumenta, ac titulos non ostenderit, poterit iudex pronunciare, emphyteusim esse finitam, ac solidatam cũ dominio directo, vel certè numquam eam emphyteusim fuisse: id tamen prius debet iudex emphyteutæ comminari, & postea, si non pereat, exequutioni mandare, vt Aluar. Valas quæst. citata, numero 19. cum alijs affirmat. Si verò prædia, atq; eorum fines, non ostenderit, omnia eius prædia præsumentur emphyteutica, atque adeo ad talem emphyteutam probare spectabit, quæ eorum emphyteutica non sint.

2 Ad vtrumque teneri feudatarium, † nempe ad ostendenda instrumenta, seu inuestituram feudi, & ad ostendenda prædia feudalia, & fines eorum comparatione domini directi, affirmat gl. vl. cap. primo §. illud quoque, de prohib. feud. alien. Feder. valet autẽ hæc in parte argumentum à feudo ad emphyteusim. Id quod cõfirmari etiam potest, non solum quia emphyteuticum instrumentum confectum est in communem vtilitatem emphyteutæ, & proprietarij; & quæ instrumenta cõmunia sunt actori, & reo, manifestanda à reo sunt iuxta l. prætor ait in prin. ff. de edendo, sed etiam, ac præcipuè: quoniam cum prædium emphyteuticum quo ad proprietatem, atque adeo simpliciter, ad proprietarium spectare agnoscatur, sanè fundatam habet proprietarius suam intẽtionem, vt, nisi emphyteuta ostendat pertinere ad se quo ad vtile dominium, illud sibi proprietarius omnino, ac simpliciter vendicet. Lege Aluar. Valas. vbi supra num. 5. & 6. Quod si proprietarius esset fiscus, id alia quoq; ratione vim haberet: quoniam fisco speciali ex priuilegio edenda sunt instrumẽta ab aduersario, quæ ad fisci causam spectant l. nec quisquam ff. de edend. l. 2. §. Diuus. ff. de iure fisci. Quo etiam priuilegio gaudere Ecclesiam, & pia loca, affirmat cum Panor. & plerisq; alijs Aluar. Valas. vbi supra nu. 7.

3 Hæc † tamen doctrina tum intelligenda est, quando emphyteusis non negatur ab emphyteuta aut aliunde constat ipsum emphyteutam esse: eo quod tunc dominus directus fundatam habet suam intentionem, vt dictum est. Si tamen quis neget, se emphyteutam eius esse, qui id efflagitat, neque ea de re constet, tunc non cogetur illi edere sua instrumenta, iuxta regulam l. qui accusare, & l. vlt. C. de edend. ac l. lege. C. de petitio. hæredi. quibus docetur, regulariter non esse cogendum reum exhibere sua instrumẽta. Ita affirmant multi, quos Aluar. Valas. vbi supra, numero 9. refert, ac sequitur. Si tamen proprietarius emphyteutã, id negantem de mendacio conuincat, eo ipso emphyteuta amittit emphyteusim, & consolidatur cum proprietate argumento deducto ex feudo: si enim feudatarius domino directo neget se feudatarium illius esse, dominusque directus de mendacio illum conuincat, amittit eo ipso feudum, & consolidatur proprietati, vt habetur §. vlt. de lege Conradi, & vtrũq; affirmant multi, quos Alu. Valas. vbi supra nu. 10. refert, ac sequitur. Idem cum alijs, quos citat, aserit Alua. Vala. vbi supra. n. 11. si emphyteuta dicat emphyteusim esse perpetuã probetusq; esse temporalem amittit. n. emphyteusim, refert quibidem Alua. Valas. ita fuisse iudicatum in Senatu Lusitano ipso patrocinante.

4 Est † autem obseruandum, quando proprietarius petit emphyteutam exhibere instrumentum emphyteusis cogi posse, ac debere iurare prius de

de calũnia, hoc est, nõ ĩnstro aĩo illud petẽte exhiberi, sed iuris sui tuendi, ac conseruandi cã. Ita cum Speculatore, & alijs Alu. Val. vbi sup. n. 13.

Quòd si proprietario petenti exhiberi instrm, respõdeat emphyteuta, esse amissum nullo dolo, aut fraude: quod sanè præsumendum est, si id iuramento confirmet, neq; contrarium cõstet, tunc exhibere non tenetur instrumentum, q̃ non hẽt.

5 † Si autem probetur de industria fuisse amissum, aut occultatum, tũc stabitur iuramento proprietarij, si affirmet, emphyteusim esse finitam, aut titulum fuisse nullum, consolidabiturq; emphyteusis cum proprietate, iuxta l. si de possessione. C. de prob. & ea, quæ præcedente disputata sunt. Ita Aluar. Valas. ibi. nu. 15.

Quando emphyteuta, à quo exigeretur instrumentum emphyteuticum, assereret, se titulo iuris duntaxat esse tutũ, quia videlicet, longissimo tpe 30. annorum, si emphyteusis erat communis, aut quadraginta, si erat Ecclesiæ, vel sexaginta, si erat monasterij sancti Benedicti, aut alterius ordinis, qui Benedictinorum gaudeat priuilegio, vel centum, si erat Ecclesiæ Romanæ, iuxta ea, quę disp. 70. & 72. supra dicta sunt, fuit in pacifica possessione rei emphyteuticæ, sine vlla controuersia domini directi persoluendo illi toto illo longissimo tpe vnicam, atque vniformem pensionem tanq̃ emphyteuta illius, ac proinde præscripsisse ius illud, tunc

6 † non tenetur edere aliud instrm: qm̃ p̃scriptio tantum tribuit, quantum tribueret expressa conuentio cum omnibus qualitatibus cum ea requisitis, atque adeo cum scriptura ea de re confecta: neque in hoc euentu lex Lusitana probationem exigit per scripturam publicam. Ita Alu. Vala, vbi supra nu. 18. & copiosius Caldas de renouat. emph. cum communi doctorum sñia, quã

7 refert. Idem † autem dicit esse, si finita vltima vita, pro qua emphyteusis erat concessa successor perseuerauit eodem modo in emphyteusi, persoluendo vniformem pensionem toto tpe ad præscribendum requisito: eo enim ipso renouata cẽsetur emphyteusis per tacitum consensum absque scriptura, ob tempus ad præscribendam eam emphyteusim sufficiens.

Admonet verò in articulando, seu respondendo, allegare debere, se tamquã emphyteutam toto eo tpe persoluisse vniformem pensionem, quam dñs directus recepit: alioquin non bona fide toto eo tpe possedisset, ac proinde nec præscripsisset. Hæc confirmantur ex c. 1. §. si quis per triginta, si de feu. defunc. contem. sit inter dñm & agn. vasalli, vbi hĩ. *Si quis per 30. annos rem aliquam, vt feudum possedit, & seruitium domino exhibuerit, quamuis de ea re non sit inuestitus, præscriptione tamen 30. annorum se tueri potest.* Ecce, sine inuestitura, atque adeo sine scriptura & contractu expresso, ait se tueri posse, & sermo est de feudo cõmuni, quod 30. annis præscribitur.

Aluar. Vala. nu. 18. citato, & copiosius. q. 7. n. 33. cui subscribit Caldas vbi supr. a nu. 12. & quã plurimi alij, quos (Caldas præsertim) citant, asseuerant, satis esse persoluisse pensionem uniformẽ decem annis, eam accipiente, nec contradicente dño directo, vt tueri se possit in emphyteusi non ostendendo instrm: qm̃ lex tunc præsumit interuenisse titulum, iuxta l. cum de in rem verso. ff. de vsuris, q̃ in simili alio euentu solutione vniformi, ac receptione vsurarum decem continuis annis præsumit interuenisse pactum vsurarum: præsertim cũ in illa solutione, & receptione factum vtriusq; partis interueniat, & non sola scĩa, & patientia: probatio aũt ex iuris præsumptione æquipollet ꝓbationi per scripturam. Nescio tñ, an in emphyteusi Ecclesiastica præsertim, hoc locũ habeat. Etenim ad eã non sufficit sola cõuentio, sed simul scriptura publica ad illam requiritur tamq̃ de substantia eius contractus: licèt autẽ ex continua, & vniformi illa solutione pẽsionis dicamus ius p̃sumere interuenisse pactum, non tñ p̃sumit interuenisse scripturam, neq; sanè est, cur id rõnabiliter præsumat. Adde, res immobiles, & quæ cũ immobilib. cõputantẽ, qualis est emphyteusis, neque cũ titulo p̃scribi aduersus Ecclesiam minori spacio, quam 40. annorum, vt disp. 72. visum est.

Admonet Caldas q. 15. citata num. 15. qm̃ prædia Ecclesiastica ad habitationem, & peculiarem sustẽtationem Abbatum, sed minaq; Ecclesiarũ pertinerent, (quæ Lusitani *Passaes, ou aſſento da Igreja* vocãt) qm̃ eiusmodi prædia, neq; vllo alio modo alienari, neque, emphyteusim tradi consueuerunt, ac proinde iuxta extrauagantẽ inter cões de reb. Eccl. non alien. quæ in Lusitania est recepta, absq. licentia Summi Pontificis alienari, aut in emphyteusim tradi non possunt, aliterq; alienatio est nulla, tunc titulum præsumptum, neque decem, neque 40. annorum ex continua p̃stationẽ uniformis pensionis sufficere, vt se possit tueri, qui illa possidet aduersus dñm directum. Qm̃ sicut titulus verus vna cum publica scriptura ad id non sufficit sine consensu Summi Pontificis: ita multo minus sufficiet præsumptus, cui lex illa pontificia omnino resistit. Illum legito.

Dubiũ est hoc loco, vtrũ sicut diximus emphyteutã se posse tueri titulo præscriptionis aduersus proprietariũ ex continua vniformi solutione pensionis absque instro: ita † colonus possit similiter se tueri titulo p̃scriptionis aduersus proprietariũ, aut emphyteutã, a quo prędiũ colendum accepisset, ex probõne cõtinuæ vniformis solutionis pensionis quadraginta annis, aut ẽt triginta si aduersus priuatũ, & nõ aduersus Ecclesiã, sit p̃scribendum. Quicquid aũt Bal. & quidam alij dixerint, procul dubio est dicendum, si constat à principio colonũ, & nõ emphyteutã, fuisse, accepisseq; conductum prædium sub certa annua pensione, esto ita perseuerauerit quadraginta, aut plurib. annis, prædiũ per se aut per suos successores, colendo, ac soluendo annuam vniformẽ pẽsionem, nihil omnino præscripsisse, ac proinde tueri se non posse, sed posse expelli ab eo, a quo prædium colendum accepit, aut quauis alia ratione cõductum. Ratio aũt est, quoniam, vt disp. 12. §. secundum est, dicebamus, emphyteutica ciuiliter, & naturaliter possidet ius emphyteuticum, vtile ve dñium, eaq; de causa potest illud præscribere: at vero neque colonus, neque inquilinus, possident rem, q̃ conductã

Dubiũ 8

Decis.

habent, ciuiliter, aut naturaliter, sed locator est, q per seipsum illam ciuiliter possidet, & per colonum, aut inquilinum, naturaliter; sine possessione autem nullus præscribere potest, vt habet reg. sine possessione, de regul. iuris in 6. & in materia de præscript. dictum est.

Validissimè autem hoc confirmatur ex l. malè agitur. C. de præscript. 30. annorum, cuius verba sunt. *Malè agitur cum dominis prædiorum, si tanta precario possidentibus prærogatiua defertur, vt eos post quadraginta annorum spatia qualibet ratione decursa inquietare non liceat.* Et infra. *Eos autem possessores non conuenit appellari, qui ita tenent, vt ob hoc ipsum solitam debeant præstare mercedem. Nemo igitur, qui ad possessionem conductor accedit, diu alienas res tenendo, ius sibi proprietatis vsurpet: ne cogantur domini, aut amittere, quæ locauerunt, aut locatores, vtiles sibi fortassis; excludere, aut annis omnibus super dominio suo publice protestari.* Hæc ibi. Hoc aũt loco notanda sunt verba Vlp. l. in reb. §. vlt. ff. de precario, quæ sic hãt. *Item, qui precario ad tempus rogauit, finito tempore, ẽt si ad hoc tempus non rogauit, tamen precario possidere videtur. Intelligitur enim dominus, cum patitur eum, qui precario rogauit, possidere, rursus precario concedere.*

9 Ex † quibus verbis, ac doctrina colligitur, eadẽ rõne eum, qui ad certum tps locauit, si permittat, finito eo tempore, colonum eandem rem retinere intelligi eodem genere contractus, & sub eisdem conditionibus, id concedere. Id quod manifestè confirmat, l. legem, C. locat. vbi hẽ, qñ aliquid ad certum tempus fuit locatum, finito tpe, si conductor in retentione eiusdem rei perseueret, tacito consensu censeri renouare priorem contractũ sub eisdem legib, ac conditionibus. Idem hẽ l. item quæritur. §. qui impleto. ff. eod. tit. vbi subiungit.

Transactio tpe locationis, ex tacito illo cõsensu vtriusque partis, solum censeri renouatum contractum in sequentem annum, & alio trãsacto, in sequentem, & ita consequenter, ita quod locator expellere potest inquilinum finito quocunq; anno sequenti. Quod idem similiter intelligendum est de hærede conductoris, si similiter rem retineat, vt cum Baldo, & plerisque alijs, iuxta l. neq; C. de vsufructu, asseuerat Caldas. q. 15. citata nu. 45. Quo fit, vt numquam conductor, aut hæredes illius, tueri se possint præscriptione rei conductæ ex eo, quòd quocunque tempore soluerint vniformiter pensionem domino prædij. Consentiũt in his Caldas, vbi supra à nu. 41. Aluar. Valas. de iure emph. q. 20. nu. 12. & vt videtur, Gama dec. 297. nu. vlt. & plerique alij, quos citant.

Quamuis alibi Gama cum alijs asserat, spatio 40. annorum præscribi posse coloniã perpetuam, quam Caldas q. 15. citata asserit in Hispanijs nõ esse in vsu. Neque sanè ego video quid aliud esse possit colonia perpetua, quam emphyteusis, si expendantur, quæ disp. 445 dicta sunt.

Hinc facilius intelliget, quid dicẽdum sit in euentu, quem Gama decis. 297. citata definitum refert, & quem, vna cum alijs euẽtibus, refert, atque examinat Caldas. quæst. 15. citata à num. 23. referendo primò euentum, de quo Gama loquit,

10 quasi † colonus (qui verè esset emphyteuta) per suos maiores accepisset terras quasdã sterriles ab Ecclesia sub maiori quadam annua pensione, quam perpetuo vniformiter soluerunt, & quasi postea eadem Ecclesia concessisset illa easdẽ terras iam ad cultum redactas cuidam alio in emphyteusim ad tres vitas sub minori pensione, à quo tandem ad quendam alium deuenit emphyteusis illa perseuerantibus semper prioribus illis colonis in cultura earundem terrarum, & in solutione vniformis illius pensionis. Cæterũ minorẽ eam pensionem, q̃ nouus emphyteuta soluturus erat Ecclesiæ, & colonus ille soluebat eidẽ Ecclesiæ, & incremẽtũ soluebat nouo illi emphyteutæ.

Cum verò postea nouus emphyteuta expellere vellet colonum illum ab illis terris, eo q tamquã colonum ipsius illas retineret, referunt Gama, & Caldas, snĩam fuisse latam pro colono, qui titulo præscriptionis se defendit, dicens se, suosque maiores, accepisse eas terras in emphyteusim ab Ecclesia, atque ad culturã illas redegisse perpetuoq; vniformem pensionem tempore ad præscribendum necessario soluisse. Quod si res eo modo, posita, ac probata fuit, certè difficultatem nõ continet, Gama tñ non ita rem proponit, sed Caldas id excogitasse videtur, vt decisionem illam tueretur, honoriq; senatorum consuleret.

Secundò refert eundẽ, & quosdam alios euentus, quasi prius terræ concessæ fuissent ab Ecclesia in emphyteusim ad tres vitas cuidam pro certa pensione, à quo, vel ab aliquo suo successore, cõcessæ fuissent alteri pro maiori quadam pẽsione, qui, & successores ipsius, perpetuo per tẽpus quadraginta, aut plurium annorum, illam in hũc modum vniformiter soluerunt.

Soluebant immediatè Ecclesiæ pensionẽ, quã is, à quo primò illam acceperunt, eidem Ecclesiæ soluere debebat; incrementum verò soluebat illi eidem homini ac successoribus illius. Postea verò tpis progressu successor in emphyteusi expellere voluit à terris illis eum, qui eas colebat, & maiorẽ illam pensionem modo explicato soluebat; dicẽs, illum esse ipsius colonum, vnumquamq; proinde illas possedisse nomine proprio, fasq; proinde ipsi esse, illum expellere, quocunq; anno vellet, iuxta ea, quæ supra dicta à nobis sunt.

Is verò, qui terras colebat, probauit (vt refert Gama) se, suosque antecessores, quadraginta integros, aut sexaginta annos, illas possedisse, soluisseq, vniformem pensionem modo explicato, atq; ad culturam terras illas reduxisse, eisq; perpetuos Ecclesiæ emphyteutas.

22 Senatores, vt † Gama ibidem, & Caldas referunt, sententiam pro colono tulerunt, vt non solum, quousque tres vitæ finirẽtur, esse emphyteuta, sed etiam in perpetuum, ducti, non solum titulo præscriptionis, sed etiam quoniam iuxta l. vltima. C. de alluuion. & palud. non est æquum, reũ illum excludi à terris illis, cuius opera, atque impensis, maiorumque suorum, ad culturã reductæ sunt. Concinit etiam c. ad aures de reb. Eccles. nõ alienand.

Merito

Meritò autem Caldas vbi supra ait, vt colonus ille emphyteuta perpetuus pronuncietur, duo
13 † illi probanda fuisse. Primũ, nõ accepisse terras illas ab emphyteuta, sed immediatè ab Ecclesia, antequã Ecclesia illi alteri illas in emphyteusim tradidisset: contrarium verò affirmat Caldas. Cõstare ex instrũs, quæ actor aduersus illũ exhibuit, ex quibus perspicuũ erat, prius traditas fuisse ad tres vitas illi, à quo tandẽ actor habuit ius illud emphyteuticũ: quare, cũ colonus, suiq; prædecessores, ius habuerint ab emphyteuta, non potuerũt præscribere in longius tps ius suum, quã quousq; tres illæ vitæ finirentur. Sed m, q illi fuerat probandũ, erat, accepisse terras illas sterileis: eo. n. ipso potuerunt dari ab Ecclesia in emphyteusim perpetuam iuxta ea, ad aures citati, præsumendum q; erat ita fuisse traditas: contrarium aũt affirmat Caldas verum fuisse, nẽpe ante illius rei, accepisse terras illas ab emphyteuta redactas iã ad culturã. Atq;, vt semel hoc admoneam, falsum, pfectò est terras ab aliquo, aut à suis antecessorib. redactas ad culturam, non posse ab eo auferri, sed in perpetuam emphyteusim esse illi, & successorib. illius, sub eandem pensione relinquendas, si aliter hoc vniuersim accipiatur. Etenim l. vlt. C. de alluuion. & palud. solum id statuit de prædijs vectigalibus ex quibus princeps, seu respublica accipit pensionem, aut tributum, quæ prædia Castellani, *reales*, Lusitani vero *régengos* vocant.

Cum enim Reipublicæ expediat ea prædia ad culturam redigi, merito in publicum fauorem id eo iure fuit statutum, neq; inde colligitur id vim etiam habere in prædijs Ecclesiæ, aut aliorũ priuatorum. Caput aũt ad aures, solũ permittit, Ecclesiam relinquere posse in emphyteusim perpetuam sub eandẽ pẽsione terras redactas ad culturã ijs ipsis, aut successorib. eorũ, qui ex inculris ad culturã eas redegerũt, modò, vt addit textus, non sint alij, qui sub maiori pensione velint illas accipere: nam tunc hi erunt præponendi, nisi illi alij augeant pensionẽ, quantũ hi augere volũt. Addo, in illo textu, antequam proponatur casus, aduertendum, terras illas, qũ steriles traditæ fuere, promissas fuisse cultorib. sub emphyteusi perpetua, tametsi ea de re confecta non fuerit scriptura.

14 Qũ † res, vt secũdo loco à Caldas est proposita, peracta fuit, arbitror definiendam esse, vt Caldas definiendam tandẽ subijcit, definitq; refert Gama dec. 329. Si. n. constat rẽ quã emphyteuta immediatè in emphyteusim ab Ecclesia acceperat; traditã ab initio ab eodẽ emphyteuta fuisse alicui, alteri locatã sub certa pensione, tunc, quantũcunque continuetur contractus ille per quadraginta, aut sexaginta annos, censẽt semp locatio insequẽtẽ, ac sequentẽ annũ, ac proinde nullũ ius præterea habitura, iuxta ea, quę supra dicta sunt, sed expelli potest colonus ab emphyteuta, finito quocunq; anno. Si verò non constat, à principio locatã fuisse, & is, qui illã ab emphyteuta sub certa pẽsione accepit, per triginta annos soluit vniformẽ pensionẽ, siue soluerit pariẽ Ecclesiæ, & partem emphyteutæ, siue totũ Ecclesiæ, aut emphyteutæ qui Ecclesiæ suã soluebat pensionẽ, tunc cõtractus censendus est libellarius, hoc est, emphyteusis ab emphyteuta, quẽ contractũ Lusitani *prazo de prazo* vocãt, de quo cõtractu disp. 10. dictũ est. Etenim licet emphyteuta sine dñi consensu tradere non possit rursus in emphyteusim, qd ipse in emphyteusim acceperat, ex consensu tñ dñi, validè illud põt tradere, vt infra dicetur: qñ aũt tanto tpe, sciẽte, & tacente dño directo, tertius pensionẽ vni soremsolut, vel emphyteutæ, vel propietario, cẽsetur dñs directus consensisse in eum contractũ, ac proinde ex tali tacito, vel expresso cõsensu validus est contractus libellarius. Ita definitum fuit dec. 329. citata, & dec. 244. ac definiendum affirmat Caldas vbi supra. Ac tunc vltimus emphyteuta manet cũ dãio vtili, intermedius verò solũ manet cũ iure, vt vltimus emphyteuta sibi soluat pensionẽ, aut partem illius, & reliquũ emphyteutæ, prout inter se conuenerint. Quod si vltimus emphyteuta in commissum cadat, amittit dãium vtile, non primo emphyteutæ sed domino directo, vt ibi. nu. vlt. Gama rectè ait.

Dixi paulò ante, si per triginta annos soluerit
15 pensionẽ, qm, vt † vltimus scribat vtile dõium, ac ius emphyteuticũ, satis est spatium 30 annorũ sine titulo, vt disput. 70. dictum est: eo quod non præscribat illud aduersus Ecclesiam, sed aduersus alterum emphyteutam, siue Ecclesiæ siue cõmunem.

Immo, si scriptura non sit de substantia huius contractus, qui celebratur non cum Ecclesia, sed cum priuato, sanè quamuis consensus, saltem tacitus, domini directi ad eum requiratur, satis erit decem continuis annis soluisse vniformẽ pensionem, vt qui eã soluit, se possit tueri sine vllo processus instrumento aduersus priorem emphyteutã, iuxta ea quæ ex l. cum de in rem verso. ff. de vsuris, supra dicta sunt.

## Vtrum ad emphyteuticum contractum necesse sit, vltra pensionem, solui aliquid pro ingressu. Et quib. prohibitum sit id accipere.

## DISPVT. CCCCL.

### SVMMARIVM.

1 *Emphyteuticus contractus vltra pensionis solutionem quid requirat.*
*Et quid de iure Lusitano nu. 2.*
3 *Emphyteusi quando pro ingressu iudicanda sit potius emptio, & venditio.*

MVlti ex antiquioribus arbitrati sunt, ad emphyteuticum contractum necessarium esse, vt, vltra pensionem, solueretur † aliquid p ingressu, seu introitu, vt uocant. Atq; in hoc censuere contractum emphyteuticum, qui medius inter emptionem, & uenditionem, atque inter conductionem, & locationem in iure dicitur, Inst. de locat. §. adeo. & l. 1. C. de iure emphyteutico ad emptionem, ac venditionem accedere.

De horum numero censentur gl. l. c. potuit, de locato, Bar. l. 1. C. de iure emphy. & plerique alij, quos Alu. Val. de iur. emph. q. 10. nu. 1. refert. Atq; hæc eadem sñia haberi videtur l. 5. titu. 14. par. 1, & l. 69. tit. 8. pár. 5. Greg. in Lope. l. 69. citata verbo. *por ciertos marauidis*, eam exponenda censet, q̃ cum contractus emphyteuticus celebrari possit, tum soluto aliquo pro ingressu, tũ nullatenus pro ingressu persoluta, lex illa præscribat formã, qua priori illo modo is cõtractus debeat celebrari. Ad l. autem 3. & ad duo alia cõia iura citata, dicendũ est, solum velle, quod, tum contractus emph. vtro que modo possit celebrari, qñ priori illo modo celebratur, in eo, quòd pro ingressu prætiũ soluatur, accedat ad emptionem, & venditionem.

Communior autẽ doctorum, ac vera sententia est, ad contractum emphyteuticum necessariũ nõ esse solui aliquid pro ingressu vltra pensionẽ, qñ vtroq; modo pót optimè celebrari. Ita idem Bar. l. si mihi. & tibi, ff. de verb. obl. & alij, quos referunt, ac sequuntur Iul. Cla. 4. lib. sent. §. emph. q. 7. Alua. Vala. & Greg. Lop. vbi sup. & l. 28. tit. 8. par. 5. ver. *dada*, añq; sequẽtẽ gl. ver. *acesso*, idẽ colligi ex ea lege, atq; hanc sñiam amplectũtur Silu. ver. emph. nu. 3. & Cou. 3. var. res. c. 7. nu. 1.

Ius Lusitanæ, 2

Id verò confirmatur ex lib. 4. Lusitan. ord. tit. 66. vbi vsque adeo † ad rationẽ emphyteutici cõtractus non reputatur necessarium solui aliquid pro ingressu, vt si, qui terras coronæ regni obtinent, vel administratores capellarum, aut maioratum, vel cõmendatarij, qui facultatem tradendi in emphyteusim bona capellarũ, maiorum, cõmendarum, vel coronæ regni, bẽam, quicquã pro ingressu, dũ ea bona in emphyteusim, siue perpetuam siue ad vitas, tradunt, aut dũ emphyteusim renouant, accipiant, contractus, sit eo ipso nullus, resque emphyteutica consideretur statim cũ proprietate, absq; vlla facultate emphyteutæ relicta cõtendendi ea de rebus cum proprietario in iudicio, cum ve de causa citandi. Insuper, qui id p ingressu dederit punitur amissione illius accipienti, ad quod nullam opus sit expectare sñiam. Præterea si id dedisse illi probetur, cogitur iterũ soluere tãtundem, dimidium accusanti, & dimidium in redemptionem captiuorum. Rõ aũt prudentis hujus legis est, q̃ tradunt sanctiones ordinis Lusitanæ *Dauis*. ca. 25. vbi idem commendatarijs, eius ordinis præscribit. Quia videlicet hi oẽs possidẽt ea bona deuentura alteri per ipsorum mortem ex præscripto primo institutoris, aut redita aliqñ ad coronam regni; ne igitur in detrimentum successorum, aut coronæ regni, illa tradunt pro modica pensione, accepto pro introitu magno prætio, quo ipsi soli fruantur, iurè optimo id ita sancitũ fuit. Cõsentit. l. Titius rogatus. ff. ad Treb. vbi qñ hæres erat grauatus restituere per mortem suã, q̃ ex hæreditate tunc supereset, vtique, quòd bona fide consumpsit, hæreditatẽq; diminuit, restituẽdum non venit secus autem, quod gratia interuertendi fideicommissum fuerit ab eo consumptum, vt ibi habetur, & notant Bart, & alij, quos Aluar. Valas. vbi supra nu. 2. refert, ac sequitur.

Non cõtrariatur ordinationi citatæ alia eiusdẽ regni ordinatio lib. 2. tit. 19. §. 23. qua definitum est, si donatarij regis, quibus aliquibus in vitã ad regis beneplacitum est concessum, tradant sine regis facultate in emphyteusim bonum ita donatum, non teneri regem seruare illum contractum a puncto, quo donatio expirauerit, secus quousque donatio cesset; colligiturque hoc secundum ex l. necessario. §. vlt. ff. de petic. & comm. rei vend. & ex l. si quis domum. §. huic subiungi, & cum Ant. Gom. l. 40. Taur. in calce, nu. 84. & alijs, quos citat, affirmat Alua. Valas. de iur. emph. q. 10. nu. 4. Non, inquam ordinatio hæc illi alteri cõtrariatur, vt rectè ibid. Aluar. Vala. obseruat. Qñ illa prior loquitur, qñ aliquid pro ingressu fuit acceptũ, in quo eventu contractus emphyteuticus celebratus de bonis coronæ regni, ita a rege donatis, est ipso iure nullus: hæc verò posterior loquitur, qñ nihil pro ingressu fuit acceptum.

Ex dictis meritò Aluar. Valas. vbi supra colligit, posse labefactari emphyteuses a prælatis Ecclesiarum concessas cum acceptione pecuniæ pro ingressu, aut munerum, vltra pensionem, vt non valeant, quatenus id fuerit in præiudicium successorum, vt si pensio modica sit, & quod p ingressu fuerit acceptum notabile fuerit.

Atq; id plane statuisse vt Concil. Trid. sess. 25. c. 11. de refor. vbi sic hf. *Magnam Ecclesiis perniciem afferre solet, cum earũ bona, rapræsentata pecunia, in successorũ præiudicium aliis locantur. Quapropter hæ locationes, si anticipatis solutionib. fiant, nullatenus in præiudiciũ successorum valida intelligantur, quocunq; indulto, aut priuilegio non obstante. Neq; eiusmodi locationes in Romana curia, aut extra eam, confirmentur.* Id q̃ ad emphyteuses, de quibus loquimur, videtur extendẽdum.

Qñ præterea, aut res alia, quæ pro ingressu daretur, una cũ pensione, arbitrio prudentis non excederet limites æqualis retributionis pro emphyteusi, quæ concederetur, nõ esset, cur damnandus esset talis contractus, tam q̃ inæqualis, & injustus; secus autem qñ excederet, ac tunc obligatio esset restituendi excessum. Raro aũt dabitur pro emphyteusim plus, q̃ illa valeat; longèque maius est periculum, qñ aliquid datur pro ingressu, quod appetitu illud statim recipiendi emphyteusis pro minori retributione, q̃ valeat, cõcedatur; quo dato, si id ad limites iusti non attingeret, augendum esset in foro consciæ. Quãuis quia res in emphyteusim pro modica pẽsione à principio tradi consueuerũt, vt ab accipiente tribi meliorarẽtur, & quia multa sunt grauamina, quæ ex emphyteusi rẽmanent emphyteutæ, vt solvendi laudemium, si ius suum vendat, & alia, quæ videbimus, cadendi in commissũ: non soleat ea de re esse scrupulus: præsertim quando emphyteuses sunt antiquæ.

3 Illud cum Aluar. Valas. vbi supra, nu. 9. admonuerim. Si † pro ingressu emphyteusis, lõgè plus pretij tribuatur, quam sit valor pensionũ, contractum censendum esse, non emphyteuticum, sed emptionis, & vẽditionis dominij vtilis, iuxta ea, quæ disput. 336. dicta à nobis sunt. Si autem non multum excedat, cẽsendus erit contractus emphyteuticus, vt ibidem dictum est. Nisi tamen agere-

tur

tunde præiudicio tertij, quoniam ad retractum, v.g. satis esset quicunq; excessus valoris pretij, vt contractus diceretur emptionis, & venditionis, vt ibidem dictum est. Arbitror etiam, iuxta ea quæ ibidem, & alibi dicta sunt, quandocunq; interuenit pretium pro ingressu, iuxta illud, censendam emptionem, & venditionem ad effectum, vt iuxta quantitatem illius alcauala debeatur. Idē dic, si pro ingressu detur res alia, vt equus, bos, triticū, aut aliud simile ad effectum vt censeatur permutatio, & iuxta illius valorē duplex alcauala debeatur. Lege, quæ ibi, & disp. 382. ac disp. 397. dicta sunt. Ex contractu verò emphyteutico quo tali, alcauala nō debetur: quia neque est venditio, neque permutatio, sed distinctus omnino contractus. Ita Lassart. de decim. vend. c. 1. nu. 42.

## Pensio emphyteusis quanta, & in qua materia, ac quando soluenda.

### DISPVTATIO CCCCLI.

#### SVMMARIVM.

1 *Pensio, reditus, canon, & census conueniūt emphyteutico contractui, pro eodemque accipiuntur.*
2 *Pensio in contractu emphyteutico quanta esse requiratur, vt differat a locatione.*
3 *Emphyteuticus contractus a locatione in quo differat.*
4 *Pensio in contractu emphyteutico in omni re constitui potest.*
*Et quid in Lusitania seruatur, nu. 5.*
*Item constitui potest in quantitate certa, vel quota fructuum. nu. 6.*
7 *Pensio quibus temporibus soluenda.*
8 *Emphyteutica res an sint tacitè hypothecatæ pro solutione pensionis.*

QVod ex contractu emphyteutico in recognitione dominij directi statutis temporibus
1 est soluendum, dicitur, tum † pensio, tum ēt reditus, vt constat ex verbis illis. §. adeo, Instit. de locat. *quam diu pensio seu reditus præstetur pro his.* Vtrunque tñ nomen latius multo patet, vt cū Paris. Puteo Aluar. Vala. de iur. emph. q. 11. n. 1. ait, atq; ex communi vsu, traditisq; à nobis in materia de censibus, ac alibi, liquet.

Appellatur etiam can. c. potuit, de locato, illis verbis. *Cessando in solutione canonis per biennium.* Quod etiam nomen ad alia se extendit. Vt enim cum Budeo tradunt Couar. 1. var. res. c. 12. nu. 4. & Aluar. Valas. vbi supra, reditus omnes coronæ Regni canon nuncupantur. Dici etiam potest cēsus, iuxta ea, quæ disp. 381. dicta sunt, atque ita sumitur l. 28. titu. 8. par. 5. Hoc etiam nomen multis aliis reditibus est commune, vt ibidem explanatum est.

2 Pensio, quod † ad substantiam contractus emphyteutici attinet, nihil refert, siue magna, siue parua sit. Tametsi multi, ex Bartol. l. 1. C. de iure emphyt. decepti, asseuerint, ad rationem emphyteutici contractus sequiri pensionem esse modicam; alioquin, si magna sit, transire in locationē. Contrarium verò cum Laurent. Siluiano meritò Aluar. Valas. de iure emphyt. q. 1. nu. 8. asseuerat: eo quòd nullus sit textus vnde id colligatur. Et contrarium satis apertè liquet ex ijs, quæ disput. 445. dicta sunt.

3 Solum † quippe contractus emphyteuticus differt a locatione, & conductione (latius alīquātulum sumpta, vt comprehēdit eam, in qua aliquid ad vsum, & fructus datur pro re, quæ non est pretium) quo ad tps. Si enim res immobilis vtenda, ac fruenda detur ad decennium, aut vltra, erit contractus emphyteuticus, si verò detur infra decennium, erit locatio, & conductio, vt ibidem explanatum est. Vnde non probo, quæ Alua. Vala. q. 11. citata, nu. 9. & 10. subiungit.

4 Pensio item † constitui, ac solui potest, siue in pecunia, siue in aliqua alia re, vt in frumēto, vino, oleo, aut re alia, vt cum glos. §. adeò, verb. pensio, seu reditus, notat communis doctorū sententia, quam Aluar. Valas. q. 1 citat, nu. 7. & q. 20. nu. 5. refert, ac sequitur, & consentiunt ordin. Lusi. lib. 4. tit. 60. §. pen. Atque in hoc differt emphyteusis à locatione, & cōductione prefse sumptis, in quibus, quod pro re fruenda est soluendum, debet esse pecunia, vt suo loco videbimus.

Vt tamen disputatione 446. dictum est, de iure Lusitano, lib. 4. ordi. tit. 66. §. vlt. est sanctum,
5 in † emphyteusi domorum, aut soli ad domos ædificandas, constitui non posse pensionem nisi in pecunia, & annuis, alioquin cōtractus est inullus, nullusque effectus. Eius sanctionis reddit rationem Aluar. Vala. quæst. 20. citata, numero 6. Ait verò ibi Alu. Valas. si aues de numero earum non sunt, quæ tradi consueuerunt mortuæ, vtpotè quæ venatione capiuntur, vt sunt perdices, & coturnices, tradendas esse viuas, & non mortuas, cum Bar. & alijs, quos citat, argumento l. qui decem. §. vlt. (vbi id summatim eius §. asserit.) ff. de sol. & l. 1. §. plane. ff. si quadr. paup. fecis. dicat. Vtrum autem lex illa Lusitana ad emphyteuses Ecclesiasticas eius Regni se extendat, disput. citata dictum est.

6 Potest item † pensio emphyteutica constitui, vel quātitate certa, vel in parte aliquota fructuū, qui ex eo prædio fuerint percepti, vt colligitur ex Lusitan. ordin. lib. 4. tit. 60. §. 2. & affirmat Alua. Valas. de iure emphyt. q. 30. nume. 3. Potest verò confirmari, quoniam pacta adhibita in hoc contractu valida sunt, dummodò contra substātiam contractus non sint, vt patet l. 1. & 2 C. de iure emphyt. §. adeo. Instit. de locat. & l. 28. tit. 8. par. 5. quod autem eo modo constituatur pensio soluenda, sanè non est contra substantiā emphyteutici contractus.

7 Pensioni soluendæ nullum † tempus ius statui, sed soluendam est temporibus à contrahentibus cōstitutis, vel quotānis, vel de biēnio in biennium, vt in pensione olei aliquibus in locis fit, in quibus oliueta non nisi de biennio in biennium fructus ferunt, vel quouis alio, prout cōtrahentes conuenerint. Cū enim quamuis de substātia cō-

ractus emphyteutici sit, vt pensio soluatur, de illius tamen substantia non sit, q̃ hoc, aut illo tempore soluatur, vtique standum hac in parte erit pactis emphyteuticum contractum celebrantiũ, iuxta ea, quæ paulò antea dicta sunt. Quòd si nihil hac in parte contrahentes expresserint, standum erit consuetudini loci ea in re, q̃m contractus, q̃ aliud expressum non fuit, iuxta consuetudinẽ loci censentur celebrati. Quando autem, neque ex loci consuetudine id potuerit definiri, ex circunstãtijs concurrentibus iudicandum est, quid contrahentes intenderint. Ita Aluar. Valas. de iure emphyt. q. 1. nu. 14. & consentiunt Cou. 2. var. resol. c. 16. nu. 6. & alij, quos citat.

Q̃n à contrahentibus fuit constitutum, in qua parte aut die anni, pensio soluenda esset, in ea est soluenda. Q̃n verò nihil ea de re fuit statutũ, consuetudini erit standum; si autẽ nulla fuerit constans, atque uniuersalis consuetudo, in fine anni, à die contractus celebrati erit pensio soluenda. Atque hoc vltimum affirmat Iul. Clar. dib. 4. sent. §. emphyteusis, q. 12. seruare consuetudinem.

8 Vtrum † autem res emphyteutica sit tacitè hypothecata pro solutione pensionibus. Bald. & alij, quos Aluar. Valas. de iure emphyt. q. 4. nu. 6. citat, hypothecatam esse existimant. Contrarium verò meritò ibidem Aluar. Valas. censet. Quoniã non est textus vnde id colligatur, & ob alia, quæ apud eum legas.

## Vt emphyteusis contractus validus sit, num necesse sit certam, ac determinatam pensionem constitui. Et quæ pensio iusta sit censenda. Et num in hoc contractu locum habeat l. 2. C. de rescind. vendit.

### DISPVT. CCCCLII.

*SVMMARIVM.*

1 *Pensio determinata in emphyteusi cõstitui debet, ad validitatem contractus.*
2 *Innouatio non est titulus nouus, vel continuatio præcedentis.*
3 *Pensio iusta quæ sit censenda.*
4 *Lex 2. de rescind. vend. an locum habeat in cõtractu emphyteutico.*
5 *Læsio in contractu emphyteutico an sit vltra, vel infra dimidium iusti pretij, quomodo iudicãdũ.*

QVod ad primũ horũ attinet, eadem dicẽda sunt, quæ de contractu emptionis, & vẽditionis, num, vt validus sit necesse sit determinatũ constitui pretium, disp. 337. dicta à nobis sunt.

1 Atque ea † de causa hac in re non immoror. Ea latè disput. Aluar. Valas. de iure emph. q. 11. à nu. 5. Q̃n autẽ emphyteusis innouaretur necesse non esset mentionem fieri de certo pretio, pro quo innouaretur. Q̃m innouata censetur pretio præce-

2 dente, neq; innouatio † reputatur titulus nouus, sed continuatio præcedentis. Ita Aluar. Valas. vbi supra, nu. 15. cum Bart. & communi sententia, q̃ refert. Et confirmatur ex l. item quæritur. §. qui impleto, ff. locati, & l. pen. §. vxor. ff. sol. mat.

Quod attinet ad secũdum, multi docuere, iustam † pensionem emphyteusis esse, quæ viginti annis collecta, æquat valorem rei in emphyteusim traditæ, iuxta authenticũ de non alienandis, §. si verò alicuius Ecclesiastici, & affirmat gloss. vlt. in authẽt. perpetua, C. de sacrosanct. eccl. Autores huius sniæ referunt Pinel. l. 2. C. de rescind. vend. par. 3. c. 4. nu. 29. Couar. 3. var. resol. c. 9. nu. 5. & Aluar. Valas. de iur. emph. q. 11. nu. 2.

Cæterum dicendum est cum eodem Pinell. l. citata par. 1. in calce capitis 3. cum Cou. & Aluar. Valas. vbi supra, & alij, quos referunt, non esse illam certã, ac constantem regulã: sed arbitrio prudentium esse id statuendum, attentis circũstantijs occurrentibus, & consuetudine loci, & in tradendis similibus rebus in emphyteusim. Multũ quippe ad pretium iustum rerum in vnaquaq; regione facit consuetudo, qua similes res in ea distrahi consueuerunt, vt disp. 348. explanatum est.

Ad authenticum verò citatum dicendum est, id pro eo tempore fuisse prudenter statutum, non vniuersim, vt ex ipsomet textu constat, sed circa quædam suburbana prædia Ecclesiarum, quę magni erant valoris, & modicas pẽsiones reddebãt, vt erant turres, vt glossa ibidẽ exponit. In authentico autem de alienat. & emphyt. §. sanctissimas, permittitur Hierosolymitanam Ecclesiã alienare quasdã domus ad ipsam attinentes, nõ minori pretio, quam conficerent quinquaginta quinque annuæ pensiones earundem domorum: variaque alia iura citat Coua. vbi supra, quibus præterea rerũ aliter, collatione facta cum pensionibus sancita sunt. Vnde sicut pretium iustum census in inuiui sibili non consistit, neque est idem diuersis tẽporibus in eodem loco, aut eodem tempore in diuersis regionibus, vt in materia de censibus dictum est; sic res habet in emphyteusi.

4 Quod verò attinet ad tertium, verũ † scilicet, Lex. C. de rescind. vend. locum habeat in contractu emphyteutico: Multi cum Speculatore in tit. de empt. & vendit. quos referunt Aluar. Valas. vbi supr. num. 19. & Pinel. l. 2. C. de rescin. vend. par. 1. capit. 3. nume. 37. censent, non habere in eo locum. Tum quòd ea lex solum habeat locum in contractibus bonæ fidei emphyteusis autem sit contractus stricti iuris, vt disput. 447. dictum est. Tum etiam, quod pensio in contractu emphyteutico non soluatur tam quam pretium, seu merces, sed in recognitionem dominij directi, ideoq; ex natura contractus modica esse soleat, cõparatione pensionis, quæ in contractu locationis, & conductionis redditur.

Atque hoc ipsum videtur sonare lex Castellæ Tauri 68. quæ sic habet. *Si alguno pusiere sobre su heredad algũ censo con condicion, que si no pagare a ciertos plazos, que caya la heredad en comisso, que se guarde el cõtrato, y se vuelua lo que por el pusiere (que la pena sea grãde) mas de la mitad.* Et ita intelligit

Digitized by Google

xelligit eam legē Ant. Gom. ibidē in calce, nu. 4.

Consentit d. l. 1. tit. 11. lib. 5 nouæ collectionis, quæ agens de dispositione legis 2. C. de rescinden. vend. addit. *Y esto mismo deue ser guardado en tales rentas y en los cambios, y en los otros contratos semejantes*, vtique bonæ fidei.

Contraria tamen est communior cum eodē Speculatore sibi contrario tit. de emphyteusi. §. si verò aliqua n. 14. quā sequitur Panor. c. cum causa, de empt. & vend. dicens esse cōmunem, & quā refert ac sequitur Alua. Valas. & Pinel. vbi supra. Est q; indubitata in Lusitania, vtpote sancita. lib. 4. ord. tit. 90. §. 2. illis verbis. *E aforamentos*.

Ratio est, non solum quoniam emphyteuticus contractus similis est locationi, in qua locus est legi illi, sed etiam quoniam lex illa quo ad effectum, locum etiam habet in contractibus stricti iuris. Qua tamen de hoc erat controuersia inter doctores. disp. 349. solum expressimus legem illam habere locum in contractibus bonæ fidei, nihil asserentes de contractibus stricti iuris, sed examinandum hoc relinquentes alijs locis.

Neque verò certum est in Regno Castellæ locum non habet in emphyteusi. Ad l. quippe. 68. Tauri dicendum est, solum loqui de pœna commissi esto illa excedat dimidium iusti pretij: non verò de pensionibus, aut iuste ad illas, comparatione valoris pretij pro eo dati. Praterea disputatione 91. exponendo sextam clausulam bullæ Pij V. cum doctoribus, quos ibi retulimus, dixi in ea non legem iustam non esse quo ad eam pœnam in censu constituto, de quo in ea est sermo, neque in praxi in eo Regno esse receptam. Adde, in ea lege de censu constituto esse sermonem, qui contractus est bonæ fidei, & pars quædam emptionis, & venditionis, in quo proinde censu nullus diffiteri potest, locum habere legem 2. C. de rescin. vend. collatione facta valoris iuris ad pensiones cum pretio pro eo iure dato.

Ad l. verò, 1. tit. 12. lib. 5. nouæ collectionis, dicendum est, verba illa: *Y en otro semejantes contratos*, intelligenda esse, in quibus vnum pro alio datur, siue sint bonæ fidei, siue stricti iuris.

At id verò quo ante eas leges dicebatur, pensionem scilicet in contractu emphyteutico non dari in pretium, seu mercedem, sed solum in recognitionem dominij directi, negandum id planè est: vt etiam id negat Aluar. Valas. loco citato. Licèt enim detur in recognitionem dominij directi, simul tamen, atque æquè principaliter, datur in recompensationem vtilis dominij, quod contractu emphyteutico conceditur emphyteutæ.

Quare obserua, plus iusto Alua. Valas. in alijs quæstionibus eius operis distinguere conari emphyteuticum contractum à locatione, & conductione ex eo, quòd in locatione pensio reddatur in pretium, & recompensationem vsus, ac fructuum rei conductæ: in emphyteusi non, sed in recognitionem dominij directi.

5 Porrò † ad iudicandam, an læsio in contractu emphyteutico sit vltra, aut infra dimidium iusti pretij, æstimari debet valor dominij vtilis quod emphyteutæ conceditur, attento, quod emphyteuta multis oneribus, vt in sūo contractus subiectus relinquatur, quæ explanabimus vt eadem ratione de causis in cōmissum, soluendi laudemium, &c. & æstimando valorē iuris ad pensiones quod dominio directo retribuitur, collationeq; facta valoris vnius cum alio valore: in quibus rebus æstimandis ratio est habenda quantitatis pensionis, quæ pro similibus rebus traditis in emphyteusim in eadē regione cōcedi assuerit, vt supra dictū est.

Neque iudico probandam opinionem Pinel. numero citato, legem videlicet 2. C. de rescind. vend. habere locum, si emphyteuta se læsum dicat, non verò si dominus directus se læsum conqueratur: æquè enim dominus directus est audiendus, vt Alua. Valas. vbi supra, & alij rectius volunt. Verumtamen disp. 450. dicebamus rarò controuersiæ occurrent, quod contractus fuerit iniustus, nedum quod aliter contrahentium vltra, aut infra dimidium iusti valoris sit læsus Aluar. autem Valas. affirmat, semel se hanc secundam controuersiam vidisse.

## Emphyteuta quanto tempore pensionē non soluendo incidat in commissum. Et an purgare moram possit. Et num possit expelli à proprietario authoritate propria.

### DISPVT. CCCCLIII.

#### SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta infra quantum tempus incidat in commissum, seu perdat ius suum, non soluendo pensionem.*

2 *Emphyteuta quare dicatur incidere in commissum, seu caducitatem.*

3 *Emphyteuta non incidit in pœnam, seu commissum, nisi proprietario volente.*

4 *Emphyteuta si iurauit se soluturum quotannis pensiones, an incidat in commissum eo ipso, quod semel tempore congruo pensionem non soluit.*

5 *Emphyteuta incidens in commissum, an possit moram purgare.*

*Et quid de iure Castellæ.*

6 *Emphyteuta infra quantum tempus possit moram purgare, vt biennio elapso censeatur celeriter illam purgare.*

7 *Proprietarius recipiens ab emphyteuta pensiones debitas, an cēseatur illi remittere caducitatem.*

8 *Emphyteuta vt in commissum non incidat, an satis sit intra biennium, aut triennium offerre proprietario pensionem.*

9 *Emphyteuta ignorās debere pensionē, an tempore elapso solutionis pensionis, incidat in cōmissum.*

10 *Emphyteuta ob elapsum temporis an statim incidat in commissum, si pensio soluenda sit exigua, & res emphyteutica sit magni valoris.*

11 *Emphyteuta an incidat in commissum totius rei, ob non integram solutionem pensionis, an verò pro parte, pro rata pensionis non soluta.*

12 *Emphyteuta vnus hæredū si nō soluat suā portionem*

*nem pensionis an omnes incidãt in commissum.*

13 *Emphyteusim si quis accipiat pro se, & filijs ac descendentibus, an si intermedius emphyteuta incidat in commissum, cæteris noceat, ad quos ius emphyteuticum transire debet.*

14 *Emphyteuta per biennĩ vel triennĩ non soluens, an incidat in cõmissum, si in cõtractu emphyteutico pœna alia fuit imposita pensionẽ nõ soluenti.*

15 *Pactum, ut emphyteuta ob non solutam pensionem non incidat in commissum validum est.*

*Idem dicendum in pacto, quod ante biennium, vel triennium non soluens, incidat in commissum, numero 16.*

17 *Emphyteutam si contendatur incidisse in commissum, an ad proprietarium spectet probare non fuisse solutam pensionem, an vero ad emphyteutam eam soluisse.*

18 *Emphyteuta si in commissum incidit, & dominus non est pœnam exequutus, an eius hæredes possint hoc facere.*

19 *Proprietarius non exequens pœnam commissi aduersus emphyteutam, an poterit hoc facere aduersus eius hæredes.*

20 *Emphyteuta si offerat proprietario pensiones plurium annorum sequentium, idem proprietarius non tenetur illas recipere.*

21 *Emphyteuta, qui incidit in commissum ob non solutam pensionem, an propria auctoritate expelli possit a proprietario.*

22 *Emphyteuta si velit dimittere rem emphyteuticam proprietario, an teneatur proprietarius eam accipere, an vero possit eum cogere perseuerare in emphyteusi.*

SI emphyteusis cõis sit, seu Ecclesiastica, aliudq; in pactum nõ sit deductũ, & emphyteuta tribus continuis †annis pensionẽ non soluetur, amittit, non solum ius emphyteuticũ, sed etiã melioramenta in re emphyteutica facta, resq; tota cum melioramẽtis ad proprietariũ deuoluitur, si eam velit, esto toto tpe proprietarius non exegerit pẽsionem ab emphyteuta: tempus enim pro proprietario interpellat, ac proinde emphyteuta soluere tenetur pensionem etiam si non requiratur.

2 Emphyteutam †autẽ incidere in hanc pœnam, appellatur incidere in commissum, aut in caducitatem. Hoc est, amissionẽ rei emphyteuticæ proprietario ob pensionem, nõ solutam. Hæc omnia habentur l. 2. C. de iure emphyt. l. 28. tit. 8. par. 5. & 4. li. Lusita. ord. tit. 65. in principio, & §. 1. Habentq; hæc verum, etiam si Ecclesia sit emphyteuta laici; sed tunc Ecclesiæ competit restitutio in integrum, sicut & minori, vt cum alijs, quos refert, rectè affirmat Greg. Lopez l. 28. citata ver. *por dos años*. Si autem emphyteusis sit Ecclesiastica, & emphyteuta duobus annis continuis pensionem non soluat, incidit similiter in commissum, locumque proinde habent prædicta omnia. Ita habetur cap. potuit de locat.

Atque in Ecclesiarum priuilegium iure ciuili fuerat antea cõcessum in authentico de nõ alienãdis. §. scire, & in authentico de alien. & emphy. §. si verò quis aut locato, & habetur authentica, qui rem C. de sacrosan. Eccl. & l. 28. tit. 8. par. 5. & li. 4. Lusit. ord. tit. 65. §. 2. Atque in hactenus dictis consentit communis doctorum sententia. Si emphyteusis priuati fiat Ecclesiæ, atque emphyteuta non soluerat priuato per annum cum dimidio, & postea non soluat Ecclesiæ, per annum, credo incidere in commissum, si prior proprietarius transferat in Ecclesiam ius, quod ex parte acquisierat ad pœnam cõmissi exequendam, iuxta ea quæ de præscriptione in calce dispu. 72. dicta sunt. Greg. tamen Lopez vbi supra lapsum duorum annorum exigit postquam emphyteusis esse cœpit Ecclesiæ. Quod reputo verum, si prior proprietarius ius suum in Ecclesiam non transferat.

Hoc loco obserua, cũ eiusmodi leges pœnales
3 sint, non obligare, nisi †proprietario exequi pœnã volẽte; id quod satis innuit l. 2. C. de iure emphyt. & affirmat Bart. & cõis doctorũ sententia, quam Iulius Clar. lib. 4. sent. §. emphyt. q. 9. refert ac sequitur. Quare, dum proprietarius nõ aggreditur exequi pœnã, tutus est emphyteuta in conscientia perseuerãdo in emphyteusi: nõ tamen necessaria est sententia, vt doctores citati affirmant, & alij, quos Syl. ver. emphyteusis q. 2. refert ac sequuntur. Couar. 3. variar. resol. c. 16. num. 6. cum Bald. Alex. Ias. & Catul. Cotta, asseuerat, si fructus rei emphyteuticæ non colligantur quotannis, sed de biennio in biennium, emphyteutam communem non incidere in commissum, nisi cõtinuis sex annis pensionem non soluat, argument. l. si fic. ff. quemadm. seruit. amit. Hoc verũ existimo, quando sicut ager emphyteuticus fructus non reddebat nisi de biennio in biennium, sic pẽsio de biennio in biennium soluebatur: si enim quotannis in pecunia, aut in alia soluebatur, tunc tẽpore triennij consueto inciditur in commissum. Quãdo emphyteuta cõmunis ante sex annos continuos non incideret in commissum ea de causa, emphyteuta Ecclesiæ ante quatuor continuos non incideret in commissum: cum sit eadem ratio.

Dubium est; vtrum quando emphyteuta iura- Quæst.
mento confirmauit se soluturum quotannis pen-
4 siones, incidat † in commissum eo ipso, quòd semel tempore congruo pensionem non soluat, neque sit expectandum lapsum trium annorum in emphyteusi communi, aut duorum in emphyteusi Ecclesiastica, neque item locum habeat purgatio moræ, de qua mox sermonem habebit Bald. capit. querelam de iureiurando, & post eum communior doctorum sententia, quam Gutier. de iuram. confirman. part. 1. cap. 31. refert ac sequitur, partem affirmantem amplectuntur, ducti potissimum l. si quis maior. C. de transac. vbi, qui conuentionẽ seruare iurauit, si iuramentum non seruet, commodo toto contractus priuatur. Decis.

Contrariũ vero asseuerandũ censeo cum Couar. c. quamuis pactum de pactis part. 1. §. 4. nu. 5. & alijs, quos citat. In eandem propendet Iulius Clar. 4. lib. sent. §. emphyt. q. 8. num. 2. Lex enim illa est pœnalis, aperteque solum loquitur de pacto transactionis iuramento confirmato, vt constat ex ipsomet textu, & glossis ibi, neq; id extendendum ad alios contractus. Et itaque periurus,

qui

qui pensionem soluere temporibus congruis intrauit, nec, cum posset, eam soluit, non tamen incideret in cõmissum, nisi ob non solutam pensionem tempore quo à iure ad id statuto.

Dubiũ

Dubium est, verum, elapso biennio, aut triennio, in quo emphyteuta incidit in commissum, sit locus † purgationi moræ, ita videlicet, quòd offerendo proprietario pensiones totius illius temporis, liberetur emphyteuta à pœna commissi, retineatque proinde emphyteusim.

Decis.

Communis sola doctorum est, in emphyteusi communi locum non habere purgationem moræ, satisque consentire videtur l. 2. C. de iure emphy. estque expresse id definitum lib. 4. Lusitan. ordi. tit. 65. §. 1. Lex tamen 28. tit. 8. part. 5. statuit, tam in emphyteusi communi, quam in Ecclesiastica, locum esse purgationi moræ intra solos decem dies à triennio, aut biennio, elapso. Atque ita est asserendum in Regno Castellæ de emphyteusi communi iuxta eam legem, vt affirmat Greg. Lopez, ibi, verb. *diez dias*, Couar. 3. var. resolu. c. 17. nu. 4. & Gutier. vbi supra nu. 4.

Ius Castellæ.

Quod verò attinet ad emphyteusim Ecclesiasticam, in ea conceditur, posse emphyteutam elapso biennio celeri oblatione pensionum præteritarum purgare moram, atque ita euadere commissi pœnam, vt expresse habetur c. potuit, de locato. Id verò ex benignitate Ecclesiæ in ea emphyteusi concessum est in recompensationem priuilegij sibi concessi, vt emphyteuta breuiori tempore duorum annorum in commissum incidat.

Quæst.

Dubiũ in est inter doctores, intra quãtum tps debeat moram purgare, vt biennio elapso censeatur celeriter illam purgasse iuxta dispositionem capitis potuit, de locato. Glossa ibidem multas refert opiniones; Omissis verò alijs, vna est, quòd intra decem dies: eo q in tẽpus modicum censeatur, vt disp. 445. visum est. Hanc sententiam, quę certè improbabilis nõ est, amplexata est lex Castellæ 28. citata: idq; tempus ad emphyteusim communem extendit, vt in eo Regno intra illud emphyteuta communis moram trium annorum purgare posset. Alia verò est, quòd vsque ad litem contestatam in executione pœnæ commissi.

Atque hanc statuunt in lege ordinationes Lusitaniæ lib. 4. tit. 65. §. 2. Gama aũt decis. 147. nu. 3. arbitratur, in materia hac odiosa, non sufficere cõtestationem per negationẽ iudicis, iuxta legem sui Regni, sed necessariam esse cõtestationẽ veram ac propriam, quæ fit per responsionem ad libellum actoris, vt emphyteuta purgare non possit moram. Hanc opinionem meritò nõ probat glossa citata c. potuit, de locato: qm in fauorem Ecclesię introductum fuit emphyteutam non soluentem pensionem per biennium incidere in cõmissum: Ecclesia verò in recompensationẽ breuioris huius temporis cõcessit celerem moræ purgationẽ, quæ non conuenit emphyteutæ cõtergo, præterq quòd verbum, celeri, id nõ significat, mens Ecclesiæ id statuentis non fuit in emphyteusi Ecclesiastica, si emphyteuta post triennũ, quadriẽnium, aut aliud longius tempus, non esset citatus, lisq; contestata non esset, posse moram purgare: aliquin deterioris cõditionis hac in parte esset emphyteusis Ecclesiastica, quam cõmunis. Alia denique opinio est glossæ & Panorm. ibidem nu. 12. Cardinalis, Navar. in Manu. cap. 17. nu. 192. Couar. 3. variar. resol. c. 17. nu. 4.

Iulius Clar. §. emphyteusis. q. 8. nu. 15. & communiter, iudicis arbitrio esse relinquendum, quando ipe dicendus q̃s sit celeri satisfactione purgare moram. Accepi autẽ in Lusitania, legatum quendam à Latere in quodam euentu particulari iudicasse, eum, qui intra duos menses moram nõ purgasset, non purgasse illam celeriter, ac proinde incidisse in commissum. Vtrum autem lex illa Lusitana vim habeat in emphyteusi Ecclesiastica.

Quidquid Gama loco citato in contrariũ dicat, arbitror vim non habere iuxta ea, quæ disp. 446. dicta sunt, & quæ confirmatur lex ipsa Lusitana, quæ statim subiungit, in bonis Ecclesiasticis, emphyteusique Ecclesiastica, standum esse, non dispositioni iuris ciuilis, sed canonicæ: opinio autem, quam ibi Lusitana ordinatio in lege statuit, improbabilis, profectò est, & quæ multum detogat priuilegio Ecclesię circa suas emphyteuses, minimeq; consentanea est dispositioni iuris canonici.

Quidã, quos autores citandi referunt, asseruerunt, si dñs directus, cui emphyteuta Ecclesię per biennium, aut emphyteuta cui per triennium, pẽsionem nõ soluit, statim, elapsis eis terminis, declaret, eiã in absentia emphyteutæ, se velle eo de causa emphyteusim in cõmissum incidisse, locũ non esse purgationi moræ, atque eum esse optimã cautelam, vt nullus sit locus purgationi moræ, Greg. tamen Lopez vet. citato, Gutier. vbi supra, nu. 4. id locum non habere existimant in Regno Castellæ, nisi declaratio illa fiat post decem dies à biennio illo, aut triennio, elapso.

Quotiam declaratio illa præiudicare non potest iuri legis illa 28. emphyteutis concesso, vt in decem illas dies purgare possint moram. Addunt ũ, si dñs directus ante eos decem dies elapsos cõcedat eam rem alteri in emphyteusim, aut alteri illam alienet, ita vt res non sit integra, locum non esse purgationi moræ. Arbitror ũ cum Couar. vbi supra, absolutè esse dicendum, intra terminum, vel in Regno Castellæ emphyteutæ cõmuni, vel iure canonico emphyteutæ Ecclesiæ concessum, emphyteutam posse vniuersim moram purgare, nequ: factũ dñi directi præiudicare posse iuri, vel sanctioni Ecclesiæ, vel legi illa Castellæ, emphyteutæ concesso præsertim cũ emphyteuta adhuc sit in possessione rei emphyteuticæ, neque ab ea possit spoliari ante cũ terminum elapsum, si intra illum purgare velit moram.

Dubium est verum, si post quam emphyteuta in commissum incidit, nec iam potest purgare † moram, proprietarius pensiones debitas ab illo recipiat, censeatur illi remittere pœnam commissi, nec possit ab eo auferre emphyteusim.

Dubiũ

7

Ad hoc respondent optimè Panormit. cap. potuit, de locato, & post eum Silues. verb. emphyteusis, quæst. 9. quod si proprietarius recipit ab eo emphyteuta pensiones, etiam temporis post quam ille in commissum incidit, censetur illi remisisse

Decis.

misisse pœnam cõmissi, & intendisse continuare cõtractum, per eum contrariũ pœnę cõmissi, quo in sequens tẽpus tacitè contractũ emphyteuticũ continuauit, argumento, c. solicitudinem de appell. in fine, affirmantiq; aduersus Bar. Iul. Clarus verb. emphyt. q. 10. nu. 1. & Gigas de pens. q. 73. nu. vlt. id verum esse, esto proprietarius, dum pensionẽ eius temporis recepit, protestatus sit nolle sibi præiudicare quo ad pœnam commissi.

Si verò solum recipit pensiones ipsi præteriti, ob quas non solutas in commissum incidit tunc cõuenit oẽs, si facta protestatione, q̃ nolebat id sibi præiudicare quominus exequi posset pœnam commissi, tunc posse nihilominus illã exequi. Si autem nulla facta protestatione illa recepit, glo. c. potuit de locato, verb. expelli, & alia Accur. in l. 2. C. de iure emphy. verb. repellere, Iul. Clar. nu. 1. citato, Gigas, q. citata à nu. 2. & alij, quos referunt, asserebant, si sibi præiudicare, tacitequę remittere pœnam commissi. Cæterum rectè Panorm. & Sylu. ibidem affirmant, posse exequi pœnam commissi: quoniam in dubio nullus censetur cedere iuri suo, eademque fuit sententia Bart. & Alfichi, vt decis. 72. nu. 5. Gama refert, sancitaque est ordinationibus Lusitanis lib. 4. tit. 65. §. 1.

Hinc facilè intelliges, minus recipiendam esse opinionem Iul. Clar. q. 10. citata n. 2. Gigantis. de pens. q. 76. & aliorum, quos citant, asserentium contra Bar. & plerisque alios, proprietarium expellentem emphyteutam priusum ob non solutam pensionem tribus annis, non posse insuper petere pensiones illorum trium annorum, tametsi concedant, proprietarium expellentem emphyteutam Ecclesię, posse repetere pensiones duorum illorum annorum.

Cum enim pensiones trium illorum annorum non debeantur in pœnam, sed vt contractus in recompensationem dominij vtilis, ac fructuum ex re emphyteutica illis annis perceptorum, sanè de iustitia debentur vltra pœnam commissi, ac proinde repeti possunt.

Dubiũ 8 Dubium deinde est, verum, vt emphyteuta in cõmissum non incidat, satis † sit intra illud biennĩ, aut triennium, offerre proprietario pensionẽ, Glos. vlt. l. 2. C. de iure emphy. mouet hoc dubiũ. Et secundo loco refert opinionẽ eorum, qui dicebãt, speciale esse in hoc cõtractu, non esse satis offerre solutionem, sed esse etiã necessariam consignationem, seu depositionem talis pensionis.

Decis. Atque hoc satis est consentaneum verbis legis illius. Communis tamen opinio est, ea, quam gl. citata primo loco refert, vt cum multis alijs, quos citat, affirmat Iul. Clar. q. 8. citata, num. 10. nempe satis esse illam offerre, modo congruo loco, & tempore emphyteuta illam offerat, teque illam efferat, & non solis verbis. Nisi fortè, offerente emphyteuta illam verbis, proprietarius responderet, se eam nolle.

Atque ab hac sñia, tãquam communi, & pia, non arbitror recedendum. Ad verba autem l. 2. C. de iure emphyt. quæ consignationem videntur etiam exigere, dicendum est, id intelligendum esse, non quidem, vt emphyteuta pœnam commissi euadat, sed vt liber omnino sit, à solutione illius. Satis autem est, emphyteutam per tertiam personam soluere pensionem, aut illam referre proprietario, vt pœnam commissi euadat, præsertim si tertia illa persona ad id sit ab emphyteuta deputata, vt cum communi doctorum sententia ibidem Iulius Clar. nu. 11. affirmat.

Illud est obseruandum, q̃n proprietarius debebat aliquid emphyteutæ, quod pensionum retentione compensari posset, non censeri emphyteutã ideirco incidere in commissum, quòd biennio, aut triennio, pensionem non soluat.

Q̃m, vt notant Panorm. c. bona fides de depos. nu. 11. Navar. in Manu. c. 17. nu. 192. Innoc. & alij, quos referunt, ac sequuntur Silvest. verb. emphy. q. 2. & Gama decis. 91. nu. 2. locum habet compensatio, saltem in materia odiosa, atque ad euadendam pœnam, vt cernitur in re proposita, idque non solum quando emphyteuta intra id tempus significaret proprietario, se velle retinere pensiones in debiti compensationem, sed etiam quando nihil omnino illi diceret, iuxta l. si constat, iuncta glo. 1. C. de compensation.

Dubiũ est. Quid si emphyteuta ignorabat deberi pensionẽ, vt † quærat hęres, succedatq; in bonis, quę ignorabat emphyteutica esse, eaque ignorãtia biennio integro, aut triennio, nõ soluit pensionẽ, incidet ne ea de cã in commissum? Dubium hoc mouet glo. vlt. l. 2. C. de iure emph. in fine. Dubiũ 9

Respondet verò, de rigore iuris incidere, sed cõcedi illi restitutionẽ in integrum, & si maior sit viginti quinque annis, ex clausula generali, si qua mihi iusta cã, &c. ff. ex quibus caus. maior. l. 1. in fine. Atque hanc glossam sequitur cõis doctorum sñia, quam referunt, ac sequuntur Iul. Clar. q. 8. citata nu. 9. Gutier. de iu. confir. pat. 1. c. 31. nu. 6. Aries Pinel. in authen. nisi tricennale n. vlt. C. de bon. mat. Gam. decis. 91. nu. 1. Caldas de renouat. emph. q. 25. nu. 29. & Sylvest. verb. emphyt. q. 4. vbi idem censet quando emphyteuta, quod legitimè fuerit impeditus, pensionem non soluit. Atque hoc idem affirmat Gigas de pens. q. 75. cum multis alijs, quos citat. Decis.

Obseruant verò doctores, emphyteutam hęredem, fundatam habere suam intentionẽ, ac proinde ad proprietarium spectare probare, habuisse scientiam, vt censeatur incidisse in commissum. In defectum verò probationis, cogere potest talem hęredem, vt iuret, an id ignorauerit, vt Gutier. statim ac aduenit scientia, cum eoque cõtendit incidisse in commissum, debere petere restitutionem in integrum, & offerre pensiones: quod si, lite pendente, proprietarius recipere non velit pensiones, quę progressu temporis iam debentur, debet emphyteuta illas deponere.

Quando autem non constatet rem esse emphyteuticam, satis credo erit protestari, se soluturum pensiones omnes in euentu, quod res emphyteutica pronuncietur.

Pinel. rectè ait, si hæres apud se habebat instrumenta, vnde constabat, rem esse emphyteuticam, tunc præsumendum non esse, fuisse in illo ignorantiam.

Dubium

Dubiū 10 Dubium etiam est, si res emphyteutica sit magni valoris, & pensio soluenda valde exigua, vtrū ob illam biennio, aut triennio, non solutam, incidat emphyteuta in commissum. Rem hanc disputat gl. in authentica qui rem verb. repelli C. de sacrosan. Eccles. argumentando, in vtramque partē, & forte in partem negantem propendet, quam posteriori loco proponit.

Decis. Et argumentatur, non videri æquum, qđ pro tā exigua culpa, tam grauis pœna imponatur. Communis tñ sententia est in contrarium, q̄ Iul. Clar. q. 8 citata nu. 3. refert ac sequitur. Tum quia pensio præcipuè datur in recognitionem dominij directi: æquale autem damnum, quod attinet ad eam recognitionem, est, nō solui paruam, ac non solui magnam pensionem ad id positam.

Tum et, qm̄ eiusmodi pœna non est priuationis aliorum bonorum, q̄ propria sint emphyteutæ, sed dominij vtilis, cui erat proprietarij & illud concessit emphyteutæ solum in tempus, quousq; desisteret à solutione pensionis, vt patet. l. 1. §. vectigales. ff. si ager vect. vel emphyt. & §. adeo. Inst. de locat. quarè, cum sub illa conditione, ac lege fuerit concessum, mirum non est, si deficiente conditione, culpa emphyteutæ, quæcunque tandem ea sit, dominium illud vtile regrediatur ad proprietarium: eius aūt fuit, quod præscripsit biennium, aut triennium, & cum purgatione, aut sine purgatione moræ, vt si toto eo tempore pēsio soluta non esset censeretur emphyteuta caducitatem incurrisse, & non antea. Atque hinc intelliges cur, licet requiratur voluntas, atque exequutio proprietarij, vt emphyteuta hanc pœnam incurrat, eo quòd dependenter à voluntate, & exequutione proprietarij statuta sit; non tñ requiratur sententia iudicis, vt cum communi doctorum sententia supra dictum est, sed illam ipso facto incurrat à puncto lapsi termini à iure statuti, vt inde datur in cōmissum: etenim quia solum in id tempus fuit à principio res cōcessa in emphyteusim; ipso iure ab eo puncto in pœnam illam incidit.

Quæst. Maius dubium est, qm̄ pensionarius soluit quidem quotannis pensionem, sed nō totam, vt tum
11 † per omissionem partis pēsionis, licet paruę, duobus, aut tribus, continuis annis, incidat in cōmissum totius rei emphyteuticæ; an solum pro rata partis pensionis non solutæ. Multi, cū Speculatore, & alijs, asseuerare videntur, et per omissionem cuiusq; partis pensionis, q̄uis paruę, incidere emphyteutā in commissum totius rei emphyteuticę.

Atque de eorum numero videntur esse Gam. decis. 41. num. 2. & alij, quos citat, adhibito exemplo in ea decisione in rete palex, quam iumentū vebere poterat, & quam emphyteuta quidem soluere quatenus tenebatur vltra magnam aliam pēsionem, nec soluerat multis annis, cum tamen reliquam pensionē fideliter soluisset. Merito tamen ibi ex eo capite fuit iudicatum emphyteutam in euentu nō incidisse in commissum, quia cum nō constaret proprietarium illā aliquando exegisse, emphyteutamq. pertinacem aliquando in eā nō soluenda fuisse, præsumptum fuit, ex tacito consensu proprietarij rem illam adeo exiguā nō solu-

uisse. Hac de re arbitror distinguendum cum Iulio Claro, lib. 4. sent. §. emphyteusis q. 8. nu. 4.

Quoniam, vel reddebatur vna pensio pro tota re emphyteutica, vt regulariter fieri solet, vel pro rata partiū rei emphyteuticæ reddebatur pata pēsionis, vt pro viginti iugeribus, viginti argētei, ad rōnem argētei pro vnoquoque iugere. In hoc posteriori euentu, dicendum est, emphyteutam solum incidere in commissum partis rei emphyteuticæ pro rata temporis pensionis non solutę. Qm̄ reliquatum partium pensionem soluit. In priori verò euentu, si partem notabilē pensionis non soluit, vt dimidium, tertiam, aut quartam partem, vel id fuit per errorem aut paupertatem, aut ahā impotentiam, & tunc non cadit in commissum, sed restituitur in integrum, vt supra dictum est: vel de errore, & impotentia non constat, & tunc incidit in commissum totius rei emphyteuticę, vt affirmat communis doctorum sententia. Si autē partem exiguam non soluit, vt sextam, octauam, aut aliam minorem, censet Iulius Clarus, ex sententia quidem Speculatoris, cadere solum in commissum partis proportionalis rei emphyteuticæ; ex sua verò sententia, omnino excusandum esse à pœna. Fortasse de rigore iuris in commissum incidit totius rei emphyteuticæ, nisi, vt supra dictum est, præsumendum ex coniecturis sit, ex tamen proprietarij voluntate id non soluisse.

Decis.

Dubium deinde est. Si emphyteuta multos reliquit hæredes, & soluentibus cæteris suas portio- Dubiū
12 nes, vnus solus non soluit, an † incidant oēs in cōmissum totius rei emphyteuticæ, an verò ille solus portionis rei illius, quæ ad ipsum spectat.

Communior doctorum sententia cum gl. l. cōmuni diuidundo, verb. confunderetur. ff. cōmuni diuidun. q̄ refert, ac sequitur Iulius Clarus q. 8. citata, numero decimotertio, est omnes incidere in cōmissum. Qm̄ emphyteusis ex sui natura est indiuidua, vt infra suo loco dicetur, emphyteutaque in solidū tenebatur, ac proinde cum eo onere transtulit ius emphyteuticum in suos hæredes.

Decis.

Quando quis accepit aliquid in emphyteusim Dubiū
13 † pro se, & filijs, ac descendentibus, vtrum, si primus, aut intermedius, emphyteuta in cōmissum incidat, id noceat cæteris, ad quos ius illud emphyteuticum debebat transire.

Affirmanter est respondendum cum Bart. Sil- Decis.
uest. vbi sup. q. 4. pronuncianto, nu. 8. & communi doctorum sententia, quam Iulius Clarus q. 8. citata num. 14. refert, ac tandem sequitur. Ratio est, quoniam, vt supra dictum est, res traditur in emphyteusim ab ipso proprietario sub conditione, si pensio soluatur, & pro tempore solum, quo fuerit soluta. Si tamen emphyteuta in fraudem sequentium consulto in commissum incideret, tunc bene dicit Iul. Clar. successorem restitui debere in integrum.

Quando in cōtractu emphyteutico pœna alia Dubiū
14 fuit † imposita pensionem non soluenti, an si duobus aut tribus continuis annis, pensionem non soluat, incidat in commissum.

Respondendum est affirmanter cum glossa d. 2. Decis.
verb. repellere. C. de emph. Non tamen potest

pro-

Digitized by Google

proprietarius vtramque pœnam exigere, sed alteram, quam maluerit, nisi in pactum fuisset deductum, vt posset exigere vtramque. Ita gloss. illa, & Iulius Clar. vbi supra num. 12.

Dubiũ 15 Vtrum aũt validũ sit pactum, vt emphyteuta, ob † non solutum canonem, non incidat in cõmissum. Decis. Respondeo cum glossa citata validum esse. Qm̃ põt proprietarius renunciare iuri illi in suũ fauorem introducto. Et quoniam nõ est id de substantia illius contractus, sed accidẽs ab eo remorabile, sola dispositione iuris illi attributum; valẽtque pacta circa hunc contractum inita, & solum, quando aliud non fuit conuentum, disponit ius, vt tempore trium annorum incidatur in commissum, vt satis apertè innuit l. 2. C. de iur. emph.

Dubiũ 16 Vtrũ aũt pactũ, vt ante biennĩ, aut triennĩ, non soluendo pensionem, incidatur in commissũ validum sit. Affirmanter † respõdendum censeo. Decis. Qm̃ valẽt pacta circa emphyteusim inita. Et qm̃ ius id tempus statuit, quando aliud non fuit deductum in pactum, vt constat l. 2. citata. Consentit Aluar. Valas. de iure emph. q. 4. nu. 4. §. 4.

Dubiũ 17 Dubium est, quando aduersus emphyteutam contenditur incidisse in cõmissum, vtrum ad prorietariũ † pertineat probare continuis duob. vel trib. annis, non fuisse solutam pensionem, an verò Decis. ad emphyteutam spectet probare eam soluisse. Respondendum est cum glossa l. 2. verb. repellere. C. de iure emph. proprietarium ex contractu emphyteutico, seu inuestitura, habere fundatam suam intentionem, ad emphyteutamque attinere probare pensionẽ soluisse; alioquin pronunciabit incidisse in commissum. Ita cõis sententia, quam referunt, ac sequuntur Iul. Clar. §. emph. q. 10. nu. 4. & Gigas de pensionibus. q. 76. nu. vlt.

Quæst. Dubiũ item est, si emphyteuta in commissum incidit, & dominus directus nõ est exequutus pœ- 18 nam commissi, neque litem mouit, an † hæredes proprietarij possint litem mouere, atque exequi pœnam Gama decis. 175. affirmanter respondet cum multis alijs, quos citat. Contrarium verò asserit Gigas de pens. q. 74. nu. 3. cum alijs, quos refert. Ductus, quia pœna commissi ob non solutam pensionem, locum non habet, nisi proprietarius exequi illam velit, vt ex l. 2. C. de iure emph. suprà dictum est.

Decis. Verum tamen hæres proprietarius est loco defuncti, succeditque, in iure defuncti. Diceret ego, si coniecturæ sint, defunctum noluisse exequi pœnam commissi, hæredes exequi illam nõ possunt, nisi iterum à tempore, quo ipsi sunt hæredes, emphyteuta in commissum incidat. Si autem non sunt tales coniecturæ, exequi illam possunt: quoniam & proprietarij sunt, & in iure defuncti ad illam exequendam succedunt.

Quæst. Dubium quoque est, si emphyteuta ob non solutam pensionem in commissum incidat, proprietariusque, dum emphyteuta vixit, non intentauit 19 aduersus eum exequutionem pœnæ, an † illam possit intẽtare aduersus hæredes illius. Gama decis. citata ait, senatum Lusitanum approbare solere opinionem Baldi, & aliorum, quos citat, tamquam veriorem, & magis cõmunem, nempe intentare illũ non posse aduersus hæredes: eò quod delicta cum delinquente, regulariter expirarent quo ad pœnæ exequutionem, quando, dum viueret, lis nõ fuit intẽtata, aduersus illũ. l. vnica. C. ne ex delict. defunct. citatq; in eam sententiã Gigantem. q. 74. atque idem affirmat, latiusque prosequitur, alijs doctoribus in vtramq. partem relatis, decis. 17. nu. 2. Idem tamen Gigas in calce illius quæstionis in contrariam partem inclinat.

Atque hanc sententiam reputo veriorem. Qm̃ illud non est proprie pœna, sed finitum esse cõtractum ex dispositione iuris ob conditionẽ non seruatam, depẽdenter tm̃ à voluntate proprietarij ex eiusdem iuris dispositione. Neque exequutio impropriæ illius pœnæ, est in alijs bonis defuncti, sed solũ in vtili dominio, q̃ erat proprietarij, & ob finitum tps cõtractus, & non seruatã conditionẽ, sub qua emphyteutæ fuerat cõcessũ, regreditur ad proprietatem, & cum ea consolidatur. Decis.

Dubium præterea est, vtrũ si emphyteuta offe- Dubiũ rat proprietario pensiones plurium sequentiũ annorum teneatur proprietarius illas recipere. At- 20 que † neganter est respondẽdũ. Qm̃ proprietarius nõ tenet cedere iuri suo, vt emphyteuta soluendo singulis annis successiue pensionẽ, singulis quoq; annis recognoscat dominiũ directum. Ita Siluest. verb. emph. q. 8. cum alijs, quos citat.

Tametsi referat Bartolum. l. statu liberos. §. vlt. Decis. ff. de statu liber affirmare, cogi posse accipere simul pensiones trium annorum, iuxta l. placuit C. de collat. fund. patr. lib. 11. Ea tamen lex solum loquitur de pensione soluenda Imperatori, & accipienda à collectore publico.

Quæritur, nũ emphyteuta, qui ob nõ solutam Dubiũ 21 † pensionem in commissum incidit, expelli à proprietario possit authoritate propria, nulla expectata iudicis sententia. Communis doctorum sen- Decis. tentia, cum gl. l. 2. C. de iure emph. verb. repellere, affirmat, posse illum expellere propria authoritate, quam referunt, ac sequuntur Iul. Clar. lib. 4. sent. §. emph. quæst. 11. Gutier. de iuram. confir. par. 1. cap. 31. nu. 2. Aluar. Valas. de iur. emph. q. 19. nu. 8. & 9. & Greg. Lopez l. 28. titul. 8 par. 5. verb. *sin mandado del juez*, atque idem disponit ibidem lex illa.

Tametsi omnes dicant, melius esse, si ex præscripto iudicis fiat, ad vitanda scandala, atque in multis locis ita regulariter fiat, Greg. Lopez, cum multis alijs, quos refert, limitandum id censet, nisi emphyteuta resistat, saltem quia affirmat se pẽsionem soluisse, aut non desiuisse tanto tempore eam soluere, quantum ad incidendum in commissum est necessarium, vel aliud simile, vnde causa controuersa efficiatur.

Quoniam, quando res est controuersa, neutra pars debet sibi ius dicere aduersus alteram partem, sed iudex. Atque hoc ipsum affirmat Gama decis. 4. nu. 2. At verò Iulius Clar. solum id limitãdum censet, quando, emphyteuta resisteret re, non verò quando solis verbis resisteret.

Consentiũt verò Greg. Lopez, Gutier. & alij, si proprietarius iudicem adiuit ad expellendum emphyteutam, neque protestatus sit, se ea via nõ cedere

Digitized by Google

cedere iuti, quod habet, ad expellendum ptopria autoritate emphyteuta non posse denceps propria autoritate illum expellere, sed iudicis.

Dubiū est, si emphyteuta relinquere velit proprietario rē emphyteuticam, vel propria sponte, vel q̄ incideret in commissum aut alia de cā, num
22 teneatur proprietarius id admittere: † an verò possit eum cogere perseuerare in emphyteusi.

Dicendum est, posse illum cogere perseuerare in emphyteusi. Ita, post Speculatorem, Panor. c. in dilectus, de imm. Eccl. nu. 1. & alij, quos referunt, ac sequuntur Silu. ver. emph. q. 6. Aluar. Vala. cōsult. 28. nu. 4 & Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. par. 2. nu. 28. limit. 8. Concinunt Lusitan. ord. lib. 4. tit. 64. §. 1. Ratio autem perspicua, q̄n contractus, licet à principio sint volūtarij, postquam tamen sunt celebrati, necessario tenentur, qui illos celebrarunt, illis stare, vt constat l. sicut C. de act. & obl. quo fit, vt sicut proprietarius tenetur stare contractui emphyteutæ ita emphyteuta, stare teneatur contractui proprietario.

## Infortunium in re emphyteutica, vel in fructibus, aut sterilitas, an liberent emphyteutam à solutione pensionis.

### DISPVTATIO CCCCLIIII.

### SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta ab emphyteusi liberatur, re emphyteutica omnino destructa.*
*Immo vero finitur contractus emphyteusis. nu. 2.*
*Fallit tamen, nisi in se suscepisset periculum casuum fortuitorum, nu. 3.*
*Item fallit nisi res, vel domus sit destructa culpa ipsius emphyteutæ nu 4.*
*Item fallit, nisi ex parte sit destructa nu. 6. Declara, vt nu. 8.*
5 *Vinea, aut oliuetum si sit in emphyteusim concessu, destructa vinea, vel oliueto casu fortuito, finitur emphyteusis: secus si fundus nudus sit in emphyteusim concessus, super quo sit plantata vinea, vel oliuetum.*
7 *Emphyteutica res quando dicitur periisse pro parte, quid intelligatur venire nomine partis.*
8 *Emphyteutica res si pereat pro parte, quo casu minuenda etiam sit pensio.*
9 *Pensio emphyteusis nō remittitur ob infortunium, aut sterilitatem in fructibus obuenientem.*
*Limitatur, nisi sterilitas sit tanta, quæ fructus tollat omnino nu. 11.*
*Hanc tamen limitationem declara, vt nu. 12.*
13 *Emphyteuta propter bellum, vel pestem in regione, vel aliam similem causam, a solutione pensionis liberetur, & a pœna commissi.*

QVod ad rem emphyteuticam attinet, prima
1 conclusio est. Destructa † omnino substantia rei emphyteuticæ, vt diruta, aut exusta domo, quam aliquis habebat in emphyteusim, vel occupato agro emphyteutico permanenter à mari, vel alluuione omnino destructo, ita vt colidi denceps non possit, vel occupato omno ab hostibus absq; recuperationis spe non tenetur emphyteuta soluere ab eo puncto pensionem sed res emphyteutica perit omnino proprietario. Ita habetur expresse l. 1. C. de iure emph. §. adeo, Instit. de loc. & l. 28. ti. 8. par. 5. & affirmant Bar. & communis doctorū sententia, quam inter alios, Aluar. Valas. de iur. emph. q. 27. num. 1. refert, ac sequitur.

2 Immo † verò in hoc euentu finitur contractus emphyteuticus, adeo vt, si casu postea recuperetur res, quæ perierat, neuter contrahentium, hoc est, proprietarius, & antiquus emphyteuta tenentur stare contractui, vt, cum alijs quos citat, affirmat Sylues. verb. emphyteusis. q. 7. cui consentit Alu. Valas. vbi supra. num. 2. Lege multa, quibus Syl. id confirmat.

3 Obstat tamen, si † emphyteuta in se suscepe-rat periculum casuum fortuitorum, ita quod, etiā re funditus perempta, teneretur soluere pensionē, validum esse tale pactum, & re omnino destructa, teneri soluere pensionem. Ita hī l. 1. C. de iure emph. & §. adeo, citato, & affirmant doctores, quos Alua. Vala. nu. 1. citato refert, ac sequitur.

4 Qā † domus culpa emphyteutæ fuit exusta, aut aliter destructa, consentit bene Aluar. vbi sup. nu. 2. cum Baldo in optione proprietarij esse, vel agere aduersus emphyteutam ad interesse neq; velle vlterius progredi cum eo in contractu emphyteutico, vel cogere illum reædificare domū (idem dic de quocunq; alio emphyteutico ædificio) & continuare emphyteusim quasi in hoc euentu claudicet emphyteuticus contractus, sicut q̄n emphyteuta in commissum incidit, simili modo claudicat, in solaq; voluntate proprietarij est positum, vel continuare contractum, vel expellere emphyteutā à re emphyteutica, vt colligitur ex l. 2. C. de iu. em phyt. & disp. præcedente dictum est.

Quando verò absque culpa emphyteutæ domus destructa fuit, meritò ibidem Aluar. Vala. re prehendit Baldum, quatenus asserit, in potestate emphyteutæ esse reædificare domum in eadem area remanente, quæ præcipua pars erat domus, & cōtinuare emphyteusim, vel ab emphyteusi desistere. Etenim si res emphyteutica tunc censenda sit manere ratione præcipuæ illius partis, vtique ex illa sola parte tenetur emphyteuta soluere pensionem iuxta ea, quæ subijcienda sunt, ac proinde finitus nō est contractus emphyteuticus, nec proinde est in potestate emphyteutæ desistere à contractu. Ang. Ias. & Afflict. ex illo fundamento, qd res emphyteutica tunc maneat quo ad suam præcipuam partem, asserere, non cessasse cōtractum emphyteuticum, sed teneri emphyteutam perseuerare soluendo pensionem. Optimo tamen iure Alua. Valas. ibidem cum Bartholomeo Philippo contrarium affirmat.

Qm̄, licet area præcipua pars sit domus exusta, th, aut aliter destructa domo, non dī domus emphyteutica manere. Etenim domus in forma quadam essentialiter est posita, quæ in sola area non consistit, immo neq; in tota materia soli æquali, destru-

destructa autem forma rei, qñ essentia illius in forma consistit, censetur substantia illius peremptа, etiam si tota materia maneat, vt constat ex l. Iul. §. si quis. versic. sed & si quis ff. ad exhib. & ex l. repet. §. vlt. ff. quibus mod. vsufruct. amit.

Atque hanc eandem sententiam innuit apertè l. 28. tit. 8. par. 5. vt ibi Greg. Lop. verb. *por fuego*, rectè obseruat, atq; ex eisdem fundamentis, quibus Aluar. Valas. vtitur, eam confirmat. Propter eandem verò rationem censet Greg. Lop. idem esse dicendum, quando † res emphyteutica erat vinea, aut oliuetum. Destructis enim plantis fortuito aliquo euentu, licet area maneat, non tamen manet vinea, aut oliuetum, ac proinde finitur contractus emphyteuticus. Hoc tamē intelligē, nisi ager ante plantationem vineæ in eo, aut olueti, esset traditus in emphyteusim. Tunc enim quamuis postea vinea, aut oliuetum plantetur, totumq; emphyteuticum efficiatur; sanè, destructis plantis, non cessat contractus emphyteuticus, qui primo quo ad solum actum fuit celebratum.

6 Secunda Conclusio † Quando res emphyteutica casu fortuito non omnino perit, sed ex parte, tenetur emphyteuta soluere integram pensionem. Ita habetur l. 1. C. de iure emphyteu. §. adeo Inst. de locat. & affirmat communis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Aluar. Valas. vbi supra. numero tertio, & Iulius Clarus, 4. libro sent. §. emphyteusis, quæst. 8. num. 8. vnde versus. *Si res perit tota, liberabitur emphyteota: sed si pro parte, nulla liberabitur arte.*

7 Sed dubitant doctores quando † res emphyteutica, quod ad præsens institutum attinet, perisse dicatur quo ad partem, gl. l. nomen filiarum. §. portiones. verb. adiecta, iuxta textum ibi. ff. de verborum signifi. citando in exemplum. l. 1. C. de in. emphy. & §. adeo. Inst. de locat. ait, tunc esse, qñ perit vsq; ad medietatem, & non amplius, gl. tñ. l. 1. C. de iure emph. ver. particulare, & gl. §. adeo, verb. particularis, Inst. de locat. rem disputant, tandemque concludunt, quando remanet pars aliqua rei emphyteuticæ, esto illa minor sit medietate.

Ac planè id apertè innuit. l. 1. C. de iure emph. dum ait. *Si quidē tanta emerserit clades, quæ prorsus etiam ipsius rei; quæ in emphyteusim est tradita, faciat interitum, hoc non emphyteuticario, cui nihil reliquum remansit, sed rei domino imputetur. Sin vero particulare, aut aliud leue contigerit damnum, ex quo nō ipsa rei penitus lædatur substantia, hoc emphyteutarius suis partibus non dubitet adscribendum.* Et §. adeo. Instit. de locat. sic habetur. *Si totius rei interitus accessit, ad dominum redūda re periculum: sin autem particularis, ad emphyteuticarium huiusmodi damnum venire.*

Nescio quid clarius potuit dici. Consentit. l. 28. tit. 8. par. 5. quæ statuit, quando remansit, saltem octaua pars rei emphyteuticæ, pertinere periculum ad emphyteutam, teneriq; proinde soluere tut minor pars, quam sit octaua, sanè pars adeo exigua, pro nihilo reputaretur. Quare huic sententiæ ad hactenus in puncto iuris cesseo, quam Panorm. cap. potuit de locato. num. 16. & plerique alij amplectuntur, & quem communem esse affirmant, illique adhærent Iul. Clar. num. 8. citato, & Greg. Lopez l. 28. citata, verb. *ochaua parte*. Possumusq, illum confirmare. Quoniam, si emphyteuta in se casum totum fortuitū susciperet, teneretur soluere integram pēsionem, esto res emphyteutica omnino periret, vt supra dictum est: cum ergo ex dispositione illorum iurium relata, iuxta quam censetur factus contractus, quando aliud non fuit expressum, periculum rei emphyteuticæ spectet ad emphyteutam, quando res emphyteutica ex parte solum, & non omnino perit, consequens est, vt emphyteuta integram, pensionem tunc soluere teneatur.

Ad textum verò in l. nomen filiarum. §. portionis. ff. de verb. signific. dicendum est, seipsum exponere, dum ait, intelligendum esse dimidium, nisi aliud sit expressum: duo autem iura citata satis exprimunt, si pars aliqua rei emphyteuticæ maneat, etiā si sit minor dimidio, periculum rei emphyteuticæ spectare ad emphyteutam. Aluar. Valas. vbi supra, num. 9. licet cum multis alijs, quos citat, in hac sententia conueniat, subiungit tamen quando pars, quæ remanet, sufficiens non est ad soluendam pensionem tem itti partem pensionis, vt Bart. & alij quos refert, adnotarunt: atque se vidisse in Ecclesiasticis tribunalibus practicari, quando res emphyteutica redditur notabiliter in fructuosa arenis maris, aut fluuiorum, quod non raro in Lusitania euenit, diminutionem fieri pensionis, bonorum virorum arbitrio. Sanè æquum est, vt proprietarius, præsertim si Ecclesia sit, in ea imminutione pensionis consentiat: non tñ video, stando in natura contractus, ac dispositione iuris, ad id teneri, aut iudices, proprietario inuito, posse illam efficere.

Iulius Clarus, & Greg. Lopez vbi supra, Aluar. Valas. quæstio. 27. citata numero 6. cum Barto. & 8 alijs, quos Greg. Lopez citat, doctrinam † traditam limitandam censet, quando emphyteuta modicam pensionem soluebat in recognitionem dominij directi.

Quando autem soluebat magnam fructibus respondentem tunc, cum contractus vim locationis habeat, minuendam censent pensionem pro rata partis, quæ perierit, aut deteriorationis in re emphyteutica; quasi iura citata solum loquantur de emphyteusi, in qua modica pensio soluitur.

Sanè, stando in puncto iuris, hoc etiam falsum esse existimo, nisi quando pensio esset statuta pro rata partium rei emphyteuticæ, vt quando viginti argentei, aut vigenti mensuræ, statutæ essent pro vigiati iugeribus agri; ad rationem vnius argentei, aut mensuræ, pro vnoquoque iugere. Et enim incredibile est, pensionem solum statutam esse in emphyteusi ad recognitionem dominij directi, nulla habita ratione fructuum, qui inde essent percipiendi, nisi simul interuenisset emptio dominij vtilis.

Præterea disputatio 445. ostensum est, eo ipso, quod contractus ad decennium, aut vltra, esse veram emphyteusim; iura autem illa de emphyteusi in genere, nulla facta exceptione, loquuntur; opinioq; Bartoli petum habuisse videtur ex illo

alia

alia eiusdē Bartoli opinione, qua censet, ad rationem emphyteusis necesse esse, quod pēsio modica sit, minimeq; fructib. respondēs, alioquin esse locationem. Adde, nūquā in emphyteusi tantā pensionem constitui, etiā rōne habita fructuum, quanta in locatione constituitur. Fortasse opinio Bartoli, quia æqua in se, seclusa dispositione iuris, vsu in aliquib. locis erit recepta. Nos verò qd rei veritas habeat, posita iuris dispositione, explanamus. Hæc attinet ad rem ipsam emphyteuticam.

9 Quod† verò attinet ad fructus, communi opinio est, ob infortunium, aut sterilitatem, circa eos euenientem, non esse remittendā pēsionem sed integrè esse soluendā. Ita gl. c. potuit de locat. & cum ea Pan. ibi. num. 16. 17. & 18. & c. propter sterilitatem. num. 3. eod. tit. & cōmunis sententia, quā, inter alios, referunt, ac sequuntur Iul. Clar. li. 4. sent. §. emphyteusis q. 8. num. 7. & Alua. Vala. q. 27. citata a nume. 7. & probatur apertè ex. l. 2. C. de iur. emphyt. & ex §. adeò inst. de locat. quibus in iuribus infortunia omnia, quæ eueniunt, nec omnino destruunt rem ipsam emphyteuticā, spectant ad emphyteutam, atq; adeò ob illa non eximitur à soluenda integra pensione.

Multi cum Bar. quos Alu. Vala. ibidem nu. 1. refert, ac sequuntur Iulius Clar. nu. 7. citato. Nau. in Manua. c. 17. nu. 190. & Greg. Lop. verb. *ocha-*
10 *va parte* citato, hoc† limitādum censet, dummodo pensio sit modica imposita præcisè ad recognitionem dominij directi, non verò habita ētiā rōne fructuū: quia tunc censent habere rōnem locationis, minuēdamq; esse pēsionem pro rōne infortunij, aut sterilitatis. Refert verò Alu. Val. se vidisse sæpius iuxta eam sententiā fuisse in senatu Lusitano iudicatum, vnde non videri in Lusitania ab ea recedendū. Ego sanè cum cōioris sententia, quæ nihil tale excipit, arbitror in puncto iuris idem esse dicendū, & de simili limitatione paulò antea dixi, quando infortunū accidit circa partē rei emphyteuticæ, idq; propter rōnes, quas eo loco reddidi. Atq; idem arbitratur Alu. Val. n. citato, aitq; interpretes iuris ciuilis passim, ac perperam ex hoc capite confundere locationem cum emphyteusi.

Aliam quoque limitationem censent, quidam addendam cum Bart. quos Aluar. Valas. q. citata
11 numero 12. refert, nempe† dummodo sterilitas non sit tanta, quæ fructus omno auferat, aut non reliquat tantam eorum partē, quæ sufficiat ad pensionem soluendā, innuitq; senatum Lusitanū iuxta hac limitationem iudicare. Arbitratur verò in Regno Castellæ locum non habere, nisi qñ pars fructuum residua ad octauam partē non pertingeret, iuxta, l. 28. tit. 8. par. 5. Cæterum lex illa non loquitur de parte fructuū, sed de parte rei ipsius emphyteuticæ, neq; video qua rōne id in fructib. possit locū habere, nisi habeatur ratio ad quantitatem fructuum, quam res emphyteutica, neq; in anno abundāti, neq; in sterili, sed in mediocri, & ordinario solet reddere. Gama etiā decis. 150. & 232. iuxta eādē limitationē refert iudicatum; at tamen in Regno Lusitano iudicatū esse iuxta ea, quæ lib. 4. ordin. tit. 61. circa locatum, qñ in re locata superuenit sterilitas, sancita sunt. Nempe, vt si nulli fructus sint percepti, nihil pensionis solua-
12 tur.† Si aūt aliquid sit perceptū, id totū relinquatur domino agri, aut soluatur ei integra pensio. Excipitur, qñ semina fuerunt mandata terræ: nā tunc sementem extrahit, qui agrum coluit, & reliquum relinquit domino agri. Prius tñ ex toto acerno extrahit decima Ecclesiæ debita, vt loco citato Gama iudicatum fuisse refert, deinde verò à reliquo extrahitur semen, & residuum pertinet ad dominū agri. Ego sanè in puncto iuris idē dicendum arbitror de hac limitatione, ac de præcedēte, propter easdē rōnes, cōsentitq; ibidem Alu. Vala. quin & Iulius Clarus vbi supra. Neq; Lusitana lex loquitur de emphyteusi, sed de contractu locationis de quo suo loco dicetur. Accedit hęc nō cōtemnēda rō discriminis inter locatū & emphyteusim quod colonus nō est dñs fructuū agri interim dum nō sunt percepti, sed dñs agri illorum dñs, vt alibi dictum est, & colonus solum habet ius ad illos percipiendos, atq; efficiendos suos dū fuerint percepti ac separati à solo: quare mirū nō est, si pereant antequam colligantur, perire domino agri, hoc est, locatori, non vero cōductori. Emphyteuta autem, cum vtile dominium rei emphyteuticę habeat, dominus proculdubio est fructuū, etiam antequam colligantur & separentur à re emphyteutica: vnde ipsi pereunt, & non proprietario, nisi aliud sit deductum in pactum, ac proinde soluere tunc tenetur integram pensionem.

Dubitant doctores, qñ propter bellum in ea re- Quæst.
gione, siue illud iustū sit, siue iniustū, (ad rē. n. præsentē id nihil refert) aut propter illū belli timorem, agricolæ non potuerunt, aut domus emphyteuticæ, neq; habitari, neq; locari potuerunt, aut ob pestē, vel aliam similem æquam, ac rōnabilē cām nulli fructus, aut perexigui, percipi ex re emphy-
13 teutica potuerūt num† emphyteuta à solutione pēsionis liberetur, atq; adeo à pœna cōmissi. Multi, quos Alua. Vala. q. 27. citata à nu. 13. refert, & cum quibus Iulius Clarus. q. 8. citata. n. 6. magna ex parte consentit, & quorū opinionem idē Alua. Val. sequendā in praxi arbitratur, asseuerant, excusari tunc emphyteutā à solutione pensionis, præsertim si pensio non sit admodū exigua, quæ solū in recognitionē dominij directi soluatur, & multo magis à pœna commissi ex eo, quod pensionē non soluerit. Excipit Alu. Val. cum alijs, nisi emphyteuta in se susceperit casus oēs fortuitos. Cū. n. valeat eiusmodi pactum circa substantiam rei emphyteuticæ, vt dictum est, multo magis erit validum circa fructus. Excipit præterea, nisi consuetudo esset regionis, vt nihil obstantibus bellorum impedimētis, pensio solueretur. Item excipit, nisi emphyteuta ipse causa fuisset belli: aut nisi impedire illud, vel ei resistere potuisset, nec fecit. Atq; si non admonuit proprietarium, qui, admonitus, fructus ex re emphyteutica percepisset.

Ego sanè, qd ad pensionem attinet, eandē omnino arbitror esse quęstionem, siue fructus nō colligantur ob bellorum impedimēta, siue ob quod- Decis.
cumq; aliud infortunium, aut sterilitatē, quando emphyteuta non spoliatur re emphyteutica, quæ possideatur ab hostib. absq; spe illā recuperandi:



Digitized by Google

quare in puncto iuris idem dicẽdum arbitror cũ ca hanc quæstionem, quod circa duas præcedẽtes limitationes est dictũ; estq; propter illas easdem rationes. Nobiscumq; consentit Aluar. Valas. vbi sup. nu. 20. quamuis subiungat, deferendum non esse contrariam communem opinionem. Quòd verò attinet ad pœnam commissi, sanè in regione, in qua consuetudo recepta esset, vt pensio tempore belli, aut in alio euẽtu ex ijs de quibus duabus limitationibus præcedentibus dictum est, solueretur, in commissum incideret emphyteuta, qui biennio, aut triennio, illam non solueret. Vbi aũt non esset talis consuetudo recepta, neq; emphyteuta in se suscepisset euentus omnes fortuitos, tunc, qui pensionẽ non solueret, contendẽs illam non debere, vel ob impedimenta belli, vel ob alia infortunia, aut sterilitatẽ, sanè, esto iusta nostrã sententiam damnaretur, vt solueret pẽsiones oẽs nondum solutas, damnari nec deberet, nec iustè posset incidisse in commissum. Qm̃ absque culpa eas non soluit, fasque illi fuit experiri suum ius, seipsum defendendo, præsertim cum munitus esset tot grauissimorum doctorum sententia.

Vbi autem culpa non adesset in pensione non soluenda, locum non habet pœna commissi ob eãdem pensionem non solutam.

## Emphyteuta in commissum incidẽs, quæ melioramenta in re emphyteutica facta, amittat proprietario, & à quo puncto fructus rei emphyteuticæ ad proprietarium spectent.

### DISPVTATIO CCCCLVII.

*SVMMARIVM.*

1 *Emphyteuta in commissum incident, quæ melioramenta amittit proprietario.*
*Et quid in feudatario. nu 2.*
3 *Emphyteuta in commissum incidens, an amittat meliorationes postea factas.*
4 *Fructus rei emphyteuticæ, quæ in commissum incidit, à quo puncto deberi incipiant proprietario.*
5 *Fructus rei non dicuntur, nisi deductis expensis in ipsa re factis, ratione fructuum colligendorum.*
6 *Fructus ex melioramentis percepti, an ad possessorẽ pertineant malæ fidei, & quando.*

Quæst. QVoniam initio disp. 453. dictũ est, emphyteutã incidentẽ in cõmissum ob nõ solutã pensionẽ, non solũ amittere proprietario rem emphyteuticã, sed ẽt melioramenta in ea facta, examinandũ est, vtrum omnia vniuersim, an aliqua.

Communis sẽtia, quam Iul. Clar. 4. lib. sent. §. emphyteusis q. 45. nu. 1. sequitur, & quam copiosius, quam alij. Alu. Vala. de iure emph. q. 25. nu. 2. refert, absolutè asseuerat, emphyteutã incidentẽ in commissum, non solum ex eo capite, sed etiam ex quocunque alio ex ijs, quæ in progressu explicabimus, amittere melioramenta omnia proprietario. Alua. Vala. in primis. num. 3. sequenti, cum quodam alio, quem citat, ait, posse in dubiũ reuocari, num emphyteuta in commissum incidẽs ob non solutam pensionem, melioramenta amittat proprietario, illis duntaxat exceptis, quæ in particulari erat deductum in pactum, vt emphyteuta efficeret, quæq; loco pretij, quod à principio erat daturus, fecit, atque ob quæ exiguam soluebat pẽsionem, de quibus idem Aluar. Valas. num. 1. fuerat loquutus, & nos infra suo loco dicemus, dum examinabimus, ad quem melioramenta ptineant quando emphyteusis sine culpa emphyteutæ finitur. Ratio autem cur id non immeritò in dubium possit reuocari, est. In primis, quoniam meliorationes secundum se, propriæ sunt emphyteutæ, ideoq; illas transmittit ad ipsius hæredes, etiam extraneos, nihil impediẽte, q emphyteusis Ecclesiastica sit, vt suo loco dicetur: sunt enim quippiã longè diuersum à iure emphyteutico: quippe cũ ius emphyteuticum a contractu, & inuestitura oriatur, concessumq; sit a proprietario emphyteutæ; meliorationes verò ab ipsomet emphyteuta proueniant, quia sua industria, ac sumptib. illas effecit: quare, esto emphyteuta, in cõmissum incidens, amittat in pœnam proprietario ius emphyteuticum, quod ab eo accepit, non est cur ẽt melio rationes suas eidem similiter amittat. Deinde, quoniam pœna extendenda nõ est vltra id, quòd in iure fuerit expressum: odia quippe restringenda sunt, & fauores ampliandi: lex autem 2. C. de iu. emphy. cui autores cõis sententiæ nituntur, sanè, licèt statuat, emphyteutam non soluentẽ pensionem, incidere in cõmissum rei emphyteuticæ, non tamen statuit incidere in commissum meliorationum. Sic. n. hẽt. *Proprietario volẽti licere eũ a prædijs emphyteuticarijs repellere, nulla ei in posterũ allegatione nomine meliorationis, vel eorũ, quæ emponemata dicuntur, vel pœna opponẽda.* Ecce, solũ dicit, nõ excusari emphyteutã, quominus expellatur à prædijs emphyteuticis, iureque emphyteutico, si opponat melioramenta feciſſe, vel si opponat, in contractu appositam fuisse pœnam proprietario, si emphyteutam expelleret: qm̃ id intelligẽdum est de expulsione sine legitima causa. Licet ergo inde constet, oppositionem melioramentorum in re emphyteutica effectorũ, non excusare emphyteutam à pœna cõmissi iuris emphyteutici; inde tamen non constat, incidere etiam in pœnam commissi melioramentorum. Sanè hanc sententiam amplecteretur, nisi contraria esset communis doctorum atque in praxi recepta non solum in emphyteusi, sed † etiam feudo, vt ibidem Aluar. Valas. cum alijs affirmat. Et nisi ei sustragaretur authenticum de alien. & emph. §. si verò quis, quod emphyteutæ actionem pro melioramentis denegat. Ac nisi l. vlt. C. de iure emphyt. dum sermo est de pœna commissi ob alienationẽ meliorationum, atque emphyteusis proprietario non requisito, apertè de amissione meliorationum non loqueretur. Quare Alua. Vala. ibi dem, eiusmodi iuribus minimè citatis, à communi sententia recedendũ non censet, quam etiam sequitur Aries Pinel. l. 2. C. de rescind. vend. par. 2. c. 3. nume. 7. Licet non probem eiusmodi Pinelli sententiam,

3 Decis.

sentiam, quatenus nu. 3. sequenti à communi sententia excipit, quando aliquid in emphyteusim traditur ad decennium aut vltra, & nonum perpetuum, aut saltem vltra vnam vitam.

Deinde Greg. Lop. l. 28. citata tit. & par. 5. glo. pen. Pinel. vbi sup. nu. 9. & Alu. Val. q. citata nu. 3. cum Carol. Molin. cõem opinionẽ intelligũt, de cõibus, & ordinarijs meliorationibus, ad quas emphyteuta ex contractu tacitè, aut expressè, tenetur: secus aũt de extraordinarijs, & magni pretij, vt si ædes in agro emphyteutico ædificaret, aut molendinũ, vel aliud simile extraordinarium & magni sumptus: has enim non amitteret emphyteuta in cõmissum incidens. Atq; ita refert Alua. Val. se vidisse iudicatũ in Lusitano Senatu. Cæterũ nõ modica difficultatẽ facit, q̃ ex l. vlt. C. de iu. emphyteutico relatũ est. Quo aũt eiusmodi meliorationes sint soluendæ, loco citato dicemus.

Dubiũ est, quid si emphyteuta, postq̃ in cõmissum incidit, meliorationes aliquas fecu, amitteretne illas, perinde atq; alias, quas, antequam in cõmissũ incideret, fecit? Pastè affirmantẽ suaderi vẽ, quod tunc sit malæ fidei possessor rei emphyteuticæ, sciens dñium vtile deuolutum esse ad proprietarium: malæ aũt fidei possessor non repetit meliorationes, quas in re, q̃ ita possidet, facit; q̃m censetur fecisse illas animo eas donãdi, atque, si illas petere vellet, obijci ei posset culpa, qđ illas fecerit in eo solo, q̃ intelligebat esse alienũ, vt constat ex §. ex aduerso, & §. cæterùm illud. Inst. de rer. diuisione, ex l. adeo, §. ex diuerso ff. de acq. rer. dom. ex l. 42. tit. 28. par. 3. iunctis l. 35. 36. 37. eiusdẽ tit. Dicendum tñ est, consentaneè ad Alu. Val. ſ. vbi sup. nu. 4. quòd cum emphyteuta dominium vtile, non amittat, ẽt postquam in commissum incidit, nisi dependentes à voluntate proprietarij, atque adeo dependenter ex eo, quòd pœnæ exequutioni manet, dñium vtile ab emphyteuta exigendo, non censeri malæ fidei possessorẽ rei emphyteuticæ, nisi ab eo puncto, atq; adeo, si res in iudicium transigatur, à lite contestata: quare repetere poterit meliorationes, quas à puncto, quo in commissum incidit, in re emphyteutica fecit. Si quas aũt post litem contestatam in re emphyteutica fecerit, illas amitteret. Excipitur, nisi impensæ factæ in re emphyteutica fuerint necessariæ, hoc est, sine quib. res periret, aut deterior redderetur, siue consistant in faciendo, siue in reficiendo, has enim possessor malæ fidei iudicis officio repetit, terminãdo rem, quousq; soluantur, vt Bart. & alijs Alua. Val. ibi affirmat, & habetur expressè l. dominum. C. de rei vend. & l. 44. tit. 28. par. 3.

Vtiles verò expensas, si factæ fuissent reficiendo, malæ fidei possessor permittitur tollere, sine læsione tamen prioris status eiusdem rei, vt habetur l. dominum, & l. 44. citatis. Si tamen proprietarius soluere illi vellet, quantum res extracta de tali re illi esset valitura, non permittitur illam tollere l. in fundo. §. constitutum. ff. de rei vend. eodemq; modo intelligenda est l. 44. citata, quę idẽ statuit. Si tamen expẽsæ tolli non possent sine detrimento rei illas omnino amittit emphyteuta. l. 1. C. de infantibus expositis, & l. pro voluntatijs, ff. de impensis. Voluptarias tñ impensas non recuperat, nec contra dotalis emphyteuta, sed omnino illas amittit. Ita disponit l. 44. titu. 28. par. 5. argũ. §. ex aduerso. ff. de rer. dom. Quæ autẽ expensæ voluptuariæ dicantur, explicat optimè l. 44. citata, & nos diximus disp. 435. Hæc de primo eorum, quę in titulo huius disputationis proposita sunt.

Quod verò attinet ad secundum existimo fructus † rei emphyteuticæ, sicut & rem ipsam quoad dñium vtile, nõ pertinere ad proprietariũ, nisi a puncto, à quo pœnam exequi attentat, seu à lite contestata, & vsque ad illud punctum cẽsendum esse continuatum contractum emphyteuticũ: q̃m pœna commissi non incurritur, nisi dependenter à voluntate proprietarij, attentantis illã exequi, vt sæpius dictum est. Quare vsque ad illud pũctũ proprietario debentur pensiones non solutæ, vna cum re ipsa emphyteutica, quæ tunc exigit in pœnam commissi; fructus autem illucusque percepti integri pertinerent ad emphyteutam, tãquam ad dominum rei emphyteuticæ quoad dominium vtile vsque ad illud punctum. Vnde non placet opinio Alu. Vala. nu. 4 citata, quod ex fructibus 4
perceptis ab emphyteuta à puncto, quo in cõmissum incidit fieri debeat compensatio expẽsarum, quæ in re emphyteutica fecit, & quę illi sunt persoluendæ, nisi intelligat de fructibus perceptis à lite contestata. Neque iura, quæ citra alios possessore id disponunt, & Alu. Vala. citat. locũ habent re proposita. Q̃m omnia loquuntur de possessore ei rei alienæ pro re, pro quo erat aliena: quod nõ habet locum in re proposita quo ad dominiũ vtile emphyteutæ, nisi a puncto litis contestatæ. Fructus namque à puncto litis contestatæ, pertinent ad proprietarium, sed soluere tenetur emphyteutæ sumptus oẽs ab eo factos vsque ad punctum litis contestatę circa fructus eo anno colligendos, & si quos alios emphyteutæ circa eosdem fructus fecerit: quia semper possessori, siue bonæ, siue malę fidei, soluũtur sumptus fãti circa fructus ex re aliena colligendos: immò fructus † nõ alij, neq; maiores censentur, quam qui remanent deductis expensis. Ita habetur l. si à domino, §. fructus. ff. de pet. hær. l. fundus qui, in prin. ff. famil. ercis. l. 42. tit. 28. par. 3. l. fructus, ff. sol. mat. l. 1: C. de fructibus, & litium expens. & leg. quod in fructus. ff. de vsur. & affirmant Aluar. Vala. ſ. ibidẽ, & alij quos citat. 5

Hinc idem autor ibi nu. 5. colligit, emphyteutã, qui damnatur emphyteusim ac meliorationes culpa sua amisisse, repetere posse impẽsam, quam fecit in q̃rendis, ac conseruandis fructibus anni, in quo à fundo recedere damnatur. Illud circa alios possessores malæ fidei admonuerim, teneri deducere de impẽsis, ẽt necessarijs, in re aliena factis, valorẽ fructuũ, quos ex eadẽ re acceperunt, vt ex se est notissimũ. & de possessore bonæ fidei dicemus disp. 463. Vtrum aũt id intelligẽdum sit, nõ solũ de fructibus perceptis ex ipsa re aliena, sed ex meliorationibus à possessore malæ fidei in ea factis, an ẽt de fructibus perceptis ex melioramentis. Rẽ examinabimus disp. 463. circa possessorẽ bonæ fidei, partemq; negãtẽ circa eũ amplectemur.



Digitized by Google

6 Quòd † verò ad possessorem malæ fidei attinet, cõmor. sniæ est, quã Alu. Vala. de iu. emph. q. 25. n. 26. refert, & quã Cou. 1. var. res. c. 8. nu. 4. sequit, licet malæ fidei possessor, non solũ deducere déat de expensis fructus, quos ex re aliena pcepit, & q̃ percipi potuerunt (in quo oẽs conueniũt) ex meliorametris tñ à se in ea factis, teneri quidé deducere fructus, quos pcepit non tñ quos pcipere potuit, atq; hoc vlt mũ colligit ex l. cæterũ. ff. de rei vend. Alu. tñ Valá. ibi. ait, in tribunalibus Lusitaniæ iudicari, receptumq; esse, nõ teneri deducere fructus, quos ex suis melioramentis pcepit, sed illos hẽre sibi præcipuos, atq; in eadé snia fuerunt Matth. de Afflictis, & Capicius, quos Alu. Vala, ibi, refert. Diceré, in foro conscię ante latã snĩam, fructus ex melioramentis perceptos, ad possessoré malæ fidei pertinere: post latã verò sententiã, standum esse sententiæ latæ in vnoquoque foro.

Quamuis, cum ius melioramẽta necessaria, & vtilia possessori malæ fidei concedat, saltem vt illa tollere possit, iuri cõsonantius iudico, vt & fructus inde ab eo percepti, ad ipsum spectent, neque in pœnam ad eorum amissionem damnetur.

## Emphyteuta an teneatur ad expensas circa rem emphyteuticam, & ad onera & tributa ex illa.

### DISPVTATIO CCCCLVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Emphyteuta quas expensas petere potest a proprietario, factas in re emphyteutica.*
*Et quid de iure Lusitano. nu. 2.*
3 *Emphyteuta soluere tenetur onera, & tributa tã realia, quam personalia, quæ occasione rei emphyteuticæ imponitur.*
*Cum declaratione tamen, vt ibi.*
*Idem dicendum in feudatario. nu. 4.*
5 *Emphyteuta Ecclesiæ an teneatur ad collectas ratione vtilis dominij.*
*Et quid in feudis, & vsufructuarijs, quando dominus directus est ecclesia, & feudatarius, vel vsufructuarius persona laica, vel ecõtrario. nu. 6.*

INter impensas, quæ in re emphyteutica fiunt, quædã pertinent ad rei emphyteuticæ conseruationem, aut fructuum collectionem: atque has
1 † oẽs, etiam si magnæ sint, tenetur emphyteuta facere suis sumptibus, neque potest, finita emphyteusi petere illarum compensationem, neque ideo pp illas pót minuere pensionem. Vnde tenetur reficere domos emphyteuticas, aut quodcunq; aliud emphyteuticum ædificium: non tñ instaurare, si corruit, aut absque ipsius culpa fuit exustum. Tenetur etiã reficere aggeres, & purgare fossata, alueosve agrorum, itẽ reficere, & mundare puteũ. Præterea si lege statuto, aut cõsuetudine loci, vel præcepto, teneatur vnusquisq; lapidibus munire viã, pro situ, & qualitate domus, quã possidet, cõtribuere ad mundandũ locum aliquẽ vico proximũ, vel deputatũ ad sordes vici proijciendas, aut aliud simile, id totũ impendere spectat ad emphyteutam, neq; minuere ea decã pót pẽsionem, aut finita emphyteusi aliquid pro eiusmodi expensis à proprietario exigere. Ita cum Bart. Bal. & alijs quos citat, Aluã. Vala. de iur. emphy. q. 26. nu. 1. Concinit l. hactenus, & l. pendẽtes, §. si quid cloacarij, ff. de vsufr. Si. n. ad quædam ex his tenetur vsufructuarius, cum cuius vita vsusfructus finitur, vt ex iurib. citatis constat, & dispu. 7. dictũ est, multo magis tenebitur emphyteuta, qui vtile dñium ad successores transfert, quiq; tenetur quoad dñium vtile accipit, vt suis sumptib. eã cõseruet, & ea perfruatur, cum onerib. oĩbus, quæ illi sunt annexa. Licèt aũt in hac doctrina sic proposita, & in ea, quam in secunda parte huius disputationis subijciemus, Gam. decis. 301. tanquam cõi cõueniat, meritò tñ in eadem decisione refert à supremo Lusitano senatu fuisse iudicatum, cũ Rex pcepisset, dominos quorundam agrorum contribuere ad aggeres quosdam conficiẽdos, quibus vi fluminis resisteretur, ne agros perderet, arenaque obrueret, infæcundosq; redderet, atque vt meatus fierent, quibus paludes agrorum exiccarentur, locaq; paludum apta ad ferendos fructus redderentur, debuisse contribuere, non solos emphyteutas, sed etiã dños directos pro rata arbitrio prudentis iuxta ipsius maius, aut minus, quo emphyteuta per se, aut per suos successores, perseueraturus est in emphyteusi: eo quod id insolitum esset, de quo cogitate non potuerunt contrahentes, & si emphyteuta expressè se obligasset ad onera, & tributa illius agri: & qm̃ id spectabat, non ad solã vtilitatẽ emphyteutæ, qui ad quasdam vitas agros illos in emphyteusim habebat, sed ad perpetuam proprietarij commoditatem, ac vtilitatem. Atque hoc ipsum, vt si proprietarij & contribuerent innuit Gama expressisse decretum Regis, quo eam contributionem indixit. Ac sanè, nihil impedire dispositionis iuris cõis, ita in eo euentu merito fuit statuendum, ac iudicandum. Neque n. de huiusmodi euentu intelligenda sunt sanctiones iuris communis, & doctorum communis sententia.

Quando aũt impensæ, quas emphyteuta facit, ad perpetuam maiorem rei vtilitatem pertinent, vt quia auxit ædificium, vel dirutum, aut exustũ absque sua culpa erexit, vel quia puteum vtiliter fodit, vel aggeres de nouo confecit, vel fossata, ac meatus aperuerit, quibus non ad suum proprium vsum, & commodũ solum, sed post finitã emphyteusim vtiliores agri redduntur, aut similes alias impẽsas facit, sanè, si coactus à potestate publica eas efficiat, aut ad illas efficiendas contribuat, vt de aggeribus illis, ac meatibus iussu Regis Lusitani dictũ est, cogere poterit proprietarium, vt ad ea qũ fiunt, modo paulò antea explicato, contribuat: sin autem sua sponte illas efficiat, non quidem tenetur proprietarius, ad illas contribuere, dum fiunt, finita tamen emphyteusi pręcise sine culpa emphyteutæ, soluendæ illi sunt, vel quantum finita emphyteusi æstimabuntur valere, vltra prædium sine illis, vel quãtum in illis insumpsit, arbitrio proprietarij, vt suo loco dicetur.

Excipe,

Excipe, nisi emphyteuta vi contractus teneretur illas facere, non ea generalitate, qua emphyteuta rem accipit in emphyteusim ad illam meliorandum, sed in recompensationem minoris pensionis, q̃ illi ea de cã imponatur; atq; tunc in instro emphyteutico exprimi consueuit, qd emphyteuta suis sumptibus teneatur hoc, vel illud, efficere, nullo pro eo, finita emphyteusi, postulato pretio. Ita Aluar. Vala. vbi sup. cum alijs, quos refert, tametsi non tam accurate, acutos, ea explicet.

2 Ex † dictis intelligetur facilè, de quib. expensis sit sermo lege Lusitana lib. 4. tit. 77. §. 32. in fine, vbi cum sermo esset de meliorationibus à prædecessore factis, quas successor in emphyteusi adducere teneretur ad partitionem cum alijs cohæredibus, additur. *E esto non se non entendera a en algunas despesas e bem feitorias pequenas, nem em algumas outras que onomeante de necessidade per dereito comum, sem outra conuenca das partes, nẽ xondicam posta no contrato emfitiotico, hebteudo fater.* Eiusmodi quippe expensæ, ad quas de iure cõi emphyteuta tenetur, non aliæ sanè sunt, quã quæ primo loco in hac disputat. commemoratæ sunt, vt rectè Alua. Val. vbi supra, nu. 5. obseruat. Hæc de primo eorum, quæ in titulo huius disputationis proposita sunt.

Quod verò attinet ad onera, & tributa, dicendũ est. Emphyteutã † soluere teneri, nõ solũ one- 3
ra, & tributa realia, q̃ ex re emphyteutica debent, sed ẽt personalia onera, & tributa, quæ occasione rei emphyteuticæ imponuntur: teneri verò soluere, ẽt futura, quæ perseuerante emphyteusi imponẽtur, nisi, vt in priori parte huius disputationis dictũ est, aliquid extraordinariè imponatur ad aliquid cõcernens perpetuam vtilitatem rei emphyteuticæ: nam tunc contribuere tenetur proprietarius, vt ibidem dictum est. Si tã aliquid imponeretur subditis pro quantitate, & valore bonorum cuiusque, tũc emphyteuta solum teneretur soluere, quantum vtile dñium æstimaret, deducta pensione, aut pensionis onere: pro reliquis verò teneretur soluere proprietario, ad quem spectant.

Primam partẽ totius huius assertionis probat. l. 2. de iu. emph. illis verbis, *vel publicarũ functionum angarias non præstiterit*, id est, instrm, ac confessionem fisci, qd onera, & tributa tõe eius prædij illi debita soluerit, quasi ad illa vltra pẽsionẽ proprietario debitam emphyteuta ipse teneatur, vt gl. ibid. exponit, & Alb. Bal. Ias. & alij, quos Alua. Val. de iure emph. q. 17. nu. 1. refert, ac sequit. Idem probat. leg. 2. & 3. C. sine censu vel reliquis fundum comparati non posse. l. Imperatores in princ. ff. de publ. l. inter emptorẽ. ff. de pact. l. vlt. C. de prædijs, & omnibus reb. nauicul. libro vndecimo, quæ omnia iura de oneribus, & tributis realibus prædiorum loquuntur, statuuntq; onus illa soluendi, transire in possessorem prædiorum, etiam quo ad pensiones præteritas nondum ex eis prædijs solutas, quasi integrum fisco sit, præteritas pensiones exigere à nouis possessorib. prædiorum, vel ab antiquis.

De eisdem ẽt tributis realibus loquuntur l. 1. C. si propubl. pens. & l. 1. C. in quib. cau. pig. tacit. cont. & l. 25. tit. 13. par. 5. q̃ affirmant, prædia tributaria tacitè esse hypothecata pro tributis soluẽdis, quin & l. 25. oĩa bona debentis tributum, statuit esse tacitè hypothecata pro tributi[illegible] legit opin. Iacobi Rauen. quã non credo verã de iure cõi, eo qd nõ sit textus, vnde colligat. Grego. Lop. ibi. eandem legẽ, tametsi non admodum firmus, intelligit de oĩbus tributis, etiã personalib. ppea qd lex illa vniuersim loquatur, nõ restringẽdo ad tributa realia. Putò tñ id non esse verũ de iure cõi, cum nulla sit lex, vnde colligatur. Legẽq; illam Castellæ intelligendum esse iuxta cõe ius. Iura aũt illa paulò antea citata statuunt, inualidũ esse pactum inter nouum possessorem, & antiquum, q̃ onus soluendi eadem tributa pertineat ad antiquum possessorem, & non ad nouum, ac proinde, eo pacto nihil impediente, exigi posse à nouo possessore. Hoc tñ intelligendum est, ad effectum, vt id præiudicium pariat fisco, aut alteri, ad quẽ onus tale prædij spectet, quo minus exigere illud possit à nouo possessore; nũ verò vt antiquus possessor nõ teneatur ex eo pacto illud soluere posteriori possessori, in euentu, q̃ posterior possessor illud soluat, vt hĩ l. epistola. §. pactũ. ff. de pact. & affirmant glossæ. l. inter emptorẽ. l. imperatores. 1a. & l. 3. ac l. vlt. citatis. Qua eadem ratione, si nouus possessor antiqua onera, aut tributa soluat, quæ prædecessor soluere tenebatur, agit aduersus illum, vt tantũdẽ ipse soluat, vt glossæ citatæ affirmant, & probat. ibi apud Iulianũ (alias. l. idem Iulianus) §. hæres, iuncta gl. ibi. ff. de legatis. 1. & l. cum possessor. ff. de cens.

Qñ aũt audis, nouum possessorẽ teneri soluere præterita tributa, excipe, nisi fiscus prædium vendiderit: nam tunc non tenetur ad præterita onera, & tributa, sed solum ad futura, vt hĩ l. vl. C. de cẽlib. lib. 11. & affirmat gl. l. 3. citata. Illud adde, si quis prædium oneribus, ac tributis realibus subiectum, alteri vendat, emptorq; minus idoneus ad ea soluenda inueniatur, teneri venditorem, ac etiã, quæ futuri sunt temporis, loco illius soluere. Ita hĩ in auth. sed & periculum, C. sine censu vel reliquis, & l. vlt. C. de prædijs, & omnibus rebus nauicul. libro 11. Circa hæc omnia lege Alu. Val. vbi supra à nu. 17. & Aries Pinel. l. 1. C. de bonis inter. par. 2. num. 72.

Secundam verò partem, nempe quod emphyteuta soluere ẽt teneatur onera, & tributa personalia, quæ ratione rei emphyteuticæ imponũtur atque in futurum, perseuerante emphyteusi, imponentur, atque ẽt simul primam propositæ assertionis partem, probant, in primis l. 2. C. de iu. emphyt. illis verbis, *publicarum functionum*, quæ oĩa onera, ac tributa publica cõprehendunt, siue realia sint, siue personalia, tõe rei emphyteuticæ. Deinde ẽt vtranq; partẽ conclusionis probat, q̃ vsufructuarius ad oĩa onera, & tributa, siue realia rei, eius habet vsumfructum, siue personalia tõe, & occasione eiusdẽ rei, teneatur, vt disp. 7. dictum est, & probatur hactenus: §. modica. l. si pendẽtes §. si qd cloacarij, & l. vsufructu relicto, ff. de vsufr. & l. quæro. ff. de vsufr. leg. quæ idẽ esse dicit de tributis & oneribus imponẽdis perseuerante vsufructu.

Probat ēt.l.neq; stipendiū.ff.de impēs. re.dot. vbi maritus, vsufructuarius de iure cōi bonorum dotalium vxoris, soluere tenetur tributa oīa prædiorū dotaliū, neq; postea repetere pōt ab vxore, qđ ita soluerit: reddit verò rōnem textus, quia inquit, *onus fructuum hæc oīa impendia sunt*, eūq; proinde comitātur, qui fructus predij vñ, aut cuius occasione soluuntur, percipit: quare cum emphyteuta vsufructuarius sit rei emphyteuticæ, dominiūq; illius vtile habeat, regulariter cum ipsius vita minimè finiendū, cōsequens est, vt ad onera ac tributa oīa, siue realia, siue personalia rōne rei emphyteuticæ, teneatur, atq; cū eo onere rem emphyteuticam fruendam censeatur suscipere, nisi aliud deductum sit in pactū, aut aliud alicubi habeat consuetudo regionis, nā tunc pacto, aut consuetudini, erit standum. In vtraq; parte propositę assertionis consentit cōis doctorum sentētia, q̄ referunt, ac sequuntur Alu. Valas. vbi supra à nu. 1. Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. p. 2. n. 71. & Iul. Cla. lib. 4. sent. §. emphyteusis. q. 46. cuius opinionē non probo, vt neq; eam Alu. Vala. q. citata nu. 4. probat, quatenus vtranq; assertionis partem restringi, dum modo pensio modica soluatur. Quin Alu. Valas. vbi supra. nu. 26. & Pinel. nu. 71. citato, eam restringēdā nō cēsent, etiāsi emphyteusis non sit in totam vitam, sed decennium, aut vltra.

Restrictio, quam vtriq; parti in nostra assertione adhibuimus, in priori huius disputationis parte explanata est, atq; in ea, & in vtraq; assertionis parte, consentit Gom. dec. 301. citata.

Vltima verò assertionis pars ex se est satis perspicua, eamq; cū multis alijs, quos citat, affirmat Alu. Val. vbi sup. n. 31. estq; ante mētis oculos habēda, ad discernendum, qñ pensionarius teneatur ad onera beneficio imposita, & quando nō, & ad pleraq; alia. Tota † assertio proposita similiter habet locū in feudatario, quoniam est eadem ratio vt rectè Alua. Vala. vbi sup. num. 3. affirmat. 4

Qñ res aliqua affecta onere, aut tributo reali, deuenit per vitam emph. aut aliter ad Ecclesiam, vel ad personam Ecclesiasticā, tunc talis Ecclesia, aut personā Ecclesiasticā, tenet soluere onus illud, aut tributū, nihil impediēte exēptione Ecclesiarū personarūq; Ecclesiasticarū, ab eis onerib. in ipsorū bonis. Rō est, qm̄ res trāsit ad quēcunq; possessorē cū suo onere reali, quo erat affecta. Cōsentiūt authentica item prædiū. C. de sacrosanct. eccl. l. de his C. de epis. & cle. & l. vlt. C. de exact. trib. l. 10. Idē locum habet in re oneri, aut tributo, reali subiecta, quæ via feudi ad Ecclesiam, aut ad personam Ecclesiasticā, deueniret. In his cōsentit cōis doct. sñia, quā Alua. Valas. vbi sup. nu. 7. & Greg. Lop. l. 5 1. tit. 6. p. 2. ver. *por razon*, referunt, ac sequunt.

Qui ergo in Lusitania tributum ex quibusdam agris, quod *iugada* vocant, reale est, meritò necessarium fuit priuilegium regiū Ecclesijs, & aliquibus alijs, vt illud non soluerent. Quousq; autē ratione illius priuilegij non sit soluendum, siue Ecclesiæ vtile, & directum dñium habeant, siue solam vtile, & qñ soluendum sit habetur l. 1. 2. ordi. tit. 16. §. 8. & seq. Lege Aluarum Valas. vbi supra.

Qñ tributū est personale, non rōne rei emphyteuticæ, sed pro rōne bonorū, ac reditū cuiusq;, ita q̄ proprietarius soluere debet collectā impositam de pensione, & emphyteuta de reliquis reditib. deduci tunc debēt à reditib. emphyteutæ impensæ in eis colligendis factæ: qm̄ reliquum tantū hēt rōnem fructuum, ac reddituum ad hunc effectum. vt dis. præcedente dictū est. Ita Alu. Val. q. 17. citata nu. 10. cū cōi doctorū sñia, quam refert.

Qñ emphyteutā est Ecclesiæ, licèt rei emphyteuticæ imponi non possit tributū reale; eo q̄ res emphyteutica verè sit Ecclesiastica: & qm̄ finita emphyteusi, consolidatoq; dñio vtili cū directo, id onus perseueraret cū re merè Ecclesiastica; dubitant tñ doctores an † emphyteuta Ecclesiæ teneatur ad collectas q̄ onera sūt personalia, ita vt, pro quātitate fructuū, seu reditū, deducta pensione, teneatur soluere collectas rōne dñij vtilis, qñ emphyteuta persona est seculatis. Ac fanè, quicquid Bar. & pauci alij in contrarium dixerint, dicendum est cum Alu. Val. q. 27. citata a nu. 11. & cum cōi sñia, q̄ refert, teneri ad eas collectas: Rō est, qm̄ soluuntur ab ea ratione dñij vtilis solum: dñiū autē vtile, interim dum emphyteusis perseuerat, suum est, & nō Ecclesiæ; ac proinde est res laica, iurisdictioni principum secularium, ac proinde tributis ab ei ritè impositis subiecta. Qua etiā rōne, si emphyteusis ab eo vendatur alicui tertio, locum habet circa eam ius retractus; de quo in cōtractu emptionis, & venditionis dictum est, vt idē Alu. Vala. ibid. nu. 14. cum alijs rectè affirmat. E cōtrario autē, si Ecclesia, aut persona Ecclesiastica emphyteusim habeat a laico, licet teneat ad onera realia antea rei emphyteuticę imposita non tamē rōne illius possunt illi imponi collectę, & tributa, à quib. Ecclesiastici sunt exempti, vt cū alijs, ibi nu. 16. Alu. Valas. recte asseuerat. Qm̄ dominium vtile talis emphyteutæ res est Ecclesiæ, vt persona 6
Ecclesiasticæ. Hęc † oīa similiter locum habent in feudis, & vniuersim in vsufructuarijs, qñ dominus directus est Ecclesia, & feudatarius, aut vsufructuarius persona laica, vel qñ directus dñs est laicus, & feudatarius, aut vsufructuarius Ecclesia, vel persona Ecclesiastica, vt cum alijs a nu. 11. citato Alu. Valas. rectè admonet. Emphyteuta supremi principis excusatur à nouis tributis ob eandē rē emphyteuticā l. 1. & 2. C. de coll. fund. patr. & emph. lib. 11. vt cum Rebufo affirmat Alu. Vala. vbi supra nu. 28. quamuis vterq; dicat, male seruari in praxi. Ibidem cum eodem autore subiungit, qui ex terris suis soluunt quartam partem Regi, in eisdē fructib. vel in aliquo æquiualenti, dēre seruari immones ab alijs tributis ex eisdem agris, argumento multorum iurium, quæ citat, quo etiā alludit l. Lusitana lib. 2. ti. 16. §. 30. q̄ immunia ea prædia reddit à soluenda *iugada*. Rō autē est, qm̄ prædia tributis onerata, eximi debent à soluendis alijs nouis tributis, nisi magna vrgeat necessitas. Quibus neq; id in praxi soleat seruari. Nomine prædicti omnes eximuntur ab oneribus illis extraordinarijs, quæ pietatis, ac communis vtilitatis, gratia imponuntur, vt sunt refectiones viarum, fossarum, murorum, ac pontiū, iuxta l. 1. C. de col. fund. pat. vt ibidem Aluar. Valas. subiungit.

Emphy-

# Emphyteuta num in commissum incidat, si rem emphyteuticam deteriorem reddat.

## DISPVT. CCCCLVII.

### SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta an in commissum incidat, si rem emphyteuticam deteriorem reddat, & quando.*
2 *Emphyteuta præscindens oliuetum uetustum, & plantans uineam, ac incidat in commissum.*
*Distingue, ut nu. 7.*
3 *Emphyteuta destruens syluam cædnam absq; proprietarij facultate, ut uineam plantet, incidit in commissum.*
4 *Paria sunt destruere domos, & arbores præscindere.*
5 *Proprietario non permittitur mutare formam rei usufructuariæ, etiam si meliorem illam efficiat.*
6 *Emphyteuta in re emphyteutica ut meliorē reddat plus iuris habet, quam proprietarius, & usufructuarius.*

QVòd emphyteuta Ecclesiæ, si rem emphyteuticam deteriorem reddiderit in commissum incidat, possitq; proinde emphyteusi priuari, neq; repetere possit meliorationes alias in re emphyteutica factas, eo modo, quod dictum est illas amittere, qñ ob non solutam pensionē in commissum incidit, hꝫ expresse in auth. de alien. & emph. §. si verò quis aut locator, & in authentica, qui rem, C. de sacrosanct. eccl. In emphyteusi verò nō
1 Ecclesiastica, quia † non inuenitur adeo expressū
Quæst. in iure voluere Imo. Ias. & pauci alij, quorum opinionem refert, neque improbabilem arbitratur, Alua. Valas. consul. 50. nu. 5. non incidere in commissum, tametsi in Lusitania contraria sententia dicat non esse recedendum, eo q; Bartoli ac communis sit. Idem confirmat, qñ neque in feudo id satis iure est expressum: quippe c. 1. §. publici latrones, de pace tenenda, solum habeatur, vasallū re feudali abutentem, illam deteriorem reddendo posse puniri, non verò dicunt iura debere priuari re feudali: cū verò mitior pœna sit eligēda, solum intelligi debet, condemnandum esse solutionem totius interesse domini, non verò priuatione rei feudalis, citatq; pro sententia, quod feudatarius ea de causa in commissum non incidat, Bald. Paul. Dec. & Ludouicum Romanum. Miror tñ Alua. Valas. in eius confirmationem citare. §. publici latrones, in quo de pœna priuationis apertè agitur, tametsi dicatur, si rē malā tractauerit, & admonitus à domino non resipuerit.

Cóis aūt sñia Bar. l. diuortio. §. si fundū. ff. sol. matr, & aliorum, quos referunt ac sequuntur Iul. Cla. lib. 4. sent. §. emphyteusis. q. 26. Aries Pinel. l. 1. C. de bono mat. p. 2. num. 60. Molina lib. 1. de primog. c. 16. nu. 31. Gama dec. 7. tit. 1. dec. 147. nu. 1. & 3. dec. 291. nu. 2. & dec. 305. ac Silu. ver. emphyteusis, q. 5. pronunciato vl. & quam refert,
Decis.
etq; a qua non iudicat recedendum, idem Aluar. Vala. consult. citata, nobis est amplectenda, argō eius, quod circa emphyteusim Ecclesiasticam est dispositū. Et qm, cum contractus emphyteuticus initus sit ad melioratione rei emphyteuticæ æquitas non patitur, vt contrariū efficiente emphyteuta, tèneatur proprietarius perseuerare in contractu. Est tñ intelligenda doctrina hactenus tradita, de emphyteusi tam Ecclesiæ, q̄ priuati, mō deterioratio sit in ipsa substantia rei emphyteuticæ: non verò in fructib. qui non ad proprietariū sed ad solum emphyteutam spectant. Vt tñ rectè Sil. vbi sup. obseruat, si vinea aliquot annis nō putetur, qm infructuosa ea de cā redditur in futurū, ac minoris valoris in se censebitur reddita deterior quo ad substantiam, non secus ac si vites ab emphyteuta præscinderentur, ac eradicarentur. Itē intelligitur de deterioratione, nō modica, sed notabili, prudentis arbitrio, argō. l. scio. ff. de rest. in integ. & de deterioratione, quæ dolo, aut lata culpa, emphyteutæ proueniat, vt cum multis alijs, quos citant, affirmāt hæc omnia Gama dec. 342. num. 3. iuncta dec. 305. & Silu. vbi sup. Tametsi Silu. asserat, sufficere ēt culpam leuem, non verò leuissimam: quoniam contractus emphyteuticus celebratus est in commodum proprietarij, & emphyteutæ: in similib. autem contractibus tenetur quis etiam de culpa leui, non autem de leuissima, vt supra dictum sæpè est.

Ex dictis intelligetur, quid censendū sit de ea qōne, q̄ Alua. Valas. consultat. citata mouet, & de qua, aut de alijs similib. Gam. multis locis citatis
2 dispu. Emphyteuta quidē præscidit, † ac eradicauit oliuetum vetustum, quòd in perpetuum, aut ad aliquot vitas, habebat in emphyteusim, cæpitque in eodem solo plantare vineam, contendit verò cum illo proprietarius, incidisse in cōmissum ob præcisas, atque eradicatas oliuas sine proprietarij facultate. Contra verò emphyteuta se defendebat, obijciendo meliorem se effecisse causā proprietarij: quoniam vinea, quam plantabat, longè maioris valoris erat futura, quam oliuetum vetustissimarum oliuarum.

Aduersus ēmphyteutā obijciebatur doct. Bart. loco citato, & complurū aliorū, quam referūr, ac sequuntur Iul. Cla. & Aries Pinel. locis citatis, & Molina lib. 1. de primog. c. 22. n. 7. absolutè affirmantū, emphyteutam præscindentē arbores fructiferas incidere in cōmissum; tales aūt erant oliuæ illæ. Item, qm Bal. & Ias. l. 1. C. de iur. emph.
3 affirmant, emphyteutā † destruentem Siluam cæduam absq; proprietarij facultate, vt ibi vineam plantet, incidere in commissum: qm destructa vinea, neque illa, neque Silua manet, idem aūt cernitur in re proposita. Itē, qm †
4 paria sūt, destruere domōs, & arbores præscindere, vt colligitur ex l. eleganter. §. non solum. ff. de dolo; emphyteuta autē, qui domos in re emphyteutica destrueret, vtique in commissum incideret.

Dicendum tamen est, cum Alu. Val. ibid. Gama decisionibus citatis, & alijs, qñ ex tali mutatione res emphyteutica non deterioratur notabiliter, emphyteutam non incidere in commissum,

ſicq; iudicatum fuiſſe in Luſitania, vt Alu. Vala, & Gam. ibi. referunt, Præſertim quia fertur, conſuetudinem eſſe in Luſitania, vt id fiat, vt Aluar. Valaſ. ibid, num. 6. Gama deciſ. 147, num. 5. affirmant: ſtandum verò eſt ea in parte conſuetudini loci,

Doctrina autẽ Bartoli, & cõis primo loco adducta, vera in ſe eſt: intelligenda tamen eſt, qñ aliæ non renaſcuntur, & quando aliæ vtiliores plantæ non ſubrogantur, atque adeo qñ res emphyteutica deterior notabiliter redditur. Doctrina verò Baldi, & Ias. ſimiliter eſt intelligenda, quando vtilior, ac melior, ſaltem ob diuturnitatẽ, erat ſylua cædua, quam vinea. Ad id verò, quòd tertio loco adducitur, dicendum eſt, ſi res emphyteutica non ſint ſolæ domus, ſed prædiũ in quo illæ ſitæ ſunt, non incidere tunc emphyteutam in commiſſum, ſi illas deſtruat, vt meliores, ac commodiores, vel ibidem, vel in alia parte eiuſdem prædij, ædificet, vel ſi id efficiat in maiorem vtilitatem, & commoditatem prædij emphyteutici.

Quòd ſi quis nobis obijciat, l. vlt. ff. de vſu & habitat. vbi † proprietario non permittitur mutare formam rei vſufructuariæ, ẽt, ſi ea ratione meliorem illam efficiat, & l. vſufructuarius nouũ. §. ædificium, ff. de vſufructu, atque alia iura, in quibus vſufructuario non permittitur abſq; domini facultate perficere in re vſufructuaria ædificiũ inchoatum, etiamſi melius reddatur. 5

Dicendũ eſt cum Aries Pinel. l. 1. de bon. mater. par. 2. nu. 52. & Alua. Vala. vbi ſupr. num. vlt. longè maiorem rationem eſſe de emphyteuta, qui † iuris habet in re emphyteuta, atq; ad lõgus tempus, quique rem emphyteuticam ex origine emphyteutici contractus accipit, vt illam meliorẽ reddat; vnde ſine domini directi facultate, poteſt facere ædificium in re emphyteutica, & illã quacunq; alia ratione meliorem reddere. 6

Vt tamen quòd ſentio dicam. Arbitror diſtinguendum eſſe. Aut † enim res in emphyteuſim à principio accepta, fuit vinea, oliuetum, vel ſylua cædua, aut fuit ſolum ipſum, in quo illa plantata ſunt, Et rurſus, aut in emphyteuſim ſimul vnico cõtractu datum fuit aliquod prædium magnum, in quo erant domus, vinea, oliuetum, & alia; aut data fuit ſolum domus, aut vinea, vel oliuetum. 7

Si à principio datũ fuit ſolũ in quo illa plantata ſunt, aut datũ fuit prædium magnum, in quo, tanquã partes rei totius emphyteuticæ, erant domus, oliuetum, vinea, aut ſylua cædua, tunc tota doctrina hactenus tradita eſt vera: quoniam deſtructione, aut mutatione partis quo ad formam non ceſſat finitus contractus emphyteuticus, vt diſputat. 454. dictum eſt.

Neque item deſtructione plãtarum vineæ, aut oliueti, ceſſerut deſtructa res emphyteutica, quãdo ſolum ipſum fuit à principio datum in emphyteuſim, vt ibidem dictum eſt. In alijs verò caſibus, iuxta ea, quæ ibidem dicta ſunt, puto ſtando in ſola diſpoſitione iuris, eo ipſo, quòd oliuetum, vinea ſylua, aut domus data in emphyteuſim fuit deſtructa, finitum fuiſſe emphyteuticum contractum, in optioneq; proprietarij eſſe, quando emphyteuta illud deſtruxit, vel vſurpare ſolũ, & cogere emphyteutã ad ſoluendum intereſſe, vel eundem cogere, vt reparet, quod deſtruxit, & continuet contractum, vt ibidem dictum eſt.

Dixi, ſtando in ſola diſpoſitione iuris: quoniã ſi conſuetudo ſit alicubi, vt, irrequiſito proprietario, emphyteuta commutet oliuetum in vineam, aut è contra, vel aliud ſimile efficiat, ſtandum erit conſuetudini.

## Emphyteuta an expelli à re emphyteutica poſſit, quia neceſſaria eſt proprietario ad proprios vſus, aut quia emphyteuta illa abutitur ad malos vſus. Et an, ſi emphyteuta fructus ex re emphyteutica vendat, præferendus in eorum emptione ſit proprietarius.

## DISPVTATIO CCCCLVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta an expelli poſſit a re emphyteutica, quia neceſſaria ſit proprietario.*
*Et quid quando illa abutitur ad malos uſus.*
*Et an, ſi uendat fructus ex re emphyteutica, præferendus ſit proprietarius in eorum emptione.*

1 HAec † tria diſput. Aluar. Valaſc. de iure emphyt. q. 22. & duabus ſequentib. Partemq; negantem circa ea omnia meritò definit.

Tum quia emphyteuta dominium utile habet rei emphyteuticæ, ideoq, expelli non poteſt ab eo duabus illis de cauſis in duabus illis prioribus quæſtionibus propoſitis.

Sed ſi coercendus ſit ob prauum rei emphyteuticæ vſum, id alia ratione fieri debeat via iudicis, perinde ac ſi is, qui dominium vtile, ac directum ſimul haberet, coerceri deberet, ſi eadem re ſimili modo abuteretur.

Neque emphyteuta minus ius habeat ratione dominij vtilis de vendendo, cui voluerit, fructus rei emphyteuticæ abſq; vllo iure prælationis in eis in proprietario, quam ſi idem emphyteuta directum etiam dominium eiuſdem rei haberet. Tũ etiam quoniam nihil illorum trium inuenitur ſancitum in iure; & ſine iure expreſſo nihil illorum ſit aſſerendum. Quid autem de colono, ac inquilino, dicendum circa illa tria ſit, inferius ſuo loco erit examinandum.

Emphy-

Digitized by Google

Emphyteuta num in commissum incidat rem emphyteuticam vendendo irrequisito proprietario, an illam eodem pretio velit, & de laudemio proprietario, si res alteri vendatur, soluendo.

## DISPVT. CCCCLIX.

### SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta vendens rem emphyteuticam irrequisito domino, incidit in commissum.*
*Intellige tamen, & declara, vt ibid.*
2 *Emphyteuta exponere potest venditioni, domino irrequisito, meliorationes, ac ius emphyteuticum.*
*Intellige, & declara, vt nu. 7.*
3 *Emphyteuta volens vendere ius suum, si non habeat licentiam à proprietario, tenetur illum expectare per duos menses.*
*Et quid de iure Lusitano etiam in emphyteusi Ecclesiæ num. 4.*
5 *Emphyteuta statim habita licentia à proprietario vendendi, potest vendere ius suum cui voluerit: dummodo non sit de his, quibus vetari solet ius emphyteuticum emere.*
6 *Personæ prohibitæ emere ius emphyteuticum, quæ sint,*
8 *Venditio sola iuris emphyteutici irrequisito domino, sine traditione, non est sufficiens causa incurrendi in pœnam commissi.*
9 *Traditio per actum fictum an sit sufficiens causa, vt emphyteuta incidat in commissum.*
10 *Emphyteuta vendens & tradens ius emphyteuticum, domino irrequisito, sub conditione si ipsi domino placuerit, non incidit in commissum.*
*Idem in venditione facta cum pacto legis commissoriæ, & adiectionis in diem, aut alia simili conditione, num. 12.*
*Idem etiam in alienatione nulla, licet facultas adesset proprietarij. nu. 13.*
*Limitatur tamen, nisi dicat, saluo iure proprietarij numero 11.*
14 *Emphyteuta recuperans ius suum emphyteuticum alienatum, a commisso non liberatur.*
*Limita tamen, vt ibid.*
15 *Emphyteuta partem iuris emphyteutici alienans, an incidant in commissum in totum.*
16 *Emphyteuta volens alienare ius suum, debet requirere omnes proprietarios eiusdem rei, alias incidet in commissum.*
17 *Vxor quando est proprietaria, satis est emphyteutam nunciare marito, vt possit ius suum uendere.*
18 *Emphyteuticum ius quando ab uno in alium transit, vltimus emphyteuta debet proprietarium requirere de pretio, qui pro eodem pretio cæteris præfertur emptoribus.*
19 *Emphyteuta quando de pretio nunciauit proprietario, riteque uendidit, & tradidit, si postea remedio l. 2. C. de rescind. uend. rescindatur contractus, non requiritur noua licentia proprietarij.*
20 *Proprietarius accipiens à nouo emphyteuta pensionem, censetur consensisse in contractu, & liberasse primum emphyteutam a pœna commissi.*
*Intellige tamen, ut ibid.*
21 *Emphyteuta ignorans uendens rem emphyteuticam irrequisito domino, non incurrit caducitatem, quæ ignorantia transfert onus probandi scientiam in proprietarium.*
*Quod ampliatur etiam in uenditione necessaria, numero 22.*
23 *Emphyteuticum ius quando uenditur, Alcauala debetur.*
24 *Laudemium de quibus rebus soluendum proprietario, & quando non.*
25 *Laudemium an debeatur ex locatione ad decennium, aut ultra, si ille, qui habet rem conductam, ius illud alteri uendat.*
26 *Emphyteusis si sit concessa cum facultate, ut emphyteuta uendere illam possit, cui uoluerit, tenebitur nouus emphyteuta soluere laudemium.*

EMphyteuta quamuis, proprietario minimè requisito, exponere possit venditioni meliorationes, & emphyteuticum ius, quod in re emphyteutica habet; vendere tamen ea non potest, nisi requisito proprietario, manifestatoque illi pretio, qđ alij ipsi offerũt, vt, si proprietarius velit eodem pretio illa accipere, præferatur cæteris.

Eo autẽ ipso, quod proprietarius dicit, se nolle ea emere, aut quod potestatem illi facit ea vendendi, cui voluerit, aut qđ certior factus de pretio, rñdet, se nolle ea emere, aut non tanto pretio, potest emphyteuta illa vendere alteri. Si verò proprietarius taceat, aut dicat, se velle ea de re deliberare, emphyteuta de iure cõmuni ciuili, ac Castellę, & de iure canonico, tenetur expectare duos menses à puncto denunciationis de pretio factæ proprietario; de iure verò Lusitano solũ tenetur expectare triginta dies; intra quod tempus, si proprietarius non dicat, se velle ea illo pretio emere, atq; re ipsa pretium soluat, potest deinceps, emphyteuta illa vendere alteri, modo ille de numero eorum non sit, quibus vetari solet emere ius emphyteuticum.

1 Si † autem emphyteuta prædictis minimè seruatis, ea vendiderit, tradideritq; rẽ emphyteuticam, in commissum incidit, continuoq; proinde amittit totũ ius emphyteuticum, ac meliorationes proprietario. Quando autẽ, illis seruatis, ea vendit extraneo, hoc est, alteri, quam proprietario, solui de iure ciuili communi, & Castellę, ac de iure canonico, debet proprietario quinquagesima pars pretij: de iure verò Lusitano quadragesima. Intellige, nisi, quando primò celebratus fuit contractus emphyteuticus, fuit in pactum deductum, vt plus, aut minus, vel nihil solueretur.

Quod autem ita soluitur, laudemiũ à iuris peritis consueuit appellari. A parte autẽ, quæ soluitur, qñ aliud non fuit deductum in pactũ, in Lusitanis ordinationibus *quarentena* dicit, alibi quinquagesima. A multis in Lusitania dicitur *pagar o domino*; eo quod ob directum dominiũ soluatur. In transtagana eius Regni regione appellari cõsueuit, *pagar otteradego*. Quæ autẽ toto hoc §. dicta sunt intelligẽda sunt, nisi circa aliqua eorum

aliud

aliud fuerit deductum in pactum, qñ à principio celebratus fuit contractus emphyteuticus: nam tunc conuentis citra hæc omnia erit standum.

Sunt verò hæc omnia corroboranda, atque explanãda magis. Primum eorum, quæ asserta sunt,
2 nempe, posse emphyteutam proprietario minimè requisito, exponere venditioni meliorationes, ac ius emphyteuticum, colligitur apertè ex l. 3. §. sed ne. C. de iure emph. illis verbis. *Attestationem domino transmitti, & prædicere quantum pretium ab alio reuera accipi potest;* & ex c. potuit de locat. illis verbis, *Eiq; nunciato quantum sibi ab alijs offeratur;* atque ex l. vlt. tit. 8. par. 5. & ex lib. 4. Lusit. ord. tit. 64. in prin. affirmantque Panor. c. potuit citato n. 3. Greg. Lopez l. vlt. citata verb. *ante que*, & alij. Si enim emphyteuta nunciare debet proprietario, quantum pretij alij ipsi offerat, certè exponere potest venditioni meliorationes, ac ius emphyteuticum, vt de pretio, quod pro eis inuenit, certo rem proprietarium efficiat.

De secundo cõmodius dicetur simul cũ quin-
3 to. Tertium verò, nempe † emphyteutam, si proprietarius prius non faciat potestatem vendendi meliorationes, ac ius emphyteuticum alteri, vel non dicat se nolle ea emere tanto pretio, teneri expectare spatium duorum mensium, & eo transacto, si proprietarius intra illud non dixit se velle eo pretio emere, pretiumq; intra illud soluit, posse emphyteutam ea vendere alteri, habetur expressè l. vlt. C. de iure emph. c. potuit, de locat. & l. vlt. tit. 8. par. 5. Monterroso tamen in sua practica tract. 7. fol. 135. ait, de consuetudine hodie in instrumentis contractum emphyteuticorum apponi in hoc Castellæ Regno, vt solum spectẽtur triginta dies. Et quod ita appositum fuerit, erit seruandum, etiam si emphyteusis Ecclesiastica sit.

4 Quod † verò iure Lusitano teneatur solũ expectare triginta dies, hĩ 4. lib. Lusitan. ord. tit. 64. in prin. Quamuis autem ordinatio illa locum in eo Regno nõ haberet in Emphyteusi Ecclesiæ, sed in ea, iuxta canonicũ ius, expectandi essent duo integri menses, dum tũ in Lusitania cõmorarer, accepi, cõsuetudine præscripta esse in eo Regno in more positũ, vt etiam in emphyteusi Ecclesiæ solum triginta dies expectarẽtur; ansam verò huic cõsuetudini præbuisse videtur, in emphyteusi cõmuni, iuxta ordinationes, id solum tempus expectari populumq. non attendisse, in emphyteusi Ecclesiastica non esse standũ ordinationibus, seu dispositioni iuris canonici. Ea itaque consuetudo in eo Regno iuri canonico hac in parte derogauit.

5 Quod aũt † emphyteuta, statim ac proprietarius facultatem illi facit vendendi ius emphyteuticum alteri, possit illud vendere, satis perspicuum est: qm̃ eo ipso cedit iuri suo, vt non expectetur tempus à iure illi concessum; volenti autem, ac cõsentienti, nulla fit iniuria. Quod item eo ipso quod respõdet, se nolle emere tãto pretio, possit emphyteuta id vendere, ét est perspicuum; qm̃ id tempus emphyteutæ conceditur ad deliberandum, ac parandum pretium, si deliberet illud emere: eo autem ipso, quod respondet se nolle emere tanto pretio, deliberat, accedit iuri suo. Atque totum satis apertè innuunt. cap. potuit, de loca. l. vlt. tit. 8. par. 5. & Lusitan. ordin. tit. 64. in princ. estque communiter receptum.

Quartũ verò, videlicet, quod emptor nõ sit de numero eorũ, quibus vetari solet ius emphyteuticum emere, hĩ l. vlt. §. sin autem. C. de iure emph. c. potuit, de locat. ac explicatius l. vlt. tit. 8. part. 5. Ait verò glo. l. vlt. C. de iure emph. verb. vetari, in
6 primis, si à principio dum † contractus emphyteuticus fuit celebratus, cautum fuit, ne ad aliquas personas ius emphyteuticum transiret, nefas esse illud, aut meliorationes, eis vendere. Deinde dicendum est, si emptor sit talis, à quo proprietarius difficilius, quàm ab emphyteuta, comparabit pensionem, vel propter potentiam, aut priuilegia, vel propter nimiam paupertatem, aut alia de causa, tunc nefas erit emphyteutæ vendere illi ius emphyteuticum ac meliorationes.

Atque hæc solum expressit Lusitana ordinatio loco citato. Denique, si emptor sit talis, quo proprietarius iustè timet detrimentũ aliquod, vel ex causa proximè explicata, vel quia vsurpabit proprietatẽ, vel quia longè rarius vẽdere tentabit, aut permutare, ius emphyteuticũ, vnde rarius dominiũ vtile consolidetur cum proprietate, vel rarius proprietario ob venditionẽ, aut permutationem, laudemium soluatur nefas est vẽdere tali emptori ius emphyteuticum. Atq; hæc omnia voluere iura citata & affirmant doctores, quos referunt, ac sequuntur Iul. Clar. lib. 4. sent. §. emph. q. 22. & Greg. Lopez l. vlt. citata, verb. *a orden.*

Hinc volunt doctores emphyteutam vendere non posse ius emphyteuticum Ecclesiæ, aut monasterio, neque cum eis illud permutare, qa grauaretur proprietarius; eo quod difficilius ad eum reuerteretur dominium vtile, & rarius ipsi solueretur laudemium, & propter priuilegia Ecclesiæ. Vnde quamuis emphyteuticum ius legari possit Ecclesiæ, & adquiri monasterio per possessionem religiosi, vt disput. 140. dictum est, Ecclesia tamen, aut monasterium, tenetur id vendere intra annum, vt doctores, quos Sylvest. verb. emphyteusis q. 20. refert, ac sequitur, affirmant, testanturque consuetudine esse receptum. Interpersonas priuilegiatas computantur, milites, curiales, & Ecclesiastici, vt disp. 140. dictum est. Doctrinam autem traditam intellige, quãdo emphyteuta non esset æquè priuilegiatus, ad is, in quem ius emphyteuticum transiret.

Secundũ verò, & quintum, nempe, quod vendere non possit meliorationes, & ius emphyteuti-
7 cum, nisi † requisito proprietario, manifestatoque illi pretio, qd alij ipsi offerunt, vt, si proprietarius velit illo eodem pretio illa accipere, præferatur cæteris, & quod, si emphyteuta, minimè seruatis tertio, & quarto, ea vẽdiderit, tradiderit q. tem emphyteuticam, incidat in commissum, non solum iuris emphyteutici, sed etiã meliorationũ, habentur expresse, l. vlt. C. de iure emph. c. potuit de locat. l. vlt. tit. 8. par. 5. iuncta §. fin. vlt. Greg. Lopez ibi, & lib. 4. Lusit. ord. tit. 64. in princ. & §. 1.

Quæ sanè intelligenda sunt, esto proprietarius dixerit, se nolle ea emere, si emphyt. ea vendat emptori,

Digitized by Google

emptori, cui vetari solet emere ius emphyteuticũ, vt satis colligitur ex iuribus citatis. Idẽque est, si mentiatur in pretio, dicens proprietario, minus se periri, cum plus reperiatur, vt cum Salycero, & alijs affirmat Greg. Lopez l. vlt. citata, ver. *equanto es*. Quo loco obserua, venditionem emphyteusis factam sine facultate proprietarij esto sequuta sit traditio, esse ipso iure nullam, vt ex se est perspicuum, & colligitur aperiè ex Lusita. ordina. §. 1. citato in fine. Quare, si res emphyteutica prius sine consensu proprietarij vendatur, ac tradatur vni, postea verò ex consensu proprietarij vendatur alteri, secundus emptor præferatur primo, vt cum alijs rectè tradit Gama decis. 116.

Dictum autem est, vendiderit, tradideritque
8 rem emphyteuticam: qm̃ sola † venditio, si traditio non sequatur, non sufficit, vt dominiũ transferatur, atq; vt res alienata pleno, ac simpliciter dicatur, vt disput. 2. & 3. & disput. 338. dictum est. Quod autem venditio ita consummata necessaria sit ad incurrendã pœnam cõmissi, affirmat cõmunis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Iul. Clar. §. emph. q. 13. nu. 5. Aluar. Valas. de iur. emph. q. 38. num. 10. Anto. Gom. l. 45. Taur. nu. 94. vbi multis illam confirmat. Cou. 1. var. resol. c. 16. in calce, nu. 7. Gutier. de pract. qq. lib. 2. q. 115. nu. 4. & 5. & Sylueſt. verb. emphyteusis. q. 5. pronunciato 2.

Quæſt. Sed vtrum satis sit traditio per actũ fictum, vt
9 per clausulam constituti, vt † emphyteuta in cõmissum incidat. Ant. Gomez vbi supra, num. 91. negat, ductus quibusdam testimonijs ex lib. feudorum, in quibus traditio nõ exigi, vt feudatarius, alienans feudum irrequisito proprietario, in commissum incidat. Atq; hanc opinionem, licet non eo argumento ductus, ait Iulius Clarus q. 13. citata in calce nu. 4. esse æquiorem, tenerique posse in iudicando, maximè si sola facti veritate inspecta, esset iudicandum, referq; Guidonem attestari iuxta illam iudicari in delphinatu. Contraria tamen est cõmunior, vt referunt, ac sequuntur idem Iulius Clarus ibidem, asserens veram de rigore iuris. Gutier. q. 115. citata num. 4. & Gama decis. 116. estque nobis amplectenda. Quoniam traditio per actum fictum verè transfert possessionem, ac dominium, sufficiensque proinde est ad consummatam, ac perfectam alienationem. Testimonia autem illa ex lib. feudorum, intelligenda sunt traditione per actum verum, aut fictum.

Dubiũ Vtrum autem, si emphyteuta vendat, aut tradat ius emphyteuticũ minime requisito proprietario, attamen sub conditione, si proprietarius cõsenserit, aut appositis alijs verbis, quæ id æquipol-
Decis. 10 leant, incidat in commissum. Dicendum † est, in commissum non incidere, quoniam venditio sub conditionem, alienatio non est perfecta, & consummata, nisi qm̃ impleta fuerit conditio eiusmodi autem conditio, de qua loquimur, consensum proprietarij, atque adeo interrogari illum exigit, num in venditionẽ consentiat, vt perficiatur. Ita cum alijs, quos citant, Sylueſt. pronunciato 2. citato. Greg. Lopez l. vlt. tit. 8. par. 5. verb. *la venda*, ver. quinto, & Gama decis. 147. nu. 4. Neque attritor necessarium esse, postquam emphyteuta dixit, se alienare saluo consensu domini, aut sub conditione, si consentiat, addat, & non aliter, neque alio modo, vt cum Baldo in quodam loco vult Iulius Clarus, q. 13. citata, nu. 5.

Quoniam hæc verba posteriora, virtute continentur in illis prioribus, neq; est ius aliquod, vnde colligatur debere addi, vt emphyteuta à pœna commissi liberetur. Illud placet cum eodem Baldo, Iulio Claro, & Greg. Lopez vbi supra, si traderet res difficilis recuperationis, vt castrũ munitum potenti, & vniuersim si coniecturæ essent rẽ ita semel traditam, difficile recuperandam à proprietario, emphyteutam incidere in commissum ita tradendo rem emphyteuticã, nihil impediente protestatione, ac conditione apposita: qm̃ in fraudẽ apposita censeretur; & quoniam in culpa esset emphyteuta, ita tradendo rem proprietarij.

11 Si tamen † emphyteuta vendat, & tradat rem emphyteuticam addẽdo, saluo iure proprietarij, cõtet dicũt doctores citati, quos sequitur, plures alios referens, Mol. na lib. 1 de primog. c. 21. nu. 25. emphyteutã cadere in cõmissum. Qm̃ protestationes facto contrariæ, nullius sunt momenti.

Ex eodem fundamento, quòd, vt emphyteuta in commissum incidat, necesse sit venditionem esse omnino consummatam, ita vt res vẽdita alienata simpliciter censeatur, dicendum est.

12 Si emphyteuta † vendat quidem, ac tradat ius emphyteuticũ, cæterum sub tali pacto legis commissoriæ, aut adiectionis in diẽ, quod, subsequuta cõditione, contractus resoluatur, ac si à principio non esset factus, aut sub tali alia conditione, quæ non subsequuta, contractus similiter resoluatur, ac si à principio non esset factus, iuxta ea, quæ disput. 378. & 379. dicta sunt, tunc, si talis contractus resoluatur, non incidit emphyteuta in commissum, neq; prius censendus est incidisse in commissum, quam contractus ille omnino perficiatur. Ita Gama decis. 12. cum Bal. Iaſ. & alijs.

Ex hoc eodẽ fundamẽto, quotiescunq; alienatio facta † per emphyteutam iuris emphyteutici
13 est nulla, esto facultas proprietarij adesset, per eã alienationẽ non incideret in cõmissum: qm̃ alienatio nulla, neq; appellari pôt consummata, neque simpliciter est alienatio. Ita Greg. Lopez l. vlt. tit. 8. part. 5. verb. *la venda*, vers. & quid, cum Spec. Bar. & alijs, iuxta varia iura, quæ citat.

Quando emphyteuta vẽdidit, & omnino alienauit ius emphyteuticum, atque adeo incidit in
14 commissum, esto † postea recuperet idem ius emphyteuticum, non liberatur à cõmisso. Quoniam ius semel perfectè ea de causa acquisitũ proprietario, non potest abeo auelli absque ipsius facto, ita communis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Iulius Clarus q. 13. citata num. 6. Gutier. q. 115. citata nu. 6. Aluar. Valaſ. de iure emphyt. q. 38. nu. 11. Syluſt. pronunc. 2. citato, & Gama decis. 274.

Hoc tamen ex quadam æquitate limitandum quidam censent, quos Gama ibid. nu. 2. & Caldas de Nominat. emph. q. 16. num. 20. referunt, ac sequuntur, quando, qui emphyteusim irrequisito

proprie-

proprietario alienauit, statim illam recuperauit. Censet verò Gama statim illã recuperasse, si ante litem per proprietarium aduersus eum contestatam, eam recuperauit, atque se iam semel, cum quibusdam alijs senatoribus iuxta hanc limitationem iudicasse. Cęterùm sicut Iasoni limitatio hæc non placet, ita mihi non probatur.

15 Quando emphyteuta † partem solũ iuris emphyteutici alienauit irrequisito dño, ait Iul. Clar. q. 13. citata, cõmuniorem sniam esse, non incidere in cõmissum totius iuris, sed tm partis alienatæ, & iuxta hanc sniam iudicasse Neapolitanum senatum. Cõtrariũ verò, nempe incidere in commissum totius iuris, affirmat cũ Ias. Sylvester pronunciat. 2. citato, dicitq; ita teneri, atq; circa eandem quæstionem remittit Greg. Lopez loco citato lectorem ad eundem Ias. Atque hanc posteriorem, sententiam veram esse credo in Lusitania, vbi res emphyteutica est indiuidua, vt disput. sequẽti dicetur; secus in alijs locis, vbi est diuidua, vt etiam sequenti disputatione videbimus.

16 Quando duo sunt † proprietarij eiusdẽ rei emphyteuticæ pro indiuiso, vterque est requirẽdus, an pro pretio, quod alij offerunt, velit ius emphyteuticum, neq; sufficit alterum requirere, & ab eo habere facultatem; alioquin emphyteuta incidet in commissum. Vtrum autem tunc incidat in cõmissum totius iuris emphyteutici, an verò partis Greg. Lopez l. vlt. tit. 8. par. 5. verb. *al señor*, remittit ad Ioan. Andr. Spec. & Ias. Sylvester verò pronunciat. 2. citato rectè affirmat, solum incidere in commissum pro parte; quoniam solum puniri debet, prout proprietas rei emphyteuticæ ad eum pertinet, aduersus quem peccauit, atq; iuxta proportionem emphyteusi, quæ illi respondet. Vtrũ autem, si vnus eorum proprietariorum non velit ius emphyteuticum pro illo pretio, aliter verò id velit, præferendus sit hic proprietarius cæteris emptoribus in toto iure emphyteutico pro eodem pretio Gregor. Lopez vbi supra, rectè respondet cum Alb. & Ias. præferendum, argumento l. in bello §. seruus plurium. ff. de capt., est q. indubitatum in hoc Castellæ Regno, iuxta l. tetractus, de qua disp. 371. dictum est.

17 Qñ vxor est † proprietaria, satis est emphyteutam nunciare marito, atque de illius consensu ius emphyteuticum vendere. Ita cum Iasone, Greg. Lopez ibidem, argumento l. aut qui aliter. §. sed & seruus, iuncta glo. ibi. ff. quod vi, aut clam. Estque indubitata in Castella, & Lusitania, vbi administrator omnium bonorum est vir.

18 Quando ab † vno emphyteuta ius emphyteuticum rectè transiit in alium, vltimus emphyteuta requirere debet non alterum emphyteutam, sed proprietarium de pretio, soluisque proprietarius præferendus est pro eo dũ pretio cæteris emptoribus, nisi aliud fuerit deductũ in pactum, quando proprietarius concessit primo rem in emphyteusim. Ita glo. vlt. C. de iure emphy. verb. alijs vẽdere q. vlt. iuxta text. ibi, Greg. Lopez, vbi supra, Gama decis. 147. nu. 8. decis. 144. nu. 7. & decis. 329. nu. 5. Caldas de renouat. emph. q. 13. nu. 49. & multi alij, quos citant. Quare merito Caldas ibidem reijcit contrariam Aluar. Valas. opinionem de iu. emph. q. 13. nu. 12. asserentis aduersus communem doctorum sententiam, quando emphyteuta de consensu proprietarij sub emphyteutam constituit, qui maiorem pensionem solueret, reseruato incremento primo emphyteutæ, secundum emphyteutam teneri requirere primum emphyteutam, illique soluere laudemium, & non proprietarium.

Etenim proprietarius per eam facultatem sub emphyteuticandi, nullum ius à se abdicauit, quod tamquam proprietario competat, ac proinde ab illo exigenda est facultas alienandi, illiq. soluendum est laudemium, & non primo emphyteutæ.

19 Qñ emphyteuta † nũciauit de pretio proprietario, ritèq. rẽ vendidit, ac tradidit, si postea remedio legis 2. C. de rescin. vend. rescindatur contractus, necessaria non est ad id licẽtia proprietarij: quia id non est noua alienatio, sed resolutio prioris ex cã iusta. Item qñ ritè ius emphyteuticum venditum, esset ac traditum cum pacto de retrouendendo, qñ postea redimeretur, ac recuperaretur, necessaria non esset facultas proprietarij: qñ similiter non est nouus contractus, sed resolutio prioris ex pacto in eo appositio. Qñ tñ idem ius emphyteuticũ iterum de nouo emeretur, necessaria esset authoritas proprietarij, quoniã esset noua venditio. Hæc omnia Greg. Lopez vbi sup. verb. *que lano queria*, cum alijs, quos citat, suntque in se satis perspicua. Lege quæ disp. 273. & in calce disput. 374. 378. & 379. dicta sunt.

20 Si posq̃ † emphyteuta in cõmissum incidit ob alienatam rem emphyteuticam, minime seruatis quæ in hac disputatione explanata sunt eũ debuit se seruare, proprietarius à nouo emphyteuta pensionem accepit, censetur consensisse in contractu, ac proinde liberatus est primus emphyteuta à pœna commissi, neq. proprietarius expellere pót nouum emphyteutam à re emphyteutica. Ita Greg. Lopez verb. *que lano queria* citato, Gama dec. 91. nu. 4. & dec. 283. nu. 4. Caldas de renoua. emph. q. 2. nu. 4. & in calce. 5. & alij quos citant, consentiuntq. ea, quæ disp. 453. dicta sunt, neque Lusitanæ ordinationes ibi citatæ refragantur.

Quoniam, quemadmodum si, postquam quis incidit in commissum ob non solutam pensionẽ, proprietarius accipiat, non solum pensiones, ob quas non solutas emphyteuta incidit in commissum, sed etiam temporis sequentis post caducitatem incursam, censetur remisisse illi caducitatem, ita in proposito, si recipiat pensionem temporis post caducitatem incursam ob hanc aliã causam, censetur caducitatem remittere: Lusitanæ verò ordinationes loquuntur de pensionibus, ob quas non solutas caducitas incurritur, nõ verò de alijs post eam incursam: quod nescio an Gama decisionibus citatis satis attenderit.

Quæ tamen dicta sunt, intelligo, quando proprietarius pensionem accepit, non ignorando caducitatem, vt regulariter eam nõ ignorabit, cum videat nouum emphyteutam pensionem soluere, nisi caducitas incursa sit; quia prior emphyteuta proprietario significauit, longe minus pretiũ ipsi

pro

pro iure emphyteutico offerendâ sit id, pro quo illud vendidit, aut alia simili de causa, quam proprietarius ignoraret accipere enim pensionem cũ ignorantia caducitatis, non sufficit vt proprietarius caducitatem remisisse censeatur. Hac de causa, si emphyteuta, postquam rem alienauit, facultatem petat à proprietario illam alienandi, quãuis proprietarius caducitatẽ remittere censeatur, si, sciens alienatam esse, eam facultatem concedat non tamen remittere eam censetur, si, ignorando alienatam esse, eandem facultatẽ concedat, vt recte vtrumque Greg. Lopez loco citato affirmat.

Quemadmodũ disp. 453. dictum est, si ignorãs rem esse emphyteuticã biennio, aut triennio, non soluat pensionem, in commissum ea de causa non
21 incidit: ita si, † idem ignorans, illã irrequisito proprietario alienet, caducitatem non incurrit: qm̃ vbi non est culpa, locum non habet pœna: atque ad proprietarium probare spectat, adfuisse scientiam, qm̃ res non est manifesta, vt ibi dictum est. Ita Greg. Lopez, vbi supra verbo, *la uenda*, ver. & quid si Gama decis. 91. nu. 1. & alij, quos citant. Credo tamen venditionem esse nullam.

Quæ dicta sunt, locum habent nõ solũ qm̃ venditio iuris emphyteutici est volũtaria, hoc est, ab
22 ipsomet emphyteuta facta, sed † etiã qm̃ est necessaria, vt qm̃ ad satisfaciendum illius debitis, aut alia de causa iudicis autoritate fit, vt habetur lib. 4. Lusitan. ordin. titu. 64. in princ. & cum alijs asserunt Aluar. Valas. de iure emph. q. 38. nu. 9. & Greg. Lopez l. vlt. tit. 8. par. 5. verbo, *la uenda*, vers. & an possit. Cæterum tunc, si nulla intercedat culpa emphyteutæ, quæ dicta sunt, non seruentur, venditio, quidem erit nulla, vt loco citato habetur, ac de se satis est perspicuum, quoniam translationem iudicis autoritate facti in nullo præiudicare potest iuri proprietarij: emphyteuta tamen non incidit in comissum quoniam culpam non commisit, pœnam sustinere non debet.

Hæc omnia similiter locum habent, qm̃ res emphyteutica in solutum datur creditori, siue ab ipsomet emphyteuta, siue à iudice. Est enim admonẽdus proprietarius, & hẽc ius ꝓlationis pro eodẽ pretio, soluendo tandem loco debitoris creditoribus ipsis: est q; ipsi soluẽdũ laudemiũ, si rem nõ velit pro eodem pretio. Ita Greg. Lop. vbi supra.

23 Qm̃ ius emphyteuticum venditur, siue proprietario ipsi, siue cuicunque alteri, alcauala debetur: quoniam id vera est venditio, & non est contractus emphyteuticus, ex quo alcauala nõ debentur, vt Lassarte de decim. vend. c. 1. num. 42. rectè aduersus Monchacam asseuerat. Hæc de secundo & quinto in principio huius disputationis asseritis.

Sed tum verò, nempe, quod quãdo ius emphyteuticũ, & meliorationes vẽduntur ei, qui non est
24 proprietarius solui † proprietario debeat laudemium, hoc est, quinquagesima pars pretij de iure cõmuni, & Castellæ, & quadragesima de iure Lusitano si à principio, quando emphyteuticus, contractus fuit celebratus, aliud non fuit deductum in pactum, habetur lege vlt. §. & ne. C. de iu. emphyt. l. vlt. tit. 8. part. 5. & lib. 4. Lusitan. ord. titul. 64. in prin. Quamuis autem in Lusitania, quando emphyteusis est Ecclesiastica, standum in solutione laudemij esset iure communi, & nõ ordinationibus Lusitanijs; eo quòd in emphyteusi Ecclesiastica locum non habeant Lusitanæ ordinationes, sed canonicum ius; & de iure canonico, quando in eo nihil circa aliquid inuenitur dispositũ, standum sit dispositioni iuris ciuilis communis; consuetudo tamen in eo Regno est præscripta, vt solum soluatur quadragesima pars, eique proinde consuetudini est standum.

Laudemium autem non solum est soluendum de pretio iuris emphyteutici, sed etiam de pretio meliorationum, vt satis perspicuè habetur l. vlt. C. de iure emph. & alijs iuribus citatis. Ratio autem est, quoniam etiam meliorationum comparauit proprietarius dominium *directum*: eo quod prædio ipsi emphyteutico adhæreant.

Soluere autem debet laudemium nouus emphyteuta vt gl. ver. accipere. l. vlt. C. de iur. emph. consentaneè ad textum ibi, Greg. Lopez, leg. vlt. tit. 8. par. 5. verb. *nole deue tomar*. Iul. Clar. verb. emphyteusis q. 24. nũ. 4. & alij, quos citant, affirmant. Ratio autem est, quoniam pro noua inuestitura, ac missione in possessionem, quæ fieri debet à proprietario, soluitur, vt l. vlt. C. de iur. emphy. satis aperte docet, & affirmant, Iul. Clar. vbi supra nu. 2. & 3. Aluar. Valas. de iur. emph. q. 9. nu. 4. & alij, quos citant.

Atque hac de causa, quando emphyteusis proprietario vẽditur, non soluitur ei laudemium, sed tradore debet integrum pretium, quod alij pro eo offerunt, vt Lusit. ord. lib. 4. tit. 64. docent, & affirmant Silu. & alij, quos refert ver. emphyteusis q. vlt. Credo tamen in Hispanis vsu esse receptũ, vt vendatore emphyteusis de pretio, in quo cum nouo emphyteuta conuenit, soluat laudemium.

Si proprietarius è vita discedat, legata vni proprietate rei emphyteuticæ, & legato alteri vsufructu ex illa, solui debet laudemium vsufructuario, & non proprietario. Qm̃, quamuis ratione proprietatis soluatur, fructus tamen est proprietatis. Ita Silu. verb. emph. q. 22. Iul. Clar. ibid. num. vlt. cum Io. And. Soc. & communi doctorum sententia, quam citant. Hac ratione, si filius familias sit proprietarius, laudemium pertinet ad patrem, vt Sil. q. 22. citata rectè cum alijs, affirmat.

25 Vtrum tamen ex locatione ad decennium, aut vltra, debeatur laudemium, si, qui ita habet rem conductam, ius illud alteri vendat. Aluar. Valas. de iur. emph. q. 29. num. 16. in partem negantem citat Couar. 2. var. resol. c. 16. nu. 2. & Ant. Gom. 2. tom. var. resolut. cap. 3. num. 11. Cæterum illi non loquuntur de laudemio in particulari, sed Couar. cum Carolo Molin. loquuntur de pœna commissi ob locationem alteri iterum ad longum tempus irrequisito proprietario, & Ant. Gom. de pœna vniuersim emphyteutis statuta, num locatoribus ad longum tempus conueniat. Idem tamen dicerent de laudemio.

Et quamuis, quo ad strictam disputationem, Aluar. Valas. ea sententia placeat. Deberi tamen laudemium, & incidere in commissum, est affirmandum cum communi doctorum sententia: quam

Caldas

Caldas de renouat.emph.q.16.num.8.& Aluar. Valaſ.loco citato referunt,ac ſequuntur, eamque definiunt Luſitan.ordin.lib.4,tit.64.in prin. Eſt enim verè emphyteuſis ea locatio, vt ſupra ſæpe eſt dictum & oſtenſum. Addidi huic textu aſſerto, eam quantitatem ſoluendam eſſe in laudemium,ſi à principio,quando emphyteuticus contractus fuit celebratus, aliud non fuit deductum in pactum.

Quoniam, quod tunc in pactum faiſſet deductum,ſeruandum eſſet, ſiue id eſſet, vt minus,aut nihil ſolueretur, vel vt ſolueretur primo emphyteutæ,ſiue vt ſolueretur plus. Audiui aũt in Luſitania, præſertim in ea regione, quæ eſt inter Duriũ,& Minium,aliquando deduci in pactum, vt dimidium pretij,quod pro iure emphyteutico, ac melioratiõnibus acciperetur, ſolueretur proprietario quod profecto valde durum,ne iniquum dicam, niſi aliunde compenſetur, videtur Gaſpar Monterroſo in ſua practica tract. 7. fol.235. tradendo formam conficiendi inſtrumentum emphyteuticum ſic ait. *Y que en reconoſcimiento del ſeñorio ſeais obligado a nos pagar la ueintena, o decima parte del precio,que por la dica tal coſa nos dieren*. Ex quibus verbis colligitur in Caſtellæ Regno ſolere in inſtrumentis emphyteuticis injungi,vt pars ſoluatur interdum vigeſima, interdum verò decima pars pretij.

Poſtremum aſſertum,nempe, prædicta omnia intelligenda eſſe,niſi circa eorum aliqua aliud fuerit deductum in pactum,quando à principio contractus fuit celebratus quippe illis pactis ſit ſtandum,habetur l.vlt. C. de iur. emph. Peculiariter enim circa eiuſmodi emphyteuticum cõtractum eſt ſancitum, vt ſtetur pactis in eo appoſitis, eſto contraria ſint eis, quæ de iure ſunt in eo ſtatuta, quando aliud non deducitur in pactum,vt ex eadem l.& duabus antecedentibus,ex §. adeo, Inſt. de locat.& ex l.penult.tit.8.par.5.conſtat. Quare in hoc contractu plus, quam in quocunque alio, ex ipſamet iuris diſpoſitione, variare licet circa ea, quæ alioquin in iure de eo tradita, ac ſancita ſunt; id quod ex parte notauit Gama deciſ. 323. num.vlt, & apertius Caldas de nomin. emph. q. 23.nu.46.cum Rolandino à Valle,ac Baldo.

26 Hinc † colligitur,ſi emphyteuſis,ſit cõceſſa cũ facultate,vt emphyteuta vendere illam poſſit,cui voluerit, tunc poſſe illam vendere irrequiſito proprietario,vt Iul.Clar.q.13.citata,nu.9.ait. Tenebitur tamen tunc nouus emphyteuta ſoluere laudemium,ac,antequam in poſſeſſionem mittatur, admonendus erit proprietarius de venditione, vt nouum emphyteutam in poſſeſſionem mittat, laudemiumq; accipiat,vt Iulius Clar.§. emph.q. 23,nu.3.cum alijs affirmat.

Hac eadem ratione, ſi emphyteuſis ſit cõceſſa alicui,& talia,aut cui emphyteuta potuerit, fieri poteſt nominatio irrequiſito proprietario.Item ſi conceſſa ſit alicui,& cui ille dare voluerit,conferre illam poteſt ſine proprietarij facultate, vt Iul. Clar,ibidem, nu.7. cum alijs affirmat atque Aluar.Valaſ.de iur.emph.q.18. in calce.nu.28.aſſeuerat,praxim non ſeruare,requiri proprietarium, vt in poſſeſſionem mittat perſonam nominatam, aut aliam, in quã libere emphyteuſis tranſferatur.

Poſtremo circa dicta hac diſputatione eſt obſeruandum. Sicut incidens in commiſſum ob non ſolutam penſionem,tutus eſt in conſcientia,quouſque proprietarius pœnam exequi intentet, tametſi ante latam ſententiam eo ipſo, quod proprietarius pœnam exequitur, teneatur emphyteuta illi ſubiacere,vt diſput.453. dictum eſt: ita dicendum eſſe in propoſito, quoniam hac etiam de cauſa incidit ipſo facto in commiſſum,dependenter tamen ex eo, quod proprietarius pœnam exequi velit,vt Iul. Clar. §.emph.q.13.num.2.cum gloſ.l,vlt.C.de iur.emph.& communi doctorum ſententia,ait.

Vnde Luſitanæ ordinationis lib.4. tit.64.§.1. rectè ſtatuunt, poſſe proprietarium cogere emphyteutam in hoc euentu,vt recuperet rem ita indebitè alienatam, & ſecum perſeueret inepntractu emphyteutico.

Quæ item diſputat.453.dicta ſunt, num pœna commiſſi intentari poſſit ab hæredibus proprietarij,& contra hæredes emphyteutæ ſuo modo locum etiam habent circa hanc aliam commiſſi pœnam.

Ea item,quæ diſput.455.examinauimus, nempe, quæ meliorameñta amittat emphyteuta incidens in commiſſum proprietario, & à quo puncto fructus rei emphyteuticæ ad eum tunc pertineant,ſimiliter in te propoſita locum habent.

## Cohæredes, aut comparticipes in emphyteuſi,an vendere vnus poſſit alteri partem ſuam, proprietario nomine requiſito. Et num laudemium ex ea venditione ſit ſoluendum. Item num emphyteuſis ſit diuidua. Et de incapitatione illius de iure Luſitano.

### DISPVT. CCCCLX.

*SVMMARIVM.*

1 *Emphyteuſis diuidi poteſt inter hæredes, ſiue conſortes, domino irrequiſito, ex cõi,et clarius n.7. Et quid de iure Luſitano. ibid.*

2 *Emphyteuticum ius an uendi poſſit uno ex cohæredibus, uel conſortibus, per eoſdem cohæredes, uel conſortes, domino irrequiſito, ſiue ſolutione laudemij,& clarius nu.8.*

3 *Emphyteuſis dividenda inter plures,an incapitari debeat,ut unus tantum integram penſionem ſoluat proprietario,& cæteri pro portione, ſoluant incapitato.*

4 *Incapitatio emphyteuſis, quæ fit in Luſitania, an debeat fieri coram iudice.*
*Et quid ſi maior hæredũ pars non conuenerit. nu.5.*

6 *Iudex an poſſit emphyteuſim ei adiudicare, qui maiorem partem in illa habuerit,cogendo ut ſoluat reliquis æſtimationem partium illarum.*

Perſpi-

1 PErspicuitatis gratia ab his duobus vltimis est ordiendum. Emphyteusis, stando † in solo in re communi, res est diuidua, ac proinde cohæredes, aut quouis alio modo comparticipes in illa, diuidere eam possunt inter se de iure communi. Ita communis sententia, quam referunt, ac sequũtur Iulius Clarus, 4. li. sent. §. emphyteusis. q. 14. Alua. Vala. consul. 53. nu. 1. & de iure emp. q. 38. nu. 12. & Caldas de nominat. emphy. q. 24. n. 14. constatque ex l. item prædia ff. famil. erisc. & ex
2 l. ité † videdũ. §. vlt. ibi, *siue iura siue corpora sint*, ff. de pet. hæred. Lex tñ Lusitana, 4. lib. ordin. tit. 77. §. penult. diuidi inter hæredes præcipit solum per æstimationem, ita vt emphyteusis integra, atque in se indiuisa ad vnum solum perueniat.

Addit verò. Qm̃ eiusmodi bona iuxta emphyteusis naturam non debent diuidi, sed ab vno tm̃ possideri debent, præcipimus, vt intra sex menses ab obitu prioris possessoris incipientur (ordinationes vocant *se encabeçen*) in vno hæredũ, in quo conuenerit omnes, aut maior eorum pars, qũi reliquis cohæred ib. persoluet æstimationem portionum ipsorum & proprietario pẽsionem iuxta formam contractus.

Quod si maior cohæredum pars in vno ipsorũ non conuenerit, præcipiuntur vendere intra sex illos mẽses ea bona emphyteutica, requisito prius proprietario, nũ pro pretio, q̃ pro illis inueniunt, ea velit, atq; emptor deinceps pẽsionẽ soluet proprietario, cohæredes vero inter se diuident pretiũ iuxta portiones, in quibus hæredes extiterint. Si autẽ intra sex illos menses, neq; in vno cohæredũ incapitauerint emphyteusim, neq; illam vendiderint, cõstituitur, vt eo ipso deuoluatur ad proprietarium, atque adeo in commissum incidant Gama tamen decis. 242. nu. 3. vult, si ante litem contestatã aduersus eos ea de causa incapitatio fiat, liberari à pena cõmissi illa de causa. Illum legito.

Alua. Vala. q. 38. citata, nu. 17. & cũ eo Caldas vbi supra, verba illa ordinationum, qm̃ eiusmodi bona iuxta emphyteusis naturam non debent diuidi; exponunt de natura, nõ quã habent ex se, sed quam habent ex dispositione iuris Lusitani: eo q̃ ex se, atque de iure communi, diuidi possint.

Arbitror tñ sensum esse, iuxta emphyteusis naturã, idest, accommodatius ab emphyteusis naturam, quasi conditores earum ordinationũ dicere voluerint, qm̃ accommodatius est naturæ emphyteusis, vt statuatur, nõ posse diuidi, statuimus, &c. Est verò id accommodatius ad naturam emphyteusis, ne pensio diuidatur, à multisque sit exigenda, vt eadẽ ordinationes Lusitanæ lib. 4. titu. 62. §. 1. traduntur: id enim molestũ est, habetque multa incõmoda, estq; proinde vitandum, vt habetur l. cum ij §. vlt. igitur. ff. de transactio. l. 3. ff. famil. erciscun. l. 3. ff. de alimen. & cib. leg.

3 Obserua † tamen, quãuis id in Lusitania ita fit sancitum, me tamen, dum in eo Regno cõmorarer, accepisse, in regione, quæ est inter Durium, & Minium, incapitari quidẽ emphyteuses, vt vnus tantum solpere debeat integram pensionẽ, & ab eo solo sit exigenda; attamen, propter hominum illorum paupertatem, vsu esse receptum, vt hæredes inter se diuidant bona emphyteutica, & singuli contribuant pensionẽ ei, in quo emphyteusis incapitata sit, vt ipse integram eam proprietario soluat. Hoc autem licere in Lusitania, esto non adsit paupertas in emphyteutis, videtur asserere Gama. decisio. 242. numero primo, & secundo, ductus ea ratione, quod id præiudicium non afferat proprietario quo ad solutionem pensionis.

Aluar. Valas. consultatio citata. num. 3. ait, etiã in bonis, quos *regenges* vocant, ex quibus pensio Regi soluitur, cum tamen directum, & vtile eorũ dominium ad possessores spectet, se vidisse in Lusitania iudicatum, vt diuiderentur inter hæredes per æstimationem, ad vnumque solum deuenirent, ne a multis pensio esset exigenda cum Regis detrimento aut eorum, quibus ius illud à Rege esset donatum.

Ibidem numero 4. quærit Aluar. Valas. num Dubiũ
4 † incapitatio in Lusitania fieri debeat coram iudice. Et respondet neganter: quoniam lex id non Decis.
exigit. Excipitur, nisi minor aliquis interueniat: quoniam tunc in eo Regno præsentia requiritur peculiaris iudicis orphanorum, per quem res minorum tractantur, vt habetur lib. 1. ord. tit. 67. §. 66. Ait tamen, non requiri ad eam incapitationẽ decretum iudicis.

Quoniam licet diuisio vim habeat vẽditionis, vt multis probat; quia tamẽ in re proposita actus est necessarius, qui à lege fieri præcipitur, non indiget decerto iudicis, argumento, l. si pupillorum §. si pupilli ibi. *Sed dicendum est, creditorẽ posse ius suum exequi*. ff. de reb. eorum. Sic etiam in diuisione rerum immobilium necessarium non est decretum iudicis, quando minor prouocatur à maiore ad diuisionem; quia tunc actus est necessarius, vt habetur l. 1, §. si communis res, & l. si pupillorũ, ff. de reb. eorum, & l. penult. iuncta glo. vlt. ibi. C. de præd. minor.

Quin, si maior vnus prouocet ad diuisionẽ multos minores, illi, ita prouocati, diuidere possunt, non solum cum illo, sed etiam inter se, absque iudicis decreto, iuxta l. inter pupillos, iuncta glossa vltima, ibi, in vltimis verbis, ff. de authorit. tutor. Si tamen minor sit, qui ad diuisionem prouocet, tunc inualida est, nisi interueniat iudicis decretum. l. pupillorum, & l. penult. citatis. Lege Aluar. Valas. ibi.

Ibidem, numero 6. quærit idem Alua. Vala. an si hæredes inæqualiter sint instituti, debeat etiam incapitatio emphyteusis fieri ad plura medietate Dubiũ
illorũ suffragia, rectèque (quicquid alij dixerint) respondet affirmanter: quoniam vbi lex non di- Decis.
stinguit, neque restringit, neque nos distinguere, aut restringere, debemus.

5 Immo † res hæc apertè colligitur ex ipsa lege Lusitana, quæ statuit, vt quando maior hæredum pars non conuenerit, emphyteusis vendatur, ac pretium diuidatur prout fuerint instituti hæredes, vbi hæredes etiam inæqualiter instituti comprehenduntur ea lege.

Vtrum autem, prætermissa forma ab ordinatio
6 ne Lusitana. §. penult. citato tradita, fas † sit iudici adiudicare emphyteusim ei, qui maiorem partem

Digitized by Google

tem in illa habuerit, cogendo, vt soluat reliqui æstimationem partium illorum.

Decis. Neganter meritò respondet Aluar. Valas. consult. citata n. 12. Qñ autem maior pars cohęredũ non conuenerit in vno aliquo, tunc, qui maiorem partem in emphyteusi haberet, offerendo maximum pretium, quod alij pro ea re emphyteutica offerrent, præferendus esset cæteris, iuxta ea quæ disp. 245. §. quando res, dicta sunt. Item iudex in eodem euentu posset, ac deberet, illam ei adiudicare ratione maioris partis, modo solueret, vel cõpetentem æstimationem suarum partium alijs, vel pretium maximum, quod pro ea re offerretur, ad electionem cohæredum, iuxta ea, quæ. §. citato à nobis dicta sunt, argumento iniurium, quæ ibi citauimus, & l. & suum. §. vlt. iuncta l. sequenti ff. de pact. & l. sancimus §. ne autem. C. de donat. cõ sentiunt Alua. Vala. nu. 12. citato, & alij, quos refert. Verum autem id intelligendum sit de habente maiorem partem in re emphyteutica ex præscripto testatoris duntaxat, an verò de habẽte maiorem partem, siue ex præscripto testatoris, siue aliunde. Merito Alua. Vala. ibidem censet, intelligendum esse vndecunque maiorem partẽ habeat, iura citata, testatur que se vidisse à senatu Lusitano fuisse ita iudicatum.

Dubiũ

Decis.

Nunc ad primum, & secundum, quæ in titulo huius disputationis sunt proposita, accedamus. Bart. l. qui Romæ §. duo fratres. ff. de verb. obl. & communis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Iul. Clar. q. 14. citata, & Sylu. verb. emphy. q. 21. pronunciat. 5. & Caldas dicto tit. Emph. q. 24. nu. 14. & 16. affirmant, fieri † posse eam diuisionem irrequisito proprietario, quibus subscribit Gam. decis. 242. a nu. 5. tametsi in fine eius decisionis referat quosdam senatores tuliſſe sententiam, non potuisse diuidi irrequisito proprietario, quibus sanè acquiescendum non est.

7

Ratio autem communis huius sententiæ hæc est. Quoniam diuisio illa est necessaria ex præscripto legis atque eo ipso, quod emphyteusis concessa fuit transferibilis ad hæredes, censetur concessa ea diuisio à proprietario: & quoniam non fit ea diuisio in extraneos, sed inter eo, qui ius habebant ad totum ipsum ius emphyteuticum pro indiuiso, ac proinde fit sine vllo præiudicio proprietarij.

Maius † autem dubium est, vtrum cohæredes illi alienare inter se possint partes suas, venditione, aut quocunque alio titulo, & vtrum laudemiũ debeatur pro ea alienatione, etiam si titulo venditionis, aut permutationis fiat. Barto. & alij, quos Iul. Car. & Caldas vbi supra referunt, ac sequuntur, & quibus subscribere videtur Gama à nu. 3. citato, asseuerant, posse eos quocunque titulo partes illas inter se alienare, neque ex ea alienatione deberi laudemium.

8

Atque hæc sententia mihi placet, si alienatio fiat, antequã emphyteusis inter ipsos diuidatur, dum omnes pro indiuiso partem habent in emphyteusi, concedente vno alij ex illis oneroso, vel lucratiuo titulo partem, quam in ea emphyteusi ita pro indiuiso habet: quo pacto in ordinationibus Lusitanis lib. 4. tit. 77. §. penul. præcipitur, vt incapitatio in vno hæredum fiat; atque in hoc euentu satis innuũt ordinationes. §. citato, si rectè expendantur, neq; necesse esse requirere proprietariũ, neq, solui laudemiũ, habeq; locũ ratio supra à nobis reddita. Si aũt postq̃ diuisio esset facta inter cohęredes, vnus alij alienaret partẽ suã diuisam iam à reliquis, & propriam ipsi effectã, sanè non minus necessarium esset requirere proprietarium, ac soluere illi laudemium, quam si illam simili modo alienaret alicui extraneo.

Atque in hoc euentu vera est opinio contraria Sylu. vbi supra pronunciat. vlt. & aliorum, quos Caldas. vbi supra, præsertim nu. 15. citat.

## Emphyteuta an in commissum incidat, si emphyteusim, ac meliorationes irrequisito proprietario alio titulo, quam venditionis, alienet, etiã hypothecæ illam subijciendo. Et num ex ea alienatione debeatur laudemium.

### DISPVT. CCCCLXI.

*SVMMARIVM.*

1 *Emphyteuta irrequisito domino potest celebrare cõtractum permutationis: laudemium tamen tenetur soluere nouus emphyteuta.*

*Declara tamen, & intellige, vt nu. 2.*

3 *Emphyteuta an possit locare ad longum tempus decennij, aut vltra irrequisito domino.*

*Et quid de seruitute, an possit eam constituere, domino irrequisito. nu. 4.*

*Et an idem in feudatario. nu. 5.*

*Et quid de vsufructu dicendum, an possit illum concedere. nu. 6.*

7 *Emphyteuta an donare possit rem emphyteuticam, melioratioq; eius, domino irrequisito.*

8 *Laudemium debetur proprietario, etiam pro re emphyteutica donata.*

*Fallit in dote, & donatione propter nuptias facta filio. nu seq. & nu. 10.*

9 *Emphyteuta potest dare in dotem, & donare propter nuptias filio rem emphyteuticam, irrequisito proprietario, & nu. seq.*

*Idẽ in successione quouis titulo, & hyp. n. 11. & 12.*

VT à permutatione incipiamus, Io. And. Panor. Imo. & communis sñia, quam referũt, ac sequuntur Greg. Lopez. l. vlt. tit. 8. par. 5. verb. *la venda*, Iulius Clarus, l. 4. sent. §. emphyteusis. q. 17. & Sylues. verb. emphyteusis, q 17. asseue-
1 rant, in permutatione † necesse non esse requirere proprietarium, sed posse emphyteutã celebrare contractum permutationis rei emphyteuticæ, dummodo ante traditionem emphyteusis admoneat proprietarium, vt videat, nũ is, in quẽ transfertur, sit persona competens, & num habeat aliquid aliud, quod apponat, & vt proprietarius inuestituram nouo emphyteutæ concedat, illumq;

in

in possessionem mittat,accipiatq; laudemiũ.Oés quippe confitentur, ex contractu permutationis rei emphyteuticæ nouũ emphyteutã debere laudemium.Grego.Lopez, vbi supra citat glossam l. vlt.C.de iu.emph.trãsponere.quasi velit, emphyteutam teneri admonere proprietarium ante permutationẽ,& quasi in omnibus æquanda sit permutatio in re proposita venditioni. Sed sanè nihil tale ex ea glossa colligitur, quin potius contrariũ:solum enim textus, vbi glo.exponit permutationẽ,loquebatur de oblatione noui emphyteutæ proprietario,vt illum approbaret, inuestiret, ac mitteret in possessionem, & acciperet laudemiũ, iuxta æstimationem meliorationum, atque emphyteusis in quorum possessionem mitteretur, vt liquidò constabit textum illum intuenti.

Iulius Clarus vbi supra cum Baldo,& alijs,rectè affirmant,si contractus verè, atque in effectu sit vẽditionis rei emphyteuticæ sed palliatus nomine permutationis,aut donationis vt proprietarius iure prælationis priuetur,eã fraudẽ nõ ob esse,quominus proprietarius vt possit iure suo prælationis.Nescio verò cur Iulius Clarus in hoc euẽtu trepidet,emphyteutã ita alienãtem ius emphyteuticũ proprietario,non requisito, in cõmissum incidere rei emphyteuticæ:cũ incidere sit perspicuum.Grego.Lopez, vbi supra cũ Pan.consi.74. & Innoc.ait, qñ † res emphyteutica permutatur
2 cũ alia re,quã çquè põt soluere proprietarius, vt cũ tritico,oleo,vino arietibus, &c.teneri emphyteutam antequam permuter,admonere proprietarium de quantitate, quæ ipsi in commutationem offertur,tenerique seruare omnia,quæ disp.459. dicta sunt debere seruari circa venditionem emphyteusis,alioquin incidere in commissum.

Atq; hæc opinio vera videtur,eamq; cum minimũ statuũr Lusitanæ ordin.li.4.tit.64.in prin. & §.1.quæ idem oĩno volũt esse permutatione,et venditione emphyteusis;videnturq; exponendæ, qñ res pro qua emphyteusis permutatur, talis est, quã potest proprietarus soluere eiusdem rationis, atq; çquè bonã,& commodã emphyteutæ,ne dicamus ordinationem illam irrationabiliter hac in parte à cõi doctorum sententia recedere, atq; à dispositione iuris cõmunis.Illud est admonẽdũ, vniuersim, quando res emphyteutica pro re alia permutatur,deberi duplicem alcaualã,iuxta æstimationem rei ipsius emphyteuticę cum meliorationibus,& çstimationẽ rei,pro qua permutatur, vt ex dictis in materia de emptione, & venditione,& in materia de permutatione liquet. Quęs.

3 Vtrum autẽ possit emphyteuta locare ad † longum tempus decennij,aut vltra, irrequisito proprietario.Plurimi negãt,quos referunt,ac sequũtur Molina lib.1.de primog.c.21.Iulius Cla.lib. 4.senten.§.emphyt.q.19.id limitans,vbi non fuerit contraria consuetudo, Grego.Lopez l.vlti.tit. 8.par.5.verb. *la venda* versi. quid autem.Gama decis.26.nu.5.& Caldas de renou.emphyt.q.16. nu.10.à quorum opinione tandem recedere non audet,eamque defendit Aluar.Valas.de iure emphyt.q.29.nu.23.asseruntque hi doctores, si emphyteuta contractum efficiat,in commissum incidere.Tametsi contrarium affirment Cou.2.var. resol.c.16.nu.3.Aries Pinel.l.1.C.de bon.mater. par.3.nu.71.Molina li.1.de primog.c.20.nu.17. & alijs,ducta ea tõne φ in odiosis, vt est ad effectum vt pœna cõmissi incurratur, alienatio sumi debet strictè,& propriè. Prior tñ sñia nobis probatur. Tum qm̃ locatio ad longum tempus alienatio est rei emphyteuticæ pro pretio,fieriq; proDecis. inde non potest nisi irrequisito prius domino, nũ pro eodem pretio rem emphyteuticam in idem tẽpus velit.Tum vel maximè, qm̃,vt disp.445.& sequentibus ostensum est locatio ad longum tempus verè est emphyteusis, transfertq; dominium vtile: emphyteuta autem sine consensu proprietarij subemphyteuticare non potest, alioquin in commissum incidit, vt tradit communis opinio, quã referunt,ac sequuntur Iulius Clar.§.emphyteusis.q.22.Alua.Valas.de iure emphyteu. q.13. nu.11.vbi affirmat,ita seruari in praxi,& q.38.n. 8.Molin.lib.1.de primogen.c.21.n.33.Sylvest, verb.emphyteusis.q.14.& Caldas de renou. emphyteu.q.15.nu.10.& q.16.in calce.nu.10.

Rõ est, qm̃ tradere rem aliquam in emphyteusim, est eam alienare, vt habetur l.vlt.C.de reb. alien.non alien.& inferius ostenditur: emphyteuta autẽ alienare non põt rem emphyteuticã irrequisito proprietario. Quod autẽ dicitur in odiosis alienationẽ sumendam esse strictè,& propriè, falsum sanè est. Sic.n.propter solam alienationẽ dominij directi incurreretur pœna commissi, vt ex dicendis disputat.464. patebit; ea quippe sola est alienatio presse;qđ tñ est falsum. Aliud enim est in odiosis alienationem sumendam esse propriè; quo pacto propter venditionem emphyteusis sine traditione non incurritur cõmissum;quia illud est alienatio impropriè:aliud verò debere sumi presse, vt compræhendit solam translationẽ dominij directi;quod tñ est falsum: neq; id attẽdisse videtur Molin.lib.1.de primog. c.20.nu.17.

Emphyteuta licet neq; in emphyteusim possit concedere rẽ emphyteuticã sine proprietarij consensu neq; item eã locare in longũ tempus; potest
4 † tñ in ea concedere seruitutẽ,minimè irrequisito proprietarij consensu;quæ tñ seruitus cum morte concedentis expiret, ac proinde, quæ nullum præiudicium proprietario afferat, neq; successori emphyteusim post vitam illius, ac proinde, quæ expiret,si,qui eã concedit,ante mortem suam desinat esse emphyteuta.Ita cõis doctorum sententia, quam referunt,ac sequũtur Iul.Cla.§.emphyteusis.q.21.Molin.lib.1.de primog.c.20.num. 2.& Aries Pinel.l.1.C.de bon.mater.par.3.num.7.& affirmat gl.l.3.ff.de superficiebus,dicens, concedere ita eam seruitutem competere cõne dominij vtilis, quod in re emphyteutica, aut superficie,
5 habent.Id † verò apertè probat.c.1.§. quid ergo, de inuest. de re alie. vbi id perspicuè constitutum est in feudo: valetq; hac in parte argumentum à feudo ad emphyteusim.Et φ feudatarius cõcedere illo modo possit seruitutem in re feudali,affirmat cõis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Iul.Clar. lib.4.sent. §. feudum.q.37. Molin.vbi supra nu.3.& Aries Pinel.nu.70.cit.



Digitized by Google

Maius dubium est, num sicut emphyteuta, & feudatarius cõcedere possunt, alias seruitutes modo explicato, ita † cõcedere possint verò vsumfructũ, qui similiter cũ ipsorũ vita expiret, neq; præiudicij pariat proprietario, aut successori, in emphyteusi, aut feudo. Mol. lib. 1. de primog. ca. 19. nu. 23. cum Bar. & alijs quos citat (tametsi perperã inter eos cõmemoret gl. l. 3. ff. de seruit. quæ id non dicit de vsufructu & ca. 20. nu. 6. confer, emphyteutã concedere posse illo mõ vsumfructum: tametsi cap. 20. nu. 7. de feudatario id negei. dicendum verò arbitror cum multis, quos Aries Pin. vbi supra nu. 70. & 71. refert, non posse illi concedere verũ vsumfructũ: alioquin manifesta esset repugnantia inter doctores, vt multi, quos Aries Pinel. vbi supra refert, ac sequitur, rectè affirmãt. Etenim vsufructuarius dñium vtile hẽt rei, cuius est vsufructuarius, vt disp. 3. vsũ est: emphyteuta autẽ, & feudatarius, licet iuxta l. 3. ff. de seruit. cõcedere in re emphyteutica, aut feudali possint seruitutes alias in ips, quo ipsi emphyteutæ, aut feudatarij fuerint, quibus nullum dñium rei emphyteuticæ, aut feudalis in earũ posseßiones transeat; non tñ possunt cõcedere seruitutem, qua dñium vtile trãsferatur, qualis est verus vsusfructus: qm̃ id alienare esset dñium suum vtile, saltem pro ipsorum vita, quod nefas est emphyteutæ sine proprietarij consensu. Atq; hoc sanè est, quod Iulius Clar. verb. feudum q. 37. nu. 2. docet. Neque video qua ratione hac in parte vllum discrimen sit faciendum inter emphyteutam, & feudatariũ, vt Molina, et alij efficiunt. Potest tñ emphyteuta, aut feudatarius proprietario minime requisito, cõcedere alicui in tempus, quo ipse emphyteuta, aut feudatarius fuerit, commoditatẽ vsufructus, concedẽdo illi ius ad vsum, & fructus loco ipsius percipiendos: quod non est propriè vsusfructus, non quidem ea ratione, quia pendet à vita concedentis, vt vult Aries Pinel. num. 71. citato, rectèque impugnat Molina nu. 33. citato: qm̃ concedi vsumfructum ad ips, neque pendere à tota vita eius, cui conceditur, non destruit rõnem vsusfructus, vt rectè Molina aduersus Pinellum cõtẽdit: sed qm̃ de ratione vsusfructus est, esse ius vtendi & fruẽdi proprio noïe; quod non conuenit habẽti solum ius ad vtilitatem noïe alterius percipiendam, vt vtrunque cum cõi doctorum sententia in calce disp. 7. explanatum est; neq; dominium vtile transit in eum, cui eiusmodi ius ad vtilitatem, & commoditatem conceditur, sed manet in emphyteuta, feudatario, aut nudo vsufructuario, vt ex dictis eo loco patet. Atq; de hoc vsufructu improprio loqui videtur plurimi ex doctoribus, qui pro contraria sententia citãtur, & inter alios Grego. Lopez cum Alex. l. vlt. tit. 8. par. 5. verb. *la venda*, vers. quid autem, vbi ait, Alexandrum hac reddere rationem, quia ex hoc emphyteuta non transfert vtilem dominium, nec sua melioramenta, vnde non sumus in casu. c. potuit de locat. neque l. vlt. C. de iur emphyteu. Hæc Gregor. Lopez ex Alexandro. Consentit idem Greg. Lopez eadem legẽ verb. *empeñar*. De hoc etiam vsufructu loquitur Molina lib. 1. de primog. cap. 20. nu. 11. satis consenè ad hanc nostram doctrinam.

Decis. 6

Hinc dico, si fiat locato ad lõgum tempus, non quidem rei emphyteuticæ, sed commoditatis ex illa, transferendo ius ad vtendum & percipiendũ fructus ex illa nomine ipsius emphyteutæ, atque adeò sub conditione, si vita emphyteutæ tantum duret, validum esse contractum, neq; emphyteutam incidere in commissum propter illum. Ratio est, tum quia concessio seruitutis in re emphyteutica aut commoditatis ex re emphyteutica, interim dum emphyteuta vixerit, aut cum eo perseuerauerit emphyteusis, eqdè valida sunt, siue gratis, siue pecunia, aut emolumento alio fiant, vt ex disputat. 7. citata constat: neque emphyteuta prohibitus inuenitur locare suam commoditatem, aut rem emphyteuticam quo ad suam cõmoditatem, magis ad plures, quam ad paucos annos. Tũ etiam, quoniam id non est subemphyteuticare, concedereve emphyteusim, atq; adeò dominium vtile. Etenim subemphyteuticatio contractus est, qui ex natura rei non finitur cum vita emphyteutæ, neq; etiam cum vita proprietarij: contractus verò, de quo loquimur, cum emphyteutæ vita finitur: eo quod non aliud sit, quam ius percipiendi fructus loco, & nomine illius. Quin eo, ipso quod emphyteuta amitteret emphyteusim, siue quia in commissum caderet, siue alia de causa, finiretur propter eandem rationem contractus, de quo loquimur.

Dubiũ 7

Decis.

Vtrum † autem emphyteuta donare possit rem emphyteuticam, meliorationesque illius, cui voluerit, irrequisito proprietario. Communis doctorum sententia cum glos. l. vlt. C. de iur. emph. verb alijs vendere, quam aduersus Bar. referunt, ac sequuntur Iul. Clar. verb. emphyteusis quæst. 15. Sylues. verb. emphyteusis q. 16. & Gregor. Lopez l. vltim. titu. 8. par. 5. verb. *la venda* versi. quid verò est, donare illam posse irrequisito proprietario. Quoniam cum ibi non agatur de pretio, aut alia recompensatione, ob quam præferri debeat proprietarius, si illam dare velit; neq; emphyteuta teneatur gratis rem emphyteuticam illi potius concedere, quam alteri, non est cur tũc necesse sit illum prærequiri, quemadmodum prærequirendus est, quando res venditur, & interdum quando permutatur. Debet tamen donatio fieri saluo iure proprietarij, ita vt res quoad dominium solum vtile donetur, item mitti non debet donatarius in possessionem rei emphyteuticæ per emphyteutam donantem, sed per proprietarium, eaque de causa ante traditionem est proprietarius admouendus, & requirendus, vt in possessionem mittat nouum emphyteutam; qua admonitione facta, proprietarius videbit, num nouus emphyteuta persona sit idonea, an verò habeat aliquid, quod ei legitimè apponat, nec velit illum approbare ad emphyteusim, atque admittere ad inuestituram, & possessionem. Atque de hac admonitione hoc tempore facta intelligo Lusitanas ordinationes libr. 4. titulo 64. in principio, dum dicunt. *Eno caso que a quiser dar, ou dotar, ò fara toda via saber aio senhorio, para ver si tem algum legitimo embargo.*

Quod

Quod si emphyteuta aliquid horum omittat, incidet in commissum, vt Iul. Clar. & Sylues. vbi supra affirmant, satisque est consentaneum. l. vlt. C. de iure emph. & Lusitanis ordin. vbi sup. iuncto §. 1. (tametsi Alua. Vala. de iure emphyt. q. 18. in calce nu. 28. dicat, praxim id non seruare, nec solere proprietarium requiri, vt in possessionem mittat personam, in quam libere res emphyteutica trãsfertur.) Cæterum falsum esse existimo, quod Iulius Clar. & Sylues. vbi supra affirmant, nempe post eam admonitionem expectandum esse proprietarium duobus mensibus, vt videat; an velit mittere in possessionem nouum emphyteutam.

Lex quippe vlt. C. de iure emph. solum tribuit id spatium, qñ, res venditur, & interdum, pp eandem rationem, vt dictum est, quãdo permutatur, vt proprietarius deliberet, an rem emphyteuticã pro eodem pretio velit, illudque præparet: non verò qñ solum illi incumbit inuestitura, ac admittere in possessionem nouum emphyteutam, vt solum ei incũbit, qñ res emphyteutica aliis titulis alienatur, vt legem illam intuenti est satis perspicuum: vnde, si qñ res venditur proprietarius respondeat, se non velle emere eam tanto pretio, continuo põt vendi alteri, neque post venditionẽ necesse erit ad inuestituram expectare duos menses, sed solum congruum tempus, vt agnoscat, an nouus emphyteuta persona idonea sit, vel habeat, quod et legitimè opponat.

8 Portò, qñ † res emphyteutica donatur, debetur proprietario laudemium ex illa pro inuestitura iuxta illius æstimationem, vt perspicuè cõstat ex l. vlt. C. de iure emphyteusis, & affirmat cõis doctorum sñia, quam ij, quos supra retulimus, referunt, ac sequuntur. In Regno tñ Lusitaniæ in eo eventu non debetur, sed solum qñ res emphyteutica venditur, aut permutatur. Idem arbitror seruari in praxi in hoc Castellæ Regno, ac consentit forma contractus emphyteutici, quã Gasp. Monterroso tradit in sua pract. tract. 7. fol. 135.

9 Quod ad † dotem attinet, stando in iure cõmuni Bart. Iason, & alij, quos referunt, ac sequuntur Sylu. verb. dos. q. 8. & Gama dec. 127. nu. 2. censent, si in dotem detur filiæ, etiã si æstimata detur (idem intelligo de donatione ad nuptias facta filio) neq; esse necesse admonere proprietariũ, neque inde soluendũ esse laudemiũ. Secus si extraneæ in dotem detur: qñ & admoneri debet proprietarius, & solui debet laudemium. Lex tñ Lusitana lib. 4. ord. tit. 64. in princ. iuncto §. 1. admoneri præcipit proprietarium, quando res in dotẽ datur, alioquin in commissum incidit.

10 Ex † re tamen emphyteutica in dotem data, vniuersim præcipit ibi non debere solui laudemiũ. Gama decis. citata ait, si emphyteuta sit Ecclesia, necesse non esse in Lusitania admoneri proprietarium, quando res datur in dotem filiæ: quoniam de emphyteusi Ecclesiastica iudicandũ in eo Regno est iuxta commune ius, nõ verò iuxta Lusitanas ordinationes, vt ipsæmet ordinationes libr. 4. tit. 65. §. 2. prescribunt, & ex dictis in superioribus constat præsertim disp. 446. atque ita in ea decisione refert Gama iudicatum fuisse in eo Regno, nihil impediente ordinatione Lusitana, quæ statuit, admoneri debere proprietarium, alioquin commissum incurri. Qñ verò emphyteusis non est Ecclesiastica, tentat Gama exponere Lusitanã ordinationẽ iuxta opinionẽ receptam iuris communis; quod intelligatur, quando res emphyteutica in dotem datur extraneæ. Cæterũ decis. 283. potius propendet ordinationem Lusitanam, etiã de dote à parentibus facta filiæ, intelligendũ esse, vt admoneatur proprietarius, alioquin commissum incurratur.

11 Quod ad † successionẽ in re emphyteutica attinet titulo hæredis, aut legati, aut vi nominationis concessæ emphyteutę ex contractu emphyteutico, quando primo celebratus fuit arbitror, neq; necessarium esse admonere proprietarium, neque ex ea successione deberi laudemium, consentiuntque Alua. Vala. de iur. emph. q. 18. n. 28. & alij, quos citat. Ratio est, qñ contractus emphyteuticus ex se habet, vt ad hæredes transeat, & si solum sit ad decennium, aut vltra, vt Sylu. verb. emphy. nu. 21. ait, & hẽ, §. adeò, Instit. de locat. li. 4. Lusit. ord. tit. 7 §. 2. aut vt vi nominationis transeat ad alium, quantum contractu ipso concessum fuerit, nominare successorem: quare, vt id exequutioni mandet, necessaria non est noua facultas, aut admonitio proprietarij. Idemq; est de legato, quoniam legatum ea in parte quasi institutio est hæredis, cum legatarius in re legata quodammodo hæres sit, vt colligitur ex l. id tempus. §. 1. ff. de vsucapionib. qua ratione Greg. Lop. l. pen. titul. 8. par. 5. verb. *de Jus herederos*, ver. sed mihi, rectè ait, si emphyteusis concessa sit, vt trãsire possit in quoscunq; hæredes, nomine hæredis comprehendi etiam legatarium, transitq; proinde potest in quemcunque legatarium.

Neq; hoc impedit, q si hæres, legatarius, aut nominatus in emphyteusim, persona idonea non sit, proprietarius opponere id possit, non quidem ad effectũ, vt illum commissum ea de cã declaret incursum, sed solum, vt cogat illum emphyteusim intra certum tps alienare, vt habet consuetudo, qñ emphyteusis via successionis ad monasterium, aut ad personam minus idoneam, comparatione cum præcedente emphyteuta habita, deuenit. Vnde l. vlt. C. de iur. emph. l. vlt. & pen. titu. & par. 5. & lib. 4. Lusi. ord. tit. 64. nulla mẽtio fit de successione emphyteutæ iure hæreditario, titulo legati, aut nominationis, sed solum de successione in emphyteusi, vi contractus latè sumpto contractu, vt comprehendit & dationem in dotẽ, & donationẽ, atq; vt distinguitur ab vltima voluntate.

Quo fit, vt quæ iuribus illis constituuntur, vel circa laudemium, vel circa admonitionẽ proprietarij, solum intelligantur de translatione meliorationum, ac iuris emphyteutici vi cõtractus latè sumpti, non vero de successione emphyteutæ defuncto perseuerante adhuc emphyteutico contractu. Atque hac ratione cessant, quæ perperam, obscurè, ac varie, a quibusdam traduntur hac de re circa successionem in emphyteusim per vltimam voluntatem, aut ab intestato, pleriſq; alijs filẽtio obuoluẽtib. huiusmodi quęstiones, fortasse quo-



Digitized by Google

niam durum illis videbatur, obligare in eiusmodi euentibus, vel testatores, vel etiam successores ex testamẽto, aut ab intestato, ad eiusmodi admonitiones, vel ad laudemium soluendum. Neq; credo esse in more positum in Lusitania, aut in hoc Castellæ Regno, vt vel laudemium soluatur, vel tales admonitiones fiant.

12 Denique; q † ad hypothecã attinet licèt emphyteuta prohibitus sit transferre in alterum per contractũ latè sumptũ meliorationes, ac ius emphyteuticũ irrequisito proprietario modis hactenus explicatis, prohibitus tñ nõ est ea subijcere hypothecæ, & pignori, sine præiudicio tñ proprietarij, vt constat ex l. iutor. §. vlt. & l. sanè. ff. de pign. act. ex l grege. §. & in superficiarijs. ff. de pig. ex l. ẽt. ff. qui potior. in pig. hab. & ex l. vlt. tit. 8. par. 5. & cũ gl. l. vl. C. de iur. emph verb. alijs vẽdere, affirmat cõis doctorũ sñia, q̃ referunt, ac sequuntur Iul. Clar. §. emph. q. 18. & Gam. dec. 108. nu. 2. & decis. 240. n. 4. Vñ Iul. Cla. vbi sup. meritò infert si emphyteuta bona sua subijciat hypothecæ, censeri ẽt subiecisse ius emphyteut. ac meliorationes.

## Incrementum in re emphyteutica, & seruitutes in ea acquisitæ, ad quem pertineant.

### DISPVT. CCCCLXII.

#### SVMMARIVM.

1 *Incrementum in re emphyteutica, & etiam feudali ad quem pertineat.*
2 *Seruitutes acquisitæ per emphyteutam, aut vasallum, pertinent ad proprietarium.*
3 *Secus autem si sint acquisitæ titulo oneroso. nu. 3.*

1 Disput. 57. dictum est, incrementũ, tã patens, quàm latens, in † re emphyteutica alluuione acquisitum, ad proprietarium quo ad dominium directum, & ad emphyteutam quo ad vtile, interim solũ dũ emphyteusis perseuerat, iuxta probabiliorem sñiam, attinere. Finita aũt emphyteusi pleno iure pertinet ad proprietariũ, vna cum ipsa re, cui accessit, ita vt nihil ob eiusmodi incrementũ soluendũ sit emphyteutæ, vt cũ Bæroi, Carolo Molinæo, & alijs affirmat Alu. Vala. de iur. emphyt. q. 25. nu. 20. Iulius aũt Clar. libr. 4. sent. §. emph. q. 41. remittit ad ea, quę §. feudũ q. 88. n. 3. circa feudũ docet. Ibi aũt circa feudũ tandẽ hãc nostram sñiam æquitati magis consentaneã arbitratur, tametsi cogitandum id relinquat. Nos autem, q̃ ad feudum attinet, disp. 57. citata cũ Alu. Val. Greg. Lop. &. cõi doctorum sñia, iuxta c. 1. §. si quis de manso, de contra inuest. diximus, verumque, incrementum in re feudali spectare ad proprietarium lege tñ Castellæ 30. tit. 28. part. 3. esse sancitũ, vt solum incrementũ patens attineat plenè ad proprietariũ, latens verò, interim dũ feudum perseuerat, spectet quo ad vtile dominiũ ad feudatarium. Lege quæ ea disput. dicta sunt; & simul disp. 454. quod propter eiusmodi incrementa, aut decrementa, in re emphyteutica, neq; augenda, neque minuenda sit pensio: idemque est de seruitio, quod ob rem feudale debetur.

2 Quod † ad seruitutes attinet, Iul. Clar. q. 88. citata, num. 4. aut cõem opinionem, quam refert ac sequitur, esse seruitutes, quas emphyteuta, aut vasallus, pretium in bonum rei emphyteuticæ, aut feudalis, acquisiuit, accrescere rei emphyteuticæ, aut feudali, eamq; sequi, ac proinde finita emphyteusi, aut feudo, pertinere ad proprietarium, & nõ ad emphyteutam, aut vasallum, vel ad eorum hæredes. Idem cũ alijs, quos refert, assouerat Aluar. Valas. de iur. emph. q. 25. nu. 21. definitumq; quo ad feudũ est c. 1. §. à contrario. ver. si verò. de inuestit. de re alien. & c. 1. §. si vasallus. ver. idẽ dico, in fin. hic finitur, &c. Emptę † aũt seruitutes, titulo ve alio oneroso acquisitæ, cũ melioramentis computant, ac proinde soluendum est pretium, quod pro eis fuit datũ aut illarũ æstimatio, prout proprietarius maluerit, si emphyteusis, aut feudum, sine culpa emphyteutæ, aut feudatarij, finiat, iuxta ea quæ disputat. sequenti dicenda sunt, colligiturq; ex vers. idẽ dico citato. Lege, quæ ibi dicentur circa acquisitas titulo lucratiuo. Si autẽ culpa emphyteutæ, aut feudatarij emphyteusis, aut feudum, finiatur, idẽ dicendũ est, q̃ de alijs melioramentis in eodẽ euentu disp. 455. est dictũ. Ita cũ Bæroi, & Carolo Molinæo Alu. Val. n. 22. citat.

## Melioramenta ab emphyteuta in re emphyteutica facta, num ad ipsum hæredesque ipsius spectent, quando emphyteusis absque culpa finitur. Et quomodo sint æstimanda: Et num ex ea æstimatione deducendi sint fructus ab emphyteuta ex melioramentis post emphyteusim finitam perceptis.

### DISPVTATIO CCCCLXIII.

#### SVMMARIVM.

1 *Melioramenta ab emphyteuta in re emphyteutica facta, quibus casibus spectent ad emphyteutam, & quibus non, & num. 3.*
2 *Pacta in emphyteutico contractu apposita, quando seruanda, & quando non.*
4 *Vsufructuarius repetit meliramenta à se facta in re quã fruitur.*
5 *Melioramentorum nomine quid in re emphyteutica veniat.*
6 *Meliorationes quæ ueniant soluendæ per proprietarium, & quæ non.*
7 *Expensæ factæ in re meliorandã, quæ ueniant soluendæ per proprietarium.*
8 *Expensæ modicæ in re emphyteutica factæ, quæ dicantur.*

Me-

Digitized by Google

9 *Melioramenta soluere, vel extolli permittere, an sit optione proprietarij.*
10 *Melioramenta quando accrescant rei emphyteticæ, vel feudali, & quando non.*
11 *Meliorationes in re emphyteutica, & feudali, quomodo æstimandæ, & soluendæ. Cum limitatione, vt nu. 16.*
12 *Possessori bonæ fidei ad recuperandas expensas in re aliena factas, quæ actio competat.*
13 *Possessor bonæ fidei quas expensas recuperat, & quas non: idem in malæ fidei possessore.*
14 *Fructuum valor deduci debet de expensis in re aliena factis per bonæ fidei possessorem.*
15 *Fructus rei quomodo æstimandi.*
17 *Proprietarius quando soluere teneatur melioramenta, & quando non.*
18 *Sententiæ exequutio circa rem tradendam impediri non debet longo tempore litibus in meliorationibus liquidandis.*
19 *Emphyteuta, & alij non tenentur deducere ab expensis, & melioramentis, fructus, quos ex re restituendæ perceperunt.*
20 *Emphyteuta, & alij possunt sibi retinere rem restituendam, donec meliorumenta eis soluantur, fructusque licitè percipiunt.*

DE melioramentis, quando emphyteusis culpa emphyteutæ finitur, disp. 455. dictū est. Quando autem finitur absque ipsius culpa, sequentes conclusiones sunt statuendæ.

1 Prima. Qñ † meliorationes factæ sunt ab emphyteuta necessitate conuentionis ex pacto illarū speciali, vt quia adstrictus fuit ædificare domum, plantare vineam, tot plantas inserere, aut aliud simile, ac speciale in re emphyteutica facere, tunc finita emphyteusi, pertinent pleno iure ad proprietarū, neq; pro illis tenetur quicquā soluere: eò quòd ex necessitate conuentionis sint factæ tā quā pars pretij vna cum pensione, pro emphyteusi; eaq; de cā longè minor pēsio sit à principio imposita, quam alioquin fuisset imponēda. Quarè, cum eiusmodi meliorationes ita ab emphyteuta vi contractus sint debitæ, vt, si eas nō fecisset, posset proprietarius cogere illum eas facere, vel soluere interesse earū, vltra restitutionem rei emphyteuticæ consequens profectò est, vt rōne illarū nihil proprietarius soluere illi teneatur. Ita Alu. Vala. de iur. emp. q. 25. n. 1. Aries Pinel. l. 2. C. de rescin. vend. par. 2. c. 3. nu. 10. Caldas de nomin. emph. q. 18. nu. 31. Gama decis. 41. nu. 7. & dec. 333. n. 3. & 4. & pleriq; alij, quos citant. Idem esset, si in contractu emphyteutico astrictus nō esset emphyteuta facere meliorationes aliquas in particulari, attamen appositū esset pactum, quod, finita emphyteusi, melioramenta, quæ in re emphyteutica fuerint reperta, pertineant ad dominum directum absque vlla satisfactione. Ita cum Ias. & & Bar. Alu. Val. vbi supra nu. 18. & Gama decis. 41. num. 7. neq; dissentit Aries Pinel. vbi supra. Idēq; affirmat l. 24. tit. 8. par. 5. de meliorationib. à colono similiter factis. Confirmari † etiam potest, qm̄ pacta in emphyteutico contractu apposita, si de illorū iniustitia nō cōstat, seruanda sunt,
2 vt habet l. 1. 2. & 3. C. de iur. emp. & §. adeò, inst. de loc. in eiusmodi autem pacto de iniustitia regulariter non constabit. Præsertim quia, quando res sub eo pacto datur, intelligitur faciendas esse in ea meliorationes propter lucrū, quod emphyteutæ ex eis proueniet, vt vineam in loco apto, aut oliuetum esse plantandum, aut syluam reducendam esse ad cultum, atque, vt eiusmodi meliorationes finita emphyteusi ad proprietarū sine vlla retributione pertineant remitti solet de pensione, quæ alioquin in tempus futurum fuisset imponenda. Si autem apponeretur pactum, vt emphyteuta rem meliorate teneretur, aut vt res cum melioramētis in ea repertis liberè ad proprietarium reuerteretur, tunc soluendæ nihilominus essent emphyteutæ meliorationes eo modo, quem subijciemus. Quoniam priora illa verba non aliud significant, quam id, ad quod emphyteuticus contractus primęua sua institutione fuit adnuentus, quod non impedit soluēdas nihilominus esse meliorationes, quicquid Greg. Lopez l. 24. gl. vlt. tit. 8. par. 5. cum Bal. in contrarium dixerit. Posteriora verò sonant, vel quod non tollantur de re emphyteutica, vt vult Aluar. Valas. vel quod propter meliorationes non petatur innouatio, sed liberè res emphyteutica, & meliorationes reuertātur ad proprietarium, vt Gama ait quod etiam non impedit meliorationes esse soluendas. Accedit, eiusmodi generales clausulas à tabellionib. solere apponi sine pacto inter proprietarū, & emphyteutā, quod meliorationes sine vlla retributione ad proprietarium spectent. Et q̄ in dubio nullus præsumitur intendere donare, neq; in dubio sit facienda interpretatio, q̄ donare intēderit. l. Cāpan°. ff. de oper. liber. Ita Alu. Val. vbi sup. num 7. & 19. Aries Pinel. nu. 10. citato. Gam. decis. 22. in fi. & decis. 41. nu. 7 refertq; Alu. Val. appositis posterioribus verbis, se vidisse iudicatum in fauorem emphyteutæ. Quamuis addat, se posteà vidisse ab vtroque senatu iudicatum in fauorem proprietarij, non tam attenta æquitate, quā verborum latitudine, quæ eum ēt sensum patiuntur, vt liberæ reuertantur, nulla præsoluta retributione pro illis.

3 Secunda conclusio. In alijs † euentib. meliorationes in re emphyteutica factæ, finita emphyteusi, pertinent ad emphyteutam, illiusque hæredes, etiam extraneos, non quidem quo ad dominium, nam sequuntur proprietatem, sed quo ad æstimationem, idque siue emphyteusis secularis sit, siue Ecclesiastica. Ita iuxta l. senatus. §. Marcellus. ff. de l. 1 & c. 1. §. si vasallus, in titu. hic finitus lex, &c. vbi idem de feudo definitur communis doctorum sententia, quam referunt, ac sequūtur Aluar. Valasc. de iur. emph. q. 25. nu. 6. 10. & 11. Aries Pinel. l. 2. C. de resc. vend. part. 2. cap. 3. nu. 7. Gam. decis. 22. Iuli. Clar. §. emphyteusis. q. 45. & § feudum, q. 88. & Caldas de nominat. emph. q. 18. numero 29. & 30. Confirmatur, quoniam
4 † vsufructuarius melioramenta à se facta in re, qua fruitur, repetit, vt affirmat glossa l. l. sed & si quid 1. ff. de vsufruct. consentaneè ad textum ibi, & colonus repetit melioramenta facta in re conducta. l. penult. ff. locat. & l. 24. titul. 8. part. 5.



Digitized by Google

Habet aũt prædicta conclusio verum, ét si melioramenta de fructib. rei emphyteuticæ, aut feudalis, sint facta: qm̃ fructus bona sunt emphyteutæ, aut feudatarij: ita Alu. Val. vbi supra cum Par. de Puteo, & ex se est notissimum. Item hẽt verò, ét si labore, & industria emphyteutæ, aut feudatarij, factæ sint: nam non solum sumptus quos in ea re melioranda cum alijs fecit, accipiet, sed ét pretiũ laboris sui, & industriæ in euentu, q̃ sumptus facti sint accipiẽdi, iuxta ea q̃ subiungemus. Ita, cũ Par. & alijs, Aries Pinel. vbi sup. nu. 4. Item verũ hẽt, ét si per amicum res sit meliorata gratia ipsius emphyteutæ, aut per possessorem bona fide, cui emphyteuta soluere id teneatur. Ita, iuxta l. idemq; §. vlt. cum l. sequen. & ea quæ ibi notant, ff. mand. & l. sed & si plures. §. in arrogato in fin. ff. de vulg. Alu. Val. vbi supra in calce numeri 10.

5 Item † noũe meliorationum in re proposita, comprehenduntur seruitutes rei emphyteuticæ titulo oneroso acquisitæ, vt disputat. præcedente dictum est; quin & titulo lucratiuo acquisitæ si emphyteutæ, donatæ, aut legatæ sint: qm̃ eo ipso ad emphyteutam spectat valor earum, tanquam rerum ipsi donatarum. De acquisitis verò titulo præscriptionis, qm̃ rei emphyteuticæ præscribuntur tam q̃ illi debitæ, & non emphyteutæ, nisi rõne rei, quæ simpliciter est proprietarij, non idem est dicendũ, sed pleno iure finita emphyteusi, attinere ad proprietarium. Sumptus præterea in re emphyteutica necessario ab emphyteuta facti, si de numero illorum, non sint, quos de iure spectet ad emphyteutã de suo facere, vna cum melioramentis sunt soluendi emphyteutæ, aut hæredibus illius. Ita cum Iaſ. Alu. Vbi supra num. 8.

Esto aũt directus dñs inhibeat emphyteutę facere meliorationes in re emphyteutica, protesteturque, se non soluturum si quas in posterum fecerit, tenetur nihilominus proprietarius eas illi, hæredibusq; illius, finita emphyteusi, soluere; quo & poterunt emphyteuta, aut hẽdes illius, eis meliorationibus vti ad petẽdam renouationem emphyteusim, nihil impediente, quòd proprietarius ante eas factas protestatus fuerit ne fierent. Ratio est, qm̃ contractus emphyteuticus ex sua prima institutione hẽt, qd̃ emphyteuta meliorationes in re emphyteutica possit facere, tũ in suum commodum, tum ét in cõmodum proprietarij. Licet aũt l. vlt. C. de neg. gest. sancitum sit, vt negotiorũ gestor. expensas non repetat, quas post contradictionem, & inhibitionem domini fecerit; id tñ intelligitur, qñ à voluntate domini pendet ne fiant, vt in suo negotiorum gestore; secus aũt vbi non pendet, vt in re proposita post emphyteuticum contractum celebratum, vt cum Bart. & alijs notat, vbi supra Aluar. Vala. nu. 9. Ibidem nu. 10. cũ Boerio subiũgit, si mora lite aduersus emphyteutam quasi ad eum iam non pertinent emphyteusis, protestante que proprietario, siue in iudicio, siue extra, ne emphyteuta meliorationes faciat, aut quia speratur emphyteusim breui finiendam vt quia emphyteuta est senex, & valetudinarius, ac vltima persona, nihilominus illas efficiat, tunc illi, hæredibusque illius, non deberi meliorationes factas post eam protestationem, qm̃ denũciatio, iure facta, impedit repetitionem expensarum, quæ post illam fuerint effectæ, ét in euentibus in quib. expensę fieri concedebantur, iuxta legẽ, aut 6 si ante denunciatum. ff. de rei vend. Hoc † tñ intelligerẽ, qñ ob litẽ intentatã fuisset denunciatio facta, modò proprietarius victor existeret, si enim emphyteuta vinceret, non esset cur eiusmodi meliorationes ipsi, aut hæredibus ipsius, non soluerentur. Subiungit præterea, si consultò excessiuas meliorationes emphyteuta effecerit, quas sciebat dominium directum tempore finiendæ emphyteusis non fore soluendo, non teneri tunc proprietarium eas soluere, sed permitti emphyteutæ, tollere ex eis, quas potuerit sine læsione prioris status rei emphyteuticæ; reliquas verò amittere, iuxta l. in fundo. §. finge pauperem, & §. neque enim malitijs, de rei vend. & l. non fraudantur. §. nemo ex suo. ff. de regu. iuris. Est enim per iniquum, vt quis ex suo dolo fructum capiat, vt hẽ §. nemo citato. Cõsentiunt, tametsi in rediuersa loquantur Aries Pinel. l. 2. C. de resc. vend. par. 2. num. 5. & Gama decis. 310. nu. 1. Addit verò Alua. Vala. se audiuisse aliqñ in Lusitania fuisse iudicatum, vt in hoc euẽtu proprietarius ex reditib. soluat quotannis quousq; integrè meliorametis sit satisfactum iuxta lib. 3. Lusit. ordin. titu. 65. §. 1. & li. 4. tit. 35. §. 1. Meritò; tñ subiungit, ordinationes Lusitanas illis in locis in re valde diuersa loqui, neq; videre, cur proprietarius cogi possit soluere meliorametta dolo ab emphyteuta facta animo rem emphyteuticam retinendi; id quod confirmat argumento. l. 2. §. vltim. ff. si quis cautionibus illis verbis; *nam si ipse hoc affectauerit, vel causam præstiterit, non proderit ei exceptio, sed ipsum quidem dolus ei oberit.* Quando autem proprietarius soluendo non fuerit meliorametta absque vllo dolo ab emphyteuta effecta, tunc poterit emphyteutæ relinqui locata res emphyteutica, vt ex annuis reditibus sibi satisfaciat, argumento, eorũ, quæ ex Lusitanis ordinationibus citata sunt, atque aliorum iurium.

7 Illud est † obseruandum, si expensæ factæ in re meliorandi modicæ sint, tunc ad illas non teneri proprietarium, etiam si perpetuam rei emphyteuticæ vtilitatem concernant. Ratio est, quoniam emphyteusis adiuenta fuit, vt emphyteuta meliorem redderet rem emphyteuticam, idque in emphyteutæ commodum etiam cedit; qua de causa si modico sumptum rem meliorem reddat: non tenetur proprietarius illum soluere, gauderq; meliorationibus finita emphyteusi. Ita statuunt Lusita. ordin. lib. 4. titul. 77. §. 32. in fine illis verbis; *Esto nom se entenderaa en algunas despesas e bemfeitorias pequenas;* iuxta cõmunẽ doctorum sententiam in feudo etiam receptam, quam referunt, ac sequuntur Aluar. Valas. de iur. emphy. q. 25. nu. 12. & sequentib. Aries Pinel. l. 2. C. de rescin. vend. part. 2. cap. 3. nume. 9. Gama decis. 22. & Caldas de nomina. emph. à num. 39. Confirmatur, quoniam de iure communi, neque marito soluuntur impensæ modicæ factæ in reb. dotalibus, sed solæ magnæ, vt habetur l. omnino. ff.

Digitized by Google

no. ff. de impens. in reb. dotal. lib. reddit. q; iurisconsultis rõnẽ, qñ alioquin negotiorum gestorũ potius, q̃ de dote iudiciũ videbitur: quæ ratio simili modo locum habet in emphyteusi, & feudo.

Quæst. 8 Dubium verò est, quæ expensæ, tam in re proposita, quã † in rebus dotalibus, modicæ sint nuncupandæ, & quæ magnæ. Alex. quẽ Carol. Ruin. & pauci alij sequuntur, illas expensas modicas appellant, quæ fructuum tantum perceptionem eo tpe, quo ab emphyteuta, aut à matrimo, sunt percipiendi, concernunt, ét si in se magnæ sint, è contrario verò, illas magnas dicunt, quæ concernunt perpetuam rei vtilitatem, esto in se exiguæ sint.

Decis. Meritò tã hanc sententiã reprobant doctores cõiter, quos referunt, ac sequuntur Alua. Vala. & Caldas vbi supra, Aries Pin. l. 1. C. de bon. mater. par. 2. nu. 70. & Molin. lib. 1. de primog. c. 27. nu. 6. sed iudicis prudentis arbitrio cum gl. & Bart. l. eõno citata relinquendum censet, quæ expẽsę, qñ rei perpetuam vtilitatem concernunt, censendæ sint modicæ, vt proprietarius, & vxor, nõ teneant eas soluere, attento quantitate, & emolumẽto rei, & spectatis cæteris circumstantijs concurrentib. vnde Alua. Valas. vbi sup. nu. 35. cum Paulo Castrensi, & alijs infert, si arbitrio prudentis nõ magna impensa fiat in memoribus ad culturã reducendis, attento emolumẽto, quod inde ẽ emphyteutæ prouenit, magnitudine prædij, quod ad culturam reducitur, & alijs circunstantijs, aut insecendis, ac plantandis arboribꝫ, nõ tenetur proprietarium illa soluere: si verò prudentis arbitrio magna censeatur, cogendum esse eam soluere.

Quæst. 9 Multi, quos Alua. Valas. de iur. emphyt. q. 25. num. 16. refert, affirmant in optione † domini directi esse, vel soluere æstimationem melioramentorum, vel ea tolli permittere: quoniam id statuere videtur c. primo, §. si vasallus, in tit. his finitur lex, &c. Idem censent, ẽ perseuerante emphyteusi, aut feudo, emphyteuta, aut feudatarius, velit tollere melioramenta: quoniam potest id prohibere, soluendo illorum æstimationem. Atque vtrumque censet Baldus, esto in principio, quando contractus emphyteuticus est celebratus, deductum fuisse in pactum, quòd emphyteuta posset melioramenta tollere: quia posset id proprietarius prohibere, soluendo illorum æstimationem. Verum autem soluenda sit in eo euentu æstimatio melioramentorum iuxta valorem, quem in se habent, antequam diruantur, & tollantur, an verò iuxta valorem solius materiæ dirutæ, & ablatæ. Plurimi, quos ibidem Aluar. Valas. refert, cẽsent, soluenda esse solum iuxta valorem, quem materia dirura, & ablata est habitura, adeo vt Bærous affirmet, eam esse magis communem opinionẽ. Meritò tamen Aluar. Vala. cum Carolo Molinæo ait, tandum non esse decisioni §. si vasallus citati, à quibusdam Barbaris compilatis maximè, inquit, cum sit lex localis, quæ trahenda non est ad consequentiam iuris.

Neque argumentum in his, quæ in feudo haec de reuncita essent, locum haberent in emphyteusi, in qua res traduntur ad meliorandum, non, verò sic in feudo. Præsertim cum contrariũ docere, ac sancire videantur l. vlt. C. de iur. emphyt. & c. potuit de locat. l. 28. tit. 8. par. 5. & Lusit. ordin. li. 4. tit. 64. (quod miror non attulisse Alu. Vala. & alios) etenim ante finitam emphyteusim permittitur emphyteutæ vendere, nõ solum ius emphyteuticum, sed ét meliorationes, quas in re emphyteutica habet, prout in ea perseuerant, atque iuxta valorẽ, quem ita hñt concesso iure prælationis in eis emendis proprietario. Prætetea, finge meliorationes esse aggeres vtilissimos, & fossas cõfectas in re emphyteutica, in quib. multũ sit insumptum, & quæ rem emphyteuticam efficiant magni valoris; sanè, si proprietarius solum teneretur soluere, quantũ illa valerent destructa, nihil omnino teneretur soluere. Si etiam melioratio esset posita in vinea magno sumptu, vtiliterq; plantata, neque soluendum esset, nisi quantum valerent vites eradicatæ, & à prædio ablatę, modicum teneretur soluere emphyteutæ.

Decis. Dicendum itaque in primis est, semper in cuẽ ru, quod emphyteuta, aut vasallus, tollere vellet meliorationes, esse in optione proprietarij, vel id permittere, vel id impedire, soluendo illi earum valorem. Dicendum deinde est, semper emphyteutam, aut hæredes ipsius, qui vel illi in iure meliorationũ succedũt, cogere posse proprietarium, vt soluat valorẽ meliorationum, quem, prout sũt in ipsamet re emphyteutica, valent, aut quod in illis fuit expensum, prout maluerit proprietarius ipse, vt mox dicemus. Ita affirmat Iulius Clarus, esse vsu receptum, eiseque faciendum, non solum in emphyteusi, sed etiam in feudo, 4. libr. sentent. §. emphyteusis, quæstio. 25. in additione illis adiuncta, & §. feudum. q. 88. numero secundo, & idem sequitur Alua. Vala. vbi supra cum Carolo Molinæo, neque video cur ea de re sit dubitandum.

10 Illud † vero est obseruandũ, qñ meliorationes sunt quid seiunctum, ac separatũ à re emphyteutica, aut feudali, esto cum illa sit cõiunctum, atq; illi vtile, tunc id neque accrescere rei emphyteuticæ, aut feudali, neque effici rem emphyteuticã, aut feudalem, ac proinde neque dominium illius directum pertinere ad proprietarium rei emphyteuticæ, aut feudalis; quare in illo nõ est in optione proprietarij rei emphyteuticæ, aut feudalis, soluere æstimationem illius, & illud sibi accipere, quin potius perseuerante adhuc emphyteusi, aut feudo, posse emphyteutã, aut feudatarium, illud vendere, cui voluerit. Exempla sunt, si emphyteuta emat agrum coniunctum cum agro emphyteutico, illique valde vtile, & ex vtroq; efficiat vnũ; ager enim, ita coniunctus, emphyteuticus nõ est, neq; est connumerandus cum meliorationibus, de quib. loquimur, vt Alua. Valas. loco citato, nu. 17. rectè cum alijs affirmat. Item si habens oppidum in feudum, emat postea iurisdictionem in illo, quam non habebat, aut aliquo alio titulo illã acquirat, sanè iurisdictio illa, quæ ab oppidi dominio reliquo est separabilis, non efficitur feudalis, neque computatur cum meliorationibus, de quibus loquimur, vt Iul. Clar. q. 88. citata. nu. vlt. rectè cum alijs docet.

Vt autem explicemus, quo æstimandæ, ac solu-
ēdæ sint meliorationes in re emphyteutica, aut
feudali, reperiæ, obseruandum est. Longè diuer-
sam esse rōnem de possessore rei alienę bona fide,
qui nullū ius ad ea fruendum hēbat, & de eo, qui
dn̄ium, saltē vtile, in ea habebat, iusve ad illa per-
fruendum, tametsi res obnoxia esset restitutioni.
In priori. n. illo eu€tu possessor ille bonæ fidei rei
prorsus alienæ, si in ea meliorationes aliquas ne-
cessarias fecerat, quia sine illis res ētat peritura,
aut deterior extitura, resque à suo domino ven-
diceтur, recuperatis possessor expensas illas ne-
cessarias, retinendo rem quousque soluantur, atq;
obijciendo dño vendicanti, doli exceptionē, nisi
expensas factas prius soluat. Ita probat l. domum
C. de rei vend. quę possessori, etiā malę fidei, fidei
repetitionem concedit eiusmodi expensarū, iudi-
cis tn̄ officio, vt disp. 455. dictum est: quare longe
maiori cum rōne censendum est eam concedere
bonæ fidei possessori. Idem probat l. si in area, in
fine ff. de condic. indeb. & hī l. 44. titu. 28. par. 3.
atque affirmat cōis doctorum sn̄ia, quā referunt,
ac sequuntur Greg. Lopez ibid. verb. *buena fe*, &
Ant. Gom. l. 46. Taur. n. 2. In euentibus ēt, in qui
bus talis possessor bonæ fidei recuperat etiam vti
les expensas, vt statim dicemus, illas recuperat re
tentione rei, in qua factæ sunt, atque obuiando vē
dicanti, doli mali exceptione, denegandoque illi
rem, quā vēdicare vult, nisi prius expēsas soluat.
Ita hī l. adeò, §. certè ff. de acq. rer. dom. §. certè, in
fitu. de rerum diuis. l. Paulus respondit. ff. de doli
mal. exceptione, & l. 41. & 44. ti. 28. par. 3. Ait ve
12 rò Ant. Gom. nu. 2. citato, possessori bonæ † fidei
ad recuperādas expen sas, tam necessarias, quam
vtiles, non aliud remedium competere, quam re-
tinendo rem, obijcere doli mali exceptionem iux
ta citata iura, prę sertim iuxta l. Paulus respondit,
& l. si in area citatas. Vnde infert, si res, in qua ex-
pensæ sunt factæ, periuit, aut possessor bonæ fidei
illam tradidit domino, nullum competere illi re-
medium ad recuperandas expensas. Cuius rei ea
est ratio, qm̄ cum, qui eiusmodi expensas facit, cre
dat se eas in re sua facere, non intendit facto suo
alium obligare, & ideò ius solum illud remediū
ex æquitate quadam illi concessit. Excipit in hæ-
rede & in quocunque alio, aduersus quem com-
petit iudicium vniuersale multarum rerū simul:
licet enim res illa hæreditatis perierit, in qua ex-
pensas facit, aut illam tradiderit, poterit retinere
reliquas, & obijcere doli mali exceptionem, nisi
soluantur expensæ circa illam aliam rem factæ:
qm̄ in illa tamquā in parte hæreditatis, quā ad se
pertinere credebat, expēsas eas fecit. Atq; hoc est,
quod docere vī l. planè. §. planè. ff. de pet. hæredi-
tatis, quæ de eo, qui bona fide hæreditatem possi-
debat, credens se hæredem esse, cum tamen hæres
13 non esset, loquitur, idque statuit. Alioquin †. n.
regula est vniuersim vera, si quis bona fide rē pos
sideat, atq; in illa, vt in re sua, expensas faciat, nō
intendendo agere negotium alterius, resque illa
pereat, ante quàm expensas petat, & recuperet, si-
cut res illa dño perijt, ita expensæ pereunt illi, qui
eas tamquam in re sua fecit. Doctrina hac Anto.
Gom. cōis est, vt Alu. Valas. de iur. emphy. q. 25.
nu 25. multos alios pro eadem sn̄ia referens, fate-
tur. Paulus tn̄ Castrensis l. si in area, citata cernēs
inde magnam consurgere inæqualitatem, seu po
tius iniquitatem, q rei illius dn̄s ex melioramen-
tis existentibus, & bona fide ab alio factis locu-
pletior fiat cum tanta alterius iactura, ait se vltra
montes consuluisse, expēsas illas ex æquitate pos-
se repeti actione ex l. si & me & Titium. ff. si cert.
pet. Ant. verò Gom. vbi supra hanc sn̄iam impro
bandam censet: quia, inquit, remedium illius le-
gis non conceditur, nisi qn̄ nullum aliud cōpetit
remedium, quam expositionem approbat Aluar.
Vala. nu. 25. citato. Sed certè, postquàm possessor
illæ bonæ fidei ex ignorantia, aut inaduertētia, rē
cum melioramentis restituit, non aduertens ex iu
ris ciuilis subtilitate potius, quam æquitate, reti-
nendā rem fuisse, quousq; meliorамenta, seu ex-
pensæ, soluerentur, non aliud illi remediū compe
tit, quàm illius legis, cōpetitq; vi illius traditio-
nis, quia eo ipso emolumentum illius, qui rē tra-
didit, deuenit ad alium, in quo euentu repetitio
ex æquitate ea lege conceditur: quare non video,
cur opinio Pauli Castrensis ex illo fundamento
non sit admittenda. Alua. vero Val. ibidē subiun-
git, tribunalia Lusitana opinionem Pauli Castrē
sis amplecti, qm̄, in iudicando, sequuntur rei ver
tatē, non vero illam iuris ciuilis subtilitatem, eam
dem q̄ sn̄iam ait sequi Carolum Molinæum, &
Balduinum. Addit ēt, si expensa sit necessaria, nō
inciuiliter dici posse, ēt post traditionem factam,
competere actionem ex l. domum. C. de rei vend.
Ego aūt ex epicheia illam cōpetere existimo, ēt
in expensis vtilibus: cum. n. malæ fidei possessori
officium iudicis ad expensas recuperandas, aut
tollendas competat, ēt post rei traditionem, mul-
to magis censendum est, idē remediū competere
bonæ fidei possessori post traditionē ex ignoran-
tia, aut inaduertentia, factā; fauetq; non parum l.
planè. ff. de pet. hær. si attentè legatur. Greg. Lop.
l. 44. citata verb. *ante entegrar*, cum Anto. Gom.
consentit. Excipit tn̄, qn̄ bonæ fidei possessor eas
expensas fecit, quas dn̄s facere tenebatur, & ad id
compelli poterat: hasm. possessor bonæ fidei inte
gras repetit, vt patet l. hæreditas. ff. de peti. hæred.
Idem est qn̄, iudice compellente, eas fecit, vt Alu.
Val. vbi supra ait, quamuis textus, quem ad id ci-
tat, intentum non probet; sed, si quid conuincat,
potius opinionem Pauli Castrensis probet. Ad-
dit etiam Greg. Lop. si expensæ fiant animo obli-
gandi rei dn̄m, eiusque negotium agendi, ēt si, q
eas facit, malæ fidei possessor sit, illas post tradi-
tionem recupera re pōt actione negotiorum gesto
rum, citatq; ad id legem, si pupilli, §. item si quis.
ff. de neg. gest. non tamen reperio eum, §. in ea le
ge. Forte est §. sed & siquis, qui solum statuit, te-
neri eum cuius negotium ita gestum est, quātum
fuerit inde factus locupletior.

14 Quando † bonę fidei possessor fructus aliquos
percepit ex re aliena, in quo expensas necessarias,
aut vtiles fecit, quas repetere possit, tunc deducere
de expensis debet valorem fructuum, quos ex ea
re percepit. Ita hī expresē l. sumptus, ff. de rei
vend.

Digitized by Google

vend. & l. 41. & 44. tit. 28. par. 3.

15 Quatenus † autē fructus sint ęstimandi, hī l. si à dño. §. vlt. iuncta, l. sequent. ff. de petit. hæred. & affirmat cōis doctorū sn̄ia, quam sequuntur Anto. Gom. nu. 2. citato, Aries Pinel. l. 2. C. de rescind. vend. par. 2. c. 4. nu. 62. Gama decis. 310. nu. 4. & consentiunt doctores proximè citandi. Dubium verò est, vtrum id intelligendum sit solum de fructibus ex re ipsa perceptis, seclusis melioramentis, an verò ēt de fructibus ex melioramentis ipsi perceptis. Couar. 1. var. resol. c. 8. nu. 4. receptum in tribunalibus Castellæ refert, intelligendum etiā esse de fructibus perceptis ex melioramentis. Cōtrarium verò cum multis alijs, quos refert, meritò affirmat Aluar. Valas. de iur. emph. q. 25. num. 26. aitq; ita receptum esse in Lusitanis tribunalibus. Neque enim æquitas patitur, vt bonæ fidei possessor, etiam fructus, quos ex suis melioramentis percepit, deducat de melioramentis, & expensis in re aliena à se factis. Vnde meritò idem Couar. postea ibidem in Cæsaraugustana editione, referens Aluar. Valas. in eius sententia inclinauit, addens, se scire aliquando in tribunalibus Castellæ eodem modo fuisse iudicatū, & referens Massam asseuerantem, ab auditoribus rotę eodem modo in quadam causa fuisse iudicatum.

Quando idē bonæ fidei possessor sumptus fecit, non quidem necessarios, sed tm̄ vtiles, repetit, eo modo, quo dictum est, deducendoque inde, si quos fructus percepit, vt & dictum est; repetit, inquam, vel sumptus ipsos omnes factos, vel solum quantum res aliena melior ex eis sumptibus nunc est effecta, qn̄ illi facti sunt, idq; arbitrio domini rei alienæ, qui solū alterū illorū duorum, qđ maluerit, tenetur illi soluere. Ita habetur Ladeo §. certè. ff. de acquiren. rer. domin. §. certè, Instit. de rerum diuis. sed plenius & expressius l. in fundo. ff. de rei vend. & affirmat Aluar. Valas. q. 25. citata, nu. 28. cum Bart. & plerisque alijs, quos refert: qui ferè omnes admonēt aduocatos, vt cauti sint in articulando, quòd res tantum fuit meliorata, ac pretiosior effecta, quantum in illa fuit insumptū, quoniam vtrumque requiritur copulatiue, alioquin non soluitur nisi, quod minus est.

16 Ab hac † rn̄ regula excipitur, qn̄ rei dns̄ pauper est, & neque venditurus statim est rem cum melioramentis, neque habet vnde melioramenta, aub sumptus in re sua factos, soluat; tunc enim solum conceditur bonæ fidei possessori extrahere, quod in re aliena apposuit, dummodo non deteriorem illam reddat, quam fuerit ab initio, antequam ea melioramenta feciſſet; alioquin illud amittit.

Quòd si in hoc euentu dns̄ rei soluere illi voluerit, quantum melioramenta illa, postq̄ fuerint ablata, possessori illi sunt valitura, contentus esse debet eo pretio, neque pōt illa extrahere. Ita habet expressè l. in fundo, citata, & l. 41. titu. 28. par. 3.

17 Qn̄ † qs ab initio fuit qdem bonæ fidei possessor rei alienæ, cæterum, qn̄ suis sumptibus meliorem illam reddidit, erat iam in mala fide, non tenetur dns̄ rei soluere illi, vel sumptus, vel valorem melioriationum, sed solū permittitur ei tollere, quod apposuit, si id possit sine detrimento rei quo ad primū suum statum, & offerente illo dño rei æstimationē melioramentorum, quantū ęstimabuur, qđ extrahere potuerit, postquam fuerit extractū, cōtentus esse dēt ea æstimationē, neque poterit illud extrahere eo modo quo paulo ante dictum est, colligitur ex l. domū C. de rei vend. & ex alijs iuribus, sanciumque est l. 41. tit. 28. par. 3. & affirmat communis doctorum sententia, quā Ant. Gom. nu. 2. citato refert, ac sequitur. Voluptarias autem expensas, seu meliorationes, solum permittitur bonæ fidei possessor tollere sine detrimento status pristini rei alienæ, nisi dominus rei soluere velit earum æstimationem.

Ita hī l. pto voluptuarijs. ff. de impēs, & sancitum est l. 44. tit. 28. par. 3. atq; affirmat cōis sentētia, quam vbi supra Ant. Gom. sequitur. De possessore autem malæ fidei disp. 455. dictum est.

In posteriori aūt euentu ex duob. supra propositis, qū scilicet, q̄ sumptus & melioramēta fecit dn̄ium, saltē vtile, in re, quā meliorauit, habebat, iusve ad illa perfruendū, sed res erat restitutioni obnoxia, quales sūt emphyteuta, feudatarius, vsufructuarius fideicōmissarius, & q̄ rem emit infra, aut vltra dimidium iusti pretij, atque ea de causa euenit, vt contractus rescindatur, & res venditori restituatur, iuxta ea quæ disp. 349. dicta sunt, sanè non oīa quæ dicta sunt similiter locum habent in primis enim, si res expensis, labore, & industria eius q̄ eo modo possidebat, melior reddita est, non soluitur valor melioramentorum, prout æstimabantur qū facta sunt, sed prout æstimantur tpe restitutionis, si is valor minor sit, quam in illis efficiendis fuit expensum, alioquin soluitur solum, quod in illis fuit expensum, ad arbitrium eius, cui rei illius facienda est restitutio.

Ita Aluar. Valas. q. 25. citata, nu. 28. cum communi sententia, quam refert, tametsi subiungat, consuetudine in Lusitania esse receptum, vt melioramenta tempore restitutionis æstimentur, & id, siue plus sit, siue minus, quam sit expensum soluatur. Idem cum communi doctorum sententia, quam etiam refert, affirmat Anto. Gom. l. 46. Taur. nu. 3. idque confirmat ex l. domos, iunctis duabus sequentibus. ff. de legatis 1. Lex verò mulier. §. sed enim vers. sed & ipse, & l. vbi putē. §. vltimo, ff. ad Treb. quas etiam citat, solum probant, solutendas fideicommissario esse expensas, quas in re subiecta restitutioni fecerit.

Idem quoq; affirmat Gama deci. 137. & dilucidius decis. 310. nu. vlt. neque refragatur l. Lusitana lib. 4. tit. 77. §. 32. in fine, quatenus dicit, accipientem emphyteusim à patre, dum ille viueret, in qua pater meliorationes fecerat, teneri adducere ad partitionem cū fratribus, vel meliorationes ipsas iuxta valorem, quem habebant tempore, quo emphyteusim filius accepit, vel quod patet in illis faciendis expendit prout is filius maluerit. Hæc inquam lex, quæ in reliquis cum doctrina tradita conuenit, non refragatur in eo, quòd præscribit, adducendum esse valorem meliorationū pro tempore, quo emphyteusis à filio fuit accepta, & nō, quo partitio est facienda. Etenim longè diuersa ratio est de partitione, & de restitutione

rei

rei emphyteuticæ proprietario, finita emphyteusi. Ad partitionē quippe adducere tenetur filius emolumentum, qđ à patre de bonis suis accepit: accepit aũt melioratiões secundũ statum, quem habebant tpe, quo ei traditæ sunt, ac proinde valorē earum tunc adducere præcipitur, vel quod pater in eis faciendis insumpserat. Ratio aũt quare cõmemorati oẽs solum accipere debeant valorem meliorationũ tpis, quo res, subiecta restitutioni, erit tradenda, & non tpis, quo factæ fuerunt, est. Quoniam meliorationes illæ factę sunt in re, quę ad ipsos, saltem quo ad fructus, & vsum pertinebat, atq; in vtilitatem, non solum eius, cui res erat restituẽda, sed etiam ipsorummet: quare æquitas non postulabat, vt quod de illis perijsset, aut deterius esset redditum, vt tẽporis progressu vsque ad punctum restitutionis euenire solet, solueret is, cui restitutio esset facienda, sed solum valorem quem tempore restitutionis haberent, vel quod in eis faciendis à principio fuisset expensum, arbitrio eius, cui restitutio esse facienda.

Præsertim cũ, vt subiungemus, non sint ex eis deducẽdi fructus, quos is, q restituit, ex re ipsa, & ex meliorationibus, tpe antecedente percepit, sed integri ad priorem possessorem pertineant. Porrò in æstimandis expensis in meliorationibus factis, qñ is, cui restitutio est facienda, eas potius soluere elegerit, quam valorem meliorationum tempore, quo res restituitur, æstimari simul dẽt valor laboris, & industriæ prioris possessoris, siue ea apposuerit per seipsum, siue per filios suos, famulos, aut amicos, vt ex Pinel. l. 2. C. de rescind. vẽditio. part. 2. c. 3. nu. 4. cum Panorm. Bald. Aret. & alijs, quos refert, supra dictum est.

Deinde sicut is possessor bonæ fidei, q nullum ius ad fruẽdum re possessa habebat, retinere potest rem, quousq; sibi expẽsæ in ea factæ persoluãtur, obijcereque doli mali exceptionem eam poscenti, nisi expensas soluat: ita emphyteuta, & reliqui, de quibus modo loquimur, retinere possunt rem restituẽdam, quousq; melioramẽta in ea facta sibi persoluantur, argumento iurium, quæ ad illud primum citauimus, iuncta l. qua ratione in prin. ff. de acquiren. rer. dominio, & affirmant Anto. Gom. vbi supra in calce. nu. 2. & Aluar. Valas. de iur. emphyt. q. 25. nu. 22.

Qua etiam ratione iure Lusitano lib. 4. ord. tit. 7. §. 1. vxor, in quibus rebus non manet alioquin in possessione tamquam caput domus, retinet tamen illas, si in eis melioramenta sunt facta, quousque pars melioramentorum, quæ ipsam contingit, ei persoluatur: quo in iure verbum, possessionis, quoad eiusmodi bona, rectè Aluar. Valas. vbi supra ait, nudam tentionem, seu retentionem, significare. Ibidem optime cum Gozadino subiungit, quamuis per sententiam, quæ in rem iudicatam trãsiret, damnatus sit dimittere rem emphyteuticam, aut aliam restitutioni obnoxiã, posse nihilominus impedire exequutionē proposita melioramentorum exceptione, quousque valor eorum soluatur, iuxta l. Nesennius. §. vlt. ff. de re iud. & Lusitan. ord. lib. 3. tit. 71. §. 18. in fine.

Quando tamẽ liquidum nõ est, quanta, & cuius valoris sint melioramenta, meritò Lusitanus senatus sancire consueuit, vt, præstito iuramento ei, cui debentur, cuius valoris ea sint, deponatur ea quantitas à parte, quę illa tenetur soluere, & sic præcipiatur non impedire exequutionem, vt facta postea liquidatione, quanta ea sint, ex pecunia deposita tuto soluantur, sicque vtrique parti, sine alterius detrimento, consulatur.

18 Neque enim æquitas patitur, vt, litib. in meliorationibus liquidandis, longo tpe impediatur sententiæ exequutio circa rem tradendam. Ita Gama decis. 4. nu. 3. & copiosius Alua. Valas. vbi supra nu. 23. Qui addit, qñ sententia expressè haberet, vt res non traderetur, nisi solutis prius melioramentis, non sufficere depositum, neque procedendũ esse ad exequutionem sententię ante realem meliorametorum solutionem. Cum Paulo Castrensi etiam addit, si quædam res meliorate sint, aliæ non itẽ, procedendũ esse ad exequutionẽ sñæ circa tes, quæ meliorate non sunt, neque id esse impediendum, propter meliorameta aliarum. Conueniunt verò doctores, qñ expensæ, aut melioramenta, facta sunt in re, quã, illa efficiens, sciebat alteri restituendam, non solum competere expensarum, ac melioramentorum recuperationem per retentionem rei, in qua facta sunt, & doli mali exceptionem, sed etiam per actionem ex contractu, aut etiam negotiorum gestorum, eo quòd, qui illa effecerit, intenderit eo ipso alterum obligare: quare, etiam post rei traditionem, exigi possunt melioramenta ab emphyteuta, ab alijs, de quibus nunc loquimur. Ita Aluar. Valas. vbi supra. nu. 25. Ant. Gom. num. 2. citato, Gama decis. 310. n. 4. & communis doctorum sentẽtia, quàm referunt, iuxta l. diuortio. §. impendia. verfic. plane. ff. soluto matrimonio, & alia iura.

Emphyteuta, & reliqui, de qbus nunc loquimur, non tenentur deducere ab expensis, & melioramentis, fructus quos ex re restituenda perceperunt. Ratio est, qm̃ illi ad ipsos attinebant, suosque illos effecerunt eo ipso, quod percepti sunt, vt etiam de emptore rei vltra dimidium iusti pretij, atque etiam infra dimidium pretij, saltem quo ad fructus respondentes pretio illi diminuto, dispu. 349. dictum est: quare, siquid de eiusmodi melioramentis emptor infra dimidium iusti pretij deducere debet, solum sunt fructus respondentes parti pretij, quæ deerat vsque ad limites infimi iusti, iuxta ea, quæ ibidem dicta sunt. Nostrum præcipuum assertum affirmant Bart. cum gloss. l. emptor, ver. superfluum. ff. de rei vend. & cõis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Aluar. Valas. q. 25. citata, nu. 29. Ares Pinel. l. 2. C. de resc. ven. par. 2. c. 3. nu. 5. & fusius c. 4. nu. 62. & 63. Ant. Gom. l. 46. Taur. nu. 3. Couar. 1. variat. resol. c. 8. nu. 4. Greg. Lopez l. 41. titu. 28. part. 3. verb. *què desçuente en ellas*, in medio illius glossę, & Gama decis. 310. nu. 5.

Aluar. Valas. vbi supra, nu. 27. rectè cum Tiraquel. ait, emphyteutam, & reliquos, de quibus nunc loquimur, si accedente restitutionis tempore, rem, iuxta ea, quæ supra dicta sunt, retineant interim dum melioramenta eis non soluũtur, atque

que

que ex meliorameniis fructus aliquos percipiant, efficere illos suos, neque teneri deducere valorem eorum de meliorameniis: quoniam eiusmodi fructus percipiunt de meliorameniis, quæ ad ipsos, interim dum valor eorum ipsis non persoluitur, spectant: id quod colligitur aperte ex l. vlt. §. vlt. ff. de fundo dotali.

Vtrum autem vsurpare sibi etiam possint reliquos eius temporis fructus rei restituendæ, neque eos deducere de valore meliorameniorum. Affirmare videtur Aluar. Vasa. ibidem: quia, inquit, id in prætorio pignore procedit, citatque in eius rei confirmationem l. Titia cum propter. ff. de solutio. Contrarium tamen videtur affirmare is textus, & probat. l. vltim. §. vltimo. ff. de fundo dotali paulò antea citata.

## Alienatio quotuplex.

### DISPVTATIO CCCCLXIIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Alienatio quot modis sumatur.*
2 *Alienatio latè sumpta quid comprehendat.*
3 *Pignus, & hypotheca in quo differant.*

VT explicemus quis (Ecclesia præsertim) & quousque, possit in emphyteusim dare, explanandum prius est, quid nomine alienationis comprehendatur, & quotuplex alienatio sit: parumque immorandum est in explicanda alienatione bonorum Ecclesiasticorum, & solemnitatibus ad id requisita.

1 Alienatio duobus modis vsurpatur. Vno, præsè, & propriè pro actu, quo dominium trãsfertur (intellige directum) eiusmodi esse solent venditio, donatio, permutatio, &c. Hoc modo sumitur leg. vnic. C. de fund. dotal. cuius verba sunt, *Alienatio est actus quo dominium transfertur.* Eodem modo sumitur. l. 1. tit. 14. par. 1. & consentit. l. alienatum ff. de verb. signific. vbi habetur, venditionem, nisi accedat traditio, qua dominium transferatur, non esse propriè, ac simpliciter alienationem. Altero modo sumitur latè.

2 Quo pacto, qui alienare prohibetur, nõ solum 1
transferre inhibetur dominium directum, sed etiã
tm vtile concedendo in feudũ, aut in emphyteusim, atq; adeo & locando ad decẽnium, aut vltra; 2
inhibetur & tradere, rem in pignus, aut hypothecam: eo quod eo ipso res ita obligata, obnoxia maneat alienationis periculo, inde satisfiat creditori, si aliud non sit, vnde debitum soluatur. 3

Differt verò inter pignus, & hypothecam, & bene Panor. c. nulli. n. 12. de rebus Eccl. non alienan. cum alijs affirmat, & in calce disp. 2. à nobis est dictum, atque iuribus ostensum, q hypotheca
3 est quãdo res quæ creditori obligant, ei nõ traditur, sed manet apud obligantẽ: pignus verò est, qñ res, quæ creditori obligatur, illi, aut alteri loco illius, traditur: quare solum differunt penes hoc, quòd res, quæ obligatur, tradatur, aut non tradatur. Tametsi vocabula hæc interdum in iure confundantur, & vnum sumamus, vt comprehendat et significatum alterius, vt disput. 2. dictum est. Qui alienare hoc posteriori modo prohibetur, non solum prædicta inhibetur, sed etiã seruitutem in ea re constituere, quam alienare prohibetur, etiam personalem, qualis est vsusfructus, vt expresse lege proximè citanda habetur. Hæc omnia, innuendo simul priorem acceptionem eiusdem vocabuli, sancita sunt l. vlt. C. de reb. alien. non alien. vbi subiungitur, Ei, qui ita alienate, vel lege, vel à testatore, vel pacto, prohibetur, censeri prohibita omnia, quæ commemorata sunt, nisi eorum aliquid à prohibente fuit concessum. Consentit. l. 10. tit. 33. par. 7.

## Quæ Ecclesiastica bona sine legitima causa, & solemnitate, de qua inferius dicemus, alienari non possint, & quæ validè possint.

### DISPVTATIO CCCCLXV.

*SVMMARIVM.*

1 *Bona Ecclesiastica quæ possint alienari sine causæ, & solemnitatibus, & quæ non.*
2 *Iura & nomina debitorum, sub quorum bonorum nomine contineantur.*
3 *Bonorum nobilium appellatione, quæ seruando seruari non possint, quid comprehendatur.*
*Et quid de his, quæ seruando seruari possunt, &c.*

OBseruandum est, circa prohibitionem alienationis bonorum Ecclesiasticorum varia ijsdem temporis successu condita fuisse, tum ciuilia, tum etiam canonica.

Leo quippe Imperator statuit legem iubemus. C. de sacrosanct. eccl. Postea verò Iustinianus authenticum condidit de non alienandis, collat. 2. & postea authenticum de alienatione, & emphyteusi collat. 9. Ex quibus duobus locis desumptæ sunt authenticæ quæ C. de sacrosanctis Ecclesijs post l. iubemus insperuntur. Atque posterioribus iuribus erit semper standum, si à prioribus discordent aliquid addendo, concedendo, aut mutando. Quia verò res hæc Ecclesiastica est, & canonico iure sufficienter circa illam est prouisum, necesse nõ est stare dispositionibus iuris ciuilis, vt post Innoc. & glo. l. de rebus eccle. non alienand. lib. 6. verb. exactus, Panor. c. nulli de rebus eccl. non alien. num. 6. cap. in præsentia de probat. num. 28. rectè aduertit, præsertim circa causas, & solemnitates ad alienandum necessarias. Quo fit, vt satis sit eas seruare solemnitates, quæ factis canonibus sunt constitutæ.

Nullus est, qui dubitet, vocabulum alienationis latè sumi in hac materia rerum Ecclesiasticarum, quæ fauorabilis est. Id enim constat apertè ex cap. nulli de rebus eccles. non alienand. & ex authentico de non alienand. §. nos igitur versic. alienationis atque ex alijs iuribus, consentitque. l. vlt. C. de reb. alien. non alien.

Vt autem vniuersim rem hãc disputationem hac dicamus, latius eam in sequentibus examinaturi, atque

atque explanaturi, in particulari, hæc conclusio est statuenda.

1 Bona † Ecclesiastica, tum immobilia, tum etiã mobilia pretiosa, quæ seruando seruari possunt, alienari nequeunt, nisi concurrente iusta causa, & seruata certa forma, & solemnitatibus, de quibus in sequentibus. Mobilia verò, quæ pretiosa non sunt, aut quæ, licèt pretiosa sint, seruando tamen seruari non possunt, neque eam causam, neq. itẽ eam formam, ac solemnitatem requirunt, vt validè alienentur. Hoc totum, & pœnæ contrarium facientibus statutæ, & num alienatio aliter facta, nulla sit, in sequentibus perspicua fient.

2 Licèt iura † ad res mobiles, aut immobiles, nominaque debitorum, nomine quidem bonorum comprehendantur, non ĩ regulariter notẽ bonorum mobilium, aut immobilium, sed tertiũ quoddam genus bonorum, ab vtroq; distinctum, cõstituunt, vt disp. 68. & disp. 101. explanatum est: cũ tamen aliquid est, q̃ cogat ea comprehẽdere nomine mobilium, & immobilium, aut ex subiecta materia, & intentione disponentis, comprehendi intelliguntur, tunc ibidem cum Panor. c. nulli, de reb. Eccl. non alienan. nu 9. & 10. Bar. & alijs, addebamus, censenda esse nomine bonorum mobilium, ac immobilium comprehendi.

Atque ita in re proposita ait ibidem Panor. & consentit communis doctorum sentẽtia, nomine mobilium, & immobilium, comprehendi; quoniam iura, tam canonica, quam ciuilia, de omnibus vniuersim Ecclesiasticis bonis loquuntur, solaque immobilia, atque pretiosa mobilia, quæ seruando seruari possunt, prohibent alienari, nisi ex debita causa, ac seruata certa solemnitate, ac forma. Quo fit, vt iura ad res immobiles, qualia sunt debita omnia rerum immobilium, & actiones ad eas res, & seruitutes omnes, nomine bonorũ immobilium, hoc loco comprehendantur.

Fit etiam, vt iura ac reditus ad decennium, aut vltra, quamuis soluenda sint in rebus mobilib. nomine tñ rerum immobilium comprehendantur: eiusmodi quippe iura, eo q̃ firma, atq. stabilia sint, cum rebus immobilibus computentur, vt apertè constat ex clem. exiui de paradiso. §. cumq. annui reditus, de verb. signif. & ex alijs iuribus, quæ citat gl. c. 2. de reb. eccl. non alien. lib. 6. ver. iura, & disp. 68. dictum est. Id quod in causa est, quod in alienatione beneficiorum Ecclesiasticorum, & aliorũ iuriũ ad percipiẽdos reditus annuos ad decennium, aut vltra, requirantur causæ, & solemnitates, quæ in alienatione bonorum immobilium necessariæ sunt, vt constat c. 1. de reb. Eccl. non alien. & alias sæpe. Fit item, vt iura alia ad res immobiles, cum rebus mobilibus computentur.

Postremò fit, vt tam res immobiles, & quæ cũ immobilibus computantur, quam res mobiles pretiosæ, quæ seruando seruari possunt, & iura ad eiusmodi res, alienari à prælatis non possint sine debita causa & forma, ac solemnitatibus ad id præscriptis: reliqua verò mobilia, & iura ad illa, nisi sint ad iteratis vicibus ad decennium, aut vltra, illa recipienda, alienari sine illis causis, & solemnitatibus possint.

3 Nomine bonorum † mobilium, quæ seruando seruari non possunt, vt, consentaneè ad l. lex quæ C. de administratione tutorum, & ad alia iura, quæ disput. 224. §. ea mobilia, citauimus, ait cum quadam gl. Panor. c. nulli, citato nu. 8. & 11. intelliguntur, non solum fructus, vt triticum vinum, oleum, lana, agni, & cæteri reditus, aut fructus, sed etiam vestes, quæ quotidie magis ac magis veterascunt, & ijs similia.

Inter quę computantur iumenta, & mancipia, non tamen ea, quæ rustica more antiquo erant, prędijs quasi affixa: eiusmodi quippe mancipia c. nulli, citato, & in authentico de non alienandis. §. nos igitur, prohibentur alienari, & cum rebus immobilibus computantur. Cum bonis etiã, quæ seruando seruari non possunt, computatur pecunia vsui quotidiano inseruiens, vt Panorm. loco cit. nu. 11. rectè ait.

4 Nomine verò bonorum † mobilium pretiosorũ, quæ seruando seruari possunt, intelliguntur vasa aurea, & argentea, vestes pretiosæ, quæ longè ab interitu distant, & commodè seruari possunt, gẽmę, & his similia. Intelligerem ẽt gregem ouium, aut caprarũ, de cuius fructibus emolumẽta, ac reditus percipere consueuit monasterũ, aut Ecclesia. Licet. n. fas esset vẽdere arietes, agnos, hircos, & hædos, non tñ fas esset alienare totum gregem, nisi concurrentibus causis, & seruata forma, quæ in alienatione rerum pretiosarum, quæ seruando seruari possunt, necesse est concurrant.

## Vtrum ecclesiastica bona, quæ sine certis causis, & forma alienari non possunt, sine eis possint subijci hypothecæ, tradi in emphyteusim, locari ad longum tempus, & quid de locatione vltra triennium.

## DISPVTATIO CCCCLXVI.

### SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastica bona an possint hypothecari, & in emphyteusim tradi sine causa, & solemnitatibus requisitis, & nu. 3.*

2 *Ecclesiastica bona subijci possunt hypothecæ in generali, non autem in particulari.*

3 *Ecclesiastica res ab antiquo consueta tradi in emphyteusim, potest eo modo absque alia solemnitate tradi, quo erat tradi consueta.*

4 *Locatio ad longum tempus rei Ecclesiasticæ, an licita sit sine causa, & solemnitatibus requisitis. Et quid in locatione commoditatis ipsius rei. nu. 5.*

6 *Prælatus iurans non alienare bona Ecclesiastica, inconsulto Romano Pontifice, an peiuret sit locando ad longum tempus.*

7 *Venditione alicuius rei prohibita, censetur etiam prohibita quæcunque illius alienatio.*

8 *Locatio rei Ecclesiasticæ vltra triennium, sine causa, & solemnitatibus, prohibita est sub pœna. Et quando licita, nu. 9.*

Vt

1 VT ad alienationum bonorũ Ecclesiasticorũ in particulari deueniamus. Qđ † ad primũ eorum, quæ proposita sunt, attinet, dicendum est. Nullum eorum bonorum posse in particulari subijci hypothecæ, nisi ex iusta causa, & seruatis forma, ac solẽnitatibus in alienandis bonis Ecclesiasticis requisitis. Et longè maiori cum rõne tradi non poterit, nisi eodem modo, in pignus. Ita habetur c. nulli, de rebus Eccles. non alienand. atque à Paulo II. in extrauag. ambitiosæ, de reb. Eccles. non alien. inter communes, sancitum est sub excommunicationis pœna latę sententię, tam subijcienti, quam ei, cui subijcitur, & sub pœnis alijs, de quibus omnibus postea erit sermo.

Dixi, non posse in particulari subijci hypothecæ: qm̃ c. nulli, citato, consentaneè ad authenticũ de non alienandis. §. nos igitur, solum prohibetur subijci hypothecæ aliquid in particulari. Vnde Panormit. ibid. nu. 3. rectè à contrario sensu colligit, & consentiunt cæteri, fas esse † prælatis absq; solemnitate obligare bona suæ Eccl. in communi titulo hypothecæ: eo q̃ sic res singulæ minus obligatæ maneant, minusq; pressę alienationi subiectæ. Atque id planè apertè innuunt c. nulli, & §. nos igitur, citata. Et quamuis Paulus II. in extraug. ambitiosæ, de hypotheca indistinctè, ac sine restrictione loquatur; ibidem tñ excipit casus à iure expressos, atque adeo nihil capiti, nulli, & communi doctorum sententiæ aduersatur.

2 Consentit in his oĩbus Couar. 2. variar. resolu. c. 16. n. 7. tametsi in calce eius numeri velit, q̃is nullus sit cõtractus, quo res Ecclesię subijcitur in particulari hypothecæ sine iusta causa, & seruata solemnitate ad alienandum requisita; pœnas tñ, aliter alienantibus res Ecclesiæ statutas, nõ prius incurri, q̃ res tradatur: qm̃ ante traditionem, non censetur consummata alienatio. De hac tñ doctrina multũ dubito. Qm̃ iura pœnas statuunt subijcientibus res hypothecæ. Item, si vera esset, nõ satis esset traditio rei in pignus, vt pœnæ incurrerentur, sed vlterius necesse esset pignus diuendi ad debiti solutionem: quoniam ante illius venditionem, & traditionem illi, cui venderetur, aut permutaretur, vel traderetur in solutum, non esset consummata pignoris alienatio.

Adde, concessa ea opinione, dicendũ esse pœnas à iure statutas non incurri, nisi pp solam alienationem pressè sumptam, qua dñium, saltem vtile, transferretur: contrarium verò sonant iura. Adde et, pœnas hoc loco statui subijciẽtibus res Ecclesiasticas pignori, aut hypothecæ particulari, pp periculũ, cui eo ipso subijciũtur, ne necesse sit eas diuendi, & oĩno alienari: actus aũt subijciẽdi tas hypothecæ oĩno consummatur eo ipso, quod res eo modo obligatur, tametsi res nõ censeatur pesse dè vẽdita, aut permutata, antequam tradatur.

3 Quod ad † emphyteusim attinet, satis perspicuum est nomine alienationis, in hac materia bonorum Ecclesiasticorum, cõprehendi emphyteusim perpetuam, ac proinde nullum bonorum Ecclesiasticorum tradi posse in emphyteusim perpetuam absque legitima causa, & forma, ac solẽnitatibus ad bona Ecclesiastica alienãda requisitis. Ita colligitur ex l. vlt. C. de reb. alien. non alienã. Et hẽ expressè c. nulli, & in authentico de non alienandis. §. nos igitur vers. alienationis, atque in extraug. ambitiosæ, citatis, eademque pœna statuitur à Paulo II. in extrauaganti, ambitiosæ, tradentibus res Ecclesiæ ad emphyteusim, quæ aliter alienantibus res Ecclesiasticas.

4 Qũ † tñ res aliqua ab antiquo erat cõsueta tradi in emphyteusim, siue perpetuã, siue non perpetuã cõcedit Paulus II. in extrauagãti citata, posse iterum tradi eo modo, quo tradi erat consueta, idque absq; alia solẽnitate. Attamen restringit, qđ id esse dẽat cũ euidenti vtilitate Ecclesiæ, aut pij loci, cuius ea res quoad directũ dñium sit. Cætera, quæ de hac re dici poterant, tribus disputationibus sequentibus commodius subijcientur.

De alijs autem alienationibus eiusmodi rerũ Ecclesiasticarum, quæ, presse, ac proprijssimè sumpto alienationis vocabulo, dicuntur alienationes, vt sunt donatio, venditio, permutatio, & similes, notissimum est locis citatis, & alijs citandis, prohibitas esse sine debita causa, ac seruata forma, & solemnitatibus ad illarum alienationem requisitis, eosque, qui sine debita causa, & solemnitatibus illas ita alienant, incurrere pœnas contra indebitè alienantes res Ecclesiasticas statutas.

5 Quæte solum † superest examinemus, vtrũ locatio earundẽ rerũ ad decennium, aut vltra, atq; adeo ad vitam ẽt alicuius, aut aliquorum, licita sit sine causa, forma, ac solemnitatibus ad aliter alienandum res Ecclesiasticas requisitis; an verò illicita sit, pœnęque incurrantur indebite res Ecclesiasticas alienantibus statutæ, qđ tertio loco in titulo huius disputationis propositum fuit. Et quidem cum in posteriori parte dispu. 445. ostensum sit, eiusmodi locatione dominiũ vtile transferri, eamq; vere esse emphyteusim, dubitandũ nõ est, eo ipso, qđ eiusmodi res Ecclesiasticæ prohibitæ sunt alienari sine iusta causa, & certis solemnitatibus, prohibitas quoq; esse sine eisdem causa, & solemnitatibus locari ad longum tps: id quod affirmat cõis doctorum sententia, quam referũt, ac sequuntur Molina lib. 1. de primog. c. 21. nu. 18. Couar. 2. variar. resol. c. 16. nu. 1. & Aluar. Valas. de iure emph. q. 29 nu. 7. & 8. Consentit c. nulli, de reb. eccles. non alien. vbi, vt quidam legunt, dẽ nomine alienationis cõprehendi conductionem (ad longum tps scilicet) donationẽ, venditionem, permutationem, & contractum emphyteuticum perpetuum. Tametsi frequentius legatur, conditionem, dest, tradere ad transferendum dominiũ sub conditione, vt gl. ibi, & alij interpretantur.

Apertius consentit Clemen. 1. de reb. eccl. non alien. vbi prohibetur concedere iura, reditus, aut possessiones Ecclesiasticas in vitam alicuius, aut ad certum tempus, etiã pecunia recepta, nisi adsit causa vtilitatis, aut necessitatis talis concessio, & concedens suspenditur ipso facto ab officio, & nihilominus simul ibidem permittitur locatio ad modicũ tempus. Observa tñ clementinã illam solum loqui de religiosis monasterio, prioratui, aut cuius alteri administrationi præfidẽtibus: quare pœna illa suspensionis ad alios non extenditur.

Quæst.

Consen-

Consentit præterea l. vlt. C. de reb. alien. non alienand. vbi bf, prohibita alienatione alicuius rei, censeri prohibitũ concedi vsumfructũ illius: cuius rei nó est alia ró, nisi qa cócessione vsusfructus transfertur dñium vtile, quare cum locatione in longum tps vtile etiam dñium transferatur, cõ sequens est, vt prohibitione alienationis eiusmodi rerum Ecclesiasticarum, nisi ex iusta causa, & seruata certa forma, prohibita similiter censeatur locatio earũdem ad longum tempus. Adde, vere esse concessionem in emphyteusim, vt disp. 445. copiose ostendimus: qnare prohibita cẽsetur nomine prohibitionis alienationis earundem rerũ.

Hinc cõstat, nefas esse locare res Ecclesiasticas in totã vitam locantis, nisi sub conditione, si ante decennium finiatur. Lege quæ disp. 445. citata dicta sunt. Quare qñ Panormit. cum glo. 2. c. vlt. ne Prælati vices suas. nu. 4. notat, rectorem Ecclesiæ posse locare fructus pro toto tempore vitæ suæ, intelligit id negatiue, ideſt, non pro tẽpore vltra vitam suam, vt in sequentibus seipsum exponit in eodem capite: qa si locatio nomine proprio fit facta, vt regulariter fit, non tenetur successor stare locationi vltra tẽpus vitæ prioris locatoris, etiam si ad modicos annos sit facta. Non tamen intelligit, rectorem posse locare noĩe proprio vnica locatione, seu simul, fructus Ecclesiæ in totum tempus vitæ suæ si vita decennio duret: qm̃ continuo subiungit id nefas esse, atque inualide fieri: quoniam transferret vtile dominium, quod sine iusta causa, & seruata debita solemnitate, esse nequit. Atque eodem modo intelligenda est l. 9. titu. 17. par. 1. quæ eandem doctrinam tradit vt illam Greg. Lopez ibi exponit, & tam Panor. quam lex illa loquuti sunt ante extrauagantem, ambitiosæ, quæ, vt videbimus tempus locationis rerum Ecclesiasticarum reduxit in triennium.

Illud est obseruandum, tridentinam Synodũ. Sess. 25. c. 11. de reform. decreuisse, irritas esse eas locationes rerum Ecclesiasticarum, factas à triginta annis citra, ad lõgum tempus, etiam si Apostolica autoritate essent confirmatæ: quas Synodus prouincialis, vel ab ea deputandi, in damnum Ecclesiæ, & contra Canonicas sanctiones contractas fuisse iudicabunt.

Aluar. Valas. q. 29. citata nu. 7. ver. licet, autẽ, & Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. par. 3. in calce, nu. 64. cũ multis alijs, quos referunt, censent, locatione ad longum tempus non transferri dominium vtile, etiam si ad centum annos fiat modo tñ apponatur simul pactum, quod ex ea non trãsferatur dominium vtile, sed maneat apud locantem. Ducuntur, qm̃ pactum illud appositum, non est contra substantiam locationis, quæ ex se non habet, vt ex ea dominium vtile transferatur: quare, si apponatur, validum est, neque tunc locatione ad quodũis tempus dominium transferetur. Subiungunt tamen, cum Couar. 2. var. resol. c. 16. nu. 1. Baldo, & alijs, quos citant, si res alienari esset prohibita, quo pacto res Ecclesiæ, maioratum, ac minorum, prohibitæ sunt alienari, tunc, si locaretur ad longum tempus, esto apponeretur pactũ expressum, quod dñium vtile non trãsiret in cõductorem, talẽ locationẽ ad longum tempus censendam esse alienationẽ; qm̃ inquiũt, cõmoditas fructuum, quę ad longũ tempus transfertur, pro vera habetur alienatione in materia prohibita, idque ad vitandas fraudes.

Rectius verò Molina lib. 1. de primog. c. 21. n. 24. tres euentus in re proposita distinguit. Aut. n. inquit, res maioratus, vel ecclesiæ, locatur simpliciter ad longum tempus, aut locatur ad lõgum tempus, non simpliciter, sed addito pacto, quod dominium illius vtile non trãseat in conductorẽ: aut deniq. locatur ad longum tempus, vel ad cẽtum annos, non qdem ipsa res maioratus, aut ecclesię, sed sola eius rei commoditas. In primo, inquit, euentu proculdubio locatio illa censenda est alienatio rei illius, quippe cũ per illam, vt dictum est, dñium illius vtile trãsferatur. Atq; in hoc doctores citati ẽt conueniunt. In secundo verò euẽtu idem oĩno ait esse dicendum, etiam si res prohibita non esset alienari. In quo ab Aluar. Valas. Pinel. Couar. & ab alijs doctoribus, quos citant, ac sequuntur, dissentit, qui omnes arbitrantur, quando res prohibita non esset alienari, non censeri alienari locatione ad longum tempus, si apponatur pactum, quod dñium vtile illius non transeat in conductorem. Ducitur optime Molina, qm̃ locatio ad longum tempus, posita iuris ciuilis dispositione, quod ea transferatur vtile dominiũ in conductorem, sitque proinde alienatio, solum nomine tenus, atque æquiuoce habet, quod sit locatio, & conductio, simpliciterque est emphyteusis, contractus specie distinctus à locatione, & conductione, vt disp. 445. est ostensum: quare, cum pacta, quæ sunt contra naturam, & substantiam contractus, prout iure ciuili sunt instituti, nullius sint roboris, ac momenti; cõsequens profecto est, vt non magis appositione illius pacti impediri possit translatio dominij vtilis locatione ad longum tempus, atque adeo vera ratio alienationis, quam si res in emphyteusim perpetuam traderetur appositio eodem pacto, quod ea dominium vtile non transferatur in emphyteutam: autores autem, cum quibus disputamus, id nõ concedent in emphyteusi perpetua. Ac plane hæc illorum opinio ortum habet ex illa alia eorundemmet, q locatio ad longum tempus non sit emphyteusis, sed contractus specie ab ea distinctus, eiusdemq; speciei cum locatione ad modicum tempus: quam sententiam disp. 445. impugnauimus.

In tertio autẽm euentu, quando scilicet locatur ad longum tempus, aut ad centum annos, non ipsa res alienari prohibita sed sola † ipsius commoditas, seu res quo ad illius commoditatem, ac fructus percipiendos noĩe locantis, atque adeo dominus in locante circa eam rem perseuerauerit, dependenterq; ex eo quod in eo tale ius perseueret, rectè affirmat Molina ibidem, nu. 25. ea locatione non transferri vtile dominium, neque comparari aliquod ius reale in re, quæ ita locatur, sed solam obligationem personalem comparatione locationis, ad fructus ex ea re percipiendos: ac proinde, neq; eam locationem esse alienationem, neque censeri prohibitam, esto prohibita sit alienatio

Digitized by Google

tio rei quæ ita locatur: quare ad quodcunq; tps fiat expirat, cessante in locatore iure quod in ea re habebat liberaq; transit in eum, ad quem si locata non fuisset, erat similiter transitura. Sicut autē ea commoditas, seu res quo ad eam commoditatē locari potest in longum tempus: ita vendi vnico pretio tota ea commoditas potest in totam vitam illius à cuius vita pendet, aut in totum tempus, in quo ab illo pendet, vt affirmant plurimi, quos Molina ibidē refert; testaturq; se vidisse sæpe totā cōmoditatē maioratus, quę propter delictū illū obtinentis ad fiscum in totam illius vitam pertinebat, fuisse venditam, itemq; in alijs euentibus.

Atque hæc oīa satis constant ex ijs, quæ dispu. 461. §. maius dubium, iuncto. §. sequenti, dicta à nobis sunt. Ait verò Molina, nu. 25. citato, & 24. antecedente, cum Barto. & alijs, quos citat, glos. l. codicillis. §. instituto. ff. de legat. 2. si rectè expendatur, de sola locatione ad centum annos cōmoditatis rei prohibitæ alienari loqui, non verò de locatione eiusdē rei simpliciter, tametsi à multis citetur, quasi de locatione rei simpliciter ioquatur, atque communiter in eo sensu reprobetur. Ait quoque in locatione ad longum tps aut in vē ditione, solius commoditatis rei prohibitæ alienari nullam inueniri fraudem, quippe multis legib. sit in permissū: & qm̄ in eo, qđ quis suo iure vtatur nulla fraus reperiri possit. Fortasse, quia in locatione beneficij Ecclesiastici sola cōmoditas locatur cōductori, vt scilicet nomine, non proprio, sed beneficiarij decimas ad beneficiarium attinētes recipiat, vt disp. 7. dictū est, lex 9. tit. 17. par. 1. asseruit, beneficiarium posse in totam vitam suā locare beneficium nulla facta expressione, quod sola commoditas locaretur, atque hanc expositionem sequitur Coua. 2. var. resol. c. 16. in calce. nu. 6. tametsi alium sensum eiusdem legis, cum Greg. Lopez ibidem, paulò antea tradiderimus.

Caput autem vestra, de locato, cum declarasset monasteria posse locare laicis decimas ad ipsa attinentia ideirco addidisse videtur, ita tū, qđ eiusmodi locatio ad feudum, vel ad alienationem nō videatur extendi; qm̄ cum ius earum decimarum in perpetuam annexum esset monasterio, neque ad alium loco monasterij esset transiturum poterant laici temporis progressu obtendere, ad se attinere, velut dominium vtile iuris earum decimarum, & vt mox cum Molina subiungo, illud in effectu esset alienatio rei Ecclesiasticæ.

Molina vbi sup. n. 27. optimè obseruat qđ aut prælatus, aut beneficiatus, locat id, quod ad ipsū attinet in suam sustentationē, vt proprīū beneficiū, vel prædictū tali beneficio annexū; aut tanquā administrator locat res, & reditus, non ad ipsum, sed ad Ecclesiam hospitale, aut alium prīū, locum attinentes. Et tunc ait, in priori euentu licitam, ac validam esse sine vlla solemnitate locationem ad longum tempus, aut in totam locantis vitam, cōmoditatis rei illius iuxta ea, quæ dicta sunt.

In posteriori verò, meritò ait, illicitam, atque nullam esse absque iusta causa, & sine solemnitate ad alienādum bona Ecclesiastica requisita. Ratio, inquit, est: qm̄ in priori euentu, morte locantis, aut non perseuerante in illo beneficio, continuo expirat locatio, vt dictum est, rectèque resoluit Coua. 2. var. resol. cap. 15. nu. 6. In posteriori verò, morte locantis, aut aliter desinente illius administratione, non expirat locatio, vt idem Cou. nu. 6. citato rectè ostendit, sed perseuerat in totū tps, pro quo facta est: quare si locatio commoditatis ex re illa facta ad quodcunque longum tempus per eiusmodi administratione sine iusta causa, minimeque seruata solemnitate ad res Ecclesiasticas alienandas requisita, valida esset, cederet id in præiudicium rerum Ecclesiasticarum, ipsarumque Ecclesiarum, viaque aperiretur fraudibus, quibus in effectu res Ecclesiasticæ sinè iusta causa & sine requisita solemnitatē alienarentur; quod nulla ratione est admittendum.

Ex dictis tota hac disputatione intelligetur, quid dicendum, sit ad illam quæstionem, nū Prę- Quęs.
6 latus iurans non alienare bona Ecclesiæ inconsulto Romano Pontifice, periurus sit locando ad lōgum tps eiusmodi rem inconsulto eodem Romano Pontifice. Coua. 2. varia. resol. cap. 16. num. 2. quamuis concedat, prohibitum alienare aliquam rem, censeri prohibitum alienare eam locando ad longum tempus; subiungit tamē cum Caldermo (tametsi dicat rem esse dubiam) Prælatum, qui iuraūit se non alienaturum res Ecclesiæ inconsulto Romano Pontifice, nō esse periurū, si eas locet in lōgum tēpus inconsulto Pontifice Romano. atq; eandem sententiam non reijcit Alu. Vala. de iur. emphy. q. 29. nu. 12. Ducitur Couar. quoniam iuramentum est strictī iuris, ita videlicet, quod extendendum non sit, sed potius arctandum: locatio verò ad longum tempus non est alienatio, nisi latè, & minus propriè sumpto alienationis vocabulo, eaque de causa non debet intelligi comprēhēdi nomine alienationis ad effectum, vt qui ad longum tempus locat periurus sit censendus, incurrereq, periurī pœnam. Contraria tamen sententiam mihi probatur cū Pano. c. intellecto de iureiuran. nu. 10. Eam verò mihi persuadeo quo- Decis.
niam iuramētum intelligendum est iuxta materiam subiectam, tantumque se extendit, quantum promissio super quam fertur: quare cum in materia alienationis bonorum Ecclesiasticorum alienatio sumatur, vt cōprēnendit locationem ad lōgum tempus, & iuramentum à prælatis exigatur iuxta materiam subiectā, ac sacros canones; consequens profectò est, vt ea promissio, & per consequens iuramentum, quod in eam fertur, ad locationem ad longum tempus se extendat.

Confirmatur, quoniam, si id, vnde Couar. ducitur, verum esset, etiam impignoratio rerum Ecclesiasticarum, & traditio illarum in emphyteusim perpetuam non comprahenderentur sub iuramento Prælatorū; quippe cum impignoratio, & emphyteusis perpetua, non sint alienationes, nisi sumpto latè, ac minus propriè vocabulo alienationis; contrarium verò dicet Coua. ipse, & cōtrarium constat ex forma ipsa iuramenti, quam in quodam instrumento publico, dum in Lusitania commorarer, vidi. Hæc de locatione ad longum tempus.

Illud

7 Illud est † obseruandum, in materia fauorabili, qualis illa est, prohibita aliqua re vendi, censeri simul prohibitam alienari modis omnibus explicatis l. 1. a gl. verb. vend. l. quemadmodũ. C. de agri. & censitis lib. 10. & cum Bald. & alijs affirmant Alua. Valas. de iure emphy. q. 29. nu. 12. & Caldas de renouat. emph. q. 16. num. 4.

Quod vero attinet ad vltimum eorum, quę in titulo huius disputationis sunt proposita. Licèt ad contractum locationis, & conductionis presse sumptæ (de quo postea suo loco erit sermo) id potius spectet, quam ad contractum emphyteusis lat-
8 è sumptæ, de quo nunc disputamus; quia † tamen res est valde coniuncta cum alienatione bonorũ Ecclesiasticorum, & à Paulo II. in extrauagante, ambitiosæ, fuit illi adiuncta, pœnis appositis, cõmunibus locationi bonorum Ecclesiasticorum vltra triennium, & alienationi eorundem bonorũ, de eo erit nunc dicendum.

Añ tpa Pauli II. cõstat fas fuisse locare res Ecclesiasticas absq; solẽnitate ad modicum tempus, hoc est, infra decẽnium, vt patet clem. 1. de rebus Ecclesiæ non alienandis c. vestra, de locato, ac alibi. Vnde, c. vlt. ne præl. vices suas cum quidam annuos reditus cuiusdam Ecclesiæ per septennium conduxisset, nec locator postea stare vellet cõtractui præcipit Summus Põtifex, si de contractu cõstet, compelli locatorem seruare contractum per totum septenniũ. Paulus autẽ secundus in extrauagante, ambitiosæ, restrinxit tps locationis rerũ Ecclesiasticarũ, de quib. loquimur, ad triennium, ita vt locatio earum vltra trienniũ facta sine iusta cã, & solẽnitate iuris, non solũ sit ipso iure nulla, sed ẽt tam locans, quã conducens, sint ipso facto excõmunicati. Si autẽ locans Abbas sit, vel Eps, est illi interdictus ingressus Ecclesiæ. Si verò intra sex menses non resipuerit, est ipso facto suspẽsus ab administratione Ecclesiæ, aut monasterij, cui præest, tã in spiritualibus, quã in tẽporalibus.

Inferiores verò prẽlati, commendatarij, & quicunq; alij beneficia, aut administrationem quãlibet obtinẽtes, ipso facto sunt priuati beneficijs, commendis, aut administrationibus, quorũ bona locauerint. Atque has omnes pœnas similiter statuit aduersus alienantes eadem bona Ecclesiastica, & aduersus ea accipientes.

Caiet. in summa verb. excomm. c. 75. Naua. in Manu. c. 27. nu. 149. & alij, obseruant, non vbiq; esse receptam, & alicubi receptam esse, non in totum, sed quo ad aliquid, solumq; habere vim, vbi fuerit recepta, & quo ad id, in quo recepta fuerit: eo quod leges, nisi vtẽtiũ vsu sint firmatę, pro nõ legibus habeantur: & qm̃ contraria consuetudo potest eas abrogare. Atque ab episcopali curia dicunt in vnoquoq; loco esse addiscendum, quousque extrauagãs illa recepta sit. Nauar. addit, paucis in locis videri receptam quo ad pœnas extrinsecas, sed solum quo ad intrinsecam nullitatis cõtractus, & nullibi quo ad pœnam priuationis beneficiorum, refertque se quondam Salmanticę in quodam eiusmodi euentu locationis vltra tres annos, sniam tulisse, quod cõtractus esset nullus, & tamen locator, neque excommunicationem incurrisset, neq; proinde esset irregularis, quod post eũ contractum celebrasset. Item ait, eam extrauagantem non videri receptam in Lusitania quo ad locationem in solos tres annos: qm̃, inquit, passim reperiri ibi contractus celebratos in quatuor annos. Ego verò, dum hæc Euoræ exponerem, facta diligẽti inquisitione ab Ecclesiasticis iudicibus, & ab aduocatis, qui diu in praxi erant versati, cõperi, extrauagantem illam, non solum in eo Archiepiscopatu, sed ẽt in toto Lusitaniæ regno, esse receptam, & iuxta illam iudicari: credo tamen id solum esse quo ad solam nullitatem contractus ex parte temporis vltra tres annos, non verò quo ad pẽnam excommunicationis, & alias extrinsecas. Receptam tamen esse cum hac limitatione in eo Archiepiscopatu, & in alijs locis (vbi sunt prædia, q̃ idcirco *de quatro ou cinco folhas* appellant, quia quatuor, aut quinque annis indigent, vt integre colantur, ac seminentur) quod eiusmodi prædia, seu hæreditates, in tot annos locentur, quot indigent, vt integre seminentur.

Postea verò edidit Gama decis. 387. in qua aduersus Nauar. constanter affirmat, in oibus tribunalibus Lusitaniæ receptam esse eam extrauagantem, quo ad locationem ad triẽnium solum, pronunciariq; contractus nullos quo ad excessum, si in longius tempus fiat: qđ aũt, inquit, tollerentur cõtractus ad quadriennium, aut plures annos facti, qui ad iudicium non vocãtur, non est impedimento, quominus ea extrauagans in eo Regno, modo explicato recepta sit. Coua. 2. varia. resol. c. 16 nu. 6 vltra limitationẽ ex Lusitania à nobis relatam, hanc aliã adhibet, cũ Barb. & alijs, quos citat; modò prædiũ, q̃ locatur, quotannis fructus ferat: si. n. singulis duobus annis eos ferant prædia, vt multis in locis ferre eos solent oliueta, fas erit ea locare in sex annos: si verò eos ferãt de triẽnio in triennium, fas erit ea locare in nouem annos.

Estque satis rationi consentanea ea limitatio, & per epicheiam intelligenda ex eadem extrauaganti, & consentiunt, quæ cum eodem Couar. & alijs disputat. 453. dicta sunt de emphyteuta non incidente in commissum, nisi tempore duplicato, aut triplicato, quando res emphyteutica fructus non ferebat, nisi de biennio in biennium, aut de triennio in triennium, iuxta l. si sic ff. quemadm. seruit. amit. Quod ad hoc verò Castellæ Regnũ attinet, num in eo extrauagans hæc recepta sit. Cou. in calce, nu. 6. cit. sit ait. Apud Hispanos dubium est, an ei constitutioni sit derogatum vidi enim sæpe eam adduci, & tractari in aliquot: controuersijs, & quandoque admissam, quandoque neglectam fuisse; proinde iudicis examinationi hoc dimittimus.

Hęc ille. Audio in hac nostra Conchensi Ciuitate, & Episcoparu eatenus receptam esse, quatenus Nauar. illa sua sentẽtia, quam Salmanticæ tulit, eam recepit, & quatenus receptam eam esse in Lusitania testatur Gama, & nos paulo ante diximus. Atque eodem modo credo eam esse receptã in reliquo huius Castellæ Regni.

An verò locatio vltra triennium, vt ad sex, aut nouem annos, valida sit, si hoc modo fiat: loco † tibi *Dubiũ*

Digitized by Google

tibi hãc rem Ecclesiasticam pro nouem annis, ita vt tot sint locationes modo nouæ, quo sunt trien-nia, vel ita vt, finito vno triennio, ex nunc locata censeatur pro alio triennio, & eo finito, pro alio. Quicquid autem senserit Bal. procul dubio est di-cendum cum Bar. & cõi doctorum sñia, q̃ Cou. vbi sup. nu. 4. & Alu. Val. de iur. emph. q. 29. nu. 15. referunt, ac sequũtur inualidam eam esse quo ad reliquum ꝛps præter triennium primum. Rõ est, qm̃ id in fraudem legis censetur, quæ locatio-nem vltra triennium prohibet, ac nullam tedduc-pacta aũt in fraudem legũ nulla sunt, quin potius ijs ipsis legibꝫ prohibita censentur, in quarũ frau-dem fiunt: eo q̃ non tam ad verba legum, quã ad legislatorum in eis mentem sit attendendum, vt tract. 5. dicetur. Cõis sñia aperte et confirmatur ex auth. de non alien. §. quod autem, prope finẽ, vbi, cum prohibitum esset concedi emphyteusim Ecclesiasticam, nisi in vitam accipientis, & in duas alias generationes, seu vitas, pronunciatur, nullum esse pactum, quod quidam adijciebant, nempe, quod, finitis illis duobus alijs generatio-nibus, reuerentur ministri Ecclesiæ iterum conce-dere id emphyteusim sequentes successores, eumq; præferre cæteris. Et reddit ibi rectæ hanc ratio-nem dicens. *In hoc enim nihil aliud est, quam per reuolutionem, & machinationem perpetuare eas emphyteuses, magis autem priuationem Ecclesiasti-carum agi rerum. Sed & si quid factum est tale, nullã necessitatem esse reuerendissimis œconomis, duabus hæreditatib. cessantib. cæteris tradere.* Hactenus textus ille. Alu. Val. nu. 9. citato cũ Card. & Ale. subiungit, si locatio solum sit facta ad triennium, elapsoq; primo anno fiat iterum locatio ad aliud triennium finito primo, esse inualidũ contractũ: quia censetur prorogata prior locatio vltra trien-nium. Bene tamen Alu. Vala. ibi subiungit, d intelligendum esse, si fiat eidem personæ, & pro eã-dem pensione. Si. n. fieret diuersæ aut eidem per-sonæ pro diuersa pensione, non censeretur pro-rogatus prior contractus, sed initus alius de nouo. Suspecta tamen mihi est hæc opinio, quãdo fieret eidem personæ, esto variaretur pensio; qm̃ facilè interuenire posset fraus: & qm̃ nullus diceret, fas esse a principio inire cum eodem duos illos con-tractus pro diuersis illis pensionibus: quippe cũ id verè esset locare eidem vltra triennium, neque iura tam attendunt, quòd fit pro eadem, aut pro diuersa persona, quam quòd non locetur eidẽ vl-tra triennium. Cou. vbi sup. nu. 6. cum Decio ad-dit, non solam locationem vltra triennũ esse pro-hibitam, sed & simul esse censendum prohibitum concedere alicui facultatem locandi vltra vnã vi-cem ad triẽnium, ita quòd si alicui detur manda-tum, aut facultas locandi rem aliquam Ecclesia-sticam in nouẽ annos, v. g. si semel locet ad trien-nium, facta ea locatione, cessare mandatum, & fa-cultatem, ac proinde, finito primo triennio non posse iterum eam rem locare, etiam conductori diuerso, sine nouo mandato, ac facultate. Addit ta-men hanc suam, & Decij sententiam, quibus data dubia videri posse.

Mihi verò non solum dubia, & scrupulosa ni-mis vr, sed & omnino falsa, vt quæ nullo solido fun-damento, aut iure nitantur, & quæ irrationabiliter statuerent. Cur. n. ecclesiasticus, q rationabili ex cã Romã, aut in Indiã discedit, non concedet facul-tatem locandi res ecclesiasticas loco sui iuxta iu-ris præscriptum tpe toto, quo ipse absens fuerit.

## Vtrum alienatio, aut locatio, in ma-ius tempus, quam sit iure permissũ, valida sit in minus tempus iure per-missum, in eo maiori inclusum.

### DISPVT. CCCCLXVII.

*SVMMARIVM.*

1 *Locatio aut alienatio rei ecclesiasticæ vltra tempus a iure permissum, an inualida sit tantum quo ad excessum, an verò in totum.*

2 *Tempus a iure permissum, separari potest a tẽpore prohibito, sicut vtile ab inutili.*

3 *Locatio, & qualibet alia alienatio rei ecclesiasticæ quando inualida, etiam quo ad breuius tempus inclusum in maiori inualido.*

4 *Clement. 1. de rebus eccles. non alienand. quomodo intelligenda.*

1 Disputatio hæc quasi appendix est præceden-tis. Exempla sunt. Si res Ecclesiæ tradita erat in emphyteusim ad tres solum vitas, vtrum au-then. de non alien. non dari ad plures præscribit, emphyteusisq; sit finita, nec dumq; mensæ sit in-corporata, iuxta ea quæ in sequentibus dicentes, tunc fas est prælato siue noua solẽnitate illam tra-dere per totidem vitas, vt ẽ dicetur, non verò per plures, alioquin id irritum erit, & inane. Quæritẽ ergo, num si prælatus eam emphyteusim tradat in quatuor, aut in quinque vitas, valida sit ea tra-ditio quo ad tres vitas inclusas in illis quatuor, aut quinque, & solum quo ad excessum sit inuali-da: an verò omnino sit inualida, etiã quo ad tres priores vitas. Itẽ nefas est locare res ecclesiæ vltra triennium, & si aliud fiat irritum est id, & inane, vt disp. præcedente ostensum est. Quæritur ergo, si res ecclesiæ locetur per quatuor, aut sex annos, vtrum valida sit ea locatio per solos tres priores annos, & inualida quo ad excessum: an verò omni-no sit inualida, & per tres priores annos Bart. & alij quos referunt Cou. 2. var. resol. c. 16. nu. 5. Molin. lib. 1. de primog. c. 21. nu. 28. atq; in quorũ sñiam Couarruuias propendet, censent illas, & alias si-miles dispositiones esse omnino inualidas. Quæst.

Suaderi aũt id põt. Primo, qm̃ in extrauagãti. ambitiosæ hr, locationem factam vltra triẽnium nullius omnino esse roboris, & momenti. Et in au-thentico de non alien. §. emphyteusim, inhibẽdo prius dari emphyteusim vltra tres vitas, additur, *ulitra dari nullo permittimus modo, neq; quod sit, habere aliquod robur sinimus.* Et §. si verò in per-petuum, sic hr: *Si vero in perpetuam quispiam em-phyteusim accipere præsumpserit, quod nõ licet, aut spalem quidẽ, non tamen secundũ huius nostræ legis* 1 *obseruationem* (hoc est vltra tres vitas) *et sic cadat*

*quidem de emphyteusi, & quod datum est, maneat apud venerabilem domum.* In quibus verbis Couᵖ̃derat verbum illud, *cadat*, quod significat, cessare ab eo iure, quod licuè ei concedi potuit, alioquin non esset congrua loquendi forma: quippe cū ab eo contractu, vel ab ea parte conuentionis, quæ nulla est, non statuitur congruè, ꝙ cadant contrahentes. Denique in clem. 1. de reb. Eccl. nō alien. dr, *Nec recipienti ius aliquod acquiratur.* Negatio autē illa, nec aliquod, etiā in qualibet minutissima parte verificatur, vt notant gl. clem. 1. de for. cōp. verb. aut earū, & Panor. ac alij, quos Couar. citat.

Secundò, qm̄ in ijs, quæ pendent a voluntate duorum, & in quibus agitur de obligatione contrahenda, si actus non valet, vt fit, neq; valebit, vt fieri potuit, vt Bart. cōiter tenent, nor. l. 1. §. si quis ita ff. de verb. oblig. Accedit, Rom. cons. 66. respondisse, electionem consulatus ad triennium, neq; ad annum valere, stante statuto, ꝙ electio fiat ad annum, & non vltra, & si aliter fiat, sit nulla.

Communis opinio cum Bar. affirmat, illas, & similes alias dispositiones, aut conuentiones, validas esse quo ad minus tempus, in quo licitè ac validè fieri potuerūt, in maiori inclusum, inualidas verò esse solum quo ad excessum. Eā refert, ac cōfitetur communem Couar. vbi supra, eandem referunt, ac sequuntur Molina num. 28. citato, Iul. Clar. lib. 4. sen. §. emphy. q. 6. & §. fruduum, q. 13. & Gam. dec. 387. n. 3. asserens, iuxta illā frequentissimè fuisse iudicatū i Senatu Lusitano; tametsi addat, se ēt vidisse aliqñ iudicatum iuxta sententiam contrariā. Confirmatur vero in primis, ex §. quod autem, in fine, in authent. de non alien. vbi dr, si emphyteusis data sit ad vitam accipientis, & quorum insuper hæredum, sed cum pacto, ꝙ mortuo vltimo hærede ex illis duobus, iterum tradatur hæredi illius, & is præferatur cæteris in ea emphyteusi, & additur. *Si quid factum est tale,* (idest, si concessa fuit emphyteusis cum eo pacto,) *nullam necessitatem esse reuerendissimis œconomis duobus hæredibus cessantibus, cæteris tradere.* Vti vides, validum pronunciati contractum quo ad tres tātum priores vitas, nō vero quo ad reliquas simul in eodem contractu deductas in pactum. Respondet tñ Couar. nec sine probabilitatis spem ibi emphyteusim fuisse concessam solum quo ad tres vitas, iuxta præscriptum iuris, sed adhibitum insuper fuisse pactum aliud in fraudē legis, quod finitis eis vitis, concederetur iterū in totidem vitas hæredi illius, qui vltimus fuisset ex priori contractu, eaq; de causa validum fuisse pronunciatum primum contractum, & inualidum pactum aliud in fraudē legis illi adiectum. Cæterum, cū simul pactum illud celebratum fuisset cum priori contractu, atque adeo virtute, & in effectu contractus illo esset in sex vitas simul, ac proinde eo fieret trāsgressio legis prohibentis dari emphyteusim. Ecclesiasticam vltra tres vitas, vt ex ipsamet decisione eius textus constat, sanè ea in eo textu non parū corroboratur communis opinio, vsque pendiur ad exponendos textus ex eodem authentico citatos. Confirmatur 3. deinde, qm̄ in ciusmodi cōtractibus separari optimè potest tempus a iure permissum, à tempore prohibito: quando autem vtile ab inutili separari valet, vtile per inutile non vitiatur, vt dr l. 1. §. sed si mihi. ff. de verborum obligationibus, & reg. vtile, de regulis iuris, li. 6. Tertio confirmatur, quoniam donatio facta sine insinuatione vltra summam, quam sine insinuatione fas est donare, licèt ex iuris dispositione inualida sit, id tamē intelligitur, quo ad excessum solum, non tamen quo ad summam, quam sine insinuatione fas est donare, in tota illa quantitate inclusam, vt omnes consentiunt, dictumq; est in materia de donationibus; eadem verò est ratio in re, de qua disputamus; eo quod quantitas temporis vtilis ac lege non prohibiti, separari possit ab excessu prohibito, sicuti ibi in eadem donatione separari potest quantitas, quam sine insinuatione fas fuit donare, ac excessu, qui sine insinuatione non potuit validè donari.

Hæc tñ cōmunis, ac vera opinio, intelligenda Decil.
est in euentibus, in quibus tempus vtile ab inutili pōt separari. Si aūt separari non possit, tunc neq; in tempus, in quo seorsim validè poterat fieri contractus, erit validus. Atq; in hoc oēs, vt Molina numero citato ait, videntur conuenire: quoniam præcipua, ac fundamentalis ratio autorum cōmunis opinionis est, quod vtile tempus ab inutili possit separari. In primis autem separari non potest tempus vtile ab inutili, vt probè Molina in calce numeri citati ait, & nos etiam quondam docuerimus, qñ, qui ad triennium, aut ad aliud modicum tēpus infra decennium, poterat validè locare, locauit, inualidè ad decennium, aut inualide tradidit ad emphyteusim in perpetuum, aut ad vitam, vel vitas aliquot: tunc n. contractus ille, neq; ad triennium inclusum in decennio, aut in longiori tempore, in quod tres ostadita in emphyteusim, valet, sed quo ad totum omnino tempus est inutile. Rō est, qm̄, vt in superioribus est ostensum, locatio ad decennium transfert dñium vtile, estq; verus contractus emphyteuticus, specie distinctus a locatione in modicum tempus, nullaq; pars est in illo, neq; primum triennium, quæ non sit eiusdem rationis cū toto, & cū singulis alijs partibus: quare cum in cōtractu emphyteutico, etiā si solum sit ad decennium, nulla pars sit, quæ habeat rōnē locationis presse sumptę, seu ad modicū tēpus; consequens profectò est, vt in eo contractu separari nō possit ipse vtilo, ꝙ tōnem habeat locationis ad triennium, aut ad aliud modicum tēpus. Hinc sequitur, quamuis maioratus, emphyteuta, ac feudatarius, valide possint locare ad triennium, aut ad aliud maius tēpus infra decēnium, quia tamē valide nō possunt locare ad decēnium, aut vltra, sequitur, inquam, iudicē, si id facere attentent, inualidū esse contractum, etiam ad triennium, aut ad aliud modicum tempus infra decennium, in illo maiori incluſum. Sequitur etiam, cum bona Ecclesiæ absque iusta causa, & seruata solemnitate iuris locari non possint vltra triennium, neq; item prædia de nouo in emphyteusim, aut aliter alienari, in quam sequitur, si sine causa debita, & solemnitate iuris tradantur de nouo in emphyteusim, aut locentur ad decennium, aut vltra, inualidum

omnino

omnino esse cõtractum, etiam quo ad tres annos priores: cùm tamen, si locarentur ad nouẽ annos, validus esset contractus quo ad tres priores annos, qui eiusdem rationis, atque speciei locationis sunt cum integris nouem annis; & inualidus solum quo ad reliquos sex posteriores. Illud admonuerim, si contractus de rebus Ecclesiasticis in hunc modum fieret; loco tibi hoc prædium tribus annis, & illis finitis, ex nunc tibi illud loco quater pro alijs duodecim annis vsq; ad quindecim: meo iudicio validum esse contractum pro tribus prioribus annis, & inualidum quo ad reliquos. Quoniam primus contractus verè fuit locationis quo ad primum triennium: reliqua verò pacta, p alijs duodecim annis, quę in fraudem legis simul fuerint subiuncta, nulla fuerunt, nec vitiarunt triennium primi contractus ab eis separabile. Eodem modo, si maioratus locet prædium vinculatum in nouem annos, adiecto simul pacto, quod eis finitis sit ex nunc locatum in totidem annos, credo validum esse primum contractum, quãuis pactum subiunctum sit nullum. Atq; hoc in quacunq; opinione confirmant verba, quæ ex authẽ. de non alien. §. quod autem, supra relata sunt.

3 Deinde; quando † coniecturis constat, cõtrahentes celebraturos non fuisse cõtractum in breuius tempus inclusum in maiori, inualidus est contractus, ẽt quo ad breuius tempus inclusum in maiori inualido. Ita cum Bar. & alijs Molina nu. 28. citato, & Cou. nu. 5. etiam citato. Exemplum adhibent, quando res locaretur in totam vitam conducentis: neque enim credendum est pro eadem pẽsione quotannis celebraturos similiter fuisse contractum ad solum triennium, aut ad aliud modicum tempus. Bene tamen obseruat postea Molina in calce eiusdem numeri, id ex capite paulò an tea citato potissimum esse verum. Nempe, quia locatio ad vitam est emphyteusis. distinctus specie contractus à locatione ad modicum tempus, ac proinde à toto eo tempore, & in toto eo cõtractu, separari non posse, tamquam partem illius, locationem ad modicum tempus, quæ est alterius rationis, & speciei. Addit Molina cum Alexan. & Tiraq. esto ex alijs coniecturis non constet, contrahentes celebraturos non fuisse contractum pro breuiori tempore incluso in longiori, si tñ multũ alteri eorum interfit pro eo tempore, & non pro sola parte, fuisse contractum, quia videlicet nocumentum illi sequeretur ex contractu quo ad solã partem, id satis esse, vt censeatur non aliter fuisse contracturos, ac proinde inualidum esse contractum pro parte. Ita colligitur ex l. fundus, iuncta gl. ibi, & communi doctrina scribentiũ, ff. de con trah. emp. & l. 1. §. interdum. ff. de ædi. edict. Cou. nu. citato cum Baldo & alijs quos refert, consel, si locatio de re Ecclesiastica facta sit inualidè ad aliquod tempus, putà ad sex, aut nouem annos, pro vnico pretio in totum id tempus, tunc, etiam iuxta communem opinionem, inualidam esse pro primo triennio in illo longiori tempore incluso. Quoniam ex ipso, quòd pro vnico pretio in totũ id tempus facta est, existimandum est contrahentes non voluisse celebrare contractum pro parte in toto eo tempore inclusa. Placet tamen cum Iulio Claro. §. emphyteusis q. 6. & cum Molina numero 28. dicamus, nisi aliunde fit coniecturę, eosdem contrahentes noluisse celebrare contractum pro parte inclusa in toto eo tempore, illam sufficientem non esse quando tempus totum locationis est vniforme, & pretium commodè diuidi potest æqualiter per singulos annos. Neque ex eo, quòd vnico pretio pro omnibus annis sit facta locatio, quod vnica censeatur locatio in totum id tempus, sequitur, vtile ab inutile non posse diuidi: quandoquidem in vnica donatione vltra summam, quam sine insinuatione fas est donare, vtile ab inutili separatur, vt rectè ibidem Molina subiungit.

Ad primum verò argumentum contrariæ opinionis dicendum est, ea omnia iura intelligenda esse quo ad excessum, quò ad quem, neque minima pars est valida; nõ verò ea iura loqui de vtili, quod iuribus est permissum, quodq; coniũctum est cum excessu inutili eis iuribus prohibitum, ac nullum redditum.

4 Obserua † autem, clementinam 1. nõ loqui de locatione ad modicum tempus, quasi vllam illius partem prohibeat, aut nullam reddat, sed de alienationibus, in quibus, vt cum Molina dictũ est, non habet locũm, quod locatio ad modicum tempus in eis includatur, ac valida nihilominus sit. Verbum autem, *cadat*, quod ibi Couar. ponderat, à nobis sanè pugnat: significat enim, cadat ab emphyteusi, elapso tempore vtili in tali concessione incluso, quasi vere vi huius prohibitionis decidat ab emphyteusi legitimè illucusque possessa.

Si autem iuxta Couar. opinionẽ, vi illius sanctionis, tempus omne concessionis excluditur, nõ propriè diceretur cadere ab emphyteusi, quam nunquam obtinuisse.

Neque satisfacit, quod Couar. ait, cadere scilicet a iure, quod licitè ei concedi potuisset: si enim nunquam ius illud obtinuit, neque fuit illi cõcessum, certè non propriè ab illo, vt eius concessionis, cadere diceretur: quippe nullus ab eo statu, aut gradu, cadere dicatur, quem nunquã habuit, saltem in debito.

Ad secundum dicendum est, doctrinam illam esse veram in euentibus, in quibus dictum est, ita intendere, quod inutiliter fit, vt non censeantur voluisse vtile in eo inclusum, quod nihilominus vtiliter potuissent. Dicendum præterea est, doctrinam illam simpliciter esse veram: quia actus quo ad id, quod non valet, vt fit, neque valet, vt fieri potuisset; vt si actus totus, & singulæ illius partes, non valent, vt fiunt, annullante totum, & omnes illius partes, lege aliqua si certo modo fiant, non valent, vt fieri potuissent: actus autem, de quibus modò loquimur, quo ad aliquid valent, vt fiunt, & quo ad aliquid non valent; vnde quo ad id, quo ad quod valent, falsum est, dicere non valere, vt fiunt.



Digitized by Google

Quis bona Ecclesiæ alienare possit. Quæ causa, & quæ solemnitas ad immobilia, & mobilia pretiosa alienanda requiratur. Et quæ bona dicantur de mensa.

## DISPVTATIO CCCCLXVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Bona ecclesiæ quis alienare possit.*
2 *Alienatio bonorum immobilium ecclesiæ, seu bonorum pretiosorum mobilium, vt valida sit, quę requirantur.*
*Et quid si talia bona, seu res, sint ecclesiæ cathedralis. nu. 3.*
4 *Auctoritas quid.*
5 *Tractatus quid.*
6 *Consensus expressus idem est, quod collaudatio, & approbatio.*
7 *Subscriptio ad aliquam rem, seu contractum, quando necessaria per prælatum ecclesiæ.*
8 *Prælati præstant iuramentum coram Summo Pontifice de non alienandis rebus ecclesiæ.*
9 *Episcopus solus sine alijs solemnitatibus, potest rē ecclesiæ paruæ vtilitatis, alienare.*
10 *Episcopus, & Abbas soli possunt bona de mensa alicui concedere, ad vitam tantum ipsius concedentis.*
11 *Prælatus an sine solemnitate, & consensu capituli possint repudiare legatum, ecclesiæ factum, adeo quod non incidat in pœnam.*
12 *Bona monasterij quibus solemnitatibus alienari possint.*
13 *Bona ecclesiæ secularis inferioris ad cathedralē, vt alienari possint, quæ requirantur.*
14 *Alienatio rerum ecclesiæ vt valida sit, vltra alia requisita, etiam iusta causa, & debita solemnitas à iure præscripta, requiritur.*
15 *Alienatio si sit ipso iure nulla, res alienata cū omnibus fructibus ex ea perceptis, restituitur ecclesiæ.*
16 *Bona ecclesiæ si impignorentur, aut hypothecæ subijciantur, vel alio modo alienentur, necessaria est causa legitima, & debita solemnitas: alias alienatio erit ipso iure nulla.*
17 *Ecclesiæ res in feudum, vel emphyteusim tradi cōsueta, antequam incorporetur, & fiat de mensa, potest de nouo tradi absque solemnitatibus requisitis.*
*Cum declaratione tamen, vt ibi, & nu. 19.*
*Et quid si talis res sit alicuius monasterij, collegij, vel capituli, quod requiratur, vt de nouo concedatur. nu. 18.*
20 *Ecclesiæ, res quando dicenda sit consueta tradi in emphyteusim, vel feudum.*
*Et quando censenda sit incorporata mensæ, vt de mensa dicatur.*

1 DE hac re est prima conclusio. De iure † cōi solus plātus alienare pōt mobilia bona, quę pretiosa non sunt, aut quæ seruando seruari non possunt. Idē dic de quocunq; alio, qui bonorum ecclesiæ hēt administrationē. Hanc affirmant gl. in summa (hoc est, in princ. totius quęstionis) 12. q. 2. itē gl. c. tua, de his quæ fi. à prę. sine consensu c. ver. tractatu, & Pan. ibi. nu. 7. itē gl. c. nulli, ver. immobilitū de reb. eccl. non alien. & Pan. ibi. nu. 8. & gl. c. is cui, de elect. lib. 6. ver. immobilitū, concinitq; textus ibi, & colligit apertè ex cle. 1. de rebus eccl. non alie. Si. n. vt ibi dī, solus prælatus locare pōt bona immobilia, vendereq; fructus beneficiorū ad modicum tps, hoc est, infra decēnium, longè maiori cū rōne vēdere poterit singulos fructus perceptos, atq; adeo bona mobilia, q̄ seruādo seruari non pñt, esto pretiosa sint. Apertius hī in extrauaganti, ambitiosæ, de reb. eccl. nō alien. vbi Paulus II. prohibet alienare, & locare vltra trienniū, bona oīa ecclesiastica, tā immobilia, q̄ mobilia pretiosa quæ seruando seruari pñt, & concedit alienare mobilia, q̄ seruando seruari nō possunt. Idē cōfirmatur ex c. nulli, de reb. eccl. nō alien. & ex auth. de non alien. quibus in locis, dum prohibetur alienatio bonorum ecclesiæ solum fit mētio de immobilibus cum quibus glossæ computant mobilia pretiosa, quæ seruando seruari possunt.

2 Secunda conclusio. Vt licita † ac valida sit alienatio bonorum immobilium, atque eorum bonorum pretiosorū mobilium, quæ seruando seruari pñt, necessaria in primis est legitima causa. Qñ aūt adest, dī esse casus concessus à iure ad alienandum. Porrò causæ legitimę ad alienandū ad quatuor reducuntur, quas commemorat glo. illa insignis in summa 12. q. 2. quam doctores cōitet sequuntur, atque inter alios Pan. c. nulli, citato, nu. 5. & alijs, quos Cou. 2. var. reso. c. 17. nu. 2. refert, ac sequitur. Prima est necessitatis: Vt q̄n debita vrgent ecclesiā; aut alia similis necessitas, nec de alijs bonis, aut alia via, pōt cōmodè ei subueniri, q̄ alienando bona immobilia, aut mobilia p̄tiosa. Scda est vtilitatis. Pōt. n. commutari vnū bonum immobile, aut mobile pretiosū, pro alio ecclesiæ vtiliori: & vendi vnum, vt aliud ecclesiæ vtilius emat, aut conficiat. Tertia est pietatis. Vt ad redimendū, & ad subueniendū nō solū extremis, sed & grauib. proximorū necessitatib. nō solū eorū, q̄ sint de eadem ecclesia, sed etiā qui sint de alijs. Possunt verò ad id vendi, non solum bona immobilia, & mobilia pretiosa, quæ cōsecrata non sint, sed etiam quæ sint consecrata, vt calices, vt cōstat l. sancimus. C. de sacrosanct. eccle. & in authentico de alienād is, & c. sicut oīno, c. aurum, c. gloria. 12. q. 2. laudaturq; Augustinus à Possidonio in vita eiusdem Augustini, q̄ vasa ecclesiæ frangi, ac vēdi fecerit pro captiuis redimēdis, atq; ad subueniendum paupertati, ac miseriæ egenorum: idemque cōmemorat fecisse Ambrosium, cuius est c. aurū, citatum, tātaq; esse posset necessitas proximorum vt sub reatu lethalis culpæ teneretur prælatus de eiusmodi bonis eis subuenire, q̄n aliter nō posset. Non tamen pro quacunque proximorum necessitate fas est alienare bona ecclesiæ, sed pro ad modum graui, ea præsertim bona, sine quib. cōperte diuinus cultus nō relinqueret. Neq; pro eruendis à iusta pœna malefactoribus esto illa grauis sit, ac valde molesta, fas est ea bona diuendi, ac alienari.

Quando

Qñ autẽ cã ad alienandum hmõi bona eccleſię ſubeſt, incipiẽdum eſt ab alijs quæ diuino cultui non ſunt dicata, niſi dicata ſuperflua eſſent: & qñ ad alienationẽ dicatorum cultui diuino eſſet deueniendum, incipiendum ab ijs eſt, quæ conſecrata non ſunt: conſecrata aũt non, niſi ex vrgentiſſima cauſa ſunt alienanda, aut pignori tradenda, præſertim laicis. Hæc omnia, doctè ac fusè Coua. 2. variat. reſol. c. 16. nu. 8. & 9. Eum legito.

Quarta cauſa eſt, incommoditatis. Vt qñ res aliqua eccleſiæ plus incommodi illi affert, quam fructus, vt ſi longè diſtet, ſitque modici fructus, aut alia incommoda illi afferat, vt conſtat. c. terrulas. 12. q. 2. Hæc tñ, & præcedens cauſa, ad duas priores neceſſitatis, & vtilitatis reuocari poſſunt: qua de cauſa aliquando in iure illarũ ſolũ duarũ priorum ſolet fieri mentio. Tota hęc ſecunda cõcluſio communis eſt, omnesque ad vnum conſentiunt, vt alienatio licita ſit, requiri cauſam legitimam. Vtrũ aũt, vt valida ſit, neceſſaria ẽt ſit legitima cauſa. Communis doctorum ſententia affirmat neceſſariam eſſe tametſi pauci diſſentiant, de qua te infeſtius erit ſermo, explicata prius ſolemnitate ad res eccleſiæ alienandas requiſita.

3 Tertia concluſio. Vt † alienatio preſſe ſumpta, vendendo, commutando, aut alio modo transferendo directum dominium, non ſolum licita, ſed ẽt valida ſit, ſi eccleſiæ ſit cathedralis, ſequens ſolemnitas eſt neceſſaria. Nempe, vt, præter conſenſum, & autoritatem Epi, præcedat tractatus, & poſt tractatum accedat conſenſus capituli, & ſubſcriptio. Hæc concluſio patet ex c. ſine except. 12. q. 2. c. 1. c. cum apoſtolica, & c. tua, de his quę fiũt à prælat. & ex c. vt ſuper. §. poſſeſſiones, de reb. eccl. non alien. atq; ex alijs iuribus, eamq; affirmãt, ac tradunt Panor. latè, c. 1. de his quæ fiunt à prælat. & doctores cõmuniter varijs in locis. De ſingulis verò, quæ in prædicta ſolemnitate continentur, aliquid eſt dicendum.

Primò dictum eſt, neceſſariam eſſe cõſenſum, & autoritatem Epi. Circa † quod obſerua, autoritatem epiſcopi non aliud eſſe, quam eiuſdem cõſenſum. Vt enim probè notat glo. c. 1. de reb. eccl. non alien. lib. 6. verb. tractatus, cõſenſus eius, qui ex munere publico præeſt, autoritas dr. Vnde conſenſus Papæ, dicitur autoritas Papę, & conſenſus Archiepiſcopi, epiſcopi, aut Prælati, dicitur autoritas Archiepiſcopi, epiſcopi, aut Prælati. Quãuis autem olim neceſſaria fuerit autoritas duorum epiſcoporũ, vt notat glo. in ſumma, 12. q. 2. hodie tamen ſufficit autoritas epiſcopi cum conſenſu capituli: neq; eſt neceſſaria autoritas Archiepiſcopi, niſi in ſua Archiepiſcopali eccleſia, vt Panor. notat. c. 1. de his quæ fiunt à prælat. num. 5.

Secundò dictũ eſt, neceſſarium eſſe tractatum.
5 Eſt † verò tractatus quippiam diſtinctum à conſenſu, atque ad illum prævius, vt ſatis conſtat ex c. 1. de reb. eccl. nõ alien. lib. 6. & c. tua, de his quæ fi. a præl. Eſt enim tractatus, vt ibi. nu. 6. Panor. ait, propoſitio, ac diſcuſſio, num conueniat rẽ alienari, vt cauſæ, & rationes pro, & contra, expendãtur: poſt eam verò diſcuſſionem, ac tractatum ſequi ſolet cõſenſus, vel diſſenſus. Hinc colligit ibi Pano. qñ ſtatuto aliquo ſub aliqua pœna tractari aliquid prohibetur, ſatis eſſe, ſi res, modo explicato, proponatur, ac diſcutiatur, vt, id proponentes, ac tractantes, in eam incidant pœnam, neque eſſe neceſſe, ꝙ accedat conſenſus; & multo minus, qđ res exequutioni mandetur. Quidam dixerũt præcedere debere tres tractatus, ante alienationẽ cuiuſq; ex eiuſmodi rebus eccleſiaſticis, alterq; alienationem eſſe inualidã. Ex duobus tñ capitibus citatis aperte cõſtat, ſufficere vnum, debere tamẽ eſſe diligentem pro qualitate rei, de qua agitur; ſolum quippe exigunt tractatum in numero ſingulari, nõ verò tractatus in plurali, atq; ita affirmat Panor. c. tua, de his quæ fiunt à præla. nu. 3.

Tertiò dictum eſt, neceſſarium eſſe cõſenſum.
6 Quod intelligendum † eſt de expreſſo, vt liquet c. 1. de his quæ fiunt à prælato, & ex alijs iuribus citatis: id. n. eſt, ꝙ ibi appellatur collaudatio, hoc eſt, approbatio, & conſenſus expreſſus, conſentitque ibid. Panor. nu. 3. Sufficit tñ conſenſus maioris partis capituli: neq; eſt neceſſarius conſenſus abſentium, ſed ſufficit præſentiũ, vt notat ibi Panor. nu. 5. Vtrum aũt, ſi epiſcopus aliquid alienet reclamante capitulo, aut ſine capituli conſenſu, ſatis ſit capitulum habere poſtea id ratum, præbendo conſenſum poſtea præuio tractatu.

Affirmanter eſt reſpondendũ, vt innuitur apertè. capit. cum nos, de his quæ fiunt à præla. Intelligendum tamen eſt, fieri tunc alienationem validam per conſenſum capituli, non à tempore, quo prælatus ſine eo conſenſu alienauit, ſed à tempore, quo capitulum conſenſit, vt Panor. ibidem, n. 5 ait, conſonat gl. c. 1. de reb. eccleſ. non alien. lib. 6. verb. tractatus: id enim, quod ante conſenſum præceſſit, fuit ipſo iure nullum. Quod ſi prælatus propter bellũ, aut alia de cauſa, capitulo careat, ait Pan. cap. 1. de his quæ fiunt à prælat. nu. 7. debere conuocare alios clericos, req; cum illis tractata, poſſe de illorum conſenſu alienare, quod expedire fuerit iudicatum.

Quartò dictum eſt, neceſſariã eſſe ſubſcriptionem. Hæc † verò ſolum eſt neceſſaria in caſib. à iure expreſſis, vt illa adhibeatur, vt cum Inno. Pan. notat. c. 1. de his quæ fi. a præl. nu. 4. Eiuſmodi autem caſus, vt eodem capite habetur, ſolum ſunt, quando aliquid donatur, venditur, aut permutatur. Imò, vt ibid. Pan. ſubiungit, ſubſcriptio capituli in multis locis nõ ſeruatur. Et Armilla verb. alienatio. §. 6 ait neceſſe non eſſe, vt ſubſcriptio manu canonicorũ, aut religioſorũ fiat, ſed ſatis eſſe, ſi fiat manu notarij; quia id habet conſuetudo. Hac itaq; ĩ re cõſuetudini cuiuſq; loci erit ſtãdũ. Panormit. cap. vt ſuper his, de rebus eccl. non alienan. num. 8. 15. ac alibi, & alijs obſeruãt. Hodie prælatos a Summo † Pontifice promotos, aut de ipſius mãdato cõſecratos, iurare ſe non alienaturos bona immobilia eccleſiæ neq; ea impignoraturos, aut de nouo in feudũ, vel emphyteuſim, daturos, etiam de conſenſu ſui capituli, inconſulto Romano Pontifice. Idemque iuramẽtum præſtant Abbates, vt de quodam inſtrumento publico id mihi noſtris temporibus in Luſitania innotuit, conſentit gloſſ. 1. cap. ego, de iureiuran. quæ



Digitized by Google

affirmat Abbates in sua benedictione idem iuramentū pstare ꝙ Episcopi in sua cōsecratione. Circa eiusmodi autē iuſm obserua, qñ alias alienatio esset valida, quia videlicet ad illam concurrerent legitima causa, & solemnitas à iure statuta, iuramentum hoc non impediret validam esse, esto fuisset facta inconsulto Romano Pōtifice: qm̄ obseruatio huius iuramenti non est de numero solēnitatum, quæ necessariæ sunt, vt alienatio sit.

Trāsgressio itaq; huius iuramēti constitueret quidem periurum transgredientem, nō tñ redderet inualidam alienationem. Pan. loco citato nu. 15. & c. vlt. de eccles. ædifi. à nu. 3. ait duob. modis præstari posse hoc iuramento. Vno, ita vt simpliciter iuretur non alienare inconsulto Romano Pontifice, aut sine ipsius licentia. Tunc ait, si primò modo exhibeatur, solum censeri id iurare in casib. prohibitis à iure; secus vero in casib. à iure permissis, ac proinde alienare posse ex legitima aliqua cā è quatuor supra explicatis, seruata debita solemnitate, nihil eo iuramento impediente.

Qm̄ iuramentum illud non adhibetur ad restringendā potestatem alienandi propria authoritate, sed ad maiorem firmitatem, vt non alienet in casibus, secluso eo iuramento, prohibitis. Atq; de iuramento hoc modo præstito, intelligit c. vlt. de eccles. ædific. vbi summus Pōtifex respondet, non obstante iuramento de rebus ecclesiæ non alienandis, posse Episcopos instituere nouas basilicas, prout conuenire iudicauerint, illis applicando partem reddituum aliarum iam ædificatarū. Si verò inquit, iuramentum secundo modo exhibeatur, vt hodie consueuit à prælatis exhiberi, quia se astringunt, petituros consilium, aut facultatem ad alienandū à Romano Pontifice, ꝙ intelligendum nō est, qñ alienatio est iniusta, sed qñ est iusta, tunc alienare non pōt, ēt in casibus à iure permissis inconsulto Romano Pontifice. Atque hāc refert esse cōem Doctorum sn̄iam cum Ioā. And. tametsi pauci contenderint, ēt iuramentū, quod hodie præstatur, solum obligare in casibus alias illicitis; eo quòd iuſm sit strictī iuris, Panormitani tñ sn̄ia, Ioannis Andreæ, & cōis est nobis amplectenda; limitata tñ cum Pan. ca. vlt. citato, & cum alijs, quòd intelligatur, præterquam in casu notabilis necessitatis, qui locū non daret adeūdi prius Summum Pontificem: retenim iuramentum, neque vinculum est iniquitatis, neque impedire debet maius bonum; in re præsertim, de qua disputamus: per Epicheiamq; cēsendum est, Summos Pontifices non intendere in eo euentu obligare, quoniam, si id intenderent, malè facerent.

Licèt prædictæ solemnitates regulariter necessariè sint, tum vt alienatio licita sit, tum etiam vt
9 sit valida; est tamen obseruandum. Quando † res est modica, & paruæ vtilitatis Ecclesiæ, expeditque eam alienare, Eps solus potest id efficere absque alia solemnitate, vt constat ex capite terrulas 14. q. 2. affirmant glossa in summa eadē distinct. quæst. 2. & Panorm. cum quibusdam alijs, cap. vt super, de reb. eccles. ædific. nu. 9. Additque, nihil impediente iuramentum, quod hodie præstant Episcopi de non alienando inconsulto Romano Pontifice, posse Episcopos alienare eiusmodi res paruas: quoniam non intelliguntur comprehendit, in eo iuramento.

Et quamuis cap. terrulas, de solis Epis loquatur, arbitratur Pan. inferiores Prælatos posse etiā sine tractatu, & consensu capitali alienari eiusmodi res modica, iuxta quædam iura, quæ ibi citat, & concinit glossa c. Abbatius 12. q. secunda. In quo etiam casu intelligendus est Caiet. in summa verb. excommunicatio, ca. 75. quando ait, in alienatione rerum immobilium minimarum nō incurri excommunicationem Pauli II. in extrauag. ambitioſæ. In ea quippe extrauaganti excipiātur casus à iure permissis: verò, de quo loquimur, de numero eorum est.

10 Quando † bona aliqua communia non essent Epō cum capitulo, aut Abbati cum conuētu, sed essent de mensa Epali, aut abbatiali, ait Pan. c. cō timebatur, de his quæ fiunt à præl. nu. 7. & Federicus de Senis, atque Host. quos Pan. citat, posse solum Epm, aut Abbatem, illa concedere alicui, ad vitam tantum ipsius concedentis, absq; aliqua alia solemnitate. Ratio est, qm̄ hoc non est alienare, neque est locare ad longius, quam triennium, quod in extrauaganti, ambitioſæ est prohibitum, neque id cedit in præiudicium capituli, aut ecclesia, sed solius prælatis id concedentis, neque videtur esse aliud quam concedere commoditatem ex re illa ad vitam illam concedentis.

Contrarium fortasse est verum, illaq; concessio improbari videtur c. 3. de arbitris. Ratio autē est, quoniam est vltra triennium. Et quoniam est perniciosum ecclesiæ. Sæpe enim euenit, vt ea res difficilè, & non sine lite, eruatur postea de manu laici, vt aliquando experimēto didicimus in re graui. Quando res aliqua data esset alicui laico in feudū perpetuum, neq; vellet illam reddere propriæ ecclesiæ, tunc, si eam donare vellet alicui alteri ecclesiæ, aut monasterio, sufficeret authoritas episcopi, vt valida esset ea donatio, absque consensu, & tractatu cum capitulo, & absque consensu clericorum ecclesiæ, cuius dominium directum rei illius erat. Ita habetur expresse ca. cum Apostolica, de his quæ fiunt a prælat. idque affirmant Panormit. ibi, nume. 7. & glossa clement. 2. de rebus ecclesiæ non alienan. verb. mensæ. Cum autem cap. cum apostolica, dicat, id non tam esse prælatum alienare, quod possidetur ab ecclesia, quam reuocare ad vsum ecclesiasticum, quod detinetur à laico, id non videtur aduersari iuramento de non alienando inconsulto Romano Pontifice, ꝙ hodie fit; quare fieri posse videtur inconsulto Romano Pontifice.

Dubium est, si prælatus absque solemnitate, & consensu capituli repudiet legatum ecclesiæ factū
11 de re immobili, an † ea repudiatio valeat, & num is prælatus periurus sit, si incōsulto Romano Pontifice id fecit. Panormit. capit. tua, de his quæ fi. à prælat. num. 9. & capit. 1. de in integ. rest. n. etiam 9. disput. hanc quæstionem. Quamuis autem dicat rem esse dubiam, inclinat tamen validam esse repudiationem illam, neque eum prælatum esse periurum.

Ratio

Digitized by Google

Ratio illius est, qm̃ id non est alienare rem Eccle siæ, eò quòd ante acceptationem legati per prælatum Ecclesia non sit domina rei legatæ, vt ex dictis disp. 2. 3. & 181. apertè constat, sed est id non acquirere Ecclesiæ, quod poterat ei acquirere: solemnitas autem solum requiritur ad alienãdum. Addit tñ Panor. Si repudiatio fuit in præiudiciũ Ecclesiæ, dari actionem Ecclesiæ aduersus prælatum, & hæredes illius, vt interesse, ac damnum sequutum restituant. Contraria tñ sũia mihi vt longè probabilior, iuxta ea, quæ cum eodem Pan. disp. 465. dicta sunt, nempe, in re hac de alienatione bonorum Ecclesiasticorum, iura ad bona immobilia, cum bonis immobilibus Ecclesiæ computari. Quare, si legatum sit de re immobili, aut pretio quæ seruando seruari possit (de quo solo legato potest esse difficultas) ius ad illam cum bonis immobilibus, aut cum mobilibus pretiosis, q̃ seruando seruari possunt, est computandũ; cum ergo ante acceptationem prælati Ecclesia acq rat ius ad eam rem; consequens profectò est, vt quãuis repudiatio illa non sit alienatio comparatione rei ipsius legatæ, quod probant ea, quibus Panor. in eam opinionem ducitur, sit nihilominus alienatio comparatione iuris ad eam rem, quod Ecclesia morte testatoris acquisierat, & quod prælatus, ea repudiatione, ab Ecclesia abdicat, ac proinde, vt ea repudiatio inualida sit, atque si is sit Episcopus, aut Abbas, & ius illud erat ad rem immobilem, sit etiam periturus.

Decis.

2 Quarta conclusio. In alienatione † eiusmodi bonorum monasterij, si monasterium non sit priuilegiatũ, ac exemptum ab Episcopo, præter tractatum, & consensum capituli, & superioris eius monasterij, necessarius est consensus Episcopi, alioquin alienatio erit nulla. Si verò sit priuilegiatũ, & exemptum, vt regulariter sunt hodie monasteria omnia, satis est consensus capituli, & prælati, adhibitus iuxta constitutiones, & priuilegia cuiusq; religionis. In nostra aũt societate, iuxta priuilegia illius, necessarius non est consensus capituli, sed satis est tractatus cum consultoribus, nostræ societatis more. Primam huius conclusionis partem affirmant glo. in summa 12. q. 2. & docto res cõiter, constatq; apertè ex c. Abbatibus, 12. q. 2. & ex c. in venditionibus, 17. q. 4. Secundã partẽ affirmat Turrecremata in summa nume. 12. q. 2. Neque indiget probatione; cum id in priuilegijs cuiusque religionis, aut monasterij exempti, contineatur. Tertia autem pars constat ex priuilegijs nostræ societatis in bulla Pij V. anno 1566. & Greg. XIII. anno 1575. quæ modum celebrandi contractus, & alienandi res, præscribunt sine capitulo, accommodatum constitutionibus, ac regimini societatis. Neque in ea est necessaria facultas Summi Pontificis ad alienandum, nisi in casibus à iure non cõcessis, vt ex bulla Pij V. cõstat.

3 Quinta conclusio. Si res † alienanda sit Ecclesiæ secularis inferioris ad cathedralem, tunc, si principalis autor eius alienationis sit Episcopus, necessarius est tractatus, & assensus sui proprij capituli Ecclesiæ cathedralis. Si verò Eps non sit autor, sed autor sit rector talis Ecclesiæ, tunc, si ea inferior Ecclesia hẽat proprium collegium, necessarius est tractatus Rectoris cũ suo collegio, & consensus collegij vna cũ Rectore, atq; insuper autoritas, seu cõsensus Epi. Quòd si Ecclesia collegio careat, alienare poterit solus rector cum autoritate, seu consensu, solius Epi. Hæc conclusio est Panor. c. 1. de his quæ fiunt à præl. nu. 5. Prior autẽ pars satis colligitur ex c. 1. de reb. Eccl. non alien. lib. 6. Audiri tñ dẽt rector Ecclesiæ inferioris, si illũ tũc hẽat, q si illo careat, vacetq; tunc rectore, cõstitui debet defensor, q partes Ecclesiæ agat, vt ex c. 1. citato constat. Neque. n. Eps, ẽt cũ cõsensu sui capituli, põt absque necessitate alienare bona Ecclesiæ inferioris sine consensu rectoris, & collegij, si collegiũ habeat, vt constat ex c. placuit, 12. q. 2. ex c. si qs Eps 10. q. 2. & ex ca. 1. de reb. Eccl. non alien. libr. 6. Secus aũt vbi adesset necessitas, vt satis innuitur ex c. 1. de reb. Eccl. non alien. lib. 6. & c. placuit, & c. si qs Eps, citatis. Et tũc audiri ẽt debet talis rector Ecclesiæ, aut defensor constitutus, esto consensus illius non sit necessarius, Eadem pars confirmari põt ex c. cum Apostolica de his q̃ fiunt à præl. vt ibi. Pano. nu. 9. obseruat. Posteriorem verò partem affirmat gl. in summa. 12. q. 2. & constat apertè ex c. Abbatibus, & c. placuit, 12. q. 2. Rõ autem cur in euentu prioris partis huius conclusionis requiratur tractatus, & cõsensus proprij capituli Epi, nõ verò in euẽtu huius posterioris partis, hæc est iuxta Pan. nu. 5. citato. Quoniam in illo priori alienatio fit per Episcopum; ne ergo diffiparet bona inferioris Ecclesiæ, necesse fuit illi præscribi eam totam solemnitatem. In hoc verò posteriori, quoniam alienatio fit per rectorem, oportuit in primis, illi præscribere, vt adhiberet solemnitatem, quam prælati adhibent, tractãdo rem cum suo collegio, interueniente q; consensu illius, si illud habeat: atq; in re proposita nomine collegij, ẽt intelligitur communitas aliorum beneficiariorum eiusdem Ecclesiæ, vt Gam. decis. 49. nu. 2. ait, si ea ecclesia, vltra rectorẽ, aut priorẽ, beneficiarios illos habeat. Deinde verò decens ẽt fuit, vt simul, tamquam necessariũ ad eam alienationem, illi adiũgeretur autoritas, seu consensus, sui proprij episcopi.

4 Sexta conclusio. Vt alienatio † eiusmodi rerum ecclesiasticarũ valida sit, necesse est simul concurrat iusta cã de numero illarũ quatuor, quæ conclusione secunda explanata sunt, & debita solẽnitas à iure præscripta, & à nobis hucusq; præcedentibus conclusionibus explicata. Hæc conclusio est aduersus gl. in summa 12. q. 2. & gl. c. sine except. verb. profuturũ, 12. q. 2. & paucos alios, quos referunt Panor. locis citandis, & Cou. 2. var. resol. c. 17. nu. 2. qui asseruerunt, si forma, seu solemnitas, debita seruetur, esto non adsit legitima causa, alienationem esse validam. Tamen si subiungãt, si Ecclesia ea alienatione notabiliter læsa sit; petere posse restitutionem in integrum, atq; adeò, quod alienatio rescindatur, & restituatur in statum, in quo ante eam alienationem erat. Nostra tamen conclusio communis est, nempe alienationem esse ipso iure nullam, siue desit legitima causa, siue legitima solemnitas, ad alienandum requisita.



Digitized by Google

Eam affirmant gl.pen.c,1.de in integr.restit. Pan.ibi.num.17.c.tua,de his quæ fiunt à prælat. nu.8.c.nulli,de reb.eccl.non alien. nu.7. ac alibi. Cou.nu.2.citato,& plurimi alij, quos refert. Colligitur verò apertè ex c,1,de reb. Eccl. non alien. lib.6. quo in loco alienatio quædã pronunciatur nulla,tũ q̃ seruata nó fuerit debita solemnitas, tũ vel maximè,quòd non interuenerit debita causa.

Colligitur etiam ex clem.1,de reb.Eccles.non alien. Vbi locatio ad vitam, aut ad longum aliud tẽps,nulla ipso iure pronunciatur, si vel absit debita cã,vel solemnitas requisita desit. Apertius adhuc colligitur ex extraug.ambitiosæ,eo.titu.vbi alienatio oĩs facta, præterquam in casibus à iure permissis,nulla ipso iure pronunciatur. Idem colligitur ex c.fine exceptione.12,q.2.ex c.cum apostolica,& ex c.tua,de his quæ fiunt à prælat. Tũc ergo solum alienatio est valida, sed conceditur restitutio in integrum, qñ & seruata fuit debita solemnitas,& adfuit legitima causa ad alienãdum, cæterum Ecclesia in ea alienatione fuit enormiter læsa,quia pretium fuit modicum valde, aut pẽsio constituta,pro qualitate rei, quæ alienatur, fuit admodũ exigua,vt factum fuit in euentu, de quo fit mentio ca.ad nostram de reb.eccles.non alien. Atque de hoc,& de similibus alijs euentibus, intelligendum est c,1,de in integ.rest.

Obserua tamen, vt alienatio valida sit satis esse causam fuisse existimatam legitimam à cõtrahentibus,qñ alienatio facta fuit,esto postea insufficiens comperiatur. Ita glo.c.ad nostram, de reb. Eccl.non alien.& alij,quos Cou.nu.2.citato refert,ac sequitur, Quod si tunc Ecclesia se inueniat enormiter læsam,conceditur ei restitutio in integrum:secus autẽ,si in pretio,aut pensione, non sentiat enormiter læsam. Item qñ constat seruatã fuisse debitam solemnitatẽ, præsumitur ẽt interfuisse legitimam causam qñ contrarium non constat:tametsi Ecclesia tunc admittatur ad probandum legitimam causam non interuenisse. Ita cũ glo,in auth.hoc ius porrectum. C.de sacrosc. Eccl. Baldo, Iasone & alijs, Coua.ibidem. Illud quoq; est obseruandum, constitutiones Archiepiscopatus Olyssiponensis,titu.18.constit.2.habere,esto in scriptura,in qua aliquid traditũ est in emphyteusim, nulla mentio de solemnitatibus requisitis fiat,si lapsum sit spatium triginta annorũ,firmari contractum. De iure etiam cõi contẽdit Gama decis.49.præsumi interuenisse solemnitates requisitas,esto ex scriptura id non constet, citatq; multos doctores id affirmantes. Quando autem alienatio fit pro satisfaciendis debitis Ecclesiæ, mutuoque soluendo,quousque ad mutuantem, & alios creditores,probare spectet, ea debita in Ecclesiæ vtilitatem fuisse conuersa,aut non, disp.300. fusè a nobis fuit explicatum.

15 Quando † alienatio ipso iure fuit nulla,tũc res alienata restituenda est Ecclesiæ cum omnib. fructibus ex ea perceptis, vt patet cap.si quis de reb. Eccl.non alien.emptorq; punitur amissione pretij in Ecclesiæ cõmodum,vt habetur l.iubemus, & in auth.qui res. C.de sacrosc.eccl. Quãdo tamen emptor rem bona fide emit,tunc, qui illicitè eam alienauit,tenetur ei soluere pretium, &, in illius defectum,Ecclesia tenetur id solum ei soluere, in quo ex eo pretio est facta locupletior,vt Pan.ca.si quis,citato,rectè adnotauit.

16 Septima conclusio. Ad † impignorãdum, aut speciali hypothecæ subijciendum,tẽ immobilem Ecclesiæ (idẽ dic de mobili pretiosa,quæ seruando seruari possit) item ad eam locandum in longum tempus, aut ad concedẽdum illam de nouo in feudum,vel in emphyteusim perpetuã, vel ad certas vitas,necessaria est,tum causa legitima, tũ ẽt debita solemnitas,& quodcunque horũ defuerit,alienatio erit ipso iure nulla Idem dicendum est de locatione vltra triennium, & infra decennium,vbi extrauagans Pauli II. ea in parte fuerit recepta. Prior huius conclusionis pars communis est,probatiq; potest.

Primò,qm̃,vt disp.466.est ostensum, illæ oĩs species alienationis prohibitæ sunt in iure: ergo absque legitima cã,debitaq; solẽnitate factæ,illicitæ sunt,ac nullæ: cum aũt non arctius sint prohibitæ,q̃ alienationes, de quibus præcedentibus conclusionibus fumus loquuti,& quæ proprius, ac præcisius sunt alienationes, consequẽs profectò est,vt cum causis,ac solemnitatibus, cum quibus illæ licent,hæ quoque licitæ,ac validæ sint.

Secundò, quoniam ad locandum ad longum tẽps decennij,aut vltra,simul requiritur causa legitima,ac solemnitas debita, aliterq; facta, est ipso iure nulla talis locatio,vt ex clem.1.de reb.eccles. non alienandis liquet: quarè,cum hæc alienationis species minima sit,si cum reliquis cõferatur; consequens est,vt ad hoc, vt cæteræ validæ sint, causa etiam legitima, ac solemnitas similiter requiratur,aliterq; effectæ,nullæ sint omnino. Quo loco obserua,si hę omnes alienationis species sub ea alienatione comprehendantur, quam hodie Episcopi,& Abbates iurant, se non exequuturos inconsulto Romano Pontifice, vt supra comprehendi ostendimus;tunc,vt licitè, atque absq; peccato periurij,ab episcopis,& Abbatibus fiant,insuper requiritur,vt consulto prius Romano Pontifice exequutioni mandentur: non tamen id necessarium est,vt sint validæ, vt de alia specie alienationis supra dictum est.

Adhibendæ ẽt sunt circa has alienationis species limitationes, quæ circa alienationem presse sumptam, ibidem factæ sunt. Posterior verò pars conclusionis probatur. Qm̃ locatio vltra triẽniũ, & infra decennium,est prohibita: ergo saltẽ sine legitima cã,& solemnitate erit illicita,ac nulla,vt ex extrau.ambitiosæ,constat: cũ verò non censeantur arctius prohibita, q̃ alienationes, quæ longè maioris sunt ponderis, ac momenti, consequens profectò est,vt,concurrente causa,ac solemnitate legitima eo modo, quo concurrere debere est explicatum,vt alienationes validæ sint,eiusmodi locatio valida,ac licita sit. Quia tamen regulariter vrgens causa non aderit regulariter quoq; illicita erit,ac nulla. Et,cum alienatio non sit,necesse nõ erit Episcopis, & Abbatibus consulere prius circa eam Romanum Pontificem.

17 Octaua cõclusio. Si res Ecclesiæ † in feudum, aut

Digitized by Google

aut emphyteusim erat tradi cõsueta, potest, antequã incorporetur, & fiat de mẽsa, tradi iterum in feudum, aut emphyteusim, idque absq; solemnitate: modo tñ perseueret, aut adsit, sufficiẽs causa, seu, vt Paulus II. in extrauag. ambitiosæ, ait, modò cũ euidenti Ecclesiæ vtilitate tradatur, hoc est, absq; ambiguitate aliqua expedire Ecclesiæ iudicetur. Hæc est Panorm. c. supra, de reb. eccles. non alien. à nu. 9. eamque affirmant communis doctorum sententia, quã referunt, ac sequuntur Iulius Clar. §. emphyteusis. q. 6. nu. 1. & §. feudum. q. 13. n. 1. & 2. Greg. Lopez l. 3. tit. 26. par. 4. verb. *los otros* Gama decis. 24. & 161. Aluar. Valas. de iure emphyt. q. 11. nu. 15. & Coua. 2. var. resol. c. 17. n. 4. Iulius Clar. q. 13. citata addit, hanc sñiam esse veram, ẽt si feudum, aut emphyteusis, vacauerint tẽpore prædecessoris, modo a successore tradantur, antequam bona illa mensæ, in sensu explicando, sint incorporata. Sententia hæc colligitur ex c. 2. de feudis, & ex extrauag. ambitiosæ.

Cõfirmatur etiam apertè ex c. 1. iuncta gl. ibi, per quos fiat inuestitura, vbi habetur, minorẽ 25. annis, qui absque solemnitatibus debitis alienare non potest, posse tamen inuestire de feudo antiquo ad se reuerso: quia tunc non alienat, sed, quod fuerat alienatum, reformat. Atque hoc aperte ratione illi cõcinit, cui opinio communis innititur. Nempe, quòd id non censetur alienatio, sed cõtinuatio alienationis prius factæ, non incorporando id mensæ: eaque de causa non indiget ea solẽnitate, qua primo alienatũ fuit, sed sufficit prælati autoritas, eiusve, ad quem pertineret illud alienare, si nulla solemnitas à iure fuisset sancita: sicut ẽt, qñ emphyteuta, aut feudatarius, in cõmissum incidit, eiusdem autoritas absque alia solemnitate sufficit, vt permittatur in emphyteusi, aut feudo, perseuerare. Ex doctrina hac adiuuatur, quod Gama decis. 14. cum quibusdam, iuxta doctrinã doctissimi cuiusdã, sui præceptoris, ait se definuisse, nẽpe pupillũ posse nõiare in emphyteusim.

Sicut enim minor inuestire põt in emphyteusi, & feudo, iuxta c. 1. per quos fiat inuestitura, eo p id non fit alienatio: ita ẽt poterit nominare: cum id etiam nõ fit concedere de nouo in emphyteusim. Ex eadem quoque doctrina proficiscitur, qđ ad concedendum iterum in feudum, aut emphyteusim, rem ita tradi consuetam, anteq̃ mensæ incorporetur, necessariũ nõ sit Episcopos, aut Abbates, ad Summum Pontificẽ recurrere, nihil impediente iuramento ab eis prẽstito, quod nõ alienabunt inconsulto Romano Põtifice: id enim nõ censetur alienatio noua, sed continuatio prius factæ, vt Panorm. loco citato recte affirmat.

Couar. loco citato dixit, posse tradi iterum in emphyteusim cum solemnitate, qua consueta est tradi Panorm. verò, & cæteri doctores citati asseuerant, necessarium non esse adhibere de nouo solemnitatem antiquam, qñ à principio cum debita solemnitate concessa fuit, aut id præsumitur. Et id sane probant iura citata, & persuadet ratio supra cum cõmuni sñia reddita. Nec forte aliud voluit Couar. Caldas de renouatione emphyteusis q. 14. quamuis confiteatur conclusionem nostram esse communem doctorum sententiam, quos tam in principio, q̃ in fine eius quæstionis refert; numero tamen 3. ait, communem praxim in Lusitania esse; synodalib. constitutionib. eius Regni roboratam, vt quando emphyteusis finita renouanda est, nouus accedat tractatus, & per arbitratores de vtriusque partis consensu res emphyteutica de nouo inspiciatur, ac exploretur quo ad qualitatem, & bonitatem, atque ita pensio quotannis soluenda eorum arbitrio æstimatur, ac definitur, quæ nunquam solet esse minor, quam antea fuerat constituta, atque ita nouus accedit consensus dñi directi renouationis, quæ renouatio tandem concluditur, ac celebratur per solemnem scripturam, publicumq; instrumentum. Et q. 20. proximi totam refert, qua hæc in eo Regno fiunt, interposita ordinarij authoritate, vt arbitri deputentur, ac res peragatur.

18 Atque qñ † bona ad monasteriũ, collegium, seu capitulum spectant, prius rem in consultationem deduci, congregatoque Collegio, seu capitulo, deliberari, num expediat rem in emphyteusim de nouo concedi, aut renouari, habitoq; diligenti tractatu exploratoque cedere in euidentem ecclesiæ vtilitatem, deputari vnum, aut duos, qui rem ex parte capituli peragunt. Contendit verò Caldas praxim hanc, seu solẽnitatẽ, in Lusitania consuetam, necessariam etiam esse de iure cõi. Nõ est tñ recedẽdum à cõi opinione, ab authoribus etiã Lusitanis comprobata. Vnde arbitror dicendum, eam consuetudinem in Lusitania ortum habuisse ex extrauag. ambitiosæ, quatenus præscribit, res in emphyteusim tradi consuetas posse quidem iterum tradi, sed non nisi id cedat in euidentem ecclesiæ vtilitatem: vt verò examinetur, num id in euidentem ecclesiæ vtilitatem cedat, introductus videtur prẽuius ille tractatus: cum tñ necessarius non sit, sed satis sit, eum, qui rem iterum in emphyteusim tradit, intelligere id vtile esse ecclesiæ. Quare, cum ea praxis non habeat, qñ omittuntur solẽnitates illę, rescindi renouationes emphyteuticas sine illis factas, sane neque in Lusitania sunt hodie necessariæ, vt contractus sit validus.

19 Nostra † tamen conclusio supra proposita intelligenda est, modo non excedatur modus, quo res tradi erat consueta in feudum, aut emphyteusim. Si enim solum erat consueta tradi ad tres tantum vitas, & concedatur ad plures, aut in perpetuum, aut vt deueniat ad personas alterius generis ab illis, pro quibus solita erat concedi, vt si solum consueta erat concedi, vt deueniret ad descendentes accipientis, & concedatur, vt deuenire etiã possit ad extraneos, atque hæc noua concessio fiat non interueniente iusta causa, neque adhibita de nouo iuris solemnitate, tunc ex communi sententia inualida est quo ad excessum, vt Iulius Clarus q. 6. & 13. citatis ait. Vtrum autem quo ad reliqua sit valida. Nos disputatione præcedente cum eodem Iulio Claro, & alijs, ostendimus validam esse, quoniam vtile per inutile non vitiatur, consentitque quod Gama decis. 161. iudicatum in Lusitano senatu refert.

Duo in lucem conclusionis propositæ examinanda

nanda sunt. Primum est, qñ res dicenda sit cõsueta tradi in emphyteusim, aut feudum. Secundum verò, quando censenda sit incorporata mensæ. Quod ad primum attinet, prætermissis alijs opinionibus, quas Iulius Clarus. §. feudum, q. 13. nu. 4. & Greg. Lopez vbi supra, ferunt, ac expendũt, quod ad rem præsentem attinet, dicendum est. Si vel semel res tradita sit ad emphyteusim, aut feudum, concurrente debita causa, ac solemnitate, nec dũq; mẽsæ, iuxta ea quæ dicẽtur, incorporata sit, affirmandum esse, dicendam esse consuetã tradi in emphyteusim, aut feudum, ad effectũ, vt iterum sine noua solemnitate, perseuerãte iusta causa, tradi possit. Ratio est, qm̃ tunc non alienatur de nouo, sed posita legitima alienatione antea facta, continuatur alienatio: quæ est ratio quare fieri possit sine noua solemnitate. Si autem nõ constet antea traditam fuisse concurrente legitima causa, ac solẽnitate, cum hæc præsumatur, quando res perseuerauit tradita in emphyteusim triginta annis, aut quadraginta, quando de contrario non constat, vtique etiam tunc censenda est consueta tradita talis res in emphyteusim, aut feudum, ad effectum, vt perseuerante iusta causa, tradi iterum possit sine noua solemnitate.

Quod attinet ad secũdum, vt colligitur ex gl. Clem. vnic. de excess. præl. verb. ad mensam, ex Innoc. Panor. c. supra citato, & ex alijs, bona cuiusque Ecclesiæ, aut monasterij, ea ratione dicuntur de mensa talis Ecclesiæ, aut monasterij, ꝙ inseruiunt mensæ, hoc est, sustẽtationi pauperũ, & eorum qui de tali Ecclesia, aut monasterio sunt, ipsorumque vtilitatibus. Quòd si Ecclesiæ aliquæ annexæ ad hoc ipsum alicui alteri Ecclesiæ sunt, monasterio, dignitati Abbatis, Episcopatui, aut alteri dignitati, dicuntur esse de mensa talis Ecclesiæ, aut monasterij, vel de mensa Abbatiali, Epali, aut alterius dignitatis, vt tradit glos. citata, commendatque Panorm. vbi supra. Addunt Panor. & Innoc. qñ dominium vtile rei alicuius pertinet ad alterum, eam rem non dici de mensa: eo quòd vtilitas illius ad mensam non spectet.

Fortè tñ cõmodius diceretur, nõ esse de mensa cum addito hoc, quo ad dominiũ vtile: esse tamen de mensa quo ad dominium directum, & pensionem ex dñium vtili, si quæ inde proprietario soluatur. His iactis fundamentis, autores citati docent. Qñ aliquid traditum in feudum, aut emphyteusim, quo ad dominium vtile vacat, reuertiturque ad proprietatem, aut quia hæredes desunt, aut quia finitus fuit contractus, vel emphyteuta, aut feudatarius in commissum incidit, aut quauis alia de causa, non censeri esse de mensa, quandiu mensæ non applicatur per prælatum.

Tunc verò primum censeri de mensa, quando prælatus, aut conuentus, statuens non tradere id iterum in feudum, aut emphyteusim, illud mensæ applicat. Quòd si de aliquibus eiusmodi bonis, quæ ita vacarunt, non constet, an prælatus ea applicauerit mensæ, approbat Panor. dictum quoddam Archidiaconi, 32. q. 8. cap. 1. quo affirmat, si prælatus per integrum annũ ea bona retinuit non tradendo illa iterum in feudum, aut emphyteusim, censendum esse applicasse ea mensæ: sed posse successorem illa iterum tradere in feudum, aut emphyteusim, sine solemnitate.

Hanc verò doctrinam restringit Panor. modo adsit legitima cã: alioquin statim, ac vacant, censenda sunt fuisse mensæ, aut applicata: non secus ac bona, quę ecclesię, aut monasterio donantur, cũ primum donantur, fiunt mensæ, neq; potest prælatus ea sine solemnitate alienare. Quo fit vt si à principio tertæ steriles cum debita solemnitate concessæ sint in emphyteusim, ea iusta de causa, vt ad culturam reducerentur, fructuoseque efficerentur; aut successoribus illius, qui eas ad culturam deduxit, ea rõne iterum in emphyteusim datæ sint, quòd id vtiliter fuerit illi promissum, qui primò ad culturam eas reuocauit, iuxta c. ad aures, de reb. eccles. non alien. tunc, si postquàm ad culturam sunt reductæ, fructuoseque sunt effectę, vacent, neque legitima adsit causa cur iterum in emphyteusim concedi debeant, fiunt continuò de mensa: si verò iterum in emphyteusim tradantur, inualida est ea traditio, vt satis perspicuè in extrauag. ambitiosæ, statuitur. Quin Panor. vbi supra sentire videtur, Episcopum, aut Abbatem, qui id inconsulto Romano Pontifice efficeret, esse periurum.

Illud circa bona, quæ dicũtur de mensa, est addendũ. Interdum in monasterijs bona diuisa esse inter Abbatem, & conuentum. Ac tunc ea bona, quæ ad Abbatem spectant, dici de mensa Abbatialis: ea verò, quæ ad conuentum pertinent, in reliquorum religiosorum sustentationem, ac vtilitatem, dici de mensa conuentuali.

Quemadmodũ in Ecclesijs cathedralibus bona diuisa esse solent inter Episcopũ, & capitulũ, atque ea bona quę ad Episcopum attinent, de mẽsa dicuntur Episcopali: quę verò sustentationi canonicorũ, & aliorũ clericorum eiusdem Ecclesiæ deputata sunt, dicuntur de mensa capitulari.

A quibus omnibus bonis distinguuntur, quæ pertinent ad fabricam. Si quid etiam alicui alteri dignitati, decanatui, archidiaconatui, vel alteri deputatum, atque annexum sit, dicitur esse de mensa talis dignitatis.

## Vtrum res Ecclesiæ concedi possint in emphyteusim perpetuam. Et num, si concedantur accipienti, & hæredibus, aut successoribus illius, solum intelligatur de descendentibus, an etiam de extraneis.

### DISPVTATIO CCCCLXIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Ecclesiastica res quomodo in emphyteusim perpetuam concedi potest.*

2 *Emphyteusi Ecclesiastica cõcessa in perpetuum pro se, & hæredibus, an comprehendantur etiam ascendentes, & hæredes quoscunque extraneos.*

3 *Emphyteusis tam cõmunis quam Ecclesiastica, cõ-*

*cessa*

Digitized by Google

*cessa sine expressione temporis, vsque ad quod tempus censeatur concessa.*

4 *Emphyteusis titulo præscriptionis acquisita, vsque ad tres vitas censetur præscripta.*

5 *Emphyteusis vsque ad tertiã generationẽ concessa, ad extraneos non transit, sed solum descendentes.*

6 *Emphyteusis ad certum numerum annorum concessa, transit intra id tempus ad quoscunque successores.*

7 *Emphyteusis antequam mensæ incorporetur, potest de nouo sine solemnitatibus requisitis eo modo, quo prius concedi, eadẽ causa legitima durante.*

8 *Emphyteusis concessa sine solemnitatibus à iure requisitis, secundum consuetudinem loci præscriptam valida est.*

RAtio dubitandi, quod ad primũ eorum, quæ proposita sunt attinet, est. Quòd in authentico de nõ alienãdis §. emphyteusim, & alijs disp. 467. relatis, solũ conceditur dari res ecclesiasticas in emphyteusim ad vitã accipientis, & duorũ hæredum descendentium, hoc est, alicuius filiorum, aut filiarũ, & alicuius nepotum, aut neptuum, q̃ vocãt dari in tertiam solã generationem, id est, vitam descendentium tantũ. Ibidem cõceditur, posse etiã dari in vitã accipiẽtis, & vxoris, atq; vnius descendentiũ. Oĩs autem alia emphyteusis rerum ecclesiasticarũ prohibetur, irritaque, ac nulla ipso facto pronunciatur. Ratio autẽ dubitandi, quo ad secundum eorum, quæ proposita sunt, attinet, est. Qm̃ etsi multi, de quorũ numero sunt Bar. Speculator, & alij, quos Panor. c. in præsenti, reprobat, à nu. 25. vsq; ad trigesimũ, & Felynus ibid. nu. 27. referunt, censeant, authenticũ citatum correctum postea fuisse per authenticũ de alien. & emphy. §. licentiã, vbi cõceditur, posse res ecclesiasticas tradi in emphyteusim perpetuã; nihilominus Ioan. And. & alij arbitrãtur, correctũ quidẽ esse quo ad tẽpus, & numerum generationũ, ita videlicet vt dari possint in perpetuũ pro filijs, nepotibus proneptibus, & alijs descẽdentibus; nõ tñ correctũ esse quo ad hæredũ qualitatẽ, ita vt, p̃ter descendẽtes, succedere possint ascendẽtes, aut alij extranei.

Atq; hinc variant opiniones quibusdã asserentibus, solũ posse concedi ad tres generationes, iuxta §. emphyteusim, eoq; modo intelligendas esse concessas, qñ, vel absolutè, vel in perpetuũ conceduntur in emphyteusim: alijs verò asserentibus, posse quidẽ concedi in perpetuũ, iuxta §. licentiã, citatum, nõ tamen pro extraneis, sed pro solis descendẽtibus: quoniã quo ad hoc §. emphyteusim, non inuenitur correctus: alijs deniq; affirmantibus, posse concedi in perpetuũ pro quibuscunque hæredibus, aut successoribus, etiam extraneis Res hæc sequentib. conclusionibus est dirimenda.

1 Prima conclusio. Ex iusta † causa, interueniente q; iuris solemnitate, de quibus disputatione præcedente dictũ est, concedi potest res Ecclesiastica in emphyteusim perpetuã, etiam pro hæredibus extraneis. Atq; eo pacto intelligenda est cõcessa, si dicatur, concedo tibi hanc rem in emphyteusim perpetuã, etiam pro hæredibus extraneis, aut si dicatur, pro quibuscunq; hęredibus, aut quibuscunque successoribus, aut pro quibuscunq; placuerit illam relinquere. Conclusio hæc est Panorm. vbi sup. nu. 28. & 29. Felyn. nu. 27. & cõmuni, vt referunt, ac sequuntur Couar. 2. var. resol. c. 16. nu. 5. concluſ. 3. & 4. & Iul. Clar. lib. 4. sent. §. emphyteusis. q. 6. nu. 4. & q. 25. nu. 5, 9. & 10.

Probatur verò non solum quoniam authenticum de alienat. & emphyt. §. licentiam, correxit, atque extendit authenticum de non alien. vt res ecclesiasticæ concedi possent in perpetuã emphyteusim; & cum nullam apposuerit limitationem, consequens sit, vt concedi possint, etiã pro hæredibus, ac successoribus extraneis, atq; vt eo modo concessa intelligatur, dummodo id sufficienter exprimatur, vt sufficienter exprimitur verbis in nostra conclusione propositis: sed etiam, ac potissimum, quoniam, vt Panor. vbi supra notat, & Iulius Clar. q. 28. citata latius prosequitur, quando datur peculiaris dispositio in iure canonico circa suam propriam materiam, qualis hæc est de alienatione rerum ecclesiasticarum, cessat dispositio, & solemnitas iure ciuili circa eam præscripta: quare, cum ius canonicum prohibendo alioquin omnes species alienationis rerum Ecclesiasticarum, eas omnes absque vlla exceptione, concesserit concurrentibus simol debita causa, & solemnitatibus disputatione præcedente explicatis, neque quicquam exceperit, aut statuerit, ea in parte circa emphyteusim, consequens profectò est, vt sicut concurrente legitima causa, & solemnitate, fas est alienare omnino res ecclesiasticas, multo magis validum, ac licitum sit, eas tradere in perpetuam emphyteusim, etiam pro extraneis, modo ad id legitima causa, debitaque solemnitas cõcurrat, & vt ita traditas esse fit contendum, qñ sufficienter id exprimitur, vt fit verbis, de quibus in nostra conclusione sermo est habitus. Optimè tamen Panorm. vbi supra, obseruat, sępe ádesse posse causam iustam, vt concedatur ad tot, vel tot vitas, & non vt concedatur in perpetuum: quoniam illud primum expedire poterit ecclesiæ, non verò hoc secundum, idque multis de causis.

Atq; hæc vĩ esse ratio, cur in Lusitania, ac alibi, vt plurimum concedi soleant ad tres vitas, & non in perpetuum, & cur id ita sancitum fuerit in authentico de non alien. §. emphyteusim. Rarò tñ, meo iudicio, occurret causa sufficiens, vt concedatur solum vt deueniat ad solos descendentes, & non vt deuenire possit etiam ad extraneos, esto facilius aliquantulum finiri possit cum clausula, vt solum deueniat ad descendentes, quam cum clausula, vt deuenire etiam possit ad extraneos.

Est verò concertatio non modica inter doctores, si res Ecclesiastica ex iusta causa, adhibitaque solemnitate debita, in emphyteusim perpetuam tradatur alicui, & hæredibus illius, vtrũ † censeatur solum concessa in solos hæredes descendentes, an verò etiam in ascendentes, & quoscunque alios hæredes extraneos. Dixi, si res Ecclesiastica illo modo conceditur: quoniam omnes conueniunt, si emphyteusis Ecclesiastica non sit, & illo modo sit concessa, nomine hęredum quoscunque esse intelligendos, etiam extraneos: eò quòd hæredis Quæst. 2

Digitized by Google

redis nomen quousque comprehendat, etiam extraneos, & in ea emphyteusi nihil sit, quod suadeat, restrictionem fieri debere ad solos descendentes. Ita, præter Aluar. Valas. de iur. emphy. q. 39. num. 9. iuxta l. prædia. ff. familiæ ercis. & Caldas de nominat. emphy. q. 23. nu. 11. & sequentibus, Iulius Clar. q. 28. citata, nu. 6. & communis sententia, quam refert. Ratio verò controuertendi, id in emphyteusi Ecclesiastica, est. Quod in authentico de non alienandis. §. emphyteusim, sancitum sit, quòd Ecclesiastica emphyteusis solum concedatur in duos descendentes, seu (quod idem est) in tertiam solum generationē, ac proinde nomine hæredum, soli descendentes in ea emphyteusi videantur intelligendi, nisi aliud exprimatur. Atque hæc ex eo solum fundamento & communior doctorum sententia multis in regionibus recepta, vt Iulius Clarus nu. 6. citato copiosè refert, à qua recedere non audet; tametsi dicat, contrariam in puncto iuris videri veriorem. Eādemque sententiam, tanquam in puncto iuris veriorem, amplectuntur Aluar. Valas. nu. 9. citato, & Caldas q. 23. citata, præsertim nu. 25. & 26. Eandem sequuti sunt Senatores Lusitani in sententia, quam Gama latam fuisse decis. 50. nu. 3. & 4. refert; neque sanè, quod Gama ibi in contrarium contendit propter dispositionem legis Lusitanæ, quam citat, vllam vim habet: quoniam, vt disput. 446. ostendimus, lex illa Lusitana vim non habet circa Ecclesiasticas emphyteuses, sed solum circa seculares. Eandem sequuti sunt decis. 72. nu. 1. & decis. 326. n. 4. & 5. Contrariam verò sententiam nempe in ea concessione, nomine hęredum, intelligendos etiam esse extraneos, asseuerat Panorm. vbi supra, & sequitur Couar. 2. var. resol. c. 16. nu. 5. concluf. 4. tametsi subiungat, tutiorem esse contrariam sententiam, & sequuntur plurimi alij, quos Iulius Clar. nu. 6. citato refert, vbi simul ait multis alijs in locis esse in praxi receptam. Ducuntur hi autores, quoniam nomine hæredum, etiam extranei proprijssimè comprehenduntur. Et quoniam authenticum de non alien. §. emphyteusim correctum postea, ac extensum fuit per authenticum de alien. & emph. §. licentiam, absque vlla limitatione ad descendentes. Ac quoniam dispositio illa ciuilis. §. emphyteusim non ligat in materia Ecclesiastica: præsertim cum sacri canones sine vlla restrictione concesserint postea alienationem rerum Ecclesiasticarum quo ad omnem specimem interueniente iusta causa, ac debita solemnitate. Atque hanc sententiam iudico veram cum hac limitatione, quòd vbi fuerit consuetudo recepta, vt in emphyteusi Ecclesiastica nomine hæredum, soli descendentes intelligantur, quando aliud non fuerit sufficienter expressum ei consuetudini stetur: quoniam contractus iuxta consuetudinem loci censetur celebratus. Ita obseruant Panor. vbi supra, Iulius Clar. q. 28. citata nu. vlt. & communis doctorū sententia, quam referunt. In hac enim materia emphyteusis consuetudini in similibus euentibus est standum.

3 Secunda conclusio. Si † emphyteusis Ecclesiastica de nouo concessa sit, existente legitima causa & seruata debita solemnitate, attamen concessa sit sub hac forma, concedo tibi hanc tem in emphyteusim, neq; exprimendo tempus, quo perseuerare debeat, neq; ad quos deuenire debeat, censetur concessa quo ad accipientem, & duos illius descendentes tantum: si verò fit emphyteusis non Ecclesiastica, neque causam, neque solemnitatem requirit, vt concedatur, & censetur concessa in vitam accipientis, & duorum successorum illius, siue illi descendentes sint, siue extranei. Ita affirmant Iulius Clarus q. 28. citata nu. 1. & Couar. 2. var. res. c. 16. nu. 6. concluf. 5 cōmuniq; opinio, quam referunt. Ratio est, tum quoniam ita dispōnit. §. emphyteusim, citatus vt concedatur, & qñ aliud non exprimitur, ita censenda est concessa: præsertim vbi consuetudo est, vt ita regulariter concedatur, vt est consuetudo in Lusitania. Tum etiam quoniam frequētius causa sufficiens adest, vt ita concedatur: non verò vt concedatur in perpetuum, & quando non est censenda concessa in perpetuum, neque vitæ sunt taxatæ, illo modo sit existimanda concessa, qui in emphyteusibus Ecclesiasticis est frequentior. Neque video cur Iulius Clar. ibidem, quamuis admoneat recedendum in praxi non esse ab hac doctrina, addiderit, esse textum rotundum in §. emphyteusim, citato, quòd in hoc euentu finiatur cum vita illius, cui fuit concessa: cum nihil tale ex eo §. colligatur, sed potius contrarium. Cum verò emphyteusis non Ecclesiastica, neque causam, neque solemnitatem requirat, vt valide concedatur, & in illa indifferenter succedant descendentes, & extranei, vera sanè, est posterior conclusionis pars: præsertim vbi, etiam non Ecclesiastica emphyteusis, concedi in tres vitas consueuit, vt in Lusitania.

4 Hinc est dicendū, si † emphyteusis titulo præscriptionis comparetur, non ad longius tempus censenda est præscripta, quàm ad tres vitas siue descendentium tantum si emphyteusis Ecclesiastica sit, siue etiam extraneorum, si sit non Ecclesiastica. Ratio est, quoniam non in longius tempus titulo præscriptionis censenda est comparata, quàm [in minimum, & præsertim in id, in quod frequentius consueuit tradi. Ita cum Bald. Couar. 2. var. resol. c. 16. nu. 6.

5 Tertia conclusio. Si † emphyteusis vsque ad tertiam generationem sit concessa: cum generatio solum sit comparatione descendentium, talis emphyteusis, etiam si Ecclesiastica non sit ad extraneos non transit, sed ad solos descendentes. Hæc est notissima, eamque affirmat Iulius Clarus, q. 28. citata, nu. 2.

6 Quarta conclusio. Quando † emphyteusis ad certum annorum numerum fuit concessa, si Ecclesiastica non sit, transit intrà id tēpus ad quoscunque successores, etiam si nihil aliud fuerit expressum. Idem censet verius Iulius Clar. vbi sup. nu. 3. etiam si Ecclesiastica sit, tametsi dubium esse dicat, num intra id tempus ad solos descendentes transeat: in quo non videtur sibi multum constare. Iuxta sententiam autem, quam nos in calce primæ conclusionis sequuti sumus, dicendum est, etiam ad extraneos transire.

Quin

Digitized by Google

7 Quinta cõclusio. Si res ecclesiastica non detur de nouo in emphyteusim, sed cum emphyteusis fuerit finita, antequam mensę incorporetur, tradatur iterũ in emphyteusim sine noua solẽnitate ac de nouo alienandũ requisita, tunc, si perseueret iusta cã ad illam iterũ tradendum eo modo, quo antea fuerat tradita, vtiq; concedi poterit, ẽt vt transeat ad extraneos, si ita antea erat tradita. Si verò excedatur modus, quo antea erat tradita, inualida est concessio quo ad excessum. Item si non perseueret iusta causa illam tradendi iterum in perpetuum, aut vt deueniat ad extraneos, solum erit valida ea cõcessio quo ad id quo ad quod iusta causa perseuerat. Hæc cõclusio tota perspicua est ex ijs, quæ disp. præcedẽte, cõclusione vltima dicta sunt. Miror verò Iuliũ Clarum, cum in reliquis q. 28. citata, nu. 6. nobiscum conueniat, excipere, ẽt concurrentibus omnibus, quæ in hac cõclusione sunt proposita, concedi non posse, vt deueniat ad extraneos, nisi adhibeatur iterum solemnitas ad omnino alienandum requisita (in quo ẽt Coua. nu. 5. citato cõuenire videtur.) Etenim hoc non est alienare de nouo, sed perseuerare in antiqua alienatione ex causa sufficienti ad emphyteusim concedendũ, vt deueniat ad extraneos, sicut antea concessa fuerat, vt & causam perseuerare, & sic rem fuisse cõcessam, in nostra cõclusione supponimus.

2 Vltima conclusio. In quibus † locis fuerit consuetudo præscripta, quod res ecclesiæ sine solemnitate à iure statuta tradantur in emphyteusim, vt in multis locis esse eam consuetudinẽ çũ Speculatore, & Azone affirmat Iulius Clar. nu. 7. citato, tunc valida est traditio, quousq; cõsuetudine fuerit inibi receptũ, vt in emphyteusim res Ecclesiæ tradantur, etiam si receptum sit, vt nomine hæredum ẽt extranei, intelligãtur. Neq; video cur hoc excipiendum sit, si consuetudo id habeat: cũ consuetudo facile derogare possit. §. emphyteusim, citato, nõ minus, quam iuribus canonicis certã solemnitatem statuentibus. In dubio autem, an id consuetudine sit receptum, non displicet opinio Iul. Clar. q. 28. citata, & Coua. 2. var. resol. c. 16. nu. 5. nomine hęredũ tunc, nisi res apertis exprimatur, intelligẽdos esse solos descendentes. Hæc dicta sint hoc loco, vt intelligatur, quousq; res ecclesiæ, & à quo tradi in emphyteusim possint. Reliqua paulò inferius subijcientur, quando sermo erit vniuersim de successione in emphyteusim.

## Possessor maioratus vtrum tradere possit res maioratus in emphyteusim, & quid de alijs speciebus alienationis.

### DISPVTATIO CCCCLXX.

*SVMMARIVM.*

1 *Maioratus possessor non potest tradere res maioratus in emphyteusim.*
*Et quid de seruitute, an possit eam constituere in rebus prædictis. nu. 2.*
3 *Alienationis species quæ censeantur prohibitę sub prohibitione alienationis alicuius rei.*
4 *Maioratus possessor concedere potest alicui in tempus vitæ suæ commoditatem vsus fructus, uel alterius seruitutis, cum obligatione sola personali, non autem reali.*
5 *Maioratus possessor an possit concedere vsumfructum in rebus maioratus, qui solum duret, dum ipse dominus fuerit maioratus, & quando.*
*Et quid si sit filius familias, an pater poterit habere vsumfructum. nu. 6. & decidit. nu. 10.*
7 *Vsus fructus verus species est alienationis.*
8 *Intellectus ad l. peto. §. prædium. ff. de leg. 2.*
9 *Fiscus quando comparare possit vsumfructum in bonis maioratus, alienari prohibiti.*
11 *Maioratus posessor non potest de nouo tradere in emphyteusim bona maioratus, sine institutionis, vel Regis licentia.*
*Fallit, nisi sit consuetudo in contrarium, vt in Lusitania, numero.*
*Idem in locatione ad longum tempus dicendum. numero 12.*
*Immò verò neque hypothecæ vniuersali subijci possunt, sicut fit de rebus ecclesiæ. nu. 14.*

QVod ad possessorem maioratus attinet, licet ad hunc locum solum examinare spectet, nunquid tradere possit res maioratus in emphyteusim, atq; adeo locare eas ad longum tẽpus, quod quædam species est emphyteusis, vt ex hactenus dictis liquet, quia tamen ex ijs, quæ in hac tractatione de emphyteusi, & quæ de alienatione rerũ ecclesiasticarũ proximè dicta sunt, facilè explanabuntur ẽt, quę ad cæteras alienationes species circa res maioratus dici possunt, de omnibus alienationis speciebus breuiter est hoc loco dicendum.

1 Cum eo ipso, quod † res vinculo maioratus subijciuntur, iuris dispositione, quæ ea vincula cõcludunt, factoq; ipso maioratũ institutis, censeantur prohibita alienari, vt integra, atq; indiuisa cõseruentur, atque ad eos omnes transeãt, qui ab institutore ad eũ maioratũ vocantur, vt ex ipsamet maioratus natura suo loco explanabitur, & cum alijs tradit Moli. lib. 1. de primog. c. 1. nu. 7. & capitibus sequẽtibus; cõsequens profectò est, vt omnes alienationis species, nõ solum prohibitæ illis sint, sed etiã, si attẽtentur, eo ipso nullæ sint, nullumq; præiudicium successoribus afferre possint.

Cæterum sicut de emphyteuta, & feudatario, disput. 461. §. emphyteuta, dictum est, ratione dominij vtilis, quod in re emphyteutica, aut feudali habent, posse sine consensu proprietarij concedere in illa seruitutem, quæ tamen solum duret interim dũ ius emphyteuticum, aut feudi, in concedente durat, neque præiudicium vllũ proprietario afferat, neque item successori in emphyteusi, aut feudo; ita, cum † maioratus possessor, non solum vtile, sed etiam directum dominium rerũ maioratus, interim dum viuit, neque à maioratu decidit, habeat, vt disp. 3. ostendimus, concedere, irrequisito successore, potest seruitutem alicui in bonis maioratus, quæ similiter solum duret interim dum ipse possessor, ac dominus rerum maioratus fuerit, nullumque omnino successori præiudicium

iudicium afferat. Ita Molina.lib.1. de primog. c. 2.nu.1.& sequentib. Aries Pinel.l. 1. C.de bo.ma ter.par.3.in calce nu.71 & Padilla l.3 C. de seruit. nu.31.& probant, quæ disput.461.à nobis ea de re dicta sunt,& alia, quæ Molina vbi supra citat. Ant.tñ Gom.l.40. Taur.nu.85.in cõtraria est sententia,ductus ea ratione, quòd prohibitus tem aliquam alienare, prohibitus quoque sit imponere in ea seruitutem, vt constat l. vlt. C.de reb. alie. non alie. Quarè sicut in tempus post vitam suam nõ potest illam imponere, ita neq; vt duret interim dum ipse viuit, dominium q; habet in illa re.

Molina, vbi supra nu.4.& 14.ait, qñ bona maioratus non aliter prohibita sunt alienari, q̃ ex ipsa iuris dispositione, naturaque institutione maioratus, tunc, sicut emphyteuta, & feudatarius concedere in re emphyteutica, aut feudali, possũt seruitutem, q̃ solũ duret, dũ penes ipsos est ius emphyteuticũ, aut feudale; ita & possessor maioratus cõcedere similẽ seruitutẽ põt in re maioratus. Atq; in hoc euentu sñiam Aries, Pinelli, ac Padillæ, præferendã censet Antonij Gomez opinioni. Cæterum, inquit, qñ possessor maioratus in institutione maioratus apposuit clausulam, qua alienationem bonorũ maioratus prohibuit, tũc inualida est concessio seruitutis, ẽt in tps, quo concedens possederit maioratum. Ducitur, qm̃ duplex prohibitio alienandi, iuris videlicet, atque instituentis maioratum, fortior est, ad pluraque se debet extendere q̃ prior illa iuris tantum. Atque in hoc euentu anteponendã iudicat Antonij Gom. opinionem sententiæ Aries, Pinelli, ac Padillæ.

Decis. Ego sanè non satis firmũ esse arbitror hoc Molinæ fundamentum, nisi qñ clausula prohibitoria alienationis maiorem habeat extensionem, quam prohibitio iuris, naturæque institutionis eius maioratus, ita videlicet exprimeret, neq; seruitutem posse concedi, etiã in tps dominij, ac possessionis concedentis. Et enim duo vincula licèt fortius ligent, & astringant, q̃ vnum solum, non tñ plura obiecta comprehendunt, ad pluraue se extendunt, quàm vnum eorum, nisi in eo, quod alteri superuenit, maior extẽsio fiat. Si enim validè promissioni accedat iuramentum quo confirmetur, quamuis iuramentum, fortius liget, & astringat, quàm sola promissio, non tñ ad plura se extendit, quam promissione contineantur, & ad quæ valida promissio obligabat. Præterea lex vlt. C.de reb. alien. non alien. quę explicat, qñ tres prohibita est alienari, quot, & quæ alienationis species prohibitæ censeantur, loquitur, siue prohibitio fiat lege, siue à priuato, idque siue fiat contractu, siue vltima voluntate: & glossa ibi rectè docet, ac probat, siue prohibitio lege fiat, siue vltima voluntate, inualidam ipso facto esse alienationem, quæ contra eam prohibitionem fuerit attentata, aut effecta: ergo species omnes alienationis, ea lege connumeratæ, censentur prohibitæ, nullęque ipso facto sunt circa res maioratus sola iuris dispositione, naturaque, ac institutione ipsa maioratus, si attenteturquare, esto superueniat clausula instituentis maioratum, qua alienationem earum reipm prohibeat, nisi plus ea exprimat, maiorem que illa efficiat extensionem, quæ ex verbis talis clausulæ constet, non plura ea clausula censebuntur prohibita, quam sola iuris dispositione, naturaque, ac institutione ipsa maioratus prohibita censentur: vnde, cum non obstante l. vlt. C.de reb. alien. non alien. quæ expressit, prohibita alienari aliqua re, censeri prohibitum imponi illi seruitutem, aliunde sufficienter constet, id esse intelligẽdum, de perpetua seruitute, secus verò de seruitute, quæ vtile dominium non transferat, & solum duret dum in concedente perseuerat, vtile saltem dominium in ea re, neque vllum præiudicium, vel successori in eadem re, vel directo domino afferat, esto is, cui ea seruitus conceditur, ius in ea re seruitutis illius in id tempus comparet: consequens profecto est, quod quamuis superueniat clausula instituentis maioratum, qua arctè alienationem prohibeat, nisi ea exprimatur, quod neque id fiat seruitute quæ dominium etiam vtile non transferat, solumque duret in tempus possessionis, ac dominij talem seruitutem concedentis, non censeatur ea clausula prohibita: quoniam ea non est cẽsenda alienatio bonorum vinculatorum, neq; vllum eis bonis, aut successoribus in illis, parat præiudicium: quod solum iura, maioratum q; institutores, prohibere censentur.

Hoc loco obserua, neque Ant. Gom. neq; Molinam negare, nihil impediente, ẽt expressa prohibitione alienationis facta per institutorem maioratus, posse† maioratus possessorem concedere alicui in tempus vitæ suæ commodatarium vsusfructus, vel cuiuscunque alterius seruitutis, dummodò non concedatur ius in re, seu ius reale in bonis maioratus, sed solum ius vtendi actu eius seruitutis cum obligatione sola personali concedentis fieneiure in re, ẽt in id tẽpus, in bonis ipsis, quin potius in Molina concedit vbi sup. n.11.& 13. cum multis alijs, quos citat. Controuersia aũt, quã hactenus examinauimus, ac definiuimus, est de seruitute cum iure in re in tempus vitæ concedentis, quæ propriè dicitur seruiens, sed in id duntaxat tempus, ac fine vllo præiudicio successorum.

Quòd ad vsumfructum attinet Molin. c.20. citato, nu. 5.& sequentibus, cum multis alijs, quos refert, asseuerat. Existente† sola prohibitione iuris, ex naturaque, & institutione maioratus, valde posse maioratus possessorem concedere verũ vsũfructum in rebus maioratus, qui solum duret dũ ipse dñs fuerit maioratus. Si verò, præter iuris prohibitionem, accessit prohibitio alienationis facta ab institutore maioratus, tunc inualidam esse talem concessionem: qm̃ fortior est, atque ad plura sese extendit, duplex illa alienationis prohibitio, quam sola prior ex iuris dispositione, vt de alijs seruitutibus etiam dixerat. Atque tunc ait, etiam in vita possessoris maioratus posse, non quidem possessorem ipsum, sed successorem in maioratu, reuocare eam alienationem, iuxta regulam legis cum pater §. liberti. ff. de legat. 2. & l. quoties ꝛ omnibus. C. de fideicommissis.

Idemque censet de cæteris seruitutibus. Eodẽ modo, inquit, si existente sola iuris prohibitione, possessor maioratus in crimen incidat, propter quod

quod confiscanda sint bona illius, tunc fiscus cõparat verũ vsumfructum bonorum illius maioratus in totum tẽpus possessoris, qui crimẽ illud cõmisit. Si verò, ait, institutor maioratus prohibuit alienationẽ eorũ bonorũ, tunc fiscus non cõparat vsumfructũ eorũ bonorum: qm̃ inde sequeretur fieri alienationẽ fisco eorum bonorũ, eo qd̃ vsusfructus species sit alienationis, vt habetur l. vlt. C. de reb. alie. non alien. Sed comparat ius ad percipiendum cõmoditatem eorum bonorũ, loco, ac nõe delinquẽtis, toto tẽpore, quo delinquens vixerit, multosque alios in hac sententiam citat.

Iuxta hanc eandem sententiam, & doctrinam idem autor, cap. 19. antecedentes, nonnulla docet circa vsumfructum, quem pater in bonis maioratus filijfamilias hẽt, q̃ sunt simul cũ paulò antea ex illo eodem autore relatis examinanda. In primis à nu. 18. ex eo, q̃ maioratus possessor dominus sit bonorũ maioratꝰ, & nõ nudus vsusfructuarius, rectè infert, qũ maioratus possessor est filius familias, patri cõpetere vsumfructũ eorũ bonorũ vinculatorũ, sicut & cæterorum bonorum ejusdẽ filij interim, dum sub patria persenerat potestate. Numero verò 20. rectè etiã subiũgit, quãvis morte filijfamilias vsusfructus patris in bonis talis filij non expiret, sed perseueret cum patre in totam vitam patris, vsumfructum tñ in bonis vinculatis, aut aliqua alia tõne restitutioni subiectis, expirare vnaq; cum proprietate continuò transire in successorem. Rõ est, qm̃ id ex institutoris maioratus voluntate pendet, qui constituit, vt res tota, in successorem continuo transiret, neque pater eum vsũ fructum habebat, nisi dependenter ex eo, quod ea bona perseuerarent filij, neque ad alterum integra ex institutoris voluntate deuenire deberent. 6

Atque hæc omnia nos cum Anton. Gom. l. 48. Taur. num. 4. docuimus supra disput. 232. Rectè etiam cum Roderico Xuarez Molina ibidem nume. 24. obseruat, si maioratus à Rege ipso fuisset institutus de bonis ad id ab eo donatis, tunc, quia filius familias censeretur tandem à Rege donatione illud accepisse & non a proximo anteriore possessore, sanè non haberet pater vsumfructum in eis bonis; quoniam pater nõ habet vsumfructum in bonis filijfamilias, quæ illi à Rege sunt donata vt disputat. 8. ostendimus. Si tamẽ Rex alicui donasset aliqua bona, ex quibus is constitueret maioratum, qui tandem ad filium aliquem familias deueniret, tunc cum eodem Roderico Xuarez rectè etiam ait, non censerentur ea bona donata fuisse tali filio à Rege, ac proinde pater illius, vsumfructum haberet eorum bonorum, interim dum talis filius sub patriã esset potestate. Atq; in his rectè quidem, neque ad præsens institutum attinent.

Subiungit verò ibidem num. 29. Si institutor maioratus clausulam in institutione apposuit, qua prohibuit bona majoratus alienari tunc, cum 7
& verus vsusfructus species alienationis sit, vt constat l. vltim. C. de reb. alien. non alien. patrem nõ habiturum vsumfructum in bonis talis maioratus sui filijfamilias, habiturum tamen commoditatem totam eisdem bonis. Ducitur (vt apertè constat, qm̃ lectorem remittit ad ea, quæ primo loco circa vsumfructum ex ipso retulimus) qm̃ sola prohibitio iuris, ex natura que, & institutione maioratus, ne bona maioratus alienẽtur, vt nõ impedit concessionem aliarum seruitutũ in bonis, maioratus, quæ solũ durent, dum in concedẽte perstiterat dominium eorum bonorum, neq; præiudicium afferant successoribus: ita neq; impedit concessionem vsusfructus, qui similiter duret, neque præiudicium afferat successoribus: at verò prohibitio expressa institutoris, ex sententia ipsius, impediet concessionem aliarum seruitutum, & etiam impedit concessionẽ, aut acquisitionem veri vsusfructus, vt supra ex ipso relatum est.

Ibidem à nu. 30. subiũgit Molina, si maioratus institutor prohibuit in particulari, ne parentes in bonis maioratus illius vsumfructum haberẽt, qñ ad eorum filios familias maioratus deueniret, tũc non esse vsufructuarios eorum bonorum: id q̃ satis cõstat ex ijs, quæ disp. 8. à nobis dicta sunt. Cæterum, vtrum tunc habeant commoditatem eorũ bonorum, refert Angelũ, & quosdam alios affirmãter respondẽtes, & Roder. Xuar. ac Greg. Lopez de ea doctrina dubitantes. Ipse verò censent, neq; commoditatem eos habituros tunc: qm̃ ea est mens institutoris maioratus in eo casu, quæ iuris subtilitatibus non est defraudanda. Admonet verò maioratuum institutores, vt, si excludere velint parentes, qui aliquando extranei erunt a familia institutoris, & à cõmoditate vsusfructus, ac præscindere dubia, & lites, id exprimant dicendo, vt neq; vsumfructum, neque commoditatem ex eis bonis percipiant, sed pro bonorum administratione tantum vel tantum ex fructibus, aut ex reditib. accipiant, & ex reliquo emant reditus, aut bona alia immobilia, vnde maioratus accrescit.

Hęc omnia sigillatim sunt examinanda. Atq; incipiendo à primo, vtrum scilicet possessor maioratus cõcedere possit verum vsumfructum in bonis maioratus (de sola verò commoditate nullus est qui dubitet, vt disput. 461. & disput. 466. dictum est) qui solum duret, quamdiu ipse fuerit eorum bonorum dominus, quando non est facta peculiaris prohibitio alienationis eorum bonorum à maioratus institutore, dicendum est contra, atque Molina asserit. Decis.

Concedi videlicet non posse; si aũt cõcedatur, inualidam esse iam concessionem: idq; propter ea, quæ in simili quæstione circa emphyteutã, & feudatarium, disp. 461. §. maius dubiũ, dicta sunt. Neq; enim est eadem ratio de alijs seruitutibus quibus, neque vtile dominium, transferunt, & de vsufructu, quo dominium vtile in vsufructuariũ transferunt, etiam si in solum tempus possessoris maioratus concedatur, vt ibidem dictum est.

Vnde l. vlt. C. de reb. alien. nõ alien. tamquam distincta species, seu modus alienandi, à cæteris seruitutibus vsusfructus distinguitur: neque, qd̃ in iure circa alias seruitutes reperitur exceptum, vt scilicet ab emphyteuta, & feudatario, quando dominiũ vtile in re emphyteutica, aut feudali, habent, cõcedi possint, vt requisito proprietario, in tempus solum, quo concedentes emphyteuæ, aut

Digitized by Google

aut feudatarij, fuerint, meritoque idem dicitur de possessore maioratus, qui dominium etiã directum bonorum maioratus hẽt, extendendũ quoque est ad verum vsum fructum, qui distinctus, ac lõgè maior alienationis modus est, quam alię seruitutes, vt pote dominiũ vtile transferentes. Præsertim cum ea exceptio circa alias seruitutes exorbitans à iure sit, neque fuisset circa res prohibitas alienari concedenda, nisi à iure reperiretur concessa, & exceptiones à iure exorbitantes extendendæ non sint plus, quam concessæ reperiantur. Adde, fundamentũ, cui Molina nititur, scilicet ad plura se extendere prohibitionẽ alienationis institutoris maioratus, vnà cũ prohibitione iuris, ac naturæ, & institutionis maioratus, quã sese extendat sola hæc posterior, falsum õno esse, vt circa seruitutes alias supra copiosè est comprobatum: quare, cũ concedat, facta prohibitione ab institutore maioratus, sine expressione in particulari, q̃ vsus fructus, neque ad vitã possessoris concedi possit, nullam esse concessionẽ vsus fructus, ét ad solã vitam possessoris maioratus idem, quoq; dicẽdum est, ét si à maioratus institutore nulla prohibitio alienationis sit expressa, sed sola sit iuris prohibitio, naturæ, & institutoris ipsius maioratus.

Quod si nobis obijcias l. peto. §. prediũm. ff. de leg. 2. quo §. Molina suam sniam cõfirmat, & vbi hẽt, si prędium relictum sit alicui vinculatũ, vt de familia non exeat, atque adeo prohibitum alienari extraneis, & ob debita talis hæredis necessaria alienatione, hoc est, iudicis autoritate, & pretio vendatur, vt satisfiat debitis, tunc emptorẽ tãdiũ posse illud retinere, quãdiũ possessor illius erat illud habiturus; illo autẽ defuncto, si illi non succedat hæres, qui sit de familia, reuertitur̃ est p̃dictũ ad familiã, eiusmodi q; hæredẽ extraneũ restituturũ esse illud familiæ, satisfaciẽdo videlicet emptori.

Sed quam, id nobis obijcias, in primis obser-
8 uo, ibi nõ de alia † alienatione esse sermonẽ, q̃ de vendõne: vnde si contra nos aliquid colligeretur, sequeretur, bona maioratus, vendi posse in tẽpus possessoris maioratus, q̃ nullus dicet. Deinde obserua, textũ solũ in eo esse sermonẽ de alienatione necessaria, argóq; à cõtrario sensu, aperte innuit, contrariũ esse dicendũ de alienatione voluntaria, nempe emptorem, neq; in tempus, quo prior, possessor erat illud habiturus, posse tunc illud retinere: vnde textus ille à nobis pugnat, qui de solà alienatione voluntaria disputamus.

Qd aũt in eo textu statuitur, est, quod cũ possessor illud nõ alienauerit, sed iudex ad soluẽda inde bita illius, tandiu emptor possit illud retinere, quandiu ille alius erat illud possessurus, neque deuenire debebat ad alium de familia: qm interim hic extraneus emptor, loco illius alterius de familia, publica autoritate illud possidet, quod in effectu non est aliud, quam concedi illi commoditatem illius prædij in totum id tempus, quam percipiet nomine illius, qui illud erat retenturus.

Id verò, quod Molina addit, nempe, si præcessit clausula institutoris maioratus, qua alienationem eorum bonorum prohibuit, quia inualida tunc est concessio veri vsus fructus in eis bonis, etiã ad solam vitã possessoris maioratus (idemq; nos dicimus vi solius prohibitionis iuris, atq; ex natura, & institutione maioratus, esto talis clausula non accedat) posse tunc in vitam possessoris maioratus non quidem possessorem ipsum, sed successorem in maioratu, reuocare eam alienationem; hoc, inquam, nobis sanè non probatur: nisi intelligatur in euentu, quod per eam alienationẽ possessor maioratus incideret in pœnã amittendi continuò maioratum, aut rem ita alienatam successori; quod tamen Molina non intelligit.

Qñ aũt possessor maioratus in eam pœnam nõ incidit, ipse procul dubio est, qui dum vixit reuocare pot eam alienationem, tãqua nullam ipso iure. Si tñ cõtractu oneroso eam cõcessit, tenebitur ei, cui illam concessit, vel de euictione, vel satisfacere, quod pro ea accepit, pro vt fuerint circumstãtiæ concurrentes. Duo autẽ iura, q̃ in suæ sentẽtię confirmationem Molina citat, perspicuè loquuntur, quando, qui rem alienat, per eam alienationẽ amittit eo ipso rem ita alienatam alijs de familia, qui eam continuo poterunt vendicare cum enim tunc apud antiquum possessorem nullum ius ad eam rem maneat, sed solum alijs de familia, merito iuribus illis statuitur, vt non antiquus possessor, sed alij de familia possint illam vendicare.

Casus namq; eis iuribus propositus est, qñ res aliqua multis relinquitur cum onere, vt ea res de familia non egrediatur, sed, qui partem alienauerit, eam amittat reliquis de familia. Si enim tunc vnus partem alienauerit, sine aliorum consensu, reliqui illã vendicare possunt, etiã si aliqui illorũ partes suas posterius alienauerint, nõ verò is, qui illam alienauit, vt eis iuribus statuitur; & semper, qui non alienauerunt, neque alienationi consenserunt, vendicare poterunt partes ab alijs alienatas, & non illi, qui eas alienarunt. Quando verò omnes alienarunt, aut consenserunt alienationi; tunc nullus eorum poterit vendicare, quod ita fuerit alienatum, vt eis iuribus statuitur.

Id præterea, q̃ Molina subiungit nempe, si maioratus possessor in crimen incidat, ob q̃ bona illius confiscentur, & nõ præcesserit clausula, qua maioratus institutor prohibuit ea bona alienari, fiscum † compatare verum vsum fructum in bona
9 eius maioratus, interim dum possessor ille vixerit: si verò præcesserit, non comparare verum vsum fructum, sed solum ius ad commoditatẽ toto eo tẽpore ex eis bonis loco, ac nomine delinquentis percipiendam; id, inquam quo ad primũ, quod Molina asserit, nobis non probatur. In vtroque enim euentu non cõparat verum vsum fructũ, quia ad illum non comparandum, satis est prohibitio alienationis eorum bonorum, quę iuris dispositione, ex natura q;, & institutione maioratus facta est, vt dictũ, probatũq; à nobis est. Quia tñ iam tunc possessor maioratus hẽt dñm vtile, & directũ eorum bonorũ, q̃ transire nõ potest ad fiscum vi institutionis maioratus, & ratione dominij, ac iuris illius competit illi iam tunc ius ad totam cõmoditatem ex eis bonis in totum tempus vitæ suæ; vtique, quando, vi institutionis eiusdem maioratus, ratione criminis non transit eo ipso vtrumq;

domi-

dominium in successoré in maioratu, ad fiscũ in vtroq; euentu spectat solum ius ad percipiendam toto tpe vitæ illius cõmoditatem, nomine, ac loco delinquentis ex bonis illis, vt disput. 9. dictum est. Hæc de primo eorum, quæ ex Molina retulimus.

10 Quod verò attinet † ad secundum, dicendum est. Siue bona maioratus solũ prohibita sint alienari ex iuris dispositione, naturaque, & institutione maioratus, siue clausula adhibita à maioratus institutore, quæ tamen in particulari non prohibeat patri vsumfructum in eis bonis, si ad filium-familias deueniant, patrem verè esse vsufructuarium eorum bonorum.

Fundamentum, cui nitor ad hoc asserendum, est: qm̃ in prohibitione generali, siue ea sit à iure, siue ab hoie, nõ censetur id compræhẽsum, quod in mentem non venit disponenti, neque inde inductus est ad ita prohibẽdũ, & de quo, si interrogaretur, id excepisset: sicut in cõcessione generali non venit id quod quis in specie non esset cõcessurus, regu. in generali, de reg. iuris in 6. quarè, cum verus vsusfructus patris in bonis maioratus filijfamilias, neque impediat, quòd maioratus bona integra congruo tempore transeant ad successorem; neque in eã sit, quod diuidantur, aut minuantur, vnde ius, ac maioratus institutores, mouentur ad prohibendam eorum bonorum alienationẽ, alitq; à iure patri concessus sit vsufructus oĩum bonorũ aduentitiorum filijfamilias, de quorum numero sunt bona maioratus; ad patrem quoque toto eo tempore attineat administratio eorum bonorũ: consonum rationi non est, ius, prohibitione generali alienationis bonorum maioratus, intendisse impedire in eis vsumfructum patris, interim dum filius viuit, & sub potestate illius est, id quòd Molina ipse concedit: semper enim per epicheiam à legibus, & dispositionibus generalibus ea excipiẽda, sunt quæ recta ratio docet, legislatores, ac dispositores non intendisse eis generalibus dispositionibus compræhendere.

Quòd si in generali prohibitione alienationis iuris, ex naturaq;, & institutione maioratus, nõ cõpræhẽdit vsusfructus patris in eis bonis, vt Molina affirmat, saltè neque cõprehendetur in prohibitione instituentis maioratũ, qñ de vsufructu patris non fecit mentionẽ. Tũ qm̃, vt ostensum est, prohibitio institutoris maioratus, vna cũ prohibitione iuris ex natura, & institutione maioratus, nõ se extendit ad plura, q̃ hæc sola posteriot prohibitio, nisi in illa priori fiat peculiaris expressio eorũ, q̃ in posteriori nõ cõprehenduntur. Tũ vel maximè, qm̃ ridiculũ est arbitrari, institutorẽ maioratus generali sua prohibitione intendisse prohibere verum vsumfructum patris in bonis maioratus filijfamilias, non verò intendisse prohibere cõmoditatẽ ex eis bonis: cum nulla sit rõ, cur relicta patri cõmoditate eorũ bonorum, q̃ vsufructui æquipollet, ei prohiberet verũ vsumfructum. Molina autẽ sua sñia affirmat, institutorem maioratus, prohibitione alienationis eorũ bonorũ, impedire vsumfructum patri, & relinquere illi nihilominus commoditatem totam eorum bonorum.

Quo ad controuersiam verò, q̃ Molina subiũgit, si maioratus institutor expresse prohibeat, ne paterfamilias vsũfructũ hẽat in eo maioratu, nũ quãuis is pater vsũfructũ nõ hẽat, habeat tũ commoditatẽ eorũ bonorũ, interim dum filius maioratus possessor sub ipsius fuerit ptãte. Rectè quidẽ aduersus Angelũ, & alios affirmat, cũ patrẽ neque cõmoditatẽ habiturũ. Cæterũ id nõ est solũ, qm̃ volũtas institutoris ea est in eo euẽtu, de quo, vt paulo antea dicebamus, ridiculũ est arbitrari, intẽdisse priuare eũ patrẽ solo verò vsufructu, & relinquere in cõmoditatẽ, q̃ vsufructui in eo euẽtu æquipollet: sed ẽt qm̃ ex ipsismet iuris principijs, ac dispõne ita proculdubio est dicendum. Et enim ius ciuile solũ verũ ius vsusfructus in bonis filijfamilias aduentitijs concessit patri, exceptis nonnullis euentib. disput. 8. à nobis explicatis, de quorũ numero is est, de quo disputamus, neq; vñ q̃ legimus illi cõcedisse, vel in illis euẽtib. vel in aliquo alio, cõmoditatẽ eorũ bonorũ, secluso vsufructu: ergo eo ipso, q̃ ab institutore maioratus prohibitus est hre vsũfructũ eorũ bonorũ, nullã ius, nullusq; titulus illi relinquitur ad cõmoditatẽ. Adeo aũt euidens est hæc rõ, vt superuacãneũ ducã, ad excludendũ patrẽ à commoditate eorum bonorum, addere, q̃ Molina ad maiorẽ cautelam addẽda docet; tametsi prudenter addi possit, quid pater in eo euentu obtinere debeat pro eorum bonorum administratione, & quid de reditib. eius ipis fieri debeat. Quãuis ẽt alimẽta tali filiofamilias ex reditib. eius maioratus, cõpetẽtia reditibus ipsis, merito relinqui debeant. Quod ad emphyteusim attinet, cũ traditio in emphyteusim vera alienationis species sit, vi constat l. vlt. C. de rebus alie. nõ alie. & ex hactenus in p̃cedentib. dictis liquet, eaq; dñium vtile transferat, perspicuum est;

11 possessorẽ † maioratus tradere nõ posse de nouo res maioratus in emphyteusim, nisi cõcessa ad id fuerit facultas à maioratus institutore, vel à Rege fuerit obtenta, aliterq; traditionem factã nullam esse. Ita Mol. li. 1. de primog. c. 21. a nu. 31. Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mat. p. 3. n. 65. Caldas de renou. emph. q. 16. a nu. 1. & cõi Doct. soĩa, quã referunt. Cum item emphyteusis dñium vtile trãsferat, in nullumq; tps sit vtile dñium rei maioratus in alienum transferre, vtique adeo inualida erit concessio rei maioratus in emphyteusim, vt in nullum oĩno tps, in tpe, in q̃ fuerit data inclusum, valida sit. Excipitur, nisi maioratus institutor, vel permiserit in aliquod tps, vt ad certas vitas, res maioratus in emphyteusim dari: vel ad id Rex facultatẽ concesserit, vel ita consuetudine p̃scripta alicubi sit receptum: tunc. n. & in id tẽpus validè licitè possunt res maioratus tradi in emphyteusim, etsi in maius tps inualidè cõcedatur, valida erit concessio in id tps breuius in illo longiori inclusum. Ita Molina vbi sup. nu. 34. cui Gama subscribit dec. 192. nu. 3. Arbitror ẽt, si is, qui maioratũ instituit, in eo inclusit res in quib. alij emphyteusim hẽbant, neq; statuit, vt, finita oĩno emphyteusi, ita vt obligatio nõ esset illã innouandi, res nõ traderet amplius ĩ emphyteusim, posse maioratus possessorẽ iterum illã eo p̃cisè modo tradere in emphyteusim, quo antea consuera erat

tradi. Ró est, quoniam maioratus vinculum tunc non cẽsetur se extendere, nisi ad res iuxta statum, in quo tunc sunt, neque aliam alienationem prohibet, nisi quæ res ab eo statu deijciat.

Gama quamuis decis. 192. concedat, si instituto maioratus, aut capellæ, prohibeat res in maioratũ, aut in capellã, vinculatas, alienari, exprimendo, etiam tradendo illas in emphyteusim, inualidam esse cõcessionẽ earum in emphyteusim non solũ in alijs locis, sed etiã in Lusitania; decisione tñ 16. & decis. 222. nu. 3. & 4. refert, qñ in particulari non fuit expressum, quod nõ concederetur in emphyteusim, sed solũ, vel iuris dispositione, atq; ex natura, & institutione maioratus, vel etiã accedente expressa institutoris prohibitione, inhibitũ
12 fuit eas alienari, controuersum† quidem in Lusitania fuisse, an tunc concessio rerum maioratus in emphyteusim inualida esset, vel nõ, atque pro vtraque parte latas fuisse sententias; cæterum frequentius multo fuisse pronunciatum, validas eas esse solum tamen ad tres vitas, esto in longius tẽpus, aut in perpetuum, fuissent concessæ.

Atq; hãc sniam amplectit eo potissimũ fundamento, ꝙ in eo Regno cõsuetudine sit receptum, vt res maioratus à possessoribus in emphyteusim tradantur, solum tñ ad tres vitas, qñ id ab institutore expressim non sit prohibitum. Si autẽ ea cõsuetudo in eo Regno viget, præscriptaq; est, non est, ꝙ ea de re dubitetur. Cæterum rem vsque ad hanc diẽ esse inibi controuersam, & sniãs in vtrãque partẽ pronunciari, non leue sanè est argumẽtum, non videri esse consuetudinem præscriptam. Vnde Caldas, q. 16 citata, relata in calce, num. 1. snia Gamę, licet non satis fideliter quo ad ea, quę decis. 192. Gama docet, contrariam sniam à nu
3 absolutè amplectitur. Tametsi subiungat, Gamam afferere in contrarium esse consuetudinem in Lusitania. Et n. 13. exponit Lusitanam ordinationem, quæ aliquibus videri poterat, permittere tradi ea bona in emphyteusim.

Molina vbi supra numero vltimo, censet, possessorem maioratus, qui rem vinculatã inualidè in emphyteusim tradidit, non posse reuocare in tempus totũ vitæ suæ eam alienationem; in quo ei Gama decis. 192. citata subscribit, etiam quando institutor expresse prohibuit res maioratus tradi in emphyteusim: successorem verò, ait Molina, posse illam reuocare perseuerante vita prioris possessoris, qui eam rem in emphyteusim concedit, quãdo institutor maioratus prohibuit expresse alienari res maioratus; secus autem quando id non prohibuit, sed sola est prohibitio iuris, atque ex natura, & institutione maioratus.

Quamuis aũt Molina non explicet, vnde hanc totam doctrinam sibi persuadeat, sanè illo eodem fundamento nititur, vnde similem doctrinam circa concessionem vsusfructus in rebus maioratus tradidit. Nobis verò dicendum est, vt de illa alia re diximus. Nẽpe, si possessor maioratus, qui eas res in emphyteusim tradidit, non incidit in pœnam amittendi cõtinuo ea bona successori in maioratu, posse ipsummet, & nõ successorem in maioratu, reuocare eam alienationem tanquam nullam ipso iure. Si vero propter eam alienationem in pœnam incidit amittẽdi continuò ea bona successori, tunc successorẽ posse illa bona statim vendicare, nõ vero eũ, qui illa alienauit, idq; propter ea, quæ circa cõcessionem vsusfructus dicta sunt.

Quæ de emphyteusi dicta sunt, similiter sunt
13 intelligenda de locatione bonorũ maioratus† ad longum tempus; eo ꝙ ea locatio verè sit emphyteusis: illaq; dñium vtile in conductorem transferatur. Poterit tñ possessor maioratus concedere gratis totã commoditatem bonorum maioratus dũ ipse vixerit, aut etiã pro pretio illã in id totum tempus vendendo, vel rem maioratus, quo ad illam percipiendam, non nomine proprio, sed nomine, ac loco possessoris maioratus, in totum id tẽpus locãdo. Quia verò hæc liquidò constant ex dictis disp. 466. iunctis quæ etiam diximus disp. 445. & 461. non est cur plura hac de re dicamus.

14 Rex maioratus, neque† hypothecæ vniuersali subijci possunt, quemadmodum disp. 466. dictũ est, posse subijci res immobiles Ecclesiæ, tametsi non hypothecæ particulari sine iusta cã, & solemnitatibus ad res Ecclesiæ alienãdas requisitis. Ró diuersitatis inter res Ecclesiæ, & maioratus est, qm subijcere Ecclesię hypothecæ vniuersali, non cedit in præiudicium tertij, sed solius Ecclesiæ, cuius negotium agitur dum celebratur contractus in bonum ipsius, ad cuius securitatem res Ecclesiæ, hypothecæ vniuersali subijciũtur: & quia non esset, qui cum ecclesia contrahere vellet, nisi bona illius vniuersali hypothecæ subijci valerẽt, ideo permissum est, vt validè possent subijci hypothecæ vniuersali, neque causa, neque solemnitate, ad id requisitis.

At verò, qm subijci bona maioratus hypothecæ vniuersali, cedere posset in cõsũptionẽ, & dissipationẽ maioratus, atq; in præiudicium successorũ, id concessũ non reperitur, neq; expediẽs fuit, vt concederetur: præsertim cum cõtractus, quos possessor maioratus, sed initurus erat, nõ cederent in bonũ maioratus, sed ipsiusmet, q ad id alia sua bona poterat hypothecæ subijcere, aut quærere, qui ipsius essent fideiusores, obligarentque sua bona. Cũ ergo, qñ res comperitur prohibita alienari, vt res marioratus prohibitæ sunt, inhibitum censeatur subijcere eam hypothecæ, ẽt vniuersali propter ius in re, quod eo ipso creditor in illã cõparat, & propter periculum, quod inde imminet, ne postea ad debitum soluendum oĩno alienetur, ac vendatur, vt constat ex l. vlt. C. de reb. alie. non alien. consequens profectò est, ꝙ, cum concessum non reperiatur bona maioratus subijci posse hypothecæ vniuersali, vt concessum reperitur bona Ecclesiæ subijci posse vniuersali hypothecæ, nullo modo validè hypothecæ, ẽt vniuersali, subijci possint, nisi accedente ex rationabili causa facultate principis, aut id concedente maioratus institutore, quod nunquam fieri consueuit.

De alijs verò speciebus alienationis, quibus directum dominium trãsfertur, perspicuum est, illicitas, atque inualidas esse circa res maioratus, nisi accedat principis facultas, aut institutoris in aliquo euentu.

Emphy-

Digitized by Google

## Emphyteuta quousq; tradere iterum possit in emphyteusim, seu liuellare. Et an tunc dominium vtile retineat.

## DISPVT. CCCCLXXI.

### SVMMARIVM

1 *Emphyteuta quãdo possit iterum tradere in emphyteusim rem emphyteuticam, vel liuellare.*
2 *Emphyteuta tradens in emphyteusim rem emphyteuticã, an transferat vtile dominiũ in vltimum emphyteutam, an verò penes eum remaneat, vel sit in vtroq; simul, & decidit, nu. 5. 6. & 11.*
3 *Rex si habeat in feudum regnum, in parte dicitur proprietarius, & in parte feudatarius, diuersis respectibus.*
4 *Vasallus vasalli tenetur potius obedire supremo domino, quam eius proprio, & immediato.*
*Et idem in secundo emphyteuta.*
7 *Possessio naturalis rei emphyteuticæ, vnæ cũ quasi possessione dominij vtilis, transit in secũdum emphyteutam, adeo quod proprietarius dicitur per eum naturaliter possidere.*
8 *Ius ad pensionem, & ad pœnam commissi, si pensio non soluatur, quid sit.*
9 *Proprietarius emens a secundo emphyteuta ius emphyteuticum, tenetur soluere primo emphyteutæ incrementum pensionis.*
10 *Iure primi emphyteutæ resoluto, eo ipso resolutum est ius secundi.*
12 *Feudatarius potest rem feudalem de consensu domini subinfeudare.*
13 *Emphyteuta secundus incidens in cõmissum ob nõ solutam pensionem, amittit ius emphyteuticum proprietario, non autem primo emphyteutæ.*
14 *Feudatarius duobus modis subinfeudare potest.*

Disputatione 461. cum communi doctorum sententia ostendimus, emphyteutã sine proprietarij consensu tradere non posse iterũ in emphyteusim, seu liuellare, sumpto libelli contractu presse, vt disp. 10. explanatum est: eo quod id sit emphyteutam alienare rem emphyteuticã, quod non licet sine proprietarij consensu.

1 Ex † proprietarij tamen consensu, siue is consensus è principio, quando primus contractus emphyteuticus fuit celebratus fuerit præstitus, quia videlicet tunc id fuit deductum in pactũ, siue postea fuerit adhibitus, potest emphyteuta liuellare, seu subemphyteuticare, quod Lusitani vocant, *empraçar a face do seu prazo ou a sombra do seu prazo*. Quamuis aũt quidam, quos Alu. Val. de ite emphyt. q. 13. nu. 11. refert, asseruerint aliquibus in locis de consuetudine necessariũ ad id non esse proprietarij consensum, contrarium tñ habet consuetudo Hispaniarum iuxta dispositionem iuris. Ita Alu. Val. nu. 11. citato, & q. 38. nu. 7. Caldas de renouat. emph. q. 13. nu. 10. Gama decisio. 269. ad cuius finem rectè ait, vt præsumatur consensus proprietarij, sufficere scientiam, & patientiam illius per longum tempus, & decis. 323. nu. 4. & 5. ac decis. 329. nu. 1. & seq. vbi copiosè etiã docet ex longi tpis scientia, & patientia præsumi præcessisse consensum proprietarij, Sylueft. verb. emphyteusis, q. 14. & alij, quos citant.

2 Præcipua autem difficultas est, an † tunc dominium vtile trãseat in vltimum emphyteutam, an vero perseueret in primo emphyteuta, vel potiùs sit in vtroque simul diuersimodè tamen: etenim vnum & idem vtile dominium secundum idem, omninoque inuariatum, esse non potest simul in duobus. Vt aũt quid in tanta opinionũ varietate, quantam de hac re inter alios, copiosè refert, ac expendit Caldas de renouat. emphyt. q. 13. à nu. 11. dicam, quod sentio, obseruandum est.

Primò emphyteutæ, aut vasallo, posse in primis cõcari præcisè dominium vtile, & regulariter alijs emphyteutis, aut vasallis, solet communicari, sed cum facultate subemphyteuticãdi, seu liuellandi, idq; solum censendum esse cõcessum, qñ aliud sufficienter non fuit expressum. Posse deinde illi cõcari idem dominium, sed cum prærogatiuis aliquibus, atque effectibus dominij directi: vt quod de consensu ipsius, nullo proprietarij requisito consensu, possit concedere secundo emphyteutæ, aut vasallo, facultatem alienãdi rem emphyteuticam, aut feudalem; & quòd primò emphyteutæ competat ius prælationis pro eodẽ pretio, & non proprietario; itemq; quod eidẽ primo emphyteutæ, aut vasallo, & proprietario, sit soluendum laudemium, aut exhibendũ seruitiũ, & quod quando secundus, aut tertius emphyteuta, vel vasallus, in commissum incidunt, id sit in commodum primi emphyteutæ, aut vasalli, non verò proprietarij. Hæc. n. omnia affectus, atque effectus sunt dominij directi, non verò vtilis: sicut aũt proprietarius cõcare põt primo emphyteutæ, seu vasallo, solum dominiũ vtile, quod ex se affectus, atque effectus est dominij directi, seu proprietatis, cum eaq; erat coniunctum, antequã proprietarius illud seiungeret, & communicaret emphyteutæ, aut vasallo: ita potest illi communicare alios affectus, & effectus dominij directi cõmemoratos, qui remanere cum proprietario consueuerunt, communicato emphyteutæ, aut vasallo, domino vtili: neque enim ex natura rei magis vnũ repugnat, quàm aliud: & in calce disp. 459. ostendimus, valere in contractu emphyteutico similia pacta apposita, esto, illis seclusis, aliud ex natura contractus esset dicendum, & ita te proposita id affirmant Gam. decis. 323. nu. 4. & 5. idemque in feudo est affirmandum.

3 Hinc † quando Regnũ conceditur alicui Regi in feudum, vt de Siciliæ Regno adhiberi solet exemplum, quo ad omnimodam potestatem, & administrationem, non secus ac si dominus esset directus illius, reseruata sola proprietate Summo Pontifici, atq; cum onere exhibendi seruitium aliquod in recognitionem proprietatis, vtique tunc, vltra integrum vtile dominiũ illius Regni, habet is princeps sibi cõcessos affectus, atque effectus ferè omnes proprietatis, ac proinde subinfeudare, ac tradere põt in emphyteusim op-

pida,castra,& prædia eius Regni, nullo alio requisito consensu ,pprietarij,oiaq; iura in emphyteutas,& vasallos perinde sibi cõpetunt, ac si ipse esset proprietarios, adeo vt proprietarius appellari possit,aut potius instar proprietarij, cõparatione eorum. Atq; hoc magis placet, q̃ id, vnde Bal, Decius,& Alex.quos Caldas,q.13. nu.30. citato refert,ac sequitur,ducuntur, vt affirment esse proprietariũ comparatione singulatum partium eius Regni,licèt non totius Regni cõparatione; quantum.n.dominium in singulas partes eius Regni hẽt,ea ex parte,qua Regni partes sunt,tantũ,meo iudicio,habet in totam Regni vniuersitatem.

4 E contrario aũt, qñ † aliquis supremo principi subditus,in feudũ,aut emphyteusim, aliquid tradit,non solum si vtilis tm̃ dñs eorum bonorũ sit, cum quantacunq; facultate ea alienandi, ac subinfeudandi cum onere seruitij sibi exhibendi, sed ẽt si proprietarius eorũ bonorum sit, eaque infeudet,nunq̃ vasalli illius eximũtur à seruitio, ac iuramine supremo principi p̃stando,qñ id postulat cõe reipublicæ bonum, ẽt si ad id opus sit denegare dño suo immediato seruitium,alioquin illi debitum, sumereq; aduersus illum arma, Itẽ arma sumere non põt talis vasallus ad iuuandum proprium dñm,ẽt aduersus alium priuatum dñm sine autoritate supremi principis,penes quem solũ est autoritas,ac ius mouendi bellum,vt disp.100, ostendimus. Hæc omnia cum plerisq; alijs, quos citat,affirmat Caldas vbi sup,nu.37. Confirmari autem possunt, qm̃ in omni sacramento, ac promissione fidelitatis,semper excipitur, exceptaue intelligitur,fidelitas supremo Regi debita, vt habetur c.1.§.vlt,de prob.feu,alien.per Fed. vbi ita hẽ.*Illud quoque sancimus, vt in omni sacramento fidelitatis Imperator nominatim excipiatur.* Eadẽ confirmant,quæ disp. 74.dicta à nobis sunt.

5 His ita cõstitutis,dicendum est. Quando † nõ constat primo emphyteutæ concessum esse plus, quàm præcisè dominium vtile,ceteris emphyteutis concedi consuetum,tunc siue à principio, siue postea temporis progressu illi à proprietario concedatur,concessaue censeatur facultas subemphyteuticandi, viq; talis facultatis subemphyteutet, transfert suum vtile dominium in secundum emphyteutam, neque apud ipsum manet nisi ius exigendi nouam pensionem illi impositam,siue recipiendo totam eam pensionem, indeque soluendo proprietario partem vi primi contractus illi debitam,& reliquum sibi retinendo, quod frequẽtius fieri solet,atque ita est faciẽdum, nisi aliud sit deductum in pactum; siue recipiendo solum incrementum, astrictumq; relinquendo nouum emphyteutam ad soluẽdum reliquum proprietario, prout primus emphyteuta,& secundus,atq; proprietarius,inter se conuenerint.

Manet insuper primo emphyteutæ ius exequẽdi pœnam commissi in secundum,si ob non solutam pensionem in commissum ille incidat, recuperando vtile dominium,quod in eum transtulit. Reliqua autem iura, quæ proprietario ratione proprietatis cõparatione primi emphyteutæ conueniebant; competunt similiter comparatione secundi. Vnde si secundus vendere ius suũ emphyteuticum, ac meliorationes velit, recurrere debet ad id denunciandum proprietario,non verò primo emphyteutæ,proprietariusq; præferendus est eodem pretio, illiq; soluendum est laudemium,si ipse ius illud non emat, sed alius.

Primo tamen emphyteutæ competit in nouũ emphyteutam ius,q̃ sibi reseruauit,recipiendi videlicet ab eo pensionẽ,modo supra explicato,atq; exequendi in illum pœnam commissi,si ob nõ solutam pensionẽ nouus emphyteuta in cõmissum incidat. Quin,si proprietarius à secundo emphyteuta ius emphyteuticũ emat,dñiumq; vtile cum proprietate solidetur tenebitur proprietarius soluere primo emphyteutæ incrementum pẽsionis, quod illi in ea re emphyteutica debebatur.

Illud ẽt est obseruandum,eo ipso,q̃ emphyteusis in primo emphyteuta finitur,finiri in reliqs: qm̃ non aliud,neq; plus iuris censetur in illos trãstuliſſe,quam ipse haberet, neq. ex facultate subemphyteuticandi vllum ius in suum præiudiciũ censetur concessisse proprietarius, nisi id expressérit,deductum ve fuerit in pactum.

Porrò,translato vtili dñio in secundũ emphyteutã, sicut antea proprietarius ciuiliter possidebat proprietatẽ,affectusq;, & effectus alios illius per seipsum,& naturaliter per primũ emphyteutam,qui possessionẽ naturalem rei illius habebat tõne dominij vtilis, atq; vsus, & administrationis illius, vt disp.12.dictũ est; ita modò naturaliter possidet per secũm emphyteutam, in quem illa à primo translata sunt; secundus verò emphyteuta per seipsum possidet,aut quasi possidet, dominium vtile,tam ciuiliter, quam naturaliter, vt de primo emphyteuta disputatione citata dictũ est.

Ius autem, quod in primo emphyteuta manet ad pensionẽ,& ad pœnã commissi exequendam,si ob non solutam pensionem commissum incurratur,est quidem, non dominium vtile rei emphyteuticæ,sed ius quoddã incorporale in re ipsa emphyteutica sibi reseruatum,manetq; in possessione,seu quasi possessione,iuris illius eo ipso, quod illud sibi reseruat tradendo rem quo ad vtile dominium nouo emphyteutæ, & continuat postea actibus iuris illius,vt exigendo,ac accipiendo pẽsionem à nouo emphyteuta,vel commissi pœnam in illum exequẽdo,vt disp.14.explanatum,ostensumq; de similibus iuris est.

Hæc omnia explananda magis, ac corroboranda sunt,tametsi nõ eo ordine,quo proposita sunt, Atque incipiendo ab eo,quod dicimus,nempe in eo euentu apud primum emphyteutam non manere nisi ius exigendi nouam pensionem illi alteri emphyteutæ impositam,&c. & insuper ius exequendi in illum pœnam commissi,si ob non solutam pensionem in commissum incidat; sanè nullus est,qui hæc iura primo emphyteutæ denegeti quoniam ea, vt minimum, sunt illi concedenda, Atq; vtrumque illi tribuit glossa cõmuniter recepta.§.adeo,verb,propriam,Instit,de locat, quæ innuit,cum primus emphyteuta ex facultate proprietarij in secundum transtulerit dominiũ suũ vtile ob eam pensionem, contractum illum non

proprię

Digitized by Google

propriè esse emphyteuticã, sed magis, do vt des, ac proinde competere illi actionem præscriptis verbis ad recuperandam pensionem vi illius contractus, & in consequẽtiam ad pœnam commissi ob eam non solutam: nam eo ipso, q̃ pensionem ex proprietarij consensu sibi reseruat, cætera sibi reseruata, ac concessa censentur, quæ ad eam recuperandam contractui emphyteutico statuta sunt qualis est exequutio ea ratione pœnæ cõmissi. Ita Caldas vbi supra nu. 44. & alij, quos citat.

6 Quòd † verò dominium vtile transeat in secundum emphyteutam, nec maneat in primo, sed solũ maneant illa alia iura, quæ sunt velut reliquæ dominij vtilis præcedentis, quod in eo erat, affirmat cõis doctorum sẽtia cum glossa citata, quã refert Alua. Vala de iur. emph. q. 13. num. 11. ac referunt, & sequuntur Caldas vbi supra nu. 12. Iul. Clar. 4. lib. sen. §. feudum. q. 32. num. vltim. vbi id docet in feudo, & Gama decis. 244. num. 7. Præterquam autem quod res in veritate, in quibus loquimur, est satis perspicua, probatur.

Qm̃ vtile dominium eiusdem rei esse nõ potest in multis in vnoquoq; in solidum quarè, cum primus emphyteuta in secundum vtile dominiũ, & administrationem rei emphyteuticæ transferat, neq; sit aliud, quod sibi reseruet, nisi iura illa cõmemorata, quæ planè, neque vtilis, neque directi dominij rationem habent, dicendum erit, dominium vtile transire in secundũ emphyteutã, neq; in primo manere, nisi iura commemorata. Quia verò possessio cum domino est coniuncta, ad eam transeamus, postea verò reuertemur ad alia.

Quæst.

7 Qđ ergo possessio † quoq; naturalis rei emphyteuticæ, vna cum quasi possessione dñij vtilis, trãseat in secundum emphyteutam per eumq; proprietarius dicatur naturaliter possidere proprietatem, sicut antea dicebatur eam naturaliter possidere per primum emphyteutam, affirmãt gl. 1. in fi. l. 3. §. ex cõtrario. ff. de acq. poss. gl. item 1. l. si vt certo. §. si duobus. ff. cõm. gl. vl. l. vn. C. vti possid. Bar. & cõis doctorũ sẽtia, q̃ refert Alu. Val. n. 11. citato, & q. 18. nu. 29. & refert, ac sequitur Caldas vbi supra, nu. 11. resq; est satis perspicua, ex præcedente doctrina. Si n. dominiũ vtile non manet in primo emphyteuta, sed transit in secundũ vna cũ plena administratione rei emphyteuticę, vtiq; neq; possessio naturalis eiusdem rei in primo emphyteuta maneat sed transit in secundum.

8 Vltimum verò, quod additur, nempe ius † ad pensionem, & ad pœnam commissi, si pensio non soluatur, quod primus emphyteuta sibi reseruat, non est dominium vtile, sed ius quoddam incorporale sibi in re emphyteutica reseruatum, manereq; eius in quasi possessione reseruatione illius dum dominiũ vtile traditur, atq; continuari actibus eiusdem iuris suis temporibus elicitis, perspicuum ex se est, atq; ex disputatione ibi citata. Etenim, quando quis est in possessione rei alicuius, possessionemq; illius in alterum transfert, sibi aliquid de cõmuni consensu in re illa reseruando, in possessione manet eius, quod ita sibi reseruat, eo ipso, q̃ possessionem eius rei solum quo ad reliqua transfert, neq; ad id necessarius est alius actus. Hinc constat, rectè gl. l. si vt certo §. si duo. ff. commod. & gl. l. vnic. C. vti poss. asseuerare, qm̃ primus emphyteuta ex cõsensu proprietarij rem alteri tradit in emphyteusim proprietarium manere in ciuili possessione rei illius; emphyteutam verò secundũ manere in possessione naturali: medium autẽ emphyteutam nullam possessionẽ rei illius retinere etiã per secũdum emphyteutã: qm̃ verè non possidet rem illam, sed solum remanet in possessionem, seu quasi possessione ciuili, & naturali, non quidem per secundum emphyteutam, sed per seipsum, iuris ad pensionem ex illa percipiendam, atque ad exequẽdam pœnam commissi, si non soluatur. Vnde non probo sniam Francisci Caldas. q. 13. citata. num. 35. eas glossas reprobantis quo ad possessionem primi emphyteutæ, quas tamen Bar. & alij merito approbant.

Quod autem iura alia, quæ proprietario, rõne proprietatis, comparatione primi emphyteutæ conueniebant, competãt similiter comparatione secundi, ac proinde, si secundus vendere ius suum emphyteuticum ac meliorationes velit, denuncia re id debeat proprietario, & non primo emphyteutæ, proprietariusq; præferendus sit pro eodem pretio, eidemq. soluendum sit laudemium, si nõ ipse, sed alius ius illud emat, asseuerat et, consentiẽ ad gl. ver. alias vendere, in fi. l. vlt. C. de iu. emphy. cõis doctorum sẽtia, quam Alu. Val. q. 13. citat. nu. 11. & q. 38. nu. 25. refert, & quam referũt ac sequuntur Caldas de senoust. emphy. q. 13. n. 14. Iul. Clar. §. feudum. q. 32. nu. vlt. vbi id docet in feudo, Gama decis. 147. nu. 2. decis. 244. & nu. 7. & decis. 329. num. 5. Syl. verb. emphyteusis, q. 14. & sequitur apertè ex dictis.

Si enim apud primum emphyteutam, neq; vtile dominium, neque possessio ciuilis, aut naturalis, rei emphyteuticæ manet, vtique nulla est ratio, cur iura, quæ proprietario ratione proprietatis comparatione primi emphyteutæ conueniebant, non etiam conueniant comparatione secundi; præsertim cum secundus emphyteuta ius emphyteuticum habeat, non a primo emphyteuta, sed a proprietario, qui ad id cõsensum, & authoritatem præbuit. Quin, vt probè Caldas ait, quãuis concederetur, ia primo emphyteuta remanere dominiũ vtile rei emphyteuticæ, superius comparatione dominij vtilis emphyteutæ secundi, cõcedendum non esset, recurrendum esse ad illum in alienatione vlteriori emphyteusis, illumq; præferendum esse pro eodem pretio, aut illi soluendum esse laudemium: qm̃ hæc cõia proprietario cõperiuntur concessa in iure, idq; ratione proprietatis, & nunquam leguntur concessa domino vtili: neque nomine domini, cui tribuuntur, ac conceduntur in iure, intelligi debet, nisi dominus simpliciter, qualis est proprietarius, non autẽ habens dominium vtile. Adde, si primus emphyteuta esset requirendus ad alienandũ vlterius emphyteusim, & non proprietarius, facilè per alienationem, ita diuersis personis factã sinè ipsius consensu, reddi posse deteriorem ejusdem proprietarij deueniente re ad personam potentem, aut priuilegiatam, quin & facilè posse pati iacturam illius.

Adde ét in concessione subemphyteuticandi, non plus videri concessum, q̃ ius tradendi sẽ alteri sub maiori pensione, in commodum primi emphyteutæ, neque facultatem illam plus sonare: p hoc autem non est censendus proprietarius cedere velle in aliorum fauorem suis iuribꝫ, tõne proprietatis sibi cõpetentib. nisi aliter id exprimat.

9 Qđ addimus, nempe, si proprietarius † à secundo emphyteutica jus emat emphyteuticũ, dominiúq; vtile cum proprietate soliditatis teneri proprietarium soluere primo emphyteutæ incrementum pensionis, q illi in ea re emphyteutica debebatur, ex se est satis manifestum. Qm̃ quẽadmodum secundus emphyteuta transferre non poterat in quemuis alium ius suum emphyteuticum, nisi cum onere soluendi primo emphyteutæ maiorem illam pensionem, quæ ex re illa ei debebatur, interim dũ emphyteusis in ipso, & in successoribus eius, esset perseueraturꝫ, si de cõsensu proprietarij illam non subemphyteuticasset: ita neq; proprietarium habet ius prælationis pro eodem pretio in illa emenda, nisi cũ eodem onere, soluendi incrementum primo emphyteutæ, interim dũ emphyteusis in ipso, & in successoribus suis, fuisset perseueraturꝫ, si eam nõ subemphyteuticasset.

10 Vltimum, nempe eo ipso quòd † emphyteusis in primo emphyteuta, aut in successoribꝫ illius, finiri in eis, quib. subemphyteuticata est, satis pspicuũ est ex ijs, quæ ibidẽ subnũximus. Atque ét, qm̃ resolutum iure in dante, à quo ius accipientis pendet, resoluitur etiam ius in accipiente.

Quæst. Alua. Vala. de iure emphyt. q. 13. nu. 12. arbitratur cõtra sniam hactenus relatã, intelligẽdam

11 esse, qñ † primus emphyteuta omnino transfert totum suum ius emphyteuticum in secundum nihil omnino sibi reseruando, neque ad pensionem neque ad pœnam commissi, si secundus eam non soluat, sed subrogando loco sui secundũ emphyteutam proprietario, qui illa soluat pensionem, & in quem proprietarius exequatur omnia, etiã pœnam commissi, si illam nõ soluat. Addit vero, qñ primus emphyteuta de consensu proprietarij verè subemphyteuticat, ipsiq; soluenda est pensio, tunc primo emphyteutæ competere verum dominium vtile rei emphyteuticæ superius ad vtile dominium, quod in secundum emphyteutam trãsfertineq; esse absurdum, duo vtilia dominia eiusdem rei esse simul in diuersis, quorum alterũ sit superius, & maius, alterum inferius, & minus; licet absurdum sit, duo vtilia dominia eiusdem rationis omnino esse in solidum in duobus. Addit ét, primum emphyteutam, facta subemphyteuticatione, manere ratione illius dominij vtilis superioris in possessione ciuilis rei emphyteuticæ, quã in secundum transtulit.

Item ad primum emphyteutam debere recurrere secundum, si ius suũ emphyteusim velit alienare, vt illi denunciet, quantum pretij pro illo inueniat, vt is præferatur pro eodem pretio cæteris emptoribus, eidemq; soluendum esse laudemium atque eundem exequi debere pœnam commissi, ex quocunque capite secundus emphyteuta in cõmissum incidat: nõ verò hæc competere proprietario eo ipso, quod facultatem subemphyteuticãdi concedat.

Atque in his magna ex parte sequimur vestigia Caroli Molinæi, & quorundam aliorũ quos tam ipse ibi, q̃ Caldas de renouat. emphy. q. 13. a num. 20. citant. Arbitrantur quippe Carol. Molin. tam primum emphyteutam subemphyteuticãtem de consensu proprietarij, quam primum vasallũ sub infeudantem, retinere integrum dominium vtile rei emphyteuticæ, aut feudalis, soluendq; in subemphyteutam aut subvasallum transferre ius cõmoditatis commoditatéq; ipsam, sub onere maioris pensionis, aut seruitij, ac proinde proprietarium nullum ius habere in subemphyteutam, aut subvasallum. Alij, quos idem Caldas refert, cõsentiunt. Quamuis primus emphyteuta, aut primus vasallus dñs vtilis sit, si cum proprietatis cõsentiente, si tñ de consensu proprietarij subemphyteuticet, esse dñm directum comparatione dominij vtilis sub emphyteutæ & eodẽ modo, si primus vasallus subinfeudet, esse dñm directũ cõparatione dominij vtilis, q in subvasallum transfert. Alu. Vala. vbi sup. nu. 11. suam sniam confirmat. Primò, qm̃ repugnantiam continet dicere, q emphyteuta põt, consentiente dño directo, subemphyteuticare, & quod penes subemphyteutam nihil iuris remanet, si eum nihil iuris in eo manet: ergo non manet: emphyteusis sub proprietario ac proinde non subemphyteuticat cõstituendo aliũ emphyteutam sub se, cum ipse emphyteuta non maneat proximior, seu immediatus proprietario.

12 Secundò, quoniam feudatarius † vtile dñium habet, & in potest sẽ feudalem, de consensu proprietarij, subemphyteuticare, vt colligitur ex c. 1. §. similiter, in prin. de leg. Conr. & fatetur cõmodorum sniã, eo modo quo de emphyteusi dictũ est, & non solum id potest, sed quod plus est, põt sine fraude, dño inscio, nec consensum præbente subinfeudare, tali tñ personæ, qualẽ exigit qualitas, ac dignitas feudi, & qui æque bene seruiat, ac ipse subinfeudans, & cum eisdem pactis, & conditionibus, cum quibus ipse feudũ accepit, manentque tunc primus eorum feudatarius proprietarij, & secundus subfeudatarius: hæc constant ex c. 1. §. similiter, de leg. Conr. a c. 1. §. beneficium, si de feudo defuncti contentio. c. 1. de alie. feud. in prin. cip. c. 1. §. sed ét, per quos fiat inuest. c. 1. §. necessitate, qualiter olim seu postea alien. cap. 1. §. illud quoque, de prob. feu. alie. per Fed. & affirmat glo. c. quæ in Ecclesiarum, verb. alienandi de constit. Sient aũt primus feudatarius tunc vtile dominiũ retinet, & est immediatè quo ad omnia subiacet subfeudatarius, ita res habebit in primo emphyteuta comparatione sui subemphyteutæ.

Tertio, qm̃ si iure permitteretur emphyteutã subemphyteuticare, sanè intelligi deberet secundum naturã emphyteutici contractus, cuius natura est, vt apud cõcedentẽ maneat ius aliqd, & superioritas: ergo in primo emphyteuta de facultate proprietarij subemphyteuticante manet vtile dominium superius ad id, quod in subemphyteutam transfert, primoque emphyteutæ, & nõ proprietario, subiacet subemphyteuta in omnibus.

Rece-

Decis. Recedendum tamen nō est à communi doctorum sōia, à nobis sufficienter explanata, ac corroborata, quam sanè siniſtre Alua. Vala. interpretatur, vt eam ad ſuam trahat opinionem. Vt ad primum illius argumentum dicendum in primis est, autores cōis opinionis non affirmare, penes ſubemphyteuticantem nihil iuris remanere, ſed ſolum, nō manere dñium vtile, hocq; transire in ſubemphyteutam; manere verò apud ſubemphyteuticantem iura illa, q̄ nos explanauimus, ad penſionem, & ad pœnam commiſſi exequendam, ſi non ſoluatur; quæ veſtigia quædam, ac reliquias dominij vtilis appellant, vt idemmet Alua. Vala. ex Bal. & alijs refert; eorumq; iurium rōne aſſeuerant, ſubemphyteuticantem habere ſuperioritatem, & eminentiam in ſubemphyteutam quoad illos effectus: & quamuis neq; dñium directum, neque vtile, ſit dicēdus ratione eorum iurium habere in rem emphyteuticam; dici tñ poteſt rōne eorum habere ſe inſtar domini directi comparatione ſubemphyteutę, propter ſuperioritatem, & eminentiam quam ob ea iura in illum habet.

Quòd ſi, dum primo emphyteutæ conceſſa facultas ſubemphyteuticandi fuit, ſimul fuerunt illi conceſſi aliqui alij ex affectibus, & effectib. proprietatis; qui à nobis ad initium huius diſp. explanati ſunt, tunc quamuis, neq; dicendus ſit dñs vtilis, neq; directus rei emphyteuticæ cò tñ plus inſtar dñi directi comparatione ſubemphyteutę habebit, quo plures ex illis fuerint ei communicati. Idemq; de vaſallo dicendum eſt, quò plures affectus, atq; effectus proprietatis fuerint illi conceſſi, rōne quorum liberius tradere poſſit in emphyteuſim, aut feudum, res feudales, maioriq; cum iure in emphyteutas, & feudatarios, vt de Rege Siciliæ, qui ſedis apoſtolicæ eſt feudatarius, ſupra dictum eſt: dicq; poterat de Rege Aragoniæ, q̄ñ feudatarius erat Regi Caſtellæ, antequam ob ſuppetias ad hanc noſtram Conchēſem ciuitatē ſtru, atq; induſtria tunc minutiſſimam, de manu Maurorum poteſtate extrahendam, allatas capta tandē ciuitate die 21. Septembris anni 1177. feudum illi remitteretur.

Dicendum deinde ad argm̄ eſt, quamuis repugnantia ſit, emphyteutam de conſenſu proprietarij poſſe ſubemphyteuticare, & nullum omnino ius in eo remanere, nullam tñ eſſe repugnātiam, poſſe ex eodem conſenſu ſubemphyteuticare, & non remanere apud ipſum vtile dñium. Neq; n. vt artem tradendo, aptè, & congruè dicamus, emphyteutam ſubemphyteuticare, neceſſe eſt, vt tñ iuris, ac tam perfectum, & integrum dominium vtile in ſubemphyteutam tranſferat, quantum ipſe habebat: conſtat. n. debilius illud tranſferre; eo quod reliquias aliquas illius penes ſe retineat; & q̄m illud tranſfert pendens ex eo, quod ſubemphyteuticans in commiſſum non cadat ob non ſolutam proprietario penſionē, quippe eo ipſo, qd emphyteuſis in ſubemphyteuticante expiret, neceſſe ſit expirare in ſubemphyteuta, vt ſupra explanatum fuit. Neq; item, vt tradendo artē, aptè, ac congruè idem dicamus; neceſſe eſt, vt quātum iuris antea in emphyteuta erat, tantum facta ſubemphyteuticatione in eo permaneat, aut vt id dominium vtile, q̄ in eo erat, in ipſo permaneat; ſed ſatis eſt, q̄ ipſe ratione dominij vtilis, quod accepit, & quod in nouum emphyteutam, de proprietarij conſenſu tranſtulit, teneatur ad ſoluendam penſionem proprietario, ita vt, ſi ipſe eam non ſoluat, in commiſſum incidat, eſto ſubemphyteuta ſibi nō ſoluerit, & vt proſpiceri debeat, ne ſubemphyteuta in cōmiſſum incidat aduerſus proprietarium, tē deteriorando, aut illam alienando, nō ſeruatis cōparatione proprietarij, q̄ debent ſeruari, ne cōmiſſum incurratur; alioquin id ipſi cōparatione proprietarij nocebit: tamen ſi agere poterit ad intereſſe comparatione ſubemphyteutæ.

Itaq; rōne illius ſubordinationis, quę eſt primi emphyteutæ comparatione proprietarij & ſecundi comparatione primi, atq; etiā cōparatione proprietarij, aptè illa ſubemphyteuticatio nuncupatur. Illud obiter admonuerim, non placere, qd Gama decis. 244. nu. 7. & dec. 329. n. 5. ait, nempe, ſi † ſubemphyteuta in cōmiſſum incidat ob nō ſolutā penſionē, amittere ius emphyteuticū, ſeu dñi vtile, proprietario, & non primo emphyteutæ.

Licèt enim id verum ſit ex quocunque alio capite in commiſſum incidat; non tamen eſt verū, ſi incidat ob non ſolutam penſionem: quoniam penſio à ſubemphyteuta ſolui debet ſubemphyteuticanti, & non proprietario, ad eundemq; ſubemphyteuticantem ſpectat exequi in ſuum fauorem pœnam commiſſi ob penſionem ſibi non ſolutam, vt dictum eſt.

Ante ſecundi argumenti ſolutionem obſeruandum eſt. Duobus † modis iuribus feudorum conceſſis feudatario, poſſe transferre feudum in alterum. Primò, ita vt nouus feudatarius proprietario ſeruiat loco primi, atque adeo, vt onera primi tranſeant in ſecundū. Atq;, vt valida ſit eiuſmodi translatio feudi, neceſſe eſt, vt is, in quem transfertur, talis ſit, æqueq; ſeruire proprietario poſſit, atque is, qui feudum in illum trāsfert. Quarè, ſi feudatarius primus miles erat, & cum onere ſeruiendi in bello feudum conceſsū illi fuit, non pōt trāsferre illud, niſi in militem, qui æquè bene ſeruire poſſit proprietario in bello. Et de eiuſmodi feudi translatione ſermo eſt c. 1. §. ſimiliter, de l. Conr. & c. 1. §. beneficium, ſi de feud. defunct. conten.

Secundò poteſt concedi, ita vt nouus feudatarius ſeruire teneatur, non proprietario, ſed primo feudatario, onerag; iniuncta ſubire non comparatione proprietarij, ſed primi feudatarij, manentibus oneribus primi feudatarij comparatione proprietarij, vt antea erāt. Atq;, cum in eiuſmodi genere ſubinfeudationis non agatur de præiudicio, & commodo proprietarij, ſed feudatarij, non videtur adeo neceſſarium, vt ius, cui conceditur, talis ſit, æqueq; ſeruire proprietario poſſit, ac primus feudatarius. De eiuſmodi ſubinfeudationis genere ſermo eſt, c. 1. §. illud quoq;, de proh. feu alien. per Fed. & alijs iuribus.

Hoc ita conſtituto, quod ad ſecūdum argumētum attinet, Caldas de renouat. emphyt. q. 13. nu. 42. reſpondet, concedendo in primo feudatario manere vtile dominium, ſolumq; commodi-

tatem, hoc est, ius percipiendi emolumenta ex re feudali nomine ipsius, transferre in subfeudatarium, vt Carolus Molinæus asserebat: neque iura feudorum hac in parte exorbitantia, quippe quæ, vt concedût subinfeudare sine consensu proprietarij, ita dominium vtile relinquunt subinfeudanti, extendenda esse ad emphyteusim.

Illa tñ opinio Caroli Molinæi, q̃ in primo feudatario maneat dñium vtile, solúmq; in subfeudatarium transferat cõmoditatem, falsa est, cõiq; doctorum sniæ contraria. Id q̃ apertè confirmat ex c. 1. §. similiter, de leg. Conrad. vbi hr, secundũ feudatarium posse iterum subinfeudare, & ita in infinitum, sine præiudicio tñ proprietarij, atque adeo iuxta leges primi feudi; qui autem solum habet commoditatem, subinfeudare non potest, solumq; commoditate fruitur, dum primus feudatarius dominus vtilis rei feudalis est, neq; in aliũ transire debet; eo quòd solum loco, & nomine illius commoditatem percipiat, remq; feudalẽ administret, eaq; perfruatur.

Vnde ad 5dm argm̃ negandum est, feudatariũ subinfeudantem retinere vtile dñium: non.n. retinet, nisi reliquias quasdã illius, vt cũ cõi sniã asseuerat Iul. Clar. 4. lib. sent. §. feudum. q. 32. nu. vlt. rõne quarum superioritatẽ, atq; eminentiam in subvasallum hẽt, habeque instar dominí directi cõparationẽ illius, eo plus, quo plures effectus, atque effectus proprietatis illi conceſſi à proprietario fuerint in subvasallũ, vt de emphyteuta ex cõsensu proprietarij subemphyteuticãte dictũ est. Cur aũ vasallo potius cõcessum sit posse subinfeudare sine consensu proprietarij seruatis tamen debitis conditionibus, q̃ emphyteutæ posse subemphyteuticare sine consensu proprietarij, ait Iulius Clarus, q. 32. citata, nu. 1. se nullã bonam rationem reperisse hactenus apud doctores.

Quãuis autem hæc expositiones iure pendeant; & legum latorum voluntate, qui id statuere potuerunt in feudo, & non in emphyteusim, forte ratio est. Quia feuda pro seruitio concedi consueuerũt, & non intuitu meliorationum rei feudalis, atque aliorum emolumentorum proprietarij, vt conceduntur res in emphyteusim: ideoque dummodo seruitium competeret, & solueretur, siue per immediatum vasallum, siue per alium æquè idoneum, liberior relinqui debet potestas ad subinfeudandum, quam ad subemphyteuticãdum, præsertim cum vasallum habere alios sub vasallos, potenter rem illum tendat ad seruitia personalia proprietario exhibenda.

Ad tertium argumentum concedendum est, si iure permitteretur emphyteutam subemphyteuticare, id debere intelligi secundum naturam emphyteutici contractus, quantum tamen patitur natura subemphyteuticationis, qua dum vtile dominium transfertur in subemphyteutam; remanere non potest in subemphyteuticante; tametsi superioritas à nobis explanata in eo comparatione subemphyteutæ remaneat: quare neganda est consequentia, qua infertur, in subemphyteuticante manere dominiũ vtile superius ad id, quod in subemphyteusim transfertur, & subemphyteuticantem, & non ad proprietarium, recurrendum esse in omnibus.

## Emphyteusis, alia noua, alia antiqua. Item alia hæreditaria, alia ex pacto, & prouidentia, seu familiaris, & alia mixta. Eadem in feudo.

### DISPVTATIO CCCCLXXII.

#### SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis duplex, noua, & antiqua.*
2 *Emphyteusis, & feudum duobus modis dici possũt hæreditaria.*
3 *Emphyteusis, & feudum simpliciter hæreditaria quid.*
4 *Hæredum, & successorum nomine, etiam in emphyteusi ecclesiastica, comprehenduntur extranei.*
5 *Feudum simpliciter concessum, an censeatur cõcessum etiam pro hæredibus extraneis.*
6 *Feudum, & emphyteusis ex pacto, & prouidentia quid.*
7 *Feudum, & emphyteusis quando sunt ex pacto, & prouidentia, non est necesse, vt qui in eis succedit, sit hæres.*
8 *Feudum, & emphyteusis ex pacto, & prouidentia, an de iure reperiantur.*
9 *Feudum, & emphyteusis hæreditaria mixtè, quæ.*
10 *Feudum, & emphyteusis quando sunt hæreditaria, an sufficiat hæredem esse primi possessoris, an vero necesse sit hæredem esse vltimi.*

VT deinceps explicemus successionem in emphyteusi, & num patet ea filijs possit præiudicare, ac quando, & quousque ad partitionem sit adducenda ab explanatione eorum, quæ proposita sunt, erit ordiendum.

1 Emphyteusis, aut feudum, tunc † noua dicuntur, quãdo primum conceduntur à domino directo, fitque proinde de eis noua inuestitura. Is enim, cui primò ita conceduntur, noua dicuntur; Tunc verò dicuntur antiqua, quando iam antea fuerant cõcessa, deuenitque ad alium; aut etiam sub eisdem pactis innouantur, vt ab vltimo possessore, aut ab illius successore, eo modo continuãtur, quo antea fuerant concessa. Quia verò feuda concedi assueuerunt alicui, & illius descendentibus masculis dicendum est, quando feudum est in primo, cui fuit concessum, dici nouum: quãdo verò inde deriuatum est ad aliud de illius prosapia, seu familia, siue is, in quem transit, descendens sit vltimi possessoris siue agnatus, descendens tamen comparatione primi possessoris, dici tũ feudum antiquum, tum etiã feudum paternũ, quasi ab illo primo totius cognationis patre deriuatũ.

Atque vtroque nomine, antiquum videlicet, & paternum, appellant hodie doctores feudum, quod non est nouum. Tametsi, vt habetur cap. 1. §. 1. in fine, de success. feud. solum id feudum nuncupetur proprie paternum, quod à communi patre intra quartum gradum descendit, non verò,

quod

quod ab inferiori aliquo primo parente est deriuatum. Ita cõis doctorum sñia, quam referunt, ac sequuntur Iulius Clar. lib. 4. sent. §. emphyteusis. q. 16. nu. 1. & §. feudum q. 8. nu. 1. Aluar. Valas. de iur. emphyt. q. 42. nu. 2. & Caldas de renouãt. emphyt. q. 1. nu. 3. & sequentibus.

Obseruat tñ cũ Salycetio ibidem Caldas, nu. 5. & 6. appellari nouum emphyteutã eũ, q sub prima inuestitura, seu concessione emphyteusis, non cõprehenditur, vt si emptione, donatione, aut alio titulo, ab aliquo emphyteutarum, quis emphyteusim comparet, ac proinde hunc tenere à proprietario accipere possessionem, ac renouare emphyteusim. Qñ verò qs in prima inuestitura, seu cõcessione emphyteusis cõprehenditur, tũc non solum emphyteutis non censetur noua sed neque successor vitalis primæ cõcessionis cẽsetur nouus emphyteuta, eaq; de causa, neq; inuestituram, neque possessionem, tenetur petere à proprietario.

Vnde quando emphyteusis cõcessa in tres generationes, aut in tres personas certas, aut quas possessores in emphyteusim nominauerint, tunc q vitalis primæ concessionis succedunt, recurrere non tenentur ad proprietarium pro inuestitura aut possessione, & ita vsu esse in Lusitania receptum testatur Caldas, nu. 6. citato. Idemque est, quando emphyteusis suscepta fuit pro se, filijs, & descendentibus: quienim vi talis primæ concessionis succedunt, petere non tenentur inuestituram, aut possessionem, vt Ias. & Paris à Puteo, nu. 5. citato à Caldas relati, asseuerant.

Secus autẽ res se habet in feudo: semper enim successor in feudo, tenetur intra annum, & mensem petere à proprietario inuestituram nisi iusta causa illum impedias, alioquin feudo priuatur: & idem est, si proprietarius moriatur: tenetur enim similiter intra id tempus petere de nouo inuestituram à successore in proprietate. Ita habetur c. 1. in prin. quo tempore miles. Rat. ib. aũt, dum id peculiariter in feudo sic constitutum, est; non solum, qa feudatarius regulariter tenetur ad seruitium, onusq; personale proprietario, sed præcipuè quoniam tenetur præstare illi iuramentum fidelitatis; quæ duo in emphyteusi locum non habent. Hæc de primo eorum, quæ proposita sunt.

Quod verò ad secũdũ attinet. Ex notitia, quæ emphyteusis, aut feudũ, hæreditaria sint, & quæ ex pacto, & prouidentia, seu familiaria, resolutio pendet multarum grauium quæstionum, vt ex sequentibus dispositionibus patebit. Quod autem
2 † ad præsens attinet institutum, duplici ex capite emphyteusis, aut feudum, dici possunt hæreditaria. Vno, qa pro quibuscunq; hæredibus & extraneis censentur concessa. Altero, quia ex vi concessionis succedere in eis non potest, nisi qui sit vnus hæres fuerit emphyteutæ, aut vasalli: neque satis est esse filium, aut habere aliam qualitatem; nisi simul hæres emphyteutæ, aut vasalli existat.

Quæ autem emphyteuses, aut feuda, ex priori capite hæreditaria dicuntur, à doctoribus appellantur hæreditaria simpliciter. Quæ verò ex solo posteriori, nõ immeritò à multis hæreditaria mixtè nuncupantur. De quorum numero sunt Iulius Clarus lib. 4. sent. §. emphyt. q. 16. nu. 1. & §. feudum q. 9. nu. 4. Caldas de nominat. emph. q. 22. à nu. 11. & q. 23. nu. 20. & sequentibus, & Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. par. 3. in calce num. 78.
3 Hinc † emphyteuses, aut feuda, simpliciter hæreditaria definire, possumus cũ cõi doctorum sñia, esse illa, quæ concessa censentur pro quibuscunq; hæredibus, etiam extraneis. Ita Iulius Clar. §. emphyt. q. 16. nu. 1. & §. feudũ q. 9. nu. 2. & doctores citati, atq; in progressu citandi, licèt multi ex eis non adeo distinctè, vt nos, de hac re loquantur.

Quòd si emphyteusis ecclesiastica non sit, ex cõi doctorum sñia hæreditaria est simpliciter, si sub aliqua sequentium formarũ sit concessa. Concedo hanc rem tibi in emphyteusim ac hæredibus tuis; qñ, vt disp. 469. dictum est, nõie hæredum, quicunque, etiam extranei, cõprehendantur: neque in emphyteusi priuati, seu non Ecclesiastica, quæ ex se transire potest ad omnes, est vnde censeatur facta aliqua restrictio. Idem est, si dictum sit, concedo tibi hanc rem in emphyteusim, & successoribus tuis; qñ nomine successorum, etiam extranei hæredes comprehenduntur, id est, qui descendentes non sint. Idem si dictum sit, concedo tibi hanc rem in emphyteusim, & quibuscunque volueris; quoniam eo similiter nomine, etiam extranei hæredes comprehenduntur.

Idem quoque est, si dictũ sit, concedo tibi hanc rem, & filijs tuis ac hæredibus, & successoribus; vel tibi, & descendentibus tuis, ac hæredibus, & successoribus; vel si solum sit additum, hæredibus, aut solum sit additum, successoribus; vt Caldas de nominat. emphyt. q. 23. præsertim nu. 13. rectè ait: id quod ex dicendis disputatione sequenti perspicuum fiet.

Quod si emphyteusis sit Ecclesiastica, disput. 469. retulimus, communem doctorum sententiã esse, in illa nomine hæredum aut successorum, intelligi solos descendẽtes, ac proinde communem sententiam esse vi harum formarum, quatenus in illis mentio fit hæredum, ac successorum solos hæredes, ac successores descendentes intelligi, atque adeo, nisi maior expressio fiat, qua intelligantur, concedi etiam pro hæredibus extraneis; non censeri simpliciter, prioriquo modo hæreditariã, sub solum posteriori, seu mixtè. Nos verò ibidem cũ
4 Panor. Couar. & alijs, perpendimus in † emphyteusi quoque Ecclesiastica, nomine hæredum, aut successorum, intelligi etiam extraneos: tametsi addiderimus, vbi consuetudine esset receptum, in ea emphyteusi intelligi solum descendentes, vt receptum esse videtur in Lusitania, standum esse communi sententiæ.

5 Eodem etiam modo in feudo, quia solum censetur concessum pro descendentibus accipientis, non verò pro ascendentibus, aut alijs extraneis, nisi id peculiariter exprimatur, vt constat ex c. 1. de natura succes. feudi, & ex c. 1. §. penult. de alienat. feudi, & affirmat communis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Caldas, q. 23. citata à nu. 1. & à nu. 24. Aluar. Valas. de iur. emphyt. quæst. 44. in calce, num. 12. si sub similibus formis feudum concedatur, nomine hæredum,

aut

aut successorum; feudum accipientis, solum intelliguntur descendentes illius.

Quare feudum sub similibus formis cõcessum non est hæreditariũ simpliciter, sed solùm mixtè. Vt ergo feudum, aut Ecclesiastica emphyteusis, hæreditaria simpliciter censeantur, necesse est apponi in concessione verba, ex quibus intelligatur, concedi ēt pro hæredibus extraneis. Id in primis fiet, si dicatur, concedo tibi hanc rẽ in emphyteusim, aut feudum, pro quibuscunque tuis hęredibus, etiã extraneis. Nam in eiusmodi concessione dubium esse non potest extendi concessionẽ, etiam ad hæredes extraneos. Idem est, si dicatur, pro quibuscunque tuis hæredibus, aut dicatur, pro quibuscunque tuis successoribus, aut pro quibuscunque volueris: verbum enim illud, quibuscunque, ad omnes omnino successores, aut hæredes, etiam extraneos, denotat fieri concessionem. Ita communis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Gigas de pens. q. 19. nu. 3. Couar. 2. var. resol. c. 17. nu. 5. conclus. 4. Iul. Clar. §. emphyteusis, q. 28. in calce, nu. 7. & nu. 9. & 10. §. feudum, q. 9. nu. 2. & Caldas q. 23. citata à num. 29 Cæterum disputatione sequenti redibit sermo, num, quando in feudo, & emphyteusi Ecclesiastica, solum fit mentio de successoribus, censenda sit ex pacto, & prouidentia, an verò hæreditaria mixtè.

6 Antequã † de emphyteusi, & feudo, mixtis dicamus, emphyteusis ac feudũ ex pacto prouidentia, seu familiaria, sunt, in quorum cõcessione, seu inuestitura, nulla facta est mentio hęredũ, ac proinde, quę vi concessionis, non requirũt, vt succesſor hæres sit. Ita cõmuniter doctores, quos, inter alios, referunt, ac sequuntur Iul. Clar. §. emphyteusis, q. 16. nu. 1. consentit etiam q. 37. & §. feudum q. 9. nu. 2. Molina, lib. 1. de primog. c. 8. à nu. 5. Aluar. Valas. de iur. emphy. q. 43. nu. 2. Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. par. 3. à nu. 84. Caldas, q. 22. & q. 23. citata, nu. 33. quibus concinit Couar. 2. var. resol. c. 18. nu. 4.

Exempla sunt, vt si feudum, aut emphyteusis, concedatur accipienti, ac liberis, aut accipienti, & descẽdentibus, aut accipienti, filijs, & descẽdentibus, nulla facta mẽtione hęredum. Aut si emphyteusis concedatur accipienti, vxori, & vni filiorũ, aut descendentium, vel in tres generationes, vel accipienti, & duobus alijs, q à primo, & secundo possessore fuerint ordine quodam noĩati, aut sub alia simili forma, in qua nulla fiat hæredũ mẽtio.

7 Quo loco † obserua, vt Doct. cõiter asseuerant, qñ emphyteusis, aut feudũ, ex pacto sunt, & prouidentia, seu familiaria, necesse non esse, vt q in eis succedit, hæres sit: poterit enim repudiata hæreditate, succedere in feudo, aut emphyteusi. Excipitur, nisi qui in feudo succedit descendẽs sit vltimi possessoris: tũc enim succedere nõ potest in eo feudo repudiata hæreditate, sed acceptare tenetur hæreditatem, si succedere velit in eo feudo.

Secus aũt est, si quis in eo feudo succedit, nõ sit descendens vltimi possessoris, sed sit ei agnatus, ac solum comparatione primi possessoris sit descendens; tunc enim succedere potest in eo feudo, repudiata hẽditate vltimi possessoris. Vtrumque hĩ satis expresse, c. 1. an agnat. vel filius, & ita exponit cõmunior doctorũ sẽtia. Hac de rẽ in definitione, seu explanatione emphyteusis, ac feudi ex pacto & prouidentia, apposuimus verba illa; quæ vi concessionis non requirunt, vt successor hæres sit qm, licèt in feudo ex pacto, & prouidentia descendens vltimi possessoris succedere non possit repudiata hæreditate vltimi possessoris, id nõ habet vi cõcessionis, sed vi peculiaris statuti, quo id in feudo in patentium reuerentiam sancitum est: neq; inde trahi potest argumentum, quod idem sit in emphyteusi ex pacto, & prouidẽtia.

Potiò, q in eo capite sermo sit de feudo ex pacto, & prouidentia, non verò de feudo hæreditario, etiam mixtè, probant optimè Couar. 2. var. resol. c. 18. nu. 4. Aries Pinel. l. 1. C. de bõn. mater. part. 3. nu. 85. Aluar. Valas. de iur. emphy. q. 43. num. 1. & copiosius, q. 44. nu. 4 & 5. & plerique alij, quos citant. Quoniam, si ibi sermo esset de feudo hæreditario, etiam mixtè, falsum esset, agnatum posse in eo succedere repudiata hæreditate: eo quod in omni feudo, & emphyteusi hæreditaria necesse sit, eum, qui succedit, hæredem esse, vt in progressu liquebit.

Neque satisfacit respõsio Iulij Clari. §. feudũ, q. 76. dicentis, verificari textum illum in primo feudi hæreditarij possessore: qm, si illi succedat descendens, repudiare non potest hæreditatem, & succedere in tali feudo: si verò succedat agnatus, repudiare poterit hæreditatem, & succedere in eo feudo. Est enim hoc ineuitabile, meo iudicio, argumentum, aduersus Iul. um Clarum. qm, si feudum sit simpliciter hęreditarium; tunc neq; agnatus succedere pót in eo primo possessori, nisi hæres illius sit: si verò sit solum hæreditarium mixtè, vtpotè acceptum pro solis descendentibus hæredibus primi possessoris; tunc succedere in eo feudo non poterunt agnati primi possessoris: quippe descendentes illius non sunt: pro solisque descendentibus acceptis sit feudum cõcessum.

8 Quod ad nomina † attinet, quibus emphyteusis eiusmodi ac feudum ex pacto, & prouidentia, ac familiaria appellantur, Aries Pinel. nu. 84. citato, damnat nomen illud ex pacto, & prouidentia. Tum quod nõ sit textus, vnde colligatur, aut probetur. Tum vel maximè, quod propterea feudum tale aut emphyteusis, ex pacto, & prouidentia dicatur, q iuxta tenorem pacti inuestituræ in eis succedatur; cum tamen, etiam in feudo, & emphyteusi, hæreditarijs, succedatur iuxta tenorem pacti. Ait tamen se vsurum eis vocabulis, quando quidem à doctoribus introducta sunt.

Aluar. Valas. q. 43. citata, num 2. relato Pinello, ait, meliora nomina potuisse à doctoribus ad id inueniri, & accommodari. Certè inusitatum non est à traditoribus disciplinarum, aptato vni parti subiectæ peculiari aliquo nomine, vt in re proposita feudo, ac emphyteusis, de quibus loquimur, nomen hæreditarium accommodatum est, reliquam partem cõi nomine appellare. Sic Aristoteles, applicato vni parti subiectæ dispositioni nomine habitus, reliquam dispositionem appellauit: multaque alia sunt exempla.

Quo ad

Quoad nomen verò familiare, illud est obseruandum, quamuis aptum sit ad distinguendũ feudum aut emphyteusim, familiaria, ab hæreditarijs, eo modo, quo iuxta l. familiaria, iuncta l. sequenti. ff. de relig. & sump. funer. disp. 188. distinximus sepulchra familiaria ab hæreditarijs: nihilominus aliquas esse emphyteuses ex pacto, & prouidentia, in quib. succedere potest aliquis, qui non sit de familia primi possessoris, vt quãdo emphyteusis suscipitur pro quibus fuerint nominati, siue de familia illi fuerint, siue non; & similiter alia feuda posse cõcedi ex pacto, & prudentia, quæ vi pacti deuenire possint ad aliquẽ extra familiã primi possessoris: nomina enim interdum latius patent, quam id, ob quod accommodantur. Illud præterea obserua, sicut quando in feudo, aut emphyteusi, succedere dẽt qui fuerit hæres possessoris, desinit successio iuris hæreditarij, sic quando succeditur iure propinquitatis, dicit succedi iure sanguinis, id quod ad multa alia accõmodatur, vt ad successionẽ in maiorat. & in alijs similibus.

Emphyteuses, & feuda hæreditaria mixtè sunt, quæ conceduntur pro hæredibus, sed non omnibus: quatenus enim non sunt pro omnibus hæredibus concedutur, dicuntur mixta ex pacto, & prouidentia. Eiusmodi est feudum concessum accipienti, & hæredibus illius: atque, ex communi doctorum sententia, est etiam emphyteusis Ecclesiastica similiter concessa, non tamen emphyteusis primæ, iuxta ea quæ supra, & disp. 469. dicta sunt. Etenim feudum, & emphyteusis Ecclesiastica illo modo concessa, non se extendunt ad hæredes extraneos, sed solum ad hæredes descendentes: nullo enim alio modo concessionis in feudo, aut emphyteusi Ecclesiastica, succedere debent, & esse debent descendentes, & hæredes quæuis harum qualitatum ea deficiente, succedere non poterunt tali in feudo aut emphyteusi.

Eiusmodi etiam est emphyteusis primæ concessa alicui, & hæredibus illius descendentib. aut cum quauis alia limitatione ita vt nomen omnen vniuersim illius, hæredes sese extendat. Ita Iulius Clarus, §. emphyteusis q. 16. nu. 1. & §. feudum. q. 9. nu. 4. Aries Pinel. vbi sup. nu. 85. vbi ait, distinctione huius feudi hæreditarij minimè à feudo simpliciter hæreditario conciliari omnium doctorum dicta, & opiniones, Caldas. q. 23. citatus nu. 20. Concinit Couar. 2. var. resol. c. 18. num. 3. Atque de hoc etiam feudo loquitur Molina, c. 8. cit. à num. 5.

Cum doctores conueniant, quando emphyteusis, aut feudum, hæreditaria sunt, necesse esse successorem in emphyteusi, aut feudo, hæredem esse, neque sufficere esse filium, aut habere aliam qualitatem, nisi hæres existat dubitant tamen, an sufficiant hæredem esse primi possessoris, mediante aliquo intermedio, qui hæres tandem primi possessoris extiterit, neque necesse sit hæredem esse vltimi possessoris, sed posse, hæreditate illius repudiata, in feudo, aut emphyteusi succedere; an verò necesse sit hæredem esse vltimi possessoris. Cõmunior doctorum sũa, quam referunt, ac sequuntur Iul. Cla. §. feudum, q. 9. n. 5. Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. par. 3. n. 92. Caldas de remi nat. emphyt. q. 22. nu. 39. & Alber. Valas. de iure emphy. q. 44. nu. 19. & iuxta quam aut Iul. Clar. in facti cuiusdam contingentia iudicasse senatum Neapolitanum est, sufficere esse illo modo hæredem primi possessoris, neque esse necessarium, vt hæres sit vltimi possessoris.

Quæst.

Ducuntur quoniam descendentes accipiant à primo possessore, non verò ab immediato, Cõmunia sententia mihi videtur vera cum Curtio iuniore, & alijs, nempe necesse esse, vt hæres vltimi possessoris, neque posse hæredis istem illius repudiare, & acceptare feudum aut emphyteusim. Falsũ ait est, emphyteutam aut feudatarium, qui post primum possessorem iure hæreditario succedunt, accipere à primo possessore: non enim, tamquam ab origine accipiũt à primo possessore, sed à proprietario qui sub eis legibus, ac conditionib. feudi, aut emphyteusim concessit, vt ita ordine quodam deriuentur, ac deueniant; accipiũt verò immediatè ab vltimo possessore, atq; ex dispositione eius, facta consentaneè ad leges inuestitutæ. Decis.

Addit emphyteusim aut feudo, præsertim simpliciter, & omnino hæreditarijs, non satis esse, vt quis successor sit in illis, existere tãdem hæredem primi possessoris per intermedium aliquem, sed necessariam esse applicationem, ac concessionem talis emphyteusis, aut feudi, ab vltimo possessore factam.

## Variæ Formæ quibus res in emphyteusim, aut feudum, traduntur. Et expenditur, quæ earum emphyteusim, aut feudũ hæreditaria efficiant, & quæ ex pacto, & prouidentia.

## DISPVTATIO CCCCLXXIII.

### SVMMARIVM.

1 *Feudi, & emphyteusis ex pacto, & prouidentia, forme.*

2 *Feudum concessum, sub hac forma, concedo tibi hanc rem in feudum, an appellari debeat hæreditarium.*

3 *Emphyteusis ecclesiastica, & secularis an differant, si ambo concedantur alicui prose, & eius liberis, seu descendentibus.*

4 *Emphyteusin, & feudum concessa sibi, filijs, & hæredibus, censenda sint hæreditaria, saltem mixtè.*

5 *Feudum, aut ecclesiastica emphyteusis si concedantur sub hac forma, tibi, & hæredibus tuis masculis, qui de corpore tuo nati, quo nomine appellari debeant.*

*Et quid, si dictum sit, concedo tibi, et hæredibus tuis legitimis hanc rem in feudum, aut emphyteusim. num. 6.*

*Et quid si dicatur, concedo tibi hanc rem in feudum iure Francorum. nu. 7.*

*Item quid si dicatur, tibi, ac tuis. nu. 8.*

*Item si dicatur, tibi, & successoribus tuis. nu. 9.*

Com-

Digitized by Google

COmmuniter doctores affirmant, & ex dictis disputatione præcedente facilè liquet, quãdo in concessione emphyteusis aut feudi, nulla facta est mentio hæredum, emphyteusim, aut feudũ, non esse hæreditaria, sed ex pacto, & prouidẽtia. Vnde sequentes formæ † erunt ex pacto, & prouidentia. Concedo tibi hanc rem in emphyteusim, seu feudum, in triginta annos, in vitã tuam, aduentes generationes, seu vitas. Tibi vxori, & vni filiorum superstiti tempore mortis vltimi vestrum. Tibi, vxori, & filio ex vobis nascituro. Tibi, & duabus alijs personis, ita quòd tu nomines secundam, & secunda tertiam.

1

Quę formę frequentes sunt in Lusitania in cõcessione emphyteusis. In te, & cunctam tuam generationem. Tibi, & liberis tuis. Tibi, & generi tuo. Aut tibi, & in cunctam generationem. Tibi, & tuis descendentibus, siue addatur, ex corpore tua genitis, aut legitimis, siue non, & siue addatur, per lineam masculinam, aut virilem, siue non, & siue concedatur facultas nominandi, siue non. Lege inter alios Aluar. Valas. de iur. emph. q. 4. & q. 43. nu. 3. Consentiunt, quæ Iul. Clar. lib. 4. sent. §. emphyt. q. 37. docet.

Alua. Vala. q. 44. sequenti. nu. 2. ait, si feudũ datum alicui sit sub hac forma, concedo tibi hanc

Quæst. 2 † rem in feudum, nihil aliud exprimẽdo (quod appellant dari aliquid simpliciter, & in formiter in feudum) censeri datum pro accipiente, & hæredibus, atq. adeo innuere videtur tale feudum esse hæ-

Decis. reditarium. Atque, inter alios, citat pro hac sententia Couar. 2. var. resol. c. 18. num. 4. & Iulium Clarum, §. feudum, q. 9. nu. 6. & q. 76.

Dicẽdum tñ prout dubio est, esse ex pacto, & prouidentia; cum nulla ibi mentio fiat de hæredibus, neq; expresse, neq; tacitè ex natura talis feudi: idque apertè asseuerat Cou. loco citato in calce. nu. 3. & n. 4. Ait enim in eo feudo ex omnium sententia habere locum c. 1. an agnatus, vel filius nẽpè descendentem non posse in illo succedere repudiata hæreditate: agnatum verò illius, & successorem primi possessoris succedere posse in illo repudiata hæreditate: quod verum non esset, nisi feudum illud esset ex pacto, & prouidentia.

Neque aliud videtur voluisse Iulius Clarus locis citatis, si attentè legatur, sed solum, quod non censeatur concessum pro solo accipiente, sed etiã pro descendentibus illius, iuxta feudi propriã naturam; & q̃ in eo euentu locum habeat ex omniũ sententia discrimen illud, quod in descendentem, & agnatum constituit ea. illud primum citatum, vt Couar. affirmauit. Et fortasse non aliud intendit ibi Aluar. Valas. tametsi incautè apposuerit verba illa, pro se, & hæredibus datum.

Idem Alua. Valas. q. 44. citata, nu. 6. q. 49. n. 2. & in calce, nu. 6. ac q. 50. nu. 5. cum Bart. & alijs,

3 quos citat, hoc † constituit discrimen inter emphyteusim secularẽ, seu priuati, & emphyteusim Ecclesiasticam. Quod si emphyteusis Ecclesiastica concedatur alicui, & eius liberis, seu descendẽtibus, censetur ex pacto, & prouidentia, atq; adeo filij succedere in ea poterunt, esto hæredes nõ sint aut hæreditatem repudiẽt: qm̃ eiusmodi emphyteusis ad hæredes extraneos non transit, nisi ita pro hæredibus sit concessa, vt intelligatur etiam ad extraneos se extendere: at verò si emphyteusis secularis concedatur alicui, & illius liberis, aut descendentibus, censetur hæreditaria, neque filij in ea possunt succedere, si hæredes nõ sint: quoniam eiusmodi emphyteusis de sui natura transit ad hęredes extraneos.

Hoc discrimen reijciunt Iason, & Imola à Couar. 2. var. resol. c. 18. nu. 2. §. quinta conclusio, relati, atq; in eorum sniam propendere videtur Couar. ibi, censentes esse etiam ex pacto, & prouidentia emphyteusim secularem sub ea forma concessam, posseque filium in ea succedere, esto hæres non sit, aut patetnam repudiet hæreditatem. Atque hanc sententiam amplectitur Iul. Clar. §. emphyt. q. 37. nu. 1. cum multis alijs, quos refert. Decis.

Eadem mihi probatur. Tum quia cõsentaneum omnino est fundamentis ex communi doctorum sententia disputatione præcedente iactis. Tum & quoniam sententia contraria nullo sõlido fundamento nititur ad illud discrimen inter illas duas 4
emphyteuses constituendum. Tum denique quoniam emphyteusis Ecclesiastica cõcedi passim cõsueuit pro hæredibus, sicut & secularis, atq; adeo in vt sit hæreditaria; saltem mixtè, & concedi et potest; ita vt simpliciter sit hæreditaria: quarè potissima illa ratio Alua. Val. cum Bar. minimè profectò solida in re, de qua disputamus, quòd scilicet patet stipulando, aut pacscendo pro filio, in dubio censetur pactum pro illo vt hærede, eodem modo locum habet in emphyteusi Ecclesiastica: cum ergo in emphyteusi Ecclesiastica locum ex illorum sententia non habeat, neque in seculari censenda est vim vllam habere.

Atque hoc affirmãdum omnino asseuerat Caldas q. 22. à nu. 19. de iure Lusitano, iuxta ea, quæ disputationibus sequentibus referemus, & idem subiungit esse de iure communi tametsi à nu. 14. propendere visus fuerit in Bart. Aluar. Valas. & aliorum sententiam: Eiusdem sententiæ cum Caldas est Gama decis. 8. nu. 6. & 7.

Emphyteusis, aut † feudum, alicui concessa sibi, filijs, & hæredibus, censenda sunt hæreditaria, saltem mixtè. Dixi, saltem mixtè: quoniam, si sit secularis emphyteusis, cuius ea nomine, hęredum, intelligantur, etiam extranei, vt disputatione præcedente dictum est, vtique erit emphyteusis hæreditaria simpliciter. Si autem sit feudum, cum in eo nomine, hæredum, nisi aliud exprimatur, intelligantur soli descendentes, vt disputatione præcedente explanatum est, solum erit feudum hæreditarium mixtè. Et idem, iuxta communem doctorum sententiam, est in emphyteusi Ecclesiastica, propter eandem rationem, vt ibidem, & disp. 469. visum est.

Quarè, non solum alij, sub eadem forma cõprehẽsi, succedere non possunt in ea emphyteusi, aut feudo, nisi hæredes sint, sed neque filij succedere possunt, nisi sint hæredes. Ita cum Bartolo communis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Couar. 2. variar. resol. cap. 18. nu. 3. Iulius Clarus, §. feudum, quæst. 9. nume. 8. & §. emphyteusis.

phyteusis, q. 37. nu. 2. & 3. & Alua. Valas. q. 44. citata, nu. 9. verbum enim illud, & hæredibus idem potest, qd & cæteris hæredibus, ac proinde afficit filios, vt succedere non possint, nisi hæredes sint.

Si autem dictum esset, pro filijs hæredibus, aut pro descendentibus hæredibus, non apposita coniunctione, & , tunc, vt cùm Bart. bene ibi subiungit Aluar. Valas. esset quidem emphyteusis, aut feudum mixtum, etiam si emphyteusis esset secularis; quoniam vox, hæredibus, afficeret descendentes, quibus adiungitur: neque in ea forma se extenderet ad extraneos. Consentit Pinel. l. 1. C. de bon. mater. par. 3. n. 90. illatione 5. Longè maiori cum ratione, si feudũ, aut emphyteusis Ecclesiastica, cõcederetur sub hac forma, tibi & hæredibus, esset feudũ, aut emphyteusis, hæreditaria, ita vt descendẽtes succedere non posset in tali feudo, aut emphyteusi, nisi hæredes essent, vt aduersus quosdã, contrarium asserentes, meritò asserant Aluar. Valas. vbi sup. nu. 11. Iulius Clar. q. 9. citata, nu. 7. & Couar. nu. 3. citato, §. idem omnino.

Quæst. 5 Quando feudum, aut Ecclesiastica emphyteusis, sub hac † forma conceduntur, tibi & hæredibus tuis masculis, vel de corpore tuo natis, quidã arbitrati sunt, feudum, aut emphyteusim esse ex pacto, & prouidentia, non secus, quàm si appositum non esset verbum, hæredibus. Hanc veriorem, & receptiorem sententiã appellat Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. part. 3. nu. 88. & Aluar. Valas. vbi supra, nu. 13. (tametsi postea in contraria permaneat) ait, huic ego opinioni accederem in illa formula, pro se & hæredibus ex corpore suo natis. Tunc enim, inquit, verbum, hæredibus, filios tantum designat: quia hæredes non nascuntur, sed fiunt à lege, vel ab homine. Subiungit etiam, In illa forma, pro se, & hæredibus masculis, nimis vrget text. in c. 1. §. sed diuersum, de alie. feud. illis verbis, *Illo mortuo sine legitimo hærede masculo*, quod verbum ita intelligendum est in feudo, id est, sine filio masculo.

Decis. Contraria tñ sententia est proculdubio asserenda cum Couar. versus finem, num. 3. citato, Iulio Claro, q. 9. citata nu. vlt. Aluar. Valas. vbi supra, & alijs, quos citãt. Additio enim illorum verborum, masculis, aut de corpore suo natis, conducit quidem, vt feudum, aut emphyteusis, etiam ex eo capite non sint hæreditaria simpliciter, non verò vt non sint hereditaria mixtè, quasi verbum, hæredibus, simul appositum, suã vim amittat. Neque vllum est solidum fundamentum in contrarium. Potius enim mens disponentium est attendenda, visq; verbi illius, hæredibus, quam metaphysica illa, quam Aluar. Valas. expendit, quod scilicet hæredes non nascantur, sed fiant dispositione legis, aut hominis: illi quippe hæredes, qui dispositione legis, aut hominis, tales sunt, diuiduntur tanq̃ in partes subiectas, in hæredes natos de corpore disponentis, & in hæredes ex eis non natos: tametsi priùs eis competat, esse natos, quam esse hæredes. Verba autem illa ex c. 1. de alien. feu. per petuam adducuntur: quoniam constat legitimum hæredem, verè esse hæredem: in feudo autem subiungitur, nomine illius, solum intelligi, filium, seu descendentem masculum, hæredem videlicet. Solum enim verba illa significant, in feudis, quando aliud non fuit expressum, neque succedere fœminas, neque ascendentes, aut alios hæredes extraneos, sed solos descendentes masculos.

6 Quod † dictum est de præcedente forma, dicendum est de hac; concedo tibi, & hæredibus tuis legitimis hanc rem in feudum, aut emphyteusim. Est enim tale feudum, aut emphyteusis, hæreditaria, & non ex pacto, & prouidentia, vt rectè Aluar. Valas. vbi sup. num. 16. & 18. aduersus quosdam, quos citat, ait. Verbum enim illud, legitimis, solum excludit illegitimos: an verò vim suã tollit à verbo, hæredibus. Idem est de hac forma; concedo tibi hanc rem in emphyteusim, aut feudum, filijs, & hæredibus tuis, vt succedant secundum sexum, & ætatis prorogatiuam, aut vt succedant iure Frãcorum, hoc est, vt semper primogenitus præferatur alijs: est enim emphyteusis, aut feudum, hæreditarium ad effectum, vt succedere nõ possit, nisi, qui semel fuerit hæres, vt Aluar. Valas. vbi supra, nu. 17. rectè ait aduersus Pinel. nu. 90. citato illatione 7. & aduersus alios, quos citat. Neque enim verbum, hæredibus, frustra est censendum appositum cæteroquè suæ vi.

7 Quamuis † autem, si feudum sub hac forma cõcedatur, concedo tibi hanc rem in feudum iure Francorũ, hoc est, vt semper primogenitus in eo præferatur alijs, feudum sit ex pacto, & prouidentia, eo quòd nulla de hærede sit facta mentio, vt cum alijs, quos citant, tradunt Alua. Valas. ibid. q. 43. nu. 3. & Molina l. b. 1. de primog. c. 7. nu. 4. secus tamen res habet, quando de hæredibus fit mentio: est enim hæreditarium.

8 Quando † emphyteusis, aut feudum, sub hac forma fuissent cõcessa; tibi, ac tuis; meritò Aluar. Valas. q. 44. citata, num. 15. cum Emil. Ferr. affirmat, esse ex pacto, & prouidẽtia: quoniam nomine, suorum, intelliguntur, qui sunt de familia, ac sanguine coniuncti: vnde idem est ac si diceretur, tibi, & tuis descendentibus. Iureque optimo reprehendit Pinel. vbi sup. nu. 90. illatione 4. qui asseruit, esse iure emphyteusim, aut feudum, hæreditaria mixtè, quasi idem sit dicere, tibi & tuis, ac tibi, & tuis hæredibus. Quare esto emphyteusis esset secularis, non esset hæreditaria sub illa forma concessa, sed ex pacto, & prouidentia.

9 Quando † emphyteusis, aut feudum, sub hac forma conceduntur, tibi, & successoribus tuis, dicerem, si esset emphyteusis secularis, esse hæreditariam simpliciter, vt disputatione præcedẽte dicebamus: quoniã nomine successorum, comprehenduntur, etiam extranei, qui iure hæreditario succedunt, ad quos illa emphyteusis se extendit. Si autem esset Ecclesiastica, aut feudum, quoniam hæc, quando aliud non exprimitur, non se extendunt nisi ad descendentes, vt disputatione præcedente dictum est, nomine, successorum, in ea materia descendentes congruè intelliguntur, ac proinde erunt ex pacto, & prouidentia.

Si tamen cum Aluar. Valas. de iure emphyt. q. 43. nu. 4. & communiori doctorum sententia, in dubio, an feudum, vel emphyteusis, sint hereditaria,

Digitized by Google

ria, proponendum sit illa hæreditaria esse, sanè censendum erit, esse illa hæreditaria mixtè: quoniam verbum, successoribus, hæredibus descendentibus accommodari optimè potest, etiam quatenus hæredes sunt vereque eos comprehendit. Concinunt, quæ Caldas de nominat. emphyt. q. 23. nu. 13. & 14. iunctis duobus antecedentibus, docet, ac de iure Lusitano refert, de quibus infra erit sermo.

Dixi, cum Aluar. Valas. & communiori doctorum sententia: quoniam Pinel. l. 1. C. de bon. mater. par. 3. nu. 91. vsque adeo cõtra communẽ doctorum sententiam censet, in feudis potiùs esse inclinandum ea esse ex pacto, & prouidentia, vt in multis dispositionibus, in quibus, sequutus communem doctorũ sententiam, vsq; ad eum numerũ docuerat ea esse hæreditaria, addat potiùs ea censenda esse ex pacto, & prouidentia, nihil impediẽte verbo, hæredibus, in eis appositio. Vt tamen vbi supra rectè Aluar. Valas. addit, recedendum non est à communibus opinionibus in praxi receptis, præsertim cum nullo solido fundamento Pinellus nitatur ad propendendum in contrarium.

Ex dictis hac, & præcedente disputatione, facile iudicabitur, oblatis quibuscunque alijs formis, quibus emphyteusis, aut feudum, sint concessa, quando iudicanda sint ex pacto, & prouidentia, & quando hæreditaria simpliciter, vel mixtè.

## Vtrum in emphyteusi, ac feudo, succedant fœminæ.

## DISPVTATIO CCCCLXXIIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Fœminæ regulariter ad successionem feudi non admittuntur, ex communi.*
*Et idem de illegitimis.*
*Fallit tamen, vt nu. 2. 3. 4. & 5.*
6 *Princeps an possit dispensare, vt fœmina succedat in feudo in præiudicium agnatorum.*
7 *Masculus ex fœmina an excludat fœminas, quæ succedunt in feudo in defectum masculorum.*
8 *Fœmina semel excluſa à masculo, an semper censeatur excluſa.*
9 *Emphyteusis an, & quando ad fœminas transeat.*
10 *Fœminæ an succedant in emphyteusis, susceptа pro se, & filijs.*
*Et quid de iure Lusitano. ibid.*
11 *Fœminę, quando ab emphyteusi nõ excluduntur, succedunt in ea nepotes ex fœmina vtriusq; sexus.*
12 *Nepos ex filia an succedere possit in emphyteusi susceptа pro se, & filijs, ac nepotibus ac masculis, aut pro se, & descendentibus masculis.*

ANtequam ad alios effectus deueniamus, qui ex eo proueniunt, quòd emphyteusis, aut feudum, ex pacto sint, & prouidentia, aut hæreditaria, quod propositum est, erit in hac disputatione examinandum, & in sequenti, num in emphyteusi, aut feudo, succedant illegitimi.

Atque vt à feudo ordiamur, cõis cõclusio, mo-
1 tibus † feudorum recepta, ac comprobata, est, fœminas regulariter ad successionem in feudo non admitti. Ita habetur c. 1. §. hoc autem, de his qui feud. dar. poss. c. 1. §. filiæ verò, de succes. feud c. 1. §. ad filias, de succes. fratrum vel gradib. succed. & affirmat communis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Aluar. Valas. de iur. emph. q. 41. Iulius Clarus, 4. lib. sent. §. feudum, q. 73. Couar. 1. variar. resol. c. 18. nu. 1. & Cald. de nominat. emphyt. q. 23. nu. 8.

Ratio, quam cum glo. §. hoc autem, citato, doctores cõiter reddunt, est. Qm̃ feuda concedi solent cum onere seruitij personalis, præsertim pugnãdi, ac iuuandi in bello, ad quod fœminæ sunt ineptæ. Hanc iñ non omnino probant eadẽ glossa, & Iulius Clarus vbi supra: quoniam, vt ex iuribus citatis constat, etiam masculi, per lineam fœmininam descendentes, excluduntur à feudi; in quibus tamen ratio illa vim non habet.

Vnde glossa illa, & Iulius Clarus subiungunt, sit pro ratione voluntas legum latorum, seu introducentium feudorum vsus hac in parte. Non est tamen contemnenda, ac reijcienda ratio illa doctorum communis, qua interdum vtuntur ad aliqua definienda vsu recepta in materia feudorum. Inde enim id verisimiliter statutum, introductúve fuit in feudis, cum extensione, vt, exclusis fœminis, neque masculina earum proles ad feudum admitteretur.

2 Quando † tamen fœminæ in inuestituta, seu concessione feudi, vocantur ad feudum, tunc in eo succedunt, sed deficientibus masculis, vt expresse vtrumque his iuribus citatis, & cum alijs affirmat Iulius Clar. q. 73. citata, num. 3. Interest tamen, vtrum in inuestituta feudum concedatur pro maribus, & fœminis, an vt in eo fœminę cum maribus succedant. In priori enim euentu, non succedunt fœminæ, nisi deficientibus maribus, iuxta tria iura citata: in posteriori verò, simul cũ illis succedunt æqualiter, vt cum Baldo, & communi doctorum sententia, quam refert, subiungit, ibid. Iulius Clar. nu. 4.

3 Quando † feudũ est maternum, seu fœmineũ, quia videlicet à principio fuit fœminæ concessũ, succedunt in eo fœminæ, vt hĩ c. 1. de natur. succes. feud. attamen intelligendum est, succedere fœminas in defectum masculorum: quoniam etiã in eo euentu masculi præferuntur fœminis, vt c. 1. de feudo fœmin. Ita Iulius Clarus ibidem, nu. 5. & communis sententia, quam refert.

Res concedi interdum pretio in feudũ à proprietario, testatur Iulius Clar. §. feudum, q. 16. cũ multis alijs, quos refert, esse consuetudine receptum, neque est cur non possit ita fieri; tametsi à feudo proprijssimo degeneret tale feudi genus.

4 De hoc † ergo feudo est dubium, an in eo succedant fœminæ. Et quidem, quando in inuestituta vocarentur soli masculi, & non fœminæ, dicendum est fœminas in eo non succedere, etiam deficientibus masculis; quoniam tenori inuestituræ est semper standum.

Quando item nullũ aliud seruitium esset impositum, aut non esset impositum seruitium personale, tũc fœminæ succederent, in defectum tamen

mẽ masculorum, iuxta ea quæ mox subijciemus. His verò euentibus cessantibus, quoniam nullus alius remanet euentus, nisi quando personale seruitium fuerit impositum, credo potius cum Iserni a, et Bruno, quos refert Iulius Clar. q. 73. citata nu. 6. non succedere fœminas, quam cum Odofredo, quem ibidem sequitur Iul. Clar. eas succedere. Præsertim cum idem Iul. Clar. in illis alijs euẽtibus nobiscum consentiat.

5 Quando † pro feudo nullum impositum esset seruitium, tunc ab eo non excluduntur fœminæ in defectum masculorum, nisi inuestitura solos masculos vocaret. Ita cum Baldo, & cõmuni doctorum sententia Iul. Clar. q. 72. citata, nu. 7. Idẽ est, si pro feudo tale seruitium esset impositum, quod æquè posset præstare fœmina, ac vir, quando similiter inuestitura nõ vocaret solos masculos, & vbi non esset contrarium cõsuetudine receptum. Ita cum cõi sententia, quam refert, affirmat ibi. Iul. Clar. à qua in praxi ait non esse recedẽdum. Idẽ cũ alijs, quos citat, asseuerat Caldas. q. 23. citata. nu. 8. In quibus autem locis fuerit consuetudo, vt fœminę in feudis succedant, illi erit standum, vt ex se est notissimum, & affirmat communis sententia, quã Iul. Clar. ibidem. nu. 9. refert, ac sequitur.

Dubiũ Vtrum autẽ princeps dispensare possit, vt fœmina in feudo succedat in præiudicium agnatorum.

6 Respondet † ibidẽ Iul. Cla. neganter cum communi doctorum sententia: qm̃ non potest princeps auferre ius iam alteri quæsitũ. Et subiungit, quãuis posset, non debere id facere. Quid autem hac de re dicẽdũ sit, copiosè à nobis disp. 170. præsertim ante septimam conclusionem, explanatũ est.

Dubiũ Dubium est, in euentibus, in quibus dictũ est, fœminas succedere in feudum, in defectum masculorũ, si, deficiẽtibus masculis, fœmina succedat, & post feudũ ab ea obtẽtum, nascatur masculus, vel

7 ex ipsa, vel ex sorore illius; vtrũ is † masculus excludat illam à feudo. Andreas Iserni a affirmanter respondet. Contra tñ sñia est cõis, & amplectenda, q̃ referunt, ac sequuntur Iul. Cla. §. feudũ, q. 38. n. 1. & Molina lib. 1. de primog. c. 10. nu. 13. & colligitur ex c. 1. de eo qui sibi, vel hęredibus, in princ. vbi, fœmina obtinente feudũ ex defectu masculorũ, natus ex ea filius, viuẽte matre, illud non obtinuit. Rõ aũr est, qm̃ eiusmodi vtile dñium perpetuo, atq; irreuocabiliter fuit obtentum; neq; pendens esse debuit ab euentu natiuitatis alterius.

Quæst. Dubiũ est è contra, vtrũ, si fœmina in euẽtibus, in quibus ob defectũ masculorum succedit in feudo, semel excluſa sit à feudo, eo q; adfuerit masculus, qui in eo succederet, maneat † semper excluſa,

8 ita vt neq; deficiẽtibus postea masculis, possit in eo succedere. Cõis doctorũ sñia affirmat iuxta textum in c. 1. §. quin ẽt, in 1. Epiſc. vel Abbat. vt illum intelligit Iserni a, quã refert Iul. Clar. q. 80. citata, n. 2. & quam, cum gl. ibidẽ, limitant doctores, nisi masculus ille, qui fœminam excludit, subitò moriatur statim post mortem vltimi possessoris: qm̃ tunc censetur ac si non fuisset, ac proinde eã non excludit. Mihi placet contraria sñia Iulij Clari, nẽpe solũ in perpetuum excludi, quamdiu adest masculus aut fœmina alia propinquior illi, qui in futurum fuerit vltimus possessor, eoq; modo intelligendum esse textum illum: nõ vero ita, vt illa debeat excludi, deficiente fœmina propinquiori vltimo possessori, quasi in eo euentu feudũ deuolui debeat ad proprietarium. Hæc de feudo. Decis.

Quod ad emphyteusim attinet Baldus, Alexã. & pauci alij, à Couar. num. 1. citato relati, censuere: emphyteusim † non transire ad fœminas, ducti, Quæst.

9 quod feudum ad eas nõ transeat, nisi in inuestitura cõtrariũ sit expressum. Ioã. item And. c. potuit, de locato, & quidam alij, à Caldas, q. 19. nu. 10. & q. citata. nu. 9. relati, de quorũ numero est Gama decis. 233. n. 8. asseruerunt, fœminas nõ succedere in emphyteusi Ecclesiastica. Cõtraria tñ sñia est asserenda, ẽt in emphyteusi Ecclesiastica, cũ cõiori doctorũ sñia, q̃ referũt, ac sequũtur Cou. 2. var. resol. c. 18. n. 1. Iul. Clar. §. emphyteusis, q. 32. Alua. Val. de iur. emph. q. 41. n. 2. & Caldas, q. 23. citata à nu. 8. & q. 24. à nu. 27. nempe qñ in inuestitura emphyteusis appositum non est verbum, q̃ fœminas excludat, succedere in ea emphyteusi tã fœminas, quam masculos: id q̃ aperte probat authenticũ de non alien. §. emphyteusis, vbi, ẽt Ecclesiasticã emphyteusim, dicitur concedi posse indifferenter pro filijs, & nepotibus, masculis, & fœminis, & pro viro, & vxore, si de vxore mentio sit facta. Neq; est eadẽ ratio de feudo: qm̃ feudum, vt dictum est, concedi consueuit pro seruitio personali in bello, quod fœminis non congruit. Decis. Decis.

Vtrũ aũr, qñ emphyteusis accepta esset pro se, Quæst.

10 & filijs, succedãt † ẽt in ea fœminæ? Archidiaconus, & cõiori doctorũ sñia, asseruit, tunc non succedere fœminas, sed solos masculos. Ducti, quod in cõtractib. masculinũ non cõpræhendat fœminiñ, sibiq; impurare debeant contrahentes, si fœminas ẽt compræhendere voluerunt, quod, cum id exprimere potuisset, vsi fuerint verbis ambiguis.

Merito tñ cum Salyceto, & plerisq; alijs, quos citant, asseuerant contrariũ, Cou. nu. 1. citato, Iulius Clarus q. 32. citata, nu. 3. Aries Pinel. l. 3. C. de bon. mater. nu. 33. & Alu. Val. q. 41. citata, nu. 3. Atq; hæc opinio iure Lusitano approbata est: libro enim 4. ordi. tit. 93. §. antepe. nomine vnius filij quẽ nominare voluerit, ẽt filia intelligitur, Confirmatur, qm̃ nomine filiorum, etiã filiæ cõpræhenduntur, vt probat l. quisquis ff. de verbo. signific. & affirmat glo. §. si quis filiabus, verb. qa filij, Instit. qui testamento tutores dare possunt, & probant varia alia iura, quæ citauimus disp. 220. §. de iure q̃ præsertim locum habet in materia indifferenti, vt in ea succedant, tã fœminæ, quam masculi, vt est emphyteusis: neque minus in contractibus id locũ habere debet, si materia indifferens sit, quam in vlt. voluntatib. in quib. non minus, q̃ in cõtractib. est in ptãte testatoris exprimere filias in particulari, si vult ad eas se extendere suã dispositionem. Qñ parens emphyteusim sumpsit pro se, & filijs, aut descendentib. masculis, & fœminis, tunc fœminę cũ masculis in tali emphyteutica succedunt, estq; inter illos æqualiter diuidẽda, salvẽ quo ad æstimationem, in Lusitania, iuxta ea, quæ disp. 460. dicta sunt. Ita Bar. & cõis Doct. sñia, q̃ referunt, ac sequũtur Cou. n. 1. cit. concl. 2. & Alu. Val. vbi

Digitized by Google

Vala. vbi sup. nu. 4. Si tñ consuetudo, aut statutũ esset in eo loco, vt masculi præferrentur fœminis, tunc meritò cõis doct. sñia, quam aduersus Salycetum referunt, ac sequuntur Coua. & Alu. Vala. ibid, ac Iul. Cla. q. 32. citata nu. vlt. asseuerat fœminas non succedere in emphyteusi, nisi deficientib. masculis: qm̃ contrahentes iuxta statuta ac consuetudines loci celebrare censentur cõtractus. Simile ex parte est statutum Lusitanũ li. 4. ord. tit. 62. § 2. 3. & 4. quo sancitur, si quis habeat emphyteusim sibi, & personę, quã nominauerit, si is, vel ascẽdentes, vel descendentes plures, hęredes instituat, neminem nominãdo in emphyteusim, tunc seruari debere, quod continuò seruandũ statuitur, si ab intestato discedat, relictis ascendentib. aut descendentib. In quo euentu disponitur, vt semper descẽdentes præferantur in emphyteusi ascendentib. ẽt si tales descendentes filij naturales sint ex hoie nõ plebeio, aut spurij, cęterũ spurij legitimari a principe esse debent, vt succedere possint parenti ab intestato. Hæc tñ, quæ de illegitimis statuit, extẽdenda non esse ad emphyteusim Ecclesiasticam, disp. sequenti dicetur. Inter descendentes autẽ, aut ascendentes, pares in eodem gradu semper mares præferuntur fœminis, vt censeantur nominati, & inter masculos descendentes pares in eodem gradu, præfertur maior natu cæteris. In defectu autẽ masculi in eodem gradu, præfertur fœmina maior natu. Item legitimus descendens semper præfertur illegitimo, nisi sit filius naturalis hoĩs plebeij, qui æquè in Regno succedit cum legitimis. Hãc ordinationem Aluar. Valas. vbi supra in calce. n. 3. & alij obseruant esse notandum.

Ius Lusitani.

11 Quando fœminæ ab emphyteusi non excludũtur, vtique succedunt in ea nepotes ex fœmina vtriusq; sexus. Ita Aluar. Valas. q. 41. citata nu. 5. & Iul. Clar. § emphy. q. 36. num. 1. & communis opinio, quam referunt, estque res indubitata.

Quæst.

Maius autem dubium est, qñ emphyteusis suscepta est pro se, & filijs, ac nepotib. masculis, aut
12 pro se & descendẽtib. masculis, nũ † in ea emphyteusi succedere possit nepos masculus filius filiæ. Iul. Clar. q. 36. cita. & alij, quos Aries Pinel. l. 3. C. de bon. mat. nu. 19. refert, & ex parte sequitur, negantq; pp illam regulam, ꝙ exclusa fœmina à maioratu: aut ab alia simili dispõne, censentur excluſi masculi ex ea descẽdentes, quæ cõis est ex multis, quos, inter alios, refert, ac sequitur Molin. li. 3. de primog. c. 5. n. 41. Cõtrarium affirmat Alu. Valas. nu. 5. citato. Qm̃, inquit, nepos ex filia descendens vere masculus est, ac nepos suscipientis emphyteusim. Conueniunt saltẽ Alu. Vala. & Aries Pin. vbi sup. atq; ẽt Mol. loco cit. nu. 48. (tametsi Molina, non de emphyteusi, sed de maioratu loquatur) si intentum excludẽdi fœminas à successione in re aliqua, sit, vt res illa conseruetur in familia, seu agnatione, tunc, exclusa fœmina, censendos excluſos masculos ex fœmina descendentes; eo ꝙ in illis non conseruetur familia capitis, vnde res talis est deriuanda: si verò id non sit intentum excludendi fœminas, sed ꝙ res ad masculos deueniat, & ab illis administretur, tunc, exclusa fœmina, censendos non esse excluſos masculos ex ea descendentes. Atq; hoc secundum arbitratur Alua. Valas. esse iudicandum, qñ soli masculi descendentes ad emphyteusim aliquam vocãtur. Ego verò arbitror coniecturis esse iudicandum, quod illorum duorum fuerit mens excludentis, aut excludentium fœminas, atq;, iuxta coniecturas, & circumstantias concurrentes, iudicandum esse, num masculi ex fœmina admitti debeant, vel non. Et fortè frequentius intentum erit, ꝙ res emphyteutica non egrediatur ex familia: id quod Aries Pinel. loc. cit. sensisse videtur, in idemq; inclinare videtur cõior doct. sñia. Quod autem Alua. Valas. ex 4. lib. ord. Lusitanorum tit. 63. §. *Ffendo*, in confirmationem suæ sñiæ citat, nihil profecto ad rem facit in illo. 6. §. fermo est, quando fœmina ab emphyteusi non excluditur. Idem Alua. Valas. fatetur, si emphyteusis suscepta sit pro descendentibus per virilem sexum, tunc excludi masculos descendentes ex filia. Decis.

## Vtrum in emphyteusi, aut in feudo succedat illegitimus.

## DISPVTATIO CCCCLXXV.

### *SVMMARIVM.*

1 *Illegitimi etiam si naturales filij sint, & postea legitimentur, non succedunt in feudo, ex communi.*
*Et quid in emphyteusi. nu. 2.*
*Legitimati verò ita in emphyteusi, sicut in alijs bonis succedunt. nu. 3.*
4 *Emphyteusis secularis si sit concessa pro se, & filijs eius, an veniant etiam filij naturales.*
*Fallit in emphyteusi ecclesiastica. nu. 6.*
*Et quid si sit concessa pro se, & liberis, etiam illegitimis, an veniat spurius sub tali appellatione. n. 5.*
7 *Lusitana lex, quæ statuit emphyteutam censeri nominasse filium suum naturalem, in defectum descendentium legitimorum, an extendatur etiam ad emphyteusim ecclesiasticam.*
8 *Nepos legitimus ex filio illegitimo, an incapax sit ad succedendum in ecclesiastica emphyteusi, aut quatenus a filio incapaci procedit.*
9 *Ecclesia quando præsumatur velle succedere in emphyteusi ecclesiastica, etiam illegitimos.*
10 *Legitimatus rescripto principis, non potest succedere in emphyteusi ecclesiastica.*
*Idem in feudo, nisi ad id in particulari legitimetur. num. 11.*
*Immo nec in emphyteusi seculari, quando concessa esset pro se, & filijs legitime natis. nu. 12.*
*Et quid in legitimato per subsequens matrimonium, an succedat in feudo, vel emphyteusi cõcessa pro se & filijs legitime natis. nu. 13.*
14 *Filius natus ex matrimonio in ecclesiæ facie valido reputato, an succedat in feudo, vel emphyteusi, aut maioratu, concessis pro se, & filijs legitime, aut ex legitimo matrimonio natis.*
15 *Legitimatus ad beneficia ecclesiastica obtinẽda, cõsequitur quoq; ad emphyteusim, et feuda Ecclesiasti-*

ca

*ca legitimatus, nisi aliud exprimatur.*

16 *Potestas legitimandi concessa a Summo Pontifice, Legato, aut Comite Palatino, non intelligitur ad succedendum in maioratu, feudo, aut emphyteusi ecclesiastica, nisi ad id expresse sit concessa.*

*Declara tamen, & intellige, vt nu. 17.*

18 *Illegitimus obtinens emphyteusim ecclesiasticam ante dispensationem, an licite post dispensationē, possit eam retinere.*

1 QVod feudū attinet. Illegitimi, ēt † si naturales filij sint, & esto postea legitimentur, non succedunt in feudo, vt habetur ca. 1. §. naturales, si de feud. defunct. & affirmat cōis doctorū sn̄ia, quam referunt ac sequuntur Gigas de pens. q. 19. nu. 5. & Iul. Clar. 4. li. sen. §. feud. q. 82. nu. 1. & 2. Quid autem dicendum sit de legitimato ad succedendum, etiam in feudo, liquebit ex dicendis circa legitimationem ad succedendum in emphyteusi ecclesiastica.

Quod verò ad emphyteusim attinet, dicendū
2 est. Si secularis, seu † priuati sit, neq; arctata sit, ad solos filios, seu liberos accipiētis, perinde posse in ea succedere illegitimos, aut non posse, atque (iuxta ea quę de successione illegitimorū disp. 166. & 167. explanata sunt) succedere possunt, aut non possunt, in alijs bonis eius, de quo agitur, an illegitimi in emphyteusi illius succedere possint. Ita cōis doctorū sn̄ia, quā referunt, ac sequuntur Iulius Clarus. §. emphyteusis. q. 30. & Caldas de nominat. emphy. q. 19. à nu. 5. tametsi nō sub his terminis hoc asserāt. Potest verò probari efficaciter, qm̄ qñ seculis emphyteusis absque restrictionis ad aliquod personarū genus, est concessa, potestque proinde deuenire ad extraneos, vtique, quo ad successionem in ea, perinde est de illa iudicandum, atque de alijs bonis liberis possidentis talē emphyteusim: quatè illegitimi, neque maiorem, neque aliam prohibitionem habent ad succedendum in illa, quam in alijs bonis liberis eā possidētis: quo fit, vt si in alijs bonis liberis possidētis succedere possint, iuxta ea quæ duab. dispositionibus citatis dicta sunt, succedere etiā possint in tali emphyteusi: si verò succedere in alijs illius bonis nō possint, iuxta ea quæ ibidem dicta etiam, sunt, neque in emphyteusi possint succedere.

3 De legitimatis verò, quando, si † legitimati nō essent, sicut in alijs bonis eius, de cuius successione agitur, ita neque in illius emphyteusi poterant succedere, dicendum est. In quibus euentibus disput. 362. & duabus sequentibus dictum est, legitimatos, aut dispensatos, succedere posse in bonis alicuius, succedere etiam posse in eiusmodi illius emphyteusis: quoniam est eadem prorsus ratio.

Atque hoc est, quod intendit communis doctorum sn̄ia, quā Iulius Clarus, vbi supra, q. 31. & Caldas de nominat. emphyteu. q. 21. à nu. 25. referunt, ac sequuntur, neque in eo esse potest vlla difficultas.

Quæst. Controuersia vero non parua est inter doctores, si emphyteusis secularis concessa sit accipien-
4 ti, & filijs illius, vtrum † nomine filiorum, intelligēdi sint soli legitimi, an verò etiam illegitimi, præsertim naturales, Bald. Decius, & alij, à Caldas vbi supra, nu. 9. relati, asseuerant, solos legitimos esse intelligendos, ac proinde naturales succedere non posse in emphyteusi: quoniam nomine filiorum simpliciter, soli legitimi intelliguntur, argumēto l. filium eum. ff. de his qui sunt sui vel alien. iu. cuius verba sunt. *Filium enim definimus, qui ex viro, & vxore eius nascitur.*

Communis tamen sententia, quam Iulius Cla- Decis.
rus, q. 30. citata refert, ac sequitur, & sequuntur Alexand. Felin. & alij, à Caldas ibidem, num. 11. relati, contrarium affirmant, nempe intelligendos etiam esse naturales, ac proinde succedere posse in ea emphyteusi. Quoniam in vltimis voluntatibus nomine filiorum, vocati cēsentur, etiā naturales, saltem in defectum legitimorū, vt colligitur ex l. ex facto §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. vbi, relicta re aliqua alicui cum clausula, vt, si sine liberis decesserit, deueniat ad quendam extrium, si decedat, relicto filio naturali, is excludit substitutum: valet autem argumentum hac in parte ab vltimis voluntatibus ad contractus. Caldas vbi supra à num. 12. in priorem sententiam propendet, ductus, quod vltimæ voluntates latiorem interpretationem patiantur, quam contractus: in illis enim nomine filiorum, etiam nepotes, & alij descendentes comprehendantur; secus autem in contractibus: quare, licet simpliciter nomine filiorum, etiam naturales, in vltimis voluntatibus intelligantur, in contractibus tamen, qualis est emphyteusis, intelligi non debent, præsertim hodie, quādo concubitus cum vna concubina domi retenta reprobatur ex lege euangelica, & dispositione canonica, quam recentiora iura ciuilia amplectuntur.

Tandem à numero decimosexto addit, ex circumstantijs concurrentibus iudicandū in re proposita esse, num contrahentes, etiam filios naturales comprehendere intenderint: sicut etiam cū Molina, Emmanuele Acosta, & alijs, quos hi authores referunt, in calce disp. 147. dicebamus, ex eisdem etiam circumstantijs esse iudicandum, nā testator, iuxta §. siquis rogatus, citatum, nomine filiorum, etiam naturales comprehēdere intenderit ad effectum excludendi substitutum; id quod §. ille satis perspicuè docet.

Et, cum in re proposita contrahentes non agant de conseruanda in successoribus emphyteusi, atque augenda nobilitate familiæ eius, cui emphyteusis conceditur, vt maioratus, atque fideicommissariorum institutores, & nobilitanda familia sua in successoribus in bonis suis agere consueuerunt, quando similes clausulas apponunt, quod successione filij naturalis impedire posset, solumque dominus directus intendere posset, vt defectu legitimorum citius emphyteusis finiretur, ac consolidaretur, cum proprietate, quod non est magni momenti, neque solet frequenter euenire, sane potius propendeo in posteriorem sententiam, quando aliunde probabile cōiecturæ non sunt, contrahentes intendisse excludere filios naturales, vt regulariter non erunt.

Atq; hoc suadet i pót, qm̃ de cuiusmodi emphyteu si, quo ad successionem in illa, perinde est iudicã dũ, atq; de alijs bonis liberis eã possidentis, vt dictum est: naturales autẽ filij, in defectũ legitimorum, præsertim descendentium, succedere solent parentib. in bonis illorum liberis, vt disp. 166, dictũ est. Habet verò hæc nostra sniã locum præsertim in Lusitania, vbi non solũ filij naturales hoĩs plebei æque succedunt parentib. in oĩb. bonis cum filijs naturalibus, sed ẽt naturales filij hoĩs nobilis ab intestato decedentis, in defectum descendentium oĩum legitimorum, noĩati censentur ad emphyteusim patris, præferuntur que in eis oĩb. ascendentibus legitimis, vt habetur lib. 4. ordi. titu. 62. §. penúlt. contractus aũt celebrati censentur accõmodate ad iura, & consuetudines regnorum, in quibus fiunt. Neque quicquam in re proposita mouere debet l. filium cum ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. Qm̃ ibi ad effectum distinguẽdi varias hoĩum conditiones, atque status, dictum est eum censeri filium simpliciter, qui legitimus est; cum tñ stãdo in vocis rigore, ac proprietate, cui simpliciter est standũ, qñ circũstantiæ rei, de qua agitur, aliud non postulant, noĩe filiorum, nõ minus naturales, quam legitimi compræhendatur.

Caldas cum alijs, quos refert, ẽt iuxta priorem, atque ipsius sniam, arbitratur si is, cui emphyteusis conceditur, tempore concessionis, solum habebat filios naturales, neq; id concedentem latebat, emphyteusim concessam illi, ac filij illius, extendi ad naturales: qm̃ ea circumstantia sufficiens indicium est noĩe filiorum etiã naturales, eiusmodi contrahentes compræhendere intẽdisse. Idemque cum Aluaroto dicendum censet, in feudo, qñ aliud in inuestitura tacitè, vel expresse non fuit dictum, esto ad feudum naturales filij non admittãtur, vt supra dictum est. Item, qñ emphyteusis cõcessa fuit illegitimo sibi, & filijs, arbitratur cum Baldo, & alijs, in ea succedere naturales: qm̃ ea est sufficiens circunstantia concedentem non intendisse excludere filios propter qualitatem, quam in parente admisit. Præterquam autem, qđ l. generaliter. §. cũ aũt. C. de inst. & subst. disponatur, instituentẽ filium naturam, illiq; substituẽtem alium, substitutum quidem excludi, si institutus sobolem legitimam habeat, secus, si naturalem: cui tñ dispositioni glossa multas adhibet solutiones, qđ nihilominus filius naturalis excludat substitutũ, præsertim quando clausula, si sinè liberis decesserit, non fuit tacita, ac præsumpta, vt ibi, sed expressa; certè circumstantia illa illegitimatis in eo, cui emphyteusis fuit concessa, parum, aut nihil, ponderis habet in re proposita, in qua nõ est sermo de emphyteusi, quæ ex iuris dispositione, aut præsumptione, non transeat ad illegitimos, qualis est Ecclesiastica scilicet emphyteusis, quæ, quantum est ex se, transire potest ad illegitimos, solumq; est controuersia, num illam cõcedẽs accipienti, & liberis illius, solum intẽderit de legitimis, vt citius emphyteusis finiretur, ad quod impertinẽs omnino est, num accipiens legitimus sit, an non. Idem, cum multis alijs, quos refert, censet Caldas esse, si tradens tam in emphyteusim accipienti, & liberis illius, illegitimus sit: neque enim præsumẽdus est intendisse excludere in liberis accipientis qualitatem, quam ipse habet. De quo sanè maior aliquantulum est coniectura, eam fuisse mentem tradentis rem eo modo in emphyteusim.

Caldas vbi sup. nu. 22. cum alijs, quos refert, asseuerat, si emphyteusis secularis concedatur accipienti, & liberis, etiam illegitimis, succedere; tunc posse illegitimum, videturque intelligere, etiam spurium, si ad eum sit etiam facta concessio, ex ratione, quam subiungit: quia videlicet tunc illegitimus non tam capit emphyteusim a parẽte, quam a proprietario rem in emphyteusim concedente, comparatione cuius talis illegitimus incapax non est, vt id ab illo accipiat. Id quod confirmat ex doctrina illa, quam ex l. si is, ff. de vulg. & pupil. dis. 167. ante 4. conclusionem cum Bar. Cou. & alijs tradidimus nempe patrem substituere pupillariter posse alicui filio suo legitimo alterum filium suum spurium, nõ quidem in bonis, quæ a tali cõparente in eum filium legitimum profluxerint, sed in cæteris bonis eiusdem filij legitimi: idque propterea quod, vi talis substitutionis, filius spurius, licet ministerio patris accipiat, non tamen accipit a patre, neque bona, quæ à patre profluxere, sed accipit a fratre suo bona, quæ alibunde, quã a patre habuit, quæ simili modo, cum in re proposita filius non accipiat a patre, sed a proprietario, tametsi facta a patre applicatione eius emphyteusis tali filio per potestatem a proprietario ad id illi concessam; consequens est, vt in ea emphyteusi succedere possit filius spurius emphyteutæ. Excipi numero vigesimoquarto, sequenti, cum alija, quos citat, nisi pater eam emphyteusim pretio comparasset: nam tunc, cum emphyteusis succedat loco pretij, eive subrogetur, sicut talis illegitimus succedere non posset patri in pretio, ita neque in emphyteusi eo pretio empta. Arbitror tamen falsum esse filium spurium succedere posse in ea emphyteusi, etiam si empta non fuerit. Ducor, quoniam eo ipso, quod res in emphyteusim traditur, dominium illius vtile, iusve emphyteuticum, efficitur proprium bonum primi emphyteutæ, & ita ordine quodam successorum, estque tale dominium, ac ius pretio æstimabile: & quamuis proprietarius in primo contractu præscribere potuerit leges, & conditiones, quibus deinceps uteretur, atque quo ad accipiens dicatur à proprietario eas leges præscribente, & sub ei concedente rem in emphyteusim, negari tamen non potest posteriores emphyteutas accipere a prioribus ordine quodam dominium illud vtile, ac ius emphyteuticum comparatione cuius, non minus est incapax filius spurius prioris emphyteutæ, quam comparatione cæterorum bonorum eiusdem emphyteutæ, quare, nisi dispensatus, aut legitimatus sit a principe, ad succedendum in ea emphyteusi, non magis succedere in ea potest, esto proprietarius facultatem ad succedendum in illa concesserit, quam in reliquis bonis eiusdem emphyteutæ.

Confirmatur, aperte, quoniã eo ipso, q res in emphyteusim secularẽ absq; vlla restrictione cõcessa,

cessa, quantum est vi cõcessionis proprietatij deuenire potest ad quoscunque, ẽt extraneos, atque adeo ad spurios, modo tamẽ illi alioquin capaces sint; vnde emphyteuta relinquere illam pót spurio extraneo ipsi: & tamen nullus dixerit, patrem relinquere illam posse proprio filio spurio, nisi ad id legitimatus, aut dispensatus sit à principe. Vnde 4. lib. Lusitanarum ord. titu. 62. §. antepenult. quãuis statuatur, si emphyteuta, qui poterat quẽcunque, etiam extraneum, nominare in emphyteusim, ab intestato decesserit non relicto descendente legitimo, censeri nominasse descendentem naturalem, si illum habeat, esto pater plebeius nõ fit; de spurio tamen ibidem subiungitur, non censeri nominatum, nisi à principe sit legitimatus, vt succedere possit parentibus ab intestato.

Ad id autem, vnde contraria sñia confirmabatur, dicendum est, non esse eandem rõnem in re, de qua disputamus, & in patre substituente pupillariter filium suum spurium alteri filio legitimo? qm in ea substitutione, non solum nihil omnino accipit filius spurius à patre, sed neque bona, quæ à patre filio legitimo, cui substitutio fit, aduenerunt, potest accipere spuriús ã fratre suo, vi illius substitutionis. Hæc de emphyteusi seculari.

6 † Quod verò ad emphyteusim Ecclesiasticam attinet, dicendum est. Non solum si accipienti, & liberis illius in tertiam generationem, aut in perpetuum, sit concessa, sed neque si cum facultate illam transmittendi ad quoscunq; hæredes, aut successores, etiam extráneos, sit concessa, posse in illa succedere filios illegitimos, ẽt naturales. Ita communis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Gigas de pens. q. 19. nu. 6. Iul. Cla. §. emphyteusis q. 30. Gama decis. 2. nu. 1. & num. 377. nu. 2 Caldas de nominat. emphy. q. 7. nu. 38. Ratio autem est, quoniam Ecclesiastica merito exosos habet omnes filios illegitimos, vtpote peccaminoso actu conceptos, neq; præsumenda est intendere, vt generalibus verbis concessionis suorũ bonorum in emphyteusim, illi comprehendatur, de quibus si in particulari fuisset interrogata, negaret velle ad eos se extendere ea bona, vt vel ea ratione peccatis quibus concipiuntur, obuiaret.

Hinc oritur dubium. Vtrum lex Lusitana lib. 4. ord. titul. 62. §. pen. quæ statuit, descendente ab intestato emphyteuta, qui potestatem habebat nominandi in emphyteusim, quem vellet, talem
Quæst. emphyteusim, quem vellet, talem emphyteutam censeri nominasse filium suum naturalem, etiam hominis non plebei, quando catebat alijs descen-
7 dentib. legitimis, ac † proinde, quæ supponit emphyteutam posse nominare talem filium suũ, locum etiã habeat in emphyteusi Ecclesiastica: an verò intelligenda solum sit de emphyteusi seculari. Item, vtrum alia lex Lusitana lib. 4. ord. tit. 71. quæ concedit filium naturalẽ hominis plebei succedere æquè posse in bonis parentum cum filijs eorundem parentum legitimis, locum etiam habeat, ad obtinendam emphyteusim ecclesiasticã. Gama dec. 2. nu. 4. de priori illa lege loquens ait, eam se extendere etiam ad emphyteusim ecclesiasticam, refertq; pluries ita fuisse iudicatũ in Lusitano senatu, tametsi fateatur, sæpe etiam fuisse in contrarium iudicatum. Eandem opinionẽ sequitur decis. 377. nu. 7.

Ducitur quoniam tunc non agitur nisi de successione in dominio vtili rei emphyteuticæ, quod non est iam Ecclesiæ, sed pertinet ad emphyteutã laicum: quarè, interim dum ad laicos spectat, valida est lex ciuilis, quæ de successione in illo dispo nit, etiam si statuat, vt ad illegitimos deueniat, ad quos, stando in iure communi, nequit ecclesiastica emphyteusis deuenire. Contrarium tamẽ, iuxta ea quæ disp. 446. dicta sunt, est affirmãdum cũ Caldas de nomin. emphy. q. 7. nu. 39. legem. 1. illã solum intelligẽdã esse, solumq; posse habere vim in emphyteusi seculari, nõ verò in emphyteusi ecclesiastica, circa q̃ in præiudicium Ecclesiæ, sanctionũq; ipsius, nullam vim habere pñt leges ciuiles, ẽt quo ad successionem in dñio ab Ecclesia, atq; ibidẽ refert sæpè ita iudicasse Lusitanũ senatũ, seq; vidisse fuisse iudicatum. Eandẽ sñiam affirmat. q. 19. nu. 28. & 31. Qd verò ad legẽ sẽdo loco relatã attinet, idẽ dicendum censeo, cã videlicet legem locum non habere ad effectum obtinendi emphyteusim Ecclesiasticam, & idem asseuerat Cald. de nom. emph. q. 21. in calce, n. 48. Credo tñ, si ab ea filius ille naturalis repelli tur, cõpẽsari id ei deberi ex alijs parentũ bonis, ita vt ea de cã non minorẽ portionẽ legitimam obtineat in bonis parentum q̃ si ea emphyteusis ecclesiastica non esset, sed secularis, aliusq; fratrũ eam obineret. Videndum pterea est, num in Lusitania sit cõ suetudo pscripta quo ad hanc legem, vt filij eiusmodi naturales in ea succedãt. Quod ignoro, longèq; nũc abeo Regno disto, vt id inq rere possim.

Dubium est, vtrum nepos, natus ex legitimo
8 † matrimonio filij illegitimi, incapax sit ad succedendum in Ecclesiastica emphyteusi aui, quatenus à filio incapaci procedit. Caldas quæst. 19. c tata à nu. 35. latè rem hanc disputat, & tandem in his, quæ subiungam, consentit. Paucis autem, iuxta ea quæ disp. 167. concl. 9. à nobis cum Bart. Couar. Pinel. Gama, & Ant. Gom iuxta l. vlt. C. de natur. liber. dicta sunt, est dicendum. Eiusmodi nepotem incapacem non esse ad succedendum auo in ea emphyteusi, ac proinde posse auum cã illi relinquere; modò id faciat in uitu eiusdẽ nepotis, quod semper est præsumendum, & non filij illegitimi, & modo id non faciat in præiudicũ aliorum descendentium legitimorum, quibus ea emphyteusis debeatur.

Ratio est, quoniam is nepos, vtpote filius legitimus patris sui incapax nõ est emphyteusis ecclesiasticæ, vt neq; beneficiorum ecclesiasticorũ, & auus, quemadmodum, modo explicato, instituere potest illum suum hęredem, relinquereq; illi alia sua bona, ita potest illi relinquere suam emphyteusim ecclesiasticam. Excipitur, nisi is nepos filius esset legitimus filij spurij geniti ex incestis nuptijs: nã tunc, sicut in nullis bonis talis aui posset succedere, ibidem dictum est; ita neque succedere posset in ea emphyteusi aui, siue seculari, siue ecclesiastica. In euentu autem, in quo dictũ est, eiusmodi nepotem succedere posse in em-

phyteusi Ecclesiastica aui, sanè quāuis filius familias sit in potestate patris sui constitutus, pater nō habet vsumfructum talis emphyteusis, sicut neq; aliorum bonorum aui, q̄ ad eum nepotem deueniant, vt cum Bart. & Ant. Gom. ibidē dictū est; eo q̄ pater spurius nullum emolumentū habere possit ex bonis patris sui; sed eiusmodi vsusfructus ad nepotem, vna cum emphyteusi ipsa, spectat. Quod ad generū attinet coniugatū cum filia illegitima, vtrū cōcedi illi possit emphyteusis soceri, patris talis filiæ illegitimæ, idem dicendū arbitror, q̄ conclusione citata diximus circa eā quæstione, num ab codē socero institui hæres possit.

Qñ Ecclesiastica emphyteusis ab Ecclesia immediatè concederetur illegitimo, valida esset eiusmodi concessio, etiā si ille spurius esset; modo tñ concedentem non lateret illum illegitimum esse: si enim id ignoraret, neque, si illegitimum esse sciret, eam illi concederet, nulla esset talis collatio, vtpote inuoluntaria, esseque surreptitia obtētio, non explicata illa qualitate, quæ concedentē omnino à collatione retraheret. Primum ex eo probatur, quoniam Ecclesia nunquam inhabilem reddit illegitimum ad emphyteusim ecclesiasticā, sed solum præsumitur non intendere eam illi concedere, quia ita expedit bono publico, expedientiusque est animarum saluti: accedere tamen potest legitima causa, cur eam illi cōcedat, vel quia bene meritus est ipse, vel parens illius, de Ecclesia, vel qui expedientius ecclesiæ est, illam ei concedere, quam alteri, quoniam vtilius rem administrabit, aut maiorem pensionem Ecclesiæ offert, vel aliqua alia de causa: quarè nulli Ecclesiæ est prohibitū tradere rem suam in emphyteusim illegitimo, & esto non bene faceret eā illi tradēdo absq; legitima causa, propter rationem supra positam, si tamen reliqua, ad ita rem illam alienandā necessaria concurrant, valida erit traditio.

Secundum vero, nēpe q̄, si illa qualitas concedentem laceret, qui alioquin rē illā non erat concessurus, inualida esset ea collatio, quia inuoluntaria, & obtentio esset surreptitia, ex se est perspicuū, idque cum Afflicto asseuerat Caldas, q. 19. citata nu. 70. testantis ita fuisse in Lusitania iudicatum. Atque tñ hoc secundum, quā primū, confirmat, c. 1. §. personam, per quos fiat inuestitur. vbi cum multi à feudo excludantur, nisi pro eis expresse fuerit facta concessio de prima concessione sic dicitur *Personam autem inuestituram accipientis non distinguimus, nam etiam seruus inuestiri poterit, nisi ignorantia prætendatur*, qualitas videlicet inuestiti: si enim talis qualitas ignoretur, cum qua aliquis admitti non solet ad feudum, collatio est nulla, & obtētio surreptitia, vt satis perspicuè ibi innuitur, & glossa ibidem affirmat; eadem autem quo ad vtrumque est ratio de emphyteusi Ecclesiastica comparatione illegitimi.

Ex eo aūt, quod vel concedens rem Ecclesiasticam in emphyteusim illegitimus sit, vel quod illegitimo concedatur, non est sufficiens indiciū, vt arbitremur, concedi pro illegitimis successoribus, præsertim nascituris adhuc ex illo, cui conceditur. Id. n. fauere esset peccatis futuris, quod de Ecclesia concedente nullatenus est præsumendū: quare neque si sub his verbis res Ecclesiastica in emphyteusim traderetur ab spurio, prælato, tibi, & quibuscunq; successoribus tuis, aut tibi, & quibus volueris, censebuntur comprahensi successores illegitimi, si nulli iam nati extant eius, cui res conceditur, nedum si à prælato nō illegitimo res in emphyteusim tradatur. Præsertim cum solus prælatus non possit ita tradere res in emphyteusim etiam antequam res mensæ incorporētur: eo quod non sit is modus consuetus, quo antea res illa tradita fuerit in emphyteusim. Neq; in re, de qua agimus, valet argumentum à feudo, aut institutione maioratus, ad Ecclesiasticam emphyteusim, nempe quod sicut in illis ex qualitate concedentis, aut eius, cui primo conceditur, præsumendum est concessionem fieri pro similibus in qualitate, ēt adhuc nascituris: ita res habeat in proposito. Etenim illi sine vlla indecentia, ac licitè possent id ita statuere, ac proinde ex illis qualitatib, facilè præsumi posset, eam fuisse illorum mentē: in re verò, de qua agimus, non solum indecenter, sed etiam illicitè ad ita concederetur, quoniam faueret peccatis futuris, ac proinde ex solis qualitatibus non est id præsumendum. Adde, prælatos non concedere, quod suum est, in emphyteusim Ecclesiasticam, sed quod est Ecclesiæ, in quo non tam liberam habent potestatem disponendi, quā si id esset suum; illos verò alios disponere illo modo de re ipsorum. Consentit in his ex Caldas q. 19. citata nu. 68. & q. 20. nu. 3.

9 Quando † res in Ecclesiasticam emphyteusim concederetur ei, q̄ filios haberet illegitimos, tūc, siue ipse legitimus esset, siue illegitimus, ex circunstātijs illis p̄sumi posset, concessionē rei Ecclesiasticæ in emphyteusim sibi, & suis liberis, aut descēdētibus, intelligi, ēt de illegitimis natis: q̄n id nō esset fauere, aut prębere occasionē p̄cātis illius futuris. Quod si spes nō esset, illum in futurū habiturum alios descendentes, tunc ex ea circūstantia constanter esset præsumendum concessionem sub illa forma extendi ad filios illegitimos illius.

Esto autem in eo euentu spes esset illum habiturum filios legitimos, aut tempore concessionis rei in emphyteusim simul haberet filios legitimos, & illegitimos, tunc clausula concessionis, sibi, & quibuscunque suis liberis, aut quibuscūque suis descendentibus, vel sibi, & cuicunque, aut quibuscunque voluerit illam relinquere, vel sibi, & cuicunque, quem in eam nominauerit, vtique se extendit etiam ad illegitimos.

Atque in hoc solo euētu verum existimo, clausulas illas ita generales, adhibitas in concessione rei Ecclesiasticæ in emphyteusim, extendi ad illegitimos: non verò in alijs, in quib, indecenter, ac malè id fieret, quicquid Gama decis. 2. n. 3. & decis. 377. nu. 6 dicat, ac testetur se vidisse iudicatū. Etenim, q̄n male, atque indecēter ad illegitimos fieret extensio, potius esse præsumendum, clausulas illas esse intelligendas de quibuscūq;, ad quos sine indecentia, ac culpa fieri potest ea extensio.

Quando autem alicui nati essent soli filij illegitimi, idq; concedētem rem in emphyteusim nō lateret,

lateret, tunc si diceret, concedo hanc rem in emphyteusim tibi, & alijs tuis, tam natis, quã nascturis, perspicuum est cõprehẽdi illegitimos: quoniã nulli alij sunt, pro quib. verificari possit pars illa concessionis, tam natis. Atq; iuxta hęc approbanda, aut reprobanda sunt, quæ Caldas docet, q. 19. citata à nu. 61. & q. 20. à nu. 4.

10 Legitimatus †rescripto principis succedere nequit in emphyteusi Ecclesiastica. Ita cõis doctorũ sñia cum Bald. q̃ referunt, ac sequuntur Gigas de pens. q. 19. num. 6. Iul. Clar. emphyteusis. q. 13. Greg. Lopez l. 4. tit. 15. par. 4. verb. *todas las honras*, Gama decis. 307. nu. 3. & fusius Caldas de nominat. emphyt. q. 21. à nu. 19. Habetque id verũ, non solum si emphyteusis Ecclesiastica concessa expresse sit pro filijs legitimis, aut ex legitimo matrimonio natis, sed etiam si pro filijs, aut descendentibus vel etiam absolutè sit concessa.

Ratio aũt est, qm̃ licet filij legitimati æquiparẽtur legitimis, vt disp. 173. visum est, nõ tñ sunt legitimi, sed verè concepti ex peccato parentum, propter q̃ cãm ab emphyteusis Ecclesiastica repelluntur. Quarè, ẽt si ecclesiastica emphyteusis concessa sit cum clausula, vt deuenire ẽt possit ad successores extraneos, non succedit in ea illegitimus rescripto principis legitimatus, esto, disp. 173. citata contrarium cum Gama dec. 307. asseruerim. Et enim rõ, cur legitimatus principis rescripto succedere non possit in emphyteusi Ecclesiastica, non est, q̃ id cederet in detrimentũ Ecclesiæ, ad quã citius dñium vtile reuerteretur, si ita legitimatus non succederet, quod commodum impedire non posset princeps secularis sua legitimatione: quæ sanè ratio cessare videtur, quãdo ea emphyteusis deuentura esset ad extraneos, sed ratio legitima est, quam proximè tradidimus, cui non potest princeps secularis suo rescripto derogare.

Confirmatur verò, legitimatum succedere non posse in emphyteusi Ecclesiastica: qm̃ neq; in feu-
11 do potest †succedere legitimatus principis rescripto, nisi ad id in particulari legitimetur, vt ex c. 1. §. naturales, si de feud. defunct. initio huius disputationis dictũ est: longè aũt maior est ratio de emphyteusi Ecclesiastica propter rationem reddi-tam, cui princeps suo rescripto præiudicare non pót: quare nisi à Summo Pontifice, aut ab habente ad id expressam facultatem à Summo Pontifice, dispẽsari nequit illegitimus, vt succedat in emphyteusi Ecclesiastica: neque ex sola legitimatione Summi Pontificis censetur ad id legitimatus, nisi facta in ea sit peculiaris mẽtio legitimationis ad emphyteusim ecclesiasticã, aut talis clausula in dispensatione sit apposita vt intelligatur, eam fuisse Summi Pontifici intẽtionem, vt Gigas vbi supra, Caldas, cum Decio, & alijs. quæst. 21. citata. nu. 47. & à nu. 55. obseruant.

Vbi Caldas addit, qñ Summus Pontifex solũ dispensaret cum illegitimo, vt succedere posset in emphyteusi ecclesiastica neq; adderet aliquid vñ intelligeretur id cõcedere etiãcũ præiudicio Ecclesiæ tunc, vt ita legitimatus succedere posset in emphyteusi, ab Ecclesia iam antea concessa, necessarium esse cõsensum rectoris Ecclesiæ: qm̃ simi-

les dispensationes, nisi vel in narratione mentio fiat de præiudicio tertij, vel in cõcessione aliquid apponatur vnde intelligatur concedi, nihil impediente præiudicio tertij, non habent vim, interueniente præiudicio tertij, nisi is liberè consentiat.

12 Quando †emphyteusis concessa esset pro filijs legitimè natis, aut (quod idem est) pro filijs natis ex legitimo matrimonio, tunc esto illa secularis esset, non succederet in illa legitimatus rescripto principis: qm̃ licèt is æquipararetur filijs legitimis, non tamen esset natus ex legitimo matrimonio: ea autem emphyteusis concessa esset pro solis natis ex legitimo matrimonio. Ita communis doctorum sententia, quã Caldas q. 21. citata. nu. 33. refert, ac sequitur.

Vtrum autem princeps legitimare possit ad succedendum in emphyteusi eo modo concessa. Sanè quando emphyteusis secularis esset, id efficere non posset: quoniam præiudicare ea in parte non potest iuri dominidirecti, vt non ad plures ea emphyteusis extendatur, quam a principio fuerit in ipsius fauorem concessum.

Si autem emphyteusis esset Ecclesiastica, cum Summus Pontifex ex rationabili causa disponere possit de bonis omnibus particularium Ecclesiarum, vtique dispensare, ac legitimare posset ex rõnabili causa, vt, etiam in Ecclesiasticam emphyteusim illo modo concessam succederetur, non minus quam Ecclesia ipsa particularis ex rationabili causa cõcedere posset, vt ea emphyteusis ad aliquem, vel ad aliquos illegitimos extenderetur. Vt tamen Summus Pontifex legitimare censeretur etiam ad eum effectum, verba essent apponenda, quæ id sufficienter exprimerent.

13 Vtrũ †vero legitimatus per subsequens matrimonium, succedere eo ipso posset in emphyteusi, aut feudo, illo modo concessis. Rubeus, & alij, à Caldas vbi supra, nu. 34. citati, negant. Ducti, Quæst.
quoniam legitimatus per subsequens matrimonium legitimus sit, non tamen sit legitime natus, neq; natus ex legitimo matrimonio: quin potius conceptus fuerit intercedente lethali peccato vtriusque parentis: quod erat in causa, vt legitimatus rescripto principis succedere non posset in emphyteusi Ecclesiastica sub cõi forma concessa; cum tamen legitimatus principis rescripto succedat in emphyteusi seculari eo modo concessa.

Dicendum tamen proculdubio est, tum eum, Decis.
qui ante matrimonium contractum fuit conceptus, sed natus post matrimonium celebratum, tum etiam illum, qui, postquam fuit natus, legitimatus est per subsequẽs matrimonium, succedere in emphyteusi seculari, & Ecclesiastica, sub illa forma concessis. Ratio est quoniam, vt disputa. 162. cum communi doctorum sentẽtia, quam ibi retulimus, dictum est, legitimati per subsequens matrimonium, ex dispositione vtriusque iuris, tam ciuilis, quam canonici abolitas omnino habent inhabilitates omnes vtroque iure illegitimis introductas, atque statutas, adeo vt nulla omnino indigeant dispensatione, etiam vt eligantur in Episcopos, reputanturque ac si à principio concepti fuissent legitimi: vnde legiti-

matio illorum retrotrahitur ad punctum conceptionis ipsorum, eaque de cã in maioratibus, & in quacunque alia successione, præferuntur natis post ipsos, etiam ex matrimonio, quo legitimant, & ex quocunq; alio posteriori, & cum natis ex legitimo matrimonio computantur: qua de cã, vt excluſi cẽseant à maioratu aliquo, feudo, emphyteusi, aut re alia, non satis est ad illam vocari solos legitimos, aut solos natos ex legitimo matrimonio, qm̃ bi tales ex iuris dispositione reputantur, sed necesse est expressim ab ea re excludi legitimatos per subsequens matrimonium, vt disputatione citata ostendimus: quarè cõis sñia, q̃ ibi citauimus, eo ipso asseuerat, legitimatos per subsequẽs matrimonium succedere in emphyteusi seculari, aut Ecclesiastica, ac in feudo, concessis pro solis natis ex legitimo mrimonio; secus aũt si expressim excludantur legitimati per subsequẽs matrimonium, vt ibidem dictum est. Ita expresse in feudo affirmat communis doctorum sententia, quã Iul. Clar. §. feudum, q. 82. nu. vlt. refert, ac sequit, & in emphyteusi communis sententia, quã Caldas vbi supra à nu. 35. refert etiam, ac sequitur.

Vtrum autẽ natus ex matrimonio in Ecclesiæ facie reputato valido, cum bona fide saltẽ ex parte
14 alterius contrahentis succedat † in emphyteusi, feudo, aut maioratu, concessis pro filijs legitimæ, aut ex legitimo matrimonio natis. Curt. iunior, à Caldas vbi supra, nu. 42. & à Molina lib. 3. de primog. ca. 1. nu. 15. relatus, negat. Qm̃ licet is filius legitimus sit, vt ex dictis disp. 165. liquet, non tamen est conceptus ex legitimo matrimonio, sed ex putato legitimo, cum tamen talis non sit.

Atq; in quadã cã magni momẽti ait Molina se vidisse eã Curtij opinionẽ fuisse satis controuersam. Proculdubio tñ dicẽdum est eum filium succedere in ea emphyteusi, feudo, aut maioratu non solũ si illi obueniat ex parte parentis, q̃ bona fidẽ cõtraxit, sed ẽt si aduenia t ex parte alterius parentis quippe cõparatione vtriusq; parentis verè sit legitimus ad oẽs effectus, ẽt successionis, vt cum Emmanuele Acosta disp. 165. citata dicebamus. Ratio cuius cõis assertionis, quam sequũtur Molina, & Caldas vbi supr. & alij, quos referunt, & nos disputationis citata retulimus, est.

Qm̃ matrimonium illud legitimum ab ecclesia reputatur, non in se, sed ad effectum legitimationis prolis, atque vt legitimè, ex legitimove matrimonio, nata censeatur, vt ex iuribus disp. 165. citatis liquet, quare proles illa, non legitima, sed legitima, legitimeq; nata est nuncupanda, vtpote nata ex matrimonio ad id ex ecclesiæ dispositioni legitimo; cui dispositioni censendi sunt fideles se extendere accommodare in suis loquutionibus, ac dum ad emphyteuses, feuda, maioratus, & ad similia alia aliquos vocant. Ac sanè contraria sentẽtia perturbationes, quin iniustitias inueheret in ecclesiam: quibus vt ecclesia obuiaret, pronũciauit matrimonium illud legitimum esse censendum, ad effectum omnimodę legitimationis prolis ex illo susceptæ.

Qñ legitimatio, vel dispensatio, ad succedendum in emphyteusim, vel secularem, vel ecclesiastică, aut in feudum, cederet in præiudicium aliorum, q̃ vel alioquin erant successuri, vel quorum iuri aliter præiudicantur, quousq; possit princeps legitimare, aut dispensare, & quousq; nõ. Itẽ quæ requirant, aut interuenire debeant, vt talis legitimatio, aut dispensatio, surreptitia non censeatur, aut quæ clausulę apponi debeant, vt valida sit, intelligetur ex dictis disp. 173. & 174.

Qñ aliqs sit cẽsendus legitimatus, & qñ solũ
15 dispensatus, disp. 173. fuit explanatum. Qñ † ergo, iuxta ea q̃ ibi dicta sũt, legitimatus aliquis esset, ẽt ad bñficia Ecclesiastica obtinẽda, cẽsendus quoq; esset legitimatus ad emphyteusim ecclesiasticã, & ad feuda ecclesiastica, nisi aliqd esset addi tũ, vñ exprimeretur, nõ esse ad ea admissum. Rõ est, qm̃ vt ibidẽ dictum est, legitimatio latè, ac fauorabiliter est intelligẽda, ac proinde valet in ea argm̃ à maiori ad minus, q̃ expressim non sit denegatum: minus aũt sunt bona spalia ecclesiæ quo ad vtile dñium, q̃ in emphyteusi ecclesiastica, aut feudo, conceditur, q̃ sint beneficia Ecclesiastica. Si aũt solum quis esset dispensatus ad beneficia ecclesiastica, tunc quia dispensatio, vt disput. citata ostensum est, strictè est intelligenda, neq; extẽdẽda est ad nõ cõcessa expressim in ea, ẽt si minora sint, vtiq; non censeret dispensatus ad emphyteusim, & feudum. Ita Gigas de pens. q. 86. nu. 4. Caldas vbi sup. nu. 63. & pleriq; alij, quos citat.
16 Potestas † legitimandi concessa à Summo Põtifice Legato, aut Comiti Palatino non intelligit ad succedendum in maioratu, feudo, aut emphyteusi ecclesiastica, nisi ad id expresse sit concessa, vt supra in hac disput. & disp. 173. dictum est, & affirmant, præter Couarr. ibidem citatum, Iulius Clar. §. feudum q. 82. nu. 4. Cald. & plerique alij, quos vbi sup. à nu. 66. refert: quoniam neque ipse Summus Pontifex, legitimando in genere ad spiritualia, censetur quo ad illa legitimare, vt vtrobique dictum à nobis est.
17 Credo; † tñ, si in particulari concederet Sũmus Põtifex alicui facultatẽ legitimãdi in spiritualib. addendo, ẽt ad beneficia cũ cura, & sine cura, animarum, censeretur illi ẽt concessa facultas ad dispensandũ in feudo, & emphyteusi ecclesiasticis; qm̃ facultas illa est grata, quæ latè est intelligenda, ac proinde valet in illa argm̃ à maiori ad minus. Non tñ ea dispensatio est intelligenda cum præiudicio tertij, qui iam haberet ius ad eam emphyteusim, aut feudum, vel cum præiudicio proprietarij, qui iam antea feudum, aut emphyteusim cõcessisset, & citius in ipsius cõmodum esset intelligenda, nisi ita dispensatus succederet. Qñ autẽ, post eam legitimationem obtentam, concederet feudum, aut emphyteusis, posset ita legitimatus in eis succedere: quoniam tempore concessionis esset habilis, atque haberet ius, vt in ea succederet, si concederetur. Lege Caldas vbi supra, num. 69. & alios, quos citat. Quando item emphyteusis, aut feudum concessa fuissent ante talem legitimationem obtentam, sed vt deuenire possent, etiam ad extraneos, tunc extraneorum loco succedere posset ita dispensatus: quoniam in nullius in particulari præiudicium id redundaret.

Non

Digitized by Google

Nó quidem in proprietarij præiudicium: quoniam ex testamento, aut ab intestato, successoris similiter fuisset extraneus. Neque item in præiudicium cuiusuis alterius in particulari: quoniam æquè ab vltimo possessore relinqui posset cuicunque alteri, neque, si quod tale esset præiudicium, esset tantum, vt illius habenda esset ratio.

18 Vtrum autem, si illegitimus † obtinuit emphyteusim Ecclesiasticam ante dispẽsationẽ ad eam obtinendam comparatam, licitè eam emphyteusim, comparata postea dispensatione, retineat, disputat latè Caldas vbi supra à nu. 84. atq; tandem resoluit. Si solum dispensationẽ obtineat, non posse talem emphyteusim obtinere, nisi Summus Pontifex, scienS eum antea obtinuisse eam emphyteusim, cum illo nihilominus dispenset: nã tunc, etiã in retentione emphyteusis antea obtentę, censetur dispensare. Ducitur ad primum illud asserendũ: qm̃ actus, quo antea emphyteusim obtinuit, fuit nullus: & dispensatio est strictè intelligenda, atq; adeo solũ adde nouo validè obtinendum, qm̃ non præcesserit scientia in dispensante, qua scientia tempore dispensationis in eo existente præsumendũ est velle quoq; dispensare, & in emphyteusi nulli ter antea obtẽta. Si verò nõ fuit dispẽsatus, sed vetè legitimatus ad spiritualia, emphyteusimq; Ecclesiasticã obtinẽdã, tunc quia legitimatio late est intelligenda, per eam censendum est sublatũ fuisse impedimentũ, vt recõualescat præteritus actus, qui ob tale impedimentum fuerat nullus. Sententia hæc probabilitate non caret. Illum legito.

## Quando vterq; coniux participet in emphyteusi perpetua, etiam sit illã attulerit alter ipsorum.

## DISPVTATIO CCCCLXXVI.

### SVMMARIVM.

2 *Emphyteusis perpetua de iure Lusitano an, & quando efficiatur communis vtrique coniugi, si alter ipsorum illam attulerit, & nu. 3.*
*Et quid in emphyteusi ecclesiastica, nu. 2.*
4 *Dispositio. §. vltimi Lusitanarum ordinationum, tit. 77. in quo sensu intelligenda.*
5 *Emphyteusis ecclesiastica accepta pro hæredibus descendentibus, de iure Lusitano, non pertinet ad vxorem relictam hæredem ab vltimo possessore, sed ad nepotem possessoris.*
6 *Emphyteuses in Lusitania aliquando sunt communes vxori cum viro, aliquando propriæ defuncti.*
*Sed bona feudalia, coronæ Regni, aut maioratus, non sunt communia.*

Ius Lusitani.

Lib. 4. Lusitanarum ordinat. tit. 77. §. vlt. (ad quem paragraphum, iuncto §. penult. antecedente remissio fit in eodem lib. 4. tit. 62. §. vlt.) in primis statuitur, seu potius explanatur, quando

1 † post celebratum matrimoniũ contractu mediet atis bonorum, & post bona facta communia inter eos, vterq; coniux, aut alter eorum, sumpserũt aliquid in emphyteusim perpetuam (idem intellige, si emphyteusim perpetuam emerunt) quibuscunq; verbis in contractu appositis, hoc est, sine ea verba efficiant emphyteusim hæreditariam simpliciter, siue hæreditariam mixtè, siue ex pacto, & prouidẽtia, iuxta ea, quæ disp. 472. & 473. explanata sunt, emphyteusim illam effici communem vtriusque coniugis, ac proinde, dissoluto matrimonio per mortem alterius eorum, diuidendã esse per æstimationem inter coniugem superstitem, & hæredes defuncti, eo modo quo paragrapho præcedente explanatum fuerat emphyteusim hæreditariam simpliciter alicuius diuidendam esse per æstimationem inter hęredes illius: de quo modo diuisionis, latè à nobis disput. 460. in principio dictum est.

2 Hæc † eadem locũ habent etiã si emphyteusis Ecclesiastica sit, quæ ad hæredes extraneos non transeat: cũ in eo. §. sermo sit de emphyteusi perpetua, etiã si simpliciter nõ sit hęreditaria, immò etiam si solum sit ex pacto, & prouidentia. Quando verò matrimonium cõtractu arrharum, & dotis, vel in Lusitania, vel in Castella, esset celebratum, vtiq; emphyteusis illa inter bona constante matrimonio acquisita esset computanda, ac proinde, si, extractis capitalibus vtriusque coniugis, illa integra, aut aliquid valoris illius, remaneret, diuidendum similiter id esset inter coniugem superstitem, & hæredes defuncti.

3 In eo. §. subiungitur, qñ † alter coniugum obtinuit emphyteusim perpetuam ante matrimoniũ contractu medietatis bonorum celebratũ, distinguendum esse: Quoniam, si in emphyteutico contractu nulla facta fuit mentio hæredum, sed solũ res fuit concessa in emphyteusim pro filijs, aut descendentibus in perpetuum, tunc, dissoluto matrimonio, emphyteusis illa solum pertinet ad coniugem, cuius erat ante matrimonium, aut ad hæredes illius, nihil verò illius pertinet ad alterũ coniugem, aut ad illius hẽdes: eo q; emphyteusis illa nõ fuerit effecta communis vtrique coniugi. Si verò concessa fuit pro hæredibus, & successoribus, aut pro hæredibus vel successoribus, tunc dissoluto matrimonio, diuidenda est per æstimationem inter coniugem superstitem, & hæredes defuncti, ita tamen vt incapitetur, ac maneat in coniuge, cuius erat ante matrimonium celebratum, aut in aliquo hæredum illius, & alteri coniugi, aut hæredibus illius, soluatur dimidiũ solum æstimationis talis emphyteusis. Vbi vides, si emphyteusis hæreditaria non sit, non communicari alteri coniugi, sed manere integram, ac præcipuam eius cõiugis, cuius erat ante matrimonium: si verò hæreditaria sit, communicari ad effectum solum, vt dimidium æstimationis pertineat dissoluto matrimonio ad alterum coniugem, aut ad hæredes illius, idem omnino est dicendum, si emphyteusis post contractum matrimonium adueniat alteri coniugum iure hæreditario, aut legati, aut alio gratuito, ab eo, qui iam antea emphyteusim obtinebat: quoniam est eadem prorsus ratio, esto in ea ordinatione non fiat de hoc euentu mentio.

Alu.Val.de iur.emphy.q.43.num.9.miratur eam ordinationem,quæ,qñ emphyteusis est hęreditaria,admittit alterum coniugem ad dimidium æstimationis illius: cum tamen coniux vnus solũ hæres ab intestato alteri coniugi, deficientib. consanguineis defuncti vsque ad decimum gradum, vt disp.146,conclusione decima visum est tẽtatque expositionem quãdam illius ordinationis satis siniſtram, & à cõi praxi in Lusitana alienam. Deinde verò germanum sensum illius ordinationis tradit,quem latè Caldas explanat,ac prosequitur,de nominat.emphyt.q.23.à nu.11.

4 Dispositio † quippe illius ordinationis, est, quando emphyteusis est hæreditaria simpliciter, qualis est secularis (de qua sola in eo.§.fit mentio) quando sumpta est pro hæredibus,& successoribus,aut pro hæredibus, vel pro successoribus, iuxta ea,quæ disp.172.& 173.explanata sunt fieri communem vtrique coniugum, qui contractu medietatis bonorum celebrauerunt matrimoniũ: eo quòd eiusmodi emphyteusis periode sit alienabilis ac diuisibilis inter hæredes quoscunque,mipimèque descendentibus alligata, ac reliqua bona coniugum,quæ vocant allodialia, hoc est,omnino libera,vt Iulius Clarus,lib.4. sent.§.emphyteusis,quæst.16.numero primo,& aliàs sæpe,Alnat,Valasc.& Caldas vbi supra,& doctores communiter tradunt: quarè, sicut bona alia omnino libera eiusmodi coniugum, consummato matrimonio per copulam, fiunt communia vtriq; coniugum, ita etiam sit emphyteusis simpliciter hæreditaria.

Idem dicendum esset de feudo omnino hæreditario propter eandem rationem, quia perinde est alienabile, & indiuisibile inter quoscunq; hæredes,etiam extraneos,minimèq; solis descendentibus primi possessoris alligatum,atque cætera bona libera,vt doctores communiter tradunt,& inter alios Iul.Clar.§.feudum.q.40.nume.2. Quia tamen in Lusitania non est in vsu tale feudũ,nulla de eo facta fuit mentio,

Quando autem emphyteusis non esset hęreditaria simpliciter, sed solum esset hæreditaria mixtè,tunc,quoniam non transiret ad hæredes extraneos, alligataque esset familiæ illam suscipientis, non communicaret in ea alter coniũxi,sed dissoluto matrimonio præcipua esset coniugi, aut hæredibus illius, cuius erat ante contractum matrimonium,aut cui post matrimonium contractum aduenisset hæreditatio iure, aut alio gratuito:qm non est eadem ratio, vt fiat communis vtrique coniugi,quę est in emphyteusi,aut feudo hæreditarijs simpliciter. Ita Caldas vbi supra, & consentit ratio,quam Alu.Val,reddidit,

Quo fit, vt ecclesiastica emphyteusis, concessa pro hæredibus,& successoribus, quando apertius non exprimitur,vt sit etiam pro extraneis,quemadmodum,iuxta communem sententiam in Lusitania receptam,non transit ad extraneos, vt dispur.172.& 173.dictum est;ita neque communis fit vtrique coniugi,sed præcipua sit eius, cuius erat ante contractum matrimonium, aut cui constante matrimonio titulo gratuito aduenit.

Secus autem res se habet, si concessa sit; etiam pro hęredibus extraneis,ita vt sit hæreditaria simpliciter. Idem dic de feudo, iuxta ea,quæ disputationibus citatis de feudo explanata sunt, Emphyteusis quoque secularis, non solum si omnino sit ex pacto,& prouidentia, sed etiam si hæreditaria sit mixtè,non efficitur communis vtrique coniugi,sed permanet præcipua eius,cuius erat ante cõtractum matrimonium, aut cui constante matrimonio titulo gratuito aduenit. Si enim empta fuisset ab vtroque,aut altero coniugum,aut res de nouo ab eis in emphyteusim esset accepta,vniuersim efficeretur communis vtrique coniugi, siue emphyteusis esset ex pacto, & prouidentia, siue hæreditaria mixtè, iuxta ea quæ in principio huius disputationis dicta sunt.

Fortasse Lusitania ordinatio.§. vltimo, citato, solum de seculari emphyteusi est loquuta, quoniam de Ecclesiastica erant opiniones, quando censenda esset hæreditaria simpliciter. Et quoniam ad laicum legislatorem præcipuè spectat agere de emphyteusi seculari;qua de causa Lusitanæ ordinationes rarò in titulis, in quibus de emphyteusi est sermo, de Ecclesiastica emphyteusi mentionem faciunt.

5 Ex dictis intelliges, rectè † in Lusitania fuisse iudicatum, emphyteusim quandam Ecclesiasticam,acceptam pro hęredibus descendentibus, & ascendentibus,non pertinere ad vxorem relictam hæredem ab vltimo possessore, sed ad nepotem quendam possessoris illius, vt Gama decis.50. refert iudicatum,ipso reclamante.

Ex dictis quoque intelliges,cur Lusitana ord. libr.4.titu.7.cum §.1,statuisset, quando cõiuges contractu medietatis bonorum matrimonium celebrarunt, coniugem superstitem, matrimonio dissoluto per mortem alterius,manere in possessione bonorum,ab eoq; hæredes defuncti accipere debere portionem,quæ ad defunctum spectat, §.2.addiderit,id intelligendum esse de bonis communibus vtriusque coniugis, non verò de bonis feudalibus coronę Regni,aut majoratus,proprijs coniugi defuncto,neque de bonis emphyteuticis, quando communia non sunt vtrique coniugi,saltem ratione aliquarum meliorationum, constãte matrimonio in eis effectarum, sed sunt præcipua defuncti.

3 Etenim † emphyteuses quandoque communes sunt vxori cum viro,vt ex dictis ex parte constat,aliquando verò sunt propriæ defuncti. Bona verò feudalia,coronæ Regni,aut maioratus,communia esse non solent in eo Regno. Quando matrimonium contractu arrharum, & dotis fuit celebratum,vniuersim emphyteusis,quæ ante celebratum matrimonium erat alterius coniugum, aut iure hæreditario,vel alio gratuito, ei post matrimonium contractum aduenit,spectat præcipuè ad illum,tanquam pars capitalis eiusdem,

Emphy-

Digitized by Google

Emphyteusis quando iuxta portiones hereditarias, & quando æqualibus portionibus, inter heredes diuidenda. Quando item institutus in re certa, participat emphyteusi: Et quando hæres tenetur ex emphyteusi creditoribus defuncti.

## DISPVTATIO CCCCLXXVII.

### SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis hæreditaria qualiter inter hæredes diuidenda.*
*Et quid de iure Lusitano nu. 2.*
3 *Institutus in re certa quomodo partem possit habere in emphyteusi.*
4 *Filius legitime exhæredatus à parte, an succedat in emphyteusi, & feudo patris.*
5 *Hæres, quando tenetur ex emphyteusi, soluere creditoribus defuncti.*

1 QVod ad primum attinet, distinguunt doctores. Quoniam, si emphyteusis sit hæreditaria simpliciter, cum perinde alienari, ac diuidi inter quoscunque hæredes, etiam extraneos, possit, atq; alia bona libera, vt disputatione præcedente dictum est, diuidenda sanè est inter heredes iuxta portiones hæreditarias, sicut & cætera hæreditaria bona inter eos diuiduntur.

Vnde, si vnus in duabus hæreditatis partib. sit institutus, & alius in vna, sicut ex reliquis bonis, vnus accipit duas partes, & alter vnam, ita ex emphyteusi vnus accipit duas partes, & alter vnam, argumen. l. 1. C. de impub. & aliis subst. & l. q liberis. § hæc verba. ff. de vulg. iuncta. l. item prædia. ff. famil. erciscun. Concinit. §. penult. titu. 77. lib. 4. Lusitanar. ordin. vbi, cum sermo esset de diuisione emphyteusis hæreditariæ, dicitur, *Eos ditos heredeiros partiraam entre si o preco* (rei videlicet emphyteuticę) *segundo forem beredeiros*, hoc est, iuxta portiones hæreditarias. In eo tñ Regno diuisio fit solum per æstimationem, vt eo, §. habetur, & disp. 460. dictum est. Si verò emphyteusis non sit hæreditaria simpliciter, sed vel ex pacto, & prouidentia, vel hæreditaria mixtè, tunc diuidenda est inter hæredes per partes equales, esto in partibus inæqualibus sint hæredes instituti, vt affirmat Bar. iuxta textum ibi. l. vt iurisiurandi §. si liberi. ff. de operis libert. Ita Coua. 2. var. resol. c. 18. nu. 4. vers. 9. Aluar. Valas. de iur. emph. q. 43. nu. 6. Caldas de nominat. emphy. q. 24. à n. 13. Greg. Lopez l. 28. tit. 8. par. 5. verb. *o de sue herederos*, vers. sed quid si filij & alij, quos referunt. Idemque ait Aluar. Valas. habere locum in feudis.

Ius Lusitanũ.

Hinc Aluar. Valas. vbi supra, nu. 8. ait, controuerti posse legem Lusitanam lib. 4. titul. 62. §. 1. incto prin. vbi statuitur, si emphyteusis sumpta sit pro certis psonis nominãdis, nulla facta mentione hæredum, & possessor, nullo expresse nominato, multos instituat hæredes extraneos, q neque de numero descendentium, neque ascendentium sint, eos oẽs censendos esse tacitè nominatos in eam emphyteusim ea ipsa hæredum institutione: subiũgiturque, tunc æstimationem illius emphyteusis diuidendam esse inter eos hæredes iuxta portiones hæreditarias, in q̃bus fuerunt instituti.

Ex dictis autem statuendũ videbatur, æstimationem illam diuidendam esse æqualiter inter illos, esto in inæqualibus portionibus essent instituti: eo quòd emphyteusis illa hæreditaria non sit. Addit verò Aluar. Valas. standum esse legi illi, q̃m sic scripta fuit. Caldas verò de nominat. emphyt. q. 23. num. 15. ait, meritò lege illa id fuisse sancitum: quoniam, cum in ea lege institutione ipsa hæredum illi omnes consentancè ad l. vnum ex familia. §. si duos. ff. de leg. 2. censentur nominati, iure optimo, iuxta dilectionem in ipsa institutione circa bona cætera ostensam, constituendum fuit, censendos etiam fuisse dilectos in tacita illa nominatione ad eam emphyteusim. Præsertim cum hæc vim præcipuè habeant ex iuris humani dispositione, plusq; in hoc æquitas eluceat, quàm in eo, quod instituti in portionibus inæqualibus hæreditatis, censerentur tacitè nominati ad æquales portiones illius emphyteusis. Hæc de primo eorum, quæ proposita sunt.

Quod ad secundum attinet, distinguunt etiam 3 doctores. Quoniam † si emphyteuses, aut feudum hæreditaria sint, vel simpliciter, vel saltem mixtè, tunc cum, vt q̃s in ea succedat, necesse sit hæredẽ esse, is verò, q̃ in re certa est institutus, hæres non sit, sed potius vim habeat legatarij, quando simul datur aliquis hæres vniuersalis, hoc est, in quota, solum hæreditatis instructus, vt disp. 155. copiosè explanatum est, vtique institutus in re certa partem non habet in ea emphyteusi, aut feudo, sed prorsus ab eis excluditur.

Si verò nullus alius cũ instituto in re certa sit institutus hæres vniuersalis, aut, esto fuerit institutus, mortuus fuit ante testatorem, aut ante hæreditatem aditam, in euentu, in quo illã ad ipsius hæredes non transmittit, vel hæreditatem repudiauit, tunc, cum hæreditas tota accrescat hæredi instituto in re certa, eoque ipso sit hæres vniuersalis, vt disputatione citata ostensum est, succedit in emphyteusi, aut feudo, si de numero eorum sit, ad quos inuestitura sese extendit.

Quando verò emphyteusis, aut feudum, sunt ex pacto, & prouidẽtia, tunc institutus in re certa, si de numero eorum sit, ad quos iuxta inuestituram sese extendit, succedit in eis secundum partes æquales, iuxta ea quæ in priori huius disputationis parte dicta sunt. Hoc secundum, cum Bar. l. vt iusiurandum. §. si liberi. ff. de ope. libert. & primum cũ Bald. l. liberi. C. eod. tit. affirmat cõmunis doctorum sententia, quã referunt, ac sequuntur Coua. 2. variar. resol. c. 18. nu. 5. Aluar. Valas. de iure emphyt. q. 43. nu. vlt. Iul. Clar. 4. lib. sent. §. emphyteusis, q. 34. & §. feudum, q. 86. & consentire videtur Caldas de nominat. emphyt. q. 24. à num. 1. Aries verò Pinel. l. 2. C. de bon. mater. num. 12. & 13. asseuerat, si emphyteusis concessa sit pro quibuscunque hæredibus, & successoribus,

soribus, tunc, cum nomine, quorumcunque successorum, etiam institutus in re certa comprehendatur, succedere in tali emphyteusi hæreditaria cum hęredibus vniuersalibus. Contrarium nō dubito esse verum. Tum qa in similibus concessionibus nomine, quorumcunque hæredum, & successorum, intelliguntur hīdes, siue de iure ciuili, siue de iure prætorio, siue ex testamento, siue ab intestato, & siue descendentes, siue extranei; non verò particulares successores. Tum etiam quoniam talis emphyteusis hæreditaria est simpliciter, & cū reliquis bonis hæreditarijs computatur: quare eo ipso, quod quis in re certa est institutus, neq; expresse fuit vocatus ad emphyteusim, aut ad partē in illa, cēsendus est exclusus à testatore, quemadmodū à cæteris bonis hæreditarijs, sic et ab illa.

4 Quando† filius legitimè fuit exhæredatus à patre, an succedat in emphyteusi, aut feudo patris. Prætermissis alijs opinionibus, distinguit Aluar. Valas. de iur. emphy. q. 45. Qm̄ si feudum aut emphyteusis, hæreditaria sint, in illis non succedit; quippe verè non existat hæres patris: si verò sint ex pacto, & prouidentia, succedit: eo quòd succedi in illis possit, esto quis hæres non sit; exhęredatioque ad id non se extendat, quod hæreditarium non est; cùm priuatio habitum supponat. Neque refert, in feudo ex pacto, & prouidentia non succedere filium, aut descendentem, nisi hæres existat, vt disp. 472. dictum est. Qm̄ id intelligitur, qñ non vult esse hæres repudiando hæreditatem: secus autem, quando paratus est esse hæres, & stat per patrem eum exhæredantem. Aluar. Valas. q. 45. citata, quoniam multi arbitrantur descendentem exhæredatum, neq; in feudo ex pacto, & prouidentia succedere, disputat, num, stando in ea opinione, dicendum sit, non succedere, etiam in auito feudo, quando nepos exhæredatur iustè à patre suo. Et merito dicendum arbitratur, succedere in auito feudo, non solum quando pater exhęredans moriatur ante auum, nepos; auo immediate in feudo succedit, in quo euentu res est satis perspicua, sed etiam quando moritur post auum, & nepos in auito feudo succedit immediate patri suo, id quod probatur ex l. filiusfamilias. § cùm pater, vers. sed si cum duos. ff. de legatis 1. vbi nepotes exhæredati admittuntur ad bona, quæ auus primo reliquerat filio, & deinde familiæ. Confirmatur ex c. 1. in prin. de succes. feud. illis verbis, *Nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente*. Vnde colligitur, exhæredationem vltimi possessoris non impedire, quominus in feudo succedat, qui iuxta inuestituram succedere in feudo auito debebat. Neque refert, si quis obijciat legē, si ex patronis. §. Iulianus. ff. de bon. liber. vbi nepos, à patre mala mente exhæredatus, excluditur à iure patronatus libertorum auitorum, in quo iure pater successerat, quia scilicet nepos per suum patrem auitos libertos consequitur. Non, inquā, id refert, qm̄ à iure patronatus libertorū non potest ad feuda, & emphyteuses, validum duci argumentum, eò quod in auitis feudis, & emphyteusibus ex pacto, & prouidentia nihil disponere possit filius in præiudicium successorum in illis iuxta inuestituræ tenorem. Legito Aluarum Valas. quæst. 45. citata. Hæc de secundo eorum, quæ proposita sunt.

Quod attinet ad tertium, similiter distinguūt 5 doctores. Qm̄, si † emphyteusis, aut feudum, non sit hæreditaria, sed ex pacto, & prouidentia, tunc, esto is, qui talem emphyteusim, aut feudum, iuxta inuestituræ formam obtinuit, hæreditatē possessoris talis emphyteusis, aut feudi, adierit, cum beneficio tamen inuentarij, non tenetur ad debita illius ex ea emphyteusi, aut feudo, sed solum ex reliquis defuncti bonis, quæ ad eam hæreditatem spectant, atque iuxta illorum vires. Ratio autem est manifesta, quoniam emphyteusis illa, aut feudum, non sunt partes hæreditatis, neque illa tam obtinet nouus emphyteuta, aut feudatarius, ab immediato possessore, quàm à domino directo, qui illa concessit, vt iuxta inuestituræ formam ad ipsum deuenirent: hæres autem, inuentarium conficiens, solum tenetur ad debita defuncti ex hæreditate ipsa, atque iuxta vires illius, vt disp. 216. dictum est. Quando autem emphyteusis, aut feudum, hæreditaria sunt, tunc, qui emphyteusim, aut feudum, obtinet, cum hæres esse debeat, antecessorisque hæreditatem adire debeat, vt emphyteusim, aut feudum obtineat, tenetur etiam ex ipsis ad debita defuncti, esto inuentarium confecerit. Ita communis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Couar. 2. variar. resol. ca. 18. num. 4. vers. 8. infertur, Aluar. Valas. de iur. emphy. quæst. 43. nu. 5. Caldas, q. 24. citata in calce, num. 26. & nu. 80. Gama decis. 5. & Iulius Clarus, §. feudum, q. 43. Qui tamen, quando feudum non esset hæreditarium simpliciter, sed solū mixtè, arbitratur non teneri hæredem, qui inuentarium confecit, soluere ex illo debita defuncti, quādo hæres etiam existiterat primo possessori per aliquem alium, quam per solum possessorem vltimum. Contrarium tamen est dicendum, quoniam, vt disputatione sequenti videbimus, inuentarium non liberat ab his, in quibus quis tanquā hæres succedit, sed ab his, quę sunt propria inuentarium conficientis, aut aliunde ad eas res habet. Gama vbi supra, num. 4. rectè obseruat, si emphyteusis ex pacto, & prouidentia empta fuerat ab vltimo possessore, aut possessor vltimus in ea meliorationes fecerat, quo ad id pretium, aut valorem meliorationum, teneri successorem in illa ad debita defuncti, quoniam, quo ad hęc, emphyteusis illa proprium defuncti bonum reputatur, non minus debitis defuncti obnoxium, quam reliqua defuncti bona. Numero etiam 8. rectè docet, pro debitis obtinentis emphyteusim, aut feudum, ex pacto, & prouidentia, posse, dum is viuit, fieri executionem in tali emphyteusi, aut feudo, quo ad tempus solum, dum is vixerit, secus autem in tempus post mortem illius, quoniam id cederet in detrimentum successoris vi inuestituræ. Meritoque cum alijs, quos citat, subiungit, eam executionem potius fieri deberi in commoditate talis emphyteusis, aut feudi, tempore quo possessor illius vixerit, quàm in ipsa emphyteusi, aut feudo.

Patet

Pater vtrum in emphyteusi, aut feudo, præiudicare filijs possit, præsertim ea vendendo, aut vni eorum prælegando.

## DISPVTATIO CCCCLXXVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Pater in emphyteusi, vel feudo hereditarijs simpliciter, potest filijs præiudicare.*
*Fallit in titulo lucratiuo, si inofficiose id faciat.*
*Fallit etiam in emphyteusi, vel feudo ex pacto, & prouidentia. nu. 2.*
*Quam limitationem declara, & intellige, vt nu. 5. ad plenum.*
3 *Emphyteusis, & feudum ex pacto, & prouidentia ijs debentur, pro quibus sunt accepta.*
4 *Emphyteusis accepta pro vno filiorum, aut pro filijs communibus ab vtroque parente genitis, non potest in eorum præiudicium iterum innouari.*
5 *Emphyteuta, & feudatarius ex pacto, & prouidentia, quando possint præiudicare vocatis ex inuestitura.*
6 *Pater in emphyteusi, vel feudo hereditarijs mixtè, potest in præiudicium filiorum disponere, cum consensu proprietarij, vbi necessario requiritur.*
*Quod idem in emphyteusi, vel feudo ex pacto, & prouidentia. nu. 9.*
*Limitatur tamen, vt nu. 7.*
*Item limitatur, si alienatio per eum fieret titulo gratuito, quatenus inofficiose fecisset. nu. 8.*
10 *Filius adiens hereditatem paternam cum beneficio inuentarij, an possit reuocare alienationem emphyteusis, aut feudi, quando sunt hereditalia mixtè.*
11 *Pater, etiam in emphyteusi, & feudo ex pacto, & prouidentia, potest præiudicare filijs, incidendo in commissum.*

1 Disputatio hæc sequentibus conclusionib. est dirimenda. Prima est. Si † emphyteuses, aut feudũ, sint hæreditaria simpliciter, eatenus potest pater in illis filijs præiudicare, q̃ potest ea prælegare vni ipsorũ, aut ẽt legare vni extraneo, vel alicui cuicunq; vendere, aut cũ alio permutare, requisito prius proprietario. Deniq; ita de illis potest disponere, qđ ad filiorũ præiudiciũ attinet, atq; de cæteris bonis suis liberis. Quarè sicut alia bona sua donare, legare, aut hæreditario iure relinquere alijs nõ potest inofficiose, ita vt portiones legitimas descẽdentibus, aut ascendẽtibus, in eis debitas, cõtingant, atque, si id fiat, inualidæ sunt tales dispositiones, quatenus eas portiones cõtingunt; ita neq; donare, legare, aut iure hæreditario relinquere inofficiose potest huiusmodi emphyteuses, aut feuda, in præiudiciũ legitimorũ descendentiũ, aut ascendentiũ. Ita cõis doctorum sẽtia, quam referunt, ac sequuntur Iul. Clar. 4. lib. sent. §. emph. q. 16. ver. his præmissis, & nu. 5. & §. feudũ, q. 40. nu. 2. & q. 41. nu. vlt. Caldas de nominat. emph. q. 24. à nu. 18. vsq; ad 25. inclusiuè, Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. part. 3. nu. 93. Couar. 2. var. resol. c. 18. n. 2. concl. 4. & nu. 4. ver. 8. infertur, versus finẽ, & Aluar. Valasc. de iur. emph. q. 49. à nu. 3. tamẽsi hi tres posteriores permixtũ loquantur de emphyteusi, & feudo hæreditarijs mixtè; perspicuum que est eos in conclusione proposita consentire. Est verò ratio satis manifesta propositæ conclusionis: quoniam eiusmodi emphyteusis, aut feudum, quod ad successorum præiudicium attinet, perinde se habent, ac bona omnino libera.

2 Secunda cõclusio. Si † emphyteusis, aut feudũ, ex pacto sint, & prouidẽtia, probabilior, cõiorque doctorũ sententia est, possessorẽ, neq; de consensu dñi directi, posse illã alienare in eorum præiudiciũ, qui ex inuestitura ad illã vocantur, neque ita posse illã legare, aut donare, in præiudiciũ eorundem. Ita cũ Bart. & plerisq; alijs Couar. 2. var. res. c. 18. nu. 2. concl. 3. & nu. 4. ver. 8. infertur, versus finẽ. Aluar. Valasc. de iur. emph. q. 49. nu. 6. 9. 10. 11. & 13. Caldas, q. 24. citata, nu. 21. Gama decis. 5. num. 7. decis. vbi multas sententias latas iuxta hanc opinionem refert, & decis. 233. à num. 11. Eam verò intelligunt, quod esto emphyteusis, aut feudum, sibi, & filijs sint accepta, si tamen facta accipienti non sit potestas nominandi, quem voluerit, non possit vni ex filijs eam emphyteusim, aut feudũ, relinquere in eorum præiudicium.

Eam item intelligunt, quod neque renunciante tali emphyteusim, aut feudum, possit proprietario in eorum præiudicium, qui ex inuestitura vocantur, vtrumq; Aluar. Valasc. nu. 6. citato cum alijs affirmat. Item eã intelligunt, vt neq; possessor possit vitra illã transigere in præiudicium eorum, qui ad eã vocantur, vt Gama dec. 151. refert in Lusitanis iudicatũ Aluar. Valasc. in calce, nu. 6. citatum asseuerat cum Bart. emphyteusim secularem pro filijs, aut descendentibus, acceptam, esse hæreditariã ex qđ in ea emphyteusi pater censeatur stipulari filijs, vt hæredibus, atque adeo posse patrem in ea emphyteusi filijs præiudicare.

Nos verò disp. 473. eã sententiam improbauimus, eandemque in re proposita falsam affirmat Gama decis. 8. citata nu. 6. præsertim de iure Lusitano, ex quo cõstat contrariũ esse verũ, vt disp. citata dictũ est. Occasione aũt eorum, quæ in calce, nu. 6. Alus. Valasc. docuit, retractari vt, quasi dici nõ incoloratè, vt ait, possit, in emphyteusi, siue Ecclesiastica, siue seculari, p liberis susceptã, posse patrẽ ex cõsensu domini directi eis præiudicare, illã alienãdo. Gam. verò disp. 8. citata, nu. 4. ait, illũ nõ fieri mare ibi eam sniam, ueq; se arbitrari illã in ea fuisse opinione, inet noq; subiungit, ẽt si illã affirmaret, amplectendã non esse in iudicando.

3 Cõclusio ita explanata probatur, qm ex † stipulatione, & pacto patris talis emphyteusis, aut feudũ, ijs debẽtur, pro quib. accepta sunt, indeque illis cõpetit ad ea vtilis actio in tempus, quo, iuxta inuestituta, succedere debent, vt colligitur ex l. quodcunque. §. non solũ. ff. de verb. signific. sibique imputare debet dñs directus, qui ita emphyteusim, aut feudum cõcessit, vt ex ea concessionis forma, neq; de ipsius cõsensu, possent in præiudicium eorũ, pro quibus essent cõcessa, alienari: qui-

sanè

sanè nō tam ab vltimo possessore censentur ea habere, quam à domino directo sub ea forma illa cōcedente; qua ratione possessor nihil circa illa potest variare, vt colligitur ex c. 1. in princ. de succes. feud: quo fit, vt illi, pro quibus fuerunt concessa, non possint absque sua culpa iure illo spoliari.

Concinit lex Lusitana lib. 4. ord. tit. 63. §. 5. vt rectè Gam. decis. 8. & alijs citatis, obseruat, dum statuit, si quis sumpsit emphyteusim sibi, vxori, & vni filiorū ex ipsis progenitō, posse vltimū parentem nominare in emphyteusim vnum filiorū quem voluerit, non verò aliquem extraneū. Neque enim id alia ratione statuitur, nisi quia, nominare extraneum, esset contra ius filijs vi inuestituræ quæsitum: neque sanè minus contra id ius esset, vendere eam emphyteusim extraneo, aut alia ratione extra filios illam alienare.

4 Hinc constat, quando † emphyteusis fuit sumpta pro vno filiorum ab vtroque parente genito, aut pro filijs communibus ab vtroque parente genitis, non posse, in præiudicium horum filiorum, iterum innouari, aut cōcedi pro quibuscunq; eorum filijs, ita vt concessio se extendat ad filios alterius parentis tantum, ex secundo matrimonio genitis, dum id præiudicare possit filijs communibus vtriusq; parentis, prioris illius alterius matrimonij. De qua re longam disputationem habes apud Caldas de nominat. emphyt. q. 15.

Quæst. Iul. Clar. q. 16. §. emphyteuta ante nu. 2. iuncto nu. 3. & §. feudum, q. 40. ante nu. 3. & nu. 3. & q. 41. nu. 2. & Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. par. 3. nu. 98. & alij, tam ab ijs, quàm ab Aluar. Valas. nu. 6. citato relati, licèt confiteantur contrariam esse communiorem sententiam, distinguunt tamen.

5 Quod † aut emphyteusis, vel feudum, ex pacto, & prouidentia, sunt noua, quia scilicet in eo, qui tūc possidet, incœperunt: aut sunt antiqua, deriuata videlicet in eum, qui nunc possidet, à priori alio emphyteuta, vel feudatario.

Atq; in hoc posteriori euentu cōsentiunt eum communiori doctorum sententia. In priori verò, quādo scilicet emphyteusis, aut feudum, sunt noua arbitrantur, esto ex pacto sint, & prouidentia, posse emphyteutam, aut feudatarium, præiudicare vocatis ex inuestitura, ea alienando ex cōsensu proprietarij. Ducuntur, quoniam prior suscipiens videtur prius sumere sibi, & posterioribus non, nisi sequuta prius morte ipsius absque dispositione in eorum præiudicium ex domini directi consensu. Addunt tamen, si proprietarius concessisset à principio emphyteusim, aut feudum, intuitu etiam filiorum, aut filij præsentes essent tempore contractus, atque stipularentur, vel acceptarent simul cū parente, tunc habere ius perfectè acquisitum statim cōcessa parenti emphyteusi, aut feudo, ac proinde non posse tunc parentem alienare eam emphyteusim, aut feudum, in ipsorum præiudicium, etiam de consensu proprietarij. Aries Pinel. in calce nume. 98. citati obseruat, aliud esse loqui de alienatione feudi noui, aut emphyteusis nouæ, titulo oneroso, & aliud per vltimam voluntatem. Cum enim titulo oneroso fieri non possit alienatio, nisi intercedente consensu proprietarij, potest possessor ea alienare de consensu proprietarij; eo quod potentior sit voluntas domini directi vna cum voluntate possessoris, quam sola possessoris voluntas: cum verò alienatio per vltimam voluntatem fieri soleat interueniente sola voluntate testatoris, non poterit possessor titulo ita gratuito alienare talem emphyteusim, aut feudum, in præiudicium eorū, qui ex inuestitura vocantur: id quod concedit, atque asseuerat Iulius Clar. §. feudum, q. 40. nu. vlt. & q. 41. nu. 2.

Decis. Dicendum tamen est cum Doctoribus supra relatis, communiq; sententia, neque si emphyteusis, aut feudum, sint noua, possessorem, siue titulo oneroso, siue gratuito, ea alienare in præiudicium successorum, etiam intercedente domini directi consensu. Idque propterea quod statim ex inuestitura sit ius successoribus acquisitum mutuo primi possessoris, ac domini directi contractu, ac consensu, cum postea contrauenire, aut præiudicare, non possunt.

Neque sanè video, cur in emphyteusi, aut feudo, nouis possit possessor disponere ex consensu proprietarij in præiudicium successorum, & non possit in feudo, aut emphyteusi, antiquis. Etenim post mortem primi possessoris, nullū nouum fit pactum, sed solum vi primæ inuestituræ, ac pacti inter primum possessorem, & dominum directū celebrati, obtinent, ac retinent posteriores vocati ius, cui præiudicare non possunt secundus, aut tertius, possessor, ac dominus directus: quatè cū primus possessor, ac dominus directus non celebrauerint contractum vlla reseruata sibi ipsis, & non sequentibus possessoribus facultate præiudicandi vocatis ex inuestitura, sed absolutè contractum celebrauerint; vtique non plus potest primus possessor præiudicare, etiam de consensu domini directi, iuri ex eo pacto competenti vocatis ex inuestitura, quam possint sequentes possessores ex eodē domini directi consensu eisdem præiudicare.

Aries Pinel. nu. 98. citato, Aluar. Valas. de iur. emphyt. q. 49. nu. 7. & multi alij, quos (præsertim Aluar. Valas.) referunt, cum Baldo asseuerant si emphyteusis, aut feudum, ex pacto, & prouidentia acquisita, sint pecunia parentis, aut in commutationem pro re alia parentis, posse eum parentem ea alienare ex consensu domini directi in præiudicium vocatorum ex inuestituram: quoniā, quatenus ita ve patris fuerunt acquisita, cēsentur donatio patris, quam reuocare potest in euentibus disputatione 191. explanatis. Fortasse tamen, neque in hoc euentu poterit reuocari: sed patens grauare poterit filium, vt pretium datum sumat in suam legitimam portionem, aut illud adducat ad partitionem.

Aluar. Valas. ibidem, num. 8. cum Aretino, & Ruy. addit. Quando emphyteusis, aut feudum, ex pacto, & prouidētia intuitu patris extensa essent ad filium, eum, quicquid filio intuitu patris confertur, profectitium fit, posse tunc patrem alienare eam emphyteusim, aut feudum, in præiudiciū filij, tanquam bonum patris, etiam quo ad illam extensionem in inuestitura factam, & non filij. Arbitror tamen id esse falsum: quoniam extensio illa,

illa, & ius ad talē emphyteusim, aut feudum, post mortem patris, non est bonum patris, neq; collatum est filio, vt sit patris, quod tamen esset necessarium, vt rationem haberet boni profectitij; sed est bonum filio filij, in patris gratiam, ac beneficium filio collatum, interueniente simul consensu, ac voluntate patris, & domini directi ad ita id illi conferendum. Ac planè sententia hæc Aluar. Valas. nihil differret à Iulij Clari, & Pinelli opinione, quam Aluar. Valas. nu. 6. impugnat.

Idem Aluar. Valas. ibidem, nu. 12. cum Angelo, & alijs, addit, posse patrem præiudicare filio in emphyteusi, & feudo, ex pacto, & prouidētia, modo tantundē, aut plus illi leget in cōpensationem, & modo filius acceptet legatū ita expressè in recompensationē sibi relictū, & sub cōditione, si in alienatione illa cōsentiat. Alioquin, si non sub ea cōditione ei relinquatur, aut filius acceptare nō velit tale legatū, inualida erit alienatio. Arbitror ēt, si in præiudiciū sit descendentiū ex tali filio, qui inuestitura ad eū feudū, aut emphyteusim vocantur, posse illos postea agere ad annullationē talis alienationis, quatenus in ipsorū præiudiciū cedit.

Quod ad emphyteusim, aut feudum, hæreditaria mixtè attinet, hæc tertia, statui solet conclusio.

6 Sue† ea noua sint, siue antiqua, posse de illis possessorem disponere in præiudicium filiorū, dummodo cōsensus proprietarij interueniat, qñ necessarius fuerit, vt alienatio valida sit. Ita communis sententia, quam referunt, ac sequuntur Couar. 2. var. resol. c. 18. nu. 2. concluſ. 4. & nu. 4. vers. 8. sequitur, versus finem, Aluar. Valas. de iur. emphy. q. 49. à nu. 3. & Caldas de nominat. emph. q. 24. à nu. 18. Ratio verò conclusionis est, qm̄ in eiusmodi emphyteusi, aut feudo, succedere nō possunt filij, nisi hæreditatē acceptent, suntq; hæredes; eo q̄ hæreditaria mixtè sint: hęc res autem contrauenire nō potest facto defuncti, iuxta l. cum à matre C. de rei vend. & alia iura, quæ glo. ibi citat, atque iuxta regulam l. ex qua persona. ff. de regul. iuris, quæ sic habet. *Ex qua persona quis lucrum capit, eius factum præstare debet.* Extenduntque hanc conclusionem Aluar. Valas. nu. 3. citato, & Caldas nu. 19. etiam quando emphyteusis, aut feudū, sunt ex pacto, & prouidentia, modo tamen filij hæreditatem acceptent: est quippe eadem ratio, quoniam eo ipso, quòd hæreditatem acceptant, neque in emphyteusi, aut feudo, ex pacto, & prouidentia contrauenire possunt facto patris.

7 Conclusionem †hanc limitant Couar. vers. citato, & cum eo Aluar. Valas. vbi supra nu. 5. Decius, & alij quos referunt, ac sequuntur Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. part. 3. nu. 96. vers. infertur. 8. & Caldas vbi supra num. 23. nisi de numero eorum, qui in inuestitura vocentur, vt si in emphyteusi Ecclesiastica vocentur solum descendētes, & alienetur extraneo: tūc enim quoniam alienatio est nulla, licet descendentes hæreditatē acceptent, repetere poterunt emphyteusim, aut feudū, ita extraneo relicta, aut alienata. Sententia hæc non caret scrupulo, eoque non paruo. Quoniam, alienationem illam esse nullam, non impedit, qđ, quatenus in hæredum præiudiciū cedit, teneantur illi stare; sicut quod alienatio fundi filijfamilias facta à patre nulla sit, non impedit, quod filiusfamilias illi stare teneatur, si hæres patri existat, idque in ea proportione fundi, in qua filius patri hęres existit, ita quod si solus is filius hæres existat patri, stare teneatur toti alienationi: si verò existat simul cum alijs, atque adeo in medietate, tertia, aut quarta parte hæreditatis, teneatur similiter stare alienationi medietatis, tertiæ, aut quartæ partis fundi; iuxta sententiam quidem Coua. Aluar. Valas. ac cōem, etiam quoad latitudinem legitimæ tali filio in ea hæreditate, aut in ea portione hæreditatis, debitam; iuxta nostrā verò ac Bartoli sententiam, solum quoad incrementum vltra legitimam, vt disp. 216. explicando octauum commodum conficientis inuentarium, capiose à nobis explanatum est: quare, si ea alienatio emphyteusis, aut feudi, de consensu proprietarij facta sit, nihil contrauenire hæredes poterunt; si autem sine consensu proprietarij sit facta, spectabit quidem ad proprietarium illi contrauenire, non verò ad hæredes, etiam si in ipsorum præiudicium cedat.

8 Quod ad † conclusionem ipsam positam attinet, sanè si alienatio facta esset titulo gratuito, vt donationis, aut vltimæ voluntatis, vel etiam conferendo emphyteusim, aut feudum, in dotem; vel donationem ad nuptias, inofficiosaque esset filijs, vtpote legitimas eorum portiones contingens, inualida esset, quatenus eo modo esset inofficiosa, esto filij hæreditatem adirent, vt etiam circa primam conclusionem dictum est, affirmantq; Caldas vbi supra, nu. 25. & alij, quos citat. Rationem verò teddidimus circa primam conclusionem.

9 Quo ad † extensionē verò conclusionis ad emphyteuses, aut feuda, ex pacto, & prouidentia, obserua. Vniuersim qñ ex inuestitura ita emphyteusis, aut feudum, deuenire debent ad filium, vt cōputare ea non teneatur in suam legitimam portionē, tunc, esto acceptet hæreditatem, solum impediri contrauenire alienationi talis emphyteusis, aut feudi, quamuis titulo oneroso facta sit, in ea proportione, in qua hęres est patri: quare, si tota emphyteusis, aut feudum, ad ipsum peruenire ex inuestituræ tenore debebat, solumque existat hæres patri in dimidio hæreditatis, solum contrauenire non poterit medietati emphyteusis, aut feudi alienati, si verò existat hæres in sola tertia, aut quarta hæreditatis parte, solum non poterit contrauenire tertiæ, aut quartæ parti emphyteusis, aut feudi alienati: reliquis verò partibus poterit. Præterea, si inuentarium confecit, ex portione hęreditatis, quæ ad ipsum pertinet, detrahi debet legitima ipsi debita, & solum quoad latitudinem valoris incrementi vltra legitimam, in quo est hæres, non poterit contrauenire æquali valori eius portionis emphyteusis, aut feudi alienati, in qua dictum est, non posse contrauenire: quare, si ea portio plus valeat, quam incrementum vltra legitimam, in qua est institutus, contrauenire etiam poterit ei parti valoris portionis empyteusis, aut feudi alienati, qua illum alium valorem superat, vt disp. 216. citata, perspicuè ostendimus: eo qđ testator nullum grauamen apponere poterit legitimæ:

timæ: esset aũt grauamen, qđ pp illã contrauenire non posset alienationi emphyteusis, aut feudi, alioquin nullę. Lege, q̃ eo loco copiose dicta sunt.

Quæst. Iulius Clarus, §. emphyteusis, q. 16. nu. vlt. & §. feudum, q. 40. nu. 2. & q. 42. nu. vlt. & alij, quos tã ipse, q̃ Alu. Val. vbi sup. nu. 4. refert, in ea sunt

10 sẽtia, vt dicant, filium † adeuntẽ hr̃ditatem paternam cũ beneficio inuẽtarij, posse reuocare alienationẽ emphyteusis, aũt feudi, q̃n sũt hr̃ditaria mixtè, factaq; est alienatio in ipsius præiudicium. Dicuntur, q̃m beneficium inuentarij conseruat hæredi omnia iura, & actione perinde, ac si hæreditatem non adijsset, vt disput. 216. ostensum fuit.

Decis. Contrariũ tñ est affirmãdum cum cõi doctorũ sẽtia, quam referunt, ac sequuntur Cou. vers. 8. citato, Alu. Val. nu. 4. citato. Aries Pinel. l. 1. C. de bon. matern. par. 3. nu. 93. & Caldas, q. 24. citata num. 20. Ratio autem est, quoniam inuentarium non liberat hæredem ab ijs, in quibus defuncto succedit iure hæreditario, sed ab his, quæ sunt propria ipsius, aut ad quæ aliundè habet ius.

11 Quarta conclusio. Incidendo in † commissum modis in progressu huius emphyteutici contractus explanatis, pr̃ præiudicat filijs, esto emphyteusis ex pacto sit, & prouidentia. Ita cũ Bart. & plerisque alijs, quos citat, Alu. Val. de iur. emph. q. 49. n. 2.

Ratio est, quoniam peccatur aduersus contractum: & q̃m sub ea lege, & conditione conceditur emphyteusis, vt, si in commissum incidatur, deuoluatur emphyteusis ad proprietarium. Si tamen dolo, & fraude quis in commissum incideret, vt noceret vocatis inuestitura, præsertim si proprietarius in eo dolo esset particeps, tunc subueniretur læsis, vt ibidem Aluar. Valas. subiungit, quoniam iura fraudibus obuiandum censent.

## Vtrum emphyteusis, aut feudum, comprehendantur in restitutione fideicommissi vniuersalis. Et num emphyteusis, aut feudum, imputari debeant in legitima.

## DISPVTATIO CCCCLXXIX.

### SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis, vel feudum quando comprehendantur in restitutione fideicommissi vniuersalis.*

2 *Emphyteusis, vel feudum hæreditaria, etiam mixtè, in legitimam imputantur, ex communi.*

3 *Emphyteusis secularis pro liberis suscepta, an sit hereditaria, vel ne.*

4 *Emphyteusis, vel feudum ex pacto, & prouidentia, non imputantur in legitimam ex communi.*

*Immo, neque ex illis falcidia, aut trebellianica deducitur, ex communi.*

*Declaratur tamen, quod tale feudum imputetur in legitimam, vt nu. 5. & 6. 7. & 8.*

9 *Meliorationes, quæ ex pacto pertinent ad proprietarium, an antequam emphyteusis finiantur, imputentur in legitimam.*

1 QVod ad primum attinet, conueniunt doctores † communiter, si emphyteusis, aut feudum, hæreditaria sint simpliciter, atque de numero sint bonorum defuncti, qui hæredem grauauit restituere hæreditatem alicui, in restitutione talis fideicommissi vniuersalis comprehendi eam emphyteusim, aut feudum: quoniam, cum à cæteris bonis, quo ad transmissionem, ac potestatem alienandi, non differant, in hæreditate restitui iussa comprehenduntur. Similiter conueniunt cum Bart. si emphyteusis, aut feudum, ex prouidentia sint, non comprehendi in fideicommisso vniuersali: quoniam hæc non deueniunt ad hæredem grauatum, quatenus hæres est, ac proinde non sunt pars hæreditatis restituendæ. Si autem sint hæreditaria mixtè, licèt deueniant ad descendentem vt hæredem, non tamen censetur grauatus hæres illa cum cæteris bonis hæreditatis restituere, nisi ex tenore inuestiturę fideicommissarius ad eam emphyteusim, aut feudum vocetur, neque ad id hæres potest grauari. Atque hæc sunt, quæ videntur intendere doctores, quos referunt, ac sequuntur Iulius Clarus 4. lib. senten. §. feudum, quæst 85. Aluar. Valas. de iur. emphyt. quæst 48. & Caldas de nominat. emphyt. q. 24. num. 26.

Quod ad secundum attinet, prima conclusio 2 est. Emphyteusim, aut † feudũ, si hęreditaria sint, etiam mixtè, imputantur in legitimam, perinde atque alia bona patris profectitia, ita quod in acer uo bonorum patris sunt annumeranda, vt intelligatur quanta sint portio legitima cuiusque filiorum, & quicam, aut partem illius, obtinuerit, adducere teneatur illa ad collationem, aut imputare in legitimam, aut in bonis, in quibus à patre sit ritè melioratus.

Hæc est communis doctorum sententia, quos referunt, ac sequuntur Aluar. Valas. de iur. emph. quæst. 46. Iulius Clar. §. feudum, q. 46. & Caldas de nominat. emphyt. q. 18. num. 27. Ratio autem est, quoniam eiusmodi emphyteuses, aut feuda, iure hæreditario deferuntur, partesque hæreditatis censentur.

Consentit Lusitana ordinatio li. 4. tit. 77. §. penult. Aluar. Valas. vt disp. 473. retulimus, quemadmodum cum Bar. & alijs, censet, seculare † emphyteusim pro liberis susceptam, hæreditariã esse, eo ꝙ pater stipulatus censeatur pro filijs, vt hęredibus, sic quoque arbitratur, imputandam eam esse in legitimam. Contrarium autem nos ibi docuimus, nempe hęreditariam non esse, ac proinde in re proposita, asserendum est, non imputari in legitimã, sed habere illam filios præcipuam; consentitque ord. Lusitana tit. citato. §. 32. vbi, quando emphyteusis sumpta est pro filijs, nulla facta hæredum mentione, asseritur, non debere imputari in legitimam, eo modo, quo de emphyteusi ex pacto, & prouidentia mox subiungemus, idéque affirmat Caldas vbi sup. nu. 28. Sicut autem emphyteusis hæreditaria in legitimam imputatur, eo quod titulo hęredis obueniat, ita ex illa falcidia, & trebellianica, deduci debent, tanquàm ex bono hæreditario, partęve hæreditatis, vt affir-

mat

Digitized by Google

mat communis doctorum sententia, quam Alua. Val. q. 46. citata refert, ac sequitur.

4 Secunda cõclusio. Si † emphyteusis, aut feudũ ex pacto sint, ac prouidentia, in legitimã non imputantur eius, cui in nominatione, aut alia tõne, obuenerunt, sed hẽt illa p̃cipua vltra legitimã, exceptis nonnullis euentibus, quos subijciemus. Neque ex illa falcidia, aut trebellianica deducitur. Hoc vltimum affirmat communis doctorum sententia, cum glo. l. ũ patroni, ver. apud hæredem. ff. ad Treb. quam referunt, ac sequuntur Alu. Vala. q. 46. citata, & Caldas de nom. emphyt. q. 18. à nu. 11. iuxta regulam l. pater filiam in princ. ff. ad l. Falci. Etenim Trebellianica, & falcidia solum ex ijs deducuntur, quæ titulo hæredis obuenũt, non verò ex ijs, quæ, esto is, cui aduenerunt, hæres non sit, similiter ei aduenirent.

Primum verò, quòd. (in legitimam non imputentur, affirmat cõior doctorum sententia cũ Angelo l. si patroni citata, in additione glossæ verb. apud hæredem, quam inter alios refert, ac sequit Caldas à nu. 11. citato. Atque hanc sñiam defiuit lex Lusitana lib. 4. ordin. tit. 77. §. 32. vbi de eiusmodi emphyteusi, seu *prazo*, sic, statuit. *E nom lhe sendo dado em vida do pay ou may, mas nomeãdo soomẽte por pessoa a dito prazo pera de pois de sua morte, en tal caso nem sera obrigado trazero o dito prazo nem a valia delle a apartilha e colacam, nem lhe sera cõtado em sua legitima, nem descõtado della, saluo se dito prazo fosse comprado, &c.*

Ratio est, qm̃ eiusmodi emphyteusim, aut feudum, non tam accipit filius à patre q̃ à dño directo, qui, vt ita deuoluerentur, ac deuenirent, disposuit, esto electio, aut nominatio eius, qui in eã emphyteusim, aut feudum, succedere deberet, patri sit commissa, argõ textus in l. vnum ex familia. ff. de leg. 2. ibi, *quid enim est, quod de suo videtur reliquisse, qui, quod reliquit, omnino reddere debuit?* q. d. nihil: quarè eiusmodi emphyteusis, aut feudũ, non censetur bonum profectitium patris, vt imputari debeat tali successori in legitimam, sed aduentitium à dño directo, quod proinde habere debet præcipuum, non secus atque alia bona aduẽtitia.

5 Et quidem † quando eiusmodi feudũ, aut emphyteusis, erat antiqua, hoc est, acquisita, & stipulata, non ab eo, cui in ea succeditur, sed ab auo, aut alio antiquiori, multo plures conueniunt, nõ esse imputandam in legitimam, neque adducendam ad partitionem, quos refert Caldas vbi supra, nu. 22. adeo vt in eo euentu dicendum sit, id esse, non solum communiorem, sed etiam communem doctorum sententiam.

Ratio est, quoniã, cum tunc non censeatur deuenire ex patre, quasi ab eo, vt ita deriuaretur, acquisitum, sed ab antiquioribus, non censetur bonum profectitium ex patris patrimonio emanãs, sed aduentitium, vt sunt bona alia, quæ ab auis, aut proauis, in nepotes, aut pronepotes, deriuant; sola verò profectitia bona sunt conferenda, non verò aduentitia.

Qñ verò feudi eiusmodi, aut emphyteusis, est noua, hoc est, ab acquisita, cui immediatè in illa succeditur, volunt multi, quos Caldas vbi supra nu. 15. refert, & quorum sñiam amplectuntur Alua. Vala. q. 48. citata (tametsi fateatur Lusitanam ordinationem contrarium statuere) & Iul. Clar. 4. lib. sent. §. feudum. q. 46. tale feudũ, aut emphyteusim, conferendam esse, atque imputandam in legitimam. Alua. Vala. & plerique alij, ducũtur, quoniam in eo euentu censenda sunt bona profectitia, quæ proinde cõferenda sunt, atque in legitimam computanda. Iulius verò Clarus ducitur, qm̃ cum tunc à patre, qui tale feudum, aut talem emphyteusim, primo acquisiuit, vendi possint, etiam extraneo, vt ipse arbitratur, inter bona illius profectitia sunt annumeranda, ac proinde conferenda sunt, & computanda in legitimam.

Iuxta ea tamen, quæ disp. præcedente concluſ. 2. & in postrema parte disp. 477. dicta sunt, dicendum procul dubio est cum Angelo, & cõmuniori doctorum sententia, neque si eiusmodi feudum, aut emphyteusis, noua sint conferenda esse, aut computanda in legitimam: quoniam non censentur deriuata à primo emphyteuta sed à proprietario, qui, vt ita deuenirent, ea concessit, neque habent rationem bonorum profectitiorum comparatione primi emphyteutæ, neque ab eo vẽdi, aut aliter alienari possunt, etiam de consensu proprietarij, vt disputatione præcedente cum cõmuniori doctorum sententia satis aduertsus hos, & alios auctores, ostendimus.

Quarè cessat eiusmodi quorundã argm̃. Militia, & similia alia, quæ vendi possunt, aut ad alios transmitti, conferuntur, ac computantur in legitimã, vt iuxta l. commodo. §. imputari. C. de inoffi. testam, & l. illud, in princ. C. de collat. disp. 244. dictum est; sed eiusmodi feuda, & emphyteuses vendi possunt, & transferri ad hæredes, ergo conferenda sunt, atque computanda in legitimam.

Negandum quippe est eiusmodi feuda, & emphyteuses vẽdi posse, etiam de consensu proprietarij, vt disputatione præcedente visum est. Negandum etiam est, aliter esse transferribilia ad alios, quam iuxta pactum, dispositionem, ac præscriptum proprietarij in prima concessione rei illius in emphyteusim, aut feudum; quod non sufficit, vt aliquid conferendum sit, ac computandum in legitimam: sicut quod maioratus, aut fideicommissum; transferribilia sint iuxta dispositionẽ primi instituentis, non efficit illa conferibilia, ac cõputanda in portionẽ legitimam noui successoris: qñ autem militia, aut aliud simile, est vendibile, aut transferribile tanquam bonum proprium patris, tunc illud est conferibile, & id solũ est, quod volunt duo iura in argumento proposito citata, & quod nos disputatione citata asseruimus. Hinc dico, si emphyteusis in vitas aliquot sit concessa, ita vt primus emphyteuta nominet quemcumq; voluerit, nulla facta restrictione ad filios, aut ad descendentes, & secundus similiter, ac tertius, nominet quemcũq; voluerint, tũc quia talis emphyteusis non est ex pacto, & prouidentia, sed hæreditaria, quæ ad quemcunque, perinde atque alia bona libera emphyteutæ, potest deuenire, vtique sicut eiusmodi emphyteusis vendi (prælato dicto domino directo, si pro eo pretio illam velit)

trans-

transferriq; libere in quemcunq; pôt, ita, si aliqs filiorum ad eum nominetur, conferre is illâ tenetur, atque accipere in suam portionem legitimâ.

6 Quando † parens emit emphyteusim, aut feudum, ex pacto, & prouidentia, aut in permutationem pro alia re pretio æstimabili ea accepit, tunc filius, qui nominatione patris, aut alio titulo, in eis succedit, afferre tenetur ad partitionem, atque computare in legitimam, vel pretiũ, quod parens pro eis dedit, vel quantum talis emphyteusis aut feudum, æstimabitur tempore, quo filius id accipit, prout filius horum alterum maluerit. Ita bñ libr. 4. Lusit. ordin. tit. 77. § 32. idemq; dicendum est de iure communi. Consentiunt Caldas q. 18. citata, præsertim. nu. 26. Alua. Val. de iure emph. q. 38. num. 27. & alij quos citant.

Ratio autem est, qm̃ emphyteusis illa, aut feudum, quo ad tale pretium, censetur bonum profecticium, ac deriuatum in filium: quarè filius tenetur adducere illud ad partitionem cum fratribus computareq; in suam legitimam; vel, si tempore, quo emphyteusim, aut feudum accepit, minus valebant, quam pretium, ꝙ pro eis datum est, tenet valorem illorum adducere ad partitionem, eaque de causa optio ei relinquitur, vt vel pretium adducat, vel valorem talis emphyteusis, aut feudi.

Hac eadẽ ratione, quod is filius attulit ad partitionem, ac computauit in suam legitimâ ratione talis feudi, aut emphyteusis, tenetur etiam nepos, ad quem post eum filium transit, adducere ad partitionem cum alijs fratribus, vel id, quod valuerit tempore, quo ad ipsum peruenit: qm̃ similiter, quo ad eam æstimationem, censetur bonum profecticium à filio in nepotem. Ita Caldas de nom. emph. q. 18. nu. 23.

Nihil huic definitioni refragatur Lusitana ordinat. tit. citato. §. 34. dum statuens qñ eiusmodi emphyteusis empta fuit constante matrimonio contractu medietatis bonorum celebrato, aut in ea, perseuerante eodẽ matrimonio, factæ sunt meliorationes, filium, qui à patre in eam emphyteusim nominatur, teneri soluere vxori, siue ea mater illius sit, siue non, medietatem eius pretij, aut valoris taliũ meliorationum: nihil inquã, ea ordinatio refragatur, dum hoc statuẽs, id restringit, nisi ea vxor in eam nominationẽ expresse cõsenserit.

Etenim eo cõsensu, ac ratihabitione, seu *otorga* expressa, vt ea ordinatio loquitur censetur condonare nominato, vt medietas illa sibi ab eo nominato non soluatur: id tamen non impedit quo minus, si illa mater nominati sit, teneatur filius id adducere ad partitionem cum fratribus in diuisione bonorum matris, sumereq; id in legitimâ portionem, quæ in eis bonis ipsum contingit. Ex dictis intelliges, falsam esse doctrinam Ant. Gome. l. 29. Tauri nu. 21.

Si eam intelligat de feudo, & emphyteusi, ex pacto, & prouidentia, falsumque esse fundamentum, cui nititur. Ait enim, quod si pater, aut mater, habuit pecunia feudum à principe pro se, & descendentibus suis, & tradidit alicui filio suo, confertur: quia est transmissibile, licèt non alienabile, Atque idem esse, si accepit feudum, aut emphyteusim, pro certo pretio, & pecunia, ac dedit, & concessit alicui filio, quia potest similiter transmitti, licèt non vendi. Hæc autem omnia falsa sunt, quatenus discrepant à dictis hactenus, & à proximè dicendis.

7 Item qñ † pater, qui sine vllo pretio, aut recompensatione (excepta annua pẽsione, quæ debetur proprietario) habebat aliquam emphyteusim ex pacto, & prouidẽtia, eamque dum viueret, transmisit in aliquem filiorum, non reseruatis sibi fructibus tempore vitæ suæ; idque vel tradendo illâ in dotem filiæ, vel tradendo eam filio ad nuptias, vel aliqua alia ratione eam in illum transferẽdo, tunc, qm̃ emolumentum illud, quo, dum viueret, erat potiturus, ad patrimoniũ ipsius pertinebat, censeturq; proinde bonum profecticium ab ipso deriuatum in talem filium, vtique is filius, stãdo in re cõi, æstimationem illius tenetur adducere ad partitionem cum fratribus, computareq; illâ in suam portionem legitimam: secus, quod ea emphyteusis valet in tempus post vitam fuam: quoniam eum valorem non censetur habere à patre, sed ex dispositione proprietarij, vt dictum est.

Lusitana tamen ordinatio. §. 32. citato, statuit, vt in eo euentu filius adducere teneatur ad partitionem, computareq; in suam legitimam, vel ipsam emphyteusim, vel æstimationem illius tempore, quo illa data fuit, vt maluerit: nisi cum patris vita finiatur, eo quod pater esset vltima persona: quoniam tunc adducere tenetur æstimationẽ illius tempore, quo illi data fuit. Vbi vides, in eo Regno præcipi adduci ad partitionem, nõ solum quantum æstimabitur vsusfructus, quo pater in vita sua seipsum priuauit, sed vel emphyteusim ipsam, vel integrum valorem illius, idq; in praxi seruatur in Lusitania.

Caldas ait, ꝙ cum contrariæ essent doctorum opiniones, nũ emphyteusis ex pacto, & prouidentia adducenda esset ad partitionem, ac computanda in legitimam, Lusitanus legislator id in eo euẽtu elegit. Quia verò hæc multum ex dispositione iuris humani pendent, neque naturali iuri refraganturʃ illi legerit stãdum interim, dum nõ mutatur. Id præterea placet, ꝙ Caldas aduersus Conimbricenses professores affirmat, nẽpè non satis esse, vt filius eiusmodi emphyteusim, aut æstimationẽ illius, adducere teneatur ad partitionẽ, computareq; in suam legitimam, si patens, dum viuit, eum irreuocabiliter in eam nominet, sed opus esse, vt cum effectu eam illi tradat, ẽt quo ad vsum, & fructus non reseruando sibi illos, dum viuit.

Quoniam id aperè sonãt Lusitanę ordinationes, & postulat natura rei, iuxta ea, quæ tota hac conclusione secunda dicta sunt. Lege Caldas tota illa, quæst. 18. citata. Hic idem autor ibidẽ nume. 7. & à num. 52. censet, esto pater emphyteusim de bonis coronæ Regni, quam habebat ad aliquot vitas, renunciet in manibus Regis, vt eã de nouo conferat filio suo fruendam in vita patris, teneri talem filium adducere ad partitionem valorem vsusfructus illius, quo pater ea renunciatione se priuauit in vita sua, esto Regis authoritas interueniat.

Quoniam,

Digitized by Google

Qm̃ eiuscemodi emphyteusis de bonis coronę Regni, legibus subijcitur cæterarum emphyteusium priuatorum, vt hę 4. lib. Lusit. ordin. titu. 62. §. penul. Et quoniam emphyteusis illa non est de numero donatorum à Rege, quæ eo ipso, quod, postulante patre, transferũtur in filium, non tenetur filius adducere ad partitionem, vt suo loco dictum est, sed est contractus onerosus pro annua pensione primò celebratus à rege cum patre, aut alio antecessore, & postea celebratus cum filio, annuente ac postulante patre, priuanteq; se, in detrimentum aliorũ filiorum, emmolumento vsusfructus rei illius in totam suam vitam. Item quoniam renunciatione emphyteutę in manibus Regis aut alterius domini directi, facilè fraudes fierent, quibus, priuando se patre vsufructu earum in totum tempus vitæ suæ, in vnum filiorum id commodum noua concessione proprietarij transferretur cum aliorum detrimento; eaque eadem arte excusari posset filius ab adductione ad partitionem pretij, quod patet prorsus emphyteusi dedisset, renunciante patre emphyteusim in manus proprietarij proprietarioq; de nouo eãdẽ emphyteusim concedendo: fraudib. vero obuiandum est.

8 Item, qñ † meliorameta aliqua facta sunt in re emphyteutica ex pacto, & prouidentia, quoniam illa corãve æstõ, si aliud in pactum à principio cõtractus emphyteutici non fuit deductum, ad patrimoniũ pertinent emphyteutæ, vt disput. 463. latè explanatũ est, vtiq; adducenda sunt ad partitionem cũ alijs fratribus cõputandaq; sunt in legitimam eius, ad quẽ talis emphyteusis deueneret: de iure verò Lusitano li. 4. ord. tit. 77. §. 32. optio datur eij, ad quem ea emphyteusis deueneret, vt vel æstõnem eorum tpe, quo emphyteusim accepit, ad partitionem adducat, vel quod in illis conficiẽdis insumptũ fuit, prout ipse maluerit: tõneq; eius dispõnis reddimus disp. 463. tenatis. Cõsentit Caldas de nom. emph. q. 18. à nu. 29. & alij, quos citat. Maius aũt dubiũ est, qñ in pactũ fuit deductũ, vt meliorationes illæ, quas emphyteuta facere teneretur, pertineret ad proprietarium, nullo pro eis reddito pretio, aut recompensatione, iuxta ea quæ dispositiua dicta ẽ sunt, nũ † tunc, is, ad quẽ emphyteusis illa, anteqũ finiretur, deueniret, teneatur adducere ad partitionẽ, computateq; in suã legitimã, valorẽ earũ, aut ꝙ in eis faciendis fuit insumptũ. De qua re, referẽte Caldas vbi supra à nu. 31. cõcertatio fuit in Lusitania, ac sanè partẽ affirmãtẽ inuenere vñr Lusitanæ ord. §. 32. citato, argumẽto a contrario sensu. Dicendũ verò arbitror, cum onus faciendi impẽsas, ac meliorationes illas, relinquendi q; eas gratis proprietario finita emphyteusi, quasi pretiũ reputetur datũ ꝑ emphyteusi, vnà cum annua pensione, atq; pp impensas illas longè minor annua pensio iniungatur, q̃ alioquin foret iniungenda, sanè stãdo in solo iure cõi, quãdo aliæ meliorationes faciendæ non essent, perseuerante emphyteusi, arbitrio prudentis teneretur filios ille adducere ad partitionem, ac cõputare in suã legitimã partẽ proportionalem eius, ꝙ in illis cõficiendis insumptũ est, habita rõne tpis elapsi à principio talis emphyteusis, et tpis, ꝙ adhuc restat peragendum, habitaq; rõne emolumenti ex ea re emphyteutica percepti, & in futurum percipiẽdi, spectatisq; alijs circumstantijs concurrentibus.

Quæst.

Decis.

Atq; idẽ dicerem de pretio ꝙ pro emphyteusi datũ esset. Lusitanæ verò ordinationes adducere præcipiunt ad partitionem totum pretium, quo emphyteusis empta fuit, vel valorem totum emphyteusis tempore, quo ad eum filium aduenit: quo ad eiusmodi verò meliorationes durum videtur statuere, ꝙ nouus emphyteuta adducat, totũ, quod in illis faciẽdis fuit insumptũ, aut quantum illæ æstimabuntur, cum nõ ad ipsum, sed ad proprietariũ spectent, ac proinde ex epicheia, legum interprete, solum dicerem adducendam partẽm proportionalem eius, quod insumptum est, modo explicato: neque enim lex Lusitana expressit quid in hoc eventu particulari esset faciendum.

## De nominatione ad emphyt. Et num pupillus possit ad eam nominare.

## DISPVTATIO CCCCLXXX.

### SVMMARIVM

1 *Emphyteusis concessa cum facultate nominãdi successorem in illa, an valida sit.*

2 *Nominatio successoris in dubio qnando censeatur, & quãdo pura concessio vsus fructus rei traditæ.*

3 *Nominatus tacite sub conditione, an censeatur dispositiue nominatus, concludat nominatum sub dispositione expressa.*

4 *Nominatus vnus in dubio quando censeatur, & quando gradatim.*

*Quod idem est etiam in emphyteusi bonorum coronæ Regni nu. 5.*

*Quod intellige, & declara, vt ibid.*

*Item ampliatur etiam si quis ab intestato decedat, nume. 6.*

*Fallit tamen vt nu. 7.*

8 *Nominationes tacitæ an sint de iure communi, vel ne, & quid in Lusitania seruetur.*

9 *Nominatus a patre in substitutione pupillari pupillo facta, censetur eo ipso nominatus, si pupillus ipse in pupillari ætate decedat.*

*Idem in nominato in substitutione exemplari.*

10 *Nominatus a pupillo a septennio vsque ad puberta tis annos, an præferatur nominato a patre in substitutione pupillari.*

11 *Nominatione facta ad emphyteusim per pupillum, an pupillus ipse petere possit restitutionem in integrum.*

1 COnsequenter aliquid in particulari est dicendum de emphyteusi † concessa emphyteutæ, cum facultate nominandi successorem in illa, atque de nominatione, seu electione ipsa successoris in illa, quod genus emphyteusis satis frequentis est in Lusitania.

Quemadmodum autem dis. 127. dictum cum communi doctorum sententia, ostensum que est, legata, & fideicommissa, solo nutu facta, etiam à loqui non potente, valida esse, modo testator

iudicio rationis tunc polleat eoq; nutu suum consensum, ac voluntatem sufficienter exprimat: ita in re proposita dicendum est, validam esse nominationē ad emphyteusim solo nutu similiter factā. Et enim dispositiones, sufficiēter exterius expressæ validæ sunt, qñ iure aliud circa aliquas nō est dispositum, vt circa hæredis institutionem sancitum est inualidā esse, si solo nutu fiat, vt disputatione citata dictum est: nihil verò tale comperitur statutum circa nominationem ad emphyteusim. Ita Caldas, post longam disputationem, de nominat. emphyteu. quæst. 1. præsertim nume. 29. consentaneeque loquitur Gama decis. 287.

Caldas de nominat. emphyt. q. 2. nu. 1. refert, cum quidam pater emphyteusim quandam haberet cum facultate nominandi successorem in illa, eamque tradidisset cuidam filio, aut filiæ, q̃ matrimonio copulabat sub his verbis; dixitque pater, quod pro alimentis filij sui, aut filiæ, & futuræ familiæ sustētatione, illi dabat, ac concedebat talem emphyteusim, q̃ habebat, &c. postea, verò vel dū ipse viueret, vel tempore mortis suæ, alium filium nominasset in eam emphyteusim, quasi prior cōcessio nō fuerit nominatio, sed solū fuerit traditio vsusfructus emphyteusis illius in totum tempus, quo is filius, aut filia viueret, reseruato sibi iure nominandi in eam emphyteusim quemcunq; alium vellet, qui emphyteuta esset, illaque re frueretur post mortem talis filij, aut filiæ,

Quæst.

2 Dubitatum autem fuit, num † illa prior fuerit vera nominatio coniectura cum traditione, ac cōtractu illo matrimonij oneroso, quæ irreuocabilem reddebant: an verò non fuerit nominatio, sed sola cōcessio, ac traditio vsusfructus illius emphyteusis, vt pater postea fuisse intendebat.

Dicendum verò est, vt Caldas ibidē tandem ēt vult, cēsendam illam esse nominationem, nisi pater expressionibus alijs verbis dixit, sed solum tradere vsumfructum in tēpus vitæ talis filij, aut filiæ, verbaque illa, pro alimentis, & sustentatione futuræ familiæ, solum sonare cām impulsiuā, cur pater à se abdicaret statim emphyteusim illā eāque cum fructibus traderet in dotē, aut donationē ad nuptias: & cum cōtractus esset onerosus si pater aliud intendebat, id tenebatur dilucidè exprimere, ne deciperet alterum contrahentem, parentesque illius. Prætet multa, quibus Caldas hoc confirmat, lege, quæ disp. 208. à nobis dicta, sunt, præsertim à §. quo loco vbiter.

Idem autor ibidem, nu. 4. refert, cum quidam similem aliam emphyteusim haberet, atq; filium absentem in India, sic suo testamēto successorem in illa nominasset; si filius meus mortuus est, aut in Lusitaniā non redierit, nomino Sempronium

Quæst.

3 in talē meam emphyteusim. Dubitatum † autem 1 fuit, num is filius censendus esset nominatus, si viueret, atque in Lusitaniam rediret. Ac multi nominatum non esse censebant: eo quòd solum esset facta mentio de illo in conditione, sub qua alius nominabatur, non verò in dispositione, ac nominatione ipsa. Rem latè disputat ibi Caldas, multis in vtramque partem adductis rationibus. Dicendum verò est, procul dubio censendum esse nominatum: qm̃ ea apertè fuit mens testatoris ex circunstantijs concurrētibus, eamq; sufficienter expressit argumēto à cōtrario sensu illis verbis. Doctrina autem illa, quod non sit censendus vocatus ad aliquid is, de quo in conditione est facta mentio, & nō in dispositione, intelligēda est, qñ est circūstantijs concurrentibus contrarīū non constat fuisse mentem illo modo disponentis: in eiusmodi quippe euentibus potius standum est veritati, atque menti apertæ disponentium, quam subtilitatibus, ac doctrinis, quæ veræ sunt, quādo circūstantiæ concurrentes non persuadent oppositum; præsertim quando de fauore filiorum agitur.

Decis.

Qñ res aliqua cōcessa est in emphyteusim ad aliquot vitas, ita vt primus emphyteuta nominare in emphyteusim possit, quē voluerit, & secūdus, ita nominatus, nominare similiter possit, quē voluerit, &c. tūc, si emphyteuta, qui ius nominandi adhuc habet, quemquā expresse nominet, is succedit in emphyteusim, vt est notissimum.

Quando verò nullum expresse nominauit, iure † Lusitano sancitur, si quem instituat hēredem 4 in solidum in bonis suis, eum cēseri nominatum. Ita habetur 4. lib. ord. tit. 62. in prin. Si verò multos instituat hæredes, qui de numero non sint descendentium, aut ascendentium, tunc censendos esse oēs nominatos: attamen vel vnus eorū accipere debet eam integrā emphyteusim in partē hæreditatis, quæ ipsum contingit, refundendo alijs excessū, si superet valorē partis hereditatis, quæ ipsū contingit, vel, si ita cohæredes inter se non conueniant, tenentur intra sex menses vendere, aut permutare emphyteusim cū alijs bonis, quæ inter se diuidant, requisito prius proprietario, an pro eo pretio, vel in cōmutationem pro æqualib. bonis, eā velit, persolutoq; illi laudemio in hoc euentu, si eā pro æquali valore non velit. Quod si intra sex mēses nihil prædictorū præstēt, emphyteusis deuoluitur ad proprietarium, si eam velit. Ita habetur ibidem. §. 1. Si emphyteuta discedat nullo instituto hērede, neq; relictis descendentibus neque ascendentib. emphyteusis deuoluitur ad proprietarium. Ita hī ibid. §. 3. Quod si vel in suo testamento instituat hæredes descendentes, aut ascendentes, esto tertium suorum bonorū relinquat alicui extranee, vel discedat ab intestato, relictis descendētibus aut ascēdētibus, tūc filius legitimus maior natu, censetur nominatus, & in defectum filiorum legitimorum, censetur nominata filia legitima maior natu, excludituq; nepotē masculum, filiū filij maioris nato. Deficiētibus filijs, & filiabus cēsetur nominatus nepos masculus legitimus maior natu, & in defectū eiusmodi nepotū, censetur nominata neptis legitima maior natu, & ita de pronepotibus, aut ex nepotibus legitimis. Deficientibus descendentibus legitimis, cēsetur nominatus filius naturalis, esto sit hominis non plebei; præferturq; in ea emphyteusi ascēdentibus legitimis (idem dicetē de nepote naturali, aut pronepote, in defectum filij, aut filiæ naturalis) spurius autem non censetur nominatus in eā emphyteusim, nisi à principe legitimatus sit, vt succedere possit tali emphyteutæ ab intestato.

Ius Lusitan.

Defec. en-

Deficientibus prædictis oīb. descendentibus, censetur nominatus ascendens masculus proximior in gradu, & maior natu præfertur minori, vt dictum est de descendentibus, & affirmat Acosta de patruo, & nepote par. 2 num. 46. & Caldas de nom. emph. q. 11. num. 13. & in defectu masculorū proximiorū, præfert fœmina ascendēs proximior: filioq; naturali, aut nepoti, succedit ascendēs proximior in gradu. Hæc hāt ibi. §. 2. 3. & 4.

5 Hactenus † autem dicta similiter locū habent in emphyteusibus bonorum coronæ Regni, concessis ad aliquot vitas, similiter ordine quodā nominandas. Ita hī ibi. §. penult. & lib. 2. tit. 17. §. 6. Obserua tamen, si Rex alicui donauerit eiusmodi bona coronæ Regni in emphyteusim data, vt sit deinceps proprietarius, ac percipiat pēsionem, neque posse diuidi ea bona, neque ad alium peruenire, quàm ad filium legitimum masculū maiorem natu, qui superstes fuerit mortuo patente, aut, in defectum filiorum, ad nepotem legitimū, filium filij maioris natu, aut ad pronepotem masculum directè descendentem per lineam masculinam; quibus deficientibus, continuò talia bona reuertuntur ad coronam Regni, idq; esto verbis aliud sonantibus sint concessa, nisi cum expressa derogatione eius legis (quæ mētalis in eo Regno nuncupatur,) sint aliter concessa. Ita disponitur, ac explanatur latè toto eo titulo, præsertim. §. 5.

Præterea, vt Caldas de nom. in. emphyt. q. 12.
6 multis contendit, hæc locum habent, & si † quis ab intestato decedat, eo quòd pupillus sit, neque testari possit: cēsetur enim nominatus proximior ascendens, modo explicato. Item qñ quis intestatus decedit, quòd non sit, qui hæreditatem adeat, aut alia simili de causa. Addit verò q. 12. citata à nu. 45. in omnibus euentibus, in quibus explicatū est iure Lusitano teneri nominatū hæredem instituendum, aut hæredem ab intestato, intelligendum esse id, de hærede cum effectu hoc est, qui hæreditatem adeat: si enim illam repudiet, non censetur is nominatus in emphyteusim, sed alius, ad quem cum effectu deuenit hæreditas ab intestato, vt q. 13. latè tradit, prælatis semper prioribus in gradu, sine repræsentatione. Illum legito.

7 Excipe. qñ † legis priuilegio peculiariue dispōne, aliquis à discēdente ab intestato cēsetur nominatus, qui hæres esse non possit, vt est filius naturalis hominis nō plebei, vt hī §. 4. citato; vt. n. hic in emphyteusi nominatus censeatur, præferaturque legitimis ascendentibus emphyteutæ, necesse non est, hæredem esse tali emphyteutæ.

Vnde nō oportuit pp hunc euentū, qui apertissimus est. §. 4. citato, Caldā recurrere ad finistras quasdā expositiones eius paragraphi, quo eiusmodi filium à numero tacitè nōiatorū excluderet in euētu, in quo verè nō esset filius hoīs plebei, & p consequens hæres esse non posset patris emphyteutæ. Neque ex hoc peculiari euentu rectè Gam. decis. 229. & quidam alij colligunt in Lusitania, cæteros, tacitè nominatos ad emphyteusim legis relatæ dispositione, censeri ad eā nominatos posseq; in illa succedere repudiata hēreditate eius emphyteutæ, a quo tacitè censentur nominati.

8 Vtrum autem † eiusmodi tacitè, ac virtuales nominationes, locum habeant, stando in iure cōi, an non, sed eo ipso, quod nullus comperitur nominatus expresse ad talem emphyteusim deuoluatur ad proprietarium, & vtrū in Lusitania locū habeant eiusmodi tacitè nominationes in emphyteusi Ecclesiastica, dictum est disp. 446. Vtrū ité. quod de successione naturalium filiorum, ac nominatione tacita eorum in emphyteusi, dicitur in hac Lusitana ordinatione, locum in Lusitania habeat in emphyteusi ecclesiastica, disputat. citata examinatum est, atq; disput. 475. vbi de successione illegitimorum in emphyteusim, tam ecclesiasticam, quam secularem, latè dictum est.

Quamuis impubes testari non possit, ac proin de cōstituēdo aliquē extraneū, aut extraneos hēredes, locum non habeat, vt eos tacitè nominet ad emphyteusim ipsius, de qua loquimur, nihilominus,
9 si pater † substituendo illi pupillariter, iuxta ea quæ disp. 182. & 184. dicta sunt, hæredem, aut hæredes extraneos illi constituat, censebuntur eo ipso nominatis ad emphyteusim talis pupilli, si is in pupillari ætate decedat: eo quod testamentum illud, atque illa ad hæredum institutio, censeatur filij, & non patris. Ita Caldas de nominat. emph. q. 4. nu. 2. 3. & 4. Idemque dicendum est, si quis exemplari substitutione hæredes instituat amenti, aut alijs ex ijs, in quibus exemplaris substitutio locum habeat, iuxta ea quæ disp. 182. & 185. explanata sunt: censebuntur enim eo ipso nominati ad emphyteusim eius, cui ita ritè exemplaris fit substitutio: cum sit eadem ratio Caldas vbi
10 sup. à nu. 5. disputat, vtrum † facta per patrem nominatione tacita ad emphyteusim pupilli illo modo, aut etiam expressa in illa pupillari substitutione, possit pupillus, à septēnio vsq; ad pubertatis annos, facere aliā nominationē eiusdē emphyteusis, ita vt nominatus à pupillo præferēdus sit nominato prius illo modo à patente, quasi, per nominationem pupilli extra testamentū, expiret nominatio facta à patente pupillari illa substitutione.

Multis verò contendit, posse illam facere, per illamque expirare nominationem factam in pupillari substitutione. Ducitur, quoniam nominatio, seu electio successoris ad emphyteusim, consistit in facto, quę pupillo non denegatur, per eamque non confert suum, sed alienum hoc est, bonū proprietarij, iuxta dispositionem eiusdē proprietarij. Arbitratur tū necessariū vt esse interueniat autoritas tutoris, & decretum iudicis, vt valeat ea nominatio, iuxta ea, quæ disp. 224. dicta sunt; cōp de alienando dominio vtilitatis emphyteusis agatur, quod bonum est immobile. Rarò tū, meo iudicio, occurret euentus, in quo iudex interponere possit, ac debeat, suam authoritatem ad eam nominationem faciendam; præsertim si illa irreuocabilis sit, iuxta ea, quæ disputatione citata, de decreto iudicis interponendo ad bona immobilia minoris alienanda, dicta sunt. Et quādo nominatio esset reuocabilis, multū dubito, an iudicis decretum ad eam nominationem sit necessariū: præsertim, cum ea minor non abdicet à se in tempus vitæ suæ vtile dominium emphyteusis, aut fru-

ctus illius, sed solum eligat successorē ad emphyteusim in tempus post vitam ipsius: & cum reuocabilis nominatio, multum volūtati vltimæ æquiparetur, quæ, in minori, decreto iudicis non indiget, vt de minori iam puberi constat.

Sententia hæc huius authoris mihi placet, non pp fundamentum, cui nititur, q̄ videlicet noīatio solum consistat in facto, neque in ea nominans disponat de re sua, sed de aliena proprietarij, ac iuxta proprietarij præscriptum. Ex quo falso fundamento multa alia deducit quæstionibus sequētibus, quæ nobis non probantur. Etenim aliud est, q̄n aliquis disposuit de re sua, pro solo suo beneplacito, vt certo quodam modo deriuaretur, ac deueniret ad aliquos, alicuiq; commisit electionē quorundam ad illam, vel quia de illius prudētia, ac probitate confidit, vel vt simul gratiā illi efficeret eā electionē illi cōmittendo, quo pacto institutores maioratuū, fideicōmissorum, legatorum ad causas pias, ac dotantes Ecclesias, solent aliquib, cōmittere electionē alicuius de familia, qui succedat in maioratu, aut fideicommisso, vel electionē pauperum, aut causæ piæ, quibus legata illa applicentur, vel electionem eius, quem præsentare debeant ad eam Ecclesiam, ius patronatus eiusmodi electori concedendo; & aliud longè diuersum est, q̄n quis contractu oneroso concedit alicui aliquid in emphyteusim, cū facultate sibi, & successoribus in ea, nominādi vlteriorem successorem.

In illo enim priori euentu, cum dispositio illa fuerit de re solius primi institutoris, ac pro solo arbitrio illius, vel id ei concedentibus prælatis ecclesiæ in gratificationem, & quasi præmium dotationis ecclesiæ, vtique electio, & nominatio, ad aliquid eorum, iuxta præscriptum, atque dispositionem primi institutoris, solum consistit in facto, nulli emolumento suo proprio, à se dependenti, cedēte tunc electore, seu nominatore, sed exequente solum munus sibi iniunctum, gratiamve, vt illud ita exequatur, sibi collatam.

In posteriori verò euentu, primus emphyteuta contractu illo oneroso, quē cum proprietario pro se, & successoribus celebrauit sibi, & illis, quasi emit dñium vtile, iusve emphyteuticū, cum facultate ampliori, aut minus ampla, noīandi successorē: quare vtrumq; est ipsius nempe ius ipsum emphyteuticum, vtile dñium rei emphyteuticę, & facultas nominandi successorem, sibi vtrumque quasi emptum, atque in bonum ipsius cōcessum.

Licèt ergo, q̄n successorem nominat, eatenus præscriptum proprietarij exequatur, quod nō potest transgredi facultatem ad nominandum sibi contractu illo oneroso in bonū ipsius concessum; iure tñ sibi proprio, contractu oneroso acquisito, vtitur, atque adeo aliquid de suo confert, dum vnum potius, quam alium, eligit, ac nominat, eiq; suum vtile dominium, iusq; emphyteuticū, confert: vnde electio illa, & nominatio, non consistat solum in facto, vt Caldas, & alij contendunt.

Quo loco et obserua, lōgè diuersam esse rationē de emphyteusi nominationis ex pacto, & prouidētia, quia videlicet nominatio ad aliquem ex certis est allegata ex dispōne, ac cōtractu ipso inter proprietarium, ac primum emphyteutam, vt v.g. ad aliquem filiorum, vel descendentiū: & de emphyteusi noīationis hæreditaris, de qua nunc loquimur, hoc est, cum facultate nominandi quēcūque, etiam extraneum ad successionem in illa. De illa.n. priori emphyteusi disponere nō potest emphyteuta in præiudicium eorum, qui ad illam vocantur, et si electio ex illis sit ei cōmissa: de posteriori verò potest disponere liberè, etiam illam vendendo, nominandoq; eo ipso emptorem, ac quemcunque alium successorem emptori in illa; qui tempore mortis ita nominantis fuerit repertus eam possidere, in successorem in ea emphyteusi, ita vt si venditor ipse erat prima vita, possessor, qui tunc repertus fuerit illius, sit secunda, cum facultate nominandi tertiam, vt ex duabus disputationibus præcedentibus liquet, dicturque in sequentibus.

Q̄n ergo emphyteusis nominationis est ex pacto, & prouidētia, quamuis emphyteuta eatenus, dum eligit, ac nominat ad emphyteusim, similis sit ijs, quorum ius nominandi consistit in facto, quatenus de certis eligit incertū, & quatenus non pōt parere illis præiudicium, alium eligendo, ac nominando, vel alienando rem, ad quam noīare potest; differt tñ ab eis, cum quia ius illud, & facultas nominandi ex illis, quem voluerit, conferēdique illi ius emphyteuticum, qd ipse possidet; est suum, sibi, vi primi cōtractus emphyteutici, cōparatum, vt dictum est; tum etiam q̄n transferre in illum potest ius emphyteuticum, dum ipse viuit; abdicando à se suum vtile dominium rei emphyteuticæ absque vlla reseruatione fructuum, si ita voluerit; quod vtique non in solo facto consistit.

Q̄n verò emphyteusis nominationis est hæreditaria, longè plus differt emphyteuta, dum ad eam emphyteusim eligit aliquem, ac nominat, ab ijs quorum ius eligendi, ac nominandi cōsistit in facto. Etenim eligit ac nominat iure suo, ad id sibi contractu oneroso quasi empto, ac comparato. Et eligit, ac nominat, non de certis incertum, sed quemcunque vult. Illi præterea confert dominiū suum vtile rei emphyteuticæ contractu similiter oneroso comparatum; quod vendere potuit, pretioq; potiri.

Item nominare illum potest ita irreuocabiliter, vt statim, ipso emphyteuta nominante viuente nominatus eo dominio, & emphyteusi potiatur, nullis fructibus nomināti reseruatis, quæ sanè non in nudo facto consistunt. Quare corruit fundamētum, cui Caldas nititur, vt dicat, pupillum nominare posse in suam emphyteusim, ita vt ea nominatio vires auferat nominationi prius à parente ipsius facta in pupillari substitutione. Legitimum autem huius assertionis fundamentum est, quod pupillus, si pubertati sit proximus, hoc est, si masculus ad decimum annum cū dimidio aut fœmina ad nouem cum dimidio, peruenit, quemadmodum cum authoritate tutoris, & decreto iudicis, in ijs quæ decreto iudicis indigent, celebrare potest quoscunque contractus, ac disponere de suis bonis, ita nominare pōt ad suam emphyteusim, etiam irreuocabiliter, ac transferendo

ferendo statim dominium vtile rei emphyteuticę in alium, vt disp. 224. ostensum est: quare defuncto patre, qui ei pupillarem substituerat, ac nominauerat aliquem ad eius emphyteusim poterit ipse, cum authoritate tutoris, ac iudicis decreto, nominare alium, eoque ipso reuocare nominationē à patre suo defuncto factam. Id tamen efficere nō poterit, non solum si sit infans, sed etiam si sit infantiæ proximus: quoniam ante illud aliud tempus, neque cum authoritate tutoris, ac iudicis decreto disponere potest de suis bonis, vt ibidem dictum est. Ius autem nominandi est personale soli emphyteutæ concessum, ac proinde tutor exercere illud non potest nomine, & loco talis minoris.

Vtrum autem, facta nominatione ad emphyteusim per pupillum, petere possit restitutionem in integrum ad effectum illam reuocandi. Bene quæstione citata ait Caldas, si nominatio sit reuocabilis, neque indigere illo remedio, neque illud concedi.

Quoniam per seipsum, sine eo remedio, potest nominationem reuocare. Si verò sit irreuocabilis, iuxta ea quæ inferius dicentur, petere illud posse, si læsum inueniat.

Quod intelligo, non solum si in tēpus vitę suę transferat emphyteusim, & fructus illius, sed etiā si ea nominatio solum fiat in tempus post vitam ipsius: id enim in ipsius damnum cedere potest, quatenus ea nominatione se priuaret iure vēdendi eam emphyteusim, aut nominandi alium ad illam, quem plus ipsi expediret nominare.

## Num seruus pœnæ possit ad emphyteusim nominare. Et quando emphyteusis eius, cuius bona publicantur, ad fiscum pertineat.

## DISPVTATIO CCCCLXXXI.

### SVMMARIVM.

1 *Seruus pœnæ in Castellæ, ac Lusitaniæ Regnis, potest ad emphyteusim nominare, etiam si damnatus sit ad mortem naturalem, & nu. 7.*

2 *Emphyteusis illius, cuius bona confiscantur, quādo spectat ad fiscum.*

3 *Emphyteusis ecclesiastica non nominationis, concessa, vt deuenire possit ad extraneum, non pertinet ad fiscum, sed libera reuertitur ad ecclesiam, si eam velit: secus autem in meliorāmentis.*

*Idem in emphyteusi ex pacto, & prouidentia, quæ excludat extraneos, etiam si secularis sit, vt fiscus non succedat. nu. 4.*

*Intellige tamen, & declara, vt nu. 5.*

*Filij eius, qui crimen læsæ maiestatis commisit, vel in hæresim incidit, incapaces sunt emphyteusis etiam ex pacto, & prouidentia.*

8 *Emphyteusis nominationis eius, cuius bona publicantur, non pertinet ad fiscū, quando ob crimen delinquens seruus pœnæ efficitur.*

QVis seruus pœnæ dicatur, disp. 9. explanatū est. Quo in loco multa dicta sunt, vnde solutio huius quæstionis pēdet. Atque † iuxta ea, quę ibi dicta sunt proculdubio est dicendum, seruum pœna, etiam si ad mortem naturalem damnatus sit, nominare in hoc Castellæ Regno posse ad eum emphyteusim: eo quod, vt ibidē ostensum est, relicta in hoc Regno ita damnatis sit facultas testandi, atque administrandi, & disponēdi de suis bonis: quare, & vēdere emphyteusim (nisi ob id delictū illius cōfiscetur,) & ad illam nominare possunt. 1 Ius Castellæ.

Idem dicēdum est in Regno Lusitano de alijs seruis pœnæ, qui ad mortem naturalem non sunt damnati: qm, vt disputatione citata dictū est, conditores eatum ordinationum proculdubio supponunt, cum multorum doctorum sententia, quam ibi retulimus, & impugnauimus, hodie de iure cōmuni sublatam ab eis esse seruitutem pœnæ, ad effectum, vt de bonis suis testari, ac disponere possint; ideoque lib. 5. ord. titu. 94. de solis damnatis ad mortem, tāquam de seruis pœnæ ad effectum, vt testamentum eorum, etiam si ante delictū factum condītum, de iure cōi sit nullum, bonaque ipsorum, vel ad fiscū attineant, vel transeant ad hęredes eorum ab intestato perinde, ac si statim, delicto cōmisso, mortui ab intestato fuissent, est sermo; & nihilominus eis conceditur (qñ damnati ad mortem non sunt pp crimen hæreseos, læsæ maiestatis humanæ, aut sodomiæ) vt ad pias causas testari possint de tertio suorum bonorū, & reliquæ duæ partes, si confiscandæ ob delictum non sint, transeāt ad hæredes eorum ab intestato: quasè proculdubio seruis pœnæ, qui ad mortem naturalem non damnantur, ex mente ordinationū, atque ex vsu, & praxi eius Regni, libera administratio, & dispositio suorum bonorum relinquitur, tū inter viuos, tum etiam ex testamento, ac proinde nominare possunt ad emphyteusim. Ius Lusitani. 2

Quod verò ad damnatos ad mortem in eo Regno attinet, perinde illos seruos pœnæ manere existimo, non solum si ob crimen hæreseos, læsæ maiestatis humanæ, aut sodomiæ, sed etiā si ob quodcunque crimen damnati sint, ac sunt de iure commuui, excepto illo effectu, quod, qui non ob illa tria crimina dānati sint, testari, ac disponere possunt de tertio suorum bonorum ad pias causas in ordinatione illa expressas, & consequenter retinent vsq; ad suam mortem naturalem bona sua, vsumfructumq; eorum, vt disputatione citata dictum est: satisque aperte ordinatio ipsa Lusitana docet eos manere seruos pœnæ, quo ad reliquos effectus iure communi statutos.

Cum autem disputatione nona, citata ostenderimus, seruitutem pœnæ de iure communi, neque quo ad damnatos ad mortem naturalem, neque quo ad damnatos ad mortem ciuilem, aut aliter maximam, vel mediam capitis passos diminutionem, esse sublatam ad alios effectus, præterquam vt matrimonium ab eis contractum validum sit, examinandum est, num de iure communi prædicti omnes serui pœnæ, & de iure Lusitano damnati ad mortem naturalem, nominare possint ad emphyteusim.

Occasione verò huius difficultatis, simul etiã explicandum, quando bona alicuius confiscãtur, quousque emphyteuses illius, siue illæ nouationis sint, siue non, ad fiscum pertineant: ordiendumque erit ab hoc secundo, & simul explanabitur illud aliud primum. Sunt verò sequentes cõclusiones statuendæ.

2 Prima cõclusio. Si emphyteusis † eius, cuius bona confiscantur, Ecclesiastica non sit, neq; sit nominationis, & sic ita hæreditaria, vt deuenire possit ad extraneum tunc ad fiscum spectat, sed cogi pót fiscus, vt eam alienet ac transferat in personã, quæ prius legiata nõ sit. Priorem partem affirmat Bar. & cõis doctorum sniã, quam inter alios, referunt, ac sequuntur Iul. Cla. libr. 4. sent. §. emphyt. q. 29. & Simancas de Cathol. Inst. tit. 9. num. 97. & 99. Qm in emphyteusi non succedit fiscus, nisi qn deuenire poterat ad extraneum, argumento legis iura libertorum. ff. de iure patronatus. Atq; hanc sniam expresse statuit lex Lusit. li. 5. ord. tit. 3. §. 17. Posterior verò pars satis perspicua est. Quoniam, cum fiscus plurima habeat priuilegia, neque vnquam moriatur, ac deficiat, longè deterior esset causa proprietarij in multis, perseuerante emphyteusi cum fisco, ac proinde cogere fiscũ potest, vt eam in priuatum alium transferat, iuxta ea, quæ disp. 459 dicta sunt.

3 Secunda conclusio. † Si emphyteusis Ecclesiastica non nouationis, ita sit concessa, vt deuenire possit ad extraneũ, non pertinet ad fiscũ, sed libera reuertitur ad Ecclesiã, si eam velit. Meliorameta aũt, quorum æstimatio, finita emphyteusi, spectare debebat ad emphyteutam, aut ad hæredes illius, quo ad eandem æstimationem pertinent ad fiscum. Priorem partem affirmat Bar. & communis sniã, quam referunt, ac sequuntur Iul. Clarus, q. 29. citata, & Simancas vbi supra à num 98.

Ratio autem est, non tam quia, si transiret ad fiscum deterior redderetur causa Ecclesiæ; qm ei malo occurri posset cogendo fiscum, vt illam in alium priuatum transferret, sicut de emphyteusi seculari præcedente conclusione dictum est; sed quoniam id in priuilegium est cõcessum Ecclesiæ in authentico de alien. & emphy. §. 1. vers. si verò contigerit, vsuque est ita receptum, vt constat, ex felicis §. si qua verò, de pœnis lib. 6. & ex Lusit. ordin. tit. 3. citato. §. 16.

Posterior verò pars satis perspicua est aduersus Simancam vbi supra à nu. 107. qm licet dñium meliorationum ad proprietarium pertineat, æstimatio tñ illorum est proprium bonũ emphyteutæ, transireque debebat ad quoscunque ipsius hæredes, quando aliud non fuit deductum in pactum tempore celebrati contractus emphyteutici, vt disp. 463. & in calce disp. 479. dictũ est: quare, cum fiscus in omnibus bonis eius succedat, cuius bona confiscantur, succedit et in ijs, teneturq; proinde ea illi soluere Ecclesia, si rem emphyteuticam velit. Neque valet argumentum, quod qui ob crimen emphyteuta amittit emphyteusim, amittit etiã meliorationes proprietario eo modo, quo disp. 455. dictum est. Quoniam id solum est verũ de crimine cõmissi, non verò de crimine, pp quod bona illi confiscantur: in hoc quippe euentu non illa amittit proprietario, sed fisco.

4 Tertia cõclusio. Quando † emphyteusis nõ est nominationis, & est ex pacto, & prouidentia, etiã mixtè, ita vt iuxta inuestituræ formam deuenire non possit ad extraneum, siue ea Ecclesiastica sit, siue secularis, non succedit in ea fiscus, sed succedunt, qui ad eam iuxta inuestituã vocantur: modo capaces illius sint, alioquin succedunt, qui vltra illos inuestitura ipsa vocantur: quod si nulli tales sint, reuertitur emphyteusis ad proprietariũ & cum proprietate consolidatur.

Quod si aliqua sint meliorameta in ea, quæ ad patrimonium eius cuius bona confiscantur, iuxta ea quæ præcedente conclusione dicta fuere, pertinerent, in eorum æstimatione succedit fiscus.

Primum, ac præcipuum, quod in hac cõclusione asserit, nempe in eiusmodi emphyteusi non succedere fiscum, sed succedere eos, qui iuxta inuestituram vocantur, ac succederent, si ille ab intestato, & sine discederet, asseuerant Bar. & cõis doctorum sententia quam Iul. Clar. q. 29. citata, & Molina libr. 4. de primog. c. 11. nu. 4. referunt, ac sequuntur, & cũ quibus Simancas vbi supra consentit, dum asserit, fiscum successorem esse extraneum, ac proinde non succedere vniuersim in emphyteusim, nisi quando succedere in illa poterat extraneus. Atque hoc idem definit lex Lusit. tit. 3. citato §. 14. iuncto §. 17.

5 Quæ §. 14. citato et † addit, si ille, cuius bona confiscantur, fugiat, ita vt pœnis mortis exequi in eo non possit, tunc fiscũ succedere in commoditate eius emphyteusis toto tempore, quo ille vixerit: illoq; mortuo, deuehire emphyteusim ad vocatum iuxta inuestituram: id quod confirmat illud, quod ex l. ex facto. ff. ad Trebel. adduximus disp. 190. §. probat id Anton. Gome. Itemque id, quod diximus disp. 9. §. quando bona.

Atque hoc ipsum habet locum, quãdo aliquis de crimine hæreseos damnatur, eiusq; bona confiscantur, sed misericorditer Ecclesiæ reconciliatur: interim, dum is viuit, commoditas emphyteusis illius de qua loquimur, pertinet ad fiscum; eo verò mortuo, deuenit ad vocatũ inuestituta, qui illius fuerit capax, deficienteq; capaci, regreditur ad proprietariũ: eo quòd emphyteusis eo ipso expiret, ac finiatur.

Dixi, siue ea emphyteusis Ecclesiastica sit, siue secularis: qm priuilegium, quod Ecclesiastica emphyteusis redeat ad Ecclesiam, & cum proprietate consolidetur, solum est qn deuenit ad fiscum, vt ex authentico citato est manifestum: neq; vlla æquitas patitur, vt qn emphyteusis Ecclesiastica vi inuestituræ deuenire non poterat ad fiscum ob delictum illam possidentis, spoliarentur illa propter idem delictum, qui eadem inuestitura ad eã vocabantur, & regrederetur ad ecclesiam; neque esse æquum tale priuilegium, si Ecclesiæ concederetur. Quare, c. fœlicis, si nomine, locationum, emphyteuses comprehendantur, illæ solæ consendæ sunt comprehensæ, quæ ob tale delictum deuenturæ erant ad fiscum, & de eisdem solum intelligenda est lex Lusitan. tit. 3. citato. §. 16.

Addi-

Digitized by Google

Additum est in conclusione, modo capaces illius sint, & ca. quoniam, vt habetur l. quisquis. C. ad l. Iul. Mai. l. 2. tit. 2. par. 7. & lib. 7. Lusit. ordin. tit. 3. §. 12. filij † eius, qui crimen commisit læsæ
6 maiestatis, in perpetua manent paupertate incapaces ad succedendum alijs, tam ex testamento, quam ab intestato, atque in Lusitanis ordinationibus §. citato, addunt, et ad accipiendum, & succedendum ex donatione, aut contractu inter vivos: vnde in Lusitania incapaces sunt ad obtinendas emphyteuses, esto ex pacto sint, & prouidentia: secus verò de iure cõi, & huius Castellæ Regni; quando ortum non habent ex vltima voluntate; vt regulariter cum non habent, quare in Lusitania, si illi ex inuestitura excidunt, ab eis excluduntur, succeduntq; vlteriores eadem inuestitura vocati: quod si nulli vlteriores existant, expirat emphyteusis, reuertiturq; ad proprietarium, vt habetur lib. 7. Lusit. ord. tit. 3. §. 17.

Postrema cõclusionis pars ex se est manifesta, & ex dictis in posteriori parte præcedentis cõclusionis. Semper enim fiscus succedit in toto patrimonio eius, cuius bona confiscantur.

Quod ad emphyteuses nominationis attinet, Caldas de nom. emphyt. q. 7. multis contendit,
7 seruum † pœnæ, stando in iure communi, atque adeo in iure Lusitano, si damnatus sit ad mortem nominare posse ad illas, ductus illo fundamento, quod nominatio ad emphyteusim in facto consistat, & quod ea, quæ in facto consistunt, seruo pœnæ non denegentur. Nobis verò contrarium videtur verum cum Emmanuele Acosta & alijs, quos ibidem Caldas citat, ea potissimum ducti ratione, quod nominatio ad emphyteusim in solo facto consistat, sed sit dispositio emphyteutæ de iure suo, vt disp. præcedente ostensum est, vbi fundamentum Caldæ euertimus: quare cum dispositiones de bonis suis, à seruo pœnæ factæ, nullæ sint ipso iure, dicendum est, seruum pœnæ non posse valide nominare ad emphyteusim.

Nobiscum apertè consentit ordinat. Lusitana tit. 3. citato §. 18. Vbi cum sermo esset de eo, qui crimen læsæ maiestatis commisit, sic dicitur, *Essendo esse foro dado en certas pessoas, que se ajam de nomear, luguo done se tornado de senhorio dõde procedeo, porque esse, que a dita maldade cometeo, nõ pode de poys de cometida nomear pessoa alguna. E se antes alguna nomeacam teuesse feyta, e anisbi lada e auida por ninguna, como se nunca fora.* Hoc autem intelligo, de nominatione per vltimam voluntatem, aut donatione causa mortis, facta ante delictum, quæ nulla redditur eo ipso, quod seruus pœnæ efficitur: secus autem de nominatione irrevocabili, aut etiam reuocabili, quæ est dispositio inter vivos: dispositiones quippe inter vivos, etiã reuocabiles factæ ab aliquo ante crimẽ commissum, non redduntur nullæ ob crimen sequens, esto tale crimen sit læsæ maiest. humanæ, aut diuinæ, vt disput. 659 ostendemus. Hoc ita constituto, 4.
8 conclusio est. Emphyteuses † nominationis eius, cuius bona publicantur, non pertinent ad fiscum, siue sint ex pacto, & prouidentia, siue hereditarię, ita vt ad illas nominari possit extraneus, quando ob crimen delinquens seruus pœnæ efficitur, sed mortuo delinquente, deuoluuntur ad proprietarium, quasi concessæ sub conditione, si nominauerit, nec subsistente conditione, facto illo incapaci ad nominandum. Interim verò, dum delinquens viuit, commoditas illius pertinet ad fiscum loco delinquentis. In Regno tamen Castellæ credo emphyteutam, cuius bona confiscantur, posse nominare, iuxta ea quæ in præcedenti. & disp. 9. dicta sũt. Idem arbitror in Lusitania, si in aliquo euenirent bona alicuius confiscarentur, neq; ille ad mortem damnaretur naturalem, idque pp eadem rationem. Si quæ autem essent meliorationes facta in eiusmodi emphyteusibus quæ ad patrimonium delinquentis pertineret, quo ad æstimationem, illa æstimatio ad fiscum spectaret. Tota hæc conclusio satis perspicua est ex se, & ex dictis præcedentis. cõclusionib. neq; alia indiget probatione.

## Num religiosus possit ad emphyteusim nominare, & quando emphyteusis religiosi ad monasterium pertineat.

### DISPVTATIO CCCCLXXXII.

*SVMMARIVM.*

1 *Emphyteusis religiosi quando ad monasterium pertineat, & quando ad eius hæredes ab intestato.*
2 *Religiosus emissa professione, an nominare possit ad emphyteusim, & quando.*

REligiosum, antequam religionem profiteatur, aut in nostra Societate, antequã ad gradum coadiutoris spiritualis, vel temporalis, admittatur, posse ad emphyteusim suam nominare, ex se, & ex dictis disput. 139. & 140. est satis perspicuum. Tota aũt difficultas est, si professus sit, aũt in nostra Societate coadiutor, an nominare possit. Sed prius explicandum est, quãdo emphyteusis religiosi ad monasterium pertineat.

1 Quando † religiosus de sua emphyteusi disposuit, antequam religionem profiteretur, tunc non est cur ad religionem pertineat, vt ex dictis disp. 140. liquet. Quando autem non disposuit, professusque est religionem, quæ eos habet ad bona sui religiosi, distinguendum est. Quoniam, si emphyteusis non est hæreditaria, ita vt in illam succedere possit extraneus, tunc emphyteusis non pertinet ad religionem, sed in ea succedunt, qui inuestitura ad eam vocantur, de quorum numero non est monasterium.

Cõmoditas tñ illius pertinet ad monasteriũ interim dum talis religiosus viuit: eo autẽ defuncto, integrè trãsit emphyteusis ad eũ, aut ad eos, qui inuestitura vocantur. Item, si meliorationes sint aliquæ in ea emphyteusi, quorũ æstimatio ad patrimonium talis religiosi, antequã profiteatur, pertineant, ea etiã pertinent ad monasteriũ: eo quòd in omnibus bonis talis religiosi succedit. Si

tamen religiosus ille descendétes, aut ascendentes haberet, eis deberetur sua portio legitima, sicut in alijs bonis talis religiosi, vt disp. 140. dictum est, ita in eiusmodi æstimatione melioramentorum.

Primum horum affirmat, cum communi sententia, quam refert, Iulius Clar. 4. libr. sent. §. emphyteusis, quæstio. 33. satisque est perspicuum ex se, & ex dictis disputatione præcedente, Reliqua verò satis manifesta sunt ex disputatione præcedente, & ex disputat. 140. neque alia probatione indigent. Si verò religiosus ille profiteatur religionem, quæ ius non haberet ad bona talis religiosi, aut in nostra Societate ad gradum coadiutoris admitteretur, tùc statim emphyteusis illa pertinere, etiam quo ad commoditatem, ad eos, qui inuestitura, ad eam vocantur; æstimatio verò illa melioramentorum ad hæredes illius ab intestato attineret, siue essent illi ipsi, qui succedunt in emphyteusim, siue alij, vt ex dictis disp. 140. citata constat.

Quando autem nulli existerent, qui inuestitura ad eam emphyteusim vocarentur, tunc expiraret emphyteusis, regrederetur que ad proprietarium, qui soluere teneretur æstimationem melioramẽtorum, vel monasterio, si ius haberet ad bona talis religiosi; vel hæredibus ab intestato eiusdem religiosi, vt ex se est satis perspicuum, & ex dictis disput. præcedente.

Si verò emphyteusi sit hæreditaria ita vt ad eã succedere possit extraneus, neque sit nominationis, & professio fiat in monasterio comparãte ius ad bona talis religiosi, tunc pertinet emphyteusis illa ad id monasterium, sicut & cætera bona talis religiosi; tenetur tamen monasterium eam alienare eo quod propter sua priuilegia, & alia incõmoda, quæ inde sequerentur proprietario, deterior redderetur conditio proprietarij, vt disputatione præcedente, & disp. 140. dictum est. Ita Iulius Clarus vbi supra, & communis sentẽtia, resque est ex se satis perspicua.

Atq; de hac sola emphyteusi intelligenda sunt quæ diximus disput. 140. citata. Si verò possessio fiat in monasterio non comparante ius ad bona talis religiosi, aut is religiosus in nostra Societate admittatur ad gradum coadiutoris, tunc eo ipso talis emphyteusis cum melioramentis deuenit ad hæredes ab intestato religiosi illius; quia reputatur tanquam mortuus naturaliter ad eum effectũ vt ex dictis disp. 140. liquet.

Quæst. 2 Vtrum autem religiosus † emissa professione, aut in nostra Societate emissis coadiutorum votis, nominare possit ad emphyteusim. Caldas de nominat. emph. quæst. 6. affirmat, ductus illo suo fundamento, quod nominatio ad emphyteusim, consistat in facto, ac proinde competat, etiam religioso professo.

Decis. Contrarium tamen est dicendum; quoniã verè est dispositio de re, ac iure suo, vt duabus disputationibus præcedentibus dictum est: nullum verò ius bonorum temporalium remanet religioso emissa professione, neque coadiutoribus in nostra Societate, nullaque dispositio de illis, tanquam suis, manet eis missa professione.

Ea autem de causa disputa. 140. cum Panorm. Nauar. Couarr. & communi doctorum sententia diximus religiosum, emissa professione, reuocare non posse testamentum à se ante professionem factum, etiam si reuocare illud velit in fauorem monasterij, aut alterius causæ piæ; quoniam per professionem mortuus est mundo, ita vt neque dispone re deinceps possit de bonis, quæ antea habebat, & idcirco, sicut post professionem testari non potest, ita neque reuocare testamentum ante professionem factum. Et disput. 141. cum Nauarro dicebamus, quod quamuis in authentica, si qua mulier, C. de Epis. & cleric. & c. si qua mulier, 19. q. permissum sit religioso professo, si ante professionem testamentum non condidit, diuidere bona sua inter liberos, & eos habeat, legitima eorũ portione non diminuta, & relinquendo portionem quandam monasterio, extra eum tamen euẽtum in ea authentica permissum, eoque modo, quo ibi concessum, id est, neque inter liberos posse quicquam de suis bonis disponere eo quod dominio, & administratione eorum careat, neque habeat velle, aut nolle.

Si ergo religiosus, qui emphyteusim nominationis habebat, professionem emittat, aut in nostra Societate vota coadiutorum, nulla facta nominatione, expirat emphyteusis, deuoluiturq; ad proprietarium, tanquam deficiente conditione, sub qua pro aliquibus fuit concessa, videlicet, si aliquem eorum nominauerit.

Nisi in Lusitania dicas, emittentem professionem, nullo ante condito testamento, censeri defunctum ab intestato, ac proinde, si descendentes, aut ascendentes habeat, tacitè censeri nominasse vnum eorum eo ordine, qui disput. 480. ex Lusitanis ordinationibus relatus est. Licet autem expiret emphyteusis nominationis, eo quod nullus ad eam sit nominatus; nihilominus non expirat ante mortem talis religiosi, ac proinde commoditas illius pertinet ad monasterium, in quo ille professionem emisit, toto tempore, quo talis religiosus vixerit, si monasterium illud ius habeat ad bona religiosi illius: alioquin, si ius non habet, commoditas illa deuoluitur ad hæredes ab intestato religiosi illius, siue emphyteusis illa nominationis hæreditaria esset, siue ex pacto, & prouidentia.

Idem dicendum est de valore meliorationum emphyteusis illius, si quis eiusmodi valor ad patrimonium talis religiosi ante professionem attinebat, vt ex se vtrumque satis est perspicuum. Illud postremò admonuerim, esto emphyteusis nominationis esset hæreditaria, fas tamen non fuisset religioso illi ante professionem nominare ad illam monasterium; eo quod successione monasterij in illa, deterior multò reddatur causa proprietarij, vt sæpe dictum est.

Nonnulla

# Nonnulla alia circa nominationem ad emphyteusim.

## DISPVTATIO CCCCLXXXIII.

### SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta habens facultatem nominandi ante eius mortem, quem voluerit, potest ad eius libitum vsque ad mortem variare, & mutare eandem nominationem.*
*Cum declaratione, vt ibid.*

2 *Emphyteuta habens facultatem nominandi nulla facta mentione mortis non potest nominationem factam reuocare.*
*Fallit tamen, & limitatur, vt ibid.*

3 *Emphyteusis, si per venditionem primi emphyteutæ, qui habet facultatem nominandi, transeat in diuersas personas, primo emphyteuta viuente, secunda persona nominanda censetur illa, quæ reperitur in emphyteusi tempore mortis ipsius primi emphyteutæ, & deinceps.*

4 *Emphyteusis si sit concessa ad aliquot certas vitas, vltimus superstes quas personas possit nominare, & qua censeatur expresse nominata.*

SEquentes conclusiones circa nominationem ad emphyteusim de iure Lusitano, vbi contractus hic frequens est, sunt adhuc statuendæ.

1 Prima est. Si contractu emphyteutico † nominationis cõtineatur, personas quib. facultas nominandi conceditur, posse ante mortem suam, aut tempore mortis, nominare, quẽ voluerint, tunc ante mortem possunt nominare semel, iterũ, & pluries, diuersas personas, quas voluerint, semperque posterior nominatio reuocat priores. Ratio autem est, quoniam, quæ ad tempus mortis ordinantur, mutari ante mortẽ, ac reuocari possunt. Si tamen qui eo modo facultatem habet nominandi, transtulerit in aliquem ius emphyteuticum, vel dotis, aut donationis ad nuptias causa, vel aliqua alia, tunc nullum alium poterit deinceps nominare, esto, dum ita ius emphyteuticum in aliũ transtulit, sibi reseruasset vsumfructum rei illius emphyteuticę: quin potius dispositio de tali iure emphyteutico pertinet deinceps ad eum, in quem illo modo fuit trãslatum. Quãdo autem scriptura aliqua publica constiterit de nominatione ad emphyteusim facta alicui, tunc non admittitur in eo Regno probatio per testes alterius prioris nominationis, nisi facta sit in testamento nuncupatiuo voce tenus facto tempore mortis duntaxat, & cum sex testibus siue masculis, siue fœminis, quo pacto est validum in eo Regno, vt disput. 126. explanatum fuit. Si autem non constiterit de nominatione alia, facta scriptura publica, valida censetur nominatio, quæ tribus testibus probata fuerit.

Hæc habentur lib. 4. Lusitan. ordin. titu. 63. in princ. & §. 2. ac penult. Quæ tamen de probatione dicuntur, intelligenda, meo iudicio, sunt, vt fidem in foro exteriori in Regno faciãt. In foro quippe conscientię valida erit nominatio, & si præcesserit alia publica scriptura facta, & posterior corã paucioribus testes, quã tres, facta sit: qn & in foro exteriori valida cẽsebitur, si aliter, ritè nominatus, cõstet factã ab emphyteuta eã nominationẽ fuisse.

2 Secunda cõclusio. Si emphyteutico † nominationis contractu facultas nominandi concedatur nulla facta mentione mortis; tunc eo ipso, quod nominata est aliqua persona, esto illa insciæ talis nominationis sit, nominari non potest alia: quòd si nominetur, inualida est quæcunque posterior nominatio, neque reuocat priorem. Excipitur, quando aliquis nominat in testamento: vt enim testamentum ante mortem testatoris reuocari potest, ita, & nominatio in eo contenta.

Quando item aliquis nominauit in testamẽto ipso iure, aut alia de causa nullo, nominatio in eo contenta est nulla. Excipe, nisi sit nullũ solũ quo ad hæredis institutionẽ, vt quia aliquis sine iusta causa fuit in eo præteritus, aut exhæredatus: tunc enim nominationes ad emphyteusim in eo factæ validæ sunt, & de iure Lusitano, vt disp. 175. latè aduersus Alua. Vala. ostẽdimus. Item, qñ aliquis iuxta tenorem huius conclusionis primò aliquem nominauerat extra testamentum, non transferendo in illum emphyteusim, si nominatus ante nominantẽ moriatur, manet in nominante ius, & facultas ad iterũ nominandum; eo quod nominatio prima, neq; fuerit sortita, neque sortiri possit effectum transferendi ius emphyteuticum in ita nominatum. Idẽ, propter eandem rationem, dicendum est, si quis fuerit nominatus sub conditione aliqua, quæ deficiat ante mortem nominantis.

Quarè, si quis nominauerit vnũ sub cõditione pendente in futurũ, nominate si nul potest aliquẽ in euentum, quod ea conditio deficiat. Quæ dicta sunt cõclusione præcedente de probatione nominationis per scripturã publicam testes, aut testamento nuncupatiuo voce tenus facto, similiter locum suo modo habent in nominatione, de qua in hac conclusione est sermo. Dicta verò vtraq; conclusione similiter habent locũ, siue emphyteusis, facultasque nominandi concessa sit cõtractu, etiã lucratiuo, siue testamento, vltima ve voluntate. Hęc habentur tit. 63. citato. §. 1. 2. 3. 4. pen. & vlt.

Tertia conclusio. Quando in emphyteusi, de qua duabus præcedentibus conclusionibus, & à disp. 480. est sermo, prima † persona (verbi gratia) 3
quæ facultatẽ habet nominandi aliam, vendit alicui, donat, aut quouis alio titulo ius emphyteuticũ in eum transfert, quãuis in ea persona nõ maneat ius disponendi iterum de eadẽ emphyteusi, sed id pertineat iã ad nouum emphyteutam, qui vendere, aut donare, vel quouis alio titulo trãsferre potest illud suũ ius in alterũ, atque, si emphyteuta discedat, vel nominato aliquo, vel nullo ad eã emphyteusim nominato, eo ora seruanda sint, quæ ex tit. 61. Lusitanarum ordinationum, disp. 480. seruanda esse diximus, nihilominus, quamdiu ea prima persona viuit, nullus eorũ, ad quos ius illud emphyteuticum toto eo tempore deuenit, censetur secunda persona nominanda, sed is, qui tempore mortis primi illius emphyteutæ repertus in ea emphyteusi fuerit, censetur secunda persona. Et, qđ de illa prima persona est dictũ, intelligendum

telligendum similiter est de secũda, & de reliquis, quæ, iuxta formam contractus, aut concessionis emphyteusis, facultatẽ habuerint ad nominandũ: nullus enim eorũ, ad quos emphyteusis deuenit, cẽsetur secunda persona, quousq; secũda illa alia, quæ in emphyteusi tpe primæ fuit reperta, moriatur. Vltima verò persona, quę nõ habet ius nominandi vlterius, poterit vẽdere, aut alio titulo trãsferre in alium ius suũ emphyteuticũ tempore vitę suæ: & ille rursus in aliũ, & ita cõsequenter, tempore similiter vitæ illius vltimæ personæ. Si verò aliquid aliud inter transferentẽ ita ius emphyteuticũ, & eum in quẽ transfertur, constitutũ authoritate proprietarij fuerit, ideſt seruandũ. Hæc oĩa habentur lib. 4. Lusit. ord. tit. 64. tribus. §. vltimis.

Illud circa tres conclusiones præcedentes, & circa dicta à disp. 480. admonuerim. Dũ in Lusitania commoraret, relatum mihi esse, in aliquibus eius Regni locis, vt in regione, quæ inter Durium, & Miniũ, consuetudine esse receptum, quãdo emphyteusis sumitur ad aliquot vitas, rẽ emphyteuticã diuidi inter hæredes eius, qui illam possidebat: nominationẽ verò solum inseruire, tum vt finita vita personæ vltimò, iuxta formam contractus, nominatæ, empyteusis expiret, reliq; emphyteutica ad proprietarium deuoluatur: tam etiam vt personæ ita nominatæ sint tãquam capita emphyteusis, quæ pensionẽ integrã teneantur soluere proprietario, cõtribuentibus cæteris, inter quos res emphyteutica est diuisa, partes proportionales pensionis. Idem circa emphyteusim in genere seruari retulimus disputatione 460. Eamque asserentem, id ex fe esse licitum: eo quòd nullum damnum inde proprietario obueniat.

4 Quarta conclusio. Qñ † emphyteusis constituitur ad aliquot vitas certas, tum quo ad numerũ; tum etiam quo ad personas ipsas; vt si concedatur alicui vxori illius, & cuidam filio ex ipsis procreato, aut procreando; tunc vltimum parentem, qui superstes fuerit nominare posse filium, vel filiam, quã voluerit. Quod si tẽpore mortis caruerit filijs habeatq; nepotes, nominare posse nepotem, aut neptem, quam voluerit, esto in cõtractu, de filijs solũ fuerit facta mentio. Ita hẽc 4 lib. Lusitan. ord. tit. 63. §. 5. Idem credo esse de pronepotibus in defectum nepotum. Si autem moriatur ab intestato, aut condito testamento, sed nullo ad eam emphyteusim expresse nominato, filius maior natu censetur nominatus; & in defectum illius seruandus est ordo ex ti. 62. disp. 480. relatus.

Ascendentes autem, aut transuersales, constat eo contractu non compræhendi: eum nomine filiorum intelligi non valeant. Quando sub forma huius cõclusionis celebratus est contractus in regione illa inter Durium, & Minium, relatum mihi etiam fuit, cõsuetudine esse receptum, per mortem alterius coniugis, diuidi rem emphyteuticam inter superstitem, & filios defuncti, & mortuo vltimo parente, portionem illius diuidi inter hæredes descendentes eiusdem; nominationes verò has solum inseruire, vt intelligatur, quando finiatur emphyteusis, & vt persona contractu ipso, aut ab vltimo parente, nominata, sit quasi caput emphyteusis, modo paulò antea explicato.

## Vtrum finita emphyteusi teneatur proprietarius renouare contractum successori vltimo emphyteutæ.

## DISPVTATIO CCCCLXXXIIII.

### SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis finita per caducitatem in commissum, deuoluitur absolute ad proprietarium.*
*Quod amplia, & limita vt nu. 2.*
3 *Proprietarius finita emphyteusi, quibus personis, & casibus renouare emphyteusim teneatur.*
*Et quid in emphyteusi Ecclesiastica. nu. 4. & 8.*
*Intellige, vt nu. 6.*
*Contrarium tamen vide nu. 9. contra communem.*
5 *Pacta in emphyteusi apposita seruanda sunt.*
7 *Proprietarius an teneatur renouare emphyteusim successori vltimi emphyteutæ, intra tempus debitum petenti, etiam si illam alteri concesserit, & sic re non integra.*
10 *Intellectus ad l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotidiana, & æstiua.*
11 *Intellectus ad l. congruit. C. de loc.*
12 *Bart. opinio, & communis in materia renouationis emphyteusis, faciendæ per proprietarium successori vltimi emphyteutæ, an in Lusitania seruetur.*
13 *Proprietarius an teneatur renouare emphyteusim successori vltimi emphyteutæ, propter meliorationes in re emphyteutica factas.*

SVperest dicamus de renouatione contractus emphyteutici, eam memusque in signem propositam quæstionem. Obseruandum autem est, 1 siue emphyteusis ideirco finiatur, quòd emphyteuta in commissum inciderit aliquo ex modis in præcedentibus explicatis, tunc ita deuolui ad proprietarium, vt neque emphyteutæ ipsi, qui in commissum incidit, neque successoribus illius, teneatur contractum innouare, vt omnes confitentur. Ita Caldas de renouat. emphyteu. q. 8. num. 1. & alij, quos refert.

2 Habet † autem id verum, etiamsi, quando in emphyteusim aliquid fuit traditum, appositum fuerit pactum de renouanda emphyteusi, quando finitus sit contractus, vt cum communi sententia, quam refert, tradit idem Caldas de renouat. emphyteu. quæst. 9. num. 5. Si item emphyteusis concessa sit alicui, vxori, & vni filiorum; illique filios, ac descendentes non habeant; aut concessa sit alicui, & descendentibus illius vsque ad tertiam generationem, certè si res ad eum statum deueniat, vt nulli omnino sint descendentes primi emphyteutæ, ita extincta est censenda emphyteusis ac reuerti ad proprietarium, vt non teneatur contractum innouare: quoniam non tenetur illum innouare, ac continuare, nisi iuxta primam formam contractus. Atque hoc totum est, quod asserc-

asserere videtur Caldas ibidem cum alijs, quos ci tat. Quare in contractu emphyteutico ad certum tempus, aut ad certas vitas concesso, attendendum est, an sit simpliciter hæreditarium, ac tunc hæres, aut hæredes, vltimi emphyteutæ, petere poterunt renouationem, iuxta eorum opinionem, qui asseuerant, proprietarium teneri renouationem concedere.

Si verò sit ex pacto, & prouidentia mixtè, tũc, q hæredes fuerint vltimi emphyteutę, & iuxta formã primi cõtractus vocarent, si in persona ameccdentis non finiretur, petere poterunt renouationẽ, & non alij. Si autem sit ex pacto, & prouidentia simpliciter, tunc, qui similiter habuerint qualitates requisitas iuxta formam primi contractus, saltem respectu primi emphyteutæ, petere illam poterunt, & non alij. Vnde si ad emphyteusim aliquam vocentur solum descendẽtes primi emphyteutæ, vltimusque emphyteuta hæredem instituat suã propriam vxorem, tunc, quia illa est extranea cõparatione primi emphyteutæ, petere nõ poterit innouationem. In his conuenire videtur Gama cum alijs, quos refert, decis. 316. & consentit Staphyleus de literis gratiæ, c. de modis prouis. nu. 43.

Atque iuxta hanc nostrã doctrinã cõponenda sunt contrariæ opiniones, dirimendaque est quæstio, q̃ Iulius Clar. 4. lib. sent. §. emphyteusis. q. 43. nu. 2. & Caldas de renou. emph. q. 9. à nu. 5. excitant, neque, vt oportet, definiunt. Arq; ex his facilè intelliges, in quo eurnu, & quo ad quas personas, locum habeat quæstio proposita; nam proprietarius, finita emphyteusi, renouare illis tenetur contractum emphyteuticum, Bart. l. 1. §. permittitur (qui est pẽultimus eius legis.) ff. de aqua quotidi. & æsti. & post eum cæt doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Caldas, vbi supra, nu. 2. Iulius Clar. 4. lib. sent. §. emphyteusis, q. 43. Gama decis. 41. Staphyleus, nu. 3. citato, Alu. Valas. de iure emphy. q. 38. nu. 17. & Emmanuel Acosta de maioratibus part. 2 3 numero vlt. affirmant, finita emphyteusi ineuentus explicato; posse successores, de quibus habitus est sermo, petere à proprietario renouationem contractus, quam de facili obtinebunt. Si verò ei à proprietario non concederetur, fieri illis iniuriam eaque de causa posse de iure canonico appellare, ac recurrere ad superiorem, vt cogat proprietarium emphyteusi renouare.

Ducuntur ad hoc ita asserendum. Primò ac potissimum, §. permittitur, citato, vbi habetur, principem, & non alium, concedere posse aquæductus de riuo, aut alio loco publico, ad rigandum prædium. Arq; interdum concessionem fieri prædijs, & interdum personis dominis prædiorum. Statuitur concessio eius aquæ fiat prædio, non expirare extincta persona, cuius gratia, fuit concessa, quoniam est concessio realis facta prædio, quæ perseuerat cum prædio, ad cuiuscunque dominium perueniat. Si verò fiat personæ, tunc expirare cum persona, quoniam erat concessio personalis: quare nec transit ad hæredes illius, cui fuit facta concessio, neque ad alios dominos eiusdem prædij, si forte is cui concessio illa fuit facta, prædium illud vendat, aut titulo alio in dominium alterius illud transferat.

Additur in eo casu, nouum dominum prædij facilè impetraturum concessionem aquæ ad irrigandum id prædium. Quã, si doceat, suis prædijs aquam esse debitam, & si fluxerit noue eius à quo dñium eius prædij in ipsum transit, vtpote illi personaliter concessa, indubitatè ius aquæ deducendæ impetrat. Neque hoc (concessio videlicet talis aquę) est bñficium, sed iniuria, si quis fortè nõ impetrauerit eã aquã à principe. Quo in §. glo. verb. impetrabile exponens eam vocem, idest facilè potest impetrari, & debet facilè concedi, addit. Et est simile hoc in inuestituræ feudorum: mortuo enim vasallo, facilè potest impetrare hęres masculus inuestituram: quia debet ei dari, & debet iurare.

Ex hoc textu, iuncta glossa, colligunt Bart. & q. illum sequuntur, idem esse in feudis, & in emphyteusi, nempe q. fiatura vltima vita, pro qua fuerant concessa, in curia fiat successoribus vltimi emphyteutæ, aut feudatarij petentibus renouationẽ emphyteusis, aut feudi, si eis non concedatur, ac proinde illos recurrere iunc posse ad superiorem, vt cogat proprietarium renouationem concedere.

Citat deinde Bart. in confirmationem eius sententiæ l. congruit, & l. prędia C. de locat. prædi. ciuil. lib. 11. Idem quædam iura feudorum, & l. nullus. C. de decurionib. lib. 10.

Item Bart. & alij, in confirmationem eiusdem sententiæ citant glossam vltimam cap. bonæ memoriæ, 2. de postulationib. glossam item vlt. cap. vlt. 100. distinct. quę duæ glossę affirmant, quamuis pallium, quod Summus Pontifex Archiepiscopis concedere consueuit, priuilegium sit personale, fieri tamen iniuria successoribus in archiepiscopatibus, si eis à Summo Pontifice eo modo concederetur, quo suis prædecessoribus concedi fuit consuetum. Idque glossæ illę probant ex §. permittitur citato. Hactenus autem non video sententiam Bart. & communem alicui alteri innitier fundamento.

4 Est verò concertatio, nam hæc Bartoli, & cõmunior sententia, locum etiam habeat in emphyteusi Ecclesiastica, an verò solum in seculari. Et quamuis communior doctorum sententia, quam, inter alios, referunt, ac sequuntur Iulius Clarus, quæst. 43. citata, & Caldas quæst. 8. citata nu. 5. sit, locum etiam habere in Ecclesiastica, multi tamen, quos idem Caldas ibidem, nu. 6. nuncupatim refert, id negant. Idque confirmant ex authẽtica de non alienandis, §. quod autem, in fine, vbi improbatur pactum, quo Ecclesia promittat finita tertia generatione, se renouaturam emphyteusim descendentibus vltimi emphyteutæ, illosque præponendos esse alijs: stante namque, nihil impediente eo pacto, posse Ecclesiam, finita tertia generatione, emphyteusim vsurpare. Si autem Ecclesia teneret renouare emphyteusim illo modo, finita tertia generatione, vtique non improbaretur tale pactum: quin, si successores emphyteutæ cogere possent Ecclesiam ad eam innouationem, nihil emphyteutæ curarent de adhibendo eo pacto: neque tum libere in authentico citato pronuncia-

nunciaretur, Ecclesiam, finita vltima generatione, posse, sibi emphyteusim vsurpare. Hæc autem verba ex nouella constitutione. 7. c. 4. refert Antonius Augustinus. *Nã & illã pactionem, immo magis calidam machinationem, reijciendam esse constitutio iubet, id est, si pactus fuerit cum œconomis, & religioso Episcopo, et alijs personis, quas enumerauimus, is, qui emphyteusim cõtrahit, vt etiam tribus personis defunctis nihilominus deinceps successoribus liceat emphyteuseos titulo res immobiles ab Ecclesia capere, & alijs personis anteponi: talem enim machinationem, vt pote calide factam, constitutio reprobauit.* Hæc ex constitutione illa.

Panorm. c. bonæ memoriæ 2. citato, nu 28. opinionem Bar. & restringendam cẽset, vt solum intelligatur, qñ ecclesia, aut alius proprietarius, concedere vellet emphyteusim finitã, alicui extraneo; tunc enim præponendi essent successores vltimi emphyteutæ: secus autem, qñ eam sibi vellet vsurpare: nam tunc cogi non posset illam innouare. Atque hanc sententiam amplectũtur Emmanuel Acosta, nu. vlt. citato, Gama decis. 41. nu. vlt. & in eam inclinat Iulius Clarus vbi supra, nu. vlt. eamque amplectuntur plerique alij, quos Caldas vbi supra, nu. 16. refert. Vt enim ait Pan. si ecclesia in nullo euentu posset emphyteusim finitam denegare successoribus vltimi emphyteutæ, frustra in authentico de non alien. §. emphyteusim, sancitum fuisse, res ecclesiæ concedi non posse ad emphyteusim, nisi ad tres vitas.

Quidã vniuersim volũt, qñ in cõtractu emphyteutico apposita esset clausula in Lusitania apponi cõsueta, nempe, q̃ finitis trib. vitis, res emphyteutica libera, & expedita, ac si ne vllo impedimẽto, reuertatur ad ecclesiam, aut ad alium dñm directum, tunc non teneri proprietarium innouare emphyteusim successoribus vltimi emphyteutæ.

5 Et enim † pactis, ac conditionibus appositis in contractibus est standum, præsertim in contractu emphyteutico, vt ex §. alio, Instit. de locat. & ex l. 1. & sequentibus. C. de iur. emphy. sæpe in præcedentibus dictum est. Atque ita refert Gama decis. 41. nu. 6. & decis. 326. nu. 8. aliquando fuisse iudicatum in Lusitano senatu, essequo iudicãdum: Quamuis Caldas, qui q. 8. citata à nu. 9. & à 18. vniuersim, tam in hoc, quam in præcedenti euentu, mordicus censet, cogendam esse ecclesiam innouare emphyteusim successoribus vltimi emphyteutæ, referat, aliquando fuisse etiam in contrarium in eodem senatu iudicatum.

Qui affirmant proprietarium teneri renouare emphyteusim successori vltimi emphyteutæ, si eã
6 petat, subiungunt, si is successor † renouationem nũ petat, intra annũ à puncto finitæ emphyteusis, eo ipso amittere ius petendi renouationem, ac proinde proprietariũ non teneri eam deinceps illi concedere, argumento textus, c. 1. §. Titus filios si de feud. defunct. conten. sit inter dom. & agnat.

Vbi, qui ius ad feudum aliquod habebat, quia nondum tempus aduenerat, in quo ad proprietarium regredi debebat, si intra annũ (ciens taceat, illudque nõ petet, repellitur, si deinceps illud petat; itemq; argumento c. 1. §. porrò, qualiter olim poterat feud. alien. vbi cum facultas sit apud proprietarium redimendi, pro eodem pretio feudum à vasallo alienatum, si, sciens, & prudens id non faciat intra annum, amittit facultatem deinceps illud redimendi: silentiũ quippe illud annale vim hẽt repudiationis, iuxta Baldum, & alios. Ita communis doctorum sententia, quam Iul. Clar. q. 43. citata vers. penult. & Caldas de renou. emph. q. 5. à num. 11. referunt, ac sequuntur, & quam asserit receptam in praxi in Lusitania. Vtrum autẽ minori, elapso eo anno, concedatur restitutio in integrum ad petendam eam renouationem, atque item alijs, quando ex iusta causa, aut impedimento, eam renouationem intra annum non petierunt, & alia eiusmodi, disputant latè Caldas, q. 5. citata à nu. 21. q. 6. & q. 7. & Gama decis. 117.

Vtrũ aũt, si res nõ sit integra, quia videlicet proprietarius statim finita emphyteusi, aut certè intra annũ, illam cõcessit extraneo, anteq̃ successor Quæst.
vltimi emphyteutæ renouationem peteret, locum 7 † adhuc hẽat, successorem vltimi emphyteutę posse renouationem petere. Iulius Clarus vbi supra, vers. antepenultimo negat, cum alijs, quos tam ipse, quam Caldas de renouat. emphyt. q. 7. à num. 25. referunt. Contra verò Caldas, & alij affirmãt etiam re non integra posse petere renouationem intra annum, illique esse concedendam.

Posita aũt sẽtia Bar. cõi, distinguendũ arbitror, Decis.
Qm̃ si successor vltimo emphyteutæ, sit in possessione emphyteusis, quia illam occupauit propter ius petendæ renouationis; tunc etiam re non integra, hunc esse præferendum: qm̃ ius huius derogat iuri alterius. Si autẽ proprietarius ita cõcesserat extraneo emphyteusim, vt vetemiserit illum in possessionem illius, tunc, quia per titulum, & possessionem cõparauit ius in re, dominiumq; vtile rei emphyteuticæ, præferendus est successori vltimi emphyteuticę, qui tantum habebat ius ad rẽ, idque solum ex quadam æquitate. eo modo, quo sæpe in superioribus dictum est, si res venditæ nũ, neque illi ea tradatur, neque item subijcientes illi hypothecæ in securitatem venditionis, & postea vendatur, ac tradatur alteri, secundum emptorem præferendum esse primo, eo quod secundus emptor per traditionem comparauerit dominium rei illius; primus verò per solum emptionis titulum comparauerit tantum ius ad rẽ actionęq; personalem aduersus venditorem, vt illam ipsi traderet, perficeretque omnino venditionem.

Formam autem petendę renouationis emphyteusis, atque stilum, in ea concedenda in Lusitania seruari consuetum, & quando pensio in renouatione augeatur lege apud Cald. de renouat. emphyt. q. 14. & copiosius, q. 20.

His ita circa opinionem Bartoli, ac communem explicatis, subijciamus quid de proposita quæstione sentiamus.

8 Atque † in primis, idem dicendum arbitror de emphyteusi ecclesiastica, quod de seculari, seu priuati. Quoniam, vt communis doctorum sententia affirmat, est eadem ratio, neque minus deceat, atque oporteat ecclesiam, quam priuatos, seruare æquitatem, atque ad eam seruandam à

supe-

Digitized by Google

superioribus Ecclesiasticis cogi, si æquitas in re proposita tantam vim habeat, vt proprietarius secularis teneatur renouare emphyteusim successoribus vltimi emphyteutæ, atque ad id cogi possit à suis superioribus.

9 Cæterùm † arbitror, Bartoli opinionẽ, ac communem, circa vtramq; emphyteusim falsam sine dubio esse, atque cum iustitia pugnare, cogere proprietarium, siue is Ecclesia sit, siue priuatus, innouare emphyteusim successori vltimi emphyteutæ, in quo finitus fuit contractus.

Ducor, quoniã emphyteuticus contractus vtique onerosus est, concessionis rei emphyteuticæ quo ad vtile dñium, vel in perpetuum, vel ad certas vitas, vel ad aliud tẽps vltra decennium, prout partes conuenerint, p certa pensione statutis temporibus soluenda, cum his, vel illis grauaminibus, vel ex dispositione iuris, vel ex partium conuentione: quarè, cum contractus ex partium conuentione legẽ accipiant, vt hẽ regula, contractus, de reg. iuris in 6. atq; ex se est notissimum, & præsertim hic, in quo seruanda sunt pacta, & conuentiones partium, prout illæ conuenerint, vt hẽ l. 1. C. de iure emphyt. & §. adeo, Inst. de locat. sanè, nisi ex iure, aut aliunde, sufficienter ostendatur, qñ ex partium conuentione contractus emphyteuticus celebratus est ad certas vitas, aut ad aliud tẽps finitum, directum dominum finito eo tẽpore, & vna cum tẽpore, finito contractu, teneri illum innouare, nõ plus id admittendum est, quã in locatione, mutuo, commodato, aut quocunque alio onerõso contractu, sit id admittendum, de quibus nullus affirmabit, teneri alterũ contrahentiũ innouare contractum, ad eumque, q asseruerit, proprietarium teneri ad innouandum contractum, spectat id sufficienter probare, alioquin non est audiendus, vt ex se est satis perspicuũ: quarè, cum ea, qbus Bartolus, & cõis opinio nititur, ad asserendum proprietariũ teneri innouare cõtractum, nullius prorsus sint momenti, vt liquidè ostendã; consequẽs profectò est, Bartoli, & cõem opinionem, falsam omnino esse, iniuriamque proprietario, contra commutatiuam iustitiam, fieri, cum cogendo talem innouare contractum.

Cõfirmatur hęc ratio: qm nulli imponi potest maius onus circa rem suam, quam id, ad quod se obligauit ex contractu, nisi sufficienti rõne ostendatur ad id teneri, vel ex præscripto legum, vel aliunde: quarè, cum ex forma contractus non cõstet proprietarium se obligasse ad innouandum contractum, quin potius constet contrariũ: neque rationes Bart. & cõis opinio, sufficienter probent aliunde ad id teneri, vt figillatim ostendam singulas euertendo; consequens profectò est, vt falsa ea opinio sit, iniuriamque proprietario inferat, cum ad id cogendo, ad quòd verè non tenetur.

Quod ad §. permittitur, attinet. In primis in eo est sermo de cõcessione aquæ ex gratia ad irrigandum prædium priuatum; attamen facta ex riuo publico, aut ex alia publica aqua commutatis, & facta per principem, cuius est concedere, & applicare communia priuatis ex congrua, rationabili; ac iusta causa in bonum commune, atque, in re proposita, facta cuidam priuato ad irrigandum suum agrum, quia ita æquitas postulabat in bonũ commune, propter situm agri in loco competenti, vt inde ea aqua irrigaretur, sicut alij similes, fertilisq; fieret in cõmune bonũ, quod est aquam illam debitã quodammodo esse prædio illi, ac domino illius ad eum effectum, non quidem ex iustitia sed ex decentia, & æquitate morali.

Vnde ait Vlpianus, cuius est ille textus si nouus dñs prædij illius doceat, debitam illo modo esse, esto illucusque fluxerit nomine prioris dñi, quia scilicet non prędio, sed priori dño fuerat concessa, facilè illam impetrabit: quia concessio illius, non tam est beneficium, quam esset iniuria, ac denegatio debiti, si à principe denegaretur ita debitè illam postulanti; cum ex eadem æquitate iam antea illã cõcessisset suo antecessori; princeps quippe æquitatem, atque æqualitatem, tenetur seruare in republica inter subditos, in eis applicandis, ac concedendis rebus communibus reipublicæ.

Hinc verò non video, qua consequentia rectè inferat Bartolus, & cõis sententia, qd sicut princeps, qui ex æquitate, pro munere suo, concesserat gratiam, ac priuilegium illud aquæ illius priori dño eius prædij, tenetur etiam ex æquitate concedere illam posteriori postulanti, qui in eodem prędio succedit, quia alioquin faceret illi iniuriam, perseuerante eadem causa, atque æquitate, vtendo cum illo ea inæqualitate: ita proprietarius, qui contractum onerosum emphyteuticum ad certũ tẽpus pro solo suo arbitrio cũ quodam celebrauit, teneatur, finito eo tempore, ac contractu, renouare illum cum successore vltimi emphyteutæ, si is id petat, quia alioquin faceret illi iniuriam.

Neque sanè video, in quo fit posita hæc iniuria: aut cur potius id inde sequatur, quã locatorẽ, commodatorem, mutuantem, ac deponentem, teneri innouare hos contractus cũ conductore, cõmodatario, mutuatario, & depositario, aut eorum successoribus, finito tpe, pro quo contractus illi fuerunt celebrati, si id hi similiter postulent: nullus verò sanè mentis dicet, hoc secundum sequi, aut vllam iniuriam his fieri, si, ipsis id postulantibus, non innouentur cum eis hi contractus.

10 Deinde † est obseruandum, in §. permittitur, citato, non esse sermonem de iniuria propriè dicta, quasi in ea de denegatione eius aquæ intercedat iniustitia, & quasi princeps denegãs illã successori in eo pdio, cogi possit illam cõcedere: sed solum esse sermonem de iniuria impropriè dicta, vt opponitur honestati, ac decentiæ morali, quam in re pposita princeps seruare dẽt erga subditos in suo munere exequendo, in qua proinde iniuria non cernitur iniustitia, neque, qui eam facit, potest cogi ab illa cessare, contrariumque efficere, vt disp. 262. cum Caietano dicebamus: id quod planè sentit glossa vlt. c. vlt. 100. distinct. dum agens de ea iniuria, subdit, iudicem, ea vtentem, cogi non posse ab illa cessare, contrarium efficere.

Possumus verò confirmare in eo §. nõ esse sermonem de iniuria personali propriè dicta, quæ iniustitiam efficiat; quoniam ibi dicitur, priuilegium, actus, quod ex ea concessione prædecessor habe-

habebat, fuisse personale, expirasseq; cũ illo: ergo nullum ius transmisit in successorem, vt, contraueniendo ei iuri, fiat illi iniuria propriè dicta, atque iniustitia, denegando ei aquam illam. Præterea, qm̃ ibidem dr̃, successorem facilè impetraturum ius aquæ ducendæ, si illud petat: ergo caret iure ad eam ducendam, antequam ei concedatur.

Atque id apertè affirmat glossa ibi verb. aquę: quarè denegatione ductus aquæ, nõ contrauenitur iuri iustitiæ eiusmodi noui possessoris eius p̃dij, ad illam ex eo riuo ducendã, sed solum iuri ex æquitate, vt ei à principe facultas eam ducendi cõcedatur. Item qm̃ in eo textu dr̃ nouum possessorem debere ducere aquam illam debitam esse suo prædio modo à nobis explicato, vt indubitatè impetret ius illam ducendi: ergo, eo probato, caret adhuc iure, antequàm priuilegium ei concedatur.

Ac sanè, nisi textus ille de iniuria impropriè dicta exponatur, quæ solũ morali æquitati opponatur, pugnat secum Vlpianus ipse in eo textu. Licèt ergo daremus Bartolo, & alijs authoribus cõmunis opinionis, rectè ex eo textu sequi, proprietariũ teneri innouare successoribus vltimi emphyteutæ contractum emphyteuticum eo modo, quo princeps concedere, tenetur nouo successori in prædio eam aquam ad illud irrigandũ, quã cõcesserat prædecessori suo (cuius tm̃ contrarium luce clarius ostendimus) perperam tm̃ ex eo tex. colligunt, posse ad id proprietarium cogi: neque enim princeps ad aquam concedendam cogi potest; cum ad eam concedendam, non teneatur ex iustitia, sed solum ex morali æquitate. Glossa autem ver. impetrabile, in eis verbis, quæ ex illa retulimus, neq; à nostra sententia dissentit, neque cum Bartoli, & communi sententia, consentit.

In ea enim non est sermo de petitione inuestituræ, postquam contractus feudi est finitus, quasi petatur à successore vltimi vasalli, in quo contractus fuit finitus, facile proprietarius eam concedere debeat, atque, si eam deneget, faciat iniuriam: sed est sermo de petitione inuestituræ ab hærede masculo comprehenso in contractu, mortuo eo vasallo, qui feudum obtinebat.

Vt enim disp. 472. ostensum est, in feudo, quicunque nouus successor, esto in contractu comprehendatur, tenetur intrà annum, & mensem à morte vasalli, cui in eo feudo succedit, petere inuestituram à proprietario, eique iuramentum fidelitatis præstare, alioquin amittit feudum. De eiusmodi ergo petitione inuestituræ loquitur ibi glossa, aitq; esse de numero eorũ rerum, quæ facilè impetrantur: qm̃ debet à proprietario concedi, vasallo, cui feudum vi contractus debetur, & vasallus debet iurare fidelitatem proprietario.

11 Ad l. congruit, dicendum est, ibi solum concedi priuilegium ijs, qui conductos possident agros publicos, vt præferantur quibuscunque alijs conductoribus, qui de nouo obtulerint incrementa pro eisdem prædijs, modo ipsi eadem incrementa persoluant: non verò esse sermonem de emphyteutis, neque de conductoribus aliarum rerum priuatarum. Lege enim, necui. C. de locato. l. 18. tit. 8. part. 5. & lib. 4. Lusitan. ord. tit. 57. in principio, ijs, qui conductas habent domus, aut res alias priuatas, denegatur priuilegium, vt, tenentibus earum dominis, possint illas retinere, esto offerant tantum pretij, quantum alij, quibus earum domini volunt eas locare.

Lex verò p̃dia, nihil habet vnde, vel apparens, argumentũ pro Bartoli opinione deduci possit. Atq; idẽ dic de l. nullus. C. de decur. multæ enim sunt in eo titulo quæ eo modo incipiunt, & nulla earũ Bartoli instituto inseruit. Iura autẽ feudorũ, quæ citat non loquuntur de feudo, postquam contractus est finitus, feudumq; deuolutũ est ad proprietarium, vt ea intuenti erit perspicuum.

Duæ verò illæ glossæ, quas Bart. & alij citant, nihil de emphyteusi loquuntur: neq; plus ex doctrina, quam de pallio archiepiscopotũ tradunt, sequitur fieri iniuriam successoribus vltimi emphyteutæ, si eis renouatio emphyteusis denegetur, quã sequatur ex doctrina. §. permittitur. Doctrina verò illa de pallio ideirco rectè ex §. permittitur, comprobatur: quoniam cum pallium consuetum sit tradi singulis archiepiscopis à Pontifice Summo tanquam à dispensatore, ac distributore priuilegiorum, ac numerum Ecclesiasticorum, sanè ea ipsa consuetudine, ac dispositione Summi Põtificis, vt res ita fiat, debitum est ex decentia, atq; honestate morali singulis archiepiscopis tõne dignitatis archiepiscopalis, non minus, quam aqua de riuo publico debita à principe sit dominis eorum agrorum, qui ex eo riuo publico, sine detrimento boni communis, commodè irrigari possunt, ac debeant: quarè, si id pallium, absque aliqua speciali causa, alicui archiepiscoporum denegetur, cum suis omnibus prædecessoribus in ea dignitate fuerit ratione eiusdem dignitatis concessum, illi fit iniuria contra honestatem, decentiam, ac debitum morale, persimilis ei, quæ fieret illi, cui aqua ex riuo publico denegaretur, quæ suis omnibus antecessoribus, possessoribus eiusdem agri, meritò fuisset concessa.

Ex dictis intelliges, quãdo nihil intervenit, ratione cuius sit aliqd quodammodo ex decentia, atq; honestate morali debitum, non solum in cõtractibus onerosis, ex celebratione cõtractus cum vno non oriri obligationem renouandi eundem contractũ cum successore illius, vt lumen ipsum rationis perspicuè docet; sed neque in gratijs ex eo, q̃ priuilegium aliquod ex mera gratia concedatur alicui constituta in aliqua dignitate, vt illo in ea vtatur, ac perfruatur, non sequitur obligationem esse concedendi illud successoribus in eadem dignitate, si ab eis petatur.

Vt ex eo, quòd Pontifex maximus concesserit pallium episcopo Conimbricẽsi domino Ioanni Soarez reuertenti ex Concilio Tridentino, & ex Hierosolymitana peregrinatione, cui quartus successit illustrissimus doctor dominus Alfonsus ab albo Castro, nunc meritissimus eiusdem vrbis episcopus, ac Comes oppidi Arganil, accerrimus quondam nobiscum disputator, dum pariter in studijs versabamur, non sequitur, debitum esse successoribus in eo Episcopatu; quoniam id mera gratia personalis fuit, sine vllo prorsus debito

bito ratione dignitatis Episcopalis.

Petes, vtrum post hanc tantam lucem, qua tam
Dubiū apertè ostensum est, opinionem Bartoli, ac communem, falsam omnino esse, ac iustitiæ contrariā,
12 sit † nihilominus iuxta eam in Lusitania iudicandum, nihil impediente ordinatione eius Regni lib. 2. tit. 5. §. 1. quæ præcipit, quando neq; est lex Regni, neq, consuetudo, neq; lex Cæsarea, neque glossa Accursij communiter non reprobata, quæ aliquid decernant, standum esse in iudicando Bartoli opinioni, modò non contrarietur communi eorum opinioni, qui post Bartolum scripserunt.

Decis. Respondeo, intentum illius ordinationis non fuisse, in eo euentu efficere de opinionibus Bartoli leges, quæ subditos obligarent, sed solum præcipere iudicibus, vt quando de illarum falsitate in eo euentu eis non constaret, iuxta illas iudicarent: q̄ patet ex rōne eius præcepti, quam ordinatio ipsa subijcit: q̄m, inquit, opiniones Bartoli regulariter cōsonantiores sunt rationi, quam reliquorū.

Quando autem ratione efficaci constat, opinionem Bartoli falsam esse, sanè, neque fuit intētum ordinationis illius præcipere, vt staretur in iudicando tali Bartoli opinioni, vt ex ipsamet ratione eius præcepti, quæ tunc deficit, liquet; neque, si id præciperet, iustum esset præceptum, sed apertè iniquum, quod proinde tutas non redderet conscientias iudicantium, & cui, nulla ratione esset standum. In eo quippe euentu, locum haberet illud Petri Act. 4. obediendum potius est Deo, quā hominibus. Atque iuxta hanc nostram interpretationē accepi, dum in Lusitania comporarer, eam ordinationem seruari in praxi.

Quæst. Vtrum autem ex alio capite proprietarius interdum teneatur renouare emphyteusim, nempe
13 † quia vltimus emphyteuta, aut antecessores ipsius, meliorationes in ea re emphyteutica effecerunt. Multi affirmanter respondent, Ducuntur l. vlt. C. de alluuionibus, l. quicūq; 2. & l. penul. C. de omni agro deserto, li. 11. l. 2. C. de fundis rei priuatæ lib. 11. & c. ad aures, de reb. eccl. non alien.

Decis. Ego sanè, quam vis pium, atque æquum iudicem, vt qui sua industria, ac sumptu, res emphyteuticas ad cultum perduxerunt, aut longè meliores illas effecerunt, eo afficiantur præmio, præsertim quando emphyteusis est Ecclesiastica; arbitror tamen proprietarios ad id non teneri, neque licite posse cogi.

Ducor, q̄m ciuilia illa omnia iura, quæ citantur, præterquam, quod de solis prædijs publicis: aut fisci principis, loquuntur, in eis non est sermo de prædijs traditis in emphyteusim ad certas vitas, aut ad finitum aliquod tempus, sed de prædijs traditis eis in perpetuū, præcipiturq; ex eo, quod fertilia, ac fructuosa sumptibus, & industria ea possidentium, aut suorum antecessorū, facta sint, neque pensionem eis augeri, neq; ab eis auferri, & tradi alijs, sed cum ipsis sibi permanere, transireq; in perpetuum ad ipsorum successores.

Caput verò, ad aures, solum permittit renouari tunc emphyteusim, etiam in perpetuum: idque cum limitatione, modò in longè maiorem vtilitatem Ecclesiæ non possint tunc tradi alijs. Ducor præterea, quoniam valor melioramētorum ad vltimum emphyteutam spectat, ipsique est soluendum finito contractu, vt disp. 463. visum est, nisi in contractu emphyteutico deductum fuerit in pactum, vt melioramenta ad proprietarium pertineant, eaque de causa imminuta fuerit pensio: quatè nulla sit emphyteutæ, & successoribus illius iniuria, nullaq; cernitur inæqualitas in eo, quod, nihil impedientibus melioramentis in re emphyteutica factis, finito contractu, completisq; vtrinque omnibus, quæ à principio inter proprietariū, & primum emphyteutam, deducta fuere in pactum, contractus non innouetur successoribus vltimi emphyteutæ: præsertim cum nullum sit ius, quod id statuat.

## De feudo cur hoc loco non disputetur in peculiari.

## DISPVT. CCCCLXXXV.

### SVMMARIVM.

1 *Feuda quibus in locis magis frequentia.*

1 Finitis disputationibus de emphyteusi, dicendum erat hoc loco de feudo. Quia † tamen, quamuis frequēs ut vsus feudorum in Germania, in Gallia, & in Italia, nullus, aut ferè nullus, est vsus eorum in Hispanijs, contētus ijs, quę de feudis, inter disputādum de emphyteusi, miscui, dictaque sunt disp. 10. & alibi, & quæ addentur in progressu materiæ huius de iustitia, præsertim dū de maioratibus fuerit sermo, moremque doctorum Hispanorum hac in parte sequendo, transiuum (iuxta rationem ordinis doctrinæ initio disp. 444. præscriptum) faciam ad contractum locationis, & conductionis.

Illud obiter dixerim. Apud Iaponenses nil videri esse frequentius, quam feuda. Cum enim bellis perpetuo in ea ingenti insula principes inter se contendant, antiquo inter eos more, quæ vnusquisq; bello obtinet, continuo diuidit inter suos duces, & alios, quos diligit, cum onere sibi seruiēdi in bello, & alia onera præstandi, mutatque dominos de vno loco in alium, auferēdo ab eis, quæ possidebant, & alia eis largiendo.

Maiores aūt dinastę sub supremo aliquo principe ita cōstituti, diuisa hāt loca, quibus dominantur, in alios sibi inferiores, cū eisdē oneribus sibi inseruiendi in bello, & præstādi alia realia onera, & illi in alios, quousq; deuenit ad infimos *tonos*, quos ipsi vocāt, q similiter dominant vnusquisq; in suo oppido, & simili fere lege, vt vasalli ipsum comitentur in bellum, & seruitia alia realia pstēt.

Mores tamen, & vsus feudorum, nō ijdem, sed diuersi in aliquibus, sunt apud ipsos, ab ijs, qui in Germania, Gallia, & Italia vigēt, quique in libro in corpore iuris inserto, ac inscripto, consuetudines feudorum, continentur; non quidem tanquam leges vim circa alia habētes, sed solum circa feudū, vt doctores communiter tradunt, quos

referunt

referunt, ac sequuntur Molina lib. 1. de primog. c. 7. nu. 4. & 5. Iulius Clar. 4. lib. sentent. feudum, q. 2. vsuque est receptum. Tametsi sæpe argumenta ex paritate rõnis ducantur à feudorum vsibus ad alia cõprobanda, vt ijdem doctores rectè docent.

## Locatio & conductio quid?

## DISPVTATIO CCCCLXXXVI.

### SVMMARIVM.

1 *Locatio quid, & quid conductio.*
2 *Locatio quot modis sumatur, & in quibus differat ab emphyteusi, & alijs contractibus tam nominatis, quam innominatis.*
3 *Locatio proprie an dicatur, etiam si non detur pretium, sed aliquid aliud.*
4 *Pretium in locatione tam propria, quã impropria, quid esse possit.*
5 *Conductor, colonus, & inquilinus, quot nominibus Hispaniæ, & Lusitaniæ vocentur.*

1 SIc possumus locationem definire. Est † contractus, quo res immobilis ad minus tempus, quã ad decẽnũ, aut mobilis ad quodcunq; tẽpus, ad vsum, aut ẽt ad fructus, pro pretio conceditur.

Conductionem verò possumus definire. Est cõtractus, quo res immobilis ad minus tempus, quã ad decennium, aut mobilis ad quodcunque tempus, ad vsum, aut etiam ad fructus, pro pretio suscipitur. Sicut enim vnus, & idem contractus, ex parte concedentis mercem pro pretio, dicitur venditio; ex parte verò illam accipientis pro pretio, dicitur emptio: ita vnus, atque idem contractus, ex parte concedentis rem ad vsum, aut fructus pro pretio, dicitur locatio; ex parte verò illam acipiẽtis eo modo pro pretio, dicitur conductio. Dictũ est in definitione: quo res immobilis concedit ad minus tẽpus, quam ad decẽnium: qm̃, vt d. 445. ostensum est, si ad decennũ, aut vltra, res immobilis eo modo concedatur, transfertur ex iuris dispositione dñium vsle illius in accipiẽtem, estque proinde verus contractus emphyteuticus specie distinctus à locatione presse, ac proprie sumpta, de qua sola est nobis hoc loco sermo.

2 Dixi † proximè, à locatione presse, ac propriè sumpta: qm̃, vt disp. citata explanatum est, variæ sunt vsurpationes in iure, & præcipuè a doctoribus, tum vocabuli locationis, tum etiam vocabuli emphyteusis: locatioq; in iure interdum comprehendit ẽt emphyteusim perpetuam; & à Doctoribus sumitur interdũ pro sola locatione presse, ac propriè sumpta, q̃ modo definimus, quæ si sit rei immobilis, & solum minus, quam ad decẽnium, appellatur ad modicum tempus; interdum verò sumitur latè, vt comprehendit etiam locationem rei immobilis ad decennium, aut vltra, quæ dicitur locatio ad longum tempus.

Lege quæ disputatione citata dicta sunt. Per partem ergo illam definitionis, quo res immobilis conceditur ad minus tempus, quam ad decennium, reijcitur a ratione locationis cõtractus omnis emphyteuticus, qui est semper cõcessio rei immobilis ad decennium, aut vltra, vt disputatione citata explicatum est. Porrò res immobilis in hac definitione sumitur latè, vt comprehendit etiam iura ad reditus: locantur enim etiam beneficia, commendæ, tributa, & id genus alia iura. Nomine verò rei mobilis, etiam locator ipse comprehẽditur. Locat quippe aliquis, non solum sua, aut sibi ad locandum commissa, sed etiam seipsum ad seruiendum alteri, ad docendum, patrocinandum iudicandum, suẽdum, & ad alia varia ministeria, ac munia exercẽda. Locantur verò res interdum, ad solũ vsum, vt equus ad iter faciẽdũ, faber ad fabricandum, domus ad habitãdum, &c. interdum verò, etiam ad fructus, & emolumenta percipienda, vt capræ ad lac, & caseum, oues insuper ad lanam, vineæ ad fructus; iura, ad percipiendos ipsorum reditus. Per partem ergo illam, ad vsum, aut etiam ad fructus, reijciuntur a ratione locationis emptio, & venditio, mutuum, depositum, pignus, hypotheca, & alij contractus, quib. res non conceduntur ad vsum, aut etiam fructus.

Per vltimam verò definitionis partem, nempe pro pretio, reijciuntur à ratione locationis cõtractus omnes, in quibus pretium non intercenit, & præcipuè contractus innominatus, do, aut facio, vt concedas aliquid ad vsum, aut etiam ad fructus, vt si pro tot mensuris vini, aut olei, des mihi vineam tuam ad vsum, & fructus, vel vt putem vineam tuam, ares agrum meum: hi enim cõtractus solum reijciuntur à ratione locationis, ac conductionis propriè, ac presse sumptæ, quòd in eis in recompensationem concessionis rei ad vsum, aut etiam ad fructus, non redditur pretium, sed aliud quod non est pretium.

Et quamuis hi contractus reducantur ad contractum locationis, ac cõductionis, & iuxta regulas illius sit de illis iudicandum, iijs duntaxat exceptis, in quibus contractus innominati à nominatis differunt, vt disputatione 253. & disputatione 411. dictum est, imo verò nominari etiam possint conductiones, ac locationes latius sumpto vocabulo, interdumque ita appellentur in iure, nihilominus non sunt locationes, ac conductiones presse: eo quod de ratione locationis, ac conductionis presse sit, vt pretium interueniet: sicut etiam de ratione emptionis, & venditionis est pretium.

Quod autem de ratione locationis, ac conductionis sit pretium, eaque de causa contractus illi locationis propriè nõ sint, sed sint contractus innominati, ac proinde non detur ex illis actio ex locato, aut conducto, sed actio in factum, seu præscriptis verbis, vt à disputatione 255. dictum est, apertè constat Instit. de locat. in princ. vbi ita habetur. *Locatio, & conductio proxima est emptioni, & venditioni, eisdemque iuris regulis consistit. Nam vt emptio, & vẽditio ita cõtrahitur, si de pretio conuenerit: ita & locatio, & conductio ita cõtrahi intelligitur, si merces* (certa & in pecunia numerata, vt ibi exponit glossa, & docent alia iura citãda) *constituta sit: & competit, locatori quidem locati actio, conductori verò conducti.* Hæc ibi. Et §.

præte-

præterea, hæc verba subiunguntur. *Sicut vulgo quærebatur, an permutatis rebus emptio, & venditio contrahatur, ita quæri solebat de locatione, & conductione, si forte rē aliquam fruendam, siue vtēdam tibi aliquis dederit; & inuicē a te vtēdā, siue fruendā aliam rem acceperit. Et placuit non esse locationem, & conductionem, sed propriū esse genus cōtractus.* Et infra. *Neq; locati, neq; conducti, neq; commodati competit actio, quia non fuit commodatum gratuitum; verum præscriptis verbis agendum est.* Quid qſo dilucidius potuit dici? Et l. 1. §. si qs seruum, ff. depositi sic scriptū legimus. *Si quis seruum custodiendū coniecerit forte in pistrinū, si quidē merces interuenerit custodiæ, puto esse actionem aduersus pistrinarium ex conducto. Si vero mercedem accipiebam ego pro hoc seruo, quem in pistrinū accipiebat, ex locato me agere posse. Quod si opere eius servi cū custodia compensabātur, quasi genus locati, & conducti interuenit; sed quia pecunia non datur, præscriptis verbis datur actio.* Hęc ibi. Ex quib. verb. in primis vides, eādē sniam apertè comprobatā.

Deinde nomine mercēdis, tam in hoc textu, quam Instit. de locat. in prin. intelligi solam pecuniam. Item eiusmodi contractum innominatum, dici quasi genus locationis, & conductionis, non tamen esse locationem, & conductionem præsēs & propriè, eo quod in eo nō intercedat pretium. Et l. naturalis §. at cum do. ff. de præscrip. verb. hī. *At cum do vt facias, si tale sit factum, quod locari soleat, puta vt tabulas pingas, pro pecunia data, locatio erit, vt in superiori casu* (quando scilicet do pecuniam, vt rem accipiam) *emptio. Si res sit, non erit locātio, sed nascetur, vel ciuilis actio in hoc, qđ mea interest, vel ad repetendum conditio.* Hæc ibi. Quibus etiam verbis dilucide dicitur, qñ pro facto, quod locari, potest, nō datur pecunia, sed res quæ nō est pecunia, vt triticum, vinum, aut aliud simile, non esse locationem, neque concedi actionem locati, sed in factum, seu præscriptis verbis ad interesse, vel ad repetendum quod dedit. Idem colligitur ex l. insulam. ff. de præscrip. verb. & idē habetur apertè, l. 1. tit. 8. p. 5. & affirmant glossæ iuribi citatis, & alibi, Bart. & communis doctorū sententia, vt omnes confitentur.

Licèt Aries Pinel. Rub. C. de rescindend. vend. par. 2. cap. vlt. à nu. 29. fateatur, hanc esse cōmunē opinionem glossarum, Bart. & doctorum, arbitreturque cum cōi doctorum sniā de intrinseca ratione emptionis, & venditionis esse pretium recēdendum tñ cum Corrasio censet à communi opinione, quatenus affirmat, de intrinseca ratione locationis propriè dictæ, esse ēt pretium. Aio enim, 3 proprijssimam † locationem esse, esto in recompēsationem rei locatæ nō detur pretium, sed aliquid aliud, diciq; contractum nominatum, ac bonæ fidei, ex illaque competere actionem locati. Eandē sententiam sequitur Aluar. Valas. de iure emphyteu. quæst. 20. nu. 5. quosdam alios pro ea citans, & quæst. 30. in princip.

Ducitur potissimū l. & hæc distinctio. §. vlt. in fi. ff. locati, vbi habetur, esse veram locationem, si duo, qui singulos proprios fundos habeāt, conueniant, vt alter alterius fundum ita conductum habeat, vt fructus mercedis nomine compensentur.

Item ducitur l. si olei. C. de locato, cuius hæc sunt verb. *Si olei certa pōderatione fructus anni locasti, de contractu bonæ fidei habito, propter hoc solum, quod alter maiorem obtulit ponderationem, recedi non oportet.* Vbi cōtractus fructus agri vnius anni pro certa olei quantitate, dr locatio. Appellatur item contractus bonæ fidei, quod non conuenit contractui innominato, do vt facias, vt cōstat §. actionem, Instit. de actionibus, & disp. 259. dictum est. Item definitur nefas esse recedere ab eo ante impletionem ex altera parte: q̄ de iure communi esset falsum, si esset cōtractus innominatus, do vt facias, vt à disp. 255. visum est. Alia etiam iura adducit, quæ minoris sunt momenti.

Recedendū tñ non est à cōi snia iuribus adeo apertis confirmata: quibus profecto Aries Pin. nō satisfacit, vt illum legenti erit perspicuum & latè probet Lassarte de deci. vend. c. 1. à nu. 24.

Vnde ad l. hæc distinctio. §. vlti. dicendum est cum glossa ibidem, & Lassarte vbi supra, nu. 30. Illos ita conuenisse, vt fundi illi locati essent pro certa quadam mercede in pecunia, esset que proinde vera, ac propria locatio, attamē fructus, quos vnusquisque reciperet, ex alieno agro, compensaret cum mercede, quā ex suo agro erat receptrus, siue illi multi essent, siue pauci: ita enim fit, vt fructus nomine mercedis (prius scilicet conuentæ, vt ibi exponit glossa) compensentur.

Ad l. verò, si olei, prætermissis alijs respōsionibus, dicendum est cum Lassarte ibid. nu. 31. similiter præcessisse conuētionem pro certa mercede in pecunia, vt esset vera locatio, contractusq; bonæ fidei, neque ab illo posset recedi, eamq; commutatam fuisse illa certa ponder. olei. Hanc solutionem, nu. 32. sequenti confirmat egregio textu in re proposita, l. si debitor. §. verisimile ff. de contrah. empt. vbi similiter fructus oliuæ pendentes dicuntur vendi pro decem pondo olei: qui sanè stipulatione constituti sunt loco pretij prius constituti: neque enim venditio ex sententia Corrasij & Pinelli est sine pretio.

4 Illud est obseruandum, pretium † in locatione propriè, aut mercedem in alia re in locatione impropria, contractuve innominato, do, aut facio, vt aliquid ad vsum, vel etiam ad fructus, concedas, esse posse quid certū quo ad latitudinem quantitatis, putà decem, aut viginti aurei, vel decem, aut viginti mēsuræ tritici, vel olei: aut posse esse quid certū quoad partem aliquotam lucri reportati ex negociatione aliqua aut ex fructibus alicuius agri, qui colendus tradatur alicui, & incertum quoad latitudinem talis partis aliquotæ, modo tñ tāquā merces laboris, & industriæ constituatur, & non tamquam quid respondens labori, & industriæ, ratione habita reliqui capitalis, quasi inita fit societas capitalis, & industriæ comparatione lucri, q̄ ex tali societate speratur: nā tunc non est cōtractus locationis, & conductionis, sed est cōtractus societatis, vt vtrumq; disput. 411. est explicatum.

Atque hoc secundum potius præsumitur fuisse intentum, quam illud primum, qñ apponenti laborem, & industriā, constituta fuit pars aliquota



Digitized by Google

fructuum, aut lucri; neque fuit expressum iniri contractum locationis, & non societatis, aut ex modo contrahendi, apertè non intelligitur intentum fuisse celebrare contractum locationis, ac cõductionis.

Atque iuxta hanc doctrinam, quam apertè innuit glossa, l. 1. §. si quis seruum, verbi non datur, ff. depositi, intelligẽda est Lusit. ord. lib. 4. tit. 60. & quod iuxta illã dis. 414. diximus, & habetur l. si merces §. vis maior. ff. locati, nempe hunc esse cõtractum societatis, præsertim qñ fundus datur ad culturam pro parte aliquota fructuum ad minus tempus, quam ad decennium (si enim ad decennium, aut vltra, fundus ita traderetur, esset cõtractus emphyteuticus, vt ibidem, ac alibi dictum est.) Portò, quando fundus ad culturam traditur pro parte aliquota fructuum, qui illum ita suscipit, appellatur in iure colonus partiarius.

Ex his facilè intelliges, de eiusmodi contractu regulariter esse iudicandum tanquam de contractu societatis, licèt aliquando, quãdo ita fuerit expressum, aut apertæ fuerint coniecturæ id intendisse cõtrahentes, sit de eo iudicandum tanquam de contractu locationis, & conductionis: & similiter de eiusmodi colono regulariter esse iudicandum tanquam de socio, & interdum tanquam de conductore fundi pro ea mercede. Atq; iuxta hæc sunt ad concordiam reducenda, quæ Aluar. Valas. de iur. emphyt. quæst. 30. de eiusmodi colono docte ac refert.

Quãuis latino sermone locatoris, & cõductoris † nomina communia sint ineuntibus contractum definitum; qui tamen conducit prædium rusticum definitum; qui tamen conducit prædium rusticum, peculiariter colonus dicitur: qui, si soluat quotam fructuum, partiarius ipse colonus appellatur, vt proximè dictum est; qui autem vrbanum prædium conducit, vt domum, inquilinus nuncupatur. Hispano verò, ac Lusitano sermone, quando conducitur res, quæ fert aliquo modo fructus, ita vt pensio non detur pro solo vsu rei, vt quando conducitur prædium rusticum, molendinum, beneficium Ecclesiasticum, tributũ, aut ius aliud quodcunque ad reditus, dicitur *arrendar*. Quando verò conducitur res ad solum vsum, vt domus ad habitandum, equus ad iter agendum, dicitur, Hispanè quidem *aliquilar*, Lusitanè verò *alugar*. Conductio verò nauis ad aliquid transportandũ, peculiari nomine Hispanè dicitur *fletar*, & quod in mercedem soluitur, appellatur *flete*: Lusitanè verò nuncupatur *fretar*, & quod soluitur dicitur *frete*; quę merces Latinè naulum appellatur.

† 1

## Locatio, & conductio quam affinia emptioni, & venditioni sit.

### DISPVT. CCCCLXXXVII.

*SVMMARIVM.*

1 *Locatio, & conductio in quibus conueniant cum emptione, & venditione.*

LOcatio, & conductio valde affinis est emptioni, & venditioni, vt habetur Instit. de loca. in prin. & l. 2. in prin. ff. locati. Inprimis cõueniũt, quod sunt de iure gentium, vt habetur leg. 1. ff. locati, & l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. Deinde, qđ consensu perficiuntur, vt disputatione 254. dictum est, & de emptione, & venditione disp. 336. & 337. est explicatum, atque de locatione, & conductione habetur l. 1. ff. locati. & Instit. de obligationibus, quæ ex consensu, §. vnico. 1

Quare, quæ de emptione, & venditione disp. 336. & 337 latè dicta sunt, qñ censeatur perfecta, similiter intelligenda sunt de locatione. Tertiò, quia vterque est contractus nominatus, vt disp. 253. explanatum est. Quartò, quod vterque est contractus bonæ fidei, vt ostendimus disp. 259. Quintò, quod in vtroque necesse est certum constituatur pretium, alioquin neque contractus censetur perfectus, neq; est validus, vt de emptione, & venditione disp. 337. dictum est, & de locatione, & cõductione hĩ Instit. de locat. in prin. & l. 2. ff. locati. Quatè quæ de hac re circa emptionẽ, & venditionẽ disp. 337. fusè dicta sunt, similiter intelligenda sunt de locatione, & conductione.

Sextò conueniunt in eo, quod de arrha disput. 338. circa emptionem, & venditionẽ dictũ est: est enim similiter intelligendum in locatione, & conductione, vt ibidem addidimus, idq; praxis obseruat in Castella, & Lusitania. Qñ aũt cõtractus iudicandus sit emptio, & venditio, aut locatio, & cõductio, in ijs, in quibus res dubia esse poterat, in calce disputationis 336. explicatum fuit.

Septimò conueniunt, quod sicut l. 2. C. de rescind. vendit. locum habet in emptione, & venditione, quando emptor, vel venditor, læsus est infra, aut vltra, dimidiũ iusti pretij; ita habet locum in locatione, & conductione, quando similis læsio vltra, aut infra dimidium iusti pretij interuenit, vt vtrumque disp. 349 ostensum est. Neque refert, si contractus sit iam transactus, neque optio maneat locari, qui vltra dimidium iusti pretij locauit, vt accipere possit fructus, aut vsum rei suæ, & reddere integrũ pretium, vel reddere incrementum pretij vltra iustum; neque item optio maneat conductori, qui infra dimidium iusti pretij conduxit, vt vel reddere possit fructus, aut vsum rei alienę, & accipere pretium, vel augere pretium vsq; ad limites iusti: non, inquam, id refert. Tum quia etiã in emptione, & venditione in multis euẽtibus in quibus nõ est locus dissolutioni cõtractus, q̃ merces perierit, aut sit apud alium, habet locũ ea lex, vt disputatione citata dictum est. Tum etiam quoniam quæ de emptione, & venditione dicuntur iuxta eam legem accommodanda sunt locationi, & conductioni spectata natura ipsius, in qua vsus, aut etiam fructus rei, quæ conducitur; permanere non solent. Ita Aties Pinel. l. 2. C. de resc. vend. p. 1. c. 4. nu. 20. & Gama decis. 19. qui referunt sæpe iuxta hanc sententiam fuisse in Lusitania iudicatum; tametsi quidã aduocati cõtenderint, fuisse etiam aliquando in contrarium iudicatum, propter rationem illam, quam proximè exclusimus, de quorũ numero est Alua, Vala-

de.

de iure emphy. q. 18. qui in horũ ẽt aduocatorum ſoĩam propendet. Diſput. verò citata dictum eſt, legem illam. 2. C. de reſc. vend. in Regno Caſtellæ non habere locũ in locationibus, & cõductionibus reditiuum regis. Semper tñ lex illa locũ habet in foro conſcientiæ, in quo quicunque exceſſus, aut defectus, a pretio iuſto eſt reſtituendus.

## Quis Locare, & conducere poſſit.

## DISPVT. CCCCLXXXVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Locare, & conducere omnes poſſunt, qui vendere pariter, & emere poſſunt.*

2 *Conductio quibus perſonis prohibita, etiã de iure Caſtellæ, & Luſitano.*

1 QVi emere, & vẽdere poſſunt, locare † ẽt, ac conducere, vt ex ſe eſt notiſſimum, & hĩ l. 2. tit. 8. par. 5. Neque ẽt plus ad locandũ, & cõducendũ requiritur, q̃ ad emendũ, & vendendum. Qui aũt in gñe celebrare poſſint, aut non poſſint, contractus, diſp. 261. explanatum eſt. Qualis verò conductio tanquã negotiatio Eccleſiaſticis ſit
2 prohibita, diſp. 342. dictũ eſt. Nobilibus, † ac miniſtris Curiæ prohibita eſt conductio: q̃ de ea eſt intelligendũ, quæ ad negotiationẽ pertinet. l. curialis. C. de locat. & l. 2. tit. 8. par. 5. iũcta l. vlt. C. de reſc. vend. conſentiunt, quæ de nobilibus diſp. 342. ex iur. Luſit. dicta ſunt. Idẽ ſancitũ eſt de militib. l. vlt. C. de locat. Qđ l. 2. citata intelligit Gregor. Lop. cũ alijs, quos citat, de militibus, qui non ſunt in otio, ſed in actuali militia. Hæc vero non aliter ſunt accipiẽda, q̃n vſu fuerint recepta. Præterea, q̃ ignorãs aliquẽ eſſe militẽ, ei locauerit, excuſatur à pœna iurib citatis ſtatuta militibus, & idem dicit Greg. Lop. l. 2. citata de locante nobili ignorãdo eſſe nobilẽ. Ita hĩ l. ſi ignorãs. ff. de loc.

Quæ de tutorib. & curatorib. diſp. 224. dicta ſunt circa prohibitionem, ne tutores, ac curatores emant bona eorũ minorum, qui ipſorũ curæ ſunt cõmiſſi, intelligenda ſimiliter ſunt de cõductione eorundem bonorum: eo quòd ſit eadem ratio.

In Caſtellę Regno ſequẽtes prohibitiones sũt circa cõductiones, & locationes. Lex 3. tit. 5. li. 7. nouæ collec. ſic hẽt. *Mandamos, que ningun alcalde, ni iuſticia, ni regidor, ni iurado, ni merino, ni alguazil, ni maiordomo, ni eſcriuano de conſeio, ni del numero, ni otros officiales que han de ver haziẽda de conceio, no ſean arrendadores ni recaudadores por mayor, ni menor* (quid aũt ſit *por mayor y por menor* explanatur l. 1. tit. 11. lib. 9. nouæ collect.) *ni ſean fiadores, ni abonadores, ni aſſegurados de rentas de proprios y conceiales, ni de rentas reales de las ciudades, villas y lugares donde tuuieren los dichos officios, ni de las carnicerias dellas, ni por ſi, ni por interpoſitas perſonas, ayan parte en ellas: ſopena que ayan perdido ſus officios, y mas la quarta parte de ſus bienes, &c. Y mandamos que los dichos officiales, quando fueren recebidos alos dichos officios, iuren que guardaran lo ſuſo dicho, y que no ſean recebido a la poſſeſſion de los dichos officios, haſta que hagan el dicho iuramento, &c.* Legitur etiã l. 4. ſequens. Et lib. 3. tit. 6. l. 25. Aſſiſtenti, gubernatoribus, correctorib. & iudicibus reſidentiæ, quos vocant, præcipitur. *Que ſepan como andã arrendadas y a foradas*, hoc eſt, traditas in emphyteuſim, *las rentas de los proprios, &c. Y no cõſientan, que las arriendẽ perſonas poderoſas, ni officiales de cõceio, por ſi, ni por iterpoſitas perſonas, &c. Y eſto meſmo mandamos que hagan acerca de las rentas y proprios de los lugares y aldeas de ſu corregimiento. Y anſi miſmo no conſientan que los regidores ni otras perſonas contenidas en las leyes de Toledo* (q̃ continentur l. 3. relata) *arrienden las alcaualas y otras rentas en la dicha ley contenidas.* Et li. 2. eiuſdem nouæ collect. tit. 22. l. 13. hĩ. *Mãdamos, q̃ no ſe pueda dar penſion por ningun officio de nueſtras audiencias.* Et infra. *Y ſi de aqui adelante dieremos alguna cedula para que por tiniẽtes puedan ſeruir los dichos officios, mandamos q̃ el nueſtro preſidente y oydores la obedezcan, y quanto al cũplimento ſupliquen della, y ſe embie a nueſtro cõſeio: por quanto anſi conuiene a nueſtro ſeruicio.* Et l. 8. ti. 3. li. 7. ſic hĩ *Mãdamos que los corregidores, ni alcaldes merinos, ni alguaziles, ni los otros officiales de iuſticia de las ciuidades, villas, y lugares, de nueſtros reynos, ni de la nueſtra caſa y corte y chãcilleria, ni los que puedẽ poner los dichos officios, no ſean oſados de arrendar ni arrienden los dichos officios, ni alguno dellos: y ſi lo arrẽdarẽ, por el miſmo hecho los pierdan. Y defendemos que aquello, aquiẽ los arrendaren, no puedan vſar dellos, ſo las penas, en que caen aquellos, que vſan de officios publicos, que no les pertenecem.* Et l. 12. ti. 4. li. 3. hĩ. *Mãdamos que los Adelantados, y merinos, iuezes, y alguaziles, en los lugares do tuuieren ordinaria iuriſdiciõ y poder, no ſean oſados de arrẽdar los pechos, ni tributos, ni derechos reales, ni ſus officios ni rentas conceiales.* Et l. 13. tit. 6. li. 3. hĩ. *Mandamos, q̃ el Aſſiſtente, o gouernador, o corregidor, no arrienden ni conſientan arrendar los officios de alguazilazgo, ni de las entregas, ni la carcel, ni almotacenazgos, ni los plazos, ni alcaydias, ni mayordomias, ni eſcriuanias ni otros officio que tuuierẽ por reſpecto de ſu corregimiẽto, directe ni indirecte: ſopena que paguen lo que an ſi lleuaren con otro tãto para la nueſtra camara. Y que lo miſmo ſe guarde en todos los lugares de ſenorio.* Et l. 23. ti. 13. li. 4. hĩ. *Los alguaziles de las nueſtras iuſticias ni alguno dellos, no ſean oſados de arrendar, ni arrienden ſus officios de alguazilazgos, ni perſona alguna ſea oſada de lo hazer en rẽta, ni en otra manera de auenienciary el alguazil, q̃ cõtra eſto fuere, ſea priuado del officio: y el q̃ lo arrendare, no pueda auer aquel officio, ni otro.* Et l. 2. ti. 23. li. 4. hĩ. *Y los dichos alguaziles mayores iurẽ, q̃ no arrẽdarã los officios de teniẽtes, y los dichos teniẽtes anſi miſmo iurẽ, q̃ no ſe meterã ni darã por razon de los dichos officios coſa alguna en rẽta, ni en dineros, ni en otras coſas algunas, ni ſeruicio de ſus perſonas ni de ſus hõbres, ſo pena que lo cõtrario haziẽdo, el dicho alguazil mayor y ſus tenientes y cada vno dellos incurrã pro el meſmo hecho en pena de periuros, y perdimiento de los officios.* Et li. 9. tit. 2. §. 24. hĩ. *Otroſi eſtando aſi meſmo ordenado y mãdado, q̃ las recepturias ſe dẽ a perſonas, q̃ por ſi las ayan de ſeruir, y no ſe den de*

merced a personas, que ponẽ estos en su lugar, lleuãdo ellos parte de los derechos y aprouechamientos: parece q̃ los tiniẽtes de contadores mayores, que an sido y son hasta agora, an lleuãdo y lleuã al receptor del seruicio del reyno de Galicia parte de sus derechos, no auiẽdo razõ ni causa para ello. Mãdamos q̃ de aq̃ adelãte los dichos teniẽtes, ni alguno dellos, ni otro official alguno de la dicha cõtaduria no lleuẽ los dichos derechos, ni parte alguna dellos, al dicho receptor ni a otro algun receptor de nuestras rẽtas so pena de los boluerẽ quatro tãto. Et l. 4. ti. 25. li. 4. hẽ. Mãdamos q̃ de aq̃ adelãte las escriuanias de rẽta y otras q̃ se vuierẽ de pueer en estos nuestros reynos, no se arriẽdẽ so pena de pdimiẽto de los officeos.

Et l. 23. tit. 7. li. 7. hẽ. Mandamos q̃ ninguno sea osado de arẽdar dehesas de hierua, no tiniẽdo ganados para ellas, so pena de perdimiẽto de la mitad de sus bienes, y si no los tuuiere le seã dados ciẽ acotes y el arrendamiẽto no ualga. Y permitimos, que el q̃ tuuiere ganado, pueda arrẽdar la yerua que vuiere menester para ello, y vna tercia parte mas, y si algo le sobrare della, y la q̃siere vẽder, la aya dedar yde a otro q̃ tẽga ganado, qual el quisiere, por el mismo pcio q̃ le costo, sin le lleuar directe ni idirecte mas por ello: so pena de pdimiẽto de todo el gadano, q̃ tuuiere. Pœnæ Regis, q̃ apponunt̃ per sanctib. in excõicatione, a qua non appellauerint, locari, ac conduci non possunt. l. 1. tit. 5. lib. 8. nouæ collect.

Et li. 9. ti. 10. l. 2. sic hẽ. Mãdamos y defẽdemos q̃ los caualleros y otras personas poderosas no arriẽdẽ por sí, ni por interpositas personas, las nuestras alcaualas y tercias, ni otras nuestras rentas de los lugares abbadẽgos, q̃ estanẽ sus tierras y comarcas o en derredor dellas, mas que las dezẽ, y consientã arrẽdar y coger a personas llas, q̃ mas por ellas dieren. Y mãdamos a los nuestros arrẽdadores y recaudores mayores y fazedores de rẽtas, q̃ no ariẽdẽ publica ni secretamẽte, directe ni indirecte a los tales caualleros y pſonas poderosas las alcaualas ni tercias, ni otras nuestras rentas de las dichas, villas y lugares abbadẽgos, ni a personas ĩterpuestas per ellos para las arrẽdar: so pena q̃ el recaudador y arrendador o fazedor de rentas, q̃ el tal arrẽdamiẽto biziere, pague al cõceio de la tal villa o lugar abbadengo todo lo q̃ montare el tal arrẽdamiento q̃ fiziere, y otro tãto para la nuestra camara, y demas desto q̃ el tal arrẽdamiẽto sea nĩguno. Et ibi. l. 4. hẽ. Ordenamos y mandamos, q̃ los prelados y personas poderosas y caualleros q̃ tienen vassallos, ni los nuestros contadores mayores, ni sus lugares tenientes, ni los de el nuestro cõseio, ni los nuestros oydores de la nuestra audiencia, ni los nuestros alcaldes de la nuestra casa y corte y cãcellaria, ni el nuestro escriuano mayor de rẽtas q̃ está en la nuestra corte, ni sus officiales de estos cõtadores, no arrienden por sí, ni por interposita pſona, directe ni idirecte, por maior ni por menor, ẽ la nuestra corte ni fuera dela, las nuestras alcaualas, ni otras nuestras rentas. Otro sí, q̃ los alcaldes, y alguaziles, merinos, y regidores, iurados, y escriuanos de rẽtas, ni los letrados, ni mayordomos de conceios, ni algunos dellos, ni otro por ellos, no arriẽde por menor las alcaualas, ni otras nuestras rẽtas, en las ciudades, ni vilas, ni lugares, dõde tienẽ los dichos sus officios: so las penas cõtenidas ẽ las leyes q̃ sobre esto hablã. Y por q̃ esto sea maior guardado, mãdamos a los nuestros cõtadores mayores, y a sus lugares teniẽtes, q̃ antes q̃ dẽ nuestra carta de recudimiẽto a el arrẽdador y recaudador mayor, o receptor, o hazedor de rẽtas, le tomẽ iu̅o q̃ lo haga y cũpla an sí: q̃ eso mismo iure el arrẽdador y recaudador mayor, que en aquel arrẽdamiento no tienen ni ternan parte alguna las personas de suso cõtenidas, q̃ está defendido que no arriẽdẽ por mayor ni por menor: y que eso mesmo iuren que no daran ninguna de las rẽtas que arrẽdarẽ por mayor a alguna ni algunas personas que de suso estã defendidas que no arrienden por menor: solas penas contenidas en las leyes que sobre esto hablan. Y que si en algun tiẽpo se hallare, que el dicho arrendador, o recaudador mayor hiziere o pasare cõtra lo suso dicho, que por el mismo hecho pierda el pmetido que vuiere ganado; y si lo vuiere cobrado, q̃ lo torne, y sea hecha execuciõ en su persona y bienes por ello, y sea para la nuestra camara. Et l. 7. hẽ. Mãdamos que no seã arrẽdadores de las nuestras rẽtas, priuados, ni officiales de la nuestra casa, en publico ni ascondido: q̃ por temor o verguẽcano dexẽ de puiar los que las q̃sierẽ arrendar. Et l. 9. hẽ. Ordenamos y mãdamos q̃ ningũ perlado, ni cauallero, ni personas poderosas, ni comẽdadores de ordenes, ni alcaydes de fortalecas, ni regidor ni iurado, ni escriuano de cõceio, ni escriuano de las rẽtas, ni su lugar teniẽte, no arriẽde por sí, ni por interposita persona, directe ni indirecte las nuestras rẽtas de alcaualas, ni otras monedas, ni moneda forera ni otras nuestras rẽtas de las ciudades, villas, y lugares, y partidos do tuuierẽ los dichos officios, solas penas cõtenidas en la leys q̃ sobre esto disponen, y demas que por el mismo fecho, q̃ ayan perdido y pierdan, qualesquier maraudis, y pan de merced de por vida de iuro, que tẽgã en los nuestros libros por priuilegios, y los officios que tuuierẽ: y si no tuuierẽ officios, el q̃ lo contrario biziere que pierda el tercio de sus bienes, para la nuestra camara; y q̃ los nuestros cõtadores los carguẽ, y cobrẽ dellos el tres tãto de lo que mõta la tal rẽta, o rẽtas que assi arrẽdarẽ, y sean para la nuestra camara. Y declaramos que aquel es personas poderosa, a qen por esta ley defendemos q̃ no arriẽde, q̃ es tã poderoso, o mas, como qualqer de los alcaldes, o regidores de la ciudad, villa, o lugar, que es la cabeça del lugar donde se toma la renta.

Itẽ li. 9. ti. 2. §. 33. de bonis Regis hẽ. Mãdamos que de aqui adelante no se reciba postura ni puio de persona que no sea conoscida, y que en los poderes de los arrẽdadores y fiadores para obligarse vẽga declarada la edad del q̃ se obliga, confee del escriuano de el poder. Y no se reciba persona de menor edad q̃ veynticinco años: por q̃ de auerse recebido an resultado incõuinientes. Et l. 8. ti. 10. hẽ. Mãdamos q̃ los nuestros arrẽdadores, y recaudadores, assi mayores como menores, no arriẽden nuestras rentas, ni alguna dellas, a clerigos, ni personas Ecclesiasticas, salvo si dierẽ buenos fiadores legos, q̃tioso, y abonados, para q̃ se haga la execuciõ ẽ sus bienes de las q̃tias q̃ se deuierẽ. Y si los arrẽdadores, y recaudores, cõtra esto hizierẽ, qua seã tenidos apagar por las dichas pſonas Ecclesiasticas todo lo q̃ ellos deuierẽ q̃ las dichas

chas rẽtas. Y mas rogamos y mandamos a todos los perlados de nueſtros reynos, que defiendan ſo ciertas penas a los ſus clerigos y perſonas Eccleſiaſticas que ne arrienden las nueſtras rentas.

Lege 10. eiuſdem tituli habetur. *Mandamos que los arrendadores, y recaudadores en ſus partidos, ni los officiales que entiẽden en nueſtros libros, y haziẽdo, no arriẽdẽ albaquias en todo, ni en parte, por ſi, ni por interpoſita perſona: ſopena de perder los officios, y boluer lo que en ello mõtare con el quatro tãto.*

De iure Luſitano præterea, quę diſpu. 86. retulimus, lib. 4. ord. tit. 38. in prin. ſic hꝺ. *Os corrigedores das comarcas, e ouuidores dos infantes, ou maeſtres, e perlados, e condes, e capitanes, e de quaeſquer ſenhores de terras e bẽ aſſios iuizes temporaes, e aquelles que poemos em algunas cidades, ou vilas ſem limitaçam de tempo certo, que forem poſtos en alguna comarca, cidade, vila, o em alguum otro lugar, durando o tempo de ſeus officios, nom poderaã facer caſas de nouo, nem comprar, nem aforar, nem eſcaimbar, nem arrendar beẽs algũs de raiz, nem rendas algunas, &c. E eſta miſma deſeſa ſe entenderaa nos officiaes que con elles andarẽ, aſſi como merinhos, chãcereis, e eſcriuaẽs que forem poſtos por tempo certo. E qualquer que o contrario fezer, aia por peua, que o coutrato ſeia ninhuum, e todo aquello que o dito official por bem dello receber, ou fezer, ou ouuer, ſeia perdido e confiſcado pera a coroa de noſſos reinos. E eſto no aueraa lugar nas caſas, que a lugar pera morar.* Et §. 2. hꝺ. *E bem aſſi defendemos, que ninhũs ouuidores dos ditos ſenhores de terras, nem de capitanes arrẽdem renda ſua, pequena, nem grande; nem de ninhuuma qualidade que ſeia, ſob pena de o ſenhor, ou capitam, que tal renda a ſeu ouuidor arrendar, ſer ſuſpenſo por huum anno da iuriſdicam que em tal lugar tener; E mais perderaa o dito anno toda arenda que aſſi arrendar, a metade pera quem o acuſar, e a outra metade pera o eſprital de todos os ſantos de Lisboa. E o ouuidor, que aſſi a dita renda arrendar, perderaa em dobro todo o que daua po la dita renda, a ametade pera quem o acuſar, e a outra metade pera o dito eſprital.* Et §. 3. habetur. *E iſſo meſmo defendemos a os veedores da noſſa faceuda, e eſcriuanes della, e a os noſos contadores aſſi das comarcas como dos contos, eſcriuanes dante elles, e a todos os outros officiaes da noſſa facenda, que nom arrendem a ninhuum rendeiro de noſſas rendas couſa alguna, nẽ renda ſua, e qualquer dos ſobre ditos officiaes que o contrairo fezer, perderaa o officio que aſſi de nos teuer, e mais todo aquello, que por a dita renda lhe derẽ, ou prometerem, a metade pera quem acuſar, e a outra metade pera os catiuos.* Et tit. 39. habetur. *Defendemos que ninhuum procedor, nem contador de comarca alguna, nem iuiz dos orfanos, nem tabeleam alguundo iudicial, nem eſcriuam dos orfanos, nem das camaras, nem outros eſcriuanes de qualquier qualidade, e de quaeſquer officios que ſeiam, non poſſam arrendar ninhuna renda noſſa, nem de vinchuum fidalgo ou ſenhor que a de noſſa mano tenha, nem iſſo meſmo de ninhuum comendador, nem parlado: nem menos acceptem feitorias, nem procura comes de ninhum dos renderos das ditas rendas, nem dos ſenhores dellas pera lhe feitorizarem, nem procurarem, nem requererẽ, nẽ ſolicitarem couſa alguuna das ditas rendas, na comarca ou lugar onde aſſi forem officiaes, e poderẽ vſar de ſeus officios, ſob pena de perderem os officios, e mais pagarem cada huum vinte cruzados a metade pera quem os acuſare, e a outra pera a pieda de.* Et l. 1. tit. 39. par. 1. l. extra. prohibitum eſt locare officia quęcunque ſcribendi, & eorum quos *inqueredores, deſtribuidores, contadores*, vocant, atque aliorum miniſtrorum iuſtitiæ, illaque adminiſtrare per alium.

## Quid locari poſſit, & num etiam res conducta. Et vtrum contractus locationis, & cõductionis tranſeat ad hæredes locantis, & conducentis.

## DISPVTATIO CCCCLXXXIX.

### SVMMARIVM.

1 *Locare quis poteſt omnia, quæ vendi poſſunt, & etiã ſeipſum, & famulum, & rem conductam.*
*Intelligendo tamen ad eundem vſum, quo eam conduxit. num. 2.*
3 *Conductor ſecundus non tenetur actione perſonali, ſed tantum ei, qui rem ſibi ſublocauit.*
4 *Locata res cenſetur ad eum vſum, ad quem eſt deſtinata, vel locari conſueta.*
5 *Seruitutes reales locari non poſſunt: ſecus de perſonalibus.*
6 *Locationis, & conductionis contractus ad hæredes tranſit tam locatoris, quam conductoris.*
*Fallit tamen, vt nu. 7. vſque in fin.*

LOcari poſſunt, non ſolum, quæ poſſunt vẽdi, ſed etiam pleraque alia, vt ex definitione locationis diſp. 486. tradita, facilè liquet. Et † poteſt quis locare ſeipſum, & famulum ſuum, ad id efficiendum quod famulus ſibi facere tenebatur: & vniuerſim locare quis poteſt rem ſibi locatam. l. nemo. C. de locato, cuius verba ſunt. *Nemo prohibetur rem, quam conduxit, fruendam alijs locare, ſi nihil aliud conuenit.* ff. locati, quæ ſic habet. *Si cui locauero faciendum, quod ego conduxeram, conſtabit habere me ex locato actionẽ.* l. cum in plures, in princ. eod. tit. Intelligendum † tamẽ eſt id, modo ad eundem vſum eam locet, idoneoq; conductori, vt notant gl. l. nemo, & l. cũ plures, citatis: argumẽto textus in l. æquiſſimũ. §. vlt. & in l. ſed & ſi qd, in prin. ver. mãcipiorũ. ff. de vſufructu, & in l. nõ aliter. ff. de vſu & habit. & affirmat Ant. Gom. cũ Bal. 2. to. var. reſ. c. 5. nu. 11. Ibidẽ. nu. 12. Idem Ant. Gom. cũ quo conſentiunt Aluar. Val. de iur. emp. q. 20. n. 17. & alij, quos refert, iuxta l. ſolutũ §. ſolutã ff. de pign. act. rectè ſubiungit, ſecundum † conductorẽ nõ teneri dominio domus ad pẽſionẽ ſoluendã actione perſonali, ſed perſonali actione teneri primo conductori, qui eam ſibi locauit, teneri tñ domino domus quo ad bona, quæ in eã domũ permanenter intulerit, in eaq; reperta fuerint, actione hypothecaria, quatenus dominus cõtrahit tacitam hypothecam: in bona quidem, quę in ſuum prædium ruſticum fuerint permanenter illata ipſo id ſciente, & in bona, quæ in ſuum prę-

dium vrbanum locatũ fuerint similiter illata, siue ipso sciente, siue ignorante, vt hĩ l. certi iuris. C. de locato, & alijs, quæ inferius disp. 497. citabimus, vt sibi pẽsio inde soluatur: quare ex illis cogere põt dñs domus, vt sibi pensio soluatur, in defectum primi conductoris, esto secundus conductor eam iam soluerit primo cõductori. Rõne verò huius realis obligationis, tacitæve hypothecæ, quam habent bona secundi conductoris, concedunt secundo conductori, vt pensionem soluat domino domus, si eam nondum soluit primus cõductor, & vt primus conductor, teneatur id ratum habere, vt ex iure illo citato, iuncta glossa ibi, hæc oĩa liquent. Iuxta hæc, ordinationes Lusitaniæ li. 4. tit. 57. §. vltimo cum primum inhibeant dominum domus per seipsum pignus extrahere à conductore domus ob non solutam pensionẽ tpe congruo, exequutionemve in bonis illius facere; ac concedant, vt id extrahat, eamve exequutionem faciat per eum ministrum publicum quem *alcayde* vocant, absque alia iudicis authoritate, continuo subiungunt, si dñs domus non inuenerit eũ, cui domum locauit, sed alium in ea, posse exigere pensionem ab eo, quem in ea reperierit, vel cuius bona in illa reperiat: eo verò soluere renuente, posse modo prædicto pignus ab illo extrahere, exequutionemve in bonis illius facere.

Ius Lusian.

Si tamen postea compertum fuerit, vel pensionem fuisse illi solutam, vel partẽ illius, pignusq; extraxisse, vel à primo conductore, vel à secundo, pro eo, quod sibi non debebatur, eamq; exequutionem fecisse, cogitur soluere triplum eius, quod ita contẽderat sibi deberi, cum nõ deberetur: posseque conductorem retinere domum, in eaq; habitare absque vlla pensione, quousque id triplum compensetur, iuxta pensionem in primo contractu statutam. Alu. Vela. vbi supra conseruat, eam exequutionem illo modo in Lusitania præcise cõcedi quo ad pensionem non solutam, neq; ad alia esse extendendam; eo quod exorbitans sit à iure.

4 Qñ res † deputata est ad certum vsum, aut ad eum locari cõsueuit, si aliud expressum, deductũque non fuerit in pactum, ad eum solum vsum cẽsetur locata. Ita cum Bar. Greg. Lopez l. 3. titu. 8. par. 5. Eodem modo, si res consueta sit locari certo aliquo pretio, illud censetur constitutum, qñ aliud deductum non est in pactum, vt colligitur ex l. excepto in fine. C. de locato, & affirmant ac confirmant glossa, vlri. ibi, ex alijs iuribus, & communis doctorum sententia, quam Anto. Gom. 2. tom. var. resol. c. 3. nu. 4. refert, ac sequitur.

5 Seruitutes † locari non possunt, l. locare. ff. locati. vbi glo. rectè ait, intelligẽdum esse id de seruitutibus realibus, quas neq; dominus prædij, quos seruit, neque dominus, aut conductor prædij, cui seruit, potest locare. Secus autem res habet de seruitutibus personalibus. Licet enim, qui solum habet vsum rei alicuius, locare eam non possit, vt disput. 5. ostensum est; qui tamen habitationem domus habet, locare illã potest, vt in calce ejusdem disputationis comprobatum est. Qui etiam habet vsumfructum, locare illum potest, l. arborib. §. vsufructuarius. ff. de vsufructu, & Instit. de vsu, & habit. in princ. ver. nec vlli, & disp. 7. dictum est. Si tñ vsufructuarius moriatur, tunc sicut expirat vsusfructus, & consolidatur cũ proprietate, ita finitur contractus locationis, & conductionis, resoluto quippe iure dantis, resoluitur, ac cessat ius accipientis. l. lex vectigali. ff. de pig. & alijs iurib. Quod si, quid pensionis soluerat conductor vsufructuario vltra tempus pro rata partis anni, q̃ fluxerat vsque ad mortem vsufructuarij, tenẽtur hæredes vsufructuarij restituere id conductori: si verò minus, aut nihil, soluerat, tenetur id solum soluere hæredib. vsufructuarij, vt hæc omnia habentur l. si quis domũ. §. hic subiungi ff. locat. & affirmant Molina lib. 1. de prim. c. 21. nu. 2. & Greg. Lop. l. 2. ti. 8 p. 5. gl. vl. Proprietarius aũt ad nihil tenetur. Neque hæc est res, de qua obscura l. dña. C. de vsufructu, & l. 3. tit. 8. par. 5. est sermo. Longè aũt maiori cũ rõne emphyteuta, & feudatarius locare possunt rẽ emphyteutica, aut feudalẽ. Cæterum finita emphyteusi, aut feudo, consolidataq; cum proprietate, expirat similiter cõtractus locationis, ad nihilque proprietarius tenetur, & denique ea prorsus dicenda sunt, quæ proximè sunt dicta qñ morte vsufructuarij consolidatur vsusfructus rei ab eo locatæ cum proprietate; qm̃ est eadem ratio. Vtrum res Ecclesiasticæ vltra triennium locari possint, disp. 466. dictum est. Hæc de primo, & secundo eorum, quæ deposita sunt.

6 Quod verò ad tertium attinet. Contractus † locationis, & conductionis ad hĩdes transit, tam locatoris, q̃ cõductoris, interim dũ tẽpus nõ finitur, pro quo res locata fuit, ac conducta. Ita hĩ §. vlti. Inst. de locat. l. viã veritati, C. de locato. l. sed adest. §. pen. & l. cum in plurib. §. hæredem ff. locati. cõsentiunt l. si pactũ. ff. de prob. & l. veteris. C. de contrab. & commit. stipul. atque hĩ l. 2. tit. 8. part. 5. & affirmat cõis doctorũ sñia, quã Anto. Gom. c. 3. citato, nu. 7. Aluar. Valas. consult. 76. nu. 3. & Couar. 2. var. resc. c. 15. in prin. referunt, ac sequuntur. Excipitur, nisi † contractus sit factus vsq; ad 7 beneplacitum locantis, aut conducentis, vel dum hęc fuerit ipsius voluntas: nam, cũ beneplacitum, & voluntas morte cessent, expirat cõtractus morte eius, cuius beneplacito, aut voluntati, id commissum fuit, l. 4. ff. locat. & c. si gratiosæ, de reser. lib. 6. Secus autẽ, si aliter precario res locata sit: quodcunq; enim aliud precario ad hęredes trãsit eius, qui ita concessit, quousq; reuocetur, non verò ad hæredes eius conceditur, vt hæc oĩa tradit Aluar. Vela. cum cõi doctorum sñia de iu. emph. q. 34. n. 4. & nos in genere hac de re copiosè diximus disp. 298. Excipitur præterea, qñ aliquis operas suas locauit ad aliquid, quod per alium impleri non potest: tunc. n. mortuo hoc, contractus non transit ad hæredes huius, vt notat gl. l. veteris ver. siue non. C. de contrab. & commit. stip. consentaneè ad eum textum, & affirmat Ant. Gom. nu. 7. citat. Qñ per alium contractus impleri potest, ẽt si opificium sit transit contractus ad hæredes illius, qui operas suas, & industriam ad id locauit, vt expresse habetur l. veteris citata, quæ explicat, & corrigit iura, ex quibus Grego. Lopez l. 2. verb. *muriese* innuere videtur contrarium.

Vtrum

Digitized by Google

# Vtrum cõtractus locationis transeat ad emptorem, aut aliũ successorem particularem, qui titulum habeat a locãte, ita quod nouus successor ſtare teneatur locationi factæ a locãte.

## DISPVTATIO CCCCXC.

### SVMMARIVM.

1 *Emptor non tenetur ſtare locationi per venditorem factæ, ſed expellere poteſt conductorem.*
*Idem ſi quocunque alio titulo etiam legali, res alienetur, ac tranſeat in ſingularem ſucceſſorem. n. 2.*
*Idem etiam ſi res locata alienetur quo ad dominium vtile. num. 5.*
*Idem econuerſo, vt nec conductor teneatur ſtare emptori. nu. 3.*
*Fallit hoc, niſi locator cedat in particularem ſucceſſorem ius, & actionem, quã aduerſus conductorem habet, vt continuaret contractum. nu. 4.*
*Fallit regula principalis, niſi res eſſet locata ad decennium, aut vltra, quoniam conductor verè eſt emphyteuta. nu. 6.*
*Item fallit quo ad locationẽ ad modicũ tẽpus, in multis caſibus, ſeu euentibus, vt a nu. 7. vſq; ad finẽ.*
8 *Succeſſor ſingularis in re ſubiecta hypothecæ, an teneatur ſtare locationi.*

1 Dicendum eſt, emptorẽ non teneri ſtare † locationi à venditore factæ, ſed expellere poſſe conductorem: conductori tñ competere actionem perſonalem ad intereſſe aduerſus locatorẽ, aut hæredes illius, ſi iam ſit defunctus, vt ei ſoluant, quã tũ ſua intererat continuari contractũ in totũ tẽpus, in qđ res ſibi fuerat locata. Ita hẽ l. emptorem. C. de loc. l. ſi merces. §. ſi qui fundũ. ff. locati. l. 9. tit. 8. par. 5. & l. 4. Luſit. ord. titu. 29. in
2 princ. Idẽ eſt, ſi † quocunq; alio titulo, ẽt legati, res alienetur, ac tranſeat in quemcunq; alium particularẽ ſucceſſorẽ: ſucceſſor. n. nõ tenetur ſtare locationi prædeceſſoris, & cõductor ſimiliter agere poteſt ad intereſſe aduerſus locatorẽ, aut hẽdes illius. Ita hẽ l. qui fundũ. ff. locati, & l. nihil. §. vlt. ff.
3 de leg. 1. Eadẽ † rõne cõductor non tenetur ſtare emptori, donatario, legatario, aut cuicunq; alteri particulari ſucceſſori contractui conductionis vt apertè colligitur ex duob. ũribus proximè citatis.
4 Excipitur, niſi † locator cedat in particularẽ ius, & actionẽ, quã aduerſus cõductorem habebat, vt cõtinuaret contractũ; nã tunc compelli põt illum continuare, vt cũ Bar. ac Io. Platea affirmat Greg.
5 Lopez l. 19. citata gl. 2. Habent autem † hactenus dicta verum, etiã ſi res locata alienetur ſolum quo ad dñium vtile, vt ſi vſusfructus rei locatę legetur alicui, aut ſi res locata tradatur alicui in emphyteuſim: emphyteuta. n. & vſufructuarius, ſtare nõ tenentur contractui locationis à ſuo prædeceſſore facto, ſed expellere ſimiliter pñt conductorẽ. Ita hẽ expreſſe l. arbores. ff. de vſuf. Rõ autẽ eſt, quia non ſolum per dñium plenũ, ſed ẽt per ſolũ vtile dñium comparatur ius in re: conductori verò vi cõtractus ſolũ cõpetebat actio perſonalis, quæ nõ tranſit aduerſus ſucceſſorem in re locata, ſed ſolũ manet aduerſus locatorem, & hæredes illius. Lege quo ad hactenus dicta Ant. Gom. 2. to. var. reſ. ca. 5. nu. 9. Greg. Lop. l. 19. citata, Alu. Val. de iu. emphy. q. 20. nu. 19 & conſult. 76. nu. 4. & Cou.
6 2. var. reſol. ca. 15. nu. 1. Quando † autem res eſſet locata ad decennium aut vltra, qm̃ conductor verè eſt emphyteuta, comparatq; ius in re, quia & vtile dominium, vt diſp. 445. & 469 oſtenſum eſt, tenetur ſucceſſor particularis in ea proprietate ſtare huic cõtractui. Ita cõis doct. ſnia cũ gl. l. emptorẽ, & Bar. quã referunt, ac ſequuntur Cou. 2. var. reſ. c. 15. n. 2. Ant. Go. & Alu. Val. vbi ſup. affirmantq; Luſit. ord. li. 4. tit. 29. in prin. & tit. 60. ac alibi Lex ñ Caſtellæ. 19. citata, in ſi. ſolum aſſeruit, ſucceſſorẽ particularẽ teneri ſtare cõtractui, qm̃ ab anteceſſore res locata fuit in vitã totã accipientis, aut in perpetuũ, nullã faciendo mẽtionẽ de locatione in decennũ, aut vltra. In ſequentib. tñ euẽtib. ſucceſſor particularis ſtare tenetur contractui locationis ad modicum tempus factæ per
7 ſuum prędeceſſorẽ. Primus † eſt, qñ ipſi per prędeceſſorẽ fuit id in ũctũ, appoſito eo grauamine, ac mõ, aut deducendo id in pactum, qñ tẽ illi cõceſſit. Ita hẽ l. emptorẽ. C. de loc. l. ſi merces. §. qui fundũ. ff. locati. & l. 25. ti. 8. p. 5. & in Luſit. ord. tit. 29. citato in prin. Lege, ẽt, ſi mercedẽ. §. vlt. ff. de ac. emp. hẽ, ſi vẽditor domus in pactũ deducat emptori, vt teneatur nõ expellere habitãtes eã domũ, tũc nõ poſſe tñ expellere habitãtes pro aliqua mercede, poſſe tñ expellere habitantes gratis, niſi expreſſim deductũ in pactũ ſit, vt non expelleret habitãtes gratis. Cou. 2. var. reſ. ca. 15. nu. 1. cum alijs, quos refert, cenſet tõnẽ eſſe, qm̃ emptor, qñ aliud nõ fuit expreſſũ, præſumẽdus eſt ſolũ intendiſſe cõcedere habitationẽ ijs, qui, ſi expelleretur, agere poſſent ad intereſſe aduerſus vẽditorem. Et iuxta hoc autores hi volũt cum gl. ibi, qñ quis ita gratis habitaret, vt ſi expelleretur, agere poſſet de euictione ad intereſſe aduerſus vẽditorẽ, tũc non poſſe hũc expelli ab emptore. Fortaſſe textus ille in ra fundat ꝓſumptionẽ, q emptor, qñ aliud non fuit expreſſum, arbitratus eſt, illos habitare ꝓ mercede, quę deinceps ad ipſum dẽret ſpectare. Quicquid ſit, cũ ea lex in ꝓſumptione fundetur, ſanè, ſi emptori cõſtabat illos gratis habitare, expellere eos nõ poteſt in foro cõſcię: neq; in exteriori, ſi de cõtrario præſũptioni ſit in eo foro cõſter. Secũdus, qñ ſucceſſor in re locata, poſt alienationẽ ſibi factã, conuenit cũ conductore vt perſeueraret in eodẽ contractu, aut idei aliquo mõ conceſſit. Ita hẽ l. emptorẽ. l. 19. & ti. 29. in prin. citatis. Tertius, ſi cõductor, qñ rẽ conduxit, in pactũ deduxit, vt ea ipſa res titulo hypothecæ obligata eſſet in ſecuritatẽ cõtractus, & inſuper, vt locator, perſeuerãte cõtractu, nõ poſſet eã alienare: tunc. n. expelli per cũ nõ poſſet cui locator tentaſſet eã alienare. Rõ eſt, qm̃ eſſet tunc inualida ea alienatio, vt hẽ l. ſi creditor. §. vlt. ff. de diſtrac. pig. & Lvltim. ti. 5. p. 5. Dixi, deduxi in pactũ, vt ea ipſa res titulo hypothecæ obligata eſſet in ſecuritatem cõtractus: qm̃ ad hoc vt pactũ inſuper adiectũ, q̃ locator, durãte cõtractu, non poſſit alienare rẽ locatã, impediat trãſlationem dñij, reddatq; nullã alienationẽ, ſi loca-

tor eam exequi intēter, nō satis est hypotheca vniuersali oīum bonorū, sed necessaria est hypotheca particularis ipsis rei locatæ, vt cum communi doctorum sententia affirmant Cald. de reno. emph. q. 12. a nu. 16. Alu. Val. consult. 76. nu. 7. Ant. Go. nu. 9. citato, & Coua. 2. var. resol. c. 15. nu. 3.

Quoniā iura citata, vt exhorbitantia, solū sunt intelligenda, de hypotheca particulari. Vnde reijcienda est contraria opinio Greg. Lopez l. 19. tit. 8. par. verb. *dos cosas*, in fine, vbi cum quibusdam asserit, sufficere in hoc euentu hypothecam generalem bonorum.

Quartus, qñ locator in securitatem contractus locationis subiecerat rem locatam hypothecæ, siue illam subiecerit in particulari, siue in vniuersali, subijciendo oīa bona sua hypothecæ in securitatē eius contractus. Tuno enim licet alienatio talis rei locatæ, ac hypothecæ subiectæ in securitatē locationis, valida sit, nihilominus, si cōductor expelli intēteretur a successore particulari in ea re, poterit illi resistere, eam retinendo, atque excipiendo, seu opponendo, sibi esse obligatam titulo hypothecæ in securitatem, quod contractus seruabitur. Ita Bart. & cēis doctorum sētia, quā referunt, ac sequuntur Cou. nu. 3. citato, Ant. Gom. 2. tom. var. resol. cap. 3. nu. 9. Caldas vbi supra, nu. 18. Aluar. Valas. consul. 76. nu. 6. & 11. & Greg. Lopez l. 19. citata, verb *dos casos*, idque propter ius in re vi hypothecæ prius acquisitum, estque id definitum lib. 4. Lusit. ordin. tit. 29. in princip. Iure ergo Aluar. Valas, vbi supra nu. 9. reprehendit decisionem Lusitanam, 243 qua approbatur Gamae definitum est, emptorē rei locatæ expellere posse conductorem, qñ res locata subiecta fuerat hypothecæ in securitatem contractus locationis: consenserenim Gama, & cēsuere, qui cum ipso consensere, vt hypotheca impediat expulsionem cōductoris, esse debere hypothecam in securitatem, quod res locata non alienabitur, non verò, quod stabitur contractui locationis, quod tamen est falsum contra communem doctorum sententiam, & ordinationem Lusitanam citatam. Recte tamen dec. 130. fuit definitum, quando res vni fuerat locata, & simul hypothecæ subiecta eidem in securitatem cōtractus, sed nondū tradita, & postea fuerat locata, & tradita alteri, præferendū esse primū conductorē, nihil impedire traditione rei locatæ facta secundo: non solū quia præcesserat hypotheca, atque adeo ius in re cōparatione primi conductoris, sed ēt qm, cū secundus conductor non hēat ius vllum in re, sed solū actionem personalem, ēt si facta sit ei traditio, præferendus est prior conductor, qui prius comparauit ius ad eādem numero rem, vt sibi traderetur fruenda per locationem.

Quæst. 8 Dubitant doctores, vtrum qñ res solum fuit subiecta hypothecæ in securitatem contractus locationis, satis sit † particularem successorem in ea re, satisfacere conductori æstimationem totā eius, q sua illius interetat, seruari contractum locationis, vt possit illū expellere inuitum: an verò id nō satis sit, sed teneatur stare contractui locationis.

Cēis doctorū sētia, quā cū Bar. referūt, ac sequūtur Cou. nu. 3. citato, Alua. Vala. consul. cit. nu. 5. Caldas de renou. emph. q. 12. n. 23. & Grego. Lopez, vbi supra verb. *doscasos*, cēset, satis esse offerre illi interesse argō l. Paulus, §. qui pignoris. ff. quibus mod. pign. vel hypo. quæ statuit, si res aliqua obligata erat alicui titulo hypothecæ pro aliquo debito, q ei nō soluitur, tunc, qui illam possidet, non teneri tradere eam creditori petenti, sed satis esse, si illi soluat debitum. Et quoniam hypotheca, in re proposita, solum erat in securitatem actionis personalis, quæ est solum ad interesse cōparatione locatoris, qui eam rem alienauit.

Ego cōtrarium arbitror esse verum cum paucis quos Caldas vbi supr. nu. 22. & alij referunt, nempe nō satis esse, offerre illi ac soluere interesse, sed teneri stare cōtractui locationis, si id ita cōductor velit: id q apertissime definiunt Lusitan. ord. tit. 29. citato in princ. adeo, vt Aluar. Vala. fateatur ita iudicari in Lusitania, esseque in eo Regno id dicendum. Ducor, quoniam res illa subiecta re vera erat hypothecæ pro securitate locationis ipsius, quod, s. ei staretur; neq; locator, qui rē non alienasset, satisfaceret offerendo interesse: id verò ius reale est, q permanet penes cōductorem, nihil impediente alienatione facta per locationē.

Ad legem autē illā citatam, & ad alia similia iura, dicendum est, id verum esse, quoniam non aliud debebatur ei, cui res hypothecæ erat subiecta, quā id, q ei soluitur: vnde eo ipso res illa liberatur ab onere reali hypothecę: in re autem proposita aliud est, q debetur, & pro quo res illa est obligata. quam interesse, q offertur; nempe cōtinuatio cōtractus locationis, qd impleri potest: iura autem nō statuunt: qd quando idipsum, pro quo res est subiecta hypothecæ, solui potest per eum, cuius est res hypothecæ subiecta, satisfaciat, soluendo æquipolens, seu interesse. Ad id verò, quod subijcitur, dicendum est, hypothecam quidem, in re proposita, esse ad securitatem actionis personalis, quæ esset seclusa hypotheca; cęterum, quę esset, si res non esset alienata: locator autem, si rem nō alienasset, nō satisfaceret offerendo interesse, sed teneretur stare cōtractui: cū ergo hoc ius semper perseueret in cōductore ratione hypothecæ, quam ad id sibi subijcit fecit, cōsequens est, vt neque successor satisfaciat offerendo interesse.

Quintus, quando fiscus vendidit, aut alienare fecit aliter rem locatam, cōductorq; agere poterat ad interesse aduersus fiscum: tunc enim is, cui res a fisco alienata est, expellere nō pōt cōductorē: intelligitē nisi satisfaciendo illi interesse, si fiscus solū ad interesse illi teneret. Ita, iuxta doctrinā Bar. l. vlt. §. vlt. ff. de iur. fisc. cōsentanee ad textum ibi, Greg. Lopez vbi sup. l. 19. cit. verb. *dos casos* in princ. dictūq; est disp. 368. §. ab hac nihilominus regula, cōsentiq; Cou. ibi relatus. Quo in loco dixi nos id nō esse extendendū. Quare priuilegiū hoc fisci, Ecclesiæ nō conuenit, vt multis, aduersus quosdā, cōtēdit Greg. Lopez vbi supra.

Sextus est de iure Lusitano libro quarto, ordinat. titu. 29. §. vltimo, vbi sancitum est, semper emptorem (idem dic de quocunque alio, cui res alienata sit) teneri stare conductori locationis cōtractui facto per venditorem, quando conductor Ius Lusitan.

velit

velit soluere emptori totum lucrum ex eo illi cessans, ac damnum eidem emergens, quod stare velit contractui locationis.

## Fiscus succedens in bonis confiscatis, num stare teneatur locationi factæ per condemnatum, & maioratus locationi factæ per suum antecessorem, ac fideicommissarius locationi factæ per hæredem grauatum.

## DISPVTATIO CCCCXCI.

### SVMMARIVM.

1 *Fiscus non tenetur stare locationi factæ de aliquibus bonis determinatis, fecus si confiscentur bona omnia, aut aliquota illorum.*

*Fallit tamen, vt num. 2.*

3 *Successor in maioratu, vel fideicommissarius non tenentur stare locationi factæ de bonis maioratus, aut fideicommissi.*

*Declara, vt nu. 5.*

4 *Regula, quod resoluto iure dantis, resoluitur ius accipientis, quo casu habeat locum.*

6 *Conductor expulsus a successore bonorum locatorum, an possit agere ad interesse aduersus hæredes locatoris.*

QVod ad primũ attinet, dicendũ est. Si bonũ † aliquod, aut bona aliqua determinata, cõfiscentur, non teneri fiscũ stare locationi factæ circa bona illa iuxta ea, quę disputatione præcedente de successore particulari in re locata dicta sunt. 1

Ratio est, qm̃ fiscus est successor particularis in eis bonis, non secus atq; emptor, aut legatarius; sed neque condemnatus tenetur tunc conductori ad interesse, sed solũ ad remissionẽ pensionis (aut restitutionẽ illius, si illam iam acceperat) pro reliquo tẽporis, quo eadẽ causa nõ licuit conductori re illa frui. Vtrumq; habetur l. si fundus, ff. locat. & primũ affirmat Ant. Gom. cum alijs, quos refert, 2. to. variar. resol. c. 3. nu. 10. Secundum verò assentit Nauar. in Manual. c. 17. nu. 187.

Fortasse tamen textus ille, quo ad hoc secundũ, non loquitur de publicatione ob maleficiũ locantis, sed in bonũ publicum, vt daretur militibus, vt ibidẽ ait, iuxta l. item si verberatũ. §. item si fortẽ, ff. de rei vend. Etenim l. si fundus, citata, apertè docet, si per locatorem stetit, quominus cõductor frueretur re locata, saltẽ ea efficere potuit, vt alius non impediret cũ illa frui, tunc teneri illi cuã ad interesse: qm̃ autem culpa locantis confiscatur res locata, eaq; de causa conductor prohibetur à fisco ea frui, vtique locator, abstinẽdo ab ea culpa, efficere potuit, ac debuit, vt conductor non prohiberetur à fisco ea frui, ac proinde, iuxta eã ipsam legẽ, locator tunc ad interesse tenetur cõductori. Si autẽ confiscentur bona omnia delinquentis, aut pars illorum aliquota, vt dimidium, tertia, quarta, aut alia similis, bonorum pars, tunc, quia fiscus successor est vniuersalis delinquenti, instar hæredis, tenetur stare contractui à delinquente celebrato, iuxta ea, quæ disp. 489. dicta sunt. Ita colligitur apertè ex l. 2. C. de vi publica, & affirmant Ant. Gom. vbi supra, & alij, quos citat.

2 Excipe † cum eodẽ Ant. Gom. ibidem, nisi bona ipso iure ob delictum confiscentur, vt confiscantur hæreticorũ bona: tũc enim, si post delictũ cõmissum locata fuissent non teneretur fiscus stare contractui, iuxta ea quæ disput. 95. dicta sunt. Ratio est, quoniam ante locationem comparauerat fiscus ius in re in ea bona, eaque de causa locatio postea subsequuta, fuit ipso iure nulla.

3 Quod attinet † ad successorem in maioratu, & ad fideicommissarium, dicendum est, neutrũ teneri stare locationi factæ de bonis maioratus, aut fideicommissi, per antecedentem possessorẽ maioratus, aut hæredem grauatum. Ratio est, quoniam neuter istorũ antecessorum habebat dispositionem eorum bonorum, etiam per locationem, in tẽpus post vitam suam, aut post aduentum tẽporis restitutionis fideicommissi, eaque de causa neuter locare potuit ea bona in longius tempus, præiudicandove successori in tempus successionis illius, quominus liberam, atque omnimodam eorum administrationem haberet, vt de vsufructuario in tempus, quo finitus esset vsusfructus, disp. 489. dictum est. Ita communis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Molina lib. 1. de primog. c. 21. à nu. 1. Ant. Gom. l. 40. Tauri nu. 84. & 2. Tom. var. resol. c. 3. nu 8. concl. 3. Greg. Lopez l. 2. tit 8 par. 5. verb. *el heredero*, & Aluar. Valas. de iure emphy. q. 20. in calce, nu. 19. & colligitur ex l. peto §. prædium. ff. de leg. 2. quod attinet ad fideicommissarium, eademque est ratio de successore in maioratu, & habetur expresse l. si quis domum §. hic subiungi ff. locat. quoad vsufructuarium, eademque est ratio de habente maioratum, & de hærede grauato.

4 Habetque hac † in re locũ regula illa l. lex vectigali, & aliorum similium iurium. ff. de pignoribus, quæ habet; resoluto iure dantis, resolui ius accipientis. Sicut autem in his euentibus successor in maioratu, & fideicommissarius, stare non tenentur locationi factæ per antecessorem in maioratu, aut per hæredem grauatum: ita neq; conductor tenetur continuare cõtractũ conductionis cum illis. Neque enim contractus onerosus, qualis iste est, claudicare debet, sed mutuo obligare debet, aut non obligare, vtramq; partem. Ita Molina vbi supra, nu. 4. cum Pan. & alijs, quos citat. Vnde, cum D. Ant. de Padilla, consilium tradit, vt, si conductor horum bonorum astringere velit successorẽ in maioratu, aut fideicommissarium, vt stent contractui locationis, faciat illos obligari, vnà cum possessore tunc eorum bonorum.

5 Quando † successor non tenebatur stare contractui locationis facto per suum antecessorem, si pensionem eius locationis recipiat, censetur cõsensisse, vt continuetur contractus cum suo prædecessore initus, solũ tamen per annũ, cuius pensionem, aut partem pensionis, suscipit, quando certa pensio erat statuta pro singulis annis. Ita

Molina

Molina vbi ſupra cum alijs, quos citat.

6 Vtrum † autem in his euentibus, conductores agere poſſint ad intereſſe de euictione aduerſus hęredes locatorum, eo quod ſucceſſores ſtare non velint contractui. Molina vbi ſupra à nu. 8. id latè diſputat. Breuiter autem dicendum eſt, ſi conductores ſciebant, iuſtam ve cauſam ſciendi habebãt, res illas eſſe maioratus, aut grauatas reſtitui, vel locatorem ſolum habere vſumfructum earum, aut eſſe vltimum emphyteutam illarum, tunc agere non poſſe aduerſus hæredes locatorum ad intereſſe: qm̃ tunc in contractu illo nulla interuenit deceptio, ſed ſolum cenſetur in id tempus celebratus; perindeq; eſt cenſendus finitus, ac ſi caſu fortuito res locata perijſſet: quare tunc, ſolum tenentur hęredes reſtituere, ſi qd plus penſionis fuit locatori ſolutum, quam pro rata ipis, quod vixit; & conductores ſolum ſoluere tenentur hæredibus, ſi quid minus penſionis ſoluerunt, ęq pro rata eiuſdẽ temporis. Si aũt, vel locatores decepertũt eiuſmodi conductores, quia, quaſi pius iuris in eis bonis haberent, ea bona locauerunt, vel, cum conductores iuſtam rationem non haberent ſciendi eos nõ poſſe ea bona locare in tempus ſuam vitam, id eis expreſſerunt (quod eſt, id non exprimẽdo, vt tenebantur, virtute eos decipere) tunc vtique agere poſſunt ad intereſſe aduerſus hæredes locatorum.

Hoc totum habetur expreſſe l. ſi quis domum, §. hic ſubiungi, iunctis verſiculis ſequentibus ff locati, hoc ſolo excepto, quod ea lege non exprimitur vltimus euentus, in quo virtute locatores decipiunt conductores, non detegendo illis, quæ tunc detegere tenebantur: tametſi in doctrina eius legis id virtute contineatur.

Atque hoc planè eſt, quod Molina vbi ſupra intendit cum alijs, quos citat.

## Vtrum minor ſtare teneatur locationibus factis per ſuum tutorem, aut curatorem: & vxor diſſoluto matrimonio locationibus factis per maritum: & maritus locationibus de bonis dotalibus factis ante matrimonium: ac beneficiarius, aut prælatus, locationibus factis de bonis Eccleſiaſticis per ſuos anteceſſores.

### DISPVT. CCCCXCII.

### SVMMARIVM.

1 *Minor tenetur ſtare locationi factę per tutorem, vel curatorem, et econuerſo conductor, datur tamen reſtitutio in integrum ipſi minori, ſi ſit notabiliter læſus.*

2 *Vxor tenetur ſtare locationi factæ per maritum de bonis paraphernalibus, & tanto magis de iure Caſtellæ, & conſuetudine Luſitaniæ.*

*Quod autem in locatione bonorum dotalium. numero 2.*

*Et quid de iure Caſtellæ, & conſuetudine Luſitanię. num. 4.*

*Et quid econuerſo de marito, an teneatur ſtare locationi per ipſum factæ de rebus dotalibus. nu. 5.*

6 *Prelatus, & beneficiarius an teneantur ſtare locationibus, de rebus Eccleſiaſticis factis per eorum prædeceſſores.*

1 QVod † ad minorem attinet, conueniunt doctores, finita tutela, aut cura, teneri, tam ipſum, quam hæredes ipſius, ſtare locationibus factis per tutorem, aut curatorem, & ècontrario, conductorem, & ipſius hæredes, teneri ſtare contractui prædicto minori, etiam ſi factus ſit iam maior, & hæredibus illius:

Ratio eſt, qm̃ quando aliquis eſt legitimus adminiſtrator nomine alieno rerum aliquarum, vt ſunt tutor, curator, & procurator, tũc is, cuius nomine eas res adminiſtrat, non ſecus tenetur ſtare contractibus per illum factis, quam ſi ipſe illos celebraſſe. Ita Ant. Gom. 2. to. var. reſol. c. 15. nu. 5. cum communi doctorum ſententia, quam referunt, argumento l. ſi tutelæ. ff. de adminiſtrat. tutor. Si tamen minor comperiretur notabiliter læſus, concederetur ei reſtitutio in integrum.

Ex doctrina tradita de minore, colligit Antò. 2 Gom. vbi ſupra, cum † maritus, paraphernalia bona vxoris adminiſtret, non nomine proprio, ſed vxoris, tanquam procurator illius, teneri vxorem ſtare locationibus factis circa ea bona paraphernalia per maritum. Quamuis autem id ex eo capite colligatur ſtando in iure communi, eo quod de iure communi adminiſtratio paraphernalium bonorum non competat marito, ſed vxori, atque adeo, ſi maritus ea adminiſtret, id ſit de conſenſu vxoriſque nomine, quia tamen de iure Caſtellæ, & de conſuetudine Luſitaniæ, quando matrimonium celebratum fuit contractu arrharum & dotis, adminiſtratio bonorum paraphernalium competit marito tanquam familiæ capiti, & tanquam præcipuo in ſocietate bonorum inter ipſum, & vxorem comparatione lucrorum, vt, dum de contractu ſocietatis inter coniuges habitus eſt ſermo, latè explicatum eſt, vtique ex longè diuerſo capite, quòd proxime explicabimus, tenetur vxor in his Regnis ſtare locationibus eorum bonorum factis per maritum.

3 Quod † ad vxorum attinet comparatione locationum, quæ à marito conſtante matrimonio de bonis dotalibus ſunt factæ, communis doctorum ſententia, quam referunt Conar. 2. var. reſol. c. 15. nu. 5. & Ant. Gom. 2. to. var. reſol. c. 3. nu. 8. concluſ. 1. eſt. Io primis maritum, aut ipſius hæredes, teneri conductori ad intereſſe, ſi per vxorem, aut hæredes vxoris, diſſoluto matrimonio expellatur: neque conductorem poſſe aduerſus vxorem, aut hæredes illius, quicquam excipere, vt perſeuerare in contractu poſſit.

Deinde vxorem, hæredeſque ipſius, teneri ſeruare indemnem ea in parte maritum, atque adeo teneri ad alterum duorum, nempe, vel ad non expellendum

pellendum conductorem, vel ad reddendum maritũ indemnem, soluendo loco illius interesse. Atque hæc omnia probat aperte l. si filiofamilias. §. si vir in quinquennium. ff. solut. matr. vbi Paulus iurisconsultus sic ait. *Si vir in quinquennium locauerit fundum, & post primum forte annũ diuortium interuenerit, Sabinus ait, non alias mulieri fundũ reddi oportere, quam si caueris, si quid post vnius anni locationem maritus damnatus sit, id a se præstitũ iri.* Panorm. verò, & pauci alij, affirmant, non minus teneri vxorem stare locationi factæ per maritum, quam minor stare teneatur contractui facto per tutorem, aut curatorem: eo quod maritus ea bona administret tanquam curator vxoris, eorumque bonorum.

Ad quod alij rectè respondent, maritum, perseuerante matrimonio, administrare ea bona, proprio nomine, tanq; illorum vsufructuariũ toto eo tẽpore, eaque de causa contractum illum non transire ad vxorem dissoluto matrimonio. At certè, si maritus ea bona administrat tanquã illorum dñs, atq; vsufructuarius illo tpe, nõ video, cur teneatur ad interesse, si conductores sciebant ea bona esse dotalia, scireve id debebant, aut si illis id ignorantibus, explicauit tpe contractus prout tenebatur, vt vtrumque de maioratus possessore, atque de vsufructuario, & hærede grauato, aliquid locantibus, disput. præcedente dictum est: si verò id illis prorsus ignorantibus, non explicauit, vt tenebatur, non video, cur vxor teneatur seruare illum indemnem; successor verò maioratus, proprietarius & fideicommissarius, non teneantur seruare antecessorem in maioratu, vsufructuarium, & hæredem grauatum, indemnes.

Ad hæc non video quid aliud commodius dici possit, stãdo in iure cõi, quam idcirco de iure cõi, mediam illam viã. §. si vir in quinquennĩ, electã fuisse, quod contractus matrimonij exhibitionis dotis quo ad vsumfructũ toto tpe matrimonij, pro sustentanda vxore, sustinẽdis q; onerib. matrimonij, in cõmodum vir iusq; coniugis celebratus sit.

4 De † iure autem Lusitano, quando matrimonium celebratum fuit cõtractu meditetatis bonorum, & de iure Castellæ, & consuetudine Lusitaniæ, quando celebratum fuit contractu arrharũ, & dotis, dicendum est, vxorẽ stare teneri locationibus factis per maritum, siue de bonis dotalibus, siue de bonis paraphernalibus. Ratio autem est, qm̃ eiusmodi locationes communi nomine, atq; in vtriusque vtilitatem in ordine ad lucra, celebratæ sunt à marito tanquam à familiæ, & societatis capite, vniuersaliq; eorum bonorum administratore de iure eorundem Regnorum. Quãuis aũt dissoluto matrimonio, societas illa bonorum dissoluatur, ea tñ, quæ perseuerante societate capta fuere tenentur socij adimplere post finitã societatem, vt disp. 414. dictum est. Si tñ inter bona vxoris reperiretur bonum aliquod vinculũ matrimonium; morte vxoris dissolueretur, tunc successor in eo bono vinculato nõ teneretur stare locationi factæ de illa re, esto vxor in eam locationem consensisset, aut vxor de licentia mariti eam rem locasset, vt disputatione præcedente dictum est.

5 Quod † verò ad maritum attinet, vtrum scilicet stare teneatur locationibus factis de rebus dotalibus ante cõtractum matrimonium, Couar. nu. 5. citato cum alijs, quos citat, affirmat, non teneri stare: eo quod successor sit particularis in eis bonis, sicut emptor, donatarius, & legatarius, de quibus oĩbus disp. 490. ostensum est, non teneri stare eiusmodi locationibus: tametsi cõtrariũ dicat asseuerate glo. L. diuortio in prin. verb. sequantur. ff. sol. matr. q̃ non solum censet amplectendam, sed etiam ait esse in praxi receptam qñ maritus tempore celebrationis matrimonij sciebat eas res locatas esse qm̃, inquit, tunc censendus est consensisse in locationes præteritas. Meo tamen iudicio, glossa, quam Couar. citat, nihil tale affirmat.

6 Quod † denique attinet ad prælatũ, & beneficiatum, num stare teneatur locationibus de reb. Ecclesiasticis factis per suum prædecessorem, dicendũ est. Si prælatus, aut beneficiarius locet res suæ dignitati, aut bñficio, deputatas ad proprios ipsius reditus, & sustentationem, tunc successorẽ non teneri stare locationi factæ per talem prædecessorẽ in ea prælatura, aut beneficio: sed neq; cõductorem tunc teneri stare eidem contractui, continuando illum cum successore, vt vtrumq; de successore in maioratu, & de fideicommissario, disputatione præcedente dictũ est: finitur. n. cõtractus eo ipso, q̃ dignitas illa, aut aliud beneficium Ecclesiasticum, quacunq; tõne transit in successorem, sicut de locationibus factis per anteriorem possessorem maioratus, aut per hæredem grauatum, disputatione præcedente dictum est, finiri eo ipso, q̃ maioratus, aut fideicommissum, transit in alium. Etenim locatio illa fit à prælato nomine proprio, & de reb. de quibus pacisci non potest, nisi in tẽpus vitæ suæ, sicut de similibus locationibus factis ab anteriore in maioratu, & ab hærede grauato, disputatione præcedente dictum est.

Idẽ intellige, si cõmendatarius locet commendam, aut rem ad illam attinentẽ: successor quippe stare non tenetur ei locationi, neque cõductor tenetur continuare contractum cum successore in tali cõmenda. Ita gl. cõiter recepta. c. vlt. ne prælati vices suas, Couar. 2. var. res. c. 15. nu. 6. Molina lib. 1. de primog. c. 21. nu. 2. & cõis doctorũ sniã. Si verò prælatus, aut beneficiarius, locent res, non ad ipsorũ reditus proprios attinẽtes, sed pertinẽtes ad suã Ecclesiam, aut monasterium, tanquam legitimi eorũ bonorum administratores, locentq; illas in tẽpus à iure permissum, seruataq; solemnitate ad id requisita, iuxta ea, quæ à disp. 464. præsertim disp. 466. dicta sunt, tunc successor stare tenetur contractui, & conductor similiter continuare tenetur contractum cum successore. Si tamen Ecclesia notabiliter læsa comperiatur, petere poterit beneficium restitutionis in integrum.

Hæc omnia ex eo probãtur, quoniam perinde se habuit eiusmodi administrator in ea locatione, atq; curator in locatione bonorũ minoris, aut quicunque alius legitimus procurator in locatione eorum, bonorum ad quæ locanda constitutus est procurator; quare sicut illi, quorum nomine hi locauerunt, stare tenentur locationi per hos fa-

ctæ,

ctæ, iuxta l. tutelæ. ff. de administratione tutorũ: ita successor in administratione Ecclesiæ, aut monasterij, stare tenetur eiusmodi locationibus factis per prædecessorem. Idemque est dicẽdum de rectore, seu administratore, bonorum hospitalis, ciuitatis, aut alterius loci, qui similiter bona aliqua nomine hospitalis, ciuitatis, aut alterius loci, administrat: successores quippe in ea administratione, tenentur stare contractibus per eos factis. Ita glossa citata, Coua. vbi supra, & doctores communiter. Lege quæ de locatione bonorum Ecclesiasticorum cum eodem Couar. & Molina disp. 466. citata, circa hoc diximus.

## Si res locata pereat, aut ex quocumq; alio impedimento conductor vti, aut frui, ea nõ possit, quousq; locator, & conductor teneantur, aut nõ teneantur, vnus alteri.

## DISPVTATIO CCCCXCIII.

### SVMMARIVM.

1 *Locata res si pereat, aut ex alio quocunque impedimento conductor ea uti, ae frui non possit, quousque locator, & conductor adinuicem teneantur.*
2 *Locatoris scientia de periculo rei non sufficit, vt conductor à denunciatione excusetur.*
3 *Conductor ut a solutione pensionis liberetur propter periculum rei, quid sufficiat.*
4 *Conductor an cessante bello, & alio periculo rei, teneatur continuare rem conductam.*
5 *Locatæ rei impedimentum oriens ex parte conductoris, non liberat eum a solutione pensionis.*
6 *Locata res si pereat, aut eripiatur culpa locantis, tenetur locans ipse conductori ad omnia damna, & etiam interesse lucri cessantis.*
7 *Locator, qui conductori ad interesse lucri cessantis tenetur, an teneatur etiam ad interesse extrinsecum.*
8 *Locata res si sit euicta, ad quid locator conductori teneatur.*
9 *Locans operas suas alicui, fideliterq; non laborans, ad quid conductori teneatur.*

QVando res locata casu fortuito perit, aut sine culpa locatoris eripitur de potestate conductoris, ita qđ ex parte neutrius ad fuit culpa, neq;
1 locator potuit id impedire, tunc † conductor solũ tenetur ad pensionẽ pro rata temporis, quo re cõducta fuit vsus: locator verò nihil tenetur conductori, nisi ad restitutionẽ pẽsionis, si plus acceperat, q̃ pro rata eius tẽporis ipsi debebatur. Eadem rõne, si superueniat aliud impedimentum ad vsũ, ac fruitione rei locatæ tenẽs se ex parte rei ob circumstantias superueniẽtes, aut quę ignorabantur, vt si domus cõducta minetur ruinã, aut quia, propter superuenientẽ pestem, aut hostes, non est tuta habitatio, in ea, hisq; de causis iusto timore deseratur, vel ob metum spirituum malignorum, ac phantasmatum, quæ ibi apparent, vel alijs similibus de causis merito deseratur, conductor solum tenetur ad pensionem pro rata temporis, quo iusto timore, meritoque illam deseruit. Eodem modo, si quis famulum conducat, & quòd is famulus in morbum incidit, vt non possit obsequijs illius, non tenetur illi soluere pensionem pro rata temporis, quo non potuit eo vti.

Hęc omnia colliguntur, ac constant, in primis ex l. item quæritur. §. exercitu. ff. locati. Vbi habetur, si exercitu veniente, conducto, migrauit, ac deseruit prædium, quod habebat conductum, & milites, cum ibi hospitarentur fenestras, & reliqua abstuletunt, non teneri cõductorem ex locato (intellige, nisi quo ad mercedem pro rata temporis) modo tamẽ nunciauerit locatori, ac restiterit, si nunciare potuit (vt ibi subiungitur) ac sine suo periculo resistere, & vitare damna potuit: si enim nunciare potuit, ac sine suo periculo potuit resistere, & vitare damna, & non fecit, tunc tenebitur ex locato, tum ad integram mercedem, tum etiam ad damna subsequuta, vt ex eo textu liquet.

Credo tamen, si ex eo, quòd nũciaret locatori suum discessum propter hostes, aut ob aliud periculum, locator nihil reparasset inde damni, neque quoad mercedem, neque quo ad alia, ad nihil tũc illi teneri conductorem in foro conscientiæ: sed neq; in exteriori, si id in exteriori foro etiam constaret aperte. Consentit Alua. Valas. de iure emphyt. q. 27. in calce nu. 13. cum alijs, quos refert:
2 vbi addit, quando † pro futura esset denunciatio, non sufficere scientiam locatoris, vt conductor à denunciatione excusetur.

In eodẽ numero rectè affirmat, habere prædicta verũ, siue bellũ iustum sit, siue iniustum; modò cõductor causam illi nõ præstiterit, vt nu. 17. cũ alijs, quos citat, subiungit. Si tñ quis, præsente iam bello, aut alio periculo, aliquid cõduceret, tũc non excusaretur à pensione soluenda, si propter tale bellum, aut tale periculum, rẽ conductã desereret, nisi periculum augeretur, longeq; plus, quã sperabatur, accresceret. Ita cum alijs, quos citat, recte Alua. Valas. ibidem, nu. 18. subiungit, & affirmat glos. l. habitatores, §. vltim. verb. verè ff. locati. Prædicta deinde colliguntur, ac constat ex l. habitatores §. vlti. ff. locat. cuius verba, sunt. *Si iusta causa fuisset, cur* (cõductor *scilicet*) *periculum timeret, quamuis periculum vere non fuisset, tamen non deberè mercedem. Sed si causa timoris iusta nõ fuisset mercedem nihilominus eum habere.* Vbi vides, satis esse conductorem deserere rem conductam ob iustum timorem, vt à solutione pẽsionis liberetur, esto non euenerit, quod iuste timebatur.

Consentit l. Pedius, in prin. ff. de incẽdijs, & affirmãt multi, quos Alua. Vala. nu. 13. citato refert ac sequitur. Itẽ prędicta oĩa copiosius colligũntur, ac cõstant, ex l. si fundus, & ex duobus sequẽtibus, iunctis l. si vno. §. itẽ cũ quidã, ff. locat. & ex l. 21. tit. 8. part. In hactenus dictis cõueniunt Nauar. in Manu. c. 17. num. 187. Couar. de pract. qq. q. 30. nu. 3. vbi *de peste* loquitur, bello, & quacunq; alia causa iusta, & 4. var. resol. c. 6. vbi de iusto timore ob spiritus malignos, ac phantasmata idem affirmat, refertque ita in Granatensi prætorio fuisse

iudicatum

indicatum, & lib. 3. var. resol. c. 13. nu. 8. vbi cõi doctorum sententia de famulo ægrotãte, quod dictum est, affirmat, ac probat, reiecta paucorũ contraria sententia, Alua. Vala. de iu. emphy. vbi sup. & nu. 21. & 22. & q. 22. n. 6. & 7. Syl. ver. locatio, q. 12. Ant. Gom. 2. tom. var. resol. c. 3. nu. 1. 2. & 3. & alij, quos citant. Panor. verò c. pp sterilitatem, de locato nu 8. ait, quamuis propter pestem relinqui domus possit, neque conductor teneatur pensionem soluere, vix tamen in praxi posse id obtineri. Coua. nu. 3. citato subiungit, huic Panormitani asserto concinere, quod Matthæus de Afflictis refert, nẽpe senatum Neapolitanum tempore Alfonsi Secundi statuisse, propter pestem conductores immunes non esse à solutione pensionis. Doctores tamen citati constanter asseuerant, immunes in eos esse. Et Couar. ibidem, & Aluar. Valas. nu. 6. citato aiunt, decretum illud Neapolitanum ad constitutiones eius Regni spectare, contrariumque, iuxta iuris ciuilis dispositiones, esse in alijs Regnis amplectendum.

Quæst. Vtrum autem cessante bello, aut peste, vel alio periculo, pp quod deseruerat quis rem conductã,
4 teneatur † continuare contractum locationis, si adhuc supererat tẽpus iuxta contractum à principio initum. Coua. nu. 3. citato cum alijs, quos citat, aduersus quosdam asseuerat, teneri continuare contractum, eandem opinionem amplectitur Aluar. Valas. q. 22. citata, nu. 6.

Decis. Arbitror tñ distinguendum esse. Qm̃ res non sit integra, eo quòd locator inuenit, qui idem cõduceret, ét in tps, quo prior cõductor erat absens vtique neque prior conductor cogere pót locatorem, vt secum continuet contractum; ea enim de cã conductori illi fuit iniunctum onus locatorem admonendi de suo discessu, vt locator sibi cõsulere posset, ne id detrimentum pensionis pateretur; neque item locator cogere potest conductorem.

Si verò res adhuc sit integra, & nihil sit, quod persuadeat, conductorem non esse cogendũ continuare cõtractum, tunc cõductor, & locator mutuo se cogere possunt, continuare contractum, vt
6 Cou. & Alua. Vala. affirmãt. Si aũt aliquid, sit, q̃ spectatis circumstãtijs cõcurrentibus, persuadeat cõductorẽ non esse cogendum continuare cõtractũ, vt qa pestis, aut bellum, multo tpe perseuerauit, & conductor longe migrauit, neque sibi iam expedit redire in eundem locum, & similia alia, tunc non arbitror illum esse cogendum cõtinuare cõtractum: qm̃, si à principio deductum fuisset in pactũ, quòd in eo eueniente teneretur continuare cõtractum, vtiq; id non acceptaret: in cõtractib. aũt, sicut & in alijs reb. nõ censetur id in vniuersali pactione comprehensum, q̃, si in particulari fuisset deductum in pactum, non acceptaretur.

Quando res conducta ante impletũ tempus, pro quo erat locata, reddita esset notabiliter ad id deterior, ad quòd fuit conducta, neque refici, aut reparari id posset, tunc relinqui posset à cõductore, aut posset cogere locatorem vt proportionabiliter, comparatione eius, quod minus vtilis redditus est minuere de pensione. Ita habetur l. habitatores, in prin. & l. si merces. §. si vicino. ff. locati.

Non immeritò dixi supra; si superueniat impedimentum ad vsum, ac fruitionem rei locatæ,
5 tenẽs se ex parte rei qm̃ † si impedimentum sit ex parte eius, qui illam conduxit, qui (si res conducta, verbi gratia, sit domus) nõ pót illam habitare ob casum, ac circumstantiam superuenientem ex parte ipsius, vel si conduxit operas alicuius non pót illis vti, quia illis iam nõ indiget, vel qua necesse sibi fuit ob suum commodũ, aut fugiendum damnũ suum particulare, aliò migrare, esto hæc casu fortuito aduenerint, tenetur ad pensionem integre soluendam locatori, nisi cum eo consentiente paciscatur, vt remittat aliquid ratione potestatis, q̃ illi faciat locandi idẽ alicui alteri, vt pót iuxta ea, quæ, dispu. 489. dicta sunt. Ita habetur. l. sed addes. §. cum quidam, & l. qui operas. ff. locati, & affirmant Sylues. q. 12. citata, & Nauar. in Manuali, c. 17. num. 197. & 198.

Quo loco obserua, si locator illud idem locet in idem tps alicui alteri, teneri id deducere de pensione, quam sibi in idem tempus promisit conductor primus: quoniam, vsus ille rei illius in id tempus, ac fruitio illius in id tempus, quam locat, aut quo ad quẽ rẽ locat, non spectat ad ipsum, sed ad primum conductorem: quarè sicut, qui re alienam vendidit, tenetur restituere pretium domino rei, quando tacitè is ratum habet: vt eam vendat: ita, qui pretium pro ea locatione accipit, tenetur illud deducere de pretio, quod ipsi pro eodem vsu, & fruitione primus conductor debebat.

Atque hoc est, quod §. illo citato iubetur. Licet ergo locator ille non teneatur locare alteri rem illam, possitq; accipere integram pensionem à primo conductore, si tñ illam locet, non facta prius transactione, & compositione cum primo cõductore, vtique tenetur deducere de prima pensione pretium, quod pro secunda locatione accipit, nisi primus conductor, quasi pro derelicto vsum illum relinquat, ac fruitionem illius rei toto eo tempore, ad quam habebat ius, & quæ sibi erat debita, etiam vt ipse posset locare eam alteri.

6 Si res locata † pereat, aut reperiatur culpa locantis, aut ab aliquo, qué locans potuit impedire, vel sit locata sciẽte locãte esse alienã, & euincatur, tunc locans tenetur conductori, non solum ad oia dãna, quæ ea de cã illi fuerint subsequuta, sed etiã ad interesse lucri cessantis. Idem intellige de eo, qui locauit operas suas, & culpa sua eas non præstitit: tenetur enim conductori ad totũ interesse, etiam lucri cessantis. Ita habetur L. si in lege, §. colonus, & l. si fundus. ff. locati, & l. 21. tit. 8. par. 5.

Quæst. Vtrum autem teneatur ad interesse lucri cessãtis solum intrinsecum, hoc est, quantum plus in
7 erant valituri fructus, atque vsus rei locatę, quam tempore restitutionis valeant, vel etiam † ad extrinsecum, id est, quantum eis lucraturus erat cõductor negotiando illis Greg. Lopez l. 21. citata ait, teneri solum ad intrinsecum, iuxta l. si sterilis, §. cum per venditorem. ff. de actionib. empt. Addit, nisi; qui conduxit, esset mercator: nam tunc etiam ad intrinsecum teneri affirmat.

Similem aliam eiusdem authoris retulimus opinionem cum Bartol. disputat. 299. qua affirmabat

mabat, mutuatariũ teneri quidẽ ad intereſſe mutuãti, ſi illi mutuũ non reſtituat in termino pſixo; cæterũ teneri illi ſolũ ad intereſſe intrinſecũ, non verò ad extrinſecũ, niſi mutuans mercator eſſet.

Vt autem eã opinionem ibidẽ reiecimus, atque impugnauimus, ſic hęc alia reijciẽda hoc loco eſt; affirmãdumq; eſt, locatorẽ teneri cõductori, etiã ad intereſſe extrinſecũ: qm̃ vere eſt cauſa conductori vtriuſq; damni, atque adeo ſecluſa l. ſi ſterilis, ſtandoq; in ſola rei natura, iureve ſolo naturali, quandocunq; aliquis ſua culpa nõ ſtat alteri cõtractui, præſertim oneroſo, tenetur ei ad totũ intereſſe, etiã extrinſecum, lucri ceſſantis: lex verò ſi ſterilis, §. cũ per venditorem, ſolũ loquitur de cõtractu emptionis, & vẽditionis; & tamquã exorbitans, atque à natura ipſa rei recedens, non eſt ad alios contractus extendenda, vt ſæpè dictum eſt.

8 Si verò† quis bona fide rem aliquã locauit alicui, reſq; illa euicta ſit, locator tunc tenetur petere ab eo, qui illam euicit, vt eã conductori relinquat pro eadem penſione toto tempore contractus locationis, vel tenetur illi tradere aliã æquè bonam ad fruendum toto eo tempore: ſi autem neutrum obtinere, aut efficere potuerit, tenetur remittere conductori de penſione pro rata temporis, quo re locata frui illi non fuerit permiſſum. Ita habetur. l. ſi quis domum. ff. locati, & l. 21. tit. 8. par. 5.

Cum enim vnuſquiſq; contrahentiũ implere teneatur alteri contractũ eo modo, quo potuerit cõmode, locans ad illa duo priora ſub diſiunctione vnius, in defectũ alterius, meritò obligatur, eiſque ſufficienter implet contractũ ex ſua parte eo modo, quo poteſt: quare tunc conductor ſtare etiam tenetur contractui, ac ſoluere penſionem.

In defectum verò illorum duorum, tenetur locator remittere penſionẽ pro rata temporis, quo conductori nõ licuit re locata vti. Idem dicerem, qñ res locata ſine locatoris culpa conſiſcatur, iuxta ea quæ ex l. ſi fundus, diſput. 491. dicta ſunt: tenetur enim locator obtinere vſum illius à fiſco pro eadem penſione, ſi poſſit: alioquin tradere tenetur conductori fruendam rem aliam æquè bonam: & quando neutrum præſtare potuerit, remittendum eſt illi de penſione pro rata temporis.

9 Qui† operas ſuas in diẽ, aut in aliud tẽpus, alicui locauit, fideliterq; nõ laborauit intra limites laboris, ac curæ debitæ, ita qđ prudẽtis arbitrio laborẽ infimũ iuſtũ pro eo ſtipẽdio debitũ nõ attingit, tenetur reſtituere cõductori dẽ ſtipẽdio pro rata eius laboris, atq; operis, qđ præſtare tenebatur, neq; præſtitit: immò verò tenetur ẽt illi reſtituere, ſi quod aliud detrimentũ, ẽt lucri ceſſantis, inde ſubſequutum conductori fuit, vt ſi conductus ad piſcaturam fuit, aut ad aliud ſimile. Ita Nauar. in Manu. c. 17. n. 196. reſq; ex ſe eſt ſatis perſpicua.

## Ex qua culpa conductor locatori, & locator conductori, teneatur.

### DISPVTATIO CCCCXCIIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Conductor locatori tenetur de dolo lata culpa, ac leui, non autem de leuiſſima.*
*Idem in locante operas ſuas. nu. 2.*
*Fallit, niſi aliud inter partes conuentum ſit. numero 3.*
4 *Conductor locatori tenetur non ſolum de ſua propria culpa, ſed etiam ſuorum, & externorum.*
5 *Diligentia à conductore, vel alio ſimili adhibenda, quomodo intelligenda.*
6 *Cuſtos rei quando teneatur de caſu fortuito.*
7 *Conductor quando teneatur de igne, in re conducta caſu fortuito accenſo.*
8 *Pactum, vt quis de caſu fortuito teneatur, an omnes caſus comprehendat.*
9 *Locans vaſa vitioſa, ad vinum, vel aliud ſimile ſeruandum, tenetur ad intereſſe conductori, vinum illorum ignoranti.*
10 *Locans agrum ad paſtum, in quo erant herbæ nociuæ, ad quid conductori teneatur.*
11 *Fullo, tutor, & alij ſimiles, ad quid domino teneantur, pro re corroſa, vel deteriorata.*
12 *Nauis conducta ad merces aſportandas ſi culpa domini perijt, ad quid ipſe teneatur conductori.*
13 *Colonus, ob prauam culturam, fundum, ſeu vineam deteriorem reddens; ad fructus ferendos in tempus futurum, ad quid locatori teneatur.*
14 *Conductor domus non reddens certiorem dominum de vicino nouum opus adificante, vel de domo vicini ruinam minante, in præiudicium domus conductæ, tenetur domino ad intereſſe.*
15 *Conductor quando teneatur de damno in prædio conducto illato ob inimicitias.*
16 *Locans operas ſuas, & induſtriam, quando teneatur locatori ad intereſſe.*
17 *Conducens operarium ad certum totum opus conficiendum, quod caſu aliquo fortuito non potuit perficere, tenetur illi, vel eius hæredibus ſoluere de mercede pro rata eius, quod fecit.*
*Limitatur tamen, vt nu. 18.*
19 *Cuſtodiam habens alicuius rei, pro certa mercede conſtituta, an teneatur etiam de leuiſſima culpa.*
20 *Cuſtos ut non teneatur de cuſtodia, ſeu leuiſſima culpa, quid probare debeat.*

CONductor, qui ad vſum, aut etiam ad fructus, rem aliquam locatam accepit, tenetur† locatori de dolo, lata culpa, ac leui, non verò de leuiſſima, aut caſu fortuito, iuxta ea, quæ diſputatione 295 iuncta diſputatione 293. dicta ſunt. Ratio autem eſt, quoniam hic contractus eſt in vtriuſque partis commodum: quando autem talis eſt contractus, neque aliud inuenitur expreſſum contrahentes ſolum tenentur de dolo lata culpa, & leui: non verò de leuiſſima, aut caſu fortuito. Simili† modo quando aliquis locat operas ſuas circa aliquid alienum, vt ſartor ad conficiendas veſtes, molendinarius, aut piſtrinarius, ad molendum triticum, paſtor ad cuſtodiendum gregem, & varij alij artifices, ac miniſtri, ad aliquid aliud circa rem alienam efficiendum, tunc, ſi eã res ipſorum negligentia pereat, aut deterior reddatur, tenentur de dolo la-

ta,

ta, aut leui culpa, non verò de leuissima, aut casu fortuito.

3 Si tamen † deductum esset in pactum, vt eiusmodi conductores, aut locatores, tenerentur de minori culpa, etiam de casu fortuito, vel etiam vt non tenerentur de tanta culpa, standum esset contractui; modo inde non oriretur aliqua inæqualitas, attento periculo, cui se exponunt, & attenta mercede, quam recipiunt; & modo non deduceretur in pactum, vt non tenerentur de dolo: quoniam id esset contra bonos mores, inualidaq; proinde esset talis pactio, vt hæc omnia, & alia, quæ hoc loco dici poterant, latè disput. 295. & duabus sequentibus, circa hunc, & alios contractus, explanata sunt. In his omnibus conueniunt doctores communiter, & constant ex l. item quæritur. §. si gemma l. si quis fundum, in princip. & §. Celsus, & ex l. sed & damno, ff. locat. ex §. vlt. Inst. quib. mod. re contr. oblig. & ex l. 7. & alijs vsque ad 17. tit. 8. par. 5.

Sunt verò in maiorem horum lucem addenda nonnulla, quæ in iure sunt expressa. Lege, videamus, in princip. iuncta l. qui insulam, §. vlt. ff. locat. habetur, conductorem † teneri locatori; non solum de culpa sua propria, sed etiam de culpa 4 suorum, atque etiam externorum, quos induxerit in domum, aut in similem prædium locatum.

Item l. si merces, § qui columnam. & locati, habetur, si quis conducatur ad columnam asportandam, aut ad transportanda vasa, vini, aut olei, aut res alias similes, quales essent vasa vitrea, teneri eũ ad diligentiam, ne perclitentur, ac frangantur, qualem diligentissimus adhiberet: atque, tum ex his verbis, tum etiam ex antecedentibus, & sequentibus, totum videtur textus illo excludere casum fortuitum, atque eo comprehendere culpam, etiam leuissimam.

Et hoc ipsum statuere vt apertè l. 8. tit. 8. par. 5 5. glo. in Accursij, §. illo citata † exponit, diligentissimus, id est, diligens, ita vt si solũ comprehendatur culpa leuis, iuxta regulam traditam, multisque iuribus disputat. 295. comprobatam. Ac sanè hæc expositio, & opinio mihi probatur, quæ intelligenda est, modò diligentia apponatur, qualẽ diligens apponeret, prout postulat res, quæ asportatur, maiorem quippe curam exigit columna marmorea elaborata in asportante, ne frangatur, quã res aliæ cõtent, & similiter maiorem curam, ac diligentiam postulant vasa vitrea, aut doliũ vino, vel oleo, plenum, quam res aliæ communiter.

Ducor ad hanc expositionem, atque opinionẽ amplectendam, non solum ob Accursij authoritatem, & quia, vt idẽ Accursius ibidem rectè ait, in iure, diligentia, quæ culpæ leni opponitur, sæpè exprimitur illis verbis: sed etiam, quoniam Instit. de locat. §. penult. cum sermo sit de vestimento, argento, & iumento conducto, simili modo exprimitur diligentia, ad quam conductor tenetur, similiq; modo Accursius illam ibidem exponit: nemo autem dixerit, conductorem iumenti teneri de culpa leuissima in illo curando, ac custodiẽdo, nisi apertis alijs iuribus velit repugnare, irrationabilemq; exceptionem in iumento, aut vestimento, vel argento, efficeret à regula generali huius contractus.

Ducor præterea, qm̃ in eiusmodi iuribus, quæ aliquid exorbitans a rationabilibus, ac generalibus regulis sonãt, licita est violenta aliquo modo interpretatio, vt iura iuribus consentiant, vel fortè §. qui columnam, & l. 8. citata, id tantum significare voluerunt, vix, aut ne vix quidem, distingui posse culpã leuissimã à leui in his rebus, quæ ex ipsa rei natura maiorem postulant diligentiã, quam cõem; quasi culpa, quæ in alijs rebus asseruandis esset leuis, in his rebus ad limites leuis non pertingat: atque ita nulla in his rebus est exceptio à regula contractus locationis, & conductionis.

Quamuis pactum non esset inter locatorem, & cõductorem, vt alter eorum de casu fortuito teneretur, si tamen, qui † custodire rem tenebatur, aliquod aliud pactum est transgressus, idque occasio fuit, vt res casu fortuito periret, tunc de tali casu fortuito tenetur: secus autem, si id occasio non fuit, vt res eo casu fortuito periret, quia simili modo, ea occasione sublata, res erat peritura. Exempla sunt, l. videamus. §. si hoc, & §. vlt. ff. locati. 6

Si enim † inter locatorẽ, & conductorẽ conuenit, vt nullus omino ignis esset in re conducta, vtique, si ignis ibi esset, & ex illo casu fortuito sine vlla culpa cuiusquam res conducta exureretur, teneretur conductor eo casu fortuito: quoniam ignis ille, à locatore prohibitus, occasio fuit eius incendij. Sin̄ solũ inter eos cõuenisset, vt ibi esset solũ ignis innocens, id est, vnde periculum nõ immineret, tunc cõductor non teneretur de eo casu fortuito: qm̃ nulla fuit transgressio pacti, quippe ignis ille innocens fuit. Vtrumq; hæc §. si hoc, citato, iuncta antecedente, l. si quis fundum, §. 7

Aliud exemplum est, si conuenit inter locatorem, & cõductorem, vt in prædio aliquo fœnum committeretur, cõductorq; id transgressus est, & casu fortuito ignis succedit fœnum, prædiumque exustum est, tenetur conductor de eo casu fortuito, qm̃ transgressio illa occasio fuit illius fortuiti casus, vt habetur. §. vltimo citato. Simili modo, si quis conduxit aliquid in tps certum, trãsacto q; eo tpe, in mora fuit rem restituendi, idque occasio fuit, vt casu fortuito ea res periret, quia si restituta fuisset, eua fisset periculum illud, nec periret, tenetur de eo casu fortuito. Intelligo, si detinuit inuito locatore: secus si præsumebat illum non esse inuitum, req; ipsa inuitus non erat.

Sin̄ res simili modo casu fortuito erat peritura, tunc, quia transgressio pacti occasio nõ fuit, quod casu fortuito periret, non tenetur cõductor de eo casu fortuito, vt fusè disp. 295. comprobatũ est, eaque de causa in hoc probando, autoribusq; huius nostræ sententiæ citandis, hoc loco non immoror, atque iuxta hæc accipiendum est, quod habetur l. 8. Castellæ citata. Hinc intelliges, quid dicendum sit in sequenti euentu. Conduxit quis equum ad iter ea lege, vt solum septẽ leucas quotidie in eo conficeret: confecit verò octo, & mortuus est. Quæritur, num teneatur restituere pretiũ illius locatori.

Dicen-

Dicendum est, teneri quidē, si id cā, aut occasio fuit, ꝙ morereturi: secus autem, si neque causa, neq; occasio fuit, quod morereturi, qa simili modo erat moriturus, vt regulariter eueniet, si morbo interijt: neq; enim cōficere vnam leucam, vltra septem, sufficiens cā esse solet, vt moriatur, qñ alioquin non esset similiter moriturus.

Illud insuper est obseruandum, num, quando
8 † pactum interuenit, vt aliquis de casu fortuito teneatur, id intelligatur de omni, an de aliquo, aut aliquibus. Ex circumstantijs enim concurrentibus est iudicandum, ad quos casus fortuitos se intenderit quis obligare vi contractus, qñ id sufficienter non exprimitur: neq; ad plures iudicādus est se intendisse obligare, quam circumstātiæ concurrentes persuadeant. Vt si aurifex gemmam insculpendam, aut includendam in auro susceperit, atque timore domini, ne illam insculpendo, ac includendo in auro, eam frangat, se ad casum fortuitum astringat, vtique de solo casu fortuito fractionis eam insculpendo, atque includendo in auro, est intelligendum, non verò de alijs: atq; hoc sonant l. item quæritur. §. si gemma, ff. locat. & l. 10. tit. 8. par. 5. Vtrum autem teneatur ad insolitos, & inopinatos, quando de eis in particulari non est facta mentio, an verò tantum ad solitos; atque opinatos, dispsequenti dicetur.

Lege, sed addes, §. 1. locat. & l. 14. tit. 8. par. 5.
9 hī. Eum, qui vasa † vitiosa locauit ad vinū, oleū, vel aliud simile, in eis asseruandum, teneri ad interesse conductor ignoranti vitiū illorū, & si locator vitiū ignorauerit. Et idē do vēdēte ad id similia vasa vitiosa hī l. tenet. §. sed si vas. ff. d ac. emp.

Duobus † tñ iuribus primo loco citatis cōtrarium nihilominus statuitur de eo, qui locauit ad pastum agrum, in quo erant herbæ nociuæ qm̄, si sciebat ibi esse eas herbas, neq; admouit conductorem, tenetur illi ad damna subsequuta: si verò ignorabat eas ibi esse, non tenetur conductori ad dāna subsequuta: cæterū nullum pretium ei debetur pro locatione eius agri; atque, si id deceperat, tenetur illud restituere. Ratio huius postremę sanctionis vī esse, qm̄ ager ille nullo pretio est dignꝰ pro locatione ad pastum, cum ad id nō inseruiat, sed noceat. Quòd verò attinet ad vasa locata, aut vendita, qñ locator, aut locator, aut vēditor, ignorabat vitium, idcirco est id sancitum, qm̄ attendere debebat qualia vasa tradebat, lexque illa præsumit ignorantiam illam esse culpabilem in eo, qui vasa vitiosa ad id vendidit, aut locauit: non verò in eo, qui agrum nociuum ad pastum locauit, de quo nullus antea id fuerat expertus. Quia ergo lex illa in præsumptione fundatur, vtique in foro cōscientiæ vim non habet, qñ arbitrio prudētis, nulla adfuit culpa ex parte ea vasa vendentis, aut locantis: sed in foro exteriori vim habebit, si de contrario præsumptionis in eo constet. Ita Nauar. in Man. c. 17. nu. 196. & Sylu. ver. locatio. q. 18.

Quando tñ quis venderet, aut locaret, eiusmodi vasa pro non vitiosis, ita qđ se ita vendere, aut locare exprimeret, tunc vtique, esto ipse vitium inuincibiliter ignoraret, teneretur conductori, aut emptori ad interesse, damnaq; subsequuta, vt expresse hī l. tenet, §. sed si vas. ff. de act. empt. & affirmant doctores citati; qm̄ eo ipso in se censetur suscipere, si quæ dāna inde fuerint sequuta.

Lege, itē quęritur, §. si fullo, & l. si quis fundū.
11 §. Celsus, ac l. 12. tit. 8. par. 5. hī, si quis † rem aliquam acceperit ad aliquid circa illā pro munere suo faciendum, aut exercendum, vt sartor vestes suendas, fullo pannos ad lauandum, tingens ad eos tingendum, & ita de cæteris, atque vel rem illam commutauerit tradendo vni, quod erat alterius, vel in potestate illius aliquid detrimenti ei acciderit, vt quia à muribus fuit corrosa, etiam si ex ignorantia ipsius id euenerit, teneri, vel aliam æquè bonam, vel valorem illius restituere domino talis rei. Glossæ Accursij ibidem eam rationē huius sanctionis reddunt, quia semper p̄sumitur culpa, saltē leuis, ob inaduertentiā, aut ignauiam.

Quod si iura illa in ea præsumptione fundantur, tanè, qui res ita accepetunt, ad restitutionem non tenentur in conscientiæ foro, si culpa, saltem leuis, ex parte ipsorum non interuenit, immo neque in exteriori, si in eo sufficienter constet contrarium eius, ꝙ ea iura præsumūt: res. n. eiusmodi, si sine culpa eas accipientis pereant, non ipsi, sed dño illarum pereunt, secluso pacto in contrarium: quare, nisi ex pscripto harum legum accipiens cum eo onere cēseatur eas accipere, vt teneatur etiam ex illa ignorantia, & inaduertentia inuincibili, vtique ad restitutionem non tenetur.

12 Quod † quis conduxerat nauim ad merces asportandas, si dominus nauis, artis nauigandi imperitus, sine magistro nauigationem fecit, aut in nauigatione magistri consilium sequi noluit, eaque de causa nauis perijt, tenetur conductori ad interesse. Si etiam transtulit merces in aliam nauim deteriorem sine consensu domini mercium, & hæc alia nauis perijt, tenetur etiā domino mercium ad interesse.

Hæc oīa habentur l. item quęritur, §. 1. & 2. ff. locat. & l. 13. tit. 8. par. 5. iuncta l. vlt. §. si ea conditione. ff. ad l. Rodiam. Quod si in aliam nauim æquè bonam, aut meliorem, eas transtulit, sed reclamante, atque inuito domino mercium, & hæc alia nauis perijt, etiam tenetur domino mercium ad interesse: quia transferendo illas in aliam nauim, inuito domino mercium, occasio fuit, quod perirent, iuxta ea, quæ ex l. videamus. §. si hæc, & §. vlt ff. locati, supra dicta sunt. Si verò domino mercium inscio, aut non reclamante, id fecit, non tenetur, vt habetur l. item quæritur. §. 1. ff. locati. & consentit. l. 13. citata.

Quod si inscio, aut non reclamante domino mercium, eas transtulit in aliā nauim, quę in eundem locum tendebat, & sine nautarum culpa vtraque nauis fecit naufragium, tunc dominus nauis nō tenetur domino mercium ad interesse: qm̄ similiter merces erant periturę, esto mansissent in priori naui, neque translatio illa occasio fuit, quod perirent. Ita habetur l. vlt. §. si ea conditione, ver. Paulus. ff. ad l. Rodiam.

13 Quando is, qui † conductum habet prædium rusticum, ob intempestiuam, aut prauā illius culturā, deterius illud redderet ad fructus in futu-

rum

rum tps fer. dos, vt si vineam, quo plures fructus ipe locatio s ferret, ita putaret, vt deteriorem illam in fe. mens tps redderet, teneretur locatori de dãno date. Itẽ si arbores plus. q̃ pro rõne coloni, scinderet, ac destrueret, vel si, auulsas vi tempestatis, sibi contra domini voluntatem assumeret, & denique si quod damnum prædio ob suam culpã, vel negligentem custodiam, obueniret, vt si pateretur seruitutem, eo prædio debitam præscribi, teneretur, de dãno ea ratione domino prędij subsequuto, vt hĩ l videamus, §. 1. vers. item prospice-
24 re. ff. locat. Et † eadem rõne, si vicinus aliquid faciebat, ob q̃ dominus domus de nouo opere nunciare optimè poterat, neque conductor illũ ignarum admonuit, vt sibi eo, vel alio, modo prospiceret, vel si domus vicini minabatur ruinam, q̃ præiudicium domui locatæ poterat afferre, & conductor cautionem non petijt de damno infectuo, neque certiorem fecit dñm domus, vt sibi prospiceret, tenetur illi conductor ad interesse. Ita colligitur ex ver. rẽ prospicere, citato, & affirmat Ant. Gom. c. 3. citato, nu. 20. cum alijs, quos citat. Præterea, si † pp inimicitias quas aliquis cum ipso ha-
25 beret, aliquod damnum ab inimico inferetur prędio, teneretur de illo damno: ita tñ quod si ipse causa fuit inimicitiarum, teneatur simpliciter de eo damno: si verò ipse inimicitiarum non fuit cã, solum teneatur, si non adhibuit competentem curam, ac custodiam, ne tale damnum inferretur. Si aũt pp inimicitias cum dño agri, aut pp inimicitias publicas damnũ inferatur, tunc ipse non tenetur ad tantã custodiam, dñsque agri apponere tenetur, aut soluere, maiorem custodiã ad id necessariam, q̃n inimicitiæ sunt secum: quando verò sunt cum cõitate, contribuere tenetur ad eam maiorem custodiã Hæc omnia habentur l. si merces §. cõductor, & §. culpa, & l. & hæc dist. §. vlt. ff. locati, & l. 7. tit. 8 par. 5. iuncta gl. Greg. Lopez ibi.
26 Qui exercitium † artis alicuius profitetur, eo ipso sufficientem ad id peritiam censetur promittere, seq; cõperentem adhibiturum diligentiã, quarè, si ob suam imperitiam, quia. s. non tãtam ad id peritiam habebat, quantam communiter habere solent hoĩes suæ artis, vel ob suam negligentiam, rei sibi, iuxta suam artem commissæ detrimẽtum aliquod afferat, tenetur conductori operæ, atque industriæ ipsius, ad interesse. Ita hĩ l. si quis fundum §. Celsus. ff. locati, & l. 10. tit. 8. par. 5.

Qñ conductor aliquis ad quippiam totũ faciẽdum pro aliquo certo pretio, q̃ Castellani *a destaio*, Lusitani verò *de empreita da* vocant, tũc vitiosum id competiatur, vel q̃ nimis festinanter sit effectum, vel quòd non talis, aut non tanta materia sit apposita, qualem, aut quantam, apponi oportebat, vel aliqua alia de causa, tunc, adhibitis arbitris in ea re peritis, est iudicandum, num vitiosum id sit, necne: comperto aũt vitiosum esse, is, qui suam ad id operã locauit, tenetur ad interesse. Siue autem aliquis eo, vel alio modo, ad id locauerit operã suã, paciscens tñ cum conductore, se tale illud effecturum, vt placeret, atque approbaretur à conductore; perinde reputatur tale pactum, ac si approbatio boni viri arbitrio cõmitteretur. Quare, si postea conductor dicat, id sibi displicere, iudicium-que illud irrõnabile esse, is contendat, qui suas operas ad id locauit, eligẽdi sunt boni viri in ea re periti, qui de ea re iudicent, eorũque iudicio erit standum. Si item conductor ferre iudicium differat, cogi debet illud ferre: q̃ si renuat, similiter eligendi sunt alij, qui de eo opere iudicent. Qñ tñ conductor, mercede certa constituta in singulos dies, conduceret aliquem ad aliquid faciendũ ea lege, vt qñcunq; opera illius sibi displiceret, illum repelleret, nec, confecto opere, non auditur, si dicat, sibi displicere, neque esse bene confectũ: qm̃, perseuerando in conductione, illiq; soluẽdo mercedes, cẽsetur approbasse opus illud. Si res, dum conficiebatur, aut postquam erat confecta, anteq̃ à conductore approbaretur, casu fortuito perijt, tunc conductori perit, nisi sufficienter probet, vitium in ea fuisse. Hæc omnia habẽtur l. in lege, in prin. l. opus l. si prius quam l. ea lege §. locauit, & l. Martius, ff. locati, ac l. 16. & 17. tit. 8. part. 5.

27 Qñ † quis locauerat se, ad certum aliquod totum opus conficiendum pro aliqua certa mercede, & casu fortuito nõ potest id absoluere, vt quia mortuus est, tunc illi, aut hæredibus illius, soluendum est de mercedẽ solum pro rata eius, q̃ fecit. Ita hĩ l. 9 in fine tit. 8. p. 5. & vt ibi Greg. Lopez ait, consentit gl. l. si vno. §. item cum, verb. pſonis, ff. locati. Addunt l. 9. citata, nisi hæredes opus illud velint pficere per aliam æquè idoneũ. Quod ait Greg. Lopez ibidem, se nunq̃ legisse ita definitum. Limitãdum † verò id censet nisi peculiariter ad id electa fuerit persona defuncti. Certè quando
28 aliud in pactum nõ fuit deductum, neq; ex circũstantijs præsumitur aliud fuisse mentem contrahentiũ, arbitror, & hæredes defuncti cogere posse eum, qui conduxerat defunctum ad id opus, vt sinat perfici per alium æquè idoneum, quẽ hæredes adhibeant, & conductorem posse hęredes cogere, vt per alium æquè idoneum id perficiãt, modo inueniãt aliquẽ talem, qui iusto pretio velit illud perficere, qm̃ contractus locationis, & conductionis ad hæredes transit, vt disp. 489. dictũ est. Qñ autem talis non inuenitur, qui iusto pretio velit illud perficere, vel defuncti industria peculiariter erat ad id electa, standum erit priori illi parti definitionis l. 9. citatæ glossæque citatæ.

Qñ aliqs pp custodia rei alicuius mercedẽ accipit, vt pastor pro grege custodiẽdo, multi ducti l. q̃ in mercedẽ. ff. locati, cẽsent, teneri eos ad interesse, ẽt de culpa leuissima, si ob suã negligentiã aliquid detrimenti rei sibi in custodiam commissæ, eueniat: atq; id refert, ac sequitur Greg. Lopez l. 15. tit. 8. par. 5. gl. 5. iuxta eam ẽt legem. Arbitror tñ, solũ eos teneri de culpa leui, iuxta ea, q̃ de conductis ad deferendã colũnã, vasa vini, & ad suendas, tingẽdas, aut lauãdas vestes, supra dicta sunt, grauissimũ quippe iugũ pastorib. imponeretur, atq; irrõnabile, & importabile, si, cũ ad tã multa circa greges conducant, vt ad defendẽdos illos à lupis, & vulpibus, ad eos curãdos à scabie, & alijs morbis, ad illos arcendos à segetibus, ortis, & vineis, alienis, atq; illos hyeme de nocte pascẽdos, et ad alia eiusmodi, tenerentur de culpa leuissima, si

quid periculi, aut detrimenti, circa illos eueniret. Neque l. qui mercedem, de pastoribus in particulari loquitur, sed solum docet, si periculum, ob custodiæ defectum rei obuenit alienæ tenenti de illo, qui mercedem pro ea custodienda accipit: & intelligendum est, si culpa, saltem leui, illius obueniat, iuxta regulam generalem huius contractus.

20 Qui rem †custodiendã acceperat, non satis est, si dicat, perijsse, aut deteriorem fuisse redditam, absq; sua culpa, sed vtrumq; probare debet, nempe perijsse, aut deteriorẽ illam ostẽdere, & id absque culpa ipsius euenisse, vt cum quibusdam glossis ait Greg. Lopez l. 15. citata, habeturque lege ipsa. 15. Si autem pastor pelles pecorum mortuorum afferat, neque plures pecudes mortuas dicat, quam cõsuetæ sint mori, aut, si plures sint, probet totidem proportione quadam ex alijs gregibus eiusdẽ regionis perijsse, aut peculiarẽ verisimilẽ causam reddat, cur plures ex eo grege, quam ex alijs, perierint, neque aliud probare possit, neque aduersus illum aliud in contrarium probetur, tũc cogi poterit, vt iuret, id ita se habuisse, ac liberabitur: si verò non sufficientes cõiecturas afferat cur tot absq; sua culpa perierint, non erit standũ iuxta illius, sed cogetur, detrimentum prudentis arbitrio soluere. Hęc colliguntur ex l. si quis fundum. §. imperator ff. locati, ex l. si quis ex argentarijs. §. prætor ait ff. de edẽn. ex l. vlt. ff. de cust. rerum, & ex l. 15. citata, & affirmat Greg. Lopez ibi. Quia ergo mors iumenti cõducti, si eueniat, regulariter euenire solet ex cursu naturali, ac morbo sine culpa conductoris, quando à conductore mortuum probatur, neque locator probat culpam intercenisse conductoris, stabitur iuramento conductoris quod absque ipsius culpa perierit, eo quod præsumptio pro eo sit, quod naturali cursu ex morbo obierit. Atq; iuxta hoc accipienda sunt, quæ Ant. Gom. 2. tom. var. res. ca. 3. nu. vlt. docet, in quibus in doctrina à nobis hoc §. tradita consentit.

## Vtrum propter sterilitatem superuenientem remittendũ sit cõductorẽ de pensione, & pp insolitũ augmẽtũ teneatur ad maiorem pensionẽ.

### DISPVTATIO CCCCXCV.

*SVMMARIVM.*

1 *Conductor quando ob sterilitatem, quacunque causa prouenientem, liberetur a solutione pensionis.*

2 *Sterilitas fructuum quando tanta sit dicenda, vt pẽsio pro rata minui debeat.*
*Et quid de iure Castellæ, & Lusitaniæ, nu. 4. & 5.*

3 *Remedium l. 2 C. de rescind. vend. quando cõpetat etiam conductori prædij.*

6 *Pensio conductori quibus casibus ob sterilitatem non remittatur, & nu. 7, 8 9. 11. & 14.*

10 *Compensatio sterlitatis cum vbertate, vt locum habeat quanta esse debeat vbertas præcedentiũ, vel sequentium annorum.*

12 *Conductor renuncians casibus fortuitis, an censeatur etiam insolitis renunciare.*
*Et quid si talis renunciatio iuramẽto confirmetur, nu. 13.*

15 *Pensio an augenda sit propter insolitum augmentum fructuum vbi late.*

PRopter sterilitatem superuenientem in re locata, absque conductoris culpa, siue superueniat ob exercitium diripientem, aut destruentem fructus, siue ob inundationem maris, aut fluuiorum, siue ob nimiam pluuiæ abundantiã, aut ob magnam siccitatẽ, vel propter locustas, aut alios
1 vermes, aliaque animalia, siue ob † ignẽ, aut quãcunque aliam causam liberatur conductor a solutione pensionis, Ita habetur l. si merces. §. vis maior. l. ex conducto. §. si vis ff. locat. l. licet. 1. C. eod. tit. c. propter sterilitatem. eod. tit. l. 22. tit. 8. par. 5. & lib. 4. Lusit. ord. titu. 61. Conueniunt omnes, si sterilitas tanta sit, vt nihil omnino fructuum colligatur, ita liberari conductorem à solutione pẽsionis, vt nihil omnino illius soluere teneatur, iuxta l. ex conducto. §. si vis, ver. sed & si. ff. locati, cuius verba sunt. *Sed & si labes facta sit, omnẽq; fructũ tulerit, damnum coloni non esse, ne, supra damnum seminis amissi, mercedes agri præstare eogatur.* Et apertius adhuc idem statuitur l. 22. & tit. 61. citatis. Atq; in hoc euentu l. si vno. §. vbicũq;. ff. locat. habetur remissionẽ fieri debere pro rata tẽporis, quo fructus nõ colliget. Si aũt sterilitas notabilis, ac magna sit, non tñ tanta, vt nihil omnino percipiatur, pro rata remittendum est de pensione, vt habetur c. propter sterilitatẽ citato, & consentiunt alia iura, præsertim l. si merces. §. vis maior ff. locati, cuius verba sunt. *Vis maior non debet conductori damno esse, si plus, quã tolerabile est, læsi sunt fructus, alioquin modicum damnũ æquo animo ferre debet colonus.* Vbi vides, & qñ non oẽs fructus pereant, sed damnũ fructũ est, non quodcunq; sed magnũ, atq; intolerabile, ita sit vere sit sterilitas notabilis, & magna subueniendũ esse colono, nõ quidẽ ita vt pensio tota ei remittatur perinde, ac si omnes fructus perijssent, sed vt de pensione pro rata, habita ratione sterilitatis, remittatur. Vides præterea, ob damnum modicum fructuum, nihil de pẽsione esse remittendum: id quod habetur etiã l. si vno §. 1. ff. locat. cuius hęc sunt verba. *Cum quidam de fructuum exiguitate quæreretur, non esse rationem eius habendam, rescripto Diui Antonini continetur. Item alio rescripto ita continetur. Noua rem desideras, vt propter vetustatem vineæ rum remissio tibi detur.*

2 Dubitãt doctores, quando † sterilitas fructuum sit dicẽda tanta, vt pensio pro rata minui debeat. Panor. cap. propter sterilitatem. nume. 12. Aluar. Valas. de iur. emphyt. q. 27. nume. 24. & alij, citant glossam. 1. cap. propter sterilitatem, quasi sentirit, tunc solum cẽsendam esse sterilitatem, ad effectum, vt pensio etiam pro rata minuatur, quando nulli fructus, etiam quantitatis seminis, percipiuntur; meritoque eam glossam, (si id sensisset) reijciunt. Arbitror tamen id nõ sensisse, sed ibi solum referre dispositionem l. ex conducto, vers. sed & si supra relatam, quod in euentu eius paragraphi nihil pensionis sit soluendum: continuò enim glossa sequẽs subiungit, si sterilitas sit tãta, vt nulli fru-

Digitized by Google

li fructus colligantur, liberari colonũ à tota pensione; si verò non sit tanta, solum teneri soluere pro rata pẽsionis. Cum hac opinione computare possumus illam aliã Bar. l. si merces. §. vis maior. ff. locat. qđ sterilitas intelligatur, qñ deductis expensis, nihil prorsus manet fructus, cò quòd nõe fructus, id intelligatur, quod remanet deductis expensis, atque tunc nihil pensionis teneatur soluere colonus. Hanc referunt, meritoq; impugnãt Pan. vbi supra. nu. 13. Couar. de pract. qq. c. 30. in calce. nu. 1. Aluar. Valas. de iur. emph. q. 27. num. 24. §. quartam opinionem. Quoniam iuxta eam semper, qñ esset sterilitas, remittenda esset tota pensio, contra caput. pp sterilitatem, de locato. Aliam opinionem ex Io. And. refert, ac sequitur Panor. nu. 13. citato, quam ẽt affirmat, esse Bar. l. licet. C. de locato, qui tamẽ nihil tale ibi affirmat; sequitur etiam Nau. in Man. c. 17. nu. 188. Nempè quòd sterilitas dicatur, quando conductor tertiam partem fructuum colligit minus, quam cõiter ex eo fundo colligi solerent, & tunc pro rata eius, quòd minus colligit, quam colligi erat solitum, remittatur de pensione, ita quòd si tertiam partem colligat minus, remittatur tertia pars pensionis, & ita de reliquis partibus. Hanc ẽt merito reprobant Con. nu. 1. citato §. est etiam Alu. Val. nu. 24. etiam citato §. tertiam fuit, & Greg. Lop. l. 22. citata, verb *alguna parte*. Quoniam sola tertia pars, immò quicquid est vsque ad dimidiã partem fructuum, qui colligi consueuerant, censetur modicum damnum, illudq; proinde sustinere debet conductor absque remissione pensionis iuxta iura superius citata. His autem opinionibus omnibus, tres sequentes sunt celebriores.

Prima est, tunc censendã esse ad eum effectum sterilitatem, qñ, secundum communẽ vulgi opinionem in aliquo loco, sterilitas in eo esse affirmat. Ita glo. l. licet. verb. sterilitas. C. de locat. glo. l. si vno, in princ. verb. & eius, & glo. l. si merces. §. vis maior. ver. fructus. ff. locati, & multi, quos inter alios Alu. Val. nu. 24. citato refert. Couar. verò de pract. qq. c. 30. num. 1. licet, relata prius eadem opinione, cum Bald. & Barbat. dicat, standum esse iudicis arbitrio, qñ sterilitas tanta sit iudicãda, vt de pensione sit remittendum; ait tñ, præcedere dẽre probationes, quib. iudex, instructus de quantitate fructuum perceptorum statuat, num tanta sit sterilitas, vt de pensione sit minuendum: præterea ait, quamuis probatio, quod sit sterilitas vulgi opinione, communive hominum existimatione, tuta omnino non sit, ac sufficiens; vtpote incerta; attamen ab aduocatis quandoque adhiberi ad testium examen eam interrogationem, num vulgi, cõmunive hominum existimatione, sterilitas sit; eamque probationem velim esse, plurimum que conducere ad causæ diffinitionem, eaque subijcit iustificari iudicis arbitrium si consonans ei sit. Atque iuxta hanc primam opinionem Aluar. Val. nu. 24. citato cum Alberico ait si probatio, iuxta vulgi opinionem generalis sit, quod eo anno in loco, vbi fundus, de quo est contentio, situs est, fuit sterilitas, probare fuisse etiã in eo fundo, nisi aduersarius cõtrarium probet: probationem verò, q iuxta communem hominum existimationem fuerit sterilitas in eo fundo in particulari, esse efficacem ea de re probationem.

Secunda est, quod tunc censeatur esse sterilitas sufficiens ad remittendum de pensione pro rata eius, quod minus, quam fuerat consuetum, fuerit perceptum, qñ conductor non percepit dimidiã partem fructuum, qui communiter ex eo fundo percipi consueuerunt. Hãc ẽt opinionẽ, simul cũ præcedente, refert, atq; amplectitur glos. l. si vno, in princ. verb. ẽt eius. ff. locat. & sequuntur plurimi, quos referunt, neq; improbant, Couar. vbi supra. §. sed & hæc, Alua. Vala. nu. 24. §. secunda fuit, & Greg. Lop. l. 22. citata verb. *ensu escogencia*.

Tertia est, tunc censendam esse sterilitatẽ sufficientem, vt remissio pẽsionis pro rata fiat, qñ tã pauci fructus colliguntur, vt, si ex illis semen, & expensæ detrahant, & ex reliquo pensio integra soluatur, conductor manebit læsus vltra dimidium iusti pretij, aut vltra dimidium pẽsionis in fructibus quam soluerit pro re locata. Vt si decẽ modij tritici sint pensio soluenda, & fructus pcepti sint adeò pauci, vt, si semen, & expensæ in illis colligẽdis inde detrahantur maneat minus, quam quinque tritici modij, tunc reliqui, vsque ad decẽ, sunt dimittendi de pensione soluenda: si vero maneãt quinq; modij, aut plures, nihil remittetur: qa non censetur tanta sterilitas, vt digna sit remissione pensionis. Ita nouissimè Bar. l. licet. C. de locat. & post eam eõs doctorum sententia, quã referunt, & ad quam vt ad rationi consonantiorem accedunt, Couar. vbi supra §. quam ob rem, Aries Pinel. l. 2. C. de resc. vend. par. 1. c. 3. a nu. 12. Anto. Gom. 2. tom. var. res. c. 3. nu. 18. vbi fere præcedentes omnes opiniones etiam refert Alu. Val. num. 24. citato §. 5. & Greg. Lop. l. 22. citata verb: *a su escogencia*. Hoc autem, vt Alu. Val. cum alijs ait, intelligendum est, quando id euenit, eo quod fructus exigui sunt eorum comparatione, qui inde percipi consueuerunt: secus autem quando euenit ob illorum exiguum pretium.

Illud est obseruandum cum Alu. Val. ibidem, & Couar. vbi supra nu. 2. Hanc vltimam Bart. & communem sententiam, non inniti l. 2. C. de rescind. vend. quæ post ciuiles leges de sterilitate lata est; sed nõ solum, quod ea priorum illarum legum interpretatio consonat sit æquitati. Vnde lex 2. C. de rescind. vend. quæ vim etiam habet in conductionibus, vt disp. 349. & 487. dictum est, distinctum præsidium est ab hoc alio, & vtrumque conductori competet, sed diuersimode, competereque optimè possunt separatim. Etenim † præsidium l. 2. respicit initium contractus: si enim conductor à principio, quando celebratus fuit contractus, deceptus fuit vltra dimidium iusti pretij quia scilicet pro fructibus rei conductæ, prout tunc erant mense, dedit nonaginta, cum tamen, ita tunc æstimati, valerent minus, quam sexaginta, vtique siue postea sterilitas sequatur, siue non, vti poterit aduersus locatorem remedio legis 2. C. de rescin. vend. Præsidium verò de remissione pensionis propter sterilitatem, respicit casum fortuitum circa fructus postea euenien-

† 3

tem: quare, esto contractus à principio iustus fuerit, & æqualis vtrique contrahentium, neque vllũ habeat locum præsidium legis 2. si tamen tanto sit sterilitas, vt deducto semine, & expensis, reliq fructus non attingant dimidium valoris pẽsionis debitæ, locum habet hoc aliud præsidium: quia æquitas non patitur, vt conductor, absque sua culpa, tantum detrimentum patiatur.

Prout quisque veriorem, potiusque amplectẽdam iudicauerit aliquam ex relatis opinionibus, ita iuxta eam intelligere, ac iudicare debet, quando, iuxta ius cõe cæsareum, iuxta caput pp sterilitatem, iuxta l. 22. tit. 8. par. 5. imò, vt vult Alu. Vala in calce. nu. 24. citati, iuxta ord. Lusit. lib. 4. tit. 61. concedenda conductori sit, aut nõ sit cõcedenda, remissio pensionis propter sterilitatem. Si. n. sterilitas tanta non sit, vt attingat ad limites sterilitatis, de qua in opinione, quam, vt veriorem elegerit, est sermo, concedenda non erit remissio pẽsionis: si verò ad eos limites pertigerit, concedẽda erit. Ita Cou. nu. 2. citato, Aluar. Valas. vbi supra, & doctores communiter.

4 Lex † Castellæ 22. citata, ad tollẽdas difficultates, qñ fructus aliqui colliguntur, nec remittẽda est tota pẽsio, sed pars, sic statuit. *Pero si acaescie se, que los fructos no se per diesen todos, y cogiere el labrador alguna partida dellos, estonces en su escogencia sea, de dar todo el arrendamiento* (hoc est, integrã pẽsionẽ) *a el senhor de la heredad, si se atreniere a darlo, e si no de sacar para si las despensas, e las misiones que fizoen labraa la heredad, e lo que sobrare, delo al senor de aquella cosa, que tenia arrẽdada.* Quo in loco Greg. Lop. arbitrat, legem hãc elegisse secũdam ex tribus opinionibus posteriori loco relatis, nempe tunc solum esse locum huic remissioni, ac optioni conductori permissę, quando fructus percepti non peruenire ad dimidiam partem fructuum, qui colligi ex eo fundo consueuerunt: noĩe enim, *de alguna partida*, intelligit ille, minus quam dimidiam, vt ex multis iurib. probat. Et idem approbat Aluar. Vala. in calce num. 24. citati, dicens, Tiraquellum eam doctrinã infinitis propemodum autoritatib. exornate, tametsi malè citet Couarruuiam idem, quod Greg. Lope. asserere. Addit Alua. Valas. eam doctrinam ordinationi ẽt Lusitanæ posse aptari. Iuxta eam autẽ legem, atque hanc illius expositionem, solum qñ conductor minus dimidia parte fructuũ collegerit, q̃ colligi consueuere, datur conductori optio, vt vel integrã pensionẽ soluat, vel deducat sũptus in fructibus colligendis insumptos, inter quos, semen ẽt terræ ad eos colligẽdos remissum, est intelligendum, & reliquos fructus locatori tribuat. Cou. nu. 2. citato ait, qñ conductor hoc secũdum eligere voluerit, vt res tutius, ac iustius fiat, interpellare, ac requirere debere locatorem, vt per se, vel per alium, præsens sit, ac assistat messium, vel aliorum fructuum collectioni, vt melius ipsi constet, quot fructus percepерit, eosque, expensis deductis, accipiat. Addit tñ, esto cõductor eam cautelam omittat, vti adhuc posse legis regiæ electione per actionem, modo legitimè, atq; absque fraudis suspicione, cõstare possit, quot fructus ex fundo collegerit, & quas expensas in eis colligendis fecerit.

Subiungit Couarr. se in Granatensi prætorio vidisse, in quæstionibus sterilitatis, qñ de sterilitate non planè constat, aut constat quidem, non tamen est tanta, neque censeri tanta debet, vt locus omino sit iuris vtriusque constitutionibus, neque de fructuum perceptorum, ac expensarum ratione, haberi potest certa cognitio, propter controuersas, variasque testium responsiones; vidisse, inquam, se, qñ admodum vrget probatio aliqua sterilitatis, prætermissa Regis Regię forma, per definitiuam sententiam remissionẽ fieri pensionis arbitrio iudicãtium pro ratione tertiæ, vel quartæ partis, atq; sępissimè se subscripsisse eiusmodi sententijs propter maximam illarum æquitatem. Atque hanc praxim approbat Alua, Val. in calce num. 24. citati. Ego sanè potius censerem, in locatorum fauorem ferendas esse sententias, iubẽdo vt integrè pensiones illis soluerẽtur, quando luce clarius non constaret de tanta sterilitate, vt locum haberent sanctiones iuris communis, neque prętermittendã censerem legis Regię formã, sed solum debere taxari expensas arbitrio prudentis, iuxta concurrentes circumstantias, quãdo plenè, ac certo constare non posset, quantæ illæ essent. Ducor quoniam illud in locationis contractu de remissione pensionis in euentu sterilitatis, solum ex quadam æquitate habet vim, posita iuris dispositione hac in parte: ea quippe dispositione secluſa, sanè non minus fructus rei locatæ periculo solius conductoris stabant, absque remissione aliqua ea de causa pensionis, quam res empta stet periculo emptoris; etiam antequam tradatur, absque vlla obligatione venditori restituendi aliquid de pretio, vade conductor cedere potest illi iuris dispositioni, susciperegq; in se periculum totum eiusmodi euentuum fortuitorũ, vt dicemus, iureq; sancitum est, & fit quotidie: quare nefas est plus extendere iuris dispositiones de remittenda pensione, quam iure communi, & in vnoquoque Regno, comperiatur dispositum. Ac fortasse vtilius reipublicæ esse, abrogare eas omnes leges, statueteque, vt conductores suo periculo, & commodo, suscipiant euentus fructuum quam eiusmodi legibus tot litibus aperire ostiũ, quot quotidie intentantur, cum tot sumptibus vtriusq; contrahentium, & tanta iudicum libertate fetẽdi sententias pro eo, quem volunt, eligendo in tãto opinionum, ac subtilitatum varietate, quod sibi plus placet, vt pro eo sententiam ferant, ad quem precibus, muneribus, alijsq; de causis, plus afficiunt. Vnde meritò in eodem Castellæ Regno l. 2. titu. 9. li. 9. nouæ collect. ad lites, subterfugiaq; conductorum circa bona Regis omnino præscindenda, sancitum est, vt conductores redituum, ac bonorum Regis, omnino in se suscipiant, periculum totum quotcuncunque euentuum.

Ducor ẽt, qñ, si eiusmodi dispositiones iuris ex quadam æquitate, extenderentur à iudicibus pro suo arbitrio, sed, vt sonant, obseruarentur, nõ tot circa eiusmodi contractus excitarentur lites, cum tanto contrahentium damno.

Lex

sus Lu sitan.

Lex † verò Lusit. lib. 4. ord. tit. 61. quo ad euentum remissionis partis pensionis, sic hēt. *Peroose aqueceſse, que ſe os fructos nom perdeſem todos, e colbeſe o laurador alguna parte delles, entã em ſuu eſcolha he, dar todos os fructos da dita herẽca, porẽ ſe for a dit a ſterilidade em terra de pam, podraa tirar pera ſi a ſemente, eos que mais ſobeiarẽ, dee ao ſenhorio de heredade, que traz arrẽdada.* Vbi vides solũ cõductori cõcedi optionẽ, vt vel totã pensionẽ soluat, vel relinquat oẽs fructus eius anni locatori, solo semine panis deducto, nõ verò vllis alijs expensis. Qñ aũt id nulla conductoris culpa aduenit, sanè cum nullas expensas deducat, præter semen panis, in praxi locum non hēt, vt videat, hũ fructus sint minus, q̃ dimidiũ eorum, qui colligi consueuerunt, vt locator cogere conductorẽ possit, illos sibi colligere, ac sumere, & soluere integrã pensionẽ, neq; id sonare vt lex Lusitana relata, neque in praxi vſ receptum, dum in Lusitania omnes fructus offerũtur locatori, vt illos sibi acciptat, quod vocant *emcambar a herdade*; tametsi Alua. Vala. q. 27. nu. 32. contrarium affirmet.

In eo tamen Regno meritò est positum in more, vt conductor interpellet, ac denunciet locatori, se velle vti auxilio legis, fructusq; illi dimittere, vt locator per se, vel per aliũ, illos colligat, vel collectioni sit præsens, neq; fraus fiat, illiq; cõstet de fructuum quantitate: denunciatioq; fieri dēt, antequam fructus à terra sepatentur, alioquin nihil proderit, tamquam facta tempore inhabili: neque sufficit, si fiat dum fructus iã sunt in area, eo q̃ in collectione ipsa possit fieri fraus: refertque Alu. Val. se vidisse, miserum agricolam à Lusitano senatu condemnatum, quod non denũciauerit locatori ante fructus collectos, illiq; non profuisse probare sterilitatem, fecisseq; denunciationem ipso quo fructus erant in area. Neq; in hoc euentu satis est, locatorem scire sterilitatem, nisi illi fiat denunciatio: qm̃, qñ denunciatio non requiritur solum, vt res sciatur, vt in re proposita ad id solũ non requiritur, non satis est scientia in eo, cui fieri dēt, sed requiritur denunciatio ipsa, vt cũ Bard. Alua. Vala. nu. 32. citato rectè affirmat. Si aũt dñs præsens non sit, satis est, si fiat procuratori sub generali, aut ad id deputato, vt ex l. si dictum §. vlt. ff. de curat. & ex lib. 4. Lusit. ord. ti. 6. §. vlt. cõstat. Si aũt nec locatori, nec procuratori illius fieri possit, tunc iudici fieri debet, iuxta l. perfectius. C. de annal. excep. Alu. Vala. ibidem arbitratur, quãuis eiusmodi denunciatio nec Lusitano, nec Castellę iure sancita sit, iure tamen communi esse stabilitam. l. item quæritur. §. exercitu. ff. locat.

Ego verò, quamuis videam rationi, atque textui illi, esse consentaneum, vt fiat, non tamen arbitror textum illum vrgere: quoniam loquitur in euentu, quando conductor deferebat domum locatam propter exercitum aduenientem: in quo sanè euentu, si locator de conductoris discessu fuisset admonitus, poterat sibi prospicere, tum ne domus locata damnum ab exercitu pateretur, tum etiam de conductore eiusdem domus in id tempus, aut de alio emolumẽto ex ea domo percipiendo: quare, standoin solo iuris rigore, seclusaque consuetudine in contrarium, plus probo Ripæ, & Couar. sniam, nempe, ēt omissa ea denũciatione, concedi conductori præsidium harum legũ, dum modò sine fraudis suspicione probet, quot fructus ex agro collegerit: quam opinionem fatetur ibidē Alu. Val. æquitatem habere. Ibidem num. 33. ait Alu. Val. conductorem teneri colligere fructus: q̃ probat, quia solum exonerat ur à soluenda pẽsione exhibitione ipsa fructuum, atque etiam ex Lusit. ord. illis verbis, *eos que mais ſobeiarem, dee ao ſenhorio.* Vbi innititur, locatorem de conductoris manu debere eos accipere. Qñ autem locator, neque per se, neque per aliũ, interfuerit collectioni, adhibere cõductor debet duos testes omni exceptione maiores vt de colono partiario statuit lex Lusitana lib. 4. titu. 60. §. vlt. vel colligere eos debet coram personis à iudice ad id deputatis.

In Castellæ, & Lusitaniæ Regnis, quãdo vrbanum prædium esset conductum, casuque fortuito fructus, seu reditus illius valde minuerentur, vt si conductum esset molendinum, aut diuersorium, & quod vi fluminis diruus esset pons, quo transitus erat ad eum locũ, pauci admodum accederẽt ad molendum, aut ad hospitium, vel aliqua alia de causa, cum antea accederent quàm plurimi, eaque de causa multũ imminuti essent reditus molendini, aut hospitij, credo; in pensione minuenda, standum esse dispositionibus iuris cõmunis, amplectendo aliquam ex opinionibus relatis; eo quod in his Regnis nihil in his euentibus compertiatur peculiariter sancitum.

6 In sequentibus † euentibus nulla fit remissio pensionis conductori. Primus tradi consueuit, qã calamitas, quæ fructus abstulit, valde consueta est in eis locis. Solent enim regiones aliquę valdè esse subiectæ imbribus, & inũdationib. fluuiorum, quibus aluũtur, vt in Lusitania agri, qui iuxta Conimbricam ad ripas sunt Mondæ, & qui apud Scalabim, vulgo *Santarem* dictam, ad ripas sunt Tagi, & in Lombardia dicuntur esse frequẽtes tempestates, quibus fructus amittuntur. Quãdo ergo aliquibus in locis frequẽtes sunt eiusmodi causa, quib. fructus destruuntur, dicunt remittendam non esse ea de causa pensionem. Id colligunt ex l. ex conducto. §. si vis, versi. sed & si. ff. locati, illis verbis, *aut ſolis feruore non aſſueto olea corruptio acciderit, damnum domini futurum eſſe, ſi vero nihil extra conſuetudinem acciderit damnũ coloni eſſe:* Consentit l. 22. citata, illis verbis, *por alguna occaſion, que acaecioſe, que no fueſſe muy acoſtumbrada de auenir*, & ibi notat, & affirmat Greg. Lop. cum alijs, quos refert.

Cõsentit idem Lusit. ord. li. 4. tit. 61. illis verbis, *por alguum caſo que non foſe muito acoſtumado de vir*; & affirmant gl. magna in fine. l. si merces. §. vir maior. ff. locati, atq; alij, quos refertẽ ac sequuntur Aries Pinel. l. 2. C. de resc. vend. part. 1. c. 3. nu. 30. & Alu. Val. q. 27. citata num. 34. Ego autem, quamuis recedendum non arbitrer a sniahac, sanè intellecta, non tamen multum me permouent verba illa ex ver. sed & si, relata.

Illud enim; *ſolis ardore non aſſueto*, propterea dictum est: quoniam assuetus ardor solis, hoc est,



Digitized by Google

non valde exuberans, & inconsuetus, non tñ dãni oleis solet afferre, vt periculũ ad locatorem spectet, quasi ea de causa de pensione sit remittendũ. Atque idem significant illa alia verba; *si nihil contra consuetudinem acciderit* (hoc est, cõtra solitũ ordinẽ causarũ naturalium) *damnum coloni esse*, quia scilicet damnum non solet esse tantũ, vt propter illud remitti pensio debeat.

Dixi, me non arbitrari recedendum esse abea sñia sanè intellecta: qm̃, si intelligatur, qñ id in particulari, q̃ locatur, valde est subiectum infortunijs, & steril tati, eaq; de causa lógè minori pẽsione locatur, q̃ alioquin locaretur, tũc vera est ea sñia: qm̃ eo ipso reijci in conductorem eiusmodi sterilitas censetur, ipseq; suo periculo eam suscipere. Si verò intelligatur, quod quando regio, in qua aliqd locatus, subiecta valde est alicui infortunio, non tamen hoc prædium in particulari, vel illud illius remitti pensio non debeat, falsa profecto est, & contra communem praxim, quin & cõtra exempla, quæ iura citat tradunt in quib. propter sterilitatem remitti pensio debeat.

Regio quippe huius Cõchensis Episcoparus, valde subiecta in æstate est grandini fructus deuastanti, non tñ prædium aliquod illius in particulari, qa modo grando decidit in vno oppido, modo in alio, neque oĩa prædia oppidi, in cuius confinijs decidit, solet deuastare; quare, qđ regio eo modo sit grandini subiecta, non impedit q̃ si grãdo fructus prædij alicuius deuastet, pensio remitti non debeat. Itaque in vnoquoque loco attẽdendum est, num consuetudo viget, q̃ quia prædium aliquod, aut prædia valde subiecta sint infortunijs, ac sterilitati, locentur longè minori mercede, quam alioquin locarentur, eaq; de causa cõductor quasi in se suscipere censeatur ea omnia pericula, & tunc solum censendum est, propter sterilitatẽ inibi frequentẽ, remittendã non esse pensionem: q̃ si consuetudo ea non vigeat, locum vtiq; habebit remissio pensionis propter sterilitatem.

Hinc constat, perperam Aries Pinel. nu. 30. citato negare, distinguendos esse casus fortuitos insolitos, & inopinatos, qui à solitis, & posse euenire opinatis, distinguantur, atque ex quib. omnib. pensio iuxta hactenus dicta remitti debeat: ductus, q̃ si sint soliti, locum ex illis non habeat remissio pẽsionis, iuxta paragraphum, sed & si, cuatũ, & alia iura. Et enim in multis solitis, & quos euenire posse opinamur, neq; admodum raro eueniunt, locum regulariter habet, quod ex illis pensio remitti debeat, vt dictum est.

7 Secundus † euentus, in quo pensio non remittitur conductori propter sterilitatem, est. Quãdo ea sterilitas culpa conductori euenit, vt quia malè, aut intempestiuè, prædium coluit, vel fructus ex eo intempestiuè collegit, vel quia segetes non purgauit a malis herbis, cũ posset id vtiliter fieri, vel quia fructus negligenter custodiuit pro circũstantijs concurrentibus aut quacunque alia ratione. l. ex conducto, §. si vis, illis verbis; *si raucis, aut herbis segetes corruptæ sint* (negligẽtia. s. coloni) l. si merces. §. conductor. ff. locati. c. propter sterilitatẽ, eo. tit. l. 22. in fi. tit. 8. par. 5. & libr. 4. Lusit. ord. tit. 61. in fi. & affirmant doctores communiter. Qñ tñ culpa ex se ad id nõ esset ordinata, neque esset talis, vt constare posset, ob eam euenisse sterilitatem, tunc ea culpa nõ impedit, quin sterilitate eueniente, remissio pensionis fieri debeat. Vnde meritò Alu. Val. q. 27. citata. nu. 40. improbat sñiam Hostiensis, Barb. & quorundã aliorũ, quã Greg. Lop. l. 22. citata verb. *porse culpa*, sequitur, asserentium, si conductor decimos Ecclesiæ non soluerat, & sequatur sterilitas remittendã illi non esse pensionem, quasi ex culpa illa sterilitas habuerit ortum: neque. n. talis culpa, aut quæuis alia in Deum commissa, ex se est ordinata, vt sterilitas sequatur, neque constare pót, fuisse à Deo sterilitatem propter illam missam, idé asseuerat Alua. Val. nu. 30. antecedente, si propter inimicitias, quæ ex coloni culpa ortum habuissent, à coloni inimico inducta esset sterilitas: qm̃ inquit, ea culpa ordinata non est ex se, vt sterilitas inde sequatur. Et idem affirmat, si sterilitas sequeretur ex eo, quod colonus ob suum crimen coniectus fuisset in carcerem, aut in exilium missus, vel ob suam culpam ductus esset in captiuitatem.

Contrarium tñ arbitror esse verum, vt vt aperte colligi ex l. si merces. §. culpæ, ff. locati, & ex dictis disput. præcedente. Etenim ea culpa sufficiẽs est, vt inde effectus ille sequatur, & quamuis conductor illam nõ ordinauerit ad eum effectum, vitare tñ illam debui, ne inde effectus ille sequeretur; quatè, si non vitauit, indeq; constat effectum illum esse sequutũ, nõ dẽt id dãno cedere locatoris, sed cõductoris, neq; q̃ ex Coua. vat. rel. c. 13. nu. 8. & 2. vat. rel. c. 16. nu. 9. Alua. Val. in confirmationem suæ sñiæ citat, locũ profecto in re proposita habet, neque Cou. de hac re id afferret.

Qñ autẽ conductor inimicitiarum non fuisset cã, nec fuisset negligens in custodiendo prædio, ne ab inimico sterilitas illa induceretur, tunc remittẽda illi esset pẽsio, Si conductor prædiũ conductũ non coluisset, tunc, esto euenisset fortuitus euentus, qui fructus illius omnino absq; culpa illius vastaret non liberaretur conductor à pensione integra soluenda. Ita hñ expresè l. ex cõducto, vers. vlt. ff. locat. & affirmant Bar. & cõis doctorũ sñia, quam Alu. Val. ibi. nu. 42. refert, ac sequitur.

Qñ sterilitas ex incendio est sequuta, vt sequi posse hñ vers. vlt. citato, distingue. Quod aut ab externis est illatum, & tunc optimè esse pót sine culpa conductoris atque adeo remittẽdum erit pensio. Si autem ab externis non sit illatum, pessimè iudicatur culpa in habitantium accidisse: quia, vt hñ l. 3. §. 3. ff. de præf. vigil. plerunque culpa habitãtium accidit. Quo pacto accipienda est l. si vendita, ff. de peric. & commod. rei vend. dum ait, *si vendita insula* (id est domus) *combusta esset, cum incendium, sine culpa fieri non possit*.

Intellige plerumq;, vt habetur §. 3. citato, aut præsumptione iuris, quia plerumq; culpa euenit, tametsi non domini habitãtis domum, sed domini, vel domesticorum, vt eadem l. si vendita, subiungitur. Quia tamen, siue incẽdium culpa domini siue culpa suorũ domesticorum, aduenerit, non est illi remittẽda pensio ob sterilitatem inde subsequutam,

sequutam, vt colligitur ex l. qui insulã, §. vlt. iuncta l. videamus in princip. ff. locat. inde oriẽs eiusmodi dubium, num qñ ex incẽdio, minimè ab externis illato, sequit̃ sterilitas, pertineat ad conductorem probare, sine sua, & suorum domesticorũ culpa incẽdium obuenisse, vt illi remissio fiat; an verò ad locatorem probare spectet, culpa illorum obuenisse, vt conductori remissio pensionis non fiat. Resoluit verò optimè Alua. Vala. q. 27. citata, nu. 41. ad locatorem attinere probare, culpa, saltem leui, cõductoris, aut suorum domesticorum, incẽdium obuenisse. Qñ, vt 4. gl. vlt. §. præterea Instit. quib. modis re contrah. oblig. solum præsumitur incendium culpa leuissima habitantis, aut suorum domesticorum euenisse: conductor verò solum tenetur locatori de culpa leui, aut maiori, quæ non præsumitur, sed probanda est.

3 Tertius † euentus est, si fructus corrumpãtur, aut pereãt, qñ iam sunt plenè, in dominum ve, recepti, vt si vinum acuerit, aut effundatur, triticum computescat, postquam fuerit receptum, aut vi, vel furto ablata hæc sint: tunc enim pensio nõ remittitur. Ita colligitur ex l. ex conducto. §. si vis. ff. locati, illis verbis: *si quæ tamen vitia ex ipsare oriantur, hæc damno coloni esse, veluti si vinum acuerit*, & affirmant Bar. & plerique alij quos Ant. Gom. 2. tom. var. resol. c. 3. nu. 18. & Alu. Vala. vbi sup. nu. 43. & 50. referunt, ac sequuntur. Secus autem, si triticum in area, antequam purgetur, atq; in domum asseratur, alluuione, incendio, rapina, aut aliter, absq; domini & suorum culpa, pereat, vt Ant. Gom. rectè ibidem ait.

Quo fit, vt ratio huius decisionis non sit, q̃ fructus, dum sunt iã separati à prædio, pertinent quo ad dominium ad conductorem, cum iñ, dum affixi erant solo, dominũ illorum, vna cum solo, pertinebat ad locatorem, vt hẽ l. si seruus cõis, §. locaui. ff. de furtis, & alibi à nobis dictum est, atq; affirmat Alu. Vala. de iure emph. q. 20. nu. 14. Sed ratio sit, quia noluit ius, vt damnum sterilitatis quo ad effectum, de quo loquimur, pertineret ad conductorem, antequam fructus essent integrè collecti, vt Alua. Vala. nu. 50. citato, reiecta quorundam in contrarium sniã, aq; tametsi non de iã integra collectione quo ad triticum, nos, loquatur, sed puter, satis esse, purgatum esse in area.

9 Quartus † est, quando vbertate præcedentis, aut sequẽtis anni ex ijs, pro quibus prædium erat conductum, compensatur sterilitas: tunc enim si vbertate alicuius, aut aliquorum præcedentiũ annorum eiusdem contractus, siue illi immediati, siue mediati, anno sterilitatis sint, tota sterilitas cõpensetur, nihil de pensione est remittendum; si verò solum compensetur pars, reliqua solum pars proportionalis est remittenda: quod si nihil compensetur, tota pensio est remittenda; si autem, qd remissum fuerit, vbertate sequentis, aut sequentiũ annorum eiusdem contractus, compẽsetur, repeti id poterit, quod ita fuerit compensatum: idque esto, quod remissum fuit, sub nomine donationis aut condonationis, fuerit remissum.

Nisi sterilitas euenerit vltimo anno totius cõtractus, conscio locatore de vbertate præcedentiũ annorum: tũc. n. si sub nomine donationis remittatur, repeti deinceps non poterit: secus autẽ si inscio locatore vbertatis p̃cedentiũ annorũ, id sub noĩe donationis remittat: nam tunc poterit illud repetere. Hæc oĩa habẽtur l. si vno in prin. ff. loc. Oĩa item, præter id, q̃ de remissione facta sub nomine donationis dr̃, habentur l. licet. C. eod. tit. c. pp sterilquatem eo. tit. l. 23. tit. 8. par. 5. & lib. 4. Lusit. ord. tit. 61. & in his consentit cõis doctorũ sententia. Dictum est, si sterilitas compensetur vbertate præcedentium, aut sequentium, annorũ eiusdem contractus locationis: qm̃, si sint alterius cõtractus locationis eiusdem prædij, etiã si contractus sit inter easdem personas, & pro eodem pretio, non fit compensatio: secus autẽ si vnus, & idẽ contractus prorogetur in maius tp̃s tacita, vel expressa partium conuentione, nam tunc fiet compensatio. Ita Grego. Lop. l. 23. citata verb. *por dos años*, Alua. Vala. q. 27. citata, nu. 46. & alij, quos referunt. Qñ aũt sterilitas anni præsentis nõ cõpensatur præcedentibus annis eiusdẽ contractus, tamen fieri debet remissio pensionis, neq; debet expectari, num sequentibus annis compensetur, vt in fi. contractus fiat, si non compenset. Ita Alua. Val. vbi supra, nu. 47. consentaneè ad l. si vno, & ad alia iura citata; qm̃ dispositio eorum, quatenus statuunt compensationem posse etiã fieri ex vbertate sequentium annorum non est suspẽsiua remissionis pensionis ob sterilitatem, sed inducit repetitionẽ remissionis antea factæ, si vbertas sequatur, vt satis est perspicuũ ea iure intuẽti. Quare meritò Alu. Val. ibidem ait, perperam quosdã contrarium, se cernente, in Lusitania iudicasse.

10 Tota † aũt difficultas huius rei est, quanta esse dẽat vbertas præcedentium, aut sequentium annorũ, vt locũ habeat cõpensatio sterilitatis Lusit. ord. ad depositionem iuris cõis remittit nihil hac de re statuendo, ac declarando. Prætermissis verò alijs opinionibus, quas inter alios, Alu. Vala. vbi supr. nu. 45. referri, duæ sunt p̃cipuè. Prima, q̃ cõputent anni præcedentes, ac sequentes cum anno sterilitatis, & quidẽ, si computatis oĩb. tm̃ fuerit collectũ, quantũ satis sit, vt integrè pensiones eorum oĩum annorum soluantur, & insuper, vt cõductor hẽat sumptus oẽs, quos fecit, computando inter illos, q̃ sibi, & suis, debetur pro suo labore, & industria, tunc fiat integra cõpensatio sterilitatis cum vbertate, nihilq; proinde de pẽsione sit remittendum, si verò aliquid sit remissum, q̃ sequẽtib. annis facta ea supputatione, compensetur, repetatur. Si autem non fuerit tantum collectũ, remissio fiat de pensione proportione quadam.

Intelligerẽ eius, quod deest; ad integros sumptus, & pensionem integram soluendam, ad id, q̃ demendum est de pensione, ita vt, si quarta pars desit ad illa omnia, quarta pars pensionis remittatur, & si tertia pars ad illa omnia desit tertia pars pensionis remittatur, & ita consequenter, ita vt vterque contrahentium proportione quadam sentiat damnum. Hoc planè est, quod perspicuè desipit lex Castellæ 33. citata, satis consentaneè ad caput propter sterilitatem de locato, nihil omnino refragante, l. si vno. ff. locati, atque id ipsum, est

ob quod commendat eã ibi Greg. Lop. ver. *abondaria*, & ℣ Ant. Gom. 2. tom. var. ref. c. 3. nu. 18. affirmat, neque ab hac dispositione recedendũ est in hoc Castellæ Regno. Quæ sanè est satis æquat solùm enim consulere iura intendêtur conductori, ne propter sterilitatem, computatis eis omnibus, manere in detrimento deberet, meritò statuerunt, vt detrimentum proportione quadam, modo explicato, diuideretur inter conductorem, & locatorem. Atque hæc opinio mihi omnino placet, etiam stando in iure communi.

Cæterum obserua, præter perplexitates, qñ dicenda sit sterilitas, vt pẽsionis fiat remissio, & qñ censenda sit tanta, vt tota pensio, aut pars, sit remittenda, de quib. supra habitus est sermo, & qñ culpa aduenerit conductoris, vel non atque aliorum capitum, vnde locator excusatur à remissione fac ẽda, q̃ oĩa litium sunt seminaria maxima, quib. contrahentes sua bona consumunt, & vnde odia oriuntur, præsertim in tanta iurium ambiguitate, ac varietate opinionũ; obserua, inquam, præter hæc oĩa, quale, ac quantum seminarium litiũ oriatur, in computãdis fructibus oĩum annorum contractus locationis, & cõductionis, in statuendo valore eorum omnium, in cõstituenda æstimatione impensarum, industriæ, & laboris cõductoris, ac suorũ, vt intelligatur, num interuenerit sterilitas, ac quanta, & nũ vbertate præcedentiũ, ac sequentium annorum compẽsetur, vt intelligatur quantum de pensione sit remittendum. Certè, vt supra tetigi, longè magis reipublicæ bono esset consultum, resecatione horum oĩum, ac similium iuriũ, statuendoq;, vt conductores suo periculo, & cõmodo res conducerent, vt regulariter conducere solent, suscipiendo in se casus oẽs fortuitos solitos, & insolitos, quã eiusmodi rerum tot ostia litibus interminabilibus, cum tanto locatiũ, & conducentium detrimento, aperta relinquere.

Secunda opinio est, quod vbertas esse censeat, quando prædium locatũ plures fructus fert; quã consuetos, & ℣ iuxta proportionem excessus fructuũ anni, in quo est vbertas, supra consuetos, ad fructus consuetos, fiat compẽsatio portionis pensionis, q̃ in anno sterilitatis foret remittẽda. Vt, si prædiũ locatum ferre regulariter solebat triginta modios tritici, in qua proportione plures reddidit in aliquo anno supra triginta, in eadem resarciatur, quod fuerat remissum, aut remittendũ, de integra pensione anni sterilitatis. Vt, verbi gratia, si in anno vbertatis reddat quadraginta, resarciatur tertia pars vnius integræ pensionis; si verò reddat quinquaginta, resarciantur duæ partes vnius integræ pensionis: si autem reddat sexaginta, resarciatur vna integra pensio.

11 Quintus ℣ euentus est, quando conductor renunciauit euentibus fortuitis, sterilitative: tunc enim, esto sterilitatis aduenerit, tenetur ad integrã pensionem. Ita habetur l. si quis fundum, in prin. ff. locat. l. licet. C. eodem tit. l. quæ fortuitis. C. de pign. act. l. 23. tit. 8. part. 5. & affirmat communis doctorum sententia, quã referunt, ac sequuntur Anto. Gom. 2. tom. var. ref. c. 3. nu. 19. Alu. Valas. q. 27. citata, nu. 34. Arias Pinel. l. 2. C. de rescind. vend. par. 1. cap. 3. num. 26. & Gutier. de iura. confirm. par. 1. c. 24. Et habet hoc locum, etiam si in genere quis renuntiet casibus fortuitis, nullum in particulari exprimendo, iuxta doctores citato; cõsentaneè ad iura citata, etiam si conductor solum dicat, se conducere rem suo periculo, vt cum Bar. & alijs Ant. Gome. ait: tametsi refragentur Gutier. loco citato, num. 10. cum alijs, quos citat, & Alua. Valas. vbi supra, num. 30. nisi dicatur, omni periculo. Neque obstat textus, l. sed & si quis. §. si quæsitum est, ff. si quis cautionib. vbi habetur, nõ satis esse renunciationem exceptionum in genere, vt si casus fortuitus aduenerit, qui non fuerit expressus, non excuset.

Non, inquam, id obstat: qm̃ vt doctores citati affirmant, id solum intelligendũ est in renunciationibus, qualis est promissio facta sistẽdi alique in iudicio, de qua in eo textu erat sermo. Longè vero aliter res habet in renunciationib. euẽtuum fortuitorum factis in contractibus, de quib. nobis hoc loco est sermo. Immo ẽt in iudicialibus renũciationib. contendunt Arias Pinel. vbi supra, nu. 28. Gutier. c. 24. citato. nu. 3. & 4. & Alu. Val. nu. 34. atque alij, quos referunt, licèt non sufficiat renunciatio in genere exceptionum, sufficere tamẽ renunciationem quorundam euentuum fortuitorum in particulari cum adiectione clausulæ, generalis, & cæterorum euentuum, vt si qui similes eueniant, etiam illi renunciatum censeatur.

Immo verò affirmãt, satis esse renũciare p clausulã generalẽ euẽtuũ fortuitorũ, esto nulli in particulari exprimãtur, quãuis nõ sufficiat renunciare per clausulã generalissimã quarumcunque exceptionũ, de qua sola sermo est. §. quæsitũ est, citato, Qñ qs renunciat aliquib. fortuitis casib. expssis in particulari, & addit clausulã generalem, & cæteris casibus fortuitis, intelligenda est ea clausula, de æqualibus, & minoribus, secus autem de maioribus, ac magis insolitis, argumento clem. non põt, de ptocu. & cap. sedes, de rescriptis, quæ iura decernunt, similes clausulas additas post expressionẽ aliquorũ in particulari, cõpraehendere solũ res æquales expressis, aut minores, non verò maiores. Ita Gigas de pensionib. q. 66. nu. 2. Alu. Valas. in calce, nu. 34. citati, & alijs, quos citant.

12 Dubium est, si ℣ conductor renũciet casib. fortuitis, an censeatur solum renũciare solitis, & qui poterant cogitari posse euenire; an verò etiam insolitis, & de quibus nullus omnino esse poterat timor in ea regione, quia inauditi in ea erant à quadraginta annis, aut ab hominũ memoria. Bart. §. quæsitum est, citato, & communis doctorũ sententia, quam referunt, ac sequuntur Anto. Gome. num. 18. citato; Gutier. capit. 24. citato, à num. 6. Gigas de pensionib. quæst. 66. & Alua. Vala. vbi supra num. 35. censent, solum renunciare solitis: quoniam contrahentium intentio sub illis verbis generalibus non videtur se extendere, nisi ad casus fortuitos consuetos, ac solitos, de quibus tunc cogitari poterat euenire posse, tametsi tardò: consonant etiam duo illa iura canonica paulò antè citata. Quamuis autem Bart. & alij id confirmẽt ex l. fistulas. §. fruticata. ff. de contrah. empt. cuius

verba

verba sunt. *Frumenta, quæ in herbis erant, cũ vendidisset, dixisti, te, si quid vi, aut tempestate, factũ esset, præstiturum. Ea frumenta niues corruperunt. Si immoderatæ fuerant, & contra consuetudinem tempestatis, agi tecum ex empto poterit.*

Hæc ibi. Cæterum, vt multi obseruant, potius retorqueri textus ille aduersus sniam Bart. & cõmunem, potest, q̃ eã confirmet. Etenim, pnunciaut, cũ, qui se obligauit ea casibus fortuitis, teneri ex illo, qui contra consuetudinẽ tempestatis euenit. Recẽtiõ Aluar. Valas. respondet, ita præter consuetudinẽ tempestatis euenisse, vt non esset inopinatus is ex regione, sed creditus posse euenire, tamen id valde raro, ac proinde sub solitis comprehendi. Aries Pinel. vbi sup. à nu. 29. rem hanc disputat, & cũ Baldo, & alijs, quos citat, existimat, eum, qui renunciationẽ facit casibus fortuitis, nõ solum censeri renunciare solutis, sed etiam insolitis. Cæterũ, quoniam illa alia opinio communior est, & argumẽta, quibus Pinchus nititur, nõ sunt magni ponderis, atque ex dictis facilè diluuntur, recedendum non arbitror à communi sententia.

Vtrum aũt, qui renunciauit euentibus fortuitis opinatis, & inopinatis, cẽseatur eo ipso renunciare solitis, & insolitis. Aries Pinel. & Aluar. Valas. affirmant, referuntq; ita regium senatum iudicasse, imõ q; ea sola vera vt: quoniã nomine inopinatorũ, sufficiẽter explicãtur insoliti. Gutier. vbi supra nu. 7. licèt consentiat, arbitratur tamen cum Ripa, & Corneo, q̃rs, qui renunciat euentibus opinatis, & inopinatis, ac solitis, & insolitis, censeatur renunciare euentibus, de quibus neque prudentes poterant opinari posse euenire, non eam censeri renunciare euentibus, de quibus etiã prudentissimi non possent opinari. Arbitror tamen audiendas non esse eiusmodi nimias subtilitates, quæ litibus fomenta præbent.

Ita supra dictũ est, in hoc Castellę Regno cõductores oẽs reditũ, ac retũ regiatũ, renũciare euẽtibus oĩbus fortuitis, tam solutis, quã insolitis, & tam opinabilibus, quam non opinabilibus, nullo prorsus excepto, quantumcunq; insolito, & inopinabili, vt habetur l. 2. tit. 9. lib. 9. nouæ collect.

Quod si in euentibus oĩbus, de quibus habitus
13 est sermo, renunciatio casibus fortuitis † cõfirmaretur iuramẽto, vtique non ad plures casus ea renunciatio sese extenderet, quàm si iuramento non esset confirmata. Ratio est, quoniam corroboratio iuramẽti non ad plura se extẽdit, quam comprehẽdantur in promissione, aut pacto, quæ iuramento confirmantur, iuxta l. vlt. C. de nõ numerat. pecun. & alia similia iura, affirmatq; Bart. & cõmunis doctorum sententia, quam referunt; ac sequuntur Aluar. Valas. vbi sup. nu. 37. & Gutier. c. 24. citato, nu. 13. Si autem mens renunciantis fuisset pluribus fortuitis casibus renunciare, quam iuxta opiniones relatas explanatum sit; tunc vtique in foro conscientiæ, etiam ex illis alijs euentibus, teneretur, non solum sub reatu periurij si iuramento esset firmata renunciatio; sed etiam simpliciter de solo rigore iustitiæ, si renunciatio iuramento non esset confirmata.

14 Sextus † euentus, in quo colono non restituitur de pensione est. Si sit partiarius, hoc est, qui pro parte aliquota fructuum, quos collegerit, reddenda; puta tertia, quarta aut quinta prædium accepit. Tunc enim nõ est locatio, sed cõtractus societatis: quocirca, esto sterilitas aduenerit, debitor est talis partis aliquotæ fructuum, quos collegerit. Ita habet l. si merces §. vis maior. in fine ff. locati.

Superest, dicamus aliquid de secundo eorum, quæ in titulo disputationis ꝓposita sunt. Nempe,
15 vtrum † pp insolitum augmẽtũ fructuũ, teneatur conductor ad maiorẽ pensionem: Atque, si cõductor euentibus oĩbus fortuitis renunciauit, et insolitis, vtique pp insolitum augmentum fructuũ, non tenebitur ad augmẽtum pensionis. Quoniã, qui affirmant, propter augmentum fructuum augendam esse pensionem, ea rõne id affirmant, q̃m fingitur locator propter notabilem sterilitatem patitur detrimentum pensionis, vt cõtractus alioquin sibi debitæ: ita propter insolitum augmentum fructuum, sentire debet commodum augmenti pensionis: quoniam, qui sentit damnum, commodũ etiam sentire debet, & è contrario, vt habet regula. Quæstio ergo solum est, quando conductor non renunciauit euentibus fortuitis.

Et quidem conueniunt omnes, q̃ extraordinarium augmẽtum fructuũ peruenit ex industria conductoris, qa plus seminauit, & diligentius coluit terram, aut meliorameta fecit in re cõducta, non esse augendam pẽsionẽ. Ita statuitur l. 23. tit. 8. par. 5. & affirmat gl. magna in fine, l. si merces, §. vis maior. ff. locati. Q̃n aũt̃ aliunde supernũ prouenit, & pertingit ad duplũ eius, quod cõiteres locator reddere solebat, statuũ, l. 32. citata duplicandã esse pensionem, ob æquitatem illã, quod, qui damnum diminutionis pẽsionis sentit ob insolitam sterilitatem, sentire & debet commodum augmenti pẽsionis propter insolitam vbertatem, idemq; affirmãt glossa citata, Bar. & alij de quorũ numero est Ant. Gom. nu. 19. citato. Hoc verò multi intelligunt, solũ habere verum, q̃n ob fortuitum euentum accrescunt in ea abundantia fructus, vt si q̃s conductũ habeat molendinum, casuque fortuito eueniat, vt molendina alia destruantur, itq; in causa sit, vt longè plus solito reddat, tũc, iuxta proportionem augmẽti vltra supremos fructus, quos tale molendinũ reddere solebat, augeatur pensio: secus autem q̃n, ob anni fertilitatẽ, multum accresceret fructus supra solitos, etiam si multum ad id conduceret bonitas prædij conducti. De horum numero sunt Greg. Lopez l. 23. citata glos. vlt. Nauar. in Manuali, c. 17. nu. 191. & Syluest. verb. locatio. quæst. 14.

Mihi placet, propter augmentũ fructuum, se- Decis.
clusis euẽtu fortuito explicato, aut alio simili augendam non esse pensionem, & id apertè colligitur ex §. vis maior, citato, cuius verba sunt. *Modicum damnum æquo animo ferre debet colonus, cui immodicum lucrum nõ aufertur.* Vbi vides ꝓpter magnum lucrum, ac vbi res fructus, non augeri pensionem: quod per epicheiam est intelligendũ, quando non aduenium ob casum fortuitum molendinorum explicatum, aut alium similem, sed propter annũ, ac prædij vbertatem. Atque ita intellecta

tellecta hac opinione, vt excludatur vbertas casus fortuiti, existimo accipiendum esse, quod Aries Pinel. l. 2. C. de rescind. vend. par. 1. c. 3. nu. 34. & Aluar. Valas. vbi supra, nu. vlt. dicunt; receptam videlicet esse opinionem hanc in praxi.

Cui suffragatur hæc ró, quod quando fructuũ vbertas prouenit ob magnum pretium fructuum, conueniunt doctores contrariæ opinionis, nõ esse augendam pensionem: qñ autem vbertas prouenit ob maximã anni vbertatem, certè paulo plus valent vberes fructus iunc collecti, quam valere soleam consueti, eo quod fructuum abundantia faciat decrescere valorem eorum: non est autẽ æquitas, vt propter fructus, qui non plus valẽt conductori, quã consueti, augeatur ei pensio. In illo autẽ alio euẽtu vbertatis ob casum fortuitum, certè recta ratio postulat, vt sicut propter contrarium fortuitum euentum minuenda est pensio, ita propter illum augeatur: ac sanè si euentus ille in particulari propositus legislatori fuisset, vtique illum excepisset: quoniam, dum verba illa supra relata protulit, ad anni vbertatem, atque ad id, quod accidere solet, mentis oculum coniecit.

## Ad quas expensas rei locatæ, teneatur conductor, & ad quas locator. Et quando locator soluere teneatur conductori expensas, quas in reconducta fecerit.

### DISPVT. CCCCXCVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Conductor ad expensas rei conductæ tenetur iuxta consuetudinem loci, nisi aliud actum sit; & idem in locatore dicendum.*

*Et quid si non sit consuetudo, ad quas ambo teneantur nu. 2. vbi ad plenum.*

3 *Conductor compensare potest vtiles expensas in mercede debita pro re conducta, ex communi.*

4 *Locator an teneatur soluere expensas factas per conductorem, quando est pactum in genere, quod res melioraretur per conductorem, nec dictum esset, quod suis sumptibus.*

5 *Cõductor vsufructuarij an repetere possit expensas a proprietario, factas in re locata, & ad ipsum proprietariũ per mortẽ vsufructuarij deuoluta.*

6 *Conductor potest rem sibi locatam retinere, quousq; expensæ factæ in re conducta sibi soluantur.*

1 ALuar. Valas. de iur. emph q. 26. nu. 6. rectè cum Bart. l. impensæ. ff. de impens. & cum alijs notat. Hac in re attendendã ante oia esse cõsuetudinem cuiusq; regionis, vt, si qdem cõsuetudo in aliqua regione sit, expẽsas aliquas in rebus aliquibus cõductis fieri à cõductoribus, ei consuetudini sterur. Cõtractus enim, qñ in eis aliud non exprimitur, facti cẽsentur iuxta loci ea in re consuetudinẽ l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iuris, idemq; peculiariter de cõtractu locationis, & cõductionis habetur l. excepto, & l. circa. C. de locat. & l. domini prædiorum. ff. de agric. & cens.

2 Secluſa cõsuetudine, Bar. l. citata, & quidã alij quos Aluar. Vala. nu. 6. citato refert, de quorũ numero est Ant. Gom. 2. to. var. resol. c. 3. nu. 20. censent, si impensa sit ad perpetuã prædij vtilitatem, vel longioris tpis, sit tẽpus conductionis, non teneri conductoré ad illam tanquam magnã: si verò dubitatur nõ sit, nisi tẽpore conductionis, atq; adeo futura est ad cõductoris tm̃ vsum, tunc conductorem teneri illam facere tanq̃ modicam, neq; finita cõductione, posse reperere, quod ita insumpsit, neq; illud demere de pẽsione soluẽda. Meritòtñ Aluar. Valas. ibidem, nu. 7. cũ plerisq; alijs, quos refert, affirmat, conductorem ad nullas impensas faciendas in re conducta teneri, sed cogere posse locatorem, vt faciat necessarias, ac consuetas ad cõmodum, & vsum rei locatæ, ac, si loco illius cõductor illas efficiat posse illas repetere, aut demere, qđ ita insumpserit, pensione pro re cõducta soluenda: solæ q̃ppe impensæ, quę ad colligendos fructus ex reconducta spectant, vt arando, fodiendo, putãdo, metendo, &c. pertinent ad conductorem: quod verò aliæ necessariæ ad locatorem attineant, cõstat ex l. sed addes. §. inquilinus. ff. locat.

Vbi habetur. Si conductor in domum conductam arcam cameratã atque adeo magnam, intulerat, & locator, siue sciens, siue ignorans, aditum domus coarctauit, ita vt educi arca non possit, teneri ad sumptus necessarios ad ampliandum aditum, quo educatur arca. Ecce, ad illos sumptus eo modo necessarios ad extrahendam arcam antea à conductore in eam domum illatam, tenetur locator. Constat etiam ex l. ex conducto, in princip. ff. eod. tit. vbi habetur, dari conductori aduersus locatorem actionem ex cõducto, si villa non reficiatur, vel stabulum, vel vbi greges eius stare oporteat. Et affirmat ibi glossa in verb. reficitur, teneri locatorem ad eiusmodi expensas, in eoque differre conductorem ab vsufructuario, cui proprietarius non tenetur ad eiusmodi expensas, vt habetur l. sed eum fructuarius. §. vlt. ff. de vsufructu, & vtrumque affirmat etiam glo. ibid.

Atq; eadem ratione tenetur locator reficere tectum domus locatæ, qñ refectione indiget, ad stillicidia vitanda, aut aliqua alia de causa. Item tenetur reficere reliqua, qñ minantur ruinam, aut iam corruere. Eadem ratione non tenetur conductor ad tributa ratione rei conductæ, & ad functiones publicas, vt ad reficiendam lapidibus viã publicam iuxta domum conductam, vel ad puteum purgandum, & reparandum. Ita habetur l. ædiles. §. quicunque, iunctis verbis antecedentibus. ff. de viã publica, vbi sic scriptum legimus. *Construat autem vias publicas vnusquisq; secundum propriam domum, & aquæductus purget, qui subsidio sunt, ideſt, sub cælo libero, & construat ita, vt non prohibeatur vehiculum transire. Quicunq; autem mercede habitant, si non construat dominus, ipsi construentes computent dispendium in mercedem.* Hæc ibi. Vbi vides, etiam has necessarias expensas ratione rei conductæ pertinere ad locatorem, atque, si à conductore fiant, detrahendas esse de pensione, aut repetenda.

Ex

Ex dictis constat, cõductorẽ nõ teneri facere aggeres, & fossata in re conducta, vt Alua. Valas. in fine, q. 26. citatę ait, q̃n neq; ea reficere, nisi id deductũ fuerit in pactũ. Ex dictis quoq; cõstat, idq; satis apertẽ, q̃ in hoc Castellæ Regno mulam ad iter conducit, cũ consuetudo Regni sit, vt solum cum ea faciat expensas cibi, & hospitij, si qd aliud cum ea necessarijs insumat, vt in solis ferreis effigiẽdis, vel in alia simili re, posse id repetere, aut demere de mercede p̃ locatione illius soluenda.

De vtilibus autem expensis, quæ rem locatam reddunt meliorẽ, ac vtiliorem, quãuis neque locator, neq; conductor, teneatur illas facere, si tamen conductor eas fecerit, pót illas cõpensare in pensione soluenda, vel illas repetere finito contractu, etiamsi conductor propter culpam à te locata expellatur: in quo ab emphyteuta differt, iuxta ea, quæ disp. 455. dicta sunt. Ita hẽ l. dñs horreorum. §. 1. ff. locat. cuius verba sunt. *In conducto fundo si conductor sua opera aliquid necessario vel vtiliter auxerit, vel ædificauerit, vel instituerit, cum id non conueniisset, ad recuperãda ea, quę impendit, ex conducto cum domino fundi experiri potest.* Idẽ habetur l. colonus, in princ. ff. eo. tit. in hæc verba. *Colonus, cum lege locationis non esset comprehensum, vt vineas poneret, nihilominus in fundo vineas instituit, & propter earũ fructus denis amplius annuis aureis is ager locari coperat. Quæsitum est, si dominus istum colonum fundo eiectum, pensionum debitarum nomine conueniat, an sumptus, vtiliter factos in vineis instituendis, cõputare possit, opposita doli mali exceptione. Respondit (ait Scęuola) vel expẽsas cõsequuturũ, vel nihil amplius præstaturũ esse.* Intelligas autem conductorem posse cogere dominũ, vt meliorameta expẽsarum reddat, si plus expendit, ac valent melioramẽta, quam quod debet ex pensionibus, vt ex l. dñs horreorum constat: & vicissim locatorem posse cogere conductorem, vt incrementum reddat, si plus ex pẽsionibus debet, quam vtiliter expenderit. Ex lege proximè relata notat Tiraquellus, eã vim habere ẽt q̃n ager forma talibus expensis mutatur, vt in re proposita, ager in vineam fuit mutatus. Alua. tñ Valas. de iur. emphy. q. 25. nu. 32. ait, non dici formam mutatam, q̃n mutatio fit in alterius contrahentis vtilitatem, argumẽto l. diligenter. §. melior. ff. mand. & l. 1. §. qd tñ ff. de exercit. act. Cæterũ hæc duo iura non probant, nõ censeri mutatam formam, sed esse fas illam mutare in alterius contrahentis
3 vtilitatem. Conductorẽ † posse repetere, aut compensare, vtiles expensas in mercede debita pro re conducta modo explicato, hẽ etiam expressè l. 24. tit. 8. par. 5. & consentit lex 1. C. mandati, atque affirmat cõis doctorum sola, quam referunt, ac sequuntur Alua. Valas. nu. 32. citato, Ant. Gom. 2. tom. var. res. c. 3. nu. 20. & Greg. Lopez l. 24. citata. Qui tñ, cum Paulo Cast. hoc limitat, modo factæ sint de voluntate, saltem tacita, locatoris, aut si non de illius volũtate sint factæ, nõ sint illi admodum graues, cõsentiq; Alua. Valas. vbi sup. nu. 38. Addit ẽt, posse conductorem extrahere, si velit, meliorationes factas in re conducta, modo sine detrimento talis rei id possit facere. Quod ẽt de eiusmodi grauib. impensis, atque ẽt de necessarijs, nec vtilibus sed omnino voluntarijs, seu voluptuarijs, intelligendum est, vt habetur l. sed addes. §. si inquilinus. 1. ff. locati, atque affirmat Alua. Valas. nu. 37. citato. Lege quoad hæc omnia, quæ disp. 463. copiosè dicta sunt.

Quando deductũ fuisset in pactũ, vt cõductor de suo tales, vel tales meliorationes in re conducta faceret, tunc vtique, siue illæ necessariæ, siue vtiles essent, non teneretur locator illas soluere, neq; de pensione vlterius statuta essent extrahendæ, vt ex se est manifestum: q̃n conuentio legem inter contrahentes facit. Atq; hoc sonant duo iura primo loco citata, & apertè statuit l. 24. citata.
4 Q̃n † autem res traderetur cum pacto in genere, quod res melioraretur per conductorem, neq; dictũ esset, quod suis sumptibus, q̃dã, quos Alua. Valas. vbi sup. nu. 34. refert, asseuerant, tunc locatorem non teneri eas soluere, atq; eandem sententiam amplectitur Greg. Lopez l. 24. citata, gl. vlt. Alua. tñ Valas. num. citato contrarium, non sine probabilitate magna, affirmat: q̃n inquit, simile pactũ non impedit, quin emphyteutę solui dẽant vtiles expensæ, seu melioramẽta, in re emphyteutica facta, vt disp. 456. dictũ est, satisque est pactũ illud operari, vt conductor teneatur rem meliorare, sed non de suo, quasi nũquam sint ipsi tales expensæ soluendæ. Arbitror aũt in similibus euẽtibus in cõductionibus, ex circumstantijs cõcurrentibus esse coniciẽdum, q̃ fuerit mens contrahentium illiq; esse standum. In dubio autem, non auderem à sententia Alua. Valas. accedere.

5 Vtrum † autẽ, q̃n fructuarius rem, in qua vsumfructũ habebat, locauerat ad tempus aliquod, puta ad quinquennium, & mortuus est, ac proinde resoluitur contractus locationis, & res locata libera reuertitur ad proprietarium, iuxta ea quæ disput. 492. dicta sunt, si conductor fecerat aliquas expensas in rẽ cõducta vtiles, teneatur proprietarius illi soluere, quãtum expẽdit, vel quãtum plus valet prędiũ propter illas expensas. Alua. Valas. vbi sup. nu. 35. refert quosdam affirmare, nihil illi esse soluendum, ductos l. si quis domum §. idem quærit. ff. locat. cuius verba de eiusmodi conductore sunt, *Idem quærit, si sumptus fecit in fundũ, quasi quinquennio fruiturus, an recipiat. Et ait, non recepturũ, quia hoc cuenire posse prospicere debuit.* Hactenus Vlpianus, ex verbis Marcellini ibi cõsulti. Et Alua. Valas. arbitratur, eã fuisse mentẽ, ac decisionem Vlpiani ibi. Addit tñ, Senatores in Lusitania merito contrariũ definire: q̃n æquum nõ est, proprietariũ sumptibus talis cõductoris locupletari. & q̃n, si fructuarius eas vtiles expẽsas fecisset, teneret proprietarius hęredibus illius soluere æstimationẽ earũ: sicut & fideicommissarius soluit expensas vtiles in re, fidei alterius cõmissa, factas per eũ. Vnde ait, cũ nulli solidę rõni decisio illa Vlpiani nitatur, meritò in Lusitania illi non stari in iudicãdo, vbi idcirco Cæsareę leges admittuntur, vt iuxta illas iudicetur, q̃n nulla lex, aut cõsuetudo Regni est in contrariũ, q̃n optimæ rõni illas innixi existimatur, vt lib. 2. ord. tit. 5. habẽtur. Ergo aũt existimo, nihil tale decidere ibi Vlpianum,

pianū, aut in mentē illi veniſſe. Sed, cū impenſę factæ in re cōducta à cōductore in quinquēnium, eſſe ſoleāt lōgè maiores, ſpe illis fruēdi toto quinquēnio, q̄ ſit valor vtilitatis, q̄ ex eis in p̄dio cōducto manet, q̄tit Vlpian⁹, vtrū illas, quo ad id incremētum, aut ēt totas, ſi nihil vtilitatis p̄dio attulerūt, teneatur hæres vſufructuarij ſoluere conductori.

Et reſpōdet, non teneri; q̄m conductor ꝓſpicere debuit, hoc euenire poſſe, vt. ſ. fructuarius more retur ante finitū quinquennium, ac finiretur locationis contractus. Nihil verò loquitur Vlpianus cōparatione ꝓprietarij, num ſoluere teneatur locatori valorē vtilitatis, quæ ex eis expenſis prędio accreuit. Eſſe aūt hanc mentē Vlpiani, ibi, cōſtat, tum ex antecedētibus, in quibus ſermo erat de hærede vſufructuarij locatoris: tū ex ſequentibus, in quibus idē Vlpianus voluit, ſi locator rem illam, non quaſi vſufructuarius, ſed quaſi proprietarius, locauit, ac proinde conductorem decepit, teneri tunc hæredē illius ſoluere conductionis expēſas.

6 Expenſas † vtiles, aut neceſſarias, pōt conſequi cōductor retentione rei locatæ, quouſq; ſoluātur: nam, cui actio cōceditur, multò magis conceditur retentio rei, in qua expenſæ ſint factæ l. ſi in area. ff. de cond. indeb. Et ſic lex Luſitana lib. 4. ord. tit. 50. §. 1. cōmodatario cōcedit retentionem rei cōmodatæ ꝓ expēſis in ea factis, quouſq; ſoluantur. Si penſio nō ſit ſoluta, cōſequi pōt conductor expenſas compenſatione in ipſamet facta. Si verò penſio ſoluta ſit, poteſt illas conſequi actione ex conducto, vt hæc cōſtant l. dñs horreorum §. 1. l. ſed addes §. ſi inquilinus. 1. & l. colonus. ff. locat. item l. ædiles §. qualicunque, ff. de via publ. & affirmat Aluar. Valaſ. q. 25. citata num. vlt.

## Penſio rei locatæ quando ſoluenda. Et num pro illius ſolutione, ac deterioratione rei locatæ, ſint tacitè hypothecatæ res, quæ in eam fuerint inuectæ, atque etiam fructus.

## DISPVTATIO CCCCXCVII.

### SVMMARIVM.

1 *Penſio rei locatæ quo tempore ſoluenda.*
2 *Penſio ſoluēda in fructibus, debet ſolui poſt fructus collectos, niſi aliud actum ſit.*
3 *Dominium rei venditæ vt in emptorem tranſeat, quæ requirantur.*
4 *Fructus rei locatæ tacitè ſunt hypothecati locatori pro ſolutione penſionis.*
*Idem in rebus inductis, & illatis in prædium conductum. nu. 5.*
6 *Bona inductæ, & illata in prædium conductum, vt tacitè ſubijciuntur hypothecæ quæ requirantur.*
*Et quid de inuectis permanenter, quæ aliunde poſtea aſportata fuerint. nu. 7.*
*Limitata tamen, non procedere in bonis alienis inuectis, nu. 8. cum declaratione, vt ibid.*

QVod ad primum attinet, ſicut diſput. 451. de penſione emphyteutica dicebamus, ita nunc de penſione pro re locata dicendū eſt. Nempe, † ſi in contractu fuit tēpus expreſſum, in quo penſio eſſet ſoluenda, ſtandum eſſe contractui. Si verò nihil fuit expreſſum, ſtandum eſſe conſuetudini loci, vt habetur l. 4. tit. 8. par. 5. & lib. 4. Luſit. ordin. tit. 48. §. Si aūt nulla ſit certa conſuetudo, vnde conſtet antea ſolere ſolui, ſoluenda eſt in fine anni. Ita habetur l. 4. citata, atque hæc omnia colliguntur apertè ex l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur. quoniam, ꝙ penſio in fine anni ſoluatur, eſt minimum, quod eligi pōt, & quod benignius eſt comparatione debitoris: id quod docet ea regula eſſe ſequendum, quando neque aliud eſt conuentum, neque aliud habet conſuetudo regionis: idemque faciendum præſcribit l. ſemper in obſcuris. ff. de regulis iuris. Eadem omnia affirmant gloſſa vlt. l. eadem. C. de locato, & doctores cōmuniter, quos referunt, ac ſequuntur Greg. Lopez l. 4. citata, Nauar. in Manu. c. 17. nu. 198. Panor. c. propter ſterilitatem de locat. nu. 18. & Ant. Gom. 2. to. var. reſol. c. 3. nu. 13. Quando autem res locata eſt in multos annos pro certa annua penſione, neque eſt expreſſum, quando penſio ſit ſoluenda neque quicquam certi habet conſuetudo regionis, tunc in fine cuiuſque anni ſoluenda eſt penſio eius anni: quoniam ille cēſentur diſtinctæ locationes in ſingulos illos annos l. ſcire debemus & l. plurib. ff. de verb. oblig. & affirmat Gregor. Lopez vbi ſupra. Quando † penſio ſoluenda eſt in fructibus, neque aliud eſt cōuentum, ſoluenda eſt poſt fructus collectos, & nō antea. Ita Gregor. Lopez ibi, iuxta l. Firmio. §. vlt. ff. quādo dies leg. ced. Item quando ex cauſa, propter quā penſio datur, ex perſona, aut ex alijs circumſtantijs, intelligitur ante finitum locationis contractum intendiſſe cōtrahentes, vt ſolueretur pēſio, parſve illius, tunc ſoluenda eſt tempore, quo res id poſtulat, præſumiturque contrahentes id intendiſſe. Ita Panor. vbi ſupra nu. 9. & Nauar. nu. 198. citato. Si dubitatum fuerit, an conductor (idem dicendum de emphyteuta) ſoluerit penſiones annorum præteritorum, & is oſtenderit ſchedulas, quibus ſe ſoluiſſe tribus continuis annis probet, cenſetur ſoluiſſe omnibus annis tres illos antecedentibus, niſi aduerſus eum contrarium probetur. Ita probat l. quicunque. C. de apochis publ. lib. 10. & affirmat communis doctorum ſententia, quam Ant. Gom. nu. 13. citato refert, ac ſequitur. Hæc de primo eorum, quæ propoſita ſunt.

Quod verò ad ſecundum attinet, vt à fructibus rei locatæ ordiamur, obſeruandum eſt. Quemadmodum diſput. 338. dictum eſt, vt dominium rei † venditæ in emptorem tranſeat, non ſatis eſſe rē venditam, eſſe illi traditam, ſed vlterius neceſſarium eſſe, ſolutum eſſe pretium, aut emptorem illud offerre, & per venditorē ſtare quominus illud recipiat, aut fideiuſſores, vel pignora pro illo ſoluendo exhibita ab emptore eſſe, & à venditore acceptata, aut certè venditorem habere pretium pro ſoluto, illud de emptore confidendo: ita gloſſa l. ſi ſeruus communis §. locaui, verb. facere. ff. de furtis, & Bart. communis ſententia, quam Aluar. Vala. de int. emphy. q. 20. numero 15. refert, aſſeuerat,

Digitized by Google

uerat, fructus naturales rei locatæ, vt poma, triticũ, vinum, &c. non prius pertinere quo ad dñium ad conductorem, q̃ is pensionem locatori soluat, aut illã offerat, vel pro soluta, modis circa venditionem explicatis, illam hẽat ẽt si tales fructus separati iã sint à prædio conducto, quin & in domũ conductoris asportati, aut ab eo alijs venditi, ac traditi, vt de re empta dispur. citata dictum est; sed interim, dum pretium nõ soluitur, pertinere quo ad dominium ad prædij dñm, sicut pertinebant, antequam à prædio separarentur. Pro hac sñia nõ video aliud vrgent ius argm̃, q̃ parem esse rõnem de venditione, & locatione. Mihi verò longè plus probatur opinio Alua. Valas. ibidem, eo videlicet
4 ipso, quod ſ eiusmodi fructus à prædio separati sunt, pertinere quo ad dominium ad conductorem, ẽt si pensionem non soluerit, locatorem q. solum hẽ tacitam hypothecam in illis, vt pensio ei soluatur. Primò, qm̃ non est textus vllus, qui id locatione statuat: id verò, qđ peculiariter in venditione sancitum est extra communem illam regulã iuris, q titulo, & traditione comparetur rerũ dominium, non est plus extendendum, q̃ iure cõpetiatur definitum. Quarè nullum profectò est in re proposita argm̃ à paritate rõnis venditionis ad locationem. Secundo, qm̃ fructus naturales rei locatæ ẽt si conuentione partium non fuerint subiecti expressæ hypothecæ pro soluenda pensione tacitè ſ iuris dispõne sunt hypothecæ subiecti pro ea soluenda, vt hẽ l. in fructibus. ff. in quib. caus. pig. vel hypot. cuius verba sunt, *in prædijs rusticis fructus, qui ibi nascuntur, tacitè intelliguntur pignori esse domino fundi locati, ẽt si nominatim id non conuenerit*; hẽ ẽt l. si in lege §. si colonus, ff. locat. vbi exprimitur, id verum habere, ẽt si colonus prędiũ locasset alicui alteri: fructus enim à secundo conductore percepti, sunt similiter tacitæ subiecti hypothecæ dño prædij pro pensione ipsi soluenda; sed in re propria nullus dr̃ habere pignus, vt habetur l. neque pignus ff. de reg. iur. ergo dominus fundi non habet dominium fructuum, postquam sunt à fundo separati, sed solum tacitam hypothecam, aut ẽt expressam, si id cõuenerit inter contrahentes. Accedit, quod in venditione dicitur res vendita retineri quasi pignus pro parte pretij nõdum soluti, vt habetur l. Iulianus. §. offerri ff. de actionib. empt. quin verè pignus non est; at in locatione fructus rei locatæ iuribus citatis non dicuntur quasi pignus, sed verum pignus pro pẽsione soluenda. Quod si obijcias l. si seruus communis §. locani. ff. de furtis concedi domino fundi actionem furti, si clam, ipso nesciẽte, fructus asportentur de prædio, antequam pensio soluatur, furtum autem non committi in re propria eius, qui illam aufert, quippe cum furtum definiatur, contrectatio rei alienæ. Dicendum est, nomine rei alienæ in definitione furti, comprendi etiam, quæ ad aliquem pertinet, tum alijs rationibus, tum ẽt tanquam pignus, vt non solum ex ipsomet §. locani, constat vbi fructus illi expressè fuerãt subiecti pignori, partium conuentione, domino prædij p̃ solutione pensionis, sed ẽt expressè ex l. 3. ff. de pignorat. act. quã mirandum est Bartolum in confirmationem suæ sententiæ citare.

5 Res itẽ ſ inductæ in prędiũ cõductũ tacitè subijciuntur hypothecæ domino p̃dij locati pro pensione soluenda, atque ẽt pro resarciendis damnis culpa conductoris rei conductæ illatis, hactñ ad habita distinctione. Quod si prædiũ cõductũ vrbanũ, sit, vt est domus tunc q̃ fuerint in eo inducta, siue domino prędij, q illud locauit, sciente essẽt inducta siue nõ subijciuntur hypothecę, si verò fuerit rusticũ, tunc ea sola in id p̃dium inducta subijciuntur hypothecæ, quæ dño prædij sciente fuerint inducta, non verò ea, quæ eo ignorante inducta fuerint. Ita habetur l. certi. C. de locat. iuncta l. vlt. C. in quib. caus. pig. l. item quia conuentiones. ff. de pactis, & §. ẽt seruiana, instit. de act. iuncta l. 2. ff. in quib. caus. pig. quę exprimit etiam pro damnis rei conductæ illatis, esse illa subiecta hypothecæ, atque eadem oĩa expressè habentur l. 5. tit. 8. par. 5. & consentit cõis doctorum sententia. Illata autem in rem, quam quis cõduxit à primo conductore, hypothecata esse primo locatori pro pensione sibi debita, disp. 489. est explanatũ.

6 Obserua ſ tamen, vt inuecta in prædium cõductum tacitè subijciantur hypothecæ modo explicato, necesse esse, vt inducantur animo vt perpetuò ibi sint, hoc est, non ad tempus, sed quandiu cõductio durauerit, siue postea mutetur animus, & extrahantur, aut etiam alienentur, siue non. Ita habetur l. in prædijs. §. vlt. ff. in quib. caus. pig. l. debitor, iuncta gl. ibi ff. de pig. & affirmat glos. l. certi, verb. induxerint. C. locat. Alua. Vala de iur. emphy. q. 20. nu. 17. & Greg. Lop. l. 5. citata verſ. *fincan obligadas*. Vnde ait Baldum inferre, merces à conductore in domum locatam inductas *vt* venderẽtur, non esse tacitè hypothecatas, quia non inducuntur, vt ibi sint perpetuò: eaque de causa emptores non teneri ex illis soluere, in defectum cõductoris pensionem, & deteriorationem domus.

Vtrum autem solum ea inuecta, quæ reperta Dubiũ
fuerint in prędio conducto tempore, quo pensio exigitur, aut quo exigitur deterioratio facta in re
7 conducta, sint tacitè hypothecata, an ſ verò etiam ea, quæ cum fuerint inuecta permanenter modo proximè explicato, ibi tamen iam non sunt. Cõmunis doctorum sententia affirmat, etiam hęc esse tacitè hypothecata, possessoresque eorum pos- Decis.
se conueniri, vt in defectum conductorum, soluãt ex ei pensionem, & damna rebus conductis illata, vt refert Greg. Lop. l. 5. citata verb. *que fallare*. Sex tamen illa Castellæ solum videtur statuere esse hypothecata quæ reperta fuerint tempore, quo pẽsio, aut deterioratio, exigitur, vt in Greg. Lop. notat, ac commendat. Nõ est tamen recedendum à communi sententia, quæ consonantior est iuri communi. Neq; quisquam obijciat legem, est differentia. ff. ex quibus caus. pig. quæ statuit, si mãcipia aliqua specialiter sunt obligata pro solutione pẽsionis, ac deteriorationem rei locatæ, manumissi non posse, quasi manumissione liberentur ab onere hypothecæ: si autem sint tacitè obligata, posse manumitti modo tamen non continentur in re locata tempore quo exigitur pensio, aut detrimentum rei locatæ, nondum facta illorum manu-

num issione. Non, inquam, id aliquis obijciat: qñ in fauorem libertatis id peculiariter sancitum est.

Bona aliena, etiã si inducantur in re conducta, nõ censentur tacitè hypothecata pro pensione, & deterioratione rei cõductæ: quippe res aliena, quę nullo modo ad eũ, qui eã obligat, spectat, nõ possit expresse subijci pignori, aut hypothecæ, vt hab l. 1. §. 1. ff. de pig. nedum tacitè, idẽ colligitur ex l. rẽ alienam ff. de pig. act. glo. vlt. l. certi. C. de locat. quã ibidem cõmendat additio subiuncta, & glossæ alię alijs in locis, id limitant, nisi rei dñs sciente, ac paciente à cõductore inducta in rem conductã sit: nã tunc censent cõtrahi tacitam hypothecam, argumẽto l. aliena, in prin. ff. de pign. act. & id approbat Aluar. Valas. nu. 17. citato Greg. tñ Lopez l. 5. citata ver. *fincan obligadas*, meritò ait, doctores, cõmuniter contrarũ contra eã glossam affirmare, nisi qñ dolus censeretur intercessisse ex parte dñi rei aduersus locatorem, qui tacuit videns rem suam in prædiũ conductum induci; vt locator, fretus eo pignore, non peteret tẽpore congruo pẽsionem, aut damnum rei locatæ. Etenim ex eo, quod videat rem suam induci in rem cõductam, & taceat, non censetur intendere subijcere eam hypothecæ; quod tamen esset necessarium, vt iuxta l. aliena, eam pignori subijcere censeretur.

Lex. 5. citata præcipit, qñ res inductas in prædiũ locatũ accipere vult locator in pignus pro pẽsione non soluta, aut damno rei locatę illato, quia videlicet inuenit illas in prædio locato, neq; præsens est conductor, efficere id debere eorã vicinis, in scriptis eorã illis redigẽdo, quæ ibi reperta fuerint, neq; fraus fiat cõductori. Ea aũt lex ex parte consentit cũ lege cũ dñi ff. locat. quæ habet, si domus, aut horrea, fuerunt cõducta, & conductor nõ cõparet, neq; per biennũ integrũ pensionẽ soluit, tũc, postulãte id locatore, aperiri posse corã personis publicis, ac redigi in scriptis, quæ ibi reperta fuerint, vt tandem inde locator, soluatur, si cõductor nõ comparuerit. Quõ aũt exequutio in cõductorẽ, & bona in re conducta, pro pensione nõ soluta iure Lusitano fieri debeat, disp. 489. dictũ est.

## Finito locationis tempore, sub qua pœna teneatur conductor restituere rem conductam locatori petenti. Et an conductor ius habeat prælationis, ac retentionis pro eodem pretio. Et quando ex continuatione censeatur tacitè prorogatus contractus, & quousque.

## DISPVTATIO CCCCXCVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Conductor locatione finita, qua pœna puniatur, si rem non restituat.*

*Et an idem sit in commodatario, & depositario, & alijs similibus. nu. 2.*

3 *Pœna, qua punitur conductor, commodatarius, depositarius, & alij similes non restituentes res alienas, vt locum habeat, quid requiratur.*

*Et an talis pœna transeat ad eorum hæredes, nu. 4.*

6 *Locatione finita, potest dominus cui uult, libere eandem rem locare.*

*Declaratur tamen, vt nu. 7.*

*Et quid de iure Lusitano, nu. 8.*

9 *Locatione finita, quando ex tacito partium consensu censeatur prorogatus contractus.*

10 *Conductor vt possit allegare perseuerantiam in re locata, post locationem finitam, quantum tempus requiratur.*

11 *Proprietarius, emphyteusi ad longum tempus finita, non censetur per eius patientiam prorogasse tacito consensu contractum, in forma emphyteutici contractus.*

*Idem dicendum, vt nec per annum censeatur facta prorogatio. nu. 12.*

13 *Locatio ad modicum tempus suspensa, vt scriptura perficeretur, an per patientiam locatoris locatione, tali finita, censeatur tacite prorogata in annũ sequentem.*

14 *Prorogatio locationis ex tacito vtriusque partis cõsensu, locum habet etiam in prædijs communitatis ac reipublicæ.*

*Fallit in rebus mobilibus, vel se mouentibus, n. 15.*

16 *Prorogatio tacito locationis quomodo intelligatur facta.*

17 *Prorogatio locationis tacito consensu in prædijs rusticis, quare censeatur facta per annum, & in vrbanis solum quousque alter contrahentium discedere velit a contractu.*

FInito locationis tẽpore, si locator, qui tanquã dñs illius rem locauit, eam petat, aut hæredes illius, & conductor, vel hẽdes ipsius, eam nõ restituant, sed in iudicio ea de re contendant, quousq; definitiua sententia, quę in rem iudicatã transeat, 1 feratur, pœna † restitutionis æstimationis rei illius vltrã rem ipsam puniuntur: secus aũt si, esto contendere cœperint, eã restituant ante latam talẽ sententiam. Eadem † pœna puniuntur cõmodatarius, 2 aut hęredes illius, si finito tẽpore, pro quo res erat cõmmodata, eam non restituant commodãti: aut hæredibus illius illam exigentibus, sed iudicio ea de re contendant, quousque feratur sententia, quæ in rem transeat iudicatam. Idem dicendum est de depositario, vt habetur l. 12. tit. 10. par. 7. quin & de quocũque alio, qui non possidet iẽ, sed eã tenet nomine alterius, vt sunt, tutor, & curator, vt cum alijs, quos citat, affirmat ibidẽ Greg. Lopez gl. 1. Ita de conductore & alijs habetur l. conductores. C. de locat. l. non aberit. ff. vnde vi. l. 18. tit. 8. part. 5. & l. 13. tit. 10. par. 7. & lib. 4. Lusit. ordinat. 59. in prin. Possunt verò exigere locator, aut cõmodator, vel hæredes ipsorũ, pœnam hanc, vel latam iam sniã definitiua, vel dum lis contestatur, aut in litis progressu, sed sub conditione, si sniã definitiua feratur, vt notat glossa duobus iuribus primo loco citatis, & definitur in ordinatione Lusit. loco cita 3 tõ. Itẽ, vt locum † habeat hæc pœna, locator exigere debet rẽ locatam actione ex locato: si enim illam petat rei vendicatione tanquam suam, intendens suam esse, locum non hẽt hæc pœna, esto cõductor illi

illi resistat vsque ad latam sententiam definitiuã, vt notant glossæ iuribus citati, & Greg. Lopez. l. 18. citata glos. 1. atq; innouant ordinationes Lusitanæ vbi supra. §. 3. consentaneè ad l. si quis conductionis. C. de locat. Eo autem ipso, quod locator petit rem locatam, præsumitur ex locatione præterita dominus illius, nisi contrarium aliunde constet, vt cum Bar. notat Greg. Lopez. gl. citata. Non tamen sufficienter probabit rem esse suam ex eo, quod probet se eam locasse, vt habetur l. ad
4 probationem. C. de locat. Porrò † hæredes conductoris, aut commodatarij, incident in poenam explicatam si locatori, aut commodanti, exigenti rẽ locatam, aut commodatam, eam non restituant, sed expectent definitiuam sententiam, modo tamen sciant rem fuisse locatam, aut commodatam, secus vero si id ignorent, vt cum Bar. l. non absimili, citata, ait Greg. Lopez vbi supra glos. 2. Quando locator, aut commodans petit rem quasi locatam, aut commodatam, & cõductor, aut commodatarius, contendunt, rem esse ipsorum, eaque de causa volunt eam tenere, non audiuntur, sed cogun tur eam statim restituere locatori, aut commodãti, reseruato ipsis suo iure, vt post illam restitutam intentare possint actionẽ, ac probare, ad se pertinere. Ita habetur l. si quis cõductionis, C. de locat. & in Lusit. ord. §. 3. citato. Quando tertius aliquis contendit, rem locatam, aut commodatam, suam esse, ac petit à iudice, vt non restituatur locatori, aut commodanti, tunc ordinatio Lusitan. vbi supra. §. vlt. meritò statuit, si res sit mobilis, & is, qui locauit, aut cõmodauit, est suspectus, neque habet sufficientia bona, vnde tutò illam soluat, si probetur esse illius alterius, fieri sequestrum eius rei apud tutam aliquam personam, tertiumque illum summariè audiri, vt probet suam esse.

5 Hactenus † verò dicta in primis non impediũt, qui conductor retinere possit rem cõductã quousque sibi soluantur vtiles expensæ in ea factæ, vt in calce disp. 496. dictum est. Neque etiam impediunt, quod si cõductor patẽti aliquo titulo, post rem locatam, dominium illius acquirat, illudque amittat locator, possit impunè, ac tutò illam retinere, neque possit compelli restituere eam locatori: quia id per epicheiam censendum est non comprehendi iuribus citatis. Vnde meritò in Lusitania, referente, ac patrocinante Aluar. Valas. consult. 42. cum post locationem eiusdem rei, facta ad petitionem creditoris exequutione in bonis locatoris, vendita in publica subhastatione esset res locata, eamque emisset conductor, ac locator postea actione locati peteret, vt conductor illam sibi restitueret, atque vt aduersus ipsum posteà contenderet, si conductor arbitrabatur illam ad se pertinere, iudicatum fuit nihil impedientibus prædictis iuribus, nõ esse illi restituẽdam. Lege ea, quibus consultationi citata Aluar. Valas. de confirmat. Hæc de primo eorum, quæ proposita sunt.

6 Quod attinet ad secundum. Qui † domum, aut rem aliam conduxit, priuilegium non habet, vt finito tempore, pro quo illam conduxit, præferatur alijs conductoribus pro eodem, vel etiam pro maiori pretio, sed liberè potest eum locator amouere, & locare rem illam alteri. Ita habetur l. ne cui. C. de locat. l. 18. tit. 8. par. 5. & lib. 4. ord. Lusit. ti. 57. in princ. atque affirmat communis doctorum sententia, quam Ant. Gomez. 2. tom. var. 7 res. c. 3. refert ac sequitur. Excipit, in † prædijs communibus, aut fisci: in his enim conductor præfertur cuicunque alteri cõductori, dummodo, si alius offerat maiorem pensionem, ipse soluere velit incrementum illud. Ita habetur l. penal. & vlt. C. de loca. præd. ciuil. lib. 11. & affirmat communis doctorum sententia, quam Ant. Gom. n. 5. citato refert ac sequitur. Cap. 1. de locato, & l. 5. ti. vlt. par. 2. inhibentur scholastici, ac magistri, seu doctores, conducere domus, in quibus alij scolastici, aut magistri, habitãt, quousq; illi, qui illas habitant, voluerint eas deserere. Atq; ex vnoquoque loco addiscendum est, num hoc in vtili sit obseruantia, vel sit priuilegium aliud prælationis concessum aliquibus conductoribus.

In Lusitania ti. 57. citato. §. 1. & 2. sancitũ est, 8 qñ † domus in aliquod certum tempus locata est, locatorẽ teneri triginta diebus, antequam finiatur tẽpus illud, admonere cõductorem, vt finito tẽpore locationis deserat domum; aut locator velit, vt conductor, si velit, perseueraret vlterius in cõtractu, teneri illum triginta diebus, antequam finiatur tempus contractus interrogare, num perseuerare velit vlterius in cõtractu, tetinereq; domum conductam. Si autem conductor intra tres dies nullum dederit responsum, potest locator cogere illum perseuerare toto anno sequenti in contractu. Quod si locator neutrum duorũ, q̃ dicta sunt, fecerit triginta diebus antequam tẽpus locationis finiatur, tunc in optione conductoris est, vel perseuerare in contractu anno sequenti, etiam inuito locatore, nisi locator in suam propriam habitationem domum velit, vel domum relinquere, nec cõtinuare velle contractum. Hæc de secundo.

9 Quod † verò ad tertium attinet, si conductor, sciente, & patiente locare perseueret, in re conducta finito iam tempore, pro quo erat locata, censetur eo tacito vtriusque partis cõsensu prorogatus contractus, sed cum hac distinctione. Quod si prædium conductum est vrbanum, vt domus, solum censetur cõtractus prorogatus, quousque alter cõtrahentiũ ab eo discedere velit. Si vero prædium cõductum, est rusticum censetur cõtractus prorogatus in solum annum sequentem, esto primus cõtractus fuerit celebratus in quinquẽnium, aut in plures annos. Quod si finito sequenti anno, iterum cõductor perseueret in eodem prædio, sciente, & patiente locatore, cẽsetur similiter cõtractus prorogatus in sequẽtem annum, & ita cõsequenter, quousque, finito aliquo anno eiusmodi tacitæ prorogationis, discessus fiat à contractu, deserente conductore prædium, aut locatore expellente conductorẽ à prædio. Hæc habẽtur expressè l. item quæritur. §. qui impleto, iuncta l. sequenti ff. locat. & l. 20. ti. 8. part. 5. & affirmat ea Greg. Lopez ibi, Aluar. Valas. de iur. emphy. q. 20. nu. 20. Ant. Gom. 2. tom. var. res. c. 3. num. 15 & communis doctorum sententia, quam citant. Dictum est, sciente, & patiẽte locatore: quoniam cum con-

tractus

tractus locationis, ac conductionis mutuo cõsẽsu perficiatur, vtique non censetur prorogatio fieri tacito cõsensu ex parte locatoris, nisi ipse sciens & prudens patiatur cõductorem perseuerare in prædio: quare, si vel in amentiam incidat, quando finitus fuit primus contractus, vel mortuus iã erat, nõ censetur facta prorogatio contractus consensu tacito eiusmodi locatoris, vt habetur l. qui ad certum ff. locat. bene tamen fieri poterit tacito consensu hæredum, si hæredes scientes patiantur cõductorẽ perseuerare in prædio rustico conducto.

10 Quantũ † autẽ tẽpus perseuerantiæ cõductoris in prædio rustico post cõtractũ finitum sufficiat, vt locator, sciens illum perseuerare in prædio, censeatur tacitè renouasse contractum in annum sequentem, iure cõi non est definitũ, sed arbitrio iudicis relinquitur definiendum, vt Alu. Val. num. 20. citato, Ant. Gom. vbi sup. nu. 16. Greg. Lopez l. 20. citata verb. *tres dias*, cum Bart. & alijs affirmant. Lege autẽ. 20. citata diffinitũ in regno Castellæ est, sufficere tres dies. Cuius contrarium refert Greg. Lopez glo. citata asseruisse Odofred. & Bald. dicentes, non sufficere duos aut tres dies sed necessarium esse cõpetens tẽpus. Ant. autẽ Gom. nu. 16. ait, optimum cõsilium esse eum contrahentem qui non vult prorogari contractum vltra tempus primi cõtractus protestationem facere, ante quam finiatur contractus, se non velle prorogari contractum, eamque protestationem intimari facere alteri contrahentium: qm̃ in ijs, quæ ab alio pendent sufficit protestatio in contrarium, vt non censeatur fuisse tacitus consensus, iuxta varia iura, quæ citat, resque ex se est satis perspicua.

Dubiũ 11 Vtrũ autẽ in locatione ad decenniũ, & vniuersitas in cõtractu emphyteutico, finito cõtractu si † proprietarius sciens patiatur emphyteutã perseuerare, non auferendo ab illo prædium emphyteuticũ, censeatur tacito consensu prorogasse contractum. Dicendũ est, proculdubio non censeri prorogasse contractum emphyteuticũ, m esse emphyteutici contractus. Primò, qm̃ prorogatio ex tacito cõsensu, iuxta iura citata, solum est per annum, neq; concedit vtile dñium emphyteuticus aũt cõtractus non est solum per annum, & illo transfertur dñium vtile. Secundò, qm̃ de substãtia cõtractus emphyteutici, aut oĩno, aut maxima ex parte, est scriptura, vt disp. 447. visum est: quare nudus consensus, non solum tacitus, sed etiam expressus, non sufficit ad prorogãdum emphyteuticum contractum in esse emphyteutici contractus. Atque in hoc conuenit Gregor. Lopez. l. 20. citata verb. *entendiese*, cum alijs doctoribus.

Dubiũ Vtrum autẽ censeatur prorogatus in esse alterius contractus, hoc est, locationis per annum, si prædium emphyteuticum sit rusticum. Greg. Lopez vbi supra propendet prorogari. Contrarium

Decis. 12 † tñ est affirmãdum cũ Ant. Gom. nu. 16. citato, & cum Alu. Vala. nu. 20. ẽt citato, & cõi doctorũ sẽia. Qm̃ prorogatio est contractus præcedentis, atq; adeò in nouã partẽ cõtractus eiusdẽ rõnis, & speciei: cum præcedente, non verò in cõtractũ alterius rõnis atq; speciei: neq; scientia, & patientia alicuius in aliquo prædio, ad cuius vsum antea is habebat ius, censeatur tacitus consensus iuris præsumptione, nisi ad vsum eiusdem rationis cum præcedente.

Maius aũt dubiũ est, qm̃ contractus primus locationis p̃dij rustici ad modicũ tempus, suspensus Dubiũ
13 fuit, vt scriptura perficeretur, nũ si † locator sciens passus sit cõductorẽ finito tẽpore cõtractus in eo prædio manere, censeatur tacitè prorogasse contractum in annum sequentẽ. Ant. Gom. nu. 16. citato negat, & eadem est cõis sẽntia doctorum, vt ẽt fatetur Greg. Lopez vbi supra, iuxta quædã verba valde ambigua, & obscura l. itẽ quæritur, vers. vlt. ff. loca. quę ita cõiter exponuntur. Et qm̃ cum contractus primus suspensus fuerit, vt perficeretur scriptura, non contenti contrahentes solo mutuo consensu exterius expresso, non videtur prorogari tacito solũ cõsensu. In partẽ contrariã propendet Greg. Lopez loco citato, ductus, quod sicut ex Bartoli doctrina, esto primus contractus celebratus, ac vallatus fuisset stipulatione, cẽseretur prorogatus solo tacito cõsensu: ita, licet primus cõtractus suspẽsus fuerit, vt pficeretur scriptura, prorogari potuit tacito consensu: eo qd, sicut de ratione locationis non est scriptura, ita neq; sit de ratione prorogationis illius. Atq; hæc sentẽtia mihi videtur satis probabilis. Quoniam nullus dubitare potest primum illum cõtractum prorogari sine scriptura posse mutuo consensu expresso partium; eo quod de ratione talis prorogationis non sit scriptura: cur ergo non poterit etiam prorogari tacito consensu eorundem contrahentium. Decis.

14 Prorogatio † cõtractus locationis ex tacito contrahẽtium cõsensu locũ hẽt, ẽt in prædij cõitatis, ac reipublicæ, vt hẽ l. item quæritur. §. qui impleto vers. eadem cã. ff. locat. & affirmat cõis doctorũ sẽnia, quam referunt ac sequũtur. Greg. Lopez. vbi sup. & Ant. Gom. c. 3. citato, nu. 15. Atq; tunc interuenire dẽt scientia, & patientia eorum, qui illa administrant, quibusq; incumbit ea locare. Idẽ que est de prædijs Ecclesiæ, hospitalium, ac pupillorum: satis enim est sciẽtia, & patientia eorum, qui ea administrant, ac locant, vt censeatur prolõgatus contractus, vt doctores citatis asseuerant.

15 In reb. † aũt mobilibus, aut se mouentibus, non hẽt locum l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati, vt gl. vlt. in vltimis verbis ibi affirmat, & doctores cõiter. Quin ait ibi glossa, si finito tpe contractus, cõductor rem nõ restituat, censetur committere furtũ. Quod glossa ipsa, Bar. & alij, quos sequitur Greg. Lopez l. 20. citata gl. 1. intelligunt, nisi cõductor credat locatorẽ ratum id habiturũ: quod semper est præsumendum, si res locari consueuit, & circumstantiæ non sint, q̃ cõtrariũ persuadeãt. Quin arbitror, si postquam quis locauit iumentũ ad iter in aliquem locum, ac rediuit, iterũ, sciente locatore, ac patiente, faciat aliud iter, vel in eundem vel in alium locum, cẽsetur prorogatio tacita contractus in illũ alĩũ locũ, adeò vt locator non possit desistere a contractu ante tẽpus oportunum ad redeundum ex illo alio loco.

In euentibus, in quibus dictum est, censeri fa-
16 ctam † tacitam prorogationem contractus locationis, intelligendũ est, censeri factam pro eadem annua,

Digitized by Google

annua, aut menstrua, aut alia simili pensione, quę in primo contractu fuerat cõstituta, eodemq; modo soluendę, & cum eisdem pignoribus, hypothecis, pœnis, atq; alijs constitutis in primo contractu: modo tñ non pendeant ab alterius tertij volũtate: si enim pendeant, non censentur intelligi in prorogatione, nisi accedat nouus consensus illius tertij. Vt si datus fuerat fideiussor in primo contractu, non censetur fideiussor obligatus prorogatione contractus, nisi accedat nouus illius consensus. Vtrumque hĩ, l. item quæritur, §. qui impleto. ff. locat. & primum, l. legem. C. eod. tit. & secundum l. Hermes. C. de loc. Atq; vtrumq; affirmat communis doctorum sententia, quam Anto. Gome. c. 3. citato. nu. 17. refert, ac sequitur.

Illud circa prædicta est obseruandum, idcirco
17 iura statuisse, vt † prorogatio locationis tacito consensu censeretur facta per annum in prædijs rusticis, & in vrbanis solum quousque alter cõtrahentium discedere velit à contractu: qm̃ à locatione in prædijs rusticis nõ põt cõmode desisti nisi finito anno, collectisq. fructibus, ad quos percipiendos labor, industria, ac sũptus sunt appositi: à locatione verò ædium aliorumq; vrbanorum prædiorũ, in quacunq; parte anni põt commode desisti, facilèq; inueniretur conductor pro vsu eorum remanente, vniformi, ac eiusdem rõnis cum præcedẽte in eodem anno. Ita affirmat glossa vlt. l. nẽ quæritur, §. qui impleto. ff. locat. & cõis doctorũ sn̄ia, quam Ant. Gom. c. 3. citato, num. 15. refert, ac sequitur, eandemq; reddit, l. 20. titul. 8. par. 5. Hinc inferunt glo. citata, Bart. & cõis doctorum sn̄ia, q̃ refert, ac sequit Ant. Gome. nu. 15. citato, & ad q̃ remittit Greg. Lope. l. 8. citata glo. pen. si prædium sit tale, quod in eo fructus non percipiuntur, nisi de biẽnio in bienniũ, aut de triennio in triẽnium, vel longiori alio tempore, pro toto eo tpe censendam esse factam prorogationem contractus. Infertur etiam, si fructus bis in anno ex aliquo prædio colliguntur, vt de sex in sex menses, tunc solũ ad sex menses censeri factam prorogationẽ. Meritò tñ gl. illa, quoad hoc secundum, addit, durum esse a dispositione eius legis discedere, quæ statuit prorogationem censeri factam per annum. Tum quia ratio, & motiuum legis nõ est necesse, vt ad omnia quæ lege comprehenduntur, se extendat: Tum ẽt, quòd ex hac prorogatione per annũ, nullum absurdum, nullumq; incommodum sequit̃ cuicunque contrahentiũ, sicut sequeretur, si non censeretur facta prorogatio per biennium, qñ fructus non colliguntur, nisi de biennio in biẽnium: Tum denique, qm̃ raro fructus prædij rustici colligentur vniformiter de sex in sex menses, ita vt ea de causa prædium de sex in menses consueuerit locari, & pro æquali pensione in singulis sex mẽsibus, & quasi totidem, eiusdem rationis, ac valoris fructus collocantur, appositaq; eadem industria, ac labore, & factis eisdem sumptibus in eis colligendis: quare reijciendum arbitror secundũ illatum. Item ex eadem ratione colligit Ant. Gome. cum Bar. approbareq; vt Greg. Lop. vbi supra gl. vlt. si alicubi prædia vrbana non habeant vsum vniformem, & pro quo in qualibet parte anni inueniantur commode conductores, vt in Castella, & Lusitania non inueniuntur, qa domus à certis dieb. anni consueuerunt locari in annũ integrũ, vel qa nũdinæ ibi certis diebus anni celebrant, in quibus plus valet vsus domorũ, q̃ alijs anni tpib. tunc etiã in his prædijs vrbanis censeri factam tacitam prorogationem in annum integrum. Atq; cum hac doctrina consentiunt, quæ ex ordinationibus Lusitanis lib. 4. tit. 57. supra relata sunt.

## Locator in quibus euentibus expellere potest conductorem ante finitum tempus contractus:

### DISPVT. CCCCXCIX.

### SVMMARIVM.

1 *Locator quibus in casibus potest conductorẽ expellere ante finitum tempus contractus, etiam si sit pactum pœnale, & num. 5. 11. & 12.*
2 *Iuramentum non se extendit vltra id, quod in contractu continetur.*
3 *Intellectus §. inter locatorem, in l. item quæro. ff. locat alijs reprobatis.*
4 *Intellectus ad l. cum domini ff. locat.*
5 *Locator si indigeat domo locata, potest expellere cõductorem ab ea.*
*Ampliatur, etiam si ex parte indigeat, & postea accreuit eius necessitas, nu. 10.*
*Limitatur, vt nu. 8.*

Quęst.

IN sequentibus euentibus potest locator expel-
1 lere conductorem a re conducta ante finitum tps contractus. Primus, si † non soluat pẽsionem tpe debito, iuxta ea, quæ disp. 497. dicta sunt, l. ædem. C. de locat. l. 5. in prin. titu. 8. par. 5. & lib. 4. Lusit. ordin. tit. 58. §. 1. Lex tñ quæro, §. inter locatorẽ, ff. loca. non modicã hac in re facit difficultatẽ. Cũ. n. stipulatione inter locatorem, & cõductorẽ conuenisset, vt si locator conductorẽ expelleret a re locata ante finitum tps contractus, solueret conductori decẽ in pœnã, & similiter, si conductor a re conductor discederet ante finitum idẽ tps contractus, solueret locatori decem in pœnã; quæritum est. Num, cum conductor biennio integro pensionem non soluerit, expelli sine metu pœnæ possit a locatore. Et respondet, Paulus iurisconsultus affirmanter. *Quoniam, quamuis nihil expressum fuerit in pœnali stipulatione de solutione pẽsionis, tamen verisimile esse* (quasi dicat, per epicheiã legũ cõtractuũ, aliarumq; dispositionũ interpretatricem, arbitrandum est) *ita cõuenisse de non expellendo colono intra tẽpora præfinita* (hoc est, sub ea tacita conditione) *si pensionibus paruerit, & vt oportet, coleret* (hoc est, dum num prædio non inferendo) *& ideo, si conductor, qui pensionem non soluit, pœnam exposcerit, repelli potest doli mali exceptione.* Hæc ibi. Ex quo textu obiter colligitur, esto interueniat pactum de non expellẽdo cõductore, & esto apposita sit pœna, si expellatur, posse nihilominus expelli, quãdo pẽsionem

nẽ non ſoluit, aut damnum infert rei conductæ; qm̃ oĩa intelliguntur ſub ea tacita conditione, ſi penſionem ſoluat, atq; adeo ſi ex ſua ẽt parte ipſe contractui, & ſi damnum prædio non inferat, qm̃ aliud expreſsè non fuit deductum in pactum. Vñ vlterius colligunt doctores, poſſe expelli, ſi penſionẽ non ſoluat, eſto contractus ille, de conducto re ſub ea pœnas non expellendo, iuramento eſſet confirmatus: quoniam ſicut cõtractus intelligitur ſub ea tacita conditione, ſi pẽſionem ſoluat, ita & iuramentum † quod non ad plura ſe ſe extendit, q̃ ſe extendat id ꝙ eo confirmatur, iuncta l. vlt. C. de non numera. pecu, & alia iura. Ita Alua. Valaſ. de iure emph. q. 21. nu. 4. Greg. Lopez. l. 6. titu. 8. par. 5. verb. *cae la caſa*, & alij, quos citant. Cęterũ textus ille difficultatem in re propoſita facit, quatenus exigere videtur lapſum biennij, in quo toto conductor penſionem non ſoluerit, vt expelli a re conducta poſſit. Vñ circa eum variæ ſunt doctorum expoſitiones. Glo. ibidem verb. biennij, in ſecũda expoſitione, & alij, de quorum numero ſunt Pan. in c. propter ſterilitatem, de locat. nu. 10. & Ant. Gom. 2. to. var. reſol. c. 3. nu. 6. cum quibus ex parte conſentit Nau. in Man. c. 17. nu. 193. eũ intelligunt de locatione ad longũ tẽpus, hoc eſt, ad decennium, aut vltra, in qua non expellitur conductor, niſi in biennio integro penſionem nõ ſoluat, atque de benignitate canonica poterit biẽnio elapſo purgare celeriter morã. Huic expoſitione fauerit c. pp ſterilitatem §. verũ. in fi. de locat. vbi inter cauſas, ob quas conductor poteſt expelli ante finitum tempus contractus, vltima eſſe dicitur, *ſi biennio non ſoluat penſionem, neque ſibi celeri ſatisfactionem prouideat.* Hãc vero expoſitionẽ meritò reijcit Alu. Val. vbi ſup. nu. 5. & 7. & reijciũt alij. Qm̃ locatio ad longũ tẽpus, verè eſt emphyteuſis; emphyteuta aũt de iure ciuili non expellitur a re emphyteutica niſi triennio integro penſionem nõ ſoluat, vt vtrumq; in materia de emphyteuſi fuit comprobatum. Item qm̃ ca. pp ſterilitatem §. verum, ſanè loquitur de locatione ſimpliciter, qualis eſt infra decennium, & de illa tradiderat, cũ iure ciuili tres alias legitimas cãs, ob quas locator ad modicum tẽpus expelli põtante finitũ tẽpus contractus, de quibus mox erit ſermo; non eſt aũt verò ſimile in quarta cauſa æquiuocè ſumpſiſſe locationem, tranſijſſeque ad locationem ad longũ tẽpus. Aliter eadem gloſſam in prima expoſitione. Bart. & alij, quos referunt, neque improbant, quin potius videntur maximè ad eos accedere. Alu. Vala. vbi ſup. nu. 5. & Greg. Lopez. l. 5. gl. 1. tit. 8. par. 5. & quorum opinionem amplecti videtur ſtando in iure cõi Couar. in rub. de teſtam. par. 2. nu. 12. exponũt eum textum, vt ſolum hẽat locũ, qm̃ fuit oppoſitum pactum de non expellendo conductore, & locatio fuit facta vltra biennĩ: tunc enim, propter pactum de eo non expellendo, neceſſe eſt, quod biennio integro penſionem conductor non ſoluat, vt a re locata expelli poſſit: ſi autem non fuit appoſitum tale pactum, vel fuit quidem appoſitum, ſed locatio non fuit vltra biennium, poſſit ſtatim expelli, non ſoluta penſione tempore conſtituto. Alij intelligunt illum textum, vt vniuerſim loquatur de locatione pro certa annua penſione, ſiue in ea appoſitum ſit pactum de non expellendo conductore, ſiue non; cæterum in eo, §. ſit ſermo de locatione facta vltra biennium. Et quidam. vt Nauar. vbi ſupra, & alij, exigunt, vt ſit facta ad quinquennium, aut vltra. Lex vero 6. in fine. tit. 8. par. 5. exigit, vt ſit facta ad quadriennium, vel quinquennium, aut vltra, quaſi hi oẽs velint, ſi locatio ſit facta in tm̃ tẽpus, neceſſe eſſe conductorẽ non ſoluere annuã penſionem integro biennio, vt expelli à re conducta poſſit: ſi vero ſit facta in breuius tempus, poſſe cõtinuo expelli, nõ ſoluta pẽſione tẽpore conſtituto, iuxta iura in principio huius conſtitutionis citata. Atq; iuxta has ſententias, vel illarũ aliquam, accipiendum eſt c. propter ſterilitatem. §. verum de locat. quod & exigit elapſum biennij, vt conductor expelli a re conducta poſſit, & inſuper de benignitate canonica admittit lapſo biennio celerem moræ purgationem. Deniq; aliqui has ſententias intelligunt, vt quando conductio fuit vltra biennium modis explicatis, lapſo biennio, poſſit conductor expelli, nulla illi conceſſa moræ purgatione, niſi de benignitate canonica, atque ita intelligatur §. inter locatorem; ante biennium vero poſſit ſtatim conductor expelli, ac priuari vſu rei locatæ, non ſoluta penſione tempore conſtituto, cæterum admittatur ad moræ purgationem, interim dum res fuerit integra, ideſt, interim dum res fuerit alteri locata, aut locator eam non aſſumpſerit ad ſuum proprium vſum, vt cum Baldo & alij Aluar. Valaſ. vbi ſupra nu. 8. iuncto nu. 5. ait. Lege etiam quo ad has opiniones Greg. Lopez l. 5. citata gloſſa 1. laſ. tamen, & Decius, ab Aluar. Valaſ. num. 5. citati, volunt, ex §. inter locatorem, non colligi in aliquo euentu neceſſariũ eſſe expectare lapſum biennij, in quo conductor non ſoluat penſionem, vt expelli a re conducta poſſit; quoniam in eo §. reſpondit Paulus iuriſconſultus ad euentum, qui ita contigerat, de quo fuit interrogatus, vt ex ipſomet textu liquet, neque vnquam docuit expectandum eſſe lapſum biennij.

Quod ſi petas, quid de re ſentiam? Reſpondeo ſtando in ſolo iure Cæſareo, ſecluſo cap. propter ſterilitatem, & l. 6. Caſtellæ citata, mihi videri veram hanc opinionem Iaſonis, & Decij. Lex enim ædem, quæ poſtea lata fuit, nihil omnino meminit de lapſu biennij, enumerans omnes cauſas, propter quas expelli conductor poſſit ante finitum tempus contractus; quod ſanè non feciſſet, ſi, ad expulſionem, biennium eſſet neceſſarium. Nequid † ſanè, inter locatorem, de lapſu biennij mentionem fecit, tanquam de re neceſſaria, quicquid in contrarium Aluar. Valaſ. numero 5. citatu velit, vt ex ipſomet textu perſpicue patet. Quia tamen non ſtatim, ac non ſoluitur penſio tempore debito, cum effectu expelli poteſt conductor, ſi penſionem debitam offerat, ſed contumacia in ea non ſoluenda eſt neceſſaria, ad §. inter locatorem, pertinuit mentionem in ea deciſione facere, quod adeo in mora fuerit conductor in penſione ſoluenda vt biennium

Deciſ.

Digitized by Google

nium transierit à puncto, quo eam soluere tenebatur. Ac sane cum hac opinione concinit Lusitana lex. §. 1. citato, quæ vniuersim ait, posse expelli cõductorem, si tempore debito pensionem non soluat: quare fortasse in eo Regno nõ erit ab ea opinione recedendum. In Castellæ autẽ Regno standum erit dispositioni l. 6. citatæ iuncta dispositione l. 5. in prin. In tribunali autem, ac foro canonico; standum erit dispositioni §. verũ, citati, vt. s. si locatio sit plus quam ad biennium pro annua pẽsione, non prius conductor, cum effectu omnino à re conducta expellatur, quam sit lapsum biennũ à puncto, in quo pensio solui debuit, nec fuit soluta, concessa insuper celeri purgatione moræ.

Quòd si nobis obijcias l. cum domini. ff. locati, vbi biennium expectari præcipitur a puncto, in quo pensio solui debebat. Prætermissis alijs expositionibus eius textus, dicẽdum est cum Alu. Val.
4 vbi supra, nu. 6. in eo. non esse † mentione de omni vniuersim conductione, sed de cõductione horreorum, aut domorum, concurrentibusq; circunstantijs ibi commemoratis, nempe quòd conductor abfens sit, & ea clausa reliquerit: tunc enim, qm̃ solent ibi relinqui merces, & res conductoris, præcipitur, vt non prius aperiantur eiusmodi horrea, ac domus, quam lapsum sit biennium a puncto, in quo pensio soluenda fuit, perseuerante absentia conductorum, & vt ita fiat eo modo, quo in calce disput. 497. dictum est fieri debere.

Duo obseruat Alua. Val. cum alijs, quos citat. q. 21. citata nu. 9. & 10. Primum est locatorem ex contractu locationis habere intentionẽ suam fundatam aduersus conductorem, si non probet soluisse pensionem: quare ad conductorem probare spectat, soluisse pẽsiones non vero ad locatorem, eas non esse solutas. Lege, quæ in calce prioris partis disp. 397. dicta sunt. Secundum est, locatorem expellentem conductorem ob non solutas pẽsiones, posse insuper non solutas repetere.

5 Secundus euentus, in quo locator potest expellere conductorem ante finitum tps cõtractus, est, si locauit domum, & ex superueniente causa, quæ tpe contractus verisimiliter præuideri nõ potuit; necessaria illi est ad vsum, & habitationem, expellere potest conductorem, l. ædem, C. de locato. c. pp sterilitatem, §. verum, eo. tit. h6. tit. 8. part. 5. & lib. 4. Lusit. ord. tit. 58. §. penul. & communis doctorum sententia, quam referunt ac sequuntur Alua. Val. de iur. emph. q. 22. nu. 3. Ant. Gom. nu. 6. citato, Greg. Lope. l. 6. citata, Couar. de pract. qq. c. 30. nu. 3. penult. & Nauar. in Manu. c. 17. num.
6 193. Exemplum, cum † glossa, verb. necessarium, l. ædem, citata, & cum gl. verb. non imminebat, §. verum, citato, ponit, l. 6. citata, vt si domus, in qua locator habitabat, insperatè corruat, ac tutò non possit habitari, neq; locator aliam habeat, in qua possit commode habitare. Aliud exemplũ ponit, si incipiant hostes in ea vicinia habere, aut aliud periculum, ita vt tuta non sit illi habitatio in ea domo, neque aliam commodam habeat, præter illam, quam locauit. Idem ait vbi supra Alua. Vala. esse, si ex aliqua repentina, & vrgenti causa necesse illi sit migrare ex loco, vbi habitabat, in cũ, vbi locatam habebat domum, neque aliam commodã habeat ad suam habitationem. Aliud adhibent exemplum, l. & ordin. Lusitana, cum duabus glossis citatis, si locator vxorem duxit, & tempore contractus non sperabat, atq; ad habitandum cũ ea, est sibi necessaria domus locata, quia aliam commodam ad id non habet, & idem exemplũ approbant Coua. vbi supra, & alij doctores cõmuniter. Idem dicunt esse, l. 6. & ordin. Lusitana citatæ, si matrimonio insperatè copularet aliquem filiorũ, aut filiarum, & similiter ad eorum habitationem indigeret domo locata. Atque hoc ipsum extẽdit, l. Lusitana ad necessitatem, vt in ea habitaret filius aut filia, vndecunque ei necessitas obuenirer, aut frater, vel soror, & longè maiori cum ratione pater, aut mater, atq; de patre, & matre affirmat, cum Baldo, Ant. Gom. in calce. num. 6. citati. Nescio tñ an extra Lusitaniam, standoque in solo iure communi, admittatur necessitas plus, quàm ad filium, qñ illi pater domum primo tradit, qđ ad munus patris spectare vr. Etenim ius commune solum concedit hoc priuilegium locatori ob necessitatem ipsi superuenientem: necessitas verò personarum coniunctum locatori, quando iam illi effecti erant suiuris; ad ipsosque spectabat sibi prouidere, & non ad locatorem; non est necessitas ad habitationem locatoris, de qua in eo priuilegio est sermo; neq; priuilegium illud est extendẽdum plus, quam concessum comperiatur, præsertim cũ sit odiosum comparatione conductoris, qui vi cõtractus conductionis ius habet ad habitandum in ea domo, & vt inde non expellatur, neque credo, secluso eo priuilegio, ac dispositione iuris humani, expelli potuisse, etiam ob necessitatem ipsiusmet locatoris: posita autem ea dispositione, quoniam contractus initi censentur iuxta iuris dispositiones, ac cõsuetudines loci, nulla iniuria fit conductori, si, in casibus à iure expressis, à domo expellatur. Aliud exemplum meritò adhibet Antõ. Gom. num. 6. citato, si locatori superueniat dignitas ob quam maiori indigeat familia eaq; de causa necessaria sibi sit ad habitandum domus locata. Aliud quoque exemplum adhibet, l. 6. citata, nempe, si filius locatoris miles creetur, quia fortè (vt Grego. Lope. ibi ait) ex more antiquo Hispaniarum filius creatur miles habitare solebat seorsim à patre, eaque de causa domo indigebat. Vnde colligit Greg. Lop. idem esse dicẽdum, si filius presbyter fiat, vel aduocatus.

Atque Aluar. Vala. numero 3. citato idem in Lusitania fuisse aliquando iudicatum de creato præside, vel iudice. Tametsi, enumeratis his omnibus euentibus cum Gregor. Lopez, ipse addat, se non inuenire legem Lusitanam ad eos casus audere extendere. Et multò minus ego censerem dispositiones iuris communis ad eos debere extendi, propter ea, quæ stando in solo iure communi, paulò antè à nobis dicta sunt. Baldus hoc aliud exemplum adhibet, si locator ea domo indigeat ad artem lanæ, vel aliam honestatem exercẽdam; quod Gregorius Lopez lege sexta, citata ait solum posse procedere, quando domus, in qua locator solebat huiusmodi artem exercere, &

habitari ab eo ex aliqua iusta, ac vrgẽti cã nõ posſit ꝙ meritò Aluar. Valaſ. vbi ſupra non probat ſi dominus antea aliunde, quã ex illa arte, videbat.

7 Quãuis res locata hypothecę † fuerit ſubiecta ꝓ ſecuritate cõtractus locationis, põt nihilominus, tam in hoc ſecundo euentu, q̃ in primo, & duob. ſequentibus, expelli conductor à re locata. Ita aduerſus, nonnullos, quos citant. Coua. 2. var. reſ. c. 15. nu. 4. & Alua. Val. q. 22. citata nu. 4. Rõ autẽ eſt, qm̃ hypotheca, ſicut & iuramentum; ſolũ firmat contractum intra limites conuentionis, atq; adeo non ad plura ſe extendit iuẽm, aut hypotheca, quibus contractus confirmatur, quàm contractus tacitè, vel expreſſe fuerit conuentum, eaq; de cauſa, deque iuẽm, neque hypotheca, ſe extendunt ad caſus à iure expreſſos, in quibus intelligatur locum non habere contractũ, quaſi in eis facta non fuerit conuentio, de quorum numero ſunt hi quatuor, de quibus nobis in hac diſputatione eſt ſermo. Neque autorib. contrariæ ſententiæ ſuffragatur, quod diſp. 490. definitum eſt, nempe, quãuis emptor, aut quicunque alius particularius ſucceſſor in re locata, non teneatur ſtare contractui locationis, niſi in quibuſdam euentibus ibi explanatis, teneri tñ illi ſtare, ſi res titulo, vel vniuerſali, vel particulari fuit hypothecæ ſubiecta pro ſecuritate contractus, qm̃ hic eſt vnus de euentibus, in quibus diximus ſucceſſorem particularem teneri ſtare contractu locationis. Non inquam, id eis ſuffragatur. Qm̃, vt ibidem explanatum eſt, ẽt quando particularis aliquis ſuccedit in re locata, neque quicquam aliud eſt adhibitum, quo is particularis ſucceſſor teneatur ſtare locationi, vim hẽt contractus locationis, ſed non aduerſus eum ſucceſſorem particularem, qui præfertur conductori, eo quòd cõparauerit ius iure ex illa ſucceſſione particulari: & conductor ſolum habeat ius ad vſum illius rei; ſed aduerſus locatorem, aduerſus quem conductori competit perſonalis actio ad intereſſe, vt ibidem dictum eſt: qñ autem res locata titulo hypothecæ fuit ſubiecta in ſecuritatem contractus locationis, quia eo ipſo conductor comparauit ius ptius in re locata, vt ipſi ſtaretur cõtractui locationis, interim dum cõtractus locationis vim haberet, cui iuri præiudicare non poteſt ius poſterius in eadem re, quod comparat ſucceſſor particularis, inde efficitur, quod ſtare teneatur contractui locationis. Vtrum autem, quãdo ſucceſſor eſt vniuerſalis locatori, qualis eſt ipſius hęres, expellere poſſit conductorem in his quatuor euẽtibus, etiam ſi res hypothecæ fuerit ſubiecta in ſecuritatem contractus. Merito Couar. affirmat: quoniam repræſentat perſonam defuncti, ſucceditque in ius totum illius, neque in his euentibus cenſet,

8 vim habere contractum. Limitatem † tamen hoc quo ad hunc ſecundum euentum, vt ſucceſſor vniuerſalis ſolum poſsit expellere conductorẽ, quando ſimiliter locator ea domo indigeret: ſi tamen locator ſi viueret, ea domo non indiguiſſet, ſane, eſto hæres ex peculiari aliqua cauſa, & circũſtantijs, ea indigeat, expellere non poteſt conductorẽ: quoniam præciſe ſuccedit in iure, quod locatori competeret, ſi viueret. Illud vero obſerua, ſucceſſorem particularem poſſe in his quatuor euentibus expellere conductorem eo modo quo hæres locatoris poteſt illum expellere, eſto domus fuerit titulo hypothecæ ſubiecta conductori pro obſeruatione contractus. Ratio eſt, quoniã ſuccedit in totum ius locatoris. Itaque ob ſuam ſolam neceſsitatem, quæ ſimiliter non eſſet futura locatoris, non poterit expellere conductorem, vt de ſucceſſore vniuerſali dictum eſt, cæterum quando locator ipſe potuiſſet expellere, ipſe quoque expellere poſſet, maximè ſi locator totum ius, etiã priuilegij expellendi in caſu neceſsitatis ſuæ, in ſucceſſorem particularem tranſtuliſſet. Atque iuxta hæc accipienda ſunt quæ docent Couarr. nu. 4. citato. Greg. Lop. l. 6. citata ver. *oſamerar*, & Aluar. Vala. vbi ſupra num. vlt.

Vtrum autem, ſi præceſsit pactũ de conductore non expellendo, poſsit † nihilominus locator

9 in hoc ſecundo euentu ſuperuenienti neceſsitatis domum ad ſuam habitationem illum expellere. Angelus l. ædem, C. de locato, & alij, partẽ negantem amplectuntur. Quoniam, inquiunt, per id pactum renunciatum videtur iuri expellendi conductorem in euentu ſuperuenientis neceſsitatis; eo quod eiuſmodi pactum debeat aliquid operari. Couar. vero 2. varia. reſol. c. 15. num. 4. & Grego. Lope. l. 6. citata glo. 2. in contrariam propendent ſententiam. Quoniam pactum illud nõ intelligitur in euentibus a iure exceptis, vt conſtat ex leg. quæro, §. inter locatorem, ff. locati, & ſupra circa primum euentum dictum eſt; vnde pactum illud de non expellendo conductorem, etiam ſi pœna addatur, aut etiam ſi confirmetur iuramento, ſolum intelligitur, interim dum contractus ipſe locationis cui adduntur, vim alioquin habet Alua. autem Vala. q. 22. citata nu. 8. relata vtraque opinione, ait, ſe vereri in iudicãdo potius prędlaturam angeli opinionem. Quoniam §. inter locatorem, quo ad caſus, in quibus ait locatorem, nihil impediente eo pacto ſuperaddito, expellere poſſe conductorem, ſolum procedit, ac vim habet, quãdo conductor eſt in culpa, atque adeo ex ſua parte non ſtat contractui, nempe quando non ſoluit penſionem, aut damnum infert rei locatæ. Sanè dicerem, ex circumſtantijs concurrentibus iudicandum eſſe, num locator intenderit renunciare priuilegio ſuo, quod in euentu neceſsitatis ſuæ ad habitandum expellere poſsit conductorem. Si enim id veriſimiliter intelligatur, cedere, ac renunciare intendiſſe iuri ſuo, vtique, cum id valide efficere potuerit, eò quòd id ſit renunciare priuilegio, & commodo ſuo priuato, iudicandum eſt expellere non poſſe conductorem. Si verò id veriſimiliter nõ intelligatur, ſaltem quia res eſt dubia, expellere illum põt, vt rectè Couarr. & Greg. Lopez cenſent. Etenim, non ſolum quando conductor eſt in culpa, expelli poteſt in caſu à iure excepto, ſeu permiſſo, nihil impediente eo pacto ſuperaddito contractui locationis, ſed etiã quando nulla interuenit illius culpa, vt conſtat in tertio euẽtu ſtatim explicãdo, nẽpe qñ domus locata minari incipit ruinam, indigetq; celeri reparatione: neque enim credendũ eſt, per pactũ illud ſuper-

additum

Digitized by Google

additum contractui locationis, intendisse locatorem renunciare huic euentui à iure expresso.

Expellere præterea poterit locator conductorẽ, 10 etiã † qñ tempore locationis indigebat aliqua ex parte domo quam locabat, cæterum postea inspe ratè valde accreuit eius necessitas, vt cum Barbat. ait Aluar. Vala. q. 22. citata. nu. 9. Item locum habet expellere conductorem ob insperatam necessitatem locatoris, ẽt si conductor sit scholasticus, aliaue persona priuilegiata, quæ tamen nõ posset expellere locatorem propria domo. Ita Alu. Vala. ibid. num. 5. aduersus quosdam, quos citat; quoniam generalis determinatio iurium concedentium hoc priuilegium locatoribus, ẽt personas priuilegiatas inter conductores compræhendit.

Notat verò optimè cũ Bal. Anto. Gom. 2. tom. var. res. c. 3. in calce. nu. 6. cum posse expellere cõductorem in casu superuenientis necessitatis locatoris, sit priuilegiũ iure humano concessum, quod vtique, secluſa ea iuris dispositione, vim nõ haberet, non plus ẽsse extendendum, q̃ iure cõperatur concessum: quare, cũ solum reperiatur concessum in domibus, extendi non debere ad alia prædia.

11 Tertius euentus, in quo † locator expellere põt cõductorem est, qñ domus, post quam est locata, egere cœpit refectione necessaria, quæ adhiberi non possit conductore in ea habitante. l. ẽdem. C. de locato. c. pp sterilitatem. §. verum, eod. tit. l. 6. tit. 8. par. 5. & lib. 4. Lusitanarum ord. tit. 58. §. 3. & affirmat cõis doctorum schia. Finita tamen refectione, tenetur locator restituere domum conductori, vt finiat tempus tõtum contractus, ita habetur. §. 3. citato, & cum glossa ac Bar. l. si duo. §. cum inquilinus. ff. vti possideris, affirmat Grego. Lup. l. 6. citata, verb. *sino fuese adobada*.

12 Quartus † euẽtus, in quo locator expellere potest conductorem, est, quando conductor aburitur re locata damnum illi inferendo, vt si notabile damnum illi inferat, suas in domum cõductam introducendo, vel aliqua alia ratione. Item si ea contra bonos mores abutatur, meretrices, aut lenones, in eam introducendo, vel aliud turpe, aut indecens, in ea exercendo, vnde detrimentum, aut scandalum, vicinię sequatur l. ædem. C. de locat. c. propter sterilitatem. §. verum, eod. tit. l. 6. citata, & in Lusitanis ordin. vbi supr. §. 2. Hoc de meretricibus, & lenonibus meritò tradelligit Alu. Vah de iur. emph. q. 23. quando domus locata est inter probos viros, ac fœminas: si enim domus esset inxta lupanar, aut inter alias domos, in quib. fœmina exercentur, quia tunc inde corruptio morum, aut scandalum, vicinię non sequeretur, expelli ea de causa conductor a locatore non posset. Addo ex hac postrema causa, etiam scholasticum, abutentẽ domo conducta posse ab illa expelli.

Dubiũ. Sunt verò circa quatuor euentus explicatos nonnulla examinãda. Primum est, vtrum hẽant locum solum in domibus. Decis. Ad quod respondeo,

13 posse † expelli conductorem ex secundo euentu, solũ habere locum in domibus, vt in eo explanatum est; qñ est priuilegium, neque inuenitur circa alia concessum, eaque de causa extẽdi nõ possit vltra id, in quo concessum inuenitur, vt ibidem dictum est. Reliqui verò euentus suo modo hẽnt locum ẽt circa res mobiles; qñ non sunt priuilegia, sed per Epicheiam legum contractuum, atq; aliarum dispositionum, interpretatricem, censent illi euentus ex tacita, ac præsumpta contrahentiũ voluntate excepti: qđ sanè æquè habet locum in prædijs rusticis, & vrbanis, & in reb. mobilibus, atq; immobilibus locatis, vt satis apertè colligit ex l. quæro. §. inter locatorẽ. ff. locat. in quo de colono non soluente, pensionem, aut abutente prædio rustico, est serum, idemque Paulus iurisconsultus respondet de vrbano prędio, immo & de re mobili, si simili modo de illis fuisset interrogatus. Vnde si pensio non soluatur, æquè auferre potest prædium rusticum ac vrbanum, & eadem rõne res mobilis locata, neque. n. locator tenetur conductori stare contractui, qñ conductor ipsi non stat contractui. Item si res conducta reparatione indigeat, aut medicina, ob inopinatum euentum, auferri a conductore potest, si vti ea simul nõ possit, ẽt si res illa mobilis sit. Si item conductor re abutatur conducta in damnum illius, aut in scãdalum, & perniciem morum aliorũ, auferri ab illo vtiq; pót, ẽt si res mobilis sit, aut prædium rusticum, de quo est sermo. §. inter locatorem citato.

Secũdum est, vtrum in omnibus illis quatuor euentibus, quando expellitur conductor, remittẽdum illi sit de pensione pro rata temporis, quo re conducta non vtitur. Ad quod dicendum est, omnes conuenire, in secundo, & in tertio euentu, in quibus conductor sine vlla sua culpa locatoris cõmodum expellitur à re conducta, remittendum

14 illi † esse pro rata temporis de pensione, aut certe id tertio euentu offerri illi à locatore debere domum aliam æquè bonam, conductoriq; æquè cõmodam, in qua interim habitet, vt l. Castellæ. 62. citata art. Et quidem in secundo euentu remittendum illi esse pro rata temporis de pensione, satis est perspicuum, idque affirmant. cap. propter sterilitatem. §. verum de loc. & l. 6. citata. In tertio vero illi eodem modo remitti debere de pensione habetur expresse l. qui insulam in prin. ff. locat. §. verum, & l. 6. citatis, ac §. 3. Lusit. ord. citato. In alijs autem duobus euentibus est res controuersa inter doctores. Et quidem. §. verũ. & l. 6. innuere videntur, argõ a contrario sensu, non esse minuendam pensionem pro rata: quippe, commemoratio secundo & tertio euentibus subiungunt, & in his duobus euentibus minuendum est de pẽsione pro rata ipsis, quo conductor caruit vsu, ac fruitione rei locatæ, nihil tale de dub. alijs, quos statim duo illa iura subiungũt, addendo Cyn. ẽt, & Azo, quorum opin. sequitur Nau. in Man. c. 17. n. 494. de quarto euentu loquentes, affirmant, minuendum non esse de pensione, eo qđ conductor culpa sua fuerit in eo ejectus de re conducta. Glo. vero. l. ædem. C. de locat. & alia gl. §. verum citato, quas sequuntur Sal. & Spec. censent, minuendum esse de pensione pro rata temporis, cæterum locatorem agere posse aduersus conductorem de damno illato. Io. An. & Pan. c. propter sterilitatem citato, Host. & alij, reducere conantur ad concordiam duas opiniones, quod. s. quãdo damnum illatum

est rei locatæ, procedat posterior opinio: qñ verò fuit abusus rei locatæ sine damno illi illato, vt qa aliqua contra bonos mores, & cum scandalo vicinæ in ea exercebantur, locum habeat prior opin.

Decis. Mihi verò probatur opin. Grego. Lope. l. 6. citata verb. *dos casos*, qui, cõsentaneè ad Bar. & ad quosdã alios, quos refert, distinguit in primo, & quarto euentu. Qm̃ si locator expulso conductore, inuenit alium, qui conduceret pro reliquo tpe tanta mercede pro rata tpis, quantam soluebat prior cõductor, aut prior conductor eum offert, qui, sine abusu rei, illam conducat, tunc primo conductori remittatur de pensione pro rata temporis, & possit agi aduersus eum de damno, si quod rei locatæ intulit. Si verò non inuenitur, qui illam conducat tanto pretio, tunc id etiam pensionis futuri tpis, q minus accipit locator, teneatur soluere primus conductor, ne locator maneat in damno aliquo ob culpam primi conductoris. Atque hoc planè est, quod voluere duę glossæ citatæ: id quippe inter damna illata computari debeat. Neque plus, quam hoc, colligitur ex l. 6. & §. verum, citatis, argumento à contrario sensu. Quia enim non semper pro rata temporis futuri minuendum est de pensione in his duobus euentibus commemoratis alijs duobus, in quibus semper remissio fieri debet, de illis tantum id docuere.

Dubiũ Tertium est, num his quatuor euentibus locator propria autoritate expellere possit conductorẽ

Decis. 15 de re conducta. Communis † sentẽtia, quam referunt, ac sequuntur Alu. Val. de iur. emph. q. 21. nu. 2 & Greg. Lop. l. 6 citata glos. 1. est, stando in iure cõi, expellere illum posse propria autoritate, concinit l. si duo. §. cum inquilinus, iuncta gl. ibi. ff. vti possid. Tametsi quidam dicant, rutius esse adire iudicem, atque ab illo petere ministrum publicum, qui id exequutioni mandet: aitq; Aluar.

Ius Lusitan. Valas. ibidem, iudicem teneri illum statim concedere. Lusitana lex libr. 4. ord. tit. 58. §. vltimo etiã, ad obuiandum malis, quæ inde sequi poterant, statuit, vt locator per seipsum non expellat conductorem, sed requirat eum ministrũ eius loci, quẽ *altaide* vocant, vt, significando conductori causã, ob quam expellitur, illi præcipiat exire, ac nolentem vi expellat: præcipiturq; is minister id ita exequutioni mandare. Si tñ postea comperitur, locatorem malitia, sine iusta causa, atque indebitè, cõductorem eiecisse, conductor statim restituitur in eam domum, gratisq; illam inhabitat triplũ tps comparatione eius, quod adhuc, iuxta cõtractum, illam inhabitare debebat, Alua. Valas. in calce nu. 2 citati ait, si potius maluerit, agere posse ad interesse, iuxta l. qui insulam. in prin. ff. locat.

## Licitumne sit locare aliquid, quo intelligitur conductorem vsuram ad lethale peccatum.

### DISPVT. D.

### SVMMARIVM.

1 *Locare aliquid ad peccatum, quod attingat intentio locantis, omnino illicitum est.*

2 *Locare aliquid alicui, qui vsurus sit eo, ad iniuriam alterius lethale, peccatum est lethale, & ob id illicitum.*

3 *Locare meretricibus domum, non cum intentione, vt ibi fornicationem exerceant, sed tantũ ad habitationem illarum, peccatum non est.*

4 *Locare aliquid propter quod potest suspicari abusus ad peccatum, quando licitum, & quando non.*

HVic disputationi sequentibus conclusionibus est breuiter satisfaciendum. Prima est.

1 Illicitum est in eo sensu locare † aliquid ad peccatum, q locantis intentio peccatum ipsum attingat, ita quòd id locet, vt sit ad peccatum. Vt, verbi gratia, locare domum, vt sit ad fœnerandum, aut ad fornicandum. Hæc est notissima, quoniam id esset communicare peccato conducentis. Et quoniam ordinatum ad finem, specie accipit à fine, ad quem ordinatur.

2 Secunda conclusio. Peccatum † est lethale locare aliquid, quando intelligitur vsum illius futurum esse ad iniuriam alterius lethalem. Vt si gladius, aut equus, locetur ei, de quo intelligitur eo vsurum ad bellum iniustum, aut ad iniustè vulnerandum, aut ad interficiendum proximum, esto intentio locantis non attingat eam iniuriã ac peccatum. Conclusio hæc supra in hac 2. 2. q. 43. artic. 7. dum de scandalo nobis erat sermo, ostensa fuit.

3 Tertia conclusio. Posito, quòd † meretrices à republica permittantur ad vitandum maiora mala, peccatum non est locare eis domum, modo locator non intendat fornicationem earum ibi, sed locare solum domum ad habitationem illarum, sciens ipsas abusuras ea habitatione ad peccata. Hæc probatur, quoniam locatio domus, vt in ea habitent, non est mala ea ratione spectata: permissio etiam peccatorum, quæ futura præuidet malitia inhabitantium in ea domo, ipsi similiter non est mala: quoniam abusum illarum, ac peccata, non teneretur ipse vitare; præsertim cum eorum permissio ordinetur ad vitanda maiora mala in bonum commune, si verum est, quòd lupanaribus, vt hodie permittuntur, vitentur maiora mala, & non potius accrescant in republica, ergo licita est ea locatio, tametsi dissuadenda, & cuique probo viro potius domus sua esset exurenda, quàm locanda eiusmodi mulieribus. Lege Nauarr. in Manual. capitulo 17. numero 195. qui licèt trepidus, tandem huic conclusioni assentitur.

4 Atque, vt † summatim dicam, in quibus euentibus licitum, aut illicitum est, aliquid vendere, quando creditur, aut timetur abusus ad peccatum ea re futurus, in eisdem licitum, aut illicitum est, aliquid locare. Quia verò q. 43. citata, copiosè dictum, atque ex suis principijs deductum est, quando in eo euentu licitum, aut illicitum, sit, vendere, satis sit hæc pauca de locatione hoc loco tetigisse.

Vsu-

Digitized by Google

# Vsurariane sit conductio vestuariorum minori anticipata pecunia, quam speretur redditura, vt interdum fit in Episcopatu Conchensi.

## DISPVTATIO DI.

### SVMMARIVM.

1 *Reditus omnes mensæ episcopalis, ac capitularis in Conchensi episcopatu, in quibus consistant.*

2 *Conductio vestuariorum minori pretio anticipata pecunia, quam speretur redditura, an vsura sit, cum onere restituendi, prout aliquando fit in episcopatu Conchensi.*

SEquentibus disputationib. casus aliqui in particulari circa rem de locato, & conducto erũt decidendi. Vt verò quæstio proposita, de qua sæpè sum interrogatus, enodetur, à praxi, & terminorũ explanatione ordiendum nobis erit.

1 In hoc † Conchensi episcopatu ferè reditus oẽs mensæ episcopalis, ac capitularis consistunt in ea portione decimarũ panis, vini, & carniũ, hoc est, agnorum, hædorum, & quorundam armẽtorum quæ ad Ecclesiam cathedralem spectat. Tota. n. decima lanarum, caseorum, & aliarum rerum, ad ministros Ecclesiarum particularium spectat. Decimæ aũt panis, vini, & carnium, q̃ ad rẽ præsentem attinet, quędã debentur ex fructib. bonorũ initiatorũ saltẽ prima tonsura, quas vocãt decimas *de bienes de coronados*: & quædam de fructibus bonorum eorum hominum, qui prima tonsura initiati non sunt, quas proinde appellãt, *de bienes de legos*. Decimæ eiusmodi in vnaquaque parœscia collectæ, si sint ex fructibus horum hoĩum prima tonsura initiatorũ, diuiduntur in duas tantum partes æquales: & vna pertinet ad ministros parœsciæ; altera verò ad Ecclesiã Cathedralẽ. Si verò sint hoĩum prima tonsura minimè initiatorum, diuiduntur in nouẽ partes æquales, & tres pertinent ad Ecclesiã Cathedralẽ, totidẽ ad ministros parœsciæ, atq; ex tribus reliquis, duæ ad Regem spectant, quæ proinde tertiæ Regis nũcupantur, & reliqua fabricæ parœsciæ est deputata.

1 Decimæ explanatæ, quæ ad Ecclesiam Cathedralem spectant, inter episcopum, & capitulum, mensam vẽpalem, & capitularem, ita antiqua concordia diuisæ sunt, vt decimę quorundam locorũ mensæ ẽpali, & decimæ quorundam aliorũ locorum mensæ capitulari sint deputatæ, exceptis aliquibus locis, in quibus eiusmodi decimę promiscuè spectant ad mensuram episcopalem, & capitularem, quas proinde hæ duæ mensæ æqualiter inter se diuidunt. Atq; administratio earum, quæ ad mensam episcopalẽ spectãt, pertinet ad solum episcopũ: administratio verò earũ, quæ ad mẽsam capitularẽ attinent, pertinet ad solum capitulum.

Decimæ eiusmodi diuersorum oppidorum, quæ ad mensam capitularem spectant, appellantur *refitores*, atque ita dici consueuit, *refitor* talis, vel talis, oppidi. Fortè nomine originem trahente a tempore, quo capitulares in communitate viuebant: eò quod ad refectionem, & sustentationem capitularium eo bona attinebant. Capitularis autem mensa diuisa est inter canonicos, portionarios (*Hispane racioneros* vocant) & semiportionarios. Quod ad eiusmodi verò reditus attinet, interest inter canonicos, & portionarios, q̃ canonicorum communitati reseruati sunt quidam præcipui ex *refitores* inter ipsos solos diuidendi: portio autem, quæ ex eiusmodi *refitores* vnumquemq; canonicorum quotannis contingit, appellatur *vestuario*, quasi ad vestitum, maioremq; ornatũ, atq; ampliorem familiam ipsis reseruatum præcipuũ. Itaque eiusmodi decimæ capituli in duas partes diuiduntur. Quædam, certorum locorum designatorum, pertinent ad solos canonicos, & portiones, quæ ex illis quotannis canonicis singulis contingunt, appellantur vestuaria. Reliquæ autẽ decimæ, ac bona capituli æquè diuiduntur inter portionarios, & canonicos; idque, quod quotannis inde vnumquemq; cõtingit, portio (*Hispane racion*) nuncupatur. Quædam verò earum portionum inter duos ministros æqualiter diuiduntur, qui proinde semiportionarij appellantur. Itaque reditus cuiuscunque canonicatus constat ex vestuario, & portione. Portio autem constat ex duobus redituum generibus. Quidam enim reditus sunt panis: est enim panis certorum quorundam locorũ deputatus, vt inter omnes portionarios, & canonicos æqualiter diuidatur: atq, prout copia illa quibusdam annis est maior, & quibusdam minor, aut deest aliquis canonicus, vel portionarius, qui eo anno fructus non fecit suos, vel nullus deest, vno anno contingit vnumquemque canonicum, aut portionarium, maior quantitas huius panis, & alio minor.

Alij autem reditus portionis sunt in pecunia, quæ deductis expensis, aliquando est in maiori cõpia, aliquando in minori.

Porrò ex hac pecunia deputatum est certum quid, vt pro singulis horis singulis interessentibus distribuatur: reliquum verò, quod semper est huius pecuniæ, tum propter quorundam absentiam, tum etiam quia copia tota maior est, quam quod pro singulis horis cuique est deputatum (quod proinde superatur vocant) in fine anni, qui, quo ad hoc, computatur à prima die mensis Ianuarij vsque ad diem vltimam Decembris, distribuitur inter eos, qui toto anno horis interfuere, pro rata temporis, quo quisque inter fuisse cõperiũt, computatis pro diebus interessentiæ diebus illis, quos requiei vocant, hoc est, quos, iuxta Ecclesiæ huius statuta, integrum cuique est abesse, sine detrimento eiusmodi distributionũ quotidianarum, quæ vocant.

Hæc autem sola portio pecuniæ distribuitur inter canonicos, & portionarios pro rata dierum interessentiæ cuiusque eorum. Atque ea est, quæ appellatur manualia, ac distributiones quotidianæ. Vestuaria verò, & illa alia portio panis, communis canonicis, & portionarijs, non acquiritur pro rata dierum interessentiæ, sed modo sequen-

ri, in quo de vestuarijs tm̃ loquar: idē in ītelligat de portione panis cōi portionarijs cū canonicis,

Canonici in hunc modum lucrantur vestuaria singulis annis. Qui, v. g. in festo proximè sequēti sancti Michaelis anni huius millesimi quingētesimi nonagesimi quarti interesse primis vesperis, & supplicationi, quæ mane eius festi in Eccle sia cathedrali fit, in hoc sensu lucratur integrū vestuarium fructuū qui inde percipientur vsque ad festum sequens sancti Michaelis anni millesimi quingētesimi nonagesimi quinti, & si postea inde cursu anni, a festo illo sancti Michaelis vsque ad aliud anni millesimi quingentesimi nonagesimi quinti, interfuerit centū viginti diebus, aut mortuus fuerit remanentibus adhuc centum viginti diebus, vsq; ad festū sancti Michaelis anni millesimi quingētesimi nonagesimi quinti, in quibus interesse poterat, saltē cōputando dies, in quibus Ecclesiæ interfuit, tunc lucrantur illud integrū: si vero neq; inter fuerit centum viginti diebus, neq; mortuus fuerit illis adhuc, modo explicato, restantibus, in quibus interesse potuerit, amittit integrū vestuarium communitati canonicorū, distribuendum inter cæteros, qui vestuarias eius anni lucrā tur. De canonicis aūt, qui non illo modo interfuerint primis vesperis, & supplicationi festi sancti Michaelis, distinguēdum est. Qm̃, si iam fecerāt residentiam primi anni, quam vocant, & in toto decursu anni realiter infuere centū viginti diebus, lucrantur vestuarium sicut cæteri: si verò, vel moriantur, antequam realiter interfint centū viginti illis diebus, vel aliqua alia de causa realiter non interfint integris illis centum viginti diebus, mittunt integrum vestuarium cōitati eorum, qui eo anno vestuaria lucrantur. Si autem, qui nō interfuerint primis vesperis, & supplicationi festi sancti Michaelis, nondum fecerant residentiam primi anni, tunc omnino amittunt vestuarium, etiam si postea realiter interfint centum viginti diebus. Vnde qui possessionē canonicatus acquirunt post festum sancti Michaelis non cōsequuntur vestuarium eius anni, et si interfint centum viginti diebus. Ratio sanctionis huius videtur fuisse; quoniam, si prædecessor interfuit primis vesperis, & supplicationi festi sancti Michaelis, ac mortuus est lucratus fuit vestuarium eius anni canonicatus illius, neque supereſt vestuarium, quod lucretur successor per interesſentiam realem.

Vt ad rem accedamus, obseruandum est, Rectores fructuum anni millesimi quingentesimi nonagesimiquinti, vnde coalescunt reditus vestuariorum eius anni, cum tamen canonici lucrentur, modo explicato, vestuaria eius anni in primis vesperis, & supplicatione festi sācti Michaeli huius anni millesimi quingētesimi nonagesimiquarti. Rectores, inquā, illos locari circa festum Trinitatis anni millesimi quingentesimi nonagesimiquinti, vt conductores pecuniam soluant partim ad carnisprivium anni millesimi quingētesimi nonagesimisexti, & partim ad festū Trinitatis eiusdem anni nonagesimisexti. Qū autē canonici pecunia indigent, cum tanto tempore post sint illā accepturi ex sui vestuarijs, locare solent pecunia anticipata vestuaria statim, atque in primis vesperis, & supplicatione festi sācti Michaelis illa, modo explicato, lucrantur, datis fideiussoribus, q, si vixerint, residebunt centū viginti diebus necessarijs, ne amittant vestuaria, q̃ ita lucrati sunt, & q alioquin soluent cōductoribus, quantū sua illorū intererat vestuaria non amitti. Quin aliqñ antequam illa lucrentur, locare solent pecunia anticipata vestuaria vnius, duorū, aut trium annorum, datis similiter fideiussoribus q illa lucrabuntur, aut soluetur conductoribus quantum sua eorum intererat, pcipere reditus eiusmodi vestuariorū. Cum aūt experientia a viginti, aut vigintiquinq; annis, sit compertum, nunquam vestuaria, cōputando in illis certam portionē panis ad vestuaria attinentē q̃ in pane recipiunt) minus reddidisse, q̃ mille aureos, adeò vt vestuariū valde sterilis anni pręteriti millesimi quingētesimi nonagesimi tertij, q in carnisprivio huius anni millesimi quingētesimi nonagesimiquarti, in quo hęc scribo, solui cœpit, ad mille aureos pervenerit, & regulariter reddere soleant mille ducētos quinquaginta, aut mille trecentos, & aliqñ ascendere soleant ad mille quingentos, aut mille sexcentos aureos, qn & aliqñ, licet admodū rarò, reddidisse cōperiant mille septingētos, & mille octingētos aureos; prudentesq; & in ea re experti iudicent medium pretium, in quo æquali periculo, & commodo lucrādi ac amittendi se exponit conductor, esse mille ducentos, & quinquaginta aureos; aut mille trecētos; eo quod æquè euenire possit, vt decrescant reditus, aut accrescant, inter mille, & mille sexcentos, aut mille octingētos; vno è duob. modis solet celebrari ejusmodi cōtractus pecunia anticipata. Primo, soluēdo pro illis octingētos solū, aut nōgētos aureos. Secūdo, soluēdo pro illis octingentos, aut nōgētos aureos, sed cū pacto, vt si reditus accrescāt supra mille, aut mille cētū aureos, incremētū ptineat ad canonicū, qui vestuariū locauit,

De eiusmodi ergo vestuariorum conductione quæritur num vsuraria sit, cum restitutionis onere. Et proculdubio dicendum est, vsurarium esse, cum onere restituēdi, saltem vsq; ad complementum ad mille ducentos quinquaginta aureos, nisi quid minuendum sit ob lucrum cessans, aut damnū emergēs, cōductori ob anticipatā pecunię solutionem, de quo statim dicam. Ratio autē est qm̃, iuxta c. nauiganti, de vsuris, ac rectam rōnē, illud est pretiū iustū infimū pro vnoquoq; vestuario, dū ita est in spe, si vera est fidelis huius rei praxis à nobis hactenus relata: quippe cū conducens pro illo pretio æquè se exponat lucro, & dāno; vsura aūt est, cum onere restituendi, q deest vsq; ad infimū pretiū iustū, conducere aliquid pecunia anticipata pro pretio infra infimum iustum, nisi ex capite lucri cessantis, aut damni emergentis, id excusetur: eo quòd anticipata illa solutio pretij sit virtuale mutuum in tps, quo fructus vestuarij sunt soluendi, pro eoq; mutuo accipitur decrementum illud ab infimo pretio iusto. Atque in re proposita est obseruandū, cōductorē vestuarij, nullū subire laborem in recipiēdis reditibus vestuarij, neq; illi se exponere piculo. Etenim reditus fere oēs

pecu-

pecunia numerata recipiuntur: & qñ refitores, vnde pecunia illa soluitur, locantur, vtiq; locantur, renunciante cõductore oĩbus vniuersim euentibus fortuitis, etiam omnino insolitis, & inopinatis, atq; adhibitis optimis fideiussoribus, adeò vt moraliter nullũ sit periculũ, pretium non fore integrè soluendum. Si aũt, quã rarissimè (aut potius nunquam) aliquid non solueretur, id spectat ad massam totã reditum vestuariorũ, quod singulis vestuarijs fere nullum esset detrimentũ. Si ité, anteq̃ in festo Trinitatis refitores locentur, detrimentũ aliquod eueniat alicui refitori, grãdinis, aut aliud simile, ob quod minori pretio conducatur, quã alioquin foret soluendũ, qđ quam rarissimè accedit, præsertim cum fere episcopatus totus eo tpe nullũ ea de cã aut perexiguum, pati possit detrimentũ, propterea quod terra sit valde serotina, illud cedit in detrimentũ totius massæ vestuariorũ, quod cõparatione singulorũ vestuariorum est propè nihil; atque hæc oĩa, vna cum sterilitate anni, aut abundãtia, atq; alijs circumstantijs, spectant ad latitudinẽ totã decrementi, & incrementi reddituum vestuariorum à mille aureis vsque ad mille sexcentos, aut mille octingentos, róne cuius dicimus infimũ pretium justum cujusq; vestuarij, prout ita est in spe, esse solum mille ducentos quinquaginta aureos. Pecuniã aut̃ horum reddituum cõductores ipsi refitorum, tenentur afferre in domũ canonici, cui illis præscribitur, vt eã soluant, aut in domũ illius, quẽ canonicus loco substituerit: qui, si tardent, excõicationibus, tã in ipsos, quã in fideiussores, q tanq̃ principales obligãtur, cõpelluntur soluere; sumptuque vnius aurei quotidie soluendo ei, q ad exequutionẽ faciendã, aut ad exigendum debitũ mittitur, persolutisque simul oĩbus vniuersim sumptibus, qui ea de causa fierent, coguntur soluere. Atq; vt supra dixi, si qñ eueniret, vt aliquis conductor integrè non solueret, id detrimentum ad oẽs canonicos æqualiter spectat. Quare nõ est, q pp laborem, administrationem, sumptus, aut pericula, conductor vestuarij aliquid detrahere possit de infimo illo pretio justo pro vnoquoque vestuario, dum adhuc est in spe. Neque sanè, attẽto quod reditus vestuarij ita in pecunia soluũtur, id propriè est conductio, sed mutuũ pecuniæ, p pecunia in posterũ accipienda illo mõ exponẽdo se æqualiter euentui amittendi ac lucrandi, sicut in depositionibus, quas *apuestas*. Hispanè vocant. Quod si, vltra æqualem pecuniã modo prædicto, incrementum pecuniæ paciscatur, est mera vsura quo ad id incrementum, quod pro eo mutuo accipitur. Quare non video aliud caput, vnde incrementum aliquod, saltem in spe, accipi possit, quam lucri cessantis, aut dãni emergẽtis, conferentis illo mõ pecuniam anticipatam.

Quod verò ad lucrũ cessans, aut damnũ emergens, conductori eiusmodi vestuariorũ, ob anticipationẽ pecuniæ, attinet, dicendum est. Necessarium esse, vt verè lucrũ cesset, aut damnum emergat, in sensu disp. 315. & 316. explicato. Atque tunc non posse plus accipi incrementi, quam æstimetur hoc lucrũ cessans, aut damnum emergens: si aut plus accipiatur, quo ad id incrementi cõmittetur vsura, cũ onere id restituendi. Neq; sanè eiusmodi cõductores vestuariorũ hãc cõductionẽ ineunt in cõmodum canonicorũ, sibi duntaxat vsurpando valorem lucri cessantis, ac damni emergentis, sed vt longè plus ipsi lucrentur. Id quod suaderi pót, qñ non mutuarent pecuniam illam canonico accipiendam solum de pecunia vestuariorum, cum incremento, quantum competeret ipsis obuenisse detrimenti lucri cessantis, aut damni emergentis, ex eo mutuo. Est verò obseruandum, interdum eiusmodi locationes vestuariorũ fieri pro octingentis, aut nõgẽtis aureis, quos conductores tribuant canonicis ad sumptus suos, largiẽdo illis singulis mẽsibus pro rata eorũ octingentorũ, aut nongentorũ aureorum: in quo euentu, minus lucri potest illis cessare aut damni emergere, quam si totam summam statim soluerent; immo nullum, si pecuniosi sint, quia ea de cã nõ desistent ab alijs sibi lucris negociationibus.

Duo admonuerim. Vnũ est. Quãuis his tẽporibus iustũ ptiũ vestuariorum pecunia anticipata æstimentur mille ducẽti quinquaginta aurei, aut mille trecẽti, variatis tñ tẽporib. in qbus reditus vestuariorum crescãt, aut decrescant, variari quoque eiusmodi pretiũ iustũ eorum anticipata pecunia, neque posse hac de re certam statui regulam.

Alterum est. Me audire, ẽt portiones solere interdum cõduci pecunia anticipata: idq. interdum quo ad solos reditus panis: interdum verò etiam quo ad reditus pecuniarios, astringente se portionario ad ita interessendum, vt lucretur, quãtum, qui interessendo, maximè lucrabitur, adeò vt, si non tm̃ lucretur, refundat conductori, quantum minus fuerit lucratus. De eiusmodi aut̃ contractu idem proportione quadam, dicendũ est, quod de conductione vestuariorum est dictum.

## Si pretium detur pro loco in naui ad Indos, verbi gratia, & reluctantibus ventis, aut alia de causa, nauis eo nõ perueniat, sed regrediatur ad portũ, an saltem pars pretij sit restituenda.

### DISPVTATIO DII.

#### SVMMARIVM.

1 *Mercator an possit repetere pretium datum magistro nauis, pro eius mercibus vehendis, si nauis medio itinere profecta, vt ventorum sit ad portum reuersa.*

2 *Vectura pro mancipio mortuo antequam ad locum destinatum deportetur, non debetur.*

RES est, de qua, referẽte Aluar. Valas. consult. 75. controuersum fuit Olyssipone, lataque fuit sententia, Solet in nauibus Indicis concedi
1 locus ministris quibusdam nauis. Quidam † autem nauis magister dedit pro certo pretio cuidam mercatori locum sibi in ea concessum, ad merces in eo vehendas in Indiã. Nauis profecta fuit, & à medio itinere, reluctantibus ventis, in portum est

est regressa. Mercator contendebat, reddendum sibi esse pretium, saltem pro rata itineris, quod nō perfecit. Magister nauis sed defendebat, quod nauis à portu fuisset profecta, neque ipse se astrinxisset ad iter perficiendum.

In partem mercatoris proponebatur. Primò, cōtractum illum in effectu esse locationis, & conductionis illius loci in naui, sicut si similiter fieret cōtractus circa locū domus, cubiculi, aut cellæ, & non esse cōtractum vendōnis: eo ꝙ neq; domus, neque pars illius, vendebatur, neque dñium rei vllius eo cōtractu transferebat: vñ cū nō esset venditio, est textus expressus, qui rem in fauorem mercatoris decidere vt l. si vno. §. item cum quidam. ff. locat. cuius verba sunt. *Cum quidam, naui amissa, vecturam, quam pro inuecto acceperat, repeteret, responsum est. Non immerito pro curatorē Cæsaris hanc ab eo vecturam repetere; cum munere vehendi functus nō sit. Quod in oībus personis similiter obseruandum est.* Hactenus ib. Ex quibus cōstat, repeti, quod datum est pro munere vehendi, qñ. qui id accepit, casu fortuito eo munere nō est functus: in re autem proposita nauis functa non est munere vehendi in Indiam casu fortuito.

Secundò, cōsuetudinem esse in Lusitania in simili eventu, medietatem vecturæ, hoc est, pretij, quod pro vehendis rebus dedit, reddi conducenti: contractus autem, iuxta consuetudinem, in quo fiunt, censentur celebrati.

Tertiò, quoniam si vectura cōstitua sit pro mancipijs deportandi ad certum locum, atque eorum mancipiorum aliqua in itinere sint defuncta, antequam deportata ad eum locum sint, non debetur pro mortui vectura, eo † quod ad destinatum locum deportata non sint, vt Stracha in tractatu de nauibus 3. par. num. 19. affirmat, iuxta textū, l. Seio amico, in princ. ff. de annuis leg. & l. illis libertis, in fin. ff. de cōditionibus & demonstr. quare idem in re proposita erit dicendum.

Quamuis aūt Aluar. Valas. reclamet, arbitretur; snīam ferēdam fuisse in fauorē mercatoris, meritò tñ lata fuit in fauorem magistri nouis. Primò, quia id verè fuit venditio iuris magistro nauis cōcessi habitādi, aut deferendi in eo loco, quæ vellet ea nauigatione in Indiam: idq; ius totum transtulit pro eo pretio in mercatorem nullum periculum, cum nauis a medio itinere reuerteretur, aut alia rōne in Indiā non perueniret, in se suscipiendo, sed tale ius pro eo pretio in mercatorem transferendo, quale sibi competebat, ac fuit concessum; cōsentiq; communis vsus loquēdi in Lusitania, dum is cōtractus celebratur; dicunt enim contrahentes, *vendo vos o meu gasalhado em tal nao canto pretio*: qñ autem verba quadrare possunt rei, de qua agitur, talis contractus censendus est celebrari, qualem verba significant: sed eo ipso, quod cōtractus emptionis, & venditionis est celebratus præsertim si vtrinque traditio accessit, vt in re proposita, magister nauis pretium accepit, & mercator eo iure vti cæpit, periculum rei emptæ spectat ad emptorem, vt disp. 366. visum est: ergo nihil pretij tenebatur magister nauis reddere mercatori. Neq; verū est, quod Aluar. Valas. ibidem num. 10. affirmat, nempe, in re proposita, huis diceremus esse cōtractum emptionis, & venditionis, vendi tñ, quod non est, sed speratur futurum, nempe nauigationem in Indiam, atq; vendi ad mensuram, in quo euentu ait Bart. periculū rei venditæ, quo ad id, qđ non euenerit ex re ita vēditorem, & non ad emptorem. Non, inquā, est id verum: quoniam venditur ius præsens ad habitandum, & asportandum in eo loco, quæ voluerit, totumq. ius trāsfertur in emptorem, siue vsus illius integer postea sequatur, siue non.

Secundò, qm̄, esto concederemus esse locationē loci illius nauis, seu nauis quo ad illum locū, eò quod conductor rei alicuius possit eam alteri locare pro tēpore, quo ipse hēt eam conductam, vt disp. 489. dictum est, & eadem rōne, qui dono, aut in recompēsationem pro obsequio præstito, vel præstando, id accepit, quod sibi poterat locari pro pretio, potest etiam ipse illud idem locare; adhuc tñ in re proposita, dicendum esset, magistrum nauis nihil pretij teneri restituere huic mercatori. In primis, qm̄ tanto tempore ibi asportauit suas merces, impeditusq; fuit magister nauis habitare in eo loco, quantum est tempus integrum nauigationis in Indiam, neque minus dignum est mercede permittere, vt ibi regrediantur merces in portum, quam concedere, vt merces ibidem asportentur vsque ad locum, vnde nauis in portum est regressa: neque enim merces illæ mittendę erant in mare, ne ibi regrederentur. Deinde qm̄ licèt iure statuant, si conductor vti non possit re conducta casu aliquo fortuito, non se tenente ex parte conductoris, sed ex parte rei conductæ, non teneri soluere pensionē cōductionis pro rata temporis, in quo ea vti fuit impeditus, vt disp. 493. visū est; nihilominus in iuribus vtendū est epicheia, attendēdumq; est ad circunstantias rerum, rectaque rōne est expendendum, ac arbitrandum, num generalis dispositio iurium locum etiam habeat in quibusdam euentibus, ad quos irrationabiles esset extendere eam iuris disputationem, an potius sint ab ea excipiendi. Sane in re proposita, cum tam magnis sumptib. naues Indicæ fiāt, tam parū durent, tot periculis sint expositæ, tot sumptus fiant cum ministris, ac famulis ad nauigationē necessarijs, & præterea, si naues ad portum vētis reflātibus aut alia ratione, reuertantur, eorum omnium iactura fiat, neque possit eo anno fieri nauigatio, vtique conductiones locorum in eis nauibus, intelligi rōnabiliter non possunt iuxta cōmunes regulas conductionum cæterarum rerum, vt scilicet, si nauis ad Indiā nō perueniat, pro rata solum tēporis, in quo cōductores eis nauibus vtuntur, soluant naulum, pretium ve conductionum, quasi, si nauis naufragiū faciat, aut à piratis capiatur, vel nauigantes ipsi, vel ipsorum hēdes, repetere possint partē ptij pro nauis vsu, & habitatione dati, neq; id sanè est in vsu, aut rōnabiliter fieret, neq; si, qñ fit conductio, id in pactum à conductoribus deduceretur, audirentur, cum illisve locatores consentirent: quare non est, ꝙ eiusmodi conductores, aut ipsorum hæredes, hac de re in iudicio audiantur.

Ad

Ad primum ergo argumentum in contrarium negandum in primis est, contractum illum non esse venditionis. Neq; vt sit contractus venditionis, opus est vēdi nauē, aut partē nauis, aut dominiū rei alicuius transferri in emptorē, sed satis est vendi ius, quod magister nauis habebat, ad vtendum in ea nauigatione eo loco nauis ad ea, quæ vellet, & pro pretio transferre in mercatorem ius ei simile, iuxta ea, quæ disp. 336. dicta sunt. Deinde, esto admitteremus, esse conductionem, negandum est §. item cum quidam decidere rem hanc in fauorem mercatoris. Nauis enim, de qua in eo §. est sermo, non nauigauit, sed in ipso portu fuit amissa; hæc verò alia, non solum nauigauit, mercatorque fuit vsus eo loco, sed etiam tanto tempore nauigauit, vsuque eius loci potitus est, quantum sufficeret ad perueniendum in Indiam.

Ad secundum negandum est, talem consuetudinem esse in Lusitania. Pro parte etiam contraria dictum, probatumque est duobus testibus, cōsuetudinem in Lusitania esse, vt talis contractus censeretur venditio, & non locatio, neque restitueretur pretium, aut pars pretij, vt ibidem refert Aluar. Valas. & tamen ipse reclamat, non sufficienter inde probari hanc secundam consuetudinem: multo autem minus probatur illa alia, quæ irrationabilis esset, eaque probata, nunquam profecto lata fuisset sententia pro magistro nauis.

Ad tertium dicendum est, nisi expresè fuisset deductum in pactum, quòd pretium solueretur pro solis ijs mancipijs, quæ peruenirent ad locū, quo transportabantur, etiam pro mortuis deberi pretium; atque eo modo intelligendum esse contractum, quandoquidem per nautam non stetit, quominus illa transferret, sed per mancipia ipsa, quæ mortua sunt: neque esset rationabile soluere illi pretium solum pro rata itineris cuiusque mancipij in naui: præsertim cum nauta in medio maris assumere non potuisset alias merces, quas loco demortuorum mancipiorum asportaret. Duo autem iura, quæ citantur, solum probant, quando pro mancipijs asportandis promissum esset pretium sub cōditione, si ad eum locum deuenirent, vt iura illa intuenti est satis perspicuum: id verò locum non habet in re proposita.

## Licitumne sit locare animalia cum pacto, vt conductor semper teneatur seruare numerum integrum ex eorum fœtibus, aut aliunde.

### DISPVTATIO DIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Locatio animalium cum pacto, vt numerus eorum seruetur integer ex eorum fœtibus, an sit licita, & quot modis fiat. & nu. 2.*

CONtractum hūc duobus modis cōperi celebratum: & de vtroque modo aliquid est dicendum. 1 Vno† modo traduntur alicui centū, verbi gratia, oues, aut capræ, siue permixti sint arietes aliqui, aut hirci, siue non, cum pacto, tum vt semper teneatur seruare numerum integrum, vel ex fœtib. certę iam ætatis, vel aliunde, eas supplēdo, quæ mortuæ fuerint, aut quas vendiderit, vel alio modo distraxerit: tum ēt, vt totam curam, ac sumptus necessarios adhibeat: tum denique vt in superūm in pecunijs quotannis reddat, & fructus ac emolumentum earū ad ipsum pertineant. Hic idem contractus solet interdum celebrari cum pacto, vt solum pecudū demortuarum suppleat numerum ex fœtibus, aut aliunde, & nullam aliarū distrahat, apponatque omnem curam, & sumptus circa illas, & fructus diuidantur æqualiter, vel in aliqua alia proportione, inter ipsum, & illarum dominum. Interrogari verò solet, vtrum eiusmodi contractus, vtrouis modo celebratus, licitus sit, an potius iniustus, ac vsurarius.

Ad q̄ breuiter dicendum est, in eo permisceri Decis. contractū assecurationis capitalis, seu numeri illius pecudum, & contractum conductionis earūdem pecudum quo ad fructus earum, vel societatis, si secundo modo celebret iuxta ea, quæ disput. 411. dicta sunt. Eumq; contractū in primis carere oī labe vsuræ. Deinde verò esse iustum, ac licitum, si, attento periculo, cui conductor se exponit, & attentis sumptibus, & industriæ, quę apponit, fructus earum pecudum, prout ita sunt in spe, digni sint tanta mercede quotannis soluenda: aut si eiusmodi periculum sumptus, & industria sufficienter compensentur parte aliquota fructuum ita in spe, q̄ sibi reseruat. Et quoniam hæc nullam cōtinent difficultatem, non plus in eis immoror. Lege disp. 462. quę hoc loco addi poterant de pecorum locatione, ac conductione.

2 Altero † modo vidi contractum illum celebratum, & de eo fui consultus Olyssiponæ, cum locator, & conductor in iudicio circa illū contenderent. Nobilis quidam habebat amplum prædium rusticum, in quo pecorum grex, & boum, ac vacarum, nobilis illius nutriebatur, & insuper semina in eo prædio terię mandabantur, bouesque ex eodem grege cultui terræ, & plaustris inseruiebant. Locauerat nobilis illæ prædū illud, duosq; illos greges, pro certa nummorum summa quotannis soluenda, ea lege, vt cōductor integrum teneretur seruare numerum animalium vtriusque gregis, supplendo ex fœtibus, aut aliunde, animalia demortua, aut quæ conductor vendere, aut aliter in suum commodum distrahere vellet. Euenēte verò anno quodam valde sterili obnimiam siccitatem, multa animalia vtriusq; gregis, boum præsertim, & vaccarum, interierūt, vnde conductor magnum est passus nocumentum. Exigēte autem nobili, tum mercedem, tum etiā, vt conductor greges resarcire, conductor, inter alia, iudicio se defendebat contendens, contractum fuisse vsurarium; eo quòd locator periculum vtriusque gregis locati vnà cum prædio, in conductorem reiecisset. Peritissimus verò aduocatus conductoris locatorem, & conductorem ad me remisit, vt interrogarem, num contractus fuerit vsurarius. Respondi. Con- Decis. tractum illum esse mixtum, ex contractu assecurationis vtriusq; gregis quo ad numerum animalium,

Digitized by Google

lium, & ex contractu conductionis, tam prædij, quàm vtriusq; gregis, tum ad vtendum bobus ad culturã, & ad alia necessaria, & vtilia ministeria, tum etiam ad fructus ex vtroque grege, & emolumenta percipiẽda, vendendo in suum commodũ, quæ iam ad perfectam venerant ætatem, aut tẽporis progressu deuenirẽt, inutiliaq; essent ad laborẽ, & supplendo ex fœtibus numerum illorum: contractumq; ex suo genere oĩ prorsus carere labe vsuræ, esseq; vtilissimũ reipublicæ, & vtrique contrahentiũ. Addidi, fuisse etiam iustum, modo, attento periculo reficiẽdi aliunde greges cui se exponebat, & attentis fructibus, & emolumẽtis, quę ex prædio, & ex vtroque grege tempore celebrationis contractus percipere quotannis sperabat, merces, seu pensio soluenda, arbitrio prudentis tunc non iudicaretur egredi limitas iusti pretij.

Cum autem eiusmodi contractus, de quibus in hac disputatione habitus est sermo, ex natura rei illiciti non sint, neque in iure, prohibiti comperiantur, modo pensio quæ imponitur iniusta non sit eo modo, quo explicatum est, dicendum proculdubio est, non comprehendi in contractibus 4. lib. ordin. Lusit. tit. 42. prohibitis: eo quod ibi tantum sit sermo de contractibus animalium in se illicitis, atque in iure, secluſa ea ordinatione, prohibitis, vt ex ipsamet ordinatione liquet, quales hi non sunt. Neque sane, si ordinatio illa attente legatur, hi sunt de eorum numero, qui ibi commemorantur: quare, si celebrentur, irriti ea ordinatione non sunt, neque illos celebrantes pœnas illius ordinationis incurrunt.

## Quid de duobus contractibus, ad locatum, & conductum attinentibus, sit dicendum.

### DISPVTATIO DIIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Contractus quidam quomodo cognoscantur ad locatum, & conductum pertinere, & nu. 2.*

QVoniam ex decisione aliquorum euentuũ in particulari, dexteritas, ac lux comparatur ad multos alios definiendos, aliqui à nobis sunt enodandi. Eiusmodi contractus fertur celebratus
1 Valentiæ. Nobilis † quidam cum pistore conuenit, vt pistor teneretur illi dare in annum totum panem coctum certæ cuiusdam bonitatis suæ domui necessarium, sub his legibus, vt pistor nobili venderet tritici modios, vnde pistor panem conficeret pretio, quo tempore nouorum aliud triticum longè inferius in bonitate valet in oppido distante à Valentia nouem leucas, eoque tritico inferiori abundante. Quare pretium deficiebat à iusto. Tum quia triticum vendebatur, & tradebatur Valentiæ, vbi plus valebat. Tum etiam quoniam toto tempore anni pro pretio erat vendendum, & tradendum in pane cocto, quo triticum valebat tempore nouorum; cum tamen in decursu anni ascenderet pretium illius. Tum denique quoniã triticum, quod nobili vendebatur, ac tradebatur in pane, erat lõge melius, ac maioris pretij quã illud aliud alterius oppidi. Insuper astringebatur pistor, tot pondera panis pro vnoquoq; modio nobili reddere, vt soli furfures illi superessent, appositis industria, & labore, & appositis sũptibus in pane conficiendo. Cæterum nobilis ad sequentia se astringebat, quæ tanto emolumento erant pistori, vt plus inde lucraretur, quam amitteret illis alijs contractibus. In primis nobilis largiebatur statim pistori ducenta aurea ficta, quibus pistor negotiaretur, ea lege, vt duodecima pars eorum singulis mensibus cõputaretur in pretio modiorum tritici, quos in pane nobili exhibebat, nobilisque persolueret singulis mensibus incrementum pretij modiorum eius mensis. Deinde nobilis se astringebat ad obtinendam facultatem pistori, vt quotidie acciperet ex publica domo, vbi triticum venditur, tres saccos tritici ad suam negotiationem; cum tamen lege publica pistores solum permittantur accipere quotidie saccum vnum. Item se astringebat ad obtinendam illi facultatem emendi, ac extrahendi ex alijs oppidis Regni quingentos, aut sexcentos, tritici modios, ad suam negociationem; cum tamen lege publica sit etiam id prohibitum.

Sunt, qui arbitrentur, hunc nobilem ad nullam restitutionem teneri pistori: quoniam sufficienter illi compensauit detrimentum duorum priorum contractuum, emolumento trium posteriorum. Addunt verò restituere teneri bono communi damnum, quod illi intulit obtentione, atque vsu pistoris, duarum illarum facultatum. Quod certè damnum nullum, aut perexiguum, videtur esse bono communi, neque scias quanti sit æstimandum, aut cui, vel quomodo facienda sit restitutio. Potius autem id videtur iniuria cõmunitati facta, quòd vni, sine vlla iusta causa, cõcedantur, & obtineantur illæ facultates, isque solus in suum, atque obtinentis commodum, eis vtatur, & reliquis deriegentur: cum tamen leges, atque inhibitiones, subditis omnibus esse debeant communes, quando non adest legitima causa, cur aliquis in particulari ab eis eximatur; quæ causa in reliquis locum similiter non habeat. Ac sanè nullus pistori iniungeret onus restituendi bono communi; si ipse, absque vlla facultate totidem modios emisset, atque extraxisset ex alijs oppidis suo periculo, tresque illos saccos tritici emeret, ac emptos extraheret ex publica domo, in qua venditur triticum, vel per se, vel per interpositas personas: quippe nullum verum damnum censeretur bono communi intulisse, sed solum violasse leges in contrarium latas. Adde, neminem in euentu, de quo disputamus, iussorum pistori, vt bono communi restituat damnum, quod vendo illis facultatibus ei intulit: iubendus tamen esset illud ei restituere in defectum nobilis, tanquam vera causa, vsu earum facultatum, damni illius, si quod ea ratione bono communi fuisset illatum.

Dicendum arbitror, nobilem illum teneri restituere pistori, quantum satis sit, vt duo illi contractus

Digitized by Google

tractus, emptionis illius tritici, & cõductionis pistoris, vt ex vnoquoque modio tm̃ panis tribueret, vt soli furfures ipsi remanerẽt, reducantur ad limites iusti, nisi aliquid demendum sit pro industria nobilis in illis facultatibus obtinendis. Ducor, qm̃ duo illi contractus verè in se sunt iniusti, cum restituẽdi onere, quantũ necessarium sit, vt vterque ad æqualitatẽ reducatur, aut (& in idem recedit) vt emptio panis illius cocti pro illo pretio ad æqualitatem reducatur; in quo omnes conueniunt. In primis autem anticipata illa solutio ducentorum illorũ scutorum aureorum, esto illis pistor plus lucraretur, q̃ esset latitudo, quæ deest ad perducendos duos illos contractus ad limites iusti, non excusat nobilem illum ab vllo onere restituendi. Qm̃ illud est virtuale mutuum illorũ scutorum, pp quod nullum emolumẽtum, aut excusationẽ ab onere restituendi, accipere põt absque vsuræ labe. Etenim scuta illa non lucrantur nisi vt subsunt industriæ pistoris, & vt sunt iam facta pistoris, atq; vt eorum periculum ad pistorẽ spectat: quare sicut periculum eorũ, ita illorum commodum, tanq̃ fructus suæ industriæ mediante instrumento pecuniæ illius, vt est iam effectum ipsius, & non permanet mutuantis, ad solum pistorem spectat, neque mutuans vendere illi potest emolumentum illud, quod non est mutuãtis, sed ipsius pistoris. Atq; in hoc ẽt omnes conueniunt. Deinde duæ illæ facultates, quas nobilis pistori obtinuit, à restituendi onere eum non excusant. Qm̃ lucrum, quod pistor acquirit emendo pretio iusto tritici modios in alijs locis, eosque inde extrahendo, & cõficiendo ex illis panes, atq; emendo similiter pretio iusto tres illos saccos tritici quotidie in domo publica, panesq; ex illis conficiendo, est fructus suæ industriæ, celebrando cõtractus iustos sua pecunia, & apponendo suã operam, & industriã, aliosque sumptus ad id necessarios efficiendo; facultates verò illæ solum ei inseruiunt, vt impunè id faciat: ergo lucrũ illud ad pistorẽ spectat, tanq̃ fructus suæ industriæ, & pecuniæ, & non ad nobilem illum: eo ergo lucro, & emolumẽto pistoris, non liberatur nobilis ille ab onere restituendi, quantum satis sit, vt duo illi alij contractus, ab ipso cum pistore iniuste celebrati, ad limites, iustorum contractuũ reducantur. Confirmatur, qm̃ duæ illæ facultates nõ plus sane conferunt ad lucrum pistoris, quàm (si pistor pecunia careret ad eo, mõ negotiandum) cooperetur, qui mutuo illi daret duo mille aureos, nihil de eo lucro posset accipere, aut eo posset aliquid compensare, vt omnes confitentur, quia lucrum illud solũ est pistoris, tanq̃ fructus suæ industriæ, ac pecuniæ: ergo neque nobilis illæ pp duas illas facultates, quas illi obtinuit, pót quicquam eo lucro cõpensare; eo ꝙ verè sit pistoris, & non suum. Cõfirmatur rursus, quoniam potestates publicæ, quæ eas facultates pistori concederent, nihil in pretium, aut in compensationem, pro eis facultatibus accipere possent de lucro pistoris, aut eo aliquod suum debitum compensare; quin potius, si id efficerent, ad restitutionem tenerẽtur, eo quòd nullum iustum titulum, vt id accipiant, habeant: ergo neque, qui illas precibus à potestate publica obtinuit pistori, potest quicquam de lucro in recompensationẽ earum accipere, aut eo suum proprium debitum compensare. Vt enim, qui mutuo dat, nihil de lucro, quod negotiando ea pecunia mutuario obuenit, potest in recompensationem mutui accipere: ita, qui precibus, suaque autoritate efficeret, vt aliquis mutuo alicui daret, nihil posset de eodem lucro in recompẽsationem accipere: mirũ quippe esset, quòd mutuãs nihil quasi in pretium mutui posset accipere, & quòd mediator, cuius precibus, & autoritate, mutuum daretur, posset aliquid accipere, excepto stipendio, quo esset dignus pro labore, & industria intercedendi. Et idem dicendum est in re proposita, nempe sicut potestates publicæ pro concedenda ea facultate nihil possent accipere, ita neque accipere posse nobilem, de quo loquimur, nisi fortè quantum esset dignus pro munere, labore, & industria intercedenti. Ac sanè cum malè faciat ita intercedendo, atque obtinendo eas facultates in reipublicæ incommodũ, & cùm iniuria aliorum de communitate, quamuis aliquid de eo lucro, stando in solo rigore iustitiæ, accipere sine restituendi onere posset, prudens tamen confessarius præcipere illi, saltem in pœnitentiam, deberet, vt id restitueret, saltem pauperibus, ne eiusmodi abusus in republica serperent, vt de alijs, quæ ministri publici accipiunt, disput. 88. dictum est.

2 Sequens † contractus refertur etiam alicubi celebrari. Qui prædium habet, in quo quindecim fanecæ, quas vocant, quotannis seminatur, illud locat rustico pro triginta fanecis quotannis soluendis, quindecim tritici, & totidem ordei, aut secalis (Hispani *centeno* vocant.) Insuper illi tradit duos boues ad prædium colendum, aut viginti duos ducatos, q̃bus eos boues emat, nunquam restituendos: illi tñ imponit onus soluendi viginti fanecas quotannis decem tritici, & totidem ordei, aut secalis, idq; solum in octo annos, in quos contractus celebratur. Quæritur autem, num licitus sit hic cõtractus? Cum verò duos includat vnum locationis prædij pro triginta illis fanecis quotannis soluendis; alterũ permutationis boum illorũ pro viginti illis fanecis ad octo annos quotannis soluendis, aut emptionis earundem fanecarum pro viginti illis duobus aureis; de singulis est seorsim dicendum. Et quod ad primum attinet, dicendum est. Pro qualitate prædij, num terra fertilis, aut sterilis sit, spectatis ẽt alijs circumstantijs cõcurrentibus, atque attenta consuetudine regionis, prudentis arbitrio esse iudicandum, num pensio illa limites iustæ egrediatur, an non, ac proinde, num cõtractus iustus sit, vel iniustus cum restituẽdi onere vsq; ad limites iusti: neque aliam tutiorẽ, ac certiorem posse põ regulam. Decis.

Quod verò ad secundum attinet, dicendũ est, esse omnino iniustum, cum onere remittendi de illis fanecis eas, quæ excedunt numerum earum, quæ illis viginti duobus aureis pretio iusto infimo emi possunt; aut, si acceptæ iam sint, cũ onere restituendi incrementum acceptum. Quòd si incrementum illud fuit deductum in pactum ob anticipa-

anticipatam illã solutionem boum, aut aureorũ, vt est præsumendũ, contractus est vsurarius. Quia verò boues nõ locantur in cõtractu, quippe cum efficiantur rustici cõducentis prædium, periculoque illius pereant, esto boues primo, vel secundo anno pereant, soluendæ nihilominus sunt fanecæ vsq; ad valorem viginti duorũ illorum aureorũ.

## De famulis qui se ad seruiendum locant.

### DISPVTATIO DV.

### *SVMMARIVM.*

1 *Famulus locans se ipsum pro certo tempore, an finito eo tempore, teneatur supplere tempus, in quo ob ægritudinem seruire non potuit.*
*Et quid de iure Castellæ, & Lusitaniæ. num. 2. & 3. vsque ad finem.*

DIsputatione 493. dictum est, si famulus in morbum incidat, aut alio simili impedimẽto obsequia præstare non possit, non teneri dominum mercedem illius temporis illi soluere. Quibus adde, si quos sumptus dominus in illo curando fecerit posse ab eo illos exigere: quoniam sumptus illi, nõ ad dominum, sed ad ipsum famulum se locantem spectant.

1 Petes. Si ciusmodi famulus in annum, aut in aliud tẽpus se locauit, num, finito tpe contractus, perseuerare teneatur in famulatu, quousque tẽpus illud, in quo ad seruiendum fuit impeditus, resarciat. Dicendum est neque dñm compellere eum posse, vt perseueret, neque ipsum cõpellere posse dñm, vt sinat ipsum prorogatione tẽporis famulatus resarcire tẽpus illud: qm seruiendi onus fuit præcisè temporis in contractu præscripti, ideoq; transacto tempore, non manet onus in tempus sequens: sicut, qui non ieiunat, aut nõ recitat diuinũ officium tempore, quo ex Ecclesiæ præscripto tenebatur, non tenetur postea id resarcire: quia fuit onus diei, seu temporis illius. Idemque dicendum est de cæteris locationibus, si ex parte rei locatæ, iuxta ea quæ disp. 493. citata dicta sunt, non possit conductor illa vti, vt si propter bellum, aut pestem, non possit illam menses aliquot habitare: neque enim, finito tempore ab initio constituto, prorogari debet contractus in tantum tempus, quantum fuit tempus impedimenti: atque ita seruauit semper, ac seruat consuetudo.

Ius Castellæ. 2 Lege 1. tit. 20. lib. 6. nouæ collect. sub pœna viginti millium marauedinorũ ero, & famulo † amni exilij ab eo loco, præcipitur, vt nullus oĩno, cuiuscunque conditionis sit, plures ex his famulis, quos *lacaius* vocant, habere possit, quam duos.

Lege 2. eiusdem tituli præcipitur famulo, ac famulæ, cuiuscunque conditionis sit, & cuicunque inseruerit ministerio, vt si se subtraxerit à seruitio dñi, inseruire alteri non possit in illo eodẽ loco, neque in suburbanis illius, sine expressa facultate, ac beneplacito prioris domini, sub pœna, vt conijciat in vincula viginti diebus & exultet vno anno ab eo loco; & vt, qui eum receperit in suum obsequium, soluat sex mille marauedinos. Si aũt famulus, aut famula, non se subtraxerint ab obsequio dñi, sed ipse illos expulerit, possint inseruire alteri in eodem loco. Secundus autẽ dñs interrogare prius debet priorem dñm, num eos expulerit, responsoque prioris dñi erit standum. Integrum tñ est famulæ, aut famulo, qui se subtraxerint à seruitio prioris dñi, mancipare se in eodem loco obsequio alicuius, à quo officium aliqd addicant, aut locare mercede operas suas ministerio agri. Præterea in alio loco inseruire poterunt cuicunque alteri. Hæc autem intelliguntur, modo nõ fiant in fraudem prioris inhibitionis. Censentur autem facta in fraudem, si famulus intra quatuor menses in loco, in quo priorem dominũ deseruit, seruitio alterius se mancipet. Si tñ, qui se subtraxerit à seruitio alicuius, receperat ab eo anticipatam aliquam solutionem aut vestitum, & ante impletum tempus contractus, illam ve promeritam, se subtrahat ab eo obsequio, incidit in pœnas prædictas, esto egrediat locũ, in quo priori dño inseruiebat, aut alicui inseruiat, vt officiũ ab eo simul addiscat. Lex hæc, quamuis lata sit ad obuiandum malis, quæ oriri ex eo solent, quòd vnus in famulum accipiat eum, qui alteri inseruiuit, eatenusque minus iniuriæ famulis inferre videatur, quòd sit lata antequàm seruitio cuiusquã se mancipent, & quòd præuidere possunt, se sub ea lege, & conditione, acceptare alicui inseruire; rigida tamen mihi videtur, & contraria libertati famulorum, si intelligatur, etiam quando famulus ab hero discedit finito tempore à principio præscripto vtrinque in contractu.

Lib. 4. Lusit. ord. tit. 18. statuitur, cum, qui inseruierit nulla constituta mercede, si à domino Ius Lusitan.
3 tunicam, & † pallium acceperit, non posse ab eo recedere sine illius consensu ante annũ obsequij impletum: si verò alterum tantum illorum duorum acceperit, aut quodvis aliud vestitum, recedere ab eo non posse, nisi expleto dimidio anno obsequij. Idem est, si inserviat comitando equos, & idem, aut aliud æquivalens, acceperit. Qui verò hæc non seruauerit, conijcitur in vincula, donec duplum soluat, & expensas omnes ea in re factas. Quòd si ab eius seruitio recedat, qui Regi, Reginæ, Principi, aut Infantibus inseruiebat, vinctus in curiam Regiam adducitur. Qui verò hos in suum famulatum receperit, si, admonitus per priorem dominum, aut per alium de illius mandato, eos, non expulerit, soluit tantundem, quantum famulus reddere debebat priori domino, dimidium Regi, & dimidium accusanti. Qui autẽ famulus fuerit alicuius de curia Regis, nulla constituta mercede, non potest deinceps famulus esse alterius de curia, qui in ea versetur, sine facultate prioris domini: si autem illum receperit, & admonitus, eum non dimiserit, soluit decem aureos, dimidium priori domino, & dimidium Regi, & cogitur famulum dimittere. Insuper præcipitur, vt nullus, cuiuscunque conditionis sit, assumat in famulum, aut sub suum patrocinium, & curam, famulum alterius, qui ab eo

fuerit

fuerit matrimonio copulatus, aut à quo aliud præmiũ sui obsequij acceperit, vel eũ, quem *acodasto doutrem* vocant, à quo equum, arma, pecuniam, aut rem aliã acceperit, vt cum eo seruiat, in quo is præceperit, sine facultate eius, cui ita *acostado for*, sub pœna, vt ita receptus in vincula cõijciatur, donec priori dño soluat duplũ eius, q̃ ab eo accepit, & vt, qui eum receperit sciens, aut illũ non expulerit, postquã cõscius fuerit factus soluat priori dño quinquaginta aureos. Qui aũt ita alicui dño fuerit astrictus, si, petita ab eo facultate, dñs cõcedere eã noluerit, atq; is recedere ab eo voluerit, poterit id efficere, modo ill duplũ restituat eius, q̃ ab eo acceperat, aut illi deinceps tres annos eo modo inseruiat, quo antea eidem inseruiebat. Poteritq; à iudice petere, vt scriptis mãdari iubeat se ea de causa velle ei dño inseruire tres annos sequentes. Hęc tñ locum non habeat, si prior dñs, qui illa in præmiũ seruitij dedit, aut cui aliquis est *acostado*, a seruitio Regis recesserit, aut a Regno discesserit: nã tũc famuli seruire, cui voluerint, possunt. Idẽque est si famulus a Rege facultatẽ obtineãt, vt cui voluerint, seruiãt, oblata ei legitima aliqua causa.

Lex 3. tit. 20. lib. 6. noue collec. sic habet. *Mandamos, que el criado a persona que sirviere, de qualquier qualidad y condicion que sea en qualquier seruicio ministerio que sirua, que injuriare a su señor y amo, si esto fuere de hecho, punièdo las manos en el, que de mas de las otras penas, en que caene inturren, en semeiante caso y delicto, see auido por aleue, como persona que quebranta la seguridad y fidelidad que deuia. Pero que si no pusiere las manos en el, y echare mano a la espada, o tomare armas cõtra el. si el dicho criado fuere hombre hijo de algo, demas de las otras penas, este preso en la carcel treinta dias, y sea desterrado por dos años, y si no fuere hõbre hijo de algo, demas de las dichas penas, sea traido a la verguença Y que si la injuria no fuere de hecho, ni tomando armas, sino de palabras tan solamente, en aquello nuestros juezes y justicias procedan segun la qualidad del caso y de las personas.*

Lex 4. eiusdem tit. sic habet. *Mandamos, que el criado o persona que sirue en qualquier seruicio o ministerio que sea, que se embolviere y tuuiere acesso carnal con alguna mugier o criada o fiera de la casa de su señor y amo, no siendo hombre hijo de algo; le sean dados cien açotes publicamente, y sea desterrado por dos años, y que la misma pena aya la dicha criada o muger. Pero siendo homare hijo de algo, le saquen a la verguença, y sea desterrado por un año del reyno, y quatro años del lugar donde esto acaciere. Pero que si lo suso dicho accaciere con parienta del señor, o amo, o con donzella que cria en su casa, o ama que le cria su hijo, que en esto se proceda y haga justicia con mas rigor, segun la qualidad del caso lo requiere. Y que en la misma pena caian e incurran los criados, o criadas, que se probare, o constare, auer si do terceros o medianeros para que otros de fuera de casa cometan y hagan el dicho delicto.*

Et l. 2. tit. 1. lib. 5. sic hẽ. *Qualquier hombre, que biuiere con algun señor, y biuiendo con el, se despose re o casare, e con la hija, o con la parienta que tenga en su casa aquel, con quien biuiere. sin su mãdo, que el que tal yerro hiziere, sea echado del reino para siempre, y si tornare a el sin nuestra licentia, las iusticias le maten, y ella sea desheredada, y ayan sus bienes sus parientes mas propinquos. Y esto que la pueda acusar el padre, e la madre, o el señor o la señora conquen viuiere. Y si aquellos no la acusaren, qnela pueda acusar qualquiera de los parientes mas propinquos fasta tercero grado. Pero si el padre o la madre, o el señor, con quien viuiere, la perdonare, que otre no la pueda acusar.*

Et lib. 8. tit. 20. l. 6. habetur. *Mandamos, que qualquier que hiziere fornicio con la barragana cõnocida del señor, o con donzella que tenga en su casa, o con cobuera de la señora de aquellos que la hã, o con la parienta de aquel con quien viuiere, morando la parienta en casa del señor, o con el ama que le cria su hijo o hija en quanto le diere leche, que lo maten por ello. Y la que este yerro hiziere, que sea puesta en poder de aquel, con quien viuiere, quo le de la pena que quisiere, tambien de la muerte como de otra manera. y el que hiziere tal maladad cõ la sirvienta de casa, que no sea de las susos dichas, que le den a cada vno dellos cien acotes publicamente por la villa y si fuere hijo de algo el que este yerro biziere como dicos es con la sirvienta, y ella fuere hija dalgo, que yaga vn año en la cadena, y qualquier dellos que no fuerre hijo de algo, que le den cien acotes.* Illud obseruo, si in aliqua ex legibus prius relatis alia pœna statuta sit patranti aliquod ex his delictis, standum esse illis alijs legibus, vt posterius latis.

Lib. verò, 5. Lusit. ordi. tit. 18. sic hẽ. *Todo homo que com outrem viuer, quer por soldada, quer a bẽ fazer, e casar com a filha, ou madre, ou irmaan, ou prima con irmaan daquelle, ou daquella, comque viuer, quer estem das portas a dentro, quer fora de casa, sen mandado ou licença do senhor comque viuer, ou dormir com cada hũa das sobreditas, quer dentro em casa de su senhor, quer fora, ou casar, ou dormir em casa de seu senhor com criada que este uerdas portas a dentro e nom seruir fora de casa, moura por ello morte natural, e nom lhe sera recebido defesa por dezer, que era casado com a dita criada, e que casou fora de casa ne seu senhor. como se pronar que dormio com ella en casa de seu senhor, au fora, ora a criada este ue se por soldada, ora o bem fazer. E casando, ou dormindo com alguna segunda com irmaan daquelle, ou daquella, com que viuer, que este uer em casa de dito senhor, ou senhora comque viue, ora durma con ella, ou case fora da dita casa, ora em casa, ou dormir ou casar com criada daquelle con que viuer, que nom este uer das portas a dentro e seruir fora de casa, quer con ella durma, ou case fora de casa, quer em casa, sera degradado pera sempre pera a ilha de sam Tome. Peroo na quelle que for condenado por tal crimen em cada hum dos sobreditos casos a amorte, nõ se fara execucam ate nos lo fazerem suber, pera vermos o caso con suas qualidades e circumstantias, e assi mandaremos o que for nosa merce. E se dormir com alguna escrana branca da quelle com que assi viuer, que estee das porta a dentro guardada, seya degradado pera sempre pera a ilha de sam Tome.*

De

# De iusta famularum mercede.

## DISPVTATIO DVI.

### SVMMARIVM.

1 *Famulorum iustum salarium seu merces, quæ sit de iure Lusitano.*
2 *Famulorum genera duo, & nu. 5.*
3 *Lusitaniæ, & Castellæ ius quid statuat circa famulos, & famulas.*
4 *Famulus quando teneatur de furto, ab alio facto.*

QVod ad famulorũ mercedem attinet, quamuis lib. 4. Lusitan. ordin. titu. 19. sancitum quondam fuisset, quando aliquis seruiret *a ben fazer*, hoc est nulla constituta mercede, si obsequiũ tale esset, pro quo ordinarie merces solueretur, pos-
1 se famulum† exigere mercedem, illique esse adiudicandum tantum mercedis, quantum in eo loco consueuit alijs pro similibus obsequijs solui: si verò obsequium non esset tale, pro quo merces ordinarie solueretur, sed quale præstare solent, qui heris relinquunt, vt retribuant, quod voluerint; quo pacto multi seruire ordinare solent nobilibus, tunc famulum, aut famulam, nihil posse exigere pro eiusmodi obsequijs; postea tamen 6. par. legum extrauag. titu. 1. *l.* 3. meritò lex illa quo ad hoc secundum reuocata fuit, sanctumque fuit, vt etiam in eo euentu famuli, aut famulæ exigere possent pretium iustum suorum obsequiorum, illisque adiudicaretur quantum, spectato tempore obsequiorum, & qualitate famulorum, atque obsequiorum, iudicaretur esse dignam compensationem; idque in praxi seruatur in Lusitania, præsertim quando prælatus aliquis, aut nobilis alius, è vita discedit, non compensatis obsequijs eiusmodi famulorum.

Vt dicam, quid de iusta famulorum mercede sentiam, duo famulorum genera distinguenda
2 sunt. Quidam† inseruiunt certa mercede eis cõstituta. Atque, quod ad hos attinet, dicendum est. Si luce clarius non constet, mercedem constitutam, attentis circunstantijs omnibus concurrentibus, limites infimi pretij iusti egredi ac proinde iniustam apertè esse, iniustam non esse iudicandã, non solum in exteriori, sed neque in conscientiæ foro, ac proinde nihil amplius, vel exigere tãquam sibi debitum, vel, si ei non concedatur, accipere occultè posse talem famulum de bonis domini in recõpensationem suorum obsequiorum. Quòd si id accipiat, domino præsumptè inuito, aut in dubio, an inuitus sit, furtum committit, restituereque id tenetur, esto is famulus egrè se ea mercede sustentet, ac misere viuat, nec possit liberos, ac familiam propriam sustentare: qm̃ herus solum tenetur illi dare iustam mercedem obsequiorum, attentis circunstantijs concurrentibus: non verò quantum satis ei sit, ad se sustentandum, & multo minus ad sustentandos suos liberos, aut familiam. Habent autem hęc verum, siue quis pro stipendio sibi cõstituto seruiat cuicunq; alteri, siue Regi. Hęc ex se sunt notissima: qm̃, quando de iniustitia cõtractus non constat, illi est standum, & q̃ vtrinq; fuerit constitutum, censendum est iustum. Quando autẽ de iniustitia mercedis constaret, quia perspicuè non attingeret limites infimæ iustæ, tunc, nisi esset infra dimidium iusti pretij infimi, vtiq; famulo in exteriori foro non subueniretur. Posset verò facere occultam compensationem in conscientiæ foro solum quoad id quod deest vsq; ad latitudinem infimæ mercedis iustæ, & non amplius, seruandoque ea, quæ ad licitam compensationẽ suo loco in hoc secundo de iustitia tractatu explanabuntur.

Vt hæc, & sequentia, quæ in confessionibus sunt quotidiana, dilucidiora reddantur illud est obseruandum. Multa esse officia, aut ministeria, ad quæ obeunda multi comperiuntur, qui pro certa quadam annua, aut menstrua mercede, libenter se locabunt; cum tamen ea merces sufficiens non sit ad se, & multo minus ad familiam suam integram sustentãdam. Locant verò se multi libenter ad ea obeunda pro mercede illa quoniã licèt sufficiens ad competentem sustentationem non sit, conducit tamen, ac sufficit, cum alijs bonis, quæ is, qui pro ea mercede se locat, habet, & cum industria, quam in alijs rebus simul potest apponere. Et quando multi comperiuntur, qui pro ea, mercede libenter ad id se locabunt, non est censenda iniusta pro eo munere, aut officio obeundo, esto alicui detur, cui propterea quòd careat alijs bonis, ac industria, aut quòd multos habeat filios, vel quod splendidius, & cum maiori familia viuere velit, quàm aliequin viueret, merces illa ad suam sustentationem non sufficiat. Hinc facile excludes multorum obtendicula, ac excusationes, in confessionibus, qui, cum Regis officia habeant, aut alia publica, vel inseruiant nobilibus, comitando ipsos, aut ipsorum vxores, vel assistendo in domo illorum, aut alia officia in illorum domibus obeundo, vltra suum stipendium, aliquid accipiunt, vel ab ijs, qui secum pro suo munere habent negotia, vel occulte de bonis Regijs, vel de bonis illorum, quibus seruiunt causantes se id efficere, eo quòd stipendium sit tenue, neque illo se possit sustentare, vel liberos, & familiam, quasi ea sit iusta causa id vsurpandi, & quæ ipsos à restitutionis onere excuset. Si enim alij sint, qui libenter pro illo stipendio id munus obirẽt, constat stipendium esse iustum, ac proinde hos teneri restituere, quod ita vsurpant.

Quod itaq; ad inseruientes pro certo stipendio attinet, hanc censeo statuendam regulam. Si, attẽto ministerio, in quo quis inseruit, & attenta multitudine, aut raritate eorum, qui ad ita inseruiendum eo tempore comperiuntur, illi constituatur, saltem infimum stipendium, quod in ea regione eo tẽpore constitui solet inseruientibus tali ministerio, stipendium est censendum iustum, ac proinde, si quid is famulus occulte vsurpet, de quo nõ constet, dominũ inuitum nõ esse, tenetur id restituere. Quòd si minus infimo stipendio tunc consueto ei constituatur, vel quòd famulus id ignorauit, quando de illo conuenit, vel quòd inuitus cogatur pro illo seruire à ministris Regis, aut à quocunque

Digitized by Google

cumque alio, vel denique, quod necessitate compulsus, quia aliud magis non inuenit, cum ei nulla alia sit circumstantia, aut minus valeat suũ ministeriũ, quã aliorum; tunc conducens, aut, is cui conducitur, restituere tenetur incrementum vsq; ad limites iusti. Imo arbitror, qñ coactus fuit seruire præsertim si iniustitia in compulsione interuenit, vt minimum esse ibi restituẽdum vsq; ad medium stipendium iustum. Tum quia ipse põt nõ velle seipsũ locare pro infimo iusto pretio, hẽrq; ad id ius. Tum ẽt, qñ iniustè ad seruiendum pro illo pretio fuit coactus. Ab vltima parte huius regulæ est excipiendum, qñ conductor famulatu, ac ministerium eius famuli non indigebat, atq; ad preces illius, aut alterius illum suscepit in suum ministerium: tunc enim non tenetur illi dare stipendium, eo quod misericordius illum admittat, misericorditerque illi sustentationem tribuat, quousque inueniat, cui pro iusta inseruiat mercede. Hãc tñ limitationem meminisse ẽ, modo operarius non comperiret sibi ita vtilia, vt propter lucrum, quod ex illis percipiet, dignum illum stipendio deprehenderet: tunc enim, iuxta perceptã vtilitatem, tribuere inde illi teneretur vsque ad iustum stipendium pro seruitio. Atq; iuxta hæc accipi, & ad concordiam reduci possunt, quæ hac de re docent Nauar. in Manuali. c. 17. num. 108. & Soto 5. de iust. quæstio. 3. artic. 3. ad 1.

Duo admonuerim. Vnum est. Qñ iuxta contractum à principio initum, famulo, vltra stipendium constitutum, debetur sustentatio, (vt regulariter deberi solet) illam debere esse, qualis simili bus famulis consueuit conferri. Quare, si ad mediocrem, aut infimam, quæ ordinarie conferri solet, non perueniat, non est culpæ tribuendũ famulo, si peritè cõpetenti (modo sine rubore, aut alio periculo exigere eam possit) nec reddita, aliquid occultè accipiat, quo id compenset: quando quidem accepit, quod sibi debetur, nec soluitur; & qui si in iudicio petat, vel non audietur, vel plus in eo obtinendo insumet, plusque molestiæ ab hero ea de causa accipiet, quam id valeat.

Alterum est. Qñ famulus suscipitur ab opifice aliquo, vt inseruiat, & officium ab eo addiscat, aut suscipitur ab aliquo, vt inseruiat, & det operam literis; quo pacto in vniuersitatib. suscipi ab scholasticis solent famuli, eaque de causa solus victus, & calceus tribui illis consueuerunt, & aliquando aliquid opifici solet solui in subsidium sustentationis talis famuli; tunc, si ab hæro impediatur, ne competenter addiscat, aut ab scolastico, ne det operam literis, præcipiendo illi alia, graniter peccare, cum onere restituendi graue damnum iacturæ peritiæ officij, aut iacturæ scientiæ: quam, si artifex negligens sit in docẽda illiarte, est tempus ei relinquat ad opera artis conficienda, peccat cum onere restituendi iacturam peritiæ artis. Ita Nauar. vbi sup. nu. 109.

Illud etiam est obseruandum, si quis alicui inseruiat, minori quidem mercede cõstituta, quam alioquin sit iusta, cæterum quia vult illi condonare incrementum, vel propter beneficia accepta, velut gratiam apud illum conciliet, spe maioris bonum ab illo, aut illius intercessione, obtinendi; tunc, quia id non est nuda locatio, sed permixta cum donatione decrementi à iusta mercede, vtique conducentem ita aliquem in famulum, aut conducentem ita operas alicuius, ad nullam teneri illi restitutionem, esto locator frustretur ea spe, qua ductus, ita donauit. Quoniam id solum fuit causa motiua, & finalis donandi, non verò conditio sub qua est donatum, quasi illa non sequuta, donatio reddatur nulla, vt in materia de donationibus, & disputat. 210. ac duabus antecedentibus dictum est.

3 Alterum † genus famulorum est, qui alicui seruiunt, nulla certa mercede constituta. Et quidem, si obsequia talia sint, quę regulariter fieri consueuerunt certa aliqua constituta mercede, vt quia ad arandum famulus aliquis assumptus est, ad custodiendũ gregẽ, ad asportandũ ligna ex agro in iumentis, & ad similia alia, quãuis nulla sit cõstituta certa merces, sed arbitrio domini eã reliquerit famulus, tenetur dñs, tũ in conscientiæ, tum ẽt in exteriori foro, soluere illi iustam cõsuetam pro eis ministerijs in ea regione, ac loco mercedem, vt lib. 4. Lusitan. ordin. titu. 19. sancitur.

Si verò non sint talia obsequia, quæ, attenta qualitate seruientium, eorumque, quibus seruitur, consueuerint regulariter fieri certa constituta mercede, tunc, si obsequia digna sint maiori retributione, quam sit honesta sustentatio famuli, illi etiam tribuendo competens vestitum, vtique debetur illi compensatio ad qualitatem pro ratione temporis, & qualitate obsequiorum. Atque hoc est, quod lex 3. Lusitana titu. 1. par. 6. leg. extrau. statuit contra antea ti. 19 citato constitutum fuisset contrarium, quo ad exteriorem attinet forum. Dixi, si obsequia digna sint maiori retributione, quam sit honesta sustentatio famuli, illi etiam tribuendo competens vestitum: quoniam nõ immerito multi affirmant, de iustitiæ rigore hanc esse competentem tributionem pro obsequio eorum puerorum, honesto loco natorum, quos *pages*. Hispane vocant, nobilibusque inseruiunt, vt comitibus, Marchionibus, Ducibus, Præsatis, & alijs similibus, id efflagrantibus parentibus ipsum. Etenim, licet spe etiam maioris retributionis illi tradantur, freti nobilitate, liberalitate, ac potentia ipsorum; nobiles tamen non modicum beneficium, tum ipsis, tũ parentibus eorum præstant, quod per multi alij optarent, dum illos exonerãt sumptibus, quos cum eis facere debebant, eiusmodique pueros honeste sustentant, ac vestiunt, aulicisque, & vrbanis moribus instituunt, habilioresque ad maiora obsequia, ac munia reddunt. Quare; vbi consuetudo fuerit, vt de iustitiæ rigore nõ plus pro eiusmodi obsequijs tribuatur, ad nihil aliud nobiles in conscientiæ, & in exteriori foro, illis tenentur.

Quando autem, vltra sustentationem pro obsequijs retributio debetur, consueuerunt nobiles multis modis exhibere. Nempe, constituendo eis, quos in aliquo inferiori ministerio nutrierunt, stipendium aliquod dum ad maiorem obsequij gradum ascendunt, quod vel

sit tota merces debita, vel pars illius; postea verò variis & modis illam complent, videlicet, qñ ipsorum seruitium egreditur, stipẽdium & illis quotannis præscribẽdo dũ, tam eiusmodi famuli, quã ipsi viuunt, aut dũ vxorem ducunt, aut famulę nubunt, aliquid eis largiendo, vel in pecunia, vel in vestibus vel officium aliquod illis à Rege obtinẽdo, aut, si collatio alicuius officij ad eiusmodi dominos spectat, illud eis conferendo, aut emolumẽtũ aliquod. Eisdemque modis soluere solent integra seruitia. Consueuerunt & præsertim in Lusitania, seruitia soluere, obtinendo à Rege, vt ipsorum famulos, ipse in famulos accipiat, aut vt eis munus aliquod in India, aut in nauibus Indicis, aut in qua vis alia re concedat. Cũ.n. intuitu supplicãtium, Reges hæc concedant, ex parteq; eo modo ipsis supplicãtibus persolvãt meritis, quę apud Regem habent, his obtentis à Rege, merito solent suis famulis satisfacere, qñ hęc superant obsequia à famulis præstita. Qñ autem domini his, aut alijs modis integre non satisfacerent famulis obsequiis præstita, tunc in conscĩæ foro tenentur integre ea soluere, eaq; in exteriori foro possunt famuli ab ipsis, aut ab ipsorum hæredibus exigere.

Solent eiusmodi famuli, interim dum dominis seruiunt, multa de illorum bonis secretò vsurpare, maleque consumere estque casus in confessionibus valde frequens. Qñ aũt non excedunt iustã indubitatam mercedem, quæ ipsis pro suis obsequijs iam debetur, acriter in primis, ac serio, comprimendi sunt, ne simile quid in posterum efficiant. Curari deinde debet, vt, quoad fieri possit, damna illata dominis restituant, ab eisq; sperent, ac exigant suum integrum stipendiũ, quando verisimiliter ab heris suo tpe ipsis soluet. Alioquin ferendum est, vt id compensent in mercede iam promerita ipsisque de rigore iustitiæ debita: ea tñ lege, vt caueãt, ne ipsorum domini ipsis, aut ipsorum successoribus iterum id soluant, quin potius dũi congruo tempore intelligant, se id non debere, qm̃ tantundem de ipsorum bonis pro fragilitate humana in decursu temporis quo eis seruierũt, vsurpatum est. Est verò valde expediẽs; vt potius, quod penultimo loco dictũ est, quo ad potuerit, fiat, quam hoc vltimum propter periculum, quod est, ne domini his mercedem soluant famulis demortuis, aut absentibus; & ne famuli tempore receptionis mercedis, illam suscipiant, ac exigãt integram cupiditatem, aut verecundia eos vincente, ne detegant, minus sibi deberi, quia reliquum de cursu temporis fuit clam vsurpatum.

Illud est obseruandum, aliquibus in locis tam misere interdũ famulas, & famulos, qui nulla cõstituta mercede inseruiunt, à dominis sustentari, ac tractari, vt neque ad victum necessaria, quæ alijs in domibus communiter similibus famulis tradi consueuerunt, ac debent, subministrentur, neque quo ad vestitum, indusia, calceos, galeros, & his similia eis conferantur, sed domini expectent, vt eiusmodi famuli, qui aliunde nõ habent vnde hæc emant, ea sibi quærant, ac emant. Cum autem sustentatio competens, licèt parca, ac vestitus competens, ac parcus eis, iuxta contractum, ac communem morem debeatur, vltra recompensationem aliam propter obsequia, culpandi sane non sunt, qui ad hæc tantum, de bonis dominorũ aliquid occultè vsurpant; modo à dominis, sibi necessaria quo ad victum, & vestitum prius petant, si id efficere possint sine suo detrimento, & maximo rubore, neque domini ipsis ea cõferant.

Lib. 4. Lusit. ord. tit. 21. sancitum est, quando
4 † famulum, ad certum definitum tempus pro certa mercede susceptum, dominus ante finitum tẽpus domo expellit, compellẽdum esse dominum soluere illi integram mercedem. Hoc tamen intelligendum est, quando nulla iusta causa fuit expulsus, & famulus sua parte contractum, vt oportebat, implebat. Atque tunc credo (iuxta ea, quæ ibi statim de famulis recedentibus ante tempus finitum subijciũtur) famulum iniustè expulsum, non teneri reuertere ad complendum tempus: quoniam, in pœnam iniustę expulsionis, id statuitur, & non quasi solum cogatur adimplere contractum ex sua parte, vt tenetur, quãdo per famulum non stat, sed vult ex sua parte implere. Similiter ibidem statuitur, si famulus ante tempus impletum sine culpa domini discedat, cogendum esse, & restituere mercedẽ, aut partem illius, si illã iã accepérat, & seruiit integrũ tempus, nulla persoluta ei mercede. Hoc verò, quod scilicet pensionem commeritã, & cõmerendam, amittat, cum in pœnam sit statutum, non debetur à famulo ante latam sententiam: vnde si discessit accepta aliqua pẽsione cõmerita, iubẽdus non est eam restituere, antequam à domino petatur. Quãdo autem commeruerat partem pẽsionis, neque illam acceperat, ac discessit sua culpa ante tempus impletum, tunc neque in exteriori neque in conscientiæ foro, tenetur dominus soluere illi mercedem commeritam, sed poterit, in pœnam iustam, eam sibi retinere, esto sententia iudicis ei non adiudicetur, quoniam, cui datur actio ad aliquid repetendum, si id iam soluisset, competit exceptio, quod non teneatur illud soluere, si ab eo petatur, ac proinde, interim dum non petitur, licitè illud retinet, paratus excipere, ac petere, vt sibi adiudicetur in pœnam iustam lege statutam, si petatur. Casus hic totus satis frequens est in confessionibus in Lusitania propter eam legem.

Lex etiã octaua, tit. 4. libr. 4. fori statuit in hoc Castellæ Regno, si dominus ante finitum tẽpus expellat famulum sine famuli culpa, teneri illi solere integrã mercedem. Si verò famulus ante finitũ tempus discedat sine domini culpa, vt amittat mercedem totam, & insuper soluat tantundem. Ius Castellæ.

Intra quantum autem tempus teneatur famulus, postquam à domini seruitio recesserit, petere mercedem suam, alioquin non conceditur ei actio ad illam petendam de iure Castellæ & Lusitaniæ, & quomodo sit intelligendum, disp. 67. dictum est.

Si damnum famulus domino dedit, poterit dominus illud exigere à famulo, aut id in mercedem compensare, vt habetur libro 4. Lusitani, ordina. titulo 22. & l. 8. fori citata, atque ex se est notissimum. Cæterum iure Lusitano Ius Lusitan.

sit.

titu. 22. citato sancitur, quando famulus non tecessit ante finitum tempus contractus, teneri dominum tempore recessus requirere illum ante iudicem, vel ante probos viros de damno, alioquin, quando postea famulus mercedem exegerit, non poterit petere abeo damnum: quoniam præsumitur id efficere, ne integrè illi soluat mercedem verè debitam. Quando autem protestatus est damnum, solum conceduntur domino quatuor dies ad illud probandum à puncto, quo famulus mercedem exegerit: nisi dominus velit soluere illi statim integram mercedem; nam tunc maius tempus illi concederetur, prout iudex æquum fuerit arbitratus. Obserua tamen, hæc sancita esse in prudentem cautelam, ne domini vexent famulos, eosque defraudent iusta mercede. Quando tamen famulus sua culpa, saltem leui, domino verè damnum dedit, illud tenetur in foro conscientiæ integrè resarcire domino, nihil impedientibus eiusmodi dispositionibus iuris Lusitani.

Dubiū. Verum autem si aliquid de domo furto auferatur, aut damnum domino inferatur, sciente famulo, & valente impedire, teneatur id domino restituere, nisi impediat.

Decis. 5 Dicendum est, si † cura sit ei demandata de illa re, saltem tunc quando furto aufertur, aut quãdo damnum infertur, quia saltem pro tunc data est ei clauis ad aperiendum aliquem locum, & aliquid ibi faciendum, aut inde extrahendum, & tunc aliquid furto indeacciptur, vel quia ex peculiari officio in ea domo ei incumbat cura, & custodia, vel rerum omnium, vel aliquarum, quia ei in particulari pro suo munere commissa sunt, vtique teneri restituere domino, si quid eorum furto ablatum fuit, aut damnum ei illatum sit, saltem culpa leui talis famuli, nedum ipso sciente, ac valente impedire.

Quin, si non posset impedire propter maiorẽ vim, teneretur admonere auferentem, aut damnificantem, vt id restitueret; si autem nollet, cum posset, teneretur non solum de charitate, vt alijs, sed etiam de iustitia, sub onere restituendi, cuiuscumque omnium, vt resarciretur, etiam detegendo delinquentem, quando ea via resarciretur damnum, & non occurreret alia, qua efficaciter resarciretur. Intellige tamen in hoc euentu, si tuto, sine suo magno periculo, id detegere posset.

Quando autem famulo nullo horum modorum incumbit cura rei, quæ aufertur, aut rei, cui damnum datur, tunc esto videat auferri, vel damnum illi inferri, ab alijs famulis, aut à quocunque alio, neque impediat, cum possit, ad nullam restitutionem ipse tenetur: sed solum de charitate tenetur id impedire, & curare postea, vt resarciatur, & perinde ac si non esset famulus, sed aliquis extraneus: quoniam tunc non censetur ipse causa eius damni, eo quod non teneatur ex officio, aut pro cura sibi commissa, illud impedire.

# De contractu assecurationis. Et de quodam alio illi simili, Hispali consueto.

## DISPVT. DVII.

### SVMMARIVM.

1 *Assecurationis contractus quid, & ad quam speciẽ contractus attineat, & nu. 2.*

3 *Assecurationis contractus vt iustus sit, quæ requirantur.*

4 *Assecurationem petentis quomodo probetur scientia, quòd res periisset.*

5 *Assecurans pro certa quantitate, quæ deinde cõperiatur fuisse minus, an teneatur ad totam summã assecurationis, an verò tantum pro ea quantitate, quæ reuera erat.*

6 *Assecurãs nauim onustam mercibus pro certa summa si ad talem portum non peruenerit destinatũ, an teneatur, & quomodo, si in ea non sint merces, vel aliud accidens interueniat.*

7 *Contractus, quo quis securam reddit vitam alicuius vsque ad certum tempus, pro pretio aliquo, validus est.*

8 *Contractus, qui solet fieri Hispali causa mercium, et negociationis, quo nomine nuncupari potest, & quando licitus sit.*

Dicendum est consequenter de contractib. in quibus fortuna admiscetur, aut simul dextritas, et industria: ordiendum q; nobis erit à cõtractu assecurationis. Quem sic possumus definire.

1 Est † contractus, quo suscipitur periculum rei alicuius pro pretio, aut interesse alio. Et quia, suscipiendo periculum rei illius, secura suo modo redditur illi, in cuius gratiam suscipitur, hic contractus dictus est assecurationis. Referente verò Alua. Vala. consul. 64. nu. 1. Olyssiponę est mẽsa publica assecurãtiũ, cui regia autoritate notarius ad eos contractus est constitutus. Et idem vĩ esse in alijs præcipuis emporeis, vt Hispali, Genuæ, &c.

Ad quam autem speciem hic contractus attineat. Præmissis opinionibus eorũ, qui affirmãt,

2 reduci ad contractum locationis, & cõductionis, aut ad contractum fideiussionis; in quibus nihil probabilitatis esse conspicio, duæ sunt præcipuæ sententiæ. Prima asserit, esse contractum innominatum ex parte assecurantium, faciam, seu suscipiam in me periculum, vt des; & do vt facias, ex parte offerentis pretiũ pro assecuratione. Ita affirmat Syl. verb. negotium q. 5. Bald. & alij, quos Aluar. Val. consul. citata nu. 3. refert. Alij, nostris temporib. censent esse contractũ emptionis, & vẽditionis, aut ad eum reduci, quo pro certo pretio venditur susceptio periculi seu obligatio soluendi æstimationem rei, si pereat. Sicut. n. iactus retis, hoc est, ius ad pisces, qui retis iactu capiẽtur, emitur, ac venditur l. si iactũ. ff. de act. empt. ita onus, seu obligatio soluendi rem, si pereat, vẽdi, ac emi pót, iuxta l. periculi pretiũ ff. de naut. fœnor. Atq; in hanc sententiam, cum Alua. Valas. num. 3. citato, propendeo. Quando ergo pretium promittitur pro assecuratione rei alicuius, vt regulariter

fieri solet, vtique, quia talis cõtractus est emptio, & venditio, perficitur solum mutuo consensu, eritq; cõtractus bonę fidei, iuxta ea quæ dis. 254, & 259. dicta sunt. Illud obserua, licèt periculum rei alicuius susci pi possit gratis, atq; adeo tunc cõtractus nõ sit oneros us, sed gratuitus, pertineatq; ad donationem, ac liberalitatem; quia tñ regulariter non ita celebratur, idcirco nos solum cõtractũ assecurationis oneros um definuisse, de eoq; solo in hac disputatione esse nobis sermonem.

Contractum hunc iustum esse, modo pretium æquale sit pro ratione periculi, quod quis in se suscipit, nullus est, qui dubitet; susceptio quippe periculi rei alicuius, quippiam est pretio æstimabile, ac vendibile. Neque eiusmodi iustum pretiũ in indiuisibili consistit, sed latitudinem habet infimi, medij, ac rigoros i iusti. Atque accrescit, & decrescit, nõ solum pro maiori, aut minori, valore rei, quæ assecuratur, sed etiam pro maiori, aut minori, periculo, cui assecurator se exponit; vt si nauis, in qua merces asportantur, longiorem & difficiliorem confecturus sit nauigationem, aut multi sint piratæ, &c. Conr. de contractib. q. 71, ait, qñ, qui operam suam adhibiturus est circa conseruationem rei alicuius, periculum illius in se suscipit pro interesse moderato, licitum esse contractũ, vt si nauta periculum in se suscipiat mercium, quas in naui portat. Rationẽ reddit, quoniam, inquit, assecuratio tunc cedit in salutem spiritualem nautæ, qui diligentius curabit earum mercium cõseruationem, quam curare tenetur; & cedit in vtilitatem, non solum domini mercium, sed etiã in publicam vtilitatem: quia etiam melius conseruabũtur, & adducentur in rempublicam. Qñ verò, inquit, qui rei periculum in se suscipit, nullam operam circa illam est adhibiturus, illicitus est cõtractus. Quoniam non cedit in bonum publicum, & qñ, qui ita assecurant, volunt otios i lucrari, cõtra illud Genes. 3. In sudore vultus tui vescetis pane tuo. Merito tamen sententia hæc ab omnib. reprobatur. Contractus enim hic sæpe cedit in bonũ publicum; quoniam multi desistent ab asportandis mercibus cum periculo ingẽtis iacturæ, nisi sint, qui pro pretio aliquo suscipere in se velint earum periculum. Cedit etiam sæpe incommodum soluẽtium tale pretium: quia ea via à longè maiori iactura liberantur. Neque diuites tenentur laborare, vt pane suo vescantur, aut id eis præcipitur Genes. 3. sed illud est denũciatio pœnæ ob peccatum Adami, quod ipsi, posterisque suis, necesse deinceps esset futurum laborare, vt terra necessaria ad ipsorum sustentationem eis suppeditaret. Adde, eiusmodi cõtractum iniri posse intendẽdo simul alijs negotiationibus, ac ministerijs, reipublicæ vtilibus. Quare non est, quod Conr. ex hoc capite damnet hunc, vel alios contractus, qui à fortuna pendent, & de quibus erit sermo.

Vt † contractus assecurationis iustus sit, necesse est, vt euentus rei, quæ assecuratur, incertus sit, saltem comparatione notitiæ, quam vterque contrahentium ea de re habet. Etenim vterque contrahentium lucro, & damno esse debet expositus, vt contractus iustus sit. Assecurans quidem, soluendi maius interesse pro minori, aut lucrandi nõ illud minus interesse. Is verò qui assecurationẽ petit, amittendi pretium, quod soluit, at obtinendi pro illo longe maius interesse ab assecuratore. Atque in commutationem vnius periculi ac commodi, cui vnus se exponit, pro periculo alio, ac commodo, cui alter se exponit, contractus est iustus, modo æqualitas proportionem quadam, spectatis circumstantijs cõcurrentibus, vtrinque cernatur. Quare, si is, qui assecurationẽ petiit, dum contractum celebrauit, sciebat id cuius assecurationẽ petebat, iam perijsse, contractus est nullus, neq; potest accipere valorem rei, q̃ periit, sed solum pretiũ, quod pro assecuratione dedit soluendo expensas nẽs, si quæ factæ sunt in celebrando cõtractu, & insuper soluendo assecuratori, si quod aliud damnum rei emerserit, aut lucrũ ei cessauit, ob talem contractum, quia fortè ea de cã destitit ab alio contractu, in quo fuisset lucratus.

Hac eadem ratione, si rumores ad eum, qui assecurationem petiit, deuenerant, rem perijsse, aut coniecturas eius euentus habebat; quæ tñ assecurationem latebant, sanè, si, eis cognitis, assecurator contractum non iniuisset, aut non eo pretio, sed longè maiori tunc, quia dolus dedisset cãm cõtractui, aut dolus in eo intercessisset, certè, vel nullũ valorem pro re, quæ postea perijsset deprenderetur, posset accipere, si dolus cãm dedisset contractui, vel teneretur restituere assecuratori incremẽtum pretij, si dolus in eo contractu intercessisset, iuxta ea, quæ dis. 352. & 353. dicta sunt. Tametsi, pro quantitate periculi, cui se exponebat is, qui assecurationem petebat, no fortè res non perijsset, ac proinde amitteret pretium assecuratori, si ne vllo eiusdem assecuratoris detrimento, posset fortè, qñ dolus cãm dedisset cõtractui, accipere aliquid vltra valorem pretij, quod pro assecuratione dedit, ratione illius periculi. Eodem modo, si is, qui assecurauit, quando celebrauit contractum, sciebat rem iam esse in tuto, quia sciebat nauim, quã assecurabat, deuenisse iam ad portũ, contractus est nullus, teneturque restituere pretium, quod pro assecuratione accepit, & insuper, si quid in celebrando contractu fuit expensum. Quod si nesciebat rem iam esse in tuto, attamen coniecturas habebat esse iam in tuto, quas ignorabat, qui assecurationem petebat, vel sciebat nauim ad locum iam propinquum deuenisse, ita vt parum, aut longè minus, periclitaretur, idque ignorabat, qui assecurationem petebat, tunc, si id illi non detexisset, restituere ei teneretur, vel eam partem pretij, quam minus dedisset, qui assecurationem petebat, vel totum pretium, si celebraturus non fuisset contractum; nisi tamen aliquid esset minuendum pro periculo, cui se exponebat, soluendi valorem rei assecuratæ, si inde vsque ad portum perijsset.

Quo modo autem probetur scientia eius, qui assecurationem petiit, quod res perijsset, aut eius, qui assecurauit, quod res iam fuisset in tuto. Rectè Aluar. Valas. consultat. 64. citata à numero 9. ait, non sufficienter probari ex sola mora temporis, in quo nuncius aduenire potuit,

tuit, computando viginti quatuor leucas, seu parasangas, pro vnoquoque die, secundum praxim inter mercatores receptam; eo quòd illud sit minimum iter quod conficere solet nauis, qñ non tesiant venti, & ij, qui per dispositos equos iter faciunt (quod nostri vocant, *por la posta*) cum minimum quotidie conficere soleant triginta leucas: qm̃ variis de causis potuit nuncius non peruenire intra id tempus, idque ignorare, qui assecurauit, aut assecurationẽ petijt: vnde merito ait, id prudẽtis arbitrio relinqui censendum ex circumstantijs concurrentibus: atque in dubio præsumendũ esse in exterioti foro, non adfuisse scientiam.

Dixi, vt contractus assecurationis iustus sit, necesse esse, vt euentus rei, quæ assecuratur, incertus sit, saltem comparatione notitiæ, quam vterq; cõtrahentium ea de re habebat: quoniam id satis est, vt celebratione ipsa contractus, vterq; se exponat lucro & damno, quod sufficit, vt contractus sit æqualis ac iustus esto res iam perierit, aut iam sit in tuto, & vt censeantur consentire, vt quicquid in re iam sit, assecurationis cõtractus valeat: sicut in contractu sponsionis, vadiationis quidam appellant, alij depositionis, Hispanè *apuesta* dicitur, de re aliqua præterita, satis est, si incerta sit vtrique contrahentium, vt contractus esse possit æqualis ac iustus, in eoque consentire contrahentes cẽseantur, propterea quòd vterque æqualiter se exponat lucro & damno, spectata notitia, quam habet. Ita Gam. decis. 181. & Aluar. Valas. consul. 64. num. 6. Vnde, referente ibidem Asua. Val. num. 1. & 7. aliqñ exprimi solet in contractu, assecurationem intelligi, et à tempore, quo nauis à portu soluit, atque etiã si culpa nautæ pereat, & esto itinere portum alium sumat, quòd Lusitanè appellant *fazer escala*. Quamuis autem huiusmodi clausulæ non apponantur, ex vsu, & ex circumstantijs cõcurrentibus, est iudicandum, num id intenderint cõtrahentes. Si enim contractus assecurationis merciũ, quę asportantur in naui indica, fiat in Lusitania, duobus aut tribus mensibus, postquam naues ex India soluere cõsueuere, perspicuum est, assecurari merces illas a pũcto, quo nauis ex India soluit.

Quando aliquis existẽs, v.g. in Lusitania, atq; inde præcipiens suorum negotiorum gestori in India, vt in tali naui ad se mitteret merces æstimationis in Lusitania quatuor mille aureorũ, existimansque venturas, iniit in Lusitania cõtractum assecurationis circa illas omnes, dubium † est, 5 si postea comperiatur, non fuisse missas, aut non in tanta quantitate, num teneatur ad integrum pretium assecurationis; & similiter, num, si nauis illa pereat, assecurator teneatur illi soluere valorem illum integrum quatuor mille aureorum illarum mercium. Hic est euentus, de quo disputare videtur Gama decis. 181. nu. 2. & Aluar. Val. consult. 64. nu. 5. Et merito respondent cũ suo Petro Santanarenensi, referuntq; definitum fuisse in senatu Lusitano, si nihil mercium fuit impositũ, contractum fuisse nullum, ac proinde, neque vnum teneri ad pretium, neque alterum ad valorem merciũ; si verò minus mercium fuit impositum, vnum teneri solum ad pretium assecurationis pro quantitate mercium naui impositarum: & alterũ teneri solum ad valorem earundem mercium impositarum, si perierunt, nõ verò ad omnes quatuor mille aureos. Ratio est, qm̃ deest materia contractus, sine qua subsistere nequit: & quia censetur factus ex hypothesi, quod merces naui imponerentur, atque adeo, illis non impositis, defuit consensus; & imposita solum parte earum, defuit similiter consensus, quo ad reliquam, quæ imposita non fuit.

Longè diuersus est euentus, de quo disputat Sotus 6. de iust. q. 7. art. 1. Nempe, si quis, habens nauem vacuam, affirmet, onustam esse mercibus, æstimatiq; cũ mercibus pretio quadraginta mille 6 aureorum, atque † pro bis mille aureis paciscatur cum aliquo, quòd is reddet quadraginta mille, si salua ad talem destinatum portum nõ peruenerit, posito, quòd contractus esset iustus, si deferret merces, quæ cum naui toto eo pretio æstimarent. Quæst. Respondet autem Sotus, si is qui periculum in se susciperet sciens nauim eam merces non deferre, iniret contractum illum, validum esse contractũ: quoniam nulla illi fieret iniuria, esseq; quasi genus quoddã sponsionis (*de apuesta* Hispani vocant) si nauis non peruenerit salua, dabo tibi quadraginta mille, modo mihi des bis mille, veraque est hæc opinio. Cæterũ obserua, si nauis culpa domini periret, vt quadraginta mille aureos acciperet, tunc ad nihil ei teneretur, qui periculum in se accepit. Qm̃ dolus, atq; iniustitia domini nauis, non deberent illi patrocinari, excusarentque assecuratorem ab onere soluendi æstimationem illã. Addit Sotus, si is, qui periculum nauis, & merciũ in se suscepit, credebat vera narrari, nauimq; cum mercibus eam totam æstimationam valere, inualidum esse contractum; quia dolus causam illi dedisset, neque, qui in se periculũ suscipit, illũ inijsset, timens dominum nauis, cuiam illius, spe tanti lucri, non habiturum. Dicerem, ita in foro exteriori iudicandum, tutumque in conscientia esse, qui periculum in se susciepisset, quoniam non iniuisset eum contractum, si sciret nauim carere mercibus, & quoniam præsumere posset, negligentia & nequitia domini, nauem non peruenisse saluã ad portum. Addo tamen, si dominus nauis tantam adhibuisset diligentiam circa nauim, quantam adhibuisset, si onusta esset mercibus, quæ cũ naui ad valerent, cogendum non esse in foro conscientię restituere quadraginta illos mille aureos, neque in eodem foro esse prohibendum illos exigere. Ducor, quoniam is, qui in se suscipit periculum illud, non tam habuit rationem valoris nauis, & mercium, quàm suscipiendi in se periculum illud soluendi in eo euentu quadraginta mille pro bis mille, in eo autem non fuit deceptus.

Et quoniam, si reuera sciret dominũ nauis tantam adhibiturum diligentiam circa conseruationem nauis, quantam adhibetet, si cum mercibus eum totum valorem haberet, non desisteret ab eo contractu; quare ea omnia, quæ prioti loco dicta sunt, in præsumptione fundantur, ac proinde locum non habent in foro conscientiæ quo ad assecuratotem, qui conscius omnino est veritatis. Solum est, quod admoneam. Cum, quan-



Digitized by Google

do valor aliquis assecuratur, in euentu, quòd totus pereat, teneatur assecurator totum eum soluere; & in euẽtu, quòd pars solum pereat, teneatur solum soluere valorem eius partis, non verò alterius, quæ salua manet; vtique, qñ interueniret illud mendacium, & nauis ita periret, vt saluæ manerent merces, aut omnes, aut aliqua ex parte, si nauis merces valoris ementi deferret, tunc pro quantitate valoris mercium, quæ saluæ remansissent detrahẽdum esse de valore quadraginta mille aureorum, quæ assecurator tenetur soluere.

Hinc dico, cũ in nauib. Indicis, & in multis alijs, in quib. mercatores suas merces transportãt, cura, & administratio nauis non spectet ad mercatores ipsos, sed ad dñm, ac ministros nauis, mercatoresq; nauium soluãt pro mercibus, quas transportant, ac proinde nautæ eodem modo nauim administrẽt, siue merces sint assecuratæ, siue nõ; & regulariter assecuratio solum fiat metu naufragij, aut piratarum in quibus euentibus ordinarię merces omnes perire solent, vna cum naui, & non pars earum tantum, mihi esse valde verisimile, si mercator, qui merces suas esse curat, mentiretur se plures, aut maioris valoris deferre, & iuxta eũ valorem maiorem, pretium assecurationis soluere, sine spe recuperandi partem si merces saluæ peruenirent, vt audio esse in more positum, posse in conscientia, quin, & in exteriori foro, accipere integrũ valorem, quem assecurauit in euẽtu, quod merces oẽs perirent. Qm̃ pretium totius illius valoris soluit, & nihil assecuratoris ĩterest, siue merces illæ tantum, siue minus, valeant, eodemq; modo initret contractũ, siue plus siue minus, valerẽt. Longè verò diuersa ratio est, qñ assecuratio fieret spe, quòd merces tanti valoris apponerẽtur in naui, posteaq; comperiretur, nihil fuisse impositum, aut solam fuisse impositam partem, de quo euẽtu supra cum Gam. & Alu. Val. dictum est. Qm̃ cũ tunc non subsistat id, cuius spe, ac præsumptione, celebratus fuit contractus, contractus vtique est nullus, vtpote factus sub conditione tacita, si merces illæ ponerentur in naui conditioneque, ac materia contractus, non subsistente: in re aũt proposita, merces sunt impositæ, solumque est error in valore earum, quod non curant contrahẽtes. Imo verò mos est, fieri æstimationem eius, q̃ assecuratur, arbitrio eius, qui assecurationem petit, siue longe plus valeat, siue non, vt ad rationem eius æstimationis, & ipse soluat pretium assecurationis, & ipsi soluatur res assecurata, si pereat. In hoc tamen euentu, si dimidium solum merciũ periret, dimidium solum maioris illius æstimationis esset soluendum, & ita de reliquis partibus proportionalibus, quæ perirent.

Solent, qui magnam mercium copiam asportant, non eam totam assecurare, sed partem, ne multum pretij soluant, & ne, si merces omnes pereant, nihil omnino ipsis remaneat, sed saltem maneat valor partis assecuratæ: vt, si asportant merces valoris sex mille aureorum, assecurant solum valorem duo mille aureorum. In hoc autem euentu, si designetur, quæ pars in singulari assecuretur, tunc, si illa pereat, aut pars illius, soluendum est solũ, quod ex illa perijt; nihil verò, si partes aliæ non assecuratæ pereant, & tota illa pars designata salua manſit. Si verò nihil in particulari designetur, sed solũ ex illis mercibus assecurentur duo mille aurei, tunc si merces, oẽs pereãt, naufragio, aut captæ à piratis, soluuntur integri duo mille aurei: si verò pereat dimidium illarum omnium mercium, quæ æstimatæ fuerunt sex mille aureis, soluũtur solũ mille aurei, & ita proportione eadem de reliquis mercibus, quæ perierint.

Si is, qui nihil habebat in bonis, nauim pro aliquo pretio assecurauit, habẽs in corde, si nauis pereat, fugere in aliam regionẽ, vbi de eo nihil sciatur, contractus est nullus: quia dolus cãm illi dedit, atq; ita tenetur restituere pretium acceptum.

Hic contractus licitus est ex se, large mihi tãtum, & ego securum te facio, quòd in his nundinis, in quibus es, aut ad quas proficiscaris, tãtum, vel tantum, lucraberis, ita vt, si minus lucreris, incrementum tibi soluã: est, n. assecurationis, ac suscepti periculi pro eo pretio. Ita Sotus vbi supra.

Vtrum autem vsura sit mutuo dare, & mutuãtem suscipere pro pretio periculum rei, quæ mutuo datur, disp. 318, dictum est.

Vtrum autem licitus sit contractus, quo quis securam reddat vitam alicuius pro pretio aliquo, ita vt, si ille ante id tempus mortuus fuerit, assecurator soluat certam pecuniæ quantitatẽ. Quicquid quidam in contrarium dixerint, affirmãter Dubiũ

7 † cum Soto vbi supra, & alijs, est respondẽdum. Raro quippe eueniet, vt is, cui pecunia est reddenda, si is, cuius vitæ periculum suscipitur, intra tantum tempus mortuus sit, mortem huius optet, vt eam pecuniam lucretur: ex nimio enim desiderio vitæ eius, cuius periculum petitur vt suscipiatur, & quia multum interest, illum non mori, consuuit is contractus celebrari, de quo intra limites iustitiæ dubitari nequit, posse iustè celebrari. Decis.

Adde, sicut donatio causa mortis, aut hæredis institutio, non improbantur, quia donatarius, aut hæres, optare possunt mortem donantis, aut testatoris, vt id emolumentum consequantur, quoniam id non est, præbere illis occasionem illius pessimi desiderij, sed ipsos ex sua nequitia eam occasionem inde sumere: ita rem habere in proposito.

3 Supereſt † examinemus sequentẽ cõtractum, Hispali consuetum, de quo consultus sũ, & quem examinat Mercado 4. lib. de contractibus cap. 13. Hi, qui Hispali pecunia indigẽt, vt inde in nouũ orbem proficiscantur, quam in ipso nouo orbe soluãt, cum cambium non sit ab Hispali nouum orbem, fortè propter legem 8. tit. 18. libr. 5. nouæ collect. cuius meminimus disp. 405. & quæ prohibet sub grauibus pœnis, dari cambium ab aliquo loco Regnorum coronæ Castellæ, ad alium locũ eorundem Regnorum, nouus autem orbis ad Castellæ coronam spectat eisdemque legibus gubernatur; nullus verò erit, qui sine vllo incremento pecuniæ concedere velit cambium ab Hispali ad nouum orbem; eo quòd longè minus valeat pecunia in nouo orbe, quàm Hispali, propter maiorem illius in nouo orbe abundantiam. Quia

ergo,

Digitized by Google

ergo, qui in nouum orbem traijcere parant, neq; qui mutuo, neque qui ad cambium pecuniam in nouum orbem det, inuenunt, cum tñ ingẽti siti eam sæpe conquirant, qui Hispali pecunia abundãt, quò plus, q̃ in quacúq; alia negociatione, cũ eis lucrentur, sequentem illis offerunt contractũ. Concedunt illis pecuniam, quam petunt soluendam in nouo orbe, cum incremento tamen sexaginta, aut quinquaginta, pro centum, prout, iuxta abundantiam, aut penuriam, pecuniæ, quæ Hispali concedatur, forũ huius negotiationis est magis, aut minus latum, vel strictum. Cæterum hac lege capitale illis concedũt, vel eligatur, aut designet, nauis aliqua ex ijs, quæ in nouũ orbẽ proficiscuntur, & qđ, si illa nauis perierit, qui capitale concedit, oĩno illud amittat, neque accipiens quidpiam illi soluere teneatur, atq; hac rõne concessionem hanc appellare solent cõcessionẽ *a daño sobre tal nauc*: si verò nauis salua peruenerit, accipiens soluat in nouo orbe capitale cum incremento sexaginta, aut quinquaginta, pro centum, vt inter se conuenerit. De hoc contractu non immerito dubitatur, an sit iniustus cum restitutionis onere. Et enim, qui eam pecuniam tradũt, minus illa lucrarentur, si merces ex ea pecunia in nouum orbem mitterent, & lucrarentur cum eodem periculo capitalis, quia si nauis, in qua merces deferrẽtur, periret similiter amitterent capitale: præterea lucrarentur id cum longè maiori industria ac labore, itẽ cũ periculo, q̃ abundantia in noua orbe similium mercium, vilescerent, ac parum, aut nihil, lucrarentur. Adde capitale ab Hispali ad nouum orbem, solere Hispali assecurari ad rationem octo, aut nouem pro centum. Quæ omnia contractum eiusmodi valde suspectum de iniustitia reddunt.

Decis. Pauca dicã, q̃ sentio. Contractus hic oĩno est dissuadendus, & condẽnandus iniustitiæ, cũ onere restituendi: qm̃ spectatis circumstantijs oĩbus concurrentibus, est oĩno inæqualis. Vt aũt intelligatur quo pacto reduci arbitrio prudentis posset ad æqualitatem, ac proinde quousq; arbitrio similiter prudentis censendum sit esse restituendã rationem contractuum, iam antea illo modo initorum, in primis obseruo. Contractum illum nõ esse assecurationis quod capitale, quod datur, vt ex se satis liquet: sed potius esse, quo ad periculum capitalis, contractum sponsionis, videlicet, si talis nauis perierit, amittam tibi capitale: si verò non perierit, tu solues tantum, & integrum mihi seruabis meum capitale. Cum autem lõgè probabilius sit, nauem non perituram, quàm periturã: quoniã frequentius multo naues in nouum orbẽ non pereunt, quàm pereant; nulla æquitas patitur, vt in eiusmodi sponsionibus tantum spondeat se daturum, qui nauem perituram, quàm qui non perituram, eam spondet: id quod obseruandũ est pro sequenti disputatione, quam de sponsionib. conficiemus, vt quando pars vna longè probabilior est, quàm alia, non æqualiter spondant, vt cõtractus sit iustus. In re autem proposita, vt cõtractus sit iustus, aliquid plus licitè potest paciscí sibi sed di, qui nauim non perituram affirmat, si illa non pereat, quàm si tantumdem capitalis assecuraret, & illud amitteret in euentus, quod nauis periret: qm̃, si nauis pereat, ita capitale amittet, vt nihil in pretium sibi retineat: qui autem assecurat quantitatem aliquam, siue illa pereat, siue non, semper pretium assecurationis retinet.

Deinde obseruo, nihil impediente l. 8. nouæ collectionis citata, licitum esse cambiũ ab Hispali in nouum orbem cum incremento nõ modico, non solum ratione virtualis transportationis pecuniæ à nouo orbe in Hispalim, sed multo magis pp longè maiorem valorem, quem pecunia Hispali, quam in nouo orbe, habet pp maiorẽ illius in nouo orbe, quàm Hispali, abundantiam iuxta ea, quæ dispu. 406. latè explanata sunt. Quantum autem ex vtroque capite, & ex alijs, esse possit incrementum iustum in tali cambio prudentis arbitrio est definiendum, attentis circumstantijs omnibus concurrentibus, neq; est idem comparatione omnium partium noui orbis, neque idem comparatione eiusdem loci diuersis temporibus, concurrentibusq; alijs, ac alijs circumstantijs, neque in indiuisibili consistit, neque ego, qui lõgè dissto, ignoroq; alias, ac alias circumstantias, nullamq; peritiam, ac dexteritatem in arte negotiãdi habeo, illud valeo definire: & quamuis Mercado, vbi supra, illud definire aggrediatur comparatione diuersorum locorum noui orbis, prudẽtius peritis, ac timoratis mercatoribus relinquendum iudico, vt id definiant. Quòd autem, nihil impediente l. 8. citata, licitum sit cambium cum incremento ab Hispali in nouum orbem, mihi persuadeo. Quoniam per epicheiam censendum est, in ea lege solum esse sermonem ab vno loco Regnorũ Castellæ, quæ sunt in Hispanijs, ad alium eorundẽ Regnorum, quæ similiter sunt in Hispanijs: secus autem ad nouum orbem. Neque enim censendũ est, legislatorem intẽdisse prohibere cambium vtile, ac necessarium ab Hispanijs in nouum orbem, neque id sonat lex illa: neque item est credendum, solum intendisse permittere cambium in nouum orbem iniustum ex parte accipientis ad cãbium, qui acciperet, quod longè plus valeret, pro eo, q̃ minus valeret, eaq; ratione iniustitiam permittere, ac simul consequẽter velle tollere cambium in nouum orbẽ: quippe nullus futurus erat adeo amens, suorumque bonorum dilapidator, qui ad cambium concederet, q̃ plus valeret pro eo, quod lõge minus valeret. Quare perperam mercatores metu illius legis non exercent cambium in nouũ orbem cum incremento moderato, diuertuntque ea de causa ad contractus in nouum orbem illicitos & iniustos. Atque, quod in re proposita maxime est adnotandum, disputatio. 405. ostendimus, quamuis lex illa cambium cum incremento prohibeat ab vno loco Regnorum Hispaniarum Corone Castellæ, ad alium locum eorundẽ Regnorum, esto contractum nullum redderet, nihilominus, qui moderatum incrementum, atque, secluso ea lege, iustum acciperet, non teneretur restituere id incrementum in conscientiæ foro, atq; adhuc minime restituere illud tenẽretur ante latam sententiam: id verò maleo magis hẽc locum in cambio cum incremẽto ab Hispali ad nouum orbẽ, quam

in cambio ab vno loco Hispaniarum, ad aliũ earundem Hispaniarum.

Iuxta hæc ergo dico, contractum, de quo est sermo, ad æqualitatem reduci, si tradatur illo modo capitale, cæterum reddendum in nouo orbe cum incremento, quod moderatum sit, limitesq; proinde iusti non transgrediatur, tum comparatione periculi amittendi capitale, si nauis illa salua ad nouum orbem non perueniat, tum etiam in commutationem valoris pecuniæ acceptæ Hispali: neque enim æqualis in quantitate reddita in nouo orbe, æquat valorem illius, sed longè maior, vt dictum est. Aliquid etiam poterit insuper accipi pro virtuali transportatione. Quantum verò hoc totum incrementum esse debeat, ita vt limites iusti non egrediatur, arbitrio prudentum mercatorum erit iudicandum, minusq; multo videtur esse, quam ad rationem sexaginta, aut quinquaginta, pro centum. Atque iuxta hanc regulam præcipiẽdum est restitus, quod attinet ad eiusmodi contractus iniustè huc vsque celebratos. Alia aũt capita, ex quibus aliqui in hoc incremento ascendi posse arbitrantur, regulariter, si res attente expendatur, solida non sunt, neque locum habent accepto incremento ex capitibus duobus, aut tribus, explicatis. Hęc sunt, quæ circa hunc contractum, sub aliorum iudicio, mihi dicenda occurrunt.

## De Contractu sponsionis.

### DISPVT. DVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Sponsio quid, & est contractus iustus, ac licitus, nisi aliqua circunstantia maculetur.*

2 *Sponsio quot modis fieri potest.*

1 SPonsio, seu vadiatio, Hispanè *apuesta*, est contractus, quo in re dubia vnus pro vna parte & alius pro alia, spondent, siue pecuniã, siue quod uis aliud, vt is lucretur, qui euentum, seiue veritatem, attigerit. Estque contractus, ac licitus, nisi circunstantia aliqua maculetur, vt Couar. reg. peccatum. par. 2. §. 4. num. 2. Ant. Gom. 2. tom. variar. resol. c. 11. nu. 4. Ioã. Medina de restit. q. 22. §. pen. & alij affirmant. Vnum † quippe, ita spondẽtiũ, exponere se periculo amittendi in gratiã alterius, si non euenerit, quod dicit, aut veritatem non attigerit, commutabile est pro simili periculo, cui alter similiter se exponit, modo, quod spondetur, attenta quantitate periculi vtrinque, sit proportione quadam æquale, ita. s. vt in qua proportione vnus se exponit minori periculo, quàm alter, in eadem, quod ipse spondet, sit maius, quàm quod spondet alter, vt disputatione præcedente dictum est. Et quidem, quando sponsio sit circa futurum aliquod contingens, quod proinde in vtrãuis partem euenire potest, vt quòd tali die, aut intra tantum tempus, pluet, aut naues Indicæ intra tantum tempus peruenient, quòd grauida masculum pariet, &c. nullos dubitat, sponsionem posse esse iustam; eo quòd vterque se exponat incommodo, & 2 lucro. Solet ét eiusmodi disponsionibus interuenire industria, vt qñ sponsio, sit, quis, è duob. ita spondentibus, primo deueniat ad aliquem locũ, aut meliores characteres depinget. Quãdo autem sponsio sit de re præsenti, aut præterita, quæ proinde iam extra suas causas, vt sponsio iusta sit, necesse est, vt res illa dubia aliquo modo sit vtrique spondentium, ita vt de ea non sit ita certus, quin decipi possit, vt rectè Ioan. Medina. §. penul. citato affirmat, & consentiunt cæteri: atq; hoc significat verbum, in re dubia, positum in definitione sponsionis. Qui enim certus omnino esset id pro quo spondet, ita se habere, cum nulli omnino se exponeret periculo amittendi, nihil lucrari posset ab altero, etiam si alter, seipsum decipiẽdo, se quoque certum de contrario, aut contradictorio, arbitraretur, diceretque, nihil impediẽte certitudine, quam prior ille se habere affirmaret, velle deponere, & amittere, quicquid in contrarium dicat Medina vbi supra, & dicant Couar. loco cit. nu. 6. & Dec. quem Couar. citat, etiã qñ, qui certus est, non admoneret correspondentem de certitudine, quam habet. Ratio autem nostræ assertionis est, qñ contractus esset inæqualis, neq; vere qui decipi vult plena libertate condonare, sed inuoluntarie mixte ob ignorantiam suam & errorẽ vult amittere in euentu, quòd ipse deciperetur. Quare sicut, qui certus aliquid non esse lapidem pretiosum, ac proinde non tantum valere, quantũ alter arbitratur, qui decipitur credens esse lapidem pretiosum, ac esset maius pretium, quem valeat, & cogit, vt accipiatur, reclamante altero, nec lapidẽ pretiosum esse, nec tantum valere, non potest retinere incrementum illud, quia datur inuoluntarie mixte propter ignorantiam, ac deceptionem: ita res se habet in proposito. Si tñ, qui non vult spondere, quia certus est rem ita se habere, dubitare incipiat, ac forte decipiatur, eo quod alius asseueret, nihil impediente ea certitudine, velle spondere, & quia aliquando, arbitratus aliquid esse sibi certum, postea comperit, se fuisse deceptũ, spondeat, quia nihilominus sibi persuadet, rem eo modo se habere, quo ipse arbitratus tunc, quia in sua existimatione se exponit aliquali periculo amittendi, licitè lucratus, ac accipit, quod alius ob suam nimiam credulitatem amittit.

Illud est obseruandum, si quis arbitratus id, pro quo spondet, esse omnino certum, spondeat; si tamen postea comperiat, certum omnino nõ fuisse, sed se exposuisse periculo amittendi, & tamen res ita se habeat, vt ipse spopondit; licet peccauerit spopondendo cum ea conscientia erronea, quod nulli se exponere periculo amittendi, posset tñ licitè retinere, quod eo modo est lucratus. Quoniam sicut, qui lucratur contractu, quem arbitratur vsurarium, aut alia ratione iniustum si postea comperiat, iustum illum fuisse, restituere nõ tenetur, quòd ita est lucratus; quia satis est, quòd iustè in se, seu materialiter, iuste id fuerit lucratus, vt restituere illud non teneatur; tametsi peccauerit contrà iustitiam cum ea erronea conscientia celebrando eum cõtractum, ac lucrando; ita res similes se habet in proposito.

De

# De contractu sortium.

## DISPVTATIO DIX.

### SVMMARIVM.

1 *Sortes quot modis fiant.*
2 *Sortes quid.*
3 *Sortes quando licitæ, & quando non.*
*Et quid de iure Castellæ. num. 4.*

SOrtes, vt D. Thom. 2. q. 95. art. vlt. est autor, quædam sunt † diuinatoriæ, aut consultoriæ, 1
atque de his disputare, non ad hunc locum, sed ad virtutem religionis, vtpote illi oppositum, spectat. Aliæ autem sunt diuisoriæ, vt quando bona aliqua sunt diuidenda inter multos, neque conueniunt, quam ex partibus eorum bonorum debeat vnusquisq; accipere, sortiuntur, quæ earū vnumquemque debeat contingere. Licèt autem inde nomen vsurpatum videatur, vt diuisoriæ sortes nuncupentur, latius tñ patet. Interdum enim conueniunt aliqui, vt res, ad quā ipsi omnes inhabent, sortibus experiantur, ad quē eorum integra spectare debeat, vel quia commode diuidi nequit, vel quia id potius eligunt, licet commodè posset diuidi. Et fit interdum cōtributio ad rem aliquam, aut aliquas emendas, vt sorte experiantur, ad quem, vel ad quos ita contribuentium, spectare debeant. Atque aliquando fiunt eiusmodi contributiones, & sortes, autoritate publica, constitutis ministeriis publicis, qui valorem rerū circa quas sortes sunt mittēdæ, norint, contributiones, ac nomina eorū, qui cōtribuunt, accipiant, rēque totam fideliter exequantur, deputato eiusmodi ministris stipendio competēti, & interdum à lege fiunt, vt ex contributionibus aliquid alicui operi pio applicetur. Quin aliquādo, vt res citius fiat, præmiū aliquod ei cōstituitur, qui maiores contributiones cuius obtulerit, vt, iuxta numerū contributionum, plures schedulæ sortium, nomen illius continentes, in vrnam mittantur. Conferuntur præterea multis in locis multa munia publica, non parua æstimationis, emissis sortibus inter aliquos de republica, quibus sunt deputata, vt is eo anno, aut alio tempore, illa obtineat, cui sors contigerit. Interdum etiam, quando aliter componi aliqui non possunt circa rem aliquā, publica autoritate compelluntur, sortes circa illam mittere. Hoc † autem 2
loco nobis est sermo de contractu, quo illi habentes ad aliquam rem, vel in re aliqua, conueniunt, vt sortes mittantur, qui illam, aut quis quā partē illius, obtinere debeat. Dicimus verò, si eo contractu, & in illius exequutione, fraudes atque inæqualitates non intercedant, esse iustum. Quoniā commutatio, vt inuicem singuli, in fauorem cæterorum, periculo sortis exponat æquale eius ad rem aliquam, aut quod in re aliqua habent, vel quam potiorem partem rei illius accipere debeant, æqualis 1
profecto est, atque adeo iusta.

Quia verò, si diximus de sortibus illis autoritate publica interdum institutis, contribuentibus singulis ad rem aliq̄, seu res ptiosas emendas, circa quas sortes mittantur, nullum circa reliquas remanebit dubiū, breuiter de illis erit dicendum.

Quando contribuunt multi ad res illas emendas, circa quas sortes inter ipsos, sunt mittendæ, perspicuum est intercedere contractum emptionis, quo res illæ ex pecunia contributa emuntur. Si ergo contingat res illas maiori pretio vendi, quàm valeant, iniustitia intercedit cum onere restituendi excessum ex parte venditoris, ijs ipsis, aut in eorum commodum, qui contribuerunt, si fieri possit; alioquin pauperibus pro eorum animabus erit restituendū. Quòd si minister aliquis ad id deputatus, iniustè res illas ita taxauit, aut quacunque alia ratione concausa fuit illius iniusti contractus, is etiam restituere incrementum tenetur, sed in defectum venditores, eiusve, qui id iniustum incrementum accepit.

Si aliquid in sortibus mittendis fiat, quo aliq̄ eorū, inter quos sortes mittūtur, minus sint expositi, vt cōmodo lucrandi, ita & periculo amittendi, iniustitia in eo cōtractu, exequutioneve illius, committitur, cum onere restituendi arbitrio prudentis emolumentū, quo aliquis ea de causa priuatur. Vnde, si quis ita rem disponat, vt sors vnū in particulari contingat, & non alios, restituere tenetur reliquis id totum, qđ singuli contribuerunt. Si verò tē disponat, ita vt vni ex tribus sors obueniat; cum tñ viginti contribuerint; alijs decem, & septem, quibus sors obuenire non potuit, restituere tenetur, quod illi contribuerunt.

Ministri electi, ac deputati, ad sortium negotiū, accipere possunt iustū stipendiū sui laboris, & industriæ: qm̄ non tenentur ea apponere gratis. Et quidem, si soluendum sit ex pretio iusto rerū, quæ venduntur, vt sortes circa illas mittantur, ita quod stipendium illud soluat, quas res vendit, accipere possunt quantum pretium is illis constituerit. Si verò soluendum sit ex contributionibus, ita quod contribuentes ad sortes, non solum contribuere debeant iustum pretium rerum, circa quas sortes mittuntur, sed & eiusmodi stipendia, tunc solum eligi debent ministri, q ad id fuerint omnino necessarij, & stipendium eorum esse debet moderatū, debeq; res absolui, quanto breuiori tēpore fuerit possibile, ne accrescant eiusmodi stipēdia. Et credo deberet id à principio promulgari, quando leges sortium promulgarentur, & quantū vnusquisq; pro singulis schedulis, quę inscripto nomine ipsius in vrnā mittendæ essent, cōtribuere deb̄, ve vnusquisq; attenderet, ac sibi consuleret, num etiam ad illa stipendia contribuere vellet, ne inuoluntariè id decepti soluant.

Simili modo, qñ ex contributionibus aliquid, vltra valorem rerum, circa quas sortes mittuntur, extrahendum etiam esset in opus aliquod prium promulgandum id esset a principio, modo explicato, vt, qui contribuunt, attendant, ac sibi consulant, num ad id vel non etiam contribuere, ne similiter inuoluntariè, ac decepti id soluant.

Quando præmium aliquod constituitur ei, qui citius plus ad sortes contribueret, si præmium illud ex contributionibus non esset, sed ex sua liberalitate is, qui res vendit, vt circa illas sortes

mittantur

mittantur illud exhibeat, aut aliquis alius, nihil est, quod ea de re admoneamus. Si verò ex contributionibus sit emendũ, opus similiter esset, vt à principio res illa promulgaretur, ne similiter inuoluntariè, ac decepti, quid ad sortes cõtribuunt, ad id etiam contribuere efficiantur.

4 Illud† postremo est obseruandum, l. 12. tit. 7. lib. 8. nouæ collect. prohibitum esse, sortes mitti fanè Regis facultate. Ratio autem redditur, quoniam, quod sortibus exponitur, solet vendi longè maiori pretio, quàm valeat. Ibiq; dicitur, Regem curaturũ, ne facultas ad sortes mittendas detur. Ob eandem causam ibidem prohibetur, *rifar*, hoc est, contribuere ad aliquid emendum, qd postea inter contribuentes ludatur, vt is illud totum accipiat, qui ludo lucratur, id fuerit. Ac pœna ibidem ijs imponitur, qui aliud ita proposuerint, vt eo modo ludatur, amissionis illius, & vt, qui ad illud ita emendum contribuerint pretium, quod contribuerint, & insuper tantũdem mittant. Tertia autem pars totius huius pœnæ ad fiscum spectat, alia tertia ad denunciantem, & tertia alia ad iudicem, qui condemnatoriã sententiam tulerit.

## De quo ludo sit hoc loco sermo. Et an iustè, & licitè exerceri valeat.

### DISPVTATIO DX.

*SVMMARIVM.*

1 *Ludus quot modis vsurpatur, & quid latè.*
2 *Ludus admixtus contractui, quid, & an licitus.*

1 LVdus† duobus modis vsurpatur. Vno latè, pro dictis, ac factis ad oblectationem animi accipiendam ordinatis. Et quidem, quando dictis exerceretur peculiari nomine dicitur iocus. Siue autem verbis siue factis, ludus fiat, si tamen consentaneè ad rectam rõnem, debitisq; seruatis circumstantijs exerceatur, actus est virtutis, quam Arist. 4. Ethic. c. 8. in antiqua versione, eutrapelĩ appellat, hoc est, vrbanitatem. Diuus verò Thomas, 2. 2. q. 168. art. 2. in argumento, sed contra, ait, nos posse eam iocunditatem nuncupare. Posita autem est in medio inter excessum & defectum in ludendo. Quamuis enim frequentius per excessum peccetur in ludo; qm̃, autore Cicerone 1. de Officijs, *ita parce condienda est vita ludo, vt sole cibi*, procliuesq; fumus ad iocunditatẽ ludo capiendam, euenire tñ potest, vt ẽt per defectũ peccetur; tametsi tarò id accidat. Qui autem per defectum peccat, durus & agrestis ab Arist. 4. Ethi. cap. 8. appellatur. Disputare de ludo ita sumpto, non ad hanc de iustitia, sed ad tractationem de temperantia spectat; eaque de causa. D. Tho. inferius in hac. 2. 2. loco citato, de eo differit.

2 Altero modo† ludus sumitur pressius, vt adiunctam habet conuentionem, qua ludentes successui ludi interesse aliquod exponunt, quod, iuxta leges, ac varium ludi euẽtum, vnus amittat, & alter acquirat. Eiusmodi autem conuentio interdum coniungitur ludo cartarum, tesseratum, & tabularum, hastiludo, ludo pilæ, scaccorum (nostri *axedrez* vocant) & interdum alijs ludis. Disputatio de ludo hoc modo sumpto vtiq; ad hanc tractationem spectat: est enim mixtum quoddam ex contractu innominato, quo vnus ludentium, iuxta leges, ac ancipitem ludi euentum, periculo exponit interesse aliquod in alterius cõmodum, vt alter simili modo in illius commodum interesse aliud exponat, atque ex industria ludentium cooperantium ad eundem ludi euentum iuxta maiorem, aut minorem peritiam, ac dexteritatem cuiuscunque ipsorum: siue simul ludi oblectationem, quatenus ludus est, intendant (vnde res hæc ludi nomen accepit,) siue non, hæc de primo eorum, quæ proposita sunt.

Quod ad secundum attinet statuenda est hæc conclusio. Stando in solo iure naturali, seclusaq; prohibitione iuris humani, ludus hoc secũdo modo sumptus, iustè, ac licitè exerceri valet, etiam si fit cartarum, aut tesseratum. Probatur, quoniam conuentio, quæ in eo intercuenit, esse potest æqualis ex vtraque parte, ac proinde iusta, vt ex se liquet: præterea ludentes esse possunt habiles ad alienandum interesse, quod huic contractui exposuerunt: ludusque exerceri potest sine vi, dolo, aut fraude: ordinati item potest ad competentem oblectationem inde iuxta rationis regulam capiendam, attenta qualitate, & conditione laudentium, seruatoque competenti loco, ac tempore, cum reliquis circumstantijs: quod verò inde lucrum speretur, præterquàm quòd nullam contineat iniustitiam, eo quod contractus vtrinque sit æqualis, inseruire potest ad oblectationẽ sumendam: languent quippe ludentium animi, quando ex leuibus nullum propositum est præmium, neq; tantum oblectantur, quantum si seriò, aliquoque proposito præmio, laudant, vt testatur experientia: ergo ludus, de quo est sermo, etiam cartarum, & tesserarum, stando in solo iure naturali, seclusaque iuris humani prohibitione, ita iuste, ac licite exerceri potest, vt in eo actus duarum moralium virtutum interueniat iustitiæ videlicet, & eutrapeliæ, atque adeò potest meritorie exerceri. Adde ordinari simul posse ad vitandum otium, & alia peccata, in quæ homines, rebus alijs minimè intenti, facilè incidunt. Concl.

## Ludus ex circumstantijs vitiosus redditur. Et num vitiosus ex eo sit, quòd lucrum eo intendatur, aut quod pecunia in illo fortunæ subijciatur.

### DISPVTATIO DXI.

*SVMMARIVM.*

1 *Ludus ex quibus circumstantijs malus reddatur, & vitiosus.*
2 *Ludus si ad lucrũ ordinetur, an vitiosus reddatur.*
3 *Damnum propriè quid.*
4 *Ludus an licitus, in quo pecunia, fortunæ subijcitur.*

Licèt

Licèt ludus de se, standoque in solo iure naturali, malus non sit, vt disp. præcedente ostensum est, colligiturque ex D.Th.2.2.q.168.art.2. & sequentibus, & affirmant Ioan.Med.de rest.q. 22. Sotus, 4.de iust.q.5.art.2. Maior.in 4.dist.15. q.14. & plerique alij; ex varijs tamen circumstantijs reddi potest malus, & vitiosus. Vt si plus tem
1 poris in eo insumatur, quam oportet, †aut fiat qñ, aut vbi, non oportet, aut à quo non oportet attenta personæ qualitate, vt si clericus, religiosus, aut prælatus, ludo sibi indecenti ludat. Præsertim qñ lucrum in ludo non ordinatur ad oblectationem ex lude capiendam, vt proposito, pro ludentium qualitate præmio competenti, seriò, maioriq; cũ animi oblectatione fiat, sed potius dirigitur ludus ad lucrum, quòd inde speratur, euenire solet ludentes varijs modis deordinari: nunc periurijs, rixis, aut ẽt blasphemijs, si res siniſtrè succedat; nũc fraudibus, & deceptionibus, alijsq; iniurijs aduersus colludentes, interdum conuertendo noctes in dies, & dies in noctes, sacraque diebus festis omittendo; & interdum proprium patrimonium, vxoris q. ac liberorum bona dissipando, atq. cum ingẽti familiæ, aliorumq; negotiorum, dispendio, longum tempus in eo insumendo, multisq; alijs modis: ex quibus omnibus varia, ac dispendia, in perniciem propriam, reipublicæque malum, oriri solent: maximè autem ex tesserarum, & cartarum ludo mala, ac dispendia solent euenire. Tesseris quippe (*dados* nostri vocant) breui tempore multum pecuniæ consueuit amitti, idemque euenire consueuit quibusdam cartarum ludis. Cæterum hæc ludentium vitia sunt, non verò ludi in se, qui ex ipsa rei natura bene fieri potest, vt de negotiatoria arte disput. 339. dicebamus: tametsi ludi aliqui apti ex se sint, quibus similia flagitia coniungantur, vt de eadem negotiatoria arte ibidem dictũ ẽt est. Hęc de primo eorũ quæ proposita sunt.

Quæst. Quod ad secundum attinet, Gab. in 4. dist. 15. q.13. art.2. concl.3. Panor.c.penul.de vita & honest.cler. n.12. & quidam alij, vsque adeò ludum
2 †reddi existimant vitiosum si ita ad lucrum ordinetur, quòd ludens præcipuè lucrum intendat ludo, vt affirment culpam esse lethalem, modo lucrum intentum notabile sit.

Ducuntur, quoniam intenditur damnum notabile proximi, resque illius cum eiusdem proximi damno contra decimum decalogi præceptum concupiscitur. Neque refert, inquiunt, quod colludens voluntariè legibus ludi se subiecerit, & voluntariè soluat, quod alius lucratus: quoniam in ea solutione cernitur inuoluntarium mixtè, non secus atque in solutione vsuræ.

Decis. Hæc tñ opinio merito a Medina, & Soto locis citatis, & à plerisque alijs reprobatur. In decimo enim decalogi præcepto prohibetur concupiscentia rei proximi medio, ac via iniusta, cuius actus exterior septimo præcepto eiusdem decalogi fuerat prohibitus: non verò prohibetur concupiscentia medio, ac via iusta: in ludo aũt de quo loquimur, cernitur contractus æqualis ac iustus; dum vnus intendit, vt in ipsius commodum alter legibus, ac euentui ludi, exponat pecuniam suam, vt tantundem ẽt ipse in illius commodum exponat, quare, non gratis, sed in recompensationem pro periculo æquali in ipsius fauorem, vult vt eã exponat: & cum, pari existente conditione nullus lege charitatis præferre teneatur commodum alterius suo proprio, sed præferre optime possit suũ cõmodum proprium cõmodo alterius, vt liquet ex his, q̃ in hac secunda secundæ diximus, dum de ordine charitatis nobis esset sermo; consequens profecto est, vt hic, intendendo ea via lucrum, non solũ non peccet contra iustitiã, sed neq. contra proximi charitatem, sicut ẽt non peccat celebrando cũ eo alios contractus iustos, eisq. intendendo suum proprium commodũ, vt locando ei agrũ pro certa annua pensione, deducendoq; in pactum, vt teneatur eam soluere, nihil impediente, qð sterilitas adueniat, vt disp.495. explanatum est. Ac plane, si Gabrielis & Pan. opinio vera esset, similiter esset lethale peccatũ intẽdere lucrũ ex ludis nulla lege prohibitis, vt ludo pilę, & scaccorum, quin & peccatũ esset lethale intendere minus p̃cipuè lucrum ex ludo, illudq; accipere: quippe cum neq. minus præcipuè, liceat cõcupiscere rem proximi eo modo, quod decimo decalogi præcepto prohibetur.

Id verò, quod Gabr. de inuoluntario mixtè dicit, si quicquam concluderet, probaret ẽt, accipiẽtem lucrum ludi, teneri illud restituere, non secus ac vsurarius restituere tenetur vsuras iã acceptas: ipse verò asseuerat, acquisita eo modo per ludum, minime restitutioni esse obnoxia. Quare sicut, dũ de vsura nobis erat sermo, ac alias sæpe dictũ est, sic in re proposita est dicendum. Tunc scilicet inuoluntariũ mixte impedire translationẽ dñij, red dereq; illicitam acceptionẽ, qñ datur aliquid gratuito: non verò qñ datur contractu non gratuito, sed in recompensationẽ pro alio, q̃ aliter vel dat, vel subijcit simili periculo, vt in re proposita euenit. Etenim quod, qui domum vẽdit, inuolũtariè mixte eam vẽdat, quatenus, si aliũ de pecunias haberet, minime eam venderet, non reddit vitiosum contractum ex parte emptoris. Atque, vt melius in forma respondere scias argõ Gabrielis, nota.
3 Damnum †propriè, vt doctores c. quia sæpe, de elect. lib. 6. notant, nõ esse quãcunq. imminutionem patrimonij ac bonorũ, sed esse illam, quæ fit contra dñi volũtatem, ac iniustè. Quo fit, vt, propriè loquendo, negandum sit eũ, qui via iusta ludo intendit lucrum, intendere damnum proximi: solum quippe intendit lucrum, & commodũ suũ, & per accidens iacturam illius via iusta, atque interueniente consensu illius: quemadmodum donatarius, quando donum petit, indirectè iacturam in bonis donantis via iusta intendit.

Ex dictis constat, neque venialem culpã ex eo præcisè euenire, quod quis magis ordinet ludum ad lucrum iustum, quàm ad oblectationem ex ludo accipiendam: in quo Medina q.22. citata nobiscum consentit. Dixi, ex eo præcisè: quoniam, si appetitus lucri immoderatus sit, vt esse in multis solet, esse poterit peccatum auaritiæ ex suo genere veniale, quod in causa esse poterit, vt ludens eo effrænato appetitu, quo ad multa alia deornetur, vt in prima huius disputationis parte probatum est:

id

Digitized by Google

id tamen non prouenit ex eo, quod lucrum ludo appetatur, sed quod nimis, & inordinate appetatur. Atque hac ratione Arist. 4. Ethic. c. 1. versus finem, aleatores, hoc est, eos qui se totos ex lucri concupiscentia ludo tradunt, illiberales appellat, eosque circa turpe luerum versari affirmat, atque omnia agere quæstus, lucrique causa, ab amicis, quibus potius dare oporteret. Hęc de secundo eorum, quæ proposita sunt.

4 Quod ad tertium † attinet, quidam voluerunt, ludum, de quo loquimur, ex sua natura esse illicitum propterea quod pecunia illa subijciatur fortunæ, otiumque nutriat. Hæc tamen sententia iure optimo non probatur. Tum quod illicitum ex se non sic committere aliqua euentui fortunæ. Tum etiam, quod, vt disp. 507. dictum est homines non semper laborare tenentur, sed licitè cessare, possunt ab alijs occupationibus, & intendere, non solum alijs contractibus, sed etiam ludo oblectationis gratia, atque etiam lucri, ad vitandum otium, & alia peccata.

## Ludus quousque iure humano, ciuili, & canonico sit prohibitus.

### DISPVTATIO DXII.

#### SVMMARIVM.

1 *Aleæ nomine qui ludi comprehendantur.*
2 *Ludus quo iure, & quousque prohibitus. Et quid de iure Castellæ. nu. 3. & Lusitaniæ. nu. 5.*
4 *Ludo amissum an repeti possit per ludentem, etiam transacto tempore ei concesso, ad repetendum.*
6 *Pœnæ contra ludentes, & eos acceptantes in domibus, Statutæ de iure Lusitano.*
7 *Ludus sub qua pœna de iure canonico prohibitus.*

QVoniã iure diuino positiuo nulla, circa ludi prohibitionem, lex reperitur explicandum est, quousque humano iure, ciuili, & canonico, ludus ob ea, quæ initio disputationis præcedentis dicta sunt, prohibitus reperiatur: ordiendumque nobis erit à iure ciuili communi.

1 Nomine † aleæ, oĩs ludus comprehenditur, qui fortuna magis, & casu, q̃ arte gubernatur, qualis est tesseratum, talorum, & taxillorũ, itemque cartarum, qui tempore Romanorum, ac legum imperialium, non fuerat inuentus. Quamuis tamen prohibitus esset iure Digestorum, si pecunia luderetur, aut res pecunia æstimabilis, nisi cõuiuio, q̃ manducandum est ludatur, aut ludatur pecunia, vnde aliquid ad manducandum ematur, esset quæ prohibitum facere spõsiones (*astragalos* Hispanè dĩ) in eiusmodi ludis prohibitis, atq; repetitio cõcederetur eius qđ quis esset lucratus, ac accepisset, vt constat. l. 2. 3. & 4. ff. de aleæ lusu, multo tamen expressius, & copiosius prohibitus est idem ludus in authentica alearum. C. de relig. & sump. funer. & denegatur actio ad petendum, quod quis eo ludo est lucratus, si nondum ei sit solutum, & conceditur aduersus eum repetitio si illud iam accepit; possuntque id repetere, non solum, qui illud ludo amisit, sed ẽt hæredes illius, parentes, & quicunque alij, ad quos partes illius agere spectat: si verò hi non repetant, conceditur fisco repetitio: atq; ea repetitio his oĩbus conceditur intra quinquaginta annos à die, quo id fuerit solutum vt hęc omnia expresse habentur authentica citata.

Lege 1. ff. de aleæ lusu, & l. 6. titul. 14. pars 7. in odium ad pœna eorũ, qui lusores in domos suas ad ludendum recipiunt (modo consuetudinem habeant eos recipiendi, & non semel, aut bis tãtum, vel raro, casu aliquo, illos recipiant, vt ait glos. l. 1. citata) statuitur, vt, si verberentur, vulnerentur, aut alia iniuria afficiantur (modo tamen non interficiantur, vt ait l. 6. citata, nec mutilentur, vt ait ibidem Greg. Lopez, quoniam mutilatio morti æquiparatur) siue in sua propria domo siue alibi, & siue dum luditur, siue postea, modo occasione ludi fiat, saltem quia lusores conquesti sunt, non subministrasse eis necessaria, impunè id fiat neq; vlla actio aduersus iniuriam inferentem, receptatori ludentium concedatur. Item vt, si tempore ludi aliquid de domo, ita recipientis ad ludum, furto fuerit ablatum, adeò impune id etiam fiat, vt recipienti nulla actio concedatur, etiam ad repetendum, ac vendicandum, quod ita furto ex eo fuerit ablatum. Si tamen, vel extra suam domum, in qua luditur, aliquid ex illo furto fuerit ablatum, vel in sua domo, sed tempore, quo in ea non ludebatur, tunc conceditur eiusmodi receptori actio aduersus furem, vt iuribus citatis habetur. Quod si vnus colludentium percusserit alterum colludentem, aut furto aliquid ab aliquo colludentium auferatur, tunc colludenti, iniuriam eam passo, conceditur actio aduersus malefactorem, etiam si vnus colludentium compulerit alterum ad ludum, vel à principio, vel in ludi progressu. Cæterum, qui ita ad ludendum compulerit, punietur pœna pecuniaria, vel conijcietur in vincula. Ità habetur l. 1. & 2. ff. de aleæ lusu.

In hoc Castellæ Regno variæ lege circa ludum latæ sunt. Alfonsus Rex anno 1386. legem † tulit, quæ hodie est prima tit. 7. lib. 8. nouæ collect. qua, in expeditione belli ludum tesseratum, ac tabullarum (forte cartarum nondum erat in vsu in Hispanijs) prohibuit sub pœna sexcentorum marauedinorum ministro, qui *alguazil* nuncupatur, conijciendo lusorem in vincula; & vt, si minister illi in vincula ludẽtem non mijceret, soluere tur minister duplum pœnæ fisco Regis. Item statuit, vt quicunque aliquid lucraretur eiusmodi ludo, continuò illud redderet ei, à quo id esset lucratus. Qđ si non haberet vñ redderet, conijceretur triginta diebus in vincula. Hodie tamen in expeditionib. bellicis, atque in præsidijs, nihil frequentius reperitur, quam ludus tesseratum, & cartarum. Ius Castellæ. 3

Postea Ioannes 1. anno 1387. & Ferdinandus anno 1476. l. 2. eo. tit. prohibuere ludum tesseratum, & cartarum sub pœna, vt qui primo deprehenderetur lusisse, soluere sexcentos marauedinos, aut si soluendo non esset, conijceretur decem diebus in vincula. Qui verò deprehenderetur secundo, soluere mille ducentos marauedinos, aut si soluendo non esset, conijceretur viginti diebus in vin-

in vincula. Et, qui tertio deprehenderetur, solueret mille octingentos marauedinos, aut, si soluendo nõ esset, conijceretur triginta diebus in vincula. Et deinceps, si deprehenderetur, solueret tres mille marauedinos singuli vicibus; aut, si soluendo nõ esset, detineretur triginta dies in vinculis. Idem Ferdinandus posteà, l. 5. eiusdem tituli, immunes ab eiusmodi pœnis fecit, qui luderent fructus, vinum, aut pecunias ad emendum, quod statim prandearur, aut cœnetur, modo id non luderent tesseris. Et Carolus V. cum lege 10. eiusdem tituli immunes ab ea pœna fecisset, qui solum luderent duos regales ad emenda aliqua, quæ manducarentur, lege 11. sequenti immunes ab ea pœna fecit vniuersim eos, qui solum ludunt vsq; ad duos regales argenteos, esto ludantur, non vt inde ematur aliquid, quod manducetur.

Lex 2. citata pscribit, eũ, qui ludo phibito aliqd amisit ac soluit, posse illud repetere intra octo dies à puncto, quo id soluit: &, qui lucratus est, teneri illud reddere, si repetatur. Si verò, qui amisit, intra octo dies illud non repetat, potest deinceps quicunq; alius id exigere, ac retinere sibi. Quod si nullus id repetat, tunc quicunque iudex ex officio suo tenetur illud exigere, & adiudicare fisco Regis. Si aũt, sciens, id nõ efficiat, tenetur iudex ipso soluere sexcẽtos marauedinos, dimidium accusanti, & dimidium fisco Regis. Posteà verò Carolus V. l. 10. eiusdem tituli pœpit, vt ludentes cõdẽnari nõ possent pœna ludi, neq; posset de eis inquiri, nisi intra duos mẽses à crimine cõmisso. Cum aũt repetitio eius, qđ quis ludo est lucratus, in pœnã cõcedatur, vtiq; locũ nõ habebit, nisi intra duos eos mẽses, vt bene affirmat Gutie. de iur. confir. par. 1. c. 53. nu. 2. Idem Carolus V. l. 11. sequenti statuit, vt, qui deprehderentur ludentes solum amitterent de pecunia quã ludere deprehderentur, qđ satis esset ad soluendam pœnam, & quod pecunia ad eam pœnam soluendam deponeretur tũc apud aliquem, quousq; sequeretur iudicis snia. Item qui in ludo non deprehderentur, neq; accusari possent, neque condemnari, antequam facta esset de eo crimine inquisitio, qua comperiatur, eos ludo prohibito lusisse.

Quæst. 4 Dubium autem est, verum, transactis octo illis † diebus cõcessis ei, qui ludo aliquid amisit, vt repetere illud possit, repetere nihilominus idem possit reliquo tempore, quousq; duo mensis integri elabantur. Auiles, relatus à Gutierrez. nu. 3. citato, negat. Dicẽdum tñ est cum Auendaño, & cõdẽ Gutierrio posse illud repetere, modo tñ post eos octo dies alius de populo, aut iudex ipse ex officio, id non exegerit. Ratio est, quoniam lex illa concedit collusori octo illos dies, in quibus ipse solus possit repetere, qđ ludo amisit, & non alius: reliquum verò tempus duorum mensium ipsi, & alij est commune, atque locus est præuentioni. Quare, si, elapsis octo illis diebus, alius id exigere incipiat, excludetur, qui id amisit. Decil.

Lege. 7. eiusdem tituli, oĩbus vniuersim, etiam alienigenis oĩno prohibentur ludere tesseris, quocunque ludi genere, aut tesseras conficere vel illas confici pcipere, aut eas vendere, vel vendi præcipere per se, vel per interpositam personam, directè, aut indirectè, aut eas in hæc regna afferre, sub pœna exilij duobus annis ab his Regnis, & vt, qui deprehensi fuerint eis ludere, amittant exequutori cĩa, quæ ludere deprehendentur, modo intra octo dies à puncto, quo fuerint deprehensi, feratur snia condemnatoria. Insuper, qui tesseris fuerint, soluũt viginti mille marauedinos fisco Regis. Item domus, in qua fuerit compertum tesseris fuisse lusum, ac taberna, (*tieda* Hispane) in qua venditæ fuerint, ac repertæ ad vendendum, applicantur fisco Regis. Ministri verò iustitiæ, qui hæc exequutioni non mandauerint, officij priuantur, ac inhabiles ad alia obtinenda reddũtur. Postea Philippus II. Rex noster. l. 15. tit. 26. lib. 8. nouæ collect. conficientibus, aut vendentibus tesseras, per se, aut per interpositam personam, directè, vel indirectè, aut eis ludentibus, vel apud se habentibus statuit in pœnam, si nobilis fuerit, aut ciuilitate illa gaudeat, quam *hidalguia* Castellani vocant, exulet quinquennio ab his Regnis, & insuper soluat ducentos aureos, tertium fisco Regis, aliud tertium iudicis, & aliud delatori. Si verò fuerit inferioris notæ flagelletur publicæ, & quinquẽnio semiget in triremibus, & insuper amittat de suis bonis vsq; ad triginta mille marauedinos, mõ prædicto inter fiscum, iudicem, ac delatorem diuidendos. Insuper vt domus, in qua tesseris fuerit lusum, & vbi venditæ fuerint, aut repertæ, vt vendãtur, publicetur, eiusq; valor similiter diuidatur inter fiscũ, iudicẽ, ac delatorem. Item percipitur, vt qui in aliqđ prædictorũ criminũ inciderit, non priusè vinculis eruatur, quam lata sit ea de re sententia, quæ in rem transeat iudicatã, neq; sub fide, iusiurandis, aut quacũq; alia tõne, egredi ante id tempus permittatur, & vt quæcunq; ex enumeratis pœnis potuerint continuo exequutioni mandari, statim sine mora, exequutione mandentur.

Carolus V. l. 8. tit. 7. lib. 8. nouæ collect. sequentibus verbis ludere credito vetuit. *Mandamos, que de aqui adelante ninguna persona, de qualquier estado o qualidad que sea, pueda iugar, ni iuegue, a credito, ni fiado, aunque sea iuego de pelota ni otro los permitidos y tolerados en estos reinos. Y si iugaren los dichos iuegos a credito o fiado, mandamos a las nuestras iusticias, que no consenten ni executen en bns tales personas ni en sus bienes, ni de sus fiadores, lo que ansi deuierende los dichos iuegos a credito o fiado. Y por la presente damos por ninguna qualesquier obligaciones escrituras, o promessas que les tales personas cerca dello hizieren, &c.*

Et l. 9. sequenti ita habetur. *Mandamos que ningunas personas, de qualquier calidad y cõdiciõ que sean, en vn dia ne puedan iugar al iuego de la pelota, ni a otros iuegos, aũque sean permitidos, mas de treinta ducados en dineros, aunque dignan que iuegã por otras; ni en los dichos iuegos aya trauiesas; y que ne puedan iugar, ni iueguen presteas o prẽdas ni otra cosa en poca ni mucha quãtidad, ni a credito ni fiado, ni sobre palabra; so pena que por la primera vez, ansi el quelo perdiere, como el que lo ganare y atrauesare, soigay incurra en pena de lo q̃ mas iugare de la dicha quãtidad. y lo que trauersare cõ*

otro

*otro tanto: lo qual ſea la tercera parte para nueſtra camara, la otra tercera parte para el iue y que lo ſentenciare, y la otra para el que lo denunciare: y por la ſecunda incurra la miſma pena y ſea deſterrado de nueſtra corte, y de el lugar donde viuere por dos años: y por la tercera, de mas de la dicha pena, ſea deſterrado deſtos nueſtros reinos por ocho años. Y en los iuegos prohibidos mandamos que ſe guarden y executen las leyes de nueſtros reinos: y de mas de las penas en ellas contenidas, los que iugaren perſcas o prendas, o otra coſa credito o a fiado o ſobre palabra o attrauieſaren rifaren, incurran en las penas arriba dichas y mãdamos ſo las dichas penas que ningun cãbio, ni banco, ni mercader, ni otra perſona, de qualquier qualidad que ſea, no ſien ni ſalgan a pagar coſa alguna por los que aſi iugaren, o por razon algun de lo ſuſo dicho, ni accepten ni paguen libraça, ni otra coſa que para el dicho effecto en ellos ſe librare: que por la preſente damos por ningunas qualeſquier obligationes, cedulas, y otras qualeſquier eſcripturas, promeſas, o palabras, que ſobre lo ſuſo dicho ſe ayan hecho, o hizieren. y mandamos a las nueſtras iuſticias aſi lo ſentencien, &c.*

Lege. 3. eiuſdem tituli prohibẽtur menſæ ludis expoſitæ, & pœna imponitur quinque mille marauedinorum ei, qui in ſua domo expoſitas illas habuerit. Et l. 4. ſequenti inhibetur, oppidis locare, vt quis habeat expoſitas menſas ad ludum. Et lege 5. pœnę ſtatutæ ludentibus, extenduntur ad conducentes ab oppidis, aut dñis oppidorum, vt habere poſſint menſas expoſitas ad ludũ, & cõtra menſas ad ludũ exponẽtes, ac contra concedentes domũ, vt in ea ludus exerceatur. Vbi lege pœnas, q̃ dñis oppidorum fuerunt ſtatutæ, niſi intra certu tps eiuſmodi mẽſas curarẽt ad ludum nõ exponi. Et l. 6. prohibetur eos, ad quos pœnæ ludi ſpectant, poſſe concedere facultatem, aut facere compoſitionem cum aliquo, vt impunè ludatur.

5 In Luſitaniæ Regno † vniuerſim prohibitus eſt ludus omnis cartarum & teſſerarũ, præterquã quando teſſeris luditur tabularum ludo, quem vocant: hic enim licitus eſt in eo Regno. Hæc conſtat 5. lib. 5. ord. tit. 48. in princ. & §. 3.

Cuicunque in eo Regno probatũ fuerit, luſiſſe cartis quocũq; ludi earum genere, aut cuicunque in domo ſua cartę fuerint repertę, vel quicunque repertus fuerit ſecum eas aſportare is oĩs, ſi
6 plebeius fuerit, quem *piam* vocant, incidit † in pœnã ſoluẽdi ex vinculis duo mille *reais*. Si verò fuerit altioris ordinis, nõ conijcitur in vincula, attamen ſoluit in pœnã decem aureos. Item vtriq; incidũt in pœnã ſoluẽdi quicquid probatum fuẽrit eos ludo fuiſſet lucratos. Atq; dimidiũ harum omnium pœnarum ſpectat ad accuſantem, & alterum dimidium ad fiſcum Regis. Qui item comprehendũtur ludentes, incidunt in pœnã amittendi eam omnem pecuniam, quam ad ludendũ habuerint expoſitam; ſecus quam habuerint in marſupijs, aut alibi; dimidium comprehendenti eos in ludo, & alterum dimidiũ ei quẽ in Regno vocãt *alcaide mor* eius oppidi, in quo fuerint deprehenſi ludere. Ita hĩ ibid. §. 2. & vlt. Mancipia autẽ non incidunt in has pœnas, ſed in pœnam viginti flagellorũ in loco patibuli (*ao pe do pelorinho* ordinationes dicũt) niſi ipſorũ dñi maluerint pœnam pecuniariam ſoluere. Ita hĩ, §. vlt. citato.

Qui cartas luſorias confecerit, aut aſportauerit ex alio Regno, vel in Luſitania vendiderit, ſi plebeius fuerit, incidit in pœnã ſoluendi ex vinculis viginti aureos, dimidiũ accuſatori, & dimidium fiſco Regis, & inſuper flagellorum *com barazo e pregaõ*. Si vero maioris fuerit condõnis, in pœnã incidit ſoluendi quadraginta aureos eodem modo diuidendos, & inſuper exilij vno anno in Ceptæ ciuitatem. Atq; in eaſdem pœnas ſimili modo incidunt, qui teſſeris ludunt, præterquam ludo tabularum. Ita habetur tit. citato, §. 1. 3. & vlt.

Qui teſſeras, aut cartas adulterauerit, vel, ſciẽs eſſe adulteratas, eis luſerit, atq; is, apud quem fuerint repertæ ſi plebeius fuerit, incidit in pœnam flagellorum *com barazo e pregaõ*, atque exilij decem annis in inſulam Diui Thomæ. Quicquid eis teſſeris, aut cartis, fuerit lucratus, ſoluit nouem loco vnius, quæ ita fuerit lucratus, diuidẽda æqualiter inter accuſantem, ac fiſcum Regis. Si autem eo modo fuerit lucratus viginti aureos, aut plus, exulat perpetuo in inſulam Diui Thomæ, & vltra hæc omnia, incidit, qui ita luſerit, in pœnas ludentibus teſſeris, aut cartis, ſtatutas, ſupraq; relatas. In eaſdem omnes pœnas incidit, qui plebeius non fuerit, ſola flagellorum pœna excepta. Ita habetur tit. citato, §. 4. & vlt.

c Qui receperit aliquos ad ludendum in domo ſua, ſtipendiumq; aliquod ea de cã acceperit ab eis, aut eis cibum aut potũ, pretio miniſtrauerit, incidit in pœnam quinquaginta ducatorum, diuidendã æqualiter inter accuſantẽ, & fiſcum, & exilij decem annis in inſulam Diui Thomæ, & inſuper, ſi plebeius fuerit, flagellatur publicè ibid. §. 5.

Aduerſus eos, qui cartis, aut teſſeris luſerint, conceditur actio ſolum intra quatuor menſes à die commiſſi delicti. Aduerſus eos verò, qui cartas confecerint, aſportauerint aut vendiderint, vel cartas, aut teſſeras, adulterauerint, aut, ſcientes, adulteratis luſerint, itemq; aduerſus eos qui modo explicato aliquos ad ludendum admiſerint, cõceditur actio intra annum commiſſo delicto. Ita habetur tit. citato, §. penul.

Merito etiam Rex Emmanuel ſtatuit, vt quicunque diebus feſtis ante miſſam ſolemnem luderet *a la bola*, conijceretur in vincula, atq; inde ſolueret quinquaginta *reais*, vt habetur 4. par. legum extr. titu. 4. lib. 1. Hæc quod attinet ad prohibitiones iuris ciuilis:

7 Quod verò ad ius † canonicum attinet, ca. penult. de vita & honeſtate clericorum, prohibentur clerici aleis, ac taxillis ludere, aut eis ludis intereſſe, & in authentica interdicimus. C. de epiſcop. & cler. idem eis interdicitur circa ludum tabularum ſub pœna, vt tribus annis arceantur à miniſterio, & in monaſterũ redigantur, ita tamen vt, ſi intra id tempus pœnituerint, licet epiſcopo minuere illis tempus, & ante triennium ſuo miniſterio illos reſtituere. Vt autem bene Gregor. Lopez. l. 57. tit. 5. part. 1. cum Epiſcopo Calagurritano notat, cum ea pœna ſancita nõ ſit iure canonico Ius Canonicũ

nonico, non tenentur prælati mandare illam exequutioni. Immò neque tanti facere eum ludum, qui in Lusitania tãquam moderatus, & honestus laicis permittitur; tametsi in cõstitutionibus Archiepiscopatus Euorensis tit. 10. cap. 7. clericis sit prohibitus. fortè propter eam autenticam, & qđ non adeo clericis sit decens. Eodem etiam modo non est ita curandum de quibusdam ludis, qui l. 57. Castellæ citata clericis interdicuntur sub gravioribus pœnis clericis aleatoribus iure canonico statutis, quas continuo subiungo. Ludus enim pilæ, & *del teiuelo*, ibi commemorantur, qui licèt, si publice exerceantur, non ita clericis sint decẽtes, quod nudari interdum clericos oporteat ad illos exercendos, si tamen exerceantur, vbi conspici ab alijs, quam a familiaribus, non possint, parum sanè, aut nihil, indecentiæ habent. Ex iuribus, tamẽ illis civilibus, iunctis canonicis iuribus, colligit, quanta compositio esse oporteat in clericis, & quã ta fuerit illis temporibus, quando etiam conspicere eiusmodi ludos adeo severe prohibebantur. Item c. inter dilectos, de excessu prælat. quidam clericus, quod esset publicus aleator, repellitur à quadam dignitate Ecclesiastica in Gallia obtinenda, tanquam persona ea indigna. Neque illi profuit dicere, consuetudinem esse in Gallia, vt clerici aleis ludant: quoniam ait ibi Summus Pontifex, esse id corruptelam, quæ non erat tolleranda, puniendam. Et c. 135. dist. ita scriptum legimus. *Episcopus, aut presbyter aut diaconus aleæ deserviens, aut desinat, aut certè damnetur.* hoc est, beneficio privetur, aut suspendatur ab officio. Vnde optimè glo. c. penul. de vit. & honest. cler. & cũ ea Panor. ibi. nu. 12. Greg. Lopez vbi supra, & alij, observant, vt clericus à beneficio obtinendo arceatur, satis esse si publicus sit aleator, esto admonitus non sit, vt a ludo se contineat, iuxta, ca. inter dilectos, citatum: verò privetur beneficio iam obtento, vel suspendatur necesse, esse, vt prius admoneatur: quod si admonitus, desiterit à ludendi consuetudine, non erit beneficio privandus, nec suspendendus; si autem non desiterit, tunc privandus erit beneficio, aut suspendendus, iuxta, c. 1. 35. dist. Vt vero clericus dicatur publicus aleator, atq; adeo, vt pœnas eas incurrat, non satis est, si semel, bis, aut ter, ludat, sed requiritur, vt sæpe id efficiat. Vnde glo. c. 1. 35. dist. verb. aleæ deserviens, ait, ideſt, valde serviens.

In Euorensi archiepiscopatu. capit. 7. citato, si clericis publicè, aut occulte, ludentibus cartis, tessaris, aut tabulis, pœna imponitur, vt prima vice soluant quingentos *reais*, secunda duplum, & tertia, vt idem soluãt coniecti prius in vincula, & id super vt restituant, quod ludo fuerint lucrati, dimidiumque horum omnium adiudicatur fabricæ Ecclesiæ, cuius erit clericus ludere deprehensus, & dimidium alterum *merinho*, quem vocãt, clericorum. Atque insuper præcipitur, vt puniantur iuxta delicti qualitate. Sub eadem pœna clericis præcipitur, vt non ludant publicè *a abola, ou boca*: eis tamen permittitur, vt in suis domibus, aut in alij decentibus locis, ludis, iuribus non prohibitis vtantur.

# Vtrum acquisita ludo prohibito, obnoxia sint restitutioni.

## DISPVTATIO DXIII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Ludo acquisita, iure humano prohibito, quomodo sint restitutioni obnoxia.*
2 *Ludus de iure naturali, est contractus.*
3 *Intellectus ad l. non dubium. C. de legibus.*

EXplicandum esset hoc loco, vtrum ludus eiusmodi humanis legibus prohibitus, culpa esset lethalis, præsertim Ecclesiasticis, ea tamen de re commodius dicemus, explicatis prius omnibus: quæ ad rem hac de ludo spectant.

Nullus est, qui dubitet, rite acquisita ludo iure humano minime prohibito, obnoxia nõ esse restitutioni. De † acquisitis autem ludo iure humano prohibito D. Bonau. in 4. dist. 15. 2. par. illius dist. art. 2. q. 1. ait, Aleatorem non comparare dominium eorum, quæ ludo acquirit, sed teneri illa restituere ei, à quo ea lucratus est, vel pauperibus, si ille alius ipsum ad ludendum induxit. Idem dicet de acquisitis quocunque alio ludo prohibito: si quidem id expresse affirmat de acquisitis torneamentis iure prohibitis. Eandem sententiã amplectuntur plurimi ex iuris canonici interpretibus, tametsi non consentiant, num restitutio facienda sit pauperibus, aut ei, qui ludo id amisit. In eadem sententia est D. Tho. in 4. dist. 15. q. 2. art. 4. quæstiuncula vlt. ad 2. & 2. 2. q. 32. art. 7. ad 2. & Palud. in 4. dist. 15. q. 3. art. 5. Qui addit, qñ, qui perdit ludo poterat illud alienare, ac sine vi, ac dolo, neque eum attrahendo ad ludendum, aliquid ab eo lucratus est, tunc lucrantem non teneri restituere illi ante latam sententiam, sed teneri restituere illud pauperibus. Si vero, antequam condemnetur restituat pauperibus, posse objicere iudici condemnanti, vt restituat ei, à quo id lucratus est, se iam restituisse pauperibus. Propendet etiam in eam sententiam, quod quamvis aliquis ludo perdat ludens cum aliquo, à quo ipse fuerat antea tantundem lucratus, nihilominus teneatur restituere pauperibus totum, quod fuerat lucratus: quoniã, inquit, iam antea pauperes comparauerant ius ad illud totum eo ipso, quod ludo illicito fuit id lucratus. Richardus item in 4. ead. dist. q. vlt. totius distinctionis affirmat, sententiam relatam D. Bonauenturę, & aliorum, esse communiorem, ac securiorem, in eamque propendet, quam nonnulli alij etiam sequuntur. Quæst.

Contraria tamen sententia est hodie communis inter doctores, nempe acquisita per ludum ex eo, quod ludus iure humano sit prohibitus, & ꝙ concedat repetitionem eius, ꝙ ita quis lucratus est obnoxia non esse restitutioni antequam feratur sententia, qua restitui præcipiantur, lucranteque dominium illorum comparare eo ipso, quo facta est illorũ traditio. Ita Alex. Alens. 4. par. q. 86. memb. 3. art. 6. Adr. de rest. q. de ludo, incipit, Decis.

quia

quia in superioribus, Medina de restitut.q.22.citata, Maior.in 4.dist.15.q.13. Gab.ead.dist.& q. Sotus.4.de iust.q.5.art.2. Alfonsus à Castro.2.de leg.pœnal.c.2.corol.3. Couar.reg. peccatum par. 2.§.4.à nu.1. Naua.in Man.c.19.nu.19. & plerique alij. Probatur,quoniam,vt disp.510. & 511. ostensum est, ludus est contractus iustus, stando
2 in iure naturali† ac proinde dominij translatiuus in lucrantem eius rei quæ eo perditur, si accedat illius traditio, alioquin comparat solum ius ad rem, insurgitque obligatio in foro conscientiæ eam tradendi,non secus atque hæc omnia vim similiter habent ex quocunque alio iusto contractu:sed iura humana,quæ disputatione præcedente relata sunt ( si legem Caroli V. circa ea, quę credito luduntur, secludas, de qua infra sermo erit, ) solum prohibent aliquos ludos, minime reddēdo irritum contractum,qui in eis interuenit,sed solū concedendo, in pœnam transgressionis legis repetitionem eius, quod eo ludo comparatum est, idque non in perpetuum, sed solum intra certum tempus, vltra quod non permittit eam repetitionem,vt disputatione præcedente relatum est:cum ergo lucrans, sicut & quiuis alius legis pœnalis transgressor, non teneatur ad pœnam ante latam sententiam; consequens profectò est, vt eo ipso, quod fit ei traditio eius rei, quam ludo est lucratus,comparare dominiū illius, neque illam teneatur restituere ante latam sententiam.

Illud amouerim,quamuis mens,legumque latorum intentio fuisset,irritum reddere eum, ludi contractum, ac impedire translationem dominij (quod tamen est falsum, vt constat leges ipsas expendenti) hodie tamen per contrariam consuetudinem essent quo ad hoc abolitæ; quippe consuetudo sit lucrantes ludo, non restituere, sed tanquam suum id retinere. Diuus autem Tho.2.2.q. 32.ar.2.ad 7.asseuerat, posse illas quo ad hoc aboleri contraria consuetudine, nullusque reclamat. Vt tamen Panor.ca.penul.de vit.& hon.cler.obseruat,quod perdentes ludo non assueuerint repetere,quod amittunt, non tollere vim ab eisdem legibus quatenus concedunt repetitionem, Ratio autem est,quoniam lex,quæ aliquid permittit,nō tollitur per non vsum eius quod ita permittit, sed per vsum in contrariū: quare,vt lex illa per vsum in contrarium desineret vim habere ad repetendum,quod ludo perditur,opus esset, vt tempore, ad præscribendum aduersus illam necessario, postularetur repetitio,ac denegaretur.

3 Quod† attinet ad l.non dubium. C.de legibus, & ad regulam illam iuris peritorum, quod quando acceptio est mala, accipiēs restituere teneatur, quod ita accepit, vel danti, si dando nullam turpitudinem commisit, vel pauperibus, aut fisco, vnde autores contrariæ sententiæ permoti videntur ad eam amplectendam, iam supra disput.88. præsertim in calce,dissoluendo argumenta,ostendimus, nihil omnino impedire, quo minus lucrans,ludo aliquo prohibito, tenere possit, quod est lucratus, quousque feratur sententia,qua id restituere præcipiatur.

## De repetitione eius, quod ludo prohibito quis est lucratus,& quousq; lucrans reddere illud teneantur.

### DISPVTATIO DXIIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Ludo prohibito amittenti non datur de iure Lusitano repetitio:sed amissum pro dimidia accusanti,& pro altera dimidia fisco applicatur. Idem de iure castellæ.*

2 *Ludo prohibito lucrans, an statim in foro conscientiæ.*

3 *Ludo prohibito amittens, si non potest per repetitionem via iudicis obtinere,an possit licitè tantundem occultè accipere,aut retinere de bonis lucrantis,in recōpensationē eius,quod ità amisit.*

4 *Ludo amittēs,an† possit cum lucrante pacisci,vt partem sibi restitutat,ne totum in iudicio repetat.*

ILlud ante omnia est obseruandum, de iure
1 Lusitano non concedi amittenti ludo† prohibito repetitionem eius, quod amisit, sed eum, qui id est lucratus,cogi illud reddere, dimidium accusanti, & dimidium fisco Regis,vt disp.512. relatum est: de iure quippe Lusitano, quando est lex eius Regni peculiariter disponens circa aliquid, cessat dispositio eiusdem rei facta circa idem de iure communi, vt habetur libro 2.ordi. titu.5. in re autem proposita, non solum datur lex peculiariter disponens, sed etiam disponens cōtrariè dispositioni iuris cōis. Hoc autem in Lusitania multi ex iurisperitis,dū in eo Regno commorabar,non satis attendebant, arbitrantes repetitionem de iure communi amittenti concessam, locum habere in Lusitania. Cum autem de iure Lusitano lucrum non sit soluendum amittenti, sed fisco,& accusanti, neque lucrans condemnari possit plus lucri soluere, quàm illi fuerit probatum, eum esse lucratum, vt disp.512. relatum est; liquidò sanè constat, in eo Regno contractum ludo non esse irritum, sed lucrantem comparare dominium eius,quod lucratur. Pœnæ item de iure communi statutæ ludentibus,& receptatoribus eorum, locum non habent in Lusitania, vbi sunt peculiares pœnæ ob eadem crimina statutæ. Atq; Ius Castellæ.
idem dicendum est in hoc Castellæ Regno, vbi peculiares etiam pœnæ sunt statutæ pro eisdem criminibus.

Dubium est, vtrum, qui ludo prohibito ali- Dubiū
2 quid est lucratus, teneatur† in foro conscientiæ reddere illud ei, qui id amisit, statim ac extra iudicium id repetit; an verò tuta conscientia possit illud ei denegare, quousque iudicis sententia damnetur. Dicendum est cum Alfonso a Castro Decis.
2.de leg.pœn.c.2.corol.3. Medin.de restit.q.22. §.neque obstat, Couar.reg.peccatum par. 2.§.4. num.8.& alijs, ad quorum sententiam ( tametsi dubius)accedit Sotus 4.de iust.q.5.artic.2.posse illud denegare, quousque iudicis sententia damnetur

netur. Ratio est qm̃ ea restitutio solum statuta est in pœnam, concedendo ei actionem ad lucrũ in iudicio repetendum, qui illud amisit, cũ ergo pœna retineri, ac denegari possit vsq; ad latam sententiã, eo quod non debeatur, nisi dependenter ex eo, qd sñia condemnatoria fœtatur, consequens est vt id lucrum denegari possit, nõ solum extra iudicium, sed ét in iudicio, interim dum sñia nõ est lata. Neque est par ratio de eo, qui iurauit soluere vsuras, ac eas soluit, cui conceditur repetitio ca. debitores de iureiur. Quia enim vsurarius, neq; dominium, neque ius aliquod acquisiuit ad eas vsuras, sed pleno iure eas debet danti, vtiq; restituere illas tenetur, non solum petenti illas extra iudicium, sed ét si taceat, neque illas petat. Is re autem proposita, qui lucratus est, dominium lucri comparauit, neque illud debet ei, qui id lucrum amisit, sed solum in pœnam ad odium ludi, conceditur ei, qui lucrũ amisit, ius ad illud obtinendum, iniciendo actionem, subsequuta q; iudicis sententia, ante eam verò is, qui lucratus est, nõ tenetur id soluere. Quia addo, cum in pœnam sit statutum neq; reus interrogatus teneatur confiteri crimen suum, nisi sñia plene sit probatum in iudicio, vtique, antequam sñia pleno hoc est, recte vno omni exceptione maiori, probetur ipsum id fuisse lucratum, non tenetur id confiteri, ét si à iudice sub iuramento sic interrogetur, quoniam non iuridice interrogat, ac proinde retinere licèt possit lucrum, seu pecuniam illam. Si tamen iustè impedierit ferri sñiam, fallacijs, aut ceteris negando lucrum, qñ semi plene esset in iudicio probatum, aut à iudice interrogetur, tunc, tanquam causa iniusta impediens, ne iusta ferretur sñia, qua alteri id adiudicaretur, tenetur id ei restituere, iuxta ea, quæ in calce disp. 95. post rñsionem ad quintum arg. dicta sunt. Quin & expensas litis tenetur soluere, quas propter fallacias, aut alias ipsius iniustitias, alius fecisset vltra eas, quas alioquin erat facturus. In Lusitania aũt satis perspicuum est lucrantẽ nõ teneri restituere lucrum ante latam sñiam illud exigenti: qm̃ in meram pœnam est restituendũ, nõ ei qui illud ludo amisit, sed accusanti, ac fisco, neque plus lucri reddere tenetur lucrans, quam fuerit probatum ipsum fuisse lucratum, vt dictũ est.

Dubiũ. Ex dictis facilis est responsio ad sequẽs dubiũ. Num, si is, qui ludo prohibito aliquid amisit, ac 3 †soluit, non †possit via iudicis illud obtinere per repetitionem, possit licitè tantundem occultè accipere, aut retinere de bonis lucrantis, in recompensationem eius, quod ita amisit. Medina, Sotus, & Castrus, locis citatis tribuunt Adriano de test. q. de ludo. §. sed oritur ex his dubium, affirmasse licitam esse eam recompensationem. Sed tñ attente legatur, potius asseuerat contrarium. Ait enim, qñ aliquid alicui in pœnam applicatur, nõ ipso facto, sed intercedente iudicis sñia, vt in se proposita, non posse fieri recompensationem: qm̃ id non debetur ante latam sñiam. Qñ verò, inquit aliquid applicatur ipso facto in pœnam, licitam esse recompensationem. In quo affirmare videtur sñiam Castri, quam disp. 95. impugnauimus, nempe qũ aliquid ipso facto statuitur in pœnam, perinde deberi statim cõmissa culpa, ac si lata esset iã sñia posteq; fieri occultã illius cõpensationem, qñ aliter obtineri non posset. Ad dubium itaq; proposituũ dicẽdum est, illicitam oino esse eam cõpensationẽ, & cũ restituendi onere. Nisi qñ, qui lucratus est, iniustè impediuisset ferri iustã sñiam, qua id cõpensanti fuisset adiudicandũ. Eodem modo esset iniusta cõpensatio, & cum restituendi onere, si quis, q ipse ludo prohibito amisisset & alius esset lucrat⁹, vellet cõpensare ludendo iterũ cũ eo, & fraude, aut dolo, tãtundem ab eo lucrando. Rõ vtriusq; asseruit est, qm̃ id non est amittenti debitum, nisi intentata repetitione, ac dependenter à iudicis sententia. Decis.

4 Dubium item est. Num quando conceditur repetitio † pecuniæ ludo prohibito acquisitæ fas sit ei, qui ludo illo eã amisit, cõminari repetitionẽ, ac pacisci cum lucrãte, vt partem sibi restituat, ne totam in iudicio repetat. Respondendũ est affirmãsse. Qm̃ sicut fas est repetere ita fas est cõminari iustam repetitionẽ, & accipere totũ, aut partẽ, vt repetitionem non intenter, aut vt ab intẽtata desistat. Qui tñ, vel ob verecundiam, ac infamiã, vel vel quacunq; alia de causa, reperiturus non erat, animum q, repetẽdi finxit, vt alius deterritus, partẽ lucri restitueret, credo retinere id in conscientia non posse. Qm̃, qui ita restituit, iustè illud tanquam suum retinebat, & quia animum repetẽdi finxit, fallacia, ac simulatione, iniustè id ita ab illo extraxit, neq; causa fuberat, ob quam vnus id dedit, & ob quã alius poterat iustè illud accipere. Decis.

## Vtrum qui credito aliquid ludo prohibito amisit, teneatur in conscientia illud soluere. Et num in Castella, qui id lucratus est, possit illud accipere, ac retinere.

## DISPVT. DXV.

### SVMMARIVM.

1 *Ludo prohibito aliquid amittens credito, quando teneatur in conscientia illud soluere. & n. 2. cũ seq.*
3 *Ludo in Lusitania amittens credito, tenetur in conscientia soluere.*
*Secus tamen in Castellæ Regno nu. 4.*
5 *Ludo prohibito amittens, de iure communi, etiam in conscientiæ foro, non tenetur soluere: immo ante latam sententiam, potest excipere de nullitate, cum nulla adsit obligatio.*
6 *Ludens si iurauit se soluturũ quod ludo perdidit, tenetur: sed an possit repetere, quod soluit, ibi vide.*
7 *Iurans se soluturum, quod ludo perdit, an facta solutione, licite possit repetere, & quando.*
8 *Ludo accipiens quod lucratus est, quando peccet, & teneatur restituere.*

QVod ad priorem partem huius disputationis attinet, Med. de test. q. 22. & Castrus. 2. de leg. pen. c. 2. coroll. 3. aduersus Adr. affirmant, 1 qui credito aliquid ludo †prohibito amisit, teneri

in conſcientia illud ſoluere, nec poſſe retinere, aut denegare lucranti ſolutionẽ; eſto, poſtquã id ſolverit, poſſit tuta conſcientia illud repetere beneficio legis concedentis ſibi repetitionem.

Ducuntur primò, qm̃ cõtractus, qui inter colludentes intercedit, fuit validus, vt ex hactenus dictis liquet, ex illoque is, qui id lucratus eſt, comparauerit ius ad rem, quam eſt lucratus, vereque eſt illi debita; alioquin, eſto ſolueretur, non cõpararet lucrans dominium illius, teneretúrque eam reſtituere, nulla expectata ſnĩa, q̃ eſt falſum, negantque autores contrariæ ſnĩæ: ergo, nihil impediente, q̃ poſt ſolutionẽ concedatur perdenti repetitio, tenetur iure naturali, vique contractus iuſti antecedentis, iure humano minimè irriti, vt ex dictis conſtat, ſoluere, quod amiſit; interim dum iudicis ſententia non eſt ſibi adiudicatum.

Secundò, ſolutio rei eo ludo perditæ, neq; eſt mala ex parte ſoluẽtis, neque ex parte accipientis, præceſſitque mutua promiſſio illius per cõtractũ iuſtum: cum ergo de iure ſit naturali, impleri iuſtã promiſſionẽ; conſequẽs profecto eſt, nihil impediente, qđ poſt ſolutionẽ concedatur ſoluẽti repetitio, teneri ꝑmiſſionẽ implere. Eo modo, quo is q̃ vſuras ſoluere iurauit, tenet eas ſoluere, & nihilominus, poſt ſolutionem, poteſt eas repetere.

Tertiò, in ludo eſſe debet æqualitas inter colludentes, cum ſit contractus ad commutatiuam iuſtitiam ſpectans: ſi, ſi ludunt duo, vnus pecunia præſenti, & alter data ſolum fide, ſi hic lucretur, verè acquirit dominium pecuniæ præſentis, quam accipit: ergo ille vlius acquirit, ſi non dominiũ, eo quod deſit traditio, ſaltem ius ad pecuniam promiſſam, efficitque illam verè ſibi debitam, ita vt amittens teneatur eam ſoluere: alioquin non ſeruaretur æqualitas in eo contractu.

Conſtituendæ erunt ſequentes concluſiones.

1 Prima eſt. Secluſo † omni humano iure, ſtandoq; in ſolo iure naturali, qui aliquid credito amitteret ludo, tenetur illud ſoluere in foro conſcientiæ. Quin eſto iure humano prohibitus eſſet ille ludus, appoſita ſolum pœna ludentibus, & nihil vlterius addendo, ſoluere ſimiliter illud teneretur in foro cõſcientiæ. Prior pars ex eo eſt perſpicua, quòd, vt diſputat. ſ. 10. oſtendimus, ludus, ſtando in ſolo iure naturali, eſt contractus iuſtus, illoq; comparatur ius, ac dominium rei lucratæ, ſi tradi tio accedat: ergo, ſi ſecludas ius humanum, quod repetitionem rei lucratæ concedat, aut retentionem, antequam illa ſoluatur, vtique, qui aliquid credito amiſerit ludo, tenetur in foro conſcientiæ illud ſoluere. Atque hoc probant argumenta propoſita. Poſterior verò pars ex eo liquet, quod ſola prohibitio alicuius contractus, appoſita pœna illum exercentibus, non auferat ab eo vim obligandi in foro conſcientiæ, perinde ac ſi ſub ea pœna non eſſet prohibitus.

Secunda concluſio. Qui in Luſitania aliquid
3 † credito amittit ludo, tenetur in foro conſcientiæ illud ſoluere. Probatur, quoniam, vt diſputatione præcedente dictum eſt, in Luſitania non conceditur perdẽti repetitio, nec proinde habet in eo Regno locum exceptio, de qua infra erit ſermo, ſed ſolum, inter alias pœnas, hæc quoq; in eo Regno imponitur lucranti, vt fiſco, & accuſanti, amittat, quod probatum fuerit eum fuiſſe lucratum: quare nihil in pœnam ei ſtatuitur, niſi depẽdenter à ſufficienti probatione, & à lata ſnĩa condemnatoria: quin potius, ſi perdens attentet in eo Regno aliquid repetere tanquam ludo prohibito amiſſum, condẽnari ex ſua propria confeſſione poterit, vt ſoluat pœnam ludentibus ſtatutam.

4 Tertia cõcluſio, In hoc † Caſtellæ Regno poſt leges Caroli V. 8. & 9. tit. 7. lib. 8. nouæ collect. diſp. ſ. 12. relatas, qui aliquid credito amiſit ludo, & aliàs licito ac promiſſo, non tenetur illud ſoluere, non ſolum in exteriori, ſed ét in conſcientiæ foro. In hac conueniunt Caſtrus coroll. 3. citato, Sotus 4. de iuſt. q. 5. art. 2. Couar. reg. peccatum par. 2. §. 4. n. 8. Nau. in Man. c. 19. n. 17. ad 5. & Gut. de iur. confir. par. 1. c. 15. n. 1. Ratio eſt, quoniam duabus illis legibus, non ſolum fuit prohibitũ ludere credito, etiam ludis alioquin permiſſis, denegataq; fuit actio ad petendum, quod quis ita lucraretur, ſed etiã irritæ, ac nullæ effectæ ſunt promiſſiones, & obligationes, quæ inde oriri poſſent, aut ea de re eſſent factæ.

5 Quarta concluſio. Stando † in ſolo iure cõmuni, neque in exteriori, neque in conſcientiæ foro, tenetur quis ſoluere, quod ludo prohibito amiſit, & nondum ſoluit, ſed ante latam ſententiã, quin & antequam res in iudicio deferatur, poterit excipere, ſeu obijcere ei, qui lucratus illud eſt, ſe ad id non teneri, lege ipſum ab ea obligatione eximente. Hæc eſt Adriani de teſt. q. de ludo, incipit, quis in ſuperioribus, Soti, Coua. Nau. & Gut. locis citatis. Probatur verò primo, qm̃ in authẽtica vt alearum. C. de relig. & ſump. funer. ſic habetur. *Nulla ſequatur condemnatio* (qua. ſ. perdens ludo ſoluere cogatur.) *Sed ſolutum competentibus actionibus repetatur*; ergo mens legislatoris in ea authentica eſt, immunitem ab obligatione ſoluendi reddere perdentem, antequam ſoluat, illiq; repetitionem concedere poſtquam ſoluerit, quorum vtrumque efficere poſſet legislator, expediebatq; vt, in ludi prohibiti odium, faceret. Secundo, quoniam aperte in ea authentica, in ludi prohibiti odium, cõceditur perdenti, vt non ſoluat: quãuis autem lex illa pœnalis ſit, quia tamen pœna illa nullam requirit exequutionem ex parte eius, qui illa punitur, ſane neceſſaria non eſt ſententia iudicis, vt ea pœna vim, ac locum habeat, ſed ſatis eſt denegatio, qua is, qui id alioquin debet, id deneget illi, cui eſſet ſoluendum. Tertio, quoniam, cui actio conceditur ad repetendum, quod dederit, conceditur etiam exceptio, vt id non ſoluat exigenti, vt habetur l. inuitus, §. cui damus. ff. de reg. iur. l. creditori. C. de pact. & reg. qui ad agendum, de regu. iur. lib. 6. cum ergo perdenti concedatur actio ad repetendum, quod ſoluerit, longè maiori cum ratione concederetur exceptio abſque vlla culpa, antequam ſoluat. Queſt.

Dubium eſt, vtrum, qui iurauit ſe ſoluturum, quod ludo perderet, teneatur, nihil impedientibus ciuilibus iuribus, etiam legibus Caroli V. illud ſoluere. Reſpondendum † verò eſt ex omniũ ſen-

sententia affirmanter. Ratio est, qm̃ non est de re mala, aut illicita; cum, qui aliquid ludo amittit, licitè illud soluat: & iuꝝm, de re non illicita iuranti, implendum sit. Quando autẽ secluso iuramento, culpa esset, saltem venialis, id soluere, quia esset in detrimentum bonorum vxoris, aut alia ratione, tunc, quia iuramentum non est vinculum iniquitatis, non teneretur id soluere.

Quæs. Vtrum autem, qui ita iurauit, facta solutione, licitè, & soluit possit repetere. Nau. in Man. c. 19. nu. 17. ad 5. Gut. de iur. confir. part. 1. c. 53. nu. 7. & 8. ac alij, affirmant, non solum † licitè posse id 7 repetere, sed etiã licitè petere, ac obtinere posse relaxationem iuramenti, antequam soluat, eaq; obtenta, non soluere: non secus atque, qui iurauit se soluturum vsuras, potest illas repetere, postquàm eas soluit, & antequàm illas soluat, obtinere relaxationem iuramenti, illaq; obtenta, illas non soluere, vt vtrumque constat ex ca. debitores, de iure iur. Est iñ multũ discriminis inter eũ, qui iurauit, se soluturum vsuras, & eum, qui iurauit, se soluturum quod credito amiserit. Qui. n. vsuras ab eo accipit, qui soluere illas iurauit, peccat eas accipiẽdo, teneturq; illas restituere ei, à quo illas accepit, neque comparat illarum dominium, sicut neque ius ad illas vi iuramenti comparauit, antequàm ei soluerentur, sed solum qui eas soluere iurauit, tenetur vi iuramenti illas soluere, ne Deum adduxerit in testem falsi, nisi prius ei relaxetur iuramẽtum, vel ab vsurario ipso, vel à superiore illius, vt hæc omnia disp. 149. & duabus sequentibus, copiosè explanata sunt. Qui verò accipit, & credito lucratus est, non male facit illud recipiendo, comparatq; dominium illius, esto, qui credito perdidit, non se astrinxisset iuramento id illi soluere, vt dictum est: quare, accedente vinculo iuramenti, cùm cadat supra promissionem licitam, tametsi iure humano irritam secluso eo iuramẽto, quin & supra mutuam onerosam promissionẽ de se licitam, ac iustam, vtique, qui id lucratur, & accepit, comparat verum ius, vt sibi soluatur ratione iuris, quo promissio illa, iure humano irrita, fuit confirmata: non secus ac, qui emit fundum dotalem, aut aliquid à minore accedente iuramento, quo contractus ille, alioquin humano iure irritus, confirmatur, comparat verum ius, ac dominium illius; 1 si traditio accedat, neque postea locum habet repetitio, quin neque relaxatio iuramenti in præiudicium tertij, cui fuit præstitum, nulla interueniẽte vi, aut iniuria, vt disp. 149. citata hæc omnia explicata sunt. Quapropter dicerem, si mens iurantis fuit, solum se astringere ad non denegandã lucranti traditionem, vt sibi lex concedit, atq; adeo, ad re ipsa tradendum, quod amiserit, veram esse horum doctorum sententiam, nempe, nihil iuramento impediente, posse repetere, quod soluit: quoniam tradendo impleuit iuramentum, neque vi iuramenti peculiare aliud ius sibi comparauit lucrans, quã vt non denegaretur traditio. Si verò mens iurantis fuit, se astringere ad efficiẽdum peculiari iure illud suum, quasi iuramentũ corroboraret promissionem, ac contractum mutuum, tũc non posse illud repetere, immo neq; credo potestas publica posset tunc relaxare illi iuꝝm, vt repeteret, aut non solueret, quemadmodum de alienatione fundi dotalis, aut rei minoris, confirmatis iuramento, disputationib. citatis dicebamus. Quare non video, qua alia ratione posset omnino impediri, ne qui credito lucraretur, non compararet ius, ac dominium irreuocabile accedente simile iuramento, nisi irritando illud lege publica, antequàm is, cui præstaretur, ratione illius compararet verũ ius: quod posse efficere potestates supremas, etiam laicas, disp. 149. comprobatũ est. Qñ, aũt quis se astrinxisset iuramento, non solum soluere quod credito perderet, sed etiã non repetiturum illud, ait Gutier. vbi supra nu. 9. & 10. posse, adhuc id repetere, obtinendo tñ prius relaxationẽ vtriusque iuramẽti. Ducitur, qm̃ sim. diter posset, illud repetere, qui eodem modo iuramento confirmasset se soluturum, neque repetiturum vsuras. Et qm̃ arbitratur post leges Caroli V. qui id accepisset, teneri illud restituere in foro conscientiæ, esto non repetatur. Contrariã tñam arbitror esse veram, pp ea, quæ proximè dicta sunt. Et qm̃ illo, modo alienato fundo dotali, aut re minoris, repeti non posset, neq; concedi relaxatio iuramenti, vt disput. 149. dictum est. Quod verò attinet ad primum, vñ id sibi persuadet, ostensum est latũ esse discrimen inter eum, cui illo modo promitterentur vsuræ, & inter illum alium. Qđ verò ad secundum attinet, statim ostendemus id esse falsum.

Quoad secundum, quod in limine huius disputationis est propositum, Sotus 4. de iust. q. 5. art. 2. ait, post leges illas Caroli V. non solum, qui credito aliquid ludo amittit posse iuxta conscientia illud non soluere, sed † et, qui illud accipit, peccare 8 accipiendo, tenerique in conscientia illud restituere danti nulla expectata sententia, atque esto non petatur. In eadem sententia est Gutie. vbi supra. nu. 7. & 9. Ducuntur, quoniam leges illæ irritum, ac nullum efficiunt eum contractum, ac promissiones, & obligationes ad soluendum id, quod credito fuerit amissum; sed ex contractu nullo, neque dominium, neque ius potest comparari: cum ergo accipiens, neque dominium, neque ius comparet rei, quam ita accipit, sed dominium illius perseueret apud dantem; consequens profecto est, vt accipiens continuo teneatur in foro conscientiæ restituere illud danti. Contrarium m. hi, & quibusdam alijs, videtur verum. Nempe, accipientem comparare dominium illius, nec teneri illud restituere, nisi intentata repetitione, ac lata sententia.

Primo, quoniam non vi intentum illatũ legũ impedire translationem dominij in accipiẽtem, atque illaqueare conscientias obligando in foro conscientiæ ad restitutionem sine vlla repetitione, sed solum tollere obligationem soluendi à perdente credito, eo modo, quo sublata erat de iure cõmuni: quia tamen ea de re erant opiniones stando in iure communi, quas in hac disputatione expendimus, explicatius id statuerunt leges illæ Caroli 5. irritas efficiendo promissiones illas, & obligationes; solum tamen ad effectum, vt promittens soluere non teneretur, & vt absolueretur in foro

exteriori, non verò, vt, si sua sponte solueret, & lucrans id acciperet, non esset translatum dñium, accipiensque in animæ foro teneretur id restituere, quod legislatores reipublicæ secularis non solent curare. Secundo, quoniam, esto dicamus Carolum V. id intendisse (quod verum esse non credimus) hodie tamen præscriptum ea in parte aduersus eas leges esse, eò quòd nunquam auditum sit quenquam, qui ita esset lucratus, restituisse, qđ ei fuisset solutum, aut confessarios id iniunxisse; cũ tamen nobiles sæpè credito ludant, ac soluant, quod amittunt; leges autem non plus obligat, quàm vtentium vsu fuerint comprobatæ, consuetudoq; est optimus earum interpres.

Superest, respondeamus ad argumenta initio proposita. Ad primũ, concesso validum fuisse contractum, & lucram rem comparasse ius ad rem, q̃ est lucratus, & effecisseq; illam suam, si ei sit soluta, dicendum est, verè ill. esse debitam, dependenter tñ ex eo, quòd perdens vti non velit priuilegio legis, quo illi conceditur eam non soluere, si excipere, seu apponere, velit legis priuilegium. Quia ergo lex non irritat contractum (excepta Caroli V. de qua non loquimur, idque duntaxat ad effectũ, vt perdens possit non soluere, si velit, vt proximè explicatum est) verè lucrans habet ius ad eam rẽ ex illo contractu, ita vt, si ei soluatur, non vtente eo, qui perdidit, priuilegio legis, efficiat illã suã. Quia tamen lex positiua facultatem cõcedit perdenti non soluendi, si excipere velit, ac vti eo priuilegio, efficitur, vt hoc excipiente, volenteq; vti priuilegio legis, ille alius amittat ius, quod alias ex contractu habebat dependẽter ex eo, quòd perdens legis priuilegio nõ vteretur. Quare hęc duo simul stant, quòd is, qui lucratus est exigere id à perdente possit, quod est ab eo lucratus, suumque illud efficiat, iuxta contractum id ipsi soluatur, & quod perdens denegare ei illud possit vtendo priuilegio, ac beneficio legis: eo autem ipso, quòd perdens id denegat, tenetur lucrans non progredi vlterius: quoniam, vt perdens iure suo vtatur, non indiget sententia iudicis. Si tamen soluisset iam, ac repeteret, quia lucrans non tenetur illud reddere, nisi sequuta sententia, qua ad eam pœnam condemnetur, non tenetur lucrans illud reddere statim, ac repeteretur, sed expectare posset sententiam condemnatoriam iudicis.

Ad argumentum ergo in forma, concesso antecedente in sensu explicato, neganda est consequentia: quoniam perdens vti potest priuilegio legis, neque id debet, nisi dependenter ex eo, quòd non vtatur priuilegio, quod in lucrantis pœnã lex ei concedit.

Ad secundum, concessa maiori ad minorem dicendum est, de iure naturali esse, vt promissio iusta impleatur, modò in bonum commune, & in pœnam eius, cui est soluenda, lege non sit concessum priuilegium, vt promittens, si velit; possit eam non implere, vt in re proposita est cõcessum. Ad id, quod adducitur de eo, qui soluere vsuras iurauit, dicendum est, illum teneri soluere vi iuramenti in Dei reuerentiam, ne eum adduxerit in testem infidelis promissionis, neque ex vllo capite ab ea obligatione excusari, tametsi vsurarius ipse remittere teneatur ei obligationem illam, antequam vsuræ soluantur, &, post solutionem, teneatur eas illi reddere: in re autem proposita, legis priuilegio concedi facultatem perdenti, vt nõ soluat, quod promisit, si vti eo priuilegio velit.

Ad tertium, quod ad maiorem attinet, dicendum est, in ludo debere esse æqualitatem inter colludentes, vt sit iustus, nisi aliquis eorũ sua sponte remittere velit aliquid de omnimoda æqualitate vel expressè, vel tacitè, quia, suppositis pœnis, aut priuilegijs concessis à iure, in aliquo ludi genere, vult nihilominus ludere cum ea inæqualitate: volenti enim & consentienti nõ fit iniuria. Vnde concessa deinde minore, neganda est consequẽtia, si consequens intelligatur, quasi perdens ob legis priuilegium, non possit tutò in exteriori, & conscientiæ foro, denegare solutionem. Qui autẽ pecunia præsenti cum eo ludit, sibi imputet, quod stante eo priuilegio legis, velit cum eo ludere: neque enim ei volenti, & consentienti vlla fit iniuria. Duo tamen obserua. Vnum est, ferè eisdẽ priuilegijs gaudere, qui pecunia præsenti ludit. Quoniam postquam perdidit, si nondum soluit, potest similiter denegare solutionem. Et quoniã, postquam soluit, concedit ill. lex repetitionem. Alterum est, si quis credito ludat animo nõ soluendi, si perdat, non posse lucrari, sed teneri restituere, si quid eo ludo fuerit lucratus, propter inæqualitatem in contractu eo tempore, quo ludus exercetur. Eodem etiam modo, qui ludit pecunia præsenti, si tunc animum habeat repetendi, si quid perdiderit, tenetur propter eadem rationem restituere, quod fuerit lucratus.

## Vtrum trahens aliquem ad ludendum, restituere teneatur, quod fuerit ab eo lucratus.

### DISPVT. DXVI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Ludens trahens aliquem ad ludendum, an restituere teneatur, quod ab eo est lucratus, & quando, & num. 2. & 3.*

1 DIuus Tho. 2. 2. q. 32. art. 7. ad 2. affirmanter † respondet, de eo loquens, qui lucrandi cupiditate aliũ ad ludendum traxit. Adrianus verò de rest. q. de ludo, incipit, quia in superioribus, ab eo dissentit, quoniam, inquit, quemadmodũ, qui lucrandi cupiditate trahit quempiã ad celebrandum die dominica aliquem alium contractum iustum, quamuis peccet contra virtutẽ religionis, aut peccato auaritiæ ex inordinata lucri cupiditate, non tñ peccat contra iustitiã, eaq; de causa, ad nullã lucri restitutionẽ tenetur: sic, qui ex lucri cupiditate trahit aliquẽ ad ludum, alioquin iustum, non tenetur restituere lucrũ, esto peccet auaritiæ peccato propter inordinatum lucri appetitum.

Quæst.

Cæte-

Digitized by Google

Caietanus in eundem locum D. Tho. Soto 4. de iust. q. 5. art. 2. Castrus de leg. pœnal. c. 2. notab. 3. Cou. reg. peccatum, par. 2. §. 4. nu. 7. & alijs, distinguũt, duobus modis posse vnum trahere aliũ ad ludũ. Vno, ita vt attractio inuoluntariũ mixtè cum attracti iniuria, efficiat, vt si cõuitijs, minis, aliqua vi, aut talibus verbis, quis attrahatur, vt ob verecundiam, aut metum, ad ludendum inuitus accedat. Et tunc dicunt, lucrantem restituere tenetur, quod eo modo fuerit lucratus; quoniam cõtractus fuit nullus ob inuoluntarium mixtum cum iniuria eo modo attracti, atque de eiusmodi attractione ad ludum loquutum fuisse D. Thomam. Alio modo dicunt posse trahi aliquem ad ludendum precibus, quæ iniuriam non inferant, neque inuoluntarium mixtè efficiant. Ac tunc dicunt, lucrantem ab attracto eo modo, ad nullam lucri restitutionem teneri, vt Adrianus affirmat.

Duo admonuerim. Primũ † est, mihi videri, attrahẽtem ad ludum inuoluntariè mixtè modo explicato, non teneri restituere totum, q̃ fuerit lucratus, sed solum partem maiorem, vel minorẽ, prudentis arbitrio, attenta quantitate iniuriæ, & alijs circumstantijs concurrentibus. Immo, si solum interuenit iniuria quia alioquin æqualiter lucrari potuit, ac perdere, ac proinde contractus erat iustus, arbitror ad nullam teneri restitutionem. Q̃m, vt in materia de restitutione ostendemus, ratione iniuriæ, præcisè à damno dato, nulla debetur restitutio, sed iniuriæ, præcisè à damno, solũ respondet pœna, quæ aurei latam sniam non debetur. Ducor ad asserendum, non teneri restituere totum lucrum. Q̃m nullus doctorum, cum quib. disputamus, affirmabit, ita inuoluntariè mixtè ad ludum attractum, restituere teneri attrahentem, si quid eo ludo fuerit ab eo lucratus: ergo cõtractus non fuit nullus, alioquin, si nullus fuisset, quemadmodum attrahens restituere teneretur totum lucrum, si lucraretur, ita attractus restituere teneretur totũ lucrum: quippe ex contractu nullo, neq; dominium, neque ius vllum comparetur. Si ergo contractus in se iustus fuit, & æqualis, q̃ attentis circumstantijs concurrentibus, æquè vterque lucrari, & amittere poterat, sanè sicut consensus ille sufficiens fuit, vt contractus validus esset ex parte attracti, ita fuit sufficiens, vt esset validus comparatione attrahentis: consensus quippe inuoluntarius, mixtè, simpliciter est voluntarius, & secundum quid inuoluntarius, vt Arist. 3. Ethic. c. 1. & doctores oẽs affirmant: & quamuis nõ satis sit ad transferendum dñium, aut ius, q̃ nullus oneroſus titulus interuenit, sed solum interuenit titulus gratuitus, vt in concessione vsurarum, & in promissione grassatori, ne iniustè interficiat; sufficit tñ q̃ interuenit titulus oneroſus. Quamuis itẽ, qui inuoluntariè mixtè p iniuriã adductus est ad celebrandum contractum, iustam cãm hẽat ad petendã, & obtinendã, rescissionem illius reddendo, quod accipit, & repetendo, q̃ dedit æquitas tñ non patitur, vt petat sibi restitui, q̃ dedit, nihil retribuendo: in re autem proposita, spes æqualis lucrandi, & periculum æquale perdendi, commutata vtrinque sunt, ac proinde non habet locũ rescissio contractus, reddente eo, qui inuoluntariè, mixtè inductus est ad ludendum, quod accepit, & postulante, quod in recompensationem dedit. Quòd si quis dicat, dignus est, qui inuoluntariè mixtè attrãxit ad ludendum, à quo in pœnam iniustam auferatur totum lucrum, & reddatur attracto absque vlla recompensatione. Respondeo, quamuis id iustum sit, præsertim si iniuria fuit grauis, & multum interuenit inuoluntarij, atque etiam in odium ludi, esto iniuria non fuerit grauis; locum tamen id non habere, nisi post latã sententiam, qua attrahens ad id condemnetur.

Secundũ est (quicquid sit de D. Th. in responsione ad secundum citata.) Diuum tamen Bonauenturam in 4. dist. 15. par. 2. eius distinctionis in 4. distin. 15. par. 2. eius distinctionis, ar. 2. q. 2. D. Thom. eadem dist. q. 2. artic. 4. quæstiuncula vlt. 3 ad vlt. & alios, quos disp. 513. retulimus, dũ † asseuerant, attrahentẽ restituere teneri lucrum attracto, intelligere, quocũque modo attrahat inuitando ad ludum. Ducuntur, quoniam arbitrãtur, posito iure ciuili, restituendum semper esse lucrum. Cæterum, inquiunt, quando aliquis modo aliquo fuit attractus, concedi illi repetitionẽ in foro exteriori, propter maiorem turpitudinem, quæ fuit in attrahente, eaq; de causa faciendam in foro cõscientiæ illi esse restitutionem, & non pauperib., ac proinde fieri non posse eleemosynam de tali lucro. Quando verò, inquiunt, quia tractus est, fuit lucratus, non conceditur in foro exteriori attrahenti repetitio, & idcirco lucrum illud non esse ei restituendum, tanquam indigno propter turpitudinem, quæ in eo fuit, sed restituendum esse pauperib. Vnde non immerito Med. de rest. q. 22. cũ Adriano tribuit D. Thomæ, & alijs sententiam, quòd attrahens quocunque modo ad ludum, restituere teneatur lucrum attracto, neque de eo faciẽda sit eleemosyna pauperibus.

## Fraus, & deceptio in ludo, quando iniusta, obligetque proinde ad restitutionem.

### DISPVTATIO DXVII.

#### SVMMARIVM.

1 *Fraus, & deceptio in ludo quando iniusta, obligetque ad restitutionem.*

2 *Ludens quando restituere non teneatur, peccatumque non committat ludendo.*

3 *Ludo præsentes quando admonere non teneãtur ludentes.*

4 *Deceptio, & fraus, quando in ludo iniusta interuenire dicatur. & nu. 5.*

IN ludo non censetur iniusta deceptio, iniustusq; 1 ac malus dolus, vel fraus, quando † vnus colludentium, iuxta leges ludi vtrique cõmunes, decipit alterũ; ac proinde neque inde consurgit obligatio restituendi, quod per eam deceptionem, dolum, aut fraudem, vnus lucratur ab alio. Ratio autem est, quoniam æqualis, ac iustus est cõtractus,

quo colludentes se subijciũt eis legibus vnusquisque eorum in gratiam alterius, mutuoque sibi cõcedunt facultatem, se inuicem decipiendi, iuxta
2 eas leges. Hinc † oritur, nullum esse peccatũ, nullamq; contrahere illum obligationem restituẽdi, qui omnino sciens se lucrari, eo q̃ primas partes ludi hẽt (Hispane *la mano* vocant) & eã sortẽ ludi, qua nulla melior esse pót, sponsionem auget, *embidar, ometer el resto*, Hispanè dicitur, id enim fas illi est iuxta leges ludi receptas: sicut idem fas esset alteri colludenti aduersus hunc, si sors ei eodẽ modo obtigisset. Eodem modo nec peccat, nec restituere tenetur, qui sciens, aut suspicatus, se inferiores partes ludi habere, sponsionẽ auget, quò alter deterritus, ipsi concedat sponsionem factam vsq; ad id augmentũ; exponendo se periculo, qđ, si aduersarius augmentũ sponsionis admittat, ipse eiusmodi augmentum, vnà cũ tota antecedente spõsione, pdet. Itẽ nõ peccat, neq; restituere tenet, qui ludens scaccorum ludo, ac prospiciens, se certã iã habere victoriã, sponsionem auget, quã alter, ignarus victoriæ, admittit. Hæc, n. omnia, & his similia iuxta leges sunt ludi vtriq; cões. Atque vt summatim dicã, quoties ludentiũ vnus iuxta leges ludi decipit aliũ, aut eũ decipi permittit, non admonendo eum de re aliqua, pp quã spõsionem ludi amittit, vt si lex sit, quòd qui plures hẽt cartas, quam consuetas, aut fecerit, vel omiserit, aliquid, amittat spõsionem, & vnus colludentiũ cernat, alium accipere plures cartas, aut facere, vel omittere aliud, pp quod sponsionem amittit, quod nostri *perder el juego* appellãt, eumque nõ admoneat, vt ipse lucretur, vtique neque peccat, neque restituere tenetur, quod propter oscitantiam, ac inadvertentiam alterius, fuerit ab eo lucratus; quã vtitur iure suo. Eodem † modo, qui ludo præsentes sunt, admonere non tenentur eum, qui aliquid
3 omittit, vel committit, propter quod sponsionem amittit: quin potius iniuriam alteri colludenti facerent, adiuuando eo modo aduersus ipsum, partes alterius. Idem dicendum est de quacunq; alia lege ludi, iuxta communem consuetudinem loci, in quo luditur. Neque refert, quòd colludẽs eam ignorauerit legem: etenim eis contractus celebratus censetur iuxta communes leges loci, in quo luditur, sibiq; imputare debet is, qui ludit, si non interrogat, & ignorat leges eius loci nomine non secus ac idem docent doctores communiter, ac statuũt
1 iura, de quocunque alio contractu. In his consentiunt Med. de rest. q. 22. Coua. reg. peccatum. par. 2. §. 4. nu. 5. ac 6. & alij.

Iniusta deceptio, seu iniustus dolus, aut fraus, interuenit. In primis, si is, qui † multum superãs alterum peritia, ac dexteritate ludendi, ita quòd certum, aut ferè certum est, ipsum lucraturum, simulet se nescire ludere, eaque ratione adducat illum alium ad ludendum secum: si enim lucretur, restituere tenetur, quod fuerit lucratus, vel totũ, si nulli se periculo exposuit perdendi, vel partem; si ferè non se exposuit periculo perdendi; maiorem tamen, vel minorem, prout maiori, aut minori, se exposuit periculo perdendi. Hoc autem euenit potissimum in ludis, qui potius consistũt in peritia, ac dexteritate ludentis, quàm infortunæ successu, vt sunt ludus scaccorũ, pilæ, & alijs similes. Tametsi adeò rudis, & imperitus esse posset aliqs in ludo cartarum, aut tesserarum, & alter adeò dexter, vt in eo ẽt ludo fraus ea, & deceptio possit locũ habere, cum peccato, ac restituendi onere. Idẽ est, si quis non simularet, se nescire ludere, & cum eo luderet, quem sciret esse longè inferiorem se in peritia, & dexteritate ludendi, ita vt certam, aut ferè certam, haberet victoriam, illo altero ignorãte tãtum excessum; simili enim modo peccaret, ac restituere teneretur. Rõ horum omniũ est, qm̃ ludi contractus, vt sit iustus, neque onus id restituendi inducat, quod eo quis fuerit lucratus, esse debet æqualis; moraliter loquendo, vtrique colludẽtium, quod non cernitur in eiusmodi ludis. Qñ aũt is, qui alterum longè superat peritia, & dexteritate ludendi, id detegit illi alteri, aut ille alter id optimè nouit, quia sæpe est expertus, quanta polleat peritia, & dexteritate, tunc, si qui minori peritia, & dexteritate pollet, sua spõte velit nihilominus cum eo ludere, non tenebitur ille alius, si lucretur, quicquam ei restituere. Qm̃, cum hic optimè cognoscat suam, & alterius peritiam, ac dexteritatẽ, nullaq; necessitate adducatur ad ludendum cum eo, censetur illi condonare, vt lucrari possit, nihil impediente eo excessu. Neque est eadem ratio de eo, qui in sponsione (*apuesta* vocamus) certus est se lucrari, idq; alteri detegit, & nihilominus alter spondere vult: quoniam hic alter non sibi persuadet, tantam illud habere certitudinem, alioquin non sponderet; & propterea inuoluntariè mixtè id condonat. Quòd si sibi persuasus, illum tantam habere certitudinem, nihilominus spondere vellet, tunc similiter condonare censeretur sponsionem. Atque eodem modo in ludo dicerem, si, qui maiorem habet peritiam, ac dexteritatem, atque id detexit, arbitraretur, alterum non sibi persuadere, eum tantam peritiam, ac dexteritatem habere, tunc non posset cum eo ludere, teneretur que restituere, modo supra explicato, quod ab eo lucraretur; quoniam contractus esset inæqualis, cum inuoluntario mixtè ex parte perdentis, ac proinde nulla ibi censeretur esse cõdonatio; id quod, quando quantitas, quæ eo ludo perderetur, esset magna, neque essent circumstantiæ, quæ persuaderent, etiam eam magnam quantitatem voluisset, qui illam perdidit, condonare esset credendum. Quando duo aliqui luderent, quorum neuter peritiam, & dexteritatem alterius esset expertus; neque aliunde eam sciret, tunc, nihil impediente, quòd postea experientia deprehenderetur, vnum longo interuallo excedere alterum, ita vt iudicaretur, in tuto esse quoties in futurum cum eo luderet, non teneretur restituere, quod ab eo esset lucratus; quoniam, supposita ignorantia, ac inexperientia, quam inuicem vnus de altero habebant, æquali periculo perdendi, quo ad ipsorum existimationem, se exposuerunt, ac proinde contractus æqualis fuit, & iustus: quemadmodum cum Caietan. disputa. 53. conclusione 4. dicebamus, quando tam emptor, quam venditor, ignorarent rei valorem, & quasi se fortunæ

turæ committentes, paciscerentur, quòd siue plus, siue minus valeret, esset vendita certo pretio, tũc, siue postea comperiretur longè plus, siue longè minus valere, neutrum eorum teneri restituere alteri, propter periculum, & spem, quibus se vtrique exposuit. Consentit in his omnibus Med. de restit. q. 22.

Deinde iniusta deceptio, iniustusve dolus, aut fraus interuenit, si quis lucretur suffurando cartam; aut signis notando cartas, vt id sciat, quod sibi, iuxta leges ludi deberet esse occultum, vel ludendo cartis, quas consuetudine a tergo agnoscit, cum alter id ignoret, easque non agnoscat: vel arte aliqua, atque industria ita componendo cartas, vt melior sors ludi ipsi obueniat; vel ludat aliquo sibi admonente de ludo aduersarij, vel socio aduersarij non adiuuante aduersarium, quantum potest & tenetur: iuxta leges autem ludi socius tenetur adiuuare suum socium, quantum potest, ludendo quanta dexteritate poterit, eumq; admonendo de omnibus de quibus expedit, vt admoneatur, & fas est, iuxta leges ludi; alioquin ad restitutionem illi tenetur damni emergentis, ac lucri cessantis, tam ipse, quàm aduersarius, qui, id sciens, luserit.

Item deceptio, & fraus iniusta interuenit cum restituendi onere, si aduersarius lucratus est, & id non attendit, aut per obliuionem nõ petijt, quod est lucratus, & ipse ad retinet. Nisi forte lex, & consuetudo alicubi sit, vt id noceat non attendenti, se esse lucratum an non petenti, quo fuerit lucratus: semper enim ludi legibus, ac consuetudinibus est standum. Porrò in his omnibus, & in similibus alijs, onus incumbit restituendi, non solum quantum eiusmodi deceptionibus, ac fraudibus fuerit is lucratus, qui eas fecerit, sed etiam quantum fuerit compertum impediuisse, ne alius lucraretur.

Si tamen dubium sit, quis fuisset lucraturus, si eiusmodi iniustæ fraudes, ac deceptiones non interuenissent, tunc restituere non teneretur, quod ita esset dubium: nisi fortè probabilius esset, aduersarium fuisse lucraturum: nam tunc, pro quantitate maioris illius probabilitatis, aliquid arbitrio prudentis esset restituendum, quatenus iniustum impedimentum fuit appositum, ne ex illa maiori probabilitate effectus iustus lucri sequeretur.

Hinc liquet, non satis esse ad eximendum aliquem à restituendi onere ob fraudes, ac deceptiones, quas ludendo iniustè commisit, si dicat, se in fine ludi nihil asportasse lucri, aut si dicat, asportasse iacturam. Si enim constat, per eas fraudes, ac deceptiones fuisse impedimento, ne aduersarius plus lucraretur, tenetur illi restituere lucrum, quod iniustè impedijt: nisi (extra Lusitaniam) verum animum haberet, postquam à ludo est cessatum repetendi, quod amisit, aut amissset, nisi illæ interuenissent fraudes: quod tamen rarò eueniet.

## Ludus cum fure, depositario, vsurario, aut alio possidente, ac ludente rem alienam, quousque vtrinque obligationem restituendi inducat.

## DISPVTATIO DXVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Ludens cum fure, depositario, & vsurario: & alio rem alienam possidente, quando teneatur restituere, quod ab eis lucratus est, & econuerso.*

2 *Fur, & vsurarius, & alij similes lucrantes in ludo, an restituere teneantur, & quando.*

NVm vsurarius dñium comparet vsurarũ, aut rerum, quas vlterius acquirit vsuris, itemq; latro, & depositarius, dñium comparẽt rerũ, quas rebus alienis acquirũt, disp. 326. & 327. explanatũ est. Si quis ergo † cũ fure depositario, aut vsurario, ludat, ac lucretur ab illis rem, cuius dñium ad ipsos non attinebat, neq; facultatẽm à dño illius habebant ita illã alienandi, tenentur eã restituere proprio dño eo ipso, q̃ sciunt esse alienam, esseq; in mora eum, qui illam ludo perdidit, ipsam restituendi vero dño. Ratio aũt est, qm̃ esto bona fide sit quis eam lucratus, arbitratus colludentẽ posse illã eo modo alienare, nihilominus ad restitutionem illius ratione rei acceptæ tenetur. Cæterum tunc, qui illam ludo perdidit, tenetur restituere lucranti valorẽ illius. Qm̃, vt disp. 327. ostẽdimus, contractus ille ludi validus fuit in foro conscĩæ, fuitque, vsurarius, ac depositarius, tenẽtur in foro conscĩæ de euictione rei, quã ita ludo perdiderũt.

2 Quia † ergo validus fuit contractus ille ludi, vtique fur, vsurarius, aut depositarius, si quid ludo illo lucrati sint, dñium comparant illius, neq; restituere id tenentur, esto pecunia, vel alia res aliena, id lucrati sint, vt ex dictis eadem disputatione per spicuè constat. Obserua tñ, si qui ita res alienas luserunt, ac lucrati sunt, non habebant, vnde redderent valorem illius in euentu, quòd euinceretur, ac eriperetur de potestate colludentis, aut in euentu q̃ colludens, sciens esse alienam, sua sponte eã restitueret, vt teneretur, tũc cogendi sunt, qui, ita res alienas luserunt, restituere partem valoris, quod eo ludo comparassent, propter discrimen, cui obijciebant colludentem, non potiendi lucro, si ipse esset, qui lucraretur. Cogendi verò sunt restituere maiorem, vel minorem partem lucri, prout maius, vel minus, fuerit discrimen, cui colludentẽ obijciebant: præsertim cum in foro exteriori non concederetur colludenti actio de euictione rei cõparatæ ludo prohibito: quare, si aperto discrimini obijciebant colludentem, nihil omnino retinendi de lucro, cogendi essent restituere totum lucrum, quod eo ludo comparassent.

Obserua tñ, qñ res furto fuisset ablata, & vtrique ludentium id sciret, fortè teneretur fur restituere quicquid ea fuisset lucratus quoniã contractus ludi tunc vẽ esse ipso iure nullus quemadmodum, & contractus emptionis, & vẽditionis ejus-

dem rei cum eadem scientia ex parte ementis, & vendentis, vt disp. citata ostensum est; contractu autem ipso iure nullo, nihil potest acquiri.

## Ex ludo cum filiofamilias, aut cum minore, quando restituendi obligatio consurgat.

### DISPVT. DXIX.

### SVMMARIVM.

1 *Ludens cum filiofamilias, aut minore, quando restituere teneatur, quod ab eis est lucratus.*

2 *Ludens cum filiofamilias in casu, quo tenetur restituere, an teneatur restitnere parentibus, & post mortem eorum eidem filio, à quo lucratus est.*

*Et quid econuerso, si filius, vel alius impotens ad alienandum, in ludo lucratus fuerit, an restituere teneatur. num. 3.*

4 *Filiusfamilias si de bonis profectitijs patris lucrentur plus, quam ipse per ludum poterat de eis bonis alienare, an teneatur restituere incrementũ.*

1 QVod ad filiumfamilias attinet, distinguẽdũ est. Qm̃ † si pubes sit, hoc est, quartumdecimum annũ, si masculus sit, excedat, & aliqs ab eo lucretur, quæ talis filiusfamilias potestatẽ habet alienandi, túc restituere nó tenet, ꝙ ab eo fuerit lucratus. Vt si filiusfamilias ludat bona castrensia, aut quasi castrensia; eorum. n. liberam habet administrationem ac dispositionẽ, modo pubes sit, vt disp. 230. & disp. 231. (vbique bona castrensia sint, & quæ quasi castrensia, fuit explanatum) & disp. 261. dictũ est, ac proinde, ꝙ de eis bonis quis fuerit ab eo lucratus, obnoxiũ nõ est restitutioni.

Si etiam filiusfamilias ludat bona sua aduẽtitia, quorum administratio, ac vsusfructus ad ipsũ pertineat, vel quia ius in multis euentibus disp. 8. explicatis, ipsi eum relinquit, vel quia pater ab illo eum non petit, sed illi relinquit, iuxta ea, quæ disput. 8. & 232. explanata sunt vbi etiã explicauimus, quæ bona essent aduentitia, tunc qui ea fuerit ab eo lucratus, non tenetur illa restituere; qm̃ eo ipso filius habet administrationẽ, & dispositionem eorũ bonorũ. Idẽ est dicendũ de bonis profectitijs, quę pater illi concedit ad suã oblectationẽ, ac ludũ. Hinc colliges, qm̃ iuuenes filijfamilias habent bona aliqua, vel donata, ac concessa à parẽtibus ad ipsorũ oblectationẽ, vel ex suo labore, industria, aut seruitio cõparata, aut ipsis ab aliquo donata, quæ pater ab eis non petit, si ea ludãt, qui illa lucrantur, ad nullã restitutionẽ ipsis, aut eorũ parentibus teneri. Atque hinc excusantur à restitutione, qui ludunt cum iuuenibus, qui sunt in domo patris, qm̃ constat, aut verisimile est eos nõ ludere, quæ furati sunt à parentibus, aut ab alijs, sed quæ sunt ipsorum propria, parentibus nõ exigentibus ea ab illis. Qua eadem ratione eiusmodi filij excusantur ab onere restituendi, quæ eis bonis fuerint ab alijs lucrati, qui bona, quæ perdunt ludo, poterant alienare: eiusmodi quippe lucrum cedit in augmentum peculij aduẽtitij eorũ filiorũ. Longè maiori cũ ratione excusantur à restituẽdi onere, qui ludunt cũ filijsfamilias, qui sunt extra domũ paternam, vel in obsequio alicuius, vel sibi ipsis opificio, aut alio ministerio bona cõparãtes, aliquidq; ab eis lucrantur: eiusmodi. n. filijsfamilias administratores sunt bonorum aduentitiorũ, quæ ita comparant, ac possident, paterq; ab eius non petit. Quo loco obserua, esto pater non petat administrationem, & vsumfructum bonorũ aduentitiorum filijsfamilias ob ignorantiã, nõ quidem, qua ignoret illos ea possidere, sed qua ignoret ad se pertinere, si velit ea petere, eoq; iure vti, sane ad filium spectat vsusfructus eorum bonorũ, validaq; est eo tempore administratio, ac dispositio eorum facta à filio. Ratio est, qm̃ cõcessio, qua ius patri familias cõcedit vsumfructum, & administrationem bonorum aduentitiorum filij intelligitur, modò pater velit, ac eã petat, vt ex dictis disput. 8. & 232. constat, sibique pater imputare debet eam iuris ignorantiam, quam habet. Obserua item, modo pater filiofamilias permittat eam aduentitiorum bonorum administrationem, quãuis nollet, vt ea luderet, validam esse alienationem factam à filio per ludum: quoniam, vt per ludũ possit ea alienare, satis est quod illorum habeat administrationem, & dispositionem.

Disp. 234. §. hinc colligo, dicebamus si filiusfamilias in domo patris existẽs, atq; de illius bonis alimenta, ac necessaria accipiens plus patri opificio aliquo lucretur, q̃ pater cum eo sumat, eaque de causa, inscio patre, aliquid sibi reseruet, aut de bonis patris vsurpet, quia non vult illud cõdonare patri, illudq; ludat, neq; lucrantem teneri ad vllam restitutionem, neq; ipsum patri, aut fratribus post mortem patris: quia ludit, ꝙ suum est, & nõ patris, nisi fortè quo ad vsumfructum, & administrationem interim dum pater viuit, ꝙ non est tãti faciendum, vt statim subiungo maximè si talis filius plus adhuc de suo opificio omnino relinquat patri, quam sit, quod pater cum eo insumit.

Quando filius luderet bona sua aduẽtitia, quorum administrationem pater ei nõ permitti, sed ipse clam inuito patre ea luderet, tunc talis filius, licet peccaret, non tamen teneretur restituere postea fratribus quæ ita luderet: quoniam luderet, quod suum est, neque patrem, aut ipsos, in patris consequentiam priuaret, nisi vsufructu eorum bonorum, qui ad patrem tunc attineret, quique parui emolumenti esse solet patri quando eiusmodi aduentitia bona mobilia sunt, vt esse solent, quæ filij luduut: raroq; credendum est patrem aliquẽ adeo durum, & inhumanum esse cum filio suo familias, vt velit ipsum cogere restituere emolumẽtum paruum eiusmodi vsusfructus, & multo minus vt velit cogere, vt illud restituant fratrib. post suam mortem: pater autem libere condonare potest filio eiusmodi vsumfructum, vt disputa. 8. & 232. dictum est.

Maius dubium est, vtrum qui ab eiusmodi filijsfamilias lucrati sunt ea bona, teneantur restituere parentibus, quæ ita contra præsumptam eorum voluntatem sunt ab eis lucrati, & vtrum Dubiũ

post

post mortem eorum parentum, teneãtur ea restituere filijs, a quibus illa lucrati sunt. Et similiter, num, filij, q talibus suis bonis aduentitijs ludunt, aliquidque lucrantur, teneanc illud restituere eis, a qbus id lucrati sunt. Rõ vtriusq; dubij est, qm̃, vt disp. 161. dictum est, alienatio eiusmodi bonorum aduentitiorum, quorum administratio, & vsusfructus ad patrem spectat, facta à filiofamilias ante annos pubertatis, nulla est, ẽt si facta sit de cõsensu patris; facta verò ab eo post annos pubertatis de consensu patris, est valida; si autẽ sine cõsensu patris facta sit, est inualida: quare, cùm ex contractu nullo, neque dn̄ium, neque ius cõparari possit; consequens est, vt neq; ea, q̃ de eiusmodi bonis aliqui lucrati sunt à filijsfamilias sine consensu patris, ad eos spectent, sed teneantur ea restituere patri, dum viuit, & post morte illius, filio, à quo ea lucrati sunt; neque, quæ filius ab eis fuerit lucratus, ad ipsum spectent, sed restituere ea teneatur illis, à quibus illa est lucratus. Dicendum tñ est, lucrãtes ad nullam restitutionẽ teneri eiusmodi filijsfamilias. Rõ est, qm̃, vt eadem disp. 261. subiecimus ac ostendimus, quamuis ea alienatio sit nulla, possitq; pater repetere, quod talis filius ludo, aut quocunque alio contractu, in suum præiudicium alienare intentasset; contractus tñ est validus, ex illoq; teneatur filiusfamilias, non solũ in foro conscientiæ, sed ẽt in exteriori, nisi contractus esset ludi prohibiti, ob quem non concederetur actio in foro exteriori: quare propter ius, quod eo ludo comparauit lucrans, & obligationem naturalem, qua ei talis filiusfamilias tenetur, vtique ad nullam restõnem teneretur is, qui ea bona ab eo esset lucratus. Similiq; modo is filius, si aliquid eis bonis esset lucratus, restituere id non teneretur: quoniã similiter contractus fuit validus, & vterq; tenetur ex eo contractu. Quod ad patrẽ attinet, si repeteret, vt potest, & obtineret, quod ita sine ipsius consensu alienatum esset, tunc, cũ contractus comparatione filij non sit nullus, tenetur filius de euictione in foro conscientiæ ei, qui ab illo id lucratus est, nisi vti velit priuilegio legis sibi concedẽtis, quemadmodum repetitionẽ eius, quod ludo amisit, ita & retentionem, ne iterum illud soluat ob euictionem, & recuperationem, qua pater id recuperauit; aut nisi minor sit viginti quinque annis, & locum habeat beneficium restitutionis in integrum. Nisi tñ pater id repetat, rarò, aut nunquam, iniungendũ est ei, qui lucratus est, vt patri quic̃q restituat. Tum quia agitur de modico emolumento patris, nempe de solo eo vsufructu eorum bonorum interim dum pater viueret, quando is vsusfructus spectare non deberet ad filium. Tum etiam, quoniam filius teneretur id resarcire ei, qui lucratus est, si ille restitueret. Tum denique quoniam rarò inuenietur pater, qui, licet doleat, quòd filius laserit, velit tamen cum tam paruo suo emolumento, & grauamine filij, atque cum indecoro patris ac filij, vt fiat restitutio solius emolumenti illius.

Quod dictum est de filiofamilias ludente bona sua aduentitia, quorum nõ habet administrationem; dicendum similiter est de minore, qui filiusfamilias non est, & sine autoritate tutoris, aut curatoris, ludit sua alia qua bona. Contractus enim est validus, eaque de causa neutra ex parte consurgit obligatio restituendi, nisi minor, aut tutor, vel curator, legis beneficio rescindere velit contractum, per restitutionem in integrum, vt in calce disp. 224. copiosè dictum.

Quæ sint bona profectitia, disput. 233. & 234. explanatum est. In eis cõputantur, quę pater filio in suam sustentationem mittit, dum extra paternam domum versatur in scholis, in curia, aut in alio loco, & quæ in domo patris, vel extra patris domum, administrat, negotia illius gerendo. Disputatione verò 242. explicatum est, quousque filius, quæ de eiusmodi bonis malè consumpserit, in ludo, aut in alijs rebus, teneatur restituere patri, aut adducere illa ad partitionem cum fratribus post mortem patris, & quousque non, itemque quousque, qui eiusmodi bona ab eo lucratur, teneatur illa restituere patri, aut hæredibus patris post illius mortem, & quousque non, sed ea bona efficiat sua. Quare, quæ eo loco dicta sunt, onere illa repetendi hoc loco, nos leuabunt.

Decis.

Dubium est, vtrum in cuibus, in qb. aliquis lucrari non potest à filiofamilias, vel ab alio, quia † contractus est nullus propter impotentiã illius ad alienandum possit talis filius, aut alius impotens ad id ludo alienandum, lucrari ab illo alio, an non, sed restituere teneatur, quod ita fuerit lucratus. Respondendum est, non posse lucrari, sed teneri restituere, quo fuerit lucratus. Ita Castrus 2. de leg. pœn. c. 2. Cor. 3. Couar. reg. peccatum par. 2. §. 4. nu. 4. & consentiunt Sotus 4. de iust. q. 5. art. 2. & alij. Ratio autem est, qm̃ sicut contractus est nullus, vt alius ab eo, qui ludo non potest alienare, lucrari possit: ita est nullus, vt talis impotens ad ludo alienandum, possit lucrari ab eo, qui potens est ad alienandum: alioquin contractus esset inæqualis, vno nulli se exponendo periculo perdendi, & alio exponendo se periculo perdendi quicquid alius ab eo lucretur.

3 Dubium. Dubiũ

Decis.

Dubium ẽt est, si filiusfamilias de bonis profectitijs patris lucretur plus, q̃ ipse per ludum poterat de eis bonis alienare, an teneatur † restituere incrementũ. Vt si solùm poterat ludo aliquo alienare vnũ aureũ, & lucretur viginti, num teneatur restituere decẽ & nouem. Sotus vbi supra innuit, teneri restituere incrementũ, Nauar. verò in Manua. c. 19. nu. 10. eum impugnat, asseuerans, nihil teneri restituere. Dicendum tñ est, si vnoquoque iactu vnius ludi continui non plus lucretur ab vnoquoque colludentium, q̃ eo iactu poterat ipse alienare, cæterùm, vel à pluribus vnico iactu, vel in eodem distinctis iactibus eiusdem ludi continui, plus longè lucretur, ad nullam restõnem teneri, modò illi, à quibus maiorem illam quantitatem ita lucratur, potentes essent eam alienare. Ac sanè hoc negatur Sotus. Ratio autem huius nostri asserti est, quoniam semper habet ius ad vnoquoque iactu lucrandum ab vnoquoque colludentium, quantum ipse eo iactu potest perdere; eo quòd contractus sit æqualis, neque impediat, quòd, si eo iactu totum perdat, nihil ei remaneat,

4 Quæst.

quod

quod possit ludere, cum tñ colludenti maneat; id enim solum probat, quod si, eo perdito, vlterius ludat, tenebitur restituere, quod fuerit lucratus: sicut, qui cum ipso ludit, restituere tenetur, quod vlterius fuerit ab eo lucratus. Hoc loco obserua, quò plus talis filiusfamilias, eius bonis profectitijs legitime fuerit lucratus vno ludo continuo, eo plura posse eodem ludo alienare, quam & alijs: quoniam ex ijs, quæ lucratus est, potentior fit ad ludo alienandum sine præiudicio bonorum patris, non solum in continuatione eiusdem ludi, vt omnes confitentur, quippe nihil censeatur simpliciter lucratus ante ludum totum finitum, sed etiam in ludo, quem de nouo postea instituat, vel cum eodem colludente, vel cum aliquo alio: quoniam ea omnia, quę per ludum legitimè acquirit, accrescunt, vt illa expendere possit in suam oblectationem. Nisi fortè esset ingens summa, quam, velut acquisitam pecunia patris, non posset progredere, sed teneretur seruare patri, tametsi plus semper ex illa posset ludere, quam ex solis bonis, quæ acciperet à patre. Quando verò is filius plus vno iactu lucraretur ab vnoquoque colludentium, quam ipse eo iactu posset alienare, tunc restituere teneretur colludentibus incrementum iuxta opinionem Sotiquoniam quo ad incrementum, contractus esset inæqualis, & inualidus.

Illud est obseruandum circa eum, qui à filiofamilias lucratus est bona profectitia, quæ alienare non poterat, quod si is filius tantùdem fuerat antea lucratus ab eo, aut in futurum lucretur, locum habet compensatio, hoc; lucrans ab illo restituere tenetur, nisi incrementum, si fortè plus ipse ab eo lucratus est ex ijs, quæ filius ille non poterat iam alienare, quam filius ille ab eo sit lucratus. Hoc tñ intelligo, nisi, quod filius ab eo fuerat iam lucratus, vanè consumpsisset, aut aliquis alius legitimè ab eodem filio sit id lucratus, & is filius non habebat iam quicquam, quod ludo posset legitimè perdere; tunc enim non haberet locum compensatio: eo quod primus contractus ludi cum eo filiofamilias fuerit validus, & secundus inualidus. Item, esto is filius non esset legitimè antea ab eo lucratus, sed teneretur ei restituere, quod ab eo esset lucratus si tamen, quãdo posteà ludo perdit, nihil eorum bonorum habebat, etiam virtutem, quia in nullo erat locupletior tunc propter ea bona, quæ vanè consumpserat, sed solum habebat bona patris profectitia, quę ludo alienare non posset, locum planè non haberet compensatio, nisi præsumeretur eam esse voluntatem patris, eo qd filius obligatus manebat restituere, quę antea fuerat lucratus. Ratio autem, cur in hoc euentu locũ non habeat compensatio, nisi ex præsumpta voluntate patris, hæc est: Quoniam bona, quæ ita vltimò lasit filius, sunt patris, & non filij; qua ratione obligata nó sunt ei, à quo filius iniusto prius fuerat lucratus, sed restituenda sunt patri eaque de causa, patre inuito, fieri ista eis non potest compensatio. Ob hæc ergo, & eis similia, curare debent confessarij, vt seriò pœnitentes admoneant, ne ludant cum filijsfamilias; nisi certò intelligant, eos licite ea bona ludere, quæ alex exponunt.

## Ludus cum religioso, cum mancipio, cum coniugatis, quando restituendi obligationem inducat.

### DISPVTATIO DXX.

### SVMMARIVM.

1 *Ludens cum religioso, an restituere tenentur, quod ab eo lucratus est, & quando.*
*Et quid de seruo, aut mancipio. nu. 2.*
*Et eadem dicendum sit in vxore, & etiam marito. num. 3. & 4.*
4 *Maritus ludere non potest in præiudicium vxoris, & familiæ.*
*Ludens cum marito an teneatur restituere vxori partem lucri.*

DE Religioso aut moniali, cũ nihil alienare possint, sine prælati facultate, saltẽ præsumpta, si quis aliquid ludo† ab eis lucraretur contra
1 voluntatẽ expressam, aut præsumptã, prælati, restituere illud teneretur, vel monasterio, vel religioso ipsi, nisi timoretur vanè dilũ, & cõtra prælati voluntatem, id secum consumpturũ, aut nisi semotus tã esse ab administratione eorum bonorũ, ex quibus lusit; tunc enim restitutio facienda esset monasterio, & nõ religioso illi. Eadem ratione, si quid religiosus ille ludo illo esset lucratus, restituere illud teneretur ei, à quo id esset lucratus. Ratio est, qm̃ contractus fuisset ipso iure nullus, vt ex se est perspicuum, & ex dictis disp. 14. aliquet: ex contractu autẽ nullo ipso iure, neutri contrahentium lucrari potest. Nauar. in Man. c. 19. nu. 12. ait. Quemadmodum, qui à patre in scholis, aut alibi, extra propriam domum sustentatur, potest ex eis, quæ pater in sustentationẽ illi tribuit, insumere ad rationem quatuor, aut quinque, aureorum pro centum, in suã oblectationem: ita religiosum, qui à monasterio sustentatur in studio, aut in alio loco, vbi negotia aliqua agit, posse tantundem insumere in sua honesta oblectatione, etiam ludendo. Non tamen hoc est intelligendum, aut affirmandum, de ludo prohibito, aut indecenti religioso: quoniam id non esset oblectatio honesta comparatione talis religiosi; & quoniam amens esset, ac male faceret prælatus, qui expresse, vel tacitè, eam facultatem concederet suo religioso. Quare tutus non esset in conscientia, tam unisque à restituendi onere, qui pecuniam ludo prohibito, aut indecenti religioso, ab eo lucraretur. Quando autem religiosus extra monasterium viueret, vel de licentia Summi Pontificis, vel à religione expulsus, qui commoditatem, & administrationem bonorum haberet independenter à monasterio suo, & à prælato, iuxta ea, quæ disput. 141. dicta sunt, tunc, licet male faceret ludendo prohibito ludo sibique indecenti; qui tamen aliquid ab eo de eis bonis lucraretur, obnoxius non esset restitutioni.

Quod ad mancipia attinet, si habeant aliqua de numero eorum bonorum, quæ ea habere posse

tam-

exequam sua propria disp. 38. iuncta disput. 261. commemorauimus, aut domini eis permittant aliqua habere, de quibus libere disponere ea sinant; quia cum sciant, aut præsumant, mancipia ea habere sua industria, aut donatione alterius cõparata, ea ab illis non eripiunt, sed eis illa relinquunt, tunc, qui ab eis lucratur eiusmodi bona ludo aliquo, restituere ea non tenetur. Eadem etiam ratione mancipia restituere non tenentur, quæ ludo ab alijs eiusmodi bonis lucrantur, sed cedunt in augmentum peculij, de quo libere possunt disponere. Si autem mancipia ludant, quæ furto acceperunt à proprijs dominis, aut ab alijs, aut quæ dñis acquirunt, ipsisque inuitis, mancipia retinent, aut certè de quibus mancipijs non constat, voluntatè dominorum esse, vt ea libere retineant, tunc, qui ea ab illis lucrantur, restituere illa tenẽtur dominis, aut alijs, à quibus mancipia ereptari sunt. Ratio verò est, quoniam lucrum alienum. In dubio aũt, qui aliquid lucrãtur à mancipijs, inquirere tenẽtur, an mancipia potuerint illa alienare. Eodem modo, si mancipia eiusmodi bonis aliquid ludo ab alijs lucrentur, restituere id illis tenentur. Intelligite hæc qñ aliunde, compertum illa aliena fuisse mancipia, non redderent eos indemnes, qui illa essent lucrati, tam eis soluendo, ad quos attinebant, vel aliunde ea illis restituendo.

Superest de coniugibus dicamus, Et q̃ ad vxores attinet, dicendum in primis est. Eas † ludere 3 posse quantum mariti expressè, aut tacitè eis permiserint quia videlicet constat eos non esse inuitos. Deinde, ex dictis disp. 274. liquet, eas, si inuitis maritis, posse ludere, & insumere in suis honestis oblectationibus, quantum mediocres sui status, & conditionis solent ludere, & insumere, modò nõ sint peculiares aliquæ causæ, cur id maritus eis inhibeat. Ratio huius asserti, vt ibidẽ diximus, est q̃m ob dotem, & societatem bonorum cõtractam, illis debetur congrua, & competens sustentatiõ, quæ sane comprehendit sumptus omnes ad ea oĩa, quæ vxores eiusdem conditionis, & status solent insumere, & ad competentẽ, & honestam oblectationem. Quarè, si quid alij intrà hos limites ab eis lucrentur, aut ipsæ ludentes cum ijs, qui alienare possunt ab eis ludendo eo modo lucrentur, obnoxium nõ est restitutioni. Si verò aliquid vltra hos oẽs limites ludãt, cõtractus est nullus, vt dictis disp. 343. liquet, ac proinde, q̃ pdiderint restituẽdũ est maritis, sicut & ipsę restituere tenent, si qd, ludẽdo extra eos terminos, fuerint lucratæ.

4 Quod ad maritos attinet. † In primis ludere possunt, quæ alij sui status, dignitatum, & conditionis, communiter ludunt, quæque ludere minimè statum ipsorum dedecet. Quin esto excedant, dummodo excessus non sit admodum notabilis, interim dum ex ludo nõ comperitur notabile detrimentum in bonis ipsorum, & familiæ, nõ solũ alij dominium comparant lucratorum, ad nullãque restitutionem tenentur, sed neque ipsi: restituere quicquam tenentur vxoribus, esto quantitatem notabilem amittant: q̃m, vltra suam oblectationem, experiri potuerunt eum contractum, & quasi genus negotiationis, in incommodum, ac commodũ, societatis inter ipsum, & vxorẽ: quippe ipsi administratores sunt bonorum eius societatis. Quando aũt ex ludo mariti compertum iam experientia esset, sequi notabile detrimentũ vxori, quia ludendo consumit multa bona in detrimẽtum illius, & qua ob ludum deserit negotia, & lucra, quibus conseruanda, aut etiam augenda, essent bona, tunc in Lusitania is maritus restituere teneretur vxori, non solum quãdo matrimonium celebratum fuisset contractu medietatis bonorũ, sed etiam quando esset celebratum contractu arrharum, & dotis, atque id in causa esset, quòd vel capitale vxoris, quæ contraxit contractu medietatis bonorum, minueretur, vel quod notabiliter minuerentur bona iam lucrata, quocunque modo in Lusitania contractum esset matrimonium, vt ex dictis disput. 422. intelligetur facilè. Vir enim, vt ibidẽ dictum est, tenetur vxori; & similiter vxor viro, si quid insumat, aut amittat, ob delictũ, notabilem vel culpã, vel negligẽtiam ipsius, quæ maior sit, quàm leuis, aut ob indebitam, & inordinatam administrationem: perspicuum autem est in euentu, de quo loquimur, maiorem culpam, quã leuem, molumq; indebitam, ac inordinatam bonorũ administrationẽ, intercuenire. Porrò in hoc euentu, non tenetur vir restituere vxori detrimentum totum, quòd vxori re ipsa, ob ludũ ipsius ita culpabilem, obuenisset, sed partem quandã illius prudentis arbitrio, attentis circumstãtijs omnibus concurrentibus. Ratio autem, qua ad hoc afferendum ducor, hæc est. Quoniam, si vir eo ludo fuisset luctatus, vt euenire potuit, dimidium lucri spectaret ad vxorẽ nihil impediente, quòd vir ludendo eo modo, peccauerit, in usufructu in vxorẽ fuerit: quo fit, vt æquitas non patiatur, vt cum dimidium lucri obuenturum esset vxori ex eo contractu, totum detrimentum vxoris pertineat ad virum, sed pars duntaxat, quantum æstimabitur periculũ, cõiunctum cum ea spe lucri, cui illam iniustè obiecit, ipsa inuitra, præcedenteq; viri experiẽtia, q̃ ludendo eo modo detrimentum notabile afferret bonis vxoris, ac societatis. Quare, si totũ detrimentum, q̃ post eam experientiam culpa, ac ludo mariti obuenit communibus bonis, æstimetur ducentis aureis, ac proinde centum reputẽtur damnum vxoris, & centum damnum viri, aliqñ satis erit, si vir ea de causa restituat vxori quadraginta, aut trigiuta, vel plus, aut minus, prout fuerint circumstantię concurrentes. Rarò tamen, aut nũquam, fiunt huiusmodi restitutiones: quia vel mariti, & alij, ad hæc non attendunt, vel vxores, quamuis doleant de eiusmodi iactura bonorum, facilè illam condonant maritis, neque exigunt restitutionem; præsertim si liberos communes ex eo matrimonio habeant: id tamen nos hoc loco explicamus, quod natura ipsa ferè habet.

Petes, num qui ita lucratus est à marito, restituere teneatur vxori partem lucri. Dicendum † est si marito, quando id perdidit, remanebant bona ad partem ipsius attinẽtia, vnde satisfaceret vxori, tunc, sum, qui ab illo lucratus est, ad nullam restitutionem teneri vxori. Ratio est, quoniam is, qui cum marito eo modo lusit, iustum contractũ cele- Dubiũ 5 Decis.

celebrauit, marituſque adminiſtrator erat bonorum, quæ ita luſit; quòd ſi maritus, celebrando, ac exercendo eum contractum, iniuriam vxori intulit, ipſe eam reſarcire tenetur de bonis ſuis, eſto in detrimentum cedat filiorum vtrique coniugi cõmunium. Confirmatur, quoniam quãdo maritus ſuperfluè donauit aliquid de bonis communibus ſine vxoris conſenſu, donatarius non tenetur reſtituere id vxori, ſed maritus tenetur id computare in partem, quæ ipſum contingit, vt habetur 4. lib. Luſitan. ordin. tit. 6. §. vlt. & diſp. 275. dictum eſt: ergo longè maiori cum ratione, qui ita contractu oneroſo ludi à marito eſt lucratus, non tenetur reſtituere vxori, ſed maritus eſt, qui reſarcire debet damnum ea via illi iniuſtè illatum.

Quando tamen maritus ſoluendo non eſſet dotem, aut bona paraphernalia vxoris, quæ contractu arrharum, & dotis, vel in Luſitania, vel in Caſtella, matrimonium celebrauit, tunc ſanè actio competeret vxori ad repetendum bona ludo alienata, ſi adhuc extarent apud illos, aut alios: eo quod bona omnia mariti tacitè hypothecata ſint pro dote, & bonis paraphernalibus vxoris, vt diſput. 438. & 441. oſtendimus. Quando autem in Luſitania ex tali ludo mariti ſolum ſequeretur vxori damnum in bonis ſuperlucratis, aut in medietate ſuorum bonorum, ſi contractu medietatis celebraſſent matrimonium, arbitror, qui ea bona ludo eſſet lucratus à marito, ad nullam reſtitutionem teneri vxori, ſicut neque maritus, & vxor tunc reſtituere illi tenerentur, ſi quid maritus eo ludo ab eo fuiſſet lucratus. Ratio autem eſt, quoniam maritus, ex diſpoſitione iuris, cõſtitutus eſt adminiſtrator eorum bonorum; & quamuis maritus iniuriã fecerit vxori ludendo illo modo plus quam oporteret, modoque explicato reſtituere illi teneretur damnum ita illatum; quæ tamen ille ita adminiſtrauit, ac contractu oneroſo alienauit, valida ſunt. Si tamen in Luſitania maritus rem immobilem abſque expreſſo vxoris conſenſu luſiſſet, tunc vxor extrahere rem illam poſſet, iuxta ea, quæ diſp. 422. dicta ſunt.

Quando maritus, libere conſentiente vxore, inordinate plus iuſto luderet, tunc ipſe ad nullam reſtitutionem teneretur vxori: quoniam contractus de communi conſenſu fuiſſet celebratus: ſatiſque ad id eſſet verus præſumptus conſenſus vxoris, modò non interueniret alienatio ea via rei immobilis. Item ſi maritus ante mortem, vxoris ab ea obtinuiſſet liberam eorum remiſſionem quæ ludo, cum onere reſtituendi, illi amiſiſſet, valida eſſet ea remiſſio, iuxta ea quæ diſput. 522. explanata ſunt.

Dixi ſupra, quando iam experientia comperitur ex ludo mariti grauia detrimenta ſequi vxori, teneri in Luſitania reſtituere vxori, &c. quoniam in hoc Caſtellę Regno, ſi ſolum detrimentum illi afferat quo ad bona ſuperlucrata, ad nullam reſtitutionem ei tenetur, vt diſput. 275. & 437. ex l. 5. tit. 9. lib. 5. nouæ collect. copioſe explanatum, oſtenſumque eſt. Detrimẽta verò alia, quæ ludendo, aut quacunque alia ratione, vir vltra lucra bonis afferret, ea omnia teneretur aſſumere in ſuam partem, capitaleque proinde ipſius minuere: non verò capitale vxoris, quod tenetur ſemper integrum conſeruare.

## An ludus humano iure prohibitus, ſit aliquando culpa lethalis. Et quid de habentibus menſas ludo expoſitas.

### DISPVTATIO DXVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Ludo humano iure prohibito ludens, quando incidat in peccatum mortale.*

2 *Ludus cartarum in regnis Caſtella, & Luſitania quando prohibitus ſub culpa lethali.*

*Et quid de confficientibus, aut vendentibus cartas ad ludum, & teſſeras, nu. 3. & 4.*

*Et an idem dicendum de habentibus domos, & expoſitas menſas ad ludum, nu. 5.*

6 *Clericis, & religioſis an ſimpliciter ſit inter dictum ſub culpa lethali alearum ludus, ſine aliqua modificatione, ſeu declaratione.*

HOc loco ſolũ expẽdimus, quãta culpa ſit in ludo iure humano prohibito ea præcisè rõne, qua humano iure eſt prohibitus, ita proinde
1 quæ in eo interueniant inobedientia, tranſgreſſio legis humanę. Ex aliis autem capitibus, & circũſtantijs, facilè, quis ex dictis, atque ex qualitate circunſtantiarum, intelliget, qñ interueniat culpa lethalis, aut non. Vt ſi pp ludum, ſacrum die feſto omittatur, aut in eo miſceantur periuria, blaſphemiæ rixæ lethales, vel in eo intercedant fraudes, aut iniuſtitiæ aliæ, vnde obligatio inſurgat reſtituẽdi valotem, qui ad lethalem culpam ſufficiat,
2 Laidiſtin Regnis Caſtellæ, & Luſitaniæ non eſt cẽſendus prohibitus ludus cartarum ſub culpa lethali, vt ex pœnis iuribus diſp. 512. relatus, in eis Regnis ludẽtibus eo ludi ſtatutis, conſtat. Quin, eſto hodie aliqui ludãt plus quã duos regales argenteos, in Caſtella ludi pẽmiſſos, modo nõ excedãt quantitatem quam, iuxta conditionem ſuæ perſonæ, animi gratia eos ludere deceat, neq; venialiter peccabunt, tã, in Caſtella, quàm in Luſitania: qm̃ non eo rigore leges illæ vſu ſunt receptæ; quo, regibus, & miniſtris publicis, id ſcientibus, atq; ipſiſmet ludentibus, longè plus cõſuevit ludi. Neq; obſtat, quod rarò aliqui ob ludũ cartarum pœna mulctentur: qm̃ id inſeruire videtur ad coercendũ, ne ludi vſus multum ſe extẽdat: &, ſi fas eſt dicere, vt miniſtri publici habẽt vnde pœnas exigant, quas, non à potentibus publicè ludẽtibus, ſed à paruulis ſemel deprehenſis, ſolent extrahere. Timorati tamen iudices, vt in Luſitania accepi, quando, deprehenſi, de numero eorum non ſunt qui nimium ludo non ſunt dediti, ſed qui animi gratia interdum moderatè ludent, impunes illos dimittere ſolent. Neque enim æquitas patitur, vt pœnam pro eo ſoluant, quod ſine vllo peccato efficiunt, & quod paſſim idcirco alijs permittitur, quòd eiuſmodi leges non ſint eo tigore

gore susceptæ. In his tamen non comprehendo scholasticos (præsertim Euorensis academiæ) ludentes: quoniam statuta eos ludere prohibentia in viridi sunt obseruantia, & quoties ludere deprehenduntur, pœnas soluunt plusque eos dedecet ludere, quam alios laicos. Adde, fere omnes filios esse familias, atque ad sacros ordines aspirare, quos proinde expedit cohibere à ludo.

3 Quod † attinet ad conficientes, aut vendentes cartas lusorias, vel eas in Lusitania asportantes ex alijs Regnis, attenta pœna flagellorum, & alijs, pro eis criminib. in Lusitaniæ statutis, cõdemnãda essent ea crimina culpæ lethalis in eo Regno, si leges illæ eo rigore exequutioni in eo mandarentur. Cæterum cũ homines ludere cartis in eo Regno permittantur, & cartæ impunè vendãtur, neq; vnquam auditum sit, pœnam flagellorũ pro eis criminibus esse inflictam, iam hodie non condemnes, crimina illa culpæ lethalis. Immo forte neq; venialis, cum ludus, in istrumẽta illa, ac negotiatio in illis vendẽdis, permittantur. Multò autẽ minus conficere, aut vendere cartas lusorias culpæ est damnandum in Castella, vbi nullam ea de re prohibitionem, aut pœnam statutam legimus.

In hoc Castellæ Regno, præsertim post l. 15.
4 † tit. 26. lib. 8. nouæ collect. non auderem excusare culpæ lethalis conficientes, aut vendentes, per se, aut per interpositam personam, tesseras, aut ludẽtes tesseris; cum pœna flagellorum, ac remigandi quotannis in triremibus, pro eis criminibus, vltra alias pœnas, sint statutæ. Nisi intelligatur, pœnas illas ad terrorem solũmodo esse positas, neq; mandari exequutioni, & si aliqui deprehendant incidisse in ea crimina. Idẽ dic in Lusitania de ludentibus tesseris (præterq; ad tabulas) si pœna flagellorum pro eo crimine in Regno statuta exequutioni mandetur, neq; sit solum posita ad terrorem.

5 Quod † attinet ad habentes expositas mensas ad ludendum, recipientesve homines ad ludẽdũ, in domibus suis, cum in Lusitania pœna flagellorum sit eis statuta, si stipendiũ ea de cã accipiant, vel eis cibum, aut potum vendant, damnandi essent culpæ lethalis, attenta acerbitate pœnæ quia tamen ea non vt hodie infligi, certè ex eo capite non condemnarem crimen illud culpæ lethalis. In Castella autem non video pœnam adeo acerbam impositam, vt ex parte pœnæ condemnare id crimen audeã culpæ lethalis. Ex qualitate autem ludi, ac ludentium, iudicandum est, num lethalis culpæ sint damnandi, an non. Si enim in castella ad ludendum tesseris, homines admittant, non auderem eos excusare à culpa lethali, præsertim, si tesseras eis præbeant. Tum quod ludus ille excusari à culpa lethali, in Castella non videatur. Tum etiam, quod tesseras habere, ac submissa voce ad ludendum, culpa lethalis in eo Regno videatur. Tum denique qm̃ pœna cõfiscationis domus, in qua tesseris luditur, nõ leuis est, sed acerba, & quæ culpam lethalem suadet. Qñ et ad ludum admitterentur, qui eo ludo alienare nõ possent aut qui ludum cum lethali culpa variis alijs modis exercerent; excusandi nõ essent à culpa lethali, ac proinde neq; absolui deberent, nisi fortè ab exponendis mensis ad ludum, & à recipiendo homines ad ludum abstinerent.

6 Quod † ad clericos, religiosos, ac prælatos attinet, sub lethali culpa aleatum ludus vt eis interdictus, vt constat ex iuribus canonicis in calce disp. 512. citatis, quæ clericis publicis aleatoribus decernunt pœnam remotionis à beneficio obtinendo, & priuationis obtentis, ac suspensionis, si, admoniti, ab eo vitio non desistierint: eiusmodi aũt pœnæ non imponuntur nisi ob lethalem culpam. Item Concilij Trid. sess. 22. c. 1. de reformatione, eas oẽs pœnas, & canones innouauit. Atq; ita sentit Nauar. cum alijs, quos citat, in Manu. c. 15. nu. 9. Cæterum, cum pœnæ illę solis publicis aleatoribus sint impositæ, qui non semel, aut raro, ludunt, sed ludo sunt dediti, non iudico condemnandos esse culpæ lethalis eos clericos, qui sine aliorum scandalo, recreationis gratia, cartis ludunt quantitates modicas, quæ cõditionẽ, ac statum ipsorum, spectatis eorum reditibus, ac bonis, non dedeceant. Neque hos damnate lethalis culpæ vt Nauar. nu. 9. citato, qui eos solos culpæ lethalis damnat, qui notabilem quantitatẽ ludunt. Eiusmodi tamen ludus cartarum, & multò magis tesserarum, indecens valde illis est, atque omnino dissuadendus: præsertim cum multi strictius de hac re loquantur, & ego loquerer, si Ecclesiasticorum mores non adeò ab antiquo illo statu primitiuæ Ecclesiæ deflexissent. Tunc enim eiusmodi ludus magis illis indecens erat, maiusq; scandalum secularibus generabat, quàm hodie generet: quãdo non tam arctã, Deoq; deditam vitam, ab eis expectant, q̃ olim erat consueta, ac expectabant. Quare ludus cartarum religiosis longè magis indecens est, & scandalosus alijs, quàm clericis secularibus: eoque magis est ipsis indecens, & scandalosus alijs, quò arctiorem vitam profitentur, & magis in ea religione regularis disciplina viget, maiorq; est opinio in populo de ipsorũ obseruantia, ac sanctitate. Similiter dicerem, longè indecentius, maiusq; peccatum esse clericis secularibus ludere cartis, aut alijs similibus ludis, in regionibus, in quibus minus est id consuetum, minusq; corrupti sunt eorum mores, quàm vbi sunt magis corrupti, estque id magis consuetum.

## Depositum, & sequestrum quid.

### DISPVTATIO DXXII.

*SVMMARIVM.*

1 *Depositum quid, & de quibus fiat rebus.*
2 *Sequestrum quid.*
3 *Sequestrum quando concedatur.*
4 *Præceptũ iudicis de non soluendo, est loco sequestri.*

COnsequẽter de ijs contractibus est differendum, qui quasi adminiculo sunt alijs contractibus, nempe de depositio, pignore, hypotheca, & de fideiussione. Atque initium erit nobis sumendum abeo, quòd minus ratione adminiculi alijs contractibus habet, nempe de depositio.

Autore Vlpiano l. 1. in prin. ff. depositi depositum

1 tum † est, quod alicui custodiendum datur: Seu (atque in idem redit) est contractus, quo aliquid alicui custodiendum traditur, ac proinde vt integrum illud restituat. Et autore eodē Vlpiano ibidem dī à pono, & de quæ præpositio vim auget, quasi in alterius manu positū. Non satis verò est, vt quis depositum celebrasse censeatur cum aliquo, si in domo illius aliquid ponat, nisi is custodiā illius suscipiat, aut ei dicatus, trado tibi hanc rem in custodiam, vel illam seruā, vt colligitur ex l. si ego §. vlt. ff. de iur. dot. & notant cū alijs Gregor. Lopez l. 1. tit. 3. par. 5. & Anto. Gom. 2. tom. var. res. c. 7. nu. 2. Intellige, nisi in curam ex munere suo id custodiendi habeat, vt sunt tabularij, nautæ, & similes: tunc enim satis ad id erit, quòd, illo id conspiciente, aut sciente, in domo illius reponatur, vt affirmat Ant. Gom. num. 2. citato, & colligitur ex l. 1. §. vltim. & l. 2. ff. nautæ, caupones, &c. Portois, apud quem aliquid deponitur, depositarius nuncupatur.

Depositum regulariter fit rerum mobilium: immobilia quippe deponi nō cōsueuerunt, nisi quando controuersia est de aliqua re; & deponitur apud sequestrū, quousq; constet, aut decernatur, ad quem pertineat, vt hī, l. 2. titul. 3. part. 5.

2 Quo fit, vt † depositio apud sequestrū vera, ac propria sit depositio, vt hī l. proprie, ff. depositi, tanquam pars subiecta depositioni in genere: atque adeo ēt sit, vt aduersus sequestrum actio depositi detur, vt hī expresse, l. ei apud quem, §. 1. ff. depositi. Tametsi quidam voluerint competere actionem præscriptis verbis, argumento, l. si rem, §. vlt. ff. de præscrip. verb. Quamuis autem, vt habetur, l. sequester, ff. de verb. sig. l. licet. ff. depositi. & alijs iuribus, sequester ius dicatur, apud quem plures de communi consensu deponunt eandem rem, de qua est controuersia, ad quem eorum pertineat; sit dictus, vt Modestinus, l. sequester citata ait, *quasi sequatur litigantes, vt ei depositum tribuat, qui vicerit*; aut, vt Gellius lib. 20. c. 10. ait, quasi litigantes fidem illius sequantur; nihilominus latius patet: qñ aliquando fit iudicis officio nō cōuenientibus partibus, inter quas est controuersia, atque efflagitante id natura rei, & interdum simul id postulante eo, qui non possidet: & interdum fit alijs de causis, vt quando confiscanda alicui sunt bona ob delictum, aut illa amittit alia de causa, interimque dum sententia non fertur, qua pronuncietur amisisse illa, fiscoque, aut alij, adiudicentur, solent sequestrari, hoc est, eripi de potestate illius, & collocari apud sequestrum, qui interim illa possideat. Quomodo autem fieri hodie debeat sequestrum, quando delinquens, aduersus quem criminaliter proceditur, capi non potest, & crimen tale est, vt sequestrari debeant bona illius, & quo ordine sit procedendum interim, dum nō comparet, & quousque sint diuidenda bona illius formā præscribitur, l. 3. titu. 10. lib. 8. nouæ collectionis. Hodie iurisperitis depositionem apud sequestrum appellant sequestrum, sequestri: atque in ea significatione nos sumpsimus sequestrum in titulo huius disputationis.

Meritò autem, l. C. de prohib. sequestr. pecun. sancitum est, ex eo, quòd aliquis contendat deberi aliquid ex contractu aliquo, aut alia ratione, fieri non debere sequestrum illius: sed ad contendentem sibi deberi, aut ad se pertinere, spectare id prius probare; adhibitaque prius legitima, ac sufficienti probatione, tunc petere debere, vt sibi tradatur, neque esse cur in eo euentu vllum fiat sequestrum. Quando autem neuter contendentium est in possessione alicuius rei, & vnusquisq; eorum contendit ad se spectare, aut vnus eorum indebitè possessionem illius est ingressus, tunc locum habet sequestrum.

In sequentibus tamen euentibus, vt not. glo. 1. citata, conceditur † sequestrum, quando concedi alioquin non deberet. Primus, si de re mobili contendat quis, & qui illam obtinet, suspectus est de fuga cum illa: tūc enim, nisi fideiussores sufficientes det sequestratur, vt habetur, l. si fideiussor, §. vlt. ff. qui satisdar. cog. & l. senatus cōsulto, §. vlt. ff. de offic. præsc. Idem est, timor sit, ne rem consumet, & posteà non erit soluendo. nisi enim cōpetentem fideiussoriam cautione dederit, sequestratur, vt habetur, l. litibus, C. de agricol. & cens. lib. 11. De hoc toto primo euentu lege, quæ consentaneè ad ea quæ à nobis dicta sunt, latè disponunt Lusitanæ ordinationes lib. 3. tit. 20. Secundus, si maritus deuastet dotem vxoris l. si cum dotem, §. si verò dotem ità, ff. soluto matrimonio. Id verò intelligendum videtur, quando deuasta fundos dotales in vxoris odiū, vt ex eo textu liquet. Item quando aliquis possidens rem aliquā, damnatus circa illam appellauit, si ante sententiam vltimam deuastet fructus illius, res ponitur in sequestrum, l. Imperatores, §. vlt. ff. de appell. Item quando ab executione appellatur, si ob eam appellationem executio suspendatur, & executio fieri debebat in re mobili, sequestratur: si verò in re immobili, fructus, qui deinde fuerint percepti, sequestrantur vsque ad vltimam definitionem, l. ab executione. C. quorum appell. Item qui ad partitionem offerre debet aliqua bona, quæ à parentibus accepit, nisi fideiussores competentes det, sequestrantur, quousque partitio fiat, ac absoluatur, l. 1. §. si frater. ff. de coll. bon. Item si is, qui vt seruus possidebatur, proclamet ad libertatem, contendens se esse liberum, interim dum lis pendet, an liber sit, vel seruus, reddere debet domino, quæ penes talem seruum erant, ac seruus confitetur esse domini: circa ea vero, quæ negat ad dominum pertinere & dominus ad se spectare ait, præstare debet seruus competentem fideiussoriam cautionem, alioquin sequestrantur, vt finita lite circa libertatem, pronunciatoque eum esse liberum, examinetur, ad quem eorum res illæ pertineant, eique tradantur. Ita habetur, l. vlt. C. quibus ad liber. proclam. Denique sequestrum de re, quam aliquis possidet, regulariter non fit, nisi in casibus à iure expressis.

Quando cum sequestro conuenit, quo loco rem apud ipsum depositam reddere deberet, eo loco reddere illam tenetur. Quando verò conuenit, vt in aliquo ex pluribus locis sub disiunctione eam redderet, optio est sequestri, in quo eorum

locorum

locorũ velit illam reddere. Si de loco non conueniat, in quo reddenda esset, admoneri, ac conueniri debet, vt eam iudici tradat. Ita habetur, l. ei apud, §. 1. ff. depos.

Si sequester munus relinquere velit, adire debet iudicem, facta denunciatione ijs, qui eum in id munus elegerunt, ac iudici reddere debet rem. Iudex tamen non, nisi ex legitima causa, exonerare eum debet munere illo semel suscepto; si tamen eum exoneret, deponere rem debet apud publicum depositarium, si talis aliquis constitutus sit, vt constitutus esse solet: alioquin idoneum alium sequestrum eligere debet. Ita habetur, l. ei apud quem, §. vlt. ff. depos.

4 Inter sequestra † computatur, qñ aliquis debet aliquid alicui, & præcipitur à iudice, vt non soluat: eiusmodi quippe debitum censetur creditori sequestratum apud eiusmodi debitorem.

## Depositum quotuplex. Et num in eo, quo vim mutui habet, locus sit exceptioni non numeratæ pecuniæ. Et ad quem dominium, & possessio rei depositæ spectet. Deciditurque quidam notabilis euentus.

## DISPVTATIO DXXIII.

### SVMMARIVM.

1 *Depositum quotuplex.*
2 *Depositum transiens in mutuum, quando fiat.*
3 *Depositũ quando transit in mutuum, an habeat locũ exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium.*
4 *Depositi dominium ad quem spectet, quando depositum transit in mutuum.*
*Cum declarationibus, vt nu. 6.*
*Et quid in sequestro. nu. 5.*

1 DEpositũ, † quoddã fit præmẽte necessitate incẽdij, ruinæ, naufragij, tumultus, aut similis alterius, qua res apud alium deponuntur, ne repẽtina necessitate, quæ iam instat, pereant: aliud est, quod nulla tali necessitate præmente fit. Ita habetur l. 1. §. 1 ff. depos. & l. 1 tit. 3. par. 5. Item depositum, quoddam est sequestrum, vt dispũt. præcedente explanatum est: quoddam verò non est sequestrum, sed simplex depositum. Item depositũ quoddam omnino, ac proprie est tale: quoddam non item, sed transit in alium cõtractum, aut illũ habet admixtum. Quod sanè duobus modis euenit. Vno, quia pro depósito, seu rei custodia, pretium, aut emolumentum aliquod accipitur, & tunc transit in contractum locati, & conducti, aut illum aliquo modo admiscet, vt habetur, §. 1. inst. de locat. §. vlt. inst. de mandato, & l. 2. tit. 3. par. 5. vt quando vestes. Suendę traduntur sartori, aut lauandæ fulloni. Item quod custodiendum traditur stabulario, aut nautæ: licet enim ea de causa pecuniare pretium non tribuatur, pretium tamen traditur pro hospitio, & transportatione, quæ annexam habent custodiam eorum, quæ in stabulum, aut nauim inferuntur: vnde hi artius ad custodiam, de minorique culpa tenentur, quàm merus
2 depositarius, vt i† progressu dicetur. Altero verò modo id euenit, quando aliquid ita custodiẽdum traditur, vt non sit necessario reddendum idem numero, sed idem specie, eiusdem tamen quantitatis, & bonitatis. Atque eiusmodi depositum trã sit in rationem mutui, dominiumque rei depositæ non manet in deponente, vt in cæteris speciebus non depositi cõmemoratis, sed transit in depositarium, ac proinde, si pereat, antequam reddatur, perit depositario, & non deponenti. Vt si quis ita apud aliquem deponat pecuniam, triticum, aut aliud, quod in pondere, numero, aut mẽsura consistit, vt sibi, quando petierit, restituatur tantundem æqualis bonitatis, id non tam est depositum, quam mutuum, vt cõstat ex l. Lucius, 1. & l. desponsaliorũ. ff. locati. Non tamen sufficiens est coniectura, vt censeamus contractum esse mutui, & non depositi, ac proinde dominium transire in accipientem, ita vt, si pereat quod pecunia, triticum, aut aliud simile, tradatur numeratum, mensuratum, aut ponderatum, quod tamen lex 2. tit. 3. par. 5 innuere videtur, sæpe enim traditur aliquid numeratum mensuratum, aut ponderatum, vt depositarius intelligat, quantum in custodiam recipiat, ac debeat reddere, cum tamen solum tradatur ad custodiam, nulla cõcessa facultate vsus, aut consumptionis, ac proinde dominiũ penes deponentem perseuerat, ipsiq; res depósita perit, & non depositario, nisi ob depositarij culpam pereat, id quod satis innuunt duo iura citata: quare ex circumstantijs concurrentibus, persona cui traditur, & modo, quo traditur, est id iudicandum. Quando autem aliquid in numero, pondere, aut mensura consistens, traderetur alicui custodiendum clausum, aut obsignatum, tunc merum esse depositum, vt de se est perspicuum, & colligitur ex l. 1. §. si pecuniã, & l. 1. si sacculũ, ff. depos. & ex alijs iuribus. Quãdo aliquis ita deponeret res, vt earum dominium apud ipsum perseueraret, sed cum facultate depositario consumendi, aut alienandi ex illis, quæ vellet, ita tamẽ, vt tantundem postea redderet, tunc solum contractus inciperet transire in mutuum, quando depositarius aliquid consumeret, aut alienaret; præterseque transiret in mutuum quo ad ea, quæ consumeret, aut alienaret, non vero quo ad reliqua, quorum dominium perseueraret apud deponentem. Ita Nauar. in Manu. c. 17. in calce. nu. 180. & habetur l. certi condictio. §. vlt. & l. sequenti, ff. si certum petatur.

3 Dubium est, quando † depositum transit in mutuum, vtrum locum habeat intra biennium exceptio non numeratæ pecuniæ, de qua disp. 502. copiosè dictum est. Bart. & Portius, ab Emmanuele Acosta, l. si ex cautione. C. de non num. pec. fallẽtia, 2. nu. 4. relati, affirmant locum habere. Cõtraria tamẽ sententia cum Bal. est communior, quã idem Emmanuel Acosta ibidem amplectitur. Ratio est, quoniam licet eiusmodi depositum transeat ea ratione in mutuum, quia dominium rei depo- Quæst. Decis.

Digitized by Google

depositæ pertinet ad depositarium, potestq; libere ea re vti, eamque consumere, & quacunq; ratione tunc pereat, ipsi, & non deponenti, perit; nihilominus rationes aliquas depositi retinet: qua de causa contractus mixtus ex deposito, & mutuo potius debet appellari, quam merum mutuum, aut merum depositum. Etenim merum mutuum in gratiam fit solius mutuatarij: eiusmodi verò depositum fit in vtilitatem, & bonum deponentis, cui beneficium præstat depositarius, tametsi per accidens redundet etiam in bonum depositarij, qui interim, dum depositum perseverat, potest ea re vti, ac negotiari. Præterea in mutuo, vt in calce disp. 299. dictum est, mutuans non continuo potest repetere, quod mutuo dedit, esto nullus terminus contractui mutui fuerit præfixus, sed lege Castellæ, vt ibidem dictum est, si nulla vigens superueniat causa, cum minimum expectare debet decem dies, & de iure communi tempus, quod prudens iudex fuerit arbitratus: at verò in eiusmodi deposito, nullum omnino tempus expectare tenetur, qui pecuniam deposuit, sed continuo, atque illam deposuit, potest eam repetere, neque potest retardari, vt neque aliæ res depositæ retardari possunt, vt videbimus. Item in mutuo locum habet compensatio: in eiusmodi vero deposito, vt & in reliquis depositis, locum non habet compensatio, vt etiam videbimus.

Quia ergo eiusmodi depositum, non est merum mutuum, sed multum de deposito retinet; exceptio non numeratæ pecuniæ, solum habet locum in mero mutuo, cui idcirco est concessa, quia mutuatarius est, qui mutuũ postulat, & quidnatę illud obtinendi, suæque subueniendi necessitati confiteri solet, se pecuniam accepisse, quam nondum receperat, sed recipere sperabat; cum tũ in deposito, de quo loquimur, deponens sit qui offert depositum in suum proprium commodũ, ac proinde cessat in eo deposito ratio, ob q̃ mero mutuo exceptio illa fuit concessa; consequens profecto est, vt depositario penes quem aliquid deponitur ea lege, vt tantundem æque bono reddat, non cõpetat exceptio non numeratæ pecuniæ comparatione eo modo apud ipsum deponentis. His accedit, videri esse textum expressum, l. in contractib. §. sed qm̃, vers. ideoq;. C. de nõ num. pec. vbi apertè in deposito certæ pecuniæ, denegatur exceptio non numeratę pecuniæ. Hæc de secundo eorum, quæ in titulo proposita sunt.

4 Quod † verò ad vltimum attinet, in deposito, quod mutui vim obtinet, dominium, ac possessio rei depositæ, & in depositarium trãsit, vt ex hactenus dictis perspicue liquet. In reliquis verò depositi speciebus, dominium apud deponentem permanet, si antea ipsius erat. Idem dicendũ est de possessione, etiam naturali, deponens quippe per depositarium possidet naturaliter, & ciuiliter per seipsum, si antea ipse erat, qui vtroq; modo
5 possidebat. Excipitur † in sequestro: nam tunc possessio ciuilis, & naturalis transit in sequestrũ; desinitque is possidere, de cuius potestate res eripitur, & ponitur in sequestro, si antea is illam possidebat. Vtrumque habetur, l. licet, ff. depos.

Hoc tamen intelligendum est, quando sequestrũ fit, vt sequester sit, qui possideat interim dũ res decernitur, cui adiudicari debeat, vt hẽ, l. interesse, ff. de acquir. poss. Quod semper intellig. ſ. qñ aliud non exprimitur, vt in glossa ibi affirmat. Atque tunc interrumpitur præscriptio, eo quod cesset possessio, vt habetur eadem, l. interesse, & consentit, l. naturaliter, ff. de vsucap. Cæterum qñ res ponitur in sequestrum solum custodiæ causa, quia possidens suspectus erat de fuga, vel ne rem consumeret, & posteà non haberet vñ soluetur, & alioquin de potestate eius non eriperetur, iuxta, l. si fideiussor, §. vlt. ff. qui satisdar. cog. l. senatus consulto, §. vltim. ff. de off. præsc. litibus, C. de agricol. & cen. lib. 11. tunc non transit possessio in sequestrum, sed manet apud antiquum possessorem, qui per se possidet ciuiliter, & per sequestrum possidet naturaliter, sequesterq; solum habet rationem tentoris, atq; adeò tunc ex eo, quod res sequestretur, non interrumpitur prescriptio, sed continuatur, modo ipse sit, qui postea vincat, vt habetur, l. interesse citata.

Occasione eorum, quæ de dominio rei depositæ dicta sunt, subijciam decisionem euentus, de
6 quo Olyssipone fui consultus. In Nauigio † quodam asportabantur ex locis transmarinis capsæ multæ saccari (*caxones* Lusitani vocant) Olyssiponẽ. Cum autem nauigium in quandam Lusitaniæ insulam appulisset, quidam, qui in eo capsas aliquot asportabat, & multas aliorum sibi commendatas metu piratarum, vẽdere in ea insula voluit aliquot ex suis capsis, & per literas transportare pretium Olyssiponẽ, ne, si nauigium caperetur a piratis, iacturam omnium faceret. Cum autem capsæ ipsius in profundo nauigij asportarentur, multis aliorum capsis super positis, neque extrahi possent sine labore maximo, & molestia; certus, dominos aliarum non egrè id laturos, quin potius gratum habituros, eo quod capsæ oẽs eiusdem essent põderis saccari, bonitatis, ac valoris; loco suarum, sumpsit totidem habentes signũ aliorum, eo aĩo, vt, si nauigium saluum Olyssiponem perueniret, totidẽ ex suis redderet dominis aliarum: in quo nullam omnino eis faciebat iniuriã, nullumque oĩno detrimentum eis afferebat: qm̃ non plus suæ periclitabantur, quam ille aliorum, immo minus, eo quod in profundo nauigij asportarẽtur. Euenit, vt nauigium caperetur. Quidam ꝑcipere huic mercatori volebat, vt dominis capsarum, quas vendidit restitueret pretium. Ducebatur ea ratione, quod dñium earũ, quas diuẽdidit, perseuerabat apud antiquos dominos, & suæ, sibi perijssent; eo quod adhuc earũ dominiũ apud ipsum in manu piratarum perseueraret. Nihilominus respõdi, ad nullam teneri eis restitutionẽ, sed sibi comparasse eam pecuniam. Ratio est, quoniã venditio illarum capsarum aliorum, loco illo modo suarum, fuit facta intercedente permutatione earum pro totidem suis, ex præsumpta voluntate dominorum, qui re vera tunc non fuissent inuiti, si essem interrogati: quare fuit valida, ac proinde transtulit dominium earum, quas vendidit, in emptores, & ipse sibi, & non antiquis dominis

minis earum,comparauit pretium. Neque illas vendidisset ipse,vt pretium esset aliorum,in euentu,quod nauigium periret: neque,si nauigium saluum Olyssiponem peruenisset,domini capsarum diuenditarum contenti fuissent solo pretio in ea insula pro eis comparato. Quare, cum ea permutatione,& venditione nó egerit negotium dominorum earum capsarum, sed suum dominis illarum minimè inuitis de ea permutatione, quando facta fuit,sed verissima præsumptione consentientibus,consequens profecto est,vt illis,& non sibi, periret in totidem in captura eius nauigij,& vt sibi,& non illis, acquisierit pretium illud. Quod si piratæ diripuissent partem mercium nauigij (vt interdum solent (aut vi tempestatis mitteretur in mare pars mercium, atq; inter illas perituræ fuissent, quas diuendit,& saluæ mansissent oēs suæ, quæ erant in profundo nauigij, similiter teneretur restituere ex suis totidem dominis earū, quas diuendit. Quòd si medietas tantum suarum salua mansisset, tunc pro rata illis teneretur restituere dimidium earum quas diuendidit. Quoniam eo ipso, quòd eam permutationem fecit nullas in singulari designādo ex suis loco earum,quas accipiebat,totidem in confuso, seu pro indiuiso, vt iurisperiti rectè vocant, ex suis pertinebant ad illos, ac proinde pro rata periculum suarum omnium pertinebat ad illos alios, & ad se.

## Vsus rei depositæ, & lucrum ex illa, ad quem spectent.

### DISPVT. DXXIIII.

#### SVMMARIVM.

1 *Depositæ rei vsus,& lucrū spectat ad depositarium, quando depositum transit in mutuum: alias non: immo depositarius vtendo tenetur actione furti. Declaratur tamen,vt nu.2.*

QVando depositum transit in mutuum, ex dictis disputatione precedente constat,de-
1 positarium posse † re deposita vti,& si quid ea lucretur negotiando,aut alia ratione, ad ipsum pertinere. In reliquis autem speciebus depositi, nefas est depositario vti re deposita, immò, si contra deponentis voluntatem ea vtatur,non solum in conscientiæ, & in exteriori foro, tenetur restituere domino rei valorem vsus illius, sed ēt deponenti conceditur aduersus illum actio furti, vt aduersus illum,tanquam aduersus furem, agat, vt constat l.si furtum ff.de condict.furt.l.3.C.depositi.§.fur tū aūt Instit.de oblig.quæ ex delict. & lib.4.Lusit.ord.tit.52.§.penult:iubetur conijci in vincula, vt inde soluat vsum,& si quod damnū,ea vtēdo, illi intulit: & vt, si querela aduersus eum debitè intentetur,subeat pœnam de *de bulrā è lizador*. Instit.de oblig.quę ex delict.§.placuit,& l.qui in re
2 in prin.ff.de fur.additur,si † quis re deposita vtat (idem de re commodata,& pignori data) quia credidit dominū ratū id habiturum, nō teneri actione furti,esto deceptus fuerit. Redditurq; ibi hæc elegans ratio, quia furtū non censetur committi, sine animo furandi, seu contrectandi rem inuito domino,concinit L.qui iniuriæ in prin.ff.de furt. Consentiunt Ange.verb.depositum,nu.12.Sylu. ibid.q.9. Panor.c.1.de depos.n.2.Gab. in 4.dist. 15.q.10.dub.9.Cou.3.var.resc.15.nu.8. & doctores cōiter. Meritò autem addit Cou. ibidē. Cū eiusmodi vsus domino inuito,non adeò perniciosus sit reipublicæ,nec tantam habeat in se inhonestatem,ac alia furta, mitius hoc delictum esse puniendum,quam alia furta,neque ob eiusmodi delictum infamiam furtum esse infligendam.

Illud est obseruandum, qñ res deposita est pecunia,triticum,aut aliud in pōdere, numero, aut mensura consistens, si depositarius certus moraliter,quòd, qñ deponens suum petierit depositum illud integrum restituet, apposita in eo æquali copia pecuniæ, aut tritici æquè boni, vel alterius similis rei,vtatur re deposita, eamq; consumat, regulariter non peccare, saltem lethaliter, neq; esse cur aduersus illū tunc furti actio admittatur. Etenim in eo nullam iniuriam facit deponenti, quin potius id quodammodo cedit in illius commodum,& in nullū detrimentum:eo quod, si res peritura esset casu fortuito,aut leui,vel leuissima culpa,depositarij,periret deponenti,& ea ratione illi conseruetur incolumis. Quod aūt depositarius, vtēdo ita re deposita,fuerit lucratus, ad ipsum spectat,& non ad deponentem, vt inter alios tradūt Caie.2.2.q.78.ar.2.& Sotus 6.de iust.q.1.ar.2.ad finem,& ar.4. satisq; est perspicuū ex ijs, quæ diximus disp.327.concl.2. Rō autem est, qm id est fructus suæ industriæ, suoque periculo negotiatur consumendo,& distrahendo res depositas.

## Depositarius quis esse possit. Et de deposito facto Ecclesiæ.

### DISPVTATIO DXXV.

#### SVMMARIVM.

1 *Depositarius omnis esse potest, qui habet iudicium rationis,& etiam fœmina.*
*Et quid de iure Lusitano,& Castellæ.nu.5.*
2 *Pupillus tenetur actione depositi, & quātum ex re deposita fuerit locupletior effectus? immo & de dolo, si sit doli capax.*
3 *Clericus,& religiosus potest esse depositarius.*
4 *Ecclesia quomodo teneatur de deposito facto apud clericum,vel religiosum.*

1 DEpositarij † omnes esse possunt,qui iudicio pollent rationis,vt habetur l.3.titu.3.par.5. Etiam fœmina,vt constat l.publica.ff.depos.

Pupillus, si depositarius sit constitutus, sem-
2 per † conceditur actio, vt reddat rem depositam, qualis exstitit: vendicatur enim,tanquā deponentis,penes illum reperta: id quod de re commodata habetur expresse l.2.ff.commodati, ēt quando commodata fuit furioso: eademq; est ratio de re deposita, siue apud pupillum, etiam infantem, siue apud furiosum, aut quouis alio modo men-

tecaptũ depoſita fuerit. Eadẽ tõne, eſto res apud illos iã nõ ſit, ſi tñ ex illa facti ſunt locupletiores, competit profecto actio, vt reddant, quantum ex illa facti ſunt locupletiores. Ita hẽ, l. 3. in prin. iuncto fine, l. 1. ff. commodati, l. 1. §. an in pupillum, ff. de poſ. Qđ ſi pupillus doli ſit capax, ſeu pubertati proximus, hoc eſt, ſi maſculus decem annorum ſit cum dimidio, & fœmina nouem annorũ cum dimidio, vt diſ. 224. a §. vt ad minorum cauſas, &c. dictum eſt, tunc non ſolum tenetur de re depoſita. quantum ex illa eſt factus locupletior, ſed ẽt quatenus dolo ipſius perijt: atq; hæc omnia verum habent, etiam quando depoſitum factum fuit penes illum ſine authoritate tutoris. Ita hẽ, §. an in pupillum citato, & affirmat gl. l. 3. §. pupillus, verb locupletior, ff. de negot. geſt. & conſentiunt, quæ diſp. 224. a §. citato dicta ſunt. Quando autem depoſitum factum eſſet penes pupillum authoritate tutoris, tũc ſimpliciter teneretur pupillus de re depoſita, vt aperte innuitur, §. an in pupillum citato, & l. 1. §. vltim. ff. commodati, & conſtat ex dictis diſp. 224. citata.

3 Non ſolum † clericus eſſe põt depoſitarius, vt colligitur ex c. 1. de depoſ. ſed ẽt religioſus, vt vtrũque affirmat, l. 3. tit. 3. part. 5. Cęterũ male faciet religioſus, ſi ſine conſenſu tacito, vel expreſſo, aut indubitate præſumpto, ſui prælati, munus depoſitarij ſubeat. Neque monaſterium, ẽt ſi prælatus alicui religioſo concedat, vt depoſitarius ſit, tenetur de depoſito, niſi quatenus res depoſita conuerſa ſit in monaſterij vtilitatem, ex illave monaſterium factum ſit locupletius. Quo † pacto etiã

4 teneretur Eccleſia ex depoſito penes clericũ collocato, quatenus cõuerſum in Eccleſiæ vtilitatem eſſet, vt hẽ, c. 1. de depoſ. l. 7. tit. 3. par. 5. & alijs in rib. atque ex ſe eſt perſpicuum: ſemper. n. is, apud quẽ depoſitum reperitur, ſaltem in aliquo, in quo locupletior ſit factus tenetur reddere illud deponenti quatenus apud ipſum reperitur. Cũ aũt depoſitarius ſolum teneatur de dolo, & lata culpa, qñ depoſitum non extat, aut deterius eſt redditum vt inferius videbimus: monaſteriũque, aut prælatus, ex delicto ſui ſubditi non teneatur, vt diſp. 140. dictum eſt; vtique monaſterium non tenebitur ex depoſito collocato penes ſuum ſubditum, qñ culpa illius perijt, aut deterius fuit redditum. Religioſus tñ illi in foro conſcientiæ tenebitur reſtituere damnũ ſua culpa, ac delicto ſubſequutũ, ſi qua via ſit alqñ ſoluendo, eo modo, quo diſp. 140. explanatũ eſt. Ad prętũ vero tanquã ad cõpetẽtem iudicem talis religioſi, expectabit punire ob tale delictum cum ſuum ſubditum.

De depoſito facto Eccleſiæ idem dicendũ eſt, quod de mutuo Eccleſiæ facto, vt diſ. 300. copioſe eſt explicatum. Niſi quod deponens, ſi depoſitum in totum, aut in partẽ, non exiſtat, probare non tenetur conuerſum fuiſſe in Eccleſiæ vtilitatem, vt teneatur mutuans. Atq; iuxta ea, quæ ibi de mutuo dicta ſunt, accipienda arbitror, ac exponẽda, quæ de depoſito facto Eccleſiæ habentur, l. 7. tit. 3. par. 5. quicquid ibi Greg. Lopez exponat.

Ius Lu ſitan. 5 Lib. 4. Luſit. ord. tit. 34. §. pen. inhibetur † omnibus, qui quouis modo miniſterium iuſtitię, aut regiminis habuerint, etiam ſi tabelliones, aut alij ſimiles miniſtri ſint, tam per ſe, quam per alios, accipere quicquam, quod deponi ſit iuſſum, ſub pœna amiſſionis officiorum, ac ſolutionis dupli, dimidium accuſãti, & dimidium fiſco Regis, atque exilij duobus annis in loca. Africæ. Et §. vltimo ſubiungitur. Si alius, qui id depoſitum acceperit, mutuo, aut aliqua alia ratione illud det alicui prædictorum miniſtrorũ, teneri nihilominus illud reddere, ei, ad quem attinuerit, intra nouem dies a puncto, quo ſit iuſſus id reddere, alioquin conijcitur in vnicula, neque inde exui permittitur, donec integrum illud ſoluat.

In Regno Caſtellę, l. 13. tit. 10. lib. 2. nouæ collect. prohibentur depoſita, q̃ ideo fiunt, qđ recuſetur aliqs de ſenatu, & vniuerſim depoſita, quæ iuſſu ſenatus fiũt, deponi apud tabelliones cameræ, qui in eo negotio, aut cauſa, tabelliones ſint. Ius Caſtellæ.

L. 2. tit. 21. eiuſdẽ lib. 2. prohibetur, tabelliones criminis eſſe depoſitarios pecuniæ, aut alterius rei furto ablatæ.

L. 22. titu. 1. libro 3. eiuſdem collect. præcipitur gubernatori, & miniſtris, quos *alcades mayores* vocant, vt conſtituant depoſitarium, *llano y abonado*, depoſitorum, quæ facere præceperint, qui non ſit tabellio prętorij, *eſcriuano del aiuntamiento* noſtri vocant: atque vt is habeat librum, in quo eiuſmodi depoſita ſcribantur, qui tamen ſit penes gubernatorem, & vt in eo initio cuiuſque mẽſis, ſcribatur, quod in depoſitum menſe antecedente fuerit acceptum, & quod fuerit redditum. Et l. 20. antecedente præcipitur, vt ijdem miniſtri nullam pœnam ſibi applicent, aut ſuis inferioribus miniſtris, vel familiaribus.

L. 23. titu. 2. eiuſdem lib. 3. præcipitur, vt in prętorio (*audienzia* vocant) cuiuſque iudicaturæ, ſit liber, in quo ſcribantur depoſita, & condemnationes de manu cuiuſque tabellionum, antequã depoſita, & condemnationes fuerint facta, & vt tabelliones intra tres dies, poſtquam fuerint facta, teneantur ea denunciare depoſitario; alioquin ipſi ea ſoluant, & inſuper ſexcentos maruedinos fiſco Regis. Itẽ præcipitur, vt iuxta eum librum, depoſitarius in fine cuiuſque anni rationem eorũ omnium depoſitorum, iudicibus reddat.

L. 13. titu. 9. eiuſdem lib. iudicibus præcipitur, vt in vno quoque loco depoſitarium conſtituant, *perſona llana y obonada*, penes quem deponantur, quæ deponi iuſſerint, & vt is non ſit tabellio cauſæ illius.

Idem præcipitur leg. 28. titu. 25. lib. 4. ſub pœna, vt iudex, qui præceperit fieri depoſitum penes tabellionem cauſæ, ſoluat decem mille maruedinos, & totidem tabellio, qui eiuſmodi depoſitum acceptauerit, & vt pœna applicetur bonis communibus eius populi, in quo factum fuerit.

L. vnica tit. 12. li. 4. eiuſdem collect. ſtatuitur, quando bona aliqua ſequeſtrantur, aut inhibentur reddi alicui, vt fas nihilominus dominis earum rerum ſit, eas colli, aut refici efficere, & vt, ſi durante ſequeſtro, aut inhibitione, fructus aliqui inde colligendi ſint, miniſtri publici eius loci eos fideliter colligi faciant ſumptibus eorundem fru-

Digitized by Google

fructuum. Et vt, si aliquis dominorum ea de causa in vincula fuerit, coniectus, aut aliquid ab eo fuerit vsurpatum, soluantur ei omnia detrimenta ea de causa ipsi subsequuta, & insuper reddatur quadruplum, dimidium ei quia ea iniuria fuerit affectus, & dimidium fisco Regis.

## Depositum quando reddendum. In illo an locum habeat compensatio alterius debiti. Et non deponens alijs creditoribus depositarij præferatur.

### DISPVT. DXXVI.

### SVMMARIVM.

1 *Depositum statim vt petitur, reddendum est, etiam si res fuerit deposita vsque ad certum tempus, Declaratur tamen, & limitatur, vt num. 5.*

2 *Deposita res reddenda est, vbi deposita fuit, vel in loco, in quo reperitur, nisi dolo, vel culpa depositarij sint in alium locum translata.*

3 *Depositum restituere negans, condemnatur vna cū fructibus, & interesse ad illud restituendum. Immo si depositum fuit factum causa necessitatis, ut incendij, & similium, condemnatur ad duplum soluendum. num. 4.*

6 *Sequestratarius non debet reddere depositum, antequā lis finiatur, & constet cui res sit reddēda.*

7 *Depositarius non potest compensare sibi debitum cum re deposita: neque exceptionem, seu retētionem opponere. Conceditur tamen sibi actio depositi contraria pro expensis iure deposita factis. nu. 8.*

9 *Deponens quando alijs creditoribus depositarij præferatur.*

DEpositum statim, ac petitur, est reddēdū nisi casu superueniat circūstantia, ob q̄ reddi
1 non possit, aut nō dēar, vt subijciemus. Hēt † autē verum reddendum esse statim, ac petitur, ēt si res fuerit deposita vsque ad tps certum. Qm̄ cū depositū suapte natura in gratiā, ac cómodū deponētis fiat, integrū illi est, reuocare voluntatē, atq; intra id tps, nondum expletum, illud exigere, qñ est verum depositum, & non contractus locationis, & conductionis circa tē aliquam, vt circa vestes abluendas, aut suendas, ēt qñ depositum transit in mutuum, vt dispu. 523. dictum est. Ita hī c. bona fides de depos. illis verbis; *sane deposītori licuit pro voluntate sua depositum reuocare.* l. 1. §. est autē, &
2 §. pen. ff. depos. & l. 5. tit. 3. par. 5. Est † verò res deposita reddenda, vbi deposita fuit, vel in loco, in quo reperitur, modo dolo, aut culpa depositarij non sit in aliū locum translata. l. si in Asia. §. depositum. ff. depos. & affirmat Greg. Lop. l. 5. citata glo. 2. Quòd si aliquis † restituere negauerit rē depositam, ac condemnetur, nō solum cogetur restituere rem cum fructibus l. 1. §. hanc actionem. ff. depos. & l. 5. in fine titu. 3. par. 5. ac ēt interesse,
3 seu damna inde sequuta, præstito iuro in litē, quāta ea fuerint, vt hī l. 3. ff. de in litem iurando. l. 1. §. in deposiri. ff. depositi, & l. 8. tit. 3. par. 5. sed etiā efficitur infamis, modo tñ proprio noīe condemnetur, hoc est, tanquā depositarius: secus autem, si tanq̄ procurator, tutor, aut curator, depositarij vel alio nomine l. furti, §. si quis alieno. ff. de his q̄ notā infam. l. qui depositum. C. depos. & l. 8. titul. 3. par. 5. Et lib. 4. Lusit. ord. tit. 52. §. pen. iubet reddere hęc coniectus in vincula. Si aūt † depositum
4 fuit factū vrgente necessitate, vt causa incēdij, naufragij, aut alterius similis vrgentis periculi, iuxta ea, quæ dispu. 523. dicta sunt, depositarius negans eiusmodi depositū, vltra prædicta, cogitur soluere illud duplum. Ita habetur l. 1. §. 1. & 2. ff. depos. §. sed furti quidem actio Insti. de actionibus, & l. 8. tit. 3. par. 5. Immo verò l. 12. tit. 10. par. 7. iuxta l. nō abs re, si depositarius quicunq; differat restituere depositū vsq; ad definitiuam sñam, incidit in pœnam, vt insuper æstimationē illius restituat deponēti, iuxta ea q̄ disp. 498. copiosè dicta sunt.

5 In sequentibus † euentibus non est reddēdum depositum ei, qui illud deposuit. Primus, quando in damnum suum, aut aliorum, illud repetit, vt si in furiam incidat, ac gladium depositum repetat: quia enim damnum repetentis, aut aliorum, inde oriri potest, reddendum non est. Ita Augu. c. nequis, in fin. 22. q. 2. & l. 6. tit. 3. par. 5. Esto autem quis tam furiosus gladium deponeret, reddēdum illi non esset: quoniam similiter id vergere posset in damnum repetentis, aut aliorum: neq; contrarium intendit lex 6. citata, sed solum adhibuit exēplum, vt regulariter euenire solet.

Secundus, quando bona deponentis publicata, fisco ve addicta sunt: tunc enim depositum, nō ei, qui deposuit, sed fisco est reddēdū. Lbona fides in prin. ff. depos. & l. 6. citata.

Tertius, quando simul fur, & proprius dominus rei illam repetunt: tunc enim in furti odium, non est furi tradenda, sed expectandum est num dominus rei certum efficiat suam esse, furtoq; esse ablatam; quòd si id certum faciat, reddenda est ei, & non furi, qui deposuit. Eadem ratione, si res furto ablata deponatur apud proprium illius dominum, reddere illam non tenetur l. bona fides, & l. 6. citatis.

6 Quando † tamen aliquid positum est in sequestrum, sequester reddere non debet depositum, antequàm lis finiatur, & constet, cui res sit reddenda l. 5. tit. 3. par. 5. Si tamen de communi consensu duorum fuit res aliqua apud sequēstrum cōstituta, atque duo illi conueniat, vt vni ipsorum tradatur, tradi illi potest, vt iudicatum refert. Greg. Lop. ibi glo. pen.

7 In deposito † locum nō habet compensatio, q̄ depositarius cōpensare vult in re deposita, quod deponens ipsi aliunde debet. Neque item habet locum exceptio, seu retentiō depositi, quousque sibi aliud debitum soluatur. Immo neque, si duo vicissim sint depositarij vnius alterius, pōt vnus detinere depositum alterius, quousque sibi restituat suum depositum; sed ei, qui primus suum depositum repetit, est restituendum statim; estque

actio hæc peculiariter quo ad hoc priuilegiata. Ita habetur l. si quis vel pecunias, iuncta authẽtica ibi subiuncta. C. de depositi. c. bonas fides. eo. distinc. l. 5. titu. 3. & l. 27. tit. 14. par. 5. & 4. lib. Lusi. ord. tit. 56. §. 1. Lex tamen hæc Lusitana, si is, §. attẽtè legatur, concedere videtur compensationẽ vnius depositi cum alio.

8 Pro expensis factis † in re deposita cõceditur depositario actio depositi contraria aduersus deponentẽ l. actione. ff. depositi, & l. vlt. tit. 3. par. 5. Glo. aũt l. si quis vel pecunias verb. compensationẽ, iuxta primam opin. quam ibi refert, affirmat, fas esse retinere rem depositam pro expensis cum ea factis: sicut fas est retinere rem commodatam pro expensis cum illa factis. Contrarium verò statuit lex vlt. tit. 3. par. 5. idque seruãdam est in hoc Castellæ Regno. Greg. autem Lope. ibidem asserit, contrarium glossæ illius, opinionem esse communem apud doctores. Villalobos verò in Antonia lit. D. nu. 6, ait, de iure communi retineri pro expensis posse, secus de iure regio.

9 Quod attinet ad † ad vltimũ, quod in titulo disputationis est propositum, distinguẽdũ est. Qm̃ si depositũ est tale, ꝙ dn̄ium rei depositæ non trãseat in depositarium, atq; res deposita extet, in illa deponens præfertur vniuersim creditorib. oĩb. depositarij, vt est notissimum: qm̃ tunc deponẽs illam vendicat vt suam, idque affirmat l. 9. tit. 3. par. 5. concinit. l. in fin. C. depos. Si verò depositũ est tale, quod transit in mutuum, ac proinde depositarius comparat dominium illius, atque tale depositum factum sit penes argentarium, hoc est publicum depositarium à republica ad id constitutum, tunc, si deponens nullum interesse ob id depositum accipiebat, gaudet priuilegio, vt præferat cæteris creditoribus non habentibus tacitam, vel expressam, hypothecam in bonis eiusce depositarij, atque adeo vt præferatur cæteris creditoribus personalibus talis depositarij. Ita habetur l. si hominem. §. quoties, & l. sequenti. ff. depos. l. si ventri, ff. de priu. cred. & l. 9. tit. 3. par. 5. Et quamuis l. 9. proximè citata, extendere videatur eiusmodi priuilegium ad deponentes, penes quoscunq; depositarios, res, quarum dn̄ium transit in illos; iuxta tn̄ cõia citata solum illud tribuunt deponentibus eo modo penes publicos depositarios à republica ad id constitutos, pp publicam vtilitatẽ, quæ est in eiusmodi depositarijs, ac depositis ad mercatorum negotiationem fouendum, & augmẽtandam. Lex si hominem. §. quoties citato, concedere videtur priuilegium, non solum prælationib. creditoribus personalibus non priuilegiatis, sed etiã prælationis creditoribus personalibus priuilegiatis, ita vt eiusmodi deponentibus primo loco ante alios priuilegiatos soluatur: sic enim habet; *solet primo loco ratio haberi depositariorum, hoc est, eorum, qui depositas pecunias habuerint*; & ita affirmant gl. l. si ventri citata verb. post priuilegia: eoque modo intelligit. §. quoties citatum. Excipe, nisi aliquid debeatur alicui ratione sepulturæ, qa aliquid mutuauit dedit, aut expendit, ad sepulturã debitoris, aut alterius, quem sepelire spectaret ad debitorem, vt si esset filiusfam. aut mancipium debitoris; huiusmodi. n. debitũ omnib. vniuersim aliis defuncti præfertur, etiam si hypothecas tacitas, vel expressas, habeant in bonis defuncti, vt bẽ l. pen. ff. de reli. & sump. funer. iuncta l. 2. ff. de priuil. credit. ac. l. 9. tit. 3. & l. 30. tit. 13. part. 5. & disp. 335. dictum est. Deponentes verò oẽs æqualiter admittuntur, vt eis soluatur de bonis depositarij publici, esto quidam eorum tẽpore sint anteriores, & quidam sint tempore posteriores. Ita bẽ l. si hominem. §. vlt. ff. depos. & l. priuilegiat. ff. de priuileg. cred. Quando eadem numero pecunia deposita extat apud depositariũ, aut aliquid ex eo emptum in ea pecunia præfertur in particulari, q illam deposuit, etiam si vsuram ex deposito acciperet. Ita habetur l. si ventri citata, & consentit l. quod priuilegium. ff. depos.

## Depositarius ex qua culpa teneatur: etiam quando ob aliud munus annexum habet depositum.

## DISPVTATIO DXXVII.

### SVMMARIVM.

1 *Depositarius quando solum teneatur de dolo, & lata culpa.*
*Item qnando de leuiori, & casu fortuito. nu. 2.*
*Item qnando de leui non autem leuissima. nu. 3.*
4 *Stabularij, caupones, & nautæ: molendinarij, sartores, & fullones, & alij similes tenentur de leui culpa, & aliquando etiam de leuissima, sed non de casu fortuito, & nu. 5.*
*Fallit tamẽ in casu, vt nõ teneãtur nisi de dolo. n. 6.*
*Et quid de iure Lusitano, nu. 7.*
8 *Depositarius quando teneatur etiam de culpa leuissima, sed non de causa fortuito.*
9 *Deponens seruum, sciens eum esse furem, tenentur depositario de furto, & idem etiam si ignoret.*

DEpositarius, qm̃ depositũ in gratiã solius deponentis sit vt regulariter fieri solet, si res
1 deposita pereat, aut deterior reddat, solũ † tenetur de dolo, & lata culpa, q̃ dolo æq̃parat l. ꝙ Nerua. ff. depos. non verò de leui, aut leuissima, & multa minus de casu fortuito l. 1. C. depos. l. 1. §. vlti. ff. eo. tit. §. ꝓterea Inst. qb. mod. re contr. obl. c. bona fides de depos. & l. 3. & 4. tit. 3. par. 5. Si verò pactũ intercenit, vt de leuiori culpa teneret, aut etiã de casu fortuito, standũ est pacto l. 1. C. depositi. l. 1. §. si conueniet, & §. sæpe. ff. eo. tit. c. bona fides, eo. tit. & l. 3. & 4. titu. 3. par. 5. Si depositarius in mora fuit restituendi rem depositam, aut vtẽdo re deposita contra deponentis beneplacitũ aut alia ratione ei non permissa, res deposita pereat, aut deterior reddatur, ita ꝙ res alioquin simili modo peritura non erat deponenti, tenetur ẽt de casu fortuito l, si in Asia, §. vlt. iuncta l. si plures. §. vlti. depos. c. bona fides eo. tit. & l. 4. tit. 3. par. 5. Nos verò dist. 295. agendo de commodato, per mixtim de his latè diximus. Lege quæ ibi dicta sunt.

3 Quando † depositarius, pro seruando depositò, aliquid accepit, quia contractus iam esset

in

Digitized by Google

in vtriusq; commodum, teneretur de leui culpa, non verò de leuissima: quin potius tunc cõtractus transiret in locatum, & conductum ad custodiam rei illius, ac proinde qui se ad eam rem custodiendam locaret, solum teneretur de culpa leui, vt disput. 494. dictum est, & hæc omnia constant ex l. 1. §. si vestimenta, & §. si quis seruum. ff. depos. it. c. bona fides eo. tit & l. 3. tit. 3. par. 5.

Idem est dicendum, qñ aliquid alicui traditur in depositum, cuius officium annexam habet rerum custodiam, quiq; commodum ex officio re-
4 portat. Tales sũt † stabularij, caupones, & nautæ, comparatione eorum, quæ in nauim, vel hospitiũ inferuntur. Tales item sunt, qui curam molẽdi hñt comparatione tritici, ꝙ, vt molatur, asportatur, & qui curam hñt domorum publicarum, vbi triticum, aut res aliæ venduntur, & inde commodum aliquod habent: nisi alicubi consuetudo sit, vt custodia rerum, quæ in eiusmodi ædibus venduntur, non ad eos qui eis domibus præsunt, sed ad venditores earum spectet. Tales præterea sunt sartores, & fullones, comparatione eorum, quæ ipsis suenda, aut abluenda, tradũtur, & alij similes. Hi. n. oẽs, cum minimum de leui culpa tenentur, inq; propter eandem rationem, quia. s. depositum in ipsorum etiam cedit commodum ratione contractus locationis, & conductionis cum eo cõiuncti. Ita hr l. nauta, ff. nautæ caupones, & cætera. Quin hi hoĩes censentur suscepisse res in depositũ eo ipso, ꝙ in naui, aut in eorum domibus, ipsis aut eorum ministris, seu domesticis, ad id deputatis, conspicientibus, relinquuntur, vt disp. 522. cũ Ant. Gom. tom. 2. var. resol. c. 7. nu. 2. & alijs, quos refert, dictum est, & colligitur ex l. 1. §. vlt. & l. 2. ff. nautæ caupo. &c. Dixi, cõmemoratos cũ minimum teneri de leui culpa: qñ †
5 quidam eorum, de quibus id peculiariter in iure est sancitum, tenentur ét de leuissima culpa, sed non de casu fortuito. Nẽpe (vt l. 1 citata. §. 1. & seq. annumerantur) nautæ, hoc est, illi qui in naui, aut quocunq; alio nauigio, etiam lintre, homines, merces, aut res alias, mercede transportant, stabularij caupones: hi. n. omnes eo ipso, quòd in ipsorum hospitio, aut naui, ipsis, aut eorum ministris ad id deputatis, conspicientibus, aliquid apponitur, tenentur de leuissima culpa si id pereat, aut deterius reddatur, non vero de casu fortuito, vt habetur leg. 3. §. & hoc edicto, iunctis antecedentibus, & sequent. ff. nautæ caup. &c. & l. 26. titu. 8. par. 5. Imo verò, esto in littore res in naui asportandæ apponãtur, eo ipso quòd nauta curam illarum suscipit, tenetur de leuissima culpa, si pereant, aut deteriores reddantur, vt habetur eadem leg. 3. citata in prin. Angel. autem, & Syluester, vterque verb. nauta, censent, quamuis in exteriori foro teneãtur de culpa leuissima, in conscientiæ tamen foro teneri solum de culpa leui. Quoniam, inquiunt, id in horum hominum odium sancitum est, eo quòd fraudes, ac latrocinia, in hospites, & in eos, quos naui transportant, committere soleant: vnde inquiunt legem illam fundari in præsumptione, quod maior culpa, quàm leuissima, interuenerit: lex autẽ, quæ in præsumptione fundatur, locum non habet in foro conscientiæ. Contrarium tamen est affirmandum, nempe legem illam in conscientiæ foro vim habere, nec fundari in præsumptione maioris culpæ. Quamuis. n. l. 1. in prin. eod. tit. dicatur, hoc idcirco sancitum esse, *quia necesse est plerunque homines horum fidem sequi, resque custodiæ eorum committere*: neque censendam grauem eam constitutionem, quia in horum hominum arbitrio est hoc munus non exercere: & quia nisi hoc esse statutum, materia daretur cum furibus aduersus eos, quos recipiunt, coeundi, cum neq; ea lege lata ab eiusmodi fraudibus abstineant: attamen id causa est motiua, seu impulsiua, cur id ita in publicum bonum sancitum sit; non vero sonat præsumptionem maioris culpæ: æquus autem est cõtractus locationis, & conductionis, vt quis teneatur de minori culpa, quam alioquin teneretur eique contractui est standum, siue ex sola partium conuentione, siue ex præscripto legis, ita celebratus sit, vt ex supra dictis patet. In sequenti †
6 tamẽ euentu hi hoĩes non tenebuntur, nisi de dolo. Vñ licet si qñ aliquos recipiebant hospitio, vel in nauim, illis prædixerunt, ea lege eos recipere, vt ipsi curam rerum suarum haberent: aut eis prædicendo, vt curam suarum rerum haberent, clauem domus, aut loci, eis tradiderunt, in quo res suas seruarent. Ita hr l. vlt. §. 1. iuncta glo. ibi. ff. nautæ caup. &c. & l. 26. citata. Addit glossa citata, vt hi homines solum teneantur de dolo, non satis esse, si, post quam aliquos hospitio, aut in nauim receperunt, eius dicant, vt suarum rerum ipsi curam habeant, eaq; leges eos recipere, sed opus esset, vt à principio, qñ eos recipiunt, id eis dicãt. Hactenus dicta similiter locum habent, si nautæ caupones, aut stabularij, gratis aliquos recipiant, vt hr l. penult. in princ ff. nautæ, caup. &c. & l. 26. citata. Qui tñ ex officio nautæ caupones, aut stabularij nõ sunt, esto aliquos pecunia hospitio recipiant, vt efficere solent multi, qñ curia Regis in aliquem locũ deuenit, atque illi qui curiam comitantur, distribui solent hospitio per domos, non tenentur de culpa leuissima, quoniam iura citata de his non loquũtur, & cum illa odiosa sint, extendenda vltra eos non sunt, qui eis iuribus exprimuntur. Ita Ange. & Syl. verb. nauta.

In Lusit. libr. 5. ord. tit. 39. sancitum est, vt stabularij, & quicunque † pecuniam solent hospitio
7 recipere, claue de nocte aditus oẽs claudant, quib. è domo potest exiri, neque cuiquam aperiant, antequã oẽs hospites interrogentur, an aliquid desit eorum alicui. Si autem compererint aliquid deesse alicui, neminem sinant exire antequam adeat, atque admoneant iudicem loci, & is suum munus exequatur. Quòd si secus faciant, stabularij ipsi, aut qui pecunia hospitio receperũt, soluere tenentur, quicquid fuerit dictum deesse hospitibus.

8 Quando † quis se obtulit in depositarium affirmant iura, eum teneri etiam de culpa leuissima, non verò de casu fortuito. Ita habetur l. 1. §. sæpe. ff. depos. l. 3. titu. 3. part. 5. & fauet c. bona fides de depos. Ang. verò, verb. depositum, nu. 3. & Syluest. ibidem q. 2. id intelligunt, quando deponens quærebat diligentissimum, & depositarius



Digitized by Google

se offerendo, diligentissimum excluſit. Dicēdum tamen est, vt Panor. c. bona fides citato nu. 3. innuit, id intelligendum esse, qñ depositum factum fuit in gratiam, & cōmodum solius depositarij, non verò deponentis, in quo euentu l. si quis nec, in prin. ff. si cert. pet. habetur, depositarium teneri etiā de culpa leuissima. Cum. n. quidā emere prædia desideraret, atq; id mutuū pecuniā ab alio peteret, quam acciperet mutuo à puncto, quo prædia illa emeret ea pecunia, & non antea, mutuans itet facturus, eam pecuniā in depositū illi relinquit, vt, si prædia emeret, a puncto, quo pretium soluēret, acciperet eā mutuo, ea lege definitur, eiusmodi depositariū, quia in suum tantum cōmodum depositum fuit factum, teneri de culpa leuissima, si pecunia interim dū est in deposito, pereat. Si autem depositū factū sit, tā in commodū offerentis se in depositariū, quā deponentis solū tenebitur de culpa leui. Si verò factū sit in cōmodum solius deponentis, depositario ex amicitia, atque vt officium deponenti præstaret, se offerente in depositarium, tenebitur solum de lata culpa, esto aliū excludat. Consentit in his Nauar. in Man. c. 17. in calce nu. 181. & copiosus. c. 4. nu. 10.

9 Si quis seruum † depositum, sciens furē esse, tenetur depositario de furto, nisi ipsum admonuerit de vitio serui. Si aūt id ignorabat, solū tenetur, vel satisfacere furtū, vel reddere seruū pronoxa, vt maluerit. Ita definit l. 10. tit. 3. par. 5. iuxta l. si qs seruum. ff. de pig. act. quæ idem vī decidere, atq; ita affirmandum est in Regno Castellæ, vt ibi Greg. Lope. ait, & Villalobos in antinomia lit. D. nu. 9. Contrariū tñ dicendum est de iure cōi cum gl. l. si quis seruū citata, nempe, esto, ignoras furē esse, cum seruū deposuerit teneri satisfacere furtū: qm id apertè decidit l. si seruus. §. quod verò. ff. de furtis, qñ depositum fuit solum factum in gratiā deponentis: quoniam æquitas non patitur, vt depositarius loco beneficij damnum reporter.

Reliqua, quæ hoc loco dici poterant, & præcipuè, num res depositæ præferendæ sint rebus proprijs depositarij, quando omnes seruari non possunt; & cui depositum pereat, si per tertiam personam ad deponentem mittatur dicta sunt in calce disp. 295. & duabus seq. vbi eadem simul examinata sunt circa commodatum.

## Pignus, & hypotheca, quid, & quotuplex sit. Et quæ in vniuersali hypotheca comprehendantur.

### DISPVT. DXXVIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Pignus vnde dictum.*
2 *Hypotheca quot modis sumatur.*
3 *Pignus, & hypotheca latè quid; & quid preſsè. numer. 5.*
4 *Cōtractus pignoris, & hypothecæ latè quid: & quid præſsè. nu. 5.*
6 *Statutum faciens mentionem de pignore, an cōprehendat hypothecam preſsè ſumptam.*
7 *Hypotheca quotuplex, tam latè, quā preſsè ſumpta.*
8 *Hypotheca tacita quid, & quid expreſſa, & nu 9.*
10 *Pignus conuentionale quid; & quid prætorium; & quid iudiciale.*
*Et quid inter ſe differant, & ab hypotheca. nu. 11.*
12 *Hypotheca conuentionalis quotuplex: & quid vniuerſalis hypotheca expreſſa.*
*Quid particularis expreſſa. nu. 13.*
*Quid vniuerſalis tacita. nu. 14.*
*Et quid particularis tacita. nu. 15.*

1 PIgnus verbum est latinum, dictū à † pugno, vt Caius iurisc. l. plebs, §. pignus. ff. de ver. sig. ait: *quia res, inquit, quæ pignori dantur, manu traduntur.* Vnde subdit, *etiam videri pōt verum eſſe quod quidā putant, pignus propriè rei mobilis conſtitui.* Hæc ille. Licet aūt, iuxta hanc nōis etymologiā, pignus proprijssimè sit rerū mobiliū, q̄ manu capiuntur; latius tñ patet, & non solū pignus, latè sumptū, est oē id, q̄ obligatur in securitatem debiti, vt inde satisfiat, nisi impleatus; sed etiā pignus preſſe, vt distinguitur ab hypotheca preſſe ēt ſumpta, est oē id, q̄ ita prædicto modo obligat, vt tradatur, siue id res sit mobilis, siue immobilis: tametsi frequētius res mobiles, quam immobiles in pignora eo mō sumpta tradantur. Hypotheca
2 verò † græcū nomē est, dictum ab hypo, quod est sub, & thesis, quod est positio, quasi res supposita & obligata creditori pro debito. Et quidem hypotheca latè sumpta idem prorsus est græcè, quod pignus latè sumptum latinè; atq; ita sæpè in iure pignus cōprehendit hypothecā preſsè sumptam, & hypotheca cōprehendit pignus preſsè sumptum. Vnde l. res. §. vlt. ff. de pig. sic hī. *Inter pignus, & hypothecā tantū nominis ſonus differt.* Sumitur verò, sæpissimè preſsè, vt distinguit à pignore preſsè sūpto, nēpè pro re ita subiecta, & obligata pro debito, vt tradita creditori non sit, neque alteri loco illius. Eoq; modo, non solum res immobiles, sed ēt mobiles hypothecæ subijciuntur non facta traditione earum creditori. Vnde Inst. de act. §. item seruiana, ver. inter pignus, & l. si rem alienā. §. pprie. ff. de pig. act. sic hī. *Pignoris appellatione eam proprie rem contineri dicimus, quæ ſimul etiam traditur creditori; at eam, quæ ſine traditione nuda cōuentione continetur, proprie hypothecæ appellatione contineri dicimus.* Et paulo antea Inst. loco citato sic dictum fuerat. *Inter pignus, & hypothecam, quantum ad actionem hypothecariam attinet, nihil intereſt: nam de qua re inter creditorem, & debitorem conuenerit, vt ſit pro debito obligata, vtraque hac appellatione continetur.* Hæc ibi.

Iuxta hæc pignus, seu hypothecam latè sic posſumus, definire. Est † res subiecta, obligatave, pro
3 debito, vt, nisi impleatur, inde satisfiat. Vnde creditor in hypothecam, seu pignus, ius comparat reale vt in calce disput. 2. latè ostendimus, ac proinde, ad quemcunque ea res deuenerit, cum eo reali onere transit, vt inde satisfiat, nisi aliunde sit satisfactum. Contractum verò pignoris, ac hypothecæ latè sumptum possumus sic definire. Est
4 † contractus, quo aliquid creditori in debiti solu-

tionem

tionem obligatur, vt inde satis fiat, si aliter non fit satisfactū. Perficitur verò hic contractus solo consensu exterius expresso, & per internuncium, aut epistolas, siue res, quæ subijciuntur pignori, aut hypothecæ, præsentes sint, siue non, vt de contractu emp. & vend. dictū est. Ita hē l. contrahitur, & l. creditur. ff. de pign. l. 1. in prin. ff. de pig. act. & l. 6. tit. 13. par. 5. Hinc l. 1. citata, §. infertur si, dum aliqui contractum inierūt, in pignus ostensū fuit aurum, & de eo fuit cōuentum, vt esset pignus, & postea traditum fuit auricalcum, aurum ostēsum, esse pignus. Si verò auricalcum assertum fuit aurum, atque in pignus fuit conuentum, ac traditū, tunc illud quidem esse pignus, sed creditorem agere posse aduersus debitorem contraria pignoratitia actione, vt constituat aliud pignus æqualis valoris cum auro, præter crimen stellionatus, in qđ deceptor incidit, si sciens id fecit; de quo crimine
5 disp. 532. erit sermo. Definitiones † pignoris præsè sumpti, & cōtractus pignoris præsè sūptī, conficies, si definitionib. traditis addas, facta traditione creditori, aut alteri loco illius, rei ita obligatæ. Atque de eiusmodi pignore est sermo Inst. de oblig. quæ ex delict. §. furti, dum dī, *creditorem de pignore surrepto furti actione agere posse, etiam si idoneum debitorem habeat, quia expedit ei, pignori potius incumbere, quam in personam agere.* Similiter
7 conficies definitiones hypothecæ præsè, & cōtractus hypothecæ pīsè sumptæ, si eisdē definitionibus addas, non facta traditione rei ita obligatæ.

Dubiū 6 Vtrum aūt, si in statuto aliquo mentio pignoris fiat, cēsendum sit † nomine illo cōpræhēdi hypothecam posse? Quātis Bar. (tametsi trepidus) negauit respondetiz merito tñ Panormit. c. cum aliquibus, de sent. & re iudic. nu. 6. & Greg. Lop. l. 1. tit. 13. par. 5 dicuat, quando statutum est odiosum, non compræhendi, argumento quorundam iurium, quæ cītant: & quia odia sunt restringēda, secus aūt quando non est odiosum. Hæc quod attinet ad primum eorum, quæ proposita sunt.

Decis. Quod verò attinet ad secundum. Hypotheca
7 latè sumpta † primo diuiditur in pignus presse, & in hypothecam presse, vt ex dictis cōstat. Deinde hypotheca presse diuiditur, in tacitam & expressam. Tacita est, quę †
8 legis authoritate est statuta, esto nulla conuentio circa illam interueniat, quæ proinde legalis pōt etiā appellari. Talis est vxoris in bona mariti pro dote soluenda, & sunt plereq; aliæ, de quibus in progressu erit sermo: Expressa
9 † verò est, quæ expresse partium conuentione fit, qua rōne conuentionalis nuncupatur. Vt qñ vnus contrahentium, aut aliquis tertius, obligat alteri omnia bona sua, aut aliqua, in securitatem, quòd aliquid fiet, aut soluetur. Etenim l. res, §. vlt. ff. de pign. sic habetur. *Dare autem quis hypothecam potest, siue pro sua obligatione, siue pro aliena.*

Pignus præsse (quod semper est expressum) sumptum latius, quàm supra fuerit definitum, diuiditur, in cōuentionale, prætorium, & iudiciale.
10 Conuētionale † est, quod sola partium conuētione fit. Prætorium est, qñ iudicis mandato, seu decreto, ante sententiam, ob contumaciam alicuius, alter contendētium mittitur in possessionem, seu

sententionem rei illius: per eam quippe immissionē comparat ius in rem illam, eaque res sortitur rationem pignoris prætorij. Iudiciale verò pignus est, quando vnus contendentium, in exēquutionē sententiæ prius latè aut in exequutionem obligationis guarentigiæ, vel alterius, quæ secum paratā affert exequutionem, non expectata iudicis sententia, mittitur in possessionem, seu tenentiam rei alterius, vt inde satisfiat: eō. n. ipso comparat ius in rem illam, vt inde sibi satisfiat, resque illa proinde sortitur rationem pignoris iudicialis, & nō an-
11 tea. Differt † in hoc pignus prætorium, & iudiciale à conuentionali pignore, & hypotheca, in quibus solo consensu ius iure, vt dictum, est, cōparatur, constat ex l. non est mirum. §. vlt. ff. de pig. act. ex l. si & iure, iuncta gl. ibi. ff. qui potior. in pignor. ex l. 2. iuncta glo. ibi. C. eo. tit. & ex l. 13. tit. 13. par. 5. & infra fiet magis perspicuum Grego. Lop. l. 13. cit. glo. 1. cum Bart. affirmat, vt aliquid sationem sortiatur pignoris iudicialis, aut prætorij, non satis esse, si is, cui est tradendum, mittatur per iudicem, aut de mandato iudicis per ipsius ministrum, in possessionem illius per actum fictum, vt si in conspectu rem mittatur per visum in possessionem illius, dicente iudice, aut ministro, trado tibi possessionem illius, & altero illam acceptante sine reali appræhensione: quoniam, inquūt, licet actus fictus sit satis, vt, qui possidet, transferat in alterum possessionem, non tamen sufficit, vt, qui non possidet, qualis est iudex, aut minister illius, eam transferat. Eandem sententiam refert Panor. c. cum aliquibus de sent. & re iud. nu. 8. ex Speculat. & Ant. de But. aitque, se multo tempore fuisse eam sequutum. Cæterum à nu. 10. cum Io. Andr. copiosè probat, satis esse si per visum possessio à iudice, aut ministro illius, tradatur: neque mihi hęc sententia displicet. A regula autem illa, quod, vt aliquid sortiatur rationem pignoris iudicialis, aut prætorij, necesse sit eum, cui id efficitur iudiciale pignus mitti in possessionem illius, excipe, nisi sit impedimentum: quia inūdinatum v. g. est aquis, neque possideri possit, aut quia per potentiam impeditur appræhensione efficitur iudiciale pignus. Ita habetur l. quamuis, iūcto §. vltim. antecedente. ff. de bon. autor. iud. poss. concinit c. contingit de dolo, & contum. & affirmat Greg. Lop. l. 1. tit. 13. par. 5. gloss. penult. Illud denique obserua, pignus prætorium posse etiam dici iudiciale, latius sumpto vocabulo, eo quòd autoritate iudicis fiat. Atque ita sumi interdum solet pignus iudiciale, vt prætorium etiam compræhendit. Lege quo ad omnia Negusanium de pignor. par. 3. mēbr. 2. & 3.

12 Conuentionalis hypotheca † subdiuiditur in vniuersalē, & particularem. Vniuersalis tunc est, qñ quis alteri obligat omnia sua bona. Noīe verò, oīum bonorū, intelligūtur tunc, non solum bona oīa præsentia, sed ēt futura, quæ tpis progressis acquiret, ēt si id non exprimat. Ita hē expressè l. vltim. C. quæ res pignor. oblig. poss. l. 1. in prin. & l. §. tit. 13. part. 5. & affirmant Couar. de practic. quæstionibus cap. 29. numero vltim. Grego. Lopez lege 5. citata, verb. *las que entiende auer,*



Digitized by Google

& communis doctorum sententia. Ratio aũt est, quoniam hypotheca non est debiti magni præiudicij, eo quòd ratione illius non accrescat debitum, sed solum accrescat securitas creditori, quod soluetur. Excipitur casus, de quo leg. vlt. C. de remiss. pign. Si, n. debitor consentiente creditore, alienet rem aliquam ex ijs, quæ in vniuersali hypotheca comprehenduntur atq; adeo tacitè remittat obligationem hypothecę, qua res illa erat astricta, si casu postea ex alia cã res illa redeat iterũ in dñium eiusdem debitoris, non censetur subiecta hypothecæ, vt disp. 537. explanabitur. Excipiunt ẽt ea, de quibus, si in particulari interrogetur, qui bona sua obligat, nõ intenderet ea obligare, vt hẽ. l. obligatione, ff. de pign. l. 1. C. quæ res pig. Eiusmodi sunt, vt exprimunt ea iura, iũcta l. vel quæ, & duabus sequentibus, ff. de pig. & l. 5 tit. 13. par. 5. ancilla cõcubina eius, qui bona suæ obligauit, filij ex illa ab eo pro geniti, mancipia administratiũ quotidianum illius necessaria, aut ad nutriendos filios illius, vestes quotidianæ hyemales, & æstiuales tam ipsius, quam vxoris suppellex ad quotidianum vsum omnino illi necessaria, arma propria suæ personæ, & equus, vt exprimit l. 5. citata, & si quæ alia sunt his similia. Intelligenda verò hæc sunt, ẽt in tacita vniuersali hypotheca de qua mox erit sermo. Illud tamen obserua, si in vniuersali hypotheca exprimeretur in particulari hæc, quæ in vniuersali hypotheca non censentur comprehensa, aut aliqua eorum, tunc ea, quę ita in particulari exprimerentur, censerentur comprahẽsa, vt cum alijs obseruat Neguſ. tractatu de pig. par. 2. membro 2. num. 41. Nomine verò omnium bonorum, in ea hypotheca comprehenduntur, quæ ita sunt debitoris, vt sint alienabilia ab eo, vt cum Bar. & alijs, notat ibi Greg. Lope. ver. *todas las otras cosas*. Comprehenduntur aũt, ẽt venialia, vt cum Bar. & Cou. disp. 201. concl. 4. dictum est, & affirmat Grego. Lop. vbi supra. Quo in loco cum alijs subiungit; id non impedire mercaturã: qm, loco rei venditæ, in hypothecæ vniuersali succedit pretium, atq; adeo eo ipso, q merces aliqua alienatur desinit esse comprahẽsa sub hypotheca. Ita Neguſ. tract. de pig. par. 2. memb. 2. nu. 24. cũ alijs, quos citat, & Couar. de pract. qq. c. 29. nu. 1.

13 Particularis verò hypotheca † est quando non omnia bona obligantur, sed quædam, siue vnum, siue multa. Atque quando obligantur bona omnia certi generis censetur obligatam venalia eius generis, nisi restrictio fiat ad ea, quæ sunt certo loco, vt concl. 4. citata dictum est.

14 Tacita ẽt † hypotheca subdiuiditur in vniuersalem, & particularem. Vniuersalis est, qua omnia bona ex legis dispositione obligantur. Talis est hypotheca, quam, vxor habet in bonis omnibus mariti pro solutione dotis, & suntalię. Atque in huiusmodi vniuersali hypotheca comprehenduntur similiter bona omnia præsentia, & futura sicut in vniuersali hypotheca expressa. Ita colligitur ex l. hac edictali. §. omnibus, C. de sec. nup. & affirmant glo. l. vlt. C. quæ res pignor. obl. possunt, & communis sententia, quam referunt; ac sequuntur Cou. nu. vlt. citato, & Greg. Lop. verb. *las que entienden auer* citato. Ea tamen excipienda sunt, quæ paulo ante diximus excipienda esse in hypotheca expressa vniuersali.

15 Particularis † verò est, qua nõ oĩa, sed aliquod, vel aliqua bona ex legis dispositione obligantur. Eiusmodi est, quam habet, qui pecuniam mutuo dedit ad nauem aliquam, aut domum reficiendã: ea enim ipsa domus, aut nauis, manet ei tãtum ex dispositione legis hypothecata pro solutione eius pecuniæ, vt videbimus, & dum de hypotheca pro dote supra habitus est sermo dictum est.

Pignus aũt præsè sumptum semper est expressum, & particulare, eo q traditionem requirat & idem pp eandem rationem est de pignore iudiciali. Et ideo diuisiones, in tacitam, & expressam, & in vniuersalem, & particularem, solũ confecimus hypothecæ præsè sumptæ, non verò pignoris.

## Quæ res pignori, & hypothecæ subijci possint, subiectæque censeantur, & qui subijcere eas possint.

### DISPVTATIO DXXIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Pignori subijci possunt etiam res in spe.*
2 *Fructus, & partus vt pignori subijci possint, quid necesse sit.*
3 *Pignori res aliena quousque dari possit.*
4 *Pignori habens rem alienam obligatam, quando possit agere contraria pignoratitia actione, aduersus eum, qui illam obligauit.*
5 *Fructus, & partus vna cum rebus subijci hypothecæ possunt, & quousque.*
*Idem quoque in fructibus, qui ex vsufructu percipiuntur. nu. 6.*
*Et quid de fructibus ab hærede perceptis, an subiecti sint hypothecæ. nu. 7.*
*Et an idem dicendum de fructibus, quos conductor rei hypothecatæ percipit. nu. 8.*
9 *Pignori, & hypotheca etiam obligari possunt iura, & actiones, & omnia incorporalia, quemadmodum corporalia.*
*Idem dicendum in nominibus debitorum. num. 10.*
*Idem quoque in vsufructu. nu. 11.*
*Item in emphyteusi, & superficie. nu. 12.*
*Et quid in seruitutibus. nu. 13.*
*Idẽ in iurisdictione, & iurepatronatus. n. 14. & 15.*
16 *Pignori, & hypothecæ res subijcere qui possint.*
17 *Pignori, & hypothecæ subijci potest ius quod quis habet in re.*

1 SVbijci hypothecæ, ac pignori possunt non solum, quæ iam † existunt, sed ẽt, quæ existent, aut futura speratur, vt fructus pendentes fœtus pecorum partus ancillarum, ẽt si nondum concepti, aut fati sint: sicut ẽt vẽdi possunt, vt disp. 340. visum est. Ita habetur l. & quę nondum, in princ. ff. de pig. & l. 2. tit. 13. par. 5. Sicut autem, quando venduntur quę nondum existunt, sed sunt in spe venditio est conditionalis, si percipientur, aut existent, vt disputatione citata dictum est. ita

Digitized by Google

subiectio similiū rerū pignori, aut hypothecæ cōditionalis est, si existēt: qd. n. nō est, rōnem actualis pignoris, aut hypothecæ, subire non potest.

2 Vt autem † fructus, aut partus rei alicuius prout adhuc sunt in spe, subijci pignori, aut hypothecæ possunt necesse est, vt ipe, quo celebratur contractus pignoris, aut hypothecæ, res, vnde percipi sperantur, sit eius, qui illa pignori; aut hypothecæ subijcit, vt hẽ l. potior, §. de futura, ff. qui potior. in pign. Ratio autem est, qm̃ aliena res pignori, aut hypothecæ, obligari non potest inscio, ratumque non habente dño, estque nulla ea obligatio; secus autem si consentiat, aut postea id ratum habuaq;, vt habetur l. aliena res in prin. & l. si fundus, §. 1. ff. de pign. l. quæ prædium, & l. vlt. C. si aliena res pig. data sit, & l. 9. tit. 13. part. 5.

3 Illud hoc † loco obiter admonuerim, quādo res aliena inscio dño data est in pignus, & postea dominus ratum id hēt, retrotrahi eam ratihabitionē, vt à principio res censeatur tradita in pignus, aut subiecta hypothecæ, non tñ in præiudicium tertij, cui ante eam ratihabitionē eadem res esset hypotheca subiecta: hic. n. tāquam prior creditor, qui prior habuit ius in re, præferetur alteri creditori. Ita Neguſ. de pig. part. 3. memb. 1. nu. 19. ex argumento l. potior, §. 1. ff. qui potior. in pign. Obserua quando is, cui † pignori, aut hypothecæ, subiecta res fuit, alienam esse ignorabat, agere posse contraria actione aduersus eum qui illam obligauit, vt rem aliam æquè bonam pignori, aut hypothecæ obliget, vt habetur l. quę prędium, citata, & l. rem alienam. ff. de pig. act. vbi additur, si res illa deueniat postea ad eum, qui pignori, aut hypothecæ, eam subiecit, competere creditori pignoratitiam actionem in illam rem, eo quod eo ipso subiecta pignori, aut hypothecæ creditori maneat; idemque habetur l. 7. tit. 13. par. 5. in fine. Vnde non dubito, rem quæ aliquo modo est in spe alicuius, posse ab eo subijci pignori aut hypothecæ, prout ita est in spe, ac sub conditione si in dominium ipsius venerit. Lex quippe si fundus, §. aliena, ff. de pig. sic habet: *Alienare vtiliter potest obligari sub conditione, si debitoris facta fuerit, & hoc ipsum magis perspicuè affirmat l. 7. titul. 13. part. 5.* Neque contrarium intenditur, l. potior. §. si de futura, ff. qui potior. in pign. sed potissimum intenditur, quod §. sequenti subiungam.

Quando aliquis rem alienam, inscio domino, subijcit hypothecæ ei qui illam hypothecę subiecit, comparet dñium illius, non manet subiecta illi hypothecæ. Ita hẽ l. 7. tit. 13. par. 5. & consentit Bart. ibi relatus à Greg. Lopez gl. vlt. tametsi contrarium asseuerit glo. l. 1. in prin. ver. difficilius. ff. de pig. & cum ea Ang. Quando tamen res aliena pignori esset data scienti alienam esse, si, qui illam tradidit, comparet dominium illius, creditio retinie illam poterit, quousque debitum ei soluatur, vt habetur l. 3. citata, & consentiunt, quę disp. 531. dicenda sunt.

5 Illud est obseruandum. Quando res aliqua, aut aliquæ pignori, aut hypothecæ, sunt subiectę, fructus etiam illarum, si à debitore sati sunt, & partus ancillæ, aut aliorum animalium, si concepti fuerunt dū hypothecæ illæ erāt debitoris, subijci etiā hypothecæ vnà cum rebus, quarum sunt fructus, & si res illæ alienentur, & dum iam à dñium alterius deuenere, ab altero percipiantur, aut ex animalibus fœtus illi nascantur, comparetque eorum dominium. Atq; hoc est, quod potissimū intenditur, & hẽ l. potior, §. si de futura ff. qui potio. in pig. Vbi † etiam habetur, q. si vsusfructus fuit pignori, aut hypothecæ, ab vsufructuario creditori subiectus, fructus etiā tales vsusfructus nati, ac percepti, dum is vsusfructus ad eum spectabat, qui illum pignori, aut hypothecę, subiecit, censentur etiam pignori aut hypothecæ subiecti ratione talis vsusfructus, esto ab aliquo alio percipiātur. Quamuis enim vt ibi glossa verb. vt fiat, ait, & nos dispu. 7. ac alibi diximus, fructus illi non pertineant ad dñium vsufructuarij, sed ad dñium proprietarij, interim dum pendent, quasi tunc vnum quid cum prædio, cuius sunt fructus, reputētur, sed tunc demum vsufructuarij efficiantur, qñ perseuerante vsufructu, eos percipit, aut alius loco illius; ius tñ, quod vsufructuarius rōne vsusfructus habet, vt illos suos efficiat, si eos percipiat interim dum vsusfructus perseuerat, est satis, vt ratione vsusfructus subiecti pignori, aut hypothecæ, illi quoque pignori, aut hypothecæ, censeantur subiecti, dependenter tamen ex eo, quod, perseuerante vsufructu percipiantur. Si enim ipsis dependentibus, finiatur vsusfructus, pertinent omnino ad proprietarium, vt disp. 7. dictum est: & quemadmodū finiunt pignus, aut hypotheca, talis vsusfructus, sic quoque expirat pignus, aut hypotheca, eorundem fructuum. Quòd autem fructus, qui sati, aut producti, vel cōcepti fuere tēpore, quo pignus, aut hypotheca, ad debitorem pertinebat, pignori etiam, aut hypothecæ, sint pariter subiecti interim dum existunt, esto dñium transierit ad alium, eisq; eos perceperit, præter ius citatū iuncta glos. ibi, hẽ expresse, l. q̃uis, C. in quib. caus. pignō. vel hyp. tacitè contrah. l. in prædijs, ff. eo. tit. l. greg. in prin. l. & quę, in prin. iūcto §. 1. & l. Paulus, §. si mancipia, ff. de pig. l. si conueneri, 2. §. si fundus, iūcta gl. ibi ff. de pig. act. l. 1. iūcta gl. ibi. C. de partu pign. & l. 16. tit. 13. part. 5. Eo autem ipso, quod tales fructus non existunt, desinunt subiecti esse pignori, aut hypothecæ. Imò verò, si is, ad cuius dñium deuenere, emat illis aliquid, aut permutatione cum eis aliquid comparet, res ita acquisita pignori, aut hypothecæ, non est subiecta, sed solū fructus illi, interim dum existunt, subiecti sunt hypothecæ, vt habetur l. quamuis. C. in quibus caus. pig. vel hyp. Hinc iura dicunt, qñ hypotheca est particularis, & ex re ita hypothecæ subiecta, percepti sunt aliqui fructus abeo, qui eo modo illam subiecit, tunc, vt eiusmodi fructus subiecti etiam eo ipso hypothecæ censeantur, ad creditorem spectare probare, ortos aut cōceptos, fuisse ex re illa post quam fuit hypothecæ subiecta: secus autem quando hypotheca est vniuersalis; quoniam tunc omnia vniuersim illius, tam præsentia, quam futura, ac proinde omnes illi fructus, quocūque tempore fuerint ab eo percepti, sunt hypothecæ subiecta. Ita habetur l. &

quæ

quæ §.1.ff.de pig. Vniuersim autem, qñ creditor aduersus tertium possessorem agit seruiana, seu pignoratitia, ac hypothecaria actione, vt ex re aliqua ab ipso possessa, tanquàm ex hypotheca, sibi soluatur debitũ, ad ipsum probare spectat, subiectam fuisse hypothecæ, atq; tempore contractus, quo fuit subiecta, ad debitorem attinuisse, vel dominum rei illius consensisse, vt hypothecæ subijceretur, ratumve id habuisse, vt hĩ l.ante omnia. ff.de probat. & l.18.tit.13.par.5. Esto autẽ, postquã res hypothecæ fuit subiecta, succumbat circa illam is, qui illam hypothecæ subiecit, sententiaque feratur ad alium attinere, aut attinuisse, integrum nihilominus est creditori probare, ad debitorem pertinuisse, qñ sibi fuit hypothecæ subiecta, vt inde suum debitum soluatur: secus autem, si debitor succubuisset, antequam rem hypothecæ subijceret: tunc enim non audiretur creditor, esto probare vellet, pertinuisse ad eundem debitorem, sed repelleretur exceptione rei iudicatæ. Ita habet l.si superatus. ff. de pign. Vt autem ad fructus rei hypothecæ subiectæ regrediamur, si, postq̃ alienata fuit, sati, ac percepti ab ea sint, in cuius dominium deuenit, aut concepti, ac percepti sint, postquam ita fuit alienata, ita q̃ nunquam dominium, aut ius ad illos, is habuit, qui hypothecæ eam subiecit, tunc subiecti non sunt hypothecæ, esto in rerum natura existant. Ita hĩ l. Paulus §.si mancipia.ff.de pig. & l.1.§.cum primum, in fine iuncta glos. ibi verb. nunq̃ debitoris, eod.tit. & l. 16.tit.13. par.5. De fructibus perceptis ab hærede ex ea re, est dubium, an † subiecti sint hypothecæ. Ex l. Paulus in prin. ff.de pig. colligitur videtur, subiectos esse: qm̃ verè ex rebus hæreditarijs sunt percepti: atq; ibi dicitur, solum ea non subijci hypothecæ, q̃ hæres aliunde, q̃ ex bonis defuncti, acquirit. Et Greg. Lop. l.5.tit.13. par.5. verb. *los que entiende auer*, agens qñ bona defuncti generali hypotheca erant obligata, subiungit, fructus naturales rei hæreditariæ, subiectos esse hypothecæ: secus autẽ bona, quæ hæres sua industria acquirit negotiando bonis defuncti: hæc enim cũ Angelo affirmat subiecta nõ esse hypothecæ. Dicerem, fructus rei defuncti satos, aut conceptos, tpe, quo bona illa iam erant hæredis, subiectos esse hypothecæ, detractis inde sumptibus, & pretio laboris, & industriæ hæredis in re illa colenda, fructibusq; illis percipiendis: reliquum.n. duntaxat cõputatur in fructibus ex illa re. Maius autem mihi dubium est † de fructibus, quos conductor rei hypothecatæ percipit, siue tpe eius, q̃ eam hypothecauit, siue tpe hæredis illius. Ac mihi vt dicendum non esse subiectos hypothecæ, postq̃ fuerint percepti: qm̃ sunt fructus industriæ, & mercedis, quam soluit contractu locationis valido, nihil impediẽte, quòd simul sint fructus rei hypothecæ subiectæ: sicut ẽt fructus, quos emptor percepit ex eadẽ re, nihil impediente, quod perseueret obligatio hypothecæ, non subiecti hypothecæ ex iuris dispositione: atque idem per epicheiam censendum est de eiusmodi fructibus. Interim tñ dum fructus pendentes sunt, nedumque sunt percepti, quia tunc vnum cõputantur cum re hypothecæ subiecta, censentur hypothecę subiecti, siue res illa locata, siue empta, aut quocunque alio tit. quo ad dñium acquisita sit. Ita hĩ l.si fundus, §. in vendicatione, vers. interdum, iuncta glo. vlt. ibi ff. de pig. & affirmat Greg. Lop. l.16. citata. Semper tñ ab eiusmodi fructib. detrahi debent expensæ, in qbus continetur pretium laboris, & industriæ.

9 Pignori † tradi possunt nõ solũ res corporales, sed etiam incorporalia, vt iura. Ita hĩ l.2.titu.13. part.5. & colligitur ex iuribus citandis. Quare res pignori ab vno creditore accepta, põt ab eo tradi alteri in pignus ob aliud debitum ratione iuris pignoris, quod in ea habet: & eadem rõne res vni hypothecata pro vno debito, potest ab eo subijci hypothecæ alteri pro alio debito l. grege §. cum pignori, & l.1. & 2. C. si pignus pignori datũ sit, & l.35. tit.13. part.5. Eo tñ ipso, qđ primus debitor soluit integrè, quod sub eo pignore debebat dissoluitur secundum pignus, eaque de causa debitor pignus vendicare potest suum pignus: quia res soluto priori iure cui ius posterius pignoris nitebatur, resoluitur ius secundum. Ita hĩ l. grege §. cum pignori. ff. de pig. l. debitor §. vlt. ff. de pig. act. l.1. in prin. C. si pignus pig. dat sit, & l.35. citata. Secundus tamen creditor exigere potest à primo creditore, vt vel sibi soluat statim suum debitum, vel sibi tradat pignus aliud æquè bonum l. cum debitor, iuncta glo. ibi in fine. ff. de pign. act. & l.35. citata. Quando tamen vnus debebat alteri certam pecuniæ quantitatem, & cum debitor tunc non haberet pecuniam, quam solueret, illi tradidit pignus, vt sub eo eam quæreret ab alio, & acciperet, atque exequutioni id mandatum est; tunc, soluente primo debitore creditori primo pecuniam illi debitam, si pignus recuperatum iam sit à primo creditore, cogitur illud exhibere rei vendicatione: si verò sit adhuc penes secundum debitorem, non censetur dissolutum ius pignoris, quia de facultate primi debitoris traditum est secundo creditori, ac proinde non poterit debitor primus agere aduersus illũ pignoratitia actione, neque rei vendicatione, vt sibi restituatur id pignus, quousque sit illi satisfactum: aget tamẽ aduersus primum creditorem actione præscriptis verbis, vt debitum secundo creditori soluat, pignusque accipiat, ac sibi restituat. Atque hoc est, quod habetur l. petenti. ff de pignorat. act.

10 Nomina † quoque debitorum, seu debita, quæ vni debentur, potest is pignoris alteri tradere, aut hypothecæ subijcere. Ita habetur, l. grege, §. sed potest, & l. conuenit, ff. de pign. l. si conuenerit 2. in prin. ff. de pigno. act. l. postquàm, C. de hæred. vel act. vend. l. nomen C. quæ res pignori oblig. & l.2. tit.13. part.5. Atque tunc creditor secundus vtili actione exigit debitum à primo debitore, nisi prius debitor primus satisfaciat primo creditori, ignarus quòd debitum illud traditum in pignus sit secundo creditori: si enim, admonitus a secundo creditore, satisfaceret primo creditori, posset nihilominus secundus creditor exigere idem a primo debitore. Idem, cum Bartol. aduersus glossam, l. nomen citata, dicit esse additio ad eandem glossam, si primus debitor,

Dubiũ 7

Decis.

8 Dubiũ

Decis.

cor, conscius id debitum pignori esse traditum secundo creditori, illud soluat primo creditori. Si autem debitum sit in pecunia, secundus creditor, qui illud recuperat, cõpensat in eo totũ pecuniæ, quod sibi debetur, & reliquum tradit primo creditori. Idem est, si vtrumque debitũ sit tetũ, quæ compensari possunt vna cum alia, vt si vtrumque debitum sit tritici, aut alterius similis rei. Si verò sit rei, in qua locum non habeat cõpensatio, tunc res ita soluta sortitur rationem pignoris, eamque in pignus retinet secundus creditor, quousque, quod sibi debetur, integre ei soluatur. Hæc omnia hãc, l. nomen citata, & l. grege, §. sed potest, ff. de pig. l. si conuenerit, 2. in princ. ff. de pig. act. l. 2. tit. 13. par. 5. & concinunt cætera iura citata.

11 Vsusfructus † quoq; pót pignori, & hypothecæ subijci, l. potior, §. si de futura, ff. qui potior. in pig. l. si is qui. §. vsusfructus, ff. de pign. & l. 1. §. 1. C. si pignus pignori. Cæterum ius pignoris expirat eo ipso, q̃ finitur vsusfructus, & cum proprietate consolidatur: eo quòd neque pignus, neque quicquam aliud constitui posset in præiudicium proprietarij ipso inuito. De consensu tamen proprietarij tradi in pignus posset, etiam in tempus, quo consolidaretur cum proprietate: sicut & quæ nisi aliæ res alienæ tradi in pignus possunt de consensu dominorum, vt dictum est.

12 Emphyteusis † quoq; subijci potest pignori, & hypothecæ, sine præiudicio tamẽ proprietarij. Et idem est de superficie, vt in calce dist. 461. perspicue ostensum est. Secus res habet in feudo, ne. n. ex impignoratione, aut obligatione feudi, debilior hat, vassallus ad sequendum dñm, illique seruiendum in bello, prohibitus est illud impignorare, aut hypothecæ subijcere, nisi ex domini facultate, c. 1. in prin. de prohib. feud. alien. per Feder. iuncta glos. ibi verb. cõmercium, & affirmat cum alijs Negusanius de pign. part. 2. memb. 2. num. 43. Lege apud illum limitationes quasdam.

13 Quod † ad seruitutes reales attinet, distinguendum est. Quoniam seruitus, quæ prædio alicui, siue vrbano, siue rustico debetur, eo ipso, quòd tale prædium pignori, aut hypothecæ subijcitur, ipsa quoque, tanquam prædio illi annexa, ac debita, subiecta etiam pignori, aut hypothecæ censetur: neque contrarium docent, aut intendunt, iura quæ statim citabimus. Seruitus autem per se sumpta, si vrbana sit, pignori, aut hypothecæ subijci est prohibita. secus autem de rustica. Primũ habetur, l. is qui. §. vlt. ff. de pign. & secundum, l. sed & an, ff. eod. tit. Quod glo. l. quæ prædium, §. fuerint. C. si alie. res pign. & l. qui filios, verb. obnoxia. C. quæ res pig. obl. & Ripa relatus a Greg. Lopez, l. 2. glo. 2. tit. 13. par. 5. intelligunt, quo ad cõmoditatem seruitutis in prædio alieno, quã habeat creditor, dum debitum non soluitur: id quod concedere, vt. l. sed & an, citata. Meritoque Sylu. verb. pig. nu. 2. dicit, cauendũ esse ab vsura, quam lex illa ciuilis ea dispositione concedere videtur.

14 De iurisdictione † in aliquos, an pignori, & hypothecæ, subijci possit. Bart. negauit, quando est mera iurisdictio in homines, quæ annexos nõ habet reditus. Meritò tamen Greg. Lopez, l. 2. glos. 2. titul. 13. part. 5. cum alijs, contrarium affirmat. Præsertim cum hodie eiusmodi iurisdictio vendatur, idque non modico pretio. Quatenus enim vendi potest, subijci potest pignori, aut hypothecæ, vt pretio debitum soluatur.

15 Quod † ad ius patronatum attinet, dicendum est cum Panorm. c. cum Bartoldus, de sent. & re iud. nu. 38. & 39. cum Greg. Lopez glossa 2. citata, & alijs, si annexos habeat reditus aliquos temporales tali iuri patronatui deputatos, quo ad ius ad illos posse subdi pignori, aut hypothecæ, immò verò eo ipso, quòd ius patronatus annexum est aliquibus bonis temporalibus, vt villæ, aut alteri rei, tradita villa in pignus, aut re alia, cui ius patronatus sit annexum, ceasetur ius patronatus, quo ad ius temporale reditus ei annexos, traditum etiam pignori: ius tamen ipsum patronatus in se, quo ad ius præsentandi ad beneficium Ecclesiasticum in quo essentialiter est positum, neque censetur pignori, aut hypothecæ subiectum, neque vlla ratione potest subijci, vt hæc omnia apertè colligun tur, ac constat, ex c. cum Bartoldus citato, esto, si villa illa, aut res alia, cui ius illud esset annexum, venderetur, aut alio titulo transiret in dominium alterius, pariter cum illa transiret etiam ius patronatus. Ratio autem cur ex eo, quod villa, aut res alia, cui annexum sit ius patronatus pignori tradatur, non censeatur traditum pignori ius patronatus, quo ad præsentandi ius, hæc est. Quoniam vsus præsentandi, non est res vendibilis, neque pretio æstimabilis ac proinde non est quippiam, quod reddi debitori à creditore possit, quãdo debitum suum fuerit illi satisfactum, aut quod creditor computare possit in debito principali; quemadmodum sunt reditus iuri patronatui annexi: hos enim bene reddere potest creditor debitori, persoluto ei debito, aut computare illos in debito; semper autem creditor reddere tenetur debitori reditus pignoris, persoluto ei debito, aut computate illos in debito, eo quod dominium pignoris perseueret apud debitorem, nec transeat in creditorem, nisi sola pignoris possessio, vt constat ex l. 1. C. de distrac. pig. ex l. 1. 2. & vlt. C. de pignora. act. l. 2. C. de partu pig. l. si dominium, C. de pign. c. cum contra, de pig. & c. 1. & 2. de vsur. & l. 2. tit. 13. par. 5.

16 Subijcere † res pignori, aut hypothecæ possunt, qui eas possunt alienare: secus autem, qui alienare eas non possunt, l. 7. tit. 13. par. 5. Azo. C. de pig. in summa, glos. l. 1. in prin. verb. difficilius, ff. de pign. Prælati tamen quamuis sine iusta causa, ac debita solemnitate, alienare nõ possint bona immobilia, & pretiosa mobilia quę seruando seruari possunt, neque ea subijcere particulari hypothecę, aut pignori; possunt tamen sine solemnitate, & iusta causa subijcere bona omnia Ecclesiæ hypothecæ vniuersali, vt disp. 466. in principio, cum communi doctorum sententia ostendimus.

17 Qui ius † in rem aliquã habet, potest illam pignori dare, ac proinde hypothecæ subijcere, l. 3. §. cum ex causa ff. qui potior. in pign. & l. 3. tit. 13. part. 5. Quod si, qui eam pignori subiecit, comparet postea dominium illius, manet pignori, aut hypo-

hypothecæ subiecta, etiam quo ad dominium, vt ex §. citato colligitur. Id tamen cum Bart. limitat Greg. Lopez l. 3. citata, glos. 2. quando ex eodem iure dimanauit dominium; secus autem quando ortum habuit ex alio capite, nam tunc solum subiecta pignori, aut hypothecæ, manet, quo ad illud prius ius.

## Quæ res pignori, aut hypothecæ, subijci nequeant.

### DISPVTATIO DXXX.

*SVMMARIVM.*

1 *Pignori, & hypothecæ subijci non possunt, quæ vendi, vel alienari non possunt.*

2 *Pignori res sacræ quando obligari possint. & nu. 5.*
*Idem de iure patronatus dicendum nu. 3.*
*Et quid de rebus publicis, & libero homine. nu. 5. & 6.*

7 *Homo liber potest dari obses, & in pignus pro bono pacis, inter bellantes.*
*Et quid si detur pro re ad rem bellicam non spectante, num. 8.*
*Et quid de iure Lusitano, & Castellæ. nu. 9.*

ILlæ res sacræ, de quibus in calce disp. 268 dictum est, inutilem omnino esse stipulationē, aut promissionem, de eis factā, & de quibus dist. 340. ostendimus, esse nullam venditionē, si vendi attentetur, vt sunt Ecclesia, & sepulchrū, pignori, aut hypothecæ, subijci nequeūt: si autem id attentetur, nullius roboris est id, ac momenti. Qm
1 †vniuersim, quæ vēdi non possunt, neque pignori, aut hypothecæ possunt subijci l. sed & quo §. quod emptionem ff. de pign. & l. 1. §. vlt. ff. quæ res pig. vel hypothecæ. Atq; de eiusmodi rebus sic sacris, sermo est l. 1. §. eam rem ff. quæ res pig. & l. si monumento C. eod. tit. quæ iura omnino negant, posse eiusmodi res subijci pignori, aut hypo
2 thecæ. Quemadmodum † autē, licet eiusmodi res per se vendi non possint, possunt tamen vendi cōiunctim cum loco, cuius sunt partes, aut cui sunt annexæ, immo verò transeunt cum loco ita vēdito, esto non exprimatur vendi cū annexis, vt disp. 340. ostendimus: sic, si locus ille pignori, aut hypothecæ subijciatur, eiusmodi etiam res in eo cōsensu censentur subiectæ pignori, aut hypothecæ; quod si locus ille vendatur, vt ex pretio satisfiat debito, vel obligationi, illæ pariter venditæ censebuntur. Idem dicendum
3 † est de iure patronatus tali loco annexo, esto, quamuis locus ille pignori sit traditus, vsus iuris patronatus, quo ad effectum præsentandi, non competat creditori, sed debitori, interim dum illa res perseuerat tradita pignori, neque est diuendita ad satisfactionem debiti, aut obligationis. Illud etiam est obseruandum, quemadmodum, si eiusmodi res sacra, aut alia vendi non possit, vendatur ei qui qualitatem ignorat, ob quam vendi non potest, tenetur illi venditor de euictione, vt in calce disput. 268. & dist. 340. ostensum est: ita, si res eadem pignori, aut hypothecæ, illi subijciatur, qui ignorat qualitatem, ob quam subijci nequeat, competit illi aduersus debitorem pignoratitia actio, vt rem aliam æqualis valoris, pignori, aut hypothecæ, loco illius subijciat, argumento l. 1. §. vlt. de pignorat act. & aliorum iurium, quę præcedentibus disputationibus citata sunt.

4 Aliæ † res sacræ, vt calix, vestimēta, & alia, quæ licèt benedicta non sint, cultui tamen diuino inseruiūt, ac dicata sunt, quemadmodum vendi nō possunt, nisi vrgente necessitate, vt ad subueniendum fami, aut ad redimendos captiuos eiusdem Ecclesiæ, qui à suis redimi nō possunt, aut ad soluenda debita Ecclesiæ, quę aliter solum nequeūt, vt disputat. 340. dictum, ostensumque est: sic pignori, aut hypothecæ, subijci non possunt laicis nisi ex simili vrgente causa c. 1. de pign. & l. 3. tit. 13. par. 5. In Lusitania autem res eiusmodi, & alia aurea, & argentea, quæ *ioyas* Ecclesiarū, aut monasteriorū, vocant, accipi in pignus nequeunt, etiam in casibus à iure permissis, nisi res prius Regi manifestetur, atque ex illius facultate id fiat: alioquin cogitur accipiens restituere id gratis Ecclesijs, & insuper nouies valorem eius rei: partem huius pœnæ accusanti, & partem in redemptionem captiuorum, vt habetur lib. 2. ord. titu. 13. Panorm. c. 1. de pign. numero 4. rectè ait, quando bona Ecclesiæ in securitatem alicuius contractus hypothecæ subijciuntur, non intelligi subiecta, quæ cultui diuino inseruiunt, ac sunt dicata, quæque subijci pignori, aut hypothecæ, non possunt, nisi ex vrgenti causa, argumento l. 1. C. quæ res pign. vbi habetur, quando aliquid in particulari minimè pignori subijceretur, id non censeri comprehensum, quando bona vniuersali hypothecæ subijciuntur.

Publicæ res, vt sunt plateæ, viæ publicæ, &
5 alia † deputata communi vsui eorum, qui sunt de populo, quemadmodum vendi non possunt sine consensu supremi principis, aliterque venditio est nulla, vt disput. 340. & disput. 268. dictum est: sic subijci pignori, aut hypothecæ, nequeunt, sine facultate eiusdem supremi principis, argumento eorum, quæ circa res sacras primi generis dicta sunt.

6 Liber homo, quemadmodum † vendi non potest, etiam in tempus, quo erit mancipium, vt disput. 340. iuncta disp. 268. dictum est, nisi in euēctibus disp. 33. in tertio titulo, quo aliquis in seruitutem licitè redigitur, explicatis: ita, vbi Romanorum leges vim habent, neque subijci potest pignori, aut hypothecæ nisi in euentibus, in quibus ibi dictum est patres posse vendere filios, aut quando aliquis, qui captiuus detinebatur, se in pignus, aut hypothecam, subiecit pro pretio, quo redimeretur, quousque, vel illud solueret, vel seruiendo satisfaceret, c. 2. de pig. l. qui filios. C. quæ res pig. & l. 3. tit. 13. par. 5. & qui filium familias scienter in pignus recepit, relegatur, l. vlt. ff. quæ res pig. imò & amittit debitum, & cogitur insuper tantūdem refundere ei, aut parentibus, vel hæredibus illius; & idem est, si quamcunque aliam liberam personam in pignus accipiat,

l. ob

l. obſes alienum, iuncta auth. imo C. de act. & obl. & in authentico, vt nulli iudiciũ §. quia verò, vnde authentica illa deſumpta fuit, ex leg. 3. citata. Hoc autem nõ tollit, quominus, qui ab aliquo redemptus fuit, eſto, pactum non interuenerit, teneatur, vel reddere pretium redemptori, vel illi ſeruire in quinquennium vt habetur l. vlt. C. de capt. & poſtlim. in. reuer. Neque item tollit, quod interdum debitoris, legibus aliquorum regnorum, ſi aliter ſatisfacere non poſſint debitis, ſaltem paulatim ex ſuo opificio, ſeruire cogantur creditoribus, quouſque debitum compenſetur.

7 Liber homo † obſes dari poteſt, atque adeò ſuo modo in pignus, quòd pax ſeruabitur, aut ſtabitur alicui pacto, inter bellantes, aut inter eos, inter quos erat diſſidium, vnde bellum oriri poterat. c. ſuppliciter, iuncta gl. ibi in verb. obſides 23. q. 8. l. 3. tit. 18. par. 5. dictumq; eſt diſp. 120. Et quamuis interfici non poſſint, nec mutilari, aut flagellis cædi, ſi, non ipſi, ſed, qui illos obſides dederũt, in culpa ſint, non ſtando promiſſis; ipſi tamen, nõ ſolum detineri poſſunt, ſed ẽt ſpoliari poſſunt bonis, atque in captiuitatem redigi, vt cum Victoria diſp. citata eſt dictum, ſi tamen interſit aduerſarios ſtare pactioni. Vnde l. Diuus ff. de iure fiſci, bona eorum fiſco addicuntur, & l. obſides. ff. de teſtamentis pronunciatur inteſtabiles, ſermoq; eſt, qñ fides fuit fracta ab eis, qui illos obſides dederunt. Vtrum autẽ obſides dari, & accipi poſſint, q

Deciſ. 8 † ſtabitur pactis ad rem non bellicam ſpectantib. Glo. c. ſuppliciter citato, & multi alij, quos Couar. 2. var. reſ. c. 1. in calce nu. 1. refert, ac ſequitur, negant, vbi, cum communiori ſententia, excipit Couar. niſi iuramento ſit pactum confirmatũ, quod obſides detineri poſſint pro obſeruatione contractus. Contrarium autẽ videtur colligi ex c. ex reſcripto, de iureiur. & ex c. expoſita, de arbitris, &

Queſt. affirmat. l. 3. tit. 13. par. 5. ac Greg. Lopez. ibidem ait ita eſſe dicendum in Regno Caſtellæ. Equidẽ arbitror, hoc ſecundum vertũ eſſe, non tñ ad effectum, vt obſides ſeruituti ſubijciantur, inteſtabiles fiant, & ſpolientur bonis, ſed ſolũ, vt detineantur, quouſq; pactioni integre ſtetur, & id affirmat l. 3. citata: cuius doctrina, vt hoc ſolum in eis exerceri poſſit in hoc dumtaxat euentu, vera eſt.

Lege exequutores, & l. pignorum, iunctam authentica ſequenti. C. quæ res pig. prohibetur, exequutione fieri pro debito ciuili in mãcipijs ad culturam agrorum attinẽtibus, in bobus, & alijs animalibus ad ſimilem cultum agrorũ ſpectantibus, & denique in aratro, aut re alia ad culturam pertinẽte itẽ vt nullus pro eiuſmodi debito capi, aut in vincula conijci poſſit, interim dũ culturæ operam nauat. Et quamuis gl. l. pignorum citata, innuat, ibi ſolũ eſſe ſermonem de pignore iudiciali, ſecus aũt de conuentionali, quaſi prædicta tradi, & accipi poſſint in pignus conuentionale pro debito, & ſubijci poſſint hypothecæ contrarium tñ ſonare vẽ lex ipſa, & affirmãt Bart. & alij, à Greg. Lopez. l. 4. tit. 13. par. 5. relati, idq; ſanctũ eſt ea ipſa l. 4. tam de pignore conuentionali, quam iudiciali, ſub pœna, vt qui id acceperit, inſuper reſtituat omnia damna inde ei ſubſequuta, à quo fuerit acceptum. Lege itẽ 5. tit. 17. lib. 5. nouæ collect.

9 ſtatuitur, vt † pro nullo debito ciuili, ẽt ſi ſit tributum Regi debitum capi, aut ſequeſtrari, poſſint aĩalia ad arandum inſeruientia, neq; alia ad culturã, & perceptionẽ quorumcunq; terræ fructuũ, attinentia. Excipitur, qñ debitũ eſt tributi Regi, aut dño oppidi debiti, aut eſt aliquid, quod debetur dño eius prædij, quod is agricula colit: tunc enim, ſi is agricula nulla alia bona habeat, tã mobilia, quam immobilia, in quibus exequutio fiat, capi poſſunt prædicta ad culturã ſpectantia: ſecus aũt, ſi alia habeat bona, in quibus exequutio fiat. Is aũt miniſter, qui exequutionem aliter fecerit, cogitur reſtituere pignus, & omnia damna, ea de cauſa ſubſequuta, & inſuper ſoluit quadruplũ valoris pignoris, dimidiũ illi, qui de ea re fuerit conqueſtus, & alterũ dimidium fiſco Regis. Qñ autẽ exequutio fieret ob debitum, aut fideiuſſionem, perſonæ alicuius priuatæ, creditor amittit eo ipſo totũ debitum aut fideiuſſionẽ, vel quoduis aliud ius, quod ea in parte haberet. Neque valet vlla renunciatio à debitore ea de re facta, quibuſcunque clauſulis renunciauerit, aut ad debitũ ſe adſtrinxerit. Qd ſi iuramento ſit cõfirmata, eo ipſo creditor amittit debitũ. Idem ſtatuitur, l. 6. ſequenti, & ibi ab onere tributi eximuntur duo tantum boues ad arandũ inſeruientes. Lege item 25. tit. 13. lib. 8. eiuſdem collectionis, prohibetur, eos, qui incumbunt culturæ terræ ad panem, aut vinum, colligẽdum, dum ita incumbunt, capi pro vllo debito, excepto debito redituum Regis, aut contributionis eius fraternitatis, quam *Hermandad* in hoc Regno vocant, aut vllam exequutionem fieri in animalibus, quibus ita terram colunt. Miniſter autem publicus, qui contrarium fecerit, punitur à miniſtris, quos *Alcaldes de la hermandad* vocãt.

Rex autem Philippus, l. quam hoc anno 1594. tulit, §. 1. in hunc modum ſtatuit. *Que los labradores, que por ſus perſonas, o por ſus criados, o familia, labraren, no puedan ſer executados por deuda deuida, por carta, cõtracto, o de otra qualquier manera, en ſus bueyes, mulas, ni en otras beſtias de arar, ni en los aperos, y aparejos, que tuuieren para labrar, ni en ſus ſembrados, ni barbechos, en ningun tiẽpo de año, aunque no tengan otros bienes, ſaluo por los pechos, y derechos a nos deuidos, o por las rentas de las tierras del ſeñor de la heredad, o por lo que el tal ſeñor les ouiere preſtado, o ſocorrido, para la dicha lauor, y en eſtos tres caſos, quando no tuuieren otros biennes de que puedan ſer pagadas las dichas deudas. Y, que en un par de buyes, mulas, o otras beſtias de arar, no puedan ſer executados en los dichos tres caſos, ni por otro alguno.* Et §. 2. ſic ſtatuit. *Que las perſonas de los dichos labradores no puedã ſer preſos por deuda alguna, que no deciẽda de delicto, en los meſes de Iulio, y los ſiguientes haſta fin de Diziembre. Y que el juez executor que contrauiniere, aſſi a lo diſpueſto en el capitulo primero, como en eſte, ſea ſuſpundido de officio por vn año. Y el acreedor, que lo pidiere, por el miſmo caſo aya perdido, y pierda la dicha deuda, y el labrador que delibre della.* Et §. 3. ſubiungit. *Que en los frutos de las tierras ſean preferidos los ſeñores del-*

*las por*

Digitized by Google

*las por su renta, a todos los otros acreedores, de qualquier calidad que sean.* Et §. 4. *que los dichos labradores, por ninguna deuda, que deuan, puedan renunciar su fuero, ni someterse a otro sino fuere del corregidor realengo mas cercano, yen los lugares eximidos, al de la cabeza de la iurisdicion, de donde se eximieron.* Et §. 5. annullantur scripturæ in contrarium cuiusdam prædictorum confectæ, nihil impedientibus quibuscunque renunciationibus in eis positis. Et tabelliones, qui eas fecerint, eo ipso amittunt officia.

Ius Lusitanũ. De iure Lusitano lib. 3 ord. tit. 71. §. 11. quando aliquis est de numero eorum, quos *acontiados en caualos* vocant, nõ potest fieri exequutio in bobus ipsius ad arandum deputatis, ac necessarijs, neq; in seminibus, ipsi ad seminãdum necessarijs modò habeat alia bona, in quibus fiat exequutio.

Ius Castellæ. Item pro nullo ciuili debito potest fieri exequutio in armis, & equis eorum, quos *caualleros, o hidalgos*, in hoc Regno Castellę vocãt, neq; possunt capi in pignus, aut sequestrari, aut impediri, nisi solum pro tributis Regi dũtaxat debitis, aut pro debito domino prædij, quod locatum ab eo habebant, qñ non sunt alia bona talis debitoris, in quibus pro his duobus debitis fieri possit exequutio, idque sub pœnis l. 5. citata statutis eis, qui similiter exequutionem faciunt in animalib. agricolarum, terræ cultui inseruientibus. Ita habetur l. 6. iuncta l. 5. antecedente, tit. 17. lib. 5. nouæ collect. Lege 9. tit. 1. lib. 6. hoc ipsum extenditur, *a los que armas o caullos mantuuieren, aunque no se en armados caualleros*. Non tñ in hoc euentu pœnæ statuuntur contrarium facientibus. Et sermo est de armis *de sus proprios cuerpos*, vt ibi habetur.

Ius Lusitan. De iure Lusitano li. 3. ord. tit. 71. §. 10. sic sanctum est. *Nompenhoraraam os fidalgos, e caualerios, e nossos desembarguadores, nos caualos, nemẽ as armas, nem em os liuros, nem em vestidos de seu corpo, nem a as molheres dos sobreditos, nẽ molheres fidalgas, nos seus vestidos, de seus corpos, e camas de suas pessoas, auendo respeito a o que a cada huum e necessario pera seu seruiço, e uso, segundo a qualitade de suas pessoas: e esto posto que outros beẽs non tenham. E nos mais cauaios e vestidos, e cada hũa das sobreditas cousas, que lhe nom forem necessarias, como dito he, se fara execuzam, quãdo outros beẽs moueis, on de raiz nom teuerẽ, e esto se nom entenda nos roubos, e malfeitorias: por que portaes cassos seram penhorados, e constrangidos ateequepaguem, assi por seus beẽs, posto que sciam dos sobreditos, como nos corpos.* Et §. 11. subiũgitur, *E bem assi mãdamus, que nom se faza penhora, nom execuzã, per deuidas nossas, nem doutras qualesquer pessoas, nos caualos, nem em as armas dos que forem acõtiados em caualos e armas, nem da quelles que cõtinuadamente costumarem ter armas, e caualo de estada pera nosso seruizo; nem se faça penhora, nem execuzam nos seus beis da rado que teuerem, e les sorẽ necessarios pera laurarẽ suas herdades, nem em as semẽtes, que tenerem, elhe necessarias porem per as semear; nẽ faram isso mesmo penhora, nem execuzã, nas armas dos uasalos, nem dos acontiados em arneses, ou outras armas, posto que nom seiam acõtiados em caualos: nem se fara exetuzã nas armas dos beesteiros de caualo, nem do conto, nem dos acõtiados em beesta da garrucha, ou lanza, e dardo, e de qualesquer outros que armas temham pera nosso seruizo. Pero os sobreditos teuerẽ algunas armas em casa dalgunos pregoiros, ou armeiros, ou em outros lugares pera vẽder, poderam nellas fazer execuzã como nas outras cousas. Nem farã pẽhora nas armas, e espingardas, e beestas, que teuerem os espingardeiros, e beesteiros de monte, que teuerem nossos priuilegios, que nom forem pera vender, como emcima dito he amostrãdo as dias pessoas contheudas neste par rafo outror beens moueis, ou de raiz, desembargados em que se possa fazer execuzam.*

Pecora, & alia bona se mouentia, hominum priuatorum, & præcipuè eorum, qui vocantur *del concejo de la Mesta*, non possunt capi pro debitis communitatum, in quibus degunt: secus autẽ pro suis proprijs debitis, aut p debito, pro quo ipsi fideiussores extiterint, l. 7. tit. 17. li. 5. nouæ collect.

## Pignus, aut hypotheca, de re aliena facta, a procuratore, negotiorum gestore, tutore, aut curatore, vel filio, quousque valeat, aut etiam facta de re propria in fauorem alterius.

### DISPVTATIO DXXXI.

#### SVMMARIVM.

1 *Litigiosa res pignori subijci non potest, quemadmodum nec vendi.*

2 *Procurator, & negotiorum gestor quando possint rem pignori subijcere, & quando non.*

*Idem in tutore, & curatore dicendum, nu. 3.*

REm alienam subijci non posse pignori, aut hypothecæ, nisi consentiente, aut ratum id postea habente, domino initio, disp. 529. dictum est. Habetque id verum, etiam si emancipatus, aut filiusfamilias, rem patris pignori, aut hypothecæ, sine eius consensu subijciat, l. nec si. Cod. si aliena res pign. Eadem † ratione, sicut res litigiosa alienari non potest, ita neque subijci potest pignori, aut hypothecæ, leg. 1. §. vlt. ff. quę res pign. & Bartol. ibi, ac Negus. de pignoribus part. 2. memb. 3. numero 46. Quia verò peculiaris difficultas est in euentibus in titulo huius disputationis propositis, id in particulari est examinandum. 1

De procuratore, aut negotiorum gestore, est distinguendum. Quoniam † si non solum administrationem bonorum, sed etiam liberam eam omnium bonorum habeat, quam necesse est ei cõcedi, l. quam Tuberonis, §. alia ex causa, ff. de pecul. tunc, cum alienare possit titulo oneroso, vt vendendo, permutando, conducendo, locando, sed non titulo gratioso, donando; potest etiam subijcere pignori, vel hypothecæ, res eius, cuius est procurator, aut negotiorum gestor: veruntamen 2

Digitized by Google

men agendo negotium illius l. procurator cui generaliter, ff. de pig. act. Dixi, veruntamen agendo negotium illius: qm̃ in alterius commodum non potest subijcere pignori, aut hypothecæ, res illius, cuius est procurator, aut negotiorum gestor, esto liberam administrationem habeat; quia id esset quasi donare l. 1. §. 1. ff. quæ res pign. Si verò administrationem bonorum vniuersalem habeat, sed non liberam, tunc, si dominus solebat eo modo res pignori subijcere, valet, si procurator, negotiorum gestor, aut administrator similiter res pignori, aut hypothecæ, subijciat; alioquin non valet, l. vel vniuersorum, iuncto, §. antecedente ff. de pigno. act. Quando autem peculiare haberet mandatum pignori, aut hypothecæ, subijciendi aliquid, tunc dubium esse non potest, validè posse id efficere l. solutam, §. vlt. ff. de pigno. act. Atque in quibus euentibus validè potest aliquid pignori subijcere, competit ei pignoratitia actio. §. vlt. & l. vel vniuersorum, citata.

In reliquis euentibus si ij (in eis computa œconomum, *mayordomo* Hispane dicimus) aliquid eius, cuius negotium gerunt, pignori, aut hypothecæ, subiecerint pro pecunia, aut re alia, quam accipiant, non consentiente, neque ratum id postea habente dño pignoris, vel hypothecæ, iterum est distinguendum. Quoniam, vel id factum est, domino pignoris, aut hypothecæ, id sciente, & tacente, qm̃ subijciebatur, ignoranteque creditore esse illius; vel factum est, ignorante domino pignoris, aut hypothecæ, subijci pignori, aut hypothecæ, aut creditore sciente, id esse rem illius. In hoc posteriori euentu, quando. s. dominus pignoris subijci ignorauit, aut, esto id sciuerit, nec consenserit, creditor sciebat esse rem huius, iterum est distinguendum: quoniam, vel id, quod sub eo pignore, aut hypotheca, est sumptum, conuersum fuit in vtilitatem domini pignoris, & tunc, si pignus fuit creditori traditum, potest creditor illud retinere, quousque dominus pignoris ei persoluat, quod in ipsius vtilitatem fuit conuersum: atque aduersus dominum repetentem suum pignus, concederetur creditori exceptio, id, quod sub eo pignore fuit sumptum, conuersum fuisse ipsius vtilitatem, ac proinde, vt prius soluat quantum in ipsius vtilitatem fuit conuersum, alioquin non restituetur ei pignus. Ita hr̃ l. 1. C. si aliena res pign. & l. 8. titu. 13. par. 5. acconenit. l. 1. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. soluitur. Si verò pignus traditum nõ fuit creditori, tunc creditor agere poterit aduersus dominũ pignoris actione personali, vt soluat, quod in ipsius vtilitatem fuit conuersum, dominus tamen pignoris non cogitur tradere illud creditori. l. 8. citata, & consentit l. 1. citata, argumento à contrario sensu, & quoniam ea lex verè agnoscit dñm pignoris, debere, quod in vtilitatem ipsius est conuersum, eaque de causa pignoris retentionem concedit, donec is dominus soluat, vt teneatur. Adde, vtiliter eatenus fuisse factum negotiũ illius, ac proinde teneri id reddere actione negotiorum gestorum. Quòd autem non teneatur tradere pignus, nec res ipsius obligata maneat, præter alia iura, hr̃ l. vlt. C. si aliena res pig. Incremen-3 tum autem, si totum conuersum nõ fuit in ipsius vtilitatem, non tenetur soluere dominus pignoris, sed soluere id tenetur is, qui sub eo pignore id accepit: qui ét totum tenetur soluere, si nihil conuersum in vtilitatem domini pignoris, neq; eius negotium ea in parte fuit vtiliter, aut rationabiliter gestum. Si autem rationabiliter fuit gestũ, esto res non prospere successerit, totum tenetur, soluere dñs pignoris actione negotiorum gestorum, vt disp. 300. dictum est, vbi etiam explicatum est, qnã res in alicuius vtilitatem censenda sit conuersa, diceturq; infra, quando de negotijs gestis sermo erit, atque adeo tunc censebitur totum conuersum in vtilitatem domini pignoris. Licet autem dominus pignoris non teneatur tradere pignus creditori: si tñ casu postea res illa in dominium deueniat eius, qui illam pignori, aut hypothecæ subiecit, ignorãte esse alienam eo, cui ita subiecta fuit, manet eo ipso pignori, aut hypothecæ subiecta, estque ab eo tradenda creditori, si pignori, & non nudæ hypothecæ, illam ei subijcit, creditor iq; cõpetit vtilis actio pignoratitia, vt sibi tradatur. l. cum res C. si aliena res pign. & l. 1. in princ. ver. in speciem ff. de pig. Alioquin actione pignoratitia cogitur, qui illam obligauit, subijcere rem aliam æque bonam pignori, aut hypothecæ, vt habetur l. si prædium. C. si aliena res pig. Habent autẽ hæc vniuersim locum, quando res aliena, non consentiente, neque ratum id habente domino, neq. creditore sciente alienam esse, pignori, aut hypothecæ, subiecta est, vt disp. 529. dictum est. Quando autem creditor sciebat alienam esse solum est ei soluendum suum debitum, non tamen est illi subijcienda pignori, aut hypothecæ, similis alia res, vt disputatione citata dictum est.

In priori aũt euentu in principio, §. præcedẽtis proposito, nempe, qm̃ res subiecta fuit pignori, aut hypothecæ domino rei illius id sciente, ac tacente tempore, quo pignori, aut hypothecæ, subijciebatur, ignoranteq; id creditore, manere tũc subiectam pignori, aut hypothecæ, perinde ac si consensisset propter idem, qua est vsus, aut cui consensit, habetur. l. 2. C. si aliena res pignori, & l. 8. titu. 13. par. 5. Consentiunt, l. mulier. C. de distrac. pig. & l. si fine. C. ad Velle. Vbi de iure cõmuni, si maritus rem paraphernalẽ vxoris pignori subijciat, sciente, & tacente vxore, quando subijcitur, ignoranteque creditore esse vxoris, manet pignori subiecta, neque vxor Velleiano subuenitur propter fraudem: cum tamen, si, ignorante id vxore, fuisset pignori subiecta, inualidum id esset. Portò ad creditorem probare spectat, sciente tunc domino pignoris, fuisse rem illius pignori subiectam, vt recte ait glos. l. citata. Lex autem nona tit. 13. par. 5. quæ ait, si, domino rei præsente, & tacente, ab alio subijciatur alicui pignori, aut hypothecæ, censeri dominium consentire vt subijciatur, manereque proinde pignori, aut hypotheca, subiectam, intelligenda est, in eo euentu duntaxat, de quo loquimur, estque dispositio expressa iuris communis, vt explanatum est, quicquid Baldus, à Greg. Lopez ibi relatus, in contrarium dixerit.

3 Tutor, aut † curator, subijcere possunt pigno-

ri

ri res mobiles minoris sua propria autoritate, modò illas subijciant agendo negotium minoris, & non suum proprium, vel alterius l. curator, & leg. si in rem. C. si aliena res pign. l. tutor, in prin. ff. de pignorat. act. & l. 8. tit. 13. part. 5. Id verò intelligendũ non est, de ijs mobilibus pretiosis, quę seruando seruari possunt: nam hæc sinè iudicis decreto alienare non potest tutor, aut curator, ac proinde neque pignori, aut hypothecæ subijcere; eo quod id species sit alienationis, vt disput. 224. copiosè ostendimus, & affirmat glos. l. curator, & gloss. leg. tutor citatis. Neque probo sententiam Greg. Lopez. l. 8. citata asserentis, in Regno Castellę tutores, aut curatores, subijcere posse pignori, aut hypothecæ, etiam bona mobilia pretiosa; quæ seruando seruari possunt: tametsi tandem id eo cogitandum relinquat: lex quippe illa eodem modo loquitur, quo iura alia communia citata, ac proinde eodem modo, quo illa, est exponenda. Immobilia sinè iudicis decreto subijcere non possunt pignori, aut hypothecæ, tutor, aut curator, vt expresse habetur l. 8. citata, & l. curator, ac l. tutor, citatis, argumento à contrario sensu, & constat ex dictis disp. 224. citata. Obserua autem, aliud esse tutorem, aut curatorem, subijcere rem mobilem minoris pignoris, aut hypothecæ, agendo negotium minoris; aliud verò, id, ob quod in pignus subiecta sunt, conuersum esse in vtilitatem minoris. Hoc secundum solum est necessarium, quando id, prò quo res minoris subijcitur pignori, aut hypothecæ, est mutuum, nisi enim creditor probet posteà, id mutuum conuersum fuisse in vtilitate minoris, vtique, sicut minor non teneretur soluere tale mutuum vt disp. 500. ostensum est, ita neque bona illius vllam pignoris, aut hypothecæ, contrahunt obligationem pro eo mutuo, neque de hac re est sermo l. curator, & l. tutor, citatis, sed solum in eis est sermo de illo alio primo; statuuntque, quando agendo negotium minoris, subiecta fuit res mobilis minoris pignori, aut hypothecæ, verè rem ita subiectam contrahere onus illud, esto id posteà non conuertatur, neque cedat in vtilitatem minoris: neque enim in alijs contractibus, præter mutuum, tenetur creditor probare, conuersum id fuisse in vtilitatem minoris, vt disput. 300. visum est. Lege autem, si in rem, citata, habetur, quando tutor, aut curator, agendo negotium suum, & non minoris pignori subiecit rem minoris, esse id inualidum, nisi minor postea, quando fuerit maior viginti quinque annis consentiat, ratumque, id habeat: nam tunc ex tali consensu, aut ratihabitione, oritur obligatio; quod intelligendum est, esto, quod tutor, aut curator, obligauit, esset res immobilis talis minoris.

Quando autem tutor, aut curator, rem aliquam suam pignori, aut hypothecæ, subiecit in securitatem contractus, quem in fauorem minoris celebrabat validum est pignus, aut hypotheca, idemque est, si quicunque alius rem suam pignor, aut hypothecæ, pro alio subijciat. l. & si is. §. vlt. C. de præd. min. & l. 8. tit. 13. part. 5.

## Pignus, & hypotheca, in quibus obligationibus locum habeant, & quid si sub conditione, aut in diem constituantur. Et num res vni obligata, possit alteri pignori, aut hypothecæ, subijci.

## DISPVTATIO DXXXII.

### SVMMARIVM.

1 *Pignus, & hypotheca præstari potest, & habet locum in omni contractu, & obligatione.*
*Item pro toto debito, & parte, etiam pro naturali tantum obligatione; & etiam debito alieno.*
2 *Pignus, & hypotheca suspensa intelligitur, donec fit impleta conditio.*
3 *Pignori res vni obligata, & quando possit alteri eadem subijci.*
4 *Creditor posterior quando agere possit aduersus debitorem, vt rem aliam idoneum hypothecæ sibi, & pignori subijciat:*
*Item quando agere possit de crimine Stellionatus.*
5 *Stellionatus crimen quando committi censeatur.*

1 RESt pignori, aut hypothecæ, subijci possunt in quocũque contractu, & obligatione, siue sit pura, siue in diẽ, siue sub conditione, & siue cõtractus in præsenti fiat, siue sit iam antea celebratus, quin & pro futura obligatione possũt subijci. Possunt item subijci pro toto debito seu obligatione, vel prò parte duntaxat illius, & non solum pro ciuili obligatione, sed etiam pro sola naturali; nec solum pro obligatione, & debito proprio, sed etiã pro alieno. Qñ autem re pro conditionali obligatione pignori, aut hypothecæ, subijciũtur, quemadmodum conditio suspendit obligationem, vt integrè nõ oriatur, nisi dependenter ab impletione conditionis, atque in tempus, quo cõditio fuerit impleta, vt disp. 206. dictum est: sic, quantumcũque res purè pro ea obligatione pignori, aut hypothecæ, fuerit subiecta, non manet pro illa obligata, nisi dependenter ex eo, quòd eadem cõditio existat, ac proinde creditor agere non poterit hypothecaria, interim dum conditio non fuerit impleta. Hęc omnia habentur, l. res hypothecæ. ff. de pign. Atque hoc vltimum habetur etiam l. grege, §. si sub conditione. ff. eod. tit. vbi definitur, quod si creditor in eo euentu hypothecaria agat ante conditionem impletam, succumbet; & nihilominus, si postea conditio impleatur, agere poterit, nihil impediente quod antè succubuerit.

Quando autem è contra debitum, seu obligatio, est pura, cæterum sub conditione, aut à tali die futura aliquid pignori, aut hypothecæ, pro ea obligatione, aut debito, subiectum sit, tunc
2 † ante impletam eam conditionem, aut diem agi non potest ad pignus, aut hypothecam: quoniam ante eum diem, aut cõditionem impletam, res non est obligata pro eo debito, aut pro implenda ea obligatione. Ita habetur l. grege, §. si sub conditione, ff. de pigno. & l. 17. tit. 13. part. 5.

Si

Si tñ adsit iusta aliqua causa, quæ scilicet (vt bene Greg. Lop. l. 17. citata cum Bart. ait) superuenias post ita subiectam rem in diem, aut sub conditione, pignori, aut hypothecæ, vel q̃ ignorauit antea creditor, ob quam opus sit, vel tradi antea pignus aut hypothecam, vel cogere dñm pignoris tradere idoneam cautionem, vt quia suspectus est de fuga cum pignore, aut hypotheca, vel alia similis, tunc cogi debet, vel idoneam præstare cautionẽ, vel tradere ãte eum diem, vel conditionẽ impletam, pignus, aut hypothecam. Ita habetur §. si sub conditione citato, & l. quæsitum est. ff. de pig. l. in omnibus. ff. de iudicijs, & l. 17. citata.

Quod ad vltimum eorum, quę proposita sunt, attinet, dicendum est. Quòd res † vni obligatæ 3 sint vniuersali hypotheca, non impedire, quin alteri vniuersali hypotheca obligentur, vel quędam earum particulari hypothecæ, aut pignori subijciantur. Ita cum Ang. l. 1. C. de crim. stellionatus. Greg. Lop. l. 10. tit. 13. par. 5. gl. 1. alioquin multũ, sine iusta causa, impediretur negotiatio, & cõmercium. Quando autem res vni hypothecæ particulari, aut pignori, subiecta, obligatur alteri, distinguendum est. Quoniam, si tanti sit valoris, vt sufficiat vtriq; debito soluendo, tunc impunè, ac licitè id fit, vt hẽ l. si quis in pignore. §. vlt. ff. de pign. act. & l. 10. citata. Si verò non sufficiat, & fiat cõscio vtroque creditore, tunc, cum volenti, & consentienti, nõ fiat iniuria, impunè quoque id fit: & nisi prior creditor ita consentiat, vt velit alterum sibi præferri in eo pignore, aut hypotheca, vtique prior creditor præfertur posteriori, ac proinde res illa non manebit obligata posteriori creditori, nisi quo ad incrementum, ac simul integrè, cæterum postquam aliunde fuerit integrè satisfactum priori creditori, vt habetur l. & quæ nondũ. §. vlt. ff. de pign. Idem dic, si obligetur inscio priore creditore, & conscio, aut admonito posteriore, vt colligitur apertè ex l. tutor. §. 1. & l. si quis in pignore. §. vlt. ff. de pign. act. atque ex l. & quę nondum. §. vlt. ff. de pig. qm̃ in nullo præiudicatur priori, & posteriori, nulla sit iniuria. Si autem obligetur conscio priore creditore, & inscio posteriore, tũc, nisi prior reclamaret, ac admoneret posteriorem creditorem, arbitror posteriorem creditorem præferendum esse in eo pignore, argumento eorum, quæ præcedente disputatione dicta sunt, q̃ conscio domino rei alicuius illa subijcitur pignori, aut hypothecæ, alteri ignoranti alienam esse: nisi enim dominus rei illius reclamet, atq; admoneat creditorem, manet subiecta illi pignori, aut hypothecæ, vt disput. præcedente copiosè est ostẽsum: eademq; est ratio in re ꝓposita, vt integrè pignus illud, aut hypotheca, subiecta maneat posteriori creditori, nihil impediente vinculo priori, cui prior cedere est censendus, ob fraudem, cui cõsentit, ad effectum, vt res illa integrè deuincta posteriori creditori maneat.

Quando autem, inscio vtroque creditore (vt frequenter euenit) debitor rem, vni prius obligatam, alteri postea obligat, cum tamen res vtrique 4 debito non sufficiat, tũc † in primis posterior creditor agere potest aduersus debitorem hypothecaria actione, vt rem aliam sufficientiam debito soluendo, pignori, aut hypothecæ, sibi subijciat. Ita habetur l. tutor. §. 1. & l. si quis in pignor. §. vltim. ff. de pign. act. ac l. 10. titu. 13. part. 5. Deinde agere potest de crimine stellionatus aduersus illũ, nisi debitor, antequam actio stellionatus aduersus ipsum intentetur, offerat realiter solutionem debiti, vel vtrique creditori, vel alteri: nam eo ipso, qđ alteri integrè soluerit, manet posterior creditor sine vllo damno, ex eo, quòd res, prius alteri obligata, sibi ignoranti posterius obligata sit; crimen vero stellionatus hoc habet priuilegium, vt si, ante actionem intentatam, purgetur culpa prædicto modo, locum non habeat actio, & per consequens nec pœna pro eo crimine. Tunc † autem crimen stellionatus committi censetur, quando per calliditatem ac impostur̃am, aliquid fit, cui pœna ordinaria in iure non comperiatur imposita, sed iudicis arbitrio plectendum id crimen relinquatur, vt habetur l. 1, 2. & 3. ff. de crimine stellionatus. Sic autem dictum est hoc crimen, ab stellione animali (*tarantola* Hispanè dicitur) varij coloris, & quasi stellis de picto. Fertur verò, quotãnis pellem exuere, quæ comitiali morbo præsentissimũ est remedium; attamen continuo, ac illam exuit, eam deuorare, vt homini præsentissimum præripiat remedium. Morsus illius, quamuis raro hominem interficiat, stuporem tamẽ efficit, ac variè afficit. Ob coloris itaque varietatem vafritiẽ, & morsus qualitatẽ, ei crimini ex hoc animali fuit nomen impositum. Inter species huius criminis l. 3. citata, & alijs iuribus mox citandis, computãtur, si quis rem, vni obligatam, alteri id ignoranti obliget, vendat, aut alio titulo oneroso alienet.

Item, si, cum rem vni primo obligauerit, fingat postea, alteri prius fuisse obligatam, vt illum alterum huic præponat l. vlt. C. de crim. stellion. Itẽ, si, sciens, dicat, se tradere in pignus aurũ, & tradat aurichalcum, aut alio simili modo decipiat creditorem l. 1. §. vlt. ff. de pign. act. Item si, postquam aliquid in pignus promisit, aliud loco illius tradat, aut supponat: si enim, post pignus traditum, illud occultè accipiat, atque aliud supponat, censebitur committere furtum. Item si rem alienam, sciens & prudens, alteri, id ignoranti, pignori, aut hypothecæ, subijciat: si enim, ignorans alienã esse, id efficeret, non incurreret crimen stellionatus, excusante illum ignorantia, attamen hypothecaria actione nihilominus cogeretur, rem aliam pignori, aut hypothecæ, subijcere, perinde ac si, sciens, eam secundo creditori obligasset. Vtrumque habetur l. tutor. §. 1. & l. si quis in pignore, §. vlt. ff. de pignor. act. & primum habetur etiam l. 3. ff. de crimine stellionatus, & l. 2. C. eod. tit. Quòd autem stellionatus actio creditori competat aduersus eum, qui rem alteri prius obligatam, sibi id ignoranti obligauit, habetur duobus iuribus proximè citatis, & l. quæ nondum. §. vlt. ff. de pignor. act. l. 1. & vltim. C. de crim. stell.

Quòd verò purgetur crimen, si, ante actionem stellionatus intentatam, debitor vtrique creditori, aut alteri, offerat integrè suum debitum, habetur l. 1. iuncta gl. ibi. C. de crim. stellio. Stellionatus

tus pœna in plebeis hominibus excedere nõ debet pœna deputationis ad metala. In alijs autem, qui alterioris sunt notæ, excedere non debet pœnam relegationis. Vtrumq; habetur, l. 3. ff. de crim. stell. & cum excedere non debeat eas pœnas, iudicis arbitrio relinquitur, quæ pœna pro eo crimine imponenda sit, vt ibidem habetur, & l. 10. tit. 13. par. 5.

Eũ, qui cẽsum in re aliqua vendit, teneri explicare emptori q̃ onera ea res habeat, & an hypothecæ subiecta sit, & quæ pœnæ id nõ detegẽtibus in hoc Castella Regno statutæ sint, d. 394. dictũ est.

Si res pignori, aut hypothecæ subiecta, variationem aliquam, augmentumve, aut diminutionẽ suscipiat, quousq; censenda sit perseuerare pignori, aut hypothecæ subiecta.

## DISPVTATIO DXXXIII.

### SVMMARIVM.

1 *Pignori domus subiecta si corruat, aut exuratur, fundus remanet obligatus.*
*Idem in vinea, & oliueto dicendum. nu. 2.*
*Idẽ in fundo alluuione destructo, cuius aliqua pars remaneat. num 3.*
4 *Pignori, aut hypothecæ res subiecta si mutetur, remanet similiter obligata.*
5 *Optio datur tertio possessori, qui rem meliorauit, vel soluere valorem rei, quæ valebat ante melioratione; vel accipere melioramentorum valorẽ, & rem ipsam cedere.*
6 *Sylua subiecta pignori, etiam ligna eius incisa subiecta sunt: nisi ad opus aliquod sint posita.*

SI res pignori, aut hypothecæ, subiecta, ex parte destruatur, aliquidq, illius maneat, quod remanet pignori, aut hypothecæ, manet similiter
1 subiectum. Vt, si domus, quæ † pignori, aut hypotheca, erat subiecta, corruat, aut exuratur, solum ipsum manet pignori, aut hypothecæ, similiter subiectum l. domo ff. de pig. act. l. Paulus. §. domus & l vlt. ff. de pign. act. l. 15. tit. 13. par. 5. Et idem
2 † est, si vinea, aut oliuetum, pignori, aut hypothecæ, subiecta, destruantur, solum enim manet simi
3 liter subiectum. Idem quoque est, si prædium pignori, aut hypothecæ, subiectum, alluuione destruatur: quod enim remanet, manet similiter pi-
4 gnori, aut hypothecæ, subiectum. Quod † si res, pignori, aut hypothecæ, subiecta, mutetur, vt solum in vineam, aut oliuetum, vel domus mutetur in hortum, vel aliquid accrescat rei pignori, aut hypothecæ, subiectæ, vt prædio alluuione aliquid accrescat, aut proprietati accrescat vsusfructus, vel in solo ædificetur domus, ea oĩa similiter pignori, aut hypothecæ, subiecta sunt l. si conuenerit. 2. §. 1. & l. domo, ff. de pign. act. l. si fundus. in prin. & §. si res, l. Paulus §. domus, & l. vlt. ff. de pig. act. l. 15. citata. Si tñ incrementũ aliquod, aut melioratio, facta sint, non quidem industria, & expensis debitoris, sed industria, & expensis tertij cuiusdã possessoris, tunc, licèt res, cum eo incremẽto, subiecta sit pignori, aut hypothecæ, tertius tamen possessor non tenetur illam tradere, vt inde satisfiat debitum, pro quo obligata erat, nisi prius sibi soluatur, quod expendit, plusve ea res valet ratione suæ industriæ, ac expensarum. Ita habetur l. cum postulassem. §. damni, ff. de dam. infect. (Neque arbitror, cum emptor ibi confertum cum eo, qui doctum, sibi ex damno infecto traditam, postea refecit, sermonẽ esse de emptore, quo ad id, quod similiter expenderet in reficienda, & meliorãda domo empta, sed de pretio, quod primo loco pro ea domo dedit) idẽ habetur l. Paulus. §. domus. ff. de pigno. act. & l. 15. citata. Quare, si quis domũ pignori, aut hypothecæ, subiectis, & post illam exustam, ac dirutam, alteri concessit superficiem illam, vt domum in ea iterum ædificaret, isque tertius domum ædificauit, sane quamuis domus ab hoc tertio ædificata pignori similiter, aut hypothecæ, subiecta sit, non tamen tenetur illam tradere, vt inde satisfiat debitum; nisi prius sibi soluatur, quod expendit in domo illo ædificanda, quatenus inde solum illud cum ea domo plus valet, quam valeret, si domus in eo non fuisset iterũ ædificata, vt hẽ. §. domus, & alijs iuribus citatis. Optimè tamen Greg. Lopez l. 10. citata, verb. *en buona fe*, cum Bar. & alijs asseuerat, q̃n † res a tertio possessore esset meliorata, optionem ei dari, vt
5 vel soluat valorem rei illius spectatæ, quantum valet tunc sine eis melioramentis (quoniam non plus ea res obnoxia est pro debito illo satisfaciendo) vel vt eam exhibeat, accipiendo prius, quod plus valet ratione melioramẽtorum, vt dictũ est. Neq; mihi probatur contraria Couar. opin. 1. var. resol. c. 8. a nu. 1. aduersus Bar. & communem, vt ipse confitetur, nempe, quod non satisfaciat tertius possessor, qui rem meliorauit, si offerat creditori, quantum res illa tunc valet, sine melioratio-nibus, sed cogi possit illam tradere cũ melioratio-nibus, accipiendo pretium earum. Neque sane ipsius opinionem probant iura, quibus nititur. Ratio autẽ, cur incrementa, quæ aduenient dum res est debitoris, esto sumptibus, & industria ipsius aduenião subiecta similiter sint pignori, aut hypothecæ, cũ re, cui aduenient, est. Quoniam cedunt principali, vnumque cum illo efficiunt: & quoniam debitor non plus grauatur inde soluere, si aliunde non soluat, quam id, quod re vera debet, & in cuius debiti securitatem rem illam pignori, aut hypothecæ, subiecit. Quando creditor rem pignori subiectam apud se habebat, in eaque melioramenta aliqua effecit, aut aliquid vtiliter expẽdit, tunc, hæc quidem pignori similiter subiiciuntur: quãdo tamen ei soluitur debitum, & reddit pignus soluendum illi est, quod vtiliter expendit; alioquin retinere potest pignus pro expensis: attamen reddere tenetur rem cum fructibus inde perceptis, & quos culpa sua non percepit.

Qui fructus ex re hypothecæ subiecta, quando res a tertio aliquo possidetur, hypothecæ subiecti sint, & qui non item, disputatio. §. 29. explanatum est. Quando autem similes aliqui fructus hypothecæ sunt censendi subiecti, iuxta

ea

ea quæ ibidem dicta sunt, num id intelligendum sit solum de fructibus rei illius in se, spectatæ precisè à meliorameniis in ea factis à tertio possessore, an vero etiã de fructibus respõdentibus melioramentis Couar. vbi sup. nu 4. cũ alijs, id intelligit, etiã de fructibus respondentibus melioramentis. Nos vero cõtrarium osteodimus disp. 455. & disp. 463. posteaq; Coua. in editione Cæsaraugustana, reuocauit sententiã, vt ibidem dictum est.

6 Illud demum est † obseruando, qñ quis syluã, v.g. subiectam pignori, aut hypothecæ, habebat, ligna inde præcisa similiter manere pignori, aut hypothecæ, subiecta, tanquã, partes, ac fructus pignoris. Si tñ inde nauis, domus aut; aliud artefactum fiat, desinunt rationem pignoris, aut hypothecæ, habere, nisi id peculiariter fuisset cautum: Ratio autẽ est, quoniam sunt materia commutata iam in rem aliam. Ita habetur l. si conuenerit. 2. §. si quis ff. de pign. act. & affirmat Greg. Lopez l. 15. citata, verb. *semeiante*, cum Bart. & alijs. Negus. de pignoribus par. 6. memb. 3. ait, si res pereat quo ad substantiam, & non quo ad qualitatem, extingui rationem pignoris, aut hypothecæ, quæ in ea esset, iuxta l. sicut in princ. ff. quib. mod. pign. Vnde sequitur, dest ructa naui hypothecata, ligna non manere subiecta hypothecæ, & pereunte animali, corium, & carnes, non subijci hypothecæ? quæ sententia placet: quamuis dici ad eum textum posset, ibi solum esse sermonem, quando res perit omnino ita, vt nihil illius maneat. Quòd si res pignori, aut hypothecæ, subiecta, culpa domini illius pereat, tunc hypothecaria actio competit aduersus illum, vt tandem pignori, aut hypothecæ, subijciat. Ita Negus. nu. citato.

Tradito, aut obligato pignori instrumento aliquo, res illo contenta pignori obligata censetur. Et qnousque vniuersim hypothecaria intentari possint aduersus debitorem aut possessorem rei hypothecatæ.

## DISPVT. DXXXIIII.

### SVMMARIVM.

1 *Pignori scripturam, vel instrumentum tradens, censetur id obligasse quod in eo continetur, non tamen res tradita censetur, &c. nu. 2.*

3 *Pignori rem tradens, manet in possessione ciuili dominij rei naturali apud creditorem manente.*

4 *Debitor quando sit admonendus vt soluat, antequam contra eum agatur vel personali, vel hypothecaria actione.*

5 *Hypothecaria actio aduersus tertium possessorem quando, & quo ordine intentanda.*

6 *Hypothecaria antequam intentetur aduersus tertium possessorem, quid probari debeat.*

7 *Hypothecaria quibus casibus intentari potest aduersus tertium possessorem, siue excussione in bonis, ac fideiussorum facienda, &c. nu. 8.*

9 *Creditor quo casu possit iurare in litem aduersus debitorem, vel tertium possessorem, rem hypothecæ subiectam detinentem.*

10 *Hypothecæ ius est longè diuersum à censu tam reali, quam personali.*

SI quis pignori obliget, aut tradat scripturam, seu instrumentum donationis, emptionis, aut alterius tituli quo res aliqua ad se pertinet, censetur † pignori subijcere eam rem, quæ eo titulo ad se pertinet. Ita habetur l. 2. C. quæ res pignor. oblig. poss. & l. 14. titu. 13. part. 5. obseruat tamen ibi Greg. Lopez gloss. 1. cum Azone, consentaneè ad glos. l. l. 2. citata, & multo consonantius ad l. 14. citatam, ex sola † traditione talis instrumenti in pignus censeri quidem rem, de qua est instrumentum, obligatam pignori, non tamen censeri traditam id pignus, nisi prius fiat traditio eiusdẽ rei. Neque obstat, inquit, quòd, vt dispu. 13. in secundo modo, quo possessio censetur tradita actu ficto, dictum est, traditione instrumenti censeatur tradita possessio rei, quæ instrumento continetur: quoniam, inquit, illud est verum, quando præcessit titulus, vt venditio, donatio, aut permutatio rei illius pro alia, & sequitur traditio instrumenti eiusdem rei: nam tunc ad nihil aliud videtur traditum, nisi vt per illud traditio fiat possessionis rei ipso contentæ: secus autem res habet; quando solum instrumentum pignori traditur, aut obligatur, vt in re proposita fit, ne, contra l. 1. C. de dotis promiss. duæ simul fictiones vnico actu fieri intelligantur, nempe obligationem rei pignoris, traditione instrumenti illius in pignus & traditionem eiusdem rei per eandem instrumẽti traditionem. Hinc ego dicerem, si antecederet contractus, quo res aliqua pignori subijceretur, & postea sequeretur traditio instrumenti rei illius, tunc per instrumentum censeri traditam rem in pignus, quæ antea per contractum pignori, absque traditione, fuerat subiecta. Idem dicerem, si simul res ipsa in se, & non instrumentum illius subijceretur pignori, & traderetur instrumẽtum: nam tunc traditio illa instrumenti, ad nihil aliud videtur inseruire, quam ad tradendum rem in pignus, quæ simul in se ipsa expresse pignori subijcitur. Cæterum modo non ea de re agimus, sed de traditione instrumentorum in pignus.

Illud, quod attinet ad ea quæ l. 14. citata subijciuntur, admonuerim. In ea lege, meo iudicio, vt ex tota illius serie constat, sermonem non esse de pignore latè, vt hypothecam presè sumpta comprehendit, sed de pignore presè, vt ab hypotheca, & particulari, distinguitur (quod nescio an satis Greg. Lopez ea lege attenderit) sermo itaque in ea lege est de eo, qui rem pignori obligauit, nec tñ adhuc rem, ita pignori obligatam, tradidit creditori. Vnde continuò in ea lege subiungitur creditorem cogere illum, aut hæredes illius posse, vt eam sibi tradant. Quod sanè locum non haberet in hypotheca, & particulari: neque enim debitor tenetur eam tradere creditori in securitatem debiti: eum in eo hypotheca à pignore distinguatur, ad pignus sit tradendum in debiti securitatem, antequam adueniat tempus satisfactioni præfixum

tutum hypotheca verò non item. Subiungitur ve
rò in eadem lege, quòd si is qui rem pignori obli
gatam tradere tenebatur, antequam eã tradat, at
que in possessionem illius creditorem mittat (in
tellige, ad effectus, ad quos pignus conuentionale
traditur, quo ad quos possidet illud creditor, etiã
ciuiliter, vt habetur l. cum & fortis. §. vlt. ff. de pi
gnor. act. l. si de eo, in princ. ff. de acquir. poss. & l.
per seruum in princ. ff. de acquirendo rer. dom.
3 iuncta glos. ibi.; nam † quo ad alia, is qui rem pi
gnori tradit, manet in possessione ciuili eius rei,
& possidet illam naturaliter per creditorem, qui
illam retinet, vt vtrumque explicat gl. l. sciẽdum,
§. creditor ff. qui satisd. cog.) illam vendat, permu
tet, aut alio modo alienet, vel pignori subijciat, &
simul eam tradat ei, cui ita illã alienat, aut pigno
ri posterius subijcit, tunc creditorem, cui prius pi
gnori fuerat subiecta, & non tradita, posse petere
satisfactionem debiti, pro quo pignori fuerat obli
gata, à debitore, vt, si soluere voluerit, liberum re
linquat eum, cui est tradita: si aũt non satisfaciat,
tunc petere posse à possessore, aut tentore illius, vt
eam sibi tradat, tanquam prius sibi onere reali
obligatam, ac tradendam in sui debiti securita
tem. Item additur, si, postquam creditor traditio
nem illius exegit, debitor illam alienauit, aut alte
ri pignori subiecit, ac tradidit, tunc integrum esse
creditori, vel primo exigere à debitore solutionem
debiti, vel immediate petere à possessore, aut ten
tore illius, vt eam sibi tradat possidendam in sui
debiti securitatem.

Quod verò ad hypothecam attinet, aduenien
te tpe in quo solutio, aut satisfactio eius fieri debet,
pro quo aliquid, aut aliqua, hypothecæ subiecta
sunt, tunc, vel dies fuit constitutus, in quo fieret
ea solutio, aut satisfactio, vel non, sed quasi præca
riũ fuit relictum, vt solueretur, qñ exigeretur, aut
4 alia rõne dies non fuit constitutus. In † priori euen
tu, quãdo scilicet dies solutionis fuit constitutus,
solum ex ciuilitate, ac decentia quadam, est prius
admonendus debitor, vt soluat, quàm aduersus il
lum agatur, vel personali, vel hypothecaria actio
ne, nõ verò ex necessitate, vt hĩ l. debitores, C. de
pig. qñ dies processerit interpellat. In posteri
ri verò euentu, prius est admonendus, vt soluat, vt
affirmant gl. i. l. debitores, citata, & alij; alioquin
debitor nondum censeretur esse in mora soluẽdi:
interim verò, dum debitor non est in mora soluẽ
di, agi non põt aduersus ipsum personali, nec hy
pothecaria actione, & multo minus agi hypothe
caria actione põt aduersus tertium possessorẽ re
rum, hypothecæ pro eo debito subiectarum, vt cũ
Bar. & alijs notat Negus. de pig. par. 8. memb. 1.
nu. 1. o. Qñ ergo debitor iam est in mora soluendi
id, pro quo aliqd, aut aliqua, hypothecæ subiecta
sunt, distinguendũ est. Qñ vel interesti vult actio
aduersus ipsum debitorem, aut hæredes illius, aut
contra hæreditatẽ iacentẽ, qa videlicet nullus hæres
adhuc illã adiuit, vel intentari vult hypothecaria
actio cõtra tertiũ possessorẽ rei hypothecæ subiec
tæ pro debito illo, cui res illa alienata sit. Dixi,
cui res illa alienata sit, quoniam si solum illam te
neat tanquam commodatarius, aut depositarius,
pertinet tunc ad debitorem, vel ad hæredes, aut hæ
reditatem illius iacentem, neque hoc loco nobis
est sermo de huiusmodi detentore, quasi tertium
possessorem eum appellemus. In priori ergo euen
tu, quando. l. actio intentari vult aduersus debito
rem, vel, hæredes illius, aut hæreditatem illius ia
centem, in optione creditoris est, vel agere actio
ne personali, vel hypothecaria, vel vtraq; simul
intentate, petendo in libello, vt vel, debitũ soluat,
vel vt ipsi tradantur res pro eo debito hypotheca
tæ, vt vendantur, & ex illarum pretio soluatur de
bitum: atque eo ipso, quòd facta fuerit illarum tra
ditio, aut occupatio, iudicis aũtoritate, vt vendan
tur, indeq; soluatur debitum, sortiti incipiunt
rationem pignoris iudicialis. Quòd autem possit
aduersus debitorem, vel hæredes illius, aut hære
ditatem iacentem intentari vtraque actio, modo
explicato, habetur expressè in authentico de fide
iussoribus §. sed neque, ver. contra principales, cu
ius hæc sunt verba, *Contra principales tamen exi
stentes apud eos res, sive personalibus, sive hypothe
carius, mox sive ambabus vti voluerint, omnẽ da
mus licentiam, quæ dudum à nobis data est*, l. vide
licet vlt. C. de action. & oblig. & alijs iuribus.

In posteriori tamen euentu, quando. l. actio in
tentari vult contra tertium possessorem rei, aut re
rum, hypothecæ pro eo debito subiectarum, quã
5 vis, † quondam, si hypotheca erat tacita, nefas ad
esset nisi facta prius excussione in bonis debitoris
& qñ inde non satisfieret debito, tunc fas esset age
re hypothecaria aduersus tertium possessorem
pro debiti complemento, vt habetur l. Moschis,
in prin. ff. de iure fisci; si verò hypotheca erat ex
pressa, fas esset agere statim hypothecaria aduer
sus tertium possessorem, nulla facta excussione in
bonis debitoris, vt hĩ l. vlt. C. de actio. & obl. l. di
stractis, & l. persequutione. C. de pign. ac alijs iuri
bus; hodie tamen de iure authenticorum, sive hy
potheca tacita sit, sive expressa, nefas est agere ad
uersus tertium possessorem hypothecaria, nisi
prius facta sit excussio in bonis debitoris, & fide
iussorum, si qui etiam pro eodem debito sint adhi
biti, intentata actione, tam personali, quàm reali
(si forte aliqua sua bona pro eodem debito habeat
obligata) aduersus debitorem, aut hæredes illius,
hæreditatemque iacentem, itemque aduersus fi
deiussores, aut hæredes eorum, hæreditatemq; il
lorum iacentẽ, & occupatis bonis, quæ possident,
sive illi obligentur in euã pro eo debito, sive non:
quando autẽ (latæ prius sententia iudicis, vt Bar.
& alij quos Negus. loco citato num. 10. & sequen
tibus refert, ac sequitur affirmant) compertũ fue
rit, non habere bona, vnde integrè debito satisfiat, tunc demum intentari potest hypothecaria
aduersus tertium possessorem rei, aut rerum, pro
eodem debito hypothecæ subiectarum, vt quòd
defuerit, inde satisfiat. Ita habetur expressè in au
thentico de fideiussoribus §. sed neque, circa fi. in
authentica, sed hodie. C. de fideiuss. & in authen
tica, hoc si debitor. C. de pig. Quando ergo priusquam eiusmodi excussio in bonis debitoris, aut
fideiussorum, fiat, intentatur hypothecaria ad
uersus tertium possessorem, tunc ex regulis pro
xime

ximè citatis competit ei exceptio, quod prius fiat excussio in bonis debitoris, aut fideiussorum: quia tñ eiusmodi exceptio solum est dilatoria, intentati debet à tertio possessore ante litem ab eo contestatã, dum pignoratitia actio aduersus ipsum mouetur; alioquin postea locum non habet, etiã in secunda instantia, seu in gradu appellationis, vt cũ Bart. & alijs, obseruat Neguſan. vbi ſupra nu. 36.

6 Qñ † ergo aduersus tertium possessorem intẽtatur hypothecaria, hæc omnia à creditore probari debent, vt actio aduersus tertium possessorem vim habeat. In primis, rem illam, aut illas, quas possidet, & circa quas hypothecaria intentatur, obligatas fuisse a debitore pro eo debito, fuisseq; debitores, qñ eas obligauit (aut deuenisse postea in dñium illius, si hypotheca fuit vniuersalis) aut consentiẽte, ratumve id postea habente, dño illarum, fuisse a debitore obligatas, vt disp. 529. dictũ est. Deinde probare dẽt, debitorem fuisse in mora soluendi debitum, pro quo subiectæ fuere hypothecæ, vt supra dictum est. Item probare debet, factã esse excussionem in bonis debitoris, aut etiã fideiussorum, neque ex bonis illorũ posse satisfieri debito, vt proxime dictum est: Qñcunq; aũt tertius possessor, aduersus quẽ hypothecaria intentatur, cum effectu offerret debitori, q̃ sibi deberur, cessaret hypothecaria; qm̃ persoluto integrè debito, non est cur vlterius agari neq; recusare potest eam solutionem. Ita hĩ l. si fundus. §. si in vendicatione. ff. de pig. l. mulier. ff. qui potior. in pig. l. Paulus §. vlt. ff. quib. mod. pign. vel hypot. sol. & l. 18. titu. 13. part. 5. Atque tunc, si possessor, qui debitũ soluit, id exigat, tenetur creditor ei cedere iura, quod aduersus debitorem, & hypothecam habebat. Ita habetur l. mulier. & l. 18. citatis.

In sequentibus tamen euentibus agi põt hypothecaria aduersus tertium possessorem, non facta prius excussione in bonis debitoris, ac fideiussorum. Primus, si † post intentatam litem aduersus debitorem circa id debitum, debitor alienauit tẽ hypothecæ subiectam. Quamuis enim integrum debitori sit, ẽt lite aduersus ipsum intentata, alienare res hypothecæ subiectas pro eodem debito, quin & res pignori creditori datas, vt ex pretio soluat debitum, nec possit creditor id impedire, tametsi possit retinere apud se pignus, quousq; ex pretio sibi soluatur debitum; si tamen debitor eas alienet, nec soluat pretium, põt creditor agere immediatè hypothecaria aduersus tertium possessorem, vt sibi tradantur, ac vendantur, vt ex pretio satisfiat debito: nisi sit alius, qui habeat priorem, aut magis priuilegiatam hypothecam in easdem res, qui contendat prius sibi esse soluendum: nam tunc is præferetur in solutione sui debiti de pretio earum rerum. Ita habetur in authentico de litigiosis. §. ad hoc autem, & in authentica hoc ita. C. de pign. Eo enim ipso, quod lis, seu exequutio pro debito, intentatur aduersus debitorem, res apud eum existentes, atque pro eo debito hypothecatæ, censentur quasi litigiosæ; ac proinde prohibitæ alienari, nisi prius, vt ex pretio cum effectu soluatur debitum; eaque de causa, si cum effectu debitum non fuerit solutum ex pretio, cõceditur hypothecaria actio aduersus possessorem, esto nulla facta fuerit excussio in bonis debitorũ, ac fideiussorum. Atque hoc est, quod intenditur in authentico de litigiosis citato, & in authentica, hoc ita, de pig. quæ ex illo, in quo res plenius definitur, desumpta est, idque affirmant Barto. & alij, quos Neguſ. vbi ſupra nu. 10. & 17. refert, ac sequitur.

8 Secundus † euentus est, qñ debitor notoriè nõ est soluendo, neque hẽt fideiussores, qui soluendo sint: tunc enim hypothecaria conceditur aduersus tertium possessorem; nõ facta prius excussione in debitore principali: eo quod fieri tunc in eo nequeat. Ita cum Bar. & alijs Neguſ. vbi ſupra nu. 14. Hac eadem ratione, quando res debitoris essent in alio territorio, neque facilis circa illas esset excussio, aut essent in loco munito, ne obtineri possent, agi continuo posset aduersus tertium possessorem, vt cum plerisq; alijs asserit idem in Neguſ. ibidem nu. 42. Quosdam alius euentus discutiunt idem autor ibidem a num. 16. & Greg. Lopez. l. 14. titu. 13. part. 5. verb. *primieramente*.

Si, intẽtata hypothecaria, siue aduersus debitorem rẽ ipsam hypothecæ subiectã adhuc possidẽtem, siue aduersus tertium eiusdem rei possessorem, dolo possessor illam in alium locum trãsmittat, aut ita de illa disponat, vt dicat, se non posse iam illam obtinere, tũc creditori † cõceditur iurare in litem aduersus illũ possessorem facta prius æstimatione damni per iudicem, vt creditori, vltra debitum, soluatur damnum, quod inde iurauerit ipsi subsequutum. Si verò, non dolo, sed culpa talis possessoris, res illa post eam litem mota pereat, tunc solum cogitur soluere, vel debitum, si plus, aut tm̃, res illa valebat, quantum erat debitum, vel æstimationem rei illius. Quòd si casu, qñ lis est intentata, res erat absens ita vt tradi statim nõ posset, tunc cogitur præstare cautionẽ, qđ intra tantũ tẽpus, iudicis arbitrio, spectatis circũstantijs concurrentibus, præscribẽdum, rem afferet, ac tradet, vel soluet debitum, præstitaque ea cautione, interim a iudicio absoluitur. Hæc habẽtur l. si fundus. §. in vendicatione, & §. si pluris, ac l. si inter. §. vlt. ff. de pign. & dilucidius l. 19. ti. 13. p. 5. Tametsi, quod dictum est, de iuramento in litem ad soluendum damnum. §. si pluris citato, dicatur intelligendum esse, de iuris rigore, secus de æquitate, quod ad debitorẽ ipsum attinet, & consentire videtur l. si inter. §. vlt. citato. Lex tamen Castellæ nu. 19. citata, iuris rigorem sequendum esse statuit.

Obserua, vt disp. 382. copiosius dictum est.

10 Longè diuersum † esse, censum aliquem realem collocatum esse in aliquo prædio, ita quod prædium ipsum debeat annuam pensionem, aut ex illo ita debeatur, quod, si prædium pereat, ius leuandi inde eam pensionem, censusve ipse realis pereat: & aliud longè diuersum esse, prædium illud subiectum esse hypothecæ. Quando enim res solum est subiecta hypothecæ, siue pro securitate, & solutione census personalis, siue pro securitate, & solutione census realis, collocati tamen in alia re, siue pro securitate solutionis cuiusque alterius debiti, atque res, ita hy-



Digitized by Google

pothecæ subiecta, transit in tertium possessorem, vtique antequàm in ea fiat exequutio pro eo censu, aut debita, fieri debet excussio in bonis primi debitoris, ac fideiussorum illius. Quando verò res in qua census realis est collocatus, transit in tertium possessorem, cum id onus, seu debitum, ex ipsa re, seu ratione ipsius rei, debeatur, vtiq; vnà cũ ipsa re transit in nouum possessorem, ipseque est, qui ratione ipsius rei, effectæ iam suę, id onus debet, & non primus debitor census, statimq; cogi potest, ac debet, vt se recognoscat debitorem eius census, ratione rei illius, vt disputatione citata dictum est. Quare, vt ab eo census petatur, exequutione eius debiti aduersus eum fiat, non est opus fieri prius excussionem aduersus primum eius cẽsus debitorem, fideiussoresq; illius, immò neque sequentes pensiones eius census exigi deinceps possunt à primo debitore, qui, cum dominiũ rei, in qua census fuit collocatus, & ratione cuius pensiones debentur, ad ipsum non spectet, eas iam nõ debet; sed exigendæ sunt à nouo possessore, ac domino rei illius. Quo fit, vt rem ita censui esse subiectam, vt in illa sit collocatus, non sit subire rationem hypothecæ comparatione talis census, sed sit longè arctius vinculum, ac onus reale: ac proinde fit, vt in ea locum non habeãt, quæ de excussione prius facienda aduersus primum debitorem, fideiussoresq; illius, circa hypothecas traduntur: quod Gama decisio. 315. non satis attendit. Idem prorsus dicendum est de quacunque alia re, in qua onus reale sit collocatum ex ipsa, aut ratione ipsius, soluendum, vt de beneficio Ecclesiastico, in quo pensio annua alicui soluẽda sit constituta, & de prædio subiecto tributo, inde annuatim, aut alijs præfixis temporibus, soluendo, quin & de prædijs, vnde decimæ Ecclesiæ soluuntur, ex hypothesi seu sub conditione, si fructus ferant: id enim onus est reale eiusmodi prædiorum, & ad quemcũque transeant, transeunt cum eo onere: atq; idem dicendum est de similibus alijs rebus habentibus onus reale ex ipsis, aut ipsarum ratione, solmendũ. Immò verò pensiones, nondum solutæ a primo possessore ex eiusmodi rebus, cum res, quæ illas debet, aut ex qua debentur, transierit ad nouum possessorem, exigi indifferenter possunt, vel a posteriori possessore, qui illas debet ratione rei possessæ, cuius est effectus dominus, vel a priori, qui easdem adhuc debet, ratione tẽporis elapsi, in quo eas soluere tenebatur: si tamen posterior possessor eas soluat, datur ei recursus ad eas exigẽdas a priori possessore, qui vere illas debebat: vt hęc omnia, cum multis alijs, quos citat, rectè docet Alu. Vala. de iure emph. q. 4. num. 6. & 7. q. 17. a num. 17. & q. 32. a num. 13. Quamuis ergo eiusmodi res, ex quibus reale onus debetur, sæpe hypothecæ a multis doctoribus appellentur, sanè hypothecę, & pignora non sunt, de quibus in iure, atque in hoc tractatu de pignoribus, & hypothecis, est sermo: sed longè arctius vinculum habent. Hac de causa disp. 536. inter hypothecas eas non connumeramus, tametsi Negusanius de pignoribus part. 2. memb. 6. eas annumeret.

# De Contractib.

Vti re pignori tradita, an liceat creditori. Fructus eiusdem rei ad quem spectent. Quando ea res sit restituẽda debitori. Et an retineri possit pro expensis circa eam factis. Atque ex quanta culpa teneatur creditor, si ea res pereat.

## DISPVTATIO DXXXV.

### SVMMARIVM.

1 *Creditor si inscio domino pignore vtatur ad suum commodum, furtum committit quo ad illius vsũ non tamen quo ad rem ipsam.*
*Quid autem si domino consentiente, dic, vt nu. 2.*
3 *Pignoris fructus percepti per creditorẽ, cõputãtur in debitum, & necessarias, aut vtiles expensas.*
*Et quid de fructibus, quos percipere potuit, & non percepit. nu. 7.*
4 *Creditor si ex fructibus pignoris debitum est consequutus, statim pignus efficitur liberum, etiam si ad aliorum manus deuenerit.*
5 *Creditor non computans fructus pignoris in debitum, vsuram committit.*
*Quod ampliatur etiam in pignore prætorio, & iudiciale. num. 6.*
7 *Creditor an teneatur in debitũ computare fructus, quos ex pignore percipere potuit, & nõ percepit.*
8 *Creditor quando nõ teneatur ad pensionem domus in pignus sibi traditæ.*
9 *Debitori quando reddenda sit res à creditore in pignus sibi data.*
*Itẽ qñ ei concedatur iurare in litem aduersus creditorem, vt ei soluat damna rei pignoratæ. nu. 10.*
11 *Debitor quas expensas soluere teneatur creditori, factas in re sibi pignorata.*
12 *Creditor potest sibi retinere pignus pro alio debito eiusdẽ debitoris, licèt primo soluto, pro quo erat pignus traditum. Quod idem est etiam in pignore prætorio, & iudiciali. nu. 13.*
14 *Pignus si pereat, vel deterius sit redditum, de quo creditor teneatur, & sub num. seq.*
*Et quid de pignore prætorio, & iudiciale. nu. 15.*

IN hac disp. sermo est de pignore presse sũpto, vt ab hypotheca distinguit, atq; qñ traditũ est iã creditori in debiti securitatẽ. Qd ad primum, & fm eorũ, q̃ proposita sunt, attinet. Cũ pignus solũ in debiti securitatẽ tradatur, dñium q; illius ad debitorẽ spectet, sanè tã vsus, q̃ fructus illius, eorũve æstimatio, ac pretiũ, ad debitorẽ, & non ad creditorẽ spectant. Quare, si † creditor pignore in suũ proprium cõmodũ vtatur, inscio, atq; inuito dño, furtũ cõmittit, non quantũ æstimabit res pignore accepta, sed quantũ æstimabit is vsus illius, vt cũ gl. l. q̃ iumẽta. ff. de fur. & Bar. affirmat Gre. Lop. l. 3. statim citãda a gl. vlt. Ita bẽ §. furtũ aũt. Insti. de oblig. q̃ ex delicto. l. si pig. in prin. & §. fi. ff. de fur. & leg. 3. titu. 14. par. 7. & consentit. l. 20. titu. 13. parte quinta. Si † autem creditor pignore simuliter in suũ commodum vtatur, sed consentiente domino

Digitized by Google

mino,distinguendum est. Quoniam,si cõsentiat inuoluntarie mixtè, eo modo quo inuoluntariè mixtè cõsentit,qui vsuras soluit, tum vsuram cõmittit is creditor, apertam quidem, si pignus sit ob mutuum, & palliatam,si sit ob expectationem solutionis pretij,aut impletionis alterius contractus, teneturq; restituere debitori valorem eius vsus.Ita Nau.in Man.c.17.nu 203. & Sylu.ver. pignus,nu.7.Si autem dominus mere libetaliter, præsumptè saltem,consentiat,tunc licite,& absq; vllo crimine,id fit. Atque in hoc euentu intelligenda est l.20.citata,quæ id affirmat.

3 Quod † ad fructus pignoris attinet, licet illos percipere possit creditor,eo quod pignori cedant,vt ex dictis disp.529.facile liquet, eaque ratione possit illos vendere,vt Pan.c.cum contra, de pig.nu. 5.iuxta textum ibi,affirmat,& cum eo Greg.Lope.l.3.tit.14.par 7.gloss.vlt.dummodo seruando seruari non possint in tempus solutionis debiti,ac restitutionis pignoris:nam tunc vendere illos nõ posset,vt cum alijs,quos citat, affirmat idem Gregor.Lop.l.2.tit.13.par.5.glo.penul.Licet,inquã, illos percipere,ac vendere possit,tenetur tamẽ eos pretium ve illorum,computare in debitum,aut in expensas necessarias,aut vtiles, factas cum pignore,atque adeo ad dominum pignoris spectãt. Nomine autem fructuum intelligitur id quod remanet,deductis expẽsis. Quod autem licet creditor, ob rationem dictam, percipere fructus possit : teneatur tamen illos computare in debitum, habetur expresse l.qui domum. C.de pignora.l.1.2.& vlt.C.de pignor.act.l.1.C.de dist.pignorum, l.2. C.de par.pign.l.2.& 21.tit.13.par.5.& capcum contra.de pignor.

4 Quare,si ex † fructibus perceptis, vel a primo creditore,& hæredibus illius,vel ab alio,aut alijs, quibus in pignus illud idem ab his datum sit, exhauriatur totum debitum primum, continuo debitor,aut hæredes illius,mittẽdi sunt in possessionem rei illius;quoniam,resoluto iure primi creditoris, persolutoq; integre ex fructibus eo debito, resolutur ius posteriorum creditorum,q in idem pignus habebant. Atque hoc est,quod habetur, c. cum contra citato, & l.1. C.de distract.pignorũ : vbi dicitur, ipso iure, quod ex fructibus creditor debitum suum est consequutus, rem pignori datã liberatam ab eo onere esse.

5 Quod † autem vsura sit,creditorem non computare fructus pignoris in debitum, aut non reddere illos debitori,sed creditorem præcipuos illos habere,definitur,c.1.& 2.de vsuris, & ca.significante,de pignor.dictum q; est disp.320.

6 Sunt † verò hæc,quæ de fructibus pignoris dicta sunt,similiter intelligenda in pignore prætorio,aut iudiciali interim dum rationem pignoris retinet,nec publica, autoritate est distractum, & alienatum,vt habetur l.is cui,§.sed quæri potest, ff.vti in poss.legat.l.Titia,ff.de solut.& cum Barr, & alijs,affirmat Negus.de pign.par.5.membr.2, num.4.

7 Vtrum † autem creditor computare etiam debeat in debitum, aut reddere debitori, fructus, quos ex pignore percipere potuit,& non percepit. Pars affirmans videtur haberi expresse, l.2. C.de pign.act.cuius hæc sunt verba. *Creditor, qui prædium pignori annexum detinuit, fructus,quos percepit,vel percipere debuit in rationem exonerandi debiti computare necesse habet.* Item habetur l.2. C.de partu pig.ib'. *Horum mancipiorum operis, quas creditor percepit,vel percipere potuit,in vsuras computatis, & post in sortem.* Idem affirmat glo.c.cum contra. de pignorib. & cum ea Panor. ibi nume.9. Negusanius memb.5.citato,numero 3.& communis doctorum sententia eduersus Hostiensem,qui ductus eo argumento, quod possessor bonæ fidei non teneatur ad fructus, quos percipere potuit,asseuerat, eiusmodi creditorem non teneri ad fructus, quos percipere potuit, adhibitis quibusdam exceptionibus, eademque sententia placeat Gregor. Lopez lege secunda,titulo 13. parte quinta,verb.*esquilmo*,tametsi non sit admodum firmus,rem tamen atque rem cogitandam.

Amplectenda vero est communis sententia, ita vt si dolo,lata culpa, aut leui, fructus aliquos ex pignore non percepit,quos percipere potuit,illos computare debeat in debitum, aut tradere debitori.

Cum enim fructus in pignus creditori cedãt, contractusque pignoris in bonum, tam creditoris, quam debitoris, celebratus sit, merito sancitum est, vt creditor computare teneatur in debitum, aut tradere creditori, etiam fructus, quos percipere potuit,& saltem sua leui culpa, nõ percepit.

Cum autem creditor missus in possessionem pignoris prætorij, solum teneatur de dolo,aut lata culpa,si tale pignus deterius sit redditum, non vero de leui, in quo pignus prætorium a conuentionali differt, vtrumque habetur l.prætor, §. est prætera,iuncta glossa ibi.ff.de bon.auto. iud. poss. rectè Negus. vbi sup. nu.5.ait, teneri de fructibus,quos percipere potuit,& dolo,aut lata culpa, non percepit; non verò de eis,quos leui culpa non percepit.

Quando creditor inuenire potuit, qui conduceret domũ sibi in pignus traditam, neque eam illi locauit,tunc,siue ipse habitauerit eam domum, siue non tenetur debitori ad integram pẽsionem: quoniam,si habitauit eam domum,debet pensionem illã in pretium suæ habitationis:si verò eam non habitauit,sed vacuam habitatore reliquit,tenetur soluere eandem pensionem,tamq; fructum, quem ex ea domo potuit percipere, & sua culpa 8 non percepit. Quod si † conductorem non potuit inuenire,& ipse domũ habitauit, tunc distinguendum est. Quoniam,si ipse cõducturus erat aliam domum,tunc debitor est pensionis tantæ quãtam ipse soluturus erat pro alia domo, non verò tantæ, quantam valet habitatio domus pignori traditæ, si plus ea habitatio valeat; nisi fortè maius commodum ipse ex ea habitatione reportet, libenterque aliquid plus pro ea habitatione dedisset, quàm pro habitatione domus alicuius inferioris, quam fuisset conducturus: tunc enim id duntaxat incrementum soluet. Quòd si nullam aliam domum fuisset conducturus,tunc nihil

pro habitatione debet: qm̃ beneficium præstat domino domus, illam habitando, neque ipse inde fit locupletior. Si tñ libenter ipse aliquid dedisset p̃ habitatione eius domus splendidæ, tum id duntaxat tenebitur reddere debitori, aut minuere de debito. Atque iuxta hæc accipienda sunt, quæ cum Paulo Castrensi tradit Greg. Lop. l. 21. ti. 13. par. 5. verb. *si morare en ella.* Hæc de primo & secundo eorum, quæ proposita sunt,

9 Quod ad tertium † attinet, si id in cuius securitatem pignus datum fuit impletum non fuit, vt si pecunia mutuo data non fuit, in cuius debiti securitatem traditum fuerat pignus, tunc desinit ea res rationem pignoris habere, ac proinde cõtinuo est reddenda, competitque ei, qui eam tradidit, directa pignoratitia actio aduersus creditorem, vt sibi tradatur. Idem est, si sub conditione aliquid datũ est in pignus, nec fuit impleta conditio, continuo. n. desinit habere rationem pignoris. estque proinde similiter reddendum l. solutũ. §. si quasi, ff. de pig. act. Si ancillæ in pignus datæ sint, & creditor illas prostituerit, aut impium aliquid eas facere coegerit, desinunt habere rõnẽ pignoris, cõpetit; proinde actio aduersus creditorem, vt reddãtur l. eleganter. §. vlt. ff. eod. tit. l. 36. titu. 13. par. 5. Item, si debitum integrè sit solutum, aut quacunque rationem integrè sit satisfactum, vel creditor pro soluto illud habeat, tunc, quod pro eo debito traditum erat in pignus, desinit habere rationem pignoris, estq; proinde statim reddẽdum l. si rem alienam. 1. § omnis. ff. de pignorat. actio. l. si quis nec. §. res. ff. si cert. petat. & l. 21. titul. 13. part. 5. Quòd si creditor illam interim emerat, retinere eam poterit l. alienæ res. §. vlt. ff. de pign. act.

10 Qñ † res, pignori data, rationẽ pignoris habere desinit, & exigitur, si creditor illam nõ reddat, neque habeat iustam causam illam retinendi, vel illam quam memorauimus, vel aliam ex his, quas subiiciemus, aut aliquam aliam, conceditur debitori iurare aduersus creditorem in litem, vt soluat debitori damna, quæ ex ea retentione ei obuenire, facta prius æstimationem eorum damnorum per iudicem argumento l. in actionibus. ff. de iuram. in litem, iuncto §. actionum. Insti. de actio. & habetur l. 21. tit. 13. par. 5.

11 Si creditor † expensas aliquas etiam quotidianas, vt in iumento pignori dato alendo, fecit, siue illæ necessariæ sint, siue vtiles, tenetur debitor illas soluere, potestq; creditor pignus retinere, donec illę exoluantur; modo expensæ vtiles non sint excessiuæ, & quas debitor, ob suam inopiam, aut ob aliam iustam causam, nollet fieri: nam tunc ob illas, retineri non posset pignus: tametsi progressu temporis teneretur debitor ex fructibus pignoris eas soluere. l. si seruos, iuncta glo. ibi, & l. si necessarias in princ. ff. de pign. act. l. creditor. 2. iuncta glo. vlt. ibi. C. eodem tit. l. in summa. C. de pig. & l. 21. tit. 13. par. 5. Lege, quæ dicta sunt in calce disput. 297. & disp. 463. & 496.

12 Quando † pignus aliquod à debitore obligatũ erat alicui creditori pro aliquo debito, si postea idẽ debitor aliquid aliud debeat eidem creditori, neque illi idem pignus obligauit pro eo debito, sed solum creditor actionem personalem habebat pro eo debito, tunc, soluto à debitore debito primo, aut aliter eo debito abolito, retinere nihilominus potest creditor idem pignus, donec sibi soluatur secundum debitum. Ita habetur leg. vni. §. vlt. iuncta gl. ibi. C. et ob chirog. pec. pig. ret. posse, & l. 22. tit. 13. part. 5. Non tamen potest vendere pignus pro secundo debito; sicut posset pro primo; qm̃ pro secundo debito, solum conceditur illi retentio pignoris. Ita gl. vlt. l. vnica citata, & cum ea Greg. Lop. l. 22. citata glo. pen. Si tamen venderet pignus pro primo debito, & aliquid de pretio superesset, posset in eo incremento compensationẽ facere secundi debiti; vt cum Cyno ibidem, Gregor. Lopez affirmat. Si pro secundo debito creditor pignus accepisset, sed minus idoneum, tunc, soluto primo debito, posset etiam retinere primũ pignus, quousque solueretur secundum. Ita cum Salyceto, Alber. & alijs Grego. Lope. ibidem. Sicut autem pignus retineri potest pro debito posterius contracto, ita & pro debito contracto ante idem pignus susceptum, vt cum Alber, Greg. Lopez ibidem affirmat. Item pignus à debitore traditum retineri, potest pro alio debito hæredis talis debitoris, vt hẽ l. 22. citata, & cum alijs ibidem Greg. Lope. affirmat. Lege alia, quæ ibidem Gregor. Lope. disputat. Si tamen debitor vendidisset pignus illud, vel obligasset illud cuidam tertio; & tertius ille offerret debitum creditori, pro quo obligatum erat id pignus, peteretque sibi restitui, non posset tunc creditor excipere, se velle illud retinere, quousque sibi solueretur aliud debitum eiusdem debitoris; quoniam retentio illa pignoris solum conceditur creditori comparatione debitoris, non verò comparatione secundi creditoris eiusdem debitoris. Ita habetur l. 22. citata, & assentiuntur gl. l. vnica citata, & alij, quos Grego.
13 Lop. l. 22. citata gl. vlt. refert. Habent † verò hæc omnia, quòd scilicet pignus, pro vno debito, retineri possit pro alio eiusdem debitoris, similiter loquendo in pignore prætorio, ac iudiciali, vt cum glo. l. vnica citata affirmat Gregor. Lope. l. 22. citata glo. 1.

14 Quod ad vltimũ † eorum, quę proposita sunt, attinet, si pignus pereat, deteriusve sit redditum, creditor solum tenetur de dolo, lata culpa, ac leui; nõ verò de leuissima, & multo minus de casu fortuito, eo q̃ contractus in commodum tam debitoris, quàm creditoris, celebratus sit. §. vl. Inst. quib. mod. re contr. obl. l. si cum venderet. §. venit, iuncta gl. ibi, & l. sequenti. ff. de pigno. act. l. prętor. §. est præterea. ff. de bon. autor. iud. pos. l. si creditor, & l. si fortuitis, iũcta gl. ibi, & l. pignus. C. de pig. act. & l. 20. titu. 13. par. 3. Atque in hoc differt pi-
15 gnus conuentionale † à prætorio; nam, qui pignus prætorium habet, solum tenetur de dolo, & lata culpa, nõ verò de leui, vt supra dictum est, & habetur l. prætor. §. est præterea, citato. Si autem conueniret, quòd, si res periret culpa leuissima, aut casu fortuito, periret creditori, aut quòd, esto res periret culpa leui, aut lata, periret debitori, validus esset contractus l. quæ fortuitis citata. Non tamen valeret contractus, quod, si res dolo creditoris

toris patiter, non teneretur eam soluere: eo quod tale pactum esset contra bonos mores, vt hæc omnia disp. 295. fusè comprobata sunt.

Quando quis vteretur pignore contra dñi voluntatẽ, saltem præsumptam, aut quæ nõ ita esset re vera esto creditor arbitraretur, debitorẽ id ratũ habiturum, idq; occasio esset, vt pignus casu fortuito periret, tũc creditori periret, & nõ debitori: secus autem, qñ is vsus non esset occasio, q̃ pignus periret, quia simili modo esset periturũ, esto creditor non vsus fuisset illo modo eo pignore. Idem dic, qñ creditor fuit in mora restituendi pignus, idq; occasio fuit, q̃ pignus periret, quia, si tempore debito fuisset restitutum, non similiter periret, vt vtrumq; disp. 295. citata ostensum est. Ibidem, & duabus disputationibus sequẽtibus, legito alia, quæ hoc loco circa pignus dici potẽrãt, cõmuniaque sunt rei commodatæ, conductæ, & pignori.

Quando pignus deterius est redditũ culpa creditoris modis omnibus hactenus explicatis, ita q̃ creditor de eo damno teneatur, si dãni æstimatio est tãta, quantũ erat debitũ, tunc cõpensatur cum toto debito, desinitq; proinde res habere rationẽ pignoris. Idẽ dicendum est, si æstimatio dãni sit maior, & tũc creditor insuper soluit incrementũ. Qñ verò damni æstimatio est minor, q̃ debitum, tunc id cõpensantur in partem æqualẽ debiti, l. si creditor 1. & 2. C. de pig. act. & l. 36. tit. 13. part. 5.

## Quibus hypotheca tacita competat in bonis aliorum. Et qui in hypotheca præferantur alijs. Et de priuilegio creditorum personalium. Atque quo ordine satisfaciendum sit creditoribus.

### DISPVT. DXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Maritus pro dote sibi promissa soluenda, tacitam habet hypothecam in bonis eius, qui promisit: sed non præfertur alijs creditoribus anterioribus.*
2 *Vxor tacitam habet hypothecã in bonis mariti pro dote recuperãda, & eius hæredes etiã extraneis.*
3 *Priuilegium prælationis quibus competat post vxorem, in bonis mariti.*
4 *Vxori hypotheca, pro bonis paraphernalibus, quo iure competat in bonis mariti.*
5 *Fiscus in bonis debitoris tacitam habet hypothecã.*
6 *Minoris tacita hypotheca in bonis tutoris, & curatoris.*
7 *Ecclesiæ tacita hypotheca in bonis administrantium ipsius bona.*
8 *Ciuitas in bonis eius administratorum tacitam habet hypothecam.*
9 *Pupillus in re empta ex sua pecunia, præfertur anterioribus creditoribus, etiam expressam hypothecam habentibus.*
10 *Filij prioris matrimonij tacitam habent hypothecam in bonis matris, quæ transfluit ad secundas nuptias pro recuperandis bonis sibi à marito aliquo titulo gratuito datis.*
*Item habent hypothecam in bonis patris administrantis eorum bona aduentitia, nu* 11.
12 *Pater an teneatur solum de dolo, & lata culpa malæ administrationis bonorum filij.*
13 *Fructus rei locatæ tacitè sũt hypothecati p pẽsione. Fallit in emphyteusi.*
14 *Inuecta in rem locatam quando tacitæ subijciantur hypothecæ.*
15 *Legatarius pro legato sibi soluendo, tacitam habet hypothecam in bonis defuncti.*
16 *Creditor posterior in prædio ex eius pecunia empto, quã mutuauit creditori, vt illud emeret, & sibi hypothecatum esset, præfertur omnibus alijs creditoribus anterioribus ipsius debitoris.*
*Idem in creditore qui mutuo dedit, vt ædificium aliquod reficeretur, nu.* 17.
*Idem in eo, qui pecuniam dedit ad nauim emẽdam, vel instruendam. nu.* 18.
*Idem etiam in eo, qui dedit pecuniam in conseruationem rei alteri obligatæ, nu.* 19.
*Fallit tamen, vt tales creditores non præferantur in hypotheca vxoris, nu.* 20.
*Declaratur hæc limitatio vt nu.* 21.
22 *Creditor prior, quòd præferatur posteriori, quomodo intelligendum.*
23 *Creditor posterior, qui mutuo dedit pecuniã, quando præferatur priori in eadem re sibi obligata.*
24 *Creditor prior quando cogatur tradere rem sibi hypothecatam, & in solutum acceptam, seu emptam, secundo creditori, similiter hypothecatam, oblato sibi pretio, vel debito.*
*Idem in anteriori creditore, qui ratione priuilegij posterioris creditoris in tempore, efficitur posterior in iure, nu.* 25.
26 *Extraneus pecuniam dans debitori, ut soluatur creditori habenti priorem hypothecam, quomodo succedat in locum ipsius creditoris.*
27 *Creditor anterior quando possit agere aduersus posteriorem creditorom ad pecuniam ei solutam per debitorem.*
28 *Creditor posterior scriptura publica, præfertur creditori anteriori scriptura priuata.*
*Cum declaratione tamen, vt ibi.*
29 *Creditoribus pluribus vnius debitoris, quo ordine sit satisfaciendũ. vbi longa distinctio, & nu.* 30.
*Et quid de iure Castellæ, nu.* 31.
*Et iure Lusitano, nu.* 32.
*Et quomodo creditoribus personalibus, qui non habent ius prælationis sit facienda solutio, nu.* 33.
34 *Creditor personalis non tenetur sibi a debitore solutum, alijs creditoribus contribuere, etiam in conscientiæ foro.*
*Intellige tamen, & declara, vt ibi.*
*Idem dicendum in creditore personali, qui prius in iudicio obtinuit sententiam pro se, & executioni mandauit, nu* 35.
*Et quid in eo seruatur, qui missus est in possessionem bonorum debitoris ex primo decreto, nu.* 36.
*Et quid de iure Lusitano nu.* 37.
38 *Debitor soluẽs uni ex suis creditoribus totũ debitũ, eũ præponendo alijs creditoribus anterioribus, an peccet, cũ ei nihil aliud satisfaciendum remaneat.*

In

1 IN primis maritus, pro † dote sibi promissa cũ vxore, habet tacitam hypothecã in bonis eius, qui illam promisit, tũ vt soluatur, tum etiam ad interesse, si aliquid dotis, postquã sibi fuerit persoluta, euincatur. Non tamen est priuilegiata, vt maritus præferatur alijs creditoribus habentibus anteriores tacitas hypothecas, vt hæc omnia disput 423. dicta sunt. Quando autem de euictione dotis possit agere maritus, vt sibi actio ad interesse competat, disput. 427. dictum est.

2 Deinde † vxor tacitam habet hypothecã in bonis omnibus mariti, pro dote sua recuperanda, atque in bonis fideiussorũ mariti pro eadẽ dote in euentibus, in quibus locum habet, vt fideiussores pro dote reddenda adhibeantur à marito. Transit verò priuilegium hoc tacitæ hypothecæ ad hæredes omnes vxoris, ẽt extraneos. Habet item vxor priuilegiũ, vt in ea tacita hypotheca præferatur cęteris creditoribus habẽtibus anteriores tacitas hypothecas non similiter priuilegiatas. Hoc tamen

3 † Priuilegium prælationis habentibus anteriores tacitas hypothecas nõ similiter priuilegiatas, cõpetit tantum vxori, filijs, & alijs descendentibus vxoris, nõ verò cæteris ipsius hæredibus: vxorque prior, & descendẽtes illius, in ea hypotheca præferuntur hypothecæ, quã posterior vxor, & descendentes illius, habẽt pro dote in bonis eiusdem mariti. Si tamen inter bona mariti competãtur bona aliqua, quæ fuerunt posterioris vxoris, in his vxor posterior, & descendentes ipsius, præferuntur priori vxori, & descendentibus illius. Licet autem vxor non præferatur habenti priorem hypothecam similiter priuilegiatam, vt eam habet fiscus, sed quãdo hypothecæ sunt similiter priuilegiatæ, qui prios fuerit tempore, sit potior in iure, in dubio tamen, quis fuerit prior, vxor, fauore dotis, præfertur fisco, & cuicunque alteri. Tacita tamen hypotheca vxoris, vt & fisci, licèt præferatur posteriori expressę aliorum creditorum (quod idẽ similiter intelligendum est de habentibus priores tacitas hypothecas non priuilegiatas) non tamen præfertur anteriori expressæ aliorum creditorum. Si in contractu dotis adhibita expressa hypotheca pro dote in bonis mariti, hæc expressa hypotheca non habet priuilegium, vt ratione illius, vxor præferatur anteriorib. creditoribus habentibus anteriores expressas hypothecas in eisdem bonis mariti. Hæc omnia comprobata sunt disp. 438. eaque de causa solum hic ea recensui. Et de eadem re fusè Negusanius de pign. par. 2. memb. 4. à nu. 24. vsque ad 112. Eadem disputatione explanatum est, quando hypotheca pro dote incipiat, & num illi vxor renunciare possit.

4 Vxor item † pro bonis paraphernalibus, quando illa administrat maritus, vt in Castella, & Lusitania, ea administrat, habet tacitam hypothecam in bonis mariti. Cæterũ sine priuilegio prælationis alijs creditoribus, vt vtrunque disp. 441. ostensum est. Pro alijs autem, quæ dissoluto matrimonio debentur vxori, non video esse illi tacitam hypothecam in bonis mariti: esse tamen poterit expressa, si deductum id fuerit in pactum, vt ibidem vtrumque dictum est.

5 Fiscus † etiam, camerave Regis habet tacitam hypothecam in bonis eius, qui sibi aliquid debet, siue tanquam tributum, siue ex contractu. Vnde qui conductos habent reditus Regis, tacitè habẽt hypothecata bona sua pro pretio soluendo. Si tamen minor sit, qui fisco emit, res quidem empta, tacitè est hypothecę subiecta fisco, non tamen bona alia minoris l. 2. ff. de bon. eorum, & cum Iasone affirmat Negusanius vbi supra nu. 115. Est verò tacita hypotheca, quam fiscus comparat in rebus aliquid sibi debentis, æquè priuilegiata cum hypotheca, quam vxor habet in bonis mariti pro dote sibi restituenda, vt disp. 438. probatum est. Licèt autem quãdo bona alicuius, aut aliquid eorum, ipso iure sunt confiscata pro aliquo delicto, ita quod, lata posteà sententia, retrotrahatur ad tempus cõmissi delicti, fiscus comparet ius in re illa, aut in rebus illis, vt in calce disputationis secundæ dictum est, qñ tamen aliquis incurrit pœnam fisco applicandam, quæ non incurritur ipso iure, sed ferẽda est prius sententia, tunc vtique, cũ ea pœna non debeatur simpliciter, nisi lata prius sententia, bona, ita delinquentis, fisco non sunt obligata pro ea pœna, nisi postquàm lata fuerit condemnatoria sententia, qua pœna illa fisco applicetur. Atque iuxta hęc accipe, quę Negusanius vbi supra à nu. 115. circa pœnas fisco applicandas docet: vide etiam Greg. Lopez. l. 29. tit. 13. par. 5. verb. *obligados* & doctores, quos citat.

6 Minor † etiam tacitam habet hypothecam in bonis tutoris aut curatoris, siue prælationis priuilegio; à puncto susceptæ tutelæ, aut curæ, tam pro bonis minoris, quam pro eorũ legitima administratione, vt disp. 223. dictum est. Quod si mater tutrix, aut curatrix, filij, ad secundas nuptias transeat, non dimissa tutela, aut cura, bona etiã secundi mariti manent simul hypothecata eidẽ minori, vt disp. 220. dictum etiam est. Longiorem disputationem lege apud Negusanium vbi sup. à nu. 6.

7 Panor. cap. ex literis. de pig. num. 11. cum glos. ibidem, asseuerat prælatos, & vniuersim administratores bonorum Ecclesiasticorum, habere bona sua tacitè obligata Ecclesijs pro bonis earum, quæ administrant, & pro legitima eorundem bonorum administratione; reddunt quæ rationem: quoniam Ecclesiæ gaudent priuilegio minorum, capitulo primo, de in integrum restitut. consentit Negusanius vbi supra à nu. 20. cum alijs, quos citat.

8 Bona quoque administrantium bona ciuitatum, ait Negusanius vbi supra numero 119. cum Alexan. esse tacitè hypothecata ciuitatibus pro bonis, quæ administrant, legitimaque eorum administratione. Ducitur l. vlt. C. quo quis ord. conueniatur lib. 11. Non tamen video eum textum id sufficienter probare. Melius id probaret, quoniam ciuitas gaudet priuilegio minoris, sicut & Ecclesia: quo fundamento gl. citata, Panor. atque ipse & alij ducuntur, vt id asserant de bonis administrantium Ecclesiæ bona.

9 Quando res, alteri † prius hypothecata, emeretur pecunia pupilli, tunc is pupillus, quod pretium, ex sua pecunia pro ea datum, habet in illa

tacitam

Digitized by Google

tacitam hypothecam, quæ, vt constat, non est vniuersalis, sed particularis, & est priuilegiata, vt in ea pupillus, quo ad eam pecuniam, præferatur anterioribus creditoribus, etiam si expressam anteriorem hypothecam in ea re habeant. Ita habetur l. idemque ff. qui potior, in pign. hab. l. penult. C. de seruo pig. dato manumisso. l. 25. tit. 13. part. 5. & l. 30. vbi vide apud Gregor. Lopez. num id extendendum sit ad minorem patre carentem, iã puberem.

10 Item, si vxor aliqua titulo† gratuito accepit bona aliqua à marito, aut mariti intuitu, transeantque ad secundas nuptias relictis liberis ex eo marito, vnde ea bona sibi aduenerunt, pertinent eiusmodi bona ad filios illos, atque pro eis bonis sunt hypothecata illi filijs omnia bona mulieris illius, quæ habuit à puncto quo illa alia bona ex priori marito sibi aduenerunt. Idemque est de bonis, quę marito transeunti ad secũdas nuptias titulo gratuito aduenere ex priori vxore, ex qua liberos habet, vt constat ex l. hac edictali §. omnibus, ex l. si quis prioris. §. in illo, C. de secundis, nupt. & ex l. 26. tit. 13. part. 5. dictumque est disputat. 431.

11 Filius item habet † tacitam hypothecam in omnibus bonis patris administrantis bona aduentitia talis filij, (vt illa, aut aliorum pretium, recuperet, incipitque ea hypotheca à puncto, quo pater suscipit administrationem talium bonorum filij, etiam antequam male ea administret, aut indebitè alieget l. cum oportet. §. vlt. C. de bonis quę
12 libe. Vtrum † autem pater solum teneatur de dolo malæ administrationis bonorũ filij. Arbitror affirmantes respondendum: cæterum satis censeri interuenisse dolum, latamve culpam, quando patet bona aduentitia talis filij dissipauit, vt bene Gama decisione 330. cum alijs, quos refert, affirmat. Lex autem 24. titu. 13. part. 5. eandem quidem hypothecam tribuit filio, cæterum præcipit, fieri prius excussionem in bonis patris, & quando bona patris sufficientia non fuerint ad integre satisfaciendum filio, tunc demum agi hypothecaria actione aduersus eos, qui habuerint bona, quæ fuerunt patris post susceptam administrationem bonorum filij. Couar. 1. varia. resolu. c. 8. à num. 5. fuse examinat eam legem, censetque correctoriam esse illius dispositionis iuris cõmunis, quam disp. 216. post septimum commodum, conficientis inuentarium, retulimus; quaque concedit tali filio rei vendicatio boni aduentitij, quod pater vendiderit non ex causa necessaria (qualis est ad soluenda debita filij, quæ aliter solui non possunt, aut alia similis) aut quouis alio modo alienauerit. Quamuis enim pater, tãquam legitimus bonorum filii administrator, vendere, etiam sine decreto iudicis, possit bonum immobile talis filii ex necessaria, & iusta causa, neque filius possit illud postea vendicare, vt cum Azone, & communi doctorum sententia, affirmant Couar. vbi supra, & Aries Pinel. l. 1. C. de bonis mater. par. 3. nu. 21. si tamen sine necessaria, & iusta causa, illud vendat, aut aliter alienet stando in iure communi, is filius dominium illius non amittit, potestque illud immediate vendicare, nulla omnino facta prius excussione in bonis patris, recusandoq; omnẽ aliam satisfactionem, quæ sibi offeratur, vt disp. 216. citata dictum est. Hanc itaque dispositionem iuris cõmunis censet Couar. loco citato corrigi ea lege 23. atque statui, vt filius non possit vendicare rem a patre alienatam, nisi facta prius excussione in bonis patris, minimeque in illis reperta integra satisfactione. Mihi verò longe plus probatur sententia Greg. Lopez ad eandem legem. Nempe, eam legem correctoriam non esse iuris communis, integrumque filio relinquere, vendicare bonum aduentitium, quod pater vendiderit, aut aliter alienauerit, non ex necessaria, aut iusta causa, nulla facta prius excussione in bonis patri, recusataque omni alia satisfactione.

Quod autem ea lege statuitur, est. Quando pater alienauit pecuniam aduentitiam, aut triticũ, vinum, oleum, & his similia aduentitia bona, quę filio aduenerant, aut res alias mobiles, quæ seruando seruari non poterant, vtiliusque erat filio vendi, aut prædium ex causa necessaria, ex cuius pretio aliquid tali filio remaneret, tunc quando tempus aduenerit restitutionis suorum bonorum aduentitiorum tali filio, vel mortuo patre, vel filio emancipato, viuente adhuc patre, fiat prius excussio in bonis, quæ eo tempore reperta fuerint patris, vt sua ea bona filio soluantur, æstimatoue eorum: & quando in bonis patris reperta non fuerint sufficiẽtia bona, vnde ea satisfactio filio fiat, tunc demum agat hypothecaria ad complementum aduersus eos, qui possident bona, quæ fuerunt patris, post susceptam administrationem eorum bonorum aduentitiorum filii: hæc vero dispositio in nullo repugnat sanctionibus iuris communis, quin potius omnino illis consentit.

13 Fructus rei conductæ tacitè† subiiciuntur hypothecæ domino fundi pro pensione soluenda. Non tamen pro pensione emphyteutica soluenda, sunt tacitè hypothecati fructus rei emphyteuticæ, vt in calce disputatio. 451. dictum est. Res item inuectæ in prædium conductum, tacite subiiciuntur hypothecæ domino prædii, tum pro
14 pensione† soluenda, tum etiam pro damnis culpa conductoris rei conductæ illatis; modo tamen, si prędium conductum rusticum sit, illata sint id sciente domino prædii. Vtrumque ostensum, explanatumque est disputat. 497. iunctis iis, quæ diximus disputat. 489. Non tamen probo, quod cum Baldo Aluar. Valas. de iure emphyt. q. 20. num. 17. ait, nempe inuecta in rem emphyteuticam esse hypothecata domino directo pro pensione, aut deterioratione rei emphyteuticæ, sicut sũt hypothecata inuecta in re conducta pro pẽsione, aut deterioratione, eius rei: neque enim inuenio ius, quod illud primum statuat, sicut inueniuntur iura, quæ statuant hoc secundum. Si autem emphyteuta locet rem emphyteuticam tunc inuecta in rem ita locatam, erunt tacitè hypothecata emphyteutæ pro mercede locationis, ac deterioratione rei locatæ.

15 Legatario † etiam competit hypothecaria actio

ctio in bonis omnibus defuncti, vt sibi legatũ soluatur, vt disp. 3. ostendimus. Cum autẽ ea sola censeantur defuncti bona, quæ remanent deducto toto ære alieno, constat legatarum nulli creditorum defuncti esse præponendum, etiam si is creditor solum habeat personalem actionem aduersus defunctum, hæreditatem iacentem, & hæredes defuncti, vt ex dictis disp. 216. ac alibi, constat.

16 Qñ †aliquis prius omnia sua bona alicui hypothecæ subiecit (idem dicendum longe maiori cum ratione est, si tacitè erant alicui hypothecata) & posteà mutuam ab alio accepit pecuniã, ex qua p̃dium emeret, ꝙ dum eam pecuniam mutuo accipiebat, & eidem pro illa hypothecæ subiecit, posterior hic creditor, in eo prędio ex ipsius pecunia empto, sibique posterius hypothecæ subiecto, præfertur priori, aut prioribus creditoribus, habentibus ius hypothecæ sicut in alijs bonis huius debi-

17 toris, ita & in eo prædio. Item, qui ad †ædificium reficiendum, seu restituendum, pecuniam mutuo dedit, esto de mandato dñi ædificij, eam dederit opifici, qui operam, & materiam ad id apponebat conceditur hypotheca in eo ędificio ad eam pecuniam recipiendam, cum prælatione alijs creditoribus habentibus in eo priores hypothecas, Item

18 ei, † qui in nauim instruendam cibarijs, aut alijs necessarijs ad nauigandum, aut in eam armandã, vel emendam, pecuniã dedit, cõceditur hypotheca in ea naui ad eam pecuniam accipiendam, cum priuilegio similiter prælationis alijs creditoribus habentibus priorem hypothecam in eandem na-

19 uim. Item si † posterior creditor aliquid dedit in conseruationem rei prius alteri obligatæ, præfertur in accipiendo ex re, ꝙ ita dedit, cæteris, quib. antea ea res fuerat obligata: vt si ad armandum; aut reficiendam nauim, prius alteri obligatã, aliquid dedit, vel re ad cibaria nautarum, sine quib. nauis salua peruenire non poterat, aut dedit aliquid, vt saluæ fierent merces alteri prius obligatæ, vel naulum persoluit pro illis asportandis, aut asportatis, aut soluit pretium horreorum, aut alterius rei, in quibus illæ merces asseruatæ sunt, vel soluit pretium, quo iumenta is allatæ sunt, præfertur in his, ex eiusmodi mercibus recuperandis anterioribus creditoribus, quibus essent hypothecatæ. Hæc omnia supra disp. 438. ostensa sunt. Quo

20 †m loco addidimus, quamuis hoc hypothecæ priuilegium his posterioribus creditoribus in eiusmodi rebus sit concessum aduersus habentes anteriores hypothecas, interdum tacitas, & interdum expressas nihilominus, in fauorem matrimonij, hypothecã concessam vxori pro sua dote in bonis mariti (idem extendit l. 29. tit. 13. par. 5. ad hypothecam fisci, vt ibidem dictũ est) præferri his hypothecis ita alioquin priuilegiatis. Excipitur, qñ

21 †quis marito talis vxoris mutuo dedit pecuniam ad emẽdam militiã sub hypotheca eiusmodi militiæ: nam tunc is creditor in hypotheca eiusdem militiæ præferetur ei vxori, vt ibidem dictum est. Quo in loco ẽt addidimus, in his, quæ ex dispositione iuris humani pendent, non esse semper verã regulam illam; si vinco vincentem te, a fortiori vincam te quippe habens expressam anteriorẽ hypothecam, præfertur vxori habenti tacitam posteriorẽ pro dote: & cum priuilegiati, de quib. modò loquimur, præferantur habenti priorem hypothecam, etiam expressam; vxores tamen in hypotheca doris præferuntur his ita priuilegiatis.

22 Licèt regulariter is, cui † aliquid pignoris, aut hypothecæ subijcitur, sit potior in iure, ac proinde in solutione debiti ex eo pignore, aut ex ea hypotheca, sit is præferendus ei, cui posterius eadem res pignori, aut hypothecæ fuerit subiecta; id tñ intelligendum est, qñ contractus fuit plenè celebratus, ita ꝙ nata fuit obligatio ex parte subijcientis res pignori aut hypothecæ, minimè dependẽs a sola ipsius libera voluntate, quod iurisperiti vocant minimè dependens à conditione potestatiua

23 subijcientis rem pignoris, aut hypothecæ. † Hinc prouenit, quòd si quis pignori, aut hypothecę, subijcit rem aliquam pro pecunia sibi mutuanda, & antequam ea pecunia ipsi traderetur, eandem rem subiecit posteà alteri, & alia pecunia, quæ sibi fuit tradita, esto posteà ei tradatur prior pecunia, creditor posterior, qui prior mutuo tradidit pecuniam, sit præferendus in eo pignore, aut hypotheca, anteriori creditori, cui prius fuit res illa pignori, aut hypothecæ subiecta & qui posterius tradidit mutuo pecuniam. Ratio autem est, qm̃ ante pecuniæ traditionem non fuit contractus mutui, ac proinde nec pignoris pro mutuo, perfectè celebratus, sed integrum mutuatario fuit, pro sua sola libera voluntate non accipere mutuo eam pecuniam, & subinde neutrum perficere contractũ; qm̃ vterque censetur celebratus sub tacita merè potestatiua conditione ex parte subijcientis rẽ pignori, si accipere voluero eam pecuniam. Ita habetur expressè l. 1. in fine, l. qui balneum. §. amplius vers. si modo, & l. potior in prin. ff. qui potior. in pig. & l. 27. tit. 13. par. 5. Ex eodem etiam fundamento prouenit, quòd si quis pro mutua pecunia, quam accepturus erat, aliquid pignori, aut hypothecæ subiecit, & antequam eam pecuniam acciperet, rem pignori, aut hypothecæ subiectam vendidit, esto posteà pecunia illa sibi tradatur, res illa subiecta pignori, aut hypothecæ, non maneat: quoniam quando perfectus fuit cõtractus mutui, iam res illa non erat in bonis mutuatarij ita habetur l. penult. ff. quæ res pig.

Longè aliter res habet, quando contractus fuit plenè celebratus, etiam si sub conditione casuali, aut mixta, ita quòd nata fuit obligatio ex parte subijcientis rem pignori, aut hypothecæ, minime pendens à sola ipsius libera voluntate: tunc enim, siue contractus fuerit absolutus, seu purus, siue sub conditione, si tamen impleta fuerit conditio, prior creditor præfertur posteriori; eo quod conditio impleta retrotrahatur ad tempus celebrationis contractus, quasi purè fuerit tunc celebratus. Ita habetur l. qui balneum, & l. potior in princ. ff. qui potior. in pign. & l. 32. titu. 13. part. 5.

Quãdo, autem qui dotem cum muliere aliqua promisit sub conditione, seu potius modo, vt dissoluto, v.g. matrimonio morte mulieris sine liberis, dos sibi à marito restitueretur, & in securitatem

Digitized by Google

tem maritus pignori, aut hypothecæ, aliquid subiecit promittenti ita dotē, meritò l.1 ff. qui potior. in pig. definitur, si is maritus postea idem alteri subijciat pignori, aut hypothecæ, antequam integre reciperet dotem, præferendum in ea hypotheca esse priorem illum creditorem.

Quoniam prior ille contractus fuit plene celebratus ex parte promittētis dotem, ita quòd compellendus erat à marito, & mulierē illa eā implere: secundus verò contractus restitutionis dotis, erat connexus cum primo, nec promissor illeadstringere se voluit ad eam dotem soluendam, nisi cum connexione secundi cōtractus, qui similiter statim à principio fuit plenè celebratus, natāque fuit simpliciter obligatio ex parte mariti ad illum implendum: quare, cum in illius securitatem fuerit aliquid pignori, aut hypothecæ, promittenti dotem subiectum, cōsequens profectò est, vt, esto postea alteri obligetur, prior ille creditor, sit in eo præferendus posteriori.

24 Qui rem † duobus pignori, aut hypothecæ subiectam emit, à debitore, si ex pretio satisfactum est primo creditori, emptor succedit in iure primo creditori, non quidem quasi sibi ea res maneat pignori, aut hypothecæ subiecta, cum vere effecta sit res ipsius, sed vt se defendat à secundo creditore, quo ad valorem eius rei, qui ex pretio peruenit ex suo debito ad primum creditorem: sicut enim, quo ad eum valorem, primus creditor præponendus erat secundo, ita, quo ad eum valorem, emptor defenditur comparatione secundi creditoris. Ita habetur l. si prioris, iuncta gl. ibi C. de his qui in prioris credit. locum succedunt, & l. qui à debitore, ff. qui potior. in pign.

Si tamen primus creditor accepisset rem illam in solutum à debitore, aut venditam, tunc secundus creditor, si primo creditori soluat, quod ita ei debebatur, vt pro illo debito obligatam eam rem haberet, aut id cum effectu illi offerat, non minus agere poterit hypothecari aduersus illam rem, quam si vendita, aut tradita fuisset in solutum alicui extraneo, qui minimè fuisset prius obligata. Ita habetur l. 1. §. 1. C. si antiquior creditor pignus vendiderit.

Si prioris creditori, qui potior est in pignore, aut in hypotheca, posterior creditor, cui eadem res subiecta est hypothecæ, persoluat suum debitum, aut illud ei offerat, ac deponat in cuētu, quod solutionem nollet recipere, succedit in pignoris loco prioris, & cum priuilegio illius, quo ad valorem tamen præcise eius rei, quem soluit. Ita habetur l. 1. & l. prior, C. qui potior. in pign. l. secundus, C. de pign. l. vlt. C. de ijs qui in prioris cred. & l. potior, §. vlt. ff. qui potior. in pign. affirmat que, ac distinguit optime gl. vlt. l. 1. C. de ijs qui in prior. cred.

Idem est, si tertius, aut quartus, aut vlterior creditor hypothecarius, soluat, aut offerat debitum primo: succedit enim in loco primi, & præfertur ijs, qui anteriores sunt sibi, & posteriores primo, vt Greg. Lopez. l. 34. titul. 13. par. 5. verb. *otro pleyto*, cum alijs, quos citat, ait, & consentiunt iura citata.

25 Idemque esset, si essent † multi creditores anteriores habentes tacitas hypothecas, & posterior esset mulier pro sua dote, aut fiscus qui ius habent prælationis anterioribus creditoribus: si enim aliquis posterior creditor ex illis anterioribus, quibus præfertur vxor, aut fiscus, videlicet secundus, aut tertius, offerat fisco, aut vxori, suum debitum, succedit loco illius & præfertur anterioribus quo ad valorem, quem soluit, vt colligitur ex l. vlt. C. de his qui in prior. cred. Si tamen aliquis anterior offerat huic, quod ita soluit, succedit ipse in eo priuilegio, vt colligitur aperte ex l. 34. citata, consentaneè ad alia iura citata. Quando anteriori creditori pignus possidenti, offerret posterior creditor, quod sibi debetur, tunc, si ipse vicissim offerret alteri, quod ei debetur, retinere posset pignus cum suo iure, & cum iure alterius, cui soluit. Ita glos. l. 1. C. qui potior. in pign. & glos. l. prior, §. vlt. ff. eod. tit.

Si autem aliquis, qui rem sibi non habebat hypothecatam, quiq; extraneus in re proposita dicitur, debitum soluat creditori habenti priorem, aut magis priuilegiatam hypothecam, tunc, vt in illius locum succedat, duo necessaria sunt. Vnū, vt illi soluat cum pacto, qd ea res sibi maneat hypothecata. Alterum, vt soluat cum pacto, vt ipse in locū illius succedat. Ita hē l. 1. & affirmat glo. vlt. ibi, C. de his, qui in prior. cre. l. si cū pecuniam. C. de priuilegijs fisci, & l. 34. citata. Obserua tamen, si, soluere cum pacto, vt creditor ille in se transferret ius omne, quod in ea re habebat, tunc in hoc vnico pacto includuntur duo illa alia, vt satis innuitur duobus posterioribus iuribus citatis.

26 Quòd si extraneus † aliquis pecuniam tradat debitori, vt soluat creditori habenti priorem, aut magis priuilegiatā hypothecam, tunc, vt in illius locum, ac prælationem succedat, tria requiruntur. Primum, vt tradat pecuniam cum pacto, vt succedat in locum talis creditoris. Secundū, vt ea pecunia ad creditorem illum perueniat. Ac tertium, vt ea pecunia pignus illud, aut hypotheca, liberetur, ac dissoluat. Ita affirmat gl. vlt. l. 1. C. de his qui in prior. cred. & gl. alia l. Aristo, cōsentaneè ad textū ibi, ff. quæ res pig. oblig. pos. & habet l. 34. citata.

Lege pecunia, C. de priuilegijs fisc. & multo apertius l. deferres, §. vlt. ff. de iure fisc. hē, fiscum priorem creditorem (intellige, iure saltem prælationis) posse agere ad pecuniā posteriori creditori à debitore solutam, etiam si bona fide accepta, & consumpta fuerit à tali posteriori creditore ignorante eam deberi prius fisco, atque etiam si ex ea pecunia is creditor non sit effectus locupletior. Si enim mala fide illam accepisset, sciēs deberi prius fisco, aut mala fide eam cōsumpsisset, sciens, postquàm illam accepit, fisco deberi, incideret in pœnam solendi, quod ita accepisset, duplum fisco, vt habetur l. hanfertur, §. 1. ff. de iur. fisc.

27 Dubium † aūt est, vtrum, q̄ fiscus agere possit ad pecuniam illam bona fide acceptam, consumptam, sit priuilegium proprīū fisci; an verò locum similiter habeat in quibuscunque alijs prioribus creditoribus habentibus hypothecam in bonis debitoris, vt agere possint ad id, quod solutum

fuerit

fuerit posterioribus creditoribus, etiam si acceptum, & consumptũ bona fide ab illis sit. Gl. Accursii l. pecunia, & §. vlt. citatis, & alia gl. 1. l. sed an hic ff. qd cum eo, & cõis doctorum sñia, vt Couar. de pac. qq. c. 29. refert, affirmant. Pauci verò alii, quos ibid. Couar. refert, negant. Dicendũ arbitror. Si res mala fide accepta, aut consumpta fuit, aut fuit bona fide accepta, & extat, cuicunque creditori, habenti anteriorem, aut magis priuilegiatam hypothecam, cõcedit actionẽ ad repetendum à posteriore creditore, quod sibi solutũ à debitore, vtrique eorum cõi, furtum quo nullus est, qui dubitet. Si aũt bona fide acceptum, & consumptum fuit, & qui cõsumpsit, factus fuit in aliquo locupletior, dicendum est, concedi similiter repetitionẽ eius, in quo ita factus est locupletior. Tota aũt difficultas est, qñ bona fide est acceptũ, & consumptum, vtrum is posterior creditor teneatur soluere, qđ ita consumpsit, vt in eo non sit factus locupletior. Papinianus relatus l. deferte. §. vlt. citato, negauit. Martianus verò, cuius est ea lex, ait, cogendũ esse soluere fisco. Vbi glo. verb. sed placet, refert Ioannem dicentem, sed dolere, qđ Martianus contradicat Papiniano. Ego autẽ æquum non arbitror responsum illud Martiani, sed potius iniquum. Cum enim posterior ille creditor, neque ex parte rei acceptæ, quæ non extat, neque ex parte iniustæ acceptionis, eo quod bona fide illam acceperit, & consumpserit, teneatur id restituere, in quo non est factus locupletior; sane ex natura rei, stando q; in solo iure naturali, id non tenetur soluere: ius autem positiuum concedere non pot fisco priuilegium, vt ab aliquo repetat, quod nulla ratione ei debet, nec saltem ex pacto tacito, aut ex conditione tacita, quod si id cõsumat illud restituat: ad id enim opus esset, cõsumentem scire, illud ad fiscum pertinere. Quare non solum iudico id ius extẽdendum non esse ad alios antiquiores creditores, sed ẽt seruandũ non esse in fisco, eo quod sit iniquum. Porrò ad Philosophum moralẽ, ac Theologum, spectat discernere, atque ex suis principijs deducere, num ius aliquod iniustum, aut iniquum sit, necne.

28 Quando† autem solum scriptura priuata constideretur debitum aliquod, & pro eo tenta aliquam pignori, aut hypothecæ fuisse subiectam, vel id probaretur solũ duobus testibus, qui non de debito ipso in se, & de subiectione rei hypothecæ testificarentur, sed de cõfessione debitoris, tum eius debiti, tum etiam subiectionis rei illius hypothecæ pro eo tunc, licet id sufficeret, vt debitor compelleretur soluere debitum, & vt de potestate ibi lius, aut alterius, aut quem repertetur, ea res eriperetur, ac in debitũ solueretur, non tamen sufficeret, vt præferretur in illa ei, cui posterius scriptura publica fuisset obligata; quin potius hic præferretur priori creditori. Si tñ creditor haberet scripturam priuatam confectam manu debitoris, aut ab eo subsignatam, & insuper subsignatam manu trium aliorum testium, tunc prior creditor præferretur in hypotheca posteriori: qñ scriptura priuata subsignata manu debitoris, & trium aliorũ testium, æquipollet scripturæ publicæ. Ita habetur l. scripturas. C. qui potior. in pign. & l. 31. iuncto Greg. Lopez ibi. titu. 13. par. 5. Quod autem, in casu explicato, posterior creditor præferatur in hypotheca priori, intelligendum est, in exteriori foro, quo ad soliditatem probationis, secus autem in interiori, si posteriori creditori constet, tẽ illam fuisse prius hypothecatam priori; quin & in exteriori foro si posterior in eo confiteatur, fuisse prius hypothecatam priori. De iure autem Lusitano non admittitur probatio alia, quam per scripturam publicam, aut per confessionem posterioris creditoris qui scripturam habet publicam, vt disput. 260. visum est. Hæc de primo, & secundo eorum, quæ proposita sunt.

29 Vt autem simul explicemus, quo † ordine satisfaciendum sit creditoribus, inferendum hoc loco est tertium, nempe, inter creditores, quibus solum competit personalis actio aduersus debitorem, qui priuilegium habeant, vt cæteris præferãtur in debiti sui solutione.

Quando aliquid alicui debetur ratione impensæ funeri debitoris, aut alterius, quem sepelire spectare ad debitorem, vt si esset filius, aut mancipium, debitori, quia videlicet aliquid mutuauit, dedit, aut expendit aliquid, ad moderatam illius sepulturam, attentis circunstantijs concurrentibus tunc, licet debitum sit pure personale, creditor cui id debetur, præfertur vniuersim alijs creditoribus, ẽt habentibus tacitas, aut expressas, hypothecas in bonis defuncti, vt in calce disp. 527. & disputa. 235. dictum est. Idem dic de expensis factis in sinuatione, & copia testamenti defuncti, & in confectione inuentarij, immò & cum hæreditate, bonisue defuncti. Tum quia hæc de bonis hæreditatis, seu defuncti, censentur facta. Tũ etiam quia cedunt in vtilitatem creditorum, vt ipsis bona illa conseruentur. De qua re disputatione 316. dictum est, circa sextum commodum inuentarium conficientis, & colligitur ex l. vlt. §. in comparatione. C. de iur. delib.

Lege à Rege Philippo hoc anno 1594. lata, & supra disp. 530. quo ad hoc, & alia relata. §. 3. domini prædiorũ, quæ locata habẽt, quo ad fructus, qui ex eis fuerint percepti, præferũtur cæteris omnibus vniuersim creditoribus, quo ad pensionem ipsis debitã. Et idem credo esse, quo ad id, quod mutuo eis dederunt, ad culturam eorũ prædiorũ.

Deponentes apud depositarios à replica ad id cõstitutos, eo depositi genere, vt vim habeat mutui, transeatque dominium rei depositæ in eiusmodi depositarios, si ea de causa vsuras non accipiant, habent priuilegium, vt, in solutione sui depositi, præferantur, non quidem creditoribus habentibus tacitas, aut expressas hypothecas in bonis eiusmodi depositariorum sed cæteris creditoribus habentibus solum actiones personales, qui & creditores chirographarii appellantur in iure, etiam si priuilegium prælationis habeant. Eiusmodi tamẽ deponentes æqualiter omnes admittuntur, vt eis fiat solutio de bonis talis depositarij publici, esto quidam eorum fuerint pro tempore priores creditores, & alii posteriores. Quando tamen eadem numero pecunia, quæ deposita fuit repe-

ritur

situr apud depositarium, aut aliquid ex illa emptum, tunc, qui eam pecuniam deposuit, etiam si vsuram ob tale depositum acciperet, præferetur in eo cæteris depositarijs. Hæc omnia dicta, & comprobata sunt in calce disp. 526.

Sponsa de futuro, si dos sponso sit tradita: nec sequutum sit matrimonium, non hēt quidem tacitam hypothecam pro ea dote in bonis sponsi, vt habet vxor in bonis mariti; habet tamen personale priuilegiū, vt præferatur alijs personalibus creditoribus. Cæterum priuilegium hoc non transit ad hæredes ipsius, nisi sint filij descendētes, vt hæc omnia disp. 438. ostensa sunt.

Pupillus ēt habet personale priuilegium prælationis, cæteris creditoribus, vt de bonis sui tutoris, sibi prius, quàm alijs creditoribus, soluatur. Et quia personale est hoc priuilegium, non transit ad successores pupilli. Idem priuilegium habet aduersus negotiorum ipsius gestorem, esto ille in rem ipsius non sit. Item priuilegium habēt minor prodigus, fatuus, surdus, simul, & mutus, vt præferantur cæteris creditoribus curatorum ipsorum. Ita habetur l. dab mus. §. 1. & tribus legib. sequēribus, ff. de priuil. cred. & l. vlt. ff. de tutel. & rationib. distribuē. Simul ergo pupillus, & vniuersim minor, habent hypothecam in bonis suorum tutorū, aut curatorum, & priuilegium prælationis cæteris creditoribus. Quia cū priuilegium illud prælationis non est realis hypothecæ, sane habentes priores hypothecas in bonis eiusdem tutoris, aut curatoris, itemque habētes ius prælationis in hypotheca, vt sunt vxor, & fiscus, præferentur pupillo, & vniuersim minori in solutione ex bonis eiusdem tutoris, aut curatoris, consensit glo. vlt. l. eos. C. qui potior. in pig.

Quando aliquis pecuniam dedit, vt ex ea solueretur creditori chirographario priuilegiato, hoc est, ei qui habebat priuilegiū prælationis, sed non hypothecam, tūc, si ex ea pecunia re ipsa soluatur vtique, qui illā dedit, succedit in locum illius, cui est facta solutio, & præfertur alijs creditorib. chirographarijs non ita priuilegiatis. Ita habetur l. si ventri. §. vlt. iuncta glo. ibi, ff. de priuil. cred. Hæc de tertio eorum, quæ proposita sunt.

30 Quod† vero attinet ad vltimum, nempè ad ordinem, quo satisfaciendum est creditorib. cū debitor sufficientia bona non habet, aut non reliqt, vnde omnibus integrè satisfiat. In primis, quādo inter bona debitoris reperiūtur bona aliqua, quorum dominium, non ad debitorem, sed ad creditorem, aut creditores aliquos spectat, vt quia debitor illa furatus erat, aut illi erant commodata, vel apud illud depositata, aut quauis alia ratione, tūc satis perspicuum est, in illis eorum dominū præponendum esse cæteris omnibus creditoribus. Ita habetur l. procuratoris. §. plane ver. sed si dedi. ff. de trib. act. l. cum fundus. §. seruum tuum. ff. si cert. pet. authentica si quid. C. qui potior. in pign. & l. 11. tit. 14. par. 5.

Quod vsque adeo verum est, vt esto earum rerum domini, illive, ad quos pertinent, sint incerti hoc est, de quibus nescitur, qui sint in particulari, nihilominus de eis bonis satisfaciendum non sit alijs creditorib. debitoris, quantumuis prioribus, & priuilegiatis, sed restituenda sint pauperibus, aut insumenda sint in alijs operib. pijs, pro eorū animabus, ad quos ea bona pertinent, facta prius cōpetenti diligentia ad eos inquirendos, ad quos spectant, vt ipsis restituant. Rō aūt est manifesta; qm̄ de alienis, quæ ad debitorem non pertinent, fieri nequit satisfactio creditoribus debitoris.

Hac eadem rōne, qñ aliquid est venditum, ac traditum alicui, si ille nondum soluit pretium, neque obtulit, ita vt per venditorem steterit illud re ipsa accipere, neque fideiussores, neque pignora pro illo soluendo dedit, neque venditor illud habuit pro soluto, tunc, siue res illa reperiatur apud emptorem; hæredesve illius, siue apud quemcunque alium possessorem quocunque titulo, prius de illa satisfaciendum est pretium venditori, quā satisfiat cuicūq; alteri creditori emptoris, aut tertij possessoris rei illius, ēt si hēat hypothecā anteriorem, ac valde priuilegiatam, in bonis talis emptoris, aut tertij rei illius possessoris. Etenim, vt disp. 338. ostendimus dominium rei illius adhuc perseuerat apud venditorem, competitq; illi vendicatio illius rei tanquam suæ propriæ, ac proinde ipse in ea est præferendus quibuscunque alijs creditoribus, etiam hypothecarijs, quin, & impensæ funeris emptoris, aut alterius tertij possessoris. Imò vero, si res illa vendita, erat fisci minoris, aut Ecclesiæ cum dominum illius non prius trānseat in emptorem, aut in tertium alium possessorem, quam re ipsa pretium traditū sit fisco, minoti, aut Ecclesiæ, vt disputatione citata comprobatū est, interim dum pretium non fuerit solutum, fiscus, minor, aut Ecclesia præfertur in re illa cuicunque alteri creditori. Naua. in Man. c. 17. num. 49. post Syluest. verb. restitutio. 6. q. 5. quamuis nobiscum in hac doctrina consentiat, non tamen attigit radicem huius rei censet enim, translatum esse dominium rei emptæ in emptorem, eo ipso, quòd est illi tradita contra apertissima iura disp. 338. à nobis citata, & contra communem doctorū sententiam. Ibidem nu. 50. subiungit, idem esse in quocunque alio contractu oneroso, vt in permutatione, & alijs, vt scilicet, si res ex vna parte tradita sit, & non sit completus contractus ex altera parte, in re ita tradita præferendus sit, qui illam tradidit, cæteris creditoribus eiusdem debitoris. Cōtrarium tamen perspicuè ostendimus disp. 396. & 497. nempe, esse priuilegium solius vēditionis, vt traditione rei non censeatur translatum dominium in emptorem, interim dum contractum ex sua parte non implet, ac proinde ea de causa venditor præferendus sit in re vendita quibuscunque alijs creditoribus emptoris aut cuiuscunque alterius eiusdem rei possessoris.

Post hos omnes creditores habentes dominiū in re, qua sunt præferendi, præferuntur cæteris omnibus creditoribus etiam hypothecarijs, illi, quibus aliquid debetur ratione moderatæ sepulturæ debitoris, aut alterius, quem sepelire attinebat ad debitorem, itemque, quibus aliquid debetur, ratione insinuationis testamenti debitoris, inuentarij bonorum illius, aut quia aliquid

insum-

insumpserunt in bonis illius conseruandis, atq; in hoc Castellæ Regno præfertur dominus, qui prędium locauit, in recipręda ex fructibus illius mercede locationis eiusdem prædij, aut quod mutuo dedit ad eos fructus colligendos cæteris omnibus creditoribus, vt hæc omnia supra ostensa sunt.

Post hos omnes commemoratos, qui habent ius pignoris, aut hypothecæ, in bonis, aut in bono aliquod, debitoris, quo ad id, in quo ius habẽt prę feruntur cæteris omnibus creditoribus, quibus solum cõpetit ius ad rem, actioque personalis, quantumuis habeant priuilegium prælationis; quoniã intelligitur solum comparatione creditorem chirographariorum, qui ius non habent pignoris, aut hypothecæ. Ita habetur expresse l. eos. C. qui potior. in pig. cuius hæc sunt verb *Eos, qui receperunt pignora* (nomine pignoris hypothecam cõprehendit) *cum in rem actionem habeant, priuilegijs omnibus, quæ personalibus actionibus competunt, præferri constat*, & l. pro debito. C. de bon. auto. iud. poss.

Inter habentes pignus, aut hypothecam, in bonis debitoris, illi regulariter præferuntur cæteris qui prius tpe ius pignoris, aut hypothecæ, comparurunt in eis bonis, siue hypothecæ tacitæ sint, siue expressæ, siue generales, siue particulares, idque esto nihil remaneat ex eis bonis, quod posterioribus creditoribus soluatur. In eiusmodi. n. creditoribus locum habet regula illa; qui prior est tpe, potior est iure. Ita hẽ expresse l. si fundum, & l. si generaliter. C. qui potio. in pig. l. qui generaliter, & l. si pignus. ff. eodem tit. l. vnica, C. rem alienã gerentibus, & l. 27. tit. 13. par. 5. Dixi, inter eiusmodi creditores illos regulariter præferri cæteris, qui prius tempore ius pignoris, aut hypothecæ, contraxerunt quoniam excipiuntur, qui priuilegium habent prælationis anterioribus creditoribus ius hypothecæ habentibus: qui autem illi sint, supra explanatum est.

Lege 2. C. de pign. iuris rigore prętermisso, sanctiũ ex quadam æquitate est. Qñ prior creditor debitor hypothecæ subiecit rem aliquam, aut aliquas, in particulari, ac simul reliqua sua bona in generali, & postea idem debitor creditori alteri obligauit aliqua bona, non posse priorem creditorem impedire posteriore agere hypothecaria actione aduersus debitorem quo ad bona in generali insuper priori creditori obligata, aut impedire solutionem ex illis posteriori creditori qñ bona in particulari priori creditori obligata sufficiẽtia sunt, vt inde satisfiat ei suum debitum: quod in dubio præsumitur, atq; ad priorẽ creditorẽ spectat, probare contrariũ, vt gl. l. 2. citata, ait, & cum ea affirmant Cou. 3. var. res. c. 28. nu. 1. & cõis doctorum sñia Cou. ibidem cum glo. eadem lege & alijs affirmat; cum ea lex in fauorem secundi creditoris sancita sit, videlicet, vt impediri ab obtentione sui debiti à priore creditore non possit, qñ bona priori creditori specialiter hypothecata sufficiunt, vt suum obtineat debitum, impertinens esse, siue debitor ipse possideat bona generaliter priori creditori obligata, siue prior creditor, siue posterior, aut aliquis alius extraneus ac possideat, ad hoc, posterior creditor agere hypothecaria circa illa possit. Ex eodem fundamento, cum alijs, affirmat æquè eam legem vim habere, siue posterior creditor solum habeat generalem hypothecã in bonis debitoris, siue habeat specialem tm quarundam rerum generaliter obligatarum priori creditori, siue ei habeat quarundam specialem, & cæteratum generalem. Itemque, siue priori creditori concessa sit prius hypotheca quarũdam rerũ in singulari, & sit addita generalis hypotheca cæterarũ rerũ, siue prius concessa sit hypotheca omniũ rerum, & addita, atq; expressa sit hypotheca quarundam earum in particulari. Ex eodem fundamento affirmat, priorem creditorem agere posse hypothecaria quo ad bona sibi generaliter obligata, tum aduersus debitorem, aut hæredes illius, tum etiam aduersus tertium eatum possessorem, quod debitor, hæredes, aut fideiussores debitoris non habent competentia bona, vnde satisfiat vt disp. 53. 4. dictum est, quin prius cogatur agere ad res sibi peculiariter hypothecatas: quoniam lex 2. citata, non in horum fauorem, sed solius posterioris creditoris lata est. Item affirmat, si solum priori creditori esset concessa hypotheca generalis, quæ plura fortasse comprehenderet, quam hypotheca posterioris creditoris; vel quia, qñ prior cõcessa fuit, debitor habebat multa alia bona quæ alienauerat tempore cõcessæ vniuersalis hypothecæ posteriori creditori; vel quia posteriori creditori non concessit hypothecam vniuersalem, sed particularium quorundam bonorum; tunc priorẽ creditorem agere posse ad bona obligata posteriori creditori, quin possit ille excipere, seu opponere, reliqua bona, quæ sunt apud tertios possessores, sufficere satisfactioni debiti illius. Etenim creditori integrum est intentare actione hypothecariam aduersus quæcunque bona sibi obligata, prętermissis alijs bonis sibi obligatis, vt constat ex l. Moschus. ff. de iur. fis. & ex l. creditoris. ff. de distract. pig. lex verò 2. citata, quæ soli æquitati contra iuris rigorem nititur, non plus est extendẽda, quàm in ea comperiatur dispositum.

Qñ creditores sunt hypothecarij, quia ius hñt in re in bonis debitoris ipsis hypothecatis, esto alijs creditorib. vel hẽntib. actionem tm personalem, vel ẽt realem, & hypothecariam, sed qui ipsis essent postponendi, prius soluatur de bonis hypothecatis ijs, q eis essent pponẽdi, exigere poterunt ea bona ipsis hypothecata ab his, quib. prius facta fuerit solutio, vel apud quos illa fuerint reperta.

Excipe, nisi hæres, qui inuentarium confecit, fuerit. qui soluit creditoribus defunctis, nam tunc creditores hypothecarij anteriores exigere possunt hypothecas, aut pretium, quod ex illis acceperunt, à creditoribus, qui solutionem acceperunt, & essent postponendi: inquietare tamen non possunt, vel hæredes, qui confecto inuentario, id soluerunt, vel emptores ab eiusmodi hæredibus bonorum hæreditatis, quæ eis creditoribus defuncti fuerant hypothecata.

Ita hẽ, l. vlt. §. & si prædictã, & tribus sequent. C. de iur. deliberan. & dictum est disp. 216. circa tertium commodum inuentarium conficientis.

Quo

Quo in loco additum est, quid censendum sit, qñ hæredes, qui inuentarium confecerunt, scientes vires hæreditatis non sufficere legatarijs, & creditoribus omnibus, vel præposuerunt legatarios cæteris creditoribus; vel creditores chirographarios vel creditoribus habentibus hypothecam, aut creditores hypotecarios, qui forent postponendi alijs hypothecarijs, qui præponendi forent.

Excipe præterea, qñ executio autoritate publica fit in bonis debitoris in præsentia creditoris hypothecarij, aut ipso id sciēte, nec petente, vt præferatur, & vt sibi prius soluatur: tunc enim amittit eo ipso ius prælationis, neque, qui solutionem sui debiti ea via accepit, tenetur quicquam illi hypothecario reddere, siue qui eo modo solutionem sui debiti accepit, sit creditor hypothecarius, siue mere personalis. Ita, argō à minori ad maius, colligitur ex l. 1. & l. si hypothecas, C. de remis. pig.

Ius Lusitan. 32 De iure vero Lusitano, qñ aliquis creditor sententiā † aduersus debitorē obtinuit, incipitq; fieri executio, ita ꝙ occupata sunt bona in iudiciale pignus, vendiq; inclpiunt, aut sunt iam vēdita, & solutum est debitum, tunc si superueniat alius creditor, siue hypothecarius, siue personalis, qui præferri in solutione debere, dist inguendm est. Qm̄ vel hic superueniens, erat in loco, in quo ille alius creditor coram iudice contendebat cum debitore, vel erat absens, ac id ignorans. Si erat præsens, nec protestatus est coram iudice, se esse priorem creditorē, deberiq; præferri, tunc amittit ius iustū prælationis; esto esset creditor hypothecarius, aliusq; cōsequitur, aut retinet integram solutionē debiti. Si aūt erat absens, ignorans iustè alium creditorem contendere cū debitore, vel erat præsens, & protestatus est se esse priorem creditorem, ideberiq; præferri, tunc, esto debitum sit iam solutū creditori, qui erat postponendus præfertur ei, cōsequiturq; integrum suum debitum, extrahendo de potestate illius, si ita opus sit, ꝙ ille acceperat. Si tñ debitor habeat bona alia, vnde competenter solui possit creditori, qui erat præponendus, soluendum est illi de bonis alijs debitoris, non verò de eo, quod creditor in solutionem sui debiti accepit. Hæc habentur lib. 3. Lusit. ord. tit. 34. in prin. & §. 1. Reliqua, his affinia de iure Lusitano, atque ad creditorem hypothecarium, suo etiam modo attinentia, paulò inferius subijcientur.

Post creditores hypothecarios, inter creditores personales illi præponendi sunt reliquis, qui ius hñt prælationis, esto nihil supersit, vnde, cæteris soluatur: in eo enim consistit priuilegium prælationis. Ita Nau. in Manu. c. 17. nu. 51. & doctores cōiter. Qui aūt eo priuilegio gaudeant, supra explanatum est. Vltimum verò locum tenent creditores personales, qui priuilegium non hñt prælationis. Qui tñ legatarijs oībus, atq; hæredibus p̄ponuntur, vt disput. 216. ac alibi, dictum est: eo ꝙ bona defuncti, quorū dispositio ad ipsum spectat, solum sit id, ꝙ supereſt, deducto toto ære alieno, persolutisve omnibus vniuersim creditoribus.

33 Qñ † creditores personales sunt, nullusq; eorū gaudet priuilegio prælationis, nullus eorum præfertur alijs, esto aliqui eorū priores sint tēpore, & alij posteriores, sed oēs æquale ius habēt ad bona debitoris, eaque de cā, si bona debitoris non sufficiant, diuidēda sunt inter eos pro rata, ita vt qualis fuerit proportio debiti ad debitū quo ad quantitatem, talis sit proportio eius, ꝙ vnusquisq; accepit, ad id ꝙ alij accipiunt. Idē dicendum est, qñ multi gaudent eo. priuil. personali prælationis, vt qñ oēs sunt deponentes apud eundem depositarium publicum, & vniuersim, qñ priuilegiū personale vnius nō habet prælationem comparatione personalis alterius. Quo fit, vt in his oīb. creditoribus locum non habeat regula illa; qui prior est tpe, potior est iure. Ita hī expresse l. priuilegia. ff. de priu. cred. l. si hominem. §. vlt. ff. depositi & l. pro debito. C. de bonis autor. iud. poss. & affirmat: Naua. in Manu. c. 17. nu. 51. doctores cōmuniter.

34 Hoc loco † est obseruandū, si aliqs creditorum personalium accipiat à debitore, ꝙ sibi debetur, anteq̄ alij creditores personales accipiant debita sua in iudicio, tūc, esto sciat id cedere in detrimētum cæterorum creditorum, qa non manent bona, vnde illis soluātur sua debita, sanè neq; in exteriori, neque cōscientiæ foro, tenebitur quicquā tribuere eis creditoribus, quamuis aliqui eorum habeant priuilegium prælationis, ipse non item. Quod in exteriori foro ad id non teneatur, hī expresse l. qui aūt §. apud Labeonem, & §. sciendū, ff. l. pupillus. ff. quæ in fraudem cred. & alijs iuribus quæ ibi citant glossæ. Cum. n. reuera id iā antea esset sibi debitum, suaq; vigilantia, & diligentia id acceperit ante reliquos oēs creditores, accedente forsitan affectione debitoris potius erga ipsum q̄ erga alios, noluit ius concedere actionem rescissoriam, ac reuocatoriam eius, qđ ita esset receptum: quemadmodum eam concessit, qñ scienter factus de nouo esset cōtractus onerosus in fraudē creditorum, vt disp. 328. dictum est. Quod aūt neq; in conscientiæ foro ad id teneatur, probatur. Tum qm̄ lex, quæ id in foro exteriori disposuit, censenda nō est iniusta; quare vim ēt habet in foro cōscientiæ. Tum, ēt quia leges, quę ordinē restituendi, satisfaciendive creditoribus, præscribunt, de iure humano sunt, seu positiuo, ac limitantur ꝑ iura proximè relata, quæ hoc aliud statuūt. Quod dictū est, qñ creditor personalis accipit, quod sibi deberetur, de manu debitoris, existentibus alijs creditoribus personalibus etiam priuilegiatis, quib. non remanent sufficientia bona, vnde eis sua debita soluantur, intelligendum similiter est, quando, defuncto creditore, id accipit de manu hæredis, vt constat ex l. vltim. C. de iure deliber. à §. & si præfatam, vbi solum conceditur repetitio creditoribus hypothecarijs non verò personalibus. Atque gl. ibi verb. repellantur, hanc nostram doctrinam ex ijsdem fundamentis affirmat.

35 Obseruandum † deinde est, qñ via iudicis aliqs personalium creditorum petit, ꝙ sibi debetur, si prius obtineat sniam, q̄ alij creditores personales eamq; executioni mādet, vel venditis bonis debitoris, ꝙ solutoq; sibi suo debito ex pretio illorū, vel bonis debitoris, iudicis autoritate traditis in pignus iudiciale, vt ex illis satisfactio fiat, præferatur cæteris creditoribus personalibus, etiam priuile-

uilegiatis. Si tñ aliquis eorum posterius obtineat sñiam, & prius illam mãdet exequutioni, tunc is pferr, q prius sñiam obtinuit. Qđ si simul vterq; exequutionẽ sñiæ petat, esto vnus eorũ prius alio sñiam obtinuerit, soluuntur eis sua debita de bonis debitoris pro rata ipsorum debitorum, qñ bona nõ sufficiũt vtriq; debito integrè soluẽdo. Excipe in hoc postremo euentu vt mox subiungam, qñ aliquis horũ creditorũ esset priuilegiatus, & alter nõ, aut esse magis priuilegiatus, pręferr omni no alteri. Hæc oĩa, præter hoc vltimum, habentur l. inter eos, iuncta gl. sibi verb. occupatis, & l. in iudicati actione, iuncta gl. vlt. ibi ff. de re iudicata, & l. si & iure. (quæ de pignore iudiciale loquitur.) ff. qui potiores in pignore habeantur. Rõ aũt eorum est, qm̃ per exequutionem, modo explicato, creditor, q illã obtinet incipit habere pignus iudiciale in bonis in quib. fit talis exequutio, atq; adeo ius in re, ea quæ de cã præfertur ijs creditoribus personalibus, hẽtq; proinde tunc locum regula illa iuris: qui prior est tẽpore, potior est ĩ iure: vt hẽ l. si & iure citata. Atq; hanc eandem rõnem reddit Bar. l. eum vnus, ad finem nu. 10. ff. de bon. autor. iud. possess. Quod aũt gl. citata. l. interiens, consentaneè ad l. 3. ff. qđ cum eo, ait, videlicet, creditores personales priuilegiatos præferendos esse nõ priuilegiatis, & magis priuilegiatum minus priuilegiato, intelligo, si veniant lata sñia, sed antequam sñia mandetur exequutioni, atq; adeò antequam res debitoris subite incipiant rõnem pignoris iudicialis comparatione creditori non priuilegiati: tunc enim verum est, quod ea gl. affirmat, neque creditores non priuilegiati, aut minus priuilegiati, petentes posteà exequutionem sñiæ simul cum magis priuilegiatis, sunt admittendi simul cum illis, nisi ad id solum, quod superfuerit, persoluto prius integro debito creditoribus magis priuilegiatis. Qñ † autem vnus creditorum personalĩ, 36 mitteretur in possessionẽ bonorũ debitoris, solum pp illius absentiam, quod in iure appellatur, mitti in possessionem ex primo decreto, vt transacto biennio applicarentur ei creditori in solutionem sui debiti, tunc reliqui creditores, qui intra biennium comparerent, ac sufficienter probarent eundẽ creditorẽ sibi ẽt debere, gauderẽt ea possessione illorũ bonorum pro rata eorũ, q ipsis deberentur: soluendo tñ similiter pro rata eorũ, q̃ ipsis detur: soluẽdo tñ similiter pro rata expensas factas obtinendæ sententiæ, ac possessione eorundẽ bonorum: quantæ autẽ illæ sint, stabitur iuramẽto creditoris, aut creditorum, qui ita ex primo decreto missi fuerint in possessionem eorũ bonorũ. Trãsacto autẽ biẽnio, soli creditores, qui in possessionẽ fuerint missi (quod iura, & doctores vocant, esse missos ex secundo decreto) præferũtur reliquis in recipienda ex illis bonis solutione eorum, quę sibi debentur. Excipe, nisi aliqui creditores eiusdẽ debitoris essent absentes extra prouinciã: nã tunc, si intra quadriennũ, a missione in possessionẽ, cõperẽt similiter gaudẽt possessione illa, habẽtq; pro rata suorũ debitorum portiones debitas in eis bonis, soluendo similiter pro rata expensas in obtinenda possessione eorum factas. De missione autẽ in possessionem ex primo, & ex secundo decreto, dicetur copiosè disputando quando sermo erit de damno infectorum. ibi n. est proprius locus id copiosè explicãdi. Quòd si, solutis integrè creditoribus omnibus, qui ita in possessionẽ sunt missi, de pretio illorum bonorum, aliquid de eodem pretio remaneat, tunc tale incrementum reponitur in loco publico ad id deputato, aut nullo existente loco ad id deputato, deponi debebit apud depositariũ publicum, saltem ad id à iudice constitutum, si nullus alius sit depositarius publicus, vt inde soluatur cæteris creditoribus, si qui comparuerint, aut restituatur debitori. Hæc omnia habentur l. vlt. C. de bon. autor. iud. poss. Atque interim, dum solum est possessio ex primo decreto, res ita possessæ sortiuntur rõnem pignoris pretij & non iudicialis presse sumpti. Lege Bar. vbi sup. Atq; memento si sit aliquis creditor hypothecarius, in cuius præsentia non sit facta hæc, aut alia, exequutio, semper illum præferri his omnibus creditoribus, propter ius ipsius in re; vt supra dictum est.

37 Quod ad ius Lusitanum † attinet, huc ẽt pertinent, quæ supra ex 3. lib. ord. ti. 74. in prin. & §. 1. relata sunt, occasione creditorum habentiũ hypothecas, ad quos ẽt illa spectant. Ibidem §. 2. subiũgitur qñ duo creditores sñias obtinuerunt aduersus eundem debitorem siue à iudice eodem, siue a diuersis, tunc eum cuius sñia prius mandatur exequutioni modo antea in eod. titu. explicato, ac supra relato, pręferri alteri creditori, esto creditor, cui præfertur, obtinuisset prius sñiam, & esto haberet ius prælationis, aut hypothecam, in bonis debitoris. Excipitur, nisi, qui prius obtinuit sentẽtiam, & qui alioquin esset præferendus alteri, habeat legitimum aliquod impedimentum, quo sententiam suam mandare non potuit exequutioni: tunc .n. illi præfertur, iusque habet repetendi ab eo, q̃ accepit, si necessarium id sit, vt sibi integrè suum debitum soluatur. Ibid. §. vl. hẽ, qñ, qui multis debitor est, conturbat (Hispanè *quebrar* dẽ) tunc intra mensem à die, quo conturbare cœpit, nulli creditorũ prodesse diligentiam, q̃ adhibeat ad sñiam obtinendã aduersus eum debitorẽ, aut ad eam exequutioni mandandam, vt ea via, modo explicato præferatur alijs. Transacto vero mense ei prodesse diligentiã, quam ea parte adhibuerit. Ius Lusitan.

Ex hactenus dictis constat, dispositionem iuris circa ordinẽ solutionis, et circa ius prælationis, præsertim quando creditores non habẽt ius in re in bonis debitoris, sed debitum est personale, sancitam potissimum esse, qñ iudicis autoritate, viaque exequutionis in bonis debitoris est facienda. Si enim debitor ipse ptius ei soluat, qui postponẽdus erat, si res in iudicio, contendentibus multis creditoribus, perageretur, factum teneret, neque in conscĩæ, aut in exteriori, creditor, qui id acciperet, restituere quicquam teneretur alijs creditoribus personalibus, etiam priuilegiatis, aut magis priuilegiatis, vt supra dictum est.

Cæterum interrogabis, num debitor ipse, sciẽs se non habere sufficientia bona, vnde omnibus 38 suis creditoribus satisfaciat, peccet, † si integrè solnat vni eorum, qui iuxta ordinem relatum, atque Dubiũ

à iure sancitum, non esset prę̃ferendus alijs. Et nũ peccet, si eũ in solutione præponat, qui foret post ponendus, eo ꝙ alius priuilegiũ héat prę̃lationis. Rñdeo, qñ creditor, cui soluit, iudicis via vteret, cę̃teris nõ petentib. iudex q; soluere p̃cipit, aut cõtinuo præcipiet, ét cũ molestia debitoris, iactura q; bonorũ illius, in expensis in lite, sese q; defendendo, nõ peccat integrè illi soluendo. Qm̃ ius eũ, q vigilat, citius q; suũ debitũ petit, esticit melioris conditionis, q̃ cæteros, vt constat ex l. qui aũ, §. apud Labeonẽ, & l. pupillus, ff. q̃ in fraud. cred. & ex l. vlt. §. & si præfatã. C. de iur. delib. & ex alijs iurib. Qñ ét vnus creditorũ peteret a debitore solutionẽ sui debiti, cæteris non petentibus non etiá damnare auderem debitorem, præsertim si aliqua adesset præcipua cã, vt quia ille esset magis molestus, & debitor timeret, ꝙ ipsum ad iudicium deferret, aut is creditor esset multò pauperior cæteris. Potiùs tñ consuleré, vt debitor cederet bonis, vt distribuerentur iuxta ordinem præscriptum a iure, qñ nulla esset spes, ꝙ ad pinguiorẽ deueniret fortunam, vnde plenè restituat, tandem q; futurũ esse, vt bonis cedat. Qñ verò debitor proprio motu quosdã creditores vocaret, vt illis solueret, cum aliorũ iactura, quos p̃termitteret, licèt factũ teneret, illi q; restituere non tenerentur alijs, vt dictũ ẽ, peccaret tñ debitor ea iniuria cæteros afficiẽdo.

Cætera, quæ hoc loco dici poterant circa ordinem restitutionis, commodius addentur disp. vlt. huius secundi tractatus de iustitia. Quæ tamẽ hoc loco dicta sunt, magno onere nos tunc leuabunt.

## Quibus modis tollitur pignoris, ac hypothecæ, obligatio.

### DISPVTATIO DXXXVII.

*SVMMARIVM.*

1 *Pignoris, ac hypothecæ obligatio quot modis tollatur, cum num. seq.*

2 *Creditor cõsentiẽs alienationi rei sibi hypothecatæ, censetur remisisse ius pignoris, vel hypothecæ.*
*Immo si consentiat, vt eadem res obligetur posterio ri alicui creditori.*
*Sed an in dubio, & absolutè censeatur remisisse totum ius, an verò solum comparatione creditoris illius cui consensit, nu. 3.*

4 *Creditores duo habentes hypothecam in aliqua re, si illam a debitore emant, censentur sibi inuicem hypothecam remisisse.*

5 *Creditor subscribẽs se chirographo debitoris, vel alteri instro, quo profiteatur rẽ illã sibi non esse hypothecę subiectã, cẽsetur remisisse ius hypothec. Cum declaratione, vt ibi.*
*Item traditione instrumenti facta debitori per creditorem, nu. 6.*
*Vel laceratione, seu cancellatione ipsius.*
*Fallit tamen, vt ibi.*

7 *Pignus non censetur per solam scientiam, præsentiam, ac taciturnitatem remißum, quando res pignori subiecta alienatur.*
*Fallit in multis casibus, vt nu. 8.*

9 *Creditor consentiens alienationi rei sibi hypothecatæ, cũ protestatione quòd sibi saluum maneat ius suum, non censetur ius hypothecæ remisisse.*
*Idem si consentit venditioni cum conditione, vt de pretio debitum solueret, nu. 10.*

11 *Creditor consentiens in vnum actum alienationis, an censeatur consentire in quemcunque alium.*

12 *Debitor si vendidit rẽ hypothecæ subiectã cum cõsensu creditoris, sed nõdum tradidit, vel tradita sit, sed ab emptore nondũ sit pretium solutũ, censetur nihilominus remissum ius hypothecæ.*

13 *Creditor consentiens alienationi rei sibi hypothecatæ, quæ non fuit sequuta, non censetur remisisse ius pignoris.*
*Idem in alienatione ficta.*
*Vel si alienatio non fuit valida.*
*Idem quando creditor esse minor, qui consensißet alienationi, nu. 14.*
*Idem in procuratore generali ipsius creditoris consentiente rem hypothecæ subiectũ alienari a debitore, vel eius procuratore, nu. 15.*
*Secus tamen econuerso, si creditor consensit procuratori generali debitoris.*

16 *Creditor consentiens alienationi rei sibi hypotheca tæ, quæ postea ex alia causa ad eundem debitorẽ peruenit, non recuperat hypothecam: secus tamẽ si ex eadem causa.*

17 *Nonatio debiti priorẽ extinguit obligationẽ pignoris, vel hypothecæ, nisi de ea fiat expressa mẽtio.*

18 *Mancipiũ generali hypothecæ subiectũ, manumitti potest a debitore, si habet alia bona, unde soluat.*
*Immo fauore libertatis potest minor uigintiquinq; annis consentire, ut manumittatur, licèt amittat ius suum pignoris. nu. 19.*

20 *Pignori, aut hypothecæ subijciens rem suam pro alio, an cogere possit debitorem, vt eam rem ab eo onere liberet.*

CONsequenter dicendum est, de dissolutione obligationis pignoris, ac hypothecæ. Atque suppositis, q̃ in præcedentib. de hac re dicta sunt.

1 Primò † soluitur, p̃soluto debito, ꝓ quo res pignori, aut hypothecæ, obligata erat, l. ité liberatur, in prin. ff. quib. mod pign. vel hypo. inst. qurb. mod. toll. obl. in prin. l. 38. tit. 13. & l. 11. tit. 14. par. 5. Habet aũt id verũ, ét si alius quicunq; loco debitoris creditori soluat, atq; ét si debitor solutionẽ ignoret, vt hĩ inst. quib. mod. toll. obl. in princ. Rõ aũt est, qm̃ ablato principali, à quo accessorij dependebat, tollitur accessorij. Idẽ est, si soluat ei, cui creditor non põt nõ habere ratũ solutum fuisse, vt si soluatur procuratori, aut seruo illius ad pecunias ipsius recipiendas exposito, vel ei, cui ipse hæres exstitit, cuius proinde factũ nõ põt ratum nõ hẽre, vel si ipse cõductã hẽbat domũ a quodã tertio, & partem illius mihi locauit sub pignore aliquo, & ego tertio illi soluã, ꝙ eidem tertio, ex parte dom mihi locata, debebatur. Hæc hũt l. solutum. §. soluta tam, & §. vnde si. ff. de pig. act. Idẽ est, si quocũ q; modo creditor habeat pro sibi soluto, quod sub pignore, aut hypotheca, illi debebatur, vt si, voluntate ipsius, vnum pro alio integre sit solutũ, inst. quib. mod. tol. obl. in prin. vel si debitum remittat acceptilatione, aut alia valida tõne. l. solutum. §. si quasi, illis verbis. *Idẽ quoque si accepto lata fit pecunia.* ff. de pig. act. & inst. quib. mod. tol. obl. §. ité



Digitized by Google

per acceptilationē. Idem ēt est, ſi quacunque alia ratione ſit ſatisfactū, vt ſi eius, q̄ ſibi debetur, aliū debitorem admiſit (hodie intelligerē, nouādi ꝛ̄one) vel rē aliā ſibi deinceps loco illius dēri pactus eſt, aut ſi alia pignora, vel aliā hypothecam, accepit loco priorū, aut fideiuſſores loco pignorū, aut hypothecarū, & deniq; q̄n, vt ipſe voluit, fuit ſibi ſatisfactū, vel p̄ debito, vel pro prioribus hypothecis, aut pignoribus, ēt ſi deceptus ſit ſua tñ facilitate, abſq; dolo alterius, ceſſat obligatio priorū pignorū, aut hypothecarū. Ita hr̄ l. itē liberatur. in prin. ff. quib. mod. pign. vel hypot. & copioſius l. ſi rem 3. §. oīs iuncta gl. vlt. ibi. ff. de pign. act. Si aūt debitor creditori offerat, q̄ illi dētur, & ille nolit accipere, diſtinguendū eſt. Q̄n, ſi in iudicio offerat ſolutionē, ſatis eſt pignoris, aut hypothecę obligatio ſublata eſſe cenſeat l. ſi rē. §. vlt. iuncta glo. ibi atq; affirmat alia gl. iuxta tex. ibi l. aliena res. §. ſi pluribus, ver. ſi per creditorem verb. rectè agitur ff. de pign act. Si aūt ſolutionem offerat extra iudiciū, neceſſe inſuper eſt, vt debitū numeratum ſignet, ac deponat in aliquo publico, ac tuto loco l. tutor pro pupillo, in fi. ff. de adm. tu. l. nec creditores, & l. vlt. C. de pign. act. & l. 38. tit. 13. par. 5.

Quāuis alienatio, qua debitor rem pignori, aut hypothecæ ſubiectam alienat, nō diſſoluat ius pignoris, aut hypothecæ, q̄ in illa hēt creditor, cui eſt obligata, ſed, ad quēcunq; p̄tranſeat, illius dominiū trāſeat cū illo onere, vt hr̄ l. ſi res. C. de remiſſ. pig. l. debitorē. C. de pign. act. l. ſi debitor. C. de diſt. pig. & alijs iurib., atq; ex hactenus dictis,

2 p̄ſertim diſp. 334. ſit id p̄ſpicuū: ſi tñ † creditor cōſentiat, vt vendat, p̄mutetur, in dotē det, aut alio mō alienetur, vel, poſt alienationē factā ratā illā habuerit, cēſetur remittere ius pignoris, aut hypothecæ, Ita hr̄ l. ſi debitor. §. 1. & l. ſicut. §. ſi voluntate. & §. venditionis, ff. qb. mod. pig. vel hyp. l. 2. C. de remiſ. pig. l. creditor. ff. de reg. iur. l. Lucius, q̄ de creditore cōſentiēte, vt daretur in dotē loq̄t, ff. qb. mod. pig. vel hypo. Quin, ſi creditor, cui aliq̄d in pignus, aut hypothecā erat obligatū conſentiat, vt obligetur poſteriori alicui creditori, cenſetur remiſiſſe ius pignoris, aut hypothecę rei illius, Ita hr̄ l. Paulus (alias l. Lucius. §. idē Paulus.) ff. eod. tit. Hoc tñ gl. ibi. & alia l. 3. C. de remiſ. pig. intel ligit, cōparatione ſolū illius creditoris, cui cōſēſit obligari, ita vt ille deinceps ius hēat ius p̄lationis cōparatione creditoris, q̄ eū conſēſū p̄buit: non verò abſolutè, ac cōparatione cæterorū creditorū. Lex creditor ſcda. §. vlt. ff. qui potior. in pig. ait, q̄ſtionē, nū, q̄ cōſenſit rē ſibi obligatā, obligari alteri, intenderit totū ſuū ius q̄ in illā hēbat, remittere, an ſolū cōparatione eius, cui fuit obligata, eſſe potius de facto, q̄ de iure, atq; adeo, ſi conſtat, vel ex mō cōſenſus vel ex circūſtantijs cōcurrētibus, q̄d ille intenderit, menti, & volūtati illius eſſe ſtā

3 dū. Quatè † tota difficultas eſt q̄d in dubio, ſit cēſendū. Duæ gloſſæ citatę aſſeuerāt, tunc nō eſſe putādū intendiſſe remittere totū ſuū ius, ſed ſolū cōparatione illius poſterioris creditoris, Bart. verò, cū gl. vlt. l. creditor. 2. citata, ait, ſi, qui illo mō ius pignoris, aut hypothecæ remiſit, erat vir, cēſendū eſſe, remiſiſſe illud in totū: ſi verò erat mulier, ar-

bitrādū, eſſe, rem ſiſſe ſolū quo ad eū creditorem, cui poſterius obligata res fuit; q̄m l. iubemus. C. ad Vell. in fauorem mulierū ſancitum eſt, vt, eſto facultatē concedant, eū, q̄ res ſuas ſibi obligatas hēt, obligare eas alijs intelligatur ſolum illa facultas, cōparatione eius debitoris, cum quo celebrat i tūc intendebat cōtractus, atq; cōparatione ſolū illius cōtractus, nō verò cōparatione aliorū contractuū, ēt cū eadem perſona. Atq; hoc vltimū de cōſenſu ad id mulieris, mihi oīno placet, cū Bart. & Neguſ. de pignorib. par. 6. mēb. 3. nu. 14. aduerſus Saly. Qd ad primū verò, de cōſenſu viri, cum eo, Neguſ. mihi placet diſtinctio, ac cōcordia Salyc, nēpè, q̄ ſi vir cōſenſit rem obligari alicui in particulari, vel aliquib. cōparatione tantū illorum cenſeatur remiſiſſe ſuum ius: ſi verò abſoluè cōceſſit facultatem obligandi eā rem alijs, intelligitur in totum remiſiſſe ſuum ius, iuxta l. Paulus citatam.

4 Similiter, ſi duo † creditores habētes hypothecā in aliqua re, illā à debitore emāt, cenſentur ſibi mutuo remittere hypothecam, q̄ vnuſquiſq; eorū in ea re hēbat: quia mutuo tacitò conſenſu vniuſcuiuſq, eorū, alter emit rem illam a debitore l. Titius in prin. & Bar. ibi. ff. quib. mod. pig. vel hypo.

5 Itē, ſi creditor † ſubſcribat ſe chirographo debitoris, aut alteri inſtr̄o; quo profiteatur rē illā hypothecæ non eſſe ſubiectā, aut non eſſe ſibi hypothecæ ſubiectā, cēſet eo ipſo remittere ius hypothecę. l. Titius. §. vlt. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. Idē eſt, ſi ſubſcribat inſtr̄o venditionis, quo res cuidā tertio: cenſetur. n. remittere ius hypothecę l. ſicut. §. non v̄. ff. eo. tit. Vbi dicit gl. ſecus eſſe, ſi ſolum adhibeatur teſtis inſtr̄o venditionis, quia ex eo, q̄ teſtis ſit venditionis, nō cenſetur conſentire in vēditione ad effectū, vt cenſeatur remittere ius hypothecæ: ſicut ex eo, q̄ ſciat hypothecā vendi. & taceat, nō cenſet cōſentire ad eū effectū in venditione, vt ibi. dr̄, & infra copioſius explanabit. Secus aūt dicerē, ſi adhiberetur in teſtem in inſtr̄o, q̄ cōtinet rē illā nulli eſſe hypothecatā: tunc. n. conſentiendo in eo, q̄ teſtis eius inſtr̄i adhiberetur, tacitè cenſeretur cōſentire in remiſſionē iuris hypothecæ: q̄n alioquin adhiberet teſtimoniū mēdacio, & deciperet creditorē: neq, de hoc euentu eſt ſermo. §. non v̄, citato, ſed de illo priori: q̄ non ſatis attendit Neguſ. vbi ſup. nu. 18. eo. §. admonemur, q̄n aliquis, deceptus, cōſentit quouis horū modorū, vel alio, aut ēt expreſſe, tunc, ſi id ſufficiēter cōſtet, ac p̄betur, non cenſeri remiſſū ius pignoris, aut hypothecæ. Idē eſt, ſi conſtet vi, aut metu, conſenſiſſe, vt hr̄ l. 40. tit. 13. part. 5. l. ex fideiuſſor. 2. §. pater. ff. de pig. q̄is in prædictorū confirmationem citetur, in ea tñ non hr̄ ſermo de remiſſione hypothecæ, ſed de tacita conceſſione, vt aliquid pignori, aut hypothecę ſit obligatū, Ibi. n. dr̄, ſi is, ad quē aliquid pertinet, ſcribat inſtr̄m in quo quidā alius id hypothecæ, aut pignori, ſubijcit cuidā tertio, tunc cenſeri tacitè conſentire, vt ſubijciatur.

6 Itē traditione † debitori facta per creditorem inſtrumēti, quo ſibi aliquid debebatur ſub pignore, aut hypotheca, cenſetur remiſſum, tū debitum eo inſtr̄o contentum, tum etiam conſequenter ius pignoris, aut hypothecæ, leg. ab eo, ff. de pact. & l.

cre-

Digitized by Google

creditricẽ, C. de remiſ. pig. & l. 40 tit. 13. par. 5. Idẽ eſt ſi creditor rũpat, aut cancellet inſtrm, vt eadẽ l. 40. hĩ. Excipit additio glo. l. ad creditricẽ citata, niſi conſtet ad aliũ effectũ creditorẽ tradidiſſe inſtrm debitori. Similiter, ſi creditor debitori leget inſtrm eiuſdẽ debiti, ac pignoris, aut hypothecæ, cenſetur vtrũq; ei legare. Si verò creditor debitori tradat, aut leget, pignus, ſub quo aliq̃d ei debebat, cenſetur quidẽ remittere illi ius pignoris, non tñ debitũ, ſed tenetur illud ſoluere, niſi exprimat aut aliunde euidenter intelligatur, intendiſſe remittere illi & debitũ. Ita hĩ expreſsè l. poſtq̃, ff. de pac. l. 1. §. vlt. ff. de lib. legata. & l. 40 citata. Rõ aũt eſt, qm̃ reſtitutio pignoris, ſolũ denotat remiſſionẽ iuris pignoris: remiſſo aũt acceſſorio, nõ cẽſet remiſſũ principale, qualeq̃d debitũ. Lega Neg. vbi ſupra n. 19. & doct. quos citat. Atq; ea, q̃ delegato inſtr̃, ac pignoris, dicimus, addenda ſunt diſp. 536.

Licèt ius pignoris, aut hypothecæ remiſſũ cenſeatur, non ſolũ p conſenſum expreſſum, q̃ eſt notiſſimũ, ſed & p tacitũ, qui colligitur, & p̃ſumitur ex aliquo alio actu, vt ex conſenſu in alienationẽ rei pignori, aut hypothecæ, ſubiectæ, & ex alijs explicatis, ac explanãdis; nihilominus † nõ cenſetur remiſſum p ſolam ſcientiam, p̃ſentium, ac taciturnitatẽ, qñ res pignori ſubiecta alienatur, vt hĩ expreſsè l. ſicut, §. nõ vt. ff. quib. mod. pig. vel hyp. & affirmãt Bar. ibi, ac cõis doctorũ ſnia, innituntq; aptè multis alijs iuris. Excipiunt tñ nonnulli caſus, in quib. creditor ſciens, ac tacens, cenſet remittere ius pignoris, aut hypothecæ. Primus, ſi ſeruus pignori, aut hypothecæ ſubiectus, manumittatur fauore quippe libert. creditor ſciens manumiſſionem, & tacens, cẽſetur remittere ius pignoris, aut hypothecæ, q̃ in illo habebat l. 1. C. de remiſ. pig. & l. 37. tit. 13. par. 5. Eadẽ ratione, ſi ſciente, & patiente creditore, is ſeruus ordines ſacros ſuſcipiat, cẽſetur remittere ius pignoris, aut hypothecæ, q̃ in eo hẽr; ſicut ẽt dñs, ſi idẽ ſciat, ac patiatur, cenſetur illũ libertati donare; aut ſi poſtea id ſciat, & intra annũ non contradicat, auth. ſi ſeruus, C. de epiſ. & cler. Eps aũt, qui, ſciens ſeruum eſſe, eũ ordinauerit, ignorante id dño, cogit reſtituere dño duplum valorem illius. Et idem coguntur ſoluere, qui id Epo ignoranti ſupplicauerint c. ſi ſeruus diſt. 54. Secundus, ſi fiſcus vẽdat rem alteri pignori, aut hypothecæ ſubiectam, atq; creditor ſciens taceat, amittit ius pignoris, aut hypothecæ, fauore fiſci. l. ſi hypothecas. C. de remiſ. pignor. Tertius, qñ creditor taceret animo decipiendi eum, cui illa res alienatur, præſertim oneroſo contractu, qñ is, cui alienatur, ignoraret rem pignori, aut hypothecæ, eſſe obligatã, arg. iurium, quæ diſp. 533. citata ſunt, & cũ alijs aſſenerat Neguſ. vbi ſupr. nu. 25. Quartus, qñ ad inſtãdam aliorum, poſterioris creditoris, venditur pignus, aut hypotheca, atque iudicis authoritate fiunt proclamationes: ſi enim prior creditor id ſciens, intra id tempus non accedat, cenſetur remittere ius ſuum pignoris, aut hypothecæ l. ſi eo tempore. C. de remiſ. pig.

9 Quando † creditor conſenſit quidem in vẽditionem, aut alienationem aliam rei ſibi pignori, aut hypothecæ ſubiectæ, non tñ ſimpliciter, ſed cum proteſtatione, quòd ſibi ſaluum maneret ſuũ ius, non cenſetur remittere ius ſuum hypothecæ l. ſi debiti, §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hypot.

Itẽ, ſi creditor conſenſit, vt debitor venderet rẽ
10 ipſi hypothecæ, aut pignori ſubiectam, ſub † conditione, vt de pretio ſolueret debitũ, tunc, ſi conditio deficiat, debitorq; de pretio nõ ſoluat debitũ, non cenſetur remiſiſſe ius pignoris, aut hypothecæ: qm̃ ſolum ſub ea conditione conſenſit tacitè pignoris, remiſſioni, quæ tñ conditio ſequuta nõ fuit, atq; in hoc caſu agere indifferẽter poterit, tum aduerſus debitorem, vt aliud æquale pignori, aut hypothecæ ſubijciat, tum ẽt aduerſus tertium rei venditę poſſeſſorem, vt inde debitũ, in defectũ debitoris, ac fideiuſſorum, ſoluat l. ſicut. §. illud, ibi glo. & Bar. ibi. ff. quib. mod. pign. vel hypo. & l. ſi debitor. §. vlt. ff. eo. tit. Si tñ (ait rectè Bar.) facultatem conceſſit non ſub cõditione, ſed ſub modo, vt ſ. inde debitor ſibi ſolueret, tunc nõ poterit agere aduerſus tertium poſſeſſorem, ſi debitor ex pretio debitum non ſoluat: quoniã vere cenſetur conſenſiſſe in remiſſione iuris pignoris, aut hypothecæ, abſque vlla dependentia a futuro euentu argumento l. ſicut citatæ. §. ſed & ſi permiſerit: agere tamen poterit aduerſus debitorem, qui modũ non impleuit, vt aliud æquale pignori, aut hypothecæ, ſubijciat. Ita Neguſ. vbi ſupra num. 1.

11 Qũ † creditor conſenſit in vnum actũ alienationis, vtrũ cenſeatur cõſentire in quẽcunq; aliũ. Rectè Marcell⁹, l. ſicut. §. ſed & ſi pmiſerit. ff. q. b. mod. pig. vel hyp. aut, q̃ ſtionẽ hãc eſſe magis de facto, q̃ de iure, ac pinde ex circũſtãtijs concurrentib. expendeadũ eſſe, q̃ fuerit intentio creditoris. Si n. cõſenſit, vt inde ſibi ex pretio ſolueretur, nõ cenſet pmittere donationẽ, aut aliã alienationem, ex qua id molumentum non cõſequitur. Si tñ donare pmiſit, cenſet permiſiſſe vendere, aut permutare, niſi forte comparatione amici permitteret donationẽ: neque. n. tunc cenſendus eſt permittere vendere, aut permutare, & multo minus donare alicui alteri. Et ſi permiſit vẽdere pro viginti, nõ cẽſet permittere vẽdere pro decẽ; ecõtrario aũtẽ, ſi permiſit vẽdere pro decem, cenſetur permittere vẽdere pro viginti, ſi, vt inde debitũ ſuũ ſolueret, facta ſit pmiſſio, neq; ad ſit circũſtantia, q̃ contrariũ pſuadeat, vt regulariter non aderit. Similiter, ſi creditor conſenſit pignus vẽdi, aut alienari, intra tm̃ tps, vt ſintra annum, & poſt id tps fuit alienatum, nõ cenſetur in remiſſione pignoris, aut hypothecæ, conſenſiſſe. Itẽ ſi permiſit debitori vendere, aut alienare pignus, & is non alienauit, ſed fortè deuenit in poſſeſſionẽ alterius, non cenſetur remittere pignus, aut hypothecã, ſi hic alius id vẽdat, aut aliter alienet. Vtrumq; hĩ l. ſicut citata. §. pen. Excipe, niſi is poſſeſſor ſit hæres debitoris: nã ſi hic alienet amittit creditor ius pig. aut hypoth. Ita habetur l. ſicut citata. §. ſi debitori.

12 Si creditor † cõſenſit in venditionem rei pignori aut hypothecæ, ſubiectæ, & debitor illã vendidit, ſed nõdũ tradidit, aut tradidit quidẽ, ſed nec emptor ſoluit pretiũ, nec paratus illud ſoluere, cenſet remiſſum ius pignoris, aut hypothecæ: qm̃ in primo euentu tenetur venditor tradere tẽ illã, aut ad

id potest cogi: in secundo vero emptor tenetur soluere pretium, & ad id cogi potest. Vtrumque habetur l. sicut, §. si debitor. 1. ff. quibus mod. pigno. vel hypothec. Si tamen concessio facta fuisset sub conditione, si inde pretium creditori solueretur, perseueraret ius pignoris interim dum debitum solueretur, vt supra dictum est.

13 Si autē creditor cōsensit vēditioni, aut alienationi, & alienatio non fuit secuta, nō cēsetur remissum ius pignoris, aut hypothecæ, quia eo consensu tacitè censetur remissum pignus sub conditione, si alienatio sequatur l. sicut, citata §. si voluntate. Hac eadem ratione, si sequatur alienatio, cæterū ficta, non censetur remissū ius pignoris, aut hypothecę: qm alienatio ficta, nō est alienatio. Ita Bar. juxta text. ibi l. sicut, citata § supernacuum. Eadē ratione si alienatio valida non fuit, non censet remissum ius pignoris, aut hypothecæ: qm inualida alienatio, nō est alienatio. Ita habetur l. si debitor, §. vlt. ff. quib. mod. pigno. vel hypoth. vnde infert vniuersim Bar. & consentiunt reliqui, si actus circa quem adhibetur consensus, non valet non nocere eū consensū: qm hī ac, si præstitus non esset.

14 Eadē rōne cōsensus † præstitus à minore circa alienationē rei sibi pignori, aut hypothecæ subiectæ non remittit ius pignoris, aut hypothecæ, nisi præstitus sit p̄sente tutore, aut cutatore, accedenteq; simul iudicis autoritate; aut nisi fit præstitus per tutorē, accedente simul iudicis autoritate. l. si consenserit, in prin. ff quib. mod. pig. vel hypot. l

15 Qñ itē aliquis † procurator esset generalis constitutus creditoris esto is noīe creditoris in alienationem rei pignori, aut hypothecę creditori subiectæ consentiret si tñ ad id peculiariter mandatum nō haberet à creditore, non amitteret creditor ius pignoris, aut hypothecę si tñ creditor procuratori generali debitoris permitteret alienationē rei pignori, aut hypothecæ sibi obligatæ, censeretur remittere ius pignoris, aut hypothecæ, esto talis procurator non haberet ad id peculiare mandatum à debitore. l. si cōsenserit, citata §. 1. Si tñ, quis esset cōstitutus procurator à creditore in rē suā, vt vocant tunc, si is consentiret in alienationem cēsetur remittere ius pignoris, aut hypothecæ l. sicut §. procurator. ff. quib. mod. pign. vel hypoth.

Quando creditor, qui hypothecam vniuersalē habebat omnium bonorum, aut particularem alicuius rei, consentit alienari aliquid sub vniuersali hypotheca contentum, vel id in quo habebat hy-

16 pothecam particularem, esto † posteà debitor recuperet dominium illius ex causa diuersa, vel quia hæres extitit vltimo possessoris, vel quia id ipsi donauit, legauit, aut in dotem dedit non recuperat creditor hypothecam illius etiam si debitor sua omnia bona præsentia, & futura ei subiecerit hypothecæ, vt ex l. vlt. C. de remiss. pignor. dispur, 528. dictum est, cōstat ex l. sicut, §. supernacuum, ff. quib. mod. pigno. vel hypoth. Secus autem si id recuperet ex eadem causa, ex qua fuit alienatum, vel ex causa connexa, vt quia alienatum fuit cum pacto de retrouendendo, & fuit redemptum, vel quia fuit redhibitum, vel resoluta fuit venditio ex pacto adiectionis in diem, vel legis commissoriæ,



& denique ex quacunque alia causa quia per eam resolutionem debitor restituitur in dominiū rei illius, ita creditor restituitur in ius suum hypothecæ, quod in illa habebat. Ita habentur voluntate, in prin. & §. vlt. ff. quib. mod. pign. vel hypo. & affirmant gl. l. vlt. C. de remiss. pign. Bart. & communis doctorum sententia, quam Neguſantus, vbi supra pu. 21. refert, ac sequitur.

Qñ pro aliquo debito pignori, vel hypothecæ, erat aliquid subiectum, si fiat nouatio voluntaria eiusdē debiti valida; quia videlicet, extincta priori obligatione suorum bonorum alia, in quam prior eō commutatur, vel eodem debitore subeunte obligationem, in quam prior obligatio communicatur, vel delegato, & constituto alio, qui deinceps in se suscipiat

17 debitum, tunc, nisi in posteriori obligatione fiat expressio eiusdem pignoris, aut hypothecæ, extinguitur obligatio pignoris, aut hypothecæ. l. soluto, in princ. ff. de pign. act. l. nouatione, ff. de nouationibus, & alijs locis. Dictum est, nouatio voluntaria: quia per huiusmodi constitutionem aduersus debitorem, & multo magis per sententiam latam aduersus eum, censetur facta nouatio; cæterum necessaria ipsa, quia non extinguit priorem obligationem debiti, neque etiā extinguit pignorum, aut hypothecarum obligationem, in securitatem prioris obligationis adhibitarum, habita. ff. de nouati. Quid sit nouatio, & quid hodie requirat, vt facta esse censeatur, infra huius loco dicetur. Quando autem conceditur debitori dilatio termini ad soluendū, quia illud non est nouatio, sed prorogatio termini sub eadē obligatione, non extinguitur ius pignoris, aut hypothecæ; quin potius prorogatio termini censetur facta cum eisdem pignoribus, hypothecis, renunciationibus, & pœnis constitutis vsque ad terminum à principio præfixum, argumento l. legem, C. de locato, & affirmat glo. l. Item si ius, in prin. de restitu. ff. de minorib. Lege Neguſ. membr. 3. citato à nu. 1.

Mancipiū licet si pignori aut hypothecæ, sit in particulari subiectum, ignorante, aut repugnante creditore, non possit manumitti; si verò manumittatur, quamuis nulla sit manumissio ita vt debitor non possit illud redigere in seruitutem, manet tñ obligatum creditori pro debito, ita vt uendi ad solutionem debiti possit, nisi debitor, aut mancipium ipsum, vel alius loco ipsius, debitū integrè soluat. l. si creditoribus, iuncta l. 1. & seq. C. de seruo pig. dat. manumiss. & l. 37. tit. 13. par. 5. attamē

18 † si hypothecæ genetali sit subiectum, & debitor habeat ea alijs bonis, unde debitum soluat, manumitti pōt, extinguiturq; statim ius hypothecæ cōparationis illius, & si fisco, aut alij priuilegiato fuerit vniuersali hypothecæ subiectū l. 2. & 3. C. de seruo pig. dat. manumiss. & l. 37. citata. Quod si debitor illud manumittat, non habens unde ex reliquis bonis debitum soluat, solū manet obnoxium pro debito, vt possit uēdi, quandiu vel debitor ipse, vel mācipium, vel alius loco ipsius, debitū integrè nō soluit, vt de mācipio hypothecæ in particulari subiecto, & manumisso ignorāte, aut iuito creditore dictū est. Illud obserua, † fauore libertatis,

19 minorē viginti quinque annis, cui mancipiū esset

pignori,

pignoris, aut hypothecæ subiectum, posse sine curatoris, aut iudicis beneplacito consentire, vt manum iniceretur esto inde sequeretur, ipsum amittere ius suum pignoris, aut hypothecæ: Ita habetur l. si pater. §. vlt. ff. de manum. iis. vindicta, & affirmant Greg. Lop. l. 37. citata, & alij.

20 Vtrū aūt, si quis pro † alio rem suā pignori, aut hypothecæ subiecit, cogere possit debitorē, vt eam rem ab eo onere liberet: Lege Lucius. ff. mandati. respondetur, cogi posse, si sit in mora. Cæterum iudicis arbitrio committi, attentis circumstantijs eius ibi concurrentib. vt debiti, & debitoris qualitatibus, qñ pro eo debito res aliena obligata fuit, & cæteris concurrentibus, iudicare quando censendus sit esse in mora. Consentiunt Bar. & alijs, quos. Nogu. l. memb. §. citato, nu. 45. refert, ac sequitur.

## De venditione pignoris ob debitum, & pactis circa venditionem, quæ solent antecedere.

### DISPVTATIO DXXXVIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Pactum, quod si venditor intra certum tempus debitum non soluerit, maneat pignus venditū pretio iusto, ad arbitrium boni viri taxando, validum est.*
*Immo etiam si nihil sit dictum de pretio, intelligēdum est ad arbitrium boni viri.*
2 *Creditor per pactum de vendendo, nō potest pignus vendere, antequam debitor sit in mora soluendi.*
3 *Debitor quando in mora soluendi censetur esse.*
4 *Creditor quando possit ad venditionem pignoris procedere nulla facta denunciatione, & quid de iure Castellæ.*
5 *Creditor cogi non pōt vēdere pignus sui debitoris. Tenetur tamen illud exhibere præstita debita cautione ab ipso debitore.*
6 *Creditor, qñ pactum non adest, quo ordine procedere debeat ad pignoris venditionē sui debitoris. Et quid de iure Castellæ.*
7 *Pactum quod creditor non possit vendere pignus sui debitoris, quid operetur.*
8 *Denunciatio de pignore vendendo per pactum inter creditorem, & venditorem remitti potest, sed nō admonitio.*
9 *Pignus iudiciale quid.*
10 *Pignus iudiciale potest vendi post quatuor menses, elapsus à die vltimæ sententiæ latæ.*
11 *Tempus, quod datur condemnatis ad soluendum arctari & prorogari pro iudicis arbitrio. Et quid de iure Castellæ.*
12 *Executionē paratā de iure nouissimo Castellæ q̄ sint illa, quæ habeāt, & quo ordine executio faciēda. Et quid de iure Lusitano. nu. 13.*
14 *Pignus iudiciale, si emptor non inueniatur, adiudicādū est victori p iusta pretio, arbitrio boni viri.*
15 *Tempus quo vendi potest pignus pretorium, est iudicis arbitrium.*
16 *Pignus conuentionale quo ordine, & intra quātum tēpus vendi potest, quando nullum adest pactum.*
17 *Creditor primus, qui ius habet prælationis, si vendat rem sibi hypothecæ subiectam, non potest à debitore, neque à posteriore creditore repeti, offerendo illi, vel emptori pretium. Declara tamen, & intellige, vt nu. 19. 20. 21.*
18 *Creditor pignus possidens per sententiam, an petere possit à iudice, vt præscribat certum terminum debitori, ad illud recuperandum, ne cogatur cōputare fructus illius in sortem.*
22 *Debitor si legat rē alteri hypothecatā, vel eā alienari in testō prohibeat, nō præiudicat creditori. Declara, & intellige, vt ibi.*
23 *Creditor, quo ordine vēdere teneatur multa pignora sibi pro eodem debito specialiter, & generaliter obligata.*
24 *Debitor emere rem suam non pōt à creditore, quā si emat, non erit emptio, sed debiti soluto. Idem in creditore dicendum, quādo vendit pignus, & postea illud ab emptore emit: vnde debitor potest illi pretium offerre.*
25 *Creditor si dolo vendit pignus minori pretio, quō potest agere debitor ad interesse aduersus eū. Idem quando vendit pignus, sine ordine iuris seruato. num. 26.*
27 *Pignus ecclesiasticum quando, & quo ordine vendi potest à creditore.*
28 *Creditor quādo teneatur de euictione pignoris per eum venditi.*
29 *Creditor ad quid teneatur in illis casibus, in quibus non tenetur de euictione pignoris venditi.*
30 *Creditor in euentibus, in quibus de euictione tenetur, rōne pignoris vēditi, tenetur ēt ad interesse.*
31 *Creditor in pignore euicto, quādo habeat reuersum aduersus debitorem.*

SVperest dicendus de distractu pignoris, aut hypothecæ idebiti, ob q̄ sūt obligata, solutionē. De pacto legis cōmissoriæ circa pignus, & circa venditionē, & q̄, licet sit validū circa venditionē, sit tñ prorsus nullū circa pignus aut, hypothecā, dictū est disp. 324. & 278. Vtrū disp. 324. dictū, ostensūq; est, valet † pactū, vt, si debitor intra certū terminū non soluat debitū, pro quo aliquid in pignus est datū, maneat pignus debitori venditū, non quidē certo aliquo, & determinato pretio iusto, q̄. s. boni viri fuerint arbitrati. Idē iuxta Bart. Pan. & multorū aliorū sōiam, dictū est esse, si pactū sit q̄, si debitor intra eū terminū non soluat, maneat pignus debitori venditum: qm̄ intelligit, pretio iusto q̄ boni viri tunc fuerint arbitrati. Solet ēt apponi pactum, vt, si debitor nō soluat debitum tpe suo, possit creditor vendere pignus, vt de pretio sibi satisfiat debitum: valetq; eiusmodi pactum ad effectus statim explicandos, vt. hī l. vlt. §. sancimus. C. de iure dominij impetrando. l. si conuenerit 1. ff. de pign. act. & l. 41. tit. 13. par. 5.

2 Siue præcesserit † pactū, vt creditor vēdere possit pignus, siue non, non prius creditor procedere pōt ad illud vendendum, q̄ debitor sit in mora soluendi debitū, qm̄ facultas per pactū si concessa ad vendendū, intelligitur à die moræ. Quod, si dies fuit præfixus ad debitū soluendū, nō prius debitor

censetur esse in mora, quã dies ille sit elapsus, debito non satisfacto, ac proinde, ante eum die elapsum, procedere non pót creditor ad pignus vendendũ, vt hĩ l. cum solvendæ. ff. de distract. pign. Elapso aũt eo die, censetur esse in mora, esto debitum non petatur l. magnã. C. de contrah. & commit. st ipul. qm̃ dies interpellat pro creditore. Si aũt dies præfixus non fuit solutioni, non prius debitor censetur esse in mora, accedente tpe, in quo rõ postulat, vt soluat, quàm sit per creditorem interpellatus, hoc est, admonitus, vt soluat. l. si ex legati causa. ff. de verb. obl. & disp. 532. dictum est, atq; affirmant Neguſ. de pig. par. 6. memb. 1. nu. 1. & communis doctorum sententia, quam refert.

4 Qñ † creditori fuit cõcessa facultas vẽdendi pignus, tũc, stãdo in solo iure cõi, eo ipso q̃ est in mora soluendi, pót creditor procedere ad vẽditionem pignoris, nulla facta denunciatione, hoc est, admonitione debitori, q̃ vult illud vendere. Ita gl. l. creditor hypothecas, verb. testato, C. de distra. pign. & affirmat Neguſ. nu. 1. citato, & cõis doctorum sñia, quam referunt Greg. Lop. l. 41. gl. 2. & l. 48. verb. *a quinquier que la falle*, tit. 13. par. 5. & Villalobos in antimonia lit. P. nu. 13. & 14. & consentiunt. l. si conuenerit. 1. ff. de pign. actio. & l. vlt. §. sancimus. C. de iur. dñi impetran. Cæterũ de iure Castellæ, l. 41. & 48. citatis, esto pactũ præcesserit, vt creditor possit vendere pignus, antequã ĩ illud vendat, tenetur admonere debitorẽ, se velle illud vendere, & debitore absente, tenetur facere admonitionẽ in domo illius, nisi forte nõ possit; vt quia debitor cũ tota sua domo, absens est, aut est impedimento, non admoneatur: q̃ si aliter vẽditio fiat, est nulla, potestq; debitor extrahere pignus persoluto emptori pretio vsq; ad debiti sui quantitatem, vt l. 48. citata expresse hĩ, siue ĩ creditor pignus de iure cõi vendat sine præuia admonitionem, siue de iure Castellæ præuia admonitione tenetur illud vendere bona fide, quanto pretio commodè potuerit, & subhastatione, vt hĩ l. creditor hypothecas iũcta gl. 2. ibi. C. de distra. pig. l. vlt. C. de iure dom. impet. & l. 41. citata. Atque, si aliquid de pretio superfuerit, tenetur illud reddere debitoris vt hĩ l. quamuis, §. vlt. iuncta l. sequẽ. C. de pign. act. l. vlt. & l. 41. citatis, & atque quo ad vtrũque, competit debitori pign. actio directa aduersus creditorem, vt hĩ l. creditor hypothecas citata, iuncta glo. vlt. ibi, & l. 1. C. si vẽdito pig. agatur. Si vero pretiũ non sufficiat toti debito soluendo, cõpetit creditori personalis actio aduersus debitorem, vt q̃ deest, illi soluat. l. vlt. & l. 41. citatis. Nunq̃ † ĩ creditor cogit vendere pignus, vt hĩ l. quamuis, in princ. ff. de pign. act. cum debitor ipse, si velit, possit illud vendere, & de ptio soluere debitum. Quòd si debitor pignus petat ostendi, vt vẽdatur, tenetur creditor illud exhibere, præstita tñ debita cautione, vel alterius pignoris, vel fideiussoria, vt eadem l. quamuis, iuncta gloss. ibi, hæc oĩa hñt, & l. sicut. §. illud, ver. tutius. ff. quib. mod. pig. vel hypo. Atque hæc, quæ de vẽditione bona fide, & reliqua, quæ subiuncta sunt similiter locum habent in sequentibus modis, quibus dicetur procedi ad venditionem pignoris.

6 Qñ † non antecedit factum, vt creditor vendere pignus posset, neque id pacto fuit ei prohibitũ, q̃uis de iure digestorũ procedere & posset creditor eo ipso, q̃ debitor esset in mora soluenda, ad illius venditionem sine alia denũciatione, vt hĩ l. si conuenerit. l. & notat ibi glo. ver. licebit. ff. de pig. act. vt ñ subiungit eadem gl. & affirmant alia l. creditor hypothecas, verbo testato, & alia l. vlt. verb. ex denunciatione. C. de iu. dom. imp. atque cõis doctorũ sñia, requiritur vna tantũ denunciatio, iuxta l. vlt. citatam §. sin aũt nulla, & hĩ l. 42. tit. 13. par. 5. attñ, post denunciationem illam, expectare tenetur creditor de iure cõi biennium, antequã pignus vendat, vt hĩ §. sin aũt nulla, citato: atq; biẽnium illud cõputari debet a denunciatione facta, si debitum sit liquidum; alioquin a sñia lata per iudicem, q̃ debitũ soluatur, & pignus vẽdi possit, vt hĩ gl. vlt. l. cum conuenerit. 1. ff. de pign. act. De iure tñ Castellæ l. 42. citata, si pignus sit res mobilis, solum tenetur expectare duodecim dies, si verò sit immobilis, tenetur solum expectare 30. dies atque hanc differentiam inter ius cõe, & Castellę, præter Greg. Lop. l. 42. citata, notat Villalobos, vbi supra nu. 15. suntq; ea de re varia iura in diuersis regnis, vt doct. admonent. Ius Castellæ.

Ius Castellæ. 7 Qñ antecessit † pactum, vt creditor non possit vendere pignus, licet tale pactum nõ valet ad effectũ, vt oĩno vendere illud non possit, quia esset cõtra publicã vtilitatem, qm̃, si creditor omnino nõ posset vendere pignus, non esset, qui commodare vellet indigenti, vt ait gl. vlt. l. si conuenerit. 1. ff. de pign. act. valet tñ ad effectũ, vt vẽdi nõ possit, nisi debitori, postq̃ fuerit in mora, facta fuerit trina denunciatio, vt soluat, quasi pactũ illud habeat hanc tacitã conditionem, nisi fuerit prius ei ter denunciatũ, vt soluat, iuxta Salyc. quem Neguſ. vbi sup. nu. 3. refert, ac sequitur. Ita hĩ expresse l. si conuenerit citata, & affirmant ibi gl. vlt. & alia l. creditor hypothecas, C. de distr. pig. verb. testato, atque alia l. vlt. verb. ex denũciatione. C. de iur. dom. impetr. & hĩ l. 42. citata, neq; quicquã hac in parte de iure Codicis est reuocatum, vt doctores, quos ibi Neguſ. refert, ac sequitur, affirmant. Porrò denunciationes hæ fieri non debent simul vnico cõtextu, sed, vt gl. vlt. citata, & Bar. ibi affirmant, inter vnam, & aliam, cũ minimũ, debet triduũ intervenire, aut, vt alij volunt, id debet iudicis arbitrio relinqui. Post eas verò denunciationes, expectare debet, antequã pignus vendatur, biennium, iuxta l. vlt. C. de iur. dom. imper. vt affirmant glo. vlt. citata, Bar. & Doctores cõiter. Idemq; biẽniũ expectari debet post res illas denũciationes de iure Castellæ, vt expresse hĩ l. 42. citata: vnde in hoc euentu, nihil discrepat ius Castellæ à iure cõi.

8 In tribus † euentibus explicatis, siue nulla denunciatio sit necessaria, vt vẽditio pignoris sit valida, siue vna sit necessaria, siue tres, semper, quando ad venditionem pignoris acceditur, admonere insuper oportet debitorem, vt assistat venditioni, non quidem quasi sine ea admonitione venditio esset nulla, quemadmodum nulla esset, si nõ adhiberentur aliæ admonitiones, & expectaretur tempus, de quibus hactenus est habitus sermo, sed

vt

vt absit suspicio fraudis, nec postea debitor agere possit pignoratitia actione ad interesse aduersus creditorem, ob fraudem in venditione commissam. Atque de hac admonitione potissimum habetur sermo. l. creditor hypotheças. C. de rem. pig. hancque doctrinam tradunt Bart. & communis doctorum sententia, quam Negusanus, vbi sup. num. 6. refert, ac sequitur.

9 Hactenus diximus de vendone pignoris conuentionalis. Quod verò ad iudiciale pignus attinet, quod capitur pro executione sniæ vltimæ, qua reus condemnatur ad quantitatem aliquam soluendam; vel qd capitur pro executione solutionis similis debiti, quod reus in iudicio cõfessus est se debere, iuxta l. a Diuo Pio, & l. debitoribus ff. de re iudicata, ac l. pen. tit. 27. par. 3. ad quam, & ad l. vlt. sequẽtem, remittit. l. 42. tit. 13. par. 5. longè diuersus ordo est seruandus. Nã a puncto latæ sniæ condemnatoriæ, a qua non appellatur, aut quæ est vltima, vt ab ea appellatio non concedatur: itemq; a puncto cõfessionis debiti in iudicio, quod proinde reus soluere iubetur, de iure cõmuni supersedendum est spatio quatuor mensium, antequam ex reo, & ex fideiussoribus illius capiãtur pignora iudicialia, quæ vẽdantur pro eo debito soluendo, quod tempus conceditur condemnatis ad soluendum. l. nihil. l. 2. & 3. C. de vsuris rei iudicatæ. Idemq; est de inte canonico. capitu. quod ad consultationem de sententia, & re iudicata, & c. quærenti, de offic. iud. deleg. Potest tamen huiusmodi tempus ex rationabili causa, pro debiti quantitate, & aliis circumstantijs coarctari, actari, ac prorogari a iudice, vt habetur. l. 2. ff. de re iudicata, & c. quod ad consultationem citato. De iure vero Castellæ, l. penul. citata, solũ conceditur spatium decem dierum, a confessione debiti, aut a lata snia, quæ transiit in rem iudicatã. Verũ aũt hodie sit aliquid in eo Regno innouatum, paulo inferius subijciemus. Obserua tamen, qñ agitur rei venditione, aut aliquis condemnatur rem aliquam in singulari tradere, tunc statim sententiã mandari executioni, sine expectatione quatuor illorum mensiũ de iure communi ciuili, aut canonico, vel decem dierum de iure Castellæ. Et tã res reddenda, absens sit, aut legitimũ aliquod occurrerit impedimentum, cur reddens illam reus statim non possit, præscribitur illi a iudice terminus, in quo illam reddere debeat, aut æstimationem illius, si omnino reddi non possit, adhibẽte reo fideiussores. Ita habetur in ſt. de off. iud. §. 1. iuncta gl. ibi, & l. penul. citata. Elapso ergo spatio quatuor mensium de iure ciuili cõmuni, & canonico, debitori ad soluendum concesso, si debitor intra id tempus non soluit, capiuntur intra duos alios menses, a puncto capturæ eorum, vt hb. l. debitoribus. ff. de re iud. Venditio autem fieri debet authoritate iudicis ordinarij, qui de causa cognouit in prima instantia. l. 1. & sequentibus. C. si in causa iudicati pign. captum sit l. vlt. citata, & alijs iuribus. Atq; hoc constitutũ fuit postea de iure Codicis, vt esset quatuor mẽsium, nisi iudici, cã cognita, & expensis circumstantijs concurrentibus, videretur ex iusta, & rationabili causa, arctandum, aut prorogandum. Alterum, post quã pignora sunt capta, duorum aliorum mensium, non quidem, vt debitor soluat, sed vt pignora eo tempore vendantur, nec prius perficiatur venditio, quam illi sint elapsi, vt iustum pretium reperiatur. si tamen, ante venditionem perfectam, debitor soluat debitum, non consummatur venditio, sed pignora illi reddantur, persoluente eo expensas, quæ fuerint factæ. Quod autem quatuor mensea statuti de iure Codicis, non respondeant duobus mensibus l. debitoribus, constitutis post capta pignora ad illa vendendum, sed sint tempus distinctũ, assentant aduersus glo. 1. l. 2. C. de vsu. rei iud. ac gl. vlt. l. si debitori ff. de iudicijs, ac Cynum (quos perperam Grego. Lopez l. pen. citata glo. 1. sequitur) Bar. vt sit additio ad gl. 1. l. 2. citatam, Alex. & Ias. quos Negus. vbi supra nu. 7. refert, ac sequitur. De iure verò partitarum Castellæ, post decem dies capiuntur pignora, vt dictum est, solumque statuuntur viginti dies ad illa publicè vendenda (& decem, si sint bona mobilia, vt habetur l. 52. tit. 5. par. 5.) quibus finitis perficitur venditio cum eo, qui plus pro illis obtulit. Ita habetur l. vlt. tit. 27. par. 3.

12 Hodie verò de iure Castellæ l. 1. & quinq; sequentibus, tit. 22. lib. 4. nouæ collect. snia, quæ in rem transiuit iudicatã, atq; confessiones debitorem in iudicio per ipsomet debitores, itemque publica instrumenta contractuũ, quin & priuata, modo in iudicio a debitoribus recognoscantur ab ipsis fuisse confecta, habent paratam executionẽ: neque admittitur aduersus eam exceptio, quæ illam impediat, quominus ad effectum perducatur, quousq; diuenditis bonis debitoris, in quibus fit ea executio, in regiè creditori sit satisfactum, nisi paucæ quædam quæ l. 1. citata commemorantur, atque illæ probari per debitorem debent intra decem dies, computandos a puncto, in quo debitor tali executioni se opposuerit: quo autem tempore se possit opponere, statim subijcietur. Quamuis autem solæ illæ exceptiones, probatæ intra decem dies, impediant executionem, eo tũ ipso, quod debitor aliquid aliud opponit, vel aliquid de numero eorum, quæ impediunt executionem, si intra decem dies probentur, non potest executio perduci ad effectum, nisi creditor fideiussores præstet, quod, si postea lata aduersus ipsum fuerit sententia, restituet omnia, atq; etiam expensas; ac tunc dissoluitur venditio bonorum debitoris prius facta, ipsique omnia restituuntur, vna cum damnis inde subsequutis.

Porrò l. 19. eiusdem tit. 22. sequens forma, in huiusmodi executionibus faciendis, præscribitur. *Ordenamos, y mandamos, que quando se pidiere alguna execucion, y al juez le pareciere, que la escritura, o recaudo, por que se pide, deue ser executada, de su mandamiento de execucion, sin citar ala parte executada para ello, mandando por el, que se haga la execucion en bienes muebles, y por falalos, en bienes rayzes* (sic enim fieri debent executiones incipiẽdo a bonis mobilibus, vt hb. l. a Diuo Pio, §. in venditione. ff. de rei iudicata) *con fianzas a das de saneamiento, y aue, en defecto de las dichas fian-*

jus Lusitan.

*fianchas, sea preso el deudor, no siendo tal, que, conforme a las leyes destos Reynos, no pueda ser preso por deuda, y por esta forma se haga la execucion en bienes muebles, y a falta dellos, en rayzes, y haziendose en bienes muebles, se den los pregones por nueue dias de tres en tres dias cada uno: Y siendo bienes rayzes, se den tres pregones en veynte y siete dias, denuene en nueue dias cada pregon, y dados los dichos pregones, sea citado el deudor para remate en su persona, si pudiere ser auido, y sino, en su casa, haziendolo saber a su muger y hijos y criados, si los tuuiere, y sino, a los uezinos mas cercanos. Y hecha la dicha citacion, si dentro de tres dias se oppusiere, y alegare excepcion ligitima conforme a la ley primera y segunda de este titulo, corran los diez dias desde la oppusicion, haziendose como dichos es, dentro del tercero dia; y no haziendose la oppusicion dentro de los dichos tres dias, mande el juez hazer remate, y pago a la parte, dādo las fianzas la parte. que pido la execucion, que la de y de Toledo* (secunda videlicet eiusdem tituli) *y las otras leyes destos Reynos piden, y haga el remate y pago sin embargo de qualquiera appelacion.*

Ius Lusitanũ. 13 De iure Lusitano 3. lib. ord. titul. 71. statuitur, snĩa, quæ in rem transeunt iudicatã, debitorum, de quibus loquimur, mandandas esse executioni statim, ac creditor id à iudice exigit (idem intelligo de similibus debitis, quę debitor in iudicio confitetur.) Atque dum primo executio intentatur, admouendum esse debitorem, vt soluat, aut vt continuo tradat pignora sufficientia adhibiti, & expensarum, satisfactionem: qua admonitione facta, necesse non est postea, tpe venditionis pignorum, iterum admoneri. Quicquid autem debitor excipiat, peragi nihilominus debet executio, atque ex pignorum pretio persolui dēt victori debitum; modo cautionem fideiussoriam sufficientem exhibeat, q, si lata aduersus ipsum fuerit snĩa circa eas exceptiones restituet omnia, absque vlla tergiuersatione, ēt expensas: alioquin pecunia, vnde debitum erat soluēdum, deponitur apud competentem depositarium, quousq; circa exceptiones snĩa feratur. Quod si reus fuerit absolutus, restituuntur ipsi sua pignora, nihil impediente venditione, exceptis fructibus ex eis perceptis, qui relinquuntur emptori: is tñ, qui executionē peragi fecit, persoluit reo valorem eiusmodi fructuum. Quòd si emptor melioramenta aliqua pignoribus fecit, illi persoluuntur à dño pignorum, compensando in eo euentu, in melioramentis, valorem fructuum, quos emptor ex pignoribus pcipit. Lege ibidem, quæ exceptiones à reo opponi possint, & quæ non. Item quo pacto fieri debeat executio, prius in bonis mobilibus, & eis deficientibus, aut non tradente illos debitore, quando fuit requisitus, in immobilibus. Ac bona mobilia per decem continuos feriatos dies, & immobilia per triginta, computandos à die, in quo pignora vsurpata sunt, quotidie in locis publicis oppidi, in quo executio fit, esse proclamando vendi, atque in vltimo, etiam si dies festus sit, facta proclamatione in locis, vbi ad id homines conuenire solēt, esse iussu iudicis perficiendam venditionem cum eo, qui plus pretij pro illis obtulerit. Hæc, & alia eo titulo continentur.

Ius Lusitanæ. Sicut aũt supra dictũ est de pignoribus cõuentionalibus, ita hoc loco de iudicialibus est dicendum, videlicet, si maiori pretio fuerint vendita, q̃ sit ad pro quo executio fit computando etiã expensas, incrementum reddendum esse debitori l. debitoribus, in fine, ff. de re iud. & l. vlt. titul. 27. par. 3. Quòd si ex pretio pignorũ satisfactum non sit integrum debitum, fit iterum executio in bonis debitoris, quousq; integrũ debitum persoluatur: neq; enim solis precedentibus pignoribus facta esset integra executio snĩæ, ac debiti. Ita hĩ l. vlt. citata, resque ex se est satis perspicua, & consentiunt l. quæ hypothecas, & l. specialiter. C. de distract. pig. & l. 2. C. de pign. tametsi in his iuribus solum fit sermo de pignoribus, & hypothecis cõuentionalibus. Si aũt, intra terminum venditioni pignoris præscriptum, nõ inueniatur, qui pretium pro eo offerre velit, aut qui offerre velit, quantum valet, conceditur à iudice ei, in cuius fauorem fit, executio, vt per se, vel per eũ, qui nomine ipsius executionem petit, possit licitari, seu augere pretium, perinde ac quiuis alius, vt ipsi venditio fiat. Ita hĩ l. 2. C. si in cã iudicati pign. captum sit. Lusitanæ verò ordinationes tit. 71. pitato. §. 13. constituunt, vt id solum fiat vltimo die, in quo venditio perfici debet, & vt tunc petatur à iudice ad id facultas, quam concedere teneatur. Quòd si metu, aut industria eius, aduersus quem fit executio, non inueniatur, qui pretium offerre velit, aut qui offerret velit, quantum sub eo vēditionis modo pignus valet, tunc l. vlt. C. si in caus. iud. pign. cap. fit, sancitur, vt pignus concedatur ei, in cuius fauorem fit executio, pro eo, quod ei debetur, & vt comparet illius dominiũ, atque tunc iura communia innuere videntur, vt siue plus, siue minus, pignus valeat, so fit contentus, nec possit plus exigere, vt patet ex Diuo Pio, §. si pignora ff. de re iud. l. ordo. C. de executio rei iud. & l. vlt. §. fin autem tpe C. de iur. dom. impet. In hoc tamẽ vltimo iure, sermo est de pignore conuentionali, & conceditur, vt in eo euentu creditor adeat principem (intellige cum Negus. l. vbi sup. nu. 10. & cum alijs, quoad iudicem in ministrũ ipsius) qui sibi pignus pro debito addicat, quo obtento, comparat dñium illius: ita tñ, vt, si debitor intra biennium à pũcto, quo pignus creditori pro debito est concessum, illi offerat debitum integrum, cum omnibus damnis creditori ex cõtumacia debitoris subsequutis, etiam lucri cessantis, recuperet suum pignus. Merito aũt lex Castellæ vlt. tit. 27. par. 3. statuit, vt siue timore, siue amore debitoris, aut qua- 14 uis alia de causa, non inueniatur pro pignore iustum pretiũ iudex illud victori applicet, tanquam ei venditum pro pretio, quod iudex ipse fuerit arbitratus esse iustum. Quare, si eiusmodi iustum pretium excedat debitũ, & expensas, victor reddere tenetur damnato incrementum: si verò debitum, & expensas non attigerit, cogetur is, cuius erat pignus, psoluere insuper, qd deest ad debiti, & expensarũ complementũ. Has fere omnes solutiones, seu modos huius executionis faciendæ,

Ius Lusitan.

Ius Castellæ.

de, tradit gl. §. si pignora, citato. Mihi oīno placet, vt, si non sit alius, qui pro pignore illū pretium sub illo vendendi mō offerat, in primis victor ad licitandum admittatur. Quod si non poneret ad infimum iustū pretium sub illo vendendi mō, iudex illud ei adiudicet pro infimo pretio iusto. Qđ si victor pro eo illud minimè voluerit, & intelligatur culpa dñi pignoris non inueniri maius pretium, illud iudex victori adiudicet in solutionem debiti, cum facultate dño pignoris, vt intra biennium soluat integrum debitum, & damna omnia subsequuta, atque ita redimat suum pignus. Si autem nulla interueniat culpa debitoris, tradat pignus victori retinendum pro debito, quousq; inueniatur, qui ad iustum pretium pro eo pignore attingat. Hæc de pignore iudiciali.

25 Quod † verò ad pignus prætorium (vt à iudiciali presè sumpto distinguitur) attinet. Communis opin. cum Bart. quam Negus. vbi supra num. 8. refert, ac sequitur, est. Cum in iure sanctum non inueniatur, intra quantum tempus debeat vendi, iudicis arbitrio, spectatis circumstantijs omnibus concurrentibus esse committendum, quanto tempore vendi debeat.

26 Vt ad pignus † conuentionale latè sumptū potissimū regrediamur, Admonet, cū Alber. Greg. Lopez l. 42. tit. 13. par. 5. verb. *otreynta*, si vel nullum antecessit pactum de pignore conuentionali vendendo, vel pactū antecessit de illo non vendēdo, breuiorq; reperiatur via ad illud vendendum, debitumq; recuperandum (præsertim iuxta quorundam regnorū leges, & statuta) si recursus fiat ad vjam exequutiuam iudicis authoritate, atque adeo ad pignus iudiciale; tunc postulandam esse coram iudice à debitore solutionem debiti, atque si id non soluat, intentata aduersus illum exequutione in bonis illius pro eo debito, conuertendum esse pignus conuentionale in iudiciale.

27 Illud est obseruandū, qñ † res aliqua in pignus, aut hypothecam, multis ordine quodam obligata est, si illam rite (iuxta ea quæ dicta sunt) vendat is, cui prius est obligata, vel qui ius prælationis ad eam vendēdam, indeq; recuperandum suū debitum, hēt, tunc extingui oīno in illa ius pignoris, aut hypothecæ, manetq; prorsus liberā emptori, ita vt neque à debitore repeti possit, offerendo creditori, aut emptori, debitum, neq; à posteriore creditore, cui obligata posterius erat. Idem dic, qñ ritè vendita est ab eo, cui solebat obligata, autem idcirco obligata primo manet, quòd debitor, soluendo debitum priori, aut prioribus creditoribus, extinxit in illa ius hypothecæ, quo prius obligata erat; tunc enim nullum remanet ius debitori comparatione emptoris, neque posteriori alij creditori. Ita hī l. 3. in prin. & l. 2. C. si antiquior creditor pign. vendiderit l. qui à creditore. C. de distract. pign. l. cum prior. ff. eod. tit. & alijs iuribus.

Hoc loco obiter admonuerim, me non deprehendere, quam difficultatem contineat quæstio, quam Couar. 3. var. resol. c. 18. nu. vlt. excitat. Vi-
28 delicet, num † creditor, cui res, sibi obligata iudicis sñia traditur, vt illam iure pignoris, aut hypothecæ, obtineat, donec sibi satisfiat suum debitū, petere possit à iudice, vt præscribat certum terminum antiquo possessori, à quo oblata est, vt debitum soluat, alioquin solemniter vendatur, ne creditor cogatur, computando fructus rei illius in sortem, paulatim accipere ex re illa debitum suū. In primis enim occupari non potest hypotheca ex tertio possessore, vt tradatur creditori in pignus, antequam debitor principalis sit in mora soluendi debitum, & antequam sit facta exequutio in bonis illius, atq; etiam fideiussorum, si qui adhibiti erant pro debito illo soluendo, vt disput. 534. dictum est. Existente verò debitore in mora soluendi debitum, siue pignus sit iudiciale, siue conuentionale, vendi potest, ac dēt, postulante id creditore, modis hactenus explicatis, neq; vllum potest esse dubium, creditorem non posse remorari à receptione sui debiti, cogendo eum paulatim illud recipere ex fructibus pignoris. Interim verò, dum debitor principalis non est in mora soluendi, non potest occupari hypotheca iudicis authoritate, vt tradatur creditori in pignus, etiam si à debitore ipso possideatur, nedum si à tertio aliquo effecto rei illius domino, possideatur.

29 Hoc † obiter annotato, vt ad venditionē rei pignori, aut hypothecæ, multis obligatam regrediamur, non idem dicendum est, si debitor illam tradat in solutum, aut vendat primo creditori, cui prius fuit obligata, aut ei, qui ius prælationis supra reliquos creditores hypothecarios habeat: si enim posterior creditor offerat priori, quod ei sub illo pignore, aut hypotheca, debebatur, tenetur prior creditor reddere talem rem posteriori creditori, nisi (vt disp. 536. dictum est) prior creditor persoluere velit posteriori creditori, quod sub eodem pignore, aut hypotheca, ei debebatur. Ita habetur l. 1. C. si antiquior cred. pign. vendiderit, l. cum prior. ff. de distract. pig. & l. 46. iuncta glo. 1. Greg. Lopez ibi, tit. 13. par. 5. Idem ait Greg. Lopez, ibidem esse, si eadem res multis hypothecata, à iudice applicatur in solutum priori creditori: quoniam iudicis factum reputatur factum ipsius debitoris, iuxta l. si ob causam. C. de euict. Quòd si prior creditor, qui rem sibi, & alijs hypothecatam, ita emit à debitore, aut eam à debitore, vel à iudice, accepit in solutum, illam vendat alicui tertio, aut etiam tertius alicui quarto, poterit nihilominus posterior creditor illam repetere, offerendo, quod priori illi creditori sub ea hypotheca debebatur. Ita Grego. Lopez vbi supra cum alijs, quos citat: quoniam prior ille creditor non vendidit tunc illam iure primi creditoris, ad accipiendum ex pretio illius, quod sibi debebatur, sed eam vendidit, vt rem sibi prius à debitore venditam, aut traditam in solutum; ac proinde non plus iuris ea venditione transferre potuit in emptorem, quam ipse iure emptionis à debitore, aut traditionis in solutum comparauerit.

Obserua tñ, cum prior creditor, emendo rem illam à debitore, aut accipiendo eam in solutum, vertè comparet eam dominium illius (temetsi cū onere explicato comparationis posterioris creditoris) non secus ac si aliquis extraneus eam ab eodem debitore emisset, aut accepisset in solutum vtique fructus,

fructus, quos ex illa ipse perceperit, aut alius in eius dominium prior creditor illã trãsferat, vsque ad ipsũ, in quo priori creditori à posteriore suum debitum cũ effectu offeratur, ad ipsos pertinent, neque manent hypothecæ posteriori creditori subiecti: secus autem, q̃ tunc reperti fuerint pendentes ex ipsa re, aut qui fati, concepti, aut nati sunt interim, dum res erat debitoris, si adhuc existant, iuxta ea quæ disp. 529 fusius explanata sunt. Ita Greg. Lopez l. 46. citata verb. *dexelo desamparar.*

20 Quòd si primus† creditor, ive, q̃ ius prælationis supra reliquos creditores hypothecarios hẽt, vendat pignus, aut hypothecam, posteriori creditori, tunc, si debitor offerat illi, tum quod debebat priori creditori, qui rem ita vendidit, tum etiã, q̃d debebat ipsimet emptori, recuperat debitor rem suam: cum tñ non remaneret, illi ius ad eam recuperandam, si primus creditor vendidisset illam alicui extraneo, qui creditor hypothecarius cõparatione eiusdẽ rei non esset. Eodem modo, posterior alius creditor, offerendo huic secundo, quod pro ea re primo dedit, & quod eidem secundo debebatur, consequitur eandem rem, vt ex ea ipsi etiam soluatur, quod sibi debetur. Ita habetur l. si prior, §. sciendum. ff. q̃ potior. in pign. l. cum secũdus, §. vlt. ff. de distract. pigno. & l. 46. tit. 13. par. 5. Fructus tamen, qui percepti fuerunt ab eo, qui rem illã emit à primo creditore, interim dum dominium illius apud ipsum pseuerauit, manẽt omnes absolutè præcipui ipsius, si res illa à debitore redimatur, vt affirmat l. 46. citata, iuncta glo. vlt. Greg. Lopez ibidem: q̃n quidem res illa non est hypothecata debitori, sicut alijs posterioribus creditoribus hypothecata est. Quo loco obserua, vt rectè Greg. Lopez ibidem verb. *la otra deuda*, ait, quamuis posterior creditor plus pretij dedisset pro ea re priori creditori, quam quod eidem priori creditori debebatur, si tamen incrementum illud non esset traditum debitori, non teneri postea debitorem reddere plus posteriori creditori ad redimendam rem suam, quàm quòd debebat priori, & posteriori creditori; sed posteriorem creditorem debere recuperare incrementum illud à priori creditore, cui minimè debebatur. Item, si eadem res duobus sit hypothecata, cæterum priori creditori, vltra eam hypothecam, dati sint fideiussores pro eodem debito; tunc, si primus creditor debitum exigat à fideiussore, quod efficere potest, ac postea à iudice vendatur fideiussori pro pecunia, quam priori creditori loco debitoris soluit; eo quòd subeant eo ipso vicem prioris creditoris poterit nihilominus, tum posterior creditor; tum etiam debitor, offerre fideiussori totum, quod soluit priori creditori, dissolueturque eo ipso venditio, ac recuperabit rem hypothecatam, vel posterior creditor, vel debitor ipse, prout vnus, aut alter eorum, id fideiussori soluerit. Ita habetur l. 2. iuncta glo. ibi, & iuribus, quæ citat ff. de distract. pig. & l. 45. tit. 13. par. 5.

21 Quamuis creditor, qui† iuxta hactenus dicta ritè vendit pignus, aut hypothecam, sibi pro debito obligata, dñs talis pignoris, aut hypothecæ, non sit; nihilominus dominium transfert in emptorem: q̃n iuris dispositione in eis euentibus, tanq̃ procurator debitoris, qui dñs rei illius est, eam vendit, etiam debitore ipso inuito. §. contra autem. Instit. quib. alien. licet, vel non l. creditori. ff. de noui oper. nunciat. l. 2. C. debitorem venditionem pignoris impedire non posse l. 4. ff. de pignor. act. & l. 43. tit. 13. par. 5. in multisque alijs euentibus, qui dñs non est, transfert dñium rei alicuius in aliũ, vt not. glos. §. citato. Vt autẽ emptor dñium rei ita emptæ cõparet, vt doceri l. qui prædium. ff. de distract. pig. & penul. ff. eod. tit. & l. 43. citata, necesse esse, vt prius emptor in pignoris possessione mittatur, & ita cum Bal. affirmat. Negus. vbi supra nu. 11. Lege 43. citata tradi etiam videtur, necesse insuper esse, vt emptor tradat pretiũ, quasi non satis sit, vt in alijs venditionibus, creditorem fidem habere de illo. Id verò intelligit ibi 2 Greg. Lopez, quando creditor maiori pretio vendidit rem, quàm esset, quod sibi debebatur: quoniam de incremento, quod ad debitorem pertinebat, non potuit fidem habere, sine debitoris consensu. Nisi fortè non potuisset aliter rem vendere, rationabiliterque tunc, spectatis circumstantijs concurrentibus, ita vendidit l. eleganter. §. si vendiderit, & l. si pignore. §. vlt. ff. de pig. act. Longiorem de hac re disputationem legito apud Negus. vbi supra nu. 37.

Quòd si debitor, post rem creditori obligatam, vinculum in ea faciat, eam leget, aut prohibeat in futurũ alienari, vel quoduis aliud circa rem disponat, immo quicquid postea succedat, quod nõ habeat ortũ ex iure aliquo in eadem re antiquio-
22 re, præiudicare† non potest priori iuri reali creditoris in eadem re, ac proinde impedire nõ potest, quòd creditor, hæresve illius, aut alius, qui ius à creditore ad id habeat, modis explicatis eam vendat, vt ex se est notissimũ, & habetur l. 1. C. debitor. vend. pign. prohib. non posse. Item nisi debitor integram totius debiti solutionem creditori cum effectu offerat, impedire non potest in prædictis euentibus venditionem rei illius, quicquid creditori, aut emptori protestetur, vt habetur l. 2. C. eo. tit. & l. 48. tit. 13. par. 5. atque ex se satis est perspicuum. Eodem modo posterior alius creditor, nisi similiter integram totius debiti solutionem priori creditori offerat, impedire non potest eandem venditionem, vt ex supradictis, & ex l. vlt. C. si antiquior cred. satis liquet. Lege circa hæc omnia Negusan. vbi supra nu. 15.

Dictum est, nisi debitor integram totius debiti solutionem creditori cum effectu offerat: quia interim dum quicquam debiti, pro quo aliquid, aut aliqua, pignori, vel hypothecæ, subiecta sunt non soluitur cum effectu, etiam si reliquæ debiti partes solutæ iam antea sint, nihil de pignore, aut de pignoribus, reddere tenetur debitori creditor, aut hæredes ipsius; eo quòd ius pignoris, aut hypothecæ, pro aliquo debito indiuiduum sit comprehendens simul omnia, ac proinde procedere creditor potest ad venditionem eorum vsque ad integram totius debiti satisfactionem. Ita habetur l. quandiu. C. de distract. pign. l. qui pignori. ff. de pign. & l. 43. tit. 13. part. 5. Ex eadem ra-

dice

dice, quod ius pignoris, aut hypothecæ, sit indiuisum, oritur, quod si debitor principalis è vita discedat nõ soluto integro debito, relinquatq; multos hæredes, non satis est, vnum eorũ soluere partem debiti, quam solam ipse, iuxta portionem, in qua hæres existit, tenet soluere, vt aliquid pignorum, aut hypothecarum, liberum maneat ab onere, quin potius creditor totum poterit vendere l. si necessarias C. de distr. pign. l. 2. C. si vnus ex pluribus hæred. & alijs iuribus. Item ex eodem fundamento proficiscitur, quod si creditor moriatur, multosq; hæredes relinquat non satis sit vni eorũ soluri partem eius debiti, q̃ illi debetur, vt aliquid pignorum, aut hypothecarum liberum maneat, sed reliquos hæredes procedere posse ad pignora, & hypothecas vendendas pro reliquo debiti. Ita hĩ l. solutum. §. si creditori. ff. de pig. act. & l. 1. C. si vnus ex plurib. hæredib. Immò verò, esto integrũ debitum solutum sit si tñ expensæ aliquę cum pignore, aut in debito exigẽdo, sint factæ, vel vsuræ, aut aliquid rõne illius debeatur, retineri pro his potest pignus & vendi, vt hæc quoq; soluantur l. si necessarias. §. vlti. & l. cum & sortis, in prin. ff. de pignorat. act. ac. l. in his. §. imperator. ff. de solutionibus. Atque hæc omnia affirmat Neguſan. vbi ſupra nu. 21. cum alijs, quos refert.

23 Qñ ꝯ multę res pignori, aut hypothecæ, creditori fuerunt pro debito ſubiectæ, quãuis in optione creditoris ſit, progredi ad venditionem eius, q̃ maluerit earum, vt in euentibus explicatis debitũ ſuum recuperet, vt hĩ l. creditoris. ff. de distrac. pigno. ſi tñ aliquid illi ſpecialiter fuit obligatum, & reliqua generaliter, prius progredi dẽt ad venditionem eius, quod ipſi ſpecialiter obligatum eſt, ſi ſatis id ſit, vt ſibi debitum cõſequatur; ꝙ ſemper præſumitur, niſi creditor contrarium probet; & poſtea progredietur ad alia inſuper vẽdenda, ſi illud ad id ſatis non ſit l. 2. C. de pign. & l. quæ ſpecialiter. ff. de diſtract. pigno. Item quando multæ res ſunt pignori, aut hypothecæ, obligatæ, ſi vna vendita ſufficiat ſolutioni debiti, non poteſt creditor progredi ad vendendum omnes. Præterea, ſi ſufficiat deteriot, pro qua debitum integrum repetitur, non poteſt creditor progredi ad vendendum meliorem. Ita gl. Bar. & alij l. quãdiu. C. de diſtract. pig. concinit l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. & fauet l. magis. §. item prætor. ff. de reb. eorum: ſemper enim exequutio fieri debet cum minori poſſibili detrimẽto debitoris, modo id commodè ita fieri poſſit. Ea de cauſa, ſi creditor vendat oĩa pignora, cum ſufficiat vnum, aut vendat melius, cum commode recuperare poſſit ſuum debitum, vendito viliori, cenſebitur eſſe in dolo, agereq; poterit debitor ad intereſſe, vt Bar. Panor. & communis ſententia, quam Neguſ. vbi ſupra nu. 28. refert, ac ſequitur, merito aſſeuerant. Idemque eſt dicendum de pignore iudiciali, de quo eſt ſermo. §. in venditione citato. Hinc efficitur, quòd, ſi creditor aggrediatur vendere plures rei, aut meliorem, & debitor dicat, vnam ſufficere, aut ſufficere deteriorem, atque à creditore petat, vt ſibi permittat, illam vendere, obtinere id debeat, iuxta Bart. & alios, quos idem Neguſ. vbi ſupra nu. 22. refert, ac ſequitur, argumento l. quãuis, in prin. ff. de pign. act. Arbitror tamen tũc tum tempus eſſe præſcribendum debitori, in quo rem vendat, adhibereque debere debitam cautionem, ſi creditor illam poſſideat, ac debitori, aut alteri, ſit tradenda ad venditionem vt iuxta leg. quamuis citatam, in ſuperioribus dictum eſt.

Quamuis autem creditor pignus debitori conceſſiſſet precario, id eſt, vt illud creditori reſtitueret, quando creditor illud ab eo peteret, poſſet creditor procedere ad venditionem illius, modis ſupra explicatis l. 2. C. de diſtract. pig. iuncta leg. cum & ſortis. §. 1. ff. de pign. act. Quod ſi in mora eſſet reſtituendi illud creditori, aut emptori, poſſet creditor agere aduerſus illum ad intereſſe pignoratitia actione contraria, & inſuper ad rem recuperandam interdicto precario l. ſi pignore. §. ſi poſt, iuncta gl. ibi. ff. de pig. act. atque cum alijs affirmat Neguſ. vbi ſupra num. 26.

Quamuis creditor vendere poſſit pignus modis explicatis, & illud emere à debitore, vt ſupra dictum eſt; debitor tamen emere illud, ſiue ſciens, ſiue ignorans, non poteſt: quia emptio, qua quis rem ſuam emit, eſt nulla. Vnde, ſi illud † minoti 24
pretio emat a creditore, quam ſit debitum, tunc pretiũ, quod creditor accipit, credit in ſolutionem partis debiti, creditorq; retinere poteſt pignus p reliqua parte debiti nondum ſoluta, ac recuperare illud poteſt, ſi iam eſſet traditum debitori l. debitor. in prin. ff. de pign. Item creditor ipſe, dũ pignus modis explicatis ritè vendit, neque per ſeipſum, neque per interpoſitam perſonam, poteſt illud emere: quòd ſi illud emat, põt debitor quocunq; tempore ſoluere illi ſuum debitum, & recuperare pignus, cũ fructibus ex illo perceptis. Præſumitur verò creditor per interpoſitam perſonã illud emiſſe, q̃n ſemper continuauit poſſeſſionẽ, neque illud tradidit emptori. Ita hĩ l. & quæ ſub imagine. C. de diſtrac. pign. & l. 44. tit. 13. par. 5. Lex autem 44. definit, ſi alius emptor nõ reperiatur, poſſe iudicis authoritate vendi, ac additi creditori, iuſto pretio: ꝙ pretium ſi debitũ excedat, reddet creditor incrementum debitori: ſi autem debitum totum non æquet, concederetur creditori actio ad id quod ad integrum debitum perſolnẽdum deeſt, aduerſus debitorem. Atq; hoc conſentit cũ l. 2. & 3. C. ſi in cauſa iudicati: tametſi duo hæc iura de pignore iudiciali, & non de conuentionali, loquantur. Quia tamen, quando deeſt emptor, ſaltem, qui pretium infimum iuſtum reddat æquitas poſtulat, vt id conuentionali pignore fiat, ꝙ circa iudiciale comperitur iure diſpoſitũ, neq; l. & qui ſub imagine citata, intelligenda eſt in hoc euentu, in quo eſſet prorſus irrationalis, vtique, quod ſupra in hoc euentu de pignore iudiciali dictum eſt, tam de iure communi, quàm de iure Caſtellæ, & Luſitano, ſimiliter eſt intelligendum de pignore conuentionali.

25 Quando creditor ritè, iuxta † hactenus dicta, vendidit pignus, aut hypothecam, attamen dolo vendidit minori pretio, quàm valebat, ſi id probetur, tunc ſi emptor conſcius fuit doli, illoue participauit, poterit debitor agere aduerſus cre-

creditorem ad interesse, & in defectu creditoris, si soluendo non sit, aduersus emptorem, vt restituat rem emptam cum omnibus illius fructibus, soluendo ei pretium, ꝙ pro illa dedit, si non excedebat valorem debiti, pro quo ea res fuit pignori, aut hypothecæ, obligata: quod si excedebat, satis est soluere illi pretium vsque ad latitudinem debiti: reliquum verò recuperabit à creditore. Atque in hoc euentu, quando. s. emptor dolo participauit, non conceditur emptori optio augendi pretium dño illius vsque ad limites iusti, & retinendi rem, nisi dominus rei id ẽt velit: quin potius rei dominus poterit illam cum fructibus ab eo auferre, nihil impediente, quòd emptor augmentum pretij vsque ad limites iusti domino illius offerat. Hæc habentur l. 1, & 3. C. si vend. pig. agat. & l. 49. titu. 13. par. 5. excepto hoc vltimo, quod, quamuis habeatur l. 49 citata, non tamen alijs iuribus cõmunibus, id tamẽ affirmãt gl. vlt. l penul. C. si ṽend. pign. agat. Azo, à Greg. Lopez l. 49 citata glo. vlt. citata relatus, Bald. & alij, quos Negus. vbi supra, nu. 27. refert, ac sequitur. Addit tamen Negus. cũ Bald. si emptor non participasset dolo, sed solum sciens, & prudens emisset eam rem minori pretio, tunc dari illi optionem augendi pretium vsq; ad limites iusti: ꝙ in foro exteriori intelligo, quando res esset empta infra dimidium iusti pretij, iuxta l. 2. C. de resc. vend. Qñ autem dolus interuenit solum ex parte creditoris, ad nihil omnino tenetur emptor. Ita hẽ l. si cessante. C. de distr. pig & l. 49. citata, atque affirmat gl. vlt. l. 1. citata, & consentiunt doctores communiter. Quando verò fraus, ac dolus interuenit solum ex parte emptoris, qui fraudulenter creditorem induxit ad vendendum minori pretio, tunc ipse solus tenetur, ac proinde debitor vendicare ab eo poterit rem cum fructibus persoluta ei dumtaxat latitudine debiti, pro quo res illa subiecta erat pignori, aut hypothecæ, ipse verò emptor, si plus pro ea re in pretiũ dedit creditori, recuperet à creditore incrementum illud. Merito tñ à Salyceto, Greg. Lop. & à Negus. vbi supra reprehenditur glo. vlt. in fine l. 1. citata, quatenus innuit, qñ dolus interuenit ex parte solius, emptoris, teneri creditorem emptorem verò solum teneri in subsidiũ, atq; in defectum creditoris. Dolus quippe egredi non debet personã, quæ illum commisit l. Fulcinus §. si aduersus. ff. ex q. b. cau. in poss. eat. & l. si cessante. C. de distract. pign.

26 Qñ † creditor rem vendidisset extra euentus iure permissos, minimeq; seruato ordine à iure ea in parte præscripto, tã supra dictum sæpe est, emptionem, & venditionem esse nullam, & debitorẽ agere posse ad interesse aduersus creditorem, vel vendicare posse rem ita vẽditam, vnà cum fructibus omnibus illius, persoluta emptori sola latitudine debiti, pro quo res illa pignori, aut hypothecæ, fuerat obligata; vel, si minori pretio illã emit, persoluto ei pretio, pro quo illam emit, & reddito creditori incremento vsque ad totam latitudinem debiti. Si autem emptor rem iam præscripsisset, tunc nulla actio competeret debitori aduersus emptorem, sed solum agere posset ad interesset aduersus creditorem. Hęc omnia habentur l. 2. & penul. C. si vend. pig. agatur, & l. 48. tit. 13. par. 5. Atq; habent verum, ẽt si in venditione interuenisset de certum iudicis. Quamuis enim tunc præsumeretur omnia interuenisse necessaria, vt vẽditio ritẽ esset facta; si tamen contrarium probaretur, prædicta omnia similiter haberent locum. Ita Negusan. vbi sup. nu. 28. cum alijs quos citat.

27 Qñ aliquid † ritè ab Ecclesia, vel minore, pignori, aut hypothecæ, fuit subiectum, præcedentibus, ad id solemnitatibus necessarijs, si postea non soluatur debitum potest procedi ad venditionem pignoris, aut hypothecæ, modis explicatis, perinde ac si pignus, aut hypotheca, esset cuiusuis priuati, idque absque alijs solemnitatibus. Ita, iuxta l. si pupillorum. §. 1. ff. de reb. eorum, Bart. & Florianus, quos Negus. vbi supra nu. 15. refert, ac sequitur, atque id supponunt iura statim citanda. Si tñ ex venditione subsequuta, minor, aut Ecclesia, comperiãtur notabiliter læsi, quia minori pretio, quàm infimo iusto, pignus, aut hypotheca, fuit vẽdita, conceditur eis intra quadriennium, ab ætate viginti quinque annorum eius, qui fuerat minor, aut Ecclesiæ à pũcto, quo venditio fuit celebrata, restitutio in integrũ aduersus emptorem, & tũc, reddendo emptori pretium vsque ad latitudinem debiti, pro quo res fuit pignori, aut hypothecę, subiecta, recuperant minor, aut Ecclesia, pignus, vel hypothecam. Idẽest de absente rei publicæ causa, & de quocunque alio, cui ex clausula generali cõceditur restitutio in integrum, iuxta ea, quæ inferius suo loco dicenda sunt: si enim, illis absentib. pignus, aut hypotheca, vendatur, reperianturque notabiliter læsi, tunc similiter intra quadriennũ à tegtestu, aut à cessante alio impedimento, id illis petentibus, simili modo rescinditur venditio. Ita habetur l. si creditor. §. illud sciendum. ff. de distract. pign. & l. 47. tit. 13 part. 5.

28 Superest explicemus, num † si creditor pignus, aut hypothecam, vendat atque euincatur, teneatur de euictione, an non. Ac dicendum est, non teneri, siue creditor vendens sit fiscus, siue aliquis priuatus, vt habetur l. 1. & 2. C. creditorem euictionem pignoris non habere leg. periculum ff. de pig. l. vlt. titu. 13. part. 5. & alijs iuribus: modo tamen sequentia seruentur. Primum, quòd vendat vt creditor, non verò vt dominus rei. Ita colligitur ex l. 1. in princ. C. cred. euict. pign. non deb. affirmatque ibi glo. vlt. & habetur l. vlt. tit. 13. par. 5. atque asseuerat communis doctorum sententia. Si enim eam rem vt suam venderet, teneretur de euictione. Tunc verò censetur illam vendere vt creditor, quando sufficienter id exprimit emptori: censeretur verò sufficienter id exprimere, si diceret, ego Petrus creditor Ioannis tibi vendo hoc pignus, aut hypothecam, vt cum alijs docet Negus. vbi supra nu. 40. secus verò si solum diceret, ego Petrus vendo tibi hanc rem. Excipe, nisi constaret emptorem scire illam esse pignus, aut hypothecam, & vt pignus, aut hypothecam, vendi, vt cum Bald. rectè obserua Gregor. Lopez leg. vlt. citata, verb. *empeñada*, iuxta l. qui tabernam. ff. de contrahenda emptione. Secundum, quòd probare possit, eam rem sibi esse obligatam, vt

glo.

Digitized by Google

gl. vlt. l. 1. citata, iuxta textum ibi, obseruat, & doctores communiter consentiunt. Si enim id non probaret, esto, vt sibi pignori, aut hypothecæ, obligatam eam vēderet, teneretur de euictione. Tertiū, quod sit anterior creditor cæteris, saltē iure prælationis; si enim anterior alius creditor illam euinceret iure prælationis, teneretur de euictione, vt eadem glo. iuxta textum ibi, affirmat, & consentiunt doctores cæteri. Nonnūm opus est, vt potius ius habeat in ea, quā verus dominus illius, qui eā postea euincit, vt ex se est notissimum. Quartum, q̄ creditor eam non vendat, scions non esse debitoris, qui eam obligauit, sed alienā: tunc enim, ita eam vendendo, esset in dolo, & teneretur de euictione. Ita habetur l. 2. C. cred. euict. pig. non debere, & l. vlt. tit. 13. par. 5. atque affirmant glo. vlt. d. l. citata, & cōis doctorum sētia. Quintum, quādo creditor, neque ex pacto, neq; ex præscripto legis, potest adhuc vendere pignus, aut hypothecam, si vendat, ac postea euincatur, censetur fuisse in dolo, teneturq; de euictione. Ita gl. vlt. l. 1. citata, communiterq; l. vlt. tit. 13. par. 5. atque asseuerant doctores cōmuniter. Si tamen iusto errore deceptus, putaret se posse vendere, non teneretur de euictione; secus si esset crassa, & supina. Ita cum gl. citata, Salyoet. & alijs, Negus. num. 40. citato, & Gregor. Lop. vbi supra glo. 1. Sextum, quòd creditor, quando vendidit, non promiserit de euictione: si enim promisit, de ea tenetur. Ita habetur leg. 1. in prin. & l. 2. C. credit. euict. pig. non debere, & l. vltim. tit. 13. part. 5. & affirmant gl. vlt. supius citata, & communis doctorum sententia.

Obserua tamen, q̄is creditor, exceptis euentibus explicatis, non teneatur de euictione; teneri
29 † tamen cedere emptori actionem suam hypothecariam aduersus debitorem, vt habetur l. in creditore. ff. de euict. ac debitorem ipsum teneri tūc emptori de euictione ad pretium pro re euicta creditori ab eo datum, & ad vsuras illius, postquàm res fuerit euicta, habetur l. rescriptum. §. 1. iuncta glo. ibi verb. tenetur, ff. de distract. pign. l. vlt. titu. 23. par. 5. iuncta glo. Greg. Lop. ibi, ver. *que empeño*. l. antepen. ver. & si iussu. ff. de euict. ac. l. si ob eam causam. C. eo. tit. tamen si his duobus iuribus posteriorib⁹ sermo sit de pignore iudiciali vendito, & euictorin re tamen proposita eadem est ratio de vtroque pignore vendito, & ex pretio satisfacto creditore, ac postea euicto: cum enim tota latitudo pretij in debitoris vtilitatem redundauerit, quia, vel tota ea quātitate satisfecit debitori, vel, si quid superfuit, ad ipsum pertineret, æquitas postulat, vt de euictione quo ad totum pretium teneatur, & ad vsuras illius post rem euictam vt iuribus citatis sancitus. Adde vt supra dictum est, creditorem tanquam procuratorem debitoris ex iuris, aut pacti præscripto, pignus vendidisse, ac proinde meritò debitorem teneri de euictione, saltem ad pretium creditori datum.

Dixi saltem: q̄m, si dolosè rem illam pignori, aut hypothecæ, subiecit, sciens esse alienā, arbitror tunc, pp dolum, teneri ēt emptori ad interesse, & non ad soluendum pretium. Illud ēt mihi vt addendum, si debitor soluendo non sit, creditorē, in debitoris defectum, teneri reddere emptori pretiū acceptum, si existat, aut ex illo factus sit locupletior. Ratio est, quoniam solutio, & satisfactio sui debiti, fieri illi debet ex bonis debitoris, non verò ex re aliena euicta, neque ex pretio illius, quæ ad alios spectant: quare eo ipso, quòd comperitur, rē pignori, aut hypothecæ, ipsi subiectam, alienā esse, neque rem, neque pretium pro ea acceptum, retinere potest in sui debiti solutionem, nisi debitor pretium emptori rei alienæ restituat; sed exigere debet suum debitū à solo debitore, aut illud amittere, si non possit ab eo illud recuperare. Illud insuper est obseruandum, creditorem ipsum euincere non posse pignus, aut hypothecam, quam vendidit, ab eo emptore, etiam ex causa aliqua alia, quæ ad ipsius notitiam perueniat, vnde cognoscat, rem illam ad se, & non ad debitorem, qui illam sibi obligauit, pertinuisse l. & si is. ff. de distr. pig. Idemq; est de hærede eiusdem creditoris, vt ibid. glo. vlt. & cum ea Negus. vbi supra num. 41. asseuerat.

30 In euentibus, in quibus † dictum est, creditorē teneri de euictione, vtique tenetur emptori, ēt ad interesse: q̄m, vel in culpa fuit ita vendendo emptori rem illam, vel ex pacto expresso, aut tacito, se adstrinxit, vt omnino de euictione illi teneret. Obserua tamen, in defectū creditoris, qui soluendo non esset id emptori, quod de euictione illi teneretur, dari recursum emptori aduersus debitorem, vt debitor emptori soluat pretium, quod pro ea re dedit: quandoquidem eo pretio satisfactum creditori fuit debitum ipsius, neque æquitas patitur, vt cum iactura emptoris, pretio ab eo soluto pro re euicta, debito locupletetur. Ita cum Salyce. & alijs, Negus. num. 40. citato, & Greg. Lop. l. vltim. citata, verb. *que empeño*, iuxta l. rescriptum. §. 1. ff. de distr. pig. & l. vlt. §. planè. ff. de eo per quē factum est.

Vtrum autē in euentibus, in quibus dictū est, creditorem teneri de euictione, si, re euicta, aliq̄d
31 emptori soluat, detur † recursus ei aduersus debitorem, vt id ab eo recuperet. Dicendum est, in eo euentu, in quo euictionem promisit, siue simplam illam promiserit, siue duplam, si primatus creditor erat (fiscus enim, eiusve procurator, vendens aliq̄d, & duplū, aut triplum, si euincatur, promittens, solum tenetur soluere simplum, vt habetur l. si procurator. ff. de iure fisci) distinguendum est. Q̄m, si cōsuetudo non erat promittēdi euictionē, aut duplā illā promittendi, & vendere commodè potuit rem non promittendo euictionem, aut duplam non promittēdo, neque promissio duplæ facta est in commodum debitoris, nempè, vt maiori pretio rem ita venderet, tunc nullus patet ei recursus aduersus debitorem. Si verò erat consuetudo promittendi euictionem, ēt quando pignus in re creditoris vendebatur, aut duplam illam tunc promittendi, vel commodè aliter non potuit vendere pignus, aut ita fiebat vtiliter venditio in commodum debitoris, quia maiori pretio pignus ea ratione fuit venditum, tunc datur creditori recursus aduersus debitorem, etiam si creditor duplam promiserit, ac soluerit. Ita habetur l. si pignore.

Dubiū

Decis.

gnore.§. vlt. & ita intelligenda est l. si necessaria. §. 1. ff. de pigno. act. Lege Greg. Lopez l. vlt. citata verb. *se obligasse*, & Negus. vbi supra num. 41. & 46. In reliquis autem euentibus, in quibus creditor de eu ctione tenetur non datur ei recursus aduersus debitorem,

## Fideiussor quis, & quotuplex.

### DISPVTATIO DXXXIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideiussor quid, & quotuplex, & nu. 12. 13.*
*Et ad quid inuenta fideiussoris obligatio. nu. 2.*
*Vnde dicatur. nu. 3.*
*Et pro quacunque obligatione accedere potest, nu. 4.*
*Immo non solum pro certa obligatione in specie, sed etiam in genere pro quacunque de futuro contingente, num. 5.*
*Immo verò pro obligatione etiam, quæ oritur ex delicto num. 6.*
*Ac etiam pro obligatione, quæ oritur ex dispositione publice potestatis, vtè aliquid statuentis, n. 7.*
8 *Fideiussoris obligatio quando nulla reddatur, & quando non.*
9 *Fideiussor accedere potest etiam pro naturali obligatione tantum.*
10 *Fideiussorius contractus de iure canonico, & Castellæ valet, etiam sine stipulatione.*
11 *Fideiussoris obligatio quomodo subeat rationem mãdantis, & mandatarij.*
13 *Fideiussor iudicatum solui ad quid detur, & quæ sit eius obligatio.*
*Et quid de iure Castellæ, & Lusitaniæ, nu. 14.*
15 *Fideiussor de iudicio sisti ad quid detur, & de eius obligatione.*
16 *Fideiussor de non rixando, sub fideiussoribus iudicialibus continetur.*
*Idem in fideiussore in rem propriam. nu. 17.*

IVxta ordinem initio dis. §22. præscriptum, dicendum consequẽter est de fideiussoribus. Fi-
1 deiussoris † est, qui alterius obligationem in se suscipit, ad eam ve implendam se adstringit in euentu, quòd ille alius eam non adimpleat. Quo fit, vt fideiussoris obligatio accessoria sit, aliam alterius obligationem principalem supponens, eique innitens adeo, vt sine illa neque esse, neque intelligi valeat. Non tamen ita eam supponit, quasi fideiussoris obligatio præcedere non possit. fideiussor quippe obligare se potest creditori, & ante debitorem principalem, & simul cũ illo, & post illum, vt habetur §. fideiussor. 2. instit. de fideiuss. l. quoniam. §. vltim. ff. de vsufruct. ear. rer. quę vsu consum. l. stipulatus sum. ff. de fideiuss. & l. 6. tit. 12. par. 5. Attamen, si obligatio fideiussoris præcedat, est deponenter, ac sub tacita conditione, si obligatio principalis debitoris sequatur: potest enim quis dicere, fideiussorem me constituo pro pecunia, quam Petro dare volueris: quare semper fideiussoris obligatio innititur obligationi principalis debitoris, ab eaque dependet. In-
2 uenta † autem est fideiussoris obligatio, ad maiorem firmitatem principalis obligationis, maioremque creditoris securitatem, quod implebitur id, ad quod principalis promissor se adstringit, vt habetur Inst. de fideiuss. in prin. & Institut. de replicationibus. §. vlt. in fin. & l. 1. tit. 12. p. 5. Quia ergo fideiussoris obligatio, modo explicato, principali alterius obligationi innititur, eamque supponit, inde oritur, quod quamuis in alijs contractibus, stipulationibus, aut promissionibus factis sine causa, competat exceptio doli ei, qui ita sine causa contraxit; in cõtractu tamẽ fideiussorio illa exceptio locum non habeat, quasi fideiussor ipse sine causa fideiusserit, seu se obligauerit pro principali debitore: quoniã, ad id ita se obligandum, non alia causa est necessaria, quam principalis obligationis, cui accessoria fideiussoris obligatio innititur. Si tamen principalis debitor sine causa se obligasset, vtique, quæ exceptio doli competeret principali debitori, competeret quoque fideiussori illius, etiam debitore principali muto, & non præsẽte habetur l. si stipulatus esses, in prin. ff. de fideiuss. & cum Socino Iunior affirmant Gutier. de iur confir. par. 1. c. 47. num. 2. & Anto. Gom. 2. tom. var. res. c. 13. num. 1.

3 Fideiussor dictus † est a fide, & iubeo, eo quod quondam (vt l. vbi autem §. qui à Titio, ff. de verbor. oblig. & alijs locis constat) stipulationes fideiussionis hoc modo fieri solerent; fideiusseris esse iubes hoc est, suscipis; aut esse vis, ad quod se Titius tibi adstringit? respondebatque fideiussor, iubeo. Quasi, iuxta hanc etymologiam, fideiussor idem sit, quod suscipiens in suam fidem impletionem obligationis alterius, atque in illius defectum ad eam se adstringens.

4 Pro quouis † autem genere obligationis, si vere, siue verbis, siue solo consensu, contrahatur, & siue sit ciuilis tantum, siue naturalis tantum, siue naturalis, & ciuilis simul, modo tamen valida suo modo in se sit, adhiberi potest fideiussor, tenebiturque etiam ciuiliter, esto debitor principalis teneatur solum naturaliter, & non ciuiliter. Ita habetur §. 1. Instit. de fideiuso. l. 1. & 2. l. græcè. §. 1. & 2. l. fideiussor obligari. §. fideiussor. ff. eod. tiul. & l. 5. titul. 12. part. 5. Potest † etiam
5 quis fideiussor esse alicuius, nõ solum pro certa, & determinata illius obligatione, sed etiam in genere pro quacunque, quam in futuro cum creditore aliquo, aut creditoribus aliquibus, contraxerit, manetque pro omnibus obligatus l. ita si stipulatus ff. de fideiuss. Bart. & communis doctorum sententia, quam Anton. Gom. 2. tom. var. resol. c. 13. in calce nu. 1 refert, ac sequitur. Immò
6 & pro † obligatione, quæ oritur ex delicto, dari pòt fideiussor, & manebit obligatus. Licet enim fideiussio inualida sit ad malum, ac delictum, ve quòd fures æqualiter inter se diuident furta, aut quòd, si aliquis pro maleficio adhuc patrando comprehensus fuerit, & mulctetur aliqua pœna, soluetur pro eo; valida tamen est, si postquam quis in delictum incidit, alius pro eo fideiussor existat, quod soluet pœnam, in qua fuerit damnatus, aut illum sistet iudicio, vt ea ratione à vinculis eruatur. Ita habetur leg. græcè. §. sed & si ex

delicto

delicto, & hĉ à reo l. vlt. ff. de fideiuſſ. Immo etiã pro obligatione, quæ oritur ex diſpoſitione publicæ poteſtatis citè aliquid ſtatuentis, vt imponentis citè tributum, aut ſi Summus Pontifex concedat ex rationabili cauſa partem decimarum principi, vt habetur l. græcè, §. pro eo, ff. de fideiuſſ. oriturque ex tali præcepto, & diſpoſitione, non ſolum ciuilis, ſed etiam naturalis obligatio id ſoluendi, quod citè præcipitur: id quod non ſatis attendit Greg. Lopez l. 5. citata.

3 Dixi ſupra, modo tamen † valida ſuo modo in ſe ſit: qm̃ ſi obligatio principalis prorſus ſit inualida, aut ex ipſamet rei natura, aut ex diſpoſitione humani iuris irritam illam reddentis, tunc, cum fideiuſſoris obligatio principali, vt dictum eſt, moniatur, vtique fideiuſſoria erit etiam prorſus nulla: vnde, ſi venditio aliqua eſt inualida, datuſq; eſt fideiuſſor pro ea implenda, ſane quemadmodum venditor non tenetur illam implere, aut illi ſtare, ſic neque fideiuſſor quicquam emptori tenetur. Ita habetur l. cum lex. ff. de fideiuſſ. Quando verò obligatio eſt ſolum ciuilis, vt qui quis, dato fideiuſſore, ſpe numerationis pecuniæ confeſſus eſt, ſe recepiſſe pecuniam, quam non recepit, vtique ſicut obligatio illa valida eſt in ſolo exteriori foro, ita in ſolo eo foro eſt valida fideiuſſio: exceptio tamen non numeratæ pecuniæ, quæ cõpetit principali debitori, competit etiam fideiuſſori. Dixi, regulariter: quia, ſi debitor bonis ceſſit, exceptio, quæ inde ipſi competit, ſi ab eo debitum, interim dum non eſt ſoluendo, exigatur, non competit fideiuſſori, qui ſoluere loco principalis debitoris tenetur eo ipſo, quòd principalis debitor impotens ad ſoluendum efficitur, idemque eſt de quibuſdam alij exceptionibus, quæ debitori principali, ratione perſonæ competunt. Ita habetur §. vlt. iuncta glo. ibi Inſtit. de ſ̃pticationib. Et, quod dictum eſt de obligatione tantum ciuili, affirmant gloſſæ §. 1. verb. ciuilis Inſtit. de fideiuſſoribus, & l. fideiuſſor obligari. §. fideiuſſor, verb. ciuilis. ff. eod. tit.

Supra etiam dixi, pro ſola obligatione naturali poſſe etiam tradi fideiuſſionem, atque tunc fideiuſſorem teneri creditori, non ſolum naturali obligatione, ſed etiam ciuili. Quid autem ſit obligatio naturalis tantum, & quid naturalis, & ciuilis ſimul, diſput. 252. dictum eſt. Multa quoque de ſola naturali obligatione, & quouſque iure canonico, aut Caſtellæ, & detur ciuilis actio in multis euentibus, in quibus, ſtando in ſolo ciuili iure communi ſola oritur naturalis obligatio, ac proinde denegatur actio ciuilis, dicta ſuo diſputationibus ſequentibus, vſque ad 258. Quod ad 7
rem † præſentem attinet, exemplum adhiberetur in
9 mancipio, quod naturaliter poteſt obligari, non tamen ciuiliter, ſi vero fideiuſſor accedat, tenetur fideiuſſor, etiam ciuiliter, vt habetur Inſtitu. 8
de fideiuſſ. §. 1. in fine l. naturaliter. ff. de condict. indeb. & l. 5. tit. 13. par. 5. Nos etiam diſputatione 140. 2 §. an vero ſimul, adhibuimus exemplum in religioſo, qui ſine facultate ſui ſuperioris, adhibito fideiuſſore pro validitate contractus aliquem contractum celebrat, & diſputat. 224. à §. ad minorũ cauſas, præſertim § quamuis autem, adhibuimus exemplum in minore, qui ſine tutoris, aut curatoris, authoritate contractum celebrat, fideiuſſore adhibito. Illud verò obſerua, ſtando in iure cõmuni non ſolum ſi debitor principalis obligetur ſolum naturaliter, ſed etiam ſi obligetur ſimul naturaliter, & ciuiliter, vt fideiuſſor pro eodem debito datus obligatus maneat, non ſolum naturaliter, ſed etiam ciuiliter, neceſſe eſt, vt fideiuſſoris obligatio fiat ſtipulatione interueniente, alioquin non conſurget obligatio ciuilis ſtando in iure communi Cæſareo, iuxta l. 5. §. ſatis acceptio. ff. de verb. obliga. l. blanditus. C. de fideiuſſo. & l. 6. tit. 12. par. 5.

Quãdoquidem fideiuſſor reperiretur ſcriptus in contractu principali, cenſerentur omnia ritè facta, ac proinde interueniſſe ſtipulationem, niſi cõtrarium probaretur. Ita hĩ l. ſciendum iuncta gl. ibi. ff. de verb. obli. Fortè etiã ſi contractus fideiuſſorius coniungeretur, ac celebraretur ſimul cum eo contractu debitoris principalis, ex quo ciuilis obligatio oriretur, cenſeretur pactum nudum fideiuſſorium veſtitum coharentia cõtractus principalis, eſto nõ interueniret ſtipulatio, ac proinde oriretur ex eo obligatio ciuilis, non ſecus ac ex eo contractu principali cui cohæret, iuxta ea q̃ diſpu. 255. dicta ſunt. Niſi dicas, illa ſolum eſſe intelligenda de pacto nudo, quod cohæret cum contractu principali inde, qui pactũ nudum celebrat: quod non tenuitur in re propoſita: id quod magis videntur iura citata ſonare. De iure † tamen 10
canonico, & Caſtellæ l. 3. tit. 8. lib. 5. ordina. quæ eſt l. 2. tit. 16. lib. 5 noua collec. etiam ſi fideiuſſorius contractus ſolemnitate ſtipulationis non ſit vallatus, ortus ex illo ciuilis obligatio, concedunturque ex illo actio aduerſus fideiuſſorem, vt diſpu. 254. & 257. dictum eſt, & conſentit Greg. Lopez l. 6. citata glo. 1.

Illud eſt obſeruandum, quamuis fideiuſſor verum celebret contractum comparatione creditoris, ſeu reus, cui reus, ſeu debitor principalis, eſt obligatus, quo ſe aſtringit ad aliquid in defectũ 11
illius; comparatione † cũ eius, pro quo ſe aſtringit, ſubit ratione mandatarii, & is, pro quo ſe aſtringit ſubit comparatione ipſius ratione mãdatis, vt pro ipſo fideiubeat intelligitur modo is, pro quo fideiuberet, id petat, aut ſciens taceat; eo enim ipſo mandare id cenſetur l. ſi remunerãdi §. ſi paſſus, & l. ſi pro te. ff. mandat. §. ſi quid. Inſtitut. de fideiuſſ. l. 12. tit. 13. par. 5. & aliis iuribus.

Quod ſi debitor principalis id ignoret, fideiuſſor comparatione illius ſubit rationem negotiorum, geſtoris ſiue debitor principalis id poſtea ratum habeat, ſiue non; modò tamen vtiliter, ſeu rationabiliter, ſit factum l. ex mandato. §. vlti. ff. manda. & l. 12. citata. Quare, ſi fideiuſſor abſque ſua culpa aliquid detrimenti patiatur ob fideiuſſionem, is, pro quo fideiuſſit, illi tenetur, vel actione mandati, vel negotiorum geſtorum. Si autem is, pro quo fideiuſſit, illi reſtitit, dum fideiubebat pro ſe, ac præcepit, ne fideiuberet, aut fideiuſſit animo donandi debitori principali, ſi quid loco illius ſoluerit, vel in ſuam

propriam vtilitatē fideiussit, quia obligatio principalis pro ipso contrahebatur, tunc nulla actione ei tenetur. Ita habetur l. si remunerādi §. si passus, & l. si pro te, citatis l. vlt. C. de negot. gest. & l. 12. citata. Lege quo ad hæc omnia Anton. Gom. 2. tomo var. res. c. 13. nu. 11.

12 Fideiussor† est duplex. Quidā in iudicio; alius extra iudicium: de quo nobis potissimum est hoc loco sermo. Fideiussor verò in iudicio, vt colligitur ex l. græcè. §. & post litem ff. de fideiuss. ēt est
13 duplex. Quidam qui† se astringit, non solum sistere reum, aut debitorem, in iudicio, quādo opus fuerit, aut fuerit requisitus, sed etiam, quod soluetur, quod fuerit iudicatum. Atque hic fideiussor Hispanè appellatur *fiador de fauezamento*. Qd si eiusmodi reus compareat suis temporibus in iudicio, & condemnetur ex eo, quod eo modo finitum sit iudicium, non manet fideiussor liberatus, ac proinde, si abeo exigatur, quod ita fuerit iudicatum, vt is reus soluat, non competit fideiussori exceptio quod finito eo modo iudicio sit ipse ab onere fideiussorio liberatus, vt habetur §. &
Ius Castellæ. 14 post litem citato. De† iure Castellæ l. 19. tit. 21. lib. 4. nouæ collectionis, vt disput. præcedente relatum est, quando ex instrumento guazentigio, & in alijs euentibus ibi explicatis procedit ad exequutionem in bonis debitoris mobilibus, aut etiam immobilibus in defectum sufficientiū mobilium, nisi debitor fideiussorem eiusmodi *de saneamento* adhibeat, quod ex eis bonis soluetur integrè creditori debitum vna cum expensis omnibus, & quod ea bona non euincentur, debitor conijcitur simul in vincula, quousque integrè persoluatur debitum) modo non sit eius qualitatis, vt propter debita conijci non possit in vincula) vt præcedente disp. relatum est. Probat verò optimè Gutier. de pract. qq. lib. 1. q. 132. post eam legem non satis esse alium fideiussorem, de quo statim erit sermo. Libro autem 3. Lusitanum ord. ti. 69. cōsentaneè ad ius commune (vt tradit Iulius
Ius Lusitan. Cla. lib. 5. sent. §. vlt. q. 46. nu. 19. & q. 95. nu. 1. cū Bart. & communi doctorum sententia) habetur, quando quis fideiussit, quod soluetur iudicatum, statim lata vltima sententia definitiua contra reum, absque alia citatione, aut processu, posse fieri exequutionem in bonis fideiussoris, facta tamen prius excussione in bonis principalis debitoris eo modo, quo de excussione in bonis fideiussoris adhibiti extra iudicium in sequentibus fieri deberi explanabitur, manetque similiter fideiussori recursus aduersus principalem debitorem eo modo, quo in sequentibus de fideiussore extra iudicium etiam explicabitur.

15 Alius† fideiussor datur in iudicio, qui non se astringit iudicatum solui, sed solum, quòd reū sistet in iudicio ad litis exercitationē, vt habetur §. & post litem citato; ita. s. vt si eum nō sistat astringat se fideiussor iudicatum solui, aut quod in alia pœnam incidet, prout in eiusmodi fideiussorio contractu fuerit conuentum. Atq; hic fideiussor Hispanè dicitur *fiador de la haz*. Si autem reus compareat suis temporibus in iudicio, ac condemnetur, tunc, finito ita iudicio, fideiussor liber omnino manet à fideiussoria obligatione, ac proinde, si iudicatum, in defectum rei, ab eo exigatur, competit ei exceptio, quod, finito iudicio per vltimam sniam, sit ipse à toto fideiussorio onere liberatus, vt habetur §. & post litem citato. Intra quātum autē tempus eiusmodi fideiussor possit purgare moram, ita quod, si reū sistat in iudicio, euadat pœnam, commodius dicetur disp. 547. quam de eiusmodi fideiussoribus conficiemus.

16 Cum fideiussoribus† iudicialibus coniungere possumus fideiussores eorum, qui, cum rixati sint, & in vinculis detineantur, aut conijciendi sint, ne iterum rixentur, & mala subsequantur, sub certa pœna à iudice eis imposita, datis vtrinque fideiussoribus, se astringunt, in posterum non rixaturos. Tunc verò, in defectum eius, qui fuerit rixatus, quique proinde in eam pœnam inciderit, pœna exequutioni mandatur aduersus fideiussores illius.

17 Ad fideiussores† etiam iudiciales spectant, qui dantur, ac nuncupantur in rem propriam. Vt qñ lis aduersus aliquem intentatur, & ipse procuratorem constituit, qui ipsum defendit, atque fideiussores adhibet, quod iudicatum soluetur: eiusmodi enim fideiussores dicūtur dati in rem propriam eos exhibentis. Exemplum habes l. si defunctus. ff. de procuratoribus. Cætera, quæ de fideiussoribus in iudicio dici hoc loco potetant, cōmodius dicentur disputatio. 547. citata.

## Fideiussores qui esse possint, qui non item; de priuilegio Velleiani mulieribus concesso, & de fideiussoribus minorum.

### DISPVTATIO DXL.

### SVMMARIVM.

1 *Fideiussor vnusquisque esse potest, qui obligare se potest; nisi reperiatur expressa prohibitus.*
*Vnus fallit in multis personis, & casibus, vt nu. sequentibus.*

2 *Mulier pro alio fideiussor existens, obligatur: sed ope exceptionis senatusconsulti Velleiani defenditur, etiam in foro conscientiæ.*
*Hodie verò ex tali fideiussione nulla oritur obligatio. num. 3.*
*Immo repetere potest, quod soluit, condictione indebiti. num. 4.*
*Intellige tamen, vt nu. 6.*

5 *Exceptio Velleiani est perpetua, & opponi potest quandocumque, etiam post vltimam sententiam definitiuam, antequam sit facta solutio, & nu. 7.*
*Declaratur tamen, vt ibi.*

8 *Mulier an renunciare possit priuilegio Velleiani, & quando.*
*Et quid de iure Castellæ. n. 9. 11. & Lusitania. n. 12.*

10 *Renūciare quis potest iis, quæ in eius fauorem introducta sunt.*

13 *Mulier iurans se non vsuram priuilegio Velleiani, ex tali iuramento obligatur.*

Mulier

Digitized by Google

14 *Mulier in quibus casibus non potest vti priuilegio Velleiani.*

*Et quid de iure Lusitano in tertio casu. num. 15.*

16 *Fideiussores quæ personæ esse non possunt, & nu. 17. vsque ad nu. 21.*

22 *Fideiubens pro minore quo casu non obligetur.*

VNiuersim, qui se obligare possunt promittẽdo, aut celebrando alios contractus, nisi peculiariter in iure comperiantur excepti, fideiussores † esse possunt l. 3. ff. de fideiu. & l. 1. ti. 12. par. 5. atque affirmat communis doctorum sententia, quam Ant. Gom. 2. tom. var. resc. c. 13. num. 16. refert, ac sequitur: qui autem se obligare possint promittendo, aut celebrando alios contractus, disput. 261. & 274. dictum est.

2 Quamuis si mulier † fideiussor pro aliquo existat, valida ipso iure sit obligatio; elidituꝛ tamen, ac nulla redditur, ope exceptionis senatusconsulti Velleiani, si eo priuilegio, ac exceptione, mulier, quæ fideiussor extitit, vti velit, vt potest, non solũ in exteriori, sed etiam in conscientiæ foro, vt cum Panor. Bar. & communi doctorum sententia asserunt Ant. Gom. nu. 16. citato, & Gutier. de iur. confir. par. 1. c. 20. nu. 5. Cuius rei rõ est, qm̃ princeps, in commune bonum, atque ob fragilitatem mulierum, concedere illis potest id priuilegiũ, ac proinde illæ vti eo possunt in conscientiæ foro: qui autem eas in fideiussores admittunt, sibi consulãt, ac videant, num sibi expediat, illas, eo priuilegio gaudentes, in fideiussores accipere. Quod autem si mulier fideiussor pro aliquo existat, valida ipso iure sit talis obligatio, elidatur tñ, ac nulla reddatur ope exceptionis Velleiani, hꝰ l. 3. iuncta glo. ibi verb. vel mulierem. ff. de fideiuss. l. 1. & sequentib. C. ad Velleia. atque ita intelligi debent l. 1. & sequentes. ff. eo. tit. l. 2. in fine, tit. 12. par. 5. & ord. Lusit. lib. 4. tit. 12. in princ. affirmatq; cõmunis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Ant. Gom. nu. 16. citato, ac l. 61. Taur. nu. 1. & Gutier. ca. 20. citato nu. 1. Illud obserua, non minus subueniri mulieribus priuilegio Velleiani, si à principio alienum debitum in se soluere loco alterius suscipiant, aut nouatione alienum debitum in se transferant, quàm si fideiussores existant. Ita habetur l. 1. & l. senatusconsultum. C. ad Velleian. Secus autem, si non suscipiendo in se debitum alienum, illud, quasi donãdo, loco alterius soluant, vt eisdem iuribus habetur.

Est tamen obseruandum, exceptis euentibus, in quibus mulier, vt explanabimus, non gaudet priuilegio Velleiani, lege antiqua. §. vlt. Cod. ad Velleian. correcta, seu arctata, esse multa antiquiora iura, quæ validam ipso iure relinquebant obligationem fideiussoriam mulierum, aut susceptionem in se debiti alieni, donec illæ, excipiendo, ac vtẽdo priuilegio Velleiani, illam elideret, ac nullam redderent. Lege quippe antiqua. §. vlt. citato, sancitum est, vt nisi mulier fideiussor existat, aut in se debitum alienum suscipiat, in publico instrumento, adhibitis in eo, ac subscriptis tribus testibus, fideiussio, aut susceptio eius debiti sit ipso iure nulla, ac proinde, cum tunc ex ea fideiussione, aut tali debiti susceptione, nulla prorsus obligatio oriatur, necesse non sit tali mulieri vti priuilegio, & exceptione Velleiani vt ab obligatione liberetur. Quare hoc est, si mu-
3 lier † in priuato aliquo instrumento, aut extra instrumentum verbotenus, coram mille testibus fideiussor alicuius existat, aut debitum loco illius in se suscipiat, nulla inde oritur obligatio. Idem est, si instrumento publico fideiussor existat, aut tale debitum in se suscipiat, sed non adhibitis tribus testibus. Ita perspicuè docet textus ille, collatus cum antecedẽtibus eiusdem legis, quæ antecedentia minimè corrigit: id enim affirmare sanè esset ridiculum: atque ita affirmant ibi gloss. vlt. Bart. & cõis Doctorum sñia, quam Gutier. de iuramen. cõfir. par. 1. ca. 20. nu. 6. refert ac sequitur. Admonet autem idem Gutierrez cum Paul. Cast. & Saliceto hodie, de communi consuetudine, necessarium non esse, vt tres testes subscribant in publico instrumẽto, sed satis esse, si tabellio in eo instrumẽto fidem faciat, adhibitos eos esse, & ita testatur Gutier. consuetudine receptum esse in Regno Castellæ, eique consuetudini aut suffragasse, quod de iure eius Regni necesse non sit testes adhibitos in publicis contractuum instrumentis, se subscribere in eis, sed satis sit Tabellionem fidẽ in eis facere, adhibitos esse.

Ant. Gom. nu. 16. citato, & l. 61. Tau. nu. 1. rectè admonet, esto † mulier, in euentu explicato, qñ scilicet priuilegio Velleiani gaudet, creditori
4 soluisset non vtendo exceptione Velleiani, posse repetere, quod ita, soluit, condictione indebiti.
5 Ratio est, qm̃ † ea Velleiani exceptio est perpetua, hoc est, absq; certi temporis definitione, absolutequè concessa, vt glo. l. si non sortem. §. indebitum. ff. de condict. indeb. exponit; & est ita fauorabilis, vt concessa sit in fauorem ipsarum mulierum, quibus comperit, & non in odium creditorum, quemadmodum exceptio Macedoniani concessa est in odiũ creditorum mutuo dãtium filijs familias: qñ aũt exceptio est ꝑpetua, & illo priori modo fauorabilis, conceditur repetitio: secus qñ, licèt sit perpetua, non est fauorabilis illo modo, vt non est eo modo fauorabilis exceptio Macedoniani. Vtrumque habetur expresse l. qui exceptionem, in prin. ff. de condictio. indebiti, & l. doli. §. diuersum, iunctis antecedentibus. ff. de nouationibus primum verò habetur etiam l. quamuis. §. interdum. ff. ad Velleia. atque hoc ita se habere, affirmat communis sententia, quam locis ci-
6 tatis Ancb. Gom. refert. Intelligę † tamen, modo qui soluit, per errorem soluerit, ignorans tueri se posse exceptione: si enim, sciens se posse tueri exceptione, soluat, non conceditur ei repetitio, vt habetur l. si non sortem, §. indebitum. ff. de condictio. indeb. Anto. Gom. nu. 16. citato addit, quandam viduam, quæ in instrumento guarentigio fideiussor exiterat, & facta exequutione, soluerat non vtendo Velleiani exceptione, ipso patrocinante permisse repetitionem eius, quod soluerat, & obtinuisse. Neque refert, inquit, si quis dicat, pecuniam, post latam sententiam, ac rem iudicatam, solutam indebitè, repeti non posse, iuꝛ-

ta l.1, & varia alia iura q̃ ibi citat gl. verb. iudicari, C. de condict. indeb. q̃m ait, id intelligendũ esse, q̃n facta est solutio post sn̄iam definitiuam, in qua plene cognitum est de cã; non verò q̃n exequutio, & solutio facta est vittute instrumẽti cui sentigij, in quo nulla præcessit cãæ cognitio. Immo † verò ait, exceptionẽ Velleiani opponi posse
7 post vltimam sn̄iam definitiuam in exequutione illius, interim dum non est facta realis solutio per fideiussorem. Ita h̃, & de exceptione. Macedonia ni. l. tametũ. ff. ad Macedon. & affirmant glo. ibi, Bart, & cõis doctorum sn̄ia. Circa hæc verò obserua. Si creditori facta sit solutio per mulierẽ fideiussorem ex ignorantia, q̃ vti pòt exceptione Velleiani in euentu, in quo poterat ea vti, & in quo, iuxta hactenus dicta, obligatio fideiussoria mulieris non erat ipso iure nulla, sed elidi, ac nulla reddi poterat exceptione Velleiani, tunc creditorem recte in foro conscientiæ posse retinere solutionẽ, quousque repetatur per mulierem, Ró est, q̃m mulier illa verè eam debebat, ac debet, naturaliter, & ciuiliter interim dum non vtitur exceptione Velleiani, aut repetitione post solutionem factã. Q̃n autem ex obligatione fideiussoria mulieris nulla omnino orta est obligatio, quia non fuit facta in aliquo ex euentibus à iure expressis, ac statim explicandis, neque in instrumento publico coram tribus testibus, tunc creditor retinere in conscientiæ foro non potest solutionẽ per errorem mulieris factam: quia re vera ea mulier id non debebat. Item quando mulier soluit sciens se posse vti exceptione Velleiani, & non curans ea vti, aut, etiã id ignorans, soluit post latam sn̄iam definitiuam, tunc similiter creditor tuta conscientia retinet solutionẽ: q̃m mulier verè id ei debebat, neque in illis euentibus ius illi concedit repetitionem.

Dubitant verò doctores, num, stando in iure
8 communi, mulier † renunciare possit priuilegio Velleiani, ita vt, si, cum illius priuilegij renunciatione, fideiussor alicuius existat, omnino obligetur, perinde ac si mulier non esset, neque tunc illi prosit exceptio Velleiani. Atque hæc controuersia solum habet locum. Quando, stando in iure communi, mulier ex suo contractu manet obligata, ac proinde, nisi renunciaret Velleiano, illi competeret, eoque tueri seipsam posset: quando enim ex suo contractu nulla oriretur obligatio, quia esset redditum nullum iuris humani dispositione, tunc, quemadmodum locum non haberet Velleianum, vtpotè minime tunc necessarium, ita locũ non haberet hæc controuersia. Hinc sequitur, q̃n mulier non extitit fideiussor in publico instrumẽto adhibitis tribus testibus, cessare hanc controuersiam: quia, vt dictum est, tũc nulla oritur obligatio: nullumq; proinde locum habet Velleianũ. Quod rectè intelligit Gutier. de iuram. confirm. par. 1. c. 20. nu. 7, etiam in Regno Castellæ, nihil impediente, quòd in eo Regno priuata scriptura, recognita postea per eum, qui se illa obligauit efficiatur publica: quoniam in re proposita, vt ex mulieris contractu oriatur fideiussoria obligatio, necesse est tanquam forma, siue in qua non oritur, vt contractus à principio fiat instrumento publico coram tribus testibus, iuxta l. antiquæ. §. vlt. C. ad Velle. immeritoq; trepidauit Greg. Lope. l. 3. verb. *renunciando* tit. 12. par. 5. id concedere, dum in dubium vocat, num id locum habeat in Castellæ Regno; ductus, quòd lex antiqua, non reperiatur approbata in eo Regno: vt n. locum non hẽat in eo Regno, non satis est non inueniri approbatam sanctionẽ, quæ illud idem in singulari definiat, sed opus est inueniri sanctionem, quæ eã legẽ reprobet, aut abroget, contrariũ, aut repugnas, sanciendo: q̃n enim in eo Regno contrarium, aut repugnans, non reperitur constitutum, standũ est sanctionibus iuris cõis. Ex eodem fundamento sequitur, quod quamuis mulier fideiussor pro suo marito existat, aut debitum illius in se suscipiat in publico instrõ adhibitis tribus testibus, ac subscriptis, esset etiam eadem controuersia: q̃m tũc obligatio est ipso iure nulla, etiam si sæpius sit facta, & confirmata, & etiam si facta sit pro debito publico, quale est, q̃ fisco, aut Regi debetur: neque plus ex ea teneatur mulier, quam fuerit probatũ ex tali debito expensum esse in ipsius vtilitatem. Ita habetur in auth. si qua mulier. C. ad Vellei. & in authentico vt nulli iudicũ. §. & illud, & affirmãt Bar. & communis doctorum sententia, quã Grego. Lope. vbi supra, & Ant. Gom. l. 61. Tauri nu. 2. referunt, ac sequuntur.

9 Hoc ipsum arctius ex † parte sancitum est l. 61. Tauri, quæ est 9. tit. 4. lib. 5. nouæ collect. vbi sic dr. *De aqui adelante la mugier no se pueda obligar por fiadora de su marido, aunque se diga, y alegue, que se conuirtio la tal deuda en prouecho de la muger: Y assi mismo mandamos, que quando se obligaren a mancomun marido y mugier in vn contrato, o en diuersos, que la mugier no sea obligada a cosa alguna, saluo si se probare, que se conuirtio la tal deuda en prouecho della; e entonces mandamos, que por rata del dicho aprouechamiento sea obligada. Pero si lo que se conuirtio en prouecho della, fue en las cosas, que el marido le era obligado a dar, assi como en vestirla, y darle de comer, y otras cosas necessarias, mandamos, que por esto ella no sea obligada a cosa alguna. La qual todo, que dico es, se entienda, sino fuere la dicha fianza, y obligacion de mancomun por maruedis de nuestras rẽtas, o pechos, o derechos dellas.* Vbi vides, etiam si id pro quo vxor, fideiussit, expensum sit in ipsius vtilitatem, nõ teneri vxorẽ ad solutionem illius creditori loco mariti: quemadmodũ teneretur de iure cõi, & teneretur de iure Castellæ, si de mancomun esset obligata vna cũ marito pro eo debito, ac sufficienter probaretur expensum esse in ipsius vtilitatẽ, vltra ea, quæ maritus expendere cum illa ratione doris tenebatur. Etenim voluit lex illa, vt, nihil impediente fideiussione vxoris pro marito, integra vxori permanerent, tam dos, quàm bona paraphernalia, etiam si contractus, celebratus cum marito à quodam tertio, in causa fuerit, vt vxor integra, aut minus diminuta, haberet ea omnia sua bona, quia aliquid, ex contractu acquisitum, cessit in confirmationem, aut augmentum, eorum bonorum, quæ alioquin fuissent imminuta. Atq; ita intelligu eam legem Ant. Gom. ibidem nu. 2.

quamuis

quamuis non ita perspicue id explicet: Qñ autem vxor se obligauit *de maneomũ* cũ viro, voluit lex illa, si aliquid ex eo contractu fuit conuersum in vtilitatẽ mulieris, quia inde ita augmentata sunt bona, q̃ vir, & vxor possidẽt, vt mulier plus de suis bonis dotalibus, & paraphernalib. sit acceptura, q̃ alioqn acceptura fuisset, & id probet sufficiẽter vt quoad eam solã debiti portionẽ maneat vxor creditori obligata, & nõ quoad reliquũ. Eadẽ ẽt lex eatenus restringit ius cõe auth. citatis in fauorẽ vxorum sancitũ, q̃ si vxor fideiussor pro marito existat circa reditus Regi debitos aut circa eos vna cũ marito se obliget, valida est fideiussio, & obligatio, neque gaudet priuilegio Velleiani.

Explicato ita in quo euẽtu locũ habeat controuersia, num si mulier renuncier priuilegio Velleiani, illo adhuc gaudeat, an nõ. Gl. 1. l. 1. & gl. l. vl. §. vl. ff. ad Vell. gl. l. tametsi, ff. ad Maced. gl. l. sciẽdũ. ff. de verb. obl. & gl. vl. l. vlt. C. ad Vel. Azo, & pleriq; alij, asseuerant, si mulier Velleiano renũciet, non gaudere eo priuilegio; multiq; eorũ affirmant, id plurimis in locis esse vsu receptum,

10 Eam vero sniam sibi persuadent. Primo, q̃m renũciare põt quis ijs, quæ in ipsius fauorẽ introducta sunt. l. si quis in cõscribẽdo. C. de pact. vbi inter alia sic scriptum legimus. *Cum sit regula iuris antiqui, oẽs licentiã habere, his, q̃ pro se introducta sunt renũciare*, l. q̃ fauore. C. de legib. & alijs iuribus; cũ ergo in mulierũ fauorẽ Velleianũ introductum sic integrum illis erit, illi renunciare.

Secundo l. vlt. §. vlt. ff. ad Velleia. vbi habetur. *Quoniam exceptionem senatusconsulti opponere potest, ea vere debebit exceptione se nõ vsuram, & sic ad iudicem ire*. Vbi vides mulierem renunciare posse exceptioni Velleiani.

Tertio l. vlt. & authentica matri & auiæ, C. qñ mulier tutel. off. vbi mater, & auia ad tutelam filiorum, & nepotum, admittuntur, immo præferuntur alijs datiuis, modo priuilegio Velleiani prius renuncient, dictum q, est disp. 220.

11 Sniã hæc † hodie in hoc Castellæ Regno sancita est, l. 3. titul. 12. part. 5. illiq; proinde in eo est standum. Intelligenda tamen est, dummodo mulier, sciens se in eo euẽtu gaudere priuilegio Velleiani, illi post eam scientiam renuncier. Ita Azo, & gl. l. vlt. §. vlt. ff. ad Vell. & gl. l. sciendum. ff. de verb. oblig. est q; sanctum leg. 3. citata his verbis. *La tercera es, q̃ãdo la muger fuesse sabedora, e cierta, que no se podia ni deuia entrafiador, si despues lo renunciasse de su grado, ede sãparãdo el derecho, q̃ la ley les otorgò a las mugeres en esta razon*. Quo in loco Greg. Lopez, verb. *sabedora*. & Gutier. de iur. confirm. par. 1. cap. 20. num. 3. notauit, in foro exteriori non præsumi mulierem sciuisse priuilegium, aut de ipso fuisse certioratam ante renunciationem nisi probetur; quoniã præsumitur, mulieres ignorare iura. Si tamen Tabellio in instro renunciationis fidem faciat, mulierem, certioratam de priuilegio, illi renunciasse, tunc standum est fidei tabel. Ita Gutier. num. 3. citato, & Couar. 2. varia. res. c. 13. n. 2. §. 1. cõclusio. & alij, quos citant. Qui Gutier. cũ Couar. addit, cautius esse, si tabellio in instro expressim dicat, fuit certiorata per me notarium infrascriptum de beneficio Velleiani in mulierum fauorem, quod mulier non possit se obligare pro alio, atque, illud sciens, ei renunciauit: ficq; ait receptum esse in praxi tabellionum.

Gutier. ibidem nu. 8. recte ait, non sufficere renunciationẽ in genere priuilegiorum, vt censeatur, etiam renunciatum priuilegio Velleiani, sed necessarium esse renunciationem illius, etiam in particulari, quod, aduersus Barto. intelligit, ẽt qñ mater, & auia, renunciant Velleiano, vt suscipiãt tutelam, aut curam filiorum, vel nepotum. Placetque hæc sententia. Tum quia iura, quæ de matre, & auia loquuntur, expressam illius in particulari renunciationem exigunt. Tum etiam quoniam præcedere debet scientia priuilegij illius in particulari, quæ non colligitur, neque in foro exteriori præsumitur, ex renunciatione priuilegiorum in genere. Ibidem numero 9. refert, cum, mulier quædam dedisset mandatum in publica forma cuidam procuratori, vt eã obligaret pro alio, cum facultate renunciandi omnibus priuilegijs sibi à iure concessis, quæ ipsa ex tunc renunciabat, nec tamen expressisset priuilegium Velleiani, & postea procurator eam mulierem obligasset, adhibitis solemnitatibus omnibus requisitis, ac renunciando in particulari Velleiano, & cæteris mulieris priuilegijs, mulierem postea opposuisse, se non renũciasse in particulari Velleiano, neque dedisse facultatem ad illi renunciandum in particulari, neque ipsam ante eam renũciationem fuisse factum certiorem de eo priuilegio, ac proinde obligationem fuisse nullam, pronunciatãque fuisse sententiam à Regijs senatoribus in fauorem mulieris, nihil impediente quod opponeretur, ac probatur illam in alijs contractibus, quibus se obligauerat pro alijs, fuisse de eo certiorata illique renunciasse.

Certè in eo euentu, si iuramento mulieri illi adhibito, num conscia de eo priuilegio facultatẽ illam dederit procuratori suo animo renunciãdi, etiam priuilegio Velleiani, responderet affirmanter, arbitrarer, per epicheiam legum interpretem censendam esse in eo euentu obligatam, nihil impedientibus subtilitatibus, ac verbis externis legum, quoniam fundantur in præsumptione ignorantiæ priuilegij illius mulierum, cuius contrarium, in re proposita, constat, & quoniam non est censendum legum illarum latores intendisse, mulierem illam in eo euentu deobligare, cum creditoris iactura, qui facile ea via decipi à muliere, & debitore principali poterat: in sententijs autem ferendis, potius est standum menti, quàm verbis legum.

Quamuis Azonis, glossarũ illarum, & quorundam aliorum sententia sit, si mulier, modo explicato, priuilegio Velleiani renunciet, eo nõ gaudere, atq; in hoc Castellæ Regno lege sit id sanctum: Bar. tamen Panor. & cõis doctorum sententia, quam referunt Greg. Lope. in eam propendẽs l. 3. citata verb. *renunciando*. Anton. Gomez eam amplectens, 2. tom. var. tesolu. cap. 13. numer. 17. itemque Couarr. eam similiter amplectens, capit. quamuis pactum, part. 2. §. 3. numero 3. asseue-

rant, stando in iure communi, esto mulier, modo prædicto renũciet Velleiano, nõ propterea amittere priuilegiũ illud, excepto, si in iudicio renunciet, aut mater, vel auia, renuncient ad suscipiendam tutelam, aut curam filiorum, vel nepotum.

Ius Lusitan. 12 Atque † id hodie lege sancitum est in Lusitaniæ Regno lib. 4. ordin. tit. 12. §. penul. ẽt si in iudicio fiat renunciatio, solumq; ius Lusitanum excipit, qñ mater, aut auia, tutelam, vel curam, filiorũ, aut nepotum, suscipiunt. Ducuntur, qm̃, qua facilitate mulieres adducuntur ad fidejubendum, aut se obligandum pro aliquo eadem inducerentur ad renunciandum Velleiano: quare, cum ea de causa sit eis concessum priuilegium illud, debent retinere illud, esto ei renuncient: alioquin non esset illis consultum. Atq; hanc rationem reddit etiam Lusitana ordinatio. §. pen. citato.

Iuxta hanc sn̄iam, ad primum argm̃ contrariæ opinionis, dicendum est, posse quidem aliquẽ renũciare priuilegio in suum fauorem introducto, modo causa concessionis illius nõ sit ætas, aut infirmitas, talis personæ: perseuerante enim eadem causa, non valet renunciatio talis priuilegij: quoniam esset quodammodo contra bonos mores ea renunciatio, ac proinde nulla, argumento text. in l. in alia §. eleganter. ff. solut. matr.

Ad secundum dicẽdum est ibi esse sermonem de renunciatione facta in iudicio, quæ valet pp authoritatem, & vigorem iudicij. De iure tñ Lusitano, neque in eo euentu valet, vt dictum est.

Ad tertium dicendum est ibi id esse cõcessum in officio illo publico tutelę, aut curæ suę sobolis, ad quod decebat illas admitti, sed renunciatis priuilegijs, q ad id munus attinet, etiam Velleiani.

13 Illud est † obseruandum, si mulier iuret, se nõ vsuram priuilegio Velleiani, tunc non posse illo iuuari. Item si sub iureiurando se obliget pro aliquo, promittens se impleturam obligationem, neque illi contraueturam, tunc, esto non se obligasset interueniẽtibus solemnitatibus l. antiquæ. §. vltim. C. ad Velleian. constitutis, vi solius iuramenti teneretur implere obligationem, neque illi contrauenire posset. Ratio autem est, quoniam implere eam obligationem, non est malum, sed irritum iure humano, ac validum, & obligans ex se, si adhibeantur solemnitates requisitæ; permissum tamen iure humano elidi beneficio Velleiani, vt explanatum est: quare si accedat iuramentum de ea promissione implenda, aut de non vtendo priuilegio Velleiani, quando alioquin obligatio est implendi promissionem, cum tale iuramentum feratur supra rem licitam, vtique obligat, non minus, quam, quando alienatio minoris, aut fundi dotalis, vel renunciatio legitimæ, confirmantur iuramento obligent, de qua re, & similibus euentibus, dictum est copiosè disp. 149. & duabus sequentibus. Excipe in Lusitania, in qua, vt disp. 149. dictum est, irritum est affectum iuramentum cuicunque contractui, aut promissioni, sine Regis facultate adhibitum, atque contractus ipse, & promissio, irrita effecta sunt. Quod autem in euentu, de quo loquimur, obligẽt iuramentum neque locum habeat Velleianum, affirmat cõis doctorũ sn̄ia, quam referunt, ac sequuntur, Couar. c. quãuis pactum p. 2. §. 3. nu. 5. Greg. Lopez l. 3. tit. 12. par. 5. verb. *sabedora*, & verb. *renunciando*, Ant. Gom. 2. tom. var. res. ca. 13. in calce. nu. 17. & c. 14. num. 26. vers. quarto infertur, Gutie. de iur. confirm. par. 1. c. 20. nu. 2. & alij ac præter iura disp. 149. citata, eaque, quæ ibi dicta sunt, confirmatur ex c. ex pręscripto, iuncta gloss. ibi verb. & vxorem, de iur. iur. vbi mulier, quæ iureiurando adhibito, fideiussor extiterat, præcipitur ad implere omnino fideiussionem.

Couar. nu. 5. citato, licet fateatur, qñ mulier, conscia priuilegij, iureiurando promisit implere fideiussionem, non gaudere priuilegio Velliani; licet ẽt fateatur communẽ esse opinionem, eo ẽt non gaudere, qñ inscia priuilegij, iureiurando se astrinxit fideiussionem implere; ipse tñ in hoc vltimo euentu, cũ aliis quos citat, arbitratur, nihil impediente iuramento gaudere priuilegio illo; quoniam, inquit, iuramentum illud non se extendit ad incognita, ac proinde nec cõprehẽdit non vti priuilegio sibi à lege ea in parte cõcesso: quare nihil impediente iuramento fideiussionem, seu obligationem implẽdi, vti poterit Velleiano. Mihi sane non arridet hæc opinio: quoniã, quæ mulier iureiurando promittit se implere fideiussionem intelligit omnino eam implere, quod ad se attinet, ac proinde nullo vtendo suffugio: quod intelligo, quando, si sciuisset priuilegiũ, similiter iureiurãdo se astrinxisset implere fideiussionem, vt regulariter euenit.

Gutier. nu. 2. citato, cum Padilla, & Mencheca; quos refert ait, si mulier prius iurasset, non fideiubere, & postea fideiussisset, & iuramento cõfirmasset fideiussionem, se scilicet illam impleturam, neq; illi contraueturam, posse vti priuilegio Velleiani. Ducuntur, quoniam secundum iuramentum non obligaret: eo quod primum iuramentum concordet cum iure communi. Contrarium tamẽ est proculdubio affirmandũ, & cõstat ex dictis disp. 151. ante solutionem argumentorum. §. quarto quoniam. Ratio autẽ est. In primis, quoniam mulierem fideiubere, nõ est malũ, neque sibi prohibitum iure humano, quin potius potest esse bonum aliquando ex rationabili, & iusta causa: quare, si iuramentum, de non fideiubendo, non sit factum in fauorem tertij, cui expediat, mulierem non fideiubere, solum habebit rationem voti facti Deo, ac iuramento confirmati, eaque de causa, nisi melius esset non fideiubere, attentis circũstantijs concurrentibus, nõ obligaret, quin potius mulier nihil ep iuramento impediente, licitè posset fideiubere, vt ex dictis dispur. 149. constat. Deinde quoniam, licèt peccaret fideiubendo, & confirmando fideiussionem iuramento non peccaret, etiam posito priori iuramento, implendo fideiussionem: quoniam implere fideiussionem, nec illi contrauenire priuilegio Velleiani, non est malum, neque est obiectũ primæ promissionis, sed secundę iuramento confirmatæ: quare, cum non sit malum obligat sub reatu lethalis culpæ illud implere in posteriori promissione iuramento confirmata,

In se

14 In sequentibus † euentibus mulier non gaudet priuilegio Velleiani. Quod intelligendum est, licèt non interueniãt solemnitates de quibus l. anti quę. C. ad Velle. Primus, si pro libertate mancipij se obliget ad aliquid soluendum, aut fideiussor exi stat l. penul. C. ad Velle. l. 3. tit. 12. par. 5. & lib. 4. Lusit. ord. tit. 12. §. 1. In fauore enim libertatis id sancitum est.

Secundus, si mulier vna, in dotem alterius aliquid promittat, aut fideiussor existat rei in dotẽ promissæ l. vlt. C. ad Velle. l. 3. tit. 12. par. 5. & lib. 4. ord. Lusit. tit. 12. §. 2. Quod intelligendum est, modo rite matrimonium iuxta ius canonicum celebretur, vt Lusit. ord. rectè subiungunt. Id. n. similiter in fauorẽ dotis, ac matrimonij, sancitum est.

Tertius, si postquàm mulier se obligauit pro alio, aut fideiussor alterius extitit, elapso integro biennio à primo obligatione, pignus dedit, aut eãdem obligationem innouauit, non gaudet priuilegio Velleiani: secus autem si intra biennũ pignus dedit, aut obligationem innouauit. Rationem red dit lex, quia tunc maturo consilio id vẽ efficere, suamq; causam agere. Ita hẽ leg. si mulier. 2. C. ad Vellea. & l. 3. tit. 12. par. 5. vbi Grego. Lope. ait, quòd, cum lex in ea præsumptione fundetur, non haberet locum ea dispositio, si a principio scitum esset pactum, quòd elapso biennio pignus traderetur, aut innouaretur obligatio: quoniam tunc traditio pignoris, aut confectio iterum eiusdem obligationis, non tam esset innouatio, quàm exequutio primi contractus, eaque de causa locum ha
15 beret Velleianum. Tertius † tamen hic euentus locum non habet in Lusitania. Lib. enim 4. ordin. tit. 12. §. vlt. sancitum est, vt, nihil impediente ea innouatione obligationis, etiam sæpius facta, mulier gaudeat Velleiano.

Quartus, qñ mulier pretium, aut rem pretio æstimabilem, accepit, vt obligationem alterius in se susciperet, vel vt fideiussor pro illo existeret, siue verbo, siue scripto, obligationem suscipiat, aut fideiussor existat, &, siue à principio id accipiat, siue postea, non gaudet priuilegio Velleiani. Debet tamen constare, vel instrũmento publico tribus adhibitis in eo testibus, vel legitima alia probatione, pretium accepisse, alioquin gaudet priuilegio Lan tiquæ. C. ad Vellei. l. 3. tit. 12. par. 5. & lib. 4. Lusit. ord. tit. 12. §. 3. Debet aũt, quod accipitur, esse tm, vt non reputetur pro nihilo, & vt non censeatur factum ad decipiendam mulierem, vt ita maneat omnino obligata: quæ iudicis arbitrio relinquẽda sunt, num talia sint censenda, necne. Quousque autem licitum sit fideiussorem pretium accipere pro fideiussione, disp. 319. dictum est.

Quintus, qñ mulier deciperet creditorem, vt si, vestibus virilibus induta, virum se esse simularet, aut aliqua alia rõne illum deciperet, vt non intelligeret mulierem esse, vel vt crederet, in euentu, in quo fideiubet, aut alienum debitum in se susscipit, non gaudere Velleiano, cum tñ gaudeat; vel denique quacunque alia ratione, atq; ea rõne alienum debitum in se susciat, vel fideiussor existat, tunc, n. non gaudet Velleiano. Ita hẽ l. 2. & l. si decipiendi. ff. ad Vellei. l. fœminis. C. eod. titul. l. 3. tit. 12. par. 5. & lib. 4. Lusi. ord. tit. 12. § 4. Eadem ratione, si maritus obligaret bona vxoris, ipsa id sciente, atque creditore id ignorante, si mulier taceret, tunc, quia consentiret in fraude, ac deceptione creditoris, maneret illi obligata, vt habetur l. si sine, C. ad Vellei. & in materia de pignoribus dictum est.

Sextus, si mulier, quæ debitrix alicui erat, tantundem debiti pro suo creditore in se susceptit, aut consensit, se vel suum debitorem, delegari, vt id alteri loco sui creditoris soluerent; vel, cum fideiussor pro aliquo extitisset ab eo accepit id, p quo ipsa fideiussor extiterat, vt ipsa illud solueret; vel, cum hæreditatem alicuius emisset, fideiussor extitit pro debitis defuncti, quæ ex ea hæreditate erãt soluenda; vel, cum pro aliquo fideiussor extitisset, hæres illius postea fuit, ac proinde tenetur ipsa soluere id debitum in ea proportione, in qua hæres defuncto extitit; in his, & similibus euentibus, nõ gaudet priuilegio Velleiani, quo minus, ipsa, aut debitor ipsius, hæc soluant. Qñ verè id ipsa debet, aut tantundem, ei, cuius debitum in se suscipit, aut pro quo fideiussor extitit. Idem dic, si ipsa pro aliquo in tanta quantitate fideiussor existat, in quanta ille alius pro ipsa fideiussor ẽt est. Hæc omnia habentur l. sed si eum, l. aliquando, in prin cip. l. si mulieri dederim l. debitrix. ff. ad Velleia. l. 2. C. eo. tit. l. 3. tit. 12. par. 2. & lib. 4. Lusit. ord. tit. 12. §. 5. 6. & 7.

Quis sequuntur, esse non possum fideiussores.

16 In primis † milites, qui non in otio, sed in expeditione sunt. Ius autem commune l. milites. C. de locat. solum prohibet eos esse fideiussores conductorum, præsertim bonorum principis, atque hoc est, quòd lex 2. titu. 12. part. 5. asserere vt; tamen Greg. Lop. ibidem potius remittere velit ad l. vnicam. C. quib. ad conduct. præd. fisca. lib. 11. vbi tñ sermo non est de fideiussione, sed de conductione. Argumento tamen à paritate rationis, aut à minori ad maius, censentur prohibiti vniuersim esse fideiussores. Atque id statuit l. 2. citata, & affirmat Anto. Gom. 2. tom. var. resol. c. 13. in calce nu. 9. aitq; esse communem doctorum sententiam l. milites citata. Hoc tñ intelligendum est, quãtum fuerit vsu, & consuetudine receptum, vt & de conductione militum disp. 488. dictum est.

17 Clericus † licèt frequens esse non debeat in fideiubendo pro alijs, præsertim laicis, puniriq; debeat, si frequens sit, vt habetur c. 1. de fideiussoribus, cuius verba sunt. *Clericus fideiussionibus inseruiens* (hoc est, valde seruiens, seu in eis frequens, vt glo. ibi exponit) *abijciatur*: si tamen excusare, rationabilique causa, pro laico fideiubeat, tantum abest, vt peccet, vt id meritorie possit efficere. Ita Panormitan. ibidem, & ca. 2. Semper autem valet fideiussio, siue pro clerico, siue pro laico fideiubeat, vt colligitur ex capitulo secũdo, & sequentibus, de fideiussor. neque refragatur ca. 1. Ita affirmant Panorm. ibi Anto. Gom. 2. tomo var. resol. c. 13. nume. 18. & Doctores communiter. Potest verò obligare, tum bona sua patrimonialia, tum etiam reditus sui beneficij, & de eis satisfacere. Non tamen incarceratur pro fideiussione,

sione, sed de reditibus beneficij, & alij ipsius bonis satisfit creditoti, relinquendo ei ne egeat, vt colligitur ex c.2. de fideiuss. & notant ibi Panor. Ant. Gom. nu. 18. citato, & Doctores cõmuniter.

18 De Episcopo † innuitur ca. te quidem 11. q. 1. quod est Amb. & l. 2. titu. 12. par. 5. esse non posse fideiussorem. Grego. tñ Lopez ibidem ait, se esse arbitrari in praxi si fideiussor existat, teneri.

19 Religiosus verò, si fideiubeat † absque prælati, & maioris partis capituli facultate, fideiussio non tenet, estque puniendus c. pen. de fideiuss. & l. 2. titul 12. part. 5. In religione verò, in qua capitulum non congregatur, sufficit facultas eius, cui iuxta statuta & priuilegia eius religionis, potest ad id eam concedere, vt in nostra societate.

20 Agricolæ, qui † per se, vel per famulos, vel per suam familiam terram colunt, fideiussores iã hodie esse non possunt in hoc Castellæ Regno pro dominis oppidorum, sub quorum iurisdictione degunt. Ita Philip. II. lege, quam hoc anno 1594. in agricolarum fauorẽ tulit, merito §. 5. de supradictis agricolis agens his verbis sanciuit. *Que los dichos labradores no se puedan obligar como principales, ni como fiadores, en fauor de los señores de los lugares, en cuya iurisdicion viuieren, y que sean nulas las escrituras, que en contrario de lo cõtenido en este capitulo, y de todos los demas en fauor de los dichos labradores aqui expressados, otorgaren, sin embargo de qualesquier renunciaciones, que dellos bizieren, ni los escriuanos den lugar à que ante ellos se otorguen, so pena que pierdan sus officios, y no puedan vsar dellos de alli adelante.*

21 Minor viginti quinque † annis quãtis, si fideiussor pro aliquo existat, non sit ea obligatio ipso iure nulla, per beneficium tamen restitutionis in integrum eli litur, atque annullatur, esto hic fideiussor patris, & esto debitor principalis nõ sit soluendo: quia eo ipso, quòd talis minor soluere deberet pro debitore principali, censeretur læsus ea fideiussione. Ita habetur l. 1. C. de filiofam. min. l. 3. §. sed vtrum, & l. ait prætor. §. non solum. ff. de minor. & affirmat communis doctorum sententia quam Ant. Gom. vbi supra nu. 19. refert ac sequitur. Vnde merito Lusitanæ ord. lib. 4. titu. 12. §. 8. admonent, in euentibus, in quibus dictum est, mulieres, si alienum debitum in se susciperent, aut fideiussores pro alio existant, non gaudere beneficio Velleiani, gaudere nihilominus beneficio restitutionis in integrũ, si minores sint. Ant. Gomez vbi supra limitat hæc, cum communi Doctorum scita, quam refert; nisi minor fideiussor existeret pro patre in carcere posito, vt inde eruentur: qm quilibet maior, ad prudens, id efficeret, quin & ad id teneretur, posset q; exhæredari, si esset masculus, & rogatus, id non efficeret, vt disputa. 176. in 8. causa exhæredationis dictum est.

22 Quando † aliquis pro minore fideiussor extitit, & minor se indebite læsum, aut interuenit dolus in eo, in quo minor est læsus, saltem materialis atque re ipsa, ita quòd quamuis dolus non fuerit intentus, læsio tamen est talis, vt quo ad eam, neque obligatio ciuilis, neque naturalis, oriatur ex eo contractu ex parte minoris, vt si minor vendidit rem infra dimidium iusti pretij, vel eã emit vltra dimidium iusti pretij, nõ intendente alterò contrahente eum decipere, aut non interuenit dolus ét materialis explicatus, sed minor obligatus mansit saltem naturaliter, cæterum minor pp læsionem, bñficio restitutionis in integrũ, rescindit contractũ; tunc in priori euentu, siue dolus interuenerit formaliter, siue materialiter solũ, vtique quo ad id, quo ad q, neq; naturalis obligatio consurrexit ex parte minoris, si minori subueniatur, quocũq; modo, ét bñficio restõnis in integ. fideiussor, pro eo adhibitus, quo ad id præcisè, quo ad quod neque naturalis obligatio consurrexerat ex parte minoris, ad nihil tenetur creditori: qm obligatio fideiussoris semper nititur alicui obligationi saltem naturali, principalis, debitoris eius, vel pro quo fideiussor exiuit: quare, si illa non exiriit ex parte illius, pro quo fideiussit, neque ipse quo ad id tenetur. Ita habetur l. 2. C. de fideiussor. minor. & l. 4. titu. 12. part. 5. Quòd aũt intelligendum id sit, non solum qñ interuenit dolus formaliter, sed ét qñ interuenit solũ materialiter modo explicato, colligitur apertè ex l. si quis cum alter §. vlt. ff. de verb. obl. & cum Bar. affirmat Greg. Lop. l. 4. citata gl. 1. non solum in obligatione fideiussoris, sed ét in principali, vt si quis post contractum minoris debitum illius in se susceperit, confirmando contractum: quia. n. hæc obligatio innititur primæ obligationi minoris, vtiq;, si illa nulla fuit võ nõ, hæc quoque nulla võ est censenda. Hinc faciè constat, si minor vendidit rem immobilem, aut mobilem pretiosam quæ seruando seruari poterat, absq; decreto iudicis, adhibito fideiussore, cũ venditio sit ipso iure nulla, ita vt neque naturalis obligatio ex parte minoris oriatur, vt disput. 224. ostendimus, & innuitur l. 2. citata. C. de fideiuss. minor. tunc neque minorem teneri stare tali contractui, sed posse rem repetere, pretium restituendo, neque fideiussorem teneri de euictione: quia, cum nulla obligatio, etiã naturalis, consurrexerit ex parte minoris, nulla ét exiriit obligatio ex parte fideiussoris, vt cum Bar. & Paul. Castr. rectè affirmat Grego. Lope. l. 4. citata verb. *por razon*, aduersus gl. l. 1. verb. nõ vrgeris in fine. C. de fideiuss. min. quæ, cum fateatur venditionem illam minoris fine iudicis decreto esse ipso iure nullam, & neque naturalem obligationem consurrexisse ex parte minoris, addit tamen, semper fideiussorem teneri, argumento l. & si is. C. de præd. min. Cæterum ibi non vendiderat minor, sed tutor, aut curator illius, obligans se de euictione, datis pignoribus de suis bonis propriis, pignoraque obnoxia pronunciantur pro euictione. Quando aũtem minor vendiderat rem mobilem, ad cuius alienationem decretum iudicis non fuit necessarium, adhibuitque fideiussorem, tunc, si solum agat ex leg. secunda, Cod. de rescindenda venditione, ad augmentum pretij, aut rescissionem contractus, prout emptor malluerit, eo quòd vendita fuerit infra dimidium iusti pretij, perinde atque quicunque maior, qui similiter vendidisset, agere posset, tunc ad nihil teneretur fideiussor: quoniam neq; naturalé neque ciuilem obligationem cõtraxit minor, ne id exi-

ad exigendum. Si verò beneficio restitutionis in integrum peteret rescissionem contractus, non cõtentus augmento pretij vsque ad iustum, vel cum deceptus non esset infra dimidium iusti pretij peteret rescissionem contractus, quod se læsum cõperiret, vel peteret augmentum pretij vsq; ad integrum iustum, tunc vtique fideiussor in eatenus foro teneretur de euictione, si rescinderetur cõtractus, vel teneretur de illo augmento pretij, qd de nouo acciperet: qm̃ nihil eorum petere, aut obtinere poterat minor, si fuisset maior. vi dispositionis iuris communis, sed illa obtinet solum beneficio restitutionis in integrũ. Ita Greg. Lopez l. 4. citata gl. penul. In secundo aũt euentu ex duobus in principio propositis, qñ scilicet, neq; materiali dolo intercedente, minor, qui fideiussorẽ adhibuit petit, & obtinet restitutionẽ in integrum, tũc illi soli prodest ea restitutio, sed nõ fideiussoribus, qui tenentur de euictione, aut de incremento pretij creditori: habent tñ recursum actione mandati aduersus minorẽ, nisi minor ipse, vt potest, perdat & restitutionem in integrum aduersus fideiussoreꝫ. Ita habetur expresse l. 1. & 2. C. de fideiuss. minor. l. Marcellus. ff. de fideiuss. & l. 4. citata. Atque hæc eadẽ dicenda sunt de eo, qui fideiubet prodigo, an furioso, vt habetur l. Marcellus citata.

## Vtrum fideiussor in plus, quam principalis debitor, aut in rem aliam, obligari possit.

### DISPVT. DXLI.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideiussorem non obligari in plus, quam principalis, quomodo intelligendum.*
2 *Fideiussor in quibus casibus non potest in plus obligari, quam principalis.*
3 *Fideiussor potest se obligare minus, quam debitor principalis.*
4 *Fideiussor quando obligatur plus, quam principalis, an obligatio nullar eddatur in totum, an verò quo ad excessum tantum.*
5 *Et quid si adsit iuramentum.*
6 *Fideiussor potest artius obligari, quam principalis licet non in plus.*
7 *Et in quibus casibus, & eventibus.*
8 *Fideiussor quomodo potest in rẽ aliã obligari minus ab ea, ad quã debitor principalis obligatur.*
9 *Fideiussoris obligatio quando dicatur diuersa ab obligatione principalis.*

1 FIdeiussor non potest in plus obligari, quàm principalis debitor maneat obligatus. §. fideiussores inst. de fideiuss. l. 8. cæterùm §. illud. ff. eod. tit. & l. 4. tit. 12. par. 5. consentitque communis doctorum sententia. Ratio autem redditur, §. fideiussores citato, qm̃ cum obligatio fideiussoria sit accessoria principali, eiq; innitens, nõ potest plus secum trahere, quã obligatio debitoris principalis, vt ibi, fideiussores. ff. de fideiuss. & §. fideiussores inst. eod. Quoties autem obligatus aliud esse fideiussorem obligari plus, hoc est, ad plus, quam obligetur debitor principalis, attamen ad id solum, ad quod obligatur debitor principalis; atque id non negari iuribus citatis esse posse, vt explicabimus: aliud verò, obligari plus hoc est, ad plus extendi, quàm obligetur debitor principalis, & hoc negari iuribus citatis, esse posse.

2 Porrò quo ad quatuor, quæ explicantur inst. de actionibus. §. plus iũcto. §. sequenti, dicitur iuribus citatis, nõ posse in plus obligari fideiussorẽ, quàm debitorem principalem. In primis quo ad quantitatẽ. Vt non potest debitor principalis esse obligatus ad soluendum solũ quinque, & fideiussor ad soluendum pro eo decem: contra verò, potest fideiussor solũ pro quinq; fideiubere, manente debitore principali obligato pro decem. Deinde quo ad locum. Vt nõ potest debitor principalis esse obligatus ad soluendũ aliquid in aliquo loco, & fideiussor obligari, vt id soluat in loco gratiori fideiussori. Tertio quoad tempus. Vt non potest debitor principalis esse obligatũ ad soluendum intra biennium, & fideiussor obligari ad soluẽdum intra breuius tẽpus: tũc enim fideiussor dicitur ad plus obligari quo ad tẽpus, quando obligatur ad breuius tempus, vt iuribus citatis merito dicitur: contra autẽ, bene potest debitor principalis obligari ad soluendũ intrà breuius tempus, & fideiussor in tua longius. Ad obligationem maiorem quo ad tempus reducitur, si debitor principalis obligetur sub conditione, & fideiussor pure: vnde id non valet. Potest tñ fideiussor obligari solum sub conditione, aut solum in diem, hoc est, vsque ad certum tempus, aut ex certo die, & debitor principalis obligari pure, seu absolutè. Quoniam obligatio hæc maior est, seu ad plus se extendit, quam illa. Quòd autem fideiussor possit se obligare solum sub conditione, aut solum in diem, vel ex certo die præter iuris citati, habetur l. 6. tit. 12. par. 5. atque ex se est notissimum. Quartò, quo ad causam, vt dicitur inst. de act. loco citato. Omisso verò exemplo, quod ibi habetur, quia eo in loco sermo non est de fideiussoribus, exempla accommodatam adhibentur. Græcè §. idem Iulianus. ff. de fideiuss. Vt si debitor obligetur dare hominem Stichum aut decem, hoc est, mancipium aliquod indeterminatè aut decem, quod intelligitur, vt debitor ipse elegerit, & fideiussor obligetur dare alterum illorum duorum, vt elegerit creditor, dummodo sit obligatio fideiussoria, quã debitoris principalis ac proinde est nulla. Contra autem, si debitor principalis obligatus esset dare hominem, aut decem, vt creditor eligeret, & fideiussor obligaretur dare hominem, aut decem, vt fideiussor eligeret, vbi daretur obligatio qua ad minus obligaretur fideiussor, quàm debitor principalis. Eadem ratione, si debitor principalis obligetur dare Stichum, & Pamphilum, & fideiussor obligetur dare Stichum, aut Pamphilum, valide esset obligatio quia similiter, ad minus obligaretur fideiussor, q̃ debitor principalis. Hæc sunt exempla, Vlpiani mira, §. relatis ex Iuliano iurisconsulto.

3 Dubium est, vtrum, qñ fideiussor modis explicatis ad plus obligatur, quam debitor principalis, Quæst.

Digitized by Google

4 lis, maneat † fideiussio nulla solum quo ad excessum, ita quòd adhuc maneat obligatus quo ad id præcisè, in quo obligatus manet debitor principalis; an verò maneat oīno nulla, ita quod ad nihil maneat creditori obligatus. Lex græcè. §. illud ff de fideiuss. apertè videtur sonare hoc secundum, nempe obligationem reddi prorsus nullam. Cum enim sermo vniuersim sit de oībus, qui pro alijs obligatur, dicitur. *Si fuerint in duriorem causam obligati placuit omnino eos non obligari*. Atq; dē sonare vī doctrina, quæ ibidem paragraphis sequentibus subiungitur, eaq; est sīa glossæ ibi, & quarundam aliarum, Bartoli, & cōis, vt referunt Couar. c. quamuis pactum part. 2. §. 6. nu. 3. Gregor. Lopez l. 7. citata, Ant. Gom. 2. tom. var. resol. c. 13. num. 2. & Gutier. de iur. confir. par. 1. c. 22. num. 1. Contrariam sententiam, quod scilicet solum reddatur nulla quo ad excessum, refert etiam glossa citata, & glo. 1. §. fideiussores inst. de fideiuss. & in eam propendet additio glossæ ibidem, eamque amplectitur Anto. Gom. num. 2. citato. Quicquid aūt sit de iure cōi, meritò tñ in hoc Castellæ Regno l. 7. citata sancita est hæc posterior opinio, vt scilicet fideiussor tunc teneatur solum ad id ad quod debitor principalis tenetur: neque enim vult per inutile vitiari debet. Admonent verò Greg. Lopez l. 7. citata, & Gutier. c. 22. citato, num. 3. inualidam esse obligationem fideiussoris quo ad excessum de iure Castellæ, etiam si creditor, & fideiussor, expresse conuenant, quod fideiussor de excessu teneatur, & esto fideiussor renunciet legi illi: quoniam id non statuitur in priuilegium fideiussoris, sed tanquam forma. Atq; idem dicendum est quo ad totum de iure communi, iuxta communem sententiam, quæ asserit inualidam esse obligationem quo ad totum.

Decis.

Ius Castellæ.

Dubiū

5 Dubium est, num, si fideiussor, qui in plus se obligauit, † quam debitor principalis, obligationem suam, ac fideiussionem iuramēto confirmet, teneatur in totum. Ad quod proculdubio dicendum est, teneri in totum, etiā stando in iure communi ciuili: quoniam res eo iuramento cōfirmata, illicita non est, sed solum nulla secluso iuramēto de iure quidem Castellæ solum quo ad excessum supra obligationem debitoris principalis, & iure communi in totum, iuxta communem doctorum sententiam: quando autem promissio non illicita, iuramento confirmatur, esto, secluso iuramento, sit nulla, vires tamen assumit ex iuramento, atque obligat, actioque conceditur, etiam iure ciuili, modo illicita non sit ex parte accipientis; neque relaxari potest iuramentum, qñ facta est in fauorem hominis alicuius, & acceptio illicita non est ex parte illius, vt hæc omnia ostensa sunt disp. 149. & duabus sequētibus, iuncta disp. 256. atque in re proposita affirmant Couar. num. 2. citata, Greg. Lopez l. 7. citata, glo. 1. Gutier. c. 22. citato, nu. 4. & communis doctorum sententia, quā referunt. Conueniunt verò doctores, cum in re proposita debitor principalis non teneatur quo ad excessum, sed solum fideiussor ad eum teneatur vi iuramenti, teneri ad illum vt in principalem, & non vt fideiussorem, ac proinde quo ad illam expectandum non esse, quod prius fiat excussio in bonis principalis debitoris: de qua excussione inferius suo loco erit sermo. Quo ad latitudinem verò quantitatis, quam debitor principalis etiam debet Bar. & alij, quos Couar. refert, censent fideiussorem, qui, stando in iure cōi, iuxta communē sententiam, vi solius iuramenti tenetur, non teneri vt fideiussorem, sed vt principalem, ac proinde necesse non esse fieri prius excussionem in bonis principalis, vt fideiussor eam soluere cogatur vi iuramenti præstiti. Atq; hæc est opinio, quam Couar. num. 2. citato merito duram affirmat, & à qua discēdit, discedendumque arbitror, quicquid Gutier. vbi supra & c. 23. à nu. 26. reclamet. Contrarium verò huic nostræ, & Couar. sententiæ, duplici ex capite potest asseuerari. Vnum est quasi eo ipso, quòd fideiussio iuramento confirmatur, esto fideiussor non se obliget ad plus, quam debitor principalis, fideiussor non gaudeat priuilegio à iure fideiussoribus concesso, vt scilicet prius fiat excussio in bonis debitoris principalis, & qñ inde non fuerit satisfactum creditori, cogatur fideiussor satisfacere, quod defuerit. Atque ex hoc capite id vī affirmare Gutier. id tñ esse falsum, infertus dicetur. Iuramentum quippe, quo fideiussio, alioquin valida, cōfirmatur, licet arctius obliget, quàm sola fideiussio valida, non tamen ad plus se extēdit, vt de cæteris promissionibus, alioquin validis iuramento confirmatis, sæpius dictum est: fideiussio verò illa, si iuramento non esset confirmata, non obligaret ad solutionem, nisi facta prius excussione in bonis principalis debitoris, vt Gutier. ipse affirmat, & infra videbimus. Alterum caput, ex quo id asseuerari potest, est. Quia cum, stando in iure cōi, iuxta communem, ac Bar. sententiam, fideiussor ille, secluso iuramento, neque ad debitum principalis debitoris teneatur, obligatioq; ad id solum consurgat ex solo iuramento, vī ad id teneri, non vt fideiussor debitoris principalis, sed vi tantum iuramenti, ac proinde vt principalis, eaque de causa teneri videtur, nō expectata excussione in bonis principalis debitoris. Contrarium tamen est proculdubio dicendū cum Couar. Quoniam fideiussor ille sōlū se obligare intendit quo ad id, tanquam fideiussor principalis debitoris, locoque illius in euentu, quo, ille non solueret, atque ad maiorem firmitatem, & vt creditor securior esset, adhibuit iuramentum: licet autem ius commune irritam, iuxta communem opinionem, fecerit fideiussionem illam secluso iuramento, eo tamen adhibito, consurgit obligatio fideiussoris, sed non ad aliud, quam ad id, ad quod ea fideiussio iuramento confirmata obligaret, si irrita non esset effecta secluso iuramento. Ac planè, posita dispositione iuris, quod prius excussio fiat in bonis debitoris, non ad aliud se intendit obligare fideiussor iuramento adhibito, quàm ad id; neque creditor ad aliud intendit eum obligare, sed solum, vt firmius maneret obligatus, voluit adhiberi iuramentum.

Dubiū

Decis.

Memento verò de iure Lusitano, si iuramentum non esset præstitum de facultate Regis tenē neque ex iuramento, neque ex fideiussione, alio-

quin

quin valida, resultare obligationem, iuxta ea, quæ disp. 149. dicta sunt. Eodem etiam modo non resultabit in hoc Castellæ Regno obligatio ex fideiussione, alioquin valida, si iuramento confirmetur, iuxta ea quæ ibidem dicta sunt.

Gutier. c. 22. citato nu. 5. cum Menchaca affirmat, si fideiussor prius iuramento affirmasset, se non in plus fideiussorum pro aliquo, quàm ille teneretur, tunc, si in plus pro eo fideiubeat, & fideiussionem iuramento confirmet, non valere quo ad excessum. Ducitur, qa prius iuramentum consonum erat iuri communi. Hæc tamen opinio est falsa, eodemque modo euertitur, quo alia eorum similis, disputatione præcedente fuit euersa, eaque de causa non plus hac in re immoror.

Dictum est supra; q̃uis fideiussor nõ possit obli
6 gari in plus, q̃ † debitor principalis, posse tñ artius obligari, quàm illum. Qm̃, vt disp. 539. dictum est, pro eo, qui solum naturaliter obligatur, potest adhiberi fideiussor, qui obligatus manebit naturaliter, & ciuiliter, ac proinde artius, vt Greg. Lopez l. 7. citata glo. 1. & Anto. Gom. 2. tom. var. resol. c. 13. num. 2. cum communi doctorum sententia, quam referunt, affirmant. Potest item, vt ex hactenus dictis facilè constat, obligari cum iuramento, qñ principalis debitor sine iuramento
7 obligatur. Ex hoc † fundamento, quòd fideiussor possit artius obligari quàm debitor principalis, colligit ibidem Ant. Gom. cum multis alijs, quos citat, posse fideiussorẽ obligari instrumento guarentigio, qñ debitor principalis obligatur non ex tali instrumento, quin esto solũ naturaliter obligetur. Colligit deinde cum Fabro, posse fideiussorem obligari cum hypotheca, qñ debitor principalis sine hypotheca obligatur. Tertio ex eodẽ fundamento, quod fideiussor possit artius obligari, q̃ debitor principalis, rectè cũ multis alijs, quos citat, colligit, euenire posse, vt aliquando fideiussor cogi possit soluere pro debitore, nulla facta excussione in bonis debitoris, esto ea bona præsentia in eodẽ loco habeat. Si enim debitor principalis sit solum obligatus naturaliter, tunc, cum conueniri non possit pro debito in foro exteriori, nulla poterit fieri excussio in bonis illius, esto multa, ac præsentia habeat bona, & tñ fideiussor tunc cogetur pro eo soluere. Ex eodem fundamento possumus nos colligere, fideiussorem posse se obligare ad pœnam, si ipse non soluat, quòd fideiubet, qñ debitor principalis ad nullam pœnam se obligauit, si ipse non solueret, vt affirmat glo. l. sicut reus, consentaneè ad textum ibi. ff. de fideiuss. & affirmãt Greg. Lopez & pleriq; alij, quos refert l. 7. citata glo. 1. concinit l. si pupillus, in fine. ff. de verb. obl. Rõ autem est, qa illud est per se artius obligari ad fideiussionem, quàm debitor principalis obligetur ad solutionem, & per accidens est obligari ad aliud: ex eo autem, ꝙ fideiussor non stet promissis, per accidẽs sequitur, quòd in pœnam sui delicti soluat, ꝙ vlterius, si in eam culpam incideret, promisit. Possumus itẽ ex eodem fundamento colligere posse se obligare ad standum iuramento creditoris in litem circa interesse, quod amiserit ex eo, ꝙ fideiussor non soluerit tpe debito, qñ debitor principalis non se adstrinxerit ad standum simili iuramento creditoris, vt cum Fabro asserit Greg. Lopez vbi supra. Etenim id est per se artius se obligare, & per accidens se obligare ad aliud, quasi in pœnã, si promissis non stetetit. Concinit, quòd id per se non sit ad plus se obligare l. 1. ff. de in litem iurando. Hæc de primo eorum quæ proposita sunt.

8 Quod ad secundũ † verò attinet, nempe vtrum fideiussor possit in rem aliam obligari ab ea, ad q̃ debitor principalis obligatur, & vt simul primũ magis elucidetur, atque vt difficilia quędam iura explanentur, ad concordiamque reducantur, obseruandum est cum Lassarte de decima vend. c. 8. In iure ciuili communi, non solum esse inualidã fideiussionẽ, si fideiussor in plus obligetur, q̃ debitor principalis, sed ẽt esse inualidam, si fideiussor obligetur in rem aliam ab ea, ad quam debitor principalis obligatur l. græcè. §. si qui Stichum, & §. idem Iulianus l. si ita, & l. si à reo. §. si à reo ff. de fideiuss. Quamuis autẽ, si debitor principalis obligetur ad certã pecuniæ quantitatem, & fideiussor pro ea obligetur ad certas mensuras tritici, vini, aut olei, vel ad quamuis aliam rem soluendam, censeatur fideiussor obligatus ad rem diuersam, ac proinde obligatio sit nulla, vt ex iuribus citatis constat, idemque sit, si debitor principalis obligetur ad rẽ, quæ non est pecunia, vt ad triticum, vinum, mancipium, aut rem aliã similẽ soluendam, & fideiussor obligetur ad rem diuersam, quæ nõ sit pecunia, attamen, si debitor principalis obligetur ad rem quę nõ est pecunia, vt ad vinum, vel oleum, & fideiussor prẽ eo obligetur ad certã pecuniæ quantitatẽ, non censetur obligatus ad rem diuersam, vt expresse hẽ l. si ita. ff. de fideiuss. citata. Ratio autem est, qm̃ pecunia, quo ad ipsius valorem, est id, quo res cæteræ æstimantur, ac velut earum, quo ad valorem, mensuram, ac proinde, in re proposita, obligatio fideiussoris ad certã pecuniæ quantitatem, qñ debitor principalis obligatur ad triticum, vinũ, oleum, aut ad rem aliam, quæ non sit pecunia, nõ censetur obligatio ad rem diuersam. Verba legis, si ita, hæc sunt. *Si ita fideiussorem accepero: quod ego decem credidi, de ea pecunia mille modios tritici fide tua esse iubes? non obligatur fideiussor: quia in aliam rẽ, quam quæ credita est, fideiussor obligari non potest: quia non ut æstimatio rerum, quæ mercis numero habentur, in pecunia numerata fieri põt, ita pecunia quoq; merce æstimanda est.* Hæc Iambolenus iurisconsultus, cuius est lex illa. Vbi expresse docet, obligationem fideiussoris soluendi triticum, qñ obligatio debitoris principalis fuit soluendi pecuniam, esse obligationẽ rei diuersæ, ac proinde esse nullam: contra verò, obligationem fideiussoris soluendi pecuniam, quãdo debitor principalis obligatus erat soluere triticum, non censeri obligationem rei diuersæ, ac proinde esse validam.

Glossa tamen Accursij ibi verb. potest, quã sequitur Bar. contrariũ verum esse affirmat, quando debitor astringitur dare rem, quæ non est pecunia, vt triticum, & fideiussor se obligat ad soluẽdum pro ea pecuniam: affirmant enim obligationem

tionem esse in rem diuersam, atque adeo esse nullam. Niuntur verò gl. illa Bart. & plerique alij l. græcè, §. si quis Stichū. ff. de fideiuss. vbi Vlpianus, cum retulisset ex Iuliano, si debitor principalis se astringat ad tradendum Stichum, & fideiussor se astringat, tradere Stichum, aut decem, obligationem fideiussoris esse nullā, eo q̄ durior, sit, q̄ obligatio debitoris principalis; quia si Stichus moriatur, manet debitor principalis liberatus; & ip̄n fideiussor, cum nō possit reddere Stichum, tenetur soluere decem. Cū, inquam, hęc ex Iuliano retulisset, subiūgit ex Marcello, non solum ex eo capite fideiussionem esse nullam, sed ēt quia fideiussor obligatus est tradere rem diuersam. Vbi vides, obligari fideiussorem ad soluēdum loco Stichi decem, censeri obligari in rem diuersam. Addit Vlpianus, si debitor principalis obligetur ad soluendum decem, & fideiussor se obliget ad soluendum decē, aut Stichum, obligationē esse nullam; non quidem ex eo, qđ obligatio fideiussoris sit durior; cum leuius sit teneri soluere decē, aut Stichum, vt voluerit fideiussor, q̄ teneri soluere decem determinatè; sed ex eo, qđ fideiussor obligetur, ad rem diuersam ab ea, ad quā tenetur debitor principalis. Addit Bart. cum glos. l. si quis pro eo, in prin. ff. de fideiuss. in vltimis verbis eius glossæ, & cū glos. l. cum filiusfamilias, §. 1. verb. neuter, in fine ff. de verb. oblig. quāuis, si debitor obliget dare rē, quæ nō est pecunia, & fideiussor obligetur dare pecuniā, censeatur fideiussor obligari ad rem diuersam, ac proinde obligatio sit nulla, vt dictum est; si tē debitor principalis obligetur facere aliquid, & fideiussor obligetur reddere pecuniam, quantum æstimabitur, quod ille facere debebat, seu interesse, validam esse obligationem, iuxta l. stipulatus est. ff. de fideiuss.

Paul. Castrensis, Aries Pinel. in rubr. C. de rescin. vend. part. 1. c. 3. num. 19. & Lassarte c. 8. citato, contra glossas citatas, Bartolū, & cōem doctorum sniam, recte affirmant, recedendum non esse à doctrina, quam apertè sonat l. si ita ff. de fideiuss. Nempe qū debitor principalis obligatur ad rem, quæ non est pecunia, validam esse fideiussionem ad certam pecuniæ quantitatem modo obligatio fideiussoris durior ex aliquo capite, quā obligatio debitoris principalis, non reddatur. Ac sane nulla potest reddi congrua ratio, cur, si debitor principalis obligetur ad factum, valida censeatur fideiussoris obligatio ad certā pecunię quātitatem, æstimationem ve interesse facti illius; nō verò, si debitor principalis obligetur ad dandum aliquid, quòd non sit pecunia, vt triticum, vinum, mancipium, aut quoduis aliud. Etenim pecunia non minus est mensura valoris vini, olei, aut alterius rei, quæ non est pecunia, quàm facti: quin potius, quotiescunque aliquis obligatur ad dandam rem determinatam in individuo, & alius fideiussor extitit, quod debitor principalis id implebit, censetur se obligare ad interesse, valoremve rei illius in euentu, quod debitor principalis sua culpa non possit id tradere, quia illud destruxit, aut consumpsit, vel alienauit, & non est soluendo interesse.

Prætermissa vero snia Pauli Castrensis, certè non est contemnenda snia Pinelli, quicquid Lassarte dicat; tametsi, q̄ Lassarte addit, rē magis explicent. Etenim in † euentu, de quo est sermo §. si quis Stichum, citato, atq. in sensu, in quo verba illa à Iuliano, Marcello, & Vlpiano vsurpantur, negari non pōt (vt Pinellus ait) diuersum quid esse, obligare se fideiussorem ad Stichum, aut decem, ab obligatione ad Stichum, vt se obligauerat debitor principalis, ēt si decē tradenda sint loco Stichi. Debitor. n. principalis solū se obligauerat ad Stichum, rem singularem, atq. adeò, si absque sua culpa periret ante tps, in quo foret tradendus, expirabat obligatio illius, vt tres illi iurisconsulti in eo. §. consentiunt. Obligatio verò fideiussoris, vt verba sonant, eaque tres illi iurisconsulti in eo. §. intelligunt, erat, vt, esto Stichus ante traditionis tempus periret, teneretur fideiussor, vel Stichum, vel decē dare, atque adeò implere vnam partem illius disiunctionis (seu alternatiuæ, vt iurisperiti vocant) plus autem est hoc secundum, quàm illud primum: neque intelligi potest aliquid esse plus, quam sit aliud, quin intelligatur esse diuersum; ēt si loquamur de incremento illo, quo ad æstimationem. Atq; hoc est, quòd cum Marcello voluit Vlp. in eod. §. Quòd si obligatio fideiussoris hoc modo fuisset facta, quòd. s. in euentu quòd, tēpore destinato ad traditionem, debitor, perseuerante adhuc obligatione ipsius, Stichum non traderet, fideiussor teneretur tradere eūdem Stichum, aut decem loco illius, sane obligatio hæc lōgè minor esset, quàm obligatio debitoris, vt §. si quis Stichum, & §. idē Iulianus, aperte constat, nunquāque Marcellus, & Vlpianus assererent, hanc obligationem diuersam esse ab obligatione debitoris: eo quòd sit obligatio pecuniæ loco Stichi, sine incremento, immo cum decremento obligationis. Ac sanè in hoc potius sensu per epicheiam, iuxta subiectam materiam, essent accipienda verba illa, de quib, Iulianus, Marcellus, & Vlp. in eo. §. loquuntur, & quæ in alio sensu ipsi accipiunt, q̄ in sensu, in quo ab eisdem accipiuntur, eodemque modo accipienda essent à iudicibus hodie, si in aliqua obligatione reperirētur; neque enim credendum est plus se voluisse obligare fideiussorem, q̄ debitorem principalem. Qn autē debitor principalis se obligasset ad decem, & fideiussor ad decem, aut Stichum, merito Vlp. quamuis obligatio fideiussoris sit minor, esse tn rei diuersæ: eo qđ loco pecuniæ subroget Stichum, si ita ipse potius velit, & non pecuniam loco Stichi. Vtinā aut rescinderentur à iure ciuili tot subtilitates, ac tricæ, ab ethnicis hoībus adinuētæ, & nobis relictæ, quæ nō aliud sunt, quàm litium fomēta, obscurūque reddunt ciuile ius, & difficile admodum, vt addiscatur, memoria retineatur, & vt iura iurib. conciliētur. Satius multo esset, tradere hanc brēuē regulam; vt fideiussor non ad maiorē valorem posset obligari, quàm esset debitum principale: si autem obligaretur, esset nulla quo ad incremētum. Neque ego video (vt hoc circa dicta hac tota disputatione semel admoneam) quo iusto titulo possit creditor ad plus obligare fideiussorem

rem, plusve ab eo accipere, quam sit debitū principale: neque enim plus donatione est credendum ei promitti, aut dari, quam promittantur, aut dētur vsuræ, quæ, quia inuoluntariè mixtè dantur, invalide dantur, ac promittuntur, iniusteque accipiuntur. Regulam autem illam videtur tradere l. 7. tit. 12. par. 5. &, vt existimo, ad rescindenda hęc omnia vana, & nociua iuris communis. Cęterum non ita eam intelligere volunt doctores Hispani, accumulantes hæc alia ex iure communi. Bene tamen Lassarte c. 8. ciuato num. 12. obseruat, legem 2. tit. 16. lib. 5. nouæ collect. non aduersari dispositionibus iuris communis circa annullationem obligationis fideiussoriæ in plus, aut in rem diuersam ab ea, ad quam debitor principalis fuerit obligatus: quoniam ibi solam excluditur solemnitas stipulationis, permittiturque homines seipsos obligare solo pacto nudo.

Rectè etiam Lassarte c. 8. ciuato, à nu. 8. obseruat. Si debitor principalis debeat tē determinatam in individuo, qua pereunte, absque ipsius culpa, manet ipse omnino à debito liberatus, nō valere fideiussionem, qua fideiussor se astringat, centum aureos v. g. in quibus res illa æstimatur, loco illius dare: qm obligatur in plus, eo quòd centum aurei in genere ad quos fideiussor obligatur, non pereant, & res illa determinata in singulari perire possit, suoque interitu liberare debitorem ab obligatione, quà erat astrictus: &, cum fideiussor illo modo obligetur in plus, non obligatur in idē omnino, sed in diuersum quo ad valorē, quia plus valet obligatio ad centum aureos in genere, quam obligatio ad rem determinatam in singulari, v. g. ad Stichum, & subinde plus valent centum aurei, vt sunt sub obligatione illa, quam Stichus, vt præcisè est sub illa alia obligatione. Si autem obligatio fideiussoris ad centum aureos in genere, esset præcisè, interim dum in debitore principali permaneret obligatio ad Stichum, tunc vtique non esset maior vna obligatio, quàm alia, ac proinde valida esset fideiussio. Si item principalis debitor obligetur ad aliquid in genere, hoc est, non determinatum in individuo, vt ad decem modios tritici, aut ad mancipium tradendum in genere, & fideiussor obligetur pro illo ad centum aureos, in quibus res illa æstimatur, tunc valida est fideiussio: quia non in plus obligatur vnus, quem alter, & fideiussor obligatur in pecunia æquiualenti in valore rei, ad quam debitor principalis obligatus, quæ, in re proposita, non censetur diuersa res ab ea, ad quam debitor principalis est obligatus, vt habetur l. si ita ff. de fideiuss. vbi adhibetur exemplum, quando debitum principale erat in re indeterminata in individuo, pura in modis tritici: non verò in re determinata in individuo, vt est Stichus. Valida quoque esset fideiussio, si debitor principalis obligaretur ad decem modios tritici, & fideiussor ad eosdem, vel ad certam pecuniæ quantitatem, qua æstimarentur: quoniam leuior esset obligatio ad vtrumuis, optione fideiussoris, quam ad solos modios tritici: & quoniam esset subrogatio pecuniæ pro modijs tritici, quod est licitum, iuxta l. si ita citatam.

## Si multi simul obligentur ad aliquid, vt principales debitores, quando singuli in solidum conueniri possint, quando non item.

## DISPVTATIO DXLII.

### SVMMARIVM.

1 *Obligatio communis pluribus pro indiuiso, quibus modis dicatur.*
2 *Rei promittendi qui dicantur, & qui credendi.*
3 *Rei plures debendi, seu promittendi, quando in solidum conueniri possunt, & quando pro parte. & num. 10. vsque ad finem.*
4 *Obligati plures si sint ad aliquod indiuiduum, vnusquisque eorum tenetur in solidum.*
5 *Rei plures debendi proprie qui dicantur.*
*Et quomodo conueniri possunt à creditore. nu. 6.*
*Et quid de iure Authenticorum. nu. 7.*
*Et an in Regno Castellę, & Lusitaniæ obseruetur tale priuilegium, & ius Authenticorum. nu. 8. 9.*

ANtequàm disputatione sequenti explaneamus, si multi fideiussores sint eiusdem debiti, quando singuli ad illud teneantur in totum, & quando in partem explicandum id prius est de debitoribus, seu obligatis ad aliquid principaliter, hoc est, non accessorię, vt obligantur fideiussores: vnum enim horum affine est alteri, conducensq; ad pleniorem alterius notitiam, ac proinde merito in hunc locum reseruauimus explicationem eius, quod est propositum.

1 Obligatio aliqua† esse potest communis multis pro indiuiso, vel ex parte eorum, quo obligantur, quia scil. est vna ad vnum tantum obligatur pro indiuiso, vel ex parte eorum, quibus obligatio fit, qa scilicet obligatio fit, multis comparantibus ius ad id pro indiuiso. Quando obligatio cōis est multis pro indiuiso ex parte eorū, quibus fit, vt si Petrus promittat Ioanni ac Francisco centum, iidi, quibus fit, nempe Ioannes, & Franciscus, si intercedat stipulatio, illi verò stipulentur à Petro, dicūtur plures rei stipulandi, vt hē Inst. de duob. reis in princ. l. 1. & sequentibus. ff. eod. tit. denominatione sumpta (vt affirmat Glo. circa subticam in authētico de duobus reis) non à vocabulo reatus, sed à vocabulo rei, quasi rei eiusdem pro indiuiso obligatum sibi habentes aliquem: si verò obligatio illa contrahatur, siue stipulatione, siue quouis alio contractu, qui solo consensu, verbis, aut re perficiatur, siue quacunque alia ratione contrahatur, dicuntur rei credendi, vt hē l. vlt. C. de duob. reis, quasi creditores pro indiuiso eiusdem rem aliquem sibi obligatum habentes. Quando verò obligatio communis est multis pro indiuiso ex parte eorum, qui obligantur, vt si Ioannes, & Franciscus promittant centum Petro, tunc, qui ita obligantur nempe Ioannes & Franciscus, dicuntur† plures rei promittendi, vt habetur Instit. de duob. reis in prin. l. 1. & sequentib. ff. eod. titu. dicuntur etiam plures rei debendi, vt habetur l. vlt.

vlt. C. eod. tit. quasi plures ꝓmittentes : aut debẽtes, cãdẽ rem ꝓ indiuiso: possunt, n. resultare plures rei credendi, aut debẽdi, non solũ si obligatio contrahatur stipulatione, sed ẽt si contrahat quocunq; alio genere contractus, vel quouis alio modo, vt hẽc l. eandem rem. ff. de duob. reis, & affirmat Ant. Gom. 2. tom. var. resc. c. 12. in calce, nu. 1. & cõis sententia, quam refert. Porrò, quamuis inst. C. & ff. inscribatur tituli, in quibus hac de re agitur, duobus reis; possunt tñ esse tres, quatuor, aut plures rei, tam credendi, quam debendi.

Lege ex duobus. ff. de duob. reis, & §. vlt. Instit. eo. tit. hẽc. Nullum † est esse incommodum, si sint duo rei promittendi, seu debendi, quorum vnus obligetur purè, & alter sub conditione, vel in diẽ: neq; conditionẽ, aut diem, à quibus pendet obligatio vnius eorum, impedire quominus ab altero exigi possit debitum aduenientetpe, in quo debitum est soluendum. Impleta autem conditione, aut aduenientedie, in quem vnus eorum se obligauit, vterq; manet simpliciter, & æqualiter obligatus: deficiente vero conditione, desinit omnino is esse obligatus, qui sub ea se obligauerat & manet alter solum obligatus, vt est notissimum.

Qñ duo, aut plures, obligabantur ad aliquid pro indiuiso, vt ad soluendum centum, nisi exprimatur formaliter, aut virtute, vnumquenq; eorũ teneri in solidũ, vnusquisq; eorũ solũ tenetur in suam partem, seu pro virili, vt in exemplo proposito, si sint duo tm̃ qui se obligarunt, solũ tenetur vnusquisq; ad quinquaginta. Ita hẽc l. reos. §. cum tabulis. ff. de duob. reis l. 2. tit. 13. lib. 5. eo. quæ est l. 2. tit. 16. lib. 5 nouæ collect. & multis alijs iuribus, quæ Ant. Gom. 2. tom. var. resc. c. 12. nu. 1. citat, & affirmat cõis doctorũ sententia, quam idẽ Anto. Gom. ibidem refert, ac sequitur. Eodem modo, si vnus pluribus creditoribus obligetur ad aliquid pro indiuiso neque formaliter, aut virtute, exprimat, se obligari vnicuique eorum in solidum, solum tenetur vnicuiq; eorum pro virili parte, quæ ipsum contingit. Ita hẽc §. cum tabulis citato, & affirmat cõis doctorum sententia, quã vbi supra Anto. Gom. refert, ac sequitur. Quod si obligatio pro vna parte contrahentium nõ valeat in vtroque euentu explicato, altera, aut reliquæ partes, solum debentur. Ita hẽc l. si mihi & Titio. ff. de verb. oblig. & alijs iuribus, quæ Ant. Gom. ibidẽ citat. Obserua tñ, quod si multi † pro indiuiso se obligarunt ad aliquid, & illud est indiuiduum, vt seruitus, præsertim realis, aut Stichus, vel aliud simile, quod diuidi nequit, & pro parte solui, & ꝓ parte non solui, tunc vnusquisq; tenetur creditori ad totum, similiter, si aliquid tale promissum sit pro indiuiso duobus, soluendum est in solidũ cuiq; illorum. In primo autem euentu, facta solutione ab vno debitorum, alter liberatur. Quod si promissio inualida erat ex parte alterius creditorum, tenetur creditor soluere dimidium æstimationis. Similiter in secundo euentu, facta solutione vni creditorum, nihil debetur alteri. Quòd si inualida erat obligatio comparatione alterius creditoris, is, cui facta fuerit solutio, tenebitur reddere dimidium æstimationis. Hæc habentur l. 2. §. ex his l. stipulationes nõ diuiduntur. ff. de verb. obl. & alijs iuribus, quæ vbi supra Anto. Gom. citat.

Quando aliqui pro indiuiso ad aliquid se adstrinxerunt, & formaliter expressum fuit, vnumquenque teneri in solidum, aut virtute, qa dictum est, quilibet, aut singuli, se adstringũt ad totũ, vel aliquid aliud fuit appositum, vnde id sufficienter intelligeretur, tunc † proprijssimè constituuntur plures rei debendi, de quibus potissimum est sermo instit. C. ff. & in authentico de duobus reis, & quilibet tenetur ad totum, & non ad solam partem pro virili. Eodemq; modo, quando aliquis se adstringit pluribus ad aliquid pro indiuiso, & eorum vnicuique formaliter, aut virtute, in solidum, tunc proprijssimè constituuntur plures rei credendi, de quibus titulis citatis habet sermo, & cuilibet eorum tenetur debitor, ad totum, & non ad solam partem virilem. Ita habetur expressè l. reos, §. cum tabulis in fin. ff. de duob. reis, & consentiunt alia iura titulis citatis, affirmatq; Anto. Gom. num. citato. Atque de eiusmodi reis est sermo Instit. de duob. reis, §. penul. & l. 2. ac 3. in fine, ff eod. tit. dum dicitur, ꝙ vnusquisque reorum debendi totum debet, & quòd vnicuique reorum credendi debetur totum, & quòd in eiusmodi obligationibus vnica res vertitur, & vno reorum debendi soluente, aut remissionẽ obtinente, liberantur reliqui correi, & ꝙ facta solutione vni cor reorum credendi, satisfactum censetur cæteris.

Quando † multi sunt rei debendi hoc proprijssimo modo, de iure antiquo Digestorum, & Codicis, conueniri à creditore poterant, & compelli soluere, vel exigendo ab vnoquoque eorum partem virilem, quæ ipsum contingeret, vt hẽc l. 3. §. 1. ff. de duobus reis, & l. inter eos. §. duo rei. ff. de fideiuss. vel ab vno, quem creditor mallet, exigendo totum debitum, vt habetur eadem l. 3. §. 1. & l. creditor, ac l. exprimere. C. eodem titul. Anton. Gom. 2. tom. var. resol. cap. 12. num. 2. addit, vel exigendo ab omnibus in solidum, protestando, quòd vnica integra solutione futurus est contentus: quamuis autem id consonum sit ipsorũ obligationi, iura tamen, quæ Anto. Gom. ad id citat, nihil tale probant. Atque ex eo, quòd creditor elegerit vnum, contra quem ageret, si ab eo nondum est consequutus debitum, vel quia non erat soluendo, vel quacunque alia ratione, poterit agere contra alium, aut contra reliquos l. nos, & l. vlt. C. de fideiuss. Hodie † tamen de iure authenticorum, si omnes sint soluendo, & nullus sit absens, conueniri non possunt in solidum, sed solum pro virilibus partibus. Quòd si absens aliquis sit extra territorium loci, ita vt citari non possit (vt glo. in authentico de fideiuss. verb. præsentes, exponit, & Doctores communiter sequuntur) cæteri etiam ad partem illius tenentur. Si verò aliquis pauper sit, tunc, quod soluere non poterit, compelluntur alij soluere. Ita habetur in authentica hoc ita. C. de duobus reis, & in authentico eodem titulo, atque l. 10. titulo 12. parte 5. Possunt tamen rei debendi renunciare ei beneficio, vt conueniri in solidum non possint, quando reliqui soluendo sunt, ac præsentes: eo

quòd

quod in ipsorum fauorem sit concessum, vt colligitur ex l. si quis in cõscribendo. C. de pact. & ex l. quod fauore. C. de legib. atq; in re proposita id affirmant gl. in authentico de duobus reis, verbis cedere, gl. vlt. in authentico hoc itaq; . C. eod. tit. & gl. vlt. §. vlt. inst. eodem tit. Bar. & cõs doctorũ sniã, q̃ referũt, ac sequuntur Ant. Gom. vbi sup. num. 2. Gutier. de iur. confir. par. 1. c. 23. in calce. nu. 9. & Greg. Lop. l. 10. citata gl. penul. Vnde, si rei priuilegio renuncient, vt cõiter fieri solet, cõueniri in solidum possunt, esto correi præsentes, ac soluendo sint. Angelus, quem Greg. Lopez gl. penul. citata refert, ait, si correi obligentur instrumẽto guarentigio, tunc non gaudere illo priuilegio in loco, in quo ex instrumento guarentigio executio fit oĩ exceptione postposita. Meritò tñ Grego. Lopez cum alijs affirmat, instrumentũ guarẽtigiũ non impedire exceptionem, cum qua, ex iuris dispositione, oritur, & conceditur ipsa actio, qualis est hæc, de qua loquimur, & iuxta Bart. est ẽt exceptio non numeratæ pecuniæ. Præterea in Castellæ Regno nõ est oĩno denegatum opponi, seu excipi, q̃ ex instrumento guarẽtigio procedi tur ad executionem; sed exceptiones probari debent intra decẽ dies a puncto, in quo fuerint oppositæ, alioquin executionem non impediunt, vt habetur l. 1. & sequentibus, præsertim, 19. titu. 21. lib. 4. nouæ collect. vt dispu. 538. dictum est.

8 Ex alio tñ capite † in Regno Castellæ rei, qui in solidum sunt obligati, siue instrumento guarẽtigio, siue quacunq; alia ratione, non gaudent hodie priuilegio illo de iure authẽticorum, & l. 10. partitarum, correis concesso; quia scilicet poster. l. 2. tit. 13. li. 5. ord. quæ est hodie. l. 1. tit. 16. lib. 5. nouæ collect. sublatum est id priuilegium, resq; est reducta ad terminos iuris cõis Digestorũ, & Codicis. Sic. n. ea lex hẽt. *Estable cemos, que si dos persona se obligaren simplemente por contracto, o en otra manera alguna, para hazer, y cumplir alguna cosa, que por ese mismo hecho se entiendan se obligados cada vno por la mitad, saluo, si en el cõtracto se dixere, q̃ cada vno sea obligado in solidũ, o entre si en otra manera fuere cõuenido, e igualado. Y esto, no embargante qualesquier leyes del derecho. comũ q̃ contra esto hablan* (q̃ dicit pp iura authẽticorũ) *y esto sea guardado, asi en los contractos passados, como en los por venir.* Quare hodiẽ hoc Regno Castellæ eiusmodi rei debendi non gaudẽt eo priuilegio, esto non renunciẽt iuri authenticorũ. Meritò ergo Gutier. de iur. confi. par. 1. c. 23. num. 10. reprobat siniistras interpretationes legis huius apertissimæ, & præcipuè interpretationem Greg. Lopez libro 8. titu. 12. par. 5. verb. *cada vno dellos*, affirmantis, intelligendam esse, quando obligantur accessoriè, vt fideiussores, non verò quando obligantur vt principales. Ducitur verò Greg. Lopez quia in hac lege derogatur legibus iuris cõis: si autem in ea lege sermo esset de reis debẽdi principalibus, non opus esset derogari iuri communi, quia cum eo consentiret. Sanè in hac lege apertissimè est sermo de rei dẽti principalib. in ea verò re dicitur est derogatur iuri cõi authenticorum, cui alioquin erat stãdum, non verò iuri Digestorum & Codicis. Merito itẽ idem Gutier. ait quamuis tabelliones in hoc Castellæ Regno in instrumentis, in quibus multi obligantur in solidum, apponere cõsueuerint renunciationem iuri authenticorum, id non esse necessarium sicq; iudicatum aliquando fuisse. Monterroso autem in sua practica tract. 7. fol. 147. titulo de obligatione cambiorũ, §. *y si las obligationes*, quem Gutierrius reprehendit, quasi immemorem. l. 1. citatæ, & quasi ita necessariam asseuerit renunciationem authenticæ de duobus reis, quasi sine ea renunciationem non possent in solidum conueniri. Fortasse Monterroso loco citato, solum præscribit formam, quam tabelliones communiter seruant ad maiorem sit mitatem, non verò asserit, ea renunciatione prætermissa, conueniri in solidum non posse.

9 De iure etiam Lusitano † idem arbitror esse dicendum. Nempe, vnumquemq; horum obligatorum in solidum, posse conueniri pro integro debito, etiam si non renunciauerint iuri authenticorum. Lib. enim 4. ord. titu. 46. §. vltim. licet sermo in eo titulo sit de fideiussoribus, sic habetur. *E quando se obriguasse come fiador e principal pagador, ou como principal pagador somente* (nota hæc proxime præcedẽtia verba, in quibus de principaliter obligato dumtaxat est sermo, quẽ pro fideiussore reputat, iuxta ea, quæ in calce huius disputationis subiicimus) *posto que non renunciasse esta ley, nem outra alguna, sempre poderaa ser demandado primeiro, que o principal deuedor, posto que presente estee, e tenha por onde pagar.* Ius Lusitan.

Sũt verò circa dicta tota hac disputatione nõ 10 nulla obseruanda. Primum † est, constat ex l. 10. tit. 12. par. 5. & ex l. 1. relata, ẽt q̃n plures obligantur principaliter ad aliquod factum, locum habere obligari ad partem, & fieri executionem quo ad partem, de qua re disputat Gregorius Lopez. l. 10. citata verb. *o de fazer*, & cõsentit cum iurib. citatis gl. l. reos. §. cum tabulis verb. videbantur. ff. de duob. reis. Tunc verò, si factũ sit indiuiduũ, executio aduersus vnum reorum fiet quo ad æstimationem, iuxta id, quod Vlpianus ex Celso, & Tuberone refert l. stipulationes non diuidũtur in princ. ff. de verb. oblig.

Secundum, id quod de multis reis debendi de iure authenticorum sancitum est, nempe vnũ nõ posse conueniri in solidum, si reliqui præsentes, ac soluendo sint, locum non habere in multis reis credendi, quasi vnus sine aliis nõ possit cõueniri debitorem in solidum. Ita affirmat glos. verb. credere in fine, in authentico de duobus reis. Quia neque in rubrica illius tituli comprehenduntur rei credendi, neque in toto eo authentico de illis habetur sermo, sed solum de reis debendi.

Tertium, Antonium Gom. 2. tom. var. resol. c. 12. in calce. nu. 3. cum Bar. & communi sententia, quam refert, asseuerare, quando sunt duo rei debendi, & vnus solus percepit totam vtilitatem, alter verò nihil, esto renunciauerint beneficio authenticorum de duob. reis, aut in Regno Castellæ, vbi ea renũciatio non est necessaria, vt singuli conueniri in totum possint, si tñ is, qui nullã vtilitatem percepit, conueniatur, excipere posse, vt

conue-

Digitized by Google

conueniatur alter, suo tamen periculo, & expensis, & audietur. Id vero probat argumento l. vnde quæritur. ff. commod. & l. cum in plures. §. vestimenta. ff. locat. Mihi vero dubia valde est hæc sententia. Obligatio quippe duorum reorum in solidum ad id inuenta est, vt ab vnoquoque eorum siue is totam siue partem, siue nihil commoditatis perciperet, posset exigi totum, tenereturque absque vlla exceptione totum soluere. Præterea, data opinione Anto. Gom. dicendum esset, quod quãdo singuli medietatem vtilitatis percepissent, vnusquisque eorum, conuentus de toto debito, posset excipere, vt medietas exigeretur ab alio, suo periculo & expensis: quod neq; cum vsu, neque cum doctrina tradita de duobus reis debendi in solidum, consentit. Etenim, quæ rõ est de tota vtilitate, eadem est de parte: & in iuribus, quæ citat, eadem ratio habebitur de parte, & de toto, vt in §. vestimenta citato, si quis fulloni multa abluenda tradidisset, & pars eorum esset furto ablata, ita vt fullo ad ea teneretur dño, qui illa abluenda tradidit, sciretur; quis illa penes se haberet, faciliq; esset recuperatio, & dñs ea à fullone exigeret, non minus concederetur fulloni exceptio, quod suo periculo, & expensis, extraherentur prius à fure, aut ab eo, qui illa penes se habebat, vt eadem numero traderetur dño, quã si omnia, quæ ipsi abluenda tradita fuerant, furto de ipsius potestate fuissent erepta.

Quartum, reo debendi, qui loco aliorum aliquid soluit, concedi actionem aduersus correos, vt id sibi soluant l. creditor C. de duob. reis. Cæterum de actione, qua id sit petendum, doctores, & glossa vltima ibi rem late disputant. Qui arbitrantur, reos debendi in solidum sibi mutuo esse fideiussores compatatione creditorum, vt innui aperte videtur in auth. de duob. reis, in prin. tum, quia Imperator ibi dicit, se tradere explanationem, & incrementum authentico de fideiussoribus: tum etiam, quia correos appellat *alterna fideiussione obligatos*: qui, inquam, ita arbitrantur, de quorum numero fuit Martinus, vt glo. ibi, & alia citata, referunt, & fuit Bar. quem refert, & in cuius sententiam propendit Aluar. Valas. consul. 36. à nu. 3. consequenter cẽsent, peti debere actione mandati, iuxta ea quæ disput. 339. citata dicta sunt. Qui verò fideiussores esse negãt, de quorum numero fuit Ioan. Vtraq; glo. citata refert, arbitrantur, peti debere actione negotiorum gestorum. Arbitror negari non posse, saltem se habere adinuicem, comparatione creditoris, instar fideiussorum, censendumque esse intercessisse mãdatum, saltem tacitũ, & virtute, ac proinde vtra uis actione posse id peti. Quod si erant tres correi, atque, stando in iure communi, renunciarunt authenticis de duobus reis, ait gl. l. creditor citata in fine, si vnus pro omnibus soluit triginta, & singuli deberent contribuere decem, tunc, qui ita soluit, posse vnumquemque duorum aliorum conuenire in solidũ pro viginti, quæ pro eius credito soluit. Idemque erit in hoc Castellæ Regno, etiam si renunciatio eorum authenticorum facta non fuerit.

## Si multi sint Fideiussores eiusdẽ debitoris, quando singuli conueniri possint in solidum, quando non item.

### DISPVT. DXLIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideiussores plures vnius debitoris quando conueniri possunt in solidum, & quando pro parte, & nu. seq.*

2 *Priuilegij diuisionis actionis, & exceptio, seu beneficiũ Epistolæ D. Adriani inter plures reos, & fideiussores quando competat, etiã contra fiscum.*

3 *Exceptio ex epistola D. Adriani inter exceptiones dilatorias, & peremptorias, anomala reputatur. Et quando opponi possit.*

*Non competit fideiussori, postquam soluerit, nu. 4.*

*Immo in hoc differt à beneficio Velleiani, in quo mulier repetere potest, postquam soluit.*

5 *Fideiussor opponẽs exceptionẽ Epistolæ dñi Adriani intra tempus, in quo alter fideiussor est soluendo, liberatur, etiam si postea alter fideiussor efficiatur non soluendo.*

*Immo etiam sufficit tempore solutionis opponere, dummodo eo tempore alter fideiussor sit soluendo, licet postea non soluendo efficiatur. nu. 6.*

*Fallit tamen, vt exceptionem talem non possit opponere, in aliquibus euentibus, vt num. 7.*

*Et quid de iure Castellæ, & Lusitaniæ, nu. 8.*

MVlti si simul sint fideiussores eiusdem debitoris, atque dictum ab eis fuerit se soluturos in partes viriles debiti esse fideiussores illius, aut dictũ sit, in qua alia quantitate determinata, vel quota,

1 debiti vnusquisque eorum fideiussorij illius existat, tunc in illo solo conueniri vnusquisque eorũ potest, & non in solidum: neque tunc priuilegiõ, aut exceptio, conuenit ei, qui in maiorem partẽ se obligauerit, vt alij cogantur plus soluere loco debitoris, quam id, ad quod quisque se obligauit. Hæc notissima ex se sunt: quoniam nullus potest cogi plus soluere loco debitoris, quã id, ad quod pro eo se obligauit. Et primum constat expresse l. inter eos in prin. ff. de fideiuss. vbi habetur, quod si multi pro eodem debito sponderunt sub diuisa actione soluere singuli totum debitum vel partem virilem, solum tenentur singuli ad partẽ virilẽ, esto teliqui soluendo non sint: atque rõ reddita est, quia promiserunt sub ea diuisione, & quia, ad implendam diuisionem, satis est alteram partem implere, singuli illi solũ cẽsentur obligari ad partes viriles, neque tunc locum habet priuilegiũ ex epistola D. Adriani, de quo mox erit sermo. Totum vero habetur expresse. 4. lib. Ord. ti. 46. in princ. Qñ item separatim pro diuersis debitis eiusdẽ debitoris dati sunt diuersi fideiussores, tunc vnusquisque tenetur solum ad id totum, ad quod se obligauit, neq; fit diuisio debiti inter illos, vt æqualiter illud soluãt ex Epistola D. Adriani, vt res se est satis perspicuum: sicut neque etiam creditor cogi potest diuidere debitum inter fideiussores,

fussores, qui dati separatim pro distinctis debitis ipsi sunt à distinctis debitoribus, vt habetur l. si à Titio, & l. inter eos. §. duo ver. ff. de fideiuss.

Quæstio ergo proposita solum habet difficultatẽ, ac locum, qñ pro eodẽ debito dati sunt multi fideiussores pro indiuiso debiti totius, siue exprimendo, quod singuli teneantur in solidum pro toto, siue id non exprimendo, neque tamen addẽdo aliquid, vnde intelligatur, non obligari singulos in solidum, sed solum pro virili, aut ad aliam certam, & determinatam partem. Et quidẽ in vtroque casu, stando in hac cõi censentur singuli obligari in solidum, ita vt in potestate creditoris sit, vel conuenire singulos pro virilibus, vel vnum eorum in solidum, quem creditor maluerit, vel singulos omnes in solidum, protestando, quod cõtinuerit una ac vna solutione: eo modo, quo stando in primo Digestorum, & Codicis, dictum disputatione prædicta est, conuenire similiter posse duos reos debẽdi, qui singuli obligati sunt in solidum. Cæterum, licet singuli eiusmodi fideiussores obligati censeantur in solidum, conueniri tamen in solidũ possint: ex epistola tamen Diui Adriani (quæ nullibi hodie reperitur scripta, sed solum iuribus citandis de ea fit mentio) fideiussor à creditore in solidum conuentus, cogere pót creditorem, si cæteri fideiussores soluendo sint, vt ab illis partes suas viriles petat, idq; vtendo aduersus creditorẽ exceptione ex epistola Diui Adriani. Ita habetur expresse in ff. de fideiuss. §. si plures, vbi de fideiussoribus pro indiuiso, nihil exprimendo, an singuli sint in solidum obligati, vel nõ, habetur sermo, & l. 1. in prin. in fin. §. sequẽtib. ff. eo. tit. vbi hẽ, quod, esto singuli obligari sint copulatiuè p parte debiti, & pro toto debito, locum habet exceptio ex epistola Diui Adriani. Hæc omnia simul habentur expressius, quam à bibl. non recte. C. de fideiuss. vbi habetur, si multi fideiussores obligati pro indiuiso sint pro aliquo debito, siue adiectum sit, singulos obligari in solidum, siue non, teneri singulos in solidum, & gaudere beneficio diuisionis actionis ex epistola Diui Adriani, vt scilicet singuli conueniantur pro viribus, modo sint soluendo, & vt id excipi ab eo possit, qui conuenitur in solidum. Idem habetur l. fideiussor. C. eod. titu. & l. vlt. C. de constituta pecunia. Atque ad instar epistolæ Diui Adriani, constituta fuit dispositio authentici de duobus reis, de qua disputat. præcedenti habitus est sermo.

2 Conuenit verò † privilegium hoc diuisionis actionis, exceptionisve ex epistola Diui Adriani, etiam si vnus fideiussorum cõstitutus sit purè, & alter sub conditione, aut in diẽm, qui pure constitutus est, excipere pót, vt ipse cogatur soluere solum suã partem, & alteram, qñ impleta fuerit conditio, aut postea impleta non fuerit, aut fideiussor ille, impleta cõditione, deprehensus fuerit non soluẽdo, tunc, qui pure fuerat constitutus, cogitur soluere debiti incrementũ. Ita hẽ l. si plures in prin. ff. de fideiuss. Idem beneficium competit hæredibus, ac successoribus fideiussorum, etiã aduersus hæredes, aut successores, cõ fideiussorum. Ita hẽ, l. si plures citata. §. 1. & sequentibus. Competit ẽt beneficium hoc fideiussori, & hæredibus illius, ẽt aduersus fiscum, si fiscus successor extitit cõfideiussori, cuius bona sint confiscata. Eodemque modo fisco conuenit idem beneficium aduersus cõfideiussorem eius, cui fiscus successit, & aduersus hæredes talis confideiussoris. Ita hẽ l. inter eos. §. vlt. ff. de fideiuss. & l. non rectè. C. eod. titul. Multi tamen hæredes vnius fideiussoris, pro vno, & eodem hac in parte reputantur cum defuncto, quem repræsentant. Quod si fideiussor datus sit alicui ex fideiussoribus, vnum etiam cum illo hac in parte reputatur, quin & bona huius, vna cum bonis primi fideiussoris, simul sunt computanda, vt intelligatur, num is fideiussor soluendo nõ sit, vt alij portionem illius soluant. Ita habetur leg. si plures. §. præterea, & §. vlt. ff. de fideiuss.

3 Beneficium hoc, & † exceptio ex epistola Diui Adriani, anomala reputatur inter exceptiones dilatorias, & peremptorias, à gloss. §. si plures verbi partes, inst. de fideiuss. & à glos. vlt. l. fideiussor. C. eod. titul. tametsi plus multo sit peremptoria quo ad id, ad quod datur. Prior verò illa glossa ait, solum posse opponi ante litem contestatam; melius tñ posterior glossa, iuxta textum ibi, & communem sententiã, quã Ant. Gom. 2. tom. var. resol. 13. num. 15. refert, ac sequitur, affirmat opponi posse ante vltimam sniam definitiuam. Vnde, si à sententia appellatum sit, in gradu appellationis opponi potest; qm̃ appellatio extinguit iudicium, remq; restituit ad statum, in quo erat ante sententiam, vt cum Bar. & communi sententia, iuxta varia iura, quæ citat, affirmat ibidẽ Ant. Gom. Ego autem intelligerem, opponi posse ante vltimam sententiam definitam mandatam completè exequutioni; hoc est, ante solutionem integrã factam vi illius, quasi interim dum fideiussor, qui in solidum conuenitur, integre non soluit possit eam opponere; etenim iure, pollq̃ talis fideiussor soluit; cum posset non soluere vtendo beneficio epistolæ Diui Adriani, videntur illi denegare beneficium illud, statuendo, q̃ sibi imputet, qui soluit, cũ non teneretur soluere. Concinit l. si fideiussores. §. idẽ resp. ff. de fideiuss. Angelus, ab Anton. Gom. ibidem relatus, asseuerat, si fideiussores in stilo guarentigio essent obligati, nõ gaudere eo beneficio, & exceptione; quia eo ipso, quod instrumentum guarentigium præcessit, censentur condemnati p sententiam. Meritoñ Ant. Gom. ibid. id refellit, quia id non est vera, ac propria sententia definitiua, qua data, interuenit negligentia, & censetur, tacita renunciatio fideiussoris ei exceptioni. Atque simile aliud cum Gregor. Lop. diximus aduersus eundem Angelum disputat. præcedente. Adde, vt proxime dicebamus, exceptionem illam competere vsque ad exequutionem sententiæ completã, & multo magis competere vsque ad exequutionẽ instrumenti guarentigij omnino completam; secus autem postquam ea exequutio fuerit omnino completa, esto non interueniat formalis sententia definitiua.

4 Exceptionem hanc † non competere fideiussori, postquam soluerit, cum exceptio Velleiani competat mulieri, etiam postquam soluerit, vt

disp.540 dictum est, propendet glos.l.fideiussor, C.de fideiuss.& merito affirmant glo.§.in plures verb.partes in fine Instit.de fideiuss. Bart. & communis doctorum sñia, quam Anto. Gom. nu. 15. citato refert, ac sequitur. Rõnẽ reddit Ant. Gom. cum Bart. quia licèt ea exceptio fauorabilis sit, vt Velleiani exceptio, non tñ est perpetua; quia non competit, si alter fideiussor non sit soluendo. Hæc tamen ratio fortasse nõ est solida: qm̃ neque Velleiani exceptio competit, si mulier fideiussor existat pro libertate, aut pro dote alicuius, & in alijs euentibus disput.540.relatis. Nisi dicas, quòd in euentibus, in quibus mulier gaudet ea exceptione, gaudet illa independenter ab aliquo alio, atq; adeo perpetuo: in re autem proposita, nunquam fideiussor gaudet ea exceptione, nisi dependenter ex eo, q̃ fideiussor soluendo non sit, atque ita non est perpetua. Dicerem, quòd, cum eiusmodi exceptio irregularis, seu ánomala sit, & iura exprimãt, quod opponi possit vsque ad sententiã exequutioni omnino mandatam, vt dictum est, quin, & addant, quod, si vnus fideiussor soluat, siue lata sententia, siue non, totum debitum, tunc detrimentũ totum esse ipsius, qui, cum opponere ante solutionem potuerit, non opposuit, & non pertinere ad alios confideiussores, vt hẽ Instit. de fideiuss. §. si plures, in fine, & l.vt fideiussor, ff.eod.tit. vtique, ex ipsa iuris dispositione, locum non habet post solutionem, vt repetitio, ac proinde exceptio, fideiussori concedatur aduersus creditorem, aut vt actio illa ei competat aduersus confideiussorem, nisi creditor illam ei cedat, vel tempore solutionis, vel incontinenti, & non ex interuallo, vt hẽ l. vt fideiussor citata, & l.cum is, ac l.si fideiussores. §.idẽ respondendi. ff.de fideiuss. Ex dictis liquet, eo ipso, quòd vnus ex fideiussoribus soluit creditori integrum debitum, reliquos confideiussores manere illi deobligatos: id quod habetur l.8. titu. 12. par. 5.

5 Illud † obserua, si fideiussor, qui in solidũ a creditore conuenitur, exceptionem congruo tpe opponat, qñ alter fideiussor est soluendo, esto postea confideiussor iste efficiatur non soluendo, detrimentum pertinere ad creditorem, non verò ad fideiussorem, qui congruo tpe excepit; qm̃ nõ fuit ab eo deceptus. Ita habetur l.inter eos, §.cum in-
6 ter. ff.de fideiuss. Quin, si aduenit † tempus solutionis, & vnus fideiussorum soluendo tũc sit, vergatq; ad inopiam, poterit alter requirere creditorem vt exigat, atque actionem inter ipsum, & illum alium, diuidat: quod si non præstet, & alter efficiatur non soluendo gaudebit, qui tunc cõmodè excipit, ea sua exceptione, vt non plus soluere cogatur, quam suam virilem portionem. Ita intelligo, l.si contendat, iuncta gl. & summario, ibi. ff. de fideiuss. & consentit Grego. Lope. l.8. titu. 12. par. 5. verb. *que se demanda la deuda*. Qñ autem fideiussor congruo tempore opponit exceptionem, & creditor dubitat, an alius, aut alij fideiussores, sint soluendo, si fideiussor, qui in solidum conuenitur, præstet cautionem, quòd expensas soluet, & suo periculo intentetur actio aduersus alium, aut alios, audiendus est; modo alij, qui soluendo sunt, præsto, seu præsentes sint. l.si dubitetur. in princ. ff.de fideiuss.

7 In sequentibus † tñ euentibus, quos commemorat glo. verb. partes, §. si plures, Instit. de fideiuss. non competit exceptio fideiussori. Primus, si pupillo tradi sint duo verbi gratia tutores, & illi tradant pro indiuiso duos fideiussores rem pupilli saluam facere, tunc, q̃us, si cõueniatur vnus tutorum in solidum, competat ei exceptio aduersus pupillum, vt diuidantur inter ipsum, & cõtutorem, actiones, si vterq; sit soluendo, vt hẽ l.1. §. nunc tractemus. ff.de tutel. & rõnib. distrahen. si tñ vnus fideiussorum in solidum cõueniatur, nõ gaudet beneficio, & exceptione epistolæ Diui Adriani, vt diuidatur actio inter ipsum, & confideiussorem, etiã si confideiussor soluendo sit, sed potest in solidum conueniri; pupillus tñ cedere illi tenetur actionem, vt conuenire possit sunm confideiussorem, vt sibi soluat virilem partem, quam is soluere debebat. Atque idem credo esse, quando vnus esset tutor, qui duos pro se adhibuisset fideiussores. Ita habetur l.vlt. ff. rem pup. sal. fore.

Secundus, quando fideiussor, qui in solidũm conuenitur, negauit se esse fideiussorem: tunc enim propter mendacium, punitur, vt non gaudeat eo beneficio, sed cogi possit soluere debitum totum. Ita habetur l.si dubitetur. §. ita demum. ff.de fideiuss. Reliqui verò euentus, quos glo. illa connumerat, explicati iam sunt à nobis.

Tertium possumus nos addere, qñ fideiussores renunciarunt ei beneficio, ac priuilegio: cum enim in ipsorum tantum fauorem introductum sit, si illi renuncient, eo non gaudent, argumento l.si quis in conscribendo. C.de pact. & l.quod fauore. C.de legibus, idque affirmant Bart. & communis Doctorum sententia, quam Anton. Com. num.15. citato refert, ac sequitur.

De iure verò huius Castellæ Regni aliter hac de re sancitum est leg.8. titul.12. part.5. Nempe, 8 quando † multi dati sunt fideiussores pro indiuiso eiusdem debiti, neque fuit expressum, vt singuli in solidum tenerentur, solum teneri, & conuenire posse pro viribus partibus, & non in solidũ, ita tamen, vt, si aliquis eorum soluendo non sit, cæteri pro viribus partibus id etiam, quod hic soluere non potuerit, soluere teneantur. Vnde merito Gregorius Lopez ibidem, verb. *cada fino dellos*, cum Bartul. ait, propter periculum, quod est, ne aliquis eorum comperiatur non soluendo suam integram partem virilem, cõsilium esse, vt creditor petat contra singulos, & contra omnes suum debitum integrum cõtributione omnium, protestans, quòd cõtentus erit vnica integra solutione. Quando autem expressum fuit, vt singuli tenerentur in solidum, tunc creditor petere ab vnoquoque poterit integrum debitum, aut à pluribus, vel ab omnibus, vt ipse maluerit protestatione præmissa, si à multis, in solidũ à singulis, id petat, quòd contentus erit vnica solutione. Vnde, vt bene notat ibi Grego. Lope. locum non habet in hoc Regno beneficium, & exceptio ex epistola Diui Adriani, neque proinde opus est illi renunciare. Quoniam, ad ambages illas euitan-

das

dos, hæc oĩa ita disposita sunt. Neq; mihi probat, q̃ Lasarte de decima vendit. c. 9. à nu. 5. aduersus Greg. Lop. docet, nempe in primo eorũ, quæ ex l. 8. citata relata sunt, non corrigi ius cõe. Illud verò probo, q̃ nu. 18. subiungit, nempe legem. 1. tit. 16. lib. 5. nouæ collect. intelligendam esse, tã de obligatis principaliter, quã accessorie, ac proinde hodie in hoc Castellæ Regno, si fideiussores aliqui obligentur pro debito aliquo, neque exprimatur, singulos obligari in solidum, censendum esse singulos obligari tantum pro virilibus partibus, ac proinde singulos conueniri solum posse pro solis suis virilib. partibus, esto reliqui soluẽdo nõ sint: in quo lex illa prima corrigit l. 8. partitæ citatam. Qñ aũt sufficienter fuit expressum, singulos fideiussores in solidum fuisse obligatos, conuenit lex illa prima cum relatis ex l. 8. partitarum citata.

In Lusitania ẽt locum non habet beneficiũ, & exceptio ex epistola D. Adriani, neq; est opus illi renunciare, sed quotescunq; dati sunt multi fideiussores pro indiuiso eiusdẽ debiti sine expressum sit, singulos teneri in solidũ, sive non; oẽs tenẽtur in solidum, & à singulis, vel ab omnibus, exigi potest totũ debitũ, prout creditor maluerit: præcipiturque, vt tabelliones in instrũis ea de re confectis, non apponant renunciationes: qm̃ necessariæ non sunt, vt singuli sine exceptione in solidum tentantur. Ita habetur 4. lib. ord. tit. 46. in princ.

**Si aliquis fideiussorũ in solidum soluat totum debitum, quousque repetere possit à confideiussoribus, & quousque, tam ipse, quàm quicunque alius fideiussor, soluens pro debitore, repetere à debitore possit.**

## DISPVTAT. DXLIV.

### SVMMARIVM.

1 *Fideiussorum vnus totum debitum soluens, quando ab alijs pro eorũ portione repetere possit, & quomodo ex iure cessionis agere poterit aduersus alios. & nu. 7.*

2 *Fideiussor nomine suo proprio soluens totum debitum, potest cogere creditorem ad cedendas sibi omnes actiones aduersus debitorem, & alios fideiussores, & num. 3.*

*Cum declaratione tamen, vt ibid. & nu. 4.*

*Idem in pluribus tutoribus dicendum aduersus pupillum, & contutores. nu. 5.*

6 *Reorum vnus debendi totum debitum soluens, si ei non sint cessæ actiones à creditore, potest in subsidium agere actione negotiorum gestorum, aduersus correos.*

8 *Cessiones actionum, quæ solent fieri à creditore debitori in integrum debitum soluenti, aduersus correos, à legislatoribus inuentæ sunt.*

9 *Alcauala ex cessione actionum, quæ à creditore fit debitori, aduersus correos, an debeatur de iure Castellæ, & Lusitaniæ.*

10 *Fideiussor vt agere possit ex iure cessionis aduersus cõfideiussores, quomodo debeat probare solutionẽ creditori fecisse.*

QVando vnus fideiussorum in solidum debiti alicuius, soluit totum debitũ, distinguendum est. Quoniam, vel † illud soluit nomine debitoris, vel nomine suo proprio, tanquam fideiussor ad id obligatus; vel absolutè, nihil exprimendo, vtrum nomine debitoris, an suo proprio nomine, vt fideiussor, id solueret. 1

In primo eventu, qñ. s. soluit nõe debitoris, vicem illius subiens, atq; obligationẽ illius implẽs, & non suã propriam fideiussoris illius, vtiq; eo ipso extinguitur totũ debitum illud, & oĩs obligatio, quę erat cõparatione creditoris, tam debitoris principalis, quã fideiussorum illius: nõ secus ac si debitor ipse principalis, idẽ debitum per seipsum soluisset; ac proinde nullus locus relinquitur, vt creditor cedat tali fideiussori actiones, quas hẽat aduersus confideiussores, & aduersus debitorẽ; atque adeo agere non poterit aduersus confideiussores, vt contribuant, ac sibi soluat, q̃, vnà cũ ipso, soluere creditori tenebantur, loco debitoris, tanq̃ fideiussoris illius vnà cum ipso; neq; ideò ex eo capite, quod creditor sibi cedat actiones aduersus debitorem principalem, repetere à debitore poterit, q̃ loco, ac nomine illius soluit; sed sedũ actione mandati, atque negotiorum gestorum, petere ab illo poterit, quòd ita loco, ac nomine illius soluit, quatenus vtiliter negotium illius ea in parte gessit, & quatenus præsumptum habuit mandatum, vt id ita faceret, maximè quia mandato debitoris fideiussor à principio extitit. Hæc habentur l. 11. tit. 11. par. 5. eaque affirmant glo. vlt. l. Papinian. ff. mandati, iuxta l. 1. §. pen. ff. de inst. act. (vbi sermo est de eo, quod soluitur ad extinguendam totalem actionem.) Azo in summa. C. de fideiuss. & doctores communiter.

In secundo verò eventu, qñ. s. vnus fideiussorũ in solidum creditori soluit totum debitum nomine suo proprio, hoc est, tanquam fideiussor debitoris principalis, implens suã fideiussoriam obligationem, vt regulariter fit, q̃ is agere non possit aduersus confideiussores, vt contribuant, ac sibi soluant, q̃ vnà cum ipso soluere creditori loco debitoris tenebantur, nisi prius creditor ipsi cedat actiones, quæ ipsi aduersus eos competebant, vt cõstat l. vt fideiussor. ff. de fideiuss. l. cum alter. C. eod. tit. & alijs iuribus citandis: si tamen actiones ipsi cedat, tum aduersus confideiussores, cum ẽt aduersus debitorem principalem (quod Hispani vocãt *conceder carta de lasto*) vt tenetur (etiã si creditor fiscus sit, vt habetur l. cõ alter. C. de fideiuss.) modò tamen fideiussor id petat, potestque cogi iudicis officio eas cedere, vt Grego. Lopẽ. l. 11. tit. 12. par. 5. ait, quia & retinere fideiussor poterit debitum, si creditor renuat actiones ipsi cedere, illudque repetere tanquam indebitum, si, post illud solutum, nolit cedere actiones, vt glos. vlt. l. cum is, ff. de fideiuss. ait; si, inquam, creditor, vt tenetur, actiones illas tali fideiussori cedat, poterit tunc ille fideiussor indifferenter agere, vel aduersus con-

fideiussores, vt contribuant, & soluant sibi portiones suas, vt hẽ l. fideiussoribus, & leg. cum is ff. de fideiuss. ac l. 11. titu. 12. part. 5. exigendo insuper debitori principali, vt sibi soluat reliquam partẽ, quæ ipsum fideiussorem cõtingit, vt hẽ l. 11. citata, vel agere poterit aduersus debitorem principalem, vt sibi soluat totum, quod tanquam fideiussor ipsius, soluit, vt hẽ l. cum is citata, & l. cum alter. C. de fideiuss. l. 11. citata, & alijs iuribus citãdis. 2 Immo † verò cogere poterit creditorem, non solum, vt sibi cedat personales oẽs actiones, quæ illi cõpetebat aduersus debitorem, & fideiussores, sed etiã actiones oẽs reales pignoratitias, aut hypothecarias, si quæ ipsi ratione eiusdem debiti competebant, modo eædem res eidem creditori non essent prius obligatæ pro aliquo alio debito, quod nondum ei esset solutum, vt hẽ l. 2. l. cũ alter, & l. sicut, C. de fideiuss. Quod si creditor culpa sua cedere non possit actiones fideiussori, aut alteri, qui tõne eiusdem debiti tenetur ei accessorie, vt esset, qui mandauit aliquid commodari debitori, saltem, quia actionem creditor intentauit aduersus debitorem principalẽ, & succubuit, tunc debitor accessoriè reppellere potest creditorem exceptione, quod creditor cedere non possit actiones, aut etiam exceptione rei iudicatæ, si litem contra debitorem principalem intentauit & succubuit, Ita hẽ l. Stichũ. §. si creditor. ff. de sol. & affirmat Greg. Lopez l. 11. citatæ ver. *contra eũdem*. Quo loco obserua, aduersus debitorem principalem, nõ solum competere fideiussori, qui debitũ, pro quo fideiussor extiterat, coactus est soluere actiones, quas creditor ipsi cesserit, sed, esto, nullã ei cedat, posse agere aduersus illũ actione mãdati, vt hẽ. §. si quid inst. de fideiuss. l. qui fide l. ex mandato. ff. mand. & l. 11. titu. 12. par. 5. tũ vt ipsi soluat, quod loco eius soluerit, tum etiã, vt ipsi resarciat dãna, quæ ex eo fuerint ipsi subsequuta quod debitor congruo tempore non soluerit: extitit enim fideiussor mandato debitoris, ac proinde actione mãdati ad hæc omnia ipsi tenetur, vt disp. 559. dictum est.

Sunt vero nonnulla circa hæc obseruanda. Primum est, Qñ † fideiussor expresse suo noĩe, ad implendã obligationẽ fideiussoriã, soluit, posse petere cessionẽ actionũ creditoris aduersus cõfideiussores, & aduersus debitorem, nõ solum si ante solutionem, aui tempore solutionis, conuenit cum creditore, vt eas cederet, vel proxime post solutionem cessionem earum ab eo petat, sed etiã postea ex interuallo, quocunq; tpe, esto nihil à principio destruxerit in pactum: qm̃ eo ipso, quod nomine suo, ex accessoria, obligatione, qualis est fideiussoria (aut mandantis, rem aliquam mutuo alteri dari, vt habetur. l. si mandato. ff. de fideiussor. & alijs iuribus) aliquid loco principalis debitoris soluitur censetur soluens, eo intuitu, ac tacito pacto soluere, vt sibi a creditore actiones cedantur, ac proinde petere ab eo quocunq; tempore potest cessionem earum. Ita glo. vlt. l. Papinianus, iuxta textum ibi. ff. mandati, & consentaneè ad l. si quid possessor in princ. ff. de pet. hæred. & videtur textus expressus. l. Stichũ. §. si mandato ff. de solut. ac colligitur aperte ex l. 11. titu. 12. par. 5. si, cũ principio eius legis, finẽ conferas, & cum Azone affirmat ibidem Greg. Lopez glos. 1. Lex 4 † verò Modestinus. ff. de solut. quæ docet, *cedi* nõ posse actiones à creditore post solutionem ex interuallo, qñ ante solutionem, aut tpe solutionis, non fuit deductum in pactum, vt cederentur, aut proxime post solutionẽ petita non fuit cessio earum, quasi tunc simpliciter solutum sit debitum, & non quasi in emptionẽ, & recompensationem, vt pro ea solutione cederentur actiones, ac proinde quasi expirauerint ea solutione actiones, oẽs creditoris, liberatique oino sint oẽs, quidem facta semel absolute, aut noĩe debitoris principalis, solutione creditori, oẽs oino liberentur ab onere, quo eidem creditori tõne eius debiti tenebantur. Lex, inquam Modestinus, quę id docet, intelligẽda est, in correis debendi, quorũ singuli tenebantur ad id debitum principaliter, vt glossa ibidem ait; atque ẽt qñ debitor accessorie, non expressit se soluere noĩe proprio, sed soluit nihil exprimendo, num noĩe proprio, an debitoris solueret, vt ait gl. vlt. l. Papinianus. ff. mandatis, & *consentit* l. 1. titu. 12. part. 5. quia, iuxta eam glossam, iuxta, quam lata est l. 11. citata, si tunc fideiussor, aut quicunque alius accessoriè debitor, incontinenti, post solutionem cessionem actionum à creditore petat, præsumitur soluisse nomine proprio, & non noĩe debitoris; si verò cessionem incõtinenti non petat, præsumitur soluisse noĩe debitoris, ac proinde nõ põt petere postea cessionẽ actionum, quæ consequenter eo ipso expirasse oino præsumuntur in creditore. Vtrum autẽ amplectenda sit ea opinio glossæ l. Papinianus, extra Castellæ Regnũ, in quo, iuxta illam, lata fuit l. 11, citata, infra dicetur. 5 Illud † obserua, in contutoribus, qui in solidũ obligati sunt pupillo, non solum fuisse concessũ, vt, si eorum aliquis conueniatur in solidum, excipere possit, vt dividantur actiones inter ipsum, & reliquos contutores, qui fuerint soluendo, vt disputatione præcedente dictum est, sed etiã, vt aliquid pupillo soluere cogatur, vel ratione alicuius contutorum, vel ratione alterius, quem non coegerit soluere aliquid, vt tenebatur, esto actiones non sint ei cessæ à pupillo, cõperant illi vtilis actio aduersus eum, cuius loco id soluit. Ita habetur. l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tutelis, & rationib. distra. & ex facto. ff. de negot. gest. & affirmat glos. 6 1. l. cum alter. C. de fideiuss. Obserua † etiam, si correus debendi conuentus in solidum, soluãt, quod alter correus soluere tenebatur, esto ei cessæ non sint actiones a creditore, cõpetere tamen ei actionem, saltem negotiorum gestorum, aduersus correum, vt sibi soluat, quod creditori loco illius soluit, vt habetur l. creditor C. de duobus reis, & in calce disp. 542. dictum est.

7 Secundus est. Quando sunt † quatuor, verbi gratia, fideiussores in solidum, & vnus, conuentus, soluit integrum debitum, credo cum Bar. & glo. vltim, l. Modestinus ff. de solũ. quos Grego. Lopez l. 11. titu. 12. par. 5. verb. *deue tomar*, refert, ac sequitur, posse creditorem cedere ei actionem, vt singulos in solidum eo modo conueniat,

Digitized by Google

meniat, quòd creditor ipse conuenire eos poterat; exceptis in parte; q̃ fideiussor ipse ita conuentus, soluere teneatur, iuxta ea, quæ in calce dis. 542. dicta sunt in simili quæstione de duobus reis debendi, cum glo. l. creditor. C. de duobus reis. Modo tñ, si ex reliquis tribus fideiussoribus aliquis soluẽdo non sit, pars illius inter ipsum fideiussorem conuentum, et reliquos æqualiter diuidatur, vt oẽs æqualiter cõmunicent in damno, vt Bart. rectè ait. Lex tñ 12. citata contrarium videtur affirmare, nempe fideiussorẽ, qui in solidũ solus solum conuenire posse singulos alios in sui virilibus partibus; adeo vt, si aliquis eorum soluendo non sit, ab illo solum accipere possit cautionem, vt eam soluat, si ad pinguem deuenerit fortunã. Vnde innuit, nihil illius partis posse exigere à reliquis. Greg. tñ Lopez interpretari eam legẽ conatur, vt nõ discordet à Bartolinã relata. Suspicor verò eundem Greg. Lopez in glo. antecedente sibi ipse esse contrarium. Iura verò, quæ in ea antecedente glossa citat, mentiò glo. vt. l. Modestinus citata, ea intelligit, solum habere locũ in cõtutoribus eiusdẽ pupilli, quibus nõ licet agere ad uersus contutores in solidum ex actionibus a pupillo ipsis cessis, sed solũ pro viribus partibus: eo quòd inter contutores diuidantur actiones, q̃ pupillo aduersus eos competunt, vt disputatione præcedente dictum est; & vnicuiq; contutorum competat aduersus alterum, & aduersus quemcũque aliũ, cuius loco, pupillo soluerit, vtilis actio, esto nullæ actiones à pupillo sint ipsi aduersus illos cessæ, vt paulo antea dictum est.

Tertium est. Hæc quæ dicta sunt, de cessionibus actionum à creditore correo debendi soluẽti in solidũ, fideiussori † soluenti similiter in solidũ, tum aduersus consideiussores, tum etiã aduersus debitorẽ principalẽ, & vniuersim quæ dicta sunt de actione actionum à creditore aduersus debitorem principalem cuicumque sibi accessorie pro eo obligato, quem soluere cogat loco illius, siue is accessorie obligatus fideiussor sit, siue mandator creditori mutuo dare aliquid alicui, siue quicũque alius; hæc, inquam, quæ de huiusmodi cessionibus actionum à creditore dicta sunt, adinuẽta a legumlatoribus, atque introducta esse, vt qui loco aliorum creditori ita soluerent, ẽt ex eo capite actionem haberent ad recuperandum ab eis, quæ ita eorum loco soluissent, siue ex alio, aut ex alijs capitibus, actionẽ ẽt haberent, vi mandati, aut negotiorum gestorum, siue non, vt ęgrè est caput inuenire, vnde consideiussores in solidum teneantur vni ipsorum, qui integrum debitum, ad quod singuli erant obligati, creditori soluisset; ni si dicas, hunc negotium illorum egisse, dum ipsos obligationes, qua creditori pro debitore principali tenebantur, ea ipsa solutione leuauit. Quia verò eo ipso, quod integrè creditori solutio sit debiti sit, siue à debitore principali, siue à fideiussore, aut mãdatore, siue ab vno correorum, aut fideiussorum in solidũ, oẽs, qui illi, siue principaliter, siue accessoriè, pro eo debito tenebantur, de obligati omnino comparatione illius manent, ac proinde expirãt cum ipso in eo actiones oẽs, quæ rõne eius debiti ipsi aduersus eos competebant, vt patet apertè Instit. quibus mod. tol. obligat. in princ. §. si plures ver. sed si ab vno Instit. de fideiuss. §. eiusmodi. Instit. de duobus reis, & leg. 2. ff. eo eodem tit. Sanè, vt eiusmodi actiones in creditore maneant, quas in ita satisfacientes loco aliorum, posset transmittere, ijdẽ legũlatores introduxerunt, vt satisfactio illa nõ fieret in solutionẽ debiti, sed quasi in emptionem actionũ, q̃ creditori cõperebant, vel aduersus debitorẽ principalem, vel aduersus correos; vel etiam aduersus cõsideiussores, idq; interueniẽte pacto formaliter, aut virtute, decedendis actionibus satisfactione acceptâ, ita vt actiones, ante earum cessionẽ manerent quidem apud creditorem, etiam accepta satisfactione, non tamen vt ipse posset agere contra debitorem principalem, correum, aut consideiussorem, eo quod his debitoribus competeret exceptio aduersus eum, quod iã integram sui debiti satisfactionem receperit, vt ait gl. vlt. l. Papinianus. ff. mand. sed vt transfunderẽt eas posset in eum, qui ita aliorum loco satisfecisset; vel facta re ipsa commutatione satisfactionis processione actionũ; vel solum virtute, vt q̃, siue alio pacto satisfactio traderetur, & incontinenti satisfaciens peteret ab eo cessionẽ actionũ. Hoc aũt prædictatõne fuisse à legumlatoribus introductum, sicq; iuris dispositionẽ se habere, constat apertè ex l. fideiussoribus & l. cum is ff. de fideiuss. ex l. Modestinus. ff. de solut. ex leg. cum pupillus. ff. de tutel. & rationibus distract. & ex alijs iurib. Satius verò multo profecto fuisset, si esset sancitum, vt ipso iure, absque aliqua cessione, in prædictis euẽtubus transirẽt actiones creditoris in ita loco aliorum verè soluentes, iure ciuili ex magna æquitate eas illis concedente, quam tot vti subtilitatibus, & ambagibus ethnicorum iurisconsultorũ, onus sine causa imponentium his hominibus, vt quando ita soluunt, in pactum deducant cessionem actionum, aut eas petant in continenti, & non ex interuallo, alioquin, velut iam extinctæ, cedi eis non possint. Id enim ad nihil aliud inseruit, quam vt lites multiplicentur, & vt simplices, minusque in his iuris subtilitatibus versati, ac periti, conuenienti auxilio recuperandi, quod loco aliorum soluere fuit coacti, destituantur, negotia coram tabellionib. aduocatis, iudicibus, multiplicentur, magnique sumptus fiant. Adde, tot leges ob has ambages, & subtilitates in corpore iuris ciuilis esse multiplicatas, ac inserta, placita ac sententias hac de re Modestini, Iuliani, Vlpiani, Papiniani, & aliorũ ethnicorum iurisconsultorum continentes, nimis lõgum valde, obscurum, ac difficile, tum vt singulę intelligantur, tum præcipuè, vt omnes inter se consentiãt, ac concilientur, memoriaq; teneantur, illud reddere. Quòd si addas, illationes, expositiones, opinionumque varietatem, quas circa illas numerosa iurisperitorum in ciuile ius scribentium, multiplicarunt, chaos inextricabile profecto reperies, ac seminariũ litiũ. Quare reipublicę esset consultum, si hæc, & his similia, Christiani principes bonis, & compendiosis legibus, om-

nino resecarent. Titulus enim totus de fideiussoribus, paucissimis, ac dilucidis legibus, potest facile comprehendi, & ita de multis alijs titulis.

Ex illa iurisconsultorum subtilitate, quod cuiusmodi dissolutionibus nó satisfiat debito, sed emãtur actiones, quas creditor contra reliques debitores hẽt, oritur q̃stio, num ex his solutionib. debeatur† tributum illud, quod in hoc Castellæ Regno alcauala, & in Lusitania sisa vocant; eo quod
9 statutũ sit, vt soluatur ex omnibus emptionibus, & venditionibus, ac permutationibus, paucis priuilegiatis exceptis, de quorũ numero nõ est istius modi emptio, & venditio cessionis actionum Angelus Perusinis, à Lassarte de decima venditionis q. 9. nu. 2. relatus, affirmanter respondet. Contrarium vero merito ibid. à num. 32. Lassarte assecurat: ductus ea ratione, qd ius incorporale ad aliquam summam semel accipiendam, quod ius cũ mobilibus rebus, & non cum immobilibus computatur, eiusdem rationis reputatur, cum summa ipsa, ad quam est ius: quare, cum ex permutatione vnius pecuniæ pro alia, alcauala nõ debeatur, vt dis. 397. dictum est, vtique ex ea solutione debiti pecuniarij, qua emitur actio ad tantundem pecuniæ recuperandum, non debebitur alcauala. Potius ergo ex hoc alio fundamento idem asseueratem. Quia scilicet, neque illud est propriè emptio, aut permutatio, sed vera solutio, tametsi ad effectum, vt transmittantur actiones, quasi emptio earum reputetur: neque consuetudine sit receptum, aut vnquã auditum, vt ex eiusmodi solutionibus, & transmissione actionum, alcauala solua tur: neq; per epicheiã est censendum ad id extendere voluisse alcaualam, qui eã imposuerunt, qm̃ id esset irrationabile: leges autem, præsertim tributorum, non plus sunt extendendæ, quam cõsuetudine sint receptæ, & quam epicheia, legum interpres, suadeat eas esse extendendas.

In tertio euentu, in principio huius disputationis propositio, qñ. s. vnus fideiussorum in solidum solueret absolute totum debitum, nihil exprimendo, an suo proprio noĩe, vt fideiussor, an verò nomine debitoris, illud solueret, glo. vlt. l. Papinianus. ff. mand. vt supra dictum est, cum Azone, cẽsebat, si incontinenti petat à creditore, vt sibi actiones cedat in confideiussores, & in debitorem principalẽ, præsumendum esse soluisse suo noĩe proprio, cedendasq; proinde ei esse actiones si verò id non petat incontinenti, præsumendum esse, soluisse nomine debitoris, ac proinde cedendas illi non esse actiones, esto postea id ex interuallo petat, sed solum illi competere actionem mandati, aut negotiorum gestorum, aduersus principalem debitorẽ, vt sibi restituat, quod loco illius soluit. Atque hęc hodie, cum ea glossa & Azone, sancita sunt in calce l. 11. tit. 12. par. 5: idq; proinde seruandum est in hoc Castellæ Regno. Contrarium verò affirmat Bar. l. Modestinus. ff. de sol. & cõis doctorum sõa, vt Greg. Lopez l. vi. citata gl. vlt. refert. Nẽpe, qñ vnus fideiussorum absolutè soluit totum debitum nihil exprimendo, cuius noĩe solueret, præsumendum semper esse, suo noĩe, ad implẽdam suam fideiussoriã obligationẽ, põ debitoris nomine, soluisse ac proinde, esto ex interuallo cessionem actionum petat, cedendas illi esse. Atque hæc opinio mihi probatur, stando in iure communi. Quoniam semper præsumendum est, soluere vt fideiussorem, & non nomine debitoris, nisi contrarium exprimat.

Illud est obseruandũ, si quis, de mandato cuiusdam tertij, fideiussor existeret pro aliquo absente, tunc, si fideiussio non cessit in vtilitatem eius, pro quo facta est, neque rationabiliter sit pro eo facta & fideiussor aliquid pro eo, pro quo fideiussit, soluat competere quidem actionem mandati tali fideiussori aduersus tertium illum mãdatarũ, vt sibi resarciat, q̃ ita soluit: nullã verò aduersus eum, pro quo fideiussit. Si verò vtiliter facta est fideiussio pro absente, agere indifferẽter fideiussor poterit, vel aduersus mandatorẽ actione mãdati, vel aduersus eum, pro quo fideiussit, actione negotiorum gestorũ. Quod si is pro quo fideiussit, præsens fuit, dum tertius pro eo fideiubere mãdauit, nec contradixit, tunc fideiussor indifferenter agere poterit actione mandati cõtra vtrũuis eorũ. Hęc habentur l. qui fide iuncta gl. ibi. ff. mand. & l. 13. tit. 12. par. 5. Lege, quæ disp. 539. dicta sunt.

Dubiũ deniq; est, qñ fideiussor soluit pro debitore, & competit ei actio aduersus illum, & alios confideiussores, verũm, vt possit aduersus eos agere, & cogere illos soluere, satis sit creditorẽ confi-
10 teri, se recepisse abeo solutionem; an† verò necesse sit aliter de solutione cõstare, quam per confessionẽ creditoris. Bar. d. quibus §. si à fideiussore. ff. de iureiur. negat sufficere confessionem creditoris, eamq; sniam amplectuntur quidam alij. Contrarium tamen est affirmandum, nempe sufficere confessionem creditoris, nũ eode Bar. cons. 160. cõi doctorum sententia, in praxi recepta, quam referunt, ac sequuntur Gutier. de iuramento confirmatorio par. 1. cap. 63. num. 12. & Ans. Gom. 2. tom. var. res. c. 23. nu. 13. Ratio autem est, quoniam per eam confessionem manent debitor, & alij fideiussores, liberi à creditore.

## Num antequam fideiussores soluere cogantur, excussio fieri debeat in bonis debitoris principalis. Et de fideiuss. indemnitatis.

## DISPVTATIO DXLV.

### SVMMARIVM.

1 *Fideiussor conueniri non potest creditore, antequam debitor principalis.*
*Declaratur tamen, vt nu. 2. 5. 14. & 16.*
3 *Debitor absens quando dicatur, ad hoc vt possit cõtra eum procedi, tanquam contumacem.*
*Et quid de iure Castellæ, & Lusitaniæ. nu. 4.*
6 *Exceptio excussionis non factæ in bonis debitoris, non opposita à fideiussore, non vitiat processum.*
*Immo post litem contestatam opponi non potest. n. 7.*
*Nisi in casu, vt nu. 8.*
9 *Fideiussor indemnitatis quis dicatur, & quot modis,*

*Fide-*

10 *Fideiussor indemnitatis quibus casibus potest opponere exceptionem excussionis principalis, etiam post litem contestatam.*

*Et quotuplex sub nu. 13.*

11 *Fideiussor renunciare potest exceptioni excussionis principalis debitoris.*

*Declaratur tamen, vt nu. 12.*

13 *Fideiussor ministri publici, an possit renunciare beneficio excussionis principalis.*

14 *Fideiussor in eadem scriptura se obligans tanquam fideiussor, & principalis, censetur renunciare beneficio excussionis principalis: secus si in scriptura diuersa.*

*Intellige tamen, & declara, vt nu. 15.*

16 *Fideiussor negans se fideiussorem pro eo debito, pro quo conuenitur, amittit excussionis priuilegium.*

17 *Fideiussor iuramento confirmans eius obligationē fideiussoriam, an censeatur priuilegio excussionis principalis renunciasse.*

*Et quid de fideiussore indemnitatis nu. 18.*

19 *Debitor principalis omnia bona sua creditori hypothecans an aliquid eorum inuito creditore alienare possit.*

QVamuis quondam, non solum de iure Digestorum, sed ēt Codicis, fas creditori fuerit, exigere à fideiussore, prætermisso debitore principali, si ita creditor vellet, vt cōstat, l. 3. §. vlt. ff. de duob. reis l. non rectè, & l. iure nostro. C. eo. ti. hō
1 die † tñ, de iure authenticorū, non permittitur exigere à fideiussore, aut a mādatore creditori aliq̄d mutuo dare debitori, vel a quocunq; alio intercessore, nisi facta prius excussione in bonis debitoris competq; debitorē principalē nō esse soluēdō, tunc id solū exigi pōt a fideiussore, aut a fideiussoribus illius, vel a quocunque, alio eiusdē intercessore, q̄ depræhensum fuerit debitorē principalē nō esse soluendo. Q̄d si ante eā excussionē fideiussores, vel alij intercessores, conueniantur, cōpetit illis exceptio ex iuribus citandis, q̄ prius excussio fiat in bonis debitoris. Ita bī in authent. præsenti. C. de fideiuss. & copiosius in authent. eo. tit. Vnde sumpta est. l. 9. tit. 12. par. 5. & lib. 4. Lusit. ord. titu. 46. §. 1. & consentit cōis doctorū suīa. Neque refert, q̄ l. 3. tit. 18. lib. 3. fori, q̄ Gutier. de iur. confirm. par. 1. c. 23. nu. 7. refert, contrariū, iuxta ius antiquū statuatur: q̄m, vt idem Gutier. ibi. Greg. Lop. l. 8. tit. 12. par. 5. verb. *cada vno dellos*, & alij rectè asserunt, lex illa non est vsu recepta, in quo Gutierrius reprehendit Monterrosum, qui contrarium affirmat: leges aūt fori solum habēt vim aduersus leges partitarum ū sint vsu receptæ.

2 Hoc † tamen, quòd scilicet prius fieri debeat excussio in bonis debitoris principalis, q̄ fideiussores, aut alij debitoris principalis intercessores, soluere cogantur, intelligendū est, modò debitor principalis præsens sit: si. n. sit absens, exigi possūt fideiussores, aut intercessores, prætermissa excussione in bonis debitoris, vt iuribus citatis bī. Si tñ fideiussores terminū petant ad debitorē principalem adducendū, vt prior ipse exigatur cōcedi illis debet, iudicis arbitrio taxandus: quo trāsacto, si eū nō adducant, exigi debitū ab ei potest, excussione minimè facta in bonis debitoris principalis, creditor tñ cedere eis debet actiones oēs quas aduersus debitorem principalem habet, vt disput. præcedente dictum est, hæc omnia habentur expresse iuribus citatis. Arbitror tamen, si debitor multum distaret, adeò vt non parum molestum esset creditori, tandiu expectare, exigi statim debitum posse a fideiussoribus, aut ab intercessoribus, nō concesso illis tpe congruo ad debitorem principalem ex loco adeo distanti adducendum: quoniam ita iuta citata consulendum intercessoribus, aut fideiussoribus, voluerunt, vt id non esset cum notabili grauamine, ac detrimento creditoris.

Glossa in authentico de fideiuss. verb. præsentes, tunc † debitorē absentem censendū ait, q̄d ad
3 prēlens institutum attinet, q̄n, neq; est in oppido, neq; in territorio iurisdictionis illius, ita vt cōmodè citari possit, & ita doctores cōiter affirmāt, estque sancitū. 4. lib. Lusit. ord. titu. 46. §. 1. Lex verò 9. tit. 12. par. 5. tunc ait censendū esse præsentē, q̄ est in oppido, nulla de territorio iurisdictionis facta mentione. Et quamuis Greg. Lop. ibi. & Gutier. de iur. confir. par. 1. c. 23. nu. 2. aduersari suspicentur. Legem illam ea in parte glossæ citatæ, & cōi sūx. tandem annuunt posse intelligi iuxta eā glossam, quæ æquissima est, vt in ea lege sermo sit de oppido cum suo territorio. Nec dubitò, ita esse eam legem intelligendam, vt eam videtur intelligere Ant. Gom. 2. tom. var. res. c. 13. num. 14.

Placet verò mihi, quod consentaneè ad Salycetum, & alios, quos citat Gutier. ibid. num. 3. ait. Nempe, si debitor modo explicato absens, domicilium, & bona habeat in oppido, aut territorio, in quibus ita fieri possit exequutio, vt necessariū non sit citare personam talis debitoris, tunc non prius posse conueniri fideiussores, aut alios talis debitoris intercessores, quàm excussio, exequutione fiat in eis bonis: quod si, illis diuenditis, & tradito pretio creditori, aliquid debiti supersit soluendum, tunc id exigi potest à fideiussoribus, aut ab alijs intercessoribus pro eo debito.

4 Hæc † verò doctrina locum hodie habet in hoc Castellæ Regno, quando obligatio eiuscemodi debitoris paratam habet exequutionem, iuxta ea, quæ ex l. 1. & sequentibus: titu. 21. lib. 4. nouæ collect. disputat. 538. §. hodie verò, dicta sunt. Vt enim ibidem ex l. 19. eiusdem tituli relatum est, necesse non est citari eum debitorem, *vt* eiusmodi exequutio fiat, nisi solum finitis præconijs ibi præscriptis in diuendendis bonis illius, *para el remate*, vt ibi dicitur: atque tunc, si ipse non sit præsens, satis est citari in domo illius, significando id suis, aut vicinis proximioribus domui illius, vt ibidem habetur.

Illud quoque mihi probatur, quod idem Gutier. cum Greg. Lopez l. 9. citata, Roderico Xuarez, & alijs, ibidem nu. 4. subiungit. Videlicet, si debitor principalis sit præsens, habeatque bona aliqua in territorio, & alia extra territorium, & iurisdictionem illam, antequam fideiussores conueniantur, ac cogantur soluere, fieri quidem debere excussionē in bonis, quæ habet in territorio non vero in his, quæ habet extra territorium, quando, quæ habet in territorio, non sufficiunt ita-

nino resecarent. Titulus enim totus de fideiussoribus, paucissimis, ac dilucidis legibus, potest facile comprehendi, & ita de multis alijs titulis.

Ex illa iurisconsultorum subtilitate, quod eiusmodi dissolutionibus nō satisfiat debito, sed emō tur actiones, quas creditor contra reliquos debitores hēt, oritur q̄stio, num ex his solutionib. debeatur† tributum illud, quod in hoc Castellæ Regno alcauala, & in Lusitania sisa vocant; eo quod statutū sit, vt soluatur ex omnibus emptionibus, & venditionibus, ac permutationibus, paucis priuilegiatis exceptis, de quorū numero nō est istius modi emptio, & venditio cessionis actionum Angelus Perusinis, à Lassarte de decima venditionis q. 9. nu. 2. relatus, affirmanter respondet. Contrarium vero merito ibid. à num. 32. Lassarte assecurat: ductus ea ratione, qđ ius incorpotale ad aliquam summam semel accipiendam, quod ius cū mobilibus rebus, & non cum immobilibus computatur, eiusdem rationis reputatur, cum summa ipsa, ad quam est ius: quare, cum ex permutatione vnius pecuniæ pro alia, alcauala nō debeatur, vt dis. 397. dictum est, vtique ex ea solutione debiti pecuniarij, qua emitur actio ad tantundem pecuniæ recuperandum, non debebitur alcauala. Potius ergo ex hoc alio fundamento idem asseueratem. Quia scilicet, neque illud est propriè emptio, aut permutatio, sed vera solutio, tametsi ad effectum, vt transmittantur actiones, quasi emptio earum reputetur: neque consuetudine sit receptum, aut vnquā auditum, vt ex eiusmodi solutionibus, & transmissione actionum, alcauala solua tur: neq; per epicheiā est censendum ad id extendere voluisse alcaualam, qui eā imposuerunt, qm̄ id esset irrationabile: leges autem, præsertim tributorum, non plus sunt extendendæ, quam cōsuetudine sint receptæ, & quam epicheia, legum interpres, suadeat eas esse extendendas.

In tertio euentu, in principio huius disputationis proposito, qm̄. s. vnus fideiussorum in solidum solueret absolute totum debitum, nihil exprimendo, an suo proprio noīe, vt fideiussor, an verò nomine debitoris, illud solueret, glo. vlt. l. Papinianus. ff. mand. vt supra dictum est, cum Azone, cēset, si incontinenti petat à creditore, vt sibi actiones cedat in confideiussores, & in debitorem principalē, præsumendum esse soluisse suo noīe proprio, cedendasq; proinde ei esse actiones si verò id non petat incontinenti, præsumendum esse, soluisse nomine debitoris, ac proinde cedendas illi non esse actiones, esto postea id ex interuallo petat, sed solum illi competere actionem mandati, aut negotiorum gestorum, aduersus principalem debitorē, vt sibi restituat, quod loco illius soluit. Atque hęc hodie, cum ea glossa & Azone, sancita sunt in calce l. 11. tit. 12. par. 5. idq; proinde seruandum est in hoc Castellæ Regno. Contrarium verò affirmat Bar. l. Modestinus. ff. de sol. & cōis doctorum sūa, vt Greg. Lopez l. 11. citata gl. vlt. refert. Nēpe, qm̄ vnus fideiussorum absolutè soluit totum debitum nihil exprimendo, cuius noīe solueret, præsūmendum semper esse, suo noīe, ad implēdam suam fideiussoriā obligationē, nō debitoris nomine, soluisse ac proinde, esto ex interuallo cessionem actionum petat, cedendas illi esse. Atque hæc opinio mihi probatur, stando in iure communi. Quoniam semper præsumendum est, soluere vt fideiussorem, & non nomine debitoris, nisi contrarium exprimat.

Illud est obseruandū, si quis, de mandato cuiusdam tertij, fideiussor existeret pro aliquo absente, tunc, si fideiussio non cessit in vtilitatem eius, pro quo facta est, neque rationabiliter sit pro eo facta & fideiussor aliquid pro eo, pro quo fideiussit, solut competere quidem actionem mandati tali fideiussori aduersus tertium illum mādatorē, vt sibi resarciat, q̄ ita soluit: nullā verò aduersus eum, pro quo fideiussit. Si verò vtiliter facta est fideiusio pro absente, agere indifferēter fideiussor poterit, vel aduersus mandatorē actione mādati, vel aduersus eum, pro quo fideiussit, actione negotiorum gestorū. Quod si is pro quo fideiussit, præsens fuit, dum tertius pro eo fideiubere mādauit, nec contradixit, tunc fideiussor indifferenter agere poterit actione mandati cōtra vtrūuis eorū. Hęc habentur l. qui fide iuncta gl. ibi. ff. mand. & l. 13. tit. 12. par. 5. Lege, quæ disp. 539. dicta sunt.

Dubiū deniq; est, qn̄ fideiussor soluit pro debitore, & competit ei actio aduersus illum, & alios confideiussores, verūm, vt possit aduersus eos agere, & cogere illos soluere, satis sit creditorē confiteri, se recepisse ab eo solutionem; an† verò necesse sit aliter de solutione cōstare, quam per confessionē creditoris. Bar. d. diquibus. §. si à fideiussores. ff. de iureiur. negant sufficere confessionem creditoris, eamq; sn̄iam amplectuntur quidam alij. Contrarium tamen est affirmandum, nempe sufficere confessionem creditoris, nū quidē Bart. cons. 160. cōi doctorum sententia in praxi recepta, quam referunt, ac sequuntur Gutier. de iuramento confirmatorio par. 1. cap. 63. num. 12. & Ant. Gom. 2. tom. var. res. c. 23. nu. 13. Ratio autem est, quoniam per eam confessionem manent debitor, & alij fideiussores, liberi à creditore.

## Num antequam fideiussores soluere cogantur, excussio fieri debeat in bonis debitoris principalis. Et de fideiuss. indemnitatis.

### DISPVTATIO DXLV.

#### SVMMARIVM.

1 *Fideiussor conueniri non potest creditore, antequam debitor principalis.*
*Declaratur tamen, vt nu. 2. 5. 14. & 16.*
3 *Debitor absens quando dicatur, ad hoc vt possit cōtra eum procedi, tanquam contumax.*
*Et quid de iure Castellæ, & Lusitaniæ. nu. 4.*
6 *Exceptio excussionis non factæ in bonis debitoris, non opposita à fideiussore, non vitiat processum.*
*Immo post litem contestatam opponi non potest. n. 7.*
*Nisi in casu, vt nu. 8.*
9 *Fideiussor indemnitatis quis dicatur, & quot modis,*

Fide-

10 *Fideiussor indemnitatis quibus casibus potest opponere exceptionem excussionis principalis, etiam post litem contestatam.*
*Et quotuplex sub nu. 13.*
11 *Fideiussor renunciare potest exceptioni excussionis principalis debitoris.*
*Declaratur tamen, vt nu. 12.*
13 *Fideiussor ministri publici, an possit renunciare beneficio excussionis principalis.*
14 *Fideiussor in eadem scriptura se obligans tanquam fideiussor, & principalis, censetur renunciare beneficio excussionis principalis: secus si in scriptura diuersa.*
*Intellige tamen, & declara, vt nu. 15.*
16 *Fideiussor negans se fideiussorem pro eo debito, pro quo conuenitur, amittit excussionis priuilegium.*
17 *Fideiussor iuramento confirmans eius obligationē fideiussoriam, an censeatur priuilegio excussionis principalis renunciasse.*
*Et quid de fideiussore indemnitatis nu. 18.*
19 *Debitor principalis omnia bona sua creditori hypothecans an aliquid eorum inuito creditore alienare possit.*

QVamuis quondam, non solum de iure Digestorum, sed ēt Codicis, fas creditori fuerit, exigere à fideiussore, prætermisso debitore principali, si ita creditor vellet, vt cōstat, l. 3. §. vlt. ff. de duob. reis l. non rectè, & l. iure nostro. C. eo. ti. hō
1 die † tñ, de iure authenticorū, non permittitur exigere à fideiussore, aut a mādatore creditori aliq̄d mutuo dare debitori, vel a quocunq; alio intercessore, nisi facta prius excussione in bonis debitoris compertoq; debitorē principalē nō esse soluēdō; tunc id solū exigi pōt a fideiussore, aut a fideiussorib. illius, vel a quocunque, alio eiusdē intercessore, q̄ depræhensum fuerit debitorē principalē nō esse soluendo. Qđ si ante eā excussionē fideiussores, vel alij intercessores, conueniantur, cōpetit illis exceptio ex iuribus citandis, q̄ prius excussio fiat in bonis debitoris. Ita bē in authent. præsenti. C. de fideiuss. & copiosius in authent. eo. tit. Vnde sumpta est l. 9. tit. 12. par. 5. & lib. 4. Lusit. ord. titu. 46. §. 1. & consentit cōis doctorū suia. Neque refert, q̄ l. 3. tit. 18. lib. 3. fori, q̄ Gutier. de iur. confirm. par. 1. c. 23. nu. 7. refert, contrariū, iuxta ius antiquū statuatur: qm̄, vt idem Gutier. ibi. Greg. Lop. l. 8. tit. 12. par. 5. verb. *cada vno dellos*, & alij rectè asserunt, lex illa non est vsu recepta, in quo Gutierrius reprehendit Monterrosum, qui contrarium affirmat: leges aūt fori solum habēt vim aduersus leges partitarum ú sint vsu receptæ.

2 Hoc † tamen, quòd scilicet prius fieri debeat excussio in bonis debitoris principalis, q̄ fideiussores, aut alij debitoris principalis intercessores, soluere cogantur, intelligendū est, modò debitor principalis præsens sit: ú. n. sit absens, exigi possūt fideiussores, aut intercessores, prætermissa excussione in bonis debitoris, vt iuribus citatis bē. Si tñ fideiussores terminū petant ad debitorē principalem adducendū, vt prior ipse exigatur cōcedi illis debet, iudicis arbitrio taxandus: quo trāsacto, si eū nō adducant, exigi debitū ab ei potest, excussione minimè facta in bonis debitoris principalis, creditor tñ cedere eis debet actiones oēs quas aduersus debitorem principalem habet, vt disput. præcedente dictum est, hæc omnia habentur expresse iuribus citatis. Arbitror tamen, si debitor multum distaret, adeò vt non parum molestum esset creditori, tandiu expectare, exigi statim debitum posse a fideiussoribus, aut ab intercessoribus, nō concesso illis tpe congruo ad debitorem principalem ex loco adeo distanti adducendum: quoniam iura citata consulendum intercessoribus, aut fideiussoribus, voluerunt, vt id non esset cum notabili grauamine, ac detrimento creditoris.

Glossa in authentico de fideiuss. verb. præsentes, tunc † debitorē absentem censendū ait, qđ ad
3 prælens institutum attinet, qñ, neq; est in oppido, neq; in territorio iurisdictionis illius, ita vt cōmodè citari possit, & ita doctores cōiter affirmāt, estque sancitū. 4. lib. Lusit. ord. titu. 46. §. 1. Lex verò 9. tit. 12. par. 5. tunc ait censendū esse præsentē, qā est in oppido, nulla de territorio iurisdictionis facta mentione. Et quamuis Greg. Lop. ibi, & Gutier. de iur. confir. par. 1. c. 23. nu. 2. aduersari suspicentur. Legem illam ea in parte glossæ citatæ, & cōi sñia, tandem annuunt posse intelligi iuxta eā glossam, quæ æquissima est, vt in ea lege sermo sit de oppido cum suo territorio. Nec dubitò, ita esse eam legem intelligendam, vt eam videtur intelligere Ant. Gom. 2. tom. var. res. c. 13. num. 14.

Placet verò mihi, quod consentaneè ad Salycetum, & alios, quos citat Gutier. ibid. num. 3. ait. Nempe, si debitor modo explicato absens, domicilium, & bona habeat in oppido, aut territorio, in quibus ita fieri possit exequutio, vt necessariū non sit citare personam talis debitoris, tunc non prius posse conueniri fideiussores, aut alios talis debitoris intercessores, quàm excussio, exequutioue fiat in eis bonis: quod si, illis diuenditis, & tradito pretio creditori, aliquid debiti supersit soluendum, tunc id exigi potest à fideiussoribus, aut ab alijs intercessoribus pro eo debito.

4 Hæc † vero doctrina locum hodie habet in hoc Castellæ Regno, quando obligatio eiusceme di debitoris paratam habet exequutionem, iuxta ea, quæ ex l. 1. & sequentibus: titu. 21. lib. 4. nouæ collect. disputat. 538. §. hodie vero, dicta sunt. Vt enim ibidem ex l. 19. eiusdem tituli relatum est, necesse non est citari eum debitorem, *vt* eiusmodi exequutio fiat, nisi solum finitis præconijs ibi præscriptis in diuendendis bonis illius, *para el remate*, vt ibi dicitur: atque tunc, si ipse non sit præsens, satis est citari in domo illius, significando id suis, aut vicinis proximioribus domui illius, vt ibidem habetur.

Illud quoque mihi probatur, quod idem Gutier. cum Greg. Lopez l. 9. citata, Roderico Xuarez, & alijs, ibidem nu. 4. subiungit. Videlicet, si debitor principalis sit præsens, habeatque bona aliqua in territorio, & alia extra territorium, & iurisdictionem illam, antequam fideiussores conueniantur, ac cogantur soluere, fieri quidem debere excussionē in bonis, quæ habet in territorio non vero in his, quæ habet extra territoriū, quando, quæ habet in territorio, non sufficiunt in-

nino resecarent. Titulus enim totus de fideiussoribus, paucissimis, ac dilucidis legibus, potest facile comprehendi, & ita de multis alijs titulis.

Ex illa iurisconsultorum subtilitate, quod eiusmodi dissolutionibus nō satisfiat debito, sed emā tur actiones, quas creditor contra reliquos debitores hēt, oritur q̄stio, num ex his solutionib. debeatur † tributum illud, quod in hoc Castellæ Re
9 gno alcauala, & in Lusitania sisa vocant; eo quod statutū sit, vt soluatur ex omnibus emptionibus, & venditionibus, ac permutationibus, paucis priuilegiatis exceptis, de quorū numero nō est istius modi emptio, & venditio cessionis actionum Angelus Perusinis, à Lassarte de decima venditionis q. 9. nu. 2. relatus, affirmanter respondet. Contrarium vero merito ibid. à num. 32. Lassarte assequitur: ductus ea ratione, qđ ius incorpotale ad aliquam summam semel accipiendam, quod ius cū mobilibus rebus, & non cum immobilibus computatur, eiusdem rationis reputatur, cum summa ipsa, ad quam est ius: quare, cum ex permutatione vnius pecuniæ pro alia, alcauala nō debeatur, vt dis. 397. dictum est, vtique ex ea solutione debiti pecuniarij, qua emitur actio ad tantundem pecuniæ recuperandum, non debebitur alcauala. Potius ergo ex hoc alio fundamento idem assequeratem. Quia scilicet, neque illud est propriè emptio, aut permutatio, sed vera solutio, tametsi ad effectum, vt transmittantur actiones, quasi emptio earum reputetur: neque consuetudine sit receptum, aut vnquā auditum, vt ex eiusmodi solutionibus, & transmissione actionum, alcauala solua tur: neq; per epicheiā est censendum ad id extendere voluisse alcaualam, qui eā imposuerunt, qm̄ id esset irrationabile: leges autem, præsertim tributorum, non plus sunt extendendæ, quam cōsuetudine sint receptæ, & quam epicheia, legum interpres, suadeat eas esse extendendas.

In tertio euentu, in principio huius disputationis propositō, qm̄. s. vnus fideiussorum in solidum solueret absolute totum debitum, nihil exprimendo, an suo proprio noīe, vt fideiussor, an verò nomine debitoris, illud solueret, glo. vlt. l. Papinianus. ff. mand. vt supra dictum est, cum Azone, cēseat, si incontinenti petat à creditore, vt sibi actiones cedat in confideiussores, & in debitorem principalē, præsumendum esse soluisse suo noīe proprio, cedendasq; proinde ei esse actiones si verò id non petat incontinenti, præsumendum esse, soluisse nomine debitoris, ac proinde cedendas illi non esse actiones, esto postea id ex interuallo petat, sed solum illi competere actionem mandati, aut negotiorum gestorum, aduersus principalem debitorē, vt sibi restituat, quod loco illius soluit. Atque hęc hodie, cum ea glossa & Azone, sancita sunt in calce l. 11. tit. 12. pas. 5. idq; proinde seruandum est in hoc Castellæ Regno. Contrarium verò affirmat Bar. l. Modestinus. ff. de sol. & cōis doctorum sōa, vt Greg. Lopez l. 11. citata gl. vlt. refert. Nēpe, qm̄ vnus fideiussorum absolutè soluit totum debitum nihil exprimendo, cuius noīe solueret, præsumendum semper esse, suo noīe, ad implēdam suam fideiussoriā obligationē, nō debitoris nomine, soluisse ac proinde, esto ex interuallo cessionem actionum petat, cedendas illi esse. Atque hæc opinio mihi probatur, stando in iure communi. Quoniam semper præsumendum est, soluere vt fideiussorem, & non nomine debitoris, nisi contrarium exprimat.

Illud est obseruandū, si quis, de mandato cuiusdam tertij, fideiussor existeret pro aliquo absente, tunc, si fideiussio non cessit in vtilitatem eius, pro quo facta est, neque rationabiliter sit pro eo facta & fideiussor aliquid pro eo, pro quo fideiussit, soluat competere quidem actionem mandati tali fideiussori aduersus tertium illum mādatarū, vt sibi resarciat, q̄ ita soluit: nulla verò aduersus eum, pro quo fideiussit. Si verò vtiliter facta est fideiussio pro absente, agere indifferēter fideiussor poterit, vel aduersus mandatorē actione mādati, vel aduersus eum, pro quo fideiussit, actione negotiorum gestorū. Quod si is pro quo fideiussit, præsens fuit, dum tertius pro eo fideiubere mādauit, nec contradixit, tunc fideiussor indifferenter agere poterit actione mandati cōtra vtrūvis eorū. Hęc habentur l. qui fide iuncta gl. ibi ff. mand. & l. 13. tit. 12. par. 5. Lege, quæ disp. 539. dicta sunt.

Dubiū deniq; est, qn̄ fideiussor soluit pro debitore, & competit ei actio aduersus illum, & alios confideiussores, verum, vt possit aduersus eos agere, & cogere illos soluere, satis fit creditorē con-
10 teri, se recepisse ab eo solutionem; an † verò necesse sit aliter de solutione constare, quam per confessionē creditoris. Bar. d. quibus. §. si à fideiussores. ff. de iureiur. nēgant sufficere confessionem creditoris, eamq; sōiam amplectuntur quidam alij. Contrarium tamen est affirmandum, nempe sufficere confessionem creditoris, nō tamē Bart. cons. 160. cōi doctorum sententia in praxi recepta, quam referunt, ac sequuntur Gutier. de iuramento confirmatorio par. 1. cap. 63. num. 12. & Ant. Gom. 2. tom. var. resol. c. 23. nu. 13. Ratio autem est, quoniam per eam confessionem manent debitor, & alij fideiussores, liberi à creditore.

## Num antequam fideiussores soluere cogantur, excussio fieri debeat in bonis debitoris principalis. Et de fideiuss. indemnitatis.

## DISPVTATIO DXLV.

### SVMMARIVM.

1 *Fideiussor conueniri non potest creditore, antequam debitor principalis.*
*Declaratur tamen, vt nu. 2. 5. 14. & 16.*
3 *Debitor absens quando dicatur, ad hoc vt possit cōtra eum procedi, tanquam contumacem.*
*Et quid de iure Castellæ, & Lusitaniæ. nu. 4.*
6 *Exceptio excussionis non facta in bonis debitoris, non opposita à fideiussore, non vitiat processum.*
*Immo post litem contestatam opponi non potest. n. 7.*
*Nisi in casu, vt nu. 8.*
9 *Fideiussor indemnitatis quis dicatur, & quot modis,*

Fide-

10 *Fideiussor indemnitatis quibus casibus potest opponere exceptionem excussionis principalis, etiam post litem contestatam.*
*Et quotuplex sub nu. 13.*
11 *Fideiussor renunciare potest exceptioni excussionis principalis debitoris.*
*Declaratur tamen, vt nu. 12.*
13 *Fideiussor ministri publici, an possit renunciare beneficio excussionis principalis.*
14 *Fideiussor in eadem scriptura se obligans tanquam fideiussor, & principalis, censetur renunciare beneficio excussionis principalis: secus si in scriptura diuersa.*
*Intellige tamen, & declara, vt nu. 15.*
16 *Fideiussor negans se fideiussorem pro eo debito, pro quo conuenitur, amittit excussionis priuilegium.*
17 *Fideiussor iuramento confirmans eius obligationē fideiussoriam, an censeatur priuilegio excussionis principalis renunciasse.*
*Et quid de fideiussore indemnitatis nu. 18.*
19 *Debitor principalis omnia bona sua creditori hypothecans an aliquid eorum inuito creditore alienare possit.*

QVamuis quondam, non solum de iure Digestorum, sed ēt Codicis, fas creditori fuerit, exigere à fideiussore, prætermisso debitore principali, si ita creditor vellet, vt cōstat, l. 3. §. vlt. ff. de duob. reis l. non rectè, & l. iure nostro. C. eo. ti. hō
1 die † tñ, de iure authenticorū, non permittitur exigere à fideiussore, aut a mādatore creditori aliq̄d mutuo dare debitori, vel a quocunq; alio intercessore, nisi facta prius excussione in bonis debitoris compertoq; debitorē principalē nō esse soluēdō; tunc id solū exigi pōt a fideiussore, aut a fideiussoribus illius, vel a quocunque, alio eiusdē intercessore, q̄ depræhensum fuerit debitorē principalē nō esse soluendo. Qđ si ante eā excussionē fideiussores, vel alij intercessores, conueniantur, cōpetit illis exceptio ex iuribus citandis, q̄ prius excussio fiat in bonis debitoris. Ita bē in authent. præsenti. C. de fideiuss. & copiosius in authent. eo. tit. Vnde sumpta est l. 9. tit. 12. par. 5. & lib. 4. Lusit. ord. titu. 46. §. 1. & consentit cōis doctorū suia. Neque refert, q̄ l. 3. tit. 18. lib. 3. fori, q̄ Gutier. de iur. confirm. par. 1. c. 23. nu. 7. refert, contrariū, iuxta ius antiquū statuatur: qm̄, vt idem Gutier. ibi. Greg. Lop. l. 8. tit. 12. par. 5. verb. *cada vno dellos*, & alij rectè asserunt, lex illa non est vsu recepta, in quo Gutierrius reprehendit Monterrosum, qui contrarium affirmat: leges aūt fori solum habēt vim aduersus leges partitarum ú sint vsu receptæ.

2 Hoc † tamen, quòd scilicet prius fieri debeat excussio in bonis debitoris principalis, q̄ fideiussores, aut alij debitoris principalis intercessores, soluere cogantur, intelligendū est, modò debitor principalis præsens sit: ú. n. sit absens, exigi posśūt fideiussores, aut intercessores, prætermissa excussione in bonis debitoris, vt iuribus citatis hr. Si tñ fideiussores terminū petant ad debitorē principalem adducendū, vt prior ipse exigatur cōcedi illis debet, iudicis arbitrio taxandus: quo trāsacto, si eū nō adducant, exigi debitū ab ei potest, excussione minimè facta in bonis debitoris principalis, creditor tñ cedere eis debet actiones oēs quas aduersus debitorem principalem habet, vt disput. præcedente dictum est, hæc omnia habentur expresse iuribus citatis. Arbitror tamen, si debitor multum distaret, adeò vt non parum molestum esset creditori, tandiu expectare, exigi statim debitum posse a fideiussoribus, aut ab intercessoribus, nō concesso illis tpe congruo ad debitorem principalem ex loco adeo distanti adducendum: quoniam iura iuta citata consulendum intercessoribus, aut fideiussoribus, voluerunt, vt id non esset cum notabili grauamine, ac detrimento creditoris.

Glossa in authentico de fideiuss. verb. præsentes, tunc † debitorē absentem censendū ait, qđ ad
3 prēsens institutum attinet, qñ, neq; est in oppido, neq; in territorio iurisdictionis illius, ita vt cōmodè citari possit, & ita doctores cōiter affirmāt, estque sancitū. 4. lib. Lusit. ord. titu. 46. §. 1. Lex verò 9. tit. 12. par. 5. tunc ait censendū esse præsentē, qā est in oppido, nulla de territorio iurisdictionis facta mentione. Et quamuis Greg. Lop. ibi. & Gutier. de iur. confir. par. 1. c. 23. nu. 2. aduersari suspicentur. Legem illam ea in parte glossæ citatæ, & cōi sēntiā, tandem annuunt posse intelligi iuxta eā glossam, quæ æquissima est, vt in ea lege sermo sit de oppido cum suo territorio. Nec dubitò, ita esse eam legem intelligendam, vt eam videtur intelligere Ant. Gom. 2. tom. var. res. c. 13. num. 14.

Placet verò mihi, quod consentaneè ad Salycetum, & alios, quos citat Gutier. ibid. num. 3. ait. Nempe, si debitor modo explicato absens, domicilium, & bona habeat in oppido, aut territorio, in quibus ita fieri possit executio, vt necessariū non sit citare personam talis debitoris, tunc non prius posse conueniri fideiussores, aut alios talis debitoris intercessores, quàm excussio, executioue fiat in eis bonis: quod si, illis diuenditis, & tradito pretio creditori, aliquid debiti supersit soluendum, tunc id exigi potest à fideiussoribus, aut ab alijs intercessoribus pro eo debito.

4 Hæc † vero doctrina locum hodie habet in hoc Castellæ Regno, quando obligatio eiusceme di debitoris paratam habet executionem, iuxta ea, quæ ex l. 1. & sequentibus: titu. 21. lib. 4. nouæ collect. disputat. 538. §. hodie vero, dicta sunt. Vt enim ibidem ex l. 19. eiusdem tituli relatum est, necesse non est citari eum debitorem, *vt* eiusmodi executio fiat, nisi solum finitis præconijs ibi prēscriptis in diuendendis bonis illius, *para el remate*, vt ibi dicitur: atque tunc, si ipse non sit præsens, satis est citari in domo illius, significando id suis, aut vicinis proximioribus domui illius, vt ibidem habetur.

Illud quoque mihi probatur, quod idem Gutier. cum Greg. Lopez l. 9. citata, Roderico Xuarez, & alijs, ibidem nu. 4. subiungit. Videlicet, si debitor principalis sit præsens, habeatque bona aliqua in territorio, & alia extra territorium, & iurisdictionem illam, antequam fideiussores conueniantur, ac cogantur soluere, fieri quidem debere excussionē in bonis, quæ habet in territorio non vero in his, quæ habet extra territoriū, quando, quæ habet in territorio, non sufficiunt in-

nino resecarent. Titulus enim totus de fideiussoribus, paucissimis, ac dilucidis legibus, potest facile comprehendi, & ita de multis alijs titulis.

Ex illa iurisconsultorum subtilitate, quod eius modi dissolutionibus nō satisfiat debito, sed emā tur actiones, quas creditor contra reliquos debitores hēt, oritur q̄stio, num ex his solutionib. debeatur † tributum illud, quod in hoc Castellæ Regno alcauala, & in Lusitania sisa vocant; eo quod 9 statutū sit, vt soluatur ex omnibus emptionibus, & venditionibus, ac permutationibus, paucis priuilegiatis exceptis, de quorū numero nō est istius modi emptio, & venditio cessionis actionum Angelus Perusinis, à Lassatte de decima venditionis q. 9. nu. 2. relatus, affirmanter respondet. Contrarium vero merito ibid. à num. 32. Lassarte assecurat: ductus ea ratione, qđ ius incorpotale ad aliquam summam semel accipiendam, quod ius cū mobilibus rebus, & non cum immobilibus computatur, eiusdem rationis reputatur, cum summa ipsa, ad quam est ius: quare, cum ex permutatione vnius pecuniæ pro alia, alcauala nō debeatur, vt dis. 397. dictum est, vtique ex ea solutione debiti pecuniarij, qua emitur actio ad tantundem pecuniæ recuperandum, non debebitur alcauala. Potius ergo ex hoc alio fundamento idem assequeratem. Quia scilicet, neque illud est propriè emptio, aut permutatio, sed vera solutio, tametsi ad effectum, vt transmittantur actiones, quasi emptio earum reputetur: neque consuetudine sit receptum, aut vnquā auditum, vt ex eiusmodi solutionibus, & transmissione actionum, alcauala solua tur: neq; per epicheiā est censendum ad id extendere voluisse alcaualam, qui eā imposuerunt, qū id esset irrationabile: leges autem, præsertim tributorum, non plus sunt extendendæ, quam cōsuetudine sint receptæ, & quam epicheia, legum interpres, suadeat eas esse extendendas.

In tertio euentu, in principio huius disputationis propositō, qū. s. vnus fideiussorum, in solidum solueret absolute totum debitum, nihil exprimendo, an suo proprio noīe, vt fideiussor, an verò nomine debitoris, illud solueret, glo. vlt. l. Papinianus. ff. mand. vt supra dictum est, cum Azone, cēsei, si incontinenti petat à creditore, vt sibi actiones cedat in confideiussores, & in debitorem principalē, præsumendum esse soluisse suo noīe proprio, cedendasq; proinde ei esse actiones si verò id non petat incontinenti, præsumendum esse, soluisse nomine debitoris, ac proinde cedendas illi non esse actiones, esto postea id ex interuallo petat, sed solum illi competere actionem mandati, aut negotiorum gestorum, aduersus principalem debitorē, vt sibi restituat, quod loco illius soluit. Atque hęc hodie, cum ea glossa & Azone, sancita sunt in calce l. 11. tit. 12. par. 5. idq; proinde seruandum est in hoc Castellæ Regno. Contrarium verò affirmat Bar. l. Modestinus. ff. de sol. & cōis doctorum sūa, vt Greg. Lopez l. 11. citata gl. vlt. refert. Nēpe, qū vnus fideiussorum absolutè soluit totum debitum nihil exprimendo, cuius noīe solueret, præsumendum semper esse, suo noīe, ad implēdam suam fideiussoriā obligationē, nō debitoris nomine, soluisse ac proinde, esto ex interuallo cessionem actionum petat; cedendas illi esse. Atque hæc opinio mihi probatur, stando in iure communi. Quoniam semper præsumendum est, soluere vt fideiussorem, & non nomine debitoris, nisi contrarium exprimat.

Illud est obseruandū, si quis de mandato cuiusdam tertij, fideiussor existeret pro aliquo absente, tunc, si fideiussio non cessit in vtilitatem eius, pro quo facta est, neque rationabiliter sit pro eo facta & fideiussor aliquid pro eo, pro quo fideiussit, soluat competere quidem actionem mandati tali fideiussori aduersus tertium illum mādatarū, vt sibi resarciat, q̄ ita soluit: nullā verò aduersus eum, pro quo fideiussit. Si verò vtiliter facta est fideiusio pro absente, agere indifferēter fideiussor poterit, vel aduersus mandatorē actione mādati, vel aduersus eum, pro quo fideiussit, actione negotiorum gestorū. Quod si is pro quo fideiussit, præsens fuit, dum tertius pro eo fideiubere mādauit, nec contradixit, tunc fideiussor indifferenter agere poterit actione mandati cōtra vtrūuis eorū. Hęc habentur l. qui fide iuncta gl. ibi. ff. mand. & l. 13. tit. 12. par. 5. Lege, quæ disp. 539. dicta sunt.

Dubiū deniq; est, qū fideiussor soluit pro debitore, & competit ei actio aduersus illum, & alios confideiussores, verūm, vt possit aduersus eos agere, & cogere illos soluere, satis sit creditorē confiteri, se recepisse ab eo solutionem; an † verò necesse sit aliter de solutione constare, quam per confessionē creditoris. Bar. d. q. hoc. §. si à fideiussores. ff. de iureiur. negat sufficere confessionem creditoris, eamq; sniam amplectuntur quidam alij. Contrarium tamen est affirmandum, nempe sufficere confessionem creditoris, nū tode Bart. cons. 160. cōi doctorum sententia in praxi recepta, quam referunt, ac sequuntur Gutier. de iuramento confirmatorio par. 1. cap. 63. num. 12. & Ant. Gom. 2. tom. var. res. c. 23. nu. 13. Ratio autem est, quoniam per eam confessionem manent debitor, & alij fideiussores, liberi à creditore.

## Num antequam fideiussores soluere cogantur, excussio fieri debeat in bonis debitoris principalis. Et de fideiuss. indemnitatis.

## DISPVTATIO DXLV.

### SVMMARIVM.

1 *Fideiussor conueniri non potest creditore, antequam debitor principalis.*
*Declaratur tamen, vt nu. 2. 5. 14. & 16.*
3 *Debitor absens quando dicatur, ad hoc vt possit cōtra eum procedi, tanquam contumacem.*
*Et quid de iure Castellæ, & Lusitaniæ nu. 4.*
6 *Exceptio excussionis non factæ in bonis debitoris, non opposita à fideiussore, non vitiat processum.*
*Immo post litem contestatam opponi non potest n. 7.*
*Nisi in casu, vt nu. 8.*
9 *Fideiussor indemnitatis quis dicatur, & quot modis,*

Fide-

10 *Fideiussor indemnitatis quibus casibus potest opponere exceptionem excussionis principalis, etiam post litem contestatam.*
*Et quotuplex sub nu. 13.*
11 *Fideiussor renunciare potest exceptioni excussionis principalis debitoris.*
*Declaratur tamen, vt nu. 12.*
13 *Fideiussor ministri publici, an possit renunciare beneficio excussionis principalis.*
14 *Fideiussor in eadem scriptura se obligans tanquam fideiussor, & principalis, censetur renunciare beneficio excussionis principalis: secus si in scriptura diuersa.*
*Intellige tamen, & declara, vt nu. 15.*
16 *Fideiussor negans se fideiussorem pro eo debito, pro quo conuenitur, amittit excussionis priuilegium.*
17 *Fideiussor iuramento confirmans eius obligationē fideiussoriam, an censeatur priuilegio excussionis principalis renunciasse.*
*Et quid de fideiussore indemnitatis nu. 18.*
19 *Debitor principalis omnia bona sua creditori hypothecans an aliquid eorum inuito creditore alienare possit.*

QVamuis quondam, non solum de iure Digestorum, sed ēt Codicis, fas creditori fuerit, exigere à fideiussore, prætermisso debitore principali, si ita creditor vellet, vt cōstat, l. 3. §. vlt. ff. de duob. reis l. non rectè, & l. iure nostro. C. eo. ti. hō
1 die † tñ, de iure authenticorū, non permittitur exigere à fideiussore, aut a mādatore creditori aliq̄d mutuo dare debitori, vel a quocunq; alio intercessore, nisi facta prius excussione in bonis debitoris compettoq; debitorē principalē nō esse soluēdō, tunc id solū exigi pōt a fideiussore, aut a fideiussoribus illius, vel a quocunque, alio eiusdē intercessore, q̄ depræhensum fuerit debitorē principalē nō esse soluendo. Qđ si ante eā excussionē fideiussores, vel alij intercessores, conueniantur, cōpetit illis exceptio ex iuribus citandis, q̄ prius excussio fiat in bonis debitoris. Ita bē in authent. præsenti. C. de fideiuss. & copiosius in authent. eo. tit. Vnde sumpta est. l. 9. tit. 12. par. 5. & lib. 4. Lusit. otd. titu. 46. §. 1. & consentit cōis doctorū suā. Neque refert, q̄ l. 3. tit. 18. lib. 3. fori, q̄ Gutier. de iur. confirm. par. 1. c. 23. nu. 7. refert, contrariū, iuxta ius antiquū statuatur: qm̄, vt idem Gutier. ibi. Greg. Lop. l. 8. tit. 12. par. 5. verb. *cada vno dellos*, & alij rectè asserunt, lex illa non est vsu recepta, in quo Gutierrius reprehendit Monterrosum, qui contrarium affirmat: leges aūt fori solum habēt vim aduersus leges partitarum ū sint vsu receptæ.
2 Hoc † tamen, quòd scilicet prius fieri debeat excussio in bonis debitoris principalis, q̄ fideiussores, aut alij debitoris principalis intercessores, soluere cogantur, intelligendū est, modò debitor principalis præsens sit: si. n. sit absens, exigi posśūt fideiussores, aut intercessores, prætermissa excussione in bonis debitoris, vt iuribus citatis bē. Si tñ fideiussores terminū petant ad debitorē principalem adducendū, vt prior ipse exigatur cōcedi illis debet, iudicis arbitrio taxandus: quo trāsacto, si eū nō adducant, exigi debitū ab ei potest, excussione minimè facta in bonis debitoris principalis, creditor tū cedere eis debet actiones oēs quas aduersus debitorem principalem habet, vt disput. prēcedente dictum est, hæc omnia habentur expresse iuribus citatis. Arbitror tamen, si debitor multum distaret, adeò vt non parum molestum esset creditori, tandiu expectare, exigi statim debitum posse a fideiussoribus, aut ab intercessoribus, nō concesso illis tpe congruo ad debitorem principalem ex loco adeo distanti adducendum: quoniam ita iuta citata consulendum intercessoribus, aut fideiussoribus, voluerunt, vt id non esset cum notabili grauamine, ac detrimento creditoris.

Glossa in authentico de fideiuss. verb. præsentes, tunc † debitorē absentem censendū ait, qđ ad
3 prēlens institutum attinet, qm̄, neq; est in oppido, neq; in territorio iurisdictionis illius, ita vt cōmo dè citari possit, & ita doctores cōiter affirmāt, estque sancitū. 4. lib. Lusit. ord. titu. 46. §. 1. Lex verò 9. tit. 12. par. 5. tunc sic censendū esse præsentē, qā est in oppido, nulla de territorio iurisdictionis facta mentione. Et quamuis Greg. Lop. ibi. & Gutier. de iur. confir. par. 1. c. 23. nu. 2. aduersari suspicentur. Legem illam ea in parte glossæ citatæ, & cōi sñia, tandem annuunt posse intelligi iuxta eā glossam, quæ æquissima est, vt in ea lege sermo fit de oppido cum suo territorio. Nec dubitò, ita esse eam legem intelligendam, vt eam videtur intelligere Ant. Gom. 2. tom. var. res. c. 13. num. 14.

Placet verò mihi, quod consentaneè ad Salycetum, & alios, quos citat Gutier. ibid. num. 3. ait. Nempe, si debitor modo explicato absens, domicilium, & bona habeat in oppido, aut territorio, in quibus ita fieri possit exequutio, vt necessariū non sit citare personam talis debitoris, tunc non prius posse conueniri fideiussores, aut alios talis debitoris intercessores, quàm excussio, exequutio fiat in eis bonis: quod si, illis diuenditis, & tradito pretio creditori, aliquid debiti superfit soluendum, tunc id exigi potest à fideiussoribus, aut ab alijs intercessoribus pro eo debito.
4 Hæc † vero doctrina locum hodie habet in hoc Castellæ Regno, quando obligatio eiuscemodi debitoris paratam habet exequutionem, iuxta ea, quæ ex l. 1. & sequentibus: titu. 21. lib. 4. nouæ collect. disputat. 538. §. hodie vero, dicta sunt. Vt enim ibidem ex l. 19. eiusdem tituli relatum est, necesse non est citari eum debitorem, *vt* eiusmodi exequutio fiat, nisi solum finitis præconijs ibi prescriptis in diuendendis bonis illius, *para el remate*, vt ibi dicitur: atque tunc, si ipse non sit præsens, satis est citari in domo illius, significando id suis, aut vicinis proximioribus domui illius, vt ibidem habetur.

Illud quoque mihi probatur, quod idem Gutier. cum Greg. Lopez l. 9. citata, Roderico Xuarez, & alijs, ibidem nu. 4. subiungit. Videlicet, si debitor principalis sit præsens, habeatque bona aliqua in territorio, & alia extra territorium, & iurisdictionem illam, antequam fideiussores conueniantur, ac cogantur soluere, fieri quidem debere excussionē in bonis, quæ habet in territorio non vero in his, quæ habet extra territoriū, quando, quæ habet in territorio, non sufficiunt in-

fideiussores, vt contribuant, & soluant sibi portiones suas, vt hẽ l. fideiussoribus, & leg. cum is ff. de fideiuss. ac l. 11. titu. 12. part. 5. exigendo insuper debitori principali, vt sibi soluat reliquam partẽ, quæ ipsum fideiussorem cõtingit, vt hẽ l. 11. citata, vel agere poterit aduersus debitorem principalem, vt sibi soluat totum, quod tanquam fideiussor ipsius soluit, vt hẽ l. cum is citata, & l. cum alter. C. de fideiuss. l. 11. citata, & alijs iuribus citãdis. 2 Immo † verò cogere poterit creditorem, non solum, vt sibi cedat personales oẽs actiones, quæ illi cõpetebat aduersus debitorem, & fideiussores, sed etiã actiones oẽs reales pignoratitias, aut hypothecarias, si quæ ipsi ratione eiusdem debiti competebant, modo eædem res eidem creditori non essent prius obligatæ pro aliquo alio debito, quod nondum ei esset solutum, vt hẽ l. 2. l. cũ alter, & l. sicut, C. de fideiuss. Quod si creditor culpa sua cedere non possit actiones fideiussori, aut alteri, qui tõne eiusdem debiti tenetur ei accessorie, vt esset, qui mandauit aliquid commodari debitori, saltem, quia actionem creditor intentauit aduersus debitorem principalẽ, & succubuit, tunc debitor accessoriè reppellere potest creditorem exceptione, quod creditor cedere non possit actiones, aut etiam exceptione rei iudicatæ, si litem contra debitorem principalem intentauit & succubuit. Ita hẽ l. Stichũ. §. si creditor. ff. de sol. & affirmat Greg. Lopez l. 11. citatæ ver. *contra eundor*. Quo loco obserua, aduersus debitorem principalem, nõ solum competere fideiussori, qui debitũ, pro quo fideiussor extiterat, coactus est soluere actiones, quas creditor ipsi cesserit, sed, esto, nullã ei cedat, posse agere aduersus illũ actione mãdati, vt hẽ. §. si quid inst. de fideiuss. l. qui fide l. ex mandato. ff. mand. & l. 11. titu. 12. par. 5. tũ vt ipsi soluat, quod loco eius soluerit, tum etiã, vt ipsi resarciat dãna, quæ ex eo fuerint ipsi subsequuta quod debitor congruo tempore non soluerit: extitit enim fideiussor mandato debitoris, ac proinde actione mãdati ad hæc omnia ipsi tenetur, vt disp. 559. dictum est.

Sunt vero nonnulla circa hæc obseruanda. Primum est, Qñ † fideiussor expresse suo noïe, ad implendã obligationẽ fideiussoriã, soluit, posse petere cessionẽ actionũ creditoris aduersus cõfideiussores, & aduersus debitorem, nõ solum si ante solutionem, aui tempore solutionis, conuenit cum creditore, vt eas cederet, vel proxime post solutionem cessionem earum ab eo petat, sed etiã postea ex intervallo, quocunq; tpe, esto nihil a principio destruxerit in pactum: qñ eo ipso, quod nomine suo, ex accessoria, obligatione, qualis est fideiussoria (aut mandantis, rem aliquam mutuo alteri dari, vt habetur. l. si mandato. ff. de fideiussor. & alijs iuribus) aliquid loco principalis debitoris soluitur censetur soluens, eo intuitu, ac tacito pacto soluere, vt sibi a creditore actiones cedantur, ac proinde petere ab eo quocunq; tempore poterit cessionem earum. Ita glo. vlt. l. Papinianus, iuxta textum ibi. ff. mandati, & consentaneè ad l. si quid possessor in princ. ff. de pet. hæred. & videtur textus expressus. l. Stichũ. §. si mandato ff. de solut. ac colligitur aperte ex l. 11. titu. 12. par. 5. §. cũ principio eius legis, finẽ conferas, & cum Azone affirmat ibidem Greg. Lopez glos. 1. Lex 4 † verò Modestinus. ff. de solut. quæ docet, cedi nõ posse actiones à creditore post solutionem ex interuallo, qñ ante solutionem, aut tpe solutionis, non fuit deductum in pactum, vt cederentur, aut proxime post solutionẽ petita non fuit cessio earum, quasi tunc simpliciter solutum sit debitum, & non quasi in emptionẽ, & recompensationem, vt pro ea solutione cederentur actiones, ac proinde quasi expirauerint ea solutione actiones, oẽs creditoris, liberatique oĩno sint oẽs, quidem facta semel absolute, aut noïe debitoris principalis, solutione creditori, oẽs oĩno liberentur ab onere, quo eidem creditori tõne eius debiti tenebantur. Lex, inquam Modestinus, quę id docet, intelligẽda est, in correis debendi, quorũ singuli tenebantur ad id debitum principaliter, vt glossa ibidem ait; atque ẽr qñ debitor accessorie, non expressit se soluere noïe proprio, sed soluit nihil exprimendo, num noïe proprio, an debitoris solueret, vt ait gl. vlt. l. Papinianus. ff. mandatis, & consentit l. 1. titu. 12. part. 5. quia, iuxta eam glossam, iuxta, quam lata est l. 11. citata, si tunc fideiussor, aut quicunque alius accessoriè debitor, incontinenti, post solutionem cessionem actionum à creditore petat, præsumitur soluisse nomine proprio, & non noïe debitoris; si verò cessionem incõtinenti non petat, præsumitur soluisse noïe debitoris, ac proinde nõ põt petere postea cessionẽ actionum, quæ consequenter eo ipso expirasse oĩno præsumuntur in creditore. Vtrum autẽ amplectenda sit ea opinio glossæ l. Papinianus, extra Castellæ Regnũ, in quo, iuxta illam, lata fuit l. 11, citata, infra dicetur. 5 Illud † obserua, in contutoribus, qui in solidũ obligati sunt pupillo, non solum fuisse concessũ, vt, si eorum aliquis conueniatur in solidum, excipere possit, vt diuidantur actiones inter ipsum, & reliquos contutores, qui fuerint soluendo, vt dispurationæ præcedente dictum est, sed etiã, vt aliquid pupillo soluere cogatur, vel ratione alicuius contutorum, vel ratione alterius, quem non coegerit soluere aliquid, vt tenebatur, esto actiones non sint ei cessæ à pupillo, cõpetat illi vtilis actio aduersus eum, cuius loco id soluit. Ita habetur. l. 3. §. nunc tractemus. ff. de tutelis, & rationib. distra. & ex facto. ff. de negot. gest. & affirmat glos. 6 1. l. cum alter. C. de fideiuss. Obserua † etiam, si correus debendi conuentus in solidum, soluat, quod alter correus soluere tenebatur, esto ei cessæ non sint actiones a creditore, cõpetere tamen ei actionem, saltem negotiorum gestorum, aduersus correum, vt sibi soluat, quod creditori loco illius soluit, vt habetur l. creditor C. de duobus reis, & in calce disp. 542. dictum est.

7 Secundus est, Quando sunt † quatuor, verbi gratia, fideiussores in solidum, & vnus, conuentus, soluit integrum debitum, credo cum Bar. & glo. vltim. l. Modestinus ff. de solu. quos Grego. Lopez l. 11. titu. 12. par. 5. verb. *deue tomar*, refert, ac sequitur, posse creditorem cedere ei actionem, vt singulos in solidum eo modo conueniat,

Digitized by Google

meniat, quo creditor ipse conuenire eos poterat; exceptis in parte, q̃ fideiussor ipse ita conuentus, soluere tenebatur, iuxta ea, quæ in calce dis. 542. dicta sunt in simili quæstione de duobus reis debendi, cum glo. l. creditor. C. de duobus reis. Modo tñ, si ex reliquis tribus fideiussoribus aliquis soluẽdo non sit, pars illius inter ipsum fideiussorem conuentum, et reliquos æqualiter diuidatur, vt oẽs æqualiter cõmunicent in damno, vt Barti recte ait. Lex tñ 12. citata contrarium videtur affirmare, nempe fideiussorẽ, qui in solidũ solvit, solum conuenire posse singulos alios in sui virilibus partibus, adeo vt, si aliquis eorum soluendo non sit, ab illo solum accipere possit cautionem, vt eam soluat, si ad pinguem deuenerit fortunã. Vnde innuit, nihil illius partis posse exigere à reliquis. Greg. tñ Lopez interpretari eam legẽ conatur, vt nõ discordet à Bartolinã relata. Suspicor verò eundem Greg. Lopez in glo. antecedente sibi ipse esse contrarium. Iura verò, quæ in ea antecedente glossa citat, merito glo. vl. l. Modestinus citata, ea intelligit, solum habere locũ in cõtutoribus eiusdẽ pupilli, quibus nõ licet agere ad uersus contutores in solidum ex actionibus a pupillo ipsis cessis, sed solũ prò virilibus partibus: eo quod inter contutores diuidantur actiones, q̃ pupillo aduersus eos competunt, vt disputatione præcedente dictum est, & vtcunq; contutorum competat aduersus alterum, & aduersus quemcũque aliũ, cuius loco, pupillo soluerit, vtilis actio, esto nullæ actiones à pupillo sint ipsi aduersus illos cessæ, vt paulo antea dictum est.

Tertium est. Hæc quæ dicta sunt, de cessionibus actionum à creditore correo debendi soluẽti in solidũ, fideiussori † soluenti similiter in solidũ, tum aduersus consideiussores, tum etiã aduersus debitorẽ principalẽ, & vniuersim quæ dicta sunt de actione actionum à creditore aduersus debitorem principalem cuicumque sibi accessorie pro eo obligato, quem soluere cogat loco illius, siue is accessorie obligatus fideiussor sit, siue mandator creditori mutuo dare aliquid alicui, siue quicũque alius; hæc, inquam, quæ de huiusmodi cessionibus actionum à creditore dicta sunt, adinuẽta a legumlatoribus, atque introducta esse, vt qui loco aliorum creditori ita soluerent, ẽt ex eo capite actionem haberent ad recuperandum ab eis, quæ ita eorum loco soluissent, siue ex alio, aut ex alijs capitibus, actionẽ ẽt haberent, vi mandati, aut negotiorum gestorum, siue non, vt ægrè est caput inuenire, vnde consideiussores in solidum teneantur vni ipsorum, qui integrum debitum, ad quod singuli erant obligati, creditori soluisset; ni si dicas, hunc negotium illorum egisse, dum ipsos obligationes, qua creditori pro debitore principali tenebantur, ea ipsa solutione leuauit. Quia verò eo ipso, quod integrè creditori solutio sit debiti sit, siue à debitore principali, siue à fideiussore, aut mãdatore, siue ab vno correorum, aut fideiussorum in solidũ, oẽs, qui illi, siue principaliter, siue accessoriè, pro eo debito tenebantur, de obligati omnino comparatione illius manent, ac próinde expirãt cum ipso in eo actiones oẽs, quæ rõne eius debiti ipsi aduersus eos competebant, vt patet aperte Institut. quibus mod. tol. obligat. in princ. §. si plures ver. sed si ab vno Instit. de fideius. §. eiusmodi. Instit. de duobus reis, & leg. 2. ff. ex eodem tit. Sanè, vt eiusmodi actiones in creditore maneant, quas in ita satisfacientes loco aliorum, posset transmittere, ijdẽ legũlatores introduxerunt, vt satisfactio illa nõ fieret in solutionẽ debiti, sed quasi in emptionem actionũ, q̃ creditori cõperebant, vel aduersus debitorẽ principaleto, vel aduersus correos, vel etiam aduersus cõfideiussores, idq; interueniẽte pacto formaliter, aut virtute, decedendis actionibus satisfactione accepta, ita vt actiones, ante earum cessionẽ manerent quidem apud creditorem, etiam accepta satisfactione, non tamen vt ipse posset agere contra debitorem principalem, correum, aut consideiussorem, eo quod his debitoribus competeret exceptio aduersus eum, quod iã integram sui debiti satisfactionem recepisset, vt ait gl. vlt. l. Papinianus. ff. mand. sed vt transmittere eas posset in eum, qui ita aliorum loco satisfecisset; vel facta re ipsa commutatione satisfactionis processione actionũ; vel solum virtute, vt q̃, siue alio pacto satisfactio traderetur, & incontinenti satisfaciens peteret ab eo cessionẽ actionũ. Hoc aũt prædictatione fuisse à legumlatoribus introductum, ficq; iuris dispositione se habere, constat aperte ex l. fideiussoribus & l. cum is ff. de fideius. ex l. Modestinus. ff. de solut. ex leg. cum pupillus. ff. de tutel. & rationibus distract. & ex alijs iurib. Satius verò multo profecto fuisset, si esset sancitum, vt ipso iure, absque aliqua cessione, in prædictis euẽtibus transirẽt actiones creditoris in ita loco aliorum verè soluentes, iure ciuili ex magna æquitate eas his cõcedente, quam tot vti subtilitatibus, & ambagibus ethnicorum iurisconsultorũ, onus sine causa imponentium his hominibus, vt quando ita soluunt, in pactum deducant cessionem actionum, aut eas petant in continenti, & non ex interuallo, alioquin, velut iam extinctæ, cedi eis non possint. Id enim ad nihil aliud inseruit, quam vt lites multiplicentur, & vt simplices, minusque in his iuris subtilitatibus versati, ac periti, conuenienti auxilio recuperandi, quod loco aliorum soluere fuit coacti, destituantur, negotia coram tabellionib. aduocatis, iudicibus, multiplicentur, magnique sumptus fiant. Adde, tot leges ob has ambages, & subtilitates in corpore iuris ciuilis esse multiplicatas, ac inserta, placita ac sententias hac de re Modestini, Iulianus, Vlpiani, Papiniani, & aliorũ ethnicorum iurisconsultorum continentes, nimis lõgum valde, obscurum, ac difficile, tum vt singulę intelligantur, tum præcipuè, vt omnes inter se consentiãt, ac concilientur, memoriaq; teneantur, illud reddere. Quòd si addas, illationes, expositiones, opinionumque varietatem, quas circa illas numerosa iurisperitorum in ciuile ius scribentium, multiplicarunt, chaos inextricabile profecto reperies, ac seminariũ litiũ. Quare reipublicę esset consultum, si hæc, & his similia, Christiani principes breuibus, & compendiosis legibus, omnino

nino resecarent. Titulus enim totus de fideiussoribus, paucissimis, ac dilucidis legibus, potest facile comprehendi, & ita de multis alijs titulis.

Ex illa iurisconsultorum subtilitate, quod eius modi dissolutionibus nõ satisfiat debito, sed emũtur actiones, quas creditor contra reliquos debitores hẽt, oritur q̃stio, num ex his solutionib. debeatur tributum illud, quod in hoc Castellæ Regno alcauala, & in Lusitania sisa vocant; eo quod statutũ sit, vt soluatur ex omnibus emptionibus, & venditionibus, ac permutationibus, paucis priuilegiatis exceptis, de quorũ numero nõ est istius modi emptio, & venditio cessionis actionum. Angelus Perusinis, à Lassarte de decima venditionis q. 9. nu. 2. relatus, affirmanter respondet. Contrarium vero merito ibid. à num. 32. Lassarte assensurat: ductus ea ratione, qđ ius incorpotale ad aliquam summam semel accipiendam, quod ius cũ mobilibus rebus, & non cum immobilibus computatur, eiusdem rationis reputatus, cum summa ipsa, ad quam est ius: quare, cum ex permutatione vnius pecuniæ pro alia, alcauala nõ debeatur, vt dis. 397. dictum est, vtique ex ea solutione debiti pecuniarij, qua emitur actio ad tantundem pecuniæ recuperandum, non debebitur alcauala. Potius ergo ex hoc alio fundamento idem assequeratem. Quia scilicet, neque illud est propriè emptio, aut permutatio, sed vera solutio, tametsi ad effectum, vt transmittantur actiones, quasi emptio earum reputetur: neque consuetudine sit receptum, aut vnquã auditum, vt ex eiusmodi solutionibus, & transmissione actionum, alcauala solua tur: neq; per epicheiã est censendum ad id extendere voluisse alcaualam, qui eã imposuerunt, qñ id esset irrationabile: leges autem, præsertim tributorum, non plus sunt extendendæ, quam cõsuetudine sint receptæ, & quam epicheia, legum interpres, suadeat eas esse extendendas.

In tertio euentu, in principio huius disputationis proposito, qñ. s. vnus fideiussorum in solidum solueret absolute totum debitum, nihil exprimendo, an suo proprio noĩe, vt fideiussor, an verò nomine debitoris, illud solueret, glo. vlt. l. Papinianus. ff. mand, vt supra dictum est, cum Azone, cẽsset, si incontinenti petat à creditore, vt sibi actiones cedat in confideiussores, & in debitorem principalẽ, præsumendum esse soluisse suo noĩe proprio, cedendasq; proinde ei esse actiones si verò id non petat incontinenti, præsumendum esse, soluisse nomine debitoris, ac proinde cedendas illi non esse actiones, esto postea id ex interuallo petat, sed solum illi competere actionem mandati, aut negotiorum gestorum, aduersus principalem debitorẽ, vt sibi restituat, quod loco illius soluit. Atque hęc hodie, cum ea glossa & Azone, sancita sunt in calce l. 11. tit. 12. pas. 5: idq; proinde seruandum est in hoc Castellæ Regno. Contrarium verò affirmat Bar. l. Modestinus. ff. de sol. & cõis doctorum suã, vt Greg. Lopez. l. vi. citata gl. vlt. refert. Nẽpe, qñ vnus fideiussorum absolutè soluit totum debitum nihil exprimendo, cuius noĩe solueret, præsumendum semper esse, suo noĩe, ad implẽdam suam fideiussoriã obligationẽ, põ debitoris nomine, soluisse ac proinde, esto ex interuallo cessionem actionum petat; cedendas illi esse. Atque hæc opinio mihi probatur, stando in iure communi. Quoniam semper præsumendum est, soluere vt fideiussorem, & non nomine debitoris, nisi contrarium exprimat.

Illud est obseruandũ, si quis, de mandato cuiusdam tertij, fideiussor existeret pro aliquo absente, tunc, si fideiussio non cessit in vtilitatem eius, pro quo facta est, neque rationabiliter sit pro eo facta & fideiussor aliquid pro eo, pro quo fideiussit, solua t competere quidem actionem mandati tali fideiussori aduersus tertium illum mãdatarũ, vt sibi resarciat, q̃ ita soluit: nullã verò aduersus eum, pro quo fideiussit. Si verò vtiliter facta est fideiussio pro absente, agere indifferẽter fideiussor poterit, vel aduersus mandatorẽ actione mãdati, vel aduersus eum, pro quo fideiussit, actione negotiorum gestorũ. Quod si is pro quo fideiussit, præsens fuit, dum tertius pro eo fideiubere mãdauit, nec contradixit, tunc fideiussor indifferenter agere poterit actione mandati cõtra vtrũuis eorũ. Hęc habentur l. qui fide iuncta gl. ibi. ff. mand. & l. 13. tit. 12. par. 5. Lege, quæ disp. 539. dicta sunt.

Dubiũ deniq; est, qñ fideiussor soluit pro debitore, & competit ei actio aduersus illum, & alios confideiussores, verum, vt possit aduersus eos agere, & cogere illos soluere, satis sit creditorẽ confiteri, se recepisse ab eo solutionem; an verò necesse sit aliter de solutione constare, quam per confessionẽ creditoris. Bar. d. q. hobus. 5. si à fideiussores. ff. de iureiur. negan sufficere confessionem creditoris, eamq; sniam amplectuntur quidam alij. Contrarium tamen est affirmandum, nempe sufficere confessionem creditoris, cũ tode Bar. cons. 160. cõi doctorum sententia in praxi recepta, quam referunt, ac sequuntur Gutier. de iuramento confirmatorio par. 1. cap. 63. num. 12. & Ant. Gom. 2. tom. var. resc. c. 13. nu. 13. Ratio autem est, quoniam per eam confessionem manent debitor, & alij fideiussores, liberi à creditore.

## Num antequam fideiussores soluere cogantur, excussio fieri debeat in bonis debitoris principalis. Et de fideiuss. indemnitatis.

## DISPVTATIO DXLV.

### SVMMARIVM.

1 *Fideiussor conueniri non potest creditore, antequam debitor principalis.*
*Declaratur tamen, vt nu. 2. 5. 14. & 16.*
3 *Debitor absens quando dicatur, ad hoc vt possit cõtra eum procedi, tanquam contumax.*
*Et quid de iure Castellæ, & Lusitaniæ. nu. 4.*
6 *Exceptio excussionis non facta in bonis debitoris, non opposita à fideiussore, non vitiat processum.*
*Immo post litem contestatam opponi non potest. n. 7.*
*Nisi in casu, vt nu. 8.*
9 *Fideiussor indemnitatis quis dicatur, & quot modis.*

Fide-

10 *Fideiussor indemnitatis quibus casibus potest opponere exceptionem excussionis principalis, etiam post litem contestatam.*
*Et quotuplex sub nu. 13.*
11 *Fideiussor renunciare potest exceptioni excussionis principalis debitoris.*
*Declaratur tamen, vt nu. 12.*
13 *Fideiussor ministri publici, an possit renunciare beneficio excussionis principalis.*
14 *Fideiussor in eadem scriptura se obligans tanquam fideiussor, & principalis, censetur renunciare beneficio excussionis principalis: secus si in scriptura diuersa.*
*Intellige tamen, & declara, vt nu. 15.*
16 *Fideiussor negans se fideiussorem pro eo debito, pro quo conuenitur, amittit excussionis priuilegium.*
17 *Fideiussor iuramento confirmans eius obligationē fideiussoriam, an censeatur priuilegio excussionis principalis renunciasse.*
*Et quid de fideiussore indemnitatis nu. 18.*
19 *Debitor principalis omnia bona sua creditori hypothecans an aliquid eorum inuito creditore alienare possit.*

QVamuis quondam, non solum de iure Digestorum, sed ēt Codicis, fas creditori fuerit, exigere à fideiussore, prætermisso debitore principali, si ita creditor vellet, vt cōstat, l. 3. §. vlt. ff. de duob. reis l. non rectè, & l. iure nostro. C. eo. ti. hō die † tñ, de iure authenticorū, non permittitur exigere à fideiussore, aut a mādatore creditori aliq̄d mutuo dare debitori, vel a quocunq; alio intercessore, nisi facta prius excussione in bonis debitoris competq; debitorē principalē nō esse soluēdō, tunc id solū exigi pōt a fideiussore, aut a fideiussoribus illius, vel a quocunque, alio eiusdē intercessore, q̄ depræhensum fuerit debitorē principalē nō esse soluendo. Q̄d si ante eā excussionē fideiussores, vel alij intercessores, conueniantur, cōpetit illis exceptio ex iuribus citandis, q̄ prius excussio fiat in bonis debitoris. Ita bī in authent. præsenti. C. de fideiuss. & copiosius in authent. eo. tit. Vnde sumpta est l. 9. tit. 12. par. 5. & lib. 4. Lusit. ord. titu. 46. §. 1. & consentit cōis doctorū suīa. Neque refert, q̄ l. 3. tit. 18. lib. 3. fori, q̄ Gutier. de iur. confirm. par. 1. c. 23. nu. 7. refert, contrariū, iuxta ius antiquū statuatur: q̄m, vt idem Gutier. ibi. Greg. Lop. l. 8. tit. 12. par. 5. verb. *cada vno dellos*, & alij rectè asserunt, lex illa non est vsu recepta, in quo Gutierrius reprehendit Monterrosum, qui contrarium affirmat: leges aūt fori solum habēt vim aduersus leges partitarum ū sint vsu receptæ.

2 Hoc † tamen, quòd scilicet prius fieri debeat excussio in bonis debitoris principalis, q̄ fideiussores, aut alij debitoris principalis intercessores, soluere cogantur, intelligendū est, modò debitor principalis præsens sit: ū. n. sit absens, exigi possūt fideiussores, aut intercessores, prætermissa excussione in bonis debitoris, vt iuribus citatis bī. Si tñ fideiussores terminū petant ad debitorē principalem adducendū, vt prior ipse exigatur cōcedi illis debet, iudicis arbitrio taxandus: quo trāsacto, si eū nō adducant, exigi debitū ab ei potest, excussione minimè facta in bonis debitoris principalis, creditor tñ cedere eis debet actiones oēs quas aduersus debitorem principalem habet, vt disput. præcedente dictum est, hæc omnia habentur expresse iuribus citatis. Arbitror tamen, si debitor multum distaret, adeò vt non parum molestum esset creditori, tandiu expectare, exigi statim debitum posse a fideiussoribus, aut ab intercessoribus, nō concesso illis tpe congruo ad debitorem principalem ex loco adeo distanti adducendum: quoniam ita iuxta citata consulendum intercessoribus, aut fideiussoribus, voluerunt, vt id non esset cum notabili grauamine, ac detrimento creditoris.

Glossa in authentico de fideiuss. verb. præsentes, tunc † debitorē absentem censendū ait, q̄d ad prēlens institutum attinet, q̄n, neq; est in oppido, neq; in territorio iurisdictionis illius, ita vt cōmodè citari possit, & ita doctores cōiter affirmāt, estque sancitū. 4. lib. Lusit. ord. titu. 46. §. 1. Lex verò 9. tit. 12. par. 5. tunc ait censendū esse præsentē, q̄ est in oppido, nulla de territorio iurisdictionis facta mentione. Et quamuis Greg. Lop. ibi. & Gutier. de iur. confir. par. 1. c. 23. nu. 2. aduersari suspicentur. Legem illam ea in parte glossæ citatæ, & cōi sētx. tandem annuunt posse intelligi iuxta eā glossam, quæ æquissima est, vt in ea lege sermo sit de oppido cum suo territorio. Nec dubitò, ita esse eam legem intelligendam, vt eam videtur intelligere Ant. Gom. 2. tom. var. res. c. 13. num. 14.

Placet verò mihi, quod consentaneè ad Salycetum, & alios, quos citat Gutier. ibid. num. 3. ait. Nempe, si debitor modo explicato absens, domicilium, & bona habeat in oppido, aut territorio, in quibus ita fieri possit exequutio, vt necessariū non sit citare personam talis debitoris, tunc non prius posse conueniri fideiussores, aut alios talis debitoris intercessores, quàm excussio, exequutio fiat in eis bonis: quod si, illis diuenditis, & tradito pretio creditori, aliquid debiti supersit soluendum, tunc id exigi potest à fideiussoribus, aut ab alijs intercessoribus pro eo debito.

4 Hæc † vero doctrina locum hodie habet in hoc Castellæ Regno, quando obligatio eiuscemodi debitoris paratam habet exequutionem, iuxta ea, quæ ex l. 1. & sequentibus: titu. 21. lib. 4. nouæ collect. disputat. 538. §. hodie vero, dicta sunt. Vt enim ibidem ex l. 19. eiusdem tituli relatum est, necesse non est citari eum debitorem, *vt* eiusmodi exequutio fiat, nisi solum finitis præconijs ibi prescriptis in diuendendis bonis illius, *para el remate*, vt ibi dicitur: atque tunc, si ipse non sit præsens, satis est citari in domo illius, significando id suis, aut vicinis proximioribus domui illius, vt ibidem habetur.

Illud quoque mihi probatur, quod idem Gutier. cum Greg. Lopez l. 9. citata, Roderico Xuarez, & alijs, ibidem nu. 4. subiungit. Videlicet, si debitor principalis sit præsens, habeatque bona aliqua in territorio, & alia extra territorium, & iurisdictionem illam, antequam fideiussores conueniantur, ac cogantur soluere, fieri quidem debere excussionē in bonis, quæ habet in territorio non vero in his, quæ habet extra territoriū, quando, quæ habet in territorio, non sufficiunt in-

tegro debito soluendo, molestumq; esset creditori exequutionem in illis alijs facere: quare tunc, debiti incremento, conuenire poterit fideiussores cessis illis actionibus aduersus debitorem principalem, vt ipsi illum cogant ipsis satisfacere.

Id etiam nobis probatur, quod cum alijs ibid. nu. 5. & 6. addit. Nempe, si debitor principalis absens sit, habeatque bona in territorio, & obligatio debitoris sit talis, vt ad faciendam exequutionem in eis bonis, necessarium sit, eum prius conuenire, atque adeo citare, tunc est distinguẽdum. Quoniam, vel ita est absens, vt neque possit commode vocari, neque speretur citò venturus, vt si captiuus apud hostes detineatur, aut sit vltra mare in India aut in alia regione longinqua, vnde non speretur citò venturus, aut similiter est alibi extra prouinciam in loco valide distanti, aut est vagabundus, & ignoratur vbi sit; vel est in loco, vnde commode possit vocari, aut citò speretur venturus. Et quidem in illo priori euentu, cum bonis, quæ is habet in territorio dari possit, ac debeat curator, qui absentis suscipiat actiones, valideque ea rationi fieri possit exequutio in bonis p debito, ita absentis, iuxta l. ab hostibus, iuncta glo. ibi verb. si (quæ glossa exempli gratia dicit, si sit vltra mare, cum textus ad plura alia exempla se extendat) ff. ex quib. caus. maiores, & lege idem priuilegium, iuncta gloss. vlt. ibi, ff. de priuil. cred. l. 2. ff. de curat. bon. dando, & l. 12. tit. 2. par. 3. iuncto Greg. Lop. ibidem glo. 1.

Cum, inquam, dari tunc possit curator bonis illis, vtique prius facienda erit excussio in eis bonis, quam fideiussores soluere idem debitum cogantur. In posteriori verò euentu, quia non potest dari curator bonis, sed expectandus est debitor ipse, vt citetur, & conueniatur, antequam in eis exequutio fiat, vt iuxta l. penult. ff. de legationibus, & leg. ignorare. C. de rest. milit. notant additio in margine glossæ, l. idem priuilegium. ff. de priuil. Greg. Lop. vbi supra cum Baldo, & alijs atq; Gutier. nu. 6. citato, vtique cogi statim possunt fideiussores soluere debitum.

Quamuis autem iura citata loquantur de absentibus causa rei publicæ, & loqui videantur etiã si de proximo non sperentur venturi, ac proinde non satis probent institutum, litereque videãtur, quod circa priorem euentum dictum est, vt scilicet non possit fieri exequutio in bonis illius, etiã constituto procuratore bonis illis reddendum tamen non est à sententia horum doctorum, atque communi, neminẽ reclamante, quæ sanè magnã habet æquitatem.

5 Quod † item dictum est, esse prius excussionẽ faciẽdam in bonis debitoris principalis, antequã fideiussores conueniantur, ac compellantur soluere, intelligendum præterea est, nisi sit notorium, nihil posse soluere, vel quantum non possit soluere, aut nisi id sufficienter probetur; sicut etiã probandum est circa præcedentem limitationem, nisi notorium sit debitorem esse absentem. Ita Bartol. & communis doctorum sententia, quam referũt, ac sequitur Ant. Gom. 3. tom. var. res. c. 13. n. 14. limit. 1. Grego. Lope. l. 9. titu. 12. par. 5. gloss. 2. & Gutier. vbi supra nu. 13. argumento, tex. in l. vlt. in prin. ff. si cert. pet. & l. emptorem. ff. de act. emp. & affirmat glo. vlt. l. decem stipulatus. ff. de verb. oblig. Idem dicit Greg. Lop. vbi supra cum Imola, si probet debitorem principalem insolutum esse, admodumq; difficilem, vt conueniatur, & copiosius Ant. Gom. vbi supra limit. 5. Modò tñ debitor principalis, tpe celebrationis contractus, non haberet iã eam qualitatem, q̃ non ignoraret tunc creditor: si. n. illam sciebat, sibi imputet, quod cũ eo celebrauerit contractũ, nec sibi aliter cauerit.

6 Exceptio, ꝙ † non sit facta excussio in bonis debitoris, & ꝙ prius fiat, si non opponatur à fideiussoribus pro debito conuentis, non vitiat processũ, sed valet iudicium, legitimeq; condemnantur fideiussores, vt soluant debitum. Ita cum Bar. Alex. & alij, Greg. Lop. l. 9. citata verb. *primeramẽte*, & Ant. Gom. 2. tom. var. res. c. 13. nu. 14. lim. 3. Imò verò † eiusmodi exceptio, cũ non sit peremptoria, 7 sed dilatoria, opponi non pòt, nisi ante litem contestatã, & post eã contestatã non habet locum. Ita cum Bar. argõ multorum iurium, & cum cõi doctorum sñia, Ant. Gom. ibidem, Greg. Lop. l. 14. titu. 13. par. 5. verb. *primeramente* lim. 5. (tametsi aliud ibi agens) & Gutier. de iur. confir. c. 23. nu. 14. Meritò aũt idem Gutier. ibid. nu. 13. reprehendit quosdam, qui dicebãt in hoc Castellæ Regno, iuxta l. 1. tit. 5. li. 4. nouæ collect. opponi posse intra viginti dies à lite contestata; qm̃ locus solum est sermo de exceptionibus peremptorijs, vt perspicue constat legem illam intuenti, in cuius principio est sermo de exceptionibus dilatorijs, dr̃q; opponendas esse ante litem cõtestatam, intra nouem dies datos ad litem contestatam, computandos à termino, in quo reus comparere in iudicio 8 fuit citatus. Si † tñ debitori principali superueniãt bona post litem cum fideiussoribus contestatam, tunc, post litem ita contestatam, potest exceptio opponi, quod excussio fiat prius in eis bonis, quã progressus fiat in lite, & quam compellantur soluere: quoniam dilatoria exceptio opponi post litem contestatam pòt, quando oritur post contestationem litis, vt constat aperte ex ca. insinuante de off. iud. deleg. & cum communi doctorum sententia tradit Couar. de pract. qq. c. 26. nume. 2. Ita Greg. Lop. l. 14. tit. 13. par. 5. ver. *primeramente*, Gutier. vbi supra nu. 17. & alij, quos citant.

9 Fideiussor † indemnitatis is dicitur, qui, datis fideiussoribus pro debitore principali, indemnem promittit fore creditorem, quia profitetur illos habere competentia bona, vnde debitum illi integrè soluatur, alioquin se obligat formaliter, aut virtute, quòd, si sufficientia bona non fuerint comperti habere, ipse soluet, quod defuerit: qua de causa *abonador* Hispanè consueuit nuncupari. Potest etiam esse aliquis fideiussor indemnitatis pro debitore, nullis alijs datis fideiussoribus à debitore principali, si talis fideiussor solum creditori affirmet, eum debitorem habere competẽtia bona vnde soluat, atque eodem modo se obliget soluere loco illius, quod compertum fuerit debitorem principalem non posse soluere. Interdum etiam multi se constituunt fideiussores alicuius, sed ita vnus

eorum

eorum vult esse fideiussor cum alijs, vt cæteri indemnitatis illi fideiussionē præstent, pacto seorsum hac de re cum illis inito. Interdum ét se aliquis constituit reum principalem debendi, vt efficere solet Canonicus in hac ciuitate Conchensi, qui mayordomiā, quā vocant, in se assumit, substituto loco sui reo alio debendi laico, qui rem totā administret: atq; intellexi, aliquando exigere ab hoc substituto fideiussores, p vtroq;, qui se astringant indemnem canonicū ipsum seruare. Itaq;, cum oēs obligati maneant Ecclesiæ, canonicus videlicet ille, ac laicus substitutus, & fideiussores dati; fideiussores tñ, & substitutus, pacto alio peculiari se astringunt, indemnem omnino seruare canonicum illum, ita vt, si quid ipse cogatur aliquādo soluere substitutus, & fideiussores, singuli in solidum, teneantur id loco illius soluere.

10 Hoc ita constituto † in lucē eorum, quæ dicenda sunt, atq; ad rem, de qua proximè dicebamus, addendum est. Fideiussorem indemnitatis duobus prioribus modis explicatis, ét post litem aduersus se cōtestatam, vt soluat loco debitoris principalis, aut fideiussorum illius, posse opponere exceptionem, vt fiat prius integra excussio in bonis illorum omnium, quia hoc est de natura talis fideiussoris indemnitatis, & non priuilegium sibi à iure concessum, neq; ad aliud sua conuentione, & pacto se obligauit; nullus autem cogi pōt plus soluere, q̄ se obligauit, neq; potest cogi alio modo soluere, quā se obligauit: ꝙ si creditor limites illos transgrediatur, semper reus potest opponere, creditorem illos transgredi, neque se ad id teneri. Ita, cum Baldo, & Hypolito, Gutier. vbi supra num. 19. Dixi, duobus prioribus modis explicatis: q̄m in duobus posterioribus, omnes creditori obligati, rationem non habent comparatione illius fideiussorum indemnitatis, quicquid sit de obligatione quorūdam ipsorum facta eorum alicui: vnde locum non habet ea exceptio comparatione creditoris principalis.

Cum Bar. Alex. & plerisq; alijs nu. 20. idē Gutier. addit. Q̄n fideiussores, aut tertius possessor rei hypothecæ subiectæ, legitimè opposuerunt, vt prius excussio fieret in bonis debitoris principalis, & creditor intentare eā vult, citando esse fideiussores, aut tertium illum possessorem, vt videre possint, nū integre, ac debite fiat, id qđ perspicuū est, rationi, & æquitati valde esse consentaneum.

11 Si fideiussores † renuncient iuribus, ipsis concedentibus opponere posse, vt prius excussio fiat in bonis debitoris principalis, tunc non gaudent eo priuilegio, in ipsorum tantū fauorem concesso, argumento l. penultima, C. de pactis, & l. quod fauore. C. de legibus, ac proinde non possunt opponere eam exceptionem, sed cogi possunt soluere debitum. nulla facta excussione in bonis debitoris principalis. Ita glo. in authentico de fideiussio. §. 1. verb. accedat, & communis doctorū sententia, quam referunt, ac sequuntur Antonius Gom. secundo tom. var. resol. c. 13. nu. 14. limit. 1. & Gutier. vbi supra nu. 21. sanctumq; est lib. 4. Lusit. ord. tit. 46. §. penult.

Illud verò est obseruādum cum Gama decis. 379. Gutier. vbi supra nu. 22. Anto. Gom. 2. tom. 12 var. resol. c. 13. nu. 3. Bar. & cōi † doctorum sententia, esto fideiussor indemnitatis renuncie priuilegijs omnibus creditorum, non censeri renunciare, vt non fiat prius excussio in bonis eorum, pro quibus fideiussor indemnitatis extitit. Quoniam de natura obligationis fideiussoris indemnitatis est, vt nō ad aliud se obliget, quam ad id, quod, facta excussione, compertum fuerit non esse soluendo eos, pro quibus fideiussor indemnitatis extitit: quare, si se obligaret ad soluendū, non facta prius excussione in bonis eorum, pro quibus fideiussor extitit, vtique implicaret in adiecto, quia pugnaret, esse fideiussorē indemnitatis illorum, & posse cogi soluere, non facta prius excussione in illorum bonis, resultateq; proinde species alia fideiussionis ex adiecto illo, seu ex tali renunciatione: vnde, si expressè conuenit, esse fideiussorē indemnitatis, esto addatur clausula, qua dicatur, se renunciare omni priuilegio fideiussorum, & omni alio legum auxilio, sanè, quicquid aliqui dicant, cēsendum non est, renunciasse auxilio excussionis, quod omnino destruit fideiussionē indemnitatis; censendumque est, quo ad eum effectum, clausulam illam potius appositam esse ex consuetudine, oscitantia, ac imperitia tabellionis, quam ex partium conuentione. De eiusmodi verò fideiussoribus sermo est l. vlti. ff. si certum petatur l. decem stipulatus ff. de verbor. oblig. l. si decem ff. de solut. & l. 2. C. de fideiuss. tutor.

Illud autem est obseruandum, vt, iuxta l. 4. §. vlt. ff. de administr. rerum ad ciuit. pert. notāt Saly. & alij, quos Gutier. vbi supra. num. 23. refert, 13 ac sequitur, si quis † fideiussor existat pro magistratu, aut alio ministro publico, quo ad sui muneris administrationem, nō prius talem fideiussorem in sindicatu ministri illius posse cogi soluere aliquid, quam sit facta excussio in bonis illius ministri publici: vnde volunt esse solum fideiussorem indemnitatis, ex ipsa iuris dispositione, pro illo.

Quod sanè verum est, attento, quod id est dispositum ante iura authenticorum, quæ priuilegium excussionis, antequā fideiussores soluere cogerētur, introduxerūt. Est tñ obseruandū, longè aliam rōnem esse, de tali fideiussore indemnitatis ex priuilegio, ac iuris dispositione, & de fideiussore indemnitatis ex partium conuentione. Ille enim non prohibetur, si velit; esse aliter fideiussor ministri publici, ac proinde renunciare optimè poterit illi priuilegio, ac dispositioni iuris, transireq; ex sua voluntate, ac pacto in aliud artius fideiussionis genus; idque censebitur efficere, si se constituat fideiussorem pro aliquo ministro publico, ac renunciet omni priuilegio fideiussorum, & omni alio legis adminiculo, immò verò idem existimo, si se constituat fideiussorem illius, renunciando omni priuilegio fideiussorū, aut renunciando omni legis adminiculo: quoniā quacunque harum duarum clausularum, constituendo se fideiussorem pro ministro publico, sufficienter renunciat dispositioni illius iuris, ac priuilegio

Digitized by Google

uilegio fideiussoribus ministrorum publicorum concesso, transireq; censetur, non solum in specie aliam fideiussorum cómunium, sed etiam renunciare priuilegio excussionis, & cuicunque alteri à iure fideiussoribus cómunibus concesso: quod nó satis attẽdunt Gutier. vbi supra, & alij, quos citat. Fideiussor verò indemnitatis ex sua propria conuentione, & pacto, addita quacunque generali renunciatione, censeri non debet destruere naturam suæ propriæ conuentionis, ab eaque recedere, ac transire in speciem aliam conuentionis, ac fideiussionis.

14 Quando fideiussor † simul cum debitore principali se obligat in eadẽ scriptura tanquã fideiussor, ac debitor principalis, seu faciendo de debito principalis debitoris suum propriũ, vt dici consueuit, tunc non requiritur, quod fiat prius excussio in bonis debitoris principalis, sed pót cóueniri statim ac cogi soluere: quia tunc fideiussor, ac debitor principalis, censentur duo rei principales debendi creditoris illius. Ita, cum Alex. & alijs, quos citant, Greg. Lopez l. 9. titu. 12. par. 5. verb. *primeramente*, & l. 57. titu. 18. par. 3. glo. 1. & Gutier. de iur. confir. par. 1. c. 23. nu. 8. & 11. Secus autem dicunt rem habere, qñ seorsum in alia scriptura fideiussor se obligat simul vt fideiussor, ac debitor principalis: qm̃ inquiunt, tunc censetur solum fideiussor, ac proinde, etiam si se obliget simul vt debitor principalis, necesse est fiat prius

15 excussio in bonis debitoris principalis. Atq; † in hoc posteriori euentu intelligunt hi omnes doctores glossam verb. fideiussorem, in fine, in authentico de fideiuss. §. 1. quæ absolute vult, quãdo nó fit nouatio obligationis, esto fideiussor se obliget simul vt debitor principalis, necessariam esse fieri prius excussionem in bonis debitoris principalis: prædicti verò autores eam limitant, quod locum non habeat, qñ fideiussor simul cũ debitore principali in eadẽ scriptura se obligat, vt principalis debitor. Sanè dicerem, siue in eadem scriptura, siue postea in alia, fideiussor se obliget vt debitor principalis, posse conueniri à creditore, nulla facta prius excussione in bonis debitoris principalis: qm̃ eo ipso vt sufficienter renunciare authentico de fideiussoribus: qui autem renunciat illi authentiço, cõueniri pót non facta excussione in bonis debitoris principalis, vt paulò antea dictũ est: valida verò est renunciatio formalis, aut virtute, authentico illi, siue fiat ĩ eadẽ scriptura simul cum obligatione debitoris principalis, siue postea in alia, dum aliquis seorsum se constituit fideiussorẽ. Consentit lex Lusit. lib. 4. ord. titu. 46. §. vlti. quæ absolute statuit, qñ fideiussor se obligauit ẽt vt principalis debitor, posse conueniri, ac cogi soluere, nulla prius facta excussione in bonis debitoris principalis. Quia verò, quando fideiussor obligatur ẽt vt principalis debitor, sortitur róné correi principalis debendi vna cũ debitore principali, sanè ex dictis disputatione 542. intelligetur facile, qñ, vel de iure cõi, vel de iure Castellæ, aut Lusitanię, teneatur solũ pro vtili, & qñ in solidũ, nulla prius facta excussione in bonis correi, seu debitoris principalis: præsertim quando simul fuit renunciatum authentico de duobus reis, atque in solidum obligatus fuit tanquam debitor principalis, vt quotidie fit.

16 Itẽ, fideiussor † conuentus pro debito, pro quo fideiussor extitit, si neget se fideiussorem esse pro eo debito amittit priuilegia, quæ, tãquam fideiussori, illi competunt, ac proinde cogi pót soluere, nulla facta prius excussione in bonis principalis debitoris. Ita habetur lib. 4. Lusit. ord. tit. 46. §. 1. idq; affirmat communis doctorum sententia, q̃ refert, ac sequitur Anto. Gom. 3. tom. var. resol. c. 13. num. 14. limi. 7. argumento l. si dubitetur. §. 1. ff. de fideiu. & aliorum iurium, quæ citat. Probant enim eum, qui in iudicio negat id, quo ad quod sibi est concessum beneficium, ac priuilegium aliquod, eo ipso illud amittere.

Dubium est, si fideiussor contractum fideiussionis, suamve fideiussoriam obligationẽ, confir- Quæst.
17 met iuramento num † conueniri possit, nulla prę uia excussione in bonis principalis debitoris. Atque sermo est, qñ alioquin conueniri non poterat, nisi prævia excussione in bonis principalis debitoris. Si enim, seclusò iuramento, ex aliquo è captibus hactenus explicatis conueniri poterat nulla prævia excussione in bonis principalis debitoris, sane multo magis conueniri poterit accedente vi, & obligatione iuramenti nisi irritum reddat eo ipso contractum si sine Regis facultate apponatur in Castella, aut in Lusitania, iuxta ea quæ in calce disp. 146. dicta sunt.

Rem hanc disputat Gutier. de iur. confir. par. 1. c. 23. à num. 26. copiosius, quem alii, referens doctores pro vtraque sententia. Quorum plurimis censent, siue fideiussor sit indemnitatis, siue communis, si tamen contractum iuramento confirmet, posse conueniri, ac cogi soluere debitum, nulla prius facta excussione in bonis principalis debitoris. Ipse verò meritò in primis contrarium censet, quando fideiussor est indemnitatis. Quoniam iuramentũ nó aliud cõfirmat, quam quod est in contractũ obligationis, super quem fertur: fideiussor verò indemnitatis solum se obligat ad id, quod, facta excussione, compertum fuerit, debitorem principalem impotentem esse soluere, eaque est natura, & essentia contractus fideiussionis indemnitatis: quare, esto confirmetur iuramento, ad nihil vlterius se extendit ea obligatio. Deinde verò, quando fideiussor est communis, cum sententia proxime relata consentit, conueniri posse, nulla facta prius excussione in bonis principalis debitoris: tametsi non improbabilem reputet contrariam sententiam.

Confirmant suam sententiam hi doctores, ex c. ex rescripto de iureiurand. vbi fideiussores, qui se iuramento astrinxerant, cogunrur implere id, ad quod se iuramento astrinxerunt, nolẽte principali implere contractum, in cuius impletionis securitatem, ipsi fideiussores dati sunt.

Hoc idem confirmat etiam Gutier. vbi supra nu. 28. quoniam, si mulier iuramento confirmet suam fideiussionem obligationem, non gaudet exceptione, ac priuilegio Velleiani, vt disp. 540. visum est: ergo similiter, si quis eãdem fideiusso-

siam

riam obligationem confirmet iuramento, nõ gaudebit priuilegio, ac exceptione prætiæ excussionis in bonis debitoris.

Contraria sñia est nobis amplectenda cum pluribus, alijs, quos refert ibidem Gutierrius, ac sequuntur Couar. c. quamuis pactum par. 1. §. 4. nu. 4. & Ant. Gom. 2. tom. var. resc. 13. nu. 14. lim. 6. Nempe, esto obligatio fideiussoria iuro confirmetur, modo tñ non addatur, neque intendatur eo iuramento, se adstringere, ad non opponendã exceptionem prætiæ excussionis, sed absolute quis iuramento cõfirmet se impleturum suam fideiussoriam obligationem, posse excipere, vt fiat prius excussio in bonis debitoris principalis. Rõ autem est, qm̃ iuramentum confirmatorium, vt constat l. vlt. C. de non num. pec. & ex se est satis perspicuum, non plus se extendit, quam sit obligatio, seu promissio, supra quam fertur: at vero obligatio fideiussoria, ex ipsamet iuris dispositione, intelligitur, facta prius excussione in bonis principalis debitoris, & non aliter: quare confirmatio eiusdem obligationis iuramento, non excludit eiusmodi exceptionem.

Ad primum aliorum argm̃ respondet Couarr. vbi supra cum Bart. qñ Summus Pontifex ibi dicit; *Ideoque mãdamus, vt, tam principalem, quam fideiussores, monere curetis, vt, sicut iurauerunt, eãdem conuẽtionem faciant adimpleri, alioquin, vsq; ad condignam satisfactionem, censuris*, ibi præfatis, *compellantur*, intelligendũ id esse, seruato ordine compulsionis. vt. s. prius exequutio fiat circa principales illos monachos, & demum cõpellantur fideiussores, Glossa verò vlt. ibi ait, fideiussores illos solum compelli, vt, quantum in se est, faciant monachos illos stare conuentioni: quia ad id solum se sub iure iurando astrinxerunt. Et consentiunt verba illa textus; *sicut iurauerunt, eãdem conuentionem faciant adimpleri*. Sanè dicerem, (vt verba textus perspicuè sonant) Abbatem de quo ibi est sermo, conuentionem quandam fecisse, q̃ iurauit se impleturum, & ad maiorem securitatẽ, q̃ impleretur, & obsides dedit quosdam suos monachos, vt ibi dr, & insuper fideiussores adhibuit, qui iuramento se astrinxerunt, in euentu, quod Abbas ille conuentioni illi stare non vellet, se cũ effectu curaturos, vt illi staret, &, qñ stare nõ vellet, se interesse præstaturos: quod non est esse fideiussores Abbatis illius mõ ordinario, sed extraordinario, vt, si Abbas stare conuentioni, ipsis suadentibus, non vellet, ipsi, soluerent interesse, nulla expectata excussione prætia via iudicis aduersus durum illum, ac potentem Abbatem; ideoque Summus Pontifex ibi præcepit, vt omnes cogantur implere iuramentum eo modo, quo singuli se astrinxerunt. Quo fit, vt dispositio illius textus in nullo sententiæ nostræ aduersetur.

Ad secundum Gutierri argumentum, cõcesso antecedente, neganda est consequentia. Est quippe dispar ratio, de exceptione Velleiani, & de exceptione prætiæ excussionis in bonis debitoris. Exceptio enim Velleiani, oritur ex eo, quod fideiussio mulieris est nulla, priuilegio Velleiani, ad ipsam obligandam: eo autem ipso, quod fideiussio illa confirmatur iuramento, vires ex iuro assumit, ac proinde incipit efficaciter illam obligare, nihil impediente nullitate alioqn, priuilegio Velleiani, actus, super quem iurm cadit: quare eo ipso, q̃ fideiussio illa vires obligandi ex iuramento assumit, cessat exceptio Velleiani, quæ nullitati virium illius actus nitebatur. Exceptio vero prætiæ excussionis, non nitebatur nullitati fideiussionis, sed iuris priuilegio, ac dispositioni, quod fideiussio, ac obligatio, in se valida, intelligatur, modo prius excussio fiat in bonis debitoris principalis: quam dispositionem, ac intellectum illius obligationis, non impedit iuramentum superueniẽs, sed afficit, & corroborat obligationem illam, qualem iuris dispositione eam inuenit.

Disputat. vbi supra à nu. 30. Gutier. Si fideiussor indemnitatis cũ iuro renunciet prætiam excussionem in bonis debitoris, sub eodem iuro se
18 obligans ad fideiussionem, vtrũ † adhuc gaudeat priuilegio excussionis. Paucis vero dicendum est. Tunc, vt supra dictum est, secum ipsum pugnare in eo contractu, & transire in contractum cõis fideiussionis cum renunciatione sub iuramẽto prætiæ excussioni: cum verò is contractus, ita iuramento confirmatus, nihil iniquitatis contineat, vtiq; obligat in conscientiæ, & in exteriori foro, neque fas tunc est tali fideiussori opponere exceptionem prætiæ excussionis. Ex eo verò, q̃ fideiussor indemnitatis sub iureiurando confirmasset talem contractum, & clausula generali renunciasset priuilegijs omnibus fideiussorum oĩq; legum præsidio, sanè, nisi sub ea generalitate intendisset compræhendere, etiam exceptionem prætiæ excussionis, iudicandum non esset, eam quæ contra naturam, atque essentiam talis contractus est, intendisse compræhendere, ac proinde in exteriori, & conscientiæ foro, posset adhuc eam opponere.

Ibidem nu. 31. cum Menchaca subiungit Gutier. qñ fideiussor indemnitatis antea sub iureiur. se astrinxerat non renunciare prætiæ excussioni, si postea sub iureiurando renunciet ei exceptioni, non obligare iuramentum, tanquam se re mala, propter prætium aliud in contrarium iuramentum ac proinde, nihil impediente posteriori iuramento, posse opponere exceptionem excussionis. Qñ tamen iuramentum primum non esset præstitum in fauorem alicuius tertiæ personæ, sed solum haberet rationem iuramenti Deo præstiti, tãquam votum iuramento confirmatum vtique, cum nõ esset de meliori bono, nihil obligaret, iuxta ea, quæ disput. 49. dicta sunt, ac proinde, nihil impediente priori iuramento, obligaret secũdum creditori præstitum, atque adeò opponere talis fideiussor non posset prætiam excussionem. Lege, quæ disput. 540. tametsi in alio simili euentu, aduersus eundem copiosè dicta sunt, ac iuxta illa hoc etiam definias.

Denique idem Gutie. ibidem nu. 32. cum mul
19 tis alijs, quos citat, obseruat. Si debitor † principalis hypothecauit bona sua creditori pro debito, & adiecit clausulam constituti, frequenter in contractibus apponi consuetam, qua professus est, se ea omnia bona nomine creditoris possidere,

dere, tunc, cum per eum actum fictum translata sit possessio eorum in creditorem, quantum satis est ad possessionem, quę ad rationē pignoris presse sumpti sufficit, iuxta ea, quæ disputa. 534. dicta sunt, atq; adeo per eam possessionem, non iā ratio nē nudæ hypothecæ, sed veri pignoris presse sumpti habeant, vtique, esto debitor aliquam earū rerum alienauerit, poterit creditor possessionem illius ad se reuocare condictione ex leg. vltim. C. de acq. poss. vt ex illa, ꝙ sibi est debitum, accipiat, absque alia præuia excussione in cæteris bonis eiusdem debitoris: quod tñ locum non haberet, si illud esset nuda hypotheca, cuius possessio, saltē per actum fictum, non pertineret ad creditorem, quia excipere tertius possessor posset, vt prius excussio in cæteris bonis debitoris, ac fideiussorum, fieret, vt eadem disput. ostensum est.

## Fideiussio quando finiatur. Et fideiussor quando compellere possit debitorem, vt eum à fideiussoria obligatione liberet: aut vt sibi retribuat, quod pro eo soluit. Et quousque fideiussor defendere causam, seu debitorem, teneatur.

### DISPVT. DXLVI.

### *SVMMARIVM.*

1 *Fideiussoris morte non extinguitur obligatio, sed ad hæredes transit.*

2 *Fideiussoria obligatio quot modis extinguatur, & num. 4. 5.*

3 *Fideiussor an liberatus sit ab obligatione in casu euictionis eius, quod à debitore fuit solutum, uel alio simili.*

*Item an in casu quo creditor proroget terminum debitori solutioni præfixum. nu 6.*

*Fideiussor mandati agere non potest, aut negotiorū gestorum actione, aduersus debitorem principalem, vt eum liberet ab obligatione fideiussoria.*

*Fallit tamen in multis casibus seu euentibus, ut nu. 8. cum seq.*

*Et quid de iure Castellæ in primo euentu. ibid.*

13 *Creditoris negligentia in exigēdo debitum à principali, quam prosit fideiussori, ad eum liberandū.*

14 *Fideiussor soluens omissi exceptionibus, seu defensionibus, quæ opponi poterant, quam agere poterit actione mandati aduersus principalem debitorem, ad repetendum quod pro eo soluit.*

*Et quid si exceptio omissa erat peremptoria, an sibi nocebit, & quando. nu. 15.*

16 *Exceptio peremptoria per fideiussorem scienter omissa, nocet eidem fideiussori, & non debitori.*

*Limita tamen, & declara, vt ibi.*

1 HAec omnia magna ex parte sunt permixtim explicanda. In primis † verò ex eo, ꝙ fideiussor è vita discedat, non finitur fideiussoria obligatio; sed transit ad ipsius hæredes, cum omnibus iuribus, & defensionibus, quæ fideiussori cōpetebant. Ita hī §. fideiussor. 1. inst. de fideiuss. l. 4. §. vl. ff. eo. tit. l. fideiussoris. C. eo. tit. l. 16. tit. 12. part. 5.

2 Soluto † verò debito, siue à debitore principali, aut hæredibus illius, siue à fideiussoribus illius, siue à quocunque alio, aut remisso debito per creditorem, expirat omnino fideiussoria obligatio, vt constat. Instit. quib. mod. toll. oblig. §. 1. & ex dictis in præcedentibus satis liquet: quoniā eo ipso omnino expirat debitum comparatione creditoris, cui debito fideiussoria obligatio nititur.

Quòd ſi debitor principalis aliquid dedit in solutum, ꝙ postea fuit euictum, dubiū est, an fideiussor † manserit deobligatus, an verò, si postea debitor principalis factus sit impotens ad soluendum vel fideiussor renūciauit exceptioni præuiæ excussionis, aut alia ratione illa locū non hēat possit cōpelli soluere. Dicendūq; est, cū Specul. & Anton. Gom. 2. tom. var. res. c. 13. nu. 20. non manere deobligatū, sed posse compelli id soluere. Qm̄ debitor, ac fideiussor, non liberantur, nisi vera, ac valida solutione debiti, qualis illa non fuit, argumento text. in l. Titius, ff. de iur. fis. & l. si creditor. ff. de solor. Dubiū Decis.

Si aūt fideiussor, aut hæredes illius, debitū soluant, siue coacti, siue ſna sponte extra iudicium, in euentu tamen, in quo debitum erat liquidum, nullaque aderat legitima defensio, iuxta ea, quæ subijciemus, competit fideiussori, aut hæredibus illius, ita soluentibus, mandati actio aduersus debitorē principalem, quam & competunt eis actiones, quę creditori aduersus eundem debitorem competebant (si eas illis, vt tenetur, cedat, iuxta ea quæ disput. 544. dicta sunt) vt recuperent ab eo, quod illius loco soluerunt. Si tamen debitum solū erat in diem, aut sub conditione, & fideiussor, aut hæredes illius, illud soluant ante eum diem, aut ante conditionem impletam, tunc, neque mandati, neque alia actio, aduersus debitorem eis competit, vt illud ab eo, aut ab hæredibus illius, recuperent, nisi aduenīente eo die, aut impleta conditione. Ita habetur l. si mandauero tibi vt proxime in diem in princ. & §. 1. ff. mand. & l. 16. citata. Poterit verò fideiussor soluere tempore congruo de bonis debitoris principalis debitum creditori, vt se liberet ab onere fideiussorio, neque ea in parte furtū, aut violentiam committit; quoniam non intercedit dolus, aut fraus, sed iusta ex causa id efficit. Ita habetur l. si procuratorem. §. si ignorātes. ff. mād. & affirmat Bart. & communis doctorum sententia, quam Ant. Gom. 2. to. var. res. c. 13 nu. vl. refert.

4 Item † expirat fideiussoria obligatio, si inter debitorem principalem, & creditorem, nouatio fiat principalis obligationis, nec fideiussor in illam consentiat, aut de nouo pro illa fideiussor existat. Ita habetur l. nouatione. C. de fideiuss. l. quicunque. ff. eod. tit. l. nouatione. ff. de nouationib. & l. solutum. in prin. ff. de pignorat. action. in his enim duobus posterioribus iuribus habetur, nouatione obligationis liberari pignus, & hypothecam, eademque est ratio de fideiussoribus datis in securitatem eiusdem obligationis, cuius facta

est

est novatio, & affirmat communis doctorũ sñia, quam Ant. Gom. nu. 20 citato refert, ac sequitur. Quid autẽ novatio sit, inferius suo loco dicetur.

5 Itẽ expirat † fideiussoria obligatio, successione fideiussoris debitori principali, aut è contra, debitoris principalis fideiussori: quia tunc, coniunctione in eadẽ persona vtriusq. obligationis, prævalet principalis, nempe debitoris, & expirat minus principalis, & accessoria fideiussoris. Ita hĩ l. 1 generaliter, & l. cum reus. ff. de fideiuss. Quia semper est habenda cõ principalis, ac validioris obligationis, qñ alia nihil vtilium addit, neque vllam extensionem ad aliquid aliud, argõ aliorum ẽt iurium, quæ Ant. Gom. vbi supra citat. Qñ autem quis fideiussor extitisset alteri qui solum obligationi naturali, & non ciuili, tenebatur, tunc, quia fideiussor tenetur ciuiliter, vt disp. 539. explicatũ est, vtique, siue fideiussor succedat debitori principali, siue debitor principalis fideiussori, talis successor tenetur vtraq; obligatione: quia vtraq; creditori inseruit, & hẽt vires particulares, & effectum aliquem vltra aliam. Ita hĩ expresse l. hæres à debitore. §. quòd si hic. ff. de fideiuss. Hac eadẽ rõne, si fideiussor hæres existat debitori principali, & conficiat inuentarium, licet tanquã hæres illius, atq; adeò tanquam debitor principalis quatenus hæres illius, non teneatur vltra vires hæreditatis, iuxta ea, quæ disput. 210. dicta sunt; tanquam fideiussor tamen illius, atque adeo ex sua propria persona, & bonis tenetur ad id, quod defuerit in bonis defuncti. Quia ergo in hoc euẽtu, aliqua vis specialis remanet ex obligatione fideiussoria in tali hærede ad eum peculiarem effectũ vtique in eo hærede non omnino expirat fideiussoria obligatio, sed permanet coniuncta cũ principali. Ita cum Bart. & communi doctorum sñia, Ant. Gom. vbi supra. Sed vtinam à iure abscinderetur subtilitas illa (& abscinderentur aliæ similes,) iurisconsultorum ethnicorum, quod expiret accessoria obligatio coniuncta in eadem persona cum principali; satius enim esset dicere, vtramque manere, cũ non sit legitima rõ, cur altera pereat: attamen, qñ accessoria non habet vim nouam, & effectum supra principalem, prudens rõ præscribat, vt creditor potius agat ex principali, quam ex accessoria obligatione. Tradita verò hac doctrina verissima, ac quam admetienda est illa alia, inseparatam firmas, eo parum vera; cessarent difficultates, ac legum difficilium multiplicitas, vtriusq; noua fomenta. Atque hac de causa non prosequor limitationes alias, quas vbi supra Ant. Gom. tradit: quoniam ad doctrinam proximè à me traditam, sunt similiter admetiendæ.

Quæst. 6 Vtrum autem, si creditor terminum solutioni præfixum proroget debitori, fideiussores † liberentur ab obligatione fideiussoria Speculator, & alij ab Ant. Gom. c. 13. citato, nu. 21. relati, affirmanter respondent. Ducti, quod prorogato termino solutioni præfixo, censeatur facta novatio obligationis. Contrarium tamen est dicendũ cum Ant. Gom. ibidem, & cum communi doctorum sententia, quam refert. Quoniam hodie, vt habetur l. vlt. C. de nouat. prorogatione terminis

Decis. aut variatione alia facta in obligatione, non censetur facta novatio, nisi contrahentes exprimant, se recedere à priori obligatione, & secundam, loco illius, subrogare, ac amplecti.

7 Fideiussor agere † non potest mandati, aut negotiorum gestorum actione, aduersus debitorem principalem, vt eum liberet à fideiussoria obligatione, quam pro eo, aut pro antecessore illius, suscepit, nisi in euentibus, quos subiungam. Ita hĩ l. si pro ea. C. mand. l. Lucius. ff. eod. tit. & l. 14. tit. 12. part. 5. & affirmat communis doctorum sententia, quam, præter Gregor. Lopez ibidem, referunt, ac sequuntur Ant. Gom. 2. tom. var. resol. c. 13. nu. 10. & Aluar. Valas. consult. 36. nu. 1.

8 Primus autẽ † euentus in quo fideiussor agere aduersus debitorem principalem, & cogere eum põt, vt ipsum liberet à fideiussione, est, si diu in ea fideiussor extitit. Ita hĩ l. Lucius. ff. mand. c. vlt. de fideiuss. & l. 24. tit. 12. par. 5. Porrò, quando cẽsendum sit diu in ea obligatione fuisse: quamuis quidam dixerint, si biennio in illa fuit, decendum diu in illa extitisse, alij verò si decennio; lex tamẽ Lucius citata, perspicuè docet, id iudicis arbitrio esse relinquendum, pensata qualitate debitoris, & pensatis, quæ inter contrahentes acta sunt, & aliis circumstantijs concurrentibus, atque ita gl. ibi affirmat, & communis doctorum sententia, estque ita sancitum l. 14. citata. Quamuis autem Anto. Gom. nu. 18. citato dicat, hodie id limitatum, & moderatum esse l. 8. tit. 18. lib. 3. fori, qua dispositum est, si terminus non sit præscriptus, vsque ad quem fideiussor in ea obligatione perseuerare debeat finito anno, cogere posse debitorem, vt ipsum ab ea liberet; interiò tamen Greg. Lop. l. 14. citata ait, standum nihilominus esse dispositioni eiusdem l. 14. qñ lex illa fori non est vsu recepta, & in Regno Castellæ peculiariter leges fori non derogant legibus partitarum, nisi quatenus probatum fuerit eas vsu esse receptas, vt ex pedictum est. Est verò obseruandum circa euentum hunc, de quo disputamus, si terminus fuit præfixus, vsque ad quem debitor implere id debuit, in cuius securitatem fideiussorem dedit, ante aduentum eius termini, atque adeò antequam debitor principalis in mora sit opere id implendi, ad quòd se astrinxit, fideiussorem non posse debitorem cogere, vt eum liberet ab ea fideiussione, esto diu in ea obligatione fuerit: neque itẽ, si aliquis in securitatem eiusdem debiti, rem aliquam suam pignori, aut hypothecæ, similiter subiecisset pro debitore posset, ante eum terminum, ac moram, cogere debitorem, vt tem ita subiectam pro eo pignori, aut hypothecæ, ab eo onere liberaret (de vtraque enim re sermo est leg. Lucius citata.) Simili modo, si ex qualitate contractus constat, aliquem ad longissimum tps, aut in perpetuum, intendisse fideiussorẽ, aut res suas hypothecæ subijcere, vt quia fideiussor cum hypotheca extitit pro venditore, quod res vendita non euinceretur, vtiq; semper, quãdiu res nõ euincitur, perseueret obligatio illa fideiussoris cõparatione emptoris, neq; fideiussor cogere potest venditorẽ, vt eũ liberet ab ea obligatione, sed ipse sibi imputare debet, quòd sua sponte id

onus

onus subire voluerit, ad id se astringendo. Atque hoc est profectò, q̃ sonat l. Lucius citata, dum iudicis arbitrio iudicandum relinquit, q̃n debitorẽ cogere debeat, vt rem alterius liberet ab onere hypothecæ, vel fideiussorem à fideiussoria obligatione, pensatis, quæ inter contrahentes acta sũt, & alijs circumstantijs concurrentibus. Idem est, quod Ant. Gom. n. 10. citato vult, dum infert, fideiussorem in securitatem, q̃ res non euincetur, interim dum non euincitur, petere non posse, vt ab obligatione fideiussoria liberetur, esto in perpetuum nunquam euincatur: atque dum infert, fideiussorem pro tutore, aut curatore, petere non posse, vt liberetur ante tutelam, aut curam finitã. Mora ergo in soluendo ex parte debitoris exigitur iuxta formam contractus, vt fideiussor cogere eum possit, vt ipsum à fideiussoria obligatione liberet, quia s. debitor potuit iam, ac debuit iuxta eam formam soluere, vt quia terminus, satisfactioni debitoris præfixus, est iam elapsus, aut q̃a, quamuis terminus certus non fuerit præfixus, vt si mutuo cum fideiussore accepit nullo constituto termino, in quo id redderet deberet, sed relictum voluntati creditoris fuit, vt exigeret, quãdo vellet, iam id creditor exegit, aut æquitas postulabat, vt debitor id iam soluisset, in similibus euẽtibus iudicis arbitrio relinquitur, vt definiat, nũ tandiu fideiussor in fideiussoria obligatione fuerit, vt iam cogere debitorem possit, vt ab eo onere ipsum liberet. Idque sanè est quod Alua. Valas. consult. 36. nu. 1. citato sentire vr, dum hunc primum euentũ his verbis explicat; q̃n debitor diu in debiti solutione cessauit. Immò vero idem est, quod perspicue sentiunt lex Lucius, & ca. vlti. de fideiuss. dum eisdem verbis eundem euentum tradunt. Mihi verò probatur, quod idem Alua. Valas. eadem consultatione subiungit. Nempe q̃n duo rei debendi in solidum obligati sunt, vel pro debito aliquo, vel pro aliquo contractu, atque ratio postulat, vt iam correus soluat, vel vt finiantur contractus, vnusq; eorum ab eo onere, vt desiderat, liberetur posse ad id correum cogere, pp eandem rationem, ad iudicem q; similiter spectare iudicare, an, spectatis circumstantijs concurrẽtibus, cogi correus, aut correi debeant, vt, id efflagitantẽ, liberent ab obligatione, qua pro eis tenetur.

9 Secundus euentus est. Quando† fideiussor est in iudicio condemnatus, vt soluat partem, aut totum debitum principale: statim enim agere potest aduersus debitorem, vt ipsum, liberet à fideiussione, soluendo creditori, aut alia ratione, etiã antequam compellatur id soluere. Ita habetur l. Lucius, iuncta gl. vlt. ibi ff. mãd. l. si fideiussor pro venditore. ff. de fideiuss. l. si pro ea. C. mand. c. vlt. de fideiuss. & l. 14. tit. 12. par. 5. Idem est, si ex instrumento guarentigio exequutio aduersus fideiussorem iam fiat, vt ibidem Gregor. Lopez cum alijs, quos refert, recte affirmat: secus autem ante quam ex eo instrumento fiat aduersus eum exequutio, vt bene Anto. Gom. in calce. nu. 10. citati aduersus quosdam affirmat.

10 Tertius. Si debitor† principalis incipiat dilapidare bona sua, ita vt periculum sit, tempore solutionis non fore soluendo. Ita habetur l. Lucius l. si pro ea. c. vlt. & l. 14. citatis. Greg. Lopez ibidẽ gl. vlt. cum Alberico ait, si aliquis fideiussor pro duobus correis debendi existeret, & vnus eorum incipiat prædicto modo sua bona dilapidare, posse agere contra vtrumque, vt ipsum liberent à fideiussione. Quod verum arbitror, quãdo inde sibi periculum aliquod immineret.

11 Quartus. Si fideiussor, † aduenientе termino solutioni præstituto, timore pœnæ alicuius, aut alia ratione, offert solutionem, & vel creditor nõ vult illam recipere, vel, esto vellet, quia tũ est minor, & fideiussor timet, si eam illi tradat, fortè postea ab eo repetendam beneficio restitutionis in integrum, eã deponit in loco sacro, aut aliter ad id deputato, vel apud publicũ, vel alium idoneũ depositarium, tunc enim, esto fideiussor soluere non sit damnatus, neque re ipsa aliter creditori soluerit, poterit agere aduersus debitorẽ, vt ipsũ liberent ab onere fideiussorio, aut sibi soluat, q̃d loco illius ita obtulit, ac deposuit. Ita habetur l. fideiussor qui minori. ff. de fideiu. l. qui in mutuam. §. fideiussor. ff. mand. & l. 14. citata.

12 Quintus. Quando† fideiussor pactum cum debitore iniit, vt post certum tempus, debitor teneretur eum eximere à fideiussione, aut quandocunque fideiussor id peteret: tunc enim, aduenientе eo termino, aut fideiussore id petente, esto nihil exhactenus dictis interuenerit, neque satisfactum sit creditori, agere aduersus debitorem poterit, vt ipsum à fideiussione liberet. Ita habetur l. pro ea. C. mand. & l. 14. citata.

Dubium est, si aduenientе re, in quo creditori debitum erat soluendum, creditor negligens fuit in illo petẽdo, aut recipiendo, & postea debitor factus sit nõ soluendo, vtrum fideiussor† tũc liberetur ab onere soluendi creditori loco debitoris id, quod debitor postea compertus fuit non esse soluendo. Ant. Gom. 2. tom. var. tes. c. 13. nu. 9. optime distinguit. Quod fideiussor, aut erat sol. q̃ indemnitatis, iuxta ea quæ dispu. præcedente dicta sunt, aut erat fideiussor ordinarius, seu cõis. In priori euẽtu ait: eo ipso fideiussorẽ liberari ab onere soluendi, q̃ postea debitor factus est impotens ad soluẽdum non solum creditor per talem fideiussorem sit requisitus, vt exigeret suum debitum compelleretque debitorem tunc soluere, sed etiam si ab eo non fuit requisitus. Ratio est, quia solum fideiussit, creditorem tempore solutionis futurum indemnem, verè quæ tunc indemnis fuisset, si debitum exegisset, sibique imputet, quod tunc illud non exegerit, & quod indemnis non fuerit effectus. Atque hoc ipsum probat l. si fideiussores in id (alias l. fideiussores q̃) ff. de fideiuss. iuncta glos. ibi verb. vtilem, & idem asseuerant glossa l. si fideiussor creditori. ff. eod. tit. Bart. & communis doctorum sententia, quam Ant. Gom. nu. 9. citato refert. Et quidẽ adderem, si quis solum fideiussisset, debitorem habere competentia bona vnde solueret, & in euentu, quod comperiretur rem non ita se habere, se soluturũ, quod deesset, tunc, si casu fortuito euenirent, vt ante tempus solutioni destinatum, debitor amitteret

Dubiũ

Decis.

ceret sua bona, aut nequitia sua illa deficeret, cũ tamen, nisi id euenisset, competentia bona tẽpore solutionis reperirentur, ad nihil teneretur is indemnitatis fideiussori: qm̃ ad nihil aliud se obligauit, quàm debitorem habere competentia bona vnde solueret: quòd verum erat: neque se obligauit ad id, quod postea euenit et. In posteriori verò euentu, qñ scilicet fideiussor erat cõis, seu ordinarius, tectè Ant. Gom. ait fideiussorem teneri sahé de iure antiquo Digestorũ, ac Codicis: qm̃ obligatio fideiussoris erat absoluta, ac simplex, integrumq; creditori erat, compellere fideiussorẽ ad solutionem, non facta prius excussione in bonis debitoris principalis, prætermissoq; omnino debitore principali. Atque ita hẽ expresse l. si fideiussor creditori. ff. de fideiuss. etiã si fideiussor admoneret creditorem, vt conueniret debitorem, eumque soluere cogeret. Post iura verò authenticorum, quæ exceptionem fideiussori præuiæ excussionis in bonis debitoris principalis induxerunt, bene et Ant. Gom. ait, idem omnino esse dicendum, si fideiussor iuri authenticorum, beneficioque præuiæ excussionis, renunciauit: qm̃ eo ipso in eo contractu standum est dispositionis iuris antiqui. Si aũt fideiussor non renunciauit iuri authenticorum, tunc, si, aduenientę tempore solutionis, requirat creditorem, vt conueniat debitorem, eumque soluere facta excussione in bonis illius, idque creditor sua negligentia omittat, & postea debitor efficiatur non soluendo liberabitur fideiussor ab ea quantitate, in qua postea factus est non soluendo, argumento l. fideiussorem. in fi. ff. de fideiuss. & authenticę præsenti C. eodem tit. Quod si fideiussor, aduenientę tempore solutionis, non requisiuit creditorem, vt compelleret debitorem soluere, faceretque excussionem in bonis illius, tunc, esto creditor debitore, ac postea debitor factus sit impotens ad soluendum, non excusatur fideiussor, loco debitoris, à solutione eius, quod postea fuerit repertus non posse soluere. Ratio est, quia quemadmodum, si fideiussor conueniretur à creditore statim aduenientę tempore solutionis, nec fideiussor opponeret exceptionem præuiæ excussionis, legitimè compelleretur soluere, quia exceptio illa cum nõ excusat, nisi opponatur, vt disputatione præcedẽte visum est: ita longe maiori cum ratione, nisi fideiussor, aduenientę tẽpore solutionis, requirat creditorem, vt compellat debitorem soluere facta excussione in bonis illius, non excusabitur postea à solutione integri debiti loco illius, si ille impotens sit postea factus ad soluendum. Ita cum Panorm. plerisque alijs, quos citat, Ant. Gom. nu. 9. citato.

14. Quando fideiussor, conuentus † pro debito principalis debitoris, soluit, omissis exceptionibus, seu defensionibus, quæ opponi poterant, vtrum, tunc sibi aduersus debitorem principalem competat actio mandati, ad repetendum ab illo, quod ita pro eo soluit: distinguendum est. Quoniam, vel exceptio, quam poterat opponere, erat solum declinatoria iudicij, vel quouis alio modo solum dilatoria, & non peremptoria, etiam comparatione solius fideiussoris conuenti. Et tunc in vtroque euentu, esto fideiussor sciens, & prudens illam omittat, ac soluat, competit ei actio mandati aduersus debitorem principalem, vel id ipsi soluat. Excipe; nisi dilatoria exceptio esset, quia nondum aduenit tps solutionis, aut quia nondum est impleta conditio, sub qua ad debetur, tunc. n. si illa omissa, fideiussor soluat, cõpetit quidẽ ei actio mandati aduersus debitorẽ, vt id sibi satisfaciat, sed non, nisi post impletum tps, in quo solutio à debitore fieri debeat, aut post conditionem impletam, sub qua solutio ab eo fieri debebat, vt supra ex l. si mandauerit tibi pro me in diẽ, in prin. & §. 1. ff. mand. & l. 16. tit. 12. par. 5. dictum est. Atque in hoc euentu intelligo, & verã esse existimo, gl. vlt. l. si pro ea. C. manda. quæ, distinguens exceptionem declinatoriam iudicij, ab alijs dilatorijs, nobiscumq; cõueniens, qñ exceptio est declinatoria iudicij in fine glossæ ait, si sit aliter dilatoria solutionis, non aget fideiussor ante aduentum diei solutionis, iuxta l. si mandauero tibi citatam: quod plane non habet locum in euentu à nobis explicato, de quo solo & ea lex, & l. 16. citata loquuntur. Qñ enim aliæ exceptiones solum essent dilatoriæ litis, per accidensque, item dilatando, solutionem dilatarent, certe id nõ haberet locum, cum enim iam tunc vere debitor principalis id debeat, vtique, si loco illius fideiussor illud soluat, vt se, & debitorem principalem liberet ab obligatione, quam iam vere reipsa implere tenentur, cogere poterit actione mandati debitorem, vt id sibi soluat. Quod autem fideiussori soluenti omissis exceptionib. dilatorijs, exceptio solo euẽtu explicato, competat mãdati actio aduersus debitorem, hẽ l. si fideiussor. 1. §. quæ dã ff. mãd. vbi exemplum apponitur, quando solutum procuratori creditoris verè ab illo constituto, non apposita exceptione, quod non esset legitimus procurator, quia miles, mulier, aut quia excõmunicatus, vel aliter impeditus, esto fideiussori nota esset ea exceptio. Non repugnat verò toti huic nostræ doctrinæ l. inter causas §. mandato. ff. mand. vbi hẽ si fideiussor pro te extiti, & procuratori creditoris, solui, quod fideiussorem, si is verè erat procurator creditoris, continuo me posse agere aduersus te mandati actione, vt mihi restituas, q̃ pro te soluisti: si verò non erat procurator debitoris, sed ille finxit, mentitusque est, se esse procuratorem illius, me non posse agere aduersus te mãdati actione, sed repetere posse ab eo non vero procuratore creditoris, quod solui. Hæc, inquam, paragraphi illius dispositio, nostræ doctrinæ tradiæ nõ repugnat. Quoniã in eo paragrapho, non ideirco fideiussori mandati actio aduersus debitorẽ non conceditur, quod non opposuerit exigenti debitum illud, ac si procurator esset creditoris, ipsum non esse procuratorẽ illius, id. n. per accidens est in eo euentu, sed quod verè non soluerit creditori, neque ipsi in se, neq; personæ ad id ab illo substitutæ, ac proinde fideiussor ea solutione, neq; se comparatione creditoris à fideiussoria obligatione, neque debitorem à debito illo liberauerit: vnde merito in eo §. fideiussori illi non conceditur ob eam solutionem actio mandati aduersus debitorem,

rem, sed solum repetitio eius, quod soluit, ab eo, qui mentitus est, se esse procuratorem debitoris, tanquam verè illi indebiti, debiti autem solum creditori, aut personæ verè loco creditoris substitutæ. Si ergo gl. §. quædam citato, Greg. Lopez l. 15. titu. 12. part. 5. verb. *remate*, Azo, & alij, quos Greg. Lopez refert, repugnare intéderunt nostræ doctrinæ, quasi. §. mandato, denegetur actio mandati fideiussori illo modo soluenti, quia non excepit, eum non esse procuratorẽ debitoris, & quasi detur dilatoria actio, quæ, si non opponantur, impediat per se mandati actionem, vt inuere videtur, & non potius ex capite à nobis explicato, certè nobis non probatur eorum sententia, sed potius contraria Baldi, cum Iacobo de Bellouiso, quos idem Greg. Lopez refert, si tamen hi autores concesserunt, ita soluenti, denegari actionem mandati ex capite à nobis explicato, vt perspicue §. mandato citato illi denegatur.

15 Quòd si exceptio, quam † fideiussor opponere omisit, peremptoria erat, distinguendum iterum est. Qm̃, vel competebat, tam fideiussori ex persona saltem debitoris, qm̃ regulariter, quæ exceptio competit debitori, competit etiã ratione illius fideiussori. l. defensiones. C. de except. & alijs iuribus, quàm ei debitori; vel fideiussori tantum, vel debitori tantũ. Si competebat vtique, vt est, non numeratã fuisse pecuniam debitori pro qua fideiussor ipse est datus, vel solutum iã fuisse debitũ à debitore, vel remissũ fuisse à creditore, pactúve interuenisse, quòd creditor id à debitore non peteret, aut quòd, neque a debitore, neque à fideiussore id peteret (secus autem, si solum pactum intercessisset inter creditorem, & fideiussorem, creditorve fideiussori promisisset, quòd nõ peteret debitum à fideiussore, quia tunc soli fideiussori competeret ea peremptoria exceptio, si ab eo debitum peteretur, non verò competeret debitori, si creditor ab eo illam peteret, vt bene notat Greg. Lopez l. 15 citata verb. *a el fiador*) & vt sunt aliæ similes; tunc, vel fideiussor sciens, & prudens, eam peremptoriam exceptionem opponere omisit, vel ignorans; non quidem lata culpa, quæ dolo, ac proinde scientiæ; hac in parte comparatur, vt hi expresse l. si fideiussor 1. in prin. ff. mand. sed leuo ri culpa, quàm lata. Si fideiussor, ignorans eam exceptionem minori culpa, quàm lata, illam opponere omisit, tunc, vel ignorantia erat iuris, vel facti. Si illam omisit iuris ignorantia, tunc nõ competit ei actio mandati aduersus debitorem, vt hi l. si fideiussor citata §. non malè, & affirmat ibi. gl. §. quædam verb. procuratoriam, & gl. vlt. l. si pro ea C. mãd. Si tamen indebitum ex ratione soluit, competit ei repetitio aduersus creditorem, nisi forte creditor se muniat exceptione rei iudicatæ, vt hi l. si fideiussor citata §. in omnibus; in quo tamen cuentu, si sciens creditor indebitum accepit, agitur aduersus eum de crimine stellionatus, vt ibidem subiungitur. Vide etiam ibi glos. ibi verb. cessat, quando repeti non posset ab eo condictione indebiti, quibus alijs actionibus posset nihilominus repeti. Si autem facti ignorantia illam fideiussor opponere omisit, tunc cõpetit ipsi actio mandati aduersus debitorem, & si exceptio esset quòd iam debitor soluisset idem debitum: quoniã debitor admonere tenebatur fideiussorem de ea solutione. Ita hi l. si fideiussor citata in prin. & §§. seq. & l. si procuratorem. §. si ignoranter ff. eo. tit. Tunc verò, vel debitor cõdictione indebiti repetet à creditore, & secundo loco solutum à fideiussore illi fuit, vel fideiussor ipse eadem condictione indebiti idem ab eo repetet, vt potest. Si verò fideiussor soluat ante debitorem, iterum debitor soluit, tunc, si fideiussor commodè admonere potuit debitorem, nec admonuit, non datur ei mandati actio aduersus debitorem, sed solum debitor tenetur ei cedere actionem aduersus creditorem; vt ab eo repetat, tanquam indebitum, quod secundo loco solutum ei fuit: si autem commodè admonere debitorem non potuit, aut illũ admonuit, atque oblitus, iterum soluit, tunc fideiussori competit mandati actio aduersus debitorem. Hæc omnia habentur l. si fideiussor citata. §. hoc idem.

16 Si fideiussor sciens, aut † ignorans late culpa, opponere omisit eiusmodi peremptoriam exceptionem, tunc non competit ei actio mandati aduersus debitorem, sed, si quæ actio ei competit, est ad repetendum à creditore, quòd ei soluit, nisi, vt dictum est, exceptio rei iudicatæ obstet. Ita hẽ l. si fideiussor citata in prin. iuncto §. in omnibus & l. si procuratorem. §. si ignorantes ff. mand. l. si pro ea in fine. C. eo. tit. & l. 15. tit. 12. par. 5. atque affirmant duæ gl. citatæ. Eadem est rõ, si fideiussor appellare potuit, ac debuit à sua, qua soluere præcipiebatur, aut qua plus soluere præcipiebatur, quàm deberetur, & non appellauit: tũc enim non competit ei actio mandati aduersus debitorem. Excipitur, nisi admonuisset debitorem principalem, vt ipse appellaret, ac faceret expensas, si debitor ita expedire iudicaret, aut nisi propter suam inopiam ausus non est appellare. Ita habetur l. si procuratorẽ. §. si ignorantes, in fi. ff. mand. Quousque autem fideiussor opponere possit exceptionem, quæ competebat debitori principali, etiam illo inuito; & tradere illi debitor debeat instrumenta, & alia ad eam probandam necessaria; & quòd expensas illi tradere teneatur, etiam lite pendente, ad litem prosequendam, eo quòd negotium debitoris ea in parte agatur; legito Gregor. Lopez l. 15. citata verb. *tambien a el*.

Quando exceptio peremptoria competit tantũ fideiussori, & non debitori, vt mulieri fideiussor cõpetit exceptio Velleiani, tunc, esto fideiussor, sciens & prudẽs, eam omittat, ac debitum soluat, competit illi actio mandati aduersus debitorem, vt sibi reddat, quod loco illius soluit. Ratio autem est, quoniam debitor verè illud debebat, & loco illius solutum est; & fideiussor fidem seruauit, licèt seruare eam non teneretur, sed posset se ea exceptione defendere. Ita habetur leg. si fideiussor. 1. §. vlt. ff. mand. leg. pen. & l. vlt. §. si mulier. ff. ad Vellei. & l. 15. titul. 12. part. 5. Nec tefert, quòd l. idemque §. & generaliter ff. mandati. solum mentio fiat, quando exceptio esset turpis, & fœda fideiussori, si eam opponeret: quoniam, vt ibi glos. exponit, intelligendum est, maxime,

ita

ita, vt etiam si fœda illi nō sit, neq; eam opponat, cōpetat nihilominus fideiussori actio mandati.

Denique, quando peremptoria exceptio competit tantum debitori, & non fideiussori illius, vt est illa, qua gaudent socius compatatione aliorū sociorum, & plerique alij, quos disp. 413. & deinceps in progressu huius operis explicauimus: qui, conuenti à certis creditoribus, eorum comparatione gaudent priuilegio, vt non plus teneantur, quam commode facere possint, ita vt non egeant ac proinde, interim dum pendet iudicium etiam si lata sit vltima sententia, dummodo tamen non sit mandata integrè executioni, excipere possunt, se non plus eis teneri, quam commode facere possint, ita vt non egeant; cum tamen fideiussoribus eorum ea exceptio non competat, sed integrè possint conueniri, neque item illis, qui eo priuilegio gaudent, competat ea exceptio comparatione fideiussorum, quando, postquam fideiussores integrè soluerint pro eis debitum actione mandati ab eis repetent, qđ pro eis soluerunt, vt hæc omnia disp. 413. citata explicata, ostensaq; sunt. Quando, inquam, peremptoria exceptio tantum conuenit, modo explicato, debitori, tunc esto fideiussor eam non opponat, competit ei actio mandati aduersus debitorem, pro quo soluit. Ita habetur l. idemque §. generaliter. ff. mand. & l. 15. tit. 12. par. 5. Excipitur, nisi, sciens eam competere debitori, potensq; illum admonere, vt per se, vel per suum procuratorem, se defendat, si velit, admonere illum omisit: tūc enim non competit illi actio mandati aduersus illum: quod intelligo quo ad id quoad ex eo debito tueri se poterat ea exceptione. Ita habetur §. generaliter citato. In calce disput. 413. explicauimus duos modos, quibus fideiussor, esto non gaudeat exceptione illa, qua debitor gaudet, potest nihilominus se tueri, ita vt non plus, etiam aduersus ipsum, exequutio fiat, quam ita, vt principalis debitor non egeat. Lex verò 15. citata ait, esto fideiussor eis modis non se tueatur; cum possit, habere nihilominus actionem mandati aduersus debitorem principalem: atque hoc est, quod Gregor. Lopez ibi gl. pen. vult, ac docet. Intelligo tamen, modo, vt iuxta §. generaliter citatum, dictum est; si commodè fieri possit, admoneat debitorem, vt se defendat, si velit.

## De fideiussoribus in iudicio.

### DISPVT. DXLII.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideiussor in iudicio datur tam in causa ciuili, quā criminali.*

2 *Iudex quales fideiussores in iudicio accipere debeat, ne & ipse periculum subeat.*

3 *Fideiussor pro reo criminaliter accusato non potest obligari ad pœnam corporalem, sed tantum pecuniariam pro eo sistendo in iudicio.*

*Declaratur tamen, & limitatur, vt ibi.*

4 *Reus promittens se certo quodam tēpore sistere in iudicio quando excludatur à purgatione mora.*

*Et quid de iure Castellæ.*

5 *Fideiussor pro reo in iudicio sistendo intra certum tempus quādo incidat in pœnam, si intra id tempus eum non sistat.*

*Et quid de iure castellæ, & Lusitaniæ.*

6 *Cautela pro iudicibus quando accipiunt fideiussorem sub certa pœna, de sistendo in iudicio reum intra certum tempus.*

7 *Fideiussor sub certa pœna de sistendo reum in iudicio intra certum tempus, eo elapso, quādo habeat electionem de eum defendendo.*

*Et quid si reus moriatur, quando intelligatur liberatus à pœna. nu. 8.*

*Et quid etiam si nulla sit pœna constituta, qua pœna puniri possit à iudice propter moram. nu. 9.*

*Item quid si nullum sit tempus de sistendo constitutum, quomodo puniri possit.*

IN calce disp. 539. hac polliciti sumus disputationem in eorum complementum, quæ ibi de eiusmodi fideiussoribus dicta sunt.

1 Fideiussor in iudicio, † interdum datur in causa ciuili (in qua præcipuè habet locū distinctio illa fideiussoris iudicatū solui, quē Hispane appellāt *fiador de saneamiento*, & fideiussoris iudicio sisti solū, quē vocāt *fiador de la haz*: de qua distinctione d. 539. citata dictū est) interdū verò datur in causa criminali, qp reū, criminaliter accusatū, sistat in iudicio, vt ea ratione reus ille liberetur à carcere. Atq; interdū reus eruitur à carcere publico, cōcēditurq; ei domus aliqua, vel ē oppidū, in carcerē, datis fideiussoribus, qp eum carcerē seruabit, & cōparebit in iudicio, qñ requisitus fuerit: id qp tradit Iul. Cla. 5. lib. sent. §. vlt. q. 46. nu. 11.

2 Numerò verò 12. subiungit, qualiter iudex † idoneos fideiussores suscipere debeat, ne postea ipse periculū subeat. Et nu. 14. & 15. subiungit, qñ sufficiat iuratoria cautio rei, vt à vinculis eruatur.

3 Fideiussor, pro reo † criminaliter accusato, qñ tali reo immineat pœna cōrporalis, vt mortis, mutilationis flagellorum, aut alia, non potest obligari ad subeundū eam pœnā, aut aliam corporalem pro illo: qñ fideiussor non est dñs suorū mēbrorum, vt pœnæ sine sua culpa, ea subijciat: neq; æquitas patitur, vt sine sua culpa in corpore puniatur: quia id esset cōtra quintū præceptū decalogi. Ita gl. c. cum homo, verb. suppliciū. 23. q. 5. recepta à Pan. in rub. de fideiuss. & à cōi doctorū sniā, quā Cou. 2. var. resol. c. 8. n. 8. & Iul. Cla. 5. li. sent. §. vlt. q. 46. nu. 18. referunt, ac sequūtur, & cōsentit l. si quis reū. ff. de custod. reor. Quòd si fideiussor in culpa esset, vt reus fugeret, vt quia dolosè in suā fidem illū recepit, vt ea cōne fugeret, ac euaderet supplicium, tunc quidem, pp hanc suā culpam, puniri à iudice posset pœna arbitraria, etiā corporali, si tanta pœna fideiussor dignus esset, vt gl. citat, Panor. & alij rectè affirmant, & habetur l. si quis reū citata. Quia ergo fideiussor obligari non potest ad pœnam corporalem pro reo, vtique, quando verisimile est, reo corporalem pœnam esse infligendam, erui non solet à vinculis, datis fideiussoribus, ne fugiat, pœnamque corporalem euadat, sed detineri consueuit in vinculis. Ita Iulius Clar. q. 46. citata, & alij, quos refert.

fert. Ad pœnam vero solum pecuniariam potest se obligare fideiussor pro reo, quòd eum iudicio sistet, siue cum eo agatur ciuiliter pro debito aliquo, idque ne reus conijciatur in vincula, aut à vinculis, in quibus est coniectus eruatur; siue agatur cum eo criminaliter, quãdo solum plectẽdus est pœna pecuniaria, aut licèt corporali pœna esset puniendus si crimen aduersus eum probaretur, verisimile ñ est, illum innocentem esse, aut non ita crimen esse probandum, vt corporali pœna sit ei imponenda, vt Iul. Clar. vbi sup. nu. 10. ait. Quo in loco addit, eiusmodi reum de quo proximè facta est mentio, solere tempore sententiæ conijci in vincula, vt sententiam audiat in vinculis detentus. Atq; nõ solum in his euentibus põt se fideiussor obligare ad pœnam pecuniariã, vel certam, & determinatam, vel incertã quanta fuerit iudicata, vt reus soluat sed ẽt, vt in vincula fideiussor ipse conijciatur, donec pœna integra soluatur; qm̃ & huic molestiæ vinculorũ põt quis se subijcere pro proximo suo. Obserua tamen, esto hæc appelletur pœna comparatione fideiussoris, propriè tamen non habere rationẽ pœnæ comparatione illius, sed iusti duntaxat detrimẽti pro proximo suo, si reus aufugiat, nec fideiussor possit eũ iudicio sistere. Nihil enim proprie rationem pœnæ habere pdtest comparatione alicuius, nisi pro vera culpa illius ei imponatur.

4 Quando reus ipse sub† certa pœna promisit sistere se in iudicio certo quodam tẽpore, aut qñ esset requisitus, si promissis nõ stetit, atque idcirco in pœnam incidit conceditur ei purgare morã intra duos, tres, quinque, aut plures dies, vt pœnã euadat, nisi ob eam moram causa actoris sit effecta deterior, quia videlicet mortui sunt testes intra id tempus, quibus probaturus erat suum institutum, vel quia præscriptio aliqua intra id tẽpus aduersus ipsum fuit finita, aut quouis alio modo sit causa effecta deterior: tunc enim locum nõ habet purgatio moræ de iure communi: secus autem de iure Castellæ; eam enim purgat, sed seruato actori integro suo iure, perinde ac si elapsi non essent illi insuper dies: vnde dies illi non cõputabuntur in hoc Regno ad præscriptionem. Ita habetur l. & si post tres ff. si quis cautionibus, & l. 36. ti. 11. par. 5. Quãdo autẽ damnum actoris, ex mora subsequutum, reparari nõ posset vt quia mortui sunt testes, tunc in hoc Regno non purgaretur mora eo tempore ad effectum, vt reus pœnam euaderet. Ita Greg. Lopez ibi gl. pen. Quod autem diebus vltra quinque, purgari possit mora vt reus pœnam euadat. Gl. 1. l. & si post tres citata, ait, non debere esse multos sed paucos: atque iudicis arbitrio esse relinquendum quot esse debeant, attentis circumstantijs concurrẽtibus, & idem affirmat ibi Barto. iuxta l. continuus §. cum ita, & §. item qui insulam ff. de verb. oblig. sanctumq; est l. 36. citata, Eadem lex 6. id extendit ad fideiussorem (quod intelligit ibi Greg. Lopez de fideiussore rei, qui conuenitur ciuiliter) lex tamen, & si post tres solum loquitur de reo. De fideiussore enim aliud sanctum est de iure communi, vt mox subiungo.

5 Quando aliquis pro aliquo† fideiussor extitit, siue in causa ciuili siue in criminali quod intra certum tempus eum iudicio sisteret, alioquin certam pœnam persolueret, tunc si intra id tempus eum non sistat, incidit continuo in eam pœnam, ita tamen, vt non cogatur continuò eam soluere, sed, si tempus, intra quod reum sistere debebat, erat semestre, aut minus quam semestre, habeat iterum tantundem temporis, quantum à principio fuit ei datum, in quo possit moram ita purgare, vt, si intra id tempus reum sistat, pœnã euadat si vero à principio constitutum fuit, vt intra maius spatium quam sex mensium reũ sisteret, tũc, elapso eo tempore, solũ habeat, semestre ad purgandum, modo explicato causa moram, vt habetur l. sancimus, C. de fideiuss. & l. 17. ti. 12. par. 5. & affirmat communis doctorum sentẽtia, vt ibidem Greg. Lop. gl. 1. asseuerat, stando in iure cõmuni. Lex tñ 17. citata, solũ viderut loqui quando quis fideiussor exist it pro aliquo in causa criminali; quamuis id non sit ad modum certũ, vt ibidem, & l. sequenti. Greg. Lop. expendit, & variè interpretatur eam legem, & l. 36. titu. 11. par. 5. Eum legito. Illud vero obserua, de iure Castellæ, si prędicta pœna non exigatur à fideiussore intra annum à die, in quo illam incurrit, eam præscribere nec posse deinceps ab eo exigi. Ita habetur l. 3. tit. 10. li. 5. ord. quæ est l. 10. titu. 16. lib. 5. nouæ collect. Ius Castellæ.

De iure vero Lusit. 3. lib. ord. tit. 70. finito tpe, in quo fideiussor sistere debebat reum in iudicio sub certa pœna siue illud semestre sit siue plus aut minus, q̃ semestre solum conceditur ei & hæredibus illius, mensis ad purgandam modo explicato moram pœnamq; euadendam; eo vere mense elapso continuo pœna mandatur exequutioni. Ius Lusitan.

6 Iulius Cla. q. 46. citata nu. 23. † refert Angelũ admonentem iudices vt quãdo accipiunt fideiussorem qui intra certum tps sistat reum in iudicio sub certa pœna faciant illum renunciare legi sancimus, de tempore illo ad purgandam moram, vt elapso tempore, in quo reum sistere tenebatur in judicio, continuo pœna mandetur exequutioni. Cum. n. id in ipsorum fauorem introductum sit, valida sanè erit talis renũciatio iuxta l. si quis in scribendo C. de pact. & l. quod fauore C. de legit. Addit ipse, Mediolani non solere accipi fideiussorem, qui intra certum tempus sistat reum in iudicio, sed qui sub certa pœna, vel iudicatum solui, vel quacunque alia, eum sistet, quandocunque, & quotiescunque, fuerit requisitus: quare, inquit, cessant omnia ista, quia sumus extra casum legis sancimus. Eodem etiam modo accipi frequenter consueuerunt in hoc Castellæ Regno eiusmodi fideiussores. Non dubito tamen, quẽadmodum reos, ita & eiusmodi fideiussores purgare etiam in hoc euentu posse moram intrà duos tres, quinque, aut plures paucos alios dies arbitrio iudicis, iuxta l. si post ff. si quis aut, & cõsentit Azo, quem refert, ac sequitur gloss. l. sancimus citata verb. hoc facere, & forte hoc voluit l. 36. tit. 11. par. 5.

7 Quando† fideiussor sub certa pœna se astrin-

git

Digitized by Google

git certo tpe sistere reum in iudicio, si elapso tẽ pore, intra secundum tempus insuper ei datum ad purgandam moram, sistendo reum in iudicio, elegerit potius eo secundo tempore defendere illum in iudicio, poterit optime id efficere, nisi à principio renunciauerit huic præsidio defendendi intra secundum tempus reum in iudicio: nam tunc defendere illum non poterit. Insuper, elapso secũdo tempore, in quo non elegerit defendere reum in iudicio, non cõceditur illi defensio deinceps, esto tali defensioni non renunciauerit, sed cogitur soluere pœnam. Quando vero intra secundum tempus elegit defendere reum, desistere non potest à prosequutione causæ, vsque ad vltimam sententiam, etiam si reus intra secundum tempus è vita discesserit. Neque item permittitur sistere, perseuerante secundo tempore, reum in iudicio, & euadere pœnam. Ita habetur l. iubemus. §. sin autem, C. de fideiuss. & l. 18. tit. 12. par. 5. In explicatione autem l. iubemus. l. 18. citata additur. Quòd si, suscepta defensione, sententia pronuncietur in fauorem rei, tunc fideiussor omnino liberatur à pœna, quod nec tempore statuto sisterit reum in iudicio, nec in secundo tempore purgauerit moram, eum iudicio sistendo: si verò lata fuerit sententia cõtra reum, tunc, qui illius defensionem suscepit (si causa fuerit criminalis) tenetur, in defectum rei, soluere pœnam, & damna omnia, quæ actori ex maleficio aduenere, vt reus ipse soluturus ea erat. Adderem, teneri etiam ad expensas litis, si defensor in eis etiam damnetur. Cui autem pœna sit adiudicanda. Lex 18. citata videtur dicere, adiudicandam esse parti. Quod Greg. Lop. ibidem ait, intelligendum esse, vt per Bart. in l. si quis reum. ff. de custod. reor. nu. 4. Quo in loco Bart. ait, consuetudinem esse, vt pœna applicetur fisco, nisi qñ actor, aut eius procurator, eã sibi stipulatur, consentiente iudice, iuxta l. si procurator. ff. si quis cautionib. Eandemq; consuetudinem, vt fisco applicetur, attestatur Iul. Clar. q. 46. citata nu. vlt. relatis Bart. & Angelo. Addit. l. 18. si causa erat ciuilis, & reus damnetur, fideiussorem teneri soluere totum, de quo reus erat conuentus, & damna omnia inde subsequuta (intellige, modo paulo antea explicato) non tamen teneri soluere pœnam, cui se astrinxerat, si eum non sisteret in iudicio: quia iam eum defendit, & loco illius iudicium sustinuit, ac soluit totum, quod reus, si tempore illo in iudicio comparuisset, erat soluturus.

8 Quando fideiussor sub † certa pœna se astrinxit sistere aliquem in iudicio intra certum tps, si reus ille intra id tempus è vita discedat, liber fideiussor manet ab ea pœna. Quòd si, elapso eo tẽpore, reus moriatur intra tempus insuper fideiussori datum ad purgandam moram, tunc mors illa non liberat fideiussorem à pœna, sed tenetur eam soluere. Ita habetur l. sancimus, §. penult. & vlt. C. de fideiuss. & l. 19. tit. 12. par. 5. vbi Greg. Lop. glo. 1. cũ alijs, colligit, impedimentum superueniens tẽpore datæ moræ ad purgandam pœnam, non eximere à pœna iam antea incursa.

9 Quando fideiussor † se astringit sistere aliquẽ in iudicio, vsque ad certum diem, nulla tamen cõsiderata certa pœna, tunc, si eum intra id tempus nõ sistat, puniri à iudice debet pœna pecuniaria arbitraria, maiori, vel minori, attentis circumstantijs concurrentibus. Eam vero augere debet iudex, si culpa aut dolo, fideiussoris non fuit inductus. Ita hẽ l. si quis reum. ff. de custod. reor. & l. 19. tit. 12. par. 5. Credo tñ in hoc euentu, fideiussorem, sicut & reum, purgare posse morã intra duos, tres, qnq; aut plures alios paucos dies arbitrio iudicis, iuxta l. & si post tres. ff. si quis cautionibus, & hoc potissimum voluisse l. 36. tit. 11. par. 5. supra relatã.

10 Si aliquis fideiussor † exitit alicuius de eo sistendo in iudicio, si constitutum non fuit tẽpus, intra quod sistere eum deberet, tunc, quod attinet ad tempus, intra quod talis fideiussor præscribat, non teneri deinceps sistere eum in iudicio, sed liber ab ea obligatione maneat, est distinguendum. Quoniam si facta non fuit scriptura publica talis fideiussionis, neque causa est publica qualis esset, si ad principem, aut cõitatem oppidi pertineret, tunc, si intra duos menses non requiratur fideiussor, vt reum iudicio sistat, deinceps non tenetur sistere illum in iudicio, sed liber manet ab obligatione illa. Intellige, qñ fideiussor datus fuit ante litẽ contestatam cum reo; si n. post litẽ contestatã datus fuit fideiussor, aut, cum datus esset ante litẽ contestatam, lis contestata fuit inter duos menses, tunc non præscribit fideiussor obligationem, quam in se induxit, eo modo, quo eã in se induxit, sed vsque ad sententiam tenetur eum sistere, si nõ se obligauit ad semel eum præsentandũ. Ita, iuxta l. græce. §. & post item. ff. de fideiuss. Bar. & Alex. l. pen. C. eo. tit. quos Greg. Lop. l. 19. tit. 12. par. 5. gl. pen. refert ac sequitur. Si vero confecta fuit scriptura publica, aut causa erat publica, tũc ante tres annos elapsos non præscribit fideiussor obligationem. Ita hẽ l. pen. iuncta gl. ibi, & l. 19. citatis.

Iul. Clar. q. 46. citata nu. 20. cum multis alijs, quos refert, admonet, vt, qñ fideiussor sumitur de eo sistendo in iudicio, quoties fuerit requisitus, aut quod soluet iudicatum, apponatur clausula, q teneatur etiam in causa appellationis; quoniã, inquiunt, ea non apposita, fideiussio expirat, lata vltima sententia in prima instantia.

## Mandatum quid.

### DISPVT. DXLVIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Mandatum quid.*
2 *Mandatum propriè sumptum quid comprehendat.*
3 *Mandatum quando transeat in contractum locationis, & conductionis.*
4 *Mandatario pro executione mandati quando debeatur stipendium etiam in foro conscientiæ, & quando non.*
5 *Mandatarijs pro mandatis quæ exercent, quãdo deneganda sit occulta compensatio.*
6 *Mandatum quis contractus dicatur.*



Digitized by Google

DIcendum consequenter est de mandato, procuratoris institutione ad negotia (est enim procurator quasi pars subiecta mãdatario, & constitutio procuratoris velut subiecta pars mãdato) & de negotijs gestis. Sæpè enim contractus per mandatarium, procuratorem, aut negotiorum gestorem exercentur, præterea, ex eo quod mandatũ, aut munus procuratoris, suscipitur, vel quis alterius negotia, illo insscio, nec mandante, gerit, oritur vtrinque obligatio, vt dicemus: quare non immerito hęc aut contractus, propter obligationem, quæ vtrinque resultat (quemadmodum annotatio in principio tituli de mandato satis consentaneè ad l. 1. in princ. ff. eo. tit. inter contractus, qui consensu perficiuntur, mandatum connumerat) aut quasi contractus nuncupantur.

Mandatum, in annotatione in prin. ff. mãdati, & a gl. 1. inst. eo. ti. in prin. in hunc modũ definit. 1 Est † officiũ ab eo, qui gratuito suscipit, exhibendum. Vt enim hẽ l. 1. §. vlt. ff. mand. & inst. eo. tit. §. vlt. mandatum (hoc est, suscipere aliquem aliquid faciendũ alterius præcepto, aut rogatu formaliter, aut virtute) si gratis non fiat, sed constituta aliqua mercede, desinit esse mandatũ, & transit in aliã contractus speciem, nempe in cõductionem, qua is qui mandat, conducit operas eius, qui mandatum suscipit, & in locationem, qua is, qui mandatum suscipit, operas suas mandatori locat ad id exequendum pro mercede aliqua. Atq; hac de cã dr in diffinitione, qui gratuito suscepit. Fortasse commodius possumus sic definire mandatũ. Est gratuita susceptio aliquid exequendi, quod alius formaliter, aut virtute, ei iniungit. Dixi, formaliter, aut virtute; qm̃, vt disp. 539. dictum est, & constat ex l. si remunerãdi. §. si passus, & l. si prote. ff. mand. & ex §. si quid, inst. de fideius. & ex l. 12. tit. 12. par. 5. qui videt aliquid in ipsius gratiã fieri, & tacet, censetur id mandare ac proinde, licet formaliter id non mandet, virtute tamen ac iuris interpretatione, id mandat. Quando vero aliquid tale fit in vtilitatem, & gratiam alicuius, ipso id ignorante, tunc, qui id efficit dicitur gestor negotij illius, non vero mandatarius, vt disp. 539. citata dictum est. Qui aliquid mandat, dicitur mandator, aut mandans: qui vero mandatum suscipit, seu acceptat, mandatarius nuncupatur.

Locatio, & conductio interdũ sumuntur presse, quo pacto merces rei locatæ est verum prætiũ, hoc est, pecunia. Interdum vero late, qñ videlicet merces rei locatæ est, siue pecunia, siue aliquid aliud. Atque tunc locatio, & conductio comprehendunt contractus innominatos; do vt facias; & facio vt des. Hoc ita constituto, obseruandum est. Quamuis † mandatum proprie, vt distinguitur 2 à locatione, & cõductione latè sumpta, debeat fieri gratis; id tamen non impedire, quod, inter mandata propriè, ac presse sumpta, annumerentur mãdata, quæ fiũt spe remuneratoriæ donationis, esto non fierent, si mandatarius sciret, mandatorem futurum ingratum, nihilq; postea remuneraturũ. Etenim, quando ita fiunt: neque propter illa manet mandator aliter obligatus ad compensandum obsequium rogatu ipsius exhibitum, quam ex gratitudine, quę obligatio non est simpliciter obligatio, sed secundum quid: nec minor quadã ex parte maneret, sed quodam modo maior, si mandatum susciperetur, atque exequutioni mandaretur, absque vlla spe remuneratoriæ donationis: in quo euentu nullus dubitat, mandatorem ad nihil teneri mandatorio, sed solum ex gratitudine. Dixi, quadam ex parte; qm̃, si attendas ad animum magis liberalem eius qui, absque spe remuneratoriæ donationis, mãdatum suscipit, ac exequitur, vtiq; plus deuincit mandatorem ad vicissim se ostẽdendum liberalẽ, & munificũ erga illum, remunerando beneficium æquale cũ eo, quod is exhiberet, qui idẽ mãdatum exequeretur spe remuneratoriæ donationis, & insuper promptitudinẽ, ac maiorẽ liberalitatẽ in eodẽ beneficio exhibẽdo, q̃ eum deuinciat hic alius, qui spe remuneratoriæ donationis idẽ, aut simile mandatũ, exequitur. Ex alio tñ capite, quatenus. s. qui sine vlla spe remuneratoriæ, donationis mandatum suscipit, ac exequitur, virtute quodammodo remittit mandatori obligationem remunerandi ex gratitudine, minus obligatus aliquo modo manet huic mandator, q̃ alteri, qui spe remunerationis mandatũ suscipit, ac exequitur; præsertim, si id susceperus non fuisset, si sciret, remunerandum non fore. Cęterum vt dixi, obligatio hæc non est simpliciter, sed secundum quid, vtpote nõ egrediens fines gratitudinis quæ sola sub culpa lethali non obligat, neque ex ea vlla competit actio in foro exteriori. Itẽ, ꝙ mandatũ presse sumptũ fieri debeat gratis, non impedit quominus inter mandata proprie, ac presse annumerentur, quæ fiunt, non solum spe remuneratoriæ donationis, sed et facta promissione a mandatore de remuneratione facienda, aut etiã exhibito iam aliquo mandatario in remunerationem, modo id non detur, & acceptetur, aut accipiatur, tanquam pretium, seu merces, quia, esto non promitteretur, aut non daretur similiter acceptaretur, & mandaretur exequutioni mandatum, aut sine intuitu remuneratoriæ donationis, aut sola spe illius, sine alia obligatione inducta mandatori. Qd autem id non impediat, eiusmodi mandata annumerari inter mãdata presse, habetur expresse l. si remunerandi, in princ. ff. mand. Reddit vero elegantem rationem Lassarte de decim. vend. ca. 17. num. 52.

Qm̃ sicut, quod donatio, aut obsequium præstitum nulla constituta mercede formaliter, aut virtute, remuneretur ab eo, cui est præstitũ nõ impedit, ꝙ tale obsequium vere sit donatio, et si ex gratitudine sit illi redita retributio, seu remuneratio, iuxta l. Aquilius Regulus. ff. de donatio. sic, quod mandatum, nulla similiter mercede formaliter, aut virtute, constituta, remuneretur, vt gratitudo mandatoris postulat, non extrahit illud à propria ac pressa ratione mandati. Quod si pro † mandato constituatur merces formaliter, aut virtute, 3 quia videlicet mandatarius certam mercedem deduxit in pactũ, vt illud exequeretur; vel q̃ aliqd mandatũ est ei, qui pro mercede illud cõsueuerat exercere, neque aliter vt id faciendum acceptasse, vt si sartori vestes conficere mandentur, nullo de

merce-

mercede habito sermone, vel fulloni vestes tradantur, vt eas abluat, vel ei, qui munus procuratoris pro mercede exercere solet, committatur, vt procurator sit in causa aliqua, tunc sane mandatum illud transit in contractum locationis, & conductionis, vt habetur l. 1. §. vlt. ff. mand. & §. vlt. instit. eodem tit. neque est id mandatum, nisi impropriè, ac latè.

4 Iuxta hæc † ergo iudicandum est, quando mandatario pro exequutione mãdati vere, ac propriè debeatur retributio, tum in conscientiæ, tum ét in exteriori foro, & qñ non, sed solum ex gratitudine: quod debitum, neque est simpliciter, neque obligat sub culpa lethali, neq; ex illo actio in foro exteriori datur. Si enim, vel stipendium deductum fuit in pactum, in ratione stipendij, vel, esto: in pactum non sit deductum, cui id est mandatũ, non gratis sed pro mercede consueuit illud exercere, vel ex circumstantijs concurrentibus intelligendum erat, non gratis id exercere, qualia sunt: obsequia præstita à famulis, qui nullo constituto stipendio seruiũt, immo qui dedignarentur pro mercede certa seruire, & sunt pleraque alia; tunc vtiq; mandatum transit in locatum, & conductũ latè sumptũ, iuxta l. 1. §. vlt. C. mãd. & §. vlt. inst. eo. tit. competitq; mandatario aduersus mandantem, aut ipsius hæredes, actio ex locato, si merces reddenda, pecunia sit; alioquin competit actio præscriptis verbis, vt hĩ l. naturalis. §. at cũ do. ff. de præscr. verb. Sitñ mandatarius erat procurator, & in pactum deduxit quotam litis, si victor existeret, tũc nihil ei debetur, sed amittit salariũ, ac insuper punitur, vt hĩ l. si remunerãdi. §. Maurus. ff. mand. Quòd si stipendium formaliter, aut virtute, non fuit deductum in pactum, sed mãdatum pressam, ac propriã rõnẽ mandati retinuit, esto spe futuræ donationis remuneratoriæ fieret, tunc, vel mandator promisit in remunerationem aliquid certum in individuo, aut in specie, vt talẽ equum vel equum in specie, aut vestem, vel tantã pecuniæ quantitatem, ac tunc, si interuenit stipulatio hac competit aduersus mandatorem certi condictio seu actio ex stipulatu. Si verò stipulatio non interuenit, tunc, si simul, dum mandatũ fuit datum, id fuit promissum, vel incõtinẽti paulo ante, vel post, competit aduersus mandatorem actio ex mandato, tanquam ex pacto nudo cohærente cum mandato. Si autem promissum fuit postea ex interuallo, tunc competit aduersus eum actio extraordinaria officio iudicis, vt hĩ l. 1. §. vlt. C. mand. & l. salariũ ff. eo. ti. Quod si aliquid omnino indeterminatum, tam in individuo, quã in specie, fuit promissum, vt si mãdator dixit, ego satisfaciam, vel remunerabo, tunc esto stipulatio interuenerit, nulla aduersus eum competit actio. Ita habetur l. salarium. C. mand. & l. qui mutuã. §. salarium. ff. eod. tit. Id tamen merito additio in margine ad gl. vlt. l. 1 C. mand. cum Salyceto intelligit, quod licet actio non competat mandatario ex promissione mandatoris, iudex tamen arbitrari tunc debeat, quantum salarium mandatario pro exequutione eius mandati debeatur, idq; ex suo officio illi soli faciat. In his conueniũt gl. vlt. l. 1. C. mand. gl. §. vlt. inst. eo. tit. verb. mercede, & gl. 2. l. salarium. ff. eo. tit.

5 Atque iuxta hæc † admetiendum est, qñ mandatarijs omnino sit deneganda occulta compensatio pro mandatis, quę exercent. Si enim mandator credebat gratis id beneficium sibi præstari, solaue spe remuneratoriæ donationis, ita quòd mãdatum propriam, ac pressam mandati rationem retinebat, neq; mandator quicquã de ea causa promisit, neq; item mandatarius totalis, qui id pro vera solũ mercede exercere consueuerat, vtique tunc perspicuum est, nihil posse compensari; si quid verò sit occulte compensatum, obnoxium esse restitutioni, nisi intelligatur mandatorem restitutionẽ nõ velle, sed cõtentũ esse, vt id retineatur. In alijs ét euẽtibus prohibẽdæ regaliter sunt eiusmodi occultæ cõpẽsationes; sed, ꝙ mãdatario debetur, palã est exigendũ, vt alibi à me dictũ est: idq; propter multa mala, quæ secũ afferre solent eiusmodi mandatariorũ occultæ cõpensationes.

6 Mandatum, & contractus † est nominatus, vt ex dictis disp. 253. facilè constat: & perficitur solo consensu inter mandatorem, & mandatarium exterius expresso, quo mandator id mandatario iniungit, & mandatarius idem acceptat. Quare celebrari potest, non solum inter præsentes, sed etiam inter absentes per epistolas, aut internuncium, vt hæc omnia disp. 254. dicta sunt, & habẽtur §. vnico. Inst. de oblig. quæ ex cõsensu, & l. 1. ff. mand. ac l. 24. tit. 12. par. 5. Est item contractus bonæ fidei, vt d. 259. dictũ est. Porrò celebrari potest mandatũ per verba, volo, rogo, mãdo, vel per quodcunq; aliud, quo intelligatur iniungi mãdatũ, vt hĩ l. 1. & l. 24. citatis. Tradi aũt cõsilium, vt aliquid fiat, non est celebrare mandatũ, vt videbimus, & ideo verbũ, consulo, aut moneo, vt hoc facias, non exprimunt consensum mandati, vt notat gl. l. 1. citata. Celebrari item potest mãdatũ in diem, hoc est, vsq; ad certũ tempus, aut à certo tẽpore, vt scilicet ad id vsque tempus, aut ab eo tempore, mãdetur exequutioni. Item sub conditione, videlicet, si hoc, vel illud euenerit, hoc, vel illud mandetur exequutioni. Ita habetur l. 1. §. penult. ff. mand. §. penul. Inst. eod. tit. & l. 24. citata.

## Mãdatum quotuplex. Et ex qua culpa mandatarius teneatur. Et vniuersim quanta obligatio ex mandato, tam ex parte mandatarij, quam ex parte mandantis oriatur.

### DISPVTAT. DXLIX.

*SVMMARIVM.*

1 *Mandatum quotuplex.*
2 *Consulens aliquid fieri ad quid teneatur ei, qui eo exequutus fuit consilium.*
3 *Consulens male ficium qua pœna puniatur.*
4 *Mandans, & mandatarius quando teneantur ad inuicem, & qua actione.*

5 *Mandatarius non exequens mandatum, vel male exequens, de qua culpa teneatur.*
6 *Mandatarius quam actionem habeat aduersus mãdantem ad consequendum quod sibi ex mandato debetur.*
7 *Actio competẽs fideiussori aduersus eum, pro quo fideiusserit, quænam sit.*
8 *Mandatarius quas expensas consequi possit aduersus mandantem.*
9 *Mandatarius si aliquod damnum patiatur occasione mandati, an habeat actionem aduersus mandantem.*
10 *Mandatarius exequens mandatum in vtilitatẽ tertij an habeat actionem aduersus sic mandantem, an verò aduersus tertium.*

QVinque, aut sex genera sunt mandati, vt hab. l. 2. ff. mand. inst. eo. tit. iunctis glossis vtro-
1 bique, & l. 20. titu. 12. par. 5. Primum † genus est, qñ mandatum in vtilitatem solum est mandãtis. Vt si quis alteri mandet gerere negotia solius mãdantis, aut vt ipsi mandanti emat fundũ, vel fideiussor pro eo existat. Secundum est, qñ mãdatum cedit solum in vtilitatem cuiusdam tertij. Vt si Petrus mandet Ioanni, vt gerat negotia aliqua Franciſci, aut vt illi aliquid emat, vel vt pro illo fideiussor existat. Tertium est, qñ mandatum cedit in vtilitatem mandantis, & cuiusdã tertij. Vt si Petrus mandet Ioanni, vt gerat negotia aliqua eidẽ Petro, & Frãciſco cõia, aut vt eorum vtriq; emat aliquid vel vt fideiussor pro vtroq; existat. Quartum, qñ mandatum cedit in vtilitatem, tã mandãtis, quàm mandatarij. Vt si Petrus mandet Ioãni gerere negotia vtriq, cõia, aut vtriq; ipsorum aliquid emere, aut conducere, aut si, cum Petrus solus, sibi tñ Ioanni, reditus aliques conduxerit, vel aliquid emerit, iubeat Ioanni fideiussorem ipsius ea in re existere, vt frequentissimè fit. Quintum, qñ mandatum cederet in vtilitatem solius mandatarij, & cuiusdam tertij. Vt si Petrus mãdaret Ioanni, vt fideiussor existeret Francisco, pro re, quã Franciſcus sibi, & eidem Ioanni conduceret, aut emeret, vel vt negotia eidem Ioanni, & Franciſco communia geteret. Hæc habentur l. 2. ff. mand. inst. eo. tit. in prin. & §. 1. & l. 20. citata ac duabus sequentib. Gl. 1. l. 2. citatã, & gl. alia inst. mand. in prin. verb. quinq; modis, addunt cũ Ioanne sextũ genus, qñ. ſ. aliquis mandat aliquid in suam vtilitatem, mandatarij, & cuiusdam tertij. Vt si Petrus mandet Ioanni, vt vtrique ipsorum, ac Franciſco cõducat, aut emat aliquid, vel vt pro se fideiussor existat, quo ad pretium rei, ipsis tribus à Petro cõductæ, aut emptæ. Exemplum sexti huius generis, vt notat additio ad gl. inst. citatam, habetur l. si procuratorem. §. si tutores. ff. mand. Vbi, cũ essent tres contutores, duo eorum mandarunt tertio, vt pupillo emeret seruum illi necessarium: id enim mandatum in vtilitatem cedebat, tam duorũ contutorum mandantium, quàm etiam tertij contutoris mandatarij: quia si id exequutioni esset mandatum, excusabantur ab actione tutelæ pupilli aduersus ipsos, quòd seruum sibi necessarium non emissent: cedebat etiam in pupilli vtilitatẽ, quatenus seruus necessarius illi erat.

Non additur septimum mandati genus, nempe quando mandatur, quod ad solum mandatarium spectat. Vt quando illi diceretur, vt de suis pecuniis aliquid sibi ipsi emeret, aut faceret aliud, quod ad se solum attineret. Quoniam id potius haberet rationem consilij, quàm mandati: cũ autem cuique integrum sit facere, aut non facere, qđ sibi consulitur, perspicereque, an sibi expediat id efficere, vel non, quòd ad ipsius tantum commodum, aut incommodum expectat, vtrique ex tali mandato, seu consilio etiam si acceptetur nulla vtrinque oritur obligatio, de qua, quatenus ex veto mandato resultante, statim erit sermo: atq; adeo, esto, illud exequenti, damnum aliquod inde proueniat, ad nihil illi tenetur, qui mandauit, seu consuluit. Ita habetur l. 2. §. vlt. ff. mand. §. cui, inst. eo.
2 tit. & l. 23. titu. 12. par. 2. Quando † tamen consulens, illove modo mandans, malitia sua traderet id consilium, ac deciperet eum, qui illud exequutioni mandauit, tunc non teneretur quidem actione mandati ei, qui illud mandauit, vt rectè notãt glossæ duobus prioribus iuribus citatis, quoniam vere non interuenit mandatum, sed teneretur illi ad omnia damna, actione de dolo, & insuper puniri deberet ob delictum, quod ea in parte commisit, vt habetur l. quod si cum scires ff. de dolo, & l. 2. ff. de proxenet. Atque hoc modo est intelligẽda 23. citata.

Quando item consilium est circa maleficium, tunc, si consilium est cooperatum ad maleficium, præsertim quia is, cui datum est, alioquin id non erat facturus, tenetur consulens ei, aduersus quem patratum est maleficium, in foro quidem conscientiæ ad omnia damna, in defectum autem eius, qui maleficium est patratus, qui principaliter ad ea tenetur; nisi forte, à consulente fuit deceptus: quia tunc consulens teneretur principaliter ad omnia damna subsequuta, tum ei aduersus quem patratum est maleficium, tum etiam ei, qui consilium exequutioni mandauit.

Si vero consilium cooperatum non est ad maleficium, quia scilicet is, cui est datum, decreuerat iam id efficere, nihilque confirmatus est eo consilio, tunc in conscientiæ foro consulens ad nihil tenetur ei, aduersus quem patratum est maleficium eo quod neque partialis causa fuerit eius maleficium, ac damnorum inde subsequutorum. In exteriori autem foro, non quidem actione mandati, sed actione ex delicto puniretur consulens, & restituere cogetur damna, prout plus, aut minus fuit in culpa, & prout plus, vel minus fuit causa maleficij, mouendo suo consilio eum, qui alioquin id non erat facturus, aut eum corroborando in suo prauo proposito. Atque hoc sanè est, quod merito sentiunt duæ glossæ citatæ, satis conuenienter ad ea iura, & quod amplectitur Gregorius Lopez leg. 23. citata gloss. vltim. Vlpianus verò leg. si remunerandi. §. planè. ff. mandat. iuxta hæc est exponendus: qui sanè actionem mandati perperam videtur admittere aduersus eum, qui suo consilio malefactorem ad id faciendum mouit, quod is alioquin non erat facturus, quando in de-

tri-

trimentum aliquod malefactori fuit subsequutũ, neque eorũ tunc tenetur actione mandati, sed de dolo, ac delicto, vt explanatum est.

3 Quod attinet † ad pœnam consulentis maleficium, distinguit communis doctorum sñia, quam referunt, ac sequuntur Iul. Cla. lib. 5. sent. §. vlt. q. 88. & Couar. in clem. si furiosus part. 2. §. 1. nu. 7. & reg. peccatum, part. 2. §. 12. nu. 1. Quòd si is, cui consilium est datum, non erat alioquin facturus id maleficium, consulens punitur pœna statuta patranti tale maleficium. Addit verò Couar. §. 12. citato, num. 1. q̃ contrarium aliunde non constet, præsumi non patraturus alioquin id maleficiũ. Si verò alioquin similiter erat patraturus id maleficiũ, puniri solum pœna extraordinaria iudicis arbitrio, maiori, vel minori, prout crimen fuerit grauius, aut minus graue, attentisq; alijs circumstantijs concurrentibus. Additq; Couar. cũ alijs, quos citat, habere hanc distinctionem locum, etiam in criminibus atrocibus. Atque quando lex pœnam statuit consulenti, eam esse illi imponendam.

4 Quamuis, ante † acceptationem mandati, integrum sit mandatario illud non acceptare, ac proinde mandatum non exequi; attamen eo ipso, quod mandatum acceptat, ac proinde, q̃ celebratus est mandati contractus, vtrinque, tam. s. ex parte mãdatarij, quam ex parte mandantis, oritur obligatio, ac proinde parti contrariæ cõpetit actio, vt cogat implere obligationem, atque vt, si aliquid ab obligatione fuit deniatum, id resarciatur. Vt. ff. gl. 1. l. 2. ff. mand. iuxta l. licet. §. eam. ff. de procur. & inst. de verb. oblig. in princ. recte notat, ex contractu oritur obligatio, & ex obligatione actio oritur. Eo itaque ipso, quod mandatarius acceptat mandatum, celebratusque proinde est mãdati contractus mutuo mandantis, ac mandatarij consensu, oritur ex parte mãdatarij obligatio, vt cõgruo tempore integre, ac fideliter mandatũ exequatur, & restituat, si quid emolumenti ex exequutione mandati ad ipsum peruenit, aut si quid retinet mãdantis, ei datum ad mandatum exequendum, atq; adeo mandanti, & hæredibus ipsius, competit aduersus eum directa mandati actio, vt eum cogant mandatum suo tempore exequi, & vt, si id prætermisit, aut indebite fuit exequutus, ipsi soluat, quãtum sua mandantis intererat, congruo tempore, aut integre, ac debite, fuisse exequutioni mandatum, & vt insuper restituat, si quid ex exequutione mandati ad ipsum peruenit, aut ei remanet. Ita hf. §. ex quibus damnis. ver. item tutelæ. instit. de pœna temere litig. vbi hæc actio aduersus mandatarium, directa mandati actio nuncupatur. l. si vero non remunerandi, §. vltim. ff. mand. & l. 20. tit. 12. par. 5. & alijs iuribus. Hæc autem intelliges, nisi mandatarius tempestiue mandato renunciauerit, iuxta ea quæ disp. 552. dicenda sunt.

5 Ex quanta † autẽ culpa mandatarius teneatur mandatori, si vel mandatum non exequatur, vel non vt oportet, aliquidque prætermittat, atque inde detrimentum mandatori sequatur. Sanè, iuxta regulas generales, videbatur dicendum, quando solius mandantis vtilitatem esset susceptum, nullo accepto stipendio, solum teneri de dolo, & lata culpa, non vero de leui, aut leuissima: quando autem susceptum esset, etiam in mandatarij vtilitatem, saltem quia pro exequutione aliquid ei esset promissum, teneri etiam de leui, non vero de leuissima culpa. Iura tamen aliqua statuere videntur, illum teneri de quacũq; culpa, etiã leuissima, non vero de casu fortuito, nisi ad casum etiam fortuitum se obligasset, aut nisi, propter præuiam culpam, casu fortuito postea aliquid periret, quod nõ ita perijsset, nisi antecessisset culpa mãdatarij, iuxta ea, quæ disp. 295. dicta sunt. Ita innuere vł l. à procuratore, in iuncta glos. ibi, quæ varias sententias refert, & l. in re mandata, in fine, C. mand. ac l. 20. tit. 12. par. 5. Quod limitat ibi Greg. Lop. q̃ res, quæ mandatur, exactissimam exigit diligẽtiã: id quod ẽt affirmat additio gl. 2. §. mandatũ inst. man. dicens, quod si res mandata exigit exactam diligentiam, mandatarius tenetur de leui culpa, non verò de leuissima: si verò exigit exactissimã diligentiam, tunc etiam tenetur de leuissima culpa. Contrarium vero innuit aperte l. contractus. ff. de reg. iur. quæ non ex maiori culpa, aut aliter asseuerat teneri, quenquam ex mandato, quam ex commodato; ac proinde sicut in commodato distinguimus, in cuius gratiam factum sit, vt inde definiatur ex quanta culpa teneatur commodatarius, ita distinguendum innuit in re proposita, eoque modo tandem distinguit glos. leg. in re mandata, citata. Hoc ipsum innuunt leg. si procuratorem. §. dolo. l. idem princip. & l. dolus. ff. mandat. Atq; id satis est rationi, ac generalibus iuris regulis hac in parte consentaneum. Vtinam vero tot iura inuicem contraria, quæ litibus fomenta præbent, malaq; alia inuebunt, abscinderentur paucisque regulis perspicuis hæc, & his similia disponerentur.

Simili modo, eo ipso, quod mandatarius acceptat mandatum, celebratusq; est mandati contractus mutuo consensu mandatoris, & mandatarij, resultat ex parte mandantis obligatio ad soluendum mandatario, si quid expenderit in mandato exequendo, atque ad tribuendum ei necessaria ad mandati exequutionem, quando non aliud fuit expressum, itemque ad mandatario soluendum, si quid in gratificationem illi incommenti promisit, dum mandati contractus celebrabatur, vt disputatione præcedente dictum est; atq; adeo 6 † cõpetit mandatario aduersus mandantem cõtraria, quam iura vocant, mandati actio ad illa omnia ab eo exigendum, ac obtinendum. Atque hæc 7 † est actio, quæ fideiussori competit aduersus eum, pro quo fideiussor extitit, vt illi resarciat, si quid pro eo soluerit, aut si quod aliud damnum ipsi ex fideiussione obuenerit, & vt congruo tempore eum à fideiussione liberet, iuxta ea quæ dum de fideiussoribus sermo erat dicta sunt. Actionem mandati explicatam competere mandatario aduersus mandantem appellarique contrariam, cum tamen actio mandati, quæ mandanti aduersus mandatarium competit, appelletur directa, habetur §. ex quibusdam ver. item tutelæ. inst. de pœna temer. litig. l. si vero non remunerandi. §. continuo. ff. mand. l. etiam. C. eod. titulo, & leg. 20. iuncta



Digitized by Google

glo.1.Greg.Lope,ibi,& l.25.tit.12.par.5.Simili modo qñ mãdatarius emit aliquid de mãdato alicuius,soluendum in tps futurum aut simile aliud egit,quo se obligauit ad aliquid in tempus futurũ, competit ei actio contraria aduersus mandatorẽ, vt eum liberet ab ea obligatione,illamq; in se suscipiat, si creditor velit, alioquin sufficienter caueat,quod ipsum defendet,atq; pro eo soluet. Vicissim etiam quando de mandato alicuius emit aliquid tradendum in tempus futurũ,aut ius aliud acquisiuit,competit mandanti aduersus eum directa mandati actio, vt transferat in ipsum ius, & actionem,illa ei cedendo. Hæc habentur l.si mandato meo,ff.mand.

8 Inter expensas pro † quibus mandatario competit mandati,actio aduersus mandantem, cõputantur, quæcunque mandatarius secum expendit rationabiliter, vltra id quod alioquin erat expensurus, vt, si iter facit computatur inter expensas quod plus rationabiliter in itinere expendit, quã fuerat expensurus, si illud non fuisset aggressus, esto mandans, si per seipsum id negotium gereret,non tantum expendisset. Ita habetur l.si quis, §.impendia,ff mand.

Dubium vero est, si casu fortuito mandatario, dum exequitur mandatum,damnum aliquod obueniat † occasione mandati, vt si spolietur à latro
9 nibus dum iter causa mandantis aggreditur,num competat sibi mandati actio ad id repetendum à mandante. Lex inter causas.§.nõ omnia,ff.mand, innuere vr,mandantem non teneri tesatcire mandatario damna,quæ casu fortuito illi obuenire,dũ mandatum exequebatur.Accurs,ibi,aut eum. §.de curialitate se seruari non debere, & alij dicũt,nec de iure. Dicẽdum verò est cum Bar. & alijs,quos Sylu.verb.mandatum quęst.6.refert,ac sequitur. Si occasione mandati illa pereant,alioquin nõ similiter peritura,atque non erãt superflua, sed necessaria,seu rationabilia ad exequutionem mãdati,debere a mandante solui mandatario esto coniuncta essent cum alijs superfluis, quæ mandatarius simul deferebat; modo tamen, occasione superfluorum, non perijssent necessaria. Consentit l.cum duobus.§.quinam sagariam.ff.pro socio.

10 Illud est † obseruandum, qñ vnus mandat aliquid alicui, in vtilitatẽ cuiusdam tertij,tũc,si mandatarius aliquid expendat in exequutione mãdati,aut,iuxta id mandatum, aliquid det illi tertio, vel quacunque alia ratione competat ei actio mãdati contraria,iuxta ea quæ supra dicta sunt, tunc eam mandati actionem nõ competere ei aduersus illum tertium sed,solũ aduersus mandantẽ;dẽt tñ cedere mandanti,si quas actiones hẽat aduersus illum tertium, vt si tertio illi mutuo dedit pecuniã de mandato illius alterius debet cedere mandanti actionem ex mutuo, quam aduersus eum tertium habet,vt constat ex l.si quis alicui.§.vlt.ff.mand. Mandanti verò competit aduersus illum tertium actio negotiorum gestor,contraria,vt id exigat ab illo tertio,aut si iam soluit mandatario, vt id repetat ab eodem tertio; mandans quippe in vtilitatẽ tertij,reputatur ea in parte negotiorum gestorum comparatione illius,vt ex se est perspicuũ, & colligitur ex l.si mandauero.§.si procurator. ff.mãd. Item mandatarius, quamuis agere nõ possit actione mandati aduersus tertium illum,in cuius vtilitatem negotium egit;agere nihilominus aduersus illum potest actione neg.gest.contraria,quatenus verè negotium illius gessit,tametsi de mandato alterius,vt colligitur apertè ex l.si mandatum.C.de neg.gest.& affirmant gl.pen.§.item.inst. mand.ver. mandet,& Grego.Lop.l.21.tit.12.par.5.gl.1.Itẽ si mandatarius damnum intulit illi tertio, non exequendo sua culpa mandatũ, aut peruerse illud exequendo,tunc tertius ille non poterit agere aduersus mandatarium actione directa mandati, vt soluat id damnum; poterit tamen agere directa actione negot.gestor.tum aduersus mandantem, tum etiam aduersus mandatarium;eo q̃ vterq; vt dictum est, subeat rationem negotiorum gestoris comparatione ipsius. Mandanti item competit directa actio mandati aduersus mandatarium,vt id soluat. Hæc omnia habentur l.21.& 22.titu.12. par.5.iuncto Greg.Lop.ibi.

## De mandato ad res illicitas.

### DISPVTATIO.

*SVMMARIVM.*

1 *Mandatum generale ad omnia, non extenditur ad illicita.*

2 *Mandatarius de re illicita tenetur mandatum nõ adimplere,& in conscientia foro restituere quicquid accepit.*
*Immo etiam damna per iniuriatum passa in defectũ mandantis.nu.3.*

4 *Mandans delictum fieri an puniri debeat eadem pœna statuta,qua mandatarius exequens.*

5 *Mandans percuti aliquem citra mortem an puniri debeat ordinaria, si mors inde sequuta fuerit.*

6 *Mandatum delicti ex quibus præsumatur.*

1 ILlud in primis est obseruandum,in † mãdato, aut procuratione generali,ad omnia,non intelligi ad illicita,sed solum ad licita.l.Lucius.§.pro infante, ff.ad municip.l.si pater,ff.quæ in fraud. cred.& l.3.§.si procurator.ff.quod quisque iur.& affirmant Grego.Lop.l.25.glo.1.tit.12.par.5.& Gama decis.239.in vlt.

Mandatũ de re illicita inualidum est,& si quid mandatarius accepit pro re illicita patranda,nec-
2 dumq; † mandatum sit impletum,tenetur mãdatũ non implere,& in conscię foro restituere tenetur danti,q̃ ea de causa ab eo accepit.Quod si mãdatum iam implenit,& q̃ accepit pretiũ est moderatum, ita vt limites iusti pro re illa implenda non excedat,tutò in conscientię foro põt illud retinere.In foro tñ exteriori fisco repetatur,si id acceptũ sit pro delicto,quod in eo foro punitur,non tamen tenetur id fisco soluere ante latam sententiam. Similiter in foro exteriori repetetur fisco, si quid accepit pro simili aliquo delicto,necdumque delictum patrauit. Cæterum ante latam sententiam

tentiam (eò quod eiusmodi repetitiones fisco in pœnam sint statutæ) tradendum non est fisco, sed danti, vt latè hæc omnia disp. 94. explanata, comprobataque sunt. Vniuersim autem, neque actio directa mandati conceditur mandati in foro exteriori aduersus mandatarium, vel vt mandatum impleat, vel vt reddat, quod accepit ob mandatum implendum, esto illud non impleuerit, qñ delictum in eo foro punitur; sed ita datum, repetitur in pœnam fisco: neq; item mandatario conceditur in eodem foro actio mandati contraria, vt à mandante repetat, si quid in eo mandato implẽdo expendit; sed id in exteriori foro in pœnam applicabitur fisco. Si tamen res in iudicium non deducatur, credo mandantem in conscientiæ foro teneri id soluere mandatario, iuxta ea quæ disputatione 94. citata dicta sunt. Damnat† verò ex iniquo mandato ei, qui iniuriam est passus, sequuta, 3 tenentur soluere illi in conscientiæ, & in exteriori foro, tum mandatarius, in defectũ tamen mandantis, qui principalis causa est damni, ad integramq; restitutionem solus ipse tenetur: tum etiã principaliter mandans ipse. Atque vterque puniri debet pœna condigna pro qualitate delicti. Hæc, præter alia iura quæ disp. 94. à nobis citata sunt, habentur. §. illud inst. mand. l. si remunerandi. §. rei turpis. l. si mandauero tibi. 2. §. qui ædem. ff. eod. tit. l. non solum. §. si mandatum. ff. de iniur. l. 25. tit. 12. l. 38. tit. 21. l. 22. tit. 10. par. 5. & alijs iuribus. Si quis item de mandato minoris fideiussor ipsius existat, quod aliquid concubinæ minoris soluetur, aut de mandato minoris concubinæ aliquid det, non conceditur mandatario illi actio mandati contraria, vt id à minore repetat. l. si verò nó credendi. §. si adolescens ff. mand. & l. 25. tit. 12. part. 5.

4 Vtrum † autẽ mandãs homicidiũ, aut quoduis aliud delictum, puniri debeat pœna statuta pro eo delicto, & qua exequutor ipse puniendus venit. Quãuis quidam distinxerint, si mandatarius alioquin patraturus non erat id maleficium, mãdatorem puniendum esse pœna statuta pro eo delicto: si verò patraturus similiter erat idem delictum, mitiori pœna arbitraria esse puniendũ; melius tamen Couar. in Clement. si furiosus part. 2. §. 2. num. 1. Iul. Clar. 5. lib. sent. §. vlt. q. 89. nu. 1. cum Bar. & communi doctorum sententia, quam referunt, censent, sine vlla distinctione esse affirmandum, mandantem tota eademque pœna, qua mandatarius, esse puniendum: quoniam est causa principalis eius delicti, nomineque atque intuitu mandantis exercetur à mandatario. Si tamen, ante mandatum, mandatarius decreuerat id facere, non intuitu, & nomine eius, qui postea mandauit, sed proprio intuitu, ac nomine, quia scilicet ipse quoque passus fuerat iniuriam, aut lacessitus simul, aut præcipuè, fuerat ab eo, in quem delictum exercetur, fortasse æquitas postulabit, vt aliquid de pœna remittatur mandanti, qui suo mandato confirmando mandatarium, solum fuisset concausa eius delicti, non verò causa principalis, & prima integra: in eoque euentu vtique mandatarius teneretur ad restitutionem partis damnorum inde subsequutorum, tanquã cõcausa principalis eorum damnorum, contribuendo, vnà cum mandante, ad satisfactionem eorum damnorum.

Bart. & communior doctorum sententia, vt refert Iul. Clar. vbi supra nu. 2. addit. Si statutũ pœnam decernat personæ delictum patrant, vt si dicat, qui occiderit, vel furatus fuerit tali, vel tali pœna puniatur, non comprehendere mandantem, ac proinde mandantem puniendum non esse pœna, qua mandatarius exequens maleficium, sed alia arbitraria minori: quoniã mandans nó propriè, sed interpretatiuè, vt facere id maleficium. Si verò statutum pœnam constituat, qua puniendum sit delictum, vt si dicat, homicidiũ, aut furtum, tali, vel tali, pœna puniatur, tunc eadem pœna esse puniendum mandatorem, quam mandatarium. Atque ab hac sententia, ait Iul. Clar. tanquam à communiori, recedendum nó esse in consulendo, & iudicando, nisi vbi contraria vsu fuerit recepta, ita vt consuetudo interpretata sit statuta, eisque derogauerit. Mihi verò plus probatur contraria Cyni, & multorum aliorum sententia, quam referunt vsu esse receptam. Nempe, vanam esse eam distinctionem, mandatoremque quamuis non interficiat, aut aliud delictũ propria manu committat, in genere tamen moris esse verè causam principalem eius delicti, vereque interficere per mandatarium, tanquam per suum instrumentum à se motum suo imperio: vnde præcipue ipse interficit in genere moris, estque vera causa, non solum damni, & iniuriæ proximo illatæ per mandatarium, sed etiam delicti ipsius mandatarij; deoque maiori pœna, quam mandatarius, est dignus, ac proinde pœna ordinaria, statuta committentibus id maleficium, est puniendus: eaque sane est mens legum latorum, cui potius est standum, quam verbis. Adde, si vllius momenti esset Bart. fundamentum, sane nec tota pœna statuta pro homicidio, aut furto, esset puniendus mandans furtum, aut homicidium: quandoquidem non vere, vt ille ait, interficit, aut furatur, sed interpretatiuè solum.

Iul. Clar. ibidem nu. 3. notat cum Bar. & alijs, subsequuto delicto, verbi gratia homicidio, per mandatarium, teneri mandantem, non quidem ex mandato, sed ex homicidio propter mandatũ, tanquam ex effectu, cuius mandans fuit vera causa; eaq; ratione, licet in vno loco mandauerit delictum, & in alio alterius iurisdictionis fuerit sequutum delictum posse mandantem puniri in loco subsequuti delicti ratione loci, in quo per mandatarium vere ipse interfecit, ac deliquit.

Si mandatarius fines mandati egrediatur, ita quòd, cum in ipsius potestate fuerit non transgredi mandatum, fines mãdati excedendo, aliud, aut grauius, delictum commisit, tunc mandans non tenetur tota pœna delicti commissi, ad quam mandatarius tenetur, sed minori arbitraria, iuxta id, quod mandauit, aut quatenus suo mandato illi alteri delicto occasionem præbuit, atque iuxta circumstantias omnes concurrentes. Vt, si, cum mandauerit fuste percutere, ita vt mors nata non esset ex percussione sequi, mandatarius, id non curans,

esse

enſe transfixit aduerſarium, eumq; interfecit, aut, ſi, cũ mandauerit percutere aduerſariũ in loco ꝓfano, mandatarius percuſſit in loco ſacro, aut in palatio Regis, vtiq; mandans tunc nõ tenetur ad totam pœnam eius delicti. Ita Couar. clemen. ſi furioſus par. 2. §. 1. verſ. ſolet ſane, cũ Baldo & alijs, nec diſſentit Iul. Clar. vbi ſup. nu. 5. Rõ autem eſt, qm̃, qñ certa forma mandati datur, tranſgredienda non eſt, alioquin mandatario imputatur, quod tranſgrediatur, neque ei competit actio contraria mandati. Idemque eſt, qñ mandatarius præſumptam mandatis voluntatem tranſgreditur, idque, quod negotiũ mandatum poſtulabat, vt ſeruatur, eſto certa forma tradita ei non ſit, vt diſp. 552. dicetur, & habetur §. is qui exequitur, inſt. mand. l. 3. l. diligenter, & l. ſi quis pro eo. ff. eod. tit.

Dubiũ

Dubium autem eſt, ſi quis percuti alium mandauit, admonens mandatarium, ita percutere, vt
5 non interficiat, num, † ſubſequuta interfectione, mandans pœna ordinaria, eademque, qua mãdatarius ipſe, teneatur. Plurimi, quos Couar. nu. 2. citato verſ. deinde ob eandem, & Iul. Clar. nu. 5. citato referunt, aſſeuerant, mandantem tunc puniendum non eſſe pœna ordinaria, ſed mitiori arbitraria. Qm̃, quando homicidium non ſequitur ex intentione, puniri non debet pœna ordinaria. Rectius Coua. & Iul. Clar. vbi ſupra dicũt, ſi percuſſio ita fieri iuſſa fuit, vt facile mandatario non fuerit, ita attemperare manum, eumque ſeruare modum, vt mors non ſequatur, mandantẽ puniẽdum eſſe pœna ordinaria: qm̃, licet forteſſe non in tanta culpa homicidij fuerit, in quanta fuit mandatarius; fuit tñ in tanta, vt excuſandus non ſit à pœna homicidij ordinaria, qualis eſt mortis. In delictis verò, quæ minori pœna, quam mortis, plectuntur, maior, in eo euentum, aliquantulum pœna imponenda erit mandatario, quã mandanti. Si verò percuſſio ita fieri iuſſa fuit, vt facile fuerit mandatario non interficere, vt, ſi alapa fuit iuſſus percutere aut pugno, vel ea fuſte, quæ interficere non poterat, tunc, ſi mandatarius fines mandati exceſſit, ac interfecit, non punitur mandans pœna ordinaria homicidij. Illud tamen admonuerim, ſi quis alapa, aut fuſte, iuſſit percutere, & mandatarius id ita exequutus fuit, aut exequi fuit aggreſſus; attamen (vt frequenter euenire ſolet) aggreſſus, ſe voluit defendere, aut incontinenti vindicare, mandatariuſque, ſe defendendo, interfecit in eo conflictu eum, quem percutere eſt iuſſus; aut alium, qui eum defendere, vindicare, aut adiuuare, fuit aggreſſus, vtique non minori pœna tenebitur mandans, propter homicidium illud, quam teneatur mandatarius: niſi forte mãdatarius multum in eo conflictu exceſſit, nimiſque inordinate ſe geſſit, ita vt exceſſus ille imputari non debeat mandanti. Ratio autem huius noſtri aſſerti eſt: qm̃ in eo mandato, id virtute fuit etiam iuſſum, quod in eo euentu ſequutum eſt, idque natũ erat ſequi; non minus, q̃ nata ſit ſequi mors ex percuſſione enſe, qñ non facile eſt mandatario ita attẽperare manum, eumque tenere modum, vt mors non ſequatur, eſto mãdans iuſſerit non interficere, proteſtatuſque ſit ſe, nec intendere, nec velle mortem illius: in quo euentu Iul. Clar. & Couar. cenſent, mandantem, ſicut & mandatarium, puniendum eſſe pœna homicidij ordinaria.

Decis.

6 Mandatum † delicti, ſaltem tacitum, præſumitur, vt, verbi gratia, homicidij, ſi quis, accepta ab aliquo iniuria, dixit filio, aut famulo, vade, non reuertaris in domũ meam, donec nouum aliquid de tenudiã, filiuſque ille, aut famulus, poſtea interfecit eum, qui iniuriam intulit. In quo euentu Bart. & alij, quos referunt Iul. Clar. vbi ſupra, nu. 6. & Couar. §. 1 citato, n. 3. affirmãt, ita mandantem puniendum eſſe pœna homicidij ordinaria. Item mandatũ præſumitur, ſi iniuriam paſſus, loquatur ad auream famulo, aut conſanguineo, vel alteri, & ille paulo poſt interficiat eum, qui iniuriam intulit. Placet verò mihi, qđ Iul. Clar. ibid. nu. 7. ſubiungit. Nempe, ſi, attentis circumſtantijs cõcurrentibus, vt grauiſſimę iniuriæ acceptę, & alijs, adeò ſit perſpicuum illum tunc id mandaſſe, vt nullum prorſus remaneat dubium, puniendum tunc eſſe ita mandantem pœna homicidij ordinaria: alioquin eſſe torquendum, ac puniendum pœna extraordinaria arbitraria.

De irregularitate mandantis homicidium, aut mutilationem, in omnibus euentibus explicatis, dicetur tractatu tertio ſequenti, quando de homicidio fuerit ſermo.

## De procuratore ad negotia.

### DISPVTATIO DLI.

*SVMMARIVM.*

1 *Procurator ad negocia quis dicatur.*
2 *Procurator ad negocia cui acquirat actiones directe, & immediate, an ſibi, an vero domino.*
*Idem an in eo, qui per Epiſtolam contraxit, & internuncio.*
3 *Matrimonium contractum per epiſtolam, vel internuncium perinde eſt validum, ac ſi cum principali contractum eſſet.*
4 *Procurator, & internuncius in ciuilibus negocijs in quo differant in acquirendo domino.*
5 *Procurator reddere domino tenetur rationem adminiſtrationis, & illi iura, & actiones cedere.*
6 *Procurator ad negocia, & ad lites quot annorum eſſe debeant.*

VT diſp. 548. dictum eſt, ꝓcurator velut pars eſt ſubiecta mandatario. Quia verò agere de procuratore ad iudicia, ſpectat ad quintũ tractatũ, hoc loco ſimul cũ mandato, & mãdatario, miſcendus eſt ſermo de procuratore ad negotia. Quamuis aũt mandatarius oĩs, præſertim ad iudicia, & negotia, poſſit (late ſumpto vocabulo) dici procurator ad id, ad qđ mandatum hẽt ab alio, aut ab alijs, quin & interdum à iure, & à doctoribus, ita appelletur; preſſe † tñ is dicitur, qui inſtrumentum à mandante accipit ad aliquid, loco, & nomine ipſius in iudicio, aut extra iudicium, agẽdum. Quare, quæ de mandato, & mandatario ad negotia hactenus dicta ſunt, ſimiliter intelligẽda ſunt de procuratore ad negotia preſſe ſumpto.

1

Quod

Digitized by Google

Quòd verò ad procuratorē presse sumptū attinet, obseruandum est. Interdū ita noīe, & loco alterius aliquid agere, cum mandato, & procuratione ad id speciali, vt non tā ipse sit, qui id agit, quam qui mandatum, et procurationem ad id in particulari ei dedit, q̄ vtitur ipso tanq̄ instrumēto, quo mandans ipse id operatur, ac verè agit. Atq; in hoc euentu eiusmodi procurator, non sibi acquirit actiones, quas cedere debeat mandanti, sed mandans solus est, qui sibi immediatè acquirit actiones, ac totum ius; quin & illi fit traditio, si quæ ibi interueniat, neq; eiusmodi procurator in euentu, tam habet rationē mandatarij et procuratoris ad id agendum, quam internuncij, aut quasi epistolæ, quæ mādās id exequitur. Quare, sicut quā contractus, q̄ solo consensu exterius expresso perficitur, celebratur inter absentes per internuncium, aut epistolā, non est epistola, aut internuncius, qui celebrat contractū, sed qui epistolam scribit, ac mittit, aut internuncium destinat, est qui contractū celebrat, epistola verò, aut internuncius, sunt instrā, quibus exprimit, ac significat alteri suum consensum; ac proinde, non internuncius, aut epistola, sed qui per eos exprimit consensum suum, & celebrat, cōtractū, est, q̄ acquirit actiones, & ius mediante eo contractu: ita res hēt in contractu, de quo loquimur. Exemplum habemus† accōmodatum, in celebratione matrimonii per procuratorem, qui noīe & loco eius, qui ad id eū destinauit; ac suū procuratorē eum constituit, matrimonium celebrat, vt hī ca. vlt. de procura. lib. 6. Neq; enim matrimoniū celebratur cum hoc, quemadmodū alij contractus initi cum procuratore alicuius, qua tali, vere cū eo procuratore celebrantur, tametsi de mādato, & noīe eius, cuius est procurator; sed matrimonium celebrātur solum cum eo, cuius hic est procurator, mediante tū hoc tanquā experimente cōsensum eius, cuius est procurator, habenteq; mādatum, & procurationem ad id in particulari, atque adeo, non is procurator, sed qui per eum celebrat matrimonium, est, cui, mediante eo matrimonio, fit traditio corporis vxoris, & qui comparatius ad maritales actus: vnde aptius is procurator exprimet consensum eius, cuius ad id est procurator, si dicat, talis tecū cōtrahit me internuncio, neque illi suspicio in vxorē, quā si dicat, tecum contraho noīe talis, aut nomine talis te suscipio illi in vxorem, tametsi sufficienter quouis eorum modorum exprimatur consensus contrahentis principaliter, verum q̄ celebretur matrimonium, vt cum Panor. Bar. & aliis, recte affirmant Couar. in Epit. in 4. decr. c. 4. no. 8. & Greg. Lopez. l. 1. 5. glo. vlt. eli. 2. par. 4. qui recte subiungunt, eiusmodi procuratorem, non tam esse procuratorem, quā internunciū, in celebratione eius contractus, concurrq; l. 5. citata. Quia ergo is, per quem matrimonium, tam quā per procuratorem, celebratur, non tam est procurator, quam internuncius; & præcipue, quia de intrinseca ratione matrimonii est mutuus vetus consensus et verius exprimatur, neque res publica, aut Ecclesiæ, potestatē habēt ad efficiendum matrimonium, in quo nō interuenit verus consensus; sicut, ex iusta cā, potestatē hēt ad irrita reddenda, antequā fiāt, matrimonia aliqua, in quibus interuenit mutuus consensus, neq; itē potestatē hēt cogendi, vt in causa matrimoniali stetur actis per procuratorem ad id deputatum, q̄n constat, destinantē procuratorem mutasse consensum tēpore, quo p̄ suū procuratorē matrimonium fuit celebratū; sicut potestatē habet statuēdi, vt ciuilibus stetur contractui eo modo celebrato, q̄n procurator, & is, qui cum eo contrahit, ignorabant, eum, qui facultatem procuratoriā ad id dedit, mutasse consensum, ac reuocasse facultatē; inde merito c. vlti. de procur. lib. 6. definitum fuit, matrimoniō p̄ procuratorem habentem ad id peculiare mandatum celebratū, esse nullum in conscientiæ, & in exteriori foro, q̄n constat, eum, qui per suum procuratorem ita illud celebrauit, mutasse consensum, quando matrimonium ita fuit celebratum.

4 In ciuilibus verò negotiis† attendendum est ex instro, num qui procurator, est constitutus, non tam sit procurator quàm internuncius: & si quidem comperiatur, eum esse internuncium solū, tunc, nō ipse est qui contrahit, & comparat actiones, sed is, cuius verius est internuncius, quam procurator. Alioquin, siue sit procurator ad actiones, siue ad iudicium, ipse, & non is, cuius est procurator, comparat actiones, ac ius, ac proinde, vt transeant ad eum, cuius constitutus est procurator, cedere illas ei dēt, ac tenetur: atque vsq; adeo hæc iure ciuili ita statuta sunt, vt, si ad iudicia quis cōstitutus sit procurator alterius, & succumbat, sententia condemnatoria ferri non debeat in principalem, cuius est procurator, & cuius negotium agitur, sed in procuratorē; tametsi executio sniæ, nō fiat in bonis procuratoris, sed solum in bonis principalis, cuius constitutus est procurator; nisi q̄n mentitus esset, se esse procuratorem illius, tunc. n. executio fieret in bonis illius. Quā autem snia ferri non debeat in principalē, sed in procuratorem, alioquin sit nulla, hī l. 1. C. de sent. & interl. & concinit. l. vlt. tit. 5. par. 5. glo. tñ. l. 2. citata, tandē addit, de consuetudine id nō seruari, sed promiscuè, vel principalē, vel procuratorē, condēnari, & in margine additur, Bart. & Angel. approbare ea in parte glo. illam: & glo. 1. ca. suscitata, de in integr. restit. aut, ius canonicum nō curare eam solemnitatē, q̄d procurator condemnetur, ac Greg. Lopez l. vlt. citata, gl. 1. affirmat, se nūquā vidisse in Regno Castellæ ea de re fuisse curatum. Quod autem executio sententiæ non fiat in procuratorem, sed in principalem, esto procurator condemnetur, habetur l. Plautius ff. de procu. & l. vlt. tit. 5. par. 3.

5 Quod verò† procurator, siue ad negotia, siue ad lites, reddere teneatur ei, cuius est procurator, rationem administrationis, & reddere quicquid ex administratione ad ipsum peruenit, ac proinde cedere illi iura, & actiones, quæ ex tali administratione comparauit, habetur l. qui proprio. §. procurator. ff. de procura. l. ex mandato l. dolus. ff. mand. l. 2. ff. de nego. gest. & l. 25. tit. 5. par. 5. & notat ibi Greg. Lopez.

Certè

Certè, quamuis hæc ita ciuili iure sint disposita consultius tñ & accómodatius ad ipsam rei naturam, foret si cõstitueretur vt, qñ aliquis presse est procurator, & aliquid, vel in negotijs extra iudicium, vel in iudicio, agit nomine, & loco eius, cuius est procurator, ostenso ad id procuratorio instrõ iura, & actiones, & quæcunq; alia, acquirerentur, immediate, absque aliqua cessione ei, cuius negotium agit, & cuius est procurator: quoniã nomine ac loco illius id agit, sciente, atque intendente id vtraque parte, ac proinde is principalius id agit, cuius est procurator, quam procurator ipse, procurator verò solum est instrumentũ illius; tam in negotijs, quam in iudicijs, ac proinde iura, & actiones, ex ipsamet rei natura, verè competunt principale absque alia cessione: quemadmodum sententia aduersus ipsum, & in ipsius bonis, non autem in bonis procuratoris, mandari debet exequutioni: atque, si ipsa vincat per suum procuratorem, ipsi fieri debet solutio, & non procuratori, nisi, etiam ad recipiendam solutionem, ei mandatum dederit, vt hẽ l. hoc iure ff. de solut. l. si tantum. ff. de pact. & l. 7. tit. 14 p. 5. Ethnici verò iurisconsulti fuere, qui has, & alias subtilitates mihi me vtiles aut necessarias inuenerunt, q̃bus negotia, & lites protrahuntur, ac multiplicantur, nimisque longum ac obscurum, ius ciuile redditur. Qñ autem aliquis, de mandato alterius, aliquid ita ageret, vt non esset procurator presse, vt in hac ciuitate Conchensi sunt qui commissiones à Genuensibus, aut Mediolanensibus, ad lanas ipsis emendas habent, aut à Valentinis ad emendos illis arietes, quos in Regnum Valentiæ transferant & vt sunt multi alij, tunc quia eiusmodi mandatarij hæc quidem alijs emunt, non tñ quasi procuratores presse eorum, sed perinde se habentes comparatione vendentium, ac si sibi ipsis ea emerent, qua de causa, vendentibus solum competit ius & actio aduersus eos, exequutioque contractuum, atq; sententiarũ circa lites quę ex eiusmodi contractibus oriuntur aduersus eos in ipsorum bonis mandantur exequutioni, non verò aduersus mandantes, aut in bonis mandantiũ, quorum negotia egerunt: vtique tunc locũ habet, vt mandatarij soli sibi comparent ius ex eiusmodi contractibus, eisque solis cõpetant aduersus venditores actiones, nõ verò mandantib. nisi eis, quẽadmodum res emptę, ita iura, & actiones cedantur.

6 Illud postremo est † obseruandum Procuratorem ad negotia, vt minimum esse debere decem, & septem annorum ad iudicia verò viginti quinque annorum. Ita habetur c. qui generaliter. §. vlt. de procur. lib. 6. §. & seruus inst. quib. ex caus. manumit. l. minor. ff. de procurat. & l. 19. tit. 5. part. Item procurator ad negotia potest libere quemcunque alium ad ea deputare: non sic autem procurator ad iudicia. Ita habetur l. si procuratorem, §. si quis mandauerit ff. mand. c. 1. §. vlt. de procurat. lib. 6. & l. 19. titu. 5. part. 3. Si tamen aliquod damnum ex substituto obuenerit, principali, tenetur ei primus procurator, & procuratori tenetur substitutus l. si procuratorem §. si quis mandauerit, & l. 19. citatis.

## Vtrum mandatarius, & procurator, excedere possint limites mandati. Et quando eorum munus reuocari possit, aut expiret.

### DISPVT. DLII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Procurator, & mandatarius, seruare tenentur formam mandati, alias si transgrediantur, nullum domino afferunt præiudicium.*

2 *Mandati actio quo casu oriatur contra mandantem, etiam si forma mandati seruata non fuit.*
*Idque tanto magis vbi certa mandati forma præscripta non fuit. nu. 3.*

4 *Mandatarius, vel procurator nomine mandantis vendentes, an possint habere fidem de pretio.*

5 *Mandatarius quãdo non possit renũciare mandatũ.*

6 *Mandans etiam re non integra an possit reuocare mandatum.*

7 *Mandatum quot modis dicitur expirare.*

1 QVod ad primum eorũ, quæ proposita sunt, attinet. Si † procuratori, aut mandatario, certa forma fuit data, eamq; non seruauit, transgressio mandati in detrimentum mandantis, nullum præiudiciũ mandãti afferre potest, adeò vt, non solum mandatarius teneatur mandanti actione mãdati directa ad dãna omnia ex transgressione mãdati ei subsequuta, sed ẽt si quid vendendum sub ea forma ei tradiderit, per eã venditionem translatum non sit dominiũ, sed possit mandans id vẽdicare: mandatarius tñ tenebitur emptori de euictione, si emptor mandati formã ignorauit, vt ex se est notissimũ. Quod verò per eam vẽditionem translatum non sit dominiũ, sed possit mandans rem vendicare, habetur expresse l. cum mandati. C. mand. Idem habetur l. diligenter. §. penult. ff. eodem titu. vbi dicitur. *Si* mandaui seruo meo vt aliquid venderet centum, & ille vendidit minori pretio, posse me vendicare rem ita venditam, nisi mihi augeatur pretium integrum, iuxta formam à me datam, seruetque indemnis. Quod idem intelligendum est in priori euentu, quando sub certa forma tradidi vendendam rem meam alicui extraneo. Tota verò conclusio, præter vltimam partem, quam diximus ex se esse notissimam, habetur l. 3. & duabus sequentibus, & l. si quis pro eo, ff mand. §. is qui exequitur, inst. eod. titu. l. si procurator. C. de procurat. & l. 19. titu. 5. part. 3. Dictum est in conclusione, transgressionẽ mandati in detrimentum mandantis, nullũ pos-
2 se ei afferre præiudicium: quoniam, si forma † tradita seruata omni ex parte non fuit, in mandantis tamen commodum: tunc, quia nullum inde sequitur mandanti præiudicium, sed potius commodum, censetur mandatum seruatum, ac proinde vtrinque non secus resultat mandati actio, quam si omnino mandati forma fuisset seruata. Vt, si mandatarius, aut procurator, iussus fuit vẽdere rem mandantis centum, & illam vendidit

centum

centum, & decem, aut cum tot aliter ius incremento, vel iussus fuit emere aliquid centum, & emit nonaginta quinque non censetur facta transgressio formæ mandati, competitque in primo eventu mandanti actio mandati, vt totum id pretium à mandatario recuperet & mandatario competit contraria mandati actio aduersus mandatem, vt, si quos sumptus in mandato exequendo fecit, aut vt, si quid mandans incommodi, dum mandatum illi impositum promisit id totum ipsi persoluat: similique modo in secundo eventu oritur vtrinque mandati actio. Ita habetur §. is qui exequitur, inst. mand. & l. diligenter §. vlt. ff. eod. tit.

Si verò aliter fuit facta trãsgressio formæ mandati, vt quia iussi emere talem rem certum, & empta fuit centum, & decem, aut quia iussi emere tale prædium centum, & non fuit id emptum, sed aliud æquali, maiori, aut minori pretio, tunc neutra ex parte resultat actio mandati: quia neq; mãdati actione cogi possum sumere tẽ illam eo pretio, neque teneor mandatario ad expensas factas in mandato exequendo, aut ad aliquid aliud. In eventu tñ, in quo ea quidem res empta fuit, quam iussi sed maiori pretio, quamuis Cassius, & Sabinus iurisconsulti asseruerint, tunc, neque mandati actionem aduersus me competere, vt eam sumerem pretio, quo illam emi iussi, & mandatarius solueret incrementũ, benignior, & consonantior rationi, ipsique mandato aliorum iurisconsultorũ sententia obtinuit, vt mandati actio aduersus me competeret, vt eam sumerem pretio, quo illam emi iussi, & mandatarius solueret incrementum, aut venditor illud remitteret, si vellet. Hæc habẽtur §. is qui exequitur, inst. mand. & l. 3. ac duabus sequentibus ff. eod. tit. gl. 2. §. is qui exequitur, citato recte aduersus quosdam affirmat, in his eventibus neq; actionem negotiorum gestorum competere mandatario aduersus mandantem.

3 Quando aũt † in mandato certa forma nõ fuit præscripta, vt quia equum emere fuit iussus mandatarius, non præscribendo, quem in individuo, neque quanto pretio; aut quia, dicer equus præscriptus in individuo fuerit, pretium tñ non fuit determinatum, tunc, dummodo mandatarius bona fide, rationabiliterque mandatum exequatur, nascitur vtrinque mandati actio, potestque cogi mandans stare exequutioni mandati rationabiliter factæ. Ita hĩ l. 3. & l. si quis pro eo. ff. mand.

Iuxta hoc est diffiniendum, quod disputat Aluar. Valas. consult. 21. & Gutier. de iur. confi. par. 1. c. 50. num. 20. Vtrum † scilicet mandatarius, seu procurator, qui aliquid mandantis vendunt, possint habere fidem de pretio Aluarus Valas. id disputat de socio, qui, communia societatis negotia gerens, ac proinde comparatione cæterorum sociorum, vicem subiens mandatarij, merces societatis pecunia credita in Mauritania vendidit. Dicendum quippe est, si rationabiliter id fecit, attentis circumstantijs concurrentibus, & qualiter mercatores alij efficere solent, ac qualiter ipsa rationabiliter in rebus suis proprijs feciſſet, competere ipsi mandati actionem aduersus mandantes, vt id ratum habeant: alioquin mãdantibus com-

Dubiũ 4

Decis.

petere aduersus eum actionem, vt damna resarciat, idque in suam solum partem accipiat, si socius erat. Hæc de primo eorum, quæ proposita sunt.

5 Quod ad secundum attinet, Cum † integrũ sit mandatario non acceptare mandatum, quando primò ei imponitur, illudque acceptat, si tamen acceptet tenetur illud integre implere; alioquin actio mandati directa aduersus ipsum competit mandanti ad damna omnia, & lucri cessantis, ex eo subsequuta, quod sua negligentia, aut culpa, illud non impleuerit, vt disp. 549. dictum est. Intelligo, nisi illud renunciet re integra, ita vt mandãti integrum maneat per se, vel per alium, commode id negotium expedire; aut nisi superueniat legitimum impedimentũ, quo non possit illud mãdare exequutioni, aut quo non possit integre illud exequutioni mandare, & tempestiue certiorẽ faciat mandantem de tali impedimento, si possit certiorem illum facere, vt ipse sibi ea in parte prouideat: alioquin, cum non stet per ipsum mandatarium, ad nihil tenebitur mandanti. Hæc omnia habentur §. mandatum, inst. mand. Illud verò, de renunciatione re integra, intelligo, quando mandatum esset proprium & pressum, quo mandatarius gratis acceptasset mandatum. Qñ verò pro stipendio illud acceptasset, ac proinde esset verus contractus locationis operarum, & industriæ pro stipendio, tunc vtique cogi posset implere contractum semel integre mutuo consensu celebratum, nisi legitimum ei superueniret impedimentũ, quo neque per se, neque per alium, posset commodè mandatum implere Greg. Lop. l. 20. tit. 12. par. 5. verb. *recibe el mandamiento*, cum alijs, quos citat, ait mandatarium eo ipso, quod mandatum acceptat neque re integra posse illud renunciare, sed posse cogi illud implere; si verò non impleat teneri ad dãna subsequuta: neque certe id caret probabilitate: quoniam id quasi donatio est ex parte mandatarij accepta per mandantem, quã proinde mandatarius tenetur implere. Cæterum, cum contractus celebrati censeantur iuxta dispositionem iuris, & satis aperte instituta loco citato statuatur, mandatarium renunciare posse mandatũ re integra; non auderem negare posse id licite efficere, quando mandatum esset pressum, & proprium. Lege, si procuratorem. §. mandati, & §. mãdati. ff. mand. hĩ. Eatenus competere mandatori aduersus mandatarium actionem mandati, quatenus, ex non impletione mandati, aliquod interesse cessat mandatori: quod si nullum interesse ei cesset, quia fortè mandator ipse per seipsum, aut per alium, id exequutus est, aut quia nullũ commodum ex exequutione ei proueniebat, tunc ad nihil ei tenetur mandatarius, esto sua negligentia, ac culpa, non egerit negotium susceptum.

Mandator potest etiam reuocare mandatũ re tñ integra, eoque ipso mandatum expirat. Ita habetur §. rectè, inst. mand. Re autem non integra, non posset illud reuocare, vt ex eo §. argumento 6 à contrario sensu, colligitur, & alibi asseritur. Qd intelligendum † est, nisi iusta aliqua causa superueniat, vt de procuratore ad lites tractatu. 5. dicetur,

tur,& habetur l.24.titu.5.par.3. & alijs iuribus, quæ ibi Greg. Lop. citat. Itẽ intelligendũ est,qñ contradiceret is,cum quo negotium cœptum geritur,aut inde detrimentũ aliqđ tertio illi,aut mandatario, redundaret in fama, aut in aliqua alia re, vt de procuratore ad iudicia tract.5.dicetur. Alioquin non video,cur mandator,ẽt re non integra, nõ possit reuocare mandatũ, & vel per seipsũ negotiũ persequi,vel per alium. Etenim,qñ,quę cõmemorata sunt, cessant, solum in ea reuocatione agitur de cõmodo,aut incommodo, mandatoris.

7 Præter modos†explicatos,expirat ẽt mandatũ, tam morte mandantis, quam morte mandatarij, si res sit integra. Quod si integra non sit,sed peragi cœpit negotium,neque morte mandantis expirat,sed prosequi negotium potest,ac tenetur,mandatarius,neq; item expirat morte mandatarij,sed hæredes ipsius prosequi illud possunt, ac debent. Quod si mandator,re integra,ex hac vita decedat, idque ignorantia probabili,seu inuincibili,mandatarius ignoret, atque negotium exequatur,tũc, ob eam ignorantiam,perinde res habet,ac si mandatũ non expirasset,vt mandatario competit actio mandati ex eo negotio aduersus hæredes mandãtis. Hæc habentur §. item si adhuc,inst.mand.l. mandatũ. C. eo.tit.& l.23.tit.5.p.3.Sicut morte mãdantis expirat mandatũ,ita,re integra, expirat furore mandantis, vt constat l. si quis alicui. ff.de acq. hęr. In quibus aũt euẽtibus mandatũ non expiret morte mãdãtis,disp.263.copiosè est explicatũ;caq; de cã hoc loco nõ plus hac in re immoror.

## De negotijs gestis.

### DISPVTATIO DLIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Obligationes ex quasi contractu, quæ sint; & quid sit quasi contractus.*
2 *Negotiorum gestor quis.*
3 *Obligatio, & actio negotiorum gestorum tam directa, quam contraria, ex quibus oriantur. & nu.* 10. *&* 11.
4 *Negotiorum gestorum actio in quo differat ab actione mandati.*
5 *Actio negociorum gestorum directa cui competat, & cui contraria.*
6 *Negociorum gestor de qua culpa teneatur ei, cuius negocia gessit, si aliquod illi damnum euenit. Et quid de casu fortuito, & quando. nu.* 7.
8 *Negociorum gestor regulariter non tenetur de ijs, quæ non gessit. Fallit tamen, vt ibid.*
9 *Negocium gerere incipiens, et postea imperfectum relinquens, ad quid teneatur.*
10 *Negociorũ gestorũ actio cõpetit etiã, si quis credat gerere negocia vnius, & gerat negocia alterius.*

COnsequenter est dicendum de quibusdam obligationibus,quæ ex quasi cõtractu oriũtur. Vt enim inst.de obligationibus, quæ ex quasi
1 contractu oriuntur,in prin.habetur,quædã †sunt obligationes, quæ, cum non oriantur ex contractu,eo quod nullus contractus eas præcesserit,neque ex delicto, aut quasi delicto (adde, neque ex præcepto superioris, iurisve dispositione, vt oriuntur obligatio ad soluẽda tributa,decimas,& oriuntur aliæ similes) appellatæ sunt ex quasi contractu: radicesque,vnde proficiscuntur,quasi contra
2 ctus nuncupatæ sunt. Inter†eas verò præcipuũ locum tenent,quæ ex eo proficiscuntur,quòd vnus, absque mandato formaliter, aut virtute, negotiũ alterius(iuxta ea quæ disp.539.& disp.548. dicta sunt)negotium illius vtiliter egit. Tribuitur enim id,tum ipsa rei natura, tum etiam communi bono,ne res,& negotia absentium,& minorum,detrimentum paterentur, constitutum est, vt vtrinque oriretur obligatio. Ex parte†quidem negotia gerentis,ad rationem eorum reddendam,quæ gessit,atque ad soluendum si quid ex negotio gesto ad ipsum peruenit, vt fructus rei administratæ, aut aliquid aliud, vel si quid culpa ipsius perijt,iuxta ea quæ explicanda sunt. Arq; huic obligationi negotiorum gestoris, respondet ex parte eius,cuius negotium gessit, actio directa aduersus eum negotiorum gestorem, ad ea omnia ab eo exigenda, similis ei, quæ mandanti competit aduersus suum mandatarium,aut procuratorem, de qua præcedentibus disputationibus habitus est sermo. Ex parte verò eius, cuius negotium gestũ est,oritur obligatio, ad soluendas expensas in ipsius bonum factas; nomine expensarum, intelligendo, etiam valorem industriæ,& operarum appositarum. Huic verò obligationi eius,cuius negotium actum est, respondet, ex parte negotiorũ gestoris, contraria negotiorum gestoris actio, ad id exigendum ab eo, cuius negotium actum est. Ita habetur inst. de oblig. quæ ex quasi contract. §.1.l.si remunerandi.§.1.ff.mand.l.1.& 2.ff. de neg.gest.& l.26.tit.12.part.5. Est verò eiusmodi obligatio & actio explicata, vtrinque resiliens, personalis, vt habetur l.penult.C. de negot. gest. & transit vtrinque in hęredes,& contra hæredes, tam negotiorum gestoris, quam eius,cuius negotium gestum est, vt habetur l.3.§. hæc autem.ff. de neg. gest.

Quando autem, præcedente mandato formaliter, aut virtute, negotium alicuius à mandatario esset gestum, tunc non resultaret actio negotiorum gestorum, sed mandati vtrinque; neque solum mãdatarius teneretur, si negotium egisset, ad reddendam rationẽ,& ad alia,quæ dicta sunt, actione mandati,sed etiam si negotium non egisset, indeque aliquod detrimentum mandãti fuisset subsequutum, teneretur ad id detrimentum eadem actione mandati, vt ex dictis disputationibus præcedentibus liquet: negotiorum † verò gestor, licet, si negotium agat, teneatur modo explicato actione directa negotiorum gestorum; si tamen negotium non agat,ad nihil tenetur; eò quod nullus præcesserit contractus, aut obligatio gerendi negotium, sed integrum illi sit, gerere, aut non gerere,negotium alterius. Discrimen hoc inter mandatarium, & negotiorum gestorem,atque inter actionem mandati, & negotiorum gestorum,habetur l.si remunerandi.§.1.ff.mand.& l.tutori.

l. tutori, C. de neg. gest. Immo verò negotiorũ gestor intentare non potest actione ad eum spectantem, cuius negotia gerit: quia ad id mandatum, ac facultatem non debet, eaque de causa, si actionem intenter, repelletur exceptione, quod ad ipsum id non attineat, vt habetur l. tutori citata, & l. si pupilli. §. videamus ff. eod. tit.

Quando cura bonorũ alienorum alicui incumbebat, siue tanquam mandatario, aut procuratori, siue tanquam tutori, aut curatori, siue quacumque alia cõne, tunc, si tertius aliquis illa administret in absentia eius, cui illorum cura incumbebat, eo, aut eo præsente, sed id ignorante, competit indifferenter actio directa † negotiorum gestorum, aduersus hunc tertium administratorem, domino eorum bonorum, atque ei, cui illorũ cura incumbebat; eò quod vere negotiũ vtriq; gesserit: è contra verò, competit huic tertio administratori actio contraria negotiorum gestorum, si quid vtiliter expendit, indifferenter aduersus dominum eorum bonorum, vel aduersus eum cui illorum cura incumbebat. Ita colligitur ex l. si mãdatum. C. de neg. gest. ex l. 3. §. vlt. l. itẽ si l. si pupilli, in princ. & §. si quis ita simpliciter l. liberto. §. 1. & l. mandasti. ff. eod. tit. & hẽ l. 27. tit. 12. part. 5. Et quãuis lex. §. vlt. l. si pupilli. §. si quis simpliciter, & l. si mãdasti, citatæ innuere videantur, vt aduersus vtrumuis competat actio negotiorum gestorum tertio illi negotiorum gestori, & vt vtri uis indifferenter actio aduersus eundem tertium cõpetat, necesse esse, vt is tertius sciuerit, se vtriusque negotium agere, & vt id intenderit, idque Ioan. relatus ab Accursio in glossis iuribus citatis asseuerat; Accursius tamen contrarium in eisdem glossis affirmat, nempe satis ad id esse, si vere vtriusque negotium gerit, esto non sciuerit, aut non intenderit negotium vtriusque agere; idque confirmat ex l. item si, & ex l. liberto. §. 1. citato respondetque ad alia iura, quæ contrarium innuunt; estque satis æqua opinio glossarum Accursij, quam amplecti videtur l. 27. citata.

6 De quanta autem † culpa negotiorum gestor teneatur, si aliquod detrimentum ei adueniat, cuius res, aut negotium, gerit, distinguendũ est. Qm̃ si negotia erant deserta, quæ nullus alius erat gesturus, tunc negotiorum gestor tenetur solum de dolo, ac lata culpa, quæ leg. quod Nerua. ff. depositi. dolo æquiparatur. Ita hẽ l. 3. §. interdum, iuncta glo. ibi. ff. de neg. gest. & l. 30. tit. 12. par. 5. iuncta glo. vlt. Greg. Lopez ibi. Si vero non erant deserta, sed quæ facile quiuis alius gessisset, subdistinguendum est. Qm̃, si nullus diligẽtissimus se offerebat, qui ea gereret, tunc tenetur, ẽt de leui culpa, sicut in similibus contractib. qui cedũt in vtriusque partis vtilitatem, teneri solent hõies de leui culpa. Ita hẽ l. tutori. C. de neg. gest. l. si negotia, iuncta glos. 1. ibi. ff. eod. tit. & l. 30. citata, iuncta etiam glos. 1. Greg. Lopez ibi, atque affirmat gl. §. interdum citato. Si vero se offerebat diligentissimus, qui, eo quod ipse gesserit, impeditus est, ne ea gereret, tũc tenetur etiam de leuissima culpa, vt habetur §. 1. in fine iuncta glo. ibi inst. de obli. quæ ex quasi contractu, & habetur l. 34. titu. 12. part. 5. concinit quæ l. si pupilli. §. videamus. ff. de neg. gest. atq; affirmat glos. §. interdum citato, & glo. l. si negotia citata, verb. culpam, & cõs docto rum sententia. Idem affirmat glos. proxime citata, quando is, cuius negotium gestum est, erat diligẽtissimus, & cõsentiũt Paul. Cast. ibi. & Greg. Lopez leg. 30. citata, glossa 1. Non tamen video, in negotiorum gestore, qui sine mandato diligentissimi, negotio illius gessit, locum habere, quod teneatur, etiam de leuissima culpa: quin, si negotia illius omnino erant deserta, solum tenebitur de dolo, & lata culpa, esto is, cuius sunt, si præsens fuisset, diligentissime ea exequetur.

7 De casu † autem fortuito regulariter non tenetur negotiorum gestor, vt est notissimum, & habetur l. negotium. C. de neg. gest. & l. siue ff. eod. titu. Dixi, regulariter: quoniam, si dominus negotiorum gestorum admonuit, ne sua negotia in ipsius absẽtia ageret, nisi ea lege, vt teneretur de casu fortuito, tunc, si ea in illius absentia agat, tenetur de casu fortuito, vt habetur l. negotium citata. Item, si negotiorum gestor in culpa fuit, quod res periret, vt quia in culpa fuit incendij, quo perijt, tenetur de eo euentu, vt habetur l. siue, citata. Similiter tenetur de casu fortuito, si, propter moram culpabilem rem restituendi, casu fortuito res illa perijt, quando alioquin non erat similiter, peritura, iuxta ea quæ de re commodata casu fortuito pereunte, intercedente mora, ac culpa eam restituendi, disput. 295. dicta sunt, & affirmant gl. l. si negotia, verb. si solitus. ff. de neg. gest. Item, si negotiorum gest. aliqua insolita nomine alterius est aggressus, & quæ is ipse, cuius nomine ea est aggressus non consueuerat facere, neque, si præsens esset, ea faciisset, & illa pereant casu fortuito, pereunt negotiorum gestori, & non illi aker i; vt si mancipiũ eo modo, aut equos emit, & morbo, vel alia ratione, perierunt: nisi enim iactura ex remanentibus compensetur ipsi pereunt, quo ad iacturam, quæ non compensatur l. si negotia. ff. de neg. gest. Duo quidam alij euentus, quos commemorat. glo. l. si negotia verb. si solitus, citata, duabus disputationibus sequentibus subijcientur.

Vtrum autem, si quis habeat res multas, quæ administrentur, negotia ve multa, quæ gerantur, & aliquis gerat vnum eorum, & reliqua omittat, quæ à nullo gerantur, teneatur de ijs, quæ non gessit. Dicendum † est, regulariter non teneri. 8 Quoniam, vt supra dictum est, hoc discrimen est, inter negotiorum gestorum, qui sua sponte negotia alicuius administrat, & inter tutorem, curatorem, aut quemcunque mãdatarium, qui vel ex officio, vel suscepto mandato, negotia minoris, vel cuiuslibet alterius administrare tenetur; quod negotiorum gestor potes incumbere ijs, quæ voluerit & de alijs nõ curare: tutor vero, curator, aut quicunq; alius, qui ex officio, aut suscepto mãdato, negotia alicuius administrare tenetur, nullũ præmittere potest ex ijs, quæ ex officio, aut mandato suscepto, sibi administrare incumbũt, vt habetur l. tutori. C. de neg. gest. Dixi, negotiorum gestorẽ regulariter non teneri de ijs, quæ, administrare omittit: quoniã, si alius gesturus esset negotia omnia absen-

nia absentis, & quod ipse quędã administrare voluit, ille alius nullũ voluit administrare, vtique, si conscius erat, quod, administrando quædã, impedimento erat eo modo, ne omnia administrarentur, tenetur de non administratis. l. si pupilli. §. videamus. ff. de neg. gestor. & concinit. l. 34. tit. 12. par. 5. Idem, propter eandem rationem, dicerem, si omitteret aliquã, quæ de nouo superuenirent, quando spes à principio erat aliqua esse superuentura, præstoque erat alius, qui etiam superuentura volebat gerere, & hic, suscipiendo administrationé, impedimento fuit, ne alius ét superuentura administraret. Atq; in hoc euentu verã credo esse opinionẽ Bar. & Albert. quã Greg. Lopez l. 34. citata refert; tametsi ipse contrariũ credat, verius cũ Azone, quẽ ét refert. Qñ, qui negotia administrauit, animo à principio accessit administrandi oĩa, additio ad gl. l. tutori. C. de neg. gest. verb. propria voluntas, cũ Bar. ait, teneri, si aliqua eorum gerere omittat, iusta l. Pomponius. 2. iuncta l sequẽti. ff. de neg. gest. Non tñ video ex illis iuribus id sufficienter colligi. Ac certe, qñ ex illa sui animi manifestatione impedimẽto non esset, qđ alij omnia administrarent, nõ video, cur teneatur ad ea, quæ administrare omisit, qñ connexa ac dependentia ab eis nõ essent, quæ administrauit, idq; affirmat
9 gl. citata, cui ea additio apponitur. Qñ † verò aliquis negotiũ aliquod inciperet, &, antequã perficeretur, ab eo desisteret, tunc teneretur de dãno ea de causa subsequuto: qm quasi cõtractus censetur initus inter negotiorũ gestore, & eũ cuius est id negotiũ, de eo gerendo, ac perficiẽdo l. in cõmodato. §. sicut. ff. commod. & affirmat additio ad glo. citatã. Sicut aũt morte vnius sociorũ expirat societas, quoad negotia non cœpta; secus aũt quoad ea, quæ cœpta sunt, quin potius ea sunt perficiẽda, vt disp. 514. dictũ est: ita, si qs intẽdens agere oĩa, aut multa alicuius negotia, is, cuius ea sunt, è vita discedat, negotiorũ gestor perficere tenetur quæ cœpit: nõ vero inchoare tenetur, quæ nondũ cœpit. Ita hĩ l. nã & Neratius §. si vnico ff. de neg. gest.
10 Qñ † quis, putans se agere negotiũ vnius gessit negotiũ alterius; quia res illa ad aliũ pertinebat, & non ad eũ, cuius intuitu negotiũ gessit; resultat nihilominus ex eo negotio gesto, actio negotiorũ gestorum inter eũ, cuius res illa erat, & negotij illius gestorẽ, ad ea, quæ hac disputatione dicta sũt, & quæ dicentur disputatione sequenti: non secus ac resultaret inter negotij eiusdem gestorem, & eũ, cuius intuitu est gestum; si res illa ad eum pertineret. Ita habetur l. si cum putaui. l. liberto §. 1. ff. de neg. gest. & l. 31. tit. 12. par. 5. Item l. si cum putaui, etiã habetur, si arbitratus te mihi mandasse, vt tuum negotium agere, illud egi; cum tamen nihil tale mihi mandasses; oriri inter me, & te actionẽ negotiorum gestorum, non verò mandati.
11 Item, si quis † nomine alterius recipiat aliquid siue ei, cuius nomine id recipit, esset debitum, siue non, si is, cuius nomine id est receptum, postquã rem sciuit, ratũ id habeat, oritur inter recipiẽtem, & eum, cuius nomine est receptũ, actio negotiorũ gestorum, vt is, cuius nomine est receptum, soluat expensas, si quæ rationabiliter factæ sunt in eo recipiendo, aut ad eũ perferendo, & vt aliter ei tradat, quod nomine eius recepit, deductis expensis. Ita hĩ l. si pupilli. §. item quæritur. ff. de neg. gest. & l. 32. tit. 12. par. 5. Itẽ, si quis alicui soluat debitum, quod alius ei debet, eo ipso debitor liberatur ab antiqua debiti obligatione, esto de mãdato talis debitoris nõ sit facta solutio. Oritur verò actio negotiorum gestorum inter eum qui soluit, & eũ, pro quo soluit, vt hic illi alteri soluat, quod ita pro eò persoluit; non secus ac oritur actio ad id, si de mandato debitoris solutionem feciſſet. Ita habetur l. soluenda. ff. de neg. gest. & leg. 32 citata. Vbi Gregor. Lopez quærit, num, si is qui ita pro alio soluit, offerret creditori solutionem, & creditor nollet eam recipere, liberaretur debitor à pœna, si pœna aliqua ei in euentu, quod intra certum terminum non solueret, esset statuta. Et cum Bart. ac Albert. ait, liberari, iuxta l. qui post liminij. C. de capt. & leg. qui idem. §. 1. ff. de solut. idemque aperte innuitur l. 1. ff. de neg. gest.

## Ad quas expensas is, cuius negotium gestum est, negotiorum illius gestori teneatur. Et quæ alimenta minor persoluere teneatur ei, qui ea ipsi præbuit.

### DISPVTATIO DLIIII.

*SVMMARIVM.*

1 *Negociorum gestor post prohibitionem sibi factam, non habet actionem de his, quæ post prohibitionẽ gessit: secus de his quæ ante gessit, & expendit. Fallit tamen, nisi fauor publicus versetur. nu. 2.*
3 *Expensæ vtiles, factæ in negocio gerendo, debentur negociorum gestori, vbi nulla interuenit prohibitio. Immo etiam sufficit, vt à principio fuerint vtiles. Et quid si gestor deceptus fuit, credens se vtiliter gerere.*
4 *Negocium gerens alterius in sui commodum, & vtilitatem, tenetur ei, cuius negocium gessit, etiam de casu fortuito.*
5 *Expensæ ab eo, cuius negocium gestum est, vt peti possint, quid requiratur?*
6 *Negocium vt probetur esse gestum animo deprædandi quibus coniecturis probetur.*
7 *Negocia alterius gerens insolita tenetur etiam ad damna, quæ inde prouenerunt, seu prouenire possent.*
8 *Negocia omnia aut rata habenda sunt per eum, cuius ea sunt gesta, aut in totum reijcienda.*
9 *Negociorũ gestor non potest petere expensas superfluas factas in rebus illius, cuius negocia gessit.*
10 *Expensas faciens alicui animo gratuito, & liberali, non potest postea mutare propositum, illas petendo actione negociorum gestorum.*
11 *Alimenta, & expensæ quando pietatis causa factæ præsumantur, & quando non.*
12 *Filius expendens aliquid pro patre vltra alimenta, non præsumitur velle donare.*

13 Vi-

Digitized by Google

13 *Vitricus expendens pro priuigno, non præsumitur donare, ideo habet actionē negotiorum gestorū.*
14 *Dominus si expendat pro famulo, quando præsumatur causa pietatis expendisse.*
15 *Negotiorum gestor in quo differat à procuratore, & mandatario.*

SI quis alicui expresse significauit, vt non gereret negotium aliquod, aut negotia ipsius, si, post talem expressam prohibitionem, ille id agat, atque aliquid expendat, & si vtiliter id expenderit, non † cōpetit ei actio negotiorum gestorū aduersus eum, cuius negotium gessit, & in cuius vtilitatem id expendit, sed id oīno amittit: secus, si quid expendit ante eam prohibitionem: nam id repetit actione negotiorum gestorum. Ita hæ l. vl. C. de nego. gest. l. si ex duobus ff. eod. titul. l. si procu. ff. mand. & l. 12. in fine tit. 12. p. 5. Vbi Greg. Lopez gl. vlt. cum Bar. & alijs, quos citat, excipit nisi in eis † expensis fauor publicus versetur, vt si eas faciat ad liberādum hominem à morte mutilatione graui morbo, aut carceribus, vel pro muliere maritanda, aut aliter publicus fauor in eis faciendis versetur: nam tunc eas repetit esto is, cuius negotium ea in parte agitur, contradixerit, ac prohibuerit eas facere, antequam fierent: in alijs verò euentibus eas amittit, saltem in pœnam, ex legis dispositione; ac proinde, esto is in cuius commodum factæ sunt, locupletior ex illis sit effectus, credo, etiā in conscientiæ foro, ad eas non teneri: quamuis deceat, vt eas soluat, quatenus ex illis effectus fuerit locupletior.

3 Quādo † nulla interuenit prohibitio ex parte eius, cuius negotium est gestum, vt tamen expensæ, in illo gerendo factæ negotiorum gestori debeantur necesse est, vt fuerit vtiliter gestum. Ad quod satis est si à principio negotium vtile ei esse cœperit, cuius est, esto postea casu fortuito, aut alia ratione, vtilitas effectum non fuerit sortita: Vt si quis vtiliter domū absentis reficiebat, quæ ruinam minabatur, & casu, aut malitia alterius, postea exusta sit; aut si mederi fecit morbo mancipij vtilis domino, & mortuum est. Si autem negotium à principio vtiliter non fuit gestum, vt quia maiores sumptus fecit in re aliqua, quam esset vtilitas, quæ ex eis sumptus esset speranda, tūc is, cuius erat tale negotiū, non tenetur ad eos sumptus, nisi iuxta valorē subsequutæ vtilitatis. Qñ verò aliquis credebat, se vtiliter gerere negotium alicuius, & tamen deceptus est, quia re vera vtile nō erat geri id negotiū, prudentesq; id non egissent, tunc is, cuius est tale negotium, non tenetur gestori illius ad expensas in eo factas. Hæc habentur l. sed an vltro §. 1. l. siue hæreditas l. si quis seruū, iuncta gl. vlt. ibi. ff. de neg. gest. l. si seruum. C. eod. tit. & l. 28. ti. 12. p. 5. affirmatq; Gre. Lop. ibi.

4 Quando † aliquis deprædādi causa, aut simili alia ratione in suum commodum, negotium alterius egit; idq; sufficienter constat, tunc ipse tenetur actione negotiorum gestorum ad omnia, quę alij negotiorum gestores tenentur, & disp. præcedente explicata sunt: immò verò, si occasione, qđ ita gesserit negotium alterius, aliquid casu fortuito pereat de ijs, quæ ita administrat, tenetur de casu fortuito, vt affirmat glo. si negotia, verb. sit solitus ff. de neg. gest. & innuunt iura proximè citanda: is verò, cuius est id negotium, nō teneretur illi ad expensas, nisi quatenus ex expensis fuerit factus locupletior. Ita hē l. si pupilli §. si quis negotia. ff. de neg. gest. & l. 29. tit. 12. par. 5. Quæ tñ

5 apertè innuit, vt is, cuius est negotium, ad expensas teneatur, non satis esse, si in sola, latitudine expensarum sit factus locupletior, sed esse opus, vt, vltra latitudinem expensarum, aliquam retineat vtilitatem; cum tamen §. si quis negotia, vnde ea lex sumpta fuit, nihil tale exigat, vt Greg. Lopez in eandem legem notat, meritq; dicit esse commendandum. Quæ † autem coniecturæ probent

6 sufficienter, aliquem deprædandi animo gessisse negotium alterius, lege Greg. Lopez ibid.

7 Quādo † aliquis nomine alterius aggressus est negotia insolita, quæ neque is, cuius ea negotia sunt, aggrederetur, vt si emit mācipia, aut equos, ad negotiationem, quæ non emisset is, cuius nomine ea emit, ac pereant, tunc damnum, negotiatioq; tota, pertinet ad negotiorum gestorum, vt dispu. præcedente explanatum est, & non ad eum, cuius nomine negociatio est gesta: qui tamen ratam habere potest negotiationem, atque tunc sicut lucrum, ita & damnum totum ad ipsum spectat, teneturque soluere expensas omnes, si ratā habeat negotiationem participareque lucro velit. Quando † autē multa negotia ab eodem gesta essent ipsius nomine, non posset quędam, in quibus lucrū cerneretur, rata habere, & alia, in quibus reperietur damnum, non habere rata, damnū eorum reijciendo in negotiorum gestorem: sed aut omnia tenetur rata habere, aut nullum. Ita habetur l. si negotia. ff. de neg. gest. & l. 35. tit. 12. p. 5.

8

9 Quando † aliquis gerens aliena negotia impensas fecit superfluas, tunc is cuius negotium gessit non tenetur illi soluere superfluum, sed solum, quod æquum erat ipsum impendere l. si quis alienā. 2. ff. de neg. gest.

10 Quando † aliquis gratis, animoque liberali, expendit aliquid in alterius commodum; idque, vel ex pietate, vt si mater, aut auia, alimenta præbeāt filio, aut nepoti; vel ex domestica affectione, vt si herus famulum ægrotum suis sumptibus gratis curat, aliosve sumptus illi necessarios cum eo efficiat; vel denique quacunq; alia ratione. Dei intuitu & eleemosynæ, aut ex amicitia, aut quouis alio intuitu gratis aliquid in alicuius commodum insumat, mutare non potest animū, post tale negotium liberaliter in bonum illius gestū, & petere expensas illas actione negotiorum gestorum. Ita habetur l. 1. l. alimēta. l. si filius l. si patruo C. de neg. gest. l. ex duobus l. is qui. ff. eod. tit. & l. 35. tit. 13. par. 5.

11 Vt intelligatur, qñ † aliquid ex pietate præsumēdū sit factū, vt in foro exteriori denegetur actio neg. gest. ad petendū, quod fuerit insumptū, præsertim in alimētis alicuius, in primis ante oculos est habendū quousq; descendētibus alimenta debeantur ab ascendētib. si descendentes illis indigeant, neq; habeant bona, vnde eis præbeātur, &

rursus, quousq; ascendentibus debeantur à descendentibus, qñ aliunde non habeant competentia alimenta: itemque quousq; frater teneatur alteri fratri alimenta præbere præsertim sorori viterinæ qñ aliunde alimenta non habet: de qua re copiosè dictum est disp. 368. disp. 224. §. causæ legitimæ, & potissimum disp. 228. in 5. effectu patriæ potestatis. Atq; in euentibus, in quibus, iuxta ea quæ ibi dicta sunt, alimenta eis debentur, quia aliunde ea nõ habet, non possunt eis conferri animo ea compensandi in euentu, ꝙ habeant postea bona, sed gratis sunt eis præbenda: vñ cessat difficultas, num ex pietate, aut ex liberalitate, eis collata sint, an non, sed possit postea cõpensatio peti actione negotiorum gestorum, id quod obseruat gl. l. Nesenius verb. cõueniret. ff. de neg. gest. satisque ex dictis locis citatis est perspicuum.

Qñ autem filij aliunde habent bona, vnde eis possint alimenta præberi, distinguẽdum est. Qñ si mater, aut auia, alimenta præbeant filio, vel nepoti, atque is filius, aut nepos, bona habeat apud matrem, vel auiam, vnde alimenta ei possint præberi, saltem quia talis mater, aut auia, aliquid ei debet, tunc in dubio præsumendum est eam matrem, aut auiam, intendisse præbere alimenta tali filio, aut nepoti, de bonis illius, quæ apud se habebat, ac proinde poterit postea compensare ea alimenta de bonis illis: atq; hoc est, ꝙ definit l. Nesenius ff. de neg. gest. & hĩ l. 36. titu. 12. par. 5. Idem vero dicendum est, si aliquis ascendentium per lineam virilẽ, bona habeat filij, vel nepotis, cui alimenta prębeat, aut si frater bona habeat alterius fratris, cui alimenta præbeat: in dubio, n. hoẽs, censentur præbere ea alimenta de bonis eorum quibus ea præbent, non vero gratis de suis proprijs bonis, & consentiunt, quæ disp. 239. & aliis dicta sunt. Qñ vero mater, aut auia, alimẽta præbuerunt filio, vel nepoti, filiusq; ille, aut nepos, habebat quidẽm bona, vnde poterant ei alimenta præberi, sed non habebat ea apud talẽ matrem, aut auiam, tunc, in dubio, mater, aut auia, censentur præbuisse illi alimenta gratis ex pietate paterna eaque de causa denegatur ei actio negotiorũ gestorũ ad ea alimenta repetẽda, nisi sit protestata, ꝙ ea præbebat animo illa repetendi, aut nisi is animus constiterit ex libro rationũ facto a principio, qñ alimenta præbere cœpit, quia statim scribere cępit, quæ in alimẽtis insumebat. Atq; hoc est ꝙ definiunt l. alimenta. C. de neg. gesto. & l. 36. citata, consentitq; l. Nesenius. ff. eo. tit. Consentiunt ẽt Lusitanæ ord. lib. 4. ti. 68. vbi habetur, si mater, aut auia, tutrices, aut curatrices filiorum sint, aliquidq; de suo cum filiis expendant, esto nihil protestentur, posse illud exigere a filiis, si filii habeant bona, vnde soluãt: secus autem si nec bona filiorum administrent, nec repetitionem protestentur: quia tunc censentur donare; nisi filii diuites sint, ipsæ vero pauperes, & quod insumerent, esset notabilis quantitatis, quã pp conditionem, & vires patrimonii filiorum expenderent: qñ tunc possent illud repetere, esto protestatio nulla præcessisset. Et hæc dicta sunt dis. 228, citata, nec dubito, hoc vltimum similiter esse dicendum stando in solo iure cõmuni, atque adeo extra illud Regnum: quoniam aperta coniectura tunc est, matrem, aut auiam, non intendisse id talibus filiis donare. Quando autem mater, aut auia, insumerent aliquid in rebus aliis necessarijs filiis, aut nepotibus, quæ alimenta non essent, tunc in dubio, non censerentur insumpsisse illa animo ea donandi, sed repetendi, vt eadẽ l. alimenta, iuncta gl. ibi, definitur: neq; enim est tanta præsumptio, sumptus in aliis rebus esse factos animo donandi pietate paterna, quanta est de sumptibus factis in alimentis, maioriq; est favor alimentorum, quam aliarum rerum. Hæc eadem longè maiori ratione vim habent in patre, aut auo. Atq; ea intelligе, quando non constat de mẽte, & animos eos sumptus facientis. Si enim esset apertum, quid intenderet, saltem ex coniecturis, attẽta modicitate sumptuum, multitudine bonorum talium parẽtum, generositate animi ipsorũ, atque affectu ad talem filium, aut nepotem, standum esset ei, quod ex verisimilibus, & vrgentibus coniecturis omnino prę sumeretur.

12 Quando† filius aliquid cum patre insumeret, extra alimenta ei debita l. filius. C. de neg. gest. satis innuere videtur, nisi constaret de animo liberali filij, quo gratis ea insumere intendisset, non esse præsumẽdum eum animum, ac proinde tam ei filio, quam ipsius hæredibus competere actionem negotiorum gestorum ad ea repetendum. Idem adhuc aperrius innuitur l. siue pro fratre, & l. si negotium C. de nego. gest. quando quis sumptus pro fratre, aut sorore fecisset.

Quod cũ priuignis est insumptum, nisi cõstet animo liberali insumptũ esse, sane, siue in alimentis, siue in alijs rebus, sit insumptum, conceditur actio negotiorum gestorum ad id repetendum:
13 qñ† in vitrico non est præsumendus liberalis animus, nisi ex coniecturis de aliquo animo liberalis constet, ac probetur, atque hoc, consentanee ad textum ibi, affirmant gl. vlt. l. si paterno. C. de neg. gest. Bar. & communis doctorum sententia: solum enim lex illa denegat actionem, si paterno affectu facti sint; non tamen affirmat aut innuit, præsumendum esse factos fuisse paterno affectu. Ac sane qñ vitricus tutor esset priuignorum, bonaq; illorum administrasset, nõ dubito præsumẽdum non esse animum liberalem, sicut non præsumitur in matre, & auia, tutricibus, & administratricib. bonorum filiorum ac nepotum; ac proinde tunc, esto nulla præcessisset vitrici protestatio, compensare posset eos sumptus de bonis priuignorũ. Qñ verò alius esset tutor, & administrator bonorum priuignorum, & vitricus, sine vlla protestatione, eos aleret, tunc locum posset habere. l. vlt. tit. 12. par. 5. quæ statuit, nisi vitricus protestetur, se non gratis priuignis alimenta prębere (adde, aut nisi aliunde constet, se non gratis ea præstitisse, vt si ab initio in libro rationũ scribebat, quæ cum illis insumebat) non concedi illi actionem negotiorum gestorum ad eos sumptus obtinendos: secus aũt statuit, si sumptus vtiles facti sunt in alios bonis priuignorũ: nã illius repetit vitricus, etiam si nihil sit protestatus. Ibidẽ,

cum

cum gl.citata,additur, si priuigni vitricо seruiat, esto vitricus contrarium protestetur, non posse re petere sumptus in alimentis cum eis factos. Intellige,modo seruitium, iudicis arbitrio dignum sit tanta compensatione. Quòd si seruitiũ plus, quã alimenta meretur, tunc vitricus persoluere priuigno tenetur incrementum. Idem dic,si minor cui cunque alteri suo curatori verè seruiret.

14 Qñ † paterfamilias sumptus cũ famulo ęgroto fecit,qui diuitias,liberalitatem,charitatem,ac nobilitatem talis patrisfamilias decebant in cõpetentes verò erant,vt fierent expensis talis famuli,vehemens tunc coniectura est, intendisse eos facere ex liberalitate,ac domestica affectione;ac proinde non cõcederetur tali patrisfamilias actio negotiorum gestorum ad eos repetendos, atque, vt minimum, nunquam famulus tenetur ad expẽsas supfluas,attenta qualitate suæ personæ.

Illud obserua,in euẽtibus omnibus, in quibus dictum est,in dubio, an aliquid factum sit animo liberali,ac gratis,concedi actionem negot.gest.& in similibus alijs euentibus,eum, aduersus quem conceditur,cogere posse illum,cui datur, vt prius iuramento affirmet, se tales sumptus fecisse animo illos repetendi.

15 Denique obserua,† hoc esse discrimẽ inter negotiorum gestorem, & procuratorem, eum ve,qui ad id habet mandatum. Quòd negotiorũ gestor, neque dominium,neque possessionem ei comparat,cuius negotium gerit, sed id pendet ex ratihabitione,& acceptatione eius,cuius intuitu id negotium gessit;eo quòd nunquam eum loco sui in eo negotio constituerit:procurator verò, & vniuersim,qui mandatum habebat, cum constitutus ad id sit voluntate eius,cuius negotium gerit, comparare illi potest possessionem,ac dominium. Ita Panor. c accedens,de præb.

## De alijs quasi contractibus.

### DISPVT. DLV.

*SVMMARIVM.*

1 *Negociorum gestorum actio pro quibus detur tam tutori contra pupillum, quam ipsi pupillo contra tutorem.*

2 *Pupillus pro quibus expensis teneatur tutori actione negociorum gestorum.*

3 *Contractus improprij, quasi contractus dicti, alia exempla varia,ex quibus oritur negociorum gestorum actio.*

INst.de obligationibus,quæ ex quasi contractu §.tutores,exemplum quasi contractus adhibet etiam in obligatione,quæ inter tutorem,& pupillum resultat. Cum.n. nullus contractus inter eos præcesserit,sed munus tutoris à republica in commune bonum sit institutum,ex quasi cõtractu inter ipsos tutor pupillo tenetur directa actione ad

1 ea,quæ disp.543.diximus † negotiorum gestorẽ teneri,& tenetur de culpa leui, atque ad omnia pupilli negotia, ex quorum omissione detrimentum pupillo sequeretur, vt disputatione citata dictum est,& habetur l.tutori.C.de negot.gestor. Contra

2 † verò pupillus cõtraria actione tenetur tutori ad expensas necessarias, quas in ipsius negotijs fecerit. Noïe vero necessariarum expensarũ intelligo, quas pro munere suo facere tenebatur,& quas cui denter à principio facere cœpit in maiorẽ pupilli vtilitatem,sed casu fortuito, vt incendij, aut alterius similis impeditus fuit effectus. Ad alias autẽ, ad quas ex officio non tenebatur, esto primo aspectu vtiles,ac rationabiles viderentur tpe,quo cœpte sunt,solum tenetur pupillus,quatenus ex illis factus fuerit locupletior,& non vltra. Vnde,si tertius aliquis negotium gerat circa rẽ pupilli,quam tutor administrabat, & fecerit expensas necessarias,modo explicato,tam pupillus,quàm tutor, ei tenentur actione negot.gestor. illas soluere; quia negotium vtriusq; egit,vt disp.543.dictũ est:si vero fecerit expensas,quę à principio solum sunt visæ vtiles,ac rationabiles, tutor tenetur ad eas integras,pupillus vero solum tenetur, quatenus ex illis effectus fuerit locupletior. Ita hĩ l.si pupilli. in prin. iuncta gl.vlt.ibi.ff.de neg.gest. l.in pupillo. §.planè.ff.de solu.l.verum.§.item non restituitur ff.de minor.l.2.iuncta glo.1.ibi.C.de neg.gest.& l.28.tit.12.par.5. Porrò tpe litis contestatæ attendum est,an minor sit tunc locupletior ex expẽsis secundi generis,vt intelligatur, quousq; teneatur,aut non teneatur,illas soluere. Ita hĩ l.litis.in prin.ff.de neg.gest.l.in pupillo.ff.de solu. Eiusmodi verò priuilegium, vt pupillus solũ teneatur ad expensas secundi generis, quatenus ex illis factus fuerit locupletior, non comperitur in iure concessum puberibus minoribus vigintiquinque annis, & ita gl.l.2.C.de neg.gest. Albericus,& alij,illud non extendunt ad minores puberes (tametsi non desint, qui reclament) aperteq; glossæ citatæ, & Alberico consentire videtur l.28.citata. Ac sanè ego minus æquam arbitror eam dispositionem, q̃ pupillus ad expensas illas secundi generis non teneatur, siue à tutore siue ab aliquo tertio intuitu vtilitatis minoris sint factæ: & multo minus æquum reputo, vt qñ factæ sunt ab aliquo tertio, tutor,teneatur ad illas integras, qui nihil tale mandauit,& pupillus non teneatur. Vtrum verò priuilegium hoc competat Ecclesiæ.Greg.Lop.l.28. citata cum glo.c.sine exceptione.12.q.2. verb.profuturum, Archid.& Fort.affirmat. Non video tamẽ Ecclesiam maius habere priuilegium, quam minores:eaq; de causa priuilegium, præsertim odiosum,minusque rationabile,quale hoc iudico, solis pupillis concessum,extendere non auderem ad Ecclesiam. In hoc etiam priuilegio ait gl. l.ad negotia verb.sit solitus. ff.de neg.gest. deficere regulam illam, quod negotiorum gestor non teneatur de casu fortuito:si enim, vel tutor, vel tertius aliquis,expensas secundi generis fecit in negotio pupilli,& illæ casu fortuito pereant, aut inutiles pupillo reddantur, non tenetur de illis pupillus, vt dictum est.

3 Aliud exemplum † quasi contractus adhibetur Instit.loco citato §.item si inter, qñ aliqui absque societate habent rem aliquam communem, vt si

vtrique eorum legata, aut donata sit. Si, n. vnus eorũ fructus ex ea percipiat, tenetur alteri actione directa ad dimidiũ, deductis expensis, non quidẽ ex contractu, oũ nullus cõtractus inter eos præcesserit, sed ex quasi contractu. Similiter, si in re alia fecerit vnus necessarias, aut vtiles expensas, alter actione contraria tenetur ei ad dimidiũ earũ. Atq; idem est, si vnus ex hæreditate, sibi cum alijs cõi, antequã diuidatur, fructus aliquos percipiat, aut expensas in ea faciat. In his verò, & similib. euentibus, vt si frater bona sibi cõia cũ alijs fratribus, aut vnus filiorũ, viuente patre, bona aliqua administrauit, qui ita bona administrauit, tenetur reddere rationẽ administrationis: atq;, vt Greg. Lop. l. 26. tit. 12. par. 5. gl. vlt, cũ alijs, quos citat, ait, reddenda est rõ de oĩbus, qualiter, attentis circumstãtijs concurrentibus, reddi pót: neque. n. testes possũt de oĩbus rebus adhiberi, sed in modicis statur iuso eius, qui rem administrauit; quin interdũ ẽt in magnis, dummodo personæ qualitas rei verisimilitudo, & iudicis motus, consentiant. In redden da in ratione administratoris tutelæ, aut curæ, minoris, exactio, maiorq; probatio exigitur.

Inst, loco citato §. hæres quoque; exemplũ quasi contractus subiũgitur in hæredes, qui eo ipso, q hæreditatẽ adit, tenetur legatarijs ad legata, & creditoribus ad debita defuncti, non quidẽ ex cõtractu, cum nullus legatariorũ, aut creditorũ cũ ipso anteceſſerit contractus, sed ex quasi cõtractu; qm iuris dispositione, eo ipso, quòd hæreditatem adit, resultat in eo obligatio soluendi legata, & debita defuncti, saltem iuxta vires hæreditatis, tanquam in repræsentante personam defuncti.

Ibidem §. itẽ is, subiungitur præterea exemplũ quasi contractus in eo, qui errore soluit, q non debat. In euentibus quippe, in quibus condictio, seu repetitio illius tanquã minimè debiti, ei conceditur, competit sibi actio, non quidem ex contractu, quia nullus inter ipsum, & accipientẽ interuenit, quin potius is, qui debitum soluit, intendebat distractum, hoc est, dissolutionem obligationis ex priori contractu, vel ex quacunque alia radice, sed potius sibi competit actio ex quasi contractu.

## Transactio, & compositio quid.

### DISPVT. DLVI.

*SVMMARIVM.*

1 *Transactio quid.*
2 *Transactio vt valida sit, quid requiratur, & nu. 4.*
3 *Transactio aliàs inualida, quia facta circa rem, quę transiuit in rem iudicatam, an iuramento validetur, etiam in foro exteriori.*
5 *Compositio quid, & quotuplex, & est generalior trãsactione.*
6 *Compromissum quid, & rationẽ habet trãsactionis.*
7 *Transactio, & compromissum sunt contractus innominati.*
8 *Contractus innominatus quomodo transeat in contractum nominatum.*
9 *Transactio stipulatione vestita, transit in contractũ nominatum, paritque actionem, & obligationẽ: secus si nuda, de iure communi.*
*Fallit hoc tamen de iure Castellæ, & de æquitate Canonica nu. 11. & 12.*
10 *Exceptio transactionis priuilegiata ob lites dirimendas.*
13 *Transactione facta sub certa pœna, transigentes coguntur vel illi stare, vel soluere pœnam; non aũt ad vtrumque.*
14 *Clausula rato manente pacto, quid operetur.*
15 *Transactioni si sit apposita pœna, & alter transigẽtium dicat se non velle ei stare, & postea pœniteat, an per talem pœnitentiam euitet pœnam.*
16 *Transactio si sit iuramento firmata, & simul in ea apposita pœna, potest vtrumque peti, quòd stetur transactioni, & quòd soluatur pœna, esto non fuerit apposita clausula, rato manente pacto.*
*Idem si fuit Aquiliana stipulatione vallata, numer. 17.*
18 *Transactio, de re dubia facta adeo valida est, vt nec in conscientiæ foro, transigentes teneantur alteri rem restituere, quam postea ad alterum pertinere compererint.*
*Declaratur tamen, vt nu. 19.*
20 *Transactio rescinditur ex capite læsionis infra, vel vltra dimidium iusti valoris, vel ad æqualitatẽ reducitur.*
*Idem in transactione facta per vim, vel metum, & etiam de re aliena. nu. 21.*
*Idem si sit facta cum minore, qui sit notabiliter læsus. num. 22.*
23 *Euictio an, & quando detur in contractu trãsactionis, si aliqua res per transactionem mihi tradita, fuerit euicta.*
24 *Transigentium mens, & intentio qualis.*

QVamuis transactio contractus quidã sit, eaque de causa sermo de illa, antequã de quasi contractibus fuisset habendus; quia tamen transactio inseruit ad lites, & dubia componenda, quæ ex contractibus, quasi contractibus, aut ex quacunque alia re oriuntur, idcirco sermonem de transactione in hunc locum distulimus.

Transactionem, cum Pan. in rub. de transac. & cum alijs, consentaneè ad varia iura, sic possumus
1 definire. Est de re † dubia, lite, aut controuersia iã mota, non gratuita pactio. Dicta. n. est transactio, vt Bar. & alij, quos Padilla in rub. C. de transac. nu. 17. & Gutier. de iur. cõfir. par. 3. c. 2. nu. 2. referũt, ac sequuntur, quasi transitio actionis: eo q is, qui transigit (qui, vt gl. l. 2. C. de transac. ait, proprius est actor, quam reus, tametsi vtriq; transigere conueniat) transeat, hoc est, recedat ab actione, quæ sibi competebat. Dictum verò in definitione est, de re dubia: quoniam, si tempore transactionis, alicui transigentium constaret, rem, de qua est controuersio, pertinere omnino ad alterum, inualida esset transactio, non solum conscientiæ foro, vt ex se est notissimum; eo quod nullus esset iustus titulus, quo aliquid posset accipere, vt recederet ab actione, si esset actor; aut quo posset retinere id de quo agitur, aut aliquid accipere, vt id relinqueret, ad quem pertinebat, si esset reus;

quippe

Digitized by Google

quippe cum nihil tale detur, aut concedatur ab altero, nisi inuoluntariè mixtè, quia aliter obtinere, aut conseruare, pacificè nequit, quod omnino ad se pertinet; sed ét inualida esset eadem transactio in foro exteriori, vt constat ex l. in summa, ff. de condict. indeb. ex l. præses, & l. sub prætextu. 1. C. de trãsact. & ex l. 33. in fi. tit. 14. par. 5. Obseruat verò Pano. c. super eo, in fine, de transf. consentancè ad iura citata, si actor transegit, sciens tẽ ad alterum pertinere, transactionem esse ipso iure nullam, iuxta l. in summa citatam: si verò reus transegit, sciens rem ad actorem attinere, quamuis transactio in foro exteriori non sit ipso iure nulla, subueniri tamẽ in eo foro actori doli actione, vt transactio rescindatur, iuxta l. sub prætextu citatam: quæ actio biennio durat, vt glo. ibi affirmat. Atq; iuxta hæc accipienda sunt, quæ habentur l. 14. tit. 15. par. 5.

2 Ob † eandem rationem, quia scilicet, vt transactio valida sit, necesse est, vt sit de re dubia, inualida est transactio, quæ fit circa rem, circa quam lata est iam sententia, quæ transiuit in rem iudicatã, vel quia est vltima omnino, vel quia ab ea congruo tempore non fuit appellatum, aut supplicatum l. si causa. C. de transf. & l. eleganter. §. si post. ff. de condict. indeb. Si tamen aduersus eam locũ haberet restitutio in integrum, vel aliud esset remedium, ita vt res cõtrouersa iterum in re posset, aut ambo litigantes, ignorantes latam esse sententiam, transactionem facerent, valida esset transactio: quoniam, vt transactio valida sit, satis est, vt dum ea fit, incertum vtrig; transigentium sit, ad quem id pertineat, circa quod transigunt, esto in se certum sit, ad quem eorum attineat, vt infertius dicetur. Quod autem in his omnibus casibus valida sit transactio circa rem, circa quam lata est sẽtentia, quæ transiuit in rem iudicatam, hẽ l. si causa, & l. eleganter. §. quid ergo. citatis, & l. post rẽ. ff. de transf. Quando autem is, in cuius fauorem lata est sententia, quæ in rem iudicatam transisset, cõsentiret in transactionem, ad suam redimendam vexationem, quia alter difficilis est, ac potens, neque obtinere ab eo facilè potest iustum, quod ipsi est adiudicatum, tunc inualida esset transactio, & post partem vi transactionis obtentam, posset agere ad reliquum: eo quod nulla fuisset transactio.

Quæst. Vtrum autem transactio facta circa rem, circa quam lata est sententia, quæ in rem iudicatã transiuit, si iuramẽto † confirmetur in euentu, in quo, 3 iuxta hactenus explicata, secluso iuramento esset inualida, vires ex iuramento assumat, validaq; in cõscia, & in exteriori foro reddatur. Bar. & communis sententia, quam Padilla l. si causa. n. 16. & Gutier. de iur. confir. par. 3. c. 4. nu. 5. referunt, ac sequuntur, asseuerãt, validam esse. Qm̃, quamuis secluso iuramẽto, neq; vt pactum adhuc sit valida; iuramentum tñ vires illi tribuit, etiam in foro Decis. seculari. Sanè dicerem, Si nullum omnino superesset dubium, post latam sententiam, quæ in rem iudicatam transiuit, rem vllam ita ad eum pertinere, cui adiudicata est, vt ex ea conscientia possit totam illam accipere, aut retinere; id quod semper



euenit, easq; vires habet sñia, quando is, cui res adiudicata est, aliunde non est conscius, sententiam, materialiter saltem, esse iniustam; neque de animo oĩno liberali constat eius, pro quo lata est sententia volentis id condonare, quod transactione remittit; qui animus regulariter non est præsumendus, sed potius inuoluntarius mixtè: immo verò, qñ animus adesset liberalis, partẽ in eo euentu verè condonandi, non esset id transactio, sed mera donatio, ac liberalis remissio eius partis sibi oĩno debitæ, vt hẽ l. 1. ff. de transf. & ex tradita definitione transactionis constat. Saoè, inquam, tunc dicerem, non magis eam transactionẽ vires accipere ex iuramento, validamq; reddi, quam vires ex iuramento assumat, validaq; reddatur promissio vsuram, earumq; solutio iuramento confirmata; cum sit vtrobiq; eadem prorsus rõ. Quare, sicut promissio vsurarum, aut non repetẽdi illas, si iuramento aliquid horum confirmetur, obligat quidem in conscientiæ foro promittentem, non contrauenire iuramento, nisi prius relaxationem illius obtineat; eo quod adimpletio eius promissionis mala non sit ex parte promittentis; nõtamen vires ex iuramento habet, vt vsurarius tuta conscientia retinere possit vsuras, aut vt, qui eas promisit, aut soluit, non possit petere, ac obtinere relaxationem iuramenti, vsuraſq; ea relaxatione obtenta, non soluere, aut solutas repetere, vt ex dictis disp. 149. facilè liquet: ita in re proposita, qui transactionem illam iuramento confirmauerit, tenetur quidem in conscientiæ foro, non cõtrauenire iuramento, nisi prius relaxationẽ illius obtineat; eo quod id malum non sit; attamen potere, & obtinere, potest relaxationem iuramenti, eaque obtenta, neq; in conscientiæ, neque in exteriori foro, tenetur transactioni stare; isque, cum quo ea transactio facta est, neq; in conscientiæ, neque in exteriori foro, poterit id retinere, quod ea transactione obtinuerit, etiam antequam alius relaxationem iuramenti obtineat; eo quod transactio illa, in se, secluso iuramento, inualida, innolũtariè confirmata; quæ proinde, nec vi iuramenti, potuit ius vllum in alterum transferre, sicut nec promissio vsurarum iuramento confirmata, vim habet, ad ips in vsurarium transferendum.

4 Additum in definitione est, lite † aut cõtrouersia, iam mota: quoniam, vt aliquid transactio sit, necesse non est litem esse motam, rẽ ve, circa quam transactio fit, deductam esse in iudicium; sed satis est, quod circa eam res oriri incipiat cõtrouersia, ac dubium inter aliquos, ad quem eorum pertineat, vt l. 2. C. de transf. habetur. Immò verò pactum, quo duo ꝺbi mutuo remittunt grauamen cõditionale, ac dubium, sum in futurum id sit locum habiturum appellatus transactio l. si decommisso. C. de transact.

Præterea in definitione additur, non gratuita pactio, qua videlicet reus tribuit aliquid actori, vt recedat ab actione, iusque remittat, quod prætendere potest, vel qua cõcedit ei rem, aut aliquid rei, de qua est controuersia, pro reliquo rei, vel pro aliquo alio, quod actor ei tribuat. Qm̃, si absque aliqua recompensatione, vnus concederet alte-

si rem, aut ius, quod circa eam prętendere potest, non esset transactio, sed compositio, aut condonatio, vel pactio, latè sumpto vocabulo. Quare, qñ Summus Pontifex, in bulla cruciatę ei qui vnum tribuit in subsidium belli contra infideles, condonat longe maiorem summam de ijs, quæ dẽt personis incertis, quæque restituere tenetur pauperibus, non dicitur esse id transactio, sed compositio: quia, quod Summus Pontifex ita cõdonat, ac remitti sub conditione illa, vere gratis illud remittit; quippe cum reliquũ, quod soluitur in auxilium belli contra infideles, aut ad alium pium finem, sit ẽt debitum, ac obnoxium restitutioni; vnde bulla illa, compositionis nuncupatur. Idem est de reliquis cõpositionibus, quæ Summi Põtificis autoritate fiunt, de reditibus beneficiorum male perceptis, & de alijs similibus rebus.

5 Hoc loco obserua, compositionem† latius patere, quam transactionẽ, eamq; proinde suo ambitu cõtinere. Compositionem enim possumus diuidere, in eã, quę est de re, circa quã nulla est controuersia aut dubiũ; qualis est, quæ proximè explicata fuit: & in eã, circa quã cõtrouersia est, aut dubium, ad quẽ pertineat, pertinereve in futurũ debeat. Hæc rursus subdiuiditur, in eã, qua vnus contendentium aliquid, quasi in pretium, tribuit alteri, vt recedat a lite, & condonet ius, quod prætendere poterat circa rem illam, siue id quod tribuit, sit pars rei, de qua agitur, aut ius quod cõcedens in ea prætendebat, siue aliquid aliud. Atque hæc est transactio a nobis definita, de qua modo agimus; neque locum hẽt in rebus spiritualibus; vt in lite, aut in cõtrouersia, de beneficio Ecclesiastico, vel de re alia simili, vt alio loco dicetur. Qui vero compræhenditur sub compositione ample sumpta, merito interdum cõpositio nuncupatur. Diuiditur prætereа in eam, qua amicabiliter lis, & controuersia componitur, prudentis arbitrio, diuidẽdo rem aut emolumentum, q̃ ex ea speratur, inter eos, qui circa eam controuertunt, aut id aliunde cõpensando pro quantitate, & qualitate iuris dubij, quod vnusquisque eorũ prætendit, vt ea ratione ostiũ litibus præcludatur, aut finis eis iam motis ponatur, paxque conseruetur; non tamen quasi ibi aliquid detur in pretiũ, aut quasi in pretium, pro iure ad rem spiritualem, quod alius obtendebat. Atque eiusmodi compositio, quæ vere non est transactio; locum habet circa res spirituales, vt alio loco dicetur.

Ex definitione transactionis hactenus explicata, atque ex dictis disp. 152. vbi, quid cõtractus in genere sit, copiosè explicatum est facile constat, transactionẽ contractũ esse, eumq; non gratuitũ, 6 sed onerosum. Idẽ† dicẽdum est de cõpromisso, quo aliqui mutuo consensu in sniam arbitri, aut arbitratoris, controuersiam aliquam dirimendã, reijciunt, spondẽtes, se illi staturos, ac parituros: de qua re tractatu 5. copiosius futurus est sermo. Immo vero eiusmodi cõpromissũ, præsertim postquã emologatũ est, hoc est, postquã mutuo vtriusque cõprom ittentiũ consensu status sententiæ, aut arbitramento, iam prolatis, utq; acceptatur, ratio pẽ habent transactionis latius sumpto transactionis vocabulo, vt cum Bar. & plerisque alijs, affirmat Molina l. b. 4. de primog. c. 9. nu. 1. & Azeuedo in l. 4. tit. 21. lib. 4. nouæ coll. Per eiusmodi n. cõpromissum, non solum vtring; à lite, aut cõtrouersia disceditur, sed ẽt vnusquisq; litigantiũ iudicio eius, aut eorum, in quos fit cõpromissio, exponit ius, q̃ in ea re prętẽdit, vt alter similiter iudicio eorũdẽ exponat ius, q̃ in eadẽ re prætendit.

7 Sunt† verò transactio, & compromissum, cõtractus innominati, nempe; facio, vt facias; aut do, vt facias hoc est, recedo à lite, meumque ius arbitrio talis, aut talium, committo, vt tu idem facias; q̃ cernitur in compromisso, aut do tibi tantum, vel talem partem rei, circa quã nobis est cõtrouersia, vt à lite discedas, & in consequẽtiã mihi cedas ius, quod in ea re prætendis; quòd cernitur in transactione presse sumpta. Vnde, quia in transactione recedit à lite cedendo ius, q̃ is, cũ quo transactio fit, in ea re prætẽdebat, inde proficiscitur, qd, si is, qui illud credit, verè erat dominus rei illius, eo ipso transferat dominium illius in eum, cui illam titulo transactionis tradit, aut cui illam, anteà cũ eo possidenti, titulo transactionis relinquit. Ita cũ Bal. affirmat Lassarte de decim, vend. c. 17. nu. 51, argõ l. ex causa transactionis. C. de vsuc. pro empt. & l, si per errorem ff. eo. tit. Quod autem transactio, & subinde ẽt compromissum, cõtractus sint innominati, similitudinẽ cum locatione habentes, & iuxta illam regulãdi, affirmant cum Bar. & alijs, quos referunt, Greg. Lopez l. vlt. tit. 6. par. 5. gl. 1. & Lassarte vbi sup. c. 7. nu. 5. & c. 17. nu. 51. & consentiunt iura. §. sequenti citanda. Vnde Lassatte vtrobiq; infert, ex transactione nõ deberi tributum, quod in Castella alcauala vocant, & in Lusitania sisa, esto in trãsactione pecunia detur alteri transigentium, vt à lite recedat: qm̃ in his Regnis, tributum illud solum debetur ex emptione, & venditione, atq; ex permutatione: longè verò diuersus contractus est transactio, esto in eo pecunia intercedat, idẽque, cum Padilla, affirmat Auezedo vbi supra n. 11. Si tamen fraus adesset, quia simularetur transactio, cum tamen contrahentibus tempore simulatæ transactionis constaret, rem, circa quam trãsigi dicitur. verè esse eius, qui illam alteri tradit, aut relinquit, pro pecunia, aut re alia, tunc esset vera emptio, & venditio, aut permutatio, ac proinde deberetur tributum illud vt Lassarte, Padilla, & Azeuedo rectè obseruant.

8 Contractus† innominatus, aut quoduis aliud pactũ nudũ, adhibita certa verborũ forma, stipulationis, aut acceptilationis, transit in contractũ nominatum stipulationis, aut acceptilationis, ex illoq; oritur eo ipso ciuilis obligatio, & datur actio, vt dic. 153. & dic. 155. dictum est. Hinc effi- 9 citur, q̃ † quamuis transactio sit contractus innominatus, si tñ transactio celebretur intercedente stipulatione transeat in cõtractum nominatum, ac proinde, non solum naturalis obligatio, sed etiam ciuilis oriatur, competatq; ex illa, non tantum exceptio, sed etiam actio ad cogendum illam implere, eique stare. Vt vero habetur l. 2. ff. de transac. & alijs iuribus, habet locum in hoc con-

tractu

ctactu stipulatio Aquiliana, à Gallo Aquilio, à quo nomen accepit, introducta, cuius forma traditur inst. quib. mod. toll. oblig. §. est autem. Si enim v.g. vnus ab alio petat centum, quæ dicat sibi ab eo deberi, & alius neget, quicquam ei debere, atq; transactio inter eos fiat, vt soluantur tantum quinquaginta, vallatur ea transactio stipulatione Aquiliana, transitque proinde in contractum nominatum, si is, qui obtendebat cẽtum sibi deberi, dicat quicquid mihi debes vltra quinquaginta, promitto mihi aio nouandi antiq̃ obligationem? & alius cũdeat, promitto; ac tursus hic dicat, quicquid vltra quinquaginta tibi debeo, habes ne illa accepta? & alius respondeat, habeo; tunc ea stipulatione, & acceptilatione, vallata manet transactio stipulatione Aquiliana, quæ vtraque illa parte constat, nempè stipulatione, & acceptilatione. Si autem transactio fiat, nec stipulatione valletur, tunc, quãuis in conscientiæ foro consurgat obligatio ad standũ ei contractui, illumq; ex vtraque parte implendum vt ex dictis disp. 257. satis liquet, in foro tñ exteriori, si is, cui aliquid promissum est, vt ab actione discedat, cedatq; iuri suo, nihil ex sua parte vlterius impleuit, vt tradendo scripturam, in qua ius ipsius continebatur, aut aliud simile efficiendo, non conceditur ei actio, ad petendum, q̃ ita sibi fuit promissum, sed solum poterit prosequi actionem præteritam, aut eã de nouo attentare, si nondum fuerat intentata. Quòd si alter excipiat, seu opponat, præcessisse transactionem, tunc poterit petere, vt impleat ex sua parte contractum, soluendo, quod in recompensationem promisit, aut ab ea exceptione desistat, neque impediat intentari, & prosequi litem. Contrà verò is, qui aliquid promisit, vt alter ab actione desisteret, aut vt eam nõ intentaret, semper alteri actionem intentare, aut prosequi volenti, excipere, seu opponere poterit, transactionem inter ipsos factam (idem intellige de compromisso emologato) eaque exceptione repellere eum à lite intentanda, aut prosequẽda, esto, qui ita excipit, nondũ ex sua parte contractũ transactionis impleuerit, modo paratus sit eũ implere: estq; ejusmodi † exceptio valde priuilegiata in iure ob lites extinguendas, vt constat, ex l. fratris. l. causas, & l. non immorem. C. de transact. ex l. postq̃ litis. C. de pact. & ex c. 1. de lit. cont. libro 6. vbi hæc exceptionem hanc impedire litis cõtestationem: qđ Molina lib. 4. de primog. c. 9. n. 39. & 40. intelligit, qñ ea exceptio est in promptu, neque requirit altiorem indaginem: nam si altiorem indaginem requirat, contestatus lis, & in progressu examinatur ea exceptio. Eum legito, qui referat, stylum apud multos in hoc Castellæ Regno obtinuisse, vt eiusmodi exceptiones, q̃ de iure cõi impediunt litis contestationem, eam non impediãt rectèq; admonet, contrariũ fieri debere, qñ eiusmodi exceptiones sunt in promptu, neq; longam requirunt indaginem. Quod si cõtractum ex sua parte impleuit, tunc integrum erit ei, vel repetere, quod dedit, eum intereq; intentari, aut prosequi litem, neque aliter aduersarius audietur, quàm integrè restituat, quod accepit, vt iuxta l. si diuersa. illis verbis: *refussa pecunia*: C. de transact. & alia iura, cum communi sniã affirmat Molina lib. 4. de primog. c. 9. nu. 43. vel exceptionem præteritæ transactionis opponere, eaque aduersarium repellere à lite intentanda, aut prosequenda. Hæc constant, tum ex dictis disput. 255. vbi hæc de contractibus innominatis in genere, ac pactis nudis explicata sunt, tam etiam ex l. eleganter. §. si quis post. ff. de condict. indeb. & ex l. si super. l. si diuersa. l. vt tñsum est. l. cum proponas, & l. siue apud acta, iuncta glo. ibi verb. pacto. C. de transact. habentq; verum ẽt si transactio sine scriptura sit facta, vt hẽc l. cum te

11 transegisse. & l. siue apud acta, eo. tit. Non † tamẽ hæc locum habent in hoc Castellæ Regno, vbi ex contractu innominato, ac pacto nudo oritur obligatio ciuilis, & datur actio, esto neque stipulatione, neq; aliqua alia re, valletur, ac vestiatur, vt constat ex l. 3. tit. 8. lib. ord. quæ est l. 2. tit. 16. libr. 5. nouæ collect. in calceq; disp. 257. dictum est. Quo fit, vt, esto nuda trãsactio inter aliquos in hoc Regno celebrata sit, vterius contrahentium cogere possit alterum stare transactioni, eamq; ex sua par

12 te implere. Atque idem est de iure † canonico, in foroque Ecclesiastico, vt eadem disp. 257. dictum est. Vtinam autem de iure communi ciuili rescinderentur subtilitates illæ solemnitates, ac discrimina, inter contractus nominatos, & innominatos, pacta nuda, ac vestita, ab ethnicis hominibus intuitu minuẽdi lites in eo introducta, quę potius inseruiunt ad lites multiplicandas, inextricabiles que eas efficiendũ, ad obscurum, nimisq; longum ciuile ius reddendum, ad circumueniendũ simplices, minimeq; in eiusmodi subtilitatibus, ac solẽnitatibus iuris ciuilis versatos.

Ius Castellæ.

Ius Lusitan.

13 Quando † transactio facta fuit sub certa aliqua pœna nolenti illi stare, aut ei contrauenienti, tunc is, qui transactioni non stat, eiue contrauenit, cogi potest, vel illi stare, vel pœnam soluere, non vero compelli potest ad vtrumque. l. rescriptum. §. si pactum. ff. de pact. l. prædia. ff. de actionib. empt. leg. apud Celsum. §. Labeo. ff. de dol. except. l. 1. §. vlt. ff. de stipul. seruor. & l. 34. tit. 11. par. 5. Atque iuxta l. 35. sequentem, optio est penes eum, qui transactioni stare vult, cogere alterum, vel transactioni stare, vel soluere pœnam, idemque habetur. §. si pacto, & l. prædia, citatis & affirmat glo. l. cum proponas, verb. exceptio. C. de transaction. iuxta l. eleganter. §. penult. in fine. ff. de condictio. indebit.

Neque credo contrarium affirmare Bar. & cõmunem sniam in transactione, quæ cõtractus est oneros us, sed solum in stipulationibus pœnalibus gratuitis, si consulas, quæ Grego. Lope. l. 34. citata glos. 1. & l. 35. glos. 2. tradit. In vtraque vero illa lege sermo est de omnibus promissionibus, etiam gratuitis, & quo ad has tantum videtur esse cõtrouersia, lexque 35. in omnibus vniuersim promissionibus id definit cum paucis, quos Grego. Lop. ibi refert, & meo iudicio optimè, præsertim post l. vlt. C. de nouationibus, per quam, stipulatione pœnæ, non censetur facta nouatio prioris obligationis, vt etiam obseruat Greg. Lope. glo. 1. citata, quasi in gratuitis obligationibus, vt vult Bartol. si apponatur pœna non stanti obligationi, is, qui

obligationi non velit stare, solum possit compelli ad pœnam soluendam, nō verò, vt stet obligationi. Hæc verò nescio, an satis attēderit Gutier. de iur. confir. par. 1. c. 60. num. 1. Cæterum de his iuribus redibit sermo disp. 559. Si aūt trāsactioni, in qua pœna apponitur nolenti illi stare, illive contrauenienti, adijciatur clausula, rato nihilominus manente pacto, tunc contrauenies, cogi pōt, & pœnam soluere, & nihilominus stare pacto trāsactionis, repellendo eum exceptione, aut etiam, de iure canonico, & Castellæ, actione eū cōpellendo transactionem seruare, vt §. præcedente dictū est. Qd, apposita ea clausula, possit contrauenies cōpelli soluere pœnā, & stare transactioni, hī l. qui fidē. ff. de transa. l. cum proponas. C. eo. tit. & l. 34. tit. 11. par. 5. quæ id vniuersim affirmat de oī contractu, ac pacto, cui pœna cōuentionalis adiungitur, apposita ea clausula: sicut aūt, si ad trāsact. onē clausula non apponatur, qui contrauenit transactioni, cogi non pōt ad vtrumque, sed ad alterum tātum, ita in cæteris contractibus, in quibus pœna conuētionalis apponitur, res similiter habet, vt cōstat ex l. prædia. ff. de actionib. empt. & cum Padilla, & aljs, affirmat Gutier. vbi supra nu. 7. Si tñ agatur ad pœnam, & plus interfit seruatum esse contractum, potest insuper agi ad incrementū interesse illius vltra eam pœnam, vt hī l. prædia citata, & affirmat glo. vlt. l. qui fidem citata. Quin, si pœna conuentionalis à principio applicata fuit cāæ piæ aut alicui alteri, potest is, cui fides non est seruata, agere insuper ad interesse, vt cum Alex. & Grego. Lop. Gutier. vbi supra num. 6. affirmat.

14 Obseruandum † tamen est, clausulam illā, rato manente pacto, non id operari, vt seruetur pactū, & semper quoties illi fuerit contrauentum, exigatur pœna, sed solum, vt semel, hoc est, prima vice pœna exigatur, argumento l. boues. §. hoc sermone. ff. de ver. sign. nisi addatur clausula, toties quoties: nam tunc pœna exigi potest vltra primam vicem, vt affirmant gl. vlt. l. qui fidem citata, iuxta l. si duo. §. duo. ff. de arbit. Bar. & cōis sententia, quā Gutier. vbi supra nu. 3. refert, ac sequitur. Vbi, cū Romano, & Padilla, addit, apposita clausula, toties quoties, posse pœnam exigi bis tantum, vt infinitas vitetur, iuxta l. fideicommissa. §. si quis decem. ff. de leg. 3. Sanè, vt ibidem gloss. iuxta l. sicut in princip. ff. quib. mod. vsuf. amittatur, asseuerat, clausula, toties quoties, non id significat, quod bis tantum, neque ex l. fideicommissa, & ex similibus iuribus, id colligitur, ac proinde arbitror quoties soluta fuerit pœna, si intentetur vlterius actio, cogi iterum posse, qui eam soluit eandem rursus soluere. Lege quo ad hæc omnia Grego. Lop. l. 34. citata glo. vlt.

Dubiū 15 Vtrum autem quando pœna apposita fuit contrauenienti transactioni, si alter transigentium dicat, se non † velle stare transactioni, & antequam rem deducat in iudicium, lisque contestetur, pœniteat, dicatque, se velle transactioni stare, tali pœnitentia purget, ac euadat pœnam. Gloss. vltim. l. qui fidem. ff. de transact. & gl. l. si quis maior, ver. iudicem. C. eod. titu. affirmanter respondent, qñ transigentes dixerunt, se non petituros; quoniam intelligitur, in iudicio, lite contestata, iuxta l. amplius. ff. rem ratam habere, affirmatq; Gutier. vbi supra num. 4. cum Padilla, id verum habere; etiā si apposita fuerit clausula, rato manente pacto: secus autem dicunt prædictæ glossæ rem habere, si pœna fuit apposita contrauenienti trāsactioni, aut quouis modo petenti, aut inquietanti alterum; nam tunc, per eam pœnitentiam ante litem contestatam, non purgatur, neque euaditur pœna argumento l. si quis maior, citatæ, & aliorum iurium quæ citant. Quamuis autem clausula, rato manente pacto, & pœna apposita, cōmunes à principio sint vtrique transigentium; si tamen prius eorum contrauenerit transactioni, eo ipso alter impunè, ac licitè potest eidem transactioni nolle stare, esto alter pœniteat, stareque rursus velit transactioni, & esto transactio confirmata vtrinq; fuerit iuramento; eam habent tacitam conditionem, si ex altera parte fides seruetur. Ita cum Bart. Padilla, & communi doctorum sententia, Gutier. vbi supra nu. 5. & consentit Greg. Lop. l. 34. titul. 11. par. 5. glo. vlt.

16 Quando † transactio confirmata est iuramento, & simul apposita est pœna contrauenienti transactioni, tunc vtrumque peti potest, & quòd stetur transactioni, & quòd soluatur pœna, esto non apposita fuerit clausula, rato manente pacto.

Ratio est, quoniam in primis pœna peti potest; & vi, & virtute iuramenti tenetur contrauenies omnino stare transactioni, quam & iuramento iuro, ex eo iuramento conceditur actio, vt contrauenies cogatur seruare pactum nudum, contractui ve innominato transactionis, vt disp. 256. comprobatū est, quare vtrum quē peti potest, ratum semper quod appositum, tam transactioni, quàm cuicunque alteri pacto, vim habet clausula, rato manente pacto, eaque de causa, si cuicunque alteri pacto iuramento confirmato, pœna illi non stanti apponat, vtrumque similiter peti potest, videlicet, & quòd pœna soluatur, & quòd impleatur pactum. Ita de transactione est dispositum l. si quis maior. C. de transa. vbi habetur, is, qui contrauenit transactioni iuramento confirmatæ, incutit ob periurium pœnam infamiæ, soluit pœnam, & quam dat apposita, reddit, quod acceperat, vt lis dissideret, redeatque iuri suo, & repellitur ab actione, tanquam illa eo ipso priuatus, & consentit communis doctorū sententia, quam Gutier. vbi supra refert, ac sequitur. Quòd autem si quod is aliud pactum iuramento non firmetur, pœnaque apponatur illi non stanti, contrauenienti reuocare, soluere pœnam, & cogatur stare pacto, atq; in pœnam infamiæ eo ipso similiter incidat, affirmat etiam communis doctorum sententia, quam ibid. Gutier. nu. 11. refert, ac sequitur. Incurrit enim pœnam infamiæ, tato ciuiliter, quàm canonico, quicunque transgrediatur iuramentum promissorium, quando eo ipso nō parat is, cui præstatur, vt Conan. 5. quamuis pactū par. 1. §. 17. nu. 4. cum communi doctorum sententia, iuxta l. si quis maior. C. de transact. & c. infames. 6. q. 1. affirmat.

17 Quando † transactio, non † fuit quidē iuramento confirmata, attamen vallata fuit Aquiliana stipula-

pulatione, si insuper apposita fuit pœna illi cõtrauenienti, tunc simul exigi pot pœna ab eo, q contra illam venit, & cogitur restituere, si quid, vt à lite discederet, accepit, ac repellitur ab actione intentanda, aut prosequenda. Ita hĩ l. vbi pactum. C. de transl. iuxta Bartoli, Azonis, & cõem intellectum, vt ibi glossa affirmat. Hinc, cum Orozco, Gutier. vbi supra, nu. 9. ait, si transactio Aquilana stipulatione valletur, pœnaque apponatur cõtrauenienti, quam incurrat toties quoties contrauenerit, rato semper manente pacto, & insuper iuramento confirmetur, habere pleniſſimum robur, ita vt maius illi apponi non possit. Vtinam verò totum hoc robur, iuris dispositione, illi tribueretur celebratæ pacto nudo, & apposita pœna, ac confirmatæ iuramento, ita vt, celebrata pacto nudo, totum idem robur haberet, præter robur pœnæ, & iuramenti, quæ illi pro beneplacito transigentium possent addi: tunc enim via præcluderetur quam plurimis litibus, ac rescindi possent, & deberent, multa iura difficilia, tum vt intelligantur, tum etiam vt concilientur.

Vt supra dicere incipiebamus, transactio de re inter transigentes dubia tempore, quo facta fuit
18 transactio, valida † est, tam in conscientiæ, quam in exteriori foro, esto postea ex scriptura aliqua publica, aut aliunde, euidenter constet, rem ad alterum vere pertinuisse: neque tunc, qui illam per transactionem obtinuit, teneretur eam rem alteri restituere, ad quem vere attinebat: sicut neque is, qui aliquid accepit, vt per transactionem remitteret ius, quod in ea prætendebat, teneretur restituere, quod ita accepit, esto postea similiter comperiatur, non ad se, sed alterum cui transactione pro eo pretio eam reliquit, vere pertinuisse. Ratio autem est, quoniam in ea transactione intercenit quasi venditio, ac commutatio iuris dubij, prout tunc sub eo dubio erat, pro se, quæ pro illo data fuit, quicquid re ipsa veritas rei in se haberet, posteaque temporis progressu constaret: quare quicquid postea in contrarium constet, valida censetur ea transactio, tam in conscientiæ, quam in exteriori foro. Ita habetur l. Lucius, iuncta glossa ibi. ff. ad Trebell. quæ rem optime explicat, & l. sub prætextu. 1. & 2. C. de transl.

19 Est tñ † obseruandum, vt talis contractus iustus sit, necessarium esse, vt prudẽtis arbitrio seruata sit æqualitas inter contrahentes, ita videlicet, vt tãtum pro recessu ab actione, accessione iuris, quod remissum est, fuerit datum, quantũ ius illud in hominũ æstimatione valebat, prout erat sub eo dubio. Quod si valor cæterarum rerũ, quæ absque vllo dubio possidentis sunt, non consistit in indiuisibili, sed certam habet latitudinem intra limites iusti, longe maiori cum ratione valor eiusmodi iuris incerti, quod litibus, ac sumptibus est definiendum, in indiuisibili non consistet, sed magnam habebit latitudinem intra limites iusti, eaq; de causa difficile admodum est condemnare transactionem aliquam tanquam iniustam. Qñ tamen, prudentis arbitrio, certò constaret, in aliqua seruatam non fuisse æqualitatem, tunc, qui illam non seruasset, teneretur in conscientiæ foro, reducere eum transactionis contractum ad æqualitatem.

Hinc dubitant doctores, num, qñ in trãsactione alter transigentium deceptus est vltra, aut in- Quæst.
20 fra, dimidium † iusti valoris, non q̃dem comparatione eius, quod postea ipis progressu ex aliqua scriptura, aut aliunde, compertum est naturam rei habuisse, sed comparatione valoris, quem habebat ius dubium, cui is cessit, prout sub eo dubio erat tẽpore transactionis celebratæ, vt cũ Bart. & alijs, quos citant affirmant Gama decis. 110. nu. 15, Aries Pinel. l. 2. C. de rescind. vend. par. 1. c. 4. nu. 12. & Molina lib. 4. de pri. c. 9. nu. 34. Num, inquam, tunc detur actio in foro exteriori ita decepto, eo modo, quo emptori, aut venditori, simili modo deceptis, dispur. 349. explanatum est dari actionem, vt vel cõtractus reducatur ad æqualitatem, vel rescindatur, vt maluerit alter contrahens, qui non est deceptus. Hac de re tam multi sunt doctores pro vtraque parte, quos Aries Pinell. à nu. 12. citato copiose refert, vt difficile sit iudicare, quænam sibi communior sententia. Padilla, in cuius opinionem propendet Gutier. de iur. confir. part. 3. c. 2. nu. 24. partem negantem amplectitur, quam Greg. Lopez l. 34. tit. 14. part. 5. arbitratur ibi definiri. Mihi verò probatur opinio Decis.
glossæ l. Lucius. §. vlt. ff. ad Treb. Bar. Panor. Nauar. & complurium aliorum, quos Aries Pinell. vbi supra refert ac sequitur. Nempe, actionẽ dari in foro exteriori ita decepto: id qd enenire poterit præsertim in rustico, ac muliere. Atq; sententia hæc præcipuè est amplectenda in Lusitania, vbi, vt lib. 4. ord. tit. 30. §. 3. habetur, ea actio conceditur, non solum in emptione, & venditione, ac locatione, sed etiam *em qualquer auenca*. Addc, in eo Regno, quando non est textus, consuetudo, aut communis opinio in contrarium, standam esse opinionibus Accursij, & Bart. Molina vbi supra cum multis alijs, quos citat plus probat mediam quandam opinionem inter duas extremas relatas. Nempe, admittendam esse, si læsio sit enormis vltra, aut infra, dimidium iusti valoris: denegandum verò esse, si sit vltra, aut infra dimidium iusti valoris, sed non in magno excessu. Cæterùm mihi opinio non probatur.

21 Transactio † nõ solũ rescinditur, ac nulla redditur, qñ alter transigentium, tpe celebrationis contractus sciebat rem ad alterum pertinere, vt suprædictum est, sed ẽt quando aliquis per vim, aut metum cadentem in constantem virum, coactus est transigere l. interpositas C. de transl.

Quanto autem tpe competat actio ex hoc, & ex præcedente capite, ad rescindendam transactionem, & compromissum, etiam emologatum, disp. 71. dictum est. Attende tñ, ex hoc præsertim posteriori capite, facilè euenire posse, vt non sit bona fides, ex parte possidentis titulo transactionis eo modo factæ: quo dato, vllo tempore, interim dum ea mala fides perseuerat, non præscribetur. Neque multum probo, quæ Molina vbi supra nu. 38. in contrarium docet.

22 Rescinditur † Præterea, si facta sit cum minore, & minor inueniat se postea notabiliter læsum, quia

quia scilicet, attento valore, quem ius, cui cessit, & quod per transactionem remisit, valebat, vt erat sub eo dubio, tpe, quo celebrata fuit transactio, minus notabiliter pro illo est ei datum, quã tunc sub eo dubio valebat, aut plus notabiliter pro iure alterius dedit, quam tunc valeret. In hoc tamen euentu transactio rescinditur pet beneficium restitutionis in integrum, quod minori conceditur, toto tempore, quo est minor, & insuper quatuor annis postea: & tunc redit causa, tam ex parte minotis, quam eius, qui cum eo transegerat, ad statum, in quo erat ante transactionem. Ita hab l. 1. & 2. C. si aduers. transs. & alijs iuribus. C. de transs. Quo loco obserua, in hoc euentu, & in illo alio, quando transactio facta est per vim, aut metũ cadentem in Constantem virum, nullam pœnã incurrere contrauenientem transactioni, ẽt si transactio iuramento fuisset confirmata, vt habetur l. si quis maior. C. de transs. Tam autem minor, quã qui vi, aut metu, transigere fuisset coactus, teneretur sub culpa lethali periurij, petere, & obtinere prius relaxationem iuramenti, quam ageret ad rescissionem trãsactionis, nisi in Lusitania præstitũ fuisset iurm sine Regis facultate, iuxta ea quæ disput. 149. dicta sunt. Arbitror etiam iuxta ea, quæ disputatione citata dicta sunt, minori cõcedi non posse relaxationem iuramenti, nisi solum, vt trãsactio ad limites iusti valoris reducatur, vt alter contrahentium reducere eam tenetur, esto minori non relaxetur iuramentum. Illud etiam obserua, quæ de minori hoc. §. dicta sunt, competere similiter Ecclesiæ, si eodem modo se inueniat ex transactione læsam; eò quod similiter ei competat beneficium restitutionis in integrum, vt habetur c. 1. de in integrum restitu. Idemque dicendum est de quocunque maiori, cui beneficium restitutionis in integrum competat. Cæterum restitutio in integrum Ecclesiæ, aut cuicunque alteri maiori, solum conceditur intra quadriennium à celebrato contractu, vt habetur l. vlt. C. de temporib. in integ. rest. & infra dicetur.

Disp. 380. paulò post principium, dictũ, ostensumque est, si euincatur res, de qua erat quæstio, & circa quam facta est transactio, tunc eum, qui aliquid accepit, vt à lite discederet, neque teneri illud reddere, neque teneri de euictione: quod intelligo, siue ipse posset rem, circa quam facta est transactio, eamque per transactionem traderet ei, qui aliquid ei dedit, vt à lite discederet, & eam ipsi traderet; siue ille alius eam possideret, eique aliquid dederit, vt eam ipsi relinqueret, ac discederet à lite. Contra vero dictum est, si euincatur, quod ei traditum est, vt ita à lite discederet (modo id non esset pars eius, de quo erat controuersia, quæ ei libera relinqueretur, vt ipse reliquum liberum ẽt relinqueret) teneri eum, qui illud ei tradidit, de euictione. Rõnem verò vtriusq; asserti ibi reddimus: qm, qui à lite discedit, aliqua in re compensationem accepit, vt à lite discedat, & rem, de qua erat controuersia, alteri relinquat non accepit illud in recompensationem rei, sed in recompensationem iuris dubij, quod in illam prę tendebat, siue vere haberet illud ius, siue non, eaq

de causa, esto res illa euincatur, non tenetur hic de euictione: quia verò accepit quasi in pretium iuris illius dubij id, quod ei datum est, vtique, si euincatur, tenetur is, qui illud ita quasi in pretium pro eo iure dedit, de euictione. Et vtrumque meritò definit apertissime, iuxta legitimum sensum, qui nullam vim textui infert. l. si pro fundo. C. de transs. ibi à nobis cita. Conueniunt doctores, quando titulo transactionis incipit aliquis possidere, vel quia aliquid alicui traditum est, vt discederet à lite circa rem, quam alius possidebat, vel quia pars rei, de qua erat controuersia, tradita ei est, vt reliquum liberum relinqueret penes antiquum possessorem, vel denique quia is, qui possidebat rem, de qua erat controuersia, eam tradidit alteri, qui ad se attinere dicebat, accepto in recompensationem pro iure dubio, quod in illam prætendebat, aliquo alio emolumento; conueniunt, inquã, doctores, hos omnes, qui titulo transactionis aliquo horum modorum incipiunt aliquid possidere, quod suum reuera non erat, comparare dominium illius, si dominium ad antiquum possessorem pertinebat, alioquin comparare titulum ad id præscribendum tempore necessario ad præscriptionem cum titulo: atque id apertè habetur l. penult. C. de vsucap. pro empt. cuius hæc sunt verb. *Ex causa transactionis habentes iustam causam possessionis, vsucapere possunt*. Quando verò aliquis erat in antiqua possessione rei, de qua erat controuersia, & circa quam fit transactio, aliusque recedit à lite, liberamque ei illam relinquit pro aliquo alio in recompensationem accepto, subdistinguũt doctores. Quoniam si is, qui ita per transactionem liberam illam reliquit, dicat, se cedere iuri suo, totumq; ius, quod in eam habebat, in possessorem transferre, tunc dñium illius verè in eum transfert, si ipse dñs erat; alioquin transfert titulum sufficientem ad præscriptionem, si possessor illius bona fide eam possideat toto tẽpore ad eam cum titulo præscribendam. Si aũt non dicat se cedere iuri suo, totumque illud in eum transferre, sed solum pro eo, quod in recompensationem accipit, à lite desistat, permittẽdo rem manere apud antiquum possessorem, tunc non transferre in possessorem dñium illius, si, qui ita à lite recedit, erat dominus rei illius, neque eam transactionem esse titulum sufficientem tali possessori bona fide, ad eam præscribendam tpe necessario cum titulo. Ita affirmant glos. l. penult. C. de vsucap. pro empt. Bart. & communis opinio, quam Ant. Gom. l. 45. Tauri. nu. 71. 72. & 73. refert, ac sequitur, id quasi argumento à contrario sensu colligentes, ex l. penult. citata. Cæterum mihi dicendum absolute videtur, eo ipso, quod transactio fit, circa rẽ, quæ penes antiquum possessorem remanet, hunc comparare dominium illius, si ad alterum, qui cum ipso transigit dominiũ illius attinebat; alioquin comparare titulum sufficientem ad præscribendum, dummodò bona fide possideat; arbitrans rem, saltem post eam transactionem, ad se absque vllo dubio pertinere. Ita affirmat Cumanus ab Anto. Gom. in calce, num. 73. citata relatus. Neque Ant. Gom. hanc sententiam improbabilem





Digitized by Google

reputat; tametsi subiungat, discedendum nõ esse à contraria cõmuni opinione. Ratio autem, qua ad
24 hoc ducor, est. Qm ea semper † est mens transigẽtium, idq; habet transactio, vt pro emolumento, quod alteri transigentiũ traditur, cedat iuri suo, si quod habebat in ea re, illudq; concedat alteri, cui relinquitur ea res: vnde, esto postea ex publico instrumento cõstet, rem ad illum alium pertinuisse, neq; in conscientię, neque in exteriori foro, vlla est obligatio eã illi restituendi, vt dictũ est: quod verum nõ esset, nisi ea fuisset mens transigentiũ, idque ex se haberet transactio: in euẽtu autem, quod vnus transigentiũ cedat alteri, penes quem res manet, ius suum, omnes confitentur comparari titulum sufficientem ad vsucapionẽ, nihil impediente argumento à contrario sensu ex l. penul. citata: quod vere ex ea lege non colligitur: quæ, asserendo, quando aliquis titulo transactionis incipit bona fide possidere, posse cum eo titulo, & possessione vsucapere, non negat, si antea possidebat, & controuersia circa possessionem, ac proprietatem incipiat emoueri, posse vsucapere, si controuersia cesset, transactioneque componatur.

## Circa quæ fieri non possit transactio; & qui transigere non possint.

### DISPVTATIO DLVII.

### *SVMMARIVM.*

1 *Transactio, uel compromissum non potest fieri de rebus alienari prohibitis: & quæ sint personæ, quæ prohibentur. & nu. 19.*
*Fallit tamen, & limitatur in multis euentibus, vt nu. 7. 8. 9. 10. & 11.*
2 *Intellectus ad l. cum hæreditas. 1. ff. ad Trebel.*
*Ad l. ante restitutam. ff. de solut. nu. 3.*
*Ad l. vltim. §. vlt. ff. de transa. nu. 4.*
*Ad l. 1. C. de pact. & ad c. Rainaldus, in princ. de test. nu. 5.*
*Ad c. 1. §. si vasallus. vlt. Si de feud. defun. nu. 6.*
12 *Transactio super contentis in testamento quando prohibita, & quando non.*
13 *Sententia lata super ijs, quæ in aliquo testamento non viso, continentur, an sit nulla; si viso testamento esset in contrarium indicandum.*
14 *Transactio facta cum debitore hæreditatis, an valida sit, ignoratis, quæ vltima voluntate defuncti continentur.*
*Et quid si renuncietur iuribus, quæ disponunt inualidam esse. nu. 15.*
*Item quid si iuramento sit confirmata nu. 16.*
17 *Transactio super alimẽtis, an, & quando valida sit.*
*Et quid si sit iuramento confirmata. nu. 18.*
19 *Procurator quãdo trãsigere possit de rebus domini.*

DE transactione circa delicta, qñ fieri possit, qñ non item, dicetur tractatu tertio. Nunc verò qñ circa ciuilia, & à quibus, fieri non possit, est explanandũ. Item, quod transactio propria locũ non habeat in spiritualibus, aut annexis spiritualibus, habeat tñ in eis locum amicabilis cõpositio, dicetur in materia de simonia, & beneficijs.

1 Qui alienare † non potest bona aliqua, is neque circa illa potest transigere, aut compromittere. Ea verò ratione is, ad quem bona vinculata deuenere, non potest circa illa transigere, nec compromittere. Similique modo feudatarius transigere, aut compromittere, non potest circa res feudales. Neque item hæres grauatus aliquid alteri restituere, transigere, aut compromittere, potest, circa illud. Itemque praelatus transigere non potest, neque compromittere, circa bona Ecclesiastica, quæ alienare non potest: eaque ratione, quæ causa, & solemnitas, necessaria est ad alienandum bona Ecclesiastica, iuxta ea quę disp. 465. & 468. iunctis antecedentibus, & sequentibus disputationibus, dicta sunt, eadem requiritur ad transigendum, aut compromittendum circa ea bona. Eodem præterea modo, sicut minor ipse, tutor, aut curator, sine iudicis decreto alienare non possunt bona immobilia minoris, aut ea mobilia pretiosa, quæ seruando seruari possunt, vt disp. 224. explanata hæc sunt: ita sine eodem iudicis decreto transigere, aut compromittere, circa illa non possunt. Ita colligitur ex l. non solum. C. de prædijs minor. quæ, ob redditam rationem, prædictis omnibus communem sic habet. *Non solum per venditionem prædia pupilli, vel adolescens, alienare prohibentur, sed neque transactione, vel alio quoquo modo ea transferre sine decreto à domino suo possunt. Igitur & tu, si fratribus tuis per transactionem fundum dedisti, vendicare eum potes.* Idẽ colligitur ex c. cum tempore, de arbit. vbi, de compromisso in arbitrum, simile quid definitur, propter eandem rationem, prædictis omnibus communem. Eadem quippe est ratio de compromisso, & de transactione, vt disputatione præcedente dictum est: atque, si valida essent compromissum, & transactio, circa rem alienari prohibitam, ea via facile euenirent, vt omnino alienarentur. Consensit communis doctorum sententia in his omnibus, quam referunt, ac sequuntur, Panor. c. contingit de transa. nu. 3. Ant. Gom. l. 40. Tau. nu. 86. Greg. Lopez l. 10. titu. 26. par. 4. col. 5. in medio. Iul. Clar. 4. lib. sent. §. feudum, q. 38. & 39. Aries Pinel. l. 1. C. de bon. mater. par. 3. à n. 44. & Molina 4. lib. de primog. c. 9. à nu. 7.

Non obstat l. cum hæreditas ff. ad Trebel. vbi habetur; Si hæres grauatus hæreditatem restituere, compromittat circa rem aliquam hæreditariam, fideicommissarium, antequam ei hæreditas restituatur, teneri cautionem illi præstare, seruaturum ipsum indemnem, si condemnetur; vnde aliqui collegerũt, posse hæredem grauatum compromittere circa res hæreditarias. Non in-
2 quam, ea lex obstat: quoniam † intelligenda est, quando compromisit in aliquo ex euentibus, in quibus subijcimus posse compromittere, aut transigere, aut quando compromissum fideicommissarius probaret, ratumque illud haberet, tanquam prudenter, sibique vtiliter factum: atque etiam quando compromissum factum esset interuenente saltem tacito mandato fideicommissarij, quia sciebat fieri, & tacuit, aut quando, in ipsius absentia,

Digitized by Google

sentia, esset vtiliter, prudentis arbitrio, factum, ita vt saltem actione negotiorum gestorum fideicommissarius ea de re hæredi teneretur.

3 Non item † obstat l. ante restitutam. ff. de solut. vbi habetur, validas esse liberationes factas ab hęrede grauato debitoribus hæreditarijs ante hæreditatem restitutam. Vnde aliqui colligunt, validam etiam esse transactionem ab eo tunc factam. Quoniam, vt, cum Bart. & communi doctorum sententia, Molina vbi supra num. 17. ait, id intelligendum est, de liberationibus necessarijs tunc, iuxta solutiones, debitamque hæreditatis administrationem.

Plus meo iudicio vrget, l. vltim. §. vltim. ff. de transl. vbi habetur, transactionem factam ab hærede ita grauato, cum debitore aliquo hæreditario, ignorante hęreditatem restitutioni esse obnoxiam, validam esse, ex eaque transactione competere debitori illi exceptionem, tum contra hæredem, tunc etiam contra fideicommissarium. Di-
4 cendum † verò est, textum illum potius à nobis pugnare. Quoniam inde, argumento à contrario sensu, aperte colligitur, inualidam esse talem transactionem, si debitor sciebat hæreditatem restitutioni esse subiectam. Quando autem id ignorabat, ex quadam æquitate meritò ibi statuitur, vt, etiam comparatione fideicommissarij, sit valida ea transactio, quatenus facta est cum hærede, veroque administratore tunc hæreditatis, atque ignorante debitore, hæreditatem subiectam esse restitutioni. Eam tamen legem intelligo, quando transactio est facta circa debitum rerum mobilium, non verò quando facta est circa rem immobilem. Atque in priori euentu, fideicommissario competeret eadem actio aduersus hæredem grauatum circa id debitum, quæ competeret aduersus debitorem, si hæres grauatus non celebraret transactionem cum illo, vt ibi glos. vlt. notat. quare, si ea transactio detrimentum fideicommissario afferret, eò quod non esset vtiliter, ac prudenter facta, teneretur hæres id detrimentum resarcire fideicommissario.

5 Præterea non † obstant. c. Raynaldus in princ. de test. & l. 1. C. de pact. vbi hæres grauatus compromissum, transactionemve fecit circa hæreditatem: quoniam ea fecit cum ipsomet fideicommissario, sine præiudicio tertij, qui ad eam hæreditatem vocaretur, quod licet nos vero hoc loco disputamus, num compromissum, aut transactio hæredis cum quodam tertio, circa bona restitutioni obnoxia, in præiudicium fideicommissarij, valida sint; quod res est longe diuersa. Vnde Afflictus, & alij feudistæ, referente Molina, vbi supra nu. 18. asseuerant, quando contrauersia de feudo est solum inter dominum, & vasallum, esse valida compromissum, & transactionem: quod intelligendum est, modo id non cedat in detrimentum agnatarum, qui vocentur, ac ius habeant in id feudum: tunc enim, in ipsorum præiudicium, essent inualida.

Non item obstat, c. 1. §. si vasallus. vltim. si de feud. defunct. vbi expresse habetur, vasallum orta controuersia, posse transigere cum quodã tertio: & idem habetur c. 1. de controu. inter val. & alium, & c. 1. §. 1. de leg. Conrad. habetur, posse compromittere. Non, inquam, hæc obstant: quo-
6 niam, † vel correcta postea sunt per c. Imperialis, de prohibita feud. alie. vel intelligenda sunt, de transactione, aut compromisso, ita vt feudum maneat apud antiquum possessorem, concessa pro controuersiæ compositione, aliqua pecunia, aut re alia libera, ita vt nullum præiudicium domino feudi, aut agnatis, qui ad illud vocantur, ex ea trãsactione, aut compromisso, eueniat. Ita cum Iulio Claro lib. 4. sent. §. feudum. q. 38. & 39. Bald. & alijs, Molina num. 18. citato.

Excipiuntur aliqui euẽtus, in quibus in bonis maioratuum, & alijs alienari prohibitis, valida sunt transactio, ac cõpromissum. Primus est. Qũ
7 ex † rationabili causa, ad præcedendas lites, odia, & grauia damna, hæc principis suprem i autoritate facta, aut confirmata sunt. Nomine autem, principis, Summus etiam Pontifex intelligitur in ijs, quę ad Ecclesiã, ipsiusve iurisdictionem spectant. Ita colligitur apertè ex c. 1. de transl. vbi Summus Pontifex vult, quod transactio quędam, esto aliquin esset inualida, ex sua tñ confirmatione, & autoritate robur obtineat. Idem affirmat communis doctorũ sententia, quam Molina vbi sup. nu. 2. & Aries Pinel. l. 1. C. de bonis mat. part. 3. nu. 50. §. super hoc de transactione, referunt, ac sequuntur. Neq; enim potestas hæc supremo principi in cõe bonum est deneganda, etiam circa bona eorum maioratuum, qui sine ipsius facultate instituti sunt. Hæc eadem rõne, transactiones, & compromissa, quæ inter duos supremos principes fiunt de re aliqua, vtroque contendente, ad sui Regni coronam illam spectare, validæ sunt. Neque enim in pacem, ac bonum publicum hoc ex rationabili causa ipsis est denegandum.

8 Secundus est. Quando † pactum transactionis continet, vt res apud eum maneat, qui non potest eam alienare, dando alteri pecuniam, aut aliquid aliud, quod licite alienari valeat. Ita glo. & Bart. l. nulli. ff. de transl. Panor. c. contigit eod. tit. nu. 3. Molina vbi supra. num. 22. Aries Pinel. par. 3. citata. nu. 46. & plerique alij, quos referunt. Quando tamen possessor maioratus eo modo transigeret, de suo teneretur soluere eam pecuniam, aut aliud alienabile, quod in recompensationem tribueret, neque grauare posset successores in maioratu, vt id soluerent. Nisi forte pecunia esset modica, & transactio valde esset necessaria ad conseruationem maioratus; tunc enim actione forte negotiorum gestorum petere, ac obtinere posset, vt de fructibus maioratus aliquid temporis progressu sumeretur, quousque ea integra pecunia hæredibus ipsius per partes soluereturcontribuente etiam ipso de eisdem reditibus partem aliquam. Lege Molinam vbi supra numero 25. Eodem modo hæres grauatus transigere non posset, sine consensu fideicommissarij, circa rem restitutioni subiectam, grauando fideicommissarium, vt postea solueret, quod ipse alteri in recompensationem tribueret, vt res in hæreditate permaneret. Est tamen obseruandum

circa

circa hunc secundum euentum, quod, vt recte cũ Bar. & alijs obseruant Molina vbi supra n.26.& Aries Pinel.nu.46,citato.§.sed cum Bal. non habere locum qñ qui petit rem maioratus, illam petit, non vt liberam ad se pertinentẽ, sed vt subiectã similiter vinculo maioratus, ita quod si illam obtineat, transire vinculata debeat ad ipsius successores: tunc enim transactio pro pecunia, aut re alia libera, nulla omnino esset: quoniam esset in præiudicium successorum huius, qui illam tanquam ad se pertinentẽ petebat; qui proinde successores simili modo possent eam petere, nihil impediẽte ea transactione, quæ præiudicare non potuit iuri ipsorum. Vnde, cũ Bart. & alijs, recte dicunt, sicut trãsactio de re immobili, quam minor possidet, nihil valet, nisi res illa apud minorẽ maneat: ita transactio de re immobili, quam minor petit, & aliud possidet, nihil valet, nisi res minori tradatur. Eodem modo, quando res est vinculata, siue permaneat apud possidentem, siue transeat ad illam petentem, neutra ex parte valida est transactio pro re, quæ non est vinculata, & multo minus pro re alia vinculata, aut pro parte rei, de qua est contentio.

9 Tertius est. Qñ † transactio, aut compromissũ essent necessaria, quia scilicet statuto essent præcepta, aut iudicis sñia, præsertim accedente principis iussu, ad mala, & scandala vitanda in ardua alicuius, ac difficili causa. Ratio aũt est, qa qñ alienatio bonorum aliquorum est prohibita, intelligendum est id, de alienatione voluntaria, non verò de necessaria, quam is, qui bona illa administrat, facere cogitur. Ita Bart. & communi doctorum sñia, quam Molina vbi supra. n. 28. & duobus sequentibus, refert, ac sequitur. Merito tñ idem autor, cum Bar. & alijs subiungit, quando statutum aliquod transigere, aut compromittere, in euentu aliquo præciperet, intelligendum esse, quando personæ prohibitæ alioquin non essent alienare, vt sunt illæ de quibus modo loquimur, eaque de causa tale statutum extendendum non esse ad has personas, nisi id manifeste exprimat.

10 Quartus est. Qñ † in transactione, aut in cõpromisso, consentiunt illi oẽs, in quorũ fauorem, ne ipsis præiudicetur, prohibita est alienatio, accedente debita solemnitate, si bona sint minorum, aut Ecclesiæ. Vt si vna cum hærede grauato, consentiant in transactione, aut compromisso bonorum hæreditatis, fideicommissarij omnes, ad quos tandẽ de bona deriuanda sunt, valida est ea transactio, aut compromissum, vt colligitur ex l. quoties ab omnibus. C. de fideicommiss. resque satis ex se est perspicua. In bonis tamen maioratus, qui successores, ad quos in futurum ea bona deriuanda sunt, non possunt simul omnes consentire, eo quod nondum existant, locum non habet hic euentus. Ita Molina vbi supra nu. 31.

Ait verò Molina, vbi supra n. 32. cum communi sententia, iuxta varia iura, quæ citat. Etiam aduersus hac transactiones, & compromissa, quando principis autoritate facta sunt, fas esse opponere, quæ in calce disputationis præcedentis dicta sunt, posse opponi aduersus alias transactiones, & compromissa, vt rescindantur, nempe, alterum transigẽtium lęsum fuisse vltra, aut infra dimidiũ iusti valoris, aut vi, vel metu, coactum fuisse trãs-
11 gere, † verò nu. 38. subiungit, ips illud intra q disputatione præcedẽte diximus præscribi has actiones sufficere ad præscribendas eas circa bona maioratus, qñ transactiones factæ sunt principis autoritate: qñ eo ipso quod concessa est facultas, vt circa ea bona fiat transactio, aut compromissum, possintq; proinde alienari eo titulo tanquam bona minime vinculata, non maius tẽpus requiritur ad præscribendas actiones, quibus cõtendendum erat restituendas esse maioratui, quam si nunquam fuissent vinculata. Eum legito.

12 Circa ea, quæ in testamento † aliquo continentur, inualida est transactio, nisi prius à transigentibus sciantur, quæ eo testamento continentur l. de ijs, & l. non est ferendus. ff. de transact. l. 1. §. rõ. ff. quemadmodum test. aperia l. vlt. iuncta glos. ibi verb. lacrum. C. de reb. cred. l. 1. tit. 2. par. 6. & cõsentit. l. 25. tit. 11. par. 3. habetq; id verum, etiã si dispositio, de qua transigitur, facta sit in testamẽto nuncupatiuo, aut codicillo, vt constat ex l. non est ferendus citata. Qui aũt transigit vniuersim de contentis in testamento aliquo non potest postea excusari, se intellexisse solum de contentis in parte aliqua illius: si tamen postea prodeant codicilli postea facti, de quibus in testamento non facta fuit mentio, non extenditur transactio ad cõtenta in eis codicillis, de quibus non erat notitia, neque facta fuit mentio l. non est ferendus citata. Satis verò est scientia eorum, quæ continentur in testamẽto, aut in alia vltima voluntate, ex vera aliorum relatione, vt valida sit transactio circa ea facta. Talis verò scientia præsumitur in hærede, qui hæreditatem adiit siue ille extraneus sit siue hæres suus: quoniam sine sufficienti scientia cõtentorum in testamento, nullus præsumitur adire hæreditatem, etiã si is hæres sit suus: quandoquidem iam hodie de iure prætorio concessum hæredi suo est abstinere se ab hæreditate, vt in materia de testamentis dictum est. Ex eo verò, quod hæres, siue suus, siue extraneus, hæreditatem adeat, non præsumitur in eo scientia contentorum in codicillis, quando de eis codicillis non est facta mentio in testamento. Dixi supra, sufficere scientiam ex vera aliorum relationem: quoniam, si constat factam fuisse relationem falsam, deceptum que fuisse alterum transigentium, siue is sit hæres, siue legatarius, aut fideicommissarius, inualida tunc erit transactio: vtpote facta sine vera notitia eorum, quæ in ea vltima voluntate continentur. Ita Gutier. de iur. confi. r. par. 3. c. 2. à nu. 3. Greg. Lopez. l. 1. tiul. 2. par. 6. in tribus vltimis glossis, & plerique alij, quos citat. Simili etiam modo non valet pactum gratuitum circa contenta in vltima aliqua voluntate, ignoratis, quæ in ea continentur: ita habetur l. 1. citata, idemque affirmant gloss. l. de ijs. ff. de trans. Bart. & alij, quos Grego. Lopez vbi supra refert. Tametsi contrarium affirmet Gutier. vbi sup. nu. vlt. in fine, cuius opinionem non probo. Verum autem sententia
13 lata † non cognita, quæ in aliqua vltima voluntate

Dubiũ

luntate continebantur, sit nulla, patefacta postea vltima voluntate, ex qua contrarium fuisset iudicandum. Variant doctores, quos Gutier. n. vlt. citato, & Greg. Lopez vbi supra glos. penult. refe-
Decis. runt. Mihi cum Greg. Lopez probatur, validum esse, sed esse rescindendam beneficio restitutionis in integrum ex eo iusto, posteaq; patefacto er-
14 rore. Vtrum verò† transactio facta cum debitore hæreditatis valida sit, ignoratis, quæ vltima voluntate defuncti continentur. Greg. Lopez vbi supra, & Gutier. c. 2. citato, num. 18. affirmanter respondent cum alijs, quos citant.

Quæst. Quamuis aũt transactio facta circa ea, quæ ab aliqua vltima volũtate pẽdẽt, nulla sit, ignoratis, q̃ in ea vltima voluntate cõtinentur, vt dictũ est;
15 dubium† tamen est, vtrum sit nihilominus valida, si fiat cum renunciatione iuribus, quæ disponunt, inualidam esse Glos. l. de ijs citata, affirmanter respondet, ex illo fundamento, quod introductum id sit in fauorem eius, qui lęsionem inde patitur: vnusquisque autem renunciare potest iuri in ipsius fauorem introducto, iuxta l. si quis inconscribendis. C. de pactis, & iuxta alia iura sæpe
Decis. à nobis ad id citata. Contraria tñ sñia est cõis contra eam glossam, cum Bart. & alijs, vt Gutier. vbi supra, n. 19. Alu. Valas. consul. 39. nu. 13. referũt, ac sequũtur. Ratio aũt est, q̃m id in commune bonum, vt fraudes, ac deceptiones vitentur, & testatorum voluntates compleantur, sancitum est: vnde inualida est renunciatio ei iuri, non minus, quã sit inualida renunciatio iuri, quo nulla redditur alienatio fundi dotalis, aut alienatio facta à minore sine iudicis decreto rei immobilis, aut pretiosæ mobilis, quæ seruando seruari possit.

Quæst. Maius verò dubium est, longeque plus controuersum, si ea transactio iuramento confirmetur, q̃
16 † confirmatio plus multò pollet, quã simplex renunciatio eis iuribus, siue simul vltra iuramẽtum eisdẽ iuribus, vel expresse, vel per clausulam generalẽ, renuncietur, siue non, vtrum valida tunc reddatur, an non. Prætermissa verò longa disputa-
Decis. tione, ac citatione autorum, q̃ inter alios, legere licebit apud Gutier. vbi supra à nu. 20. paucis dicendũ est. Si is, q̃ ea transactione fuit læsus, deceptus fuit, quia significatum illi fuit, aliud contineri in ea vltima voluntate, q̃ reipsa cõtineatur, inualidã esse eam transactionem iuramento confirmatam, quo ad excessum, in quo fuit deceptus, & quem remittere non intendit. Hoc probatur, quoniam verè non fuit consensus, quo ad excessum, neque animus promittendi: quare, cum iuramentum, vt obliget consensum requirat, neque plus se extendat, quam consensus qui eo confirmatur, consequens est, vt ea transactio, quo ad eum excessum, inualida omnino sit neque opus tunc sit petere, & obtinere relaxationem iuramenti, quo ad eum excessum. Immo, agendo directe, vt puniatur delictum, quo ita inique fuit deceptus, poterit petere, vt in pœnam iustam talis delicti, iuramentum quo ad reliquum sibi relaxetur, & inualida omnino reddatur tota ea transactio, aut etiam, vt in pœnam iustam, decipiens vlterius puniatur. Si autem, quia ita fuit læsus, nõ fuit ab alio deceptus, sed ipse sua leuitate, & quia non sperabat sibi tantum à defuncto relinqui, transegit, iuramentoque transactionem confirmauit minime id facturus, si sciret tantum præiudicium sibi ea transactione afferri, tunc sub distinguendum est. Quoniam, si neuter contrahentium conscius erat, quid in ea vltima voluntate cõtineretur, vt si significatũ vni fuit, ipsum esse hæredem, & alteri legatum sibi in ea vltima voluntate relinqui, non exprimendo quantum vel si vnus erat indubitatè hęres, vt puta filius defuncti, & alter dilectus defuncto, verisimileq; erat, defunctum aliquid illi relinquere, & ignorabatur, quantum, atque sub eo dubio transegerunt, quod contentus esset tanta, vel tanta quantitate, quicquid rei posteà probaret euentus. transactionemque iuramento confirmarunt, tunc valida omnino est ea transactio, adeò, vt, quantacunque postea ex altera parte reperiatur læsio, nefas sit relaxare iuramentum læso; eo quod id fieret cum iniuria, detrimentoq; iniusto alterius, qui verum ius ad id sibi ea transactione iuramento confirmata comparauit, iuxta ea, quæ disputatione 149. copiosè explanata, ostẽsaque sunt. Ratio autem est, quoniam ea transactio in eo dubio, fuit contractus æqualis, & vterque transigentium se exponebat æqualiter commodo, ac detrimento, eaque de causa iustus, ac validus in se erat nisi iuris ciuilis dispositione irritus esset effectus: quare, cum iuramentum vires præstet contractui, quando in se non est iniustus, aut prohibitus, sed solũ irritus iure humano, vt disputatione citata, & duabus sequentibus, explanatum est cõsequens profecto est, vt ea trãsactio validà oĩno fuerit, per eamque alter contrahentium verum ius sibi ad id comparauerit, in quo alter eo contractu læsus cõperitur. Si autem is, qui ea transactione non fuit læsus, sed emolumentum percepit, conscius erat, quid in ea vltima voluntate contineretur, alter verò id ignorabat, neque in aĩo habebat condonare eum excessum, quin potius si esset conscius de rei veritate, & de scięntia alterius, nõ solũ nõ transigeret, sed ẽt vellet transactionem nullam esse; tunc arbitror quantumcumque eam cõfirmasset iuramento, esse inualidam, neq; opus esset relaxatione iuramenti. Ducor, quoniã vere non habuit animum transigendi in eo euentu, neque præstitit consensum illi transactioni nisi sub virtuali conditione, modo alter non ita se constitueret in tuto sua scientia, sed se exponeret etiam periculo, ita vt contractus vere esset æqualis ob rem vtrinque dubiam: quare sicut, qui sub iureiurando promisit fœminæ alicui, quem non sciebat esse corruptam, se ducturum illam vxorem, si postea comperiat, eam non esse virginem, non tenetur illam ducere vxorem, neque opus ad id habet petere relaxationem iuramenti, ea quod promissio illa eam virtualem, ac taciram habebat conditionem, si sit virgo, esto nihil ea de recogitauerit, quando sub iureiurando promisit, se ducturum eam vxorem; modo tamẽ tunc eum quasi habitualem animum haberet, quia, si interrogatus fuisset, respondisset, se non intendere aliter se obligare: ita prorsus res habet in pro-

propoſito: quia vtrobique deeſt conſenſus ſine absolutus, & eſt ſolum conditionalis, ſub tacita, ac virtuali conditione, quæ vere non ſubſiſtit, ac proinde non obligat iuramentum illud ſimiliter conditionale non ſubſiſtente conditione. Nemo verò nobis obijciat, quod ſi quis vſuras ſub iureiurando promittat vſurario, aut graſſatori centum, ne ipſum interficiat, tenetur ea ſoluere, vel relaxationem iuramenti obtinere. Etenim hæc absoluta ſunt iuramenta, tametſi in voluntaria mixtè, aut, ſi habent adiunctam conditionē, nempe, ſi mutuo mihi des, aut, ſi me non interficias, conditio ſubſiſtit, alioquin iuramentum non obligaret. Deniq; ſi, qui tranſactionem in ſui detrimentum iuramēto confirmauit, verum animum habuit condonādi, ſi quid inſuper ex vltima voluntate ad ſe attineret, tunc valida omnino eſſet tranſactio, neque ita tranſigenti relaxari poſſet iuramentum, iuxta ea quæ diſp. 149. copioſe explicata ſunt.

17 † Circa alimenta alicui relicta ex vltima voluntate, ſit ex donatione cauſa mortis, ſi debeant præſtanda in futurum, inualida eſt tranſactio, & quæ uis alia conuentio, ſine iudicis autoritate, cognita cauſa, atq; ſeruatis alijs, de quibus copioſus eſt ſecundo lege proxime citanda. Excipitur, niſi tranſactio cedat in maiorem vtilitatem eius, cui debentur, quia ita commodius præſtabuntur ei alimenta, vt ſi, quæ præſtanda erant in fine anni, conueniant, vt per partes ſingulis menſibus præſtentur, aut alio modo commodiori alimentando: tunc enim valida eſt trāſactio, ſeu conuētio, ita ſine iudicis autoritate effecta. Dictum eſt, relicta ex vltima voluntate: qm̄ ſi ex alio capite debeantur, vt ex conuentione aliqua, aut aliunde, valida erit trā ſactio, ſeu conuentio circa illa facta ſine iudicis autoritate. Additum eſt, ſi debeantur præſtanda in futurum: quoniam valida eſt tranſactio, ſeu cōuentio, facta ſine iudicis autoritate, circa aliēta, quæ præſtanda fuiſſent in tempore præterito, aut quæ in præſenti ſunt præſtanda, iamque omnino debētur. Hæc omnia habentur expreſſe l. cum hi, per totam legem. ff. de tranſactio. & l. de alimentis. C. eo. tit. & conſentit communis doctorum ſententia, quam, inter alios, Gutier. de iur. confir. par. 3. c. 3. refert, ac ſequitur. Ratio autem ſalubertimę huius ſanctionis fuit, vtilitas publica, & commune bonum, vt hi, quibus à teſtatoribus alimenta in futurum relinquuntur, allecti præſenti modica pecunia, in commutationem pro alimentis futuris, eis pro illa non cederent, & ſic poſtea egerrimè viuerent, teſtatorumque voluntates, & intentum, fraudarentur. Quis ergo id non tam in priuilegiū eorum, quibus alimenta relinquuntur, quam in cōe bonum ſancitum eſt, merito cōis doctorum ſentētia affirmat, inualidam eſſe tranſactionē, ſeu conuentionem, circa alimenta futura ſine iudicis autoritate, ſeruatis, quæ l. cum hi, citata ſeruari præcipiuntur, eſto ea conuentio fiat cum expreſſa renunciatione iuris illius.

Dubium vero eſt vtrum ſi ea tranſactio, aut
18 † conuentio iuramento confirmetur, valida ſit, an non. Quamuis autem Bart. l. cum hi citata, Fulgoſius, & Bal. aſſeruerint, inualidam eſſe, commu-

nis tamen opinio, cum eodem Bartol. ſibi contrario l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ. quam referunt, ac ſequuntur Conar. cap. quamuis pactum part. 2. §. vlt. num. 6. & Gutier. vbi ſupra nu. 4. merito validam eſſe aſſeuerat. Ratio autem eſt, quoniam licet iure optimo, propter rationem redditam, irrita, ac nulla effecta ſit pactio, ac venditio iuris ad alimenta futura ex vltima voluntate alicui relicta ſine iudicis autoritate, vtique, ſecluſa ea iuris ciuilis diſpoſitione, mala non eſt venditio iuris illius, aut commutatio pro alia re, vel ceſſio eiuſdem iuris: ſicut etiam mala non eſt venditio, permutatio, aut ceſſio, cuiuſcumque alterius rei legatæ eidem quare, ſi iuramento confirmetur, valida omnino erit inconſcientiæ, & exteriori foro. Immo verò, ſi nulla fraus, aut iniuſtitia, ex parte alterius cōtrahentis interuenit, quia contractus æqualis ac iuſtus in ſe fuit relaxari non poterit iuramentum; ſi verò iniuſtitia interuenit, ſolum poterit relaxari ad effectum, vt contractus ille ad æqualitatem reducatur. Memento verò circa hanc, & præcedentem quæſtionem, contractum eſſe nullum de iure Luſitano eo ipſo, quod confirmatum ſit iuramento, niſi ex Regis facultatem ſit præſtitum, vt diſp. 149. dictum eſt.

Conar. vbi ſupra, & Gutier. c. 3. citato nu. 6. cū alijs, quos referunt, limitandam cenſent communem hanc, & veram ſententiam, modò, quia ita ſine iudicis decreto ſub iureiurando pactus eſt circa ius ad alimenta futura, non deueniat poſtea ad extremam neceſſitatem; nam tunc (vt multi eorū dicunt) petita prius, & obtenta relaxationem iuramenti, agere poterit ad ea alimenta, de quib. ſub iureiurando ſine iudicis decreto diſpoſuit, ſibi præſtanda.

Hanc ſententiam falſam eſſe exiſtimo. Etenim, poſtquam ſemel de eis ſine decreto iudicis validè diſpoſuit, non plus ille, qui cum eo licitè, ac validè eo modo pactum celebrauit, tenetur ei in extrema neceſſitate ad alimenta, quam quicūq; alius, aut quam ſi aliquid aliud licitè emiſſet ab eo, & poſtea venditor ad extremam deuenerit neceſſitatem: quare, ſi is, qui ad extremam deuenit neceſſitatem, aſcendentem, aut deſcendentem, habeat, qui ei alimenta præſtare teneatur, non ſolum in extrema, ſed etiam in graui neceſſitate, iuxta ea, quæ non ſemel hoc 2. tractatu dicta ſunt, ſanè hic eſt cogendus, & non ille alius alimenta ei præſtare; ſi verò nullum talem habeat, profecto non plus eſt cogendus, qui ab eo alimenta, ipſi in futurum debita emit, quam cæteri, ſed omnes compelli poſſunt contribuere ad eruendum eum proximum ab ea extrema neceſſitate, iuxta ea, quæ in materia de eleemoſyna dicta à nobis ſunt.

Neque ſanè, ſi in euentu extremæ neceſſitatis, qui ea alimenta emit, cogi poſſet illa reddere, opus eſſet relaxatione iuramenti, ad illa petenda; quoniam venditio, aut tranſactio, de illis iuramento confirmata, intelligenda non eſſet, ſuperueniente eo euentu; ſi enim tranſigentes intelligerent, etiam in eo euentu iniquæ, & malæ eſſet talis conuentio ex parte vtriuſque, vtpote obligans intendens ad peccatum, atque ad eo iuramentum

tum esse nullum, quod proinde nulla relaxatione, indigeret. Qñ autem, imminente extrema necessitate alimentorum ex parte eius, cui debentur, illa venderet, aut aliter ius ad illa alienaret tunc inualidus esset contractus, & si iuramento confirmaretur, vtpote de re illicita, & mala vt impleatur, iterituſque effectus iure ciuili, ac proinde opus non esset tunc relaxatione iuramenti.

Iuxta hactenus dicta, Gigas de pensionibus q. 45. à nu. 9. & q. 51. à n. 21. & post eum Gutier. vbi supra nu. 5. cum alijs asseuerant, qñ pensio pro alimentis alicui in beneficio aliquo est assignata, nõ valere remissionem illius sine autoritate superioris: cum tamen sine ea autoritate valeret, si nõ esset assignata pro alimentis. Addunt tamen, valere, si remissio iuramento sit cõfirmata, vt cõis opinio affirmat de transactione, seu pactione, circa alimẽta futura. Atq; ex hac doctrina ait Gutier. emanasse regulã Cancellariæ Pij V. qua non admittitur resignatio, seu renunciatio beneficij Ecclesiastici libere facta sine mentione competentiũ alimẽtorum, nisi constet manere renunciantialiud beneficium vnde competenter substentari possit. Existimo tñ primum horum autorum assertum falsum esse. Etenim, vt dictum est, & constat aperte ex l. cum hi. ff. de transt. tunc solum transactio, aut pactum, circa futura alimẽta est nullum sine iudicis autoritate, qñ alimenta relicta sunt per vltimã voluntatem, non vero qñ aliunde debentur alicui: cũ ergo eiusmodi iura, quæ circa ea disponunt, quæ, sclusis talibus iuribus, aliter habent ex natura ei, non plus sint extendenda, quam ea sonãt, ac disponant; & pensio ad alimenta ortum non habeat ex vltima voluntate, vt est notissimum; consequens profecto est, vt dispositio. l. cum hi, extẽdenda nõ sit ad pensionem concessam ad alimenta, neq, ex ea lege efficax argumentum ad id probandũ eruatur; quare, cum doctores citati non alio ducantur argumento, falsa proculdubio est eorum hac de re sententia. Regula verò illa Cancellariæ non inde ortum habet, cum ad quæcumque beneficia se extendat, etiam si ad alimenta non sit concessa, sed quia meritò Summus Pontifex admittere noluit resignationes beneficiorum, nisi beneficiarijs cõpetenter reditus Ecclesiastici manerent, vnde sine dedecore, & ablectione, possent viuere.

19 Procurator †alicuius constitutus ad agẽdum, ac defendendum, non potest transigere, aut cõpromittere, nisi ad id habeat specialem facultatem lege transactionis, C. de transt. & c. qui ad agendum de procuratorib. lib. 6. Immo, esto aliquis constitutus sit procurator cum clausula generali, quod possit exequi omnia, quæ exigunt speciale mandatum, virtute talis clausulæ exequi non potest, quæ exigunt speciale mandatum, ac proinde, nec transigere, nec compromittere potest. Si tamen concederetur ei in particulari facere aliquid, quod requireret speciale mandatum, & adderetur clausula vniuersalis, quod posset etiam exequi omnia, quæ requirunt speciale mandatum, tunc posset exequi alia non expressa, quæ speciale mandatum requirunt, ac proinde posset transigere, & compromittere. Ita habetur expresse ca. qui ad agendum citato. Couar. 2. var. res. c. 5. nu. 8. cum cõi sñia, quam refert, ait, si apponatur clausula prædicto modo generalis in instro procuratori, & excipiatur aliqd in particulari, aut excipiantur aliqua requirentia speciale mandatum; quæ illi efficere denegentur, tunc posse exequi reliqua, quæ mandatum speciale requirunt, esto nullum tale exprimatur in particulari, quod ei concedatur. Itẽ si quis constituatur procurator in aliqua causa, aut circa oĩa bona eius, cuius constituitur procurator cum clausula, quod circa eam causam, aut circa omnia bona, sit procurator, cum libera administratione, ac dispositione, perinde ac facere posset is, cuius constituitur procurator, tunc transigere potest, & facere alia, quæ requirunt speciale mandatum. Ita hĩ cap. qui ad agendum citato. Consentit in his cõis sententia, quam Cou. 1. var. res. c. 6. nu. 3. refert, ac sequitur. Modo tamen, vt cum Panorm. c. coram de in integ. rest. nu. 5. vbi optime loquitur, addit, & ex re, quæ requirit speciale mandatum, nõ sit aptum sequi notabile detrimentum alicui tertio, nã tunc requiritur expressio illius in particulari. De qua re dicimus disp. 573. Item, qui procurator in rem suam constituitur, vt qua creditor illi concessit debitum, aut ius totũ, quod circa id, de quo agitur, habet, tunc transigere circa id potest, & facere circa id quoduis aliud, quod alioquin exigeret speciale mandatum. Ita gl. vlt. c. citato. Sed de hac re latius tract. 5.

## Transactio quam ample intelligenda sit, aut non sit.

### DISPVT. DLVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Transactio indefinite facta circa aliqua bona, quando vniuersaliter omnia bona comprehendat, & num. seq.*

3 *Transactio generalis quo casu porrigatur etiam ad incognita.*

*Cum declaratione, vt nu. 4.*

5 *Transactio generalis sequuta post petitionem particularem, an, & quando restringatur salua proprietate sermonis.*

6 *Transactio, seu quietatio, vel remissio plenissima, quibus verbis fieri potest, vt referatur etiã ad incognita.*

OBseruandum est cum Panorm. c. 1. de transt. num. 6. post Bart. l. sub prætextu. 2. & l. si de certa re. C. de transactio. Quando petuntur aliqua indefinite, eam petitionem æquipollere vniuersali. Vt idem est petere bona, quæ administrasti, aut quæ fuerunt Petri defuncti, ac petere bona omnia quæ administrasti, aut quæ fuerunt Petri defuncti.

Eodem modo in transactionibus, idem est trãsigere circa aliqua bona indefinite, & transigere circa ea vniuersaliter. Quod fit, vt nomine petitionis, aut transactionis vniuersalis, & etiam

petitio,

Digitized by Google

petitio, aut transactio, indefinitè cõprehendãtur.

Hoc ita constituto, sequentibus conclusionib. quæstioni propositæ est satisfaciendũ. Prima est.

1 Siue † petitio, & prosequutio litis, fuerit vniuersalis, siue particularis, quia videlicet particularis, aliqua res petebatur, puta domus aliqua, aut aliud simile, si postea sequatur transactio particularis, vt quia circa particularem rem, aut particulares res in transactione expressas, est facta transactio, tunc ea transactio non extenditur ad alias res, sed integrum manet intentare actionem aduersus eũdem, cum quo facta est transactio, circa quascunque alias res, non vero circa res illas in particulari. Hæc est notissima, & constat ex l. age. C. de trã sact. vbi, qñ reus debebat ducenta, v. g. si actor centum petiuit, & facta est transactio pro quinquaginta, talis transactio circa centum petita, non impedit actionem circa alia centum, sed solum circa ea, in quibus facta est transactio. Idem hr l. si vnus. §. ante omnia, alias. §. in summa. ff. de pact. Merito tñ gl. vlt. l. ante omnia citato, & gl. vlt. l. si cum tibi, iuxta textum ibi, iunctis summarijs illius, Pad. l. si de certa. nu. 5. C. de transact. Alu. Vala. consul. 39. nu. 5. & alij, quos citat, obseruãt, eã trãsactionem extendi nihilominus ad dependentia, & connexa, cum re, aut cum rebus, circa quas in particulari est facta ea specialis transactio.

2 Secunda conclusio. Qñ † transactio fuit particularis circa rem, si fuit vniuersalis quo ad actiones, quia dictum est, quod vnus transigentium cedit alteri, ac remittit quodcunq; ius, quod habere poterat circa eam rem quocunq; titulo, tunc res illa peti ab eo non potest ex quacunque alia causa, seu titulo, quo de nouo competiatur ad ipsum pertinuisse. Si verò fuit particularis quo ad actionẽ, quia videlicet fuit expressum, quod recedit à tali actione, & cedit cuicunq; iuri, quo ea de causa, ac titulo res illa ad se poterat attinere, tunc poterit eam rursus petere ex quocunque alio capite, ac titulo. Si autem nihil horum fuit expressum in trãsactione, sed solũ dictum fuit, se recedere ab actione circa eam rem, ac cedere iuri, quod in eam poterat habere, tunc, si præcessit petitio rei illius ex causa aliqua ac titulo particulari, solum censetur facta transactio ex eo titulo, ac causa, quocirca petere poterit eandem rem ex alio titulo, ac causa. Si vero præcessit petitio rei illius, dicendo in genere, rem ad se pertinere, neque exprimendo causam, ac titulum, vnde ad se attineret, tunc censetur facta transactio circa eam rem ex quocunque titulo, ac causa, & idcirco non poterit iterum eam rem petere ex quacunque causa, ac titulo antecedente eam transactionem. Ita Bart. l. si de certa. C. de transact. & cum eo Pan. c. 1. eodem tit. in fine argumento. c. Abbate de sent. & re iud. lib. 6. & l. si ita quis. §. vlt. ff. de verb. oblig.

Tertia conclusio. Si petitio, ac prosequutio litis fuit generalis, & sequuta etiam fuit transactio

3 generalis, † tunc transactio generaliter debet intelligi, etiam quo ad incognita circa illa, & quæ minime tunc occurrebant, atque idcirco, qui ita transegit, repellitur postea à petitione cuiuscunque rei, verbis illis generalibus comprehensæ. Ita hr l. sub prætextu. 2. C. de transact. & affirmant Bar. & Panor. vbi supra, Padilla loco citato nu. 2. Alu. Valas. consul. 39. n. 6. & alij, quos citant. Vt. n. valida sit transactio circa incognita in particulari, sub illa generalitate cõtenta satis est, quod de generalitate fuerit cogitatũ, & trãsactũ, nõ facta exceptione eorũ: & hoc est, qđ cum Bar. & alijs, Aluar. Vala. vbi sup. nu. 7. ait cognita esse in vniuersali; neque opus est aliqua alia explanatione hac in parte tertiæ conclusionis propositæ, quã Alua.

4 Valas. cum alijs multiplicat. A † conclusione vera proposita excipitur, si dolo alicuius transigentiũ occultatæ, aut non manifestatæ, sint res aliquæ comprehensæ sub ea vniuersalitate, de qua facta est transactio; vt si fratres aliqui successerunt patri in bonis illius, & dum transegerunt vniuersaliter circa tõtam hæreditatem eorum aliquis occultauit, seu non manifestauit res aliquas, quas ad hæreditatem sciebat pertinere: tunc enim ea transactio non extenditur ad res illas dolo occultas. Ita hr l. tres fratres. ff. de pactis, & cũ Bart. & Panor. affirmat cõis sẽia, q̃ Aluar. Valas. vbi supra nu. 12. refert, ac sequitur. A conclusione ér excipiũt, quãdo incognita debebantur ex vltima volũtate, & minimè ostẽsa & cognita prius ea vltima voluntate facta fuit transactio vniuersalis, quę res illas comprehenderet; tunc enim ipso iure est inualida, vt disputatione præcedente visum est.

5 Quarta conclusio. † Qñ petitio fuit particularis, & sequuta fuit trãsactio generalis, distinguendum est. Qm̃ si transactio generalis restringi; salua proprietate sermonis, possit ad solam rem, aut res particulares, de quibus erat petitio, tunc non intelligitur de alijs rebus; eo quod sequentia iuxta ea intelligantur, quæ præcesserũt, qñ nihil est, quod obstet, l. si de certa re. C. de transactio. & l. qui cum tutoribus in princ. ff. eodem tit. & affirmant Bar. & Pano. vbi supra, Padilla l. si de certa re citata. Alu. Vala. consul. 39. Si vero transactio generalis, salua proprietate sermonis, restringi non possit ad solam rem, aut res, de quibus erat petitio; vt quia actor, dum transegit, dixit, se recedere ab actionibus, & renunciare iuri, quod tam circa rem, de qua erat petitio, quam circa quascunque alias poterat habere tunc transactio extenditur ad omnia etiam, si actor non cogitauerit de illis in particulari: quoniam satis est, quod, modo in conclusione præcedente explicato, cogitauerit de eis in vniuersali, & in confuso, & quod intenderit id totum remittere, quod ex verbis ita generalibus transactionis præsumitur.

Sibi autem imputet, quod cautus non fuerit, tamque profuso vsus fuerit sermone. Ita Panormitan. vbi supra, Bart. l. emptor. §. Lucius. ff. de transaction. & alijs, quos Alua. Valas. vbi supra numero 3. refert, ac sequitur. Vbi cum Iacobino, & alijs subiungit. Quod si Petrus debeat Ioanni decem ex mutuo, & viginti ex alia causa, puta ex venditione, & Ioannes pactum cum Petro faciat de non petendis illis decem esto in pacto illo, seu liberatione, adderet hæc verba, & generaliter de eo toto, quod a te vsque ad præsentem diẽ petere possem, nõ censeri factam remissionẽ aliorũ viginti, quæ

ex longè diuersa causa debeantur; quoniam clausula illa generalis restringi potest ad sola decem, de quibus fit remissio.

Alu. Val. ibid. nu. 14. cum Angelo ait, sequentibus verbis fieri posse translationem, vel remissionem plenissimam. Voluerunt † partes, ꝙ dicta transactio, seu quitatio, vel remissio, intelligatur esse plenissima, & referatur, tam ad cognita, quã ad incognita, siue in genere, siue in specie, ac individuo, siue vtroque modo. Addunt, ét si essent incognita dolo alterius ipsorum contra alterũ. Qm̃, inquiunt, dolus præteritus potest remitti. Fortè tamen dolus est præsens; eo quod manifestari debeant eo tempore, quo fit hæc ipsa transactio; & fortasse, si ab altero transigente agnoscerentur, nõ consentiret: fretus tamen, nihil latere, nihilque occultari, consentit ea verba apponi. Item addunt, si transactio fiat circa dependentia ex vltima voluntate, apponi etiam debere hæc verba: Cognitis, & inspectis verbis talis testamenti; aut alterius vltimæ voluntatis, tam per ipsos transigentes, quàm per alios intelligentes.

Postremò obserua, quæ dicta sunt hac disputatione, similiter locum habere circa libelationes, seu quitationes, quas vocant: de quibus Alua. Val. consult. citata potissimum loquitur.

## De nouatione, & delegatione.

### DISPVT. DLIX.

### SVMMARIVM.

1 *Nouatio vnde dicta, & quid sit.*
2 *Nouatio quando & quibus modis fiat, & nu. 3. Et quando, & quibus casibus censeatur facta, vel non: nu. 4. & 12. 13. 14.*
5 *Delegare quid.*
6 *Delegatio, vt valeat, quid requiratur.*
7 *Delegatio, sicut & nouatio fieri debet stipulatione.*
8 *Nouatio an per delegationem facta censeatur, etiã si non exprimatur id fieri animo nouandi. Et quid de iure Castella nu. 9. Item an censeatur facta per pœnæ appositionem, seu pactum aliud pœnale: nu. 10. Et quid in casibus, vbi ius nouum repugnat veteri, an saltem ope exceptionis censeatur facta. n. 11.*
15 *Pœna apposita non stanti alicui contractui quo apponi soleat.*
16 *Mulier beneficio Velleiani pot nouationẽ elidere.*
17 *Debitor delegatus an censeatur astrictus creditori debitoris delegãtis, etiam si postea comperiatur se non esse debitorem deleganti.*
18 *Alcauala, seu tributum ex nouatione debeatur.*

NVnc dicendum est de adimpletione contractuum, dissolutioneve obligationis ex ipsis, aut aliunde contracta. Id verò potissimum fit, vel remissione obligationis facta per creditorẽ, vel solutione eius, ꝙ quis ex contractu, aut aliunde, dẽt. Quia verò virtualis solutio est, tũ cõmutatio vnius obligationis in aliã, qua prior extinguitur, & posterior loco illius succedit, ac subrogatur, ꝙ fit nouatione, ac delegatione: tum ét cõpensatione vnius debiti, ac obligationis eũ alio debito, & obligatione: tum denique quibusdam alijs modis, antequã dissolutionibus debitorum dicamus, hac, & duab. disputationibus sequentibus, agendum est de nouatione, delegatione, de compensatione, & de quibusdam alijs modis quibus liberatio ab obligatione fit, factaue solutio censetur.

1 Nouatio † aũt, autore Vlpian. l. 1. ff. de nouationibus à verbo, nouo, est dicta, & à noua obligatione, quæ loco prioris succedit. Vnde, eodẽ Vlpiano ibidẽ autore, sic definitur. *Est prioris debiti, seu obligationis, in aliam obligationem, vel ciuilem, vel naturalem transfusio, atque translatio, ita vt prior perimatur. Neque interest*, inquit Vlpianus, *qualis obligatio præcesserit, nũ naturalis tantum, an ciuilis, & num verbis, re, aut consensu contracta:* qm̃ quæcunq; nouari pót verbis, nẽpe stipulatione, vt ibidem, & l. 2. sequenti dr, de inte aũt Castella, ét sine stipulatione nudo pacto celebrata, est valida iuxta l. 2. tit. 16. lib. 5. nouæ collect. modo sequutis obligatio, in quam transfertur, ac commutatur, valida sit, saltem naturaliter, vt si pupillus † extra infantiã sine tutoris autoritate nouãdo promitteret; tunc enim, licèt ei ciuiliter non obligaretur, quia m̃ maneret obligatus naturaliter, tamet si eaetiam obligatio elidi postea posset beneficio restitutionis in integrum, vt disput. 224. hæc oia dicta sunt, valida esset nouatio, priorq; obligatio extingueretur, vt hi mirabus citandis, & lege. 18. tit. 14. part. 5. Quòd si sequens obligatio ciuiliter, & naturaliter, atq; adeò omnino, esset inualida, nunc non fieret nouatio, sed obligatio prior integra, ac illæsa remaneret, ita hi l. citata, & §. præterea, Instit. quib. mod. tollitur oblig. iuncta glo. ibi. Exẽplum adhibetur. §. præterea citato, & l. 17. tit. 14. part. 5. in seruo, qui in se suscipere attentaret obligationẽ alterius. Quia enim, neque ciuiliter, neque naturaliter, maneret obligatus, vtiq; neque esset nouatio, neq; expiraret prior obligatio. Si tñ haberet liberam peculij alicuius administrationem, vel ipse, vel filius familias, tunc nouare possent circa res peculij, dummodo id non esset donando. Ita habetur l. 17. citata, iuncta glo. Gregor. Lop. ibi, & l. vlt. in princ. ff. de nouationibus.

3 Nouatio † fit, vel mutata persona in secunda obligatione, vt si alius constituatur debitor eiusdem quantitatis, siue hic esset debitor prioris debitoris, siue non, vel adhibito, aut remisso fideiussore, vel accepto, aut remisso pignore; vel facto augmento, aut decremento in quantitate debita; vel variato termino in priori obligatione constituto; vel apposita conditione in posteriori obligatione, cum prior obligatio facta esset purè; aut è contra, facta posteriori obligatione purè, cum prior esset facta sub conditione, & denique factis his, aut alijs variationibus, animo tamen innouandi, fit nouatio. Quando tamen conditio apponitur in posteriori obligatione, cum prior facta esset pure, idq; animo nouandi, ita demum censetur facta nouatio, si conditio existat; si enim deficiet, tunc manet prior obligatio, ac proinde non cẽsetur facta nouatio. Item, si prior obligatio fuit sub condi-

conditione, & secunda pura, non prius censetur facta nouatio, q̃ conditio prioris obligationis impleatur: si enim deficiat, euanescit posterior obligatio, nisi expressè esset deductum in pactum, vt nihil impediente, quòd deficeret prior conditio, valeret secundum pactum, vt habetur l.16.tit.14. part.5. Idem est, si, antequam conditio impleatur posterior debitor ita à suo statu decidat, vt persona illa stare non possit in iudicio. Hoc vltimum quod de conditione dicti est, præter l.16.citatã, hf l. quoties iuncta l.si Stichum.§.1.ff.de noua.§. præterea, ver. quod aũt dicimus, inst. quib.mod. tol.oblig. & l.115. in fine, iuncta gl.vlti.Greg. Lopez ibi.tit.14.part.5. Reliqua habentur §. præterea citato, & l.2.& sequentibus ff.de noua.

4 Quoodã iuris † dispositione, ac interpretatione factis plerisq; ex variationibus explicatis, præsumebatur facta nouatio: q̃ præsumebantur factæ animo nouandi, extinguendi q̃ priorẽ obligationem, & commutandi illam in posteriorem. Ita habetur §. præterea citato verſ. sed cum hoc q̃dem, & l.vlt.in prin.C.de noua. & constat ex l.1. & sequent.ff.eod.tit. Hodie verò l.vlt.C.de noua. & §. præterea, ver. ideo nostra, inst. quib.mod.tol. oblig. sancitum est, vt facta quacunque variatione in secunda obligatione, nõ censeatur facta nouatio, ab proinde nec cẽseatur extincta prior obligatio, nisi contrahentes exprimant, se animo nouandi effecte secundam obligationem, sed vt cũ priori obligatione maneat secunda. Itaq; ex vtraque obligatione, aut instrumento, resultat obligatio comparatione creditoris; attamen si in posteriori obligatione, aut pacto, exprimatur, aliquid minui de priori obligatione, ad id iã nõ tenebitur prior creditor. Id ẽt, in quo concurrerint obligationes illæ, tanquam in rem eandem creditori debitam, si semel soluatur, expirant obligationes illæ oẽs quo ad illud, & liberantur omnes, qui ex eddem obligationibus id soluere tenebantur.

5 *Delegare*, autore † Vlpiano l.delegare. ff. de nouat. *est, vice sua alium dare reum creditori, vel cui creditor iusserit*, glo.1.l.quamuis.§.si mulier ff.ad Vellei. & gl.1.l.& Titius ff.de noua. asseuerant, ad

6 tionem delegationis † necesse esse, vt, qui delegatus p fit debitor delegantis; & hanc opinionem amplectitur Paulus Castrensis, cuius est summarium l. delegare citatæ, & amplectuntur alij, quos refe-
rent Greg. Lop. l.115.tit.14.par.5. verb. *abiertamente*, & Gutier.de iur. confir. part.1.c.63.nu.5. Contrarium verò affirmat cum Azone Aretino eõis sniã, q̃ Gutier. ibidem refert, nempe ad delegationem satis esse, vt, qui delegatur, de mandato delegantis se constituat reum, hoc est, debitorem creditoris delegantis pro delegante, suscipiendo in se debitum delegantis, esto ipse non esset debitor delegantis. Ac sane hæc mihi cõis opinio probatur: Tum quia delegare, qui debitorem, seu reũ se constituat creditoris, loco, & vice delegantis plane vtrumq; propriè comprehendit, nempè & subrogare eum, qui antea sibi erat debitor, & subrogare eum, qui sibi non erat debitor. Tum ẽt quoniam definitio delegationis l.delegare tradita ab Vlpiano, cuiè vtrique reo, seu debitori, vico, & loco delegantis competit. Tum denique q̃m, quicquid gl.l.si Titius citata diuinando exponat ibi de delegatione est sermo, in qua is delegatur, qui non erat debitor delegantis: sed titulo duntaxat donationi in se suscepit debitum delegantis, se astringendo illud de suo soluere creditori delegantis, do-
7 nando id deleganti. Delegatio, quæ † pars est subiecta nouationi stipulatione fieri debet facta à creditore delegantis, vt ait Alex.à Grego. Lop.gl. citata relatus, & consentiente, ac promittente subdelegante, ad hoc vt vera sit delegatio, vt de nouatione etiam supra est dictum Greg.vero Lop. merito ibid.addit, in Castellæ Regno post l.2.tit.16. libr.5.nouæ coll. satis esse si fiat sine stipulatione pacto nudo, vt de nouatione supra ẽt est dictum. Lege 1. & l.nec creditoris. C.de nou.hf, ẽt si, qd quis debet deleganti, vendi à delegante possit alicui alteri, inscio tali debitore, possitq; delegãs, inscio eo suo debitore, transferre in alterum ius, & actionẽ, quę in eũ habet; nihilominus fieri, ac perfici non posse delegationẽ, nisi consentiente in illa eo debitore, ac promittente creditori delegantis, id ab eo postulanti, se soluturum ei id debitum loco delegãs. Item l.2.3. & seq.hf si sit facta delegatio animo nouandi, qua delegans suum debitorem creditori suo deleget, continuo eum debitorem oĩno liberali ab obligatione, qua deleganti tenebatur, neq; posse delegantem aduersus eũ agere, sed solum creditorẽ delegantis, cui soli manet obligatus posse aduersus eum agere. Si verò creditor debitoris alicuius solum cessit alteri debitum, & actionem, quam aduersus eũ debitorem habebat, per eã cessionem non manere debitorem liberatum ab eo creditore, sed, nihil ea cessione impediente, posse eum creditorẽ agere aduersus illũ, & recuperare debitũ, exceptis tribus euentibus. Primus. Si is, cui actionẽ cesserat, litẽ iam contestauerat aduersus eũ debitorẽ. Secundus. Si partẽ debiti ab eo receperat. Tertius. Si debitori renunciauerat, ne soluere priori creditori, eo quod debitum, & actionem ipsi cessisset. Ita habetur l.3.citata.

8 His ita constitutis, dubium est, Si quis aliũ de- Quæst.
leget creditori suo, perfectaq; sit delegatio consensu delegati exhibito creditori delegantis, id ab eo stipulanti, aut ẽt pacto nudo talis delegationis celebrato in hoc Regno inter creditorẽ delegantis, & eum, qui ei delegat, ac debitum in se suscepit delegantis, vtrum censeatur facta nouatio, esto nõ aliter exprimatur id fieri ãio nouandi, s. vt eo ipso expiret omnino obligatio, qua delegans creditori suo antea tenebatur, & maneat sola obligatio delegati, in quã ille alia cõmutata sit, ac proinde, esto delegatus, vel ob paupertatẽ, vel quacũq; alia tõne, non soluat, aut non possit soluere creditori illi, ad nihil ei teneatur, qui eum illi delegauit. Cõior opinio Bar. & complurium aliorum, aduersus gl. vlt.l.2.C.de nou. quam referunt Greg. Lop. glossa citata, & Gutier. vbi supra nu.4. affirmat, stãdo in iure cõi, censeri factam nouationem, ac proinde expirasse oĩno obligationẽ delegãtis: Matthęusq; de Afflictis, & Alciatus, à Gutie. ibi. relati, asseuerant, eam opinionem vsu esse receptam. Ij tñ, qui affirmant, nõ esse propriam, & verã obligationẽ,

nisi debitor delegantis sit, qui delegetur creditori delegantis, consequenter arbitrantur, solũ fieri nouationem, & extingui obligationem delegãtis, qñ, qui delegatur, erat debitor delegantis; non verò, quando non erat debitor delegantis, nisi tunc insuper exprimatur, id fieri animo nouandi. Bald. tñ, & Alex. (vt vŕ, sibimet contrarius) quos Greg. Lop. l. 15. citata verb. *en su lugar*, & verb. *abiertamente*, asseuerant, si quis creditori Titij dicat, promitto tibi loco Titij, quod ille tibi debet, tali creditore id acceptante, censeri factam nouationem ac proinde Titium manere eo ipso liberatũ omnino à suo debito. Glos. vero vlt. l. 2. C. de nouat. & tot alij, quos Ioannes Baptista in suo ærario cõmun. opin. litera N. nu. 44. & seq. refert, ac sequitur, vt eam affirmet esse communem opinionem, tamen si verius sit, contrariam esse magis cõem opinionem, existimant, esto delegetur debitor delegantis, si tamen non aliud exprimatur, vnde nouandi animus intelligatur, non censeri factam nouationem ea delegatione, ac proinde obligationẽ, qua delegans suo creditori tenebatur non expirare per eam delegationem. Atque hæc † sententia est hodie sancita in hoc Castellæ Regno l. 15. citata, q̃ habet, siue delegetur debitor delegantis, siue qui debitor illius non erat, sed manet debitor loco illius, cum antea debitor non esset delegãtis, quem proinde lex illa *manero* vocat, non censeri factam nouationem, ac proinde neque obligationem delegantis aboleri, nisi apertè exprimatur ita delegari, vt delegans libet à debito maneat. Hanc sententiam veram proculdubio esse existimo, etiam stando in solo iure cõi, atque amplectendam, & extra hoc Castellæ Regnum, vbi tñ contraria nõ fuerit ita consuetudine recepta, vt derogatum ea consuetudine sit iuri communi. Ducor, Qm̃ licet l. 2. & 3. C. de nou. & alijs iuribus innouatur, delegatione censeri factam nouationem; id tamen erat iuris præsumptione, ac interpretatione, vt habetur l. vlt. in prin. C. de nouat. & §. præterea ver. sed cum hoc, inst. quib. mod. tol. oblig. quotiescunq; enim, subrogabatur noua persona, & si illa seipsam subrogaret, non delegante eam principali debitore, censebatur de iure antiquo fieri nouationem, vt habet §. præterea citato, atque ita stando in iure antiquo ante l. vlt. C. de noua. vera proculdubio erat opin. Alex. & Baldi, quã supra retulimus, de qua in principio illius §. apertè est sermo, idque manifestè in eo asseritur: postea vero l. vlt. C. de nouat. & §. præterea citato, ver. ideo nostra, constitutum fuit, vt in quibus euentibus, siue mutatione personæ, siue quacunque alia rõne, iuribus anterioribus præsumebatur, ac definiebatur facta nouatio, non censeretur deinceps facta, nisi ab ita contrahentibus exprimeretur, id fieri animo nouandi, & abolẽdi anteriorem obligationem. Ducor etiam, quoniã delegari potest debitor alius, & acceptari, non quidem animo liberandi delegantem ab obligatione, qua tenetur, sed animo, vt, si is soluat, vterq; à debito liberetur, ad quod impertinens est, quod delegetur, qui antea erat debitor delegãti, aut aliquis alius: quare, cum l. vlt. C. de nouat. sancitum sit, mutatione personę debitoris, non censeri factã

9 Ius Castellæ.

Decis.

nouationẽ, & liberationem prioris obligationis nisi id exprimatur; consequens profecto est, vt sola delegatione, q̃ longè diuerso animo fieri, saltem à creditore, pót, nõ censeatur hodie facta nouatio nisi contrahentes aliter id sufficienter exprimant.

Dubium deinde est, si præcedat pactum de aliqua re, & sequatur appositio pœnæ, aut pactum aliud pœnale, non stanti priori illi pacto, vtrũ † censeatur facta nouatio, & abolita prior obligatio, per pœnæ illius appositionem, aut pactum subsequens, facta esse animo nouandi. De iure antiquo facta censebatur nouatio, iuris præsumptione, ac interpretatione, vt patet. l. obligationum. ferè. §. vltim. ff. de actionib. & obliga. Glossa tamen vltra ibi ait, secus tem habere post l. vlt. C. de nouat. & idẽ affirmant gl. l. rescriptum. §. pen. ver. ferre. ff. de pactis, & gl. l. ita stipulatus verb. probatur. ff. de verbo. oblig. Contrarium autem cum Bart. affirmat Greg. Lope. l. 34. & l. 35. gl. 2. tit. 11. par. 5. & communis sententia, quam refert, & amplectitur Gutier. vbi supra nu. 6. qñ præcessit pactum non apposita pœna, & sequitur aliud pœnale pactum nõ stanti priori pacto. Ego vero plus longe probo opinionem glossarum illarum, quam aperte sonat. l. vlt. C. de noua. Neque est vllum, vel verisimile argumentum, quod probet, faciendam esse eam exceptione à sanctione adeo generali. l. vlt. C. de nouatio. præsertim cum ea pacto pœnali adiuncto non stanti priori contractui, non constet apertè contrahentes intendisse discedere à priori pacto, & obligatione, quin potius, si dispositiones iurium, tam antiquorum, quàm recẽtiorum, secludamus; sit potius præsumptio, ad maiorẽ firmitatem prioris pacti, appositam fuisse pœnam, pactum ve pœnale. Dicerem l. 34. & 35. citatis, de quibus dispu. 556. habitus est sermo, & alijs iuribus, quæ ibi etiam citauimus, esse sermonem, quando apponitur pœna non stanti pacto ad prioris pacti corroborationem, & explicare; quando aliter, qui pacto stetit, agere posset aduersus eum, qui pactum est transgressus, ad pœnam, aut ad pacti impletionẽ, vel ad interesse, & quando ad vtrumque simul: neque in illis esse sermonem de nouatione, aut, quæ ibi sanciuntur, decidi ex regulis nouationum, vt iure illa, eorumq; decisiones intuenti, erit satis perspicuum.

Vtrum autem in euentibus, in quibus olim iuris præsumptione, & interpretatione censebatur fieri nouatio, & lege vltima C. de nouation. sancitum est, vt in eis non censeatur facta nouatio, nisi contrahentes expresse exprimant, se intendere illam efficere, hodie inducatur † nouatio, saltem ope exceptionis Glos. l. 2. verb. agatur. ff. de nouat. & glo. vlt. l. vlt. C. eod. tit. quas approbãt Bartol. & pauci alij, affirmanter respondent. Contrarium tamen, quòd scilicet, neque ope exceptionis, nouatio in eis euentibus hodie inducatur, est amplectendum, cum communi doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Greg. Lope. lege 15. citata verb. *ponmanero*, & Gutier. vbi supra num. 7. neque contraria opinio solido vlli fundamento nititur.

Quæst.

Decis.

Illud est † obseruandum, quamuis contrahentes

tes, in secundo pacto de eadē re, non exprimant se velle facere nouationem, & extinguere priorem obligationē, his aut alijs æquipollentib. verbis; si tñ ex modo, & qualitate secundi pacti, aut aliunde fit perspicuum, minimeq; dubium, eos intendisse facere nouationem, & recedere à priori obligatione, tunc facta censetur nouatio. Ita communis sententia quam, inter alios, referunt, ac sequūtur Grego. Lop. l. 15. citata, verb *por manero*, & Gutie. vbi supra nu. 8. resque ex se est satis manifesta. Exemplum est, quod hī l. 15. citata in princ. vnde hæc opinio corroboratur. Si enim quis vendat alteri centum aureis, & postea conueniant inter ipsos, vt emptor debeat deinceps venditori pretium ex mutuo, tunc per hunc secundum contractum, quo venditor mutuo concedit emptori illos centū aureos, apertè censetur facta nouatio prioris obligationis ex vendito, vt ea extincta, transeat in obligationem ex mutuo: obligatio.n. soluendi eandem pecuniam ex vendito, & ex mutuo, sunt incōpossibiles. Idem esset, si venditor pecunia illa, antequam ipsi traderetur, emeret ab emptore censum annuum super rem aliquam emptoris: censeretur .n. facta nouatio prioris obligationis ex vendito, in obligationē ex contractu censuali soluendi annuū reditū. Quare, esto posteà prior ille emptor, effectus iam, non debitor ex vendito, sed ex nouo contractu mutui, aut census, factus esset non soluendo, si rē prius emptā alienasset, non posset venditor illā ex eo vendicare de manu possessoris, qđ non esset sibi solutū pretium pro quo illam vendidit: cum tñ vendicare illam ex eo capite posset, si non fuisset facta nouatio; eò quòd dñium rei venditæ non recedat à venditore, quousq; pretium sit ei solutum, aut ipse id habeat pro soluto, vt dispu. 333. & disp. 536. in materia de emptione, & venditione, & in materia de pignoribus, probatū est.

13 Nouatio † item censeretur facta si quis se obligaret creditori pro debitore ea lege, vt ex tunc debitor liber maneret ab obligatione. Item nouatio

14 † censeretur, si debitor in solutum traderet creditori obligationem, qua alius eidem debitori tenebatur, & creditor in solutum eam acciperet. Ita cōis opinio, q̄ Greg. Lop. gl. citata, & Gut. vbi supra nu. 9. referunt, ac sequūtur. Secus, si in pignus eam obligationem traderet, aut si in subsidiū obligationem aliquam, aut rem aliam suam promitteret, in euentu, quòd intra tantum, vel tantum tps non solueret, ad maiorem securitatem creditoris; nam tunc integrum creditori esset, vel cogere debitorē implere priorem obligationem, vel exigere, q̄ in subsidium ei promissum est in euentu, quòd prior obligatio intrà terminum p̄fixum nō impleretur, vt doctores citati, cū Decio, rectè affirmant.

15 Ac sanè, qñ † pœna apponitur non stāti alicui tta statui, regulariter apponi solet hoc modo in subsidium ad maiorem securitatem, atq; in fauorem alterius partis, q̄ contractui steterit, ac proinde qñ non aliud fuit expressum, aut in euētu aliquo particulari non inuenitur aliud inre dispositum, huic doctrinæ, est standum: atq; hoc est, qđ disponunt. l. 34. & 35. tit. 11. par. 5. & alia iura, de quibus dispu. 556. habitus est sermo: neq; dispositiones illę nituntur regulis nouationum, quasi, pœnæ appositione, facta censeatur nouatio.

16 Mulier, quamuis † nouare possit, suscipiēdo in se debitum eius, cui antea nihil debebat, vtendo tamen beneficio Velleiani, de quo disp. 540. dictum est, elidere potest nouationem, nullam reddendo suam posteriorem obligationem l. 1. l. senatusconsultum l. si paternam. l. si mulier alienā. C. ad Vellei. & l. 19. tit. 14. par. 5. vbi Greg. Lope addit, qđ si mulier, vtendo eo beneficio posteriorem suam obligationem elidat, tunc prior debitor manet obligatus creditori, argumento l. quamuis, §. Marcellus, ver. si mulier. ff. ad Vell.

17 Qñ † aliquis arbitratus se esse debitorem eius, qui erat debitor alicui creditori; suscepit in se debitum illius, seq; astrinxit id debitum loco illius soluere creditori, facta nouatione prioris debiti inter ipsum, & creditorem, tunc prior ille debitor liberatus omnino manet comparatione illius creditoris, & hic posterior manet solus verè illi astrictus, esto postea certo cōperiatur, se nihil debuisse priori illi debitori. Neque comparatione creditoris, cui ita se loco prioris debitoris astrinxit competit huic exceptio, quæ eidem cōpeteret, aduersus priorem debitorem, sed omnino teneretur illi soluere, esto creditor, quando hic se ei astrinxit, sciret, hūc nihil debere priori illi debitori; modo tamē dolo, aut fraude, non induxerit hunc ad se ita loco alterius obligandū. Immò verò, si hic, qui se loco prioris debitoris creditori obligauit, tpe, quo se ita obligauit, sciebat sibi competere exceptionem aliquā aduersus priorē debitorē, & nihilominus se obligauit de mandato illius, ab illove delegatus, censetur remittere, ac condonare illi eam exceptionem, vt hī l. si quis delegauerit, & l. doli mali. ff. de nou. Qñ autē censendus sit sciuisse, aut ignorasse, eam exceptionem, l. glo. l. si quis delegauerit cītata. Obseruandum verò est, qñ posteà comperitur eum, qui arbitratus se debitorem esse alicuius, loco illius se astrinxit creditori eiusdem, reuera nihil illi debuisse, tunc, antequàm creditori soluat, competere ei actionem aduersus eum debitorem, vt ipsū liberet ab ea obligatione, qua se loco illius astrinxit, vel satisfaciendo creditori, vel aliqua alia ratione, id tamen non impedit quominus ipse teneatur, cogiq; possit soluere creditori, si prior debitor non præueniat solutione: quòd si is, qui verè non erat debitor illius alterius, creditori soluat, tunc competit ei actio ad reperendum à priori debitore, quod loco illius soluit, esto sine ipsius mandato se ad id obligauerit, atque id soluerit, modo tamen ille alius verè illud deberet, cogendusq; esset id soluere. Ita habetur l. si quis delegauerit l. si non debitorem l. doli mali. ff. de nouat. & l. 19. tit. 14. par. 5.

Si quis verè esset debitor alterius, & arbitratus hūc suum creditorem aliquid debere alteri, nouationem cum illo faceret, se astringendo soluere illi, quod arbitrabatur suum creditorem illi debere, tunc, nihil impediente eo nouationis cōtractu, non tenetur ei quicquam soluere, sed tueri se pōt, ac debet exceptione, quod creditor suus nihil illi debeat. Quod si in ignorantia perseuerans, solu-



Digitized by Google

uisset, quod se soluere astrinxerat loco sui creditoris, tunc, si de mandato sui creditoris se astrinxit, manet liber à suo creditore, quo ad quantitatem, quam ita pro eo soluit: & creditori competit repetitio, tanquam indebiti, eius quod ita loco ipsius solutum est; si verò sine mandato sui creditoris se astrinxit, ac soluit, tunc tenetur suo creditori perinde, ac si nihil loco illius soluisset: attamen sibi competit repetitio, tanquam indebiti ab eo, cui id ita solvit. Ita habetur l. 19. citata, concinitque l. Iulianus. ff. de dol. mali excep.

Dubiū est, verū tributum illud, quod in Castella alcauala, in Lusitania verò sisa nuncupatur, &
18 debetur † ex venditione, & permutatione, debeatur ex nouatione, qua debitum in pecunia, seu obligatio ad pecuniam soluendam, commutatur in obligationem ad soluendum triticum, oleum, aut aliud simile, vel qua è contrario, obligatio soluendi triticum, aut oleum, commutatur in obligationem soluendi pecuniam, vel qua obligatio soluendi oleum commutatur in obligationem soluendi triticum. Breuiter autem dicendum est cū Lassarte de decima vend. c. 7. nume. 3. & 4. non deberi. Quoniam, vt ex definitione nouationis ex Vlpiano tradita constat, in nouatione obligationis soluendi triticum pro obligatione soluendi pecuniam, aut oleum, non cōmutatur, & trāsfunditur res, quæ in vnā obligationē cadit, in rē, quæ cadit in aliā; sed obligatio, vna, quę est res incorporalis, trāsfunditur in aliā obligationē expirante priori, & manēte sola posteriori: id verò, vt ex se liquet, non est emptio, & venditio, aut permutatio, ex quibus solis contractibus tributum illud debetur.

Dubiū

Decis.

## De compensatione in foro exteriori, DISPVTAT. DLX.

### SVMMARIVM.

1 *Compensatio quid.*
2 *Compensatio quare iure ciuili introducta.*
3 *Compensatio quibus casibus statim cēseatur facta, licet non sit petita, neque vlla facta protestatio.*
4 *Reconuentio quid, & quando competat.*
5 *Compensatio est exceptio, & non actio.*
6 *Compensationis exceptio quibus casibus locum habeat, & nu. 7. & 14.*
8 *Cōpensationis renunciatio an, & quando valida sit.*
9 *Compensationis exceptio an competat, etiā quando quis se obligauit cum iuramento debitū soluturū.*
10 *Intellectus nouus ad c. ad nostram de iureiur.*
11 *Compensationis exceptio opponi potest etiam corā iudice delegato.*
12 *Compensationis exceptio quibus casibus non admittatur.*
*Et quid de iure Castellæ, & Lusitaniæ.*
13 *Compensatio ad quæcunque debita opponi potest.*
14 *Compensatio quando habeat locum, & quæ in ea requirantur, & nu. seq.*
15 *Socius quando cum socio compensare possit.*
16 *Fideiussor compensare potest cum creditore, si quid ipse creditor ei debebat.*
*Idem etiam in procuratore dicendum nu. 17.*
18 *Compensationem quando opponere possit, absentem defendens sine mandato.*
19 *Compensari debitum in diem, vel sub conditione quando possit cum debito puro.*
20 *Compensationi res iudicata quando obstet, vt opponi non possit.*
21 *Compensatio quot, & quibus casibus locum non habeat.*
22 *Tributum ex compensatione an debeatur.*

INfra, dum de furto fuerit sermo, dicetur de cōpensationibus in foro conscientiæ: nunc verò dicendum est, quousque compensationes in exteriori foro locum habeant.

1 *Compensatio* † (autore Modestino l. 1. ff. de cōpensationib.) *est debiti* (vtrinque, vt ibi exponit glo. *& crediti, inter se contributio.* Hoc est, collatio quātitatū, in quib. duo sibi inuicē sunt debitores, & creditores, vt id detrahatur de eo, qđ reus debet, minimeq; debitum cēseatur, ac pronuncietur, quod vicissim ei actor debet. Quod Hispanè dicimus, *descuntar la vna deuda de la otra*, vt habetur l. 20. titu. 14. par. 5. & lib. 4. Lusit. ord. tit. 56.
2 in prin. Merito † autem iure ciuili introducta est compensatio qm̄, vt Póponius leg. 3. ff. de cōpens. ait, et hī in Lusitanis ord. vbi supra, *interest nostra potius non soluere* (quę scilicet verè nō debemus, si velimus, vt cōpēsatio fiat, eo q̄ actor tantundē nobis vicissim debeat) *quam solutum repetere.* Quia verò is, qui cōpensationē obijcit, ac petit in euēt. bus, in quibus illa (iuxta ea quæ dicēda sunt) locū habet, aut (vt Nau. in cōmen. de vsuris nu. 124. & 125. ait) qui extra iudicium se illam velle creditori significat, ac protestatur, statim ipso iure illam cōsequitur, atq; eā à iudice cōcedatur, ac proinde statim ipso iure liberatur à quantitate debiti, quam cōpensari petit, vt habetur l. si constat, iuncta glo. ibi, & l. vlt. C. de cōpensationibus, & affirmant doctores, quos Nau. vbi sup. Con. c. quāuis pactū, p. 1. §. 4. nu 9. vers. his autoribus, & Gutie. de iur. confir. p. 3. c. 6. n. 1. referunt, ac sequuntur:
3 immò † verò in delictis, & ad effectū, vt vsuræ ex debito non vlterius progrediantur, statim ac esse incipit aliud debitum cum priori compensabile, censetur ipso iure facta esse compensatio, esto non petatur, neque vlla fiat protestatio compensationis, vt habetur leg. si constat. l. etiam si C. de compensat. l. si ambo, l. cum alter, & leg. idem iuris. ff. eod. tit. iunctis glossis, ibidēq; quia, inquam, hæc ita se habent, consequens est, vt compensans, censeatur id soluisse, quod compensat, non solum quia eo ipso, liberatus est ab eo debito, & obligatione, vt habetur iuribus citatis; is verò, quia ab obligatione liberatur, soluisse censetur, vt patet l. 4. §. soluisse. ff. de re iudicat. cuius verba sunt, *soluisse accipere debemus, non tantum eum, qui soluit, verum omnē omnino, qui ea obligatione liberatus est*; sed etiam quia leg. si debitor. ff. qui potior. in pign. hab. l. dedisse. ff. de verb. sign. l. vel permutauit ff. de liberal. caus. & leg. 20. titu. 14. par. 5. habetur expresse, compensationem reputandam esse solutionem, & eum, qui compensat, id censendum esse soluisse, quod compensat.

& ita

Digitized by Google

& ita cum Bart. & communi doctorum sententia affirmant Greg Lop.l.20.citata glo.1.Nauarr.& Couar.vbi sup.& Gutier.c.6.citato nu.1.& 2.

Obseruat verò optimè Nauar.vbi supra,quando Ioannes,v.g. vendidit Petro quadringentis aureis censum redimibilem æquali pretio, ello postea debeat Petrus Ioanni totidem, aut plures aureos,non censeri factam compensationem,nec cēseri extinctum censum illum redimibilē, quousq; Ioannes Petro significet,se velle redimere censum debito illo æquali ꝙ Petrus ex tunc habeat in solutum;ac proinde toto tempore, quo Ioannes id Petro non significat,debere Petro reditus illius census. Rō est,qm̄ reditus illi non sunt vsurę quadringentorum aureorum, quibus Petrus emit à Ioanne censum illum,sed sunt reditus ipsiusmet cēsus empti,qui distincta res est à quadringentis aureis, quibus fuit emptus. Et qm̄ non prius census ille censetur redemptus,quàm debitum,seu pecunia illa,tradita sit Petro ad eum effectum: poterit enim Ioannes non velle vti illa ad eum effectū, sed velle eam reseruare in longè diuersum effectum. Et denique qm̄ longè diuersa res est compēsatio debiti cum debito,à redemptione,iteratave emptione, census illius pro æquali pretio: ad quam nouus cōtractus,seu distractus, voluntate Ioannis celebratus, requiritur: neque censetur ipso iure celebratus absq; alio consensu exterius expresso: sicut cōpensatio interdum,atque ad effectum, vt non debeantur vlterius vsuræ ex priori debito, censetur facta ipso iure,absq; nouo consensu exterius exp̄sso,aut protestatione,vt paulo antea dictum est.

Obseruandum est, qm̄ duo mutuo sibi sunt debitores, & creditores, si vnus alterum in iudicio conueniat pro eo;ꝙ ei debet, alteri duo remedia inter se longè diuersa competere aduersus eum. Vnum, reconuentionis de quo † sermo nobis erit 4 tract.5. quo, intentata similiter actione aduersus eum,illum reconuenit,vt sibi etiā soluat, quod ipsi debet. Atq; remediū hoc latius patet,quàm compensatio:in multis.n.euentibus, in quibus, iuxta ea,quæ dicenda sunt,locum non habet compensatio,vim habet reconuentio. Alterum verò est,cōpensationis,de quo præsens est disputatio: ꝙ quidem non est actio,sed exceptio,qua is,qui pro debito aliquo conuenitur ab alio,illi excipit,& opponit,tantundem,aut plus,vel partem, eum sibi debere, velleque compensare vnum debitum cum alio,ac proinde solum posse petere,si,facta compensatione,aliquid supersit,quod ei debeat. Quare cō- 5 pensatio † tanquam exceptio, & non tanquam actio,opponi debet,vt constat l.2.& seq. ff.de compens.& innititur l.20.tit.14.part.5.vbi id Grego. Lop.verb.*que fuesen quitos*,notat:& cum Bal.addit, eum, qui exceptionem compensationis obijcit,videri confiteri debitum.

6 Exceptio † compensationis locum habet, etiā quando id,quod actor debet reo cōuento, est debitum naturale,& non ciuile: tenetur enim actor illud compensare cum debito ciuili,& naturali,ꝙ ipse exigit l.etiam,ff.de compensa.& affirmat Maranta de ord.iud.part.4.dist.6.num.2. Licèt enim ex debito solum naturali non detur actio concedituir tamen ex illo exceptio, ac proinde compensatio. Atque in hoc euentu solum habebit locum compensatio, non verò reconuentio: eo quòd ex debito solum naturaliter, non detur actio: reconuentio vero actio sit.

7 Item exceptio † compensationis vim habet aduersus exequutionem latā,quæ in rem transit iudicatam,dum condemnatus soluere ea exequutio ne cogitur,quod iudicatum est:eo enim ipso, ꝙ exceptio compensationis opponitur in euentibus, in quibus illa locum habet, ipso iure habet vim,liberatq; eam opponentem ab obligatione soluēdi creditori æqualem alterius debiti,quod petit, quantitatem,vt ex iuribus supra citatis, & cōmuni doctorum sententia constat; lege aūt.4.§.soluisse. ff. de re iud.tic hī; *soluisse accipere debemus,non tantum eum,qui soluit,uerum oēm omnino, qui ea obligatione liberatus est,quæ ex causa iudicati descēdit:* atque ex hoc fundamento id affirmant Couar. cū Felino loco citato, & Gutier.c.6.citato nu.2.cum Matthęo de Afflictis, & alijs, quos Aflict.citat. Vnde suspecta mihi est, ac contraria §.soluisse citato,opinio Bar.l.aufertur.§.qui compensationē. ff.de iur.fis.afferentis,qñ condemnato nullum tēpus est datum ad soluendum, non posse eum opponere compensationem etiam si se offerat statim eam liquidaturum; quam sniam affirmant communiter receptam,probateq; videntur, stando in iure communi,Greg.Lope.l.20.tit.14.par.5.glo. vlt.& Gutier.(vt mihi videtur sibimet ibidē cōtrarius) nu.2.citato: potiusq; stando in iure communi,probo contrariam sententiam cum Baldo, quem Grego.Lope. reprobantem Bartoli opinionem,ibidem refert,& cū Felino,Couar.Matthæo de Afflictis,& Gutierio proxime relatis. Idēque, propter eandem rationem, dicendum est, qñ instrumentum guarentigium exequutioni mandatur, locum.s.aduersus eam exequutionem habere compensationem debiti liquidi, minimeq; dubij, quod in promptu probatur, vt Baldus à Gregor. Lopez ibidem citatus,rectè asseuerat. De iure autem huius Castellæ Regni rectè Gregor. Lopez, & Gutier.vbi supra,cum multis alijs, quos citāt, affirmant,tum aduersus exequutionem sententię, quæ in rem transit iudicatam, tum etiam aduersus exequutionem instrumenti guarentigij, locū habere exceptionem compensationis debiti liquidi,modo intra decem dies datos,lege 20. titul. 14. ipatte quinta,ad probandum debitum,cuius compensatio petitur, atque intra decem dies. qui.l.1. & sequentibus,præsertim l.19.tit.21.lib.4. nouæ collectionis dati sunt ad probandas exceptiones, quæ aduersus exequutiones sententiæ,quæ in rem transit iudicatam, & instrumenti guarētigij opponuntur ( de qua re disput.538.copiosè dictum est ) tale debitum,exceptione compensationis,sufficienter probetur.

Vtrum autem, si quis compensationi renuncient, promittatque se debitum aliquod solutum;obligationive alicui satisfactum,non vtendo compensione alterius debiti, valida sit † ea renunciatio,nec locum tunc habet compensatio,Gutie.c.6.citato num.2.hoc dubium mouet, referrq; Dubiū 8

dicta Afflicti in vtramq; partem, neque illud definit. Non video autem, cur non possit quis validè renunciare iuri illi suo in fauorem creditoris, tutũ illum reddendo ex eo capite. Præsertim cum, vt videbimus, in aliquorum fauorem iure sancitum sit, vt locum interdum non habeat compensatio. Et cum integrum eidem debitori relinquatur, vti reconuentione eiusdem debiti, cuius alioquin petere poterat compensationem, aduersus suum creditorem, aut aliter aduersus eum intentari actionẽ ad illud ab eo obtinendum, Ac sanè, qñ iuramẽto esset promissum, non vti exceptione cõpẽsationis, iuramentum obligaret: eo quod ea nõ vti, malum non sit, ac debitor reconuenire possit suũ creditorẽ, aut aliter ab eo exigere, si quid sibi debet.

Maius autem dubium est, si quis sub iureiurando se obligauit soluere debitum aliquod, aut satisfacere alicui obligationi, num † vti nihilominus possit exceptione cõpensationis, qua licitè in eo euentu vti potuisset, nisi iureiurando cõfirmasset, se soluturum tale debitum, aut satisfacturum ei obligationi. Cõior doctorũ sniã, quã pars maxima interpretum iuris canonici amplectitur, quos refert Cou. c. quamuis pactum, par. 1. §. 4. nu. 9. & quos copiosius refert, ac sequitur Gutier. de iura. confirm. par. 3. c. 6. a nu. 3. atq; in quam propẽdet Greg. Lop. l. 20. citata glo. 1. est. Tunc locum non habere compensationem: quia esset periurus qui, ea vti volendo, soluere non vellet reipsa totum, q̃ sub iureiurando soluere promisit. 9

Ducuntur hi autores. Primo, & potissimum, c. ad nostrã. 1. de iureiurando, vbi, cum quidam certam, pecuniæ summam mutuo dedisset quibusdã hoibus acceptis ab eis in pignus certis possessionibus, ac reditibus, factaque ab eiusmodi mutuatarijs illi promissione sub iureiurando, se nullũ grauamen illi illaturos circa eas possessiones, & reditus donec pecuniam mutuatam illi persoluerent; antequam, is, qui eam pecuniam mutuo dedit, de possessionibus illis, & reditibus, deductis expẽsis, integram sortem, hoc est, integrum valorem pecuniæ mutuo datæ, percepisset, Archiepiscopus Rothomagensis eum sententia excommunicationis obstrinxit, & mutuatarij possessionis, ac reditus datos in pignus ab eo abstulerunt. Conquestus vero ille coram Summo Pontifice, præcepit. In primis, vt accepta ab eiusmodi mutuante sufficienti cautione (fidei iussoria, s. aut pignorum, vt ibi glossa exponit) quod stabit postea mandato, ac definitioni Archiepi, eum ab excommunicatione absolnat. Deinde, vt mutuatarios, qui contra præstitum iuramentum possessiones, & reditus a mutuante abstulerant, compellat Ecclesiasticis censuris eas illi restituere, nec finat vllam circa eas molestiam illi inferre, donec pecunia mutuata ei persoluatur. Postremo præcepit, vt postquam pecunia iuxta præstitum iuramentum, fuerit mutuanti persoluta, mutuantem moneat, vt quicquid, deductis expensis constiterit eum vltra sortem recepisse, id totum mutuatarijs restituat, si autem parere noluerit, iterum excommunicationis sententia innodetur: quousque id opere impleat. Hæc ibi. Asseuerat vero autores huius sniæ, hunc esse textum expressum, quod, qñ aliquis iuranit, se aliquid soluturum, locum non habeat compensatio; nam his mutuatarijs, qui iuramento se astrinxerant soluere pecuniã mutuo eis datam, non conceditur compensatio de reditibus pignorum, qui tñ eis debentur, ac sunt restituendi, vt in hoc eodem capite, & alibi sæpe, definitur, & disp. 320. dictum est.

Secundo ducuntur, qm̃ licet compensatio solutio reputetur, non tamen est vera, sed ficta solutio, quæ pro solutione habetur, iuramentum autem in sua propria forma est seruandum, idipsum adimplendo, quod sub iureiurando promissum est, non vero aliud æquiualens loco illius.

Confirmatur ex c. debitores de iureiurãdo, vbi, qui vsuras soluere promisit, tenetur eas soluere, ne Deum adduxerit in testem falsũ, nihil impediẽte, quod vsurarius teneatur eas non accipere, illasque restituere, postquam ipsas acceperit, & quod, qui illas promisit, ac dedit, possit postea easdẽ compẽsare in aliquo alio debito, quia. n. iuramentum in sua propria forma est seruandum, tenetur, vsuras quas sub iureiurando promisit soluere, esto vetè eas nõ dẽat, & esto possit illas postea compensare.

Tertio ducuntur, qm̃ in deposito locũ non habet cõpensatio, pp bonã fidem, quæ in deposito, in cõe bonum, est seruanda, vt disp. 526. visum est; cum ergo fides longe plus seruanda sit in Dei reuerẽtiã, qñ aliquid sub iureiurando fuit pmissũ: consequens est, vt locum nõ hẽat cõpensatio, qñ solutio rei alicuius promissa est iureiurando.

Sententiam hanc limitandam censet Greg. Lopez vbi sup. & Gutier. c. 6. citato num. 8. cum Afflicto, & alijs, quando debitor non est soluendo, tunc enim, inquiunt, pronuncianda est sententia, quod locum habeat compensatio. Cæterum tunc idcirco non obligat iuramentum, quia nullus in conscientiæ foro ad impossibile obligatur, etiam si alioquin iuramento teneatur: vbi enim potestas non est aliquid efficiendi, cessat omnino culpa in eo non præstando, esto alioquin iuramento, aut alionde, ad id teneretur. Si tamen sententia prior horum autorum vera esset, vtiq; non haberet locũ compensatio, quãdo hic soluere aliquo modo posset, tametsi admodum ægrè, ac difficile. Quin, qñ ad pinguem fortunam deueniret, teneretur implere iuramentum.

Contrariam vero sententiam, nempe tunc locũ nihilominus habere compensationem absq; vllo periurij periculo, asseuerat Bart. l. amplius. ff. rem ratam hab. Pan. c. ad nostram citato can. cum dilectus. de ord. cog. & c. cum inter de exc. & plerique alij, quos Couar. num 9. citato refert, ac sequitur. Atque hæc opinio mihi probatur, intellecta tñ, vt eam ex parte intelligit, ac probat Io. Med. de restit. q. 3. causa 12. Nempe, in foro conscientiæ si is, qui sub iuro promisit aliquid soluere, aut implere intendit id efficere, non vtendo cõpensatione, tũc locum non habere cõpensationẽ, idemq; dicendũ est in foro exteriori, quando vel ex cõfessione eius qui iuranit, vel ex circumstantijs occurrentib. cõiecturæ sufficientes sunt, quæ persuadeant, id fuisse mentem iurantis. Qñ vero non ea fuit mens iurantis, sed contraria, vel qua solũ se astringere intenderit

tenderit id soluere, aut implere, nihil eogitando de cõpensando, nec de non cõpensando, locum in conscientiæ foro esse cõpensationi: atq; ẽt in exteriori, qñ non sunt apertæ coniecturę de mente, & intentione non vtendi compensatione, iurive cõpensationis cedendi. Qđ intelligo non solum, si debitum compensandum, contractum sit post obligationem iuramento confirmatam, sed ẽt, si contractum sit ante eam obligationem. Primum horum, nempe quod in priori euentu explicato locus non sit compensationi, ex se est satis perspicuum, & constat ex dictis dubio præcedente, atque, si quid probat, c. ad nostrã, sane id solũ probat. Secundum vero mihi cum autoribus citatis persuadeo. Quia in cõi vsu loquendi, atq; ex iuris dispositione, & interpretatione, vti legitima compensatione, est soluere, ac implere obligationem, vt ex hactenus dictis, liquet, isq; qui sine iureiurando se astrinxisset aliquid soluere, aut implere, sine dubio censeretur illud soluere, aut implere, vtendo legitima compensatione: quare, cũ iuramentum, licet arctius obliget, non tamen ad aliud obliget, quam ad id, quod promissio, super quam fertur, & quam confirmat cõtinet, ac significat in communis loquentium vsu, atq; ex dispositione, & interpretatione iuris, secundum quam censentur facti contractus promissiones, & obligationes; consequens profecto est, vt quando de mente obligandi se ad soluendum, nõ vtendo cõpensatione, non constat, locum, nihil iuramento impediente, habeat compensatio.

Caput verò ad nostram, cui doctores contrariæ sniæ potissimum nituntur, si recte expẽdatur, nostram potius, quam contrariam, confirmat opinionem. Ideò autem, quæ in eo continẽtur, perspicue, & ad longum in primo argumento contrariæ opinionis retuli, vt intelligatur legitima illius capitis expositio, quæ nullam ei violentiam infert nostramque confirmat opinionem, prætermissis vero † tribus expositionibus illius capitis, quas Couar. vbi supra, nu. 10. refert, & impugnat, itẽq; prætermissa quarta, quam ipse addit, quæ sane probanda non est, minimeq; satisfacit; in primis cum eodem Couar. est obseruandum. Dum in eo capite dicitur, mutuantẽ accepisse in pignus possessiones quasdam, & reditus, nomine reddituum; non intelligi reditus, seu fructus possessionũ illarum, quæ res mobiles sunt, sed iura quædã ad annuos reditus, quæ cum rebus immobilibus computantur: vt si, vna cum possessionibus illis, dati etiã in pignus illi essent census collocati in bonis aliorum, aut vectigalia oppidi alicuius, vel aliud simile ius ad annos reditus. Id constat. Primò, quia qñ possessiones aliquæ dantur in pignus, nõ consueuerunt dici traditi etiã in pignus fructus exeis percipiendi. Et in re proposita, si fructus percipiendi ex possessionibus datis in pignus, dati etiam essent in pignus, vna cũ possessionibus ipsis, sane nulla suspicio esset vsuræ, neq; vllus fuisset color, cũ mutuatarijs petendi ab Archiepiscopo illo, antequam ex fructibus earum possessionum mutuãs integrum valorem pecuniæ mutuo datæ percepisse, vt illum tanquam vsurariũ, spoliaret possessionibus, & fructibus perceptis, tum etiã Archiepiscopo id præcipiendi, ac exequutioni mãdandi, vt in eo capite petitum, exequutioniq; mandatum, refert. Secundò, qm̃ in eo textu dicitur: *licet de possessionibus illis, & reditibus nõ dum sortem, deductis expensis, percepisset*, qđ idẽ est, ac si dixisset: licet mutuans ex fructibus, deductis expensis, tam possessionum, quã redituũ, nondum sortem percepisset: nõ vero dantur fructus reddituum, nisi reditus sumantur pro iuribus ad annuos reditus, & nõ pro fructibus possessionum. Tertio, qm̃, vt glossa in eo textu obseruat, mutuans ille contumax erat, neq; appellauerat à sententia excõicationis, sed recursum per querelam habuit ad Summum Põtificem, eaque de causa Summus Pontifex iussit eum absolui: non est autem vero simile à contumaci ablatos fuisse fructus perceptos, ex possessionibus, redactos iam in pecuniam, ac consumptos, sed solum deiectum fuisse per vim, mandatoq; Archiepiscopi illius, ac possessione prædiorum, & iurium ad annuos reditus sibi in pignus traditorum: neque sane innodatus pseueret excõicatione, si fructus pignorum, vna cum pignoribus ipsis, ab eo fuissent ablati, ita vt neque mutuum suum, neque quicquã aliud de pignoribus, & eorum fructibus retineret: quare nomine reddituum, quos in eo capite dicitur mutuatarios contra iuramentum præstitum ab eo subtraxisse, quousque Summus Pontifex præcepit, vna cum possessionibus ei restitui, neque in eis molestari, quousq; mutuum ei persoluatur, non intelliguntur fructus mobile possessionum in pignus ei traditarũ, sed iura ad annuos reditus. Nunc vero perspice, quemadmodum textus ille, vel nobis suffragetur, vel certe nihil contineat, qđ nobis refragetur. Summus Pontifex idcirco sniam Archiepiscopi illius improbat, vt ex ipsomet textu cõstat, quod cum ex fructibus possessionum, & reddituum illi mutuãti datorum in pignus, deductis expensis, nondũ sortem percepisset, illum vinculo excõicationis innodasset, possessioneque, & reditus, contra iuramentum præstitum, de illo circa pignora illa nõ molestando quousq; mutuum suum ei esset persolutum ab eo essent ablati: ergo, argumento à contrario sensu, perspicue ex eo textu colligitur, quod si ex fructibus illarum possessionum, ac reddituum, expensis deductis, integram sortem percepisset, non improbaret Summus Pontifex sententiam Archiepiscopi, pignoraq; ab eo mutuante, qui iam integrum suum mutuum ex fructibus percepisset, fuisse ablata: si ergo præcessit iuramẽtum illorum mutuatariorũ, tum de pecunia mutuo accepta illi soluenda, tum ẽt de nullo grauamine circa possessiones, & reditus ei inferendo, quousq, mutuũ integre illi esset persolutum, vtique textus ille nostram sententiam aperte confirmat. Etenim in eo capite, nihil impediente iuramẽto de soluendo illi integre suo debito, aperte, argumento à cõtrario sensu, permittitur, & approbatur cõpensatio totius illius debiti ex æquali, aut maiori valore, ab eodem mutuante ex fructibus earũ possessionũ, ac redituũ percepto. Et

cum

cum eadem sit rō de compensatione totius debiti ex æquali valore cum toto debito ex fructibus illorum pignorum, deductis expensis, præcepto, & de cōpēsatione partis debiti illius ex æquali parte valoris similiter ex eisdem fructibus percepti, sane neq; Summus Pontifex improbatet, neque quicquā est in eo textu, vnde colligatur, Summū Pontificem improbare cōpensationem partis ex æquali valore, quem absq; vllo dubio constaret perceptum esse ex eis fructibus, deductis expensis, ita vt, si mutuanti illi offerretur incrementum pecuniæ vsq; ad integram totius mutui solutionem, cōpelli posset, reddere pignora, & rōnē mutuatarijs reddere, num ex fructibus aliquid insuper pceperit, illudq; eis reddere. In dubio tñ, an, cum pecunia ei oblata, integrum mutui valorem percepisset, non posset grauamen ei inferri circa ea pignora, ab ipso illa auferendo, aut ea ab eo exigendo, propter præstitū iurm de grauamine illi circa ea non inferendo, donec integrū mutuū fuisset illi persolutum. Atq; hac rōne præcipit Summus Pontifex in eo capite, vt prius illi persoluatur integrum suum debitum, siue ex fructibus, siue ex pecunia superaddita, ita vt certum oīno sit, integrum illi esse persolutū, & postea reddat pignora, & cogatur insuper reddere, si quid vltra sortem quouis modo recepit. Dixi supra, nostrā sententiam, argumento à contrario sensu, ex eo textu perspicue mō explicato colligi, si pcessit iuramentum illorum mutuatariorum, tum de pecunia mutuo accepta soluenda (vt doctorem communiter interpretantur id caput) tum ēt de nullo grauamine circa possessiones, & reditus ei inferendo, quousque mutuum integre illi esset persolutum: qm̄, si attente totum caput legas, comperies, in eo nullam fieri mentionem de iuramēto, quod pecunia mutuo data ei solueretur, sed solum, quod nullum ei inferretur grauamen circa pignora ante mutuum integre psolutum. Neque te moueant verba illa versus finem textus; *cū autem ei pecuniam, sicut iurauerūt, persoluerint:* qm̄ sensus eorum verborum est; cum persoluerint ei pecuniam nullo, ante integre solutam grauamine in pignora illato, vt nullū ei inferte grauamen iurauerunt. Quod si velis ex eis verbis colligi, ēt iurm fuisse præstitum de pecunia mutuo accepta integre soluenda, vt doctores cōiter caput illud intelligunt, tunc vtique id caput nostram sententiam aperte confirmat argumento à contrario sensu, vt perspicue explicatum est. Duo insuper aduerte. Primum est. Non interuenisse pactum inter eum mutuantem, & illos mutuatarios, vt acciperet fructus pignorum in cōputādos in sortem, neq; item vt illos acciperet computendos in sortem. Si enim prius illud pactum interuenisset, cōtractus fuisset aperte vsurarius, petitaque prius relaxatione iuramenti ab illo Archiepiscopo, procedi optime posset ad illum puniendum tanquā vsurariū, pronunciandumq; nullum fuisse eū cōtractū, & ad eripiendum ab eo pignora, nihil impediente iurō iam relaxato. Summusq; ipse Pontifex non protexisset eum mutuantem, neq; improbasset facta contra eum, qui potius illum, vt vsurarium repulisset, ac puniuisset. Præterea non protulisset Summus Pontifex verba illa, quæ in querela, ac supplica, Summo Pontifici à mutuante oblata, apposita videntur; *Licet de possessionibus illis, & reditibus nondum sortem, deductis expensis, percepisset.* Quod si secūdum pactū interuenisset expressum, tunc attendant assertores cōtrariæ opinionis, nullum superesse dubium, nihil impediente iurō, aut iuramentis à mutuatarijs in mutuantis fauorē præstitis, faciendā fuisse cōpensationem in valore fructuum: qm̄ id expresse deductum fuisset in pactum. Secundum vero est. esto in eo capite narraretur, iuramentū fuisse præstitum de pecunia mutuo data integre soluenda, & de nullo grauamine mutuanti inferendo circa pignora, donec pecunia ipsa, in rōne pecuniæ diuersæ à valore fructuum pignorū, integre persolueretur, & esto in eo capite definietur, locum in eo euentu non habere cōpensationem valoris fructuum cum debito mutui (cuius tñ cōtrarium perspicue ostensum est) nihil oīno pugnaret caput illud cū nostra sñia, vt à nobis asseritur: qm̄ tunc perspicue fuisset renunciatum iuri, ac beneficio cōpensationis; in quo euentu nos non dicimus, præstito iuramento, locū esse compensationi. Vnde sufficienter solutum remanet primū argumentum pro contraria opinione propositum.

Ad secundum dicendum est, iam dictum, ostēsumque esse, compensationem, in cōi vsu loquentium, atque ex ipsa iuris dispositione, ac interpretatione, nomine solutionis, ac satisfactionis intelligi, ac comprehendi, ac proinde satis in specifica, & propria forma seruari iuramentum, quo aliquid solui, aut impleri promissum est, quando, facta legitima compēsatione, soluitur, ac adimpletur; neque tūc vere dici solui, aut impleri, præpollens, & non per id, quod ipsa promissione continetur, atque communi vsu, & iuris dispositione, ac interpretatione significatur. Vnde ad argumentum in forma, concedenda est maior si intelligatur de solutione presse sumpta, vt distinguitur à compensatione, & ab alijs satisfactionibus proprijs, quo pacto sumpta maiore propositione, non inseruit ad comprobandum institutum, neganda vero est si intelligatur de solutione late; quo pacto sumitur in communi loquendi vsu ex disputatione, ac interpretatione iuris.

Ad confirmationem, concesso toto eo antecedente, neganda est consequentia, quæ inde fieri intenditur. Quando enim vsuræ sub iureiurando promittuntur, non est aliud, quod in communi vsu loquendi promitti solui intelligatur ac intendatur, quam vsuræ ipsæ in se, nisi forte aliquid aliud mutuans debeat mutuatario, in quo fieri possit compensatio earum: nam tunc, nihil impediente iuramento, quo vsuræ solui promittuntur poterit in eo debito fieri compensatio vsurarum sub iureiurando solui promissarum, faciscque in communi vsu loquentium soluta censentur vsuræ promissæ, si earum debitum legitimo alio debito, quo mutuans tenetur mutuatario.

Ad tertium dicendum est, ex sola iuris humani dispositione concessum est priuilegium illud

depositi-

deposito, vt debitum depositi solui, inuito deponente, compensatione alterius debiti non possit, ne hoies, metu luium, & compensationum, retrahatur à deponendo penes publicos depositarios, in detrimentum cóis boni, atque hoc à multis appellari, bonam fidem commune bonum seruandam in depositis: secluſa vero ea iuris humani dispositione, non minus habere locum compensatione in debitis ex deposito, quam in debitis ex quacumque alia radice, & causa: quare, cũ ostensum sit, compensatione habere ex natura rei locum in promissionibus iuramento confirmatis; neque iure humano promissionibus iuramento confirmatis comperiatur concessum simile priui legium ei, quod debitis ex depositi est concessum, neque sit eadẽ causa cur concedatur, consequẽs profecto est, vt ex eo, quod fides longe plus ex natura ipsa rei seruanda sit, quando aliquid promissum est sub iuramento, quam quando aliquid sine iuramento fuit depositum, non sequatur, quod sicut in debitis ex depositi non habet locum compensatio, ita neque locum habeat in debitis iuramento confirmatis.

31 Compensationis † exceptio non solum pót opponi coram iudice ordinario, sed ét coram iudice delegato, vt cum Baldo affirmat Greg. Lopez. l. 20. tit. 14. par. 5. verb. *el juzgador*. Corã arbitro vero ait cum eodem Baldo, nõ posse opponi si sit ex causa extrinseca rei, quæ compromittitur: secus vero si sit ex causa intrinseca, seu connexa.

32 Exceptio † compensationis, qñ is, cui obijcitur, non confitetur debitum, quod excipiens petit cõpensari, non admittitur, nisi tale debitum liquidum sit, facileque, ac in prõptu probari possit. Si enim longã, maioremque indaginem exposcat, vel quia testes, aut scripturæ, vñ id probari debent, sunt in loco multum distanti, vel quacunq; alia rõne, non admittitur ea exceptio, sed in aliud iudicium relinquitur tale debitum exigendum, ac probandum: iudicesque præcipiuntur non esse procliues, & molles ajo ad eiusmodi exceptiones admittendas, sed potius vt stricto iure in eis admittendis vtãtur, qñ viderint longiore indigere indagine. Ita hĩ l. vlt. C. de compensat. & c. bona fides, in fine de depos. Quando autem censendæ sint non indigere longa indagine. Glossa vlt. cap. bona fides citato, & gloss. Accursij. l. vltim. citata verb. indaginem, dicunt, si intra duos menses probari debitum possit. Addit glossa Accursij, id relinquendum esse iudicis arbitrio. Atque hoc secundum; stando in iure communi, probant magis doctores cum Bar, Inno. & alijs, quos Grego. Lopez, leg. 20. citata glos. vlt. refert. De iure vero Lusitano lib. 4. ord. tit. 56. §. 4. excipiens compensationem, tenetur probare debitum intra nouem dies, alioquin non admittitur compensatio. De iure vero huius Castellæ Regni. l. 20. citata, tenetur illud probare intra decem dies.

33 Compensatio inter † quæcumque debita fieri potest, quocumque genere actionis peti ea possint, hoc est, siue ad vtrumque actio personalis cõpetat, siue ad vnum competat realis actio, vt rei vendicatio, & alterum sola personalis, siue ad vtrumque competat realis actio; modo tñ cætera requisita, tã dicta, quã dicenda adsint, vt cõpensationi sit locus. Ita hĩ l. vlt. in prin. C. de cõpens. & lib. 4. Lusit. ord. tit. 56. in prin. Qñ autẽ debiti vnius esset legitima exceptio, cur non esset soluendum, aut cur nondum soluendum esset, tunc compensari non posset cum alio, vt ex se est perspicuum, & habetur l. quæcumque ff. de compens.

34 Habet ait locum † compensatio, qñ vtrinque debetur id quod in pondere, numero aut mensura cõsistit, & vtrinque debetur res eiusdem rationis, & speciei, æqualis tñ bonitatis, & valoris siue quod vtrinque debetur, sit res indeterminata in individuo, vt si vtrinque debeatur certa pecuniæ q̃titas, sed indeterminata in individuo, aut debeãtur tot, vel tot mẽsuræ tritici, sed tritici indeterminati in individuo, & ita de alijs rebus, quæ in põdere, numero aut mensura consistunt; siue vtrinque debeatur res eiusdem speciei determinatæ in individuo; siue ex vna parte debeatur res determinata in individuo, & ex alia res eiusdem speciei, ac bonitatis, attamen indeterminata in individuo. Hoc sane est, quod affirmãt & intendunt. l. 21. titu. 14 par. 5. iuncta expositione Greg. Lopez ibi, & ordinationes Lusitanæ titu. 56. citato prin. & quod affirmat Panor. c. bona fides de depos. num. vlt. vbi pro regula generali tradit, tunc locum esse compensationi, quando res, quæ vtrinque debentur, functionem suscipiunt quia vna loco alterius substitui, ac solui potest, eo quod sint eiusdem rõnis, & speciei, æqualisque valoris, ac bonitatis. Quod si vnus deberet triticum, vbi longe plus valet; & alius in loco, vbi longe minus valet, tunc locum non haberet compensatio æqualium mẽsurarum vnius debiti cum æqualibus alterius, sed locum haberet retentio vnius debiti, quousque alterum æqualis valoris soluatur, vt dicemus: idemque dicendum est de alijs reb. eiusdem speciei, quæ in pondere, numero, aut mensura consistunt, & ex aliquo capite vna est melior, maiorisque valoris, quam alia. Qñ ex vna parte deberetur res vnius speciei earum, quæ in pondere, numero, aut mẽsura cõsistunt, & ex alia res alterius speciei, vt ex vna triticum, & ex alia hordeum, aut ex vna vinum, & ex alia oleum, tũc locũ non haberet cõpensatio vnius cum alia: quia non fuit eiusdem rõnis, seu speciei, neq; proinde eiusdẽ valoris. Si tñ vnus deberet pecuniam, & alter aliquid aliud, quod tamen tandem soluendũ esset quo ad æstimationem in pecunia, vel quia non existeret, vel quacunque alia ratione, tunc, quia vtrumque debitum tempore solutionis est soluendum in pecunia, quæ, quo ad valorem, eiusdem est rationis, locum haberet compensatio vnius debiti cum alio: atque hac ratione esse potest compensatio debiti in pecunia cum debito in tritico, aut in quacumque alia re, & è contra. Ita habetur lib. 4. Lusitanar. ordin. titu. 56. §. penultim. & vlt. & affirmant gloss. 1. l. vltim. C. de compensat. & Gregor. Lopez leg. 21. citata glos. 1. Quando ex alijs rebus, quæ in pondere, numero, aut mensura non consistunt, deberetur vtrinque res eiusdem speciei, sed indeterminata in in-

diuiduo

diuiduo, tunc locum haberet compensatio, vt, si vnus deberet alteri octo oues in determinatas in diuiduo, & alter totidem deberet huic indeterminatas similiter in diuiduo, aut deberet plures, vel pauciores, locus esset compensationi: idē est si vicissim duo sibi deberēt vnum equum, aut vnum mācipium indeterminatum in diuiduo, & ita de alijs rebus eiusdem speciei. Ratio autem est, qm̄ vnus non tenetur soluere alteri meliores, aut pretiosiores oues, aliasve eiusmodi res, quam alter soluere teneatur, & idcirco est locus compensationis. Ita hȳ l. 21. citata, & lib. 4. Lusit. ordin. tit. §. 6. §. penult. & affirmant glo. 1. l. vlti. de compens. iuxta varia iura, quæ citat, & Azo. quē Greg. Lop. l. 21. citata, gl. 2. refert ac sequitur. Qm̄ tm̄ res essent distincti valoris, vel quia soluēdæ in locis diuersis, vbi plus valet vna, quā alia, vel aliqua alia rōne, tunc locum non haberet compēsatio vt de rebus, quæ in pondere, numero, aut mēsura consistunt, dictum est. Qua eadem rōne, qa scilicet non sunt eiusdē valoris, vniuersim nō est compensatio inter debita rerum diuersarum specierum. Denique, si ex eiusmodi rebus, quæ in pōdere numero, aut mensura non cōsistūt, debeatur ex vna parte res determinata in diuiduo, siue ex alia parte debeatur etiā res alia indeterminata in diuiduo, sine indeterminata in diuiduo locum non hēt compensatio: quia res nō sunt eiusdem valoris, nec proinde functionem subeunt, vt vna loco alterius solui, inuito altero, possit. Excipe, si ex vna parte pecunia deberetur, & ex altera, quod deberet soluēdum tandem esset æstimationem in pecunia: tūc enim vniuersim, quia debita tandem sunt pecuniaria, locus esset compensationi, vt dictum est. Ita hȳ l. 21. citata, iuncta gl. Greg. Lop. ibi, lib. 4. Lusit. ord. tit. §. 6. §. vlt. & cōsentiunt. l. si cōuenerit. 2 in princ. ff. de pig. act. l. si ex ea. C. de rei vēdic. Vtrum aūt compēsatio locū in cōmodato habeat (quod ex proxime dictis erat examinandum) copiose in calce disput. 297. discussū fuit. Illud circa dicta toto hoc §. obserua qm̄ debita liquida vtrinq; sunt, licitè sint talia, vt in eis iuxta dicta hoc §. locum non habeat compē satio, hēt tm̄ retentio debiti, donec alterum soluatur, iuxta l. si non sortem §. si centum. ff. de condict. indebiti, illis verbis, *ager autem retinebitur, donec debita pecunia soluatur*. Ex quo textu affirmat Pano. num. vlt. citato si res aliena ad me perueniat, posse me illam retinere, donec ille mihi soluat, quod mihi liquido debet. Ex parte autem consentiūt, quæ dis. §. 31. dicta sunt, qm̄ res aliena, insscio, nec consentiente, nec ratum habente, domino, tradita est in pignus pro debito, quod in illius vtilitatem fuit conuersum: sortitur enim rationem pignoris, quousque restituat ac soluat, quod idcirco debet, quia conuersum est in illius vtilitatem: dominoque rem illam vendicanti obstat exceptio, quod soluat, prius, quod ita debet.

Ex qua culpa socij sibi inuicem teneantur, di-
15 sputa. 413. dictum est. Quando† vero aliquis socio-
rū, ob damnum sua culpa societati subsequutum, aliquid societati debet, iam supra dictū est, ipso iure, etiam antequam id petatur, locum habere compensationem alterius debiti cum illo, et si alter socius aliquid societate debeat, vel quia similiter culpa ipsius damnū aliud societati subsequutum est vel quia commodū aliquod societatis, commune sociis oībus, ad ipsum peruenit, idque compensare velit cum debito alterius socij, ex damno sua culpa societati dato. Ita habetur l. ambo. ff. de comp. & l. 22. tit. 14. par. 5. Quæ lex addit, si vnus sociorum ex vna parte damnum societati sua culpa dedit, ex vero commodum illi attulit, compensari vnum cum alio. Quod tamen irrationabile profecto videtur: cū commoda oīa, & lucra societati, a quocunq; sociorū prouenientia, cōia, ex ipsomet societatis contractu, omnibus sociis sint: damna vero, culpa alicuius eorum illi obuenientia, ipsi sint propria, soluisque ipse soluere ea teneatur, sicq; affirmat cōis doctorum sniā stando in iure cōmuni, vt Greg. Lopez ibi confitetur, qui anxie laborat in explicanda ea lege. Neque dispositionem eius legis probandam hac in parte puto nisi intelligatur de æquali commodo, quod societati obueniat, negotiando vltra id quod is socius tenetur, ita vt lucrum ex diligentia, plus, quam tenetur, compenset debitum ex negligentia, qua ab eo, ad quod tenebatur, defecit. Quando item vnus sociorum dolo damnum societati dedit, & alter similiter, locum hēt compensatio in eiusmodi debitis societati ex dolo vtrinque prouenientibus. Idē est, si dolo vnius sociorū damnum obuenit societati in vna re, & culpa alterius sociorum in alia. Si tm̄ circa eandem rem obuenit damnum culpa vnius, & dolo alterius, tunc non est locus compensationi, sed ad solum damnum tenetur solus is cuius dolo obuenit, & ad nihil tenetur is, qui sine dolo fuit culpa illius damni. Exemplum est, si vnus sociorum rem societatis asportabat per loca periculosa sine debita cautela, aut illam, non vt oportebat, clausit, ac custodiui, & alter sociorum illam surripuit, aut furari fecit. Ita colligitur ex l. ītē si. ff. ad l. Aquil. atque hæc oīa habentur. l. si ambo, iūcta gl. 2. ibi ff. de compens. & l. 23. citata, quæ addit contenta toto hoc §. non solum habere locum in contractu societatis, sed etiam quando aliqui rem aliquam habent ipsis aliquo modo communem.

16 Fideiussor alicuius, soluere† cōpulsus pro eo, cui fideiussor extitit, compensare potest, si quid creditor debebat ei, cui ipse fideiussor extitit: quoniam exceptio, quæ debitori principali competit aduersus creditorē, competit et fideiussori. Insuper cōpensare pōt si quid creditor fideiussori ipsi debet, Vtrumque intellige in euentibus, in quibus locum hēt compensatio. Ita hȳ l. verum. l. si quid. ff. de compens. & l. 24. tit. 14. par. 5. Item
17 † procurator debitoris, aut fideiussoris, qm̄ debitor aut fideiussor condemnatur, ac soluere iubentur, compensare pōt, quod creditor ipsis debet, & ipsi petere potetant, vt compensaretur, quod modo tamen eiusmodi procurator fideiussoris præstet, id ratum eos habituros, quorum est procurator. Ita hȳ l. 24. citata, & consentit. l. postquam. ff. de compensa. atque hoc vltimum etiam probatur argumento. l. cum filiusfami. §. vlti. ff. eo. tit.

vbi

vbi habetur, si filius familias aliquid debeat, soluereq; illud compellatur, posse petere, vt id compensetur cum debito alio, qđ idem creditor debet patri talis filij; modo is filius adhibeat fideiussores, patrē ipsius id ratū habiturum. Qñ Ioannes, v.g. procurator esset Petri aduersus Franciscum, compensare sine consensu Petri non posset debitum, quod ipse dēt Francisco, cum debito, quod Franciscus debet Petro. Ita hꝫ l.24.citata. Immo vero Franciscus cōpelli non posset à Petro, vt cū debito, quod ipse Frāciscus Petro debet, compenset debitum, quod Ioannes ei debet, vt expresse habetur l. in rem. §. vlt. ff. de compens. Si tñ Petrus Ioanni cessisset debitum, quod ei Franciscus debet; eumque proinde constituisset procuratorem in causa propria quo ad id debitū aduersus Franciscum, lisque per Ioannem esset contestata aduersus Franciscum, aut Franciscus partem debiti ei iam soluisset, vel Ioannes Frāciſco denunciasset, vt non solueret Petro debitū, eo, quod iam illud sibi cessisset; tunc, quia Petrus (iuxta l.3. C. de nouat. & ea, quę disputatione prędcedente dicta sunt) reuocare non posset cessionem, compensare posset Ioannes id debitum cum alio, quo ipse teneretur Francisco. Ita habetur l. in rem in prin. ff. de compens. iuncta glossa ibi. verb. post litis, & affirmat Greg. Lopez l.24.citata gl. vlt.

Quamuis nullus intentare possit actionem ad alterum attinentem sine mandato illius, si vero id aggrediatur, repelletur exceptione, qđ ad id mandatū non habeat, neq; ea actio ad ipsum spectet, vt disp. 553. dictum est, eaque de causa nullus ea in parte esse possit merus negotiorum gestor alterius, vt ibidem dictum est, nihilominus, non solum filius defendere potest patrem absentem in iudicio sine illius mandato, sed et quicunq; alius, quando videt prosequutionem litis fieri ad eum condemnandum, aut exequutionem aliquam fieri aduersus eum; modo tamen aliqua caueat, de quibus tractatu 5. erit sermo. Ita habetur l. exigē-
18 di. C. de procuratoribus. Qui ergo † ita absentem defendit, sive filius absentis sit, sive quicunque alius, excipere, & petere poterit, vt compensatio fiat debiti, quod absens soluere præcipitur, at cogitur, cum debito alio, quod is, cui solutio est facienda, debet absenti illi modo tamen, qui eam compensationem absentis loco petit, fideiussores det, absentem id ratum habiturum. Ita habetur l. 25. tit. 14. part. 5. & concinit, si cum filio. §. vlt. ff. de compens. Vnde Greg. Lopez l. 25. citata colligit, quamuis filius petere non possit solutionem veram eius debiti, quod patri debetur ex contractu inito cum patre seorsim à filio, iuxta l. non solum. ff. soluto mat. & alia iura; posse tamen petere compensationem eius debiti, quod pater alicui debet, cum debito alio, quod idem creditor patri vicissim debet; modo de rato caueat.

19 Quando aliquid debetur † in diem, aut sub conditione, locum non habet, vt id debitum ante aduentum eius diei, aut ante impletam conditionem, compensetur cum alio debito, quod iam nūc venit soluendum. l. quod in diem in princ. & l. si cum militi. §. vlt. ff. de compensat. Si tamen iam aliquid debetur, attamen ex dispositione, & commiseratione iuris cōcessum est, vt anteq; exequutio fiat, debitori concedatur aliquod tempus, tunc cum eo debito compensari potest, & debet, quod eidē debitori ab eodem creditore iam nunc debetur statim soluendum. Ita habetur §. vlt. citato.

20 Quamuis † exceptio rei iudicatæ, non obstet, quin aliud debitum compensetur cum eo, quod ex sententia, quæ in rem transit iudicatam, debetur, vt supra dictum est, & habetur l. quod in diē. §. vlt. ff. de compens. si tamen exceptio compensationis in eo iudicio fuit opposita, & illam iudex repulit, quia debitum non erat liquidum, aut id longiori indagine indigebat, vel alia simili ratione, tunc obstat exceptio rei iudicatæ, si compensatio in sententiæ exequutione opponatur. Ita habetur §. vlt. citato.

In sequentibus euentibus locum non hēt com-
21 pensatio. Primus, † q̄uis, si aliquid debeatur fisco, vel in pœnam, vel quacūque alia ratione, vel principi, aut communicati, locū habeat compensatio cum alio debito liquido, quod fiscus, princeps, aut respublica, cōitasve oppidi, eidem debitori vicissim debet, vt habetur l. in ea, iuncta l. 1. C. de compens. l. ideo. ff. eod. tit. & alijs iurib. quādo tamen eis debetur aliquid deputatum ad reparationem, aut constructionem murorum, fossarum, pontium, & similium, vel ad munitiones, victualia, stipendia militum, & res alias bellicas, aut in tributum quodcunque, vel debetur fideicōmissum, aut res alia relicta, vt postea ad principem aut ad cōitatem oppidi deueniat, locum non habet compensatio cum alio debito, quod fiscus, princeps, vel cōitas, reipublicæ, aut oppidi, debeat eisdem debitori. Ita habetur l. in ea, iunctis glossis ibi. C. de compens. l. ob negotium, ff. eod. tit. l. 26. titul. 14. part. 5. & lib. 4. Lusit. ord. tit. 56. §. 5. vbi hoc priuilegium videtur extendi ad omne vniuersum debitum, quod debetur Regi, cameræ, aut fisco ipsius: solum enim, quando aliquid debetur communitati ciuitatis, aut oppidi alicuius, excipitur in eo. §. vt fiat compensatio in euentibus, in quibus de iure communi compertum fuerit posse fieri cum debitis, quæ eædem communitates suis debitoribus vicissim debent. Item quamuis, quando aliquis vendit aliquid, possit emptor in pretio compensare, quod venditor ei aliunde debet; si tamen fiscus sit, qui aliquid vendit, non potest emptor compensare in eo pretio id, quod fiscus ei vicissim ex alio capite debet. Ita habetur l. si ex venditione C. de compens.

Secundus, quando aliquis condemnatur, vt aliquid reddat alicui ob vim illatam, furtum, aut aliud maleficium: in eo enim, quod restituere ex eo capite debet, sive sit res ipsa ablata, sive æstimatio illius, sive pœna insuper imposita ei reddenda, locum non habet compensatio cum debito alio, quod is, cui restitutio fieri debet, vicissim huic debeat, idque in odium delicti commissi. Ita habetur l. vlt. in fine, iuncta glossa vlt. ibi. C. de compens. l. 27. titu. 14. part. 5. & lib. 4. Lusit. ord. tit. 56. §. 2. Excipitur, nisi debitum esset ex simili maleficio; nam tunc locum haberet compensatio,

quo

Digitized by Google

quo ad ipsa eiusmodi debita tantum inter se collata, vt habetur §. 2. citato, & affirmat glossa citata, ac consentit. l. si ambo. ff. de compens. Excipitur etiam in contractu societatis, quando compensatio fieri deberet de ijs, quæ ad eandem societatem spectant, iuxta ea, quæ supra dicta sunt.

Tertius, in deposito, iuxta ea, quæ disput. 526. dicta sunt.

Quartus, quando debentur alimenta: id enim debitum non compens. 4. lib. Lusit. ord. ti. 56. l. 3.

Quando duo debita cócurrunt, quorũ vtrumque habet priuilegium, vt in eo non fiat compensatio, fit inter talia debita nihilominus compensatio, vt habetur eodem tit. 56. §. 6. quoniam non est locus priuilegio comparatione rei, quæ eodem gaudet priuilegio. Atque hinc iure Lusitano videtur sancitum, vt in debito ex vno deposito, possit fieri compensatio ex debito ex alio deposito: cuius tamen contrarium sancitum est de iure communi, vt disp. 526. dictum est.

22 Vtrum † autem ex compensatione debeatur tributum illud, quod in Castella alcauala dicitur, & in Lusitania sisa. Respondet bene Lassarte de decima vend. c. 7. nu. 5. non deberi, esto mutuo partium consensu fiat, vbi de iure non habet locum. Quia illud, neque est venditio, neque permutatio vnius rei pro alia, sed est remissio, & extinctio debiti vtrinque quo ad concurrentem quantitatem. Quod si ex vna parte plus debiti remitteretur, quam ex alia, tunc, quo ad excessum, esset donatio, gratuitaue remissio talis excessus.

## De alijs modis, quibus liberatio fit ab obligatione soluendi.

### DISPVTATIO DLXI.

*SVMMARIVM.*

1 *Obligatio quando solui dicatur, si res debita in individuo pereat sine culpa, & mora debitoris.*

2 *Obligatio soluitur etiam iuramento delato debitori in defectum probationis.*
*Cum declaratione, vt ibi.*

3 *Obligatio an, & quando soluatur, etiam in conscientiæ foro per sententiam.*

4 *Obligatio item soluitur per præscriptionem.*
*Item per debiti remissionem, si obligatio sit naturalis, secus si ciuilis, quæ eliditur per exceptionem.*
*num. 5.*
*Et quid de iure Castellæ.*

NVnc dicendum est de solutionibus prefse. Sed prius explicandi sunt quidam alij modi, quibus quis liberatur ab obligatione soluendi aliquid, soluisseque id censetur, sumpto solutionis nomine late, vt comprehendit etiam nouationem, delegationem, & compensationem, de quibus duabus præcedentibus disputationibus dictum.

1 Primus est, quando † debetur res aliqua determinata in individuo, aut aliquid ex rebus determinatis in individuo, & id perit sine culpa, & mora debitoris illud tradendi: tunc enim perit creditori, & non debitori, atq; adeo id naturaliter liberat debitorem ab onere illud soluendi. Quia tñ ea de re, tam qñ res debetur contractu gratuito, vt donationis, cómodati, aut depositi, quã qñ debetur contractu oneroso, vt emptionis, & venditionis, disput. 269. 296. & duabus sequentibus, disp. 366. & 367. disp. 527. & alibi. copiose dictũ est, vbi etiam explicatum est, ex quanta culpa in vnoquoque horum contractuum debitor teneatur, si id culpa ipsius pereat, nõ est, cur quicquam hac de re hoc loco dicamus.

2 Secundus † traditur, quando aliquis debitum aliquod exigeret ab alio, qui negaret illud ei debere: si enim, ob probationis sufficientis defectum, creditor exigeret in iudicio, vt debitor iuraret, num id deberet, & debitor negaret sub iure iurando tale debitum, tunc eo iuramento, quod in iure decisorium idcirco dicitur, quod eo lis dirimatur, ac finiatur, non secus liber à solutione eius debiti maneret, quam si illud soluisset. Ita habetur l. 1. & 2. l. iusiurandum etiam ff. de iureiurando. l. Stichum. §. naturalis. ff. de solutionibus, & l. 9. tit. 14. part. 5. Obserua tamen, per nudum iuramentum, etiam in iudicio præstitum, si non sequatur sententia liberatoria iudicis vi talis iuramenti, & vi defectus probationis actoris, solùm oriri exceptionem comparatione obligationis ciuilis, actionis, quæ rursus circa idem debitum intentetur, vt perspicuè habetur §. æquè instit. de except. Sicenim lex Stichum. §. naturalis. ff. de solut. rectè expendatur, certè non maiores vires tribuitur iuramento, quàm pacto nudo remissionis debiti, aut de debito non petendo, ex quo, & ex nudo iuramento, sine sententia, æquè. §. naturalis, dicit extingui obligationem contractiam naturalem, nihil tamen dicit de ciuili, imò contrarium apertè innuit: comparatione verò obligationis ciuilis, & actionis, quæ ex illa potest intentari, instit. de except. §. præterea, & §. æquè, solùm ex pacto nudo de debito non petendo, & ex iuramento decisorio sine sententia, dicunt æquè oriri, & concedi exceptionem, non verò extingui ipso iure obligationem ciuilem, ac proinde nec denegari ex illa actionem, tametsi ope exceptionis illi detur, si fuerit intentata. Lex tamen 9. partitarum citata, statuere videtur, extingui obligationem etiam ciuilem, non secus ac si debitor soluisset debitum: nisi tamen eam intelligas, vt iudicium correctio euiteur, subsequuta liberatoria sententia iudicis, vt eam legem tandem exponit ibi Gregor. Lopez, & in ea lege subiungitur: cæterum non ad id instituum, (vt videtur) sed vt dicatur, perinde eo iuramento liberari debitorem, ac si debitum soluisset, & ac si iudicis sententia liberaretur. Vtinã verò tot tricæ à iure abscinderentur, & pactum nudum vestito æquarentur: vt iure partitarum posteriore in hoc Castellæ Regno æquatum est iuxta quod, quemadmodum ex pacto nudo debito non petendo, tollitur ipso iure obligatio ciuilis debiti, & denegatur actio ad illud petendum, ita credo idem esse dicendum de iuramento decisorio, quod pacto de

do de nouo petendo debito æquatur in ore. Illud obserua, iuramentum decisorium in solo exteriori foro de obligare, modo explicato, debitorem à debito soluendo: in conscientiæ verò foro, si antea soluere debitum tenebatur, etiam post iuramentum tenetur, siue periurus fuerit, sua nequitia iureiurando negando debitum, quod se debere sciebat, siue ignorans, ac credens, se illud non debere, id iurauerit, posteaque deprehendat, se id debere.

Tertius traditur, quando debitor iudicis sententia liberatur. Hic tamen modus quamuis, etiã 3 in conscientiæ foro, liberet debitorem in re dubia, quando sine fraude, ac dolo debitor suum ius experiri est aggressus, pro ipsoque lata est sententia; si tamen ei constabat, se esse debitorem aut, post latam sententiam, id ei constat, antequàm debitum ad iudicatum legitimè perscribat, in conscientiæ foro eum non liberat; quoniam sententia ius non tribuit, sed solùm declarat, ad quem spectet, vimque solùm in conscientiæ foro habet, si ita res habeat in se, vt sententia pronunciat: de qua re tract. 5. dicendum est.

Quartus est, titulo † legitimè perscriptionis, vt 4 ex se est notissimũ, & ex dictis in materia de perscriptione liquet. Immò verò si quis solum alienũ, & creditor legitimè illud perscribat, debitor manet à debito liberatus. l. is qui. ff. de solut.

Quintus, qñ † debitori remittitur ab eo debi- 5 tum, qui ad id potestatem habent, siue id fiat per acceptilationem, siue quocunque alio pacto vestito: in quo euentu de iure communi ipso iure extinguitur obligatio, tam naturalis, quàm ciuilis, iuxta ea quæ disp. 254. & seq. dicta fuot; siue remittatur solo pacto nudo, dicendo, tem itto tibi tale debitum, aut promitto tibi, me nunquam petiturum à te tale debitum, vel quouis alio modo; in quo euentu de iure communi extinguitur obligatio tota naturalis debiti illius, non tamen ciuilis, sed ciuilis elidi ur exceptione ex eo pacto, iuxta §. præterea inst. de except. supra citatum, & ea quæ copiosè disputationibus citatis dicta sunt. De hac tamen huius Castellæ Regni l. 5. tit. 8. lib. 3. cod. quæ est l. 2. tit. 6. lib. 5. nouæ collect. etiam pacto nudo extinguitur obligatio ciuilis, prorsusque denegatur actio.

Si creditor debitori traderet instrumentũ debiti, aut illud rumperet, aut cancellaret, tunc censeretur remisisse ei debitum, ad eumque, & nõ ad debitorem spectaret probare, non eo animo illud ei tradidisse, aut rupisse: arbitrorque hunc factum illo, præsertim traditionis, vestito pactum illud, ad proinde extinctum esse, etiam de iure ciuili, obligationem ciuilem, idque apertè sonat. l. 9. tit. 14. par. 5. Si verò creditor probet, vi, aut metu, illud tradidisse, vel furto fuisse ablatum de ipsius potestate, vel alia ratione, quam animo remittendi debitum, illud tradidisse, aut rupisse, vel cancellasse, puta quia tradidit ad custodiã, vel illud rupit non aduertens esse instrumentum debiti, aut alia de causa, tunc non censetur remissum debitum. Idẽ dic, si indicia, & coniecturæ essent, furto fuisse ablatum, aut ab aliquo alio fuisse rupt. Ita habetur l. Labeo, iuncta l. sequenti. ff. de pactis. l. si chirographum, iuncta glossa ibi. ff. de probation. bus leg. 9. citata, & l. 11. tit. 19. par. 3. & leg. 40. tit. 13. part. 5. Legito apud Greg. Lopez l. 11. citata opiniones, quę de hac re sunt standoin iure communi, & alia, quæ de hac re dici poterant.

## Solutio presse quid. Et num, qui ad factum tenetur, satisfaciat soluendo interesse. Et qua ratione tutò fieri solutio minori debeat.

### DISPVTATIO DLXII.

### SVMMARIVM.

1 *Solutio quid.*
2 *Solutio etiam latè sumpta liberat ab obligatione, etiam accessoria.*
3 *Solutionum genera aliqua.*
4 *Solutio interesse liberat ab obligatione facti: & quid veniat nomine interesse.*
5 *Obligatus ad factum an, & quando liberetur, soluendo interesse.*
6 *Solutio minori quo pacto fieri debeat.*

1 SOlutio † presse, est exhibitio eius, quod debetur aut ei alteri in loco illius, quando illa solui non potest, aut de voluntate creditoris. Aliud enim pro alio, inuito creditore, solui non potest l. 2. §. 1. ff. si certum pet. l. eum à quo C. de solut. & alijs iuribus: sicut etiam debitor eogi non potest, soluere vnum pro alio, quando solui id potest, qd debetur, l. domini, & ibi gl. C. de agricol. & cens. lib. 11. De mutuo tamen debitoris, & creditoris consensu, solui potest vnum pro alio. l. manifesti. C. de solut. & l. 3. tit. 14. par. 5. Quando vnum soluendum esset pro alio quia, debetur, solui non potest, aut alia ratione, si debitor, & creditor non conueniat, iudex arbitrari debet, quod sit soluendum l. 3. citata, & notant doctores in authentica hoc nisi, C. de solut.

Facta autem solutione, liberat ab obligatione, & debito manent, non solum debitor ipse, hæredesque ipsius, sed etiam pignora, ac fideiussores, & denique quicunque accessorie, vna cum debitore, tenebantur: habetque id locum similiter in solutione quacunque, sumpto vocabulo solutionis late, quales sunt, de quibus tribus præcedentibus disputationibus dictum est: extincta † quippe obligatione principali, quocunque modo illa extinguatur, extincta quoque manent accessoria. Ita habetur inst. quib. mod. tol. obl. in prin. iuncta §§. seq. l. cum principalis. ff. de reg. iur. l. 1. & tit. 14. par. 5. & alijs iuribus. Item id habet locum, ce si aliquis à debitore, siue debitore id ignorante, siue id sciente, debitum creditori nomine debitoris soluat: continuo omnia, tam ipse debitor, quã, quæ accessorie illi pro eo debito tenebantur, liberantur ab obligatione, & debito maneant. l. manifesti. C. de solut. & si pro me. ff. eodem. tum dictumque est in alt. disp. 453. vbi alia tunc ad id etiam tetigimus.

mus:

mus: diximusque, continuo competere ita soluenti actionem, negotiorum gestorum aduersus eũ, pro quo soluit, vt sibi id reddat: præterea adiecimus, si tertius creditori solutionem offerat, creditorq; non velit eam accipere, liberari debitorẽ à pœna, quam incurreret, si intra id tempus non solueret. Illud est addendum, et si tertius aliquid pro inuito, ac reniteute soluat, liberari debitorem à debito, vt expresse habetur l. solutionem. ff. de solut. inst. quib. mod. tol. ob. in prin. & l. 5. tit. 14. part. 5. Cæterum dubium est, an tunc cõpetat soluenti actio negotiorum gestorum ad repetendũ, quod ita soluit, qñ debitor vere illud debebat, solueretque tenebatur. Certè, quamuis, quod disput. 554. in prin. dictum est de expensis illo modo factis, suadere videatur, non consurgere in eo euentu eam actionem, contrarium tamen videtur probabilius, quoniam hoc vere erat debitum, necessariumque, vt solueretur, & inique debitor huic solutioni resistebat, in quo euentu per epicheiam intelligenda non est habere locum dispositio, de qua eo loco habitus est sermo.

3 Tot sunt † genera solutionum ex parte eius, ꝙ est soluendum, quot sunt genera rerum, quæ sub promissionem aut debitum, cadere possunt. Promissio de facto alieno, quousque valida sit, aut nõ sit, vel de iure communi Cæsareo, vel de iure canonico, aut Castellæ, disp. 268. par. 2. copiose explanatum est. 4 Quando † factum proprium, aut alienum in euentibus, in quibus valida est ea promissio, fuit promissum, & culpa promittentis impleri non potest, tenetur is ad interesse. l. stipulationes non diuiduntur. §. celsus ff. de verb. obl. l. 3, tit. 14. part. 5. & alijs iuribus, nomine vero, interesse, comprehendendo, etiam damna lucri cessantis, vt l. 3. citata explicat.

Cæterum dubium est, an, stando in iure communi, qui se obligauit ad factum, teneatur ad illud præcise, interim dum impleri illud potest; an 5 † vero satisfaciat, etiam inuito creditore, soluendo ei interesse, ita quod in optione debitoris tunc sit, vel præstare factum, v. g. fabricare creditori domum, vt se illi obligauit, aut soluere illi interesse, prout debitor maluerit Bart. & communis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Anton. Gom. 2. tom. variar. resolut. c. 10. nu. 21. & 22. Couar. c. quamuis pactum par. 1. §. 4. num. 6. & Gutier. de iur. confirm. par. 1. c. 39. a num. 1. asseuerant, non teneri præcise ad factum, sed liberari soluendo interesse. Quod confirmant, ex l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. ff. de verb. oblig. & ex l. si quis ab alio. §. vltim. ff. de re iud. Ego autem contrarium verum esse existimo, etiã stando in iure communi, cum glossa vlt. l. si quis ab alio citata, & cum paucis, quos Gutier. & alij referunt, & ex parte dixi disput. 542. §. sunt vero. Neque enim ex illis iuribus, aliud colligitur, quã quod, quando debitor in mora, & culpa fuit, optio sit, non penes ipsum, sed penes creditorem, petere interesse, & quod quando ex parte creditoris interesse petitur, diuidi possit factum, quo ad interesse, in quo æstimatur, cum tamen obligatio ad factum sit in se indiuidua. Ac certe, si iura illa Cæsarea, vel quæcunque alia, intendissent, quod, quando quis obligatus esset ad factum, in optione ipsius postea esset, non id præstare, sed solum interesse, irrationabilia prorsus essent, & quæ sine vllo reipublicæ commodo, ac bono, contrarium eius statuerent, quod habet, ac postulat natura ipsa rei, quod longe alienum est à prudente, æquo, ac iusto legislatore, essentque proinde abroganda, à corporeque iuris præscindenda. Vnde de iure canonico, vt communis doctorum sententia affirmat, quem referunt, ac sequũntur Couar. nu. 6. citato, Greg. Lopez. l. 3. verb. *pudiese fazer* tit. 14. par. 5. & Gutier. vbi supra nu. 4. compelli potest debitor facti, ad solum factum, iuxta. c. 1. & c. qualiter, de pact. quicquid Ioan. Andr. & Fel. in cõtrarium dixerunt, ducti c. dilecti de arb. ex quo tamen nihil tale colligitur: ibi enim solum habetur, quosdam, qui compromisserant in quendam iudicem arbitrum, cogi posse stare arbitrio, etiam exigendo ab eis pœnam impositam ijs, qui parere non vellet: cum autem ea pœna in subsidium fuerit. imposita, vt staretur arbitrio, iuxta ea quæ disputatione 559. dicta sunt, optio est penes eum, qui arbitrio stare vult; cogere alterum vel stare arbitrio, vel pœnam conuentionalem soluere, vt maluerit, qui paret arbitrio, immo & cogere ad vtrumque eum potest, si pœna conuentionalis apposita fuit cum clausula, rato manente pacto, & arbitrio, iuxta ea quæ disput. 556. dicta sunt. De iure etiam Castellæ obligatus ad factum, illud præcise, præstare tenetur, si ita creditor velit, vt constat ex l. 5. l. 34. & l. 35. titul. 11. l. 3. tit. 14. par. 5. & l. 4. tit. 27. part. 3. quas copiose, & docte expendit Gutier. vbi supra num. 5. idque habere ius Castellæ asseuerat cum Gregor. Lopez leg. 3. citata, verb. *pudiese fazer*, repellitq; contrariam Ant. Gom. opinionem, nu. 22. citato, qui, relata solum l. 4. tit. 27. part. 3. perperam conatur illam interpretari, vt cum sententia Bart. & aliorum consentiat. Quanto autem quis sub iureiurando se obligat ad factum aliquod, tunc communis doctorum sententia (quicquid pauci in contrarium dixerint) affirmat, etiam stando in iure Cæsareo, positaque communi opinione Bart. & aliorum, teneri præcise ad factum, si illud adhuc implere possit, neque deobligari offerendo interesse. Eam sententiam late referuntur, ac sequũtur Couar. num. 6. citato, Gutier. vbi supra nu. 6. & Ant. Gom. nu. 22. citato, versiculo quartus casus. Ratio est, quoniam id ex se habet natura ipsa obligationis ad factum, & id significat promissio, & obligatio ad factum, qua de causa id seruatur iure canonico: quare, si iuramento ea promissio, & obligatio confirmetur, seruanda est in sua propria forma, vt verba significant, habeteque natura ipsa rei.

5 Quod † ad vltimum eorum, quæ proposita sunt, attinet, disputat. 224. explicauimus, quo pacto fieri debeat solutio eorum, quæ minori debentur, vt tuto fiat, nec minor postea illa repetat, vsque ad vigesimum nonum suæ ætatis annum, & sufficere, si fiat tutori, aut curatori illius, esto non interueniat iudicis auctoritas,

toritas, consentitque l. solutam in prin. ff. de solu. Ratio autem est, qm̃, vt publica autoritate constitutus est administrator bonorum minoris, ita, & receptor eorumque ibi debentur: & qm̃ tutor, aut curator, tenetur tunc minori de debito rectè ei minoris loco soluto; non verò, qui ante illi soluit. Lex 4. tit. 14. par. 5. innuere videtur, vt tutori aut curatori, tuto solutio fiat, necessariam esse iudicis autoritatem: id verò irrationabile esset, neque consuetudine seruatur, & Greg. Lopez, in summario eius legis, eam exponit, vt sufficiat eis fieri tantumque necessariam esse iudicis autoritatem, quando solutio fit minori ipsi. Quæ autem hac de re disputatione citata dicta sunt, similiter habent locum in amente, & in prodigo, cui curator sit traditus, vt l. 4. citata habetur.

## Solutio facta alteri quàm creditori, quando debitorem ab obligatione debiti liberet, quando non item.

### DISPVTATIO DLXIII.

#### SVMMARIVM.

1 *Solutio rei determinatæ in indiuiduo facta alteri, quam creditori, et res soluta ei pereat, antequam perueniat ad creditorem, liberat debitorem.*
*Declaratur tamen, vt ibi.*
2 *Solutio rei indeterminatæ in indiuiduo facta alicui deputato à creditore, an liberet debitorem si pereat, & quando.*
*Et quid si soluatur procuratori ipsius creditoris. numero 3.*
4 *Solutio facta filio, vel seruo exposito alicui negotiationi, quando liberet debitorem.*
5 *Solutio facta ei, qui non est nec tacitè procurator, licèt negocia gesserit creditoris, nō liberat debitorē.*
6 *Solutio facta de mandato creditoris alicui, qui postea reuocatus fuit, quando liberet debitorem.*
7 *Adiectus quis, & quando solutio ei facta liberet debitorem.*
8 *Solutio facta creditori principali quando non liberet debitorem, si creditor accusetur de crimine, cuius bona veniant confiscanda.*
9 *Procuratori ad litem etiam si vincat, non potest fieri solutio.*
10 *Procurator ad litem, non potest facere transactionem, neque aliam remissionem, nisi habeat ad id speciale mandatum.*

QVæ in secunda parte disput. 296. dicta sunt, magno nos onere hoc loco liberabunt. Qm̃ qđ debetur, est res determinata in indiuiduo, aut aliqd ex rebus determinatis in indiuiduo, quod, si pereat sine debitoris culpa, perit creditori, & nó debitori, iuxta, ea quæ disp. 561. & alijs disputationibus ibi citatis dicta sunt, tunc, si † tradatur alteri, vt id deferat ad creditorem, siue designato à creditore, vt ei traderetur, siue non, & id dispareat, aut pereat, antequam perueniat ad creditorem perit creditori, liberque debitor manet ab illo soluendo. Excipe, nisi debitor, in illo ita tradendo, fuerit in culpa, ex qua, iuxta qualitatem contractus, vnde id debebatur, creditor teneatur: aut nisi se obligasset ex leuiori culpa, aut ex casu fortuito, quousque res illa ad creditorem peruenisset, atque ex illa leuiori talis debitoris culpa, aut ex casu fortuito, res eo modo tradita, perisset: nam tunc debitor teneretur id iterum soluere. Hęc omnia disp. 296. citata, copiosè comprobata sunt.

2 Quando, quod † debetur, est omnino indeterminatum in indiuiduo, vt si debeatur certa pecunia quãtitas indeterminata in indiuiduo, aut debeantur tot mensuræ tritici, vini, olei, aut aliud quodcunque, omnino indeterminatum in indiuiduo, tunc, si tradatur ei, quem creditor designauit, vt ei traderetur, aut solueretur, siue ille esset creditor creditoris, siue quicunque alius, vel creditor, postquàm, sciuit traditum, aut solutum ei esse, id ratum habuit, liber omnino debitor manet ab eo debito, quo antea creditori tenebatur; & esto id posteà pereat, aut dispareat, nunquamque ad creditorem deueniat, perit creditori, & non debitori. Ratio est, quoniam eo ipso censetur creditori ipsi traditum, aut solutum, per eum, quem ad id deputauit, aut quem habuit ratum, id loco ipsius accepisse, ac proinde eo ipso creditori id disparet, aut perit, & non debitori. Ita ostendimus disp. 296 citatæ, & habetur l. solutam in prin. ff. de solut. l. solutum. §. solutam. ff. de pignorat. act. l. quod iussu. ff. de reg. iur. & l. 5. titu. 14. par. 5.

3 Idem est, si soluatur † procuratori habenti mãdatum à creditore ad id recipiendum, aut ad recipiendum debita ipsius, vel habenti administrationem omnium bonorum creditoris, vel negotiationis alicuius, ad quam ea solutio spectet. Ita habetur l. vero procuratori, in princip. ff. de solut. l. 5. titu. 14. part. 5. Satisque est ad id, si habeat administrationem bonorum creditoris, esto non sit ei libera administratio concessa, vt, notat glo. l. vero procuratori, citata verb. administratio; concessa sit cum libera facultate. 4 Hinc † est, quod, si creditor filium, famulum, aut mancipium, expositum habeat alicui administrationi, aut negotiationi, vel debitis exigendis, aut recipiendis, si ei solutio fiat, liber manet debitor ab eo debito, esto res soluta pereat, aut ad creditorem non perueniat. Ita habetur leg. solutam. ff. de solut. l. solutum. §. solutam. ff. de pignorat. act. & consentiunt alia iura proxime citata. Hoc loco obserua, si is, cui facta est solutio, verè tunc, modis explicatis, constitutus erat à creditore, vt nomine, & loco ipsius eam reciperet, liberari debitorem à debito, esto dubitauerit, an haberet mandatum, tacitum, vel expressum, aut ad id non attenderit, vel crediderit illud non habere. Ratio autem est, quoniam eo ipso, quòd mandatum habebat, & id nomine creditoris accepit, comparauit creditor reipsa dominium illius, ac proinde, si posteà pereat, aut nequitia recipientis ad creditorem non perueniat, perit creditori, & non debitori. Quod autem cum glos. l. non solum §. qui alienum. ff. de procuratoribus, Greg. Lopez leg. 5. citata, verb. *recebirlo*,

mus: diximusque, continuo competere ita soluenti actionem, negotiorum gestorum aduersus eũ, pro quo soluit, vt sibi id reddat: præterea adiecimus, si tertius creditori solutionem offerat, creditorq; non velit eam accipere, liberari debitorẽ à pœna, quam incurreret, si intra id tempus non solueret. Illud est addendum, et si tertius aliquid pro inuito, ac renitente soluat, liberari debitorem à debito, vt expresse habetur l. solutionem. ff. de solut. inst. quib. mod. tol. ob. in prin. & l. 5. tit. 14. part. 5. Cæterum dubium est, an tunc cõpetat soluenti actio negotiorum gestorum ad repetendũ, quod ita soluit, qñ debitor vere illud debebat, solueretque tenebatur. Certè, quamuis, quod disput. 554. in prin. dictum est de expensis illo modo factis, suadere videatur, non consurgere in eo euentu eam actionem, contrarium tamen videtur probabilius, quoniam hoc vere erat debitum, necessariumque, vt solueretur, & inique debitor huic solutioni resistebat, in quo euentu per epicheiam intelligenda non est habere locum dispositio, de qua eo loco habitus est sermo.

3 Tot sunt † genera solutionum ex parte eius, q̃ est soluendum, quot sunt genera rerum, quæ sub promissionem aut debitum, cadere possunt. Promissio de facto alieno, quousque valida sit, aut nõ sit, vel de iure communi Cæsareo, vel de iure canonico, aut Castellæ, disp. 268. par. 2. copiose explanatum est. 4 Quando † factum proprium, aut alienum in euentibus, in quibus valida est ea promissio, fuit promissum, & culpa promittentis impleri non potest, tenetur is ad interesse. l. stipulationes non diuiduntur. §. celsus ff. de verb. obl. l. 3, tit. 14. part. 5. & alijs iuribus, nomine vero, interesse, comprehendendo, etiam damna lucri cessantis, vt l. 3. citata explicat.

Cæterum dubium est, an, stando in iure communi, qui se obligauit ad factum, teneatur ad illud præcise, interim dum impleri illud potest; an 5 † vero satisfaciat, etiam inuito creditore, soluendo ei interesse, ita quod in optione debitoris tunc sit, vel præstare factum, v. g. fabricare creditori domum, vt se illi obligauit, aut soluere illi interesse, prout debitor maluerit Bart. & communis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Anton. Gom. 2. tom. variar. resolut. c. 10. nu. 21. & 22. Couar. c. quamuis pactum par. 1. §. 4. num. 6. & Gutier. de iur. confirm. par. 1. c. 39. a num. 1. asseuerant, non teneri præcise ad factum, sed liberari soluendo interesse. Quod confirmant, ex l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. ff. de verb. oblig. & ex l. si quis ab alio. §. vltim. ff. de re iud. Ego autem contrarium verum esse existimo, etiã stando in iure communi, cum glossa vlt. l. si quis ab alio citata, & cum paucis, quos Gutier. & alij referunt, & ex parte dixi disput. 542. §. sunt vero. Neque enim ex illis iuribus, aliud colligitur, quã quod, quando debitor in mora, & culpa fuit, optio sit, non penes ipsum, sed penes creditorem, petere interesse, & quod quando ex parte creditoris interesse petitur, diuidi possit factum, quo ad interesse, in quo æstimatur, cum tamen obligatio ad factum sit in se indiuidua. Ac certe, si iura illa Cæsarea, vel quæcunque alia, intendissent, quod, quando quis obligatus esset ad factum, in optione ipsius postea esset, non id præstare, sed solum interesse, irrationabilia prorsus essent, & quæ sine vllo reipublicæ commodo, ac bono, contrarium eius statuerent, quod habet, ac postulat natura ipsa rei, quod longe alienum est à prudente, æquo, ac iusto legislatore, essentque proinde abroganda, à corporeque iuris præscindenda. Vnde de iure canonico, vt communis doctorum sententia affirmat, quem referunt, ac sequũntur Couar. nu. 6. citato, Greg. Lopez. l. 3. verb. *pudiese fazer* tit. 14. par. 5. & Gutier. vbi supra nu. 4. compelli potest debitor facti, ad solum factum, iuxta. c. 1. & c. qualiter, de pact. quicquid Ioan. Andr. & Fel. in cõtrarium dixerunt, ducti c. dilecti de arb. ex quo tamen nihil tale colligitur: ibi enim solum habetur, quosdam, qui compromiserant in quendam iudicem arbitrum, cogi posse stare arbitrio, etiam exigendo ab eis pœnam impositam ijs, qui parere non vellet: cum autem ea pœna in subsidium fuerit. imposita, vt staretur arbitrio, iuxta ea quæ disputatione 559. dicta sunt, optio est penes eum, qui arbitrio stare vult; cogere alterum vel stare arbitrio, vel pœnam conuentionalem soluere, vt maluerit, qui paret arbitrio, immo & cogere ad vtrumque eum potest, si pœna conuentionalis apposita fuit cum clausula, rato manente pacto, & arbitrio, iuxta ea quæ disput. 556. dicta sunt. De iure etiam Castellæ obligatus ad factum, illud præcise, præstare tenetur, si ita creditor velit, vt constat ex l. 5. l. 34. & l. 35. titul. 11. l. 3. tit. 14. par. 5. & l. 4. tiuus 27. part. 3. quas copiose, & docte expendit Gutier. vbi supra num. 5. idque habere ius Castellæ asseuerat cum Gregor. Lopez leg. 3. citata, verb. *pudiese fazer*, repellitq; contrariam Ant. Gom. opinionem, nu. 22. citato, qui, relata solum l. 4. tit. 27. part. 3, perperam conatur illam interpretari, vt cum sententia Bart. & aliorum consentiat. Quanto autem quis sub iuramento se obligat ad factum aliquod, tunc communis doctorum sententia (quicquid pauci in contrarium dixerint) affirmat, etiam stando in iure Cæsareo, positaque communi opinione Bart. & aliorum, teneri præcise ad factum, si illud adhuc implere possit, neque deobligari offerendo interesse. Eam sententiam late referuntur, ac sequũtur Couar. num. 6. citato, Gutier. vbi supra nu. 6. & Ant. Gom. nu. 22. citato, versiculo quartus casus. Ratio est, quoniam id ex se habet natura ipsa obligationis ad factum, & id significat promissio, & obligatio ad factum, qua de causa id seruatur iure canonico: quare, si iuramento ea promissio, & obligatio confirmetur, seruanda est in sua propria forma, vt verba significant, habetque natura ipsa rei.

5 Quod † ad vltimum eorum, quæ proposita sunt, attinet, disputat. 224. explicauimus, quo pacto fieri debeat solutio eorum, quæ minori debentur, vt tuto fiat, nec minor postea illa repetat, vsque ad vigesimum nonum suæ ætatis annum, & sufficere, si fiat tutori, aut curatori illius, esto non interueniat iudicis auctoritas,

toritas, consentitque l. solutam in prin. ff. de solu. Ratio autem est, qm̃, vt publica autoritate constitutus est administrator bonorum minoris, ita, & acceptor eorumque ibi debentur: & qm̃ tutor, aut curator, tenetur tunc minori de debito rectè ei minoris loco soluto; non verò, qui ante illi soluit. Lex 4. tit. 14. par. 5. innuere videtur, vt tutori aut curatori, tuto solutio fiat, necessariam esse iudicis autoritatem: id verò irrationabile esset, neque consuetudine seruatur, & Greg. Lopez, in summario eius legis, eam exponit, vt sufficiat eis fieri tantumque necessariam esse iudicis autoritatem, quando solutio fit minori ipsi. Quæ autem hac de re disputatione citata dicta sunt, similiter habent locum in amente, & in prodigo, cui curator sit traditus, vt l. 4. citata habetur.

## Solutio facta alteri quàm creditori, quando debitorem ab obligatione debiti liberet, quando non item.

### DISPVTATIO DLXIII.

#### SVMMARIVM.

1 *Solutio rei determinatæ in indiuiduo facta alteri, quam creditori, et res soluta ei pereat, antequam perueniat ad creditorem, liberat debitorem.*
*Declaratur tamen, vt ibi.*
2 *Solutio rei indeterminatæ in indiuiduo facta alicui deputato à creditore, an liberet debitorem si pereat, & quando.*
*Et quid si soluatur procuratori ipsius creditoris. numero 3.*
4 *Solutio facta filio, vel seruo exposito alicui negotiationi, quando liberet debitorem.*
5 *Solutio facta ei, qui non est nec tacitè procurator, licèt negocia gesserit creditoris, nõ liberat debitorẽ.*
6 *Solutio facta de mandato creditoris alicui, qui postea reuocatus fuit, quando liberet debitorem.*
7 *Adiectus quis, & quando solutio ei facta liberet debitorem.*
8 *Solutio facta creditori principati quando non liberet debitorem, si creditor accusetur de crimine, cuius bona veniant confiscanda.*
9 *Procuratori ad litem etiam si vincat, non potest fieri solutio.*
10 *Procurator ad litem, non potest facere transactionem, neque aliam remissionem, nisi habeat ad id speciale mandatum.*

QVæ in secunda parte disput. 296. dicta sunt, magno nos onere hoc loco liberabunt. Qm̃ qđ debetur, est res determinata in indiuiduo, aut aliqd ex rebus determinatis in indiuiduo, quod, si pereat sine debitoris culpa, perit creditori, & nó debitori, iuxta, ea quæ disp. 561. & alijs disputationibus ibi citatis dicta sunt, tunc, si † tradatur alteri, vt id deferrat ad creditorem, siue designato à creditore, vt ei traderetur, siue non, & id dispareat, aut pereat, antequam perueniat ad creditorem perit creditori, liberque debitor manet ab illo soluẽdo. Excipe, nisi debitor, in illo ita tradendo, fuerit in culpa, ex qua, iuxta qualitatem contractus, vnde id debebatur, creditor teneatur: aut nisi se obligasset ex leuiori culpa, aut ex casu fortuito, quousque res illa ad creditorem peruenisset, atque ex illa leuiori talis debitoris culpa, aut ex casu fortuito, res eo modo tradita, periret: nam tunc debitor teneretur id iterum soluere. Hęc omnia disp. 296. citata, copiosè comprobata sunt.

2 Quando, quod † debetur, est omnino indeterminatum in indiuiduo, vt si debeatur certa pecunia quãtitas indeterminata in indiuiduo, aut debeantur tot mensuræ tritici, vini, olei, aut aliud quodcunque, omnino indeterminatum in indiuiduo, tunc, si tradatur ei, quem creditor designauit, vt ei traderetur, aut solueretur, siue ille esset creditor creditoris, siue quicunque alius, vel creditor, postquàm, sciuit traditum, aut solutum ei esse, id ratum habuit, liber omnino debitor manet ab eo debito, quo antea creditori tenebatur; & esto id postea pereat, aut dispareat, nunquamque ad creditorem deueniat, perit creditori, & non debitori. Ratio est, quoniam eo ipso censetur creditori ipsi traditum, aut solutum, per eum, quem ad id deputauit, aut quem habuit ratum, id loco ipsius accepisse, ac proinde eo ipso creditori id dispari, aut perit, & non debitori. Ita ostendimus disp. 296 citatæ, & habetur l. solutam in prin. ff. de solut. l. solutum. §. solutam. ff. de pignorat. act. l. quod iussu. ff. de reg. iur. & l. 5. titu. 14. par. 5.

3 Idem est, si soluatur † procuratori habenti mãdatum à creditore ad id recipiendum, aut ad recipiendum debita ipsius, vel habenti administrationem omnium bonorum creditoris, vel negotiationis alicuius, ad quam ea solutio spectet. Ita habetur l. vero procuratori, in princip. ff. de solut. l. 5. titu. 14. part. 5. Satisque est ad id, si habeat administrationem bonorum creditoris, esto non sit ei libera administratio concessa, vt, notat glo. l. vero procuratori, citata verb. administratio; con-
4 cessa sit cum libera facultate. Hinc † est, quod, si creditor filium, famulum, aut mancipium, expositum habeat alicui administrationi, aut negotiationi, vel debitis exigendis, aut recipiendis, si ei solutio fiat, liber manet debitor ab eo debito, esto res soluta pereat, aut ad creditorem non perueniat. Ita habetur leg. solutam. ff. de solut. l. solutum. §. solutam. ff. de pignorat. act. & consentiunt alia iura proxime citata. Hoc loco obserua, si is, cui facta est solutio, verè tunc, modis explicatis, constitutus erat à creditore, vt nomine, & loco ipsius eam reciperet, liberari debitorem à debito, esto dubitauerit, an haberet mandatum, tacitum, vel expressum, aut ad id non attenderit, vel credidetit illud non habere. Ratio autem est, quoniam eo ipso, quòd mandatum habebat, & id nomine creditoris accepit, comparauit creditor reipsa dominium illius, ac proinde, si postea pereat, aut nequitia recipientis ad creditorem non perueniat, perit creditori, & non debitori. Quod autem cum gloss. l. non solum §. qui alienum. ff. de procuratorib. Greg. Lopez leg. 5. citata, verb. *recebirlo*,

mus: diximusque, continuo competere ita soluenti actionem, negotiorum gestorum aduersus eũ, pro quo soluit, vt sibi id reddat: præterea adiecimus, si tertius creditori solutionem offerat, creditorq; non velit eam accipere, liberari debitorẽ à pœna, quam incurreret, si intra id tempus non solueret. Illud est addendum, et si tertius aliquid pro inuito, ac renitente soluat, liberari debitorem à debito, vt expresse habetur l. solutionem. ff. de solut. inst. quib. mod. tol. ob. in prin. & l. 5. tit. 14. part. 5. Cæterum dubium est, an tunc cõpetat soluenti actio negotiorum gestorum ad repetendũ, quod ita soluit, qñ debitor vere illud debebat, solueretque tenebatur. Certè, quamuis, quod disput. 554. in prin. dictum est de expensis illo modo factis, suadere videatur, non consurgere in eo euentu eam actionem, contrarium tamen videtur probabilius, quoniam hoc vere erat debitum, necessariumque, vt solueretur, & inique debitor huic solutioni resistebat, in quo euentu per epicheiam intelligenda non est habere locum dispositio, de qua eo loco habitus est sermo.

3 Tot sunt † genera solutionum ex parte eius, q̃ est soluendum, quot sunt genera rerum, quæ sub promissionem aut debitum, cadere possunt. Promissio de facto alieno, quousque valida sit, aut nõ sit, vel de iure communi Cæsareo, vel de iure canonico, aut Castellæ, disp. 268. par. 2. copiose explanatum est. 4 Quando † factum proprium, aut alienum in euentibus, in quibus valida est ea promissio, fuit promissum, & culpa promittentis impleri non potest, tenetur is ad interesse. l. stipulationes non diuiduntur. §. celsus ff. de verb. obl. l. 3, tit. 14. part. 5. & alijs iuribus, nomine vero, interesse, comprehendendo, etiam damna lucri cessantis, vt l. 3. citata explicat.

Cæterum dubium est, an, stando in iure communi, qui se obligauit ad factum, teneatur ad illud præcise, interim dum impleri illud potest; an 5 † vero satisfaciat, etiam inuito creditore, soluendo ei interesse, ita quod in optione debitoris tunc sit, vel præstare factum, v. g. fabricare creditori domum, vt se illi obligauit, aut soluere illi interesse, prout debitor maluerit Bart. & communis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Anton. Gom. 2. tom. variar. resolut. c. 10. nu. 21. & 22. Couar. c. quamuis pactum par. 1. §. 4. num. 6. & Gutier. de iur. confirm. par. 1. c. 39. a num. 1. asseuerant, non teneri præcise ad factum, sed liberari soluendo interesse. Quod confirmant, ex l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. ff. de verb. oblig. & ex l. si quis ab alio. §. vltim. ff. de re iud. Ego autem contrarium verum esse existimo, etiã stando in iure communi, cum glossa vlt. l. si quis ab alio citata, & cum paucis, quos Gutier. & alij referunt, & ex parte dixi disput. 542. §. sunt vero. Neque enim ex illis iuribus, aliud colligitur, quã quod, quando debitor in mora, & culpa fuit, optio sit, non penes ipsum, sed penes creditorem, petere interesse, & quod quando ex parte creditoris interesse petitur, diuidi possit factum, quo ad interesse, in quo æstimatur, cum tamen obligatio ad factum sit in se indiuisa. Ac certe, si iuxta illa Cæsarea, vel quæcunque alia, intendissent, quod, quando quis obligatus esset ad factum, in optione ipsius postea esset, non id præstare, sed solum interesse, irrationabilia prorsus essent, & quæ sine vllo reipublicæ commodo, ac bono, contrarium eius statuerent, quod habet, ac postulat natura ipsa rei, quod longe alienum est à prudente, æquo, ac iusto legislatore, essentque proinde abroganda, à corporeque iuris præscindenda. Vnde de iure canonico, vt communis doctorum sententia affirmat, quam referunt, ac sequũntur Couar. nu. 6. citato, Greg. Lopez. l. 3. verb. *pudiese fazer* tit. 14. par. 5. & Gutier. vbi supra nu. 4. compelli potest debitor facti, ad solum factum, iuxta. c. 1. & c. qualiter, de pact. quicquid Ioan. Andr. & Fel. in cõtrarium dixerunt, ducti c. dilecti de arb. ex quo tamen nihil tale colligitur: ibi enim solum habetur, quosdam, qui compromiserant in quendam iudicem arbitrum, cogi posse stare arbitrio, etiam exigendo ab eis pœnam impositam ijs, qui parere non vellet: cum autem ea pœna in subsidium fuerit. imposita, vt staretur arbitrio, iuxta ea quæ disputatione 559. dicta sunt, optio est penes eum, qui arbitrio stare vult; cogere alterum vel stare arbitrio, vel pœnam conuentionalem soluere, vt maluerit, qui paret arbitrio, immo & cogere ad vtrumque eum potest, si pœna conuentionalis apposita fuit cum clausula, rato manente pacto, & arbitrio, iuxta ea quæ disput. 556. dicta sunt. De iure etiam Castellæ obligatus ad factum, illud præcise, præstare tenetur, si ita creditor velit, vt constat ex l. 5. l. 34. & l. 35. titul. 11. l. 3. tit. 14. par. 5. & l. 4. tit. 27. part. 3. quas copiose, & docte expendit Gutier. vbi supra num. 5. idque habere ius Castellæ asseuerat cum Gregor. Lopez leg. 3. citata, verb. *pudiese fazer*, repellitq; contrariam Ant. Gom. opinionem, nu. 22. citato, qui, relata solum l. 4. tit. 27. part. 3. perperam conatur illam interpretari, vt cum sententia Bart. & aliorum consentiat. Quanto autem quis sub iure iurando se obligat ad factum aliquod, tunc communis doctorum sententia (quicquid pauci in contrarium dixerint) affirmat, etiam stando in iure Cæsareo, positaque communi opinione Bart. & aliorum, teneri præcise ad factum, si illud adhuc implere possit, neque deobligari offerendo interesse. Eam sententiam late referuntur, ac sequũtur Couar. num. 6. citato, Gutier. vbi supra nu. 6. & Ant. Gom. nu. 22. citato, versiculo quartus casus. Ratio est, quoniam id ex se habet natura ipsa obligationis ad factum, & id significat promissio, & obligatio ad factum, qua de causa id seruatur iure canonico: quare, si iuramento ea promissio, & obligatio confirmetur, seruanda est in sua propria forma, vt verba significant, habeteque natura ipsa rei.

5 Quod † ad vltimum eorum, quæ proposita sunt, attinet, disputat. 224. explicauimus, quo pacto fieri debeat solutio eorum, quæ minori debentur, vt tuto fiat, nec minor postea illa repetat, vsque ad vigesimum nonum suæ ætatis annum, & sufficere, si fiat tutori, aut curatori illius, esto non interueniat iudicis auctoritas,

toritas, consentitque l. solutam in prin. ff. de solu. Ratio autem est, qm̃, vt publica autoritate constitutus est administrator bonorum minoris, ita, & acceptor eorumque ibi debentur: & qm̃ tutor, aut curator, tenetur tunc minori de debito rectè ei minoris loco soluto; non verò, qui ante illi soluit. Lex 4. tit. 14. par. 5. innuere videtur, vt tutori aut curatori, tuto solutio fiat, necessariam esse iudicis autoritatem: id verò irrationabile esset, neque consuetudine seruatur, & Greg. Lopez, in sum. mario eius legis, eam exponit, vt sufficiat eis fieri tantumque necessariam esse iudicis autoritatem, quando solutio fit minori ipsi. Quæ autem hac de re disputatione citata dicta sunt, similiter habent locum in amente, & in prodigo, cui curator sit traditus, vt l. 4. citata habetur.

## Solutio facta alteri quàm creditori, quando debitorem ab obligatione debiti liberet, quando non item.

### DISPVTATIO DLXIII.

#### SVMMARIVM.

1 *Solutio rei determinatæ in indiuiduo facta alteri, quam creditori, et res soluta ei pereat, antequam perueniat ad creditorem, liberat debitorem.*
*Declaratur tamen, vt ibi.*
2 *Solutio rei indeterminatæ in indiuiduo facta alicui deputato à creditore, an liberet debitorem si pereat, & quando.*
*Et quid si soluatur procuratori ipsius creditoris. numero 3.*
4 *Solutio facta filio, vel seruo exposito alicui negotiationi, quando liberet debitorem.*
5 *Solutio facta ei, qui non est nec tacitè procurator, licèt negocia gesserit creditoris, nõ liberat debitorẽ.*
6 *Solutio facta de mandato creditoris alicui, qui postea reuocatus fuit, quando liberet debitorem.*
7 *Adiectus quis, & quando solutio ei facta liberet debitorem.*
8 *Solutio facta creditori principali quando non liberet debitorem, si creditor accusetur de crimine, cuius bona veniant confiscanda.*
9 *Procuratori ad litem etiam si vincat, non potest fieri solutio.*
10 *Procurator ad litem, non potest facere transactionem, neque aliam remissionem, nisi habeat ad id speciale mandatum.*

QVæ in secunda parte disput. 296. dicta sunt, magno nos onere hoc loco liberabunt. Qm̃ qđ debetur, est res determinata in indiuiduo, aut aliqd ex rebus determinatis in indiuiduo, quod, si pereat sine debitoris culpa, perit creditori, & nó debitori, iuxta, ea quæ disp. 561. & alijs disputationibus ibi citatis dicta sunt, tunc, si † tradatur alteri, vt id deferat ad creditorem, siue designato à creditore, vt ei traderetur, siue non, & id dispareat, aut pereat, antequam perueniat ad creditorem perit creditori, liberque debitor manet ab illo soluẽdo. Excipe, nisi debitor, in illo ita tradendo, fuerit in culpa, ex qua, iuxta qualitatem contractus, vnde id debebatur, creditor teneatur: aut nisi se obligasset ex leuiori culpa, aut ex casu fortuito, quousque res illa ad creditorem peruenisset, atque ex illa leuiori talis debitoris culpa, aut ex casu fortuito, res eo modo tradita, periret: nam tunc debitor teneretur id iterum soluere. Hęc omnia disp. 296. citata, copiosè comprobata sunt.

2 Quando, quod † debetur, est omnino indeterminatum in indiuiduo, vt si debeatur certa pecunia quãtitas indeterminata in indiuiduo, aut debeantur tot mensuræ tritici, vini, olei, aut aliud quodcunque, omnino indeterminatum in indiuiduo, tunc, si tradatur ei, quem creditor designauit, vt ei traderetur, aut solueretur, siue ille esset creditor creditoris, siue quicunque alius, vel creditor, postquàm, sciuit traditum, aut solutum ei esse, id ratum habuit, liber omnino debitor manet ab eo debito, quo antea creditori tenebatur; & esto id posteà pereat, aut dispareat, nunquamque ad creditorem deueniat, perit creditori, & non debitori. Ratio est, quoniam eo ipso censetur creditori ipsi traditum, aut solutum, per eum, quem ad id deputauit, aut quem habuit ratum, id loco ipsius accepisse, ac proinde eo ipso creditori id dispareat, aut perit, & non debitori. Ita ostendimus disp. 296 citatæ, & habetur l. solutam in prin. ff. de solut. l. solutum. §. solutam. ff. de pignorat. act. l. quod iussu. ff. de reg. iur. & l. 5. titu. 14. par. 5.

3 Idem est, si soluatur † procuratori habenti mãdatum à creditore ad id recipiendum, aut ad recipiendum debita ipsius, vel habenti administrationem omnium bonorum creditoris, vel negotiationis alicuius, ad quam ea solutio spectet. Ita habetur l. vero procuratori, in princip. ff. de solut. l. 5. titu. 14. part. 5. Satisque est ad id, si habeat administrationem bonorum creditoris, esto non sit ei libera administratio concessa, vt, notat glo. l. vero procuratori, citata verb. administratio; concessa sit cum libera facultate. Hinc † est, quod, si 4 creditor filium, famulum, aut mancipium, expositum habeat alicui administrationi, aut negotiationi, vel debitis exigendis, aut recipiendis, si ei solutio fiat, liber manet debitor ab eo debito, esto res soluta pereat, aut ad creditorem non perueniat. Ita habetur leg. solutam. ff. de solut. l. solutum. §. solutam. ff. de pignorat. act. & consentiunt alia iura proxime citata. Hoc loco obserua, si is, cui facta est solutio, verè tunc, modis explicatis, constitutus erat à creditore, vt nomine, & loco ipsius eam reciperet, liberari debitorem à debito, esto dubitauerit, an haberet mandatum, tacitum, vel expressum, aut ad id non attenderit, vel credidерit illud non habere. Ratio autem est, quoniam eo ipso, quòd mandatum habebat, & id nomine creditoris accepit, comparauit creditor reipsa dominium illius, ac proinde, si posteà pereat, aut nequitia recipientis ad creditorem non perueniat, perit creditori, & non debitori. Quod autem cum glos. l. non solum §. qui alienum. ff. de procuratorib. Greg. Lopez leg. 5. citata, verb. *recebirlo*,

mus: diximusque, continuo competere ita soluenti actionem, negotiorum gestorum aduersus eũ, pro quo soluit, vt sibi id reddat: præterea adiecimus, si tertius creditori solutionem offerat, creditorq; non velit eam accipere, liberari debitorẽ à pœna, quam incurreret, si intra id tempus non solueret. Illud est addendum, et si tertius aliquid pro inuito, ac renitente soluat, liberari debitorem à debito, vt expresse habetur l. solutionem. ff. de solut. inst. quib. mod. tol. ob. in prin. & l. 5. tit. 14. part. 5. Cæterum dubium est, an tunc cõpetat soluenti actio negotiorum gestorum ad repetendũ, quod ita soluit, qñ debitor vere illud debebat, soluereque tenebatur. Certè quamuis, quod disput. 554. in prin. dictum est de expensis illo modo factis, suadere videatur, non consurgere in eo euentu eam actionem, contrarium tamen videtur probabilius, quoniam hoc vere erat debitum, necessariumque, vt solueretur, & inique debitor huic solutioni resistebat, in quo euentu per epicheiam intelligenda non est habere locum dispositio, de qua eo loco habitus est sermo.

3 Tot sunt † genera solutionum ex parte eius, q̃ est soluendum, quot sunt genera rerum, quæ sub promissionem aut debitum, cadere possunt. Promissio de facto alieno, quousque valida sit, aut nõ sit, vel de iure communi Cæsareo, vel de iure canonico, aut Castellæ, disp. 268. par. 2. copiose explanatum est. 4 Quando † factum proprium, aut alienum in euentibus, in quibus valida est ea promissio, fuit promissum, & culpa promittentis impleri non potest, tenetur is ad interesse. l. stipulationes non diuiduntur. §. celsus ff. de verb. obl. l. 3. tit. 14. part. 5. & alijs iuribus, nomine vero, interesse, comprehendendo, etiam damna lucri cessantis, vt l. 3. citata explicat.

Cæterum dubium est, an, stando in iure communi, qui se obligauit ad factum, teneatur ad illud præcise, interim dum impleri illud potest; an 5 † vero satisfaciat, etiam inuito creditore, soluendo ei interesse, ita quod in optione debitoris tunc sit, vel præstare factum, v. g. fabricare creditori domum, vt se illi obligauit, aut soluere illi interesse, prout debitor maluerit Bart. & communis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Anton. Gom. 2. tom. variar. resolut. c. 10. nu. 21. & 22. Couar. c. quamuis pactum par. 1. §. 4. num. 6. & Gutier. de iur. confirm. par. 1. c. 39. a num. 1. asseuerant, non teneri præcise ad factum, sed liberari soluendo interesse. Quod confirmant, ex l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. ff. de verb. oblig. & ex l. si quis ab alio. §. vltim. ff. de re iud. Ego autem contrarium verum esse existimo, etiã stando in iure communi, cum glossa vlt. l. si quis ab alio citata, & cum paucis, quos Gutier. & alij referunt, & ex parte dixi disput. 542. §. sunt vero. Neque enim ex illis iuribus, aliud colligitur, quã quod, quando debitor in mora, & culpa fuit, optio sit, non penes ipsum, sed penes creditorem, petere interesse, & quod quando ex parte creditoris interesse peritur, diuidi possit factum, quo ad interesse, in quo æstimatur, cum tamen obligatio ad factum sit in se indiuisa. Ac certe, si iuxta illa Cæsarea, vel quæcunque alia, intendisset, quod, quando quis obligatus esset ad factum, in optione ipsius postea esset, non id præstare, sed solum interesse, irrationabilia prorsus essent, & quæ sine vllo reipublicæ commodo, ac bono, contrarium eius statuerent, quod habet, ac postulat natura ipsa rei, quod longe alienum est à prudente, æquo, ac iusto legislatore, essentque proinde abroganda, à corporeque iuris præscindenda. Vnde de iure canonico, vt communis doctorum sententia affirmat, quem referunt, ac sequũntur Couar. nu. 6. citato, Greg. Lopez. l. 3. verb. *pudiese fazer* tit. 14. par. 5. & Gutier. vbi supra nu. 4. compelli potest debitor facti, ad solum factum, iuxta. c. 1. & c. qualiter, de pact. quicquid Ioan. Andr. & Fel. in cõtrarium dixerunt, ducti c. dilecti de arb. ex quo tamen nihil tale colligitur: ibi enim solum habetur, quosdam, qui compromiserant in quendam iudicem arbitrum, cogi posse stare arbitrio, etiam exigendo ab eis pœnam impositam ijs, qui parere non vellet: cum autem ea pœna in subsidium fuerit. imposita, vt staretur arbitrio, iuxta ea quæ disputatione 559. dicta sunt, optio est penes eum, qui arbitrio stare vult; cogere alterum vel stare arbitrio, vel pœnam conuentionalem soluere, vt maluerit, qui paret arbitrio, immo & cogere ad vtrumque eum potest, si pœna conuentionalis apposita fuit cum clausula, rato manente pacto, & arbitrio, iuxta ea quæ disput. 556. dicta sunt. De iure etiam Castellæ obligatus ad factum, illud præcise, præstare tenetur, si ita creditor velit, vt constat ex l. 5. l. 34. & l. 35. titul. 11. l. 3. tit. 14. par. 5. & l. 4. tit. 27. part. 3. quas copiose, & docte expendit Gutier. vbi supra num. 5. idque habere ius Castellæ asseuerat cum Gregor. Lopez leg. 3. citata, verb. *pudiese fazer*, repellitq; contrariam Ant. Gom. opinionem, nu. 22. citato, qui, relata solum l. 4. tit. 27. part. 3. perperam conatur illam interpretari, vt cum sententia Bart. & aliorum consentiat. Quanto autem quis sub iure iurando se obligat ad factum aliquod, tunc communis doctorum sententia (quicquid pauci in contrarium dixerint) affirmat, etiam stando in iure Cæsareo, positaque communi opinione Bart. & aliorum, teneri præcise ad factum, si illud adhuc implere possit, neque deobligari offerendo interesse. Eam sententiam late referuntur, ac sequũtur Couar. num. 6. citato, Gutier. vbi supra nu. 6. & Ant. Gom. nu. 22. citato, versiculo quartus casus. Ratio est, quoniam id ex se habet natura ipsa obligationis ad factum, & id significat promissio, & obligatio ad factum, qua de causa id seruatur iure canonico: quare, si iuramento ea promissio, & obligatio confirmetur, seruanda est in sua propria forma, vt verba significant, habeteque natura ipsa rei.

5 Quod † ad vltimum eorum, quæ proposita sunt, attinet, disputat. 224. explicauimus, quo pacto fieri debeat solutio eorum, quæ minori debentur, vt tuto fiat, nec minor postea illa repetat, vsque ad vigesimum nonum suæ ætatis annum, & sufficere, si fiat tutori, aut curatori illius, esto non interueniat iudicis auctoritas,

toritas, consentitque l. solutam in prin. ff. de solu. Ratio autem est, qm̃, vt publica autoritate constitutus est administrator bonorum minoris, ita, & acceptor eorumque ibi debentur: & qm̃ tutor, aut curator, tenetur tunc minori de debito rectè ei minoris loco soluto; non verò, qui ei illi soluit. Lex 4. tit. 14. par. 5. innuere videtur, vt tutori aut curatori, tuto solutio fiat, necessariam esse iudicis autoritatem: id verò irrationabile esset, neque consuetudine seruatur, & Greg. Lopez, in summatio eius legis, eam exponit, vt sufficiat eis fieri tantumque necessariam esse iudicis autoritatem, quando solutio fit minori ipsi. Quæ autem hac de re disputatione citata dicta sunt, similiter habent locum in amente, & in prodigo, cui curator sit traditus, vt l. 4. citata habetur.

## Solutio facta alteri quàm creditori, quando debitorem ab obligatione debiti liberet, quando non item.

### DISPVTATIO DLXIII.

#### SVMMARIVM.

1 *Solutio rei determinatæ in indiuiduo facta alteri, quam creditori, et res soluta ei pereat, antequam perueniat ad creditorem, liberat debitorem.*
*Declaratur tamen, vt ibi.*
2 *Solutio rei indeterminatæ in indiuiduo facta alicui deputato à creditore, an liberet debitorem si pereat, & quando.*
*Et quid si soluatur procuratori ipsius creditoris. numero 3.*
4 *Solutio facta filio, vel seruo exposito alicui negotiationi, quando liberet debitorem.*
5 *Solutio facta ei, qui non est nec tacitè procurator, licèt negocia gesserit creditoris, nõ liberat debitorẽ.*
6 *Solutio facta de mandato creditoris alicui, qui postea reuocatus fuit, quando liberet debitorem.*
7 *Adiectus quis, & quando solutio ei facta liberet debitorem.*
8 *Solutio facta creditori principali quando non liberet debitorem, si creditor accusetur de crimine, cuius bona veniant confiscanda.*
9 *Procuratori ad litem etiam si vincat, non potest fieri solutio.*
10 *Procurator ad litem, non potest facere transactionem, neque aliam remissionem, nisi habeat ad id speciale mandatum.*

QVæ in secunda parte disput. 296. dicta sunt, magno nos onere hoc loco liberabunt. Qñ qđ debetur, est res determinata in indiuiduo, aut aliqd ex rebus determinatis in indiuiduo, quod, si pereat sine debitoris culpa, perit creditori, & nó debitori, iuxta, ea quæ disp. 561. & alijs disputationibus ibi citatis dicta sunt, tunc, si † tradatur alteri, vt id deferrat ad creditorem, siue designato à creditore, vt ei traderetur, siue non, & id dispareat, aut pereat, antequam perueniat ad creditorem perit creditori, liberque debitor manet ab illo soluẽdo. Excipe, nisi debitor, in illo ita tradendo, fuerit in culpa, ex qua, iuxta qualitatem contractus, vnde id debebatur, creditor teneatur: aut nisi se obligasset ex leuiori culpa, aut ex casu fortuito, quousque res illa ad creditorem peruenisset, atque ex illa leuiori talis debitoris culpa, aut ex casu fortuito, res eo modo tradita, periret: nam tunc debitor teneretur id iterum soluere. Hęc omnia disp. 296. citata, copiosè comprobata sunt.

2 Quando, quod † debetur, est omnino indeterminatum in indiuiduo, vt si debeatur certa pecunia quãtitas indeterminata in indiuiduo, aut debeantur tot mensuræ tritici, vini, olei, aut aliud quodcunque, omnino indeterminatum in indiuiduo, tunc, si tradatur ei, quem creditor designauit, vt ei traderetur, aut solueretur, siue ille esset creditor creditoris, siue quicunque alius, vel creditor, postquàm, sciuit traditum, aut solutum ei esse, id ratum habuit, liber omnino debitor manet ab eo debito, quo antea creditori tenebatur; & esto id posteà pereat, aut dispareat, nunquamque ad creditorem deueniat, perit creditori, & non debitori. Ratio est, quoniam eo ipso censetur creditori ipsi traditum, aut solutum, per eum, quem ad id deputauit, aut quem habuit ratum, id loco ipsius accepisse, ac proinde eo ipso creditori id dispareat, aut perit, & non debitori. Ita ostendimus disp. 296 citatæ, & habetur. l. solutam in prin. ff. de solut. l. solutum. §. solutam. ff. de pignorat. act. l. quod iussu. ff. de reg. iur. & l. 5. titu. 14. par. 5.

3 Idem est, si soluatur † procuratori habenti mãdatum à creditore ad id recipiendum, aut ad recipiendum debita ipsius, vel habenti administrationem omnium bonorum creditoris, vel negotiationis alicuius, ad quam ea solutio spectet. Ita habetur l. vero procuratori, in princip. ff. de solut. l. 5. titu. 14. part. 5. Satisque est ad id, si habeat administrationem bonorum creditoris, esto non sit ei libera administratio concessa, vt, notat glo. l. vero procuratori, citata verb. administratio; concessa sit cum libera facultate. Hinc † est, quod, si 4 creditor filium, famulum, aut mancipium, expositum habeat alicui administrationi, aut negotiationi, vel debitis exigendis, aut recipiendis, si ei solutio fiat, liber manet debitor ab eo debito, esto res soluta pereat, aut ad creditorem non perueniat. Ita habetur leg. solutam. ff. de solut. l. solutum. §. solutam. ff. de pignorat. act. & consentiunt alia iura proxime citata. Hoc loco obserua, si is, cui facta est solutio, verè tunc, modis explicatis, constitutus erat à creditore, vt nomine, & loco ipsius eam reciperet, liberari debitorem à debito, esto dubitauerit, an haberet mandatum, tacitum, vel expressum, aut ad id non attenderit, vel credidetit illud non habere. Ratio autem est, quoniam eo ipso, quòd mandatum habebat, & id nomine creditoris accepit, comparauit creditor reipsa dominium illius, ac proinde, si posteà pereat, aut nequitia recipientis ad creditorem non perueniat, perit creditori, & non debitori. Quod autem cum glos. l. non solum §. qui alienum. ff. de procuratorib. Greg. Lopez leg. 5. citata, verb. *recebirlo*,



Digitized by Google

quo ad ipsa eiusmodi debita tantum inter se collata, vt habetur §. 2. citato, & affirmat glossa citata, ac consentit. l. si ambo. ff. de compens. Excipitur etiam in contractu societatis, quando compensatio fieri deberet de ijs, quæ ad eandem societatem spectant, iuxta ea, quæ supra dicta sunt.

Tertius, in depositi, iuxta ea, quæ disput. 526. dicta sunt.

Quartus, quando debentur alimenta: id enim debitum non compens. 4. lib. Lusit. ord. ti. 56. l. 3.

Quando duo debita cócurrunt, quorũ vtrumque habet priuilegium, vt in eo non fiat compensatio, fit inter talia debita nihilominus compensatio, vt habetur eodem tit. 56. §. 6. quoniam non est locus priuilegio comparatione rei, quæ eodem gaudet priuilegio. Atque hinc iure Lusitano videtur sancitum, vt in debito ex vno depositi, possit fieri compensatio ex debito ex alio depositi: cuius tamen contrarium sancitum est de iure communi, vt disp. 526. dictum est.

22 Vtrum † autem ex compensatione debeatur tributum illud, quod in Castella alcauala dicitur, & in Lusitania sisa. Respondet bene Lassarte de decima vend. c. 7. nu. 5. non deberi, esto mutuo partium consensu fiat, vbi de iure non habet locum. Quia illud, neque est venditio, neque permutatio vnius rei pro alia, sed est remissio, & extinctio debiti vtrinque quo ad concurrentem quantitatem. Quod si ex vna parte plus debiti remitteretur, quam ex alia, tunc, quo ad excessum, esset donatio, gratuitaue remissio talis excessus.

## De alijs modis, quibus liberatio fit ab obligatione soluendi.

### DISPVTATIO DLXI.

*SVMMARIVM.*

1 *Obligatio quando solui dicatur, si res debita in individuo pereat sine culpa, & mora debitoris.*

2 *Obligatio soluitur etiam iuramento delato debitori in defectum probationis.*

*Cum declaratione, vt ibi.*

3 *Obligatio an, & quando soluatur, etiam in conscientiæ foro per sententiam.*

4 *Obligatio item soluitur per præscriptionem.*

*Item per debiti remissionem, si obligatio sit naturalis, secus si ciuilis, quæ eliditur per exceptionem.*

*num. 5.*

*Et quid de iure Castellæ.*

NVnc dicendum est de solutionibus prosse. Sed prius explicandi sunt quidam alij modi, quibus quis liberatur ab obligatione soluendi aliquid, soluisseque id censetur, sumpto solutionis nomine late, vt comprehendit etiam nouationem, delegationem, & compensationem, de quibus duabus præcedentibus disputationibus dictum.

1 Primus est, quando † debetur res aliqua determinata in individuo, aut aliquid ex rebus determinatis in individuo, & id perit sine culpa, & mora debitoris illud tradendi: tunc enim perit creditori, & non debitori, atq; adeo id naturaliter liberat debitorem ab onere illud soluendi. Quia tũ ea de re, tam qñ res debetur contractu gratuito, vt donationis, cómodati, aut depositi, quã qñ debetur contractu oneroso, vt emptionis, & venditionis, disput. 269. 296. & duabus sequentibus, disp. 366. & 367. disp. 527. & alibi. copiosè dictũ est, vbi etiam explicatum est, ex quanta culpa in vnoquoque horum contractuum debitor teneatur, si id culpa ipsius pereat, nõ est, cur quicquam hac de re hoc loco dicamus.

2 Secundus † traditur, quando aliquis debitum aliquod exigeret ab alio, qui negaret illud ei debere: si enim, ob probationis sufficientis defectum, creditor exigeret in iudicio, vt debitor iuraret, num id deberet, & debitor negaret sub iureiurando tale debitum, tunc eo iuramento, quod in iure decisorium idcirco dicitur, quod eo lis dirimatur, ac finiatur, non secus liber à solutione eius debiti maneret, quam si illud soluisset. Ita habetur l. 1. & 2. l. iusiurandum etiam ff. de iureiurando. l. Stichum. §. naturalis. ff. de solutionibus, & l. 9. tit. 14. part. 5. Obserua tamen, per nudum iuramentum, etiam in iudicio præstitum, si non sequatur sententia liberatoria iudicis vi talis iuramenti, & vi defectus probationis actoris, solùm oriri exceptionem comparatione obligationis ciuilis, actionis, quæ rursus circa idem debitum intentetur, vt perspicuè habetur §. æquè. instit. de excep. Signatim lex Stichum. §. naturalis. ff. de solut. recte expendatur; certè non maiores vires tribuitur iuramento, quàm pacto nudo remissionis debiti, aut de debito non petendo, ex quo, & ex nudo iuramento, sine sententia, æquè §. naturalis, dicit extingui obligationem contractiam naturalem, nihil tamen dicit de ciuili, imò contrarium apertè innuit: comparatione verò obligationis ciuilis, & actionis, quæ ex illa potest intentari, instit. de excep. §. præterea, & §. æquè, solùm ex pacto nudo de debito non petendo, & ex iuramento decisorio sine sententia, dicunt æquè oriri, & concedi exceptionem, nõ verò extingui ipso iure obligationem ciuilem, ac proinde nec denegari ex illa actionem, tametsi ope exceptionis illi detur, si fuerit intentata. Lex tamen 9. partitarum citata, statuere videtur, extingui obligationem etiam ciuilem, non secus ac si debitor soluisset debitum: nisi tamen eam intelligas, vt iurium correctio euitetur, subsequuta liberatoria sententia iudicis, vt eam legem tandem exponit ibi Gregor. Lopez, & in ea lege subiungitur: cæterum non ad id institutum, (vt videtur) sed vt dicatur, perinde eo iuramento liberari debitorem, ac si debitum soluisset, & ac si iudicis sententia liberaretur. Vtinã verò tot tricæ à iure abscinderentur, & pactum nudum vestito æquaretur: vt iure partitarum posteriore in hoc Castellæ Regno æquatum est iuxta quod, quemadmodum ex pacto nudo debito non petendo, tollitur ipso iure obligatio ciuilis debiti, & denegatur actio ad illud petendum, ita credo idem esse dicendum de iuramento decisorio, quod pacto de

cto de non petendo debito æquatur in iure. Illud obserua, iuramentum decisorium in solo exercioni foro de obligare, modo explicato, debitorem à debito soluendo: in conscientiæ verò foro, si antea soluere debitum tenebatur, etiam post iuramentum tenetur, siue periurus fuerit, sua nequitia iureiurando negando debitum, quod se debere sciebat, siue ignorans, ac credens, se illud non debere, id iuraverit, postea que deprehendat, se id debere.

Tertius traditur, quando debitor iudicis sententia liberatur. Hic tamen modus, quamuis, etiã 3 in conscientiæ foro, liberet debitorem in re dubia, quando sine fraude, ac dolo debitor suum ius experitur est aggressus, pro ipsoque lata est sententia; si tamen ei constabat, se esse debitorem aut, post latam sententiam, id ei constat, antequàm debitum ad iudicatum legitime perscribat, in conscientiæ foro eum non liberat; quoniam sententia ius non tribuit, sed solùm declarat, ad quem spectet, vimque solùm in conscientiæ foro habet, si ita res habeat in se, vt sententia pronunciat: de qua re tract. 5. dicendum est.

Quartus est, titulo † legitimè perscriptionis, vt 4 ex se est notissimũ, & ex dictis in materia de perscriptione liquet. Imò vero si quis solum alienũ, & creditor legitimè illud perscribat, debitor manet à debito liberatus. l. is qui. ff. de solut.

Quintus, qñ † debitori remittitur ab eo debi- 5 tum, qui ad id potestatem habent, siue id fiat per acceptilationem, siue quocunque alio pacto vestito: in quo euentu de iure communi ipso iure extinguitur obligatio, tam naturalis, quàm ciuilis, iuxta ea quæ disp. 254. & seq. dicta sunt; siue remittatur solo pacto nudo, dicendo, tam itto tibi æ le debitum, aut promitto tibi, me nunquam petiturum à te tale debitum, vel quouis alio modo; in quo euentu de iure communi extinguitur obligatio tota naturalis debiti illius, non tamen ciuilis, sed ciuilis elidi tur exceptione ex eo pacto. iuxta ea præterea inst. de except. supra citatum, & ea quæ copiosè disputationibus citatis dicta sunt. De iure tamen huius Castellæ Regni. l. 3. tit. 8. lib. 3. ordo quæ est l. 2. tit. 6. lib. 5. nouæ collect. etiam pacto nudo extinguitur obligatio ciuilis, prorsusque denegatur actio.

Si creditor debitori traderet instrumentũ debiti, aut illud rumperet, aut cancellaret, tunc censeretur remisisse ei debitum, ad eumque, & nõ ad debitorem spectant probare, non eo animo illud ei tradidisse, aut rupisse: arbitrorque eum facto illo, præsertim traditionis, vestisse pactum illud, ad proinde extinctum esse, etiam de iure ciuili, obligationem ciuilem, idque aperte sonat. l. 9. tit. 14. par. 5. Si verò creditor probet, vi, aut metu, illud tradidisse, vel furto fuisse ablatum de ipsius potestate, vel alia ratione, quam animo remittendi debitum, illud tradidisse, aut rupisse, vel cancellasse, puta quia tradidit ad custodiã, vel illud rupit non aduertens esse instrumentum debiti, aut alia de causa, tunc non constet remissum debitum. Idẽ dic, si indicia, & coniecturæ essent, furto fuisse ablatum, aut ab aliquo alio fuisse rupta. Ita habetur l. Labeo, iuncta l. sequenti. ff. de pactis. L. si chirographum, iuncta glossa ibi. ff. de probationibus leg. 9. citata, & l. 11. tit. 19. par. 3. & leg. 40. tit. 13. part. 5. Legito apud Greg. Lopez l. 11. citata opiniones, quę de hac re sunt stando in iure communi, & alia, quæ de hac re dici poterant.

## Solutio presse quid. Et num, qui ad factum tenetur, satisfaciat soluendo interesse. Et qua ratione tutò fieri solutio minori debeat.

### DISPVTATIO DLXII.

### SVMMARIVM.

1 *Solutio quid.*
2 *Solutio etiam late sumpta liberat ab obligatione, etiam accessoriæ.*
3 *Solutionum genera quot.*
4 *Solutio interesse liberat ab obligatione facti: & quid veniat nomine interesse.*
5 *Obligatus ad factum an, & quando liberetur, soluendo interesse.*
6 *Solutio minori quo pacto fieri debeat.*

1 SOlutio † presse, est exhibitio eius, quod debetur aut ei alteri de loco illius, quando illa solui non potest, aut de voluntate creditoris. Aliud enim pro alio, inuito creditore, solui non potest l. 2. §. 1. ff. si certum pet. l. eum à quo. C. de solut. & alijs iuribus: sicut etiam debitor cogi non potest, soluere vnum pro alio, quando soluí id potest, qđ debetur. l. domini, & ibi gl. C. de agricol. & cens. lib. 11. De mutuo tamen debitoris, & creditoris consensu, soluí potest vnum pro alio. l. manifesti. C. de solut. & l. 3. tit. 14. par. 5. Quando vnum soluendum esset pro alio quia, debetur, soluí non potest, aut alia ratione, si debitor, & creditor non conueniat, iudex arbitrari debet, quod sit soluendum l. 3. citata, & notant doctores in authentica hoc nisi, C. de solut.

Facta autem solutione, liberi ab obligatione, & debito manent, non solum debitor ipse, hæredesque ipsius; sed etiam pignora, ac fideiussores, & denique quicunque accessorie, vna cum debitore, tenebantur: habentque id locum similiter in solutione quacunque, sumpto vocabulo solutionis late, quales sunt, de quibus tribus præcedentibus disputationibus dictum est: extincta † quip- 2 pe obligatione principali, quocunque modo illa extinguatur; extinctæ quoque manent accessoriæ. Ita habetur inst. quib. mod. tol. obl. in prin. iuncta §§. seq. l. cum principalis. ff. de reg. iur. l. 2. & tit. 14. par. 5. & alijs iuribus. Item id habet locum, etiam si alius à debitore, siue debitore id ignorante, siue id sciente, debitum creditori nomine debitoris soluat: continuo enim, tam ipse debitor, quã, quo accessorie illi pro eo debitore tenebantur, liberantur ex obligatione, & debito manent. l. manifesti. C. de solut. l. si promiserit. eodem titulo. dictumque est in meâ disp. 553. vbi illa iuncta id etiam citata mus-

mus: diximusque, continuo competere ita soluenti actionem, negotiorum gestorum aduersus eũ, pro quo soluit, vt sibi id reddat: præterea adiecimus, si tertius creditori solutionem offerat, creditorq; non velit eam accipere, liberari debitorẽ à pœna, quam incurreret, si intra id tempus non solueret. Illud est addendum, et si tertius aliquid pro inuito, ac renitente soluat, liberari debitorem à debito, vt expresse habetur l. solutionem. ff. de solut. inst. quib. mod. tol. ob. in prin. & l. 5. tit. 14. part. 5. Cæterum dubium est, an tunc cõpetat soluenti actio negotiorum gestorum ad repetendũ, quod ita soluit, qñ debitor vere illud debebat, soluereque tenebatur. Certè quamuis, quod disput. 554. in prin. dictum est de expensis illo modo factis, suadere videatur, non consurgere in eo euentu eam actionem, contrarium tamen videtur probabilius, quoniam hoc vere erat debitum, necessariumque, vt solueretur, & inique debitor huic solutioni resistebat, in quo euentu per epicheiam intelligenda non est habere locum dispositio, de qua eo loco habitus est sermo.

3 Tot sunt † genera solutionum ex parte eius, ꝙ est soluendum, quot sunt genera rerum, quæ sub promissionem aut debitum, cadere possunt. Promissio de facto alieno, quousque valida sit, aut nõ sit, vel de iure communi Cæsareo, vel de iure canonico, aut Castellæ, disp. 268. par. 2. copiose explanatum est. 4 Quando † factum proprium, aut alienum in euentibus, in quibus valida est ea promissio, fuit promissum, & culpa promittentis impleri non potest, tenetur is ad interesse. l. stipulationes non diuiduntur. §. celsus ff. de verb. obl. l. 3, tit. 14. part. 5. & alijs iuribus, nomine vero, interesse, comprehendendo, etiam damna lucri cessantis, vt l. 3. citata explicat.

Cæterum dubium est, an, stando in iure communi, qui se obligauit ad factum, teneatur ad illud præcise, interim dum impleri illud potest; an 5 † vero satisfaciat, etiam inuito creditore, soluendo ei interesse, ita quod in optione debitoris tunc sit, vel præstare factum, v. g. fabricare creditori domum, vt se illi obligauit, aut soluere illi interesse, prout debitor maluerit Bart. & communis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Anton. Gom. 2. tom. variar. resolut. c. 10. nu. 21. & 22. Couar. c. quamuis pactum par. 1. §. 4. num. 6. & Gutier. de iur. confirm. par. 1. c. 39. a num. 1. asseuerant, non teneri præcise ad factum, sed liberari soluendo interesse. Quod confirmant, ex l. stipulationes non diuiduntur, §. Celsus, ff. de verb. oblig. & ex l. si quis ab alio. §. vltim. ff. de re iud. Ego autem contrarium verum esse existimo, etiã stando in iure communi, cum glossa vlt. l. si quis ab alio citata, & cum paucis, quos Gutier. & alij referunt. & ex parte dixi disput. 542. §. sunt vero. Neque enim ex illis iuribus, aliud colligitur, quã quod, quando debitor in mora, & culpa fuit, optio sit, non penes ipsum, sed penes creditorem, petere interesse, & quod quando ex parte creditoris interesse petitur, diuidi possit factum, quo ad interesse, ib quo æstimatur, cum tamen obligatio ad factum sit in se indiuidua. Accerte, si iura illa Cæsarea, vel quæcunque alia, intendissent, quod, quando quis obligatus esset ad factum, in optione ipsius postea esset, non id præstare, sed solum interesse, irrationabilia prorsus essent, & quæ sine vllo reipublicæ commodo, ac bono, contrarium eius statuerent, quod habet, ac postulat natura ipsa rei, quod longe alienum est à prudente, æquo, ac iusto legislatore, essentque proinde abroganda, à corporeque iuris præscindenda. Vnde de iure canonico, vt communis doctorum sententia affirmat, quam referunt, ac sequũntur Couar. nu. 6. citato, Greg. Lopez. l. 3. verb. *pudiese fazer* tit. 14. par. 5. & Gutier. vbi supra nu. 4. compelli potest debitor facti, ad solum factum, iuxta. c. 1. & c. qualiter, de pact. quicquid Ioan. Andr. & Fel. in cõtrarium dixerunt, ducti c. dilecti de arb. ex quo tamen nihil tale colligitur: ibi enim solum habetur, quosdam, qui compromiserant in quendam iudicem arbitrum, cogi posse stare arbitrio, etiam exigendo ab eis pœnam impositam ijs, qui parere non vellet: cum autem ea pœna in subsidium fuerit. imposita, vt staretur arbitrio, iuxta ea quæ disputatione 559. dicta sunt, optio est penes eum, qui arbitrio stare vult; cogere alterum vel stare arbitrio, vel pœnam conuentionalem soluere, vt maluerit, qui paret arbitrio, immo & cogere ad vtrumque eum potest, si pœna conuentionalis apposita fuit cum clausula, rato manente pacto, & arbitrio, iuxta ea quæ disput. 556. dicta sunt. De iure etiam Castellæ obligatus ad factum, illud præcise, præstare tenetur, si ita creditor velit, vt constat ex l. 5. l. 34. & l. 35. titul. 11. l. 3. tit. 14. par. 5. & l. 4. tit. 17. part. 3. quas copiose, & docte expendit Gutier. vbi supra num. 5. idque habere ius Castellæ asseuerat cum Gregor. Lopez leg. 3. citata, verb. *pudiese fazer*, repellitq; contrariam Ant. Gom. opinionem, nu. 22. citato, qui, relata solum l. 4. tit. 17. part. 3. perperam conatur illam interpretari, vt cum sententia Bart. & aliorum consentiat. Quanto autem quis sub iureiurando se obligat ad factum aliquod, tanto communis doctorum sententia (quicquid pauci in contrarium dixerint) affirmat, etiam stando in iure Cæsareo, positaque communi opinione Bart. & aliorum, teneri præcise ad factum, si illud adhuc implere possit, neque deobligari offerendo interesse. Eam sententiam late referuntur, ac sequũtur Couar. num. 6. citato, Gutier. vbi supra nu. 6. & Ant. Gom. nu. 22. citato, versiculo quartus casus. Ratio est, quoniam id ex se habet natura ipsa obligationis ad factum, & id significat promissio, & obligatio ad factum, qua de causa id seruatur iure canonico: quare, si iuramento ea promissio, & obligatio confirmetur, seruanda est in sua propria forma, vt verba significant, habeteque natura ipsa rei.

5 Quod † ad vltimum eorum, quæ posita sunt, attinet, disputat. 224. explicauimus, quo pacto fieri debeat solutio eorum, quæ minori debentur, vt tuto fiat, nec minor postea illa repetat, vsque ad vigesimum nonum suæ ætatis annum, & sufficere, si fiat tutori, aut curatori illius, esse non interueniat iudicis auctoritas,

toritas, consentitque l. solutam in prin. ff. de solu. Ratio autem est, qm, vt publica autoritate constitutus est administrator bonorum minoris, ita, & receptor eorumque ibi debentur: & qm tutor, aut curator, tenetur tunc minori de debito rectè ei minoris loco soluto; non verò, qui ante illi soluit. Lex 4. tit. 14. par. 5. innuere videtur, vt tutori aut curatori, tuto solutio fiat, necessariam esse iudicis autoritatem: id verò irrationabile esset, neque consuetudine seruatur, & Greg. Lopez, in summario eius legis, eam exponit, vt sufficiat eis fieri tantumque necessariam esse iudicis autoritatem, quando solutio fit minori ipsi. Quæ autem hac de re disputatione citata dicta sunt, similiter habent locum in amente, & in prodigo, cui curator sit traditus, vt l. 4. citata habetur.

## Solutio facta alteri quàm creditori, quando debitorem ab obligatione debiti liberet, quando non item.

### DISPVTATIO DLXIII.

### SVMMARIVM.

1 *Solutio rei determinatæ in indiuiduo facta alteri, quam creditori, et res soluta ei pereat, antequam perueniat ad creditorem, liberat debitorem.*
*Declaratur tamen, vt ibi.*
2 *Solutio rei indeterminatæ in indiuiduo facta alicui deputato à creditore, an liberet debitorem si pereat, & quando.*
*Et quid si soluatur procuratori ipsius creditoris. numero 3.*
4 *Solutio facta filio, vel seruo exposito alicui negotiationi, quando liberet debitorem.*
5 *Solutio facta ei, qui non est nec tacitè procurator, licèt negocia gesserit creditoris, nō liberat debitorē.*
6 *Solutio facta de mandato creditoris alicui, qui postea reuocatus fuit, quando liberet debitorem.*
7 *Adiectus quis, & quando solutio ei facta liberet debitorem.*
8 *Solutio facta creditori principali quando non liberet debitorem, si creditor accusetur de crimine, cuius bona veniant confiscanda.*
9 *Procuratori ad litem etiam si vincat, non potest fieri solutio.*
10 *Procurator ad litem, non potest facere transactionem, neque aliam remissionem, nisi habeat ad id speciale mandatum.*

QVæ in secunda parte disput. 296. dicta sunt, magno nos onere hoc loco liberabunt. Qñ qđ debetur, est res determinata in indiuiduo, aut aliqd ex rebus determinatis in indiuiduo, quod, si pereat sine debitoris culpa, perit creditori, & nō debitori, iuxta, ea quæ disp. 561. & alijs disputationibus ibi citatis dicta sunt, tunc, si † tradatur alteri, vt id deferrat ad creditorem, siue designato à creditore, vt ei traderetur, siue non, & id dispareat, aut pereat, antequam perueniat ad creditorem perit creditori, liberque debitor manet ab illo soluēdo. Excipe, nisi debitor, in illo ita tradendo, fuerit in culpa, ex qua, iuxta qualitatem contractus, vnde id debebatur, creditor teneatur: aut nisi se obligasset ex leuiori culpa, aut ex casu fortuito, quousque res illa ad creditorem peruenisset, atque ex illa leuiori talis debitoris culpa, aut ex casu fortuito, res eo modo tradita, periret: nam tunc debitor teneretur id iterum soluere. Hęc omnia disp. 296. citata, copiosè comprobata sunt.

2 Quando, quod † debetur, est omnino indeterminatum in indiuiduo, vt si debeatur certa pecunia quātitas indeterminata in indiuiduo, aut debeantur tot mensuræ tritici, vini, olei, aut aliud quodcunque, omnino indeterminatum in indiuiduo, tunc, si tradatur ei, quem creditor designauit, vt ei traderetur, aut solueretur, siue ille esset creditor creditoris, siue quicunque alius, vel creditor, postquàm, sciuit traditum, aut solutum ei esse, id ratum habuit, liber omnino debitor manet ab eo debito, quo antea creditori tenebatur; & esto id posteà pereat, aut dispareat, nunquamque ad creditorem deueniat, perit creditori, & non debitori. Ratio est, quoniam eo ipso censetur creditori ipsi traditum, aut solutum, per eum, quem ad id deputauit, aut quem habuit ratum, id loco ipsius accepisse, ac proinde eo ipso creditori id dispareat, aut perit, & non debitori. Ita ostendimus disp. 296 citatæ, & habetur l. solutam in prin. ff. de solut. l. solutum. §. solutam. ff. de pignorat. act. l. quod iussu. ff. de reg. iur. & l. 5. titu. 14. par. 5.

3 Idem est, si soluatur † procuratori habenti mādatum à creditore ad id recipiendum, aut ad recipiendum debita ipsius, vel habenti administrationem omnium bonorum creditoris, vel negotiationis alicuius, ad quam ea solutio spectet. Ita habetur l. vero procuratori, in princip. ff. de solut. l. 5. titu. 14. part. 5. Satisque est ad id, si habeat administrationem bonorum creditoris, esto non sit ei libera administratio concessa, vt, notat glo. l. vero procuratori, citata verb. administratio; concessa sit cum libera facultate. Hinc † est, quod, si 4 creditor filium, famulum, aut mancipium, expositum habeat alicui administrationi, aut negotiationi, vel debitis exigendis, aut recipiendis, si ei solutio fiat, liber manet debitor ab eo debito, esto res soluta pereat, aut ad creditorem non perueniat. Ita habetur leg. solutam. ff. de solut. l. solutum. §. solutam. ff. de pignorat. act. & consentiunt alia iura proxime citata. Hoc loco obserua, si is, cui facta est solutio, verè tunc, modis explicatis, constitutus erat à creditore, vt nomine, & loco ipsius eam reciperet, liberari debitorem à debito, esto dubitauerit, an haberet mandatum, tacitum, vel expressum, aut ad id non attenderit, vel crediderit illud non habere. Ratio autem est, quoniam eo ipso, qđd mandatum habebat, & id nomine creditoris accepit, comparauit creditor reipsa dominium illius, ac proinde, si posteà pereat, aut nequitia recipientis ad creditorem non perueniat, perit creditori, & non debitori. Quod autem cum glos. l. non solum §. qui alienum. ff. de procuratoribus. Greg. Lopez leg. 5. citata, verb. *recebirlo*,

in contrarium videtur asserere, eatenus solum habet verum, quod debitor, si dubitat de mandato recipienti facto, non teneatur facere solutionem; non verò quasi, si eam illi faciat, & ille verè habuit mandatum, non liberetur omnino à tali debito, etiam in foro exteriori, si in eo constet, accipiente verè habuisse mandatum tacitum, vel expressum, à creditore. Id etiam, quod ibidem Gregor. Lopez subiungit, atque Ioannem Andr. disputare in vtramq; partem, nempe, siquis soluat alicui ægroto habenti à creditore mandatum ad id recipiendum, esto ægrotus moriatur, pecuniaque dispareat, nec perueniat ad creditorem, liberari debitorem ab eo debito; non video, cur cuiquam merito possit esse dubium. 5 Si verò † quis soluat ei, qui mentitus est se esse procuratorem creditoris, habereve ab eo mandatum ad recipiendam solutionem; & vniuersim si quis soluat ei, qui mandatum tacitum, aut expressum, ad id accipiendum non habebat, etiam si is negotia creditori sine illius mãdato gereret non liberatur à debito, nisi creditor id ratũ postea habeat. Ita colligitur ex l. verò procuratori, in prin. argumento à contrario sensu, & affirmat ibi glo. verb. administratio de mero negotiorum gestore, & habetur §. vlti. ff. de solu. resq; ex se est satis perspicua.

6 Quando † creditor debitori suo mãdasset, vt, quod sibi debebat solueret alteri, si antequam debitor id exequutioni mandaret, creditor verbo internuncio, aut epistola reuocaret mandatum, notitiaque eius reuocationis ante eam solutionem ad eum peruenisset, tunc solutio facta a debitore illi alteri, postquam ad ipsum deuenit notitia reuocationis talis mandati, non liberaret eũ à debito, sed teneretur soluere iterum idem debitum creditori, secus autem, si soluisset illi alteri, antequam notitia reuocationis mandati ad soluentem perueniret: nam tũc eum liberaret, esto facta esset post reuocationem mandati. Ita habetur l. 6. titu. 14. par. 5. l. si vero procuratori. ff. de solut. & colligitur ex l. qui hominem. §. si Titiũ. ff. eodem titu. & patebit ex proximè dicendis: idẽ enim est, mandare alicui, vt solutionem à creditore accipiat, & creditori præcipere, vt ei soluat, & è contrario: quoniam vnum horum, coniunctum eo ipso est cum altero, vt habetur §. si Titium citato, & ibi notant Bart. & alij: quare, quæ proximè dicentur de reuocatione mandati, exposito ad recipiendas solutiones, intelligenda similiter sunt de reuocatione mandati debitori, ne alicui, aut aliquibus, soluat. Si autem creditor reuocet mandatum, ac facultatem recipiendi loco ipsius solutiones procuratori ad id constituto, administratori omnium suorum bonorum, vel quodcunque alio modo exposito administrationi, aut negotiationi alicui, ac proinde receptioni aliquarum solutionum, tunc, si debitor illi soluat, postquam notitia eius reuocationis ad eum deuenit, non liberatur ea solutione ab eo debito, sed tenetur iterum illud soluere creditori: si autem ei soluat, antequam notitia eius reuocationis ad ipsum deueniat, liberatur omnino à debito, esto, ipso id ignorante, reuocatum iam esset mandatum. Ita habetur §. si Titium citato, & l. verò procuratori. §. sed & si quis. ff. de solut.

Quando aliquis in stipulatione, aut alia promissione, vel contractu se obligaret soluere, vel ei, qui cum ipso contrahit, vel cuidam tertio de- 7 signatus, qui † tertius adiectus ad solutionem nuncupatur in iure, quando cum principali creditore non efficit duos reos credendi, tunc siue solutio fieret principali, siue adiecto, debitor liberaretur ab eo debito, vt ex se est perspicuum, & habetur l. verò procuratori, in princi. & l. si ita stipulatus. ff. de solut. l. 5. titu. 14. & l. 7. titu. 11. par. 5. Solutio verò tunc potest quidem fieri adiecto, non tamen alteri loco illius, vt, si adiectus moriatur, non potest fieri hæredibus illius, nisi id fuerit expressum in contractu; aut, si adiectus fuerit mancipium cuiusdam tertij, non potest fieri solutio domino illius, sed tantum mancipio. Ita habetur l. si stipulatus in princip. ff. de solut. Neque item adiecto fieri potest solutio in alio loco, quam in loco ad id destinato l. non vtique. §. idem Iulianus. ff. de eo quod certo loco. Item adiectus non potest liberare debitorem à debito, neque cum illo nouare, immo neque petere in iudicio ab eo solutionem, sed solum potest illam recipere, si ei soluatur, & esto minor sit, non indiget ad id tutoris, aut curatoris autoritate, vt tuto ipsi soluatur: quoniam recipit eam solutionem nomine, & loco creditoris principalis, atque ex perscripto illius. Ita habetur l. quod stipulatus, iuncta l. sequenti. ff. de solut. Competit vero postea principali creditori aduersus adiectum actio quasi mandati, aut negotiorum gestorum, vt solutionem acceptam sibi restituat, vt innuit glos. vlt. l. verò procuratori. in princ. ff. de solut.

Quòd si adiecto soluatur indebitum, tunc competit soluenti cõditio indebiti aduersus creditorem principalem: eo quod ipsi potius, quã adiecto, censetur id solutum, vt habetur l. si ita stipulatus ff. de solut. Esto autem creditor principalis prohibeat solutionem fieri adiecto, si tamen illi fiat, debitor ea solutione liberatur à debito. Ita habetur l. vero creditori. §. pen. ff. de sol. & l. 5. tit. 14. par. 5. Excipitur, nisi creditor principalis in iudicio debitum petat à debitore: post litem enim cum eo contestatã, soluere non põt adiecto: quod si soluat, tenetur iterum soluere creditori principali; sed poterit debitor repetere ab adiecto, quod ei soluit, tanquã illi indebitum. Ita habetur leg. si quis stipulatus fuerit decẽ in mille. ff. de solut. & l. 5. citata, quæ asserere videtur, vltra litis contestationẽ, necessariã esse prohibitionẽ, vt solutio fiat adiecto. Contrariũ verò affirmãt doctores stãdo in iure communi. Lege Greg. Lopez ibẽdem ver. *defendimiento*. Adiecto potest quidẽ fieri solutio, modo tamen in eodem permaneat statu, in quo erat, quãdo constitutus fuit adiectus: si enim mutet statum, non põt ei solui, alioquin debitor cogetur iterũ soluere creditori principali (Excipe, nisi debitor illi soluisset ignorando mutasse statum,

cum,argumento l.si quis seruo. ff.de solut.) Vt si antea adiectus liber erat,& efficiatur mancipium, aut religiosus vel patiatur maximam,aut mediam capitis diminutionem (de quibus disp.9. dictum est,) vel etiam infimam,nō potest fieri ei solutio, vt patet,quia iure citando de mutatione status, sine vlla restrictione,est sermo,& exempla adhibentur,vt si adiectus relegetur, aut emancipetur quæ duo exempla pertinent ad infimam capitis diminutionem,vt constat Inst.de capitis diminutione. Quòd autem adiecto,mutanti statum, non possit fieri solutio,hī l.cum quis in prin.ff.de solut.& l.5.titu.14.part.5. Obserua tamen,licèt id regulare sit,si tamen mutatio status adiecti prudentis arbitrio,non cedat in deterius comparatione creditoris principalis,spectatis circumstantijs concurrentibus, tunc fieri posse solutionem adiecto. Hinc Greg.Lopez l.5.citata ait, si adiectus erat mancipium creditoris,& efficiatur liber, tunc non posse fieri illi solutionem;quia status ille comparatione creditoris principalis non est melior, licèt melior sit adiecto: si verò adiectus erat mancipium cuiusdā tertij,& fiat liber, potest fieri illi solutio: quia in eo euentu,non est peior status libertatis comparatione principalis debitoris quā sit status seruitutis. Quia ēt adiectum mutare statum ex filiofamilias in emancipatum,regulariter non est peius cōparatione proprij patris,qui eum adiectum constituit,inde est, quòd l.eum qui ita. §.qui sibi.ff.de verb.oblig.& l.5.citata, id definiant non impedire,quin valida sit solutio facta adiecto iam emancipato,cum tñ contrarium habere videatur l.cum quis.in prin. ff.de solut.quæ intelligenda erit qñ, ex circumstantijs concurrentibus, minus tutum, & expediens est creditori principali fieri solutionem emancipato,quàm filiofamilias:quod euenire hodie potest in Castellæ Lusitaniæ Regnis,quādo filij patris potestatem egrediuntur per contractum matrimonij,si filius antea habebat administrationem bonorum patris,aut ab eo erat expositus al cui negotiationi, postea vero filius sibi tantum acquirat,ac negotietur. Vtinam verò tot tricæ,& contrarietates a iure abscinderentur. Solutio facta † creditori principali valida est,esto accu 8
setur de crimine,pp quod veniant illi confiscanda sua bona,vt hī l.reo.ff.de solut.& l.5.titu.14.part.5.atq;alijs iuribus,quæ citat gl.l.reo citata. Excipitur,nisi accusetur de crimine læsæ maiestatis humanę,vt habetur l.vlt.C.ad l.Iul.maiest.nā hic eo ipso,quod tale crimē committit, ipso iure amittit non solum oīa sua bona,sed etiam administrationem eorum,ettó; inualida solutio ei facta,ac proinde inualida ēt erit facta adiecto,si quis ab eo fuit datus; eo quòd solutio facta adiecto cēseatur facta tali creditori principali. Ita hī l.citata. Excipit ibi Saly.& cum eo Greg.Lop.l.5.citata gl.vlt.quādo debitor tali accusato, aut ejus adiecto soluit,ignorans crimen: nā tunc liberatur per eam solutionē non secus ac liberatur, qui soluit procuratori alicuius,ignorando reuocatam fuisse procurationē, seu mandatum. Hæc eadē locum similiter habēt, longè maiori cum ratione, in crimine hæreseos lesæ maiestatis diuinæ. Præterea ab illa doctrina quòd valida sit solutio facta creditori, qui accusatur de alijs criminibus, etiā si ob illa confiscanda sint illi sua bona,excipitur, nisi bona illa sint iam annotata,hoc est,sequestrata ob illud crimē, quia aufugit,aut alia ratione, tunc enim solutio illi facta est inualida,vt affirmat gl.l.reo citata,consentaneè ad l.vlt.§.vlt.ff.de requir.reis, & cum ea affirmat Greg.Lop.l.5.citata gl.pen.

9 Ei,qui † procurator est constitutus ad litem aliquam prosequendam,ēt si vincat, fieri non pōt solutio quæ liberaret debitorem, sed solutio facienda est creditori, cuius hic est constitutus procurator ad eam litem. Ita hī l.hoc iure. ff.de solut.l.sed si tantum.ff.de pact.& l.7.tit.14.part.5.Si tamen quis esset procurator in rem suam, posset illi, ac deber,fieri solutio, & consequenter posset circa id transigere,& facere pacta alia l.sed si tantum citatā,& affirmat gloss.vltim. l.hoc iure,etiam citata, atque ex se est perspicuum. Item si procuratori ad solam causam omnino alienam prosequendā,non soluantur expensæ in ea factæ, quia dominus causæ est impotens ad soluendum, tunc quemadmodum potest facere, vt sententia exequutioni mandetur,ac sibi soluantur expensæ,& salarium,vt habetur l.actoris.ff.de procurator. ita solutio vsque ad eam quantitatem ei facta, valida est, & liberat, quo ad eandem quantitatem, debitorem,vt glicitata affirmat. Præterea, si procuratori ad causam alienam, non solum detur facultas ad eam prosequendam,sed etiam ad recipiendam solutionē,potest solutionem recipere,& liberatur ea debitor,vt ex se notissimum,quia iam tunc habet ad id mandatum,& constat ex l.verò in princ. & ex l.hoc iure.§.de solutio. ex l.si procurator. ff.procur. & ex l.7.citata. Si procuratori facultas detur ad exigendum,aut ad agendum,& exigendum, censet Bart. l.hoc iure,& cum eo Greg.Lop.l.7.citata,gl.2.cō. seri habere mandatum,vt solutionem accipiat, ac proinde solutionem ei tunc factam liberare debitorem:tametsi Ang.reclamet.

10 Procurator † ad litem alienam prosequendam non potest facere transactionem cum debitore, neque illi quicquam remittere l.transactionis. C.de transact.l.sed si tantum.ff.de pactis,& leg.7. citata. Immò neque is,cui generalis administratio est commissa,potest ea efficere,l.mandato, & l.procurator tutorum.ff.de procur.

Si tamen procuratori ad litem aliquid horum in particulari esset mandatum commissum, id vtique posset efficere: quia ad id haberet particulare mandatum. Item,si illi addita esset clausula, cum plena, seu generali, & facultate faciendi circa id, seu disponendi, tunc solutionem posset recipere, & posset transigere, nouare, ac remittere partem debiti transigendo.leg.procurator cui generaliter. ff.de procur.& l.7. citata. Non tamen potest donare.l.contra iuris.§.vlt.ff.de pact.& l.filiusfamilias.ff.de donat.& cum Baldo,& Alexā. affirmat Greg.Lopez l.7.citata verb.*libre llenero*. Ibid.gl. pen.addit Gregor.Lopez, ad omnia prædicta sufficere, vel quòd concedatur facultas libera, vel quod concedatur facultas faciendi omnia quę dominus:si presens esset,posset efficere: quoniā vna



Digitized by Google

clausula æquipollet alteri: addit tamen eam l. 7. & l. 19. tit. 5. par. 3. videri exigere, vt vtraq; clausula simul apponatur, eaq; de causa ipsum consulere, vt vtraque simul adhibeatur.

## Quando solutio fieri debeat, & quousque locum habeat purgatio moræ.

### DISPVT. DLXIV.

### SVMMARIVM.

1 *Tempus quando interpellet pro creditore aduersus debitorem, ita vt mora purgari non possit.*
*Declaratur tamen, vt nu. 2.*
3 *Moræ purgatio de æquitate canonica an semper admittatur.*
4 *Dies, aut terminus certus solutioni præscriptus, constituit statim eo transacto debitorem in mora, sine spe aliqua purgationis.*
*Declara, vt nu. 6.*
5 *Debitor offerens cum effectu creditori solutionem, liberatur à pœna, & damnis.*
7 *Hora etiam solutioni statuta interpellat pro creditore.*
8 *Tempus solutioni à iudice statutum, facit teneri eo transacto debitorem ad pœnam interesse, & damna.*
9 *Promissio de aliquo faciendo, vel soluendo sine aliquo termino, & pœna facta, quando obliget promittentem ad pœnam, & damna.*
10 *Moræ purgatio de aliquem præsentanda in iudicio ad pœnam euadendam, quando fieri possit.*

QVando dies certus, aut tps certũ, & determinatum, fuit constitutum, intra q̃ aliquid fieret, aut solueretur, tunc † dies ille certus, aut termi-
1 nus tpis illius determinati, interpellat p̃ creditore aduersus debitorem, vt id præstet, aut soluat, neque est necesse, vt à creditore ad id requiratur, aut admoneatur. Ita hẽ l. magnam. C. de contrahẽ. & commit. stipu. & l. 8. tit. 14. part. 5. Vnde tunc non conceditur locus, vt debitor, transacto eo die, aut termino, purget morã, sed tenetur ad interesse, & damna, pro qualitate contractus; aut, si apposita fuit pœna, tenetur ad illam, vel sub disiunctione solutionis illius, aut impletionis contractus, ac satisfactionis damnorũ, aut solutionis tantũ interesse, adoptiõe creditoris, si pœna apposita fuit in subsidium, & fir mitatem contractus, iuxta ea, quæ disput. 559. dicta sunt, neque apposita fuit clausula, rato manente cõtractu, iuxta d. disp. 556. vel tenetur ad vtrumque, si ea clausula fuit apposita; vel tenetur ad solam pœnam, si nouandi animo fuit apposita, sub conditione, si contractus non impleretur; neque purgatio admittitur ad pœnam euadẽdam, aut ad euadendam solutionem interesse, ac dãnorum. Ita hẽ l. magnam citata, & l. traiectitiæ. ff. de act. & oblig. l. pecuniæ. §. 1. iuncto principio, & l. 35. in prin. tit. 11. par. 5. Habent autem hæc vtrũ, siue contractus sit oneros⁹, siue lucrativus, & siue sit bonæ fidei, siue stricti iuris, vt bene Greg. Lop. l. 35. citat. gl. 1. obseruat: quia iura citata indistinctè loquuntur. Vnde meritò idem Greg. Lop. l. 8. tit. 14. par. 5. gl. 2. & copiosiùs Alu. Val. de iur. emphyt. q. 5. nu. 12. & 13. cum cõi doctorũ sentẽtia, quam referunt, reprobant Baldi opinionẽ asserentis, in contractibus bonæ fidei, esto dies certus sit appositus, & pœna, locum esse purgationi moræ: regulam vero propositam habere solũ locũ in contractibus stricti iuris. Illud ẽt rectè Couar. regula possessor part. 2. §. 6. nu. 5. Alua. Val. nu. 12. citato, & alij, quos referunt, merito Baldum reprehendunt, quod asseuerit, iure canonico sublatam esse differentiam cõtractus bonæ fidei, & stricti iuris, contractusq; oẽs iure ciuili stricti iuris, esse canonico iure bonæ fidei, ac proinde in omnibus contractibus, iuxta Baldi opinionem proximè impugnatam, iure canonico concedi purgationem moræ, esto dies certa, & pœna, sint in eis appositæ. Ducitur, quoniam iure canonico nullibi, vt inquit, recordatur, mentionem esse factam distinctionis cõtractuum bonæ fidei, & stricti iuris. Hæc, inquã, Baldi opinio merito à doctoribus citatis reprehenditur. Tum, quia satis est eam distinctionem canonico iure non esse reprobatam dispositione aliqua in contrarium, vt standum illi sit canonico iure, iuxta c. 1. de noui operis nunciat. Tum etiã, quoniam de ea distinctione habetur mentio expressa c. cum venerabilis de excep.

2 Excipe à regula † proposita, qñ de iure ob aliquem rationẽ, conceditur in euentu aliquo purgatio more, vt in emphyteusi Ecclesiastica, si pẽsio non soluatur intra biennĩ, iuxta ea, quæ disputa. 453. dicta sunt; cum tñ singulis annis die certo, & præfixo esset soluenda, neque pœna commissit sit statuta, nisi pensio integris duobus annis non soluatur, & ẽt in seculari conceditur de iure Castellæ purgatio moræ intrà decem dies, si pẽsio intra triennium non fit soluta, vt ibidem dictum est: hæc verò, quæ peculiariter in iure sunt sancita, & concessa, exceptiones sunt à regula proposita, neq; ex illis sumendum est argm̃, vel ad regulam propositam impugnandam, vel ad id extendendum ad alia: quod tameñ multi non satis attendunt.

Gregor. Lopez deg. 8. titul. 14. part. 5. glos. 2. in Quæst.
3 fine, an, de æquitate † canonica posse semper purgari moram, esto dies certa, & pœna, sint apposita. Ducitur. Primò, quia cap. potuit, de locato, admittitur purgatio more circa emphyteusim Ecclesiasticam. Secundo, quia c. suam de pœnis, statuitur, vt qñ pars fuit soluta, & non totum, non hẽat locum tota pœna statuta, sed pars. Consentit cum Greg. Lopez hac in parte Gutier. de iur. confirm. par. 3. c. 17. nu. 5. & 6. Qui in confirmationẽ citat etiam glossas quasdam, quę parum profecto, aut nihil, vrgent. Ex hac sententia infert Greg. Lopez ibidem, quòd cum in hoc Castellę Regno legibus partitarum non reperiatur cautum expressè, quòd quando dies, & pœna apponuntur, non sit locus purgationi moręe: deficiente q̃ in hoc Regno iure proprio, sit potius in eo recurrendum ad ius canonicum, quam ad leges ciuiles Imperatorum, vt tradit Palat. Rub. in introductione ca. per vestras,

de

de donat. inter vir. & vxor. nu. 5. ver. item videtur mihi dicendum; consequens sit, vt in hoc Castellæ Regno locum habeat morę purgatio, etiam si dies certa, & pœna fuerint appositæ. Huic etiam opinioni subscribit Gutie. c. 17. citato. nu. 8. & 9.

Ego vero neutrã opinionẽ verã esse existimo, sed, quod ad primum attinet, solum de æquitate canonica hẽt locum; & probat c. suã de pœnis, qđ qñ solutio est diuidua, neq; ex mora detrimẽtum notabile parti sequitur, si intra terminum soluta fuit pars debiti, non habeat locum tota pœna pp partem residuam, quæ intra triennium soluta nõ fuit, inter personas Ecclesiasticas, in quibus non decet cupiditatis, & auaritiæ species, velleq; ditari aliena iactura, sed contentæ sint parte duntaxat, pœnæ, quæ ibi narratur solutæ, nec plus ex eo textu colligitur. Quod autem, iuxta c. potuit de locato, purgari possit mora omissionis vltra biẽnium solutionis pensionis emphyteusis Ecclesiasticæ, paulò ante dictum est, non posse inde sumi efficax argumentum ad probandum, idem esse in alijs eventibus, in quibus dies certa, & pœna fuerint appositæ. Falsum item est, quod prædicti autores secundo loco ex ea priori ipsorum opinione inferũt dicẽdum esse in hoc Castellæ Regno. Primo, quoniã lex est expressa partitarũ 5. tit. 11. par. 5 quæ idem statuit, quod iure Castæo sancitum est, qñ dies certa, & pœna fuerint appositę. Secundo, quoniã falsum est, iure canonico in eo euentu locum esse purgationi moræ. Tertio, qñ falsum est, insufficiẽterq; à Palatio Rubias probatum, in hoc Castellæ Regno potius esse standum dispositioni iuris canonici, quàm ciuilis, qñ, quod definitur, non spectat ad materiam peccati, & ad fidem aut religionem, sed agitur de re mere ciuili; præsertim qñ canonico iure aliquid statuitur solis Ecclesiasticis, quia id eorum statui decet, quale est, quod habetur c. suam de pœnis.

4 Qñ dies, aut † terminus certus, fuit solutioni præscriptus, eo transacto, creditor agens aduersus debitorem, habet fundatam suam intentionem, vt ex se est perspicuum, & affirmat Greg. Lop. l. 8. citata glos. 2. in princ. Atque tunc, siue pœna fuerit statuta, siue non, si instrumentum absque sentẽtia iudicis paratam habet exequutionem, locus nõ est purgationi moræ, vt affirmat Gutier. ca. 17. citato nu. 3. & cõsentit Greg. Lop. eadem gl. citata. Vbi, cum gl. l. stipulatus, verb. certo die. ff. de verb. obligat. & Angelo. addit. Etiam si pœna sit apposita, si actum fuerit inter contrahentes, vt creditor nihilominus certiorẽ faceret debitorem, debitum ve ab eo exigeret, tunc talem diem, seu terminum nõ interpellare pro creditore, ita vt mora non possit purgari, saltem qñ exigitur terminus. nã. certus in eo euentu appositus, habet tacitam conditionẽ, si debitum à creditore petatur, ac proinde, antequã ea conditio impleatur non constituit debitorẽ in mora. Hinc cum eodem Angelo infert, si in instrumẽto, habente paratã exequutionem appositus sit terminus certus, sed additum est, vt nihilominus creditor certiorem faciat debitorem, ab eo ve exigat debitum, non posse fieri exequutionem aduersus debitorem, antequam ea conditio impleatur.

5 Si debitor, ipe, & † loco congruo offerret creditori cum effectu solutionem, eam illi ostendendo, & creditor nollet eam accipere, tunc, si id constaret, liber esset à pęna, & damnis l. solutorus. ff. de solut. l. obligatione. C. eod. titu. & alijs iuribus citandis. Idem est, si partem debiti liquidam offerat, & pro liquidanda fideiussores idoneos adhibeat, vt aiunt gl. l. obligatione citata, Greg. Lop. & alij, quos citat l. 8. citata verb. *affrenta*. Item, si creditor absens esset, neque relinqueret, qui loco, & nomine ipsius solutionem reciperet, liber esset debitor à pęna, interesse, & damnis sequutis, quòd solutio facta non fuerit intra terminum præscriptum l. pecuniæ. §. vlt. ff. de vsur. l. si fundus. §. vlt. in fine. ff. de lege commiss. Atque in his omnibus euentibus, cum per debitorem non staret, sed per creditorem, cessarent vsuræ temporis sequentis. Quod si debitor, quando non stat per ipsum, sed creditorem, insuper pecuniam deponeret in loco tuto, aut apud tutum depositarium, quæ creditori traderetur, tunc cẽseretur re ipsa, ipsove iure: eam illi soluisse, ac proinde liber omnino esset à debito: atque, si tunc res ita soluta periret, creditori periret, & non debitori. Ita habetur l. solutorus. ff. de solut. l. oblatione. C. eo. tit. l. acceptam. C. de vsur. & l. 8. tit. 14. par. 5. Lege Greg. Lop. ibi tribus glosis vltimis.

6 Quando dies, aut † terminus solutioni præfixus non est certus, tunc dies non interpellat pro creditore, sed, vt debitor in mora constituatur, necesse est, vt debitum ab eo exigatur, postquam cõgruum tempus aduenit. Ita, argumento à contrario sensu colligitur aperte ex l. magnam. C. de contrah. & commit. stipulat. ex l. traiecticiæ. ff. de act. & oblig. ex l. pecuniæ. §. 1. iuncto prin. ff. de vsur. ex l. 35. tit. 11. & ex l. 8. tit. 14. par. 5. & affirmant Bar. & communis sententia, quam Grego. Lop. l. 8. citata, glo. 1. refert ac sequitur. Hinc cum Baldo vult ibidem Grego. Lope. si alicui promittatur aliquid soluendum, quando fuerit legitimæ ætatis, opus esse interpellatione, vt debitor in mora constituatur, & vt pœnam incurrat, si sub pœna aliqua se ad id obligauit. Item cum Bart. & Iaso. qui id communem opinionem esse testatur, vult, si quid promissum sit sub conditione, diem impletionis conditionis non interpellare pro creditore, sed opus esse, vt debitum petatur. Si tamen dies sit tacite inducta à lege, attamen certa, interpellat pro creditore, vt quod pensio emphyteusis soluatur quotannis, & alię similes: tunc. n. dies, quo annus completur interpellat pro creditore, vt de emphyteusi disp. 453. est dictum, & consentiunt. l. 1. ver. nisi forte. ff. de penul. leg. & alia iura, quæ ibidem Greg. Lop. citat. Diem etiam interpellare dicit, cũ multis alijs, quos citat, quando aliquid debetur in diem paschatis, esto creditor promiserit, se non
7 petiturum ante eum diem. Horam † quoque statutam solutioni dicit cum Baldo interpellare pro creditori, iuxta l. Titio. §. vlt. ff. de act. empt. Eum legito.

8 Quando † aliquid promissum esset sub certa pœna, tempus autem nõ fuisset statutum, ac determinatum, in quo, aut intra quod, id fieri, aut sol-

ni deberet, tunc, si transacto tempore, intra, ꝙ iudicis prudentis arbitrio, id fieri debuisset, creditor à tali debitore congruo loco, & tempore, petat, vt id opere impleat, non velit, aut, cum à iudice taxatum esset iam tunc tempus, intrà quod debitor id efficere, illud intrà id tempus non faceret, teneatur ad pœnam, interesse, & damna modis in principio huius disputationis explicatis, quando à principio contractus dies certa, & pœna fuerunt appositæ. l. mora, in princip. ff. de vsur. l. 35. iuncta l. 13. & alijs iuribus, quæ ibi Greg. Lopez citat, tit. 11, part. 5.

9 Qñ † aliquid promissum est fieri, aut solui neq; statuto certo die, aut tpe, intrà quod fieri deberet, neque apposita pœna, tunc transacto tanto tempore in quo id optimè fieri potuit, ac debuit, negligentiaq; debitoris adimpleri intrà id tps omissũ est, poterit creditor exigere à debitore id, quod efficere tenebatur, cum omnibus damnis sibi ex eo subsequutis, quod congruo tpe id effectum non fuerit. Cæterum, si debitor, antequàm lis aduersus eum ea de re à creditore contestetur, incipiat rem promissam, eamque prosequatur, ac perficiat, purgat eo ipso moram, nec tenetur ad damna subsequuta. Ita hī l. si insulam. ff. de verb. oblig. & l. 35. tit. 11. par. 5. Vbi Greg. Lop. glo. penult. ait, id verum habere, etiam si multum temporis præcesserit ante litis contestationem, idque affirmare communem doctorum sñiam contra Bartol. Obserue tñ, glossam 2. l. si insulam, citatam cõiter receptã; eam legem limitare, nisi sua creditoris interfit, qđ res fuerit opere impleta iuxta l. si ita quis. §. Seya, ff. de verb. oblig. vbi, cum quidam promisisset, se soluturum Seyæ tantum pretij vsque ad certum diem pro quibusdam bortis sibi tunc tradendis, & partem soluisset, reliquumque, transacto eo die vellet post modicum tempus ei soluere, Seya stare noluit contractui, eo quod emptor die constituto integrum pretium non soluisset. Respondet verò ibi Sceuola, si post modicum tempus emptor voluit reliquum pretij soluere, neque præter morã, quicquam inter fuit Seyæ, solutum fuisse intra id tps constitutum, quorum vtrumque iudicis arbitrio relinquitur definiendum, cogendam esse Seyam stare cõtractui. Bar. limitationẽ illius glossæ intelligit, qñ creditoris interesse excedebat çstimationem facti. Merito tamen Greg. Lop. l. 35. citata gloss. vlt. reijciendam censet limitationem illam glossæ, & intellectum Bart. non solum iuxta l. 35. citatã, quæ aperte statuit contrarium, sed ẽt stãdo in iure communi. Etenim, §. Seya citatus, apertè loquitur, quando dies certa statuta fuerat solutioni, neque ibi agitur de mora purgatione vsque ad litem contestatam, immo neque de moræ purgationem, sed solum ex æquitate constituit, vt quando intra modicum tempus, & sine vllo detrimento venditoris, oblatum est illi reliquum pretij, cogatur stare contractui; quod longe diuersum est a dispositione legis, si insulam. Adde, in dispositione legis, si insulam, sermonem esse, quando dãna, & detrimenta sequuta fuerant creditori ex eo, qđ debitor tpe cõgruo nó soluisset, aut nõ fecisset rem promissã: quare, si limitãda est, vt locũ nó hẽat ea purgatio moræ vsque ad litem contestatam, quæ in ea lege decernitur, qñ creditori interesset rẽ ipe congruo esse factam, vtique nunquam habebit locum dispositio eius legis, sed semper destruetur, nullius q; effectus reddetur, dispositione. §. Seya Bartoli vero intellectus diuinatorius plane, est, atque cum neutra illarum legum consentit.

Ex §. Seya citato derimenda erat lis, cuius Gama decis. 211. meminit. Cum. n. quidam alteri cẽtum, coria vendidisset, nec tradidisset ex multis, q̃ in quadam domo publica habebat, parte pretij cõtinuo accepta, & cum pacto, vt emptor reliquam partem venditori traderet ea ipsa die, emptor eam non tradidit ea die, sed sequenti mane ad venditorem illam detulit. Venditor vero accipere eã noluit, sed dixit, nec teneri, nec velle stare contractui; eo quod emptor pretium tempore constituto non tradidisset, Disceptatum fuit ea de re, variæque, ac contrariæ sententiæ fuerunt latæ. Tandem vero pronunciatum fuit, vt venditor cogeretur stare cõtractui. Quamuis autem ea in causa mentio facta non sit. §. Seya citati iuxta illud tamen fuit definienda. Etenim, cùm paulò post, hoc est, die sequẽti mane reliquum pretij fuerit oblatum; sanè, si nó multum venditori referebat eam ipsa die solutam ei fuisse eam pretij partem, cogendus fuit stare cõtractui, iuxta expressam definitionem. §. Seya: secus autem si multũ venditori referebat ea ipsa die fuisse ei solutum. Gutier. de iur. confir. par. 3. c. 17. nu. 1. indistinctè, ait, in contractibus vsque ad litis contestationẽ posse purgari moram, & nó post, & citat. l. si insulam, ff. de verb. obl. & l. 35. in fine tit. 11. par. 5. Cum ñ in his iuribus, vt explanatũ est, solũ sit sermo, qñ neque pœna fuit apposita, neque certus terminus præfixus fuit adimpletioni. Continuò verò. nu. 2. idem autor subiungit, si contractus iuramento fuit confirmatus, teneri debitorẽ ad terminum promissum eum implere, neque postea posse moram purgare, idque prosequitur, ac probare conatur numeris sequentibus. Ego autem arbitror, licet, qui iuramento, contractum confirmauit, periurus sit, nisi illud, si possit, iuxta formã contractus, ac mentem iurantis, adimpleat, iurum tamen non impedire posse moram purgare, quando, si iuramentum non fuisset adhibitum, purgari posset. Et, quoniam id, cum multis alijs, aduersus eundem autorem disp. 453. circa emphyteuticum contractum est dictum, non plura hac de re hoc loco adijciam. Quando creditor post moram debitum suscepit, nihil de pœna agens, & de damnis ex mora subsequutis, remittere censetur damna, & pœnam, si nihil protestetur l. Celsus in prin. & alijs iuribus, quæ citat gl. ibi verb. non post. ff. de recep. arb. & l. 13. tit. 11. par. 5.

10 Illud postremo est † obseruandũ, longè diuersam esse rationem de purgationẽ moræ præsentandi aliquem in iudicio ad pœnam euadendam, de qua purgatione copiosè disp. 547. dictum est. Neque item purgationem moræ in contractibus admittendam esse ex ijs, quæ de purgatione moræ disposita sunt quando non est solutũ, quod iudex arbiter solui præcepit: de qua purgatione sermo est. ff. de recep. arbi. l. si cum dies, & duabus sequẽtibus

Digitized by Google

tibus, & dicetur tract. 5. Id verò, quod Gutier. cap. 17. citato, nu. vlt. refert iudicatum in Pinciano senatu circa purgationem moræ quorundam fideiussorum, sanè cum dictis à nobis disp. 547. citata congruit, si tempus secundis fideiussoribus datũ fuit duorum mensium, aut maius, quod tamen ipse non explicat, & cum minimum fuisse videtur duorum mensium, nam intra æquale tempus purgari mora illa potuit, vt disp. citata visum est probeq; iudicatum fuit, præsentatione rei post duos menses, fuisse purgatam eam moram, quia non ita habuit sententia illa vim ex eo, quòd æquitas canonica, & non ciuile ius, seruata sit, vt ille ibi autumat, sed dispositione mera ciuilis iuris.

## Quando idem debitor varia contraxit debita comparatione eiusdem creditoris, si quid ei soluat, pro quo debito sit censendum solutum. Et vniuersim de ordine seruando in solutionibus.

### DISPVTATIO DLXV.

### SVMMARIVM.

1 *Debitor si cum creditore habeat plura debita, quodnam prius præsumatur soluisse.*

2 *Solutum debitum ex vrgentiori causa, & quod plus grauat debitorem prius præsumitur.*
*Declaratamen & limita. nu. 3.*

4 *Debitum cum fideiussore censetur prius solutum quam sine fideiussore.*
*Item debitum antiquius, vbi debita æqualiter grauant debitorem. nu. 5.*

6 *Debita ex delicto cum debitis personalibus comparantur.*

IN re proposita, si debitor ante, aut qñ reſoluis, vel statim in continenti antequàm discederet ex loco, in quo soluit, expressit pro quo, aut pro q-
1 bus debitis, id soluebat, pro † eo debito, aut debitis est iudicandũ esse solutũ: qm̃ debitor legẽ põt constituere rei suæ, pro quo debito velit eã soluere, creditoriq; ius manet ad exigendũ à debitore, si quid aliud ei dẽr. Si aũt creditor contradicat, nec velit pro eo debito id accipere, debitorq, illud deponat in solutionẽ pro eo debito, modo præcedẽte dispu 1
tatione explicato, censetur facta solutio pro eo debito, atq; ipso iure oĩno ab eo liberatur, vt ibidẽ, iuxta varia iura, ostensum est. Hæc habẽt l. iuncta gl. 1. C. eo. tit. l. si vsuras. C. de vsur. & l. 10. tit. 14.

Quòd si is debitor aliqd soluat, nec exprimat, pro quo debito id soluat, creditor verò, vel antẽ, vel dũ solutio fit, vel incontinenti antequã ad alia diuertant, dicat se id accipere pro tali, vel tali debito, & debitor taceat, censetur solutio facta pro eo debito. Si verò debitor id incontinenti cõtradicat antẽ ex eo loco discedat, accipiendũ est pro debito, pro quo dixerit, se illud soluere, aut illi est id reddendũ. Cæterũ si debitor, modo paulo ante explicato, illud consignet, & deponat pro eo debito, liber omnino erit à tali debito, vt dictum est. Ita hẽ l. iuncta glo. 1. ibi, & duabus sequentibus. ff. de solut. l. 1. C. eo. tit. & l. 10. tit. 14. par. 5. 1

Qñ nec debitor, nec creditor expressit, pro quo debito id solueretur, tunc, si terminus præfixus solutioni alicuius debitorum iam aduenit & debita alia sunt in diem futurum, aut sub conditione pendente adhuc in futurum, solutio censetur facta pro debito, aut debitis, quorum terminus iã aduenit, non verò pro ijs, quorum terminus pendet adhuc in futurum. Ita hẽ l. cæterum. ff. de sol. Itẽ, si debitor creditori aliquid debet noĩe proprio, & aliqd tanquã fideiussor alterius, solutio facta cẽsetur pro eo, q debet noĩe proprio l. & magis, & l. cũ ex pluribus. ff. eo. tit. Qñ item vnum debitũ est liquidũ, aliud non item, solutio facta censetur pro debito liquido, & non pro non liquido. l. 1. ff. eo. tit. Qñ nulla harum diuersitatum cernitur inter debita, tunc, si vnũ illorũ plus grauat debitorem, quàm aliud, quia, si solutionem differat, incidet in pœnam, aut vsuras soluet, vel aliud detrimentum patietur, q non ita immineat ex dilatione solutionis aliorum debitorum, solutio censetur facta pro eo debito, ex quo plus detrimenti immineat debitori, si eius solutionem differat, quàm immineat ex dilatione solutionis aliorum. Ita hẽ l. cæterũ, & duabus seq. ff. eo. tit. & l. 10. tit. 14. par. 5. Hac † eadẽ 2
ratione, si vnum debeatur ex causa, ex qua immineat infamia, si sequatur condemnatio, vt ex furto, aut ex tutela, immò & ex l. Aquil. & aliud ex non tam infami, aut vrgente causa, censetur facta solutio pro illa vrgentiori causa. Itẽ si quid debeatur, quia iudicatum solui, aliud non item, nec ex vrgẽtiori alia causa, censetur solutum in extinctionem debiti ex causa iudicati. Hæc habentur l. si quid ex famosa, & l. cum ex pluribus. ff. de solut.

A regula, quòd in dubio censeatur aliquid solutum pro debito ex vrgentiori causa, & pro debito, quod plus grauat debitorẽ, excipitur, qñ † aliquid 3
debetur cum vsuris, interim dum id non soluitur: si enim iam ex sorte, debitove principali, vsuræ atq; debentur, quando aliquid soluitur, tunc solutio cẽsetur prius facta pro vsuris iam debitis, & si quid supersit, id solum censetur, solutum in sortem, esto longè leuius debitori esset solutionem illam intelligi pro sorte, quia pro rata sortis solutæ cessarent in futurum vsuræ, quàm intelligi pro vsuris iam debitis. Ita habetur l. 1. C. de solut. & l. vsuras. C. de vsur. Ratio autem est, quia, quando ex eadem radice, ac debito sors ipsa, & vsuræ debentur, interim dum sors manet, soluuntur vsuræ decursæ, tanquam fructus sortis principalis, in euentibus, in quibus hodie vsuræ accipi possunt, vt ratione lucri cessantis mutuanti sub vsuris, aut ex contractu censuali cum pacto de retrouend. aut ex contractu societatis; & assecurationis simul cum eodem mercatore inito; eaque de causa meritò accommodate q ad praxim, atque ad id, quod natura ipsa rei postulat, fuit id sancitum duobus iurib. citatis, nihil impediente regula illa alia, vniuersali aliaquin in solutionibus. 1



Digitized by Google

4 Quando item † aliquid debetur cũ fideiussoribus, & aliud sine fideiussoribus, solutio prius censetur facta pro debito cum fideiussoribus quã pro debito sine fideiussoribus: vel quia id ita in fideiussorum fauorem sancitũ fuit: vel quia tale debitum plus reuera debitorẽ principalem grauat, eo q se, & alios gratia sui, obstrictos ex debito hẽat, quam ipsum grauet debitũ sine fideiussoribus; in quo ipse tantum est astrictus. Ita hẽ l. & magis, & l. in his, ff. de solut. Excipitur, qñ pro vna parte vnius, & eiusdem debiti essent dati fideiussores, & pro reliqua pignus; vt si quis contraheret debitũ 30. aureorum, & pro viginti illorum daret fideiussores, & pro alijs decem traderet pignus: tunc enim si debitore non soluente, pignus distraheretur in debiti solutionem; pecunia, quæ inde ad creditorem perueniret, censeretur primo accepta pro decem ex illis triginta pro quibus obnoxium erat pignus illud, &, si quid superflueret incrementum censeretur solutum pro viginti, quæ debebat datis fideiussoribus. Ita hẽ l. triginta, alias incipit vbi ob triginta, ff. de solu. Si quid item deberetur sub pignore, aut hypotheca, & aliud sine pignore, & hypotheca, solutio cæteris paribus, potius censeretur facta pro debito sub pignore, aut hypotheca, quã pro alio sine pignore, & hypotheca. Ita habetur l. cum ex pluribus, ff. eod. tit. Credo tamen, si vnum deberetur sub pignore, aut hypotheca, & aliud cũ fideiussoribus, potius solutionem esse censendam factam ad liberandum fideiussorem, quam ad redimendum proprium pignus, aut hypothecam.

De iure cõi, qñ nihil horum intercenit, vel debita æqualiter debitorem grauant, si vnum † debitum sit antiquius alio, qñ nihil expressum, censetur solutio facta pro debito l. in ijs. l. vbi fideiussor l. cum ex pluribus, & l. creditor. §. Valerianus. ff. de solut. Censetur verò debitum antiquius, non sit debeatur ex contractu prius celebrato, sed ante aliud debitum fuit soluendum, vsque adeo vt, si duo debita sint hoc modo, vnum antiquius alio; & sint eiusdem rationis quo ad radicem, vnde grauent, vt quia ex vtroque vsura debetur, esto ex minus antiquo maior vsura debeatur, quàm ex antiquiori, censetur facta solutio pro antiquiori, & nõ pro minus antiquo. Vtrumque hẽ expresse l. si ex pluribus. §. vlt. ff. de solut. Denique de eodem iure cõi, quando debita sunt paria quo ad antiquitatẽ, quia ex eodem die eidem creditori, licèt ex diuersa radice, soluenda, & vnum non grauat debitorem plus alio, tunc, si quid soluatur, nulla facta mẽtione, pro quo debito, censetur id solutum pro omnibus proportione quadam, ita vt, quæ proportio fuerit summæ vnius debiti ad summam alterius, in eadem proportione diuidatur, quod solutũ est, & solutum pro eis debitis censeatur. Ita habetur l. illud non. ff. de solu. Neq; repugnat l. si in duab. ff. de reg. iur. qñ ibi solum habetur, quando alioquin debita sunt paria, quo ad ea, quæ explicata sunt, quòd ex vno debito plus, quàm ex alio debeatur, non efficere, vt solutio censeatur potius facta pro vno debito, plus quam pro alio; sed inter illa esse proportionem quadam diuidendum.

Lex 10. tit. 14. par. 5. nulla facta mẽtione, quod, vbi cætera sunt paria solutio facta intelligatur pro debito antiquiore modo explicato, solum statuit quòd quando debita sunt talia, vt vnum non plus grauet debitorem, quàm aliud, tunc, quod solutũ fuerit, nulla facta mentione pro quo debito, censeatur solutum, pro omnibus æqualiter: intelligi proportione quadam. Villalobos in antinomia litera S. num. 19. hanc legem refert quasi correctoriam iuris communis quo ad hoc, tametsi addat, Greg. Lop. ad eandem legem velle illam concordare cum iure communi. Greg. verò Lop. ibidem licet fateatur legem illam scriptam esse iuxta verba Azonis. C. de solut. addit tamen, intelligẽdam esse iuxta ius commune, vt scilicet locum id non habeat, quando vnum debitum antiquius est alio: quoniam ea lex non innuit correctionẽ iuris communis, exponiq; iuxta commune ius optimè potest: nec mihi displicet hæc sententia.

Illud obserua, quando debitor nihil soluit, sed creditores personales exigunt sua debita, si debitor non sit soluendo integrè omnibus, aut post illius mortem non remanent sufficientia bona, vnde integrè soluatur omnibus, tunc, si nullus habet priuilegium prælationis supra alios, bona defuncti æqualiter proportione quadam esse diuidenda inter illos, pro ratione, & quantitate summæ, quæ cuique eorum debetur, vt disput. 536. dictum est, vbi copiosè egimus de ordine seruando in solutionibus faciendis comparatione creditorum omniũ vniuersim. Illud † verò obserua, debita ex delicto, puta ex furto, rapina, damno dato, & ex alijs, cum debitis personalibus esse computanda, quando res aliena non permanet, cuius dominium perseueret apud eum, cuius illa est, ac proinde parem locum eiusmodi creditores habere cum cæteris personalibus minimè priuilegiatis, id quod habetur l. 13. tit. 14. par. 5.

## Vtrum quando vnum pro alio soluitur, debeatur inde tributum illud, quod alcauala in Castella, & sysa in Lusitania, nuncupatur.

### DISPVT. DLXVI.

#### SVMMARIVM.

1 *Tributum seu alcauala an debeatur, quando sine nouatione vnum debitum pro alio soluitur.*

2 *Debitoris bona creditoris hypothecata, si vendantur, an debeatur tributum, si eorum pretium nõ sufficiat ad creditori soluendum.*

NAm supra dictum est, ex nouatione, & compensatione, tributum illud non deberi, neque item ex transactione. Nostra verò hoc loco disputatio est, quando sine nouatione vnum pro alio soluitur. Prætermissa † verò longa hac de re disputatione, quam licebit legere apud Lassarte de decimæ vendit. c. 7. paucis, cum eodem autore dicen-

dicendum est, si nulla præmente necessitate, sola libera creditoris, & debitoris voluntate, vnũ pro alio soluatur, quia, cũ solui possit res ipsa debita, debitor maluit soluere aliam loco illius, & creditor id acceptat, tunc deberi tributũ illud. Et quidem si, quod debebatur, erat pecunia, & debitor rem aliam loco illius soluat, vt bouem, censetur facta venditio bouis illius pro pecunia debita, ac proinde debitor, qui illum vendit, tenetur in hoc Castellæ Regno soluere tributum illud. Si vero debebatur bos, & conuenerunt, vt debitor certam pecuniæ quantitatem pro eo soluat, creditor est, qui bouem vendit, ac proinde ipse in hoc Regno tenetur soluere id tributum. In Lusitania vero, in vtroq; euentu, debitor tenetur soluere dimidium illius tributi, & creditor alterum dimidium: quoniam venditor in eo Regno soluit dimidium tyse, & emptor alterum dimidium. Quod si debebatur bos, & cõuentio sit, vt debitor, loco illius, aliquot mensuras tritici soluat, tunc est permutatio bouis pro tritico, & debetur duplicatum tributũ illud, vt sæpe in superioribus dictũ est, in permutationibus deberi tributum illud duplicatum. Ratio huius asserti est, quũ, cum nulla præmente necessitate, id fiat, sed omnino sponte, mutuoq; consensu, id non censetur solũ distractio, & extinctio prioris obligationis, ac debiti, ex quo tributum illud non debebatur, sed vetus contractus commutationis vnius rei pro alia, mutuo consensu celebratus, ex quo vnum tributũ debetur, si commutetur res, quæ est pecunia, pro re, quæ non est pecunia; eo quod emptio, & venditio sit vt in re proposita cõstat ex hũ prædictũ. C. de contr. vbi habetur, eiusmodi contractũ vicẽ obtinere venditionis, & ex. l. elegantet in princ. ff. de pignorat. act. Si vero cõmutetur res, quæ non est pecunia, pro re, quæ etiam non est pecunia, est permutatio, ex qua tributum illud debetur duplicatũ, vt cum aliis hæc affirmat Lassarte c. 7. citato à nu. 18. & rursus à nu. 44. præsertim à nu. 49. Si vero vnũ pro alio soluatur, nõ de cõi creditoris, & debitoris cõsensu, sed præter eorũ cõe intentum, ac voluntatem, vel quia debitor non habet rem debitam, q̃ soluat, vel q̃a creditori bonum aliquod debitoris in solutum adiudicatur, tunc, cum in eis euentibus non aliud agatur per se, quam debitum solui, ac extingui, vtq; ex ea solutione vnius debiti pro alio nõ deberetur tributum illud. Atque hinc ibidem, nu. 54. cum absit, ortum habuisse in hoc Castellæ Regno eam praxim, vt ex rebus creditori adiudicatis in solutum, non exigatur tributum illud.

Illud vero rectè admonet, si, dum ex quotio bonis debitoris fit, aliquid in publica subhastatione vendatur, tunc, siue id emanet à creditore, siue ab aliquo alio, deberi ex ea venditione tributum illud, quia id vera emptio est, & venditio. Attamen, si, iuxta præscriptũ legis, res habeatur pro inempta, reddendaq; debitori sit in euentu, quod debitor intra certũ tempus soluat debitum creditori, tunc, si debitor intra id tempus debitum soluat, non debetur tributum illud, sed à gabellario est reddendum, si id iam recepit. Quoniam emptio illa, & venditio, ex ipsa iuris dispositione, erat conditionalis, modo debitor non soluat debitum intra tantum tempus: deficiente vero conditione, non secus fuit reddita ipso iure nulla, quam si nunquam fuisset celebrata.

Pulchram verò quæstionem ibidem Lassarte à
2 nu. 59. excitat. Si bona † debitoris subiecta erant pignori, aut hypothecæ, creditori (fisco præsertim) neque, diuendita, eorum pretium sufficiat debito integro persoluendo, neque sint alia debitoris bona vnde integre soluatur, vtrũ debeatur ex tali pretio tributum illud gabellario, qui conductum id habet, an non, sed in toto pretio præferendus sit creditor, qui est antiquior, & ius in rem habet comparatione bonorum talis debitoris. Recte autem deberi respondet: sicut alij sumptus inde soluendi etiam sunt præconi, & alijs ministris publicis, qui suam operam vsque ad bonam illa diuenditæ ea in re nauarunt. Ratio autem est, quoniam lex regia, quæ tributum illud venditionibus omnibus, & permutationibus (paucis exceptis) imposuit, de omnibus vniuersim venditionibus intelligitur, quascunque ratione fiant, omnesq; proinde afficit, & cooperatur eo ipso, quod vndecunque fit venditio, vt eõ tributo sit affecta, & non plus censeatur ex pretio remanere, tum debitori ipsi, tum etiam creditoribus illius, quam quod superfuerit, persolutio Regi eo tributo.

## Si soluatur indebitum, quousque repetitio illius concedatur, aut non.

### DISPVT. DLXVII.

### SVMMARIVM.

1 *Soluens per errorem debitum, quod nec naturaliter, nec ciuiliter est debitum; repetit per conditionem indebiti.*

2 *Debitor probare tenetur, solutum ab eo, fuisse indebitum.*

*Declara, & limita, vt ibi, & nu. 4.*

*Et sublimita, vt num 3.*

5 *Donatio quando præsumatur.*

6 *Debitor dubius in mente, an q̃ soluit, debeat, vel ne, potest repetere, si probare potuerit, id nõ debuisse.*

7 *Hæres iuris ignorãtia soluens legata, vel fideicõmissa, relicta in testamento minus solẽni, non repetit.*

*Limita tamen, vt ibi.*

8 *Debitum sub conditione pendente in futurum, per errorem solutum, repeti potest.*

NOnnulla alia coniuncta sunt cum materia de solutionibus, quæ sunt consequenter explicanda. Quod ad id, quod propositum est, attinet. Disputatione sequenti dicetur, quando indebitum soluitur vi sententiæ, quæ in rem transit iudicatam. Nunc verò solum dicendum est, quando indebitum extra eum euentum soluitur.

Hac de re hæc regula generalis est statuenda:
1 Quando aliquis, errore † ductus, id tanquam debitum soluit, quod nullo modo erat debitum, neque ciuiliter, neque naturaliter, conceditur illi actio ad illud repetendum, quæ condictio indebiti

biti nuncupatur. Ita habetur l. 1. & sequentibus ff. de condict. indeb. & l. 28. tit. 14. par. 5. exemplum adhibet lex 28. citata, quando debitor, ignorans suum procuratorem, aut œconomum, soluisse suo creditori, quod ipse ei debebat, iterum idem illi soluisset. Item, si, cum creditor debitum in suo testamento remisisset debitori, id debitor ignorans, soluisset hæredi creditoris. Ibidem Greg. Lopez exempla addit, si, cum patet, aut aliquis defunctus, debitum aliquod soluisset, hæres illius, id ignorans (quod præsumitur l. qui in alterius. ff. de reg. iur.) iterum idem debitum solueret. Item, si quis soluit aliquid inductus ad id falso instrumento: immo vero tunc, etiam si lata esset sententia vi talis instrumenti, quæ in rem transisset iudicatam, qua soluere is esset condemnatus, & coactus, per restitutionem in integrum rescinderetur sententia, & repeteretur debitum solutum, vt habetur l. qui agnitis. ff. de excep. & disputatione sequente dicetur. In euentibus his explicatis, & in quibuscunque alijs similibus, in quibus omnino indebitum soluitur errore soluentis, conceditur repetitio illius, siue solutio facta sit ex errore iuris, siue ex errore facti. Nam distinctio hæc, num aliquid errore iuris, an facti, sit solutum, solum habet locum, quando erat ciuiliter indebitum, attamen debitum naturaliter, vt subiungemus. Porro actio condictionis indebiti ortum habet, non quidem ex contractu, sed ex quasi contractu, vt in calce disp. 55. explicatum est.

2 Quando † aliquis petit aliquid tanquam solutum ab ipso, & indebitum, ad eum probare spectat, fuisse indebitum: quoniam nullus præsumitur soluere indebitum. Excipitur, si, qui soluit erat minor, mulier, miles, aut simplex agricola: tunc enim ad eum, qui id accepit, spectat probare, fuisse sibi debitum; si vero id non probet, succumbet, cogeturque illud reddere. Licet tamen nullus præsumatur soluere indebitum, quia tamen, si id erat creditori debitum, non erit difficultas ei probare fuisse sibi debitum, mirum non est, si ius, in horum fauorem, qui non solent habere tantam peritiam rerum, nec dexteritatem ad aliquid probandum, in creditorem onus probandi reijciat, fuisse sibi debitum, alioquin succumbat, & cogatur illud reddere. Hæc † tamen exceptio non habet locum, quando talis minor, mulier, miles, aut simplex agricola, contendit, non totum, quod soluit, fuisse creditori debitum, sed partem, & reliquum repetit, vel quando confitetur fuisse quondam debitum, sed iam antea fuisse solutum, vel habuisse exceptionem ad illud non soluendum, quam tamen opponere omisit: in his enim omnibus euentibus ad minorem, mulierem, militem, aut agricolam spectat probare, quod repetit, fuisse à se indebitum; alioquin succumbet. Ita habetur l. cum de indebito. §. si autem pro parte. ff. de probat. Quando † autem ab aliquo petitur aliquid tanquam indebitum ipsi solutum, à quocunque id petatur, si is neget fuisse sibi solutum, & alter sufficienter probet, vel testibus, vel scriptura, aut alia ratione, fuisse ei solutum; tunc eo ipso redditur suspectus, eaque de causa ad ipsum deinceps spectat probare, fuisse sibi debitum, si quin cogitur illud reddere, nisi probet fuisse sibi debitum. Hæc omnia habentur l. cum de indebito citata & l. 29. titul. 14. part. 5. Quando tamen repetitur aliquid tanquam solutum, ac indebitum, & is, qui illud accepit, negauit se tale quid accepisse, si postea probetur, id cum accepisse, cæterum sola confessione eiusdem, qui illud accepit, siue præstito ei iuramento, siue non, tunc, quia ea probatio non est eius qui dedit, & contendit fuisse indebitum, sed ipsiusmet, qui habuit, se illud accepisse, non debet ei nocere, vt onus probandi, fuisse debitum, in eum reijciatur, cum alioquin ad alterum spectet probare fuisse indebitum. Ita, cum glos. l. cum de indebito citata Ioan. Andreas, Imola, & Vincentio, Gutierrez, Lopez l. 29. citata, argumento l. cum quidam de iureiurand.

5 Qui, sciens se † non debere aliquid, illud soluit, præsumitur id donare, eaque de causa, non potest repetere illud postea. l. indebitum. C. de condic. indeb. l. 1. ff. eod. tit. l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. & l. 36. titu. 14. part. 5. Gregor. Lopez l. 30. citata, cum Iasone, & alijs, hoc limitat, quando accipiens, vt donatum eius illud accepit: si enim quasi debitum, aut alio titulo à donatione, illud accipiat, non comparat dominium illius, quousque vt donatum illud accipiat, propterea, quod non consentiunt animus, seu sensus dantis, & accipientis, quod requiritur ad celebrandum aliquem contractum, etiam donationis, neque donatio illa fit, adhuc per acceptationem acceptata. Ita colligitur ex l. si ego. ff. si certum per. Vbi accipienti exceptio, cum sciuerit esse donatum, conceditur, quod consumptum id fuerit iuxta dantis voluntatem, aut acceptum, & retentum fuerit iuxta dantis voluntatem, vt glossa ibidem ait. Sed certè in donatione reuocandum retinerem ius illud quod non aliud continet, quàm Vlpiani placitum ex Iuliano, potiusque confirmem, statuendum, quando aliquid traditum est donandi animo, id sufficere ad transferendum dominium, ac proinde tunc, non solum competere accipienti exceptionem, quam lex illa ei tribuit, sed etiam denegandam esse tenenti donandi animo repetitionem; nec, ideo, quia hæc concedi iuste illi possit, concessa simul exceptione accipienti. Quoniam, si per eam traditionem donandi animo, non fuit translatum dominium, nec censetur, acceptata donatio eo quasi habituali animo accipientis, quod vult eam illam accipere eo modo, quo sibi melius est, ac sibi datur, vtique, si accipienti de animo dantis constet, antequam is donationem reuocet, accipiensque donationem acceptet, eo ipso comparat dominium illius, neque competit danti repetitio. Si verò dans reuocet donationem, antequam per accipientem acceptetur, quo censetur facere eo ipso, quod rem datam repetit, non video quomodo accipienti possit competere exceptio illa, quam Vlpianus ex Iuliano in ea lege illi tribuit. Aliter etiam, cum Iasone, & alijs, illud idem limitat, vt intelligatur, quando ex circumstantijs non est præsumptio

alio

alio intuitu dediſſe, aut ſoluiſſe: ſi.n.ex aliquo capite præſumi alius animus poſſit, præſumenda nō eſt donatio, argō. l. ſi cum auro ff. de ſolut. Minor item viginti quinque annis, eſto, ſciens, & prudēs ſoluat indebitum, repetere illud poteſt per beneficium reſtitutionis in integrum, idem dic de prodigo l. interdum. C. de condict. indeb. l. 30, citata & gl. vlt. l. 1. ff. de condict. indeb.

6 Ei, qui animo † quouis modo dubio, an id, qđ ſoluit, vere debeat, ſi poſtea comperiatur, probareve poterit, id non debuiſſe, conceditur repetitio, non ſecus ac ſi omnino per errorem id ſoluiſſet. Ita habetur l. vlt. C. de condict. indeb. & l. 30 citata. Quo fit, vt in re propoſita, idem ſit ſoluere per errorē, & ſoluere quoquomodo dubiū. Intelligē, modo, poſita dubietate, non adfuerit animus donandi, quod ita ſoluitur, in euentu, quod non deberetur, id quod in foro exteriori non præſumitur, ſed potius contrarium.

7 Ex legatis, aut † fideicommiſſis, relictis in teſtamento minus ſolemni, quamuis iure ciuili nō concedatur actio legatarijs, & fideicommiſſarijs ad ea petenda, & obtinenda ab hæredibus illius, qui ea in eo minus ſolemni teſtamento ipſis reliquit, vt diſp. 81. copioſe explicatum eſt, qui tamē ius ciuile non impedit quominus, ſi ea fuit teſtatoris voluntas, ipſis ſint debita naturaliter, nihil impediente defectu integræ ſolemnitatis vltimæ illius voluntatis, vt ibidem dictum eſt, inde efficitur, quod ſi hæres defuncti, aut hæres hæredis, illa ſoluant legatarijs aut fideicommiſſarijs, non concedatur repetitio eius, quod ita fuerit ſolutum, tanquam indebiti, etiam ex ignorantia iuris, quod ex teſtamento minus ſolemni non tenebantur illa in foro exteriori ſoluere, ea ſoluerint, vt etiam diſput. citata dictum eſt. Excipitur, niſi, qui ex iuris ignorantia ea ſoluiſſet, eſſet miles, aut mulier, minor, aut agricola, his enim repetitio concederetur, vt habetur l. regula. ff. de iur. & fact. ignorantia, & l. 31. tit. 14. par. 5. Attamen, ſi ipſe iuramento relinquatur, vt dicant, num ſciant, ea fuiſſe teſtatoris illius voluntatem, confiteanturque ſe non dubitare, eam fuiſſe teſtatoris voluntatem, non ſolum impedietur repetitio, ſed etiam cogentur ea legata ſoluere, ſi illa non ſoluerunt, vt diſputatione citata explanatum eſt. Quod ſi hæres defuncti (ſiue eſſet de aliquo illorum quatuor generum perſonarum priuilegiatarum, ſiue non) ſoluiſſet ea legata, aut fideicommiſſa ex ignorantia facti, ſed non ex iuris ignorantia, tunc concederetur ei repetitio eius, quod ita ſoluiſſet, attamen, ſi eam ſimiliter confiteretur fuiſſe teſtatoris voluntatem, non ſolum denegaretur ei repetitio eius, quod ita ſoluiſſet, ſed etiam cogeretur ſoluere, quę nondum ſoluiſſet, vt vtrumque diſputatione citata dictum eſt. Item, ſi hæredi ius erat ad detrahendam falcidiam à legatis, eamque non detraxit, vel ſciens, & prudens, vel ex iuris ignorātia, non conceditur ei repetitio illius; quæ tamen ei concederetur, ſi ex ignorantia facti illam non detraxiſſet, vt vtrumque diſp. 213. in octauo euentu, in quo locum non habet detractio falcidiæ & in quæſtione in calce eius diſputationis ſubiuncta, dictū eſt. Cæterum hoc non ex eo vim hēt, quod legata integra debeantur legatarijs ſine detractione falcidiæ in euentibus, in quibus ius concedit illam detrahere, ſed quia ius non concedit eam detrahere quando, vel ſcienter, vel ex iuris ignorantia, integra ſoluta ſunt. Quoniā vero hęc omnia duabus illis diſputationibus copioſe explanata ſunt, non plura hac de re hoc loco ſubiungo. Solum admonuerim, vt iuribus Caſtellæ, q. 81. pro noſtra ſententia citatis, adiungatur l. 31. tit. 14. part. 5. quæ ex viſceribus iuris Cæſarei deſumpta eſt, & confirmat, quæ de iure Cæſareo, & Caſtellæ, ibidem dicta ſunt, nempe teſtamentum minus eſſe ſolemne, non impedire, quo minus naturaliter debeantur, quæ in eo diſpoſita ſunt; quamuis Cæſareo iure non concedatur ex eo teſtamento actio.

8 Quando aliquid † debetur ſub conditione pendente in futurum, quæ proinde poteſt non eſſe, quoniam id ſimpliciter non debetur ante impletam conditionem ſi verò conditio deficiat, omnino non debetur, vtique, ſi per errorem ante impletam conditionem ſoluatur, repeti poteſt tanquam per errorem ſolutum, quod adhuc erat indebitum. Ita habetur l. ſub conditione. l. ſufficiet. ff. de condict. indeb. & l. 32. tit. 14. par. 5. dictum q; eſt diſp. 284. Lege autem ſufficit, citata, additur, ſi aliquid debeatur purè, ſed poſtea initum fuit pactum, q tale debitum non peteretur, niſi ſub certa conditione, quæ poterat non impleri; tunc, ſi per errorem ſoluatur ante eam conditionē impletam competere ſoluenti condictionem illius, quaſi indebiti. Quando verò aliquid debetur in diem certum, quod eueniet, ſiue ſit incertus, qñ futurus ſit, vt ſi quid debeatur in diem mortis alicuius; ſiue ſit certus, quādo futurus ſit, vt ſi quid debeatur in diem paſchatis, aut diui Ioannis proximè futurum, tūc, ſi ante aduentum eius diei ſoluatur non conceditur repetitio illius, quia verè iam tunc debetur, tamerſi non tunc ſoluendum, ſed in eum diem. Idē propter eandem rationem eſt, ſi quid debeatur ſub conditione omnino futura, vt ſi ſol otietur, aut ſi tali die eclipſis erit. Ita habetur l. in diem l. nam ſi cum, iuncta l. ſequenti. l. ſufficit ff. de condict. indeb. & l. 32. citata, dictūque eſt diſp. 284. Quando autem aliquid debetur in diem incertā, an ſit futura, vt in diem nuptiarum alicuius, quæ dies, vt eſſe poteſt, ita poteſt non eſſe, tunc eſſet debitum ſub conditione pendente in futurum, ac proinde, ſi per errorem ſolueretur ante aduentum eius diei, impletam ve eā conditionem, poſſet repeti. Ita habetur l. ſub conditione. ff. de condict. indeb. Si tamen, quod debetur ſub conditione pendente in futurum, ſolueretur ſcienter ante impletam eam conditionē, tunc repeti non poſſet ante impletam conditionem, quia cenſeretur cōdonatum, vt fieret ſolutio ante impletam cōditionem, & multo minus repeti poſſet impleta iam conditione. Si tamen conditio deficeret; repeti poſſet: quia per ſolam ſolutionem ante conditionem impletam, non cenſeretur condonatum, vt debitum conditionale tranſiret in purum, nihilque omnino dependens à conditione, niſi id exprimeretur, aut aliunde ſufficienter colligeretur. Vtrumque affir-

Digitized by Google

affirmat gloſ.qui ſe debere, verb. condicere. ff. de cond.cau.dat.& vltimum cum Iaſ. & Ang. affirmat Greg. Lopez leg.32.citata,gloſſ.1.argumento.l.ſub conditione.ff.de ſolut.

## Solum indebitum. Vi ſententiæ, quæ in rem tranſit iudicatam, quouſque repeti poſſit, aut non poſſit.

### DISPVT. DLXVIII.

### SVMMARIVM.

1 *Solutum vigore ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam, tanquam indebitum, non repetitur, neque probatio admittitur, quod fuerit indebitum.*
*Fallit, niſi lata eſſet ſententia falſis allegationibus, vel probationibus.nu.2.*
*Idemque ſi lata eſſet contra abſentem, vel minorem num.3.*
*Item fallit in fiſco, minore, et eccleſia, quibus datur reſtitutio per noua inſtrumenta, aduerſus rem iudicatam non autem per nouos teſtes.nu 4.*
5 *Sententia criminalis, quæ tranſiuit in rem iudicatam, retractari non poteſt per nouas probationes, ſed recurrendum eſt ad principem pro eius moderatione, vel reſciſſione.*
*Idemque in ſententia ciuili, etiam ſi eſſent liquidiſſimæ probationes, ſed venit reſcindenda per beneficium reſtitutionis in integrum.nu.6.*
7 *Iudex quibus euentibus, ſine recurſu ad principem, poteſt reſcindere ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam per beneficium reſtitutionis in integrum.*
8 *Conditio ſine cauſa quibus caſibus competat.*
9 *Solutum per ſententiam latam iuramento deciſorio, repeti poteſt, ſi legitimæ probationes poſtea in contrarium comperiantur.*
10 *Soluens ſcienter poſt ſententiam abſolutoriam, repetere non poteſt.*

QVando aliquid ſolutum fuit vi ſententiæ, quæ in rem tranſiuit iudicatam, eſto is vere
1 id non deberet, quod ita ſoluit, non † conceditur ei repetitio illius tanquam indebiti: neque admittitur probatio, quod fuerit indebitum; idque propter autoritatem iudicij,& vt litibus oſtium præcludatur, finiſque ſtatuatur, ſaltem ſententia, quæ in rem tranſit iudicatam l. 1. Cod.de condict.indeb. l.cum putarem. ff. fam.erciſcun. l.ſi fideiuſſor.§.in omnibus.ff.mand.& l.33.tit.14.part.5.

2 Ab hac regula excipitur, quando † ſententia lata fuit falſis allegationibus, aut falſis teſtibus, vel falſis inſtrumentis: admittitur enim probatio, quod eo modo lata ſit, & quod, innitendo eis falſis allegationibus, aut inſtrumentis, iudex eam tulerit, alioquin non eam laturus,& vtroque ſufficienter probato, nam primum ſolum non ſufficit, reſtituitur in integrum, qui ea fuit condemnatus, & ſubinde recuperat, ſi quid vi illius ſoluit, ac ſeuere puniuntur, qui in culpa fuerunt, vt id ita fieret l.diuus.ff.de re iud.l.1.& tribus ſequentibus C. ſi ex falſis inſtrum. l.33.citata.l.13.tit.22.l.1.
3 & 2.tit.26.part.3. Atque, ſi † ſententia eo modo lata fuit contra abſentem, eſt ipſo iure nulla, vt habetur l.ſi prætor.§. Marcellus.ff. de re iud. Idemque eſt, ſi lata fuit contra minorem, vt habetur l. 1.C. ſi ex falſis alleg.

4 Quamuis † intuitu, quod reperta ſint noua inſtrumenta, vnde comprobari poſſit, reum aliquē non fuiſſe condemnandum, regulariter concedi non poſſit reſtitutio aduerſus ſententiam, quæ in rem tranſiuit iudicatam, & in conſequentiam concedi non poſſit repetitio eius, quod vi talis ſententiæ ſolutum ſit, vt, præter iura citata, habetur l.imperatores.ff. de re iud.l. ſub prætexto. C. eod. tit.l. 15.in fine tnu.11.& l.19. tito.22. part. 3. quando tamen cauſa eſſet publica, ad fiſcum, aut cameram Regis, vel ad rempublicam ſpectans concedi poteſt, ac debet, vt eidem. leg. imperatores,& l.15.& 19.citatis, habetur. Idemque eſt, ſi cauſa ad minorem, aut ad Eccleſiam, pertineat, vt gl.l.imperatores,& gl.l.ſub prætextu, communiter receptæ affirmant. Ex eo vero, quod noui teſtes reperiantur, non conceditur reſciſſio ſententiæ, quæ tranſiit in rem iudicatam, etiam fiſci comparatione, vt notat Greg. Lopez l.15.citata, Padilla,& alij, quos Gutier. de iur. confit. par. 5.c. 7.nu.5. refert, ac ſequitur.

Hæc etiam ſimiliter locum habent in criminalibus, ſi quis damnetur ſententia, quæ in rem tranſit iudicatam, quando enim damnatus non fuit per mendacitas,& doloſas probationes, eſto poſtea competiantur, vel teſtes, vel aliquid aliud, vnde probetur eius innocentia, non poteſt reſciſi ſen-
5 tentia: eſt tamen † recurrendum ad principem, ad quem in eo euentu ſpectat eam moderari, aut omnino reſcindere, vt habetur l. 1. in fine, ff. de quæſtio. & l. diui fratres, verſic. ſi tamen. ff. de pœnis, vt cum Padilla, & multis alijs, ſubiungit Gutier. vbi ſup. nume. 6. Qui vlterius ſubiungit, cum Padilla,& Gregor. Lopez l.4. titu. 30. part. 7. in hoc Caſtellæ Regno, ſi iudici, poſt ſententiam criminalem latam in aliquem, conſtet aliunde de eius innocentia, poſſe illum liberare à morte, aut ab alia pœna, moderando, aut reſcindendo ſententiam à ſe latam, idque ſine recurſu ad principem, qui id efficiat, aut concedat, iuxta l.4. citatam, quę ſtatuit, ſuperſedendum eſſe in eo euentu ab exequutione eius ſententiæ. Cæterum, vt ibi Gregor. Lopez obſeruat, ea lex lata fuit iuxta leg. 1. §. ſi quis vltro. ff. de quæſt. & vtraque lex loquitur de eo, qui in tortura confeſſus eſt crimē, & ob ſuam confeſſionem eſt damnatus ad pœnam, & vtraq; lex præcipit iudici, vt, ſi ei poſtea conſtet ita damnatum innocentem eſſe, ſuperſedeat ab exequutione latæ ſententiæ, & vt reum liberet, & ſtatim, §. ſi quis vltro citato, ſubiungitur, quando id compertum, reſcribendum eſſe principi, autoritate principis liberandum eſſe ita damnatum à pœna, reſcindendamque eſſe ſententiam, non vero autoritate iudicis qui illam tulit, etiam ſi prouinciæ præſit, atque ita intelligit Bartol. §. ſi quis vltro. Quia tamen conſuetudo optima eſt legum interpres, vtique, ſi id conſuetudine aliqua ex

parte

Digitized by Google

parte in hoc Regno est receptum ei consuetudini iudico in criminalibus standum: quoniam & æqua est, & consentanea l. citatæ.

6 Quando † autem in ciuilibus post latam sententiã, quæ in rem transisset iudicatam, apparent liquida instrumenta, aut testes omni exceptione maiores, & de quorum integritate minime esset dubitandum, vnde aperte constaret, quod iudicatum est, omnino non deberi, longeque aliter fuisse iudicandum, tunc, esto sententia mandata esset executioni, ad damnandum ipsum, hæredesve illius, expectat, recurrere ad principem, & petere, vt rem faciat examinari, ad eumque spectabit, armenta qualitate rei, & perspicuitate probationum, concedere, vt ad iudicium iterum res deducatur; & vt, si certo certius constiterit, rem non deberi, aliterque fuisse iudicandum, si ea tunc in promptu fuissent, nullaque adfuit malitia, aut negligentia partis damnatæ, in his congruo tempore offerendis, sententia rescindatur per beneficium restitutionis in integrum.

In sequentibus verò euentibus dicunt multi, iudicem ipsum, sine recursu ad principem, posse cõcedere rescisionem sententiæ per beneficium restitutionis in integrum. Primus † si euidenter con-
7 stet malitia, & scientia victoris effectum esse, vt ea instrumenta aut testes, quę postea comparuerunt, non comparerent, eisque condemnatus non vteretur. Atque in hoc euentu intellecta glossa, quæ id asserit l. & fideiussor. §. in omnibus ff. mandat. eam approbat Gutier. vbi supra nu. 7. & cum Alexandro affirmat eam esse magis communem doctorum sententiam.

Secundus, quando victus petiuit, vt tẽpus sibi daretur ad probationes adducendas, qui testes erant captiui, aut habebat alibi instrumenta, aut testes tunc cõpotes sui non erant, neque penes ipsum tunc erat adducere competẽtes probationes, neque id illi fuit concessum, sed damnatus fuit: tunc enim, si postea copiam habeat eiusmodi probationum, quæ perspicuæ omnino sint omnèque omnino tollant dubium, concedi illi debet rescisio sententiæ per restitutionem in integrum, & repetitio olim, quod vi talis sententiæ indebite soluit. Ita cum Innoc. Bart. & Panor. Gregor. Lopez l. 33. tit. 14. part. 5. ver. *razonadores*. Immo verò idem Greg. Lopez ibidẽ verb. *alegaciones*, & communis sententia, quã Gutier. vbi sup. nu. 8. refert, ac sequitur, affirmant, esto condẽnatus, siue reus sit, siue actor, nihil sale potuerit, modo tempore lis non fuerit in culpa, aut negligentia quæ tenebi, ac offerendi perspicuas probationes, quæ tunc nõ occurrebant, si tñ postea apparerent, rescindẽdum esse sententiam atque ita refert ex Padilla factum fuisse in quadam causa ciuium Segouien siũ. Hoc idem dicendum asserit, quando debitum, ab aliquo semel solutum, iterum ab eodẽ exigeretur, & propterea quod non repetiret, nec offeret instrumentum solutionis, damnatus esset illud iterum soluere: si enim postea instrumentum appareat, illudque offerat, ea facti euidentia, rescinditur sententia per restitutionem in integrum, & repetitur debitum, quod iterum vi sententiæ, quæ in falsa præsumptione fundabatur, fuit solutum.

8 Hoc verò vltimum † exemplũ, & pleraq; alia reduci possunt ad condictionẽ dati sine causa, eò quod causa, ex qua datum fuit, redacta sit ad non causam ex eo, quod postea euenit, aut deprehensum fuit, iuxta id, quod habetur l. si fullo. ff. de condict. sine causa. l. in cõmodato. §. vlt. & l. rem mihi. ff. cõmod. Vt enim his iuribus habetur, & affirmant Bart. & alij, quos referunt, ac sequũtur Gregor. Lopez l. 55. citata glo. 1. & Aluar. Valas. consult. 56. num. vlt. si fulloni tradãtur vestes abluendæ, &, quod disparuerint, damnetur soluere valorem earum, si postea compareant, deueniantque saluæ omnino in potestatem domini, qui eas abluendas tradidit, conceditur fulloni cõdictio pretij earum, soluti illarum dño, condictionem sine causa: quia, licet ex causa vi sniæ pretium soluerit, causa tñ illa, restitutis vestibus proprio dño, redit in non causam, quippe cum restitutione vestium abolita fuerit: vnde non agitur in re proposita ad rescisionem sententiæ, quæ merito, ac iuste, lata fuit, sed agitur ad condictionem valoris illarum vestium, qui iam tunc retinetur sine iusta causa, quę ante erat, aut tempore sententiæ præsumebatur, eique iuniendo sententia lata fuit. Hac ratione, cum ex oblatione instrumenti solutionis constet, non subesse causam, cui nitebatur sententia, quia vere non erat iam debitum, quod credebatur deberi ex contractu, eò quod resolutus esset solutione; sane, nihil impediente sententia, quæ non impugnatur, neque rescindi petitur, conducitur solutum, tanquam vere sine causa solutum. Eadem ratione vult Aluar. Valas. vbi supra, cum quidam solum accepisset centum mutuo, & instrumento publico confessus esset creditori accepisse centum, & viginti, vique instrumenti damnatus esset soluere centum, & viginti, posteaque sufficienter probaretur, viginti, quę supra centum soluit, soluisse tanq̃ vsuras reliquorum centum, quæ mutuo acceperat, posse, nihil impediẽte sententia, repetere illa viginti, tanq̃ soluta sine causa, ac titulo: sicut, qui iureiurando se astringit soluere easdem vsuras, potest, post illas solutas, ac impletum iuramentum, illas repetere, seu condicere, tanq̃ solutas sine causa, hoc est, sine iusto titulo. Cęterum, quę hactenus disputatione dicta sunt, latius prosequi, ad quintum spectat tractatum.

9 Quando † iudicium terminatum fuisset iuramento decisorio, delato in defectum probationũ alterius cõtendentiũ; tunc eo ipso, qđ postea legitimæ, ac perspicuæ probationes comperiuntur in contrarium, concederetur repetitio: quoniam legitimę probationes postea repertæ, maiorem vim habent aduersus iuramentum illud falsum, iudiciumque eo terminatum, quam aduersus sententiam legitimè aliquo in latã, quæ in rem transiret iudicatam. Ita hẽ l. admonendi in princ. ff. de iurejur. l. 15. & l. 25. tit. 11. & l. 13. in fine, tit. 22. part. 3. Memento tamen in Lusitania, quoniã nõ quæcunque probationes faciunt fidem in iudicio circa contractus, & distractus, vt disp. 160. dictum est, ad rescindendũ iudicium iuxta decisorio in eo Regno terminatum; non sufficere quascunque alias proba-

probationes postea repertas, sed necessaria esse, quæ in eo Regno, iuxta dicta eadem disp. 260. legitimæ habentur.

10 Quando† aliquis verè erat debitor alicuius debiti, esto à iudice per sententiam absoluatur, si post eam latam illud soluat, non potest illud repetere: quia obstat ei exceptio, quod nihilominus naturaliter illud debeat. Et quidem, si sciens, & prudens, se esse absolutum, illud soluat, præsumitur soluere tanquam debitum nihilominus naturaliter, aut certè velle illud condonare. Quod autem id non repetat, habetur l. iudex l. Iulianus vnus debitorem. ff. de condict. indeb. l. 33. tit. 14. part. 5. & l. 16. in fine titu. 11. part. 3.

## Expenduntur nõnulli euentus, num in illis locum habeat condictio indebiti. Et quousque res indebita, & fructus illius, sint restituendi.

### DISPVTAT. DLXIX.

### SVMMARIVM.

1 *Condictio indebiti quibus in casibus locum non habeat, & num. seq.*
2 *Alimenta præstita pietatis intuitu quando repeti possunt.*
3 *Possessor bonæ fidei hæreditatis alicuius, soluens creditoribus defuncti, quando repetere possit.*
4 *Indebitum accipiens quando teneatur rem restituere cũ fructibus perceptis, & qui percipi possent.*
5 *Debitum quid censeatur, quando aliquid alternatiue, vel disiunctiue debetur.*
6 *Debitor ad aliquid faciendum, si id fecit, quod postea cognouit se non teneri, repetere poterit æstimationem eius, quod fecit.*
7 *Hæres putatiuus soluens debita defuncti ex ipsius hæreditate, quando illa repetere possit.*
8 *Condictioni indebiti, & sine causa, & oĩ legũ auxilio renunciãs, an possit repetere indebite solutũ. Et quid si renunciauit cum iuramento. nu. 9.*

EXpendendi supersunt nonnulli euẽtus, num in illis locũ habeat condictio indebiti. Quan-
1 do† aliquid datũ est in dotem alicui mulieri, aut ad nuptias alicui viro, ob causam aliquã credità, nec tũ existentem, vt quia credebatur consanguineus, aut consanguinea, cum tñ non esset, aut ob aliam similem causam creduam, nec existentem, iura statuunt, esto dans postea comperiat causam illam non extitisse, vt ipse credebat, non posse id repetere, qm̃, inquiunt, datum id fuit in piam causam, &, esto causa motiua, ob quam datum est, vt quia credebatur cõsanguinea, non extiterit, extitit tñ pia ipsa causa, in quam datum est, nempe, eam, cui datũ est, copulatam fuisse matrimonio ea largitione, quod piũ est. Ita habetur l. cũ is. §. penult. ff. de condict. indeb. & l. 53. tit. 14. part. 5. Possumus autem id corroborare, quoniam datum est id in causam oneros am comparationem alterius coniugis, à quo auferri non potest, neque ab ipsius filijs genitis ex eo matrimonio, quando ipse conscius non erat, datum mouere ex illa causa ad id conferendum in id matrimonium, nec causam esse veram. Etenim hic sub nulla conditione tacita censetur id accipere, sed simpliciter, & absolute, neque, si dans exprimeret illam conditionem, eam acceptaret hic alter contrahens: quare comparatione huius, in ordine ad quem datio illa non est gratuita, sed onerosa, non est curandum ex quali causa motiua id datum sit, sed is, qui dedit, prospicere sibi debuit, an causa, vnde ad ita dandum ducebatur, vera esset, an non. Sicut enim, si is idem ex eadem causa motiua pecuniam daret ad emendum aliquid eidem mulieri, venditor rei illius pro ea pecunia, restituere non tenetur pecuniam illam danti, esto postea constaret causam, ex qua motus fuit ad eam dandam, falsam fuisse: ita res habet in proposito. Quamuis autem hoc ita sit, arbitror tamen, si agamus de muliere, cui id datum esset in dotem, & quæ postea vidua maneret, præsertim sine liberis ex eo matrimonio, iura illa fundari in præsumptione, quod dans in eam piam causam dotis, ac matrimonij, non habuerit quasi habitualem animum, quod, si illa alia causa, vnde ad id dandum fuit motus, vera non esset, datio esset nulla, sed valida nihilominus maneret, esto forsan, si ante dationem agnosceret causam motiuam falsam esse, non id daret: præsertim quoniam iura, in re dubia, propendent in fauorem causæ piæ, ac matrimonij. Sic disputatione 209. diximus, multa alia iura, quæ ibi citauimus, quæque definiunt, quasdam dispositiones vltimas factas similiter ob causam, non subsistente, validas esse, fundari in præsumptione. In foro autem conscientiæ, sicut ibidem diximus, illa iudicanda esse iuxta regulas ibi, & sequenti disputatione traditas; quin & in foro exteriori, quando apertis coniecturis constaret contrarium illius, quod ciuile ius præsumit: ita dicendum procul dubio est in re proposita, res enim hæc vota in conscientiæ, & in exteriori foro, admerenda est ad doctrinam duabus illis disputationibus traditam, tametsi in dubio propendendum, ac iudicandum sit ad ita præsumptionem iuris ciuilis. Quid enim, si aliquis mentitus fuisset se esse filium alicuius, qui longo tempore absens fuisset à patris domo, illo mendacio, ac dolo, obtinuisset ab eo ita decepto, vt cum tanquam filium alicui diuiti, ac nobili fœminæ matrimonio copularet, donando ei ad eas nuptias multa aureorum millia; numquid, si postea fraus detegeretur, causamque illam motiuam, ad id donandum, omnino falsam esse, non reperentur ea multa aureorum millia de potestate illius, etiã in foro exteriori, nihil impediente iactura, & detrimento vxoris illius, ac filiorum ex eo matrimonio susceptorum, quæ omnia dolo, & culpa illius viri obuenissent, isque ea de causa esset acriter puniendus? Profecto id ita fieret. Iura verò citata, soluẽ sunt intelligenda, quando aliquis seipsum decepisset causa aliqua motiua, quam veram crederet, non verò quando do-

lo, &

lo, & fraude eius, qui id matrimonium accepisset esset deceptus. Intelligenda itē sunt, qñ non sunt apertæ cōiecturæ, ēt posita causa pia matrimonij dantem in ea quasi habituali dispositione fuisse, qñ id donauit, vt vellet, donationem esse nullam, si causa motiua falsa esset. Ac sane, si aliud voluisset Iulianus, cuius est l. cum is citata, non esset stā dū eius sniç. Satis verò innuit, se solum loqui ex præsumptione, quando non adsunt circumstantiæ, quæ contrarium doceant, ex ratione, quam reddidit, quia, s. sublata falsa opinione, relinquitur pietatis causa, ex qua solutio repeti non potest. Quo loco obserua, rem hanc, non tam pertinere ad condictionem indebiti, quam ad condictionem dati ob causam, causa non subsistente.

Dispu. 554. dictum est, qñ alicui alimenta prębentur grātis intuitu Dei, ac pietatis, repeti non
2 † posse postea actione negotiorum gestorū eorū æstimationem. Lege patrem. C. de nupt. hī, si pater filiam suā expoluit, & alius eam educauit, alimentaq; ei ex pietate præbuit, velitq; postea matrimonio eam copulare cū filio suo & pater puellæ renuat, posse ab eo exposcere æstimationem alimentorum, quæ ei filiæ præbuit. Lex 35. ti. 14. part. 5. hoc idem statuit, nulla facta mentione, si sit à patre suo expolita. Item hoc statuit, siue ipse qui eam nutriuit, velit eam ducere vxorem, siue copulare eam velit cum aliquo suorum filiorū. Item statuit, vt, si pater puellæ, siue puella ipsa, renuat, possit nutritor ab eo, qui renuerit exigere æstimationē eorum alimentorum. Greg. Lop. ibi dem excipit, nisi nutritor velit eam ducere vxorē & dispar admodum ætate sit cū illa, ita vt id matrimonium minime puellæ expediat; nam tūc illa, renuendo, aut pater illius, non incideret in eā pœnam ob ingratitudinem. Dispositio verò hæc non plus extendenda, neq; plus habet locū, quam fuerit iure definitum. Et fortasse ea lex non est æqua, reuocariq; deberet: tum ob matrimonij libertatem: tum etiam quia nulla est culpa, quod ea mulier non velit in maritum nutritorem, aut eius filium, ac proinde non iuste potest puniri, vt ipsa, aut pater illius, soluat, quod eius alimentis, Dei, ac pietatis intuitu, fuerat semel condonatum, & quod reuera non debebat.

3 Si possessor † bonæ fidei hæreditatis alicuius, quā credidit ad se delatam testamento, aut ad se pertinere ab intestato, cum tamen alius esset legitimus hæres, interim dum bona fide eam possidebat, soluit debita aliqua creditoribus defuncti, distinguēdum est. Quoniam, vel illa soluit de suo, nomine hæreditatis, ac loco defuncti, quod præsumendum est in dubio, vt Bar. & alij, quos Greg. Lopez. l. 36. citanda refert, ac sequitur, affirmant, tametsi Iason refragetur; vel illa soluit nomine proprio tanquam hęres defuncti, ad quem proinde spectabat ea soluere. Si soluit nomine hæreditatis, & loco defuncti, & nō suo nomine, tunc nō potest id repetere a creditoribus, quibus illud soluit, liberque eo ipso manet legitimus successor in hæreditate ab eo debito. Cæterum retinere poterit de hæreditate, quantum nomine, & loco illius de suo soluit; aut repetere illud potest à legitimo successore actione negotiorum gestorum, iuxta l. qui vtiliter. ff. de neg. gest. Hæc habentur l. de hæreditate. C. de petit. hæred. & l. 36. tit. 14. par. 5. Si vero ea soluit nomine suo proprio, tanquam hæres, tunc, quia ipse, cum verè non esset hæres, ea non debebat, sed errore ductus illa soluit creditoribus defuncti, repetere ea potest condictione indebiti à creditoribus, quibus ea soluerat, vel etiam à legitimo successore actione negotiorum gestorum; quia verè illa ea debebat ratione hæreditatis. Hæc habentur l. si pœna. §. 1. iuncta gl. ibi. ff. de condict. indeb. l. quæ a patre. C. eod. titu. l. si quid possessor in princ. ff. de pet. hæred. l. cum quis. §. de peculio in fine. ff. de solut. & l. 36. citata sunt que communiter recepta.

4 Quando † aliquid repetitur condictione indebiti, tunc, si is, qui id accepit, fuit semper bonæ fidei possessor, tenetur illud reddere cū omnibus fructibus ex eo perceptis, deductis expensis, etiā cum partibus ancillarum, si ancillæ repetantur. Quod si res aut fructus, non extant, tenetur, qui id accepit, solum reddere quantum ex re, & fructibus factus est locupletior; eaq; ratione; si rem, aut fructus, consumpsit, solum tenetur reddere, si quid minus ea de causa de alijs suis bonis cōsumpsit: eadem rōne, si rem, aut fructus, vendidit, tenetur reddere pretium. Non tñ arbitror teneri reddere rem venditam, ēt si existat, neque, qui illam repetit, poterit eā vendicare ab emptore, aut ab vltimo possessore: qm qui illam bona fide possedit, ac vendidit, teneretur de euictione, atq; ita reportaret damnum sine vlla sua culpa: vnde iura, præsertim. l. 37. citanda, disponunt eum à quo res condicitur, teneri reddere pretium, illam repetenti, non tñ concedunt rei illius vendicationē ab emptore. Ita hī l. idem est, in fine l. indebiti in prin. l. in summa. §. ei qui, & §. sequenti. ff. de cōdict. indeb. & l. 37. ti. 14. par. 5. Quando autē, qui indebitum accepit, mala fide illud accepit, sciens id sibi non deberi, aut, esto bona fide a principio illud acceperit, postea tamen mala fide illud consumpsit, vendidit, aut aliter distraxit, tenetur illud restituere, etiam cum fructibus, quos, postquam possessor fuit malæ fidei, commodè potuit ex illo percipere, & sua negligētia non percepit, potestque, qui illud repetit, id vendicare de potestate cuiuscunque, apud quem fuerit repertū, cui venditor tenebitur de euictione. Et denique tenebitur, ad quæcunque teneretur, qui furto rem illam accepisset, præterquam ad pœnam. Licet. n. hic non sit fur, nisi se finxerit creditorem, vt cum Bart. notat additio ad glo. vlt. l. indebiti in princ. ff. de condict. indebiti; furi tamen, quo ad restitutionem rei, & fructuum, etiam si inde non sit factus locupletior, æquiparatur: quoniam id commune est furi cum quocunq; alio malæ fidei possessore. Hæc ex se satis sunt perspicua, &, præter glosam citatam partim habentur, & partim colliguntur, ex l. in summa. §. sed si seruum. ff. de cōdict. indeb. & ex l. 37. citata.

Lege in summa. §. sed si seruum. ff. de condict. indeb. & l. 38. tit. 14. par. 5. iuxta eam, statuitur, si quis soluisset alteri seruum ei omnino indebitum,

Digitized by Google

cum quem proinde soluens repetere posset, si, qui illum accepit, eum manumisit, manumissionē validam esse. Si tñ mala fide fuit facta manumissio, teneri manumittentem ad valorem mancipij: si verò fuit facta bona fide, ad nihil aliud teneri, quā ad cedendum ei, cuius erat tale mancipium, ius tū patroni, quod ratione manumissionis in illud comparauit. Sanè mihi vt iniqua eiusmodi dispositio, quatenus habet, quod sit valida manumissio, siue bona, siue mala fide tali mancipio alieno facta, cuius dñium verè manserit apud soluentem. Ac bitrorq; curandum non esse de dispositione illa, placitoue Pauli iurisconsulti, cuius est, §. ille, qui manifestè errauit, contrarium definiens, ac habet natura ipsa rei, ac naturale ius. Plusque hac in parte standū est Theologorum iudicio, quam ethnici illius philosophi moralis, nulla prorsus reddita ratione suæ illius sinistræ definitionis.

Vt sequens difficultas facilius explanetur, explicandum prius est, qñ aliqua alternatiuè (vt iurisperiti vocant) vel disiunctiue, vt dialectici, philosophi, ac theologi appellant, debentur, quid debitum censeatur, quidve sub ea obligatione cadat. Vt, si legatus sit alicui Stichus, aut Pamphilus, vel legata sunt ei Pamphilus, aut centum, vel ex contractu debeantur alicui equus, aut octoginta, vel similia alia sub disiunctione, quid debeatur, ac cadat sub eiusmodi debitis, ac obligationibus. Item explicandum est, quando aliquid debetur in genere (vt iurisperiti appellant) aut in specie, sed indeterminatum in individuo, vt theologi vocāt, quid sub eiusmodi debito, & obligatione cadat. Vt, quando debeatur equus indefinite, indeterminatusve in individuo, aut deberentur tot mensurę tritici, olei, aut vini, quid in eiusmodi debitis, ac obligationibus cadat.

Quod ad primum horum attinet, longa disputationē texit, inter alios, Lassarte de decim. vend. c. 7. à nu. 9. Prętermissis vero alijs opinionibus, & inter eas Lassarte opinionem, quam minime probo, dicendum est, deberi, cadereve sub illa obligatione vtrumque illorum, attamen sub disiunctione, quod est particula diminuens, quia non cadit sub ea obligatione vtrumque copulatiue, ac simpliciter, sed vtrūuis, seu vtrumque, cum hoc addito diminuente, disiunctiue, seu alternatiue, vt iurisperiti vocant, existente electione, vel in debitorem, quod illorum velit soluere, vel in creditore, quod velit exigere, prout electio alteri fuit concessa, aut commissa. Qñ autem nihil dictum fuit, vnde colligatur, cui electio sit commissa, pertinet ad debitorem: qñ, cum vtrumuis, seu vtrumque sub disiunctione debeat, soluendo alterū, quod ipse elegerit, satisfecit, iuxta sermonis proprietatem ac rigorem, debito, ac proinde liberatur ab obligatione. Quando autem electio est concessa creditori, tunc debitor non satisfacit debito, nisi soluēdo, quod creditor elegerit, aut permiserit. Cæterum, soluendo vnum, quod creditor elegerit, liberatur ab obligatione illa alternatiua, quæ vtrumque sub disiunctionem, ad electionem creditoris, comprehendebat. Portò in eiusmodi debitis, ac obligationibus alternatiuis, quod ita alternatiuè debetur, purè, & absolutè, & non sub conditione, debetur; tametsi electio, quod eorum futurum sit, vt satis fiat debito, ac debitor ab obligatione liberetur, interdum pertineat ad debitorem, & interdū ad creditorem, vt explanatum est. Quia verò in eiusmodi obligationibus, non vnum duntaxat, seu determinatè, illius disiuncti debetur, sed vtrumque, attamen sub disiunctione, ad electionem creditoris, aut debitoris, modo explicato, q̄ est disiunctū deberi, seu vtramq; partem sub disiunctione, meritò quædam iura affirmant, deberi vtrūq;, intelligūt tñ, sub disiunctione: quod non est esse duas obligationes diuersorum obiectorum, sed vnam dūtaxat disiuncti illius, seu partis vtriusq; sub disiunctione. Quia etiam non vtrumq; debetur copulatiue ac proinde simpliciter, non debetur vtrunque, sed solum cum addito diminuente, nempè, sub disiunctione, ideò & quædam alia iura meritò negāt, deberi vtrumque, affirmantq; deberi alterum tñ: cęterum intelligunt, indeterminate, quòd est deberi vtrumuis, seu vtrumque sub disiūctione. Atq; ita facile conciliantur iura, quę alioquin videntur inter se contraria. Hæc ex proprietate ipsa, rigoreq; sermonis, dicta sunt, deprompta ex principijs, visceribusq; dialecticæ: quæ cum iurisperiti minime calleant, mirandum non est, si in media luce cæcutiant, atque in varias, peregrinas, minimeque veras, opiniones declinent, errentq; vlterius in definitionibus, quæ ex his principijs pendent.

Quod verò ad secundum attinet, in vera dialectica propositio indefinita, debitum, seu obligatio rei indefinitæ, hoc est, rei in specie, indeterminatæ in individuo, seu rei in genere, vt iurisperiti vocāt, æquipollet alternatiuæ, seu propositioni de disiuncto extremo, continente sub disiunctione individua omnia, non solum præsentia, sed etiam futura, ac possibilia, illius speciei, modo talia sint, vt vnoquoque eorum satis fieri possit debito, seu obligationi illi, virtute alternatiuæ. Quod dico, quoniam quando debetur aliquid indefinite, nō satis fit debito, etiam si optimo sit penes debitorem ipsum, soluendo obiectum, ac vile illius speciei, sed soluendum est saltem mediocre, nisi aliud sit deductum in pactum. Qñ item mutuo datum est triticum, vinum, aut aliud simile, quod in pōdere, numero, aut mensura consistit, licet satisfiat debito, reddendo tantundem eiusdem speciei, debet tamen esse æqualis bonitatis cum re mutuo data, alioquin non satis fit debito. Obligatio itaque soluendi equum indefinite, ouem, aut tot mensuras tritici, siue illa ortum habeat ex legato, siue ex contractu, aut aliunde, æquipollet huic alternatiuæ, seu de extremo disiuncto, solues, vel hunc equum, vel illum, vel quemcunque alium, de numero eorum, qui sub specie equi sunt possibiles, modò illud sit saltem mediocre, idemq; est de obligatione soluendi ouem indefinite, aut tot mensuras tritici. Quod fit, vt in obligatione soluendi indefinite rem alicuius speciei, cadant omnia individua illius speciei, quę nō vilia, & abiecta sint, sub disiunctione tamen, modo explicato, vt recte affirmant Anto. Gom. 2. tom. var. res. c. 11. nu. 49. & Carolus Molinæus à Lassarte citatas; falsēque

sint

sint cęteræ opiniones, quas Ant. Gom. & Lassarte vbi supra referunt, & inter eas falsa cẽno sit cõis opinio cum Bar. quam Lassarte amplectitur, nempe, quod solum sub ea obligatione cadat indiuiduum, quod fuerit solutum, & quo debitor liberatus postea fuerit à debito, qua si facta solutione, iuris fictione; retrotrahatur ita esse cõtractũ, quasi illud solum fuerit in obligatione. Neque sanè hæc opinio colligitur ex l. cum incertus, ff. de leg. 1. vbi Papinianus, ex Neratio, sic ait *Cum incertus homo legatus tibi esset, hæres Stichum seruo suo tradidit. Neratius respondit, si volũtate domini tradiderit, vel ratum hoc dominus habuerit, perinde eum liberatum, atque si Stichus legatus esset.* Hæc ille. Ex quibus verbis non colligitur, solum Stichum solutum, fuisse in obligatione, subsequuta solutione illius, quam acceptet legatarius; sed solum, perinde hæredem liberari ab obligatione, qua legatario tenebatur, ac si Stichus solus fuisset legatus, ac proinde perinde liberari, ac si solus Stichus fuisset in obligatione: immò verò inde potius colligitur contrarium nempè, quod quemadmodum non solus Stichus fuit legatus, sed ipse sub disiunctione cum cæteris mancipij, quæ solui indifferenter ab hęte de poterant, ita non solum illum fuisse in ea obligatione, sed illum cum cæteris sub disiũctione: eo tamen ipso, quod solutus ille fuit in particulari, & acceptatus à legatario, saltem tanquam mediocris inter mancipia, perinde hæres liberatus fuit à legato, & obligatione illa mancipij indefinitè, ac si nõ esset obligatio indefinita, sed Stichi indeterminatè, quod verissimum est.

Ex dictis facilè intelliges, qñ disiunctũ erat in obligatione, ac debito, vel aliquid indefinitè, soluendo aliquid illius disiuncti, aut aliquid illorum indefinitorũ, nõ solui vnũ pro alio, quasi, q̃ soluit non cõtineretur in obligatione, sed solui contentũ sub obligatione, ac proinde cessare longam disput. Lassarte vbi supra, an ex tali solutione debeatur alcauala in Castella, aut sysa in Lusitania. Cũ. n. nõ soluatur diuersum quid ab eo, quod continebatur in obligatione, ac debito, sed solum obligatio, ac debitum dissoluantur solutione eius, quod debebatur, vtiq; ex eà solutione non debetur tributum illud, vt ipsemet Lassarte rectè affirmat; tametsi in obligatione non consentiat nobiscum.

Illud ẽt cũ Ant. Gom. vbi supra obserua. Quãuis, si pereant partes oẽs disiuncti sine culpa debitoris, vt Stichus & Pamphilus, debitor liber omnino manet a debito; quia totum, quod sub ea obligatione continebatur, perij, neque ad aliud debitor tenebatur, quia tñ perire nequeunt indiuidua omnia possibilia sub aliqua specie, eo quod ad diuinam prouidentiam spectet, sic orbẽ disposuisse, & conseruare, vt nulla species omnino periret, inde efficitur, quòd iurisperiti rectè dicant, genus non perire, vnoquamq; destructione indiuiduorum, quemquam ab obligatione generis, seu indeterminatæ in indiuiduo, liberari.

His ita constitutis, quando aliquis erat debitor disiunctione, vt Stichi, aut Pamphili, vel Stichi aut octoginta, ita quod electio erat apud debitorem, quam earum vellet soluere, si per errorẽ soluat vtrumque, tunc, si vtraq; superstes sit, cõdicere pót tanq̃ indebitũ, q̃ ex illis maluerit, ita q̃, sicut electio erat apud ipsum, q̃ ea earum mallet soluere, ita electio sit apud eundem, quã velit repetere: qm̃ reuera illam, q̃ repetere maluerit, soluit vltra id, qđ tenebatur, ac proinde illã cõdicere poterit, tanquã indebitã. Ita aduersus Vlpianum, Marcellum, & Celsum, qui electionẽ post solutionem tribuebant creditori, definit Iustinianus cum Papiniano, & Iuliano. l. si quis seruum. C. de condict. indeb. accommodatè sanè ad ipsam rei naturam.

Iulianus l. cum is in prin. ff. de cond indeb. ait, Si quis debeat res duas sub disiunctione, modo explicato, & per errorẽ, credẽs se vtrãq; copulatiue debere, soluãt vtraque, tunc, siue vtraque perierit, siue altera, nihil posse repetere: quia ea, quæ remanet, manet in solutũ. Idem hĩ l. 39. tit. 14. part. 5. Hæc tamẽ definitio dubia mihi valde est. Imò verò arbitror, non attingere id, quod ipsa natura rei habet, sed potius contrarium ortumq; habuisse ex illa alia falsa opinione, quòd postquam vtraque res per errorem est soluta, optio sit penes creditorem, quam earum retinere velit in solutum, cuius cõtrarium cum Papiniano, & eodem Iuliano, definiuit postea Iustinianus. l. si quis seruũ. C. de cõdict. indeb. Ducor, qm̃, qui vtramque rem soluit, certè vltra id, quod debebat, soluit, q̃ ipse ex duab. illis voluerit repetere, cum optio sit ipsius, tũ ante solutionem, quam earũ velit soluere, tum ẽt post solutionem, quam earũ velit repetere Iustinianus cum Papiniano, accomodatè ad ipsam rei naturã definiuit: cum ergo creditor fructus fuerit altera re, quæ perijt, toto tempore, quo illa extitit, eamque veterè acceperit in solutum; consequens profectò est, vt debitor, non solùm repetere possit alteram, quæ superstes est, sed etiã possit repetere fructus eius, seu valorem vsus illius; vt, si est mancipium, verbi gratia, aut iumentum, possit repetere valorem vsus illius, toto tempore, quo creditor est illo fructus. Ac sanè stando in opinione illa falsa Iuliani, quòd creditor retineri possit in solutũ rem, quæ superstes est, dubitandum nõ est, teneri restituere saltem fructus oẽs, & emolumenta, quæ percipit ex re illa quæ periuit: qm̃ re altera, q̃ superstes est, satisfactum ei est totum, qđ ei debebatur. Certè quando creditor mala fide accepit solutionem rei vtriusque sciens alteram tantum, quam debitor eligeret, sibi deberi atque re vtraq; est fructus, quousque altera earum periit, dubitandum nullo modo est debitorem posse repetere eam, quæ remanet: nam præterquam quod eã vltra id, quod debebat, soluit, ex quo capite etiam si creditor bona fide vtramque accepisset, repetere debitor illam poterat tanquam indebitè solutam, vt dictum est; nulla sanè æquitas patitur, vt possessor ille malæ fidei re vtraque fruatur, & tandem possideat in solutum eam, quæ non periit, lucrumque tandem ex sua mala fide reportet, cum tanta iactura debitoris, ex ignorantia veramque rem soluentis, cum alteram tantum, quam ipse maller, teneretur soluere. Quare, tum in conscientiæ, tum etiam in exteriori foro, arbitror standum non esse definitioni illi Iuliani, lege cum quis,

in prin.ff.de cond.indeb & l.39.citata,quæ iuxta illam aliam legem lata est. Etenim iura hæc non intendunt tradere ius positiuum,contra id, quod natura ipsa rei habet,neque, si id intenderent, essent leges iustæ,sed solũ definire intendunt, quid rei natura habeat:in quo planè explanando,vtraque lex errauit,vt ex dictis perspicuè constat.

Idem Iulianus l.cũ is,citata. §. vlt. meritò, ad ipsamq; rei naturam accommodatè,definit,si is, qui debitor erat rei indefinitè,aut duarum rerum sub disiũctione,per errorem soluit certum indiuiduum determinatè, aut alteram partem disiuncti determinatè, arbitratus se ad id solũ teneri, posse rem illam repetere, tanquã minimè in particulari debitã & soluere alterã disiuncti partem, aut indiuiduum aliud mediocre eiusdẽ speciei, ad qđ solum, pro sua optione, tenebatur, vt ex natura obligationis alternatiuæ,ac indefinitæ constat,re cteq; affirmat Lassarte,c.7.citato.n.26. Si tamen qui sciens, & prudens non teneri ad id determinatè,ꝙ soluit,illud soluat,tunc postea non poterit repetere ꝙ soluit,& offerre aliud, ꝙ ante eam solutionem poterat legitimè soluere. Rõ autem est, quoniam per eam solutionem: cum ea notitia factam, elegit quid solueret:facta autem semel electione eorũ,quæ sub disiunctione in potestate alicuius est soluere, nõ est deinceps in potestate ipsius id retractare. Quando autem in exteriori foro certò non constat, aliquem per errorem soluisse aliquid determinate,præsumitur id elegisse, ac proinde,in eo foro, non conceditur ei in eo euentu retracta re electionem,ac solutionem.

Aduersus definitionem Iuliani.§.vlt.citato,ve hemẽter obstat definitio alia Celsi l.si is cui, ff.de leg.2.vbi Celsus ait. Si alicui legatus sit Stichus, aut Pamphilus, quem ipse maluerit, & per errorem;arbitratus Stichum solum sibi fuisse legatũ, cum petat,& accipiat, non posse postea condicere Pamphilũ,offerendo Stichum: & similiter, si hæres iussus sit tradere alicui Stichũ,aut Pamphilum,quẽ hæres ipse maluerit,& per errorẽ soluat Stichum, arbitratus illum solum esse iussum tradere non posse eum condicere, offerendo Pãphilum. Varij varias interpretationes huius legis afferunt,ac inter eos Lassarte,quas sanè non probo. Dicendum aũt arbitror, illam Celsi definitionẽ, aut esse eandem,aut cõiunctam esse, cum illa alia eiusdem Celsi,q̃ Iustinianus cũ Papiniano reprobauit.l.si quis seruũ. C.de condict.indeb. ac proinde de illa non esse curandum; eò quod definiat contrarium eius,ꝙ habet natura ipsa rei. Etenim in illo priori euentu legatarius ille per errorẽ minus petiuit,& accepit,quam sibi ciuiliter,& naturaliter esset debitum,ac proinde põt repetere, qđ sibi debebatur, offerendo, Stichum, & petendo Pamphilum.In posteriori verò euẽtu, plus soluit per errorem hæres ille,quam deberet ciuiliter, & naturaliter, eaque de causa repetere potest. Stichum, offerendo Pamphilum. Quare probandũ non est,quod Lassarte vbi supra ait,nempe, quãuis definitio illa Celsi locum non habeat in alijs legatis,habere tamen locum in legatis pijs. Tum quia cõtrarium habet natura ipsa rei, ac proinde neque in legatis pijs est id admittendum. Tum etiam, quoniã prior pars eius definitionis cõtra ria esset fauori priorum legatorum: iuxta illam enim satisfactum esset legato pro minus ei soluendo,quam alioquin debeatur.

6 Quando† aliquis arbitratus, se teneri ad aliquid alicui efficiendum, aliud ei effecit, si postea comperiatur,se ad id astrictum non fuisse, repetere poterit æstimationem eius,quod fecit, quantũ alius exigeret ab eo,cui factum est, pro eodẽ opere ei præstando l si non sortem.§.libertus. versus fin.ff.de condict.indeb. & l.40.tit.14.par.5.

7 Qñ† aliqua ex hæreditate defuncti soluta aliquibus sunt per errorem,vel ab exequutore testamenti,vel ab eo, qui hæres credebatur, neque iñ verè hæres erat, vel et a vero hęrede, vt si soluit legata,& postea apparuerũt debita defuncti, quæ inde erant soluenda,tunc, si postea aperte cõstet, ad quem illa pertinebant, tanquam ad legitimum successorem in illis bonis, tunc is ea repetit, tanquam indebita soluta,esto nõ ipse ea soluerit,sed alius;quoniam id nihil refert: si tamẽ bona fide de accepta,& consumpta sint,tunc accipiens solũ tenetur quatenus ex eis bonis factus fuerit locupletior,iuxta ea quæ supra dicta sunt. Ita habetur l.2.§.1.& tribus legibus seq.ff.de condict.indeb. ac.l.42.tit.14 par.5.

Dubium est,si quis renuncier cõdictioni indebiti,condictioni dari ob causam, causa nõ sequuta,& oĩ legũ auxilio, vtrũ nihilominus, si postea comperiat se soluisse indebitum, possit illud repetere. Rndẽdum verò est cum Bar. & cõi doctorũ sniã,q̃ referunt,ac sequuntur Cou. 2. var. res.c.4. nu.4. Gutier.de iur.conf.par.1.c.27.& Padilla.l. error.nu.5.C.de iur.& facti ign. posse id repetere. Rõ aũt est,qm̃ præsumendum est,nunquam aliquem,credendo se soluere indebitũ id soluere,& renunciare iuri ad illud repetẽdum,qm̃ alioquin id esset donare, & nõ soluere aliquid tãquam debitum cum ea renunciatione,& qm̃ præsumendũ est,eã renunciationem factam esse securitate, ꝙ verè deberetur,ac leuitate animi,aut ignorantia, aut potius eã renunciationem appositam esse cõsuetudine tabellionum,sine consensu,ac aduertẽtia renunciantis. Si iñ quis diceret, ea rõne se renunciare condictioni indebiti,quia in euentu, in quo constiterit,se illud non debuisse, intendit id donare, tunc non esset locus cõdictioni indebiti. Dubiũ Decis.

Maius autem dubium est, si soluens in priori
8 euentu renunciauit cõdictioni indebiti cũ† iuramento, num possit id repetere Gutier. vbi supra ñ.5.cum alijs affirmat. Ego distinguerem. Quoniam,si renunciatio facta fuit cum aliquali illius cognitione, quacunque ratione duceretur iurans ad renunciandum,& confirmãdũ id iuramento, purà quia omnino crederet se illud debere, aut animi leuitate,tũc arbitror,nõ posse illud repetere,nisi petita prius,& obtẽta relaxatione iuramẽti;quæ concedi põt,ac debet, qñ renuncians non intendit indebitũ donare. Ducor,qm̃ adfuit sufficiens consensus,vt obligaret iuramentum, cũ sit de re non illicita ex parte iurantis. Si verò renunciatio non fuit facta cum aliquali notitia eius Dubiũ Decis.

renun-

Digitized by Google

renunciationis, sed apposita fuit à Tabellione, id non attendente renunciante, & iuramentum præstitum fuit ad alia etiam præcipuè eo confirmanda, tunc, quia deest consensus renunciationis, non videtur obligare iuramentum ad id seruandum. Tutius tamen esset ad cautelam petere prius relaxationem eius iuramenti.

## Datum ob causam, causa non subsequuta, quousque sit restituendum, Et de acceptis ob turpem causam.

### DISPVT. DLXX.

### SVMMARIVM.

1 *Condictio ob causam quando locum habeat.*
2 *Actio qua, vel quod remedium cõpetat, si aliquid datur, vt aliud fiat, aut detur, & non fit impletũ.*
3 *Datum pro expensis ad iter faciendum, an, & quando repeti possit.*
4 *Actio de dolo ad æstimationem quando competat aduersus factum, quod irreparabile sit: & quando ad solutionem.*
5 *Datum si sit alicui, vt aliquid efficiat, quod remedium competat, si id non sit factum.*

QVando debitũ aliquod, aut obligatio, aliqua alicui remissa est ob aliquid, ꝙ hic facere, aut dare in recompensationẽ promisit, tunc, si hic ꝙ in recõpẽsationẽ promisit, nõ impleat, in optione eius, qui debitum, aut obligationẽ remisit, est, vel cogere hunc actione perscriptis verbis, vt soluat, aut faciat, quod promisit, vel exigere ab eo debitum, aut obligationem remissam condictione
1 † ob causam, tanquam remissam ob causam, causa non subsequuta l. si quis acceptũ tulerit. l. si mulier. ff. de condict. causa dat. iuncta l. ob eã causam. ff. de præscrip. verb. & hĩ vtrumque l. 41. tit. 14. par. 5. vbi cum Bar. excipit Greg. Lop. gl. 2. Quando actio, semel remissa, est talis naturæ, vt pacto, consensuve partium, non possit resuscitari: vt sunt querela inofficiosi testamenti, & actio iniuriarũ: tunc. n. qui remitteret talem actionem pro molumento aliquo pũtando, solum posset agere actione præscr. verbis, vt id præstaretur, adimpleretur.

Qñ aliquid datum est, vt aliquid aliud fiat, aut detur, ita vt, neq; sit emptio, & venditio, neq; locatio, & conductio, sed contractus innoiatus, iuxta ea, quę disp. 253. & seq. dicta sunt, ét si pecunia detur pro facto, ꝙ non locatur, vt si pecunia detur, vt mancipium manumittatur, qui etiã contractus innominatus nuncupatur, vt hĩ l. naturalis. §. ait eum do. ff. de præscr. verb. & alijs iuribus. Qñ, inquam,
2 † aliquid ita datur, vt aliud fiat, aut detur, tunc, si hoc aliud non impleatur, cõperit ei, qui dedit, actio, vel vt alterũ compellat, id efficere, aut pstare, qđ promisit, si res adhuc exequutioni potest mandari, vel, si non possit iam exequutioni mandari, aut, esto possit, si plus placeat ei, qui dedit, cõpetit ei condictio, seu repetitio eius, qđ dedit, tanq̃ datum ob causam, causa nõ subsequuta, vel si maluerit, agere poterit ad interesse, vt sibi satisfaciat, quantũ sua intererat id opere esse impletũ. Ita hĩ l. naturalis. §. at cũ do. ff. de præscr. verb. l. dedi. §. idẽ. ff. de condict. cau. dar. l. si liber. C. de condict. ob caus. l. 4. tit. 6. & l. 45. tit. 14. par 5. Quæ tñ docere vĩ, posse repetere, qđ dedit, & insuper agere ad interesse: eatn tñ meritò exponit tandẽ Grego. Lop. ibi, vt à cæteris iuribus non dissentiat: de qua re diximus etiam disp. 255. cum sermo nobis erat de contractibus innominatis. Legeq; ibi. dicta sunt. Qñ autem aliquid esset factũ, vt aliud fieret, contractu innominato, facio vt facias, tunc solum competeret actio, vel ad compellendum alterum ex sua parte impleresse contractum, vel ad interesse: quoniam factum condici, ac repeti nequit.

3 Qñ † aliquis aliquid alicui tradidit ad expẽsas vt se præparet ad iter aliquod, quò illum mittere decreuit, cum illo que ad id conuenit, aut ad aliquid aliud; non tamen mercede ad id eum conducendo, quasi interueniat contractus conductionis & locationis (nam tunc locus non esset pœnitentiæ, standumq; esset regulis illius cõtractus, iuxta ea, q̃ supra de eo contractu dicta sunt) sed contractu innominato, quo aliquid ei tradat, qui se ad id locare non consueuerat, neq; intelligitur se ad id locaret, vt se præparet ad aliquid, illudq; exequtioni mandet, tunc, si per eum, qui id tradidit, stet, quo minus aliet id exequatur, quia pœnituit, vt de iure ciuili pœnitere põt, re integra ex parte alterius ita vt nihil de suo ea in re expenderit, neque aliquod ei inde sequatur detrimẽtum, iuxta ea, quæ disp. 258. dicta sunt, tametsi alter, qui id iam accepit ad se præparandum, pœnitere non possit, iuxta ea quæ ibidem dicta sunt: immo verò, in re proposita, de iure ciuili, canonico, atque in conscientiæ foro, semper integrum ei est, qui aliquid alteri ad ita se præparandum tradit, pœnitere, ac desistere à conuentione, modo alteri resarciat damna, si quæ inde sequantur, qm̃, vt cõsuetudo testatur, ea quasi tacita lege videtur cum eo conuenire, vt semper sibi integrũ sit ab ea re desistere, modo illi persoluat operam illucusq; appositam, & si quæ damna illi forte sequantur, quia forsan ea de causa destitit ab alio negotio, aut à conuentione alia sibi vtili cum aliquo alio. Si, inquam, per eum, qui id tradidit, stet, quominus alter id exequatur, quia pœnituit, vel stet ob superuenientem casum, aliquem fortuitũ, vt quia is, ꝙ id accipit, in morbũ incidit aut aliquo alio legitimo impedimento id exequtioni mandate non potuit, tunc, qui eam pecuniã, aut aliqđ aliud, ad id dedit, repetere nõ potest, qđ legitimè fuit expẽsum, esto causa, in q̃ est datum, non sequatur; quin potius teneatur alteri soluere æstimationẽ operarũ, & industriæ, q̃ illis apposuit, præsertim, si pœnitentia eius, qui id ad aliud dedit, res exequtioni non fuit mandata: repetet tamen, si quid fuit emptum, aut factum est pecuniã quam dedit, & permaneat, & insuper quicquid ex pecunia, aut re alia, ab ipso data, insumptũ adhuc non fuerit. Quòd si pœnitentia, aut nequitia eius, qui id ad se præparandũ accepit, res non mandetur exequtioni, tunc, qui id dedit, compellere illũ poterit, vt id opere impleat, vel condicere pote-

rit totum, & dedit, tanquam datū ob causam, causa culpa alterius non subsequuta, vel cogere poterit ad interessa iuxta ea, quæ paulo ante de simili euentu dicta sunt. Ita hī l. si pecunia in princ. iunctis glossis. ibi. ff. de condict. caus. data, & l. 44. tit. 14. par. 5. iunctis quæ Greg. Lop. ibi notat.

Qñ aliquis aliquid facit, vt aliquid sibi detur, contractu, facio vt des, præsertim, si factum sit irreparabile, vt si manumittat mancipiū, vt aliquid sibi detur: post ea id non detur (in fauorem, n. libertatis, valida est manumissio, esto postea ex alia
4 parte non impleatur contractus) tunc † competit, aduersus contractui non stanti, actio de dolo, vt æstimationem mancipij soluat, & insuper soluat damna ex eo ei subsequuta, quòd suo tpe non soluerit, & promisit in recompensationē manumissionis mancipij, & conceditur implenti ex sua parte contractum, iurare in litem, quantum æstimet mancipium, & damna ex eo subsequuta, & tēpore congruo alius ei non soluerit, & in recōpensationē dare promisit, præuia tñ taxatione iudicis. In alijs aūt factis datur actio de dolo, vt alter soluere cogatur, & promisit, & damna ex eo subsequuta, & congruo tpe id non soluerit. Ita hī l. naturalis, §. & si faciam. ff. de præscrip. verb. l. cum proponas. C. de dolo. l. 5. tit. 6. & l. 45. tit. 14. par. 5. quæ duæ postetiores leges expressius, quam duæ aliæ iuris cōis, explicant, ad quę extēdat actio illa de dolo, vt Gregor. Lop. l. 45. citata obseruat. Disp. 255. diximus, difficile iuris peritos reddere rationē, cur in contractu, facio vt des potius, quam in alijs innominatis, detur actio illa de dolo, & non præscriptis verbis. Vtinam veto tot varietates, ac subtilitates ab ethnicis hominibus adinuentæ abscinderentur à iure ciuili.

5 Qñ aliquid † datur alicui eo intuitu, vt aliquid efficiat, distinguendum est. Qm̄ vel exprimitur sufficienter dari quasi in pactum, & recōpensationem, vt id efficiat; vel id non exprimitur, sed solum ei datur tanquam causa motiua, & finalis ex parte dātis, qua accipiens adducatur, vt id efficiat, & dans intendit: quo pacto munera mitti solēt alicui mulieri, non in pactum, vt consentiat in turpitudinem, sed quibus emolliatur, afficiatur, ac disponatur ad consentiendum, similiterq; solēt mitti munera abundantibus pecunijs, quib. afficiātur ad mutuo dandum tpe necessitatis, & solent mitti plerisq; alijs ad conciliandas voluntates eorū vt tandem, quod mittens intendit, efficiant. Quando priori modo aliquid datur, neque id fit, ad quod est datum, censetur datum ob causam, seu sub conditione causæ, ob quam datur, causa non subsequuta, competitq; proinde condictio, seu repetitio illius, vt hī l. 1. & per totum titulum. ff. de condict. caus. dat. leg. dictam legem de condict. ob caus. & l. 46. tit. 14. par. 5. Qñ verò aliquid datur posteriori modo, quia non datur sub conditione, & pacto causæ, quæ dantem impulit ad dandum, sed solū spe, quòd ea via id assequatur, tunc, esto causa finalis, & motiua, ob quam est datum, nō sequatur, & esto dans, si sciret ea via se id non assequuturū, id non daret, non est locus repetitioni; immò verò, esto accipiens sciret in eum finem id dari, neq; in conscientia, neque in exteriori foro, teneatur restituere, quod ita accepit; aut id efficere, ad quod comunere inducebatur. Atq; in exteriori foro, si dans non sufficienter expressit, se dare in pactum, & sub conditione causæ, ob quam dabat, censetur datum hoc posteriori modo, & non illo priori, ac proinde non conceditur repetitio, quicquid dans postea in contrarium dicat. l. si repetendi. C. de cōdict. ob causam l. dedi. §. si quis quasi, in fin. ff. de condict. caus. dat. ac. l. 46 citata, & consentiunt dicta disp. 88. & 208. ac, alibi sæpe.

De datis, & acceptis ob turpē causam, copiosè dictum est à disput. 62. præsertim disp. 94. & agitur à l. 47. vsque ad 54. tit. 14. par. 5.

## Pro debito non soluto, quando quis detrudi debeat in carcerem, quousque illud soluat, & qui priuilegio gaudeant, vt pro debito detrudi nō possint in carcerem.

### DISPVTAT. DLXXI.

*SVMMARIVM.*

1 *Debitor quo ordine detrudi possit in carcerem.*
*Fallit, nisi esset suspectus de fuga. nu. 2.*
*Item fallit, nisi ad certum tempus se obligasset, alias detruderetur in carcerem. nu. 3.*
*Item fallit in debitore fisci. nu. 5.*
4 *Creditor quo casu propria auctoritate possit capere debitorem, & eum in carcerem deducere.*
6 *Mulier non potest in carcerem pro debito ciuili detrudi, etiam si debitrix sit fisco.*
*Fallit, nisi sit meretrix. nu. 7.*
*Et quid si sit tutrix, vel curatrix filiorum, aut nepotum, & renunciauit priuilegio Velleiani. nu. 8.*
9 *Miles, qui in militia versatur, non tenetur, nisi ad id quod facere potest, & ideo non potest in carcerem detrahi.*
10 *Nobilis etiam nō miles an de iure Castellæ gaudeat priuilegio militum, ne in carcerem pro debito ciuili detrudatur.*
*Et quid si renūciet priuilegio, an sibi pīdicet. n. 11.*
12 *Clericus priuilegium habet; ne in carcerem pro debito ciuili detrudi possit, etiam si illud commodè soluere posset.*
*Et quid de clericis coniugatis, ex dispositione Concilio Trident. nu. 13.*
*Declara tamen, & limita, vt nu. 14. 15.*
*Et quid si renunciet priuilegio c. Odoardus cum iuramento, an sibi præiudicet. nu. 16.*
17 *Doctores, & aduocati gaudent priuilegio, ne conueniantur vltra quam facere possint, & ideo neque in carcerem detrudi.*
*Et de iure Lusitano ēt senatores, & eorum vxores, etiam si viduæ sint modo honestè viuant. nu. 18.*
*Idem in vxore cū marito, & patrono cum liberto, & alijs similibus. nu. 19.*

QVando quis ex contractu, aut quasi contractu, aliquid debet, in moraq; est illud soluē
1 di, † non prius ob tale debitum detrudi potest in car-

carcerem, quam condemnetur, ac pronuncietur à iudice illud debere sua, quæ in rem transeat iudicatam, aut quàm ille in iudicio confiteatur debitum, soluereq; illud præcipiatur. Neq; tunc pòt statim detrudi in carcerē, sed prius fieri dēt exequtio in bonis illius, vendendo illa in publica subhastatione; compertoq; eum non habere sufficientia bona ad id debitū soluendū, detrudi dēt ob illud in carcerem, si id à iudice creditor, aut creditores illius, petant, donec integrè illud soluat. Qñ aūt, & quo ordine, ac tempore, post latam sententiā, quæ in rem transeat iudicatam, aut post confessionem debiti in iudicio, fieri debeat exequtio in bonis talis debitoris, de iure Cæsareo communi, de iure canonico, Castellæ, & Lusitanæ, copiosè à nobis explanatum est disp. 538. à §. hactenus diximus, &c. Quod autem non prius debitor in carcerem ob eiusmodi debitum possit detrudi, quàm hæc fiant, colligitur ex l. 1. C. qui bonis cedere poss. & hī l. 4. tit. 15. part. 5. iuncta gl. 1. Greg. Lop. ibi, expressius q; habetur lib. 4. Lusit. ord. tit. 52. in prin. & §. 1. & cum glos. l. 3. §. tutores, verb. vinculis. ff. de suspect. tutor. quæ ait, non prius debitorē conijciendum esse ob debitum in vincula, quàm de illius paupertate, & impotentia ad soluendum, constet affirmat Bar. & communis doctorum sententia, quam referunt, ac sequuntur Greg. Lop. vbi supra, Couar. 2. var. res. c. 1. nu. 2. & Ant. Gom. 2. tomo var. reso. c. 11. nu. 51. & consentiunt iura alia, quæ Couarr. citat. Qui addit, qñ exequtio fieret in bonis talis debitoris, neque esset, qui illa emere vellet, nisi fideiussores daret, qui tenerentur de eui ctione, teneri debitorem eos præstare, alioquin conijciendum esse in carcerem, donec ex eis bonis, aut aliunde, integrè soluat debitum.

2 A regula tradita † excipitur, si reus suspectus esset de fuga: nam tunc, si competentia alia bona non haberet, vnde debitum solui posse, vtique, vel res ipsa, de qua agitur, vel æquale aliud illius debitoris, constituendum esset per iudicem in depositum, & sequestrum, quousque sententia ferretur, vel debitor cogendus esset tradere competentia pignora, aut fideiussores, alioquin conijciendus esset ante sententiam in vincula; modo tamen iudici constaret summariè aliqua ratione de debito, & modo, quādo celebratus fuit contractus, vnde debitum illud ortum habuit, creditori non constiterit de qualitate debitoris, & quantitate, ac penuria bonorum illius: si enim id sibi fuit notum, sibi imputet, quod cum eo celebrauerit eum contractum: neque.n. tunc ante sententiam definitiuam, & exequtionem in bonis illius, potest is debitor conijci in vincula, neque item præstare tenetur nouam cautionem, vel pignoratitiam, vel fideiussoriā, vel quamuis aliam. Ita habetur 4. lib. Lusit. ord. titul. 52. in prin. & lib. 3. tit. 20.

3 Ab eadem regula † excipitur, si debitor ita se obligasset ad soluendum creditori intra certum tempus, vt, si intra illud non solueret, conijceretur in vincula: tunc enim, transacto eo tempore, si nō soluat, statim potest conijci in vincula, nulla facta prius exequtione in bonis illius. Non tamen potest tunc creditor propria autoritate detrudere eum in carcerem, esto ad id debitor potestatem illi dedisset, sed teneretur id exequi per ministrum

4 publicum. Excipitur nisi † debitorem cōperisset in fuga, neque adesset minister publicus, qui eum caperet, & deduceret in cōtinenti ad carcerem publicum: tunc.n. per seipsum posset eum cōprehendere, & deducere illum in continenti ad carcerem publicum. Ita hī lib. 4. Lusit. ord. tit. 52. §. 2. & 3. stādum est enim cōtractui. Quæ aūt pœnæ in hoc Castellæ Regno statutæ sint ijs, qui propria autoritate capiunt, & in carcerem mittunt suos creditores, aut propria autoritate pignora ab illis extrahunt, vide leg. 5. & 6. lib. 4. nouæ collect. & l. 2. & 10. tit. 17. lib. 5. Lex verò 1. citata, potestatem tribuit creditori ad capiendum debitorem suum, qñ ad id debitor illi concessisset facultatem in cōtractu: & l. 5. citata immunem omnino facit creditorem, qui iudicis autoritate debitorem suū c. Abrogatas autem esse sanctiones, decem tabularum, & alias antiquas, quæ creditoribus concedebant capere suos debitores, & crudelia alios in eos exeq, si tpe debito non soluissent eis debita, tradit Cou. 2. var. res c. 1. nu. 1. cum alijs, quos refert.

Hodie, vt disput. 538. dictum est, de iure huius Castellæ Regni l. 1. & seq. præsertim l. 19. tit. 21. libr. 4. nouæ collect. sancitum est, vt non solū sua debiti, quæ in rem transit iudicatam, & confessio debiti in iudicio, sed etiā debitum ex instrumento publico, quin ex instrumento priuato, agnito tā per debitorem in iudicio, habeant statim paratam exequutionem, & vt exequtio talis debiti absque citatione debitoris continuò fiat in bonis illius mobilibus, & in defectum mobilium, in bonis eiusdem immobilibus, & vt simul debitor fideiussorem de *saneamiento*, vt vocant, exhibeat, alioqn debitor in carcerem simul conijciatur in initio exequutionis, quousque integrum soluat debitum, nisi sit de numero eorum debitorum, qui de iure huius Regni detrudi non possunt ob debita in carcerem. Lege, quæ ibidem dicta sunt, in quibus consentiunt doctores Hispani. Quæ autem bona priuilegiata sint, vt in eis fieri non possit exequtio ob debita ex contractu, aut ex quasi cōtractu, aut non possit fieri, nisi in defectum aliorū bonorum debitoris, idque tam de iure cōi, quā Castellæ, & Lusitanæ, copiosè disp. 530. est explicatum. Ius Castellæ.

5 Item † quando aliquid debetur principi, seu fisco, potest debitor statim, ac exequtio inciatur, detrudi in carcerem, quousque integrum debitum soluat. Ita colligitur ex l. cum no. ff. ad legem Iuliam. pecul. & l. nemo. C. de collect. tribus lib. 10. habetur, quod si debitor tributi, contumax sit in illius solutione, tunc in carcerem mittatur, & exequtio fiat in bonis illius, & cum Ioan. Platea, & alijs, affirmant Couar. 2. var. res. c. 1. nu. 4. & Gregor. Lop. l. 4. tit. 15. par. 5. sanciumque est. 4. libr. Lusit. ord. tit. 52. §. 4.

5 Mulier, modo † non inhoneste viuat, detrudi non potest in carcerem pro debito ciuili, seu ex contractu, vel quasi contractu proueniente, etiamsi debitrix fisco Regis, sit, sed exequtio tantùm fit in bonis illius, si quæ habeat. Ita habetur in authentica, seu nouo iure (aliàs, hodie nouo iure.) C.



Digitized by Google

de cust. reor. & in authentico, vt nulli iudicum. §. necessarium. l. 1. & auth. ibi subiuncta. C. de offic. diu. iud. & l. 1. tit. 14. par. 5. legum extrau. Lusit. & l. 62. Taur. quæ est. l. 10. tit. 3. lib. 5. nouæ colle. & l. 8. eiusdem tituli exprimitur, vt neque pro debito tributi, aut aliquo alio principi debito, possit conijci in carcerem, & affirmat communis doctorum sententia, quam referũt, ac sequuntur Ant. Gom. l. 62. citata, & Couar. 2. var. res. c. 1. nu. 3. & c. quãuis pactum. par. 2. in princ. nu. 7.

7 Quòd autẽ † mulier, quæ publicè inhonestè viuit, non gaudeat eo priuilegio, hẽ l. 62. citata, idẽque, cum Baldo, ibidem esse ait Ant. Gom. de iure cõi, argumento. §. vlt. in auth. de rest. & ea, quæ peperit in vndecimo mense, tametsi id inde non colligatur sufficienter. Quando autem debitum mulieris ex delicto proficiscitur, hẽ expresse l. 62. citata, posse mulierem propter illud conijci in carcerem. Quòd si de eodem Castellæ iure loquatur Gutier. de iur. confir. c. 16. par. 1. nu. 35. dũ mulierem ea in parte æquiparat ei nobili, quem in eodẽ Regno *hidalgo* vocant, de quo statim erit sermo, res nullum continet dubium, neque tunc erat, qđ eam rem relinqueret iudicio sapientiorum, qui illam corrigerent. Si verò loquatur stando in iure communi, sanè iura citata apertè volunt, vt neque pro debito ex delicto proueniente mulier conijci in carcerem possit, & Ita, cum Baldo, affirmat Villalobos in Antinomia litera M.

Quæst. Dubium est, vtrum, si mulier tutrix, aut curatrix filiorum, & nepotum, renunciauit, vt ei præ-
8 cipitur, priuilegio Velleiani, & alijs iure † mulieribus concessis, posteaq; teneatur debitor eius tutelæ, aut curæ, possit pp illud detrudi in carcerem, si non sint alia bona eius mulieris, vnde illud soluat Bar. & alijs, quos referunt, ac sequuntur Ant. Gom. l. 62. citata, nu. 2. & Villalobos vbi supra n. 28. affirmanter respondent stando in iure communi; quamuis contrarium idem Villalobos, cũ Roderico Xuarez asserat esse de iure Castellæ attenta generalitate l. 62. citatæ. Quod sanè fundamentum mihi non probatur; quippe cum non minùs amplum, immò verò longè plùs, sit priuilegium mulieribus hac in parte de iure communi concessum, quàm illud l. 62. eiusdem cõcessum, vt ex pximè dictis facilè constat: quarè, si renunciatio illa priuilegiorum facta per mulierem, derogat priuilegijs iuris communis derogabit etiã priuilegio legis 62. citatæ. Mihi placet dicamus cum Couar.
Decis. 2. var. res. c. 1. nu. 3. & c. quamuis pactum, par. 2. in prin. nu. 7. & alijs, quos citat ea rõne matrem, aut auiam, detrudi pro eo debito non posse in carcerẽ; quoniam, vt idemmet Bar. affirmat, non obstante ea renunciatione, gaudent mater, & auia, eo priuilegio comparatione suorum descendentium, vt nõ plus eis teneantur, quam commode facere possint, idque propter reuerentiam, quam descendentes ascendentibus præstare tenentur, quam sanè nõ seruarent, si propter eiusmodi debitum, quãdo matri, aut auiæ, non sunt bona, vnde illud soluant, eas conijcerent in carcerem, quousque id soluerent: vniuersim verò, vt subijciemus, qui solum tenetur ad aliquod debitum, quantum commodè facere poterit, detrudi non potest in carcerem ob id debitum. Lege aũt. 1. tit. 15. par. 5. hẽ, tam ascendentes comparatione descendentium, quàm descendentes comparatione ascendentium, gaudere eo priuilegio: recta autem ratio docet, esto ascendentes renuncient in genere priuilegijs ipsis concessis, non censeri renunciasse huic priuilegio in particulari, ad effectum præsertim, vt propter debitũ, cui commode tunc satisfacere nõ possunt, detrudi possint in vincula. Immò verò, vt rectè Couar. c. quamuis pactum nu. 7. citato, obseruat, esto ascendentes in particulari renuncient priuilegio, vt pp debitum à descendentibus detrudi non possint in carcerẽ, adhuc non poterunt detrudi: quoniam id pugnat cum pietate, & reuerentia, quam naturali iure descendentes ascendentibus debent.

9 Miles, qui in militia † versatur, eo priuilegio gaudet, vt conueniri non possit pp debitis vltra id, pp cõmodè facere possit, vt hẽ l. miles in princ. & l. item miles, ff. de re iud. quid autẽ hoc sit, copiosè est explicatum disp. 413. Qui aũt solùm tenetur soluere, quantum commode facere potest, ita vt non egeat, vtique neq; in carcerem pro eo debito conijci põt, neque plus executio in bonis illius, pro eo debito, exerceri potest, quàm relinquendo illi de suis bonis, ita vt non egeat, modo disp. citata explicato; aliquin plus vrgeretur, ad plusque obligaretur, quam commode facere posset, quod est contra rationem eius priuilegij.

Hi nobiles, qui in Castellæ Regno *hidalgos* vo Ius Ca
go cantur, quamuis † milites non sint, ac proinde ex stellæ.
eo capite non gaudeant priuilegio, vt solum conueniantur, quantum commode facere possint, eò quòd neque iuribus citatis, neque alibi, reperiatur eis concessum; inter alia tamen priuilegia, Castellano iure eis concessa, eo gaudent, vt pro debitis ciuilibus, hoc est, quę ortũ non hãt ex delicto, detrudi non possint in carcerẽ, sed solum possit fieri executio in illorũ bonis, relinquẽdo eis tñ equũ pptium, aut mulam, arma propria sui corporis, ac proprias domos, in quibus degunt, si hæc habeãt. Ita hẽ 3. 4. 5. & 6. tit. 2. lib. 6. nouæ collec. lex verò 6. citata est lex 79. Taur. & affirmat Coua. 2. var. res. c. 1. nu. 4. Gutier. de iur. confir. par. 1. c. 16 à nu. 1. iuncto, nu. 36. Ant. Gom. l. 79. Taur. Villalobos in Antin. lit. N. nu. 3. & alij doctores Hispani. Lege aũt. 9. tit. 1. eiusdem 6. lib. prohibetur fieri executionem pro quocunque debito, non solum in equo, & armis horum nobilium, sed & eorũ, quos *caualleros armados* vocant, & quorumcunq, aliorum, qui equum, & arma habẽt. Excipitur tñ, nisi id Regi debeatur: nam tunc executio fieri etiam potest in equo, & armis: id verò nõ intelligo de equo, & armis eorum, quos *hidalgos* vocant.

Si tamen nobilis, quem *hidalgo* vocant, fuerit conductor reddituum Regis, aut susceperit officiũ collectoris eorundem reddituum, tunc pro debito Regi ortum inde habente, non gaudet prædicto priuilegio, sed conijci potest in carcerem. Ita habetur l. 4. citata tit. 2. lib. 6. nouæ collect. Quæ hãc rationem reddit, *porque en tal caso el mismo se quebranta su libertad*, suscipiendo videlicet munus, quod minime cũ ipsius nobilitate quadrat. Item,

si de-

Digitized by Google

si debitum nobilis ex delicto, aut ex quasi delicto proueniat, tũc pro eo perinde detrudi pôt in carcerem, ac si non esset nobilis. Ita hẽ l. 79 Taur. quæ est l. 6. tit. 2. lib. 6. nouæ collect. In his tñ cuẽ ibus, & in quibuscunq; alijs, selectus carcer, aut distinctus à carcere, aut à parte carceris, in quo detinentur viles, & hoïes de infima plebe, concedi, debet eiusmodi nobilibus, & personis alijs honoratis, ꝙ literis, aut alijs qualitatibus, præditi sint, attentisque circumstantijs concurrentibus, tum gradus nobilitatis & honoris, tum etiam qualitatis delicti, & alijs, tradi debet distinctus carcer, publicus aut extra publicum, cum custodibus, aut sine illis, iuxta l. 4. tit. 29. par. 7. & l. 11. tit. 2. lib. 6. nouę collect. tradiq; eis interdum potest propria domus in carcerem, aut ciuitas, vel oppidũ. Lege inter alios Greg. Lop. l. 4. citata, & Gutier. vbi sup. num. 3.

Si nobilitas, quam *hidalguia* vocat, notoria sit, non debet talis nobilis pro ciuili debito conijci in carcerem: si verò per errorem fuit cõiectus, statim dimitti debet. Quòd si dubia sit conijcitur, ac detinetur in carcere, quousque ea probetur. Et quamuis ad solos iudices, quos *Alcaldes de los hidalgos* vocant pertineat cognoscere in Regijs prætorijs de eiusmodi nobilitate, ad effectum, vt ea absolutè nobilis gaudeat, immunisq; sit ab ijs tributis Regijs, à quibus immunes sunt nobiles eius qualitatis; qñ tamen de ea agitur incidenter ad aliam diuersam causam, vt ad debitum ciuile soluẽdum, aut puniendum crimen aliquod, & reus allegat se esse fidalgum, eaque de causa non posse conijci in vincula pro debito ciuili, aut non posse torqueri pp suspicionem alicuius delicti, ad iudicem ordinarium, qui de cã principali cognoscit, spectat cognoscere, ac iudicare, an ea nobilitate gaudeat ad eos effectus particulares, & incidentes: neque, vt pronuncietur ea nobilitate gaudere ad eos solos effectus, necessaria est tam integra, & legitima probatio, quàm integra requiritur, vt in Regijs prætorijs pronuncietur absolutè gaudere ea nobilitate, sed satis est si probatur, eum esse in possessione; aut in quasi possessione eius nobilitatis; addiq; in eiusmodi sententijs solet, quod id nullum præiudicium afferat fisco Regis quo ad proprietatẽ, & possessionem eiusdem nobilitatis. Ita cum Padilla, Otalora, & alijs Gutier. vbi supra à nu. 6. & de pract. qq. lib. 1. q. 25. & Azeuedo in l. vlt. tit. 21. lib. 4. nouæ collect. nu. 68. & 69.

Gutier. c. 16. citato, à nu. 14. & cum eo Azeuedo vbi supra nu. 70. & alij, quos citant, affirmant, quòd sicut, qui cedit bonis, tenetur manifestare oĩa bona sua, vt tradantur creditorib. alioquin si aliqua occultet, non gaudet priuilegio cessionis bonorum à iure ei concesso, vt dispat. seq. dicetur: ita nobilis, qñ exequutio in bonis ipsius fit, tenet oĩa fideliter manifestare, vt de illis solutio fiat creditori, alioquin, si aliqua scienter occultet, committit crimen, ac proinde poterit eo ipso in carcerem detrudi pro eo debito, tanq; ex crimine iam proueniente, fomentum ve, ac iuuamen habente. Quod confirmat. Primò, qm̃ ea occultatione dolum, ac fraudẽ committit in creditores: fraus aũt, ac dolus delictum est, vt probat. Secundo, quia licet hæres suus hodie de iure prætorio abstinere se possit ab hæreditate paterna, eamq; repudiare, vt disp. 180. copiosè dictum est; si tñ aliquid amoueat, aut celet, de hæreditate, amittit eo ipso illud priuilegiũ, vt habetur l. si seruũ. §. prætor ait, & seq. ff. de acq. hær. & l. 12. tit. 6. par. 6. Tertiò, quia l. de beneficio ff. ad l. falcidiam, habetur, *beneficio legis falcidiæ indignus videtur, qui id egerit, vt fideicommissum intercidat*, hoc est, vt ibi gl. opponit, si hæres cãcellet à testamento fideicommissum, amittit beneficium legis falcidiæ: ergo eodem modo, si eusmodi nobilis occultet sua bona, vt debita intercidat, seu non soluat, amittat priuilegium, vt pp tale debitum non possit mitti in carcerem. Confirmatur, qm̃, vt hẽ in auth. de hæredibus & fal. §. hic nobis, ver. sancimus, & ver. si vero non dicẽq; est disp. 213. hæres detrahens, aut occultans, aliquid de hæreditate, amittit priuilegiũ detrahẽdi falcidiã: ergo idem erit in re proposita. Quarto, quoniã l. 4. titul. 19. lib. 5. nouæ collect. sic hẽ. *Mandamos, que de aqui adelante ningun mercader, que se alzare, no pueda gozar, ni goze del priuilegio de la hidalguia, para escusarse de la pena del dicho delito, ni para otro caso, ni cosa alguna. Y lo misimo mandamos, que se guarde, y cumpla contra los recaudadores y mayordomos dellos conceios, o otras qualesquier personas que se alzaren:* ergo idem dicendum est ad effectum, vt amittat priuilegium, ne in carcerẽ detrudatur, de eo, qui occultauerit de bonis suis, ne inde satisfiat creditoribus; eo quod verè committat delictum, vt se tueatur, abutaturq; eo priuilegio. Quinto, socius, qui dolo in causa fuit, vt non posset soluere debitum alijs socijs, amittit priuilegiũ ne ab alijs socijs possit conueniri vltra quàm commodè facere possit, & subinde amittit priuilegiũ, ne pp id debitum possit detrudi carcerem, vt hẽ l. verũ in princ. & §. tps aũt. ff. pro socio, & affirmat gl. §. si de dote, inst. de act. dictumq; est disp. 413. Item licèt maritus, in soluenda dote vxoris, non plus cogi possit, quã commode facere possit, atq; adeo pro debito dotis vxoris, nõ possit detrudi in carcerem; si tñ dolo diminuit suã substantiã, amittit id priuilegium, vt hæc oĩa disp. 442. dicta sunt: ergo, si nobilis, de quo loquimur, dolo occultet bona, ne integre debitum soluatur creditori, amittit similiter priuilegium, ne pp tale debitũ detrudi in carcerẽ possit. Pleraq; aũt ex his, quibus hactenus hoc confirmauimus, saltẽ probant, cã occultationẽ delictũ esse, alioquin, in similib. euentib. explicatis, non fuissent statuta ea, q̃ retulimus in pænã; quare, cũ eo ipso, ꝙ debitum talis nobilis ex delicto ipsius descendat, aut fouetur, detrudi pro eo debito possit in carcerem, vt l. 79. sancitũ est; consequẽs profecto est, vt eo ipso, ꝙ bona occultauerit, detrudi possit in carcerem. Postremo confirmat, qm̃, vt ibi nu. 29. refert, cũ nobilis quidã in carcerẽ ob debitũ quoddã fuisset detrusus, eo qđ bona sua occultasset, atque ad Pincianũ ptoriũ appellasset, approbatũ fuit, merito fuisse in carcerem detrusum. Et primum iussum fuit, vt datis fideiussorib. *saneamiento* erueretur à carcere; postèà verò, vt datis solũ fideiussorib. *de la haz*, erueret; quos tñ nõ oporteret eum tradere, si suo priuilegio gauderet.

Item ex eodem fundamento prouenit, ꝙ si dum nobilis cum aliquo celebrauit contractum, sciens se nobilē esse, id negauit, ignorāte ad altero cōtrahente detrudi possit pro eo debito ex tali cōtractu in carcerem: quia id debitum contraxit interueniēte proprio delicto, quod decepit creditorem circa qualitatem eius debiti: & ob id circa id debitum, originem trahens ex dolo, & delicto, nobilis amittit suum priuilegium. Ita Anton. Gom. 2. tom. variar. resol. c. 11. nu. 54. & l. 79 Taur. nu. 4. & Gutier. vbi sup. nu. 25. quod confirmant varijs, iuribus, quæ, in similibus euentibus, denegant similia priuilegia. Vterque vero affirmat, si, vel nobilis, ignorans se nobilem esse, nobilem se esse negauit, vel creditor, ipe contractus, sciebat illum nobilem esse, non amittere priuilegium: qm̄ in priori euentu debitum illud nō descēdit ex delicto eius nobilis: scdo vero nō fuit creditor deceptus ab eo nobili; cū sciret nobilem esse, & gaudere eo priuilegio.

Eadem ratione, si nobilis fugam cum suis bonis pararet, aut ēt sine bonis, qm̄ per eam fugā ac delictum difficiliorē redderet recuperationem debiti saltem si ad pinguiorem, ipis progressu, deueniret fortunā, capi, ac detrudi in carcerē posset. Ita Gut. vbi sup. nu. 32. cum Bal. c. & alijs, quos citat.

Quæst. Dubiū anceps, valdeq; controuersum est, num si nobilis, de quo loquimur, renunciet priuilegio
11 vt † propter ciuile debitum detrudi non possit in carcerem, possit detrudi perinde, ac si nobilis non esset. Ant. Gom. 2. tom. var. res. c. 11. num. 54. & l. 79. Tauri. nu. 3. Gutier. de iur. confir. par. 1. c. 16. à nu. 47. & alij, quos. nn. 61. citat, asseuerant, inualidam esse eam renunciationē, ac proinde, illa nihil impediente, non posse nobilem pp debitum, circa ꝙ priuilegio illi renunciauit, detrudi, in carcerem. Ant. Gom. addit, esto renunciatio illa confirmata sit iuramento, esse inualidam Gutier. vero vbi supra num. 62. ait tunc validam esse.

Ducuntur potissimum hi autores argumento textus cap. si diligenti de foro competenti, vbi habetur, renunciationem, qua clericus, ei priuilegio fori renunciet, quo conueniri non potest coram iudice seculari, esse nullam, etiam si eam cōfirmet iuramento. Et ratio ibi hæc redditur: *Cum non sit beneficium hoc personale, cui renunciare valeat, sed potius toti collegio Ecclesiastico sit publicè indultum, cui priuatorum pacto derogari non potest*, Qua etiam ratione, clericus renunciare nō potest alteri ipsorum priuilegio canonis, si quis suadente diabolo 17. q. 4. quo percutiens clericum est excōmunicatus, etiam si clericus ante percussionem renunciet priuilegio illi. Immò & ipsemet clericus, si seipsum lethaliter percutiat, est excommunicatus, vt tractatu 3. videbimus.

Hinc argumentantur, renunciationem nobilis priuilegio, quo propter debitum ciuile detrudi nō potest in carcerem, esse nullam (addunt quidam eorum, etiam si iuramento confirmetur) quia similiter priuilegium illud concessum est communitati: nobilium, & non singulis in particulari. Multa alia minoris momentis, quibus hi autores ducuntur, legere licebit apud Gutier. vbi supra, & apud Couar. loco statim citando, qui etiam multis aliorum argumentis satisfacere conatur.

Contraria vero sꝑia, nempe, renunciationē ei priuilegio, ēt si iuſo non confirmetur, validam esse, ac proinde, si facta sit, posse eiusmodi nobilem detrudi in carcerem pro ciuili debito, mihi placet cum Couar. c. quamuis pactum par. 2. in princ. à nu. 5. qui ait, ita iudicatum fuisse in prætorio Granatensi, Greg. Lop. l. 34. tit. vlt. par. 7. gl. 2. & alijs, quos Gutier. vbi supra nu. 45. & 46. refert. Ducor præter alia, quæ apud Couar. loco citato, & apud Gutier. vbi supra à num. 37. legere licebit. Primo, quoniā priuilegiū hoc, ne eiusmodi nobiles ꝓ debito ciuili incarcerentur, non ita est ius sanguinis, quasi ex sanguine proficiscatur, ac descēdat, quemadmodum cognatio, & ius, quod filio ad alimenta à parte accipienda competit, & similia alia, sed bellatoribus in particulari, qui Hispanias de potestate Maurorum extraxerunt, suo periculo, & sūptibus, Reges Hispaniarum adiuuando, merito ab eisdem regibus concessum fuit, vt ita gauderēt ea ciuilitate, ac nobilitate, quam *hidalguia* vocant, vt illam in perpetuum transfunderent per lineam virilem ad omnes suos posteros non spurios, & quæ haberet priuilegia nonnulla annexa, nempè exemptionem à certis tributis, vt torqueri pro delicto non possent, vt pro debito ciuili non possent mitti in carcerem, & similia alia: id verò profecto non impedit, quòd quiuis eorum, quando cum aliquo contractum aliquem celebrat, renunciare possit priuilegio, de quo loquimur, ita vt, si tempore statuto non soluat, detrudi in cercerem possit; etenim quiuis renūciare regulariter potest priuilegio sibi concesso: neque hoc cedit in detrimentum cæterorum nobilium, essēq; aliquando potest vtile, ac necessarium tali nobili ei renuncia re, qui aliter non inueniet, qui secum celebrare velit contractum, sibi perutilem, ac necessarium. Secundo, quoniam hoc priuilegio non prohibentur nobiles illi cedere, aut se permitti detrudi in carcerem propter ciuile debitum, quod quidam nō attendunt, sed solum iudices proh bentur detrudere eos nobiles in carcerem propter id debitum, interim dum eo priuilegio gaudent, priuilegiumq; illud obijciunt. Tertiò, quoniam eiusmodi priuilegium non habet ortum ex reuerentia, & obseruatione, quā ex ipsamet rei natura cæteri hoīes præstare teneantur huiusmodi nobilibus, sicut priuilegium, quo ascendentes gaudēt comparatione descendentium, ne ab eis pro debito conueniri possint vltra id, ꝙ commodè facere possint, & consequenter, ne pro eo detrudi possint in carcerem ortum hēt ex reuerentia, & obseruatione, q̄ descēdentes p̄stare tenentur ascendentibus, quæ obligatio, eā eis præstandi, manet in descendentibus, nihil impedi ente, ꝙ ascendentes renuncient illi suo priuilegio; qua de causa inualida est ea renunciatio: etenim alij hoīes ex natura rei non tenentur non mittere illos in carcerem pro debito non soluto, sed id solum habent nobiles ex priuilegio à regibus, in gratificationē obsequiorū à suis maioribus reipublicæ Hispaniæ exhibitorum, cōcesso Quarto, quoniam nō quēadmodū Ecclesiastici efficiūt cōitatem, ac rempublicam distinctā, ac exemptam

Decis.

à se-

à seculari sub suis iudicibus proprijs Ecclesiasticis, & vno supremo capite Sūmo Pontifice Christi Vicario, in cuius reipublicæ detrimentū cedit, qđ Ecclesiastici subijciantur iudicio seculari laicorum, eaq; de cā Ecclesiasticis pſonis à sua republica sub grauibus pœnis meritò est prohibitum, ne permittāt se adduci ad tribunal seculare, neque coram eo vlla rōne tanquā rei, rūdeant, aut alios Ecclesiasticos, tanq̄ actores, ad illud vocent, qm̄ id indecorum est Ecclesiasticis, & multa mala pareret ipsorū propriæ sacræ, ac Deo dicatæ reipublicæ, ēt in detrimentum laicorum, vt hæc oīa copiosè disp. 31. explanata sunt, & constat ex ipsomet c. si diligenti, de foro cōpetenti: non, inquam, sicut Ecclesiastici ita efficiunt rempublicā distinctam, exemptam à laica, cui expedit subditos suos nulla rōne subijci tribunali seculari, eaq; ratione est id eis prohibitum, ita res hēt in eiusmodi nobilibus, sed vnicam cū ignobilibus efficiunt rempublicam, à cuius supremo capite sunt eis concessa ea priuilegia, quibus cedere vnusquisque pōt in euentu aliquo particulari sine vllo cæterorū rancore, aut prēiudicio. Neque sanè plus nobiles efficiunt cōitatem proptiam, ac distinctam quam fœminæ oēs, quibus à republica concessum est peculiari ex causa priuilegiū Velleiani, cui de iure Castellæ, &, iuxta multorum opinionem, ēt de iure cōi, possunt singulæ valide renūciare: & q̄uis nos, cū cōmuniori, ac vera sn̄ia, disp. 540. dixerimus, stando in iure cōi inualidam esse eam renunciationem, non eo tn̄ innixi fumus fundamento, neque quisquam fuit vnquā eo innixus, quod id cederet in detrimentum cōitatis ipsarum, & prætudicium pararet cæteris, sed quod, per epicheiam, censendum sit, eam fuisse intentionem legumlatorum, priuilegiū id, ad subueniendum ipsarum fragilitati ipsis concedentium: qm̄ alioquin, non sufficienter fuisset cōsultum eidem ipsarū fragilitati: quippe quæ eadem facilitate, qua se pro alijs obligarent, renunciarent ēt ad eorum petitionem Velleiani priuilegio, nō alia ratione creditoribus volētibus admittere illas fideiussores eorū. Quintò, qm̄ quando propter detrimentum cōitatis renunciatio, qua particularis renunciat priuilegio eis concesso, qui de ea sunt cōitate, est & nulla, vt res habet in priuilegio fori, Ecclesiastici concesso, vtique, esto talis persona fraudem committat, vel fingendo se non esse Ecclesiasticum, qm̄ contrahit, vel aliqua alia ratione, non amittit priuilegiū illud, nisi in euentu aliquo particulari, respublica ipsa Ecclesiastica, cuius is est, in pœnam illius id ab eo auferat: quare Ecclesiasticus, qui se laicum fingeret, qm̄ celebraret contractum, comminendus esset, tum circa debitum, tum etiam circa delictū ea fraude commissum, coram iudice Ecclesiastico, & nulla ratione coram seculari: non verò sic res habet circa priuilegium nobilium, de quo agimus, ēt iuxta sn̄iam doctorū, cum quibus disputamus, qui confitentur, si nobilis se finxit ignobilē tempore celebrationis contractus, aut si tempore exequutionis aliquid de suis bonis occultauit, amittere id priuilegium posseque proinde detrudi in carcerem propter id debitum. Postremo, priuilegium nobilibus concessum, potest reipublicæ caput, sicut illud concessit, ita ex rōnabili cā illud auferre, vel arctare, vt scilicet vim non habeat, si debitum aliqua rōne oriatur ex delicto, & vt vim non habeat in debito, quo Regi idcirco teneatur, qa cōduxit reditus regios, aut qa munus eos colligendi suscepit: priuilegium verò exemptionis ab ipsorum tribunali, semel à principibus secularibus concessum, ac donatū reipublicæ Ecclesiasticæ, vtiq; ijdem principes, neq; auferre, neque arctare deinceps possunt, vt disp. 31. dictum est.

Ad fundamentū potissimum, cui autores contrariæ sn̄iæ nituntur iam facile patet, concesso antecedente, negandam esse cōsequentiam. Quod. n. ad priuilegium fori attinet, explicatum est, qm̄ pacto concessum sit distinctæ reipublicæ Ecclesiasticæ, & qua rōne fauor publicus eius reipublicæ in eo cernat, cū emolumento laicorum. Item, iusta rōne prohibitum esse à republica Ecclesiastica, sub grauibus pœnis Ecclesiasticis personis, ne illi renuncient aut vlla ratione ei contrauentant: qua de cā, ēt si iuramento ei renuncient, & promittat rūdere coram iudice seculari, totum est irritum, & inane; cò quod talis promissio, & iuramētum, sint de re illicita, ipsiq; Ecclesiasticis prohibita: quæ oīa continet. c. si diligenti, de foro cōpetenti, eisq; oībus fundamētis præcipuè nititur. Priuilegium verò, ne nobilis detrudi possit in carcerem pro debito ciuili, non sic concessum est alicui distinctæ reipublicæ neque in eo fauor publicus reipublicæ, aut cōitatis alicuius, versatur, neque item nobilibus est prohibitū ei renunciare: quare longe diuersa rō est de vno, & de alio priuilegio. Qđ verò attinet ad priuilegiū canonis, excōicatio lata aduersus mittentes violentas manus in personas Ecclesiasticas cum peccato lethali, seu suadēte diabolo, vt hēt canon ille, licet cedat in Ecclesiasticorū bonū eaque rōne dici al quomodo possit priuilegium ipsorum: id tn̄ non est quicq̄ illis concessum, sed pœna iusta à legislatore imposita ad Ecclesiasticorum securitatem, q Dei, sunt ministri oīno inermes, quos minime decet propria defensio, quæ proinde pœna, non ab ipsis, sed à legislatore pendet, ac proinde nō possunt illi renunciare: priuilegiū verò nobilibus cōcessum, ne pro debito ciuili possint detrudi in carcerē, est qppiā ipsis concessum, vt eo, si velint, vtantur, ac proinde cedere, & renunciare possunt illi priuilegio.

12 † Clericus etiam priuilegium habet, vt solum possit conueniri, quantum commodè facere possit, atque adeo, vt propter debita, quæ commodè non potest soluere, detrudi non possit in carcerē, esto bonis non cedat. Ita gloss. & Bart. l. miles in princ. ff. de re iud. Panorm. c. Odoardus de solut. Cou. 2. var. resol. c. 1. n. 9. Gigas de pēsionibus q. 35. n. 8. Gutier. de iur. cōfir. c. 16. n. 32. & copiosius c. 17. à nu. 1. Greg. Lopez l. 26. tit. 6. part. 1. verb. *m clerigo a otro*, & alij quos citant, colligiturque aperte ex c. Odoardus citato, vbi clericus, impotens ad soluendum, neq; bonis cessit, neq; in carcerem fuit coniectus, sed præcipitur, ob impotentiam ad soluendum, relaxari ei excommunicationem, præstita debita cautione (iuratoria saltem, si aliam

si aliam non habeat) qđ, cū ad pinguiorem fortunam venerit, soluet. Rō autē est, tum qā vt glossa citata, Bart. & alij dñt est Christi miles, gaudereq; proinde dēt priuilegio militis seculi; tū præcipuè, qa non decet Christi ministrum abiectè viuere, & in carcerem trudi ob ciuile debitum, sed relinqui ei dēt, vnde parce viuat, & reliquum tradēdum sit creditori. Si clericus, qui reditus habet Ecclesiasticos, ære alieno grauetur, cui toti non possit statim satisfacere, iudex Ecclesiasticus, relinquendo ei, tum ex suo patrimonio, tum etiam ex eis reditibus, quantū satis sit, vt parce viuat, adiudicari debent creditori bona reliqua, ac reditus reliqui, quousque integrum ei soluatur, vt Couar. nu. 9. citato, cum reliquis, rectè ait, argumento, c. peruenit, de fideiuss. Vt tñ clericus gaudeat priuilegio explicato, debet prius recognoscere debitū, vt aperte bñ c. Odoardus citato, & præbere cautionem: sicut ét de eo, qui cedit bonis, vt gaudeat eo cessionis beneficio, recognoscere prius debet debita, quę soluat, si ad pinguiorem fortunam venerit, vt disputatione sequenti dicetur, & cum Panor. & alijs affirmat Gutier. c. 17. citato, nu. 2.

Quamuis Lapus, & pleriq; alij quos Gutier. c. 17. citato n. 11. refert, extēdere voluerint priuilegium hoc, vt competat ét clericis qbuscunq; pri-
13 mæ tōsuræ, siue cōiugati sint, siue nō; meritò † tñ Coua. n. 9 citato, & Gutier. vbi supra à nu. 10. arbitrantur, præsertim hodie post Concil. Trid. sess. 23. c 6. de refor. eis solis cōpetere, qui, iuxta id decretum, priuilegio fori hodie gaudent, nō verò reliquis, qui eodem decreto ab eo priuilegio fori mē ritò fuerunt excluſi, pp eorum multitudinē, Hispanijs, præsertim; & quod ad eum gradum non ascenderent, vt ministri essent Ecclesiæ, sed vt puniri non possent pro suis delictis in foro seculari. Ibidē Gutier. cū Mantaluo, contendit, neq; ante Concil. Trid. extensum fuisse hoc priuilegium ad clericos coniugatos in minoribus constitutos, qm̄ c. vnico de clericis coniugat. lib. 6. sancitum fuit, vt clerici coniugati cum vnicis, & virginibus, deferentes habitum, & tonsurā, gaudeant quidē priuilegio canonis, si qs suadente diabolo, itemque priuilegio fori, eatenus solū, qđ pro suis delictis, neq; criminaliter, neque ciuiliter, puniri possint à iudicibus secularibus: subiungit verò textu; *in cæteris autē eos gaudere nolumus priuilegio clericali.* Vnde sicut, iuxta eum textū, tenentur ad tributa, ad quæ alij laici tenentur, vt ibi exponit glossa, & cōis sententia, q̄ refert, ac sequit Couar. de pract. qq. c. 31. n. vlt. & in causis mere ciuilibus rndere debent in seculari foro, ita etiā pp debita retrudi possunt in carcerem, neque gaudent priuilegio, vt solum conueniantur, quantum commode facere possint. Hinc intelliges, si clericus coniugatus hodie habitum, & tonsuram deferat, & ab ep̄o deputatus sit seruitio alicuius Ecclesiæ gaudere quidem priuilegio fori, vt pro delicto conueniri non possit coram iudice seculari, non tñ priuilegio, vt pro debito ciuili detrudi non possit in carcerem; quoniam ante Concil. Trid. nō gaudebat hoc priuilegio: Concilium verò id ei de nouo contulit. Cum hac tota doctrina consentit l. 2. titu. 4. lib. 1. nouę collect. Lege etiam antecedentem, & sequentes leges in eo titulo.

14 Si clericus † ipe contractus se finxit nō esse clericum alterocontrahente id ignorāte, aut abscondit de bonis, nē solueretur debitū creditori, vel si debitū ex delicto descēdat, tunc rōne criminū, q̄ ita cōmisit, detrudi poterit in carcerem pp debitum, vt de nobili supra dictum est, & affirmat cū alijs Gutier. vbi sup. n. 20. & duob. sequentib. qm̄ clerici delicta, nihil impediente. c. Odoardus, puniri carcere possunt, meritoque pp eiusmodi delicta amittit clericus priuilegium ibi, & alibi, ea in parte ipsi concessum. Arbitror tñ, q̄uis grauius, & fœdius, fuerit delictum, eo plus amissione eius priuilegij sit puniēdus, semper tñ habendam esse rōnem status clericalis, vt aliquid ei relinquatur, ne sordide, & abiectè viuat, neque. n. nobis hoc loco est sermo de crimine læsæ maiestatis diuinæ, aut de alio graui, pp quod ét in honore, & decentia sui status, merito sit puniendus. Excōicari autem non posset, neque ipse, neque laicus, pp debitum, quod soluere oīno non posset, eo quod excōicatio non incurratur, nisi pp inobedientiā Ecclesiæ, qñ pœna excōicationis præcepto apponitur, qui aūt implere oīno non pōt, quod ei præcipitur, inobediens non est, excusante eum impotentia à culpa, & inobedientia, & consequenter ab excōicationis pœna imposita propter eam culpam. Immo verò, si euidens, ac notorium esset, eū impotentem omnino esse ad soluendum, atq; excommunicaretur, eo quod non solueret, excommunicatio contineret errorem intollerabilem, nec solum esset injusta, sed etiam nulla, vt Panor. c. Odoardus citato probe affirmat.

15 Si clericus † debitor suspectus esset de fuga, detrudi posset in carcerem, donec integrē solueret, aut sufficiētem pignoratitiam, vel fideiussoriam, præberet cautionem, ab ipso tamen creditore capi non posset, nisi quando debitor actu fugam intentaret, neque adesset minister publicus, qui illum raperet, ac tunc incontinenti deducendus esset ad suum iudicem, carcerēmque publicum, vt de nobili, fugam intentante, dictum est. Ita Gutier. vbi supra nu. 29. Couar. 2. var. res. c. 1. nu. 9. Greg. Lopez l. 3 & tit. 6. par. 1. & alij.

Rectè Couar. n. 9. citato, & de pract. qq. c. 25. nu. 1. & vlt. ac Gutier. vbi supra nu. 31. aduersus Gomez tū affirmant, & si clericus tribus sententijs damnatus sit soluere creditori, gaudere adhuc priuilegio capitis; Odoardus, quod non plus cogi possit soluere, q̄ cōmode possit facere, nec proinde pro eo debito possit detrudi in carcerem. Qm̄ nulla est commoda ratio, cur eo priuilegio non gaudeat, ét si appellauerit à duabus sententijs contra se latis, & expectet tertiam. Licet. n. aduersus exequutionem trium sententiarum cōformium non admittatur exceptio nullitatis, neque ea exceptio impediat exequutionem sententię, vt habet cle. 1. de re iud. idque propter vehementem calumniæ suspicionem, exceptio tamen c. Odoardus, quod debitor non cogatur plus soluere, quam commode facere possit, sed expectetur quousque sit soluendo, non est contra sententiam, quod nulla sit,

nec

nec debeat proinde executioni mandari, quin potius eiusmodi exceptio supponit confessionem debiti, vt dictum est, ac proinde vires sententiæ.

Quæst. Maius dubium est, vtrum, si clericus renunciet priuilegio capitis, Odoardus, præsertim cum iuramento, vt frequenter tabelliones apponere solent eiusmodi renunciationem sinè iuramento, 16 vel si † clericus iuramento se astringat soluere debitum, possit tunc, ac debeat, detrudi in carcerem, quousque integrum debitum soluat, perinde ac detruduntur, ac coguntur soluere, qui nullo gaudent priuilegio.

Decis. Huic dubio sequentibus conclusionibus est satisfaciendum. Prima. Esto clericus sinè iuramẽto renunciet priuilegio illi, eo nihilominus gaudet, neque detrudi in carcerem potest, aut plus cogi potest soluere, quam relicto ei, ne egeat. Hanc affirmat Gutier. vbi supra nu. 34. eo ductus fundamento quod priuilegium hoc, vt de priuilegio simili nobilium dixerat, si concessum toti communitati clericorum, sicut & priuilegium fori. Latum tamen est discrimen inter priuilegium fori Ecclesiasticis concessum, & hoc, cuius contraria executio non ita læderet Ecclesiasticam rempublicam, sicut læderet contraria executio priuilegij fori, vt ex supra dictis circa idem fundamentum, quo ad priuilegium nobilibus concessum, facile liquet. Legitima autem ratio est, quoniam priuilegium hoc concessum est clericis non tam in bonum personæ cuiusque eorum, quam in Dei honorem, bonumque, ac decentiam reipublicæ Christianæ, ob quæ expedit, clericos reuerenter tractari, vt Dei ministros, nec propter ciuile debitum conijci in carcerem, aut ita deprimi, vt sordide, & abiectè tractentur, ac viuant: quare, quia eadem indecentia manet, etiam si illi priuilegio renunciauerint, & rationes, ob quas est concessum, similimodo vim habent, consequens est, vt nulla sit eorum renunciatio, sed perinde eo priuilegio gaudeant, ac si illi non renunciassent.

Secunda, Si renuncient ei priuilegio cum iuramento, cum eo ipso iuramento eodem se astringant, non implorare vsum, & executionẽ illius; neque id ex parte ipsorum malum sit, arbitror peccate lethaliter, si, non obtenta prius relaxatione eius iuramenti, vsum priuilegij illius implorent; vnde tunc tenebuntur sustinere carcerem, & spoliationem omnium suorum bonorum, perinde ac si id priuilegium non esset eis concessum. Iudices tamen Ecclesiastici, nihil impediente ea renunciatione cum iuramento, neque tenentur, neque debent, conijcere illos in carcerem, neque ita spoliare eos bonis, vt eis non relinquatur, vnde viuant. Item clerici ipsi petere poterunt relaxationem iuramenti, eisque potest, ac debet concedi, eaque obtenta implorare possunt executionem eius priuilegij. Prima pars ex se, & ex dictis in ea, est satis perspicua, in eaque conuenit nobiscum Gutier. vbi supra, nu. 35. Secunda vero, de iudicibus, ex se, & ex dictis conclusione præcedente, est satis manifesta. Neque enim iuramentum, quo clericus renunciauit priuilegio illi, iudices astringit, quo minus vsum illius priuilegij, splendorẽque, ac decentiam ministrorum Dei, ac reipublicæ Christianæ, seruent: quod si licite vsum eius priuilegij seruare possunt, vtique tenentur, pro munere suo illud seruare. Vltima verò pars eo liquet, quod adsit legitima causa, cur creditor cogatur relaxare debitori id iuramentum contra decentiam ac bonum reipublicæ Christianæ introductum, & subinde, vt superior eius creditoris, possit illud relaxare.

Quando nulla interuenit renunciatio priuilegij cum iuramento, aut sine iuramento, modo duabus conclusionibus præcedentibus explicato, sed clericus iuramento, se astrinxit soluere creditori debitum, Gomezius à Couar. nu. 9. citato, & à Gutier. relatus, ait, tunc clericum vti non posse, nec gaudere priuilegio capitis Odoardus Couar. vero ibidem contrarium affirmat: quoniam, inquit, iuramentum intelligendum est iuxta promissionem, quam confirmat: si autem clericus sine iuramento se astrinxisset soluere debitum, neque intelligeretur, neque teneretur illud soluere, nisi inquantum commodè facere posset. Gutier. vbi supra num. 36. ait, si clericus sub iuramento se astrinxit soluere debitum insolutum, aut integrè, non posse opponere priuilegium capitis Odoardus, neque eo gaudere, ac proinde in eo euentu veram esse opinionem Gomeci. Si verò solum absolutè sub inreiurando se astrinxit soluere debitum, posse opponere priuilegium illud, eoque gaudere, atque adeò in eo euentu veram esse Couar. opinionem. Certè, qui se astrinxit sub inreiurando, aut sine iureiurando soluere debitum aliquod, astrinxit se soluere totum id debitum, & non solam partem, ac proinde minus apta videtur hæc distinctio.

Tertia nostra conclusio est Clericus, qui iureiurando se astrinxit soluere debitum aliquod, aut totum aliquod debitum, si non expressit, etiam si ad id esset opus non ita sibi relinquere, vt non egeret, aut si ad hoc in particulari non intendit se obligare, veram arbitror opinionem Couar. propter fundamentum illud, cui innititur. Si verò id expressit, aut ad id intendit se obligare; cum id ex parte ipsius clerici non sit ex se malum, vtique tenetur id implere, quantũ potuerit, & quãtum teneretur, si non gauderet priuilegio capitis Odoardus. Potest tamen petere, & obtinere, relaxationẽ talis iuramenti, propter ea, quæ circa præcedentẽ conclusionem dicta sunt. Iudex autẽ Ecclesiasticus, non obstante eo iuramento, nec tenetur, nec debet, detrudere illum in carcerem propter ea, quę circa eandem conclusionem dicta etiam sunt. Conclusio hæc tota non alia indiget probatione.

17 Hoc idem priuilegium, † ne conueniri aliquis possit vltra quod cõmode facere possit, ac proinde ne detrudi in carcerẽ possit pro eo ciuili debito, tribuit ét glo. l. miles, ff. de re iud. & cum ea tribuunt multi alij, aduocatis, argumento. l. aduocati. C. de aduocat. diuer. iud. Item tribuunt idẽ priuilegium doctoribus. Eos sequuntur Gutier. de iur. confir. par. 1. c. 16. nu. 32. ac c. 17. in calc. n. 11. & Azęuedo. l. vlt. tit. 21. lib. 4. nouæ collect. nu. 70. Lex tñ illa Codicis, nõ loquitur de aduocatis vniuersim.

Iure

Iure Lusit.lib.5.ord.tit.67.neque,qui in eo Regno *fidalgos*,neque, qui *caualeros* dicuntur,neque
18 † senatores, neq; doctores in iure,aut medicina, qui gradú in vniuersitate aliqua,príquio examine, susciperc,neq; horũ omnium vxores, etiam si viduæ sint modo honeste viuant, conijci possunt in carcerẽ,nisi pro crimine, quo digni sint morte naturali,aut ciuili : quare pro ciuili debito non possunt in carcerẽ detrudi. Iure etiã Lusitano (exceptis his hoc modo priuilegiatis) alij priuilegiati, detrudi in carcerẽ possunt ob quodcunq; debitũ ex delicto,vt habetur lib.4.ord.tit.52.§.penult.
19 Vniuersim † quicunq; solũ tenentur pro debito aliquo, quantũ cómodè facerè possũt,nó possunt pro eo in carcerẽ mitti,vt sæpe dictum est. Præter oẽs autem commemoratos in hac disputatione,& alijs disputationibus in ea citatis,q hoc priuilegio gaudent,ét annumerãtur.l.sunt qui,iunctis legibus sequẽtibus.ff.de re iud.& l.1.tit.15.p.5. maritus debẽs vxori,& vxor debẽs marito,ac patronus debẽs suo libertó,& libertus debens suo patrono.

## Cessio bonorum quousque permissa, & quousque debitorem à debiti solutione liberet.

### DISPVTATIO DLXXII.

*SVMMARIVM.*

1 *Debitor cedere bonis in omnibus casibus potest, in quibus pro ciuili debito detrudi potest in carcerẽ.*
2 *Cedens bonis pro debito,pro quo habet priuilegium, ne conueniatur vltra quam facere possit, an priuilegium amittat.*
3 *Debitor quicunque cedere bonis potest, tam per se ipsum,quam per procuratorem,& tam solo verbo,quam per scripturam.*
*Immo etiam antequam mittatur in carcerem, cedere bonis potest,nu.4.*
5 *Cessio bonorũ antequam fiat,quid præcedere debeat.*
6 *Cedere bonis quid significet.*
7 *Debitor quando bonis cedit, quid facere teneatur.*
8 *Dominium bonorum debitoris, qui bonis cessit, antequam diuendantur,ad ipsum debitorẽ spectat.*
9 *Debitor ex cessione bonorũ,duo cõsequitur cõmoda.*
10 *Cessionis exceptio tantum prodest debitori, qui bonis cessit,non autem fideiussori.*
11 *Debitor, qui vult cedere bonis, quas inducias petere possit,ad soluendum.*
12 *Creditorum pars maior debitoris defuncti, remittere potest partem debiti, in præiudicium aliorum creditorum,etiam priuilegiatorum.*
*Et quid de iure Castellæ obseruatur.nu.13.*
14 *Vxor debitoris,qui bonis cessit, an possit capere bona mariti pro solutione eius dotis, & bonorum paraphernalium in præiudicium aliorum creditorum ipsius mariti,maxime dum probat,maritum eius bona dissipasse.*
15 *Debitum pecuniarium duobus modis procedere potest ex delicto.*
16 *Pœna pecuniaria in pœnam corporis quibus casibus conuertenda.*
17 *Cessio bonorum an locum habeat pro debito proueniente ex delicto.*
*Et quid de iure Castellæ,& Lusitaniæ.nu.18.*
19 *Cessioni bonorum renuncians cum iuramento, an cedere bonis possit in euentibus à iure permissis.*

IN euentibus,in quibus,iuxta dicta disputatione præcedente,locú habet,debitorem in carce-
1 rẽ detrudi ob debitum ciuile,à iure † est ei in commune bonum concessum, vt cedere possit bonis, hoc est, relinquere,& tradere creditoribus oĩa sua bona diuidenda, & iura, ac quæcunque debita, ac bona ei competentia, vt inde solutio eis fiat, quantum ea bona sufficiant,& reliquum ei soluat,si ad pinguem fortunã ueniat, atq; ita à carcere liberetur. Ita hb l.1. C. qui bonis cedere possint,atq; id supponunt leges reliquæ eius tituli & ff.de cessione bonorum,idẽ habetur l.1.& 4.tit.15.part.5.& lib.3.Lusit.ord.tit.89.& affirmat cõmunis doctorum sententia, quã sequuntur Couar.2.var.res.c.1.nu.5.Ant.Gom.l.79.Taur.nu.1.& tom.2.var. res.c.11.nu.52.& Gutier.de iur. confir. part.1.c. 16.n. 10. Formã autem totius processus cessionis bonorum(quod leges Hispaniæ etiam appellant, *renunciar la cadena*) tradit Móterroso in sua practica tract.2.à fol.23. Cum verò priuilegium hoc cessionis bonorũ in commune bonum iure factum,ne debitores, sine creditorum emolumẽto, immo cum ipsorum damno, perpetuo detineãtur in carcere, atque in eo pereant, &, qui contractus celebrant, sciant, debitores hoc priuilegio gaudere,eoque præsuppositó suos contractus celebrent, vtique eius priuilegij vsus non minus vim habet in conscientiæ,quam in exteriori foro.

Quicunque priuilegio gaudent,vt in carcerem pro ciuili debito conijci non possint, siue id ortũ habeat,quia cõueniri nequeunt pro eo debito,nisi quantum cõmode facere possint, siue aliunde,sane necesse nõ habent cedere bonis;siquidem, sine vlla cessione,detrudi in carcerẽ non possunt. Vtrũ aũt,si is,qui priuilegio gaudet,ne conueniri possit vltra quam cõmode facere potest,bonis cedat pro debito,aut debitis,in quibus gaudet eo priuilegio,
2 spoliari † tunc possit omnibus omnino suis bonis, quemadmodũ spoliari potest,qui, non gaudẽs eo priuilegio,bonis cedit. Matthæus de Afflictis,quẽ Gutier. de iur. confir. par.1.c.17.nu.6.refert,nec reprobat,& Imola ac Petrus,relati à Greg.Lopez l.1. tit.15. part.5.verb.*padre o abuelo*, affirmanter respondent: & ideo Afflictus admonet, vt cle- Decif.
ricus, qui non est soluendo, conuentus pro debito, se tueatur exceptione.ca. Odoardus de solut. quod gaudeat priuilegio, ne conueniri possit, vltra quam commode facere possit, & non cedat bonis, ne eo ipso omnibus suis bonis spolietur,& tradantur creditori. Merito tamen. leg.1. citata contrarium aperte statuit,vt Greg. Lopez ibidem glossa citata, etiam notat. Etenim nulla est congrua ratio, quod cessio bonorum impediat illud aliud priuilegium ei,qui eo gaudet.

3 Quicunque † debitor cedere potest bonis suis, tam per se ipsum, etiam solo verbo, quo exprimat eam esse suam voluntatem, quam per suum procu-

Digitized by Google

procuratorem, aut per scriptum, vt hĩ l. vlt. ff. de cess. bon. iuncta l. in omni. C. qui bon. ced. poss. & hĩ l. 1. tit. 15. par. 5. Lex vlt. citata ait, cessionẽ fieri posse, non solũ in iudicio, sed ẽt extra iudicium: Lex verò prima citata ait, deberi fieri coram iudice: eas Greg. Lopez ita conciliat, quod etsi cessionis instrumentum extra iudicium fieri possit, vt tamen cessio perficiatur, adduci debet instrumentum, ac præsentari coram iudice. Hodie vero in Lusitania, iuxta ordinem præscriptum lib. 3. ord. tit. 89. §. 1. & antepenul. & multo magis in hoc Castellæ Regno, iuxta eo, quæ de cessione bonorum in eo euentu sancita esse referemus, fieri debet coram iudice, ipsoque sententiam ferente, ac pronunciante, quo ordine, & quanto tempore, qui bonis cedit, seruire debeat creditoribus.

4 Standoꝛ autem in iure cõi, credo debitorem cedere posse bonis, antequam in carcerem mittatur, vt capturam, & carcerẽ euiter, & ita innuit apertè Ant. Gom. 2. tom. var. res. c. 11. nu. 52. Consentit ius Lusitanum tit. 89. citato, §. 5. vbi statuitur, si aliquis creditorum petat, vt is in carcerem mittatur, qui dicit se velle facere cessionẽ, continuo in carcerem esse mittendum, quasi si id non petatur, postulari, ac peragi possit cessio bonorum, quin debitor in carcerem detrudatur. Regulariter verò, præsertim in hoc Castellæ Regno, iuxta ea, quæ de cessione bonorum in eo subijcimus, cessio bonorum petitur, ac peragitur, postq̃ debitor est in carcerem missus Cou. nu. 5. citato, cum alijs, quos refert, affirmat, cessionẽ non posse fieri, nisi postquam debitor ad petitionem creditorum fuit missus in carcerem, satisq; esse, ad petitionem vnius eorum, detrusum esse in carcerem, neque esse necesse, vt alij citentur; cessionemq; tunc facta patere cæteris creditoribus præiudicium. In hoc tñ Castellæ Regno, antequam perficiatur, cæteri creditores citari debent, ẽt illi, per proclamationem publicam, de quibus ignoratur, ac creditores sint, vt pronuncietur, quo ordine is, qui bonis cedit, seruire eis debeat, & quis creditorum cui ea in parte sit præferendus, & ita hẽt praxis formę processus, quàm Monterroso vbi supra hac de re tradit. Itẽ iure Lusitano tit. 89. citato, §. 1. præcipitur, vt, qui bonis cedere debet, prius declaret oĩa sua debita, eaque confiteatur, & vt instrm eius confessionis ad iudicem deferatur, atque vt, antequàm cessio perficiatur, citentur creditores omnes, quibus debitor sese debere fuerit ita confessus,

5 Antequam † cessio bonorum fiat, seu concedatur, de debitis constare dẽt, vel per sniam, quæ in rem transierit iudicatam, vel per confessionẽ eorum debitorum factam per ipsum debitorem, ita vt vi talis confessionis peti à creditoribus quocũque tpe possint, ita vt locus tergiuersationi debitori non relinquatur. Ita habetur l. penult. ff. de cess. bonor. l. 1. tit. 15. par. 5. in Lusit. ord. §. 1. citato, & colligitur ex c. Odoardus de solut. atque affirmat cõmunis doctorum snĩa, quam referunt, ac sequũtur Couar. nu. 5. citato, & Gutier. de iur. confir. part. 1. c. 17. nu. 3. De consensu tñ creditoris, admitti potest debitor ad cessionem bonorũ, etiam si debitum non confiteatur, sed relinquatur posticæ liquidandum, vt ait glo. l. penul. ff. de cess. bonor. &, cum ea & Azone, Greg. Lopez l. 1. citata ver. *eno ante*.

6 Cedere † quempiam bonis, non aliud est, quam profiteri se non esse soluendo oĩbus suis debitis, ac proinde se cedere suis oĩbus bonis, eaque diuidenda tradere, vt inde satis fiat debitis quoad fieri possit. Nihilq; omnino suorum bonorum, aut iurium quæ sibi competunt, retinere sibi põt, aut tenentur creditores ei relinquere, præterquam vestes viles, quibus se contegat. Lex. 1. tit. 15. part. 5. ait, *si no los pannos de lino*, & consentaneè ad eam legem multi doctores loquuntur. Melius tamen lex Lusit. titu. 89. citato, §. antepenul. præcipit, vt solum ei relinquantur vestes, quibus tempore cessionis fuerit indutus modo tñ non sint magni valoris, quod iudicis arbitrio iudicandum ea lex meritò relinquit. Et ita credo consuetudine in hoc Castellæ Regno seruari, vt vestes, quibus est indutus, seu quotidianas, vt Couar. nu. 5. citato ait, ab eo non auferantur, nisi preciosæ sint: in quo euentu commutari possent pro alijs mediocribus. Io. Med. de rest. q. 3. caus. 3. ait, relinquẽdã illi ẽt esse instrumenta suæ artis, si artifex sit. Merito tamen Couar. vbi supra, & alij affirmant, quod id in exteriori foro non admitteretur. Et quidem quo ad formam faciendi bonorum cessionem, obseruant doctores, recurrendum esse ad statuta, & consuetudines cuiusque loci: iure autem communi, & regulariter in priuatis Regnis, non solet, fieri, vt bis ignominiosis, vt ijdem doctores affirmant.

7 Tenetur vero debitor, qñ † bonis cedit, manifestare, & tradere, oĩa sua bona, vt diuendantur, & satis fiat debitis, nihil omnino illorum occultando, vt affirmat glossa cõiter recepta l. 1. C. qui bonor. ced. poss. & habetur lib. 3. Lusit. ord. tit. 89. §. 1. & antepenult. vbi præcipitur, vt qui bonis cedit, catalogum sua manu subscriptum conficiat omnium suorum bonorum, aut eum confici faciat per publicum tabellionem, in quo simul declaret omnia, quæ ipsi debentur, & quæ ipse alijs debet, & vt illud in iudicio fiatur, statuiturque, vt si aliquando compertum fuerit eum debitorem subticuisse in eo catalogo aliqua sua bona, non gaudeat priuilegio cessionis, sed detrudatur in carcerem, quousque integrum debitum soluat. Idque statutum est iuxta communẽ ius, & consentit L. 4. in fine, tit. 15. part. 5. iuncta penult. glo. Greg. Lopez ibi, & affirmant Gutier. de iur. confir. par. 1. c. 16. num. 24. & c. 17. nu. 3. & Ant. Gom. l. 79. Taur. nu. 3. & tom. 2. var. res. c. 11. n. 52. Eo enim ipso debitum illud descendit ex delicto locumque circa illud non habet id priuilegium: sicut debitor, qui stulte se dissipauit, aut alienauit bona sua, vt non haberet, vnde solueret, non gaudet eo priuilegio cessionis, vt habetur l. vlt. in fin. ff. quæ in fraud. cred. & l. 4. citata, & consentiunt, quæ de nobili occultante partem suorum bonorum, disputatione præcedente diximus, ostendendo non gaudere priuilegio, vt propter id debitum non possit detrudi in carcerem.

8 Interim † dum bona eis debitoris, qui bonis cessit, diuendita non sunt, dominium eorum ad

ipsum

ipsum pertiner, ac proinde, si velit se defendere, & soluere creditoribus, audiendus est, tradendaque ei sunt bona sua. Ita habetur l. 3. ff. de cess. bonor. l. 2. C. qui bon. ced. poss. & l. 2. tit. 15. par. 5. Hodie tñ in hoc Castellæ Regno, si confessus fuit debita, aut aliter habent paratam executionem, nisi dederit fideiussorem *de saneamiento*, vt vocant, quod debita integre soluentur, non audietur, sed bona diuendentur, & ipse detinebitur in carcere, quousque integre soluat debita.

9 Quamuis, qui† bonis cessit, non maneat omnò liber à suis creditoribus, sed integrè teneatur eis soluere sua debita, si efficiatur soluendo, ad pinguem ve fortunam deueniat, atque ad id ab eis in exteriori foro compelli possit, vt hab. l. 1. C. q bon. ced. possint, duo tñ excessione consequitur commoda. Vnum, quod liberatur à carcere, interimque dum non efficitur soluendo, molestari non potest, sed adeò tueri se potest exceptione cessionis aduersus debitores, vt lis aduersus eum contestari non possit l. 4. §. Sabinus. ff. de cess. bon. l. 3. tit. 15. par. 5. Greg. Lopez ibi glo. 2. Couar. 2. var. resc. c. 1. nu. 6. & communis opinio, quam citant. Alterum verò, quod, qñ bona aliqua acquirit, ad pinguemque fortunam deuenit, non potest spoliari bonis omnibus acquisitis, vt qñ cedit bonis, oĩbus suis bonis spoliatur, sed semper illi est relinquendum, quod, iudicis ptudentis arbitrio satis ei sit ad congruam suam parcam sustentationem, & solum reliquum potest cogi tradere in solutionem debitorũ: quare solũ tũc tenetur, in quãtum cómodè facere possit. Ita hab. l. 4. & duabus sequentib. ff. de cess. bon. l. ex contractu. C. de bon. autor. iud. poss. §. vltim. inst. de act. l. 3. tit. 15. par. 5. & lib. 3. Lusit. ord. titu. 89. in prin. Habet verò hoc locum, ét in conscientiæ foro, vt rectè Couar. ait c. 1. citato, nu. 6. quicquid in contrarium dixerint Adria. de rest. q. aggredior, vers. 6. dubitatur, Ioan. Med. de rest. q. 5. & alij, quos Couar. citat: quoniã id priuilegium iure ciuili est concessum, eoque supposito celebrari fuetunt cum eo contractus, & contraxit debita: quare, dum viuit post cessionem, solum tenetur debita in foro conscientiæ soluere, quantum commodè, modo explicato, facere possit. Consentit Sotus 4. de iust. q. 7. art. vlt. in fine, tametsi non distinguat tempus cessionis bonorum à tempore, quo post bonorum cessionem aliqua acquisiuit, in quo solo tenetur dumtaxat, quantum commodè facere possit.

Ex eo autem, quod debitor principalis bonis cessit, fideiussores ipsius non liberantur ab onere soluendi integrè loco illius debita, pro quibus fideiussores extitere; sed perinde cogi possunt ea integrè soluere, ac si principalis debitor bonis non
10 cessisset: exceptio † quippe cessionis, solũ competit personæ debitoris, non verò fideiussoribus, qui ideirco adhibentur, vt, si debitor principalis soluendo non sit, ipsi loco illius soluant. Ita hab. §. vlt. inst. de replicationibus l. hæres à debitore §. quod si stipulator. ff. de solut. & l. 3. tit. 15. par. 5. dictũque est, dum de fideiussoribus sermo erat.

11 Is, qui† cedere vult bonis petere à creditore, aut à creditoribus potest, vt sibi inducias quinquennij ad soluendum tribuant, ne cedat bonis. Quod si sit vnus tantum creditor, & is illas ei concedat, aut sint multi, & ij (iuxta ea, quę proxime subiungo) eas illi concedant, tunc, elapso eo quinquennio, non potest debitor cedere bonis, neque ét intra quinquennium, sed si, quinquennio elapso, debitum, aut debita non soluat, detrudi in carcerem potest, quousque integre soluat. Ita glo. vlt. l. vlt. C. q bon. ced. poss. & cõis doctorum sententia, quam refert, ac sequitur Greg. Lopez l. 5. titu. 15. part. 5. gl. vlt. estque definitum lib. 3. Lusit. ord. tit. 89. §. 2. Qñ verò sunt multi creditores, oĩs interrogandi sunt, an velint eas inducias concedere, & maior pars vocare potest minorem, vt in vnum locum conueniant, eaque de re ibi tractent, ac deliberẽt, idque parabit minori parti præiudicium ea in re, nisi cõueniat: & satis est citare absentes vt vtrunque cum alijs, quos citat, affirmat Greg. Lopez l. 5. citata glos. 1. Si creditores, quibus maior pars summæ debetur, consentiant, vt inducię quinquennij debitori concedantur, etiã si illi paociores numero sint, & alij plures, immo etiam si is vnus tm sit, & alij multi, & ét si reliqui habeant hypotheeas, & præponendi in solutione, abstiner debitor eas inducias, etiam quo ad reliquorum debita, si autem æqualis sit pars summæ, quæ debetur ijs, qui concedere volunt iudicias, cum parte summæ, quæ debetur alijs, qui nolunt eas concedere, tunc prævalet ea pars, quæ vincit numero creditorum, esto similiter reliqui habeant hypothecas, præferendique sint in solutione. Qui autem creditores in hoc euentu pro vno, aut pro pluribus creditoribus, sint cõputandi, habetur l. si plures. ff. de pact. Quod si creditores vtrinque æquales numero sint, & pars summæ, quæ vtrinque debetur, æqualis etiam sit, prævalet pars, quæ inducias concedit, tanquam magis pia. Ita sancitum est l. vlt. C. qui bon. ced. poss. l. 5. citata, & lib. 3. Lusit. ordin. titul. 89. §. 3. Eædem ordinationes. §. 4. sequenti statuunt, si creditores omnes concedant, vt debitor inducias quinquennij accipiat, & non cedat bonis, teneri debitorem eas accipere, nec posse cedere bonis: quoniam, inquiunt, de iure hæc electio pertinet ad creditores. Contrarium tamen affirmat Gregor. Lopez l. 5. citata verb. *les pidiese*, esse communem doctorum sentẽtiam, & merito: quoniam, licet electio ad creditores modo explicato pertineat, id sane est supposito, quod debitor eas inducias petat, & velit: quippe cum id in fauorem debitoris, & non creditorum, introductum sit: quare, si debitor eas inducia non velit, sed potius velit cedere bonis, audiendi non sunt creditores, qui eas inducias illi eligunt, vt satis innuit l. vlt. C. qui bon. ced. poss. Lex 5. titul. 15. part. 5. satis aperte innuit, peti posse inducias vltra quinquennium, quasi, si in illis concedendis conueniat maior pars creditorum, modo explicato, minor pars, quæ renuit, stare teneatur ei concessioni, & id notat ibi Greg. Lopez. Stando tamen in communi, & Lusitano iure, maior pars non potest præiudicare minori in concedendis inducijs vltra quinquennium: quoniam de his tantum loquitur commune ius, & Lusitanum.

De

12 De iure † cõi l. & suum hæredem §. vlt. iunctis tribus legibus sequentib. ff. de pact. qñ sunt multi creditores debitoris defuncti, & maior pars eorum, quo ad debiti, quãtitatem aut quo ad numerum creditorum, si pars summę vtrinque sit æqualis, vel medietas creditorum, quando pars summæ vtrinque est æqualis (eo modo, quo præcedente paragrapho explicatum est) conueniat, vt hæredi defuncti remittatur pars aliqua debiti, vt reliquũ soluat (eo modo, quo de inducijs paragrapho præcedente dictum est) validam esse eam remissionem in præiudicium cæterorum, qui in ea consentire noluerunt, etiam si aliqui eorum præsentes non fuerint (modò tamen citati sint, vt cum Bart. l. rescriptum ff. de pact. affirmat Greg. Lopez. l. 6. tit. 15. part. 5. & paragrapho præcedente dictum est) & si aliqui eorum priuilegium habeant prælationis cæteris: modò tamẽ non habeãt pignus, aut hypothecam, tacitam, vel expressam, in bonis defuncti: nam quo ad quantitatem bonorum, quę ita sibi habent obligata, inualida esset remissio, quæ ipsis non consentientibus, tali hæredi, aut hæredibus, debitoris defuncti fieret. Hoc, quod de iure cõi legibus citatis est sancitum, quo ad hæredem, aut hæredes defuncti, vt non desit, qui defuncti hæreditatem adire in creditorum bonũ velit, cõi Doctorum sententia, vt Grego. Lopez l. 6. citata, glos. 1. ait, affirmat, extendendum non esse ad debitorem viuum. Lex tamen 6. citata, illud ad viuum debitorem extendit: quoniam similiter expedire creditorib. poterit, vt idem fiat cum debitore viuo. Vbi tamen hoc non fuerit lege sancitum, non puto extendendum esse ad viuum debitorem: quoniam non facile tribuenda est aliis potestas ad minuendum ius, ac debitum, quod alteri debetur, ipso inuito.

Lege 2. tit. 19. lib. 5. nouæ collect. merito sancitum est, vt mercatores, campsores, aut eorum *fatores* quos vocant, *que se alcan con mercaderias o biens agenos*, ponantur, vt fures, & vt nulla transactio, aut conuentio, cum eis facta, vel remissio, quæ eis fiat, quicquam valeat in præiudicium eorum, quorum bona ita obtinent, grauesque aliæ pœnæ eis imponuntur.

13 Hoc loco antequam † vlterius progrediamur, subijcienda sunt, quæ in hoc Castellæ Regno peculiariter circa bonorũ cessionẽ sancita sunt. Lege 4. & quinque sequentibus, ti. 16. li. 5. nouæ collect. constitutum est, ad seruiendum, ordine infra explicando, quousque suo seruitio singuli satisfaciat sua debita, & vt tradat eis torque ferreo crassitudinis digitalis collo illius apposito (*argollo de hierro de grosura de vn dedo* leges illæ dicunt) quẽ patentẽ ferre teneatur, adeò, vt si aliqñ fuerit sine eo deprehensus, aut gestare eum latentẽ, seu coopertum, amittat priuilegium cessionis, ac detrudatur in carcerẽ, quousque debita integre satisfaciat, & vt creditor, qui ita illum deprehenderit, eaque de cã conijci eum fecerit in carcerem, præferatur cæteris creditoribus, & anterioribus, atque ei, cui traditus erat ad seruiendum, in recipiendo ex illo, suo debito. Ita hĩ ibidem l. 6. l. 7. additur, vt, sit is, qui in carcere detinetur pro debitis, ea non soluerit intra sex menses à puncto, quo liquidum fuerit, teneri ad ea debita, esto ipse bonis non cedat virtute eius legis habeatur, ac si illi cessisset, exequique ex tunc in eum debent hactenus dicta de torque ferreo, vt tradatur creditoribus ad seruiendum pro debitis. Lege verò 8. additur si debitor, qui quouis horum modorum bonis cesserit, multos habeas creditores, & is, cui de iure est primò tradendus ad seruiendum, intra sex dies à puncto, in quo ad id fuerit requisitus, non postulauerit ac fecerit torquem apponi collo talis debitoris, vt sibi seruiat, tunc à iudice tradendus est is debitor sequenti creditori, & ita consequenter, quousque omnes percurrantur. Lege autem 9. sequenti subiungitur, qñ aliquis ob furtum fuit dãnatus, ac pœnã luit, locum habere cessionem bonorum pro debitis remanentibus ex eis furtis ijs, à quibus res illas furatus est nihil impediente, quod ea debita ortum habuerint ex delicto.

Qui ordo in debitis soluendis seruandus sit, & qui creditores quibus sint præponendi in solutione, & q̃, qñ creditores sunt personales, nullusque eorum ius prælationis hẽt supra alios, æqualiter proportione quadam, iuxta quantitatem debiti cuiusque, sit illius soluendũ, nihil impediente, q̃ inter eos quidam sint antiquiores alijs disp. 536. copiosè est explicatum. Quare, iuxta ordinem ibi explicatum, distribuendum est pretium bonorũ illius, qui bonis suis cedit, & consentit l. 2. tit. 15. par. 5. In hoc aũt Castellæ Regno, pro debitis remanentibus eodem ordine tradi debet debitor creditoribus, ad seruiendum, ita vt hypothecarij creditores, præponantur alijs, & inter hos præponantur, qui antiquiores, aut magis priuilegiatas habuerint hypothecas, & inter creditores personales, præponantur cæteris, qui ius habuerint prælationis. Quod ad cæteros verò personales creditores attinet, credo eum, qui prior fuerit tpe, præponendum esse cæteris, vt prius ei seruiat, & postea præponendos esse alios ordine tpis, antiquiores; qm̃ seruitium successiue exhibetur, & non est copia aliqua bonorum talis debitoris, quæ simul inter ipsos creditores distribui debeat, in quo euentu pro rata esset omnibus simul distribuẽda in eadem proportione, quam debita habuerint inter se, iuxta explicata disputatione citata.

Ex proxime dictis oritur eiusmodi dubium, Dubiũ
Cum vxor pro dote sua, & bonis suis paraphernalibus, habeat tacitam hypothecam in omnibus bonis mariti, & regulariter præferatur cæteris mariti creditoribus, vt disputatione citata
14 ostensum est, dubium † est, si vxor probet, maritum dissipasse eius dotem, aut etiam bona alia sua paraphernalia, atque se opponat pro eiusmodi bonis cæteris creditoribus mariti, qui bonis cessit, ac petat, vt sibi primo tradatur, vt sibi seruiat, quantum satis est ad compensandum totum, quod ipsi debet, an sit audienda. Quidam negant, quoniam vir caput est mulieris, nec decet eum illi seruire. Et quoniam vir non tenetur vxori, nisi quantum commode facere potest, ac proinde cogi non potest illi seruire pro debito. Contrarium verò affirmat Ant. Gom. 2. tom. var. res. Decis. 6. 11.

Digitized by Google

c.11.nu.53. Gutier. de iur.confir.par.1.c.18.nu. 7. qui dicit, se iam obtinuisse in quadam eiusmodi causa, & Bacca, quem Gutier. refert, ac Monterroso vbi supra tradendum modum formandi sententiam, quo ordine is, qui cessit bonis, seruire debet, vbi ait pronunciandum esse, vt vxori primo seruiat, & vt tempore, quo ei seruierit, & quo ei lucretur in recompensationem sui debiti, non debeat ferre torquem ferreum, idque in fauorem vxoris, & quoniam nō decet ignominiose illi seruire. Atque hæc sententia mihi probatur: qm vxor in recompensationem sui debiti, non debet esse peioris conditionis, quam cæteri creditoris, auferendo tm indecentiam in modo ei seruiendi, vt tanquā vxori ei seruiat, ac vtilis ei sit, non verò tanquam dominæ: id quod & vxor exiget, & erit vtile marito, vt interim à duriori, & magis ignominiosa seruitute liberetur. Et quoniam, licet vir nō teneatur vxori, nisi in quantum cōmode facere potuerit, id tm intelligendum est, qn res, solum agetur inter ipsum, & vxorem, & quando maritus non vellet plus ei soluere: secus autem quando, vt liberetur à maiori ignominia, & à durioribus creditoribus, volente id, & postulante vxore, in suum & mariti bonum, non renuit maritus eo modo ei soluere.

Vt sequens dubium expediamus, obserua. De-
15 bitum † pecuniarium, aut alterius rei externæ, duobus modis posse procedere ex delicto. Vno, tanquam damnum actori datum culpa rei, vt quia reus furatus est rem aliquam ab actore, aut quia segetes ei exussit, damnūve aliud ei dedit: debitū enim harū rerum, aut æstimationis earūdem ex delicto descendit, & debetur actori in exteriori, atque in conscię foro, nulla expectata sententia, tanquam interesse, ac bonum proprium actoris. Cum eiusmodi autem debito coniungere possumus, quod, licet ortum habuerit ex contractu, vt ex depositō, aut alio simili, atque adeò debeatur tanquam interesse, & bonum propriū actoris, admixtum tamē postea fuit delictū circa illud, vt quia denegari actori debitum illud iniuste cœpit, aut aliqua alia simili rōne. Altero modo debetur aliquid ex delicto, tanquam pœna iuste pro delicto imposita, quę quidem pœna aliquando applicatur fisco, aliquando vero parti offensę. Vt, quando furtum punitur pœna dupli, aut quadrupli, parti soluenda, in eo verò debito simplum, inclusum in tota pœna, est interesse actoris, ac debitum prioris generis, incrementum vero est debitum huius posterioris generis. Aut quando, qui iniuriam verbo, aut alia rōne, alicui intulit, solet puniri pecuniaria pœna pro ea iniuria soluenda. Hæc vero pœna, si ex parte sit compensatio damni in honore, aut fama, ꝙ manserit in affecto iniuria meo iudicio, sortitur ea ex parte rōnem debiti prioris generis: reliquum vero, ꝙ imponitur ratione delicti, ac culpæ rōnem habet debiti huius posterioris generis. Obserua deinde, iura statuere, qn alicui imponitur pœna pecuniaria, aut alterius boni externi, si reus non habeat, vnde soluat, conuertendam esse à iudice in pœnam corporalem. Sub ea comprehende pœnam exilij, & alias similes, quibus affligitur, ac punitur reus; nullum tamen externum bonum inde con-
16 sequitur fiscus, aut pars læsa. Conuertendam † verò esse pœnam pecuniariam in pœnam corporis, qn reus non habet, vnde soluat, hĕ expresse. l.1.§. vlt. ff. de pœn. l. si quis id quod ff. de iur.om.iud. l.vlt.ff.de in ius vocād. l.vlt. in fi. C. de sepul. viol. & c. finem litibus, de dolo, & contum. atque affirmant Bar. Pan. & communis doctorum sententia, quā referūt, ac sequuntur Couar. 2. var. res. c. 1. nu. 8. Greg. Lopez l. 4. tit. 15. par. 5. gl. penul. & Gutier. de iur. confir. c. 17 à nu. 22. Quæ quidem iura nō solum loquuntur, quando pœna fisco applicatur, in quo doctores omnes conueniunt, sed ĕt quādo applicatur parti, vt patet illa intuēti, immo verò. c. finem litibus, de dolo, & contum. satis innuere vĕ, locū habere in debito prioris generis ex duobus explicatis, quod tamen intelligendum est, qn actor consenserit, & non aliter, vt doctores communiter consentiunt, aut exponi debet caput illud, quando agitur de pœna mera, atque adeo de debito posterioris generis, vt caput illud exponit Couar. nu. 8. citato. Qui nu. 6. recte improbat sententiam eorum, qui affirmant, quod, quando cessio bonorum fit actu aliquo ignominioso, iuxta consuetudinem, & statuta aliquorū locorum, cedens bonis non teneatur deinceps ad debita, neq. in exteriori, neque in conscientiæ foro; quasi debita illa commutata iam sint in illam aliam, ignominiæ pœnam, nulla enim æquitas patitur, vt creditores inuiti priuentur iure ad sua debita, propter ignominiam illam, sed potius publica autoritate afficiuntur illa ignominia ij, qui bonis cedunt, saluis creditoribus ruribus suis, vt debitores timeant ad eum statum, aliis pernicioſum, venire. Doctores verò non consentiunt, vtrum, quando pœna pecuniaria parti applicatur, & debitor nō est soluendo, commutari ea pœna possit in pœnam corporalem sine consensu actoris partisve, cui applicatur. Panor. c. Odoardus de solut. nu. 5. & alij negant, sed dicunt expectandum esse, vt debitor ad pinguem fortunam veniat, ac illam parti soluat. Alij vero affirmanter respondent Dicendum verò arbitror, quo ad id præcise, ꝙ rationem habet pœnæ, pertinerque ad debitum posterioris generis, commutari posse in pœnam corporalem, ĕt inuita parte, cui applicatur, aut cui, iuxta iuris dispositionem, erat alioquin applicanda, qm iura id aperte docent, & quoniam, licet alioquin iura ex quadam æquitate statuant, vt pœna sit pecuniaria, & parti offensæ applicetur, contrarium tamen statuere potuerunt, præsertim quando reus ob inopiam soluere non posset pœnam pecuniariam, ne delicta manerent impunita, reique citius è carceribus liberantur. Quo ad id verò, quod in pœna includitur, & habet rationem compensationis damni dati, ac debiti prioris generis, arbitror, inuita parte, nec debere, nec posse commutari in pœnam corporalem; sed tradendi sunt tunc rei, vt seruiant, vel actoribus, vel alijs, quousque id debitum inde compensetur. Vnde non probo factum quorundam iudicium, quod Couar. in calce nu. 8. citati refert, qui vinctos, pro debitis nominibus priuatis ex delicto, damnant ad remigandum ad tempus in triremibus, vt ibi [illegible]

dicta

dium promereantur: nisi stipendium applicetur creditoribus, & illi simul iustè ea pœna puniantur pro culpa delicti, præcisa à damno alijs dato.

17 His ita†constitutus dubiũ est, vtrũ, pro debito proueniente ex delicto, locum habeat bonorum cessio. Greg. Lopez l.4.tit.15.par.5.gl.pen. ait, si debitum sit interesse parti offensæ debitum, locũ in eo debito habere cessionem bonorum: maleq; pro ea sñia citat Pan.c.Odoardus citato.nu.5. & alios. Licèt.n.hi autores affirment, interesse illud conuertẽdũ nõ esse in pœnã corporalẽ, si reus non sit soluẽdo, non tñ affirmãt in eo debito esse locũ cessioni bonorũ. Opinionẽ Greg. Lop. amplecti vñr Cou.nu.8.citato; & Gutie.vbi sup.n.27. eam similiter tribuẽtes Pan. & alijs, quibus Greg. Lop. illã tribuit. Cõsequenter Greg. Lop. Cou. & Gut. affirmãt, si clericus idẽ interesse ex delicto debeat locũ esse dispositioni.c.Odoardus, vt.s. solũ cõueniri possit, quantũ cõmodè facere possit, deducto, ne egeat, eamq; opinionẽ tribuunt Pan. Ioã. And. & alijs. Arbitror tñ dicẽdũ esse, stãdo in iure cõi, si debitum descendat ex delicto, ẽt si sit interesse parti debitũ, locũ nõ esse cessioni bonorũ quo ad illud: atq; in clerico, qui id dẽt, locũ nõ esse dispositioni c. Odoardus, sed cõueniri posse vltra id, ꝙ cõmodè facere possit, nõ relinquẽdo ei cõpetẽtia alimenta. Ita affirmat Pan.c.Odoardus nu.vlt. & affirmãt Iason, & Faber.§.vlt.Inst.de act. cõisq; doctorũ sñia, quã primo loco refert Cou.n.8. cit. & ita disponunt Lusit.ord.li.4.ti.52.§.pen. & li. 3.tit.89.§.pen. vbi exprimitur, id intelligẽdũ esse, ẽt de debito, ꝙ cũ ortũ habuerit ex cõtractu, circa illud tñ admixtũ est delictũ, vel postea ipsi progressu admiscetur: iura.n. cõia solis debitoribus merè ciuiliter, tribuũt eiusmodi priuilegia, nõ verò debitoribus, qui circa illa delictum miscẽt. In Regno tñ Castellæ.l.9.tit.16.li.5. nouæ collect. meritò sancitũ est, vt, esto debitũ sit ex delicto, si tñ præcisè sit interesse parti debitũ, locũ in eo habeat cessio bonorũ: id tñ tãquã exceptio à iure cõi disponitur, vt patet verba legis illius expendenti; neq; lex illa se extẽdit ad pœnã ob delictũ parti offensæ applicatam. Ita refert Cou. ex Repellano, longè antea sancitũ fuisse in Regno Galliæ. Fortasse aũt, facta extẽsione cessionis bonorum in his duobus Regnis ad debita ex delicto, quæ rõnem habẽt interesse, gaudebunt clerici in eisdẽ Regnis circa eadem debita priuilegio capitis Odoardus.

18 In hoc†Castellæ Regno l.5.ti.9.li.9. nouę collect. sancitũ est, vt cõductores reditũ regiorũ, ipsorũ fideiussores, atq; *abonadores*, quos vocãt, nõ possint cedere bonis pro debitis pretij conductionis illorũ, iurantq; se nõ cessuros bonis ob ea debita, neq, petituros relaxationẽ iuramẽti, nullamq; haberi volunt eam cessionem, esto, illam efficiãt.

In Lusitania, si aliquid Regi debeatur, ẽt si id debitum sit merè ciuile, non est locus cessioni bonorum. Ita habetur 4.lib.ord.tit.52.§.antepen. Item si debitor se recipiat in domibus nobiliũ, ne conueniatur circa debitum merè ciuile, & ne respondeat citationibus, cedere nõ permittitur bonis circa id debitum. Ita hẽ 3.lib.ord.tit.89.§.vlt.

In eodem Regno rectè, ad obuiandum malis, sancitum est, vt nullus debitor ex contractu cedere possit bonis, nisi prius probauerit, ipse contractus habuisse tot bona quibus secure poterat soluere creditori, restante verò posteà fortuna, absq; sua culpa, factum fuisse impotentẽ ad soluẽdum: aut nisi tempore cõtractus manifestasset creditoribus tenuitatẽ suorum bonorum, & quibus ea essent obligata. Ita habetur eodem tit.89. in princ.

Dubiũ postremò hac de re est, vtrũ renuncians
19 cessioni bonorũ, saltẽ cũ iuro, possit nihilominus cedere bonis in † iure euẽtib permissis. Cõis sñia, quã refert, nec reprobat, Cou.2.var.res.c.1.nu.7. refert ac sequitur Gut.de iur.cõfi.p.1.c.18. asseuerat, eũ, qui sine iuro renunciauit cessioni bonorũ, posse nihilominus bonis cedere in eã inclino, nõ quia contrariũ, esset perpetuo, carceri se obligare, ꝙ cũ libertate humana pugnat: qm̃ non sequitur ex eo, qđ quis nõ cedat bonis pro debito, ꝙ perpetuo carceri se obliget atque in eo debeat manere; cũ euenire possit, vt soluat, aut aliter à carcere liberetur: & qm̃ ante id priuilegiũ debitor is cõcessũ, atq; hodie in euẽtibus, in quibus à iure nõ permittitur cessio bonorũ, nihil in eõ, ꝙ bonis cedi non possit, cẽsetur intetuenire indebitè contra libertatẽ humanã. Legitima aũt rõ est, qm̃ in cõe bonũ, & quia reipublicæ expedit, concessum est id priuilegium ne homines, cum patuo, aut nullo, creditorũ emolumento, detineretur perpetuò carceribus, cẽsendũq; per epicheiã est, nõ ita fuisse cõcessũ, vt permitteretur ei renũciari; eo ꝙ perinde tũc haberet id priuilegiũ, ac si nõ esset cõcessũ: & qm̃ eadẽ indecẽtia, & veluti credulitas, est, vt debitor, facta renũciatione eius priuilegij, detineatur perpetuo in carcere, nõ vtendo eo priuilegio, quæ erat, si ei nõ esset renunciatũ ac similiter detineretur. Ex eo verò, ꝙ quis iuro se astrinxisset soluere debitũ, nõ impediretur, petere, eiq; cõcedi cessionẽ bonorũ, qm̃ soluẽdo nõ esset: qm̃ per eã cessionẽ aptior potius fieret debitor ad soluendũ debitũ, quã ineptior, & idcirco ea cessio nõ esset impedimẽtũ, ꝙ solueretur debitum. Qm̃ autem quis cum iuro renũciasset cessioni bonorũ, se astringendo ad eam nõ petendũ, tunc vtiq; cum in malum in se nõ sit, petere eã nõ posset, nisi ea de causa periclitaretur vita ipsius. In hoc tamen Castellæ Regno, transactis sex mensibus post debitum liquidum, quibus detineretur in carcere, eamq; non petere iudex ex præscripto legis 7.tit.16.lib. 5.nouæ collect. teneretur, ac deberet illam concedere, ac exequi: qm̃ renunciatio, ac iurum debitoris, nõ impedit vim ac dispositionem illius legis, quæ ortum non habet ex voluntate debitoris, sed principis, qui id statuit in commune bonum, etiã inuito, & reluctãte debitore, vt ex ea lege liquet.

## De restitutione in integrũ circa contractus, aut quasi contractus.

### DISPVT. DLXXIII.

### SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum quid.*
2 *Tẽpus minori ætatis, quo cõceditur, restitutio, quale.*

3 *Restitutionis in integrum beneficium cõceditur minoribus etiam quadriennio post vigesimum quintum annum completum.*

4 *Aetatis veniam ante vigesimumquintum annum impetrans, amittit beneficium restitutionis in integrum.*

5 *Minori inueniens se lęsum etiã ex facto tutoris, vel alterius administrantis eius bona hẽt in integrũ restitutionem; vel etiam agere potest ad intereße aduersus eundem tutorem, vel curatorem.*

6 *Restitutio in integrum non datur ex contractu, vel quasi nullo; sed agitur de nullitate ipsius.*

7 *Minor inueniens se læsum ex acceptatione hæreditatis sibi damnoße, vel repudiatione sibi lucroße, restituitur in integrum læsione probata.*

8 *Minor adoptatus, aut arrogatus habet idem beneficium restitutionis in integrum, quod minor legitimus, & naturalis.*

9 *Restitutio in integrum minori quibus casibus non concedatur. & num. 17.*

10 *Læsio quæcunque non sufficit minori ad obtinendũ beneficium restitutionis in integrum.*

11 *Minori conceditur in integrum restitutio, etiam si læsio consistat in lucro ei cessante.*

12 *Læsio per minorem probanda est, vt restitutio in integrum ei concedatur.*

13 *Minor læsus in contractu oneroso, quomodo restituatur.*

14 *Minor quo casu ex donatione per eum facta, non restituitur in integrum.*

15 *Minor mutuũ accipiens, læsumq; se inueniẽs, habet restitutionem in integrum, cum onere tãtum soluendi ex ea pecunia id, quod ex ea sit factus locupletior.*

16 *Minor læsus in renunciatione, seu permutatione beneficij ecclesiastici, habet in integrum restitutionem, etiam re non integra.*

18 *Beneficium restitutionis in integrum transit etiam ad hæredes minoris.*

19 *Minori an detur beneficium restitutionis in integrum etiam aduersus tertium possessorem.*

20 *Alcauala non restituitur, etiam si contractus per beneficium restitutionis in integrũ rescindatur.*

21 *Fideiussor minoris non liberatur per rescissionem contractus beneficio restitutionis in integrum.*

22 *Beneficium restitutionis in integrum, quibus modis peti potest. Et apud quem iudicem, & nu. 23.*

24 *Restitutio in integrum coram quo iudice peti possit; an loci contractus, an verò domicilij.*

25 *Ecclesia læsa ex contractu cum laico celebrato, corã quo iudice petere possit in integ. restitutionem.*

26 *Tutor, & alij legitimũ administrationem habẽtes, possunt pro his, quorũ bona administrant, petere restitutionem in integrum, etiam sine mandato.*
*Fallit in alijs, nisi habeant ad id speciale mandatũ, nu. 27. Et int ellige hoc, vt nu. 29.*

28 *Restitutionem in integrum solus pater petere potest sine mandato, non alij consanguinei.*

30 *Mandatum generale sufficit ad defendendum cõtra petentem restitutionem in integrum, sed ad eam petendum speciale reperitur.*

31 *Restitutionis beneficium competens minori, non prodest maiori, si res de qua agitur, sit diuidua, licèt pro indiuiso ad vtrumque spectet.*
*Sed quid si res est indiuidua, vt seruitus nu. 32.*

33 *Minor si maior factus ratificat, q̃ fecerat in minori ætate, amittit beneficium restitutionis in integ.*
*Idẽ si minor contractũ iuramento cõfirmauit. n. 34.*

SVpereſt dicamus de reſtitutione in integrũ circa contractus, aut quaſi contractus; q̃ ſolũ ad rẽ præſentem ſpectat. De reſtitutione enim in integrum circa iudicia, commodius dicetur tractatu quinto, vbi de iudiciorum ordine erit ſermo.

1 Eſt† verò reſtitutio in integrum remediũ, quo minor læſus ex equitate in priſtinũ ſtatũ, ac ius reſtituitur, & alij inſtar illius, quibus id iure reperit conceſsũ. Atq; beneficiũ hoc ex primaria ſua origine cõceſsũ eſt cuicunq; ſexus vtriuſq;, ſiue is filius familias ſit, ſiue nõ, qui ex cõtractu, aut quaſi contractu, tpe minoris ſuæ ætatis valdè (iuxta ea, quæ d. 224. & 261. copioſè dicta ſunt) celebrato, ſe inuenit notabiliter læſum pro tpe, quo celebratus fuit, ſiue per ipſummet minorẽ fuerit celebratus ſiue per ſuũ parentẽ, ſiue per ſuũ tutorẽ aut curatorẽ, & ſiue celebratus fuerit cũ iudicis decreto, ſiue nõ. Ita hĩ. l. 1. & ſequentibus. ff. de in integrũ reſt. l. 1. ſequentibus. ff. de minor. l. 1. & ſequẽtib. tit. 19. par. 6. l. ſi curatorem habens, & antecedentib. ac ſequẽtibus. C. de in integ. reſt. l. 1. l. ſiquidẽ, iuncta. l. 1. C. de prædi. minor. & l. vl. C. de fideiuſ. minor. in quibus iuribus ſermo eſt de alienatione decreto iudicijs, & reſtitutio in integrum conceditur minori læſo. l. etiam ſi parẽs, in princip. ff. de min. c. conſtitutus de in integr. reſt. vbi ſermo eſt de vẽditione facta à patre, conſentiẽtibus et filijs minoribus, & præcipitur, vt, ſi facta fuerit ſine requiſitis ſolẽnitatibus, quia nõ intercenit iudicis decretũ, pronũcietur nulla; ſi verò facta fuit interueniẽtibus ſolẽnitatibus requiſitis, & probet minores fuiſſe læſos, reſtituatur in integrũ: idẽ habetur alijs iuribus, dictũq; eſt duabus diſputationibus citatis, & conſentit cõis doctorũ ſnĩa. Sũt vero hæc omnia copioſus, ac dilucidius explicanda.

2 Atq;, vt à minori† ætate ordiamur, tẽpus minoris ætatis, quo ad hoc, & vt tutor, aut curator, minori detur, eſt tẽpus vſq; ad vigeſimum quintum annum expletũ. Ita habetur l. 1. §. vlti. ff. de minorib. & expreſſius l. 3. §. minorẽ. ff. eo. tit. vbi habetur, tps hoc cõputandum eſſe à puncto natiuitatis, vſq; ad punctum, in quo vltimo die cõpletur vigeſimus quintus annus: atque bis ſextiles annos cõputandos eſſe cum die, quẽ plus habent, quã reliqui anni. Sitñ quis naſcatur in vtrouis die, qui in anuo bis ſextili ſexto Kalen. Martij dicitur, tunc, cum dies vterq; pro vno reputetur, annus cõpletur ſexto Kalen. Martij anni ſequentis in eadem hota, ac puncto reſpondẽte diei, ac puncto, in quo natus fuit. Quæ omnia ſimiliter ſeruanda ſunt in computatione anni profeſſionis religioſorum, & in cõputandis annis, quibus finiũtur contractus, aut terminis, in quibus aliquid, iuxta contractus, eſt ſoluendum. Quod ſi vigeſimus quintus annus ætatis alicuius compleatur ſexto Kalendas Martij anni bis ſextilis, tunc cenſendum eſt cõpleri in die ſecundo, qui ſextus Kalendas

lendas Martij dicitur, in puncto horæ respondente puncto horæ diei anni, in quo natus fuit. Ratio autem est, quoniam vterque dies pro vno reputatur: & quoniam dies secundus est complemẽtum quatuor annorum præcedentium, quibus id deerat ad complementum circuli integri Solis per zodiacum. Quod idem seruandum est in alijs computationibus integrorum annorum.

3 Porrò remedium hoc, licet † comperat minoribus solum pro contractibus, aut quasi contractibus, celebratis tpe minoris ætatis, si in eis se inueniant læsos modo explicato, & fusius adhuc explicando, & non pro contractibus, aut quasi contractibus, celebratis postquã minorem ætatem sunt iam egressi, vt hĩ l. si minorem. C. de in integ. rest. l. 2. tit. 19. par. 6. resq; ex se est satis perspicua, qm̃ ea ratione remedium hoc appellatur minorũ; attamen implorare illud possunt, concediq; eis debet, non solum toto tpe, quo minores sunt, sed etiã quadriennio post, nempe vsque ad impletum vigesimum nonum annum suæ ætatis. Ita hĩ l. vlt. C. de tẽp. in integ. rest. l. 8. ti. 16. par. 6. & lib. 1. Lusi. ord. tit. 86. §. vlt. & affirmat cõis sñia, quã refert, ac sequitur Ant. Gom. 2. tom. vari. res. c. 14. nu. 7. Atque, si res sit dubia, num contractus celebratus fuerit intra tempus minoris ætatis, ad eũ, qui restitutionem petit, probare spectat, celebratum fuisse tempore minoris ætatis: si vera dubiũ sit, an tpe, quo restitutio petitur, transactum iam sit quadriẽnium vltra minorem ætatem ad eam petendã concessum, ad aduersarium, & non ad eum, qui illam petit, probare attinet, esse transactũ. Vtrumque hĩ l. si minorem, iuncta glo. vlt. C. de in integ. rest. & l. 2. tit. 19. par. 6. In eo tñ sensu quadriennũ illud vtile censetur concessum, quòd si ob aduersarij fraudem, vim, aut dolum, vel ob absentiam minoris, aut aliud iustum impedimentum, peti toto illo quadriennio, aut parte aliqua illius, restitutio non potuit, tunc ratio non est habenda tpis iusti illius impedimenti, supplendumq; est id tps vsq; ad quadriennium integrum, in quo toto nullum fuerit impedimentum ad restitutionem petẽdam. Idemq; intelligendum est de quadriennio concesso Ecclesiæ, & alijs, de quibus infra erit sermo, ad restitutionem in integrum petendam. Ita habetur l. vlt. §. vlt. C. de tẽporibus, in integ. rest. c. 1. & 2. de in integ. rest. li. 3. Lusi. ord. tit. 86. & vlt.

4 Quando † aliquis veniam ætatis ante vigesimũ quintum annum impetrauit, iuxta ea, quæ disp. 224. §. quo loco explicata sunt, tunc ei nõ conceditur beneficium restitutionis in integrum ex cõtractu, aut quasi contractu, celebrato post eam ætatis veniam obtentam: quoniam ab eo puncto perinde reputatur quo ad id beneficium, ac si maior esset. Et quamuis alienare non possit bona immobilia vsque ad vigesimum quintum suæ ætatis annum expletum sine iudicis decreto: si tamen cum iudicis decreto illa alienet post eam veniam obtentam, & ante expletum vigesimũ quintum suæ ætatis annum, non gaudet eo priuilegio quo ad eam alienationem. Si vero eam alienet sine iudicis decreto, cõtractus est ipso iure nullus, neque indiget beneficio restitutionis in integrũ. Quòd si ante veniã ętatis obtẽtam aliquẽ contractum, aut quasi contractum, celebrasset, ex quo esset læsus, beneficiumq; restitutionis in integrũ ad illud rescindendum ei inde competeret, tunc quadriennium, quod minoribus datur ad petendam restitutionem in integrum post vigesimum quintum suæ ætatis annum expletum, incipit ei currere à puncto veniæ ætatis obtentæ, vt hæc omnia disputat. 224. citata ostensa sunt, & constant ex l. 1. Cod. de ijs, qui ven. æta. impet. ex lib. 1. Lusit. ord. tit. 67. §. *Ex quibus* fol. 145. & lib. 3. titu. 87. §. 1. & 2.

Etiam si tutor, aut alius, quia administrationẽ bonorum minoris habeat, aliquid minoris, vigente necessitate, atque sinè sua culpa, bona fide vendat, aut aliter circa id disponat, si † tamen minor se inuenit ex ea venditione, aut dispositione læsum, conceditur ei restitutio in integrum. Ita habetur l. tutor vergentibus in princ. ff. de minoribus. Quando autem culpa tutoris, aut curatoris læsio minori in ea alienatione, aut dispositione, prouenisset, tunc electio est penes minorem, vt agat aduersus tutorem, aut curatorem, ad interesse, aut vt petat restitutionem in integrum aduersus eũ, cui res alienata est: neque ex eo, quod viam vnam eligat, prohiberur intentare aliam. l. cum etiam, & l. vlt. C. si tutor vel curator inter. l. intrà vtile. §. 1. ff. de minor. Si tamen minor vna via obtinuit, quod sibi debeatur, nõ potest id petere ab alio, vt rectè notat glo. 2. ca. monemus. 12. q. 2. agens de Ecclesia læsa comparatione prælati aut administratoris, qui sua culpa eam læsit. Tametsi rectè subiungat, quod si Ecclesia rem suam obtinuit ab eo, qui illam possidebat, beneficio restitutionis in integrum, aut alia ratione, agere poterit aduersus prælatum, aut aliũ, administratorem eorum bonorum, ad pœnam, & non ad interesse. Grego. Lopez. l. 2. citata glos. 2. ait, si minor egit ad interesse aduersus tutorem suum, aut curatorẽ, posse illi cedere ius, quo habet, vt agat aduersus possessorẽ beneficio restitutionis in integrum; modò tamen tutor, aut curator, solum fuerit in culpa alienando, non verò in dolo. Eum legito. Quòd si minor per procuratorem suum aliquid egisset, in quo esset læsus, tunc non competit ei restitutio in integrũ, nisi prius agat ad interesse aduersus procuratorem, isq; soluendo non sit: in subsidium enim, si soluendo procurator nõ sit, interesse, solũ conceditur in eo euentu minori restitutio in integrũ l. cum mãdato. ff. de minor. Glos. verb. audiri, rõnem tradit discriminis inter procuratorem minoris, & tutorem, ac curatorẽ. Idem dicendũ est de ijs, quos proxime subiungimus. Quòd dictum est toto hoc §. de minore læso comparatione sui tutoris, aut curatoris, similiter intelligendum est de Ecclesia comparatione sui prælati, aut alterius bonorum ipsius administratione se læsam inueniat: si enim culpa illius læsa sit, poterit aduersus illum, aut hæredes illius, agere ad interesse, vt glossa citata affirmat, & docent post eam Panor. c. 1. de in integ. rest. nume. 9. & Grego. Lopez vbi supra; aut agere poterit aduersus eum, cui alienatio fuit facta, benefi-



Digitized by Google

gio restitutionis in integrum. Idem, cum Ioãne de Platea, affirmat Greg. Lop. ibidem de fisco, ciuitate, aut alia communitate oppidi, qui se inuenisti læsi alienatione, aut alio contractu administratoris eorum bonorum communium, & consentit Panor. c. 1. citato. Hæ enim communitates (vt videbimus) gaudent etiam priuilegio restitutionis in integrum. In dictis toto hoc §. consentit, Greg. Lop. gl. 2. citata.

Dictum est supra; beneficium hoc concessum esse cuicunque, qui ex contractu, aut ex quasi contractu, tempore minoris ætatis valide celebrato, se
6 inuenit læsum: quoniam † si contractus ille, aut quasi contractus, inualidè sit celebratus, sitq; proinde nullus, non indiget hoc beneficio, neq; ei cõceditur, sed agit ex nullitate contractus, vel rei vẽdicatione, vel ad interesse, aut, si nihil ex sua parte exhibuit, tuetur se, vt nihil ipse exequutioni mandet, exceptione, quòd contractus nullus fuerit; vt si contractus alienationis rei immobilis factus fuit sine iudicis decreto, aut minor, curatorem habens, sine illius autoritate contractum celebrauit, & in alijs euentibus, in quibus contractus minoris est ipso iure nullus. Ita habetur l. 3. C. de in integ. rest. l. 2. C. de præd. minor, & lib. 3. Lusit. ord. tit. 86. §. 2. dictumq; est disp. 224.

Dictum etiam est, aut quasi contractu, qm̃, si
7 minor † se inueniat ex eo læsum, quòd hæreditatẽ sibi damnosam acceptauerit, in quo quasi contractus cum creditoribus, & legatarijs, defuncti cernitur, vt in calce disput. 553. explicatum est, aut in eo; quòd hæreditatem sibi vtilem, ac lucrosam repudiauerit etiã si cum autoritate curatoris id effecerit, restituitur in integrum l. ait prætor. §. non solum. 1. ver. sed etsi. l. & si sine. §. restitutus. l. quod si minor. §. Sceuola. ff. de minor. l. 1. & in authẽtica ibi subiuncta, & leg. 2. C. si minor. ab hæredi. se abstinuerit l. 7. tit. 19. par. 6. & alijs iuribus, q̃ Anto. Gom. 2. tom. var. res. c. 14. nu. 4. citat. Debet tñ probari læsio ex parte minoris, citandiq; sunt creditores defuncti, quando agitur de defesenda hæreditate acceptata: quòd si oẽs, aut quidam eorum, absentes sint, citari debent per proclama, & expectari spatio trium mensium, interimq; curator dari hæreditati debet per iudicem, qui de ea curet, & inuentarium conficiat. Ita habetur in authentica si omnes. C. si minor ab hæredit. se absti. in authẽtico vt sponsal. larg. §. ad hæc quoque, & l. 7. citata, & cum Bald. affirmat Maranta de ord. iud. parte 6. c. de citatione nu. 3. Gloss. in authentica citata ait, citandos etiam esse legatarios. Quod si aliquid de hæreditate imbecillitate minoris perijt, ita qđ inde non sit factus locupletior, ad id non tenetur minor, qui restituitur, sed perit hæreditati. Ita habetur l. ait Prætor. §. pen. in fin. ff. de minor. & affirmat glo. vlt. authentica citata, & cum ea Grego. Lop. l. 7. citata. Eodem etiam modo restituitur minor, si legatũ sibi vtile repudiet l. & si sine, in prin. ff. de minor. Eodem quoq; modo, si electio ex alliquib. rebus competat minori, vel ex testõ, vel alia aliqua ratione, & eligat ex sui facultate deteriorẽ, ita quod imprudenter tunc eam elegit, quàm non debebat eligere, quia prudentes illam tunc nõ elegissent, conceditur ei restitutio in integrum: secus autem, si tunc prudentes, indifferenter saltem, eã elegissent, sed posteà compertum fuisset, aliã fuisse vtiliorem, ac meliorem, vt ex dicendis magis patebit. Ita habetur l. & si sinè, in princ. ff. de min. & l. 5. tit. 19. par. 6. Idem cum Baldo meritò Anton. Gom. num. 4. citato ait esse, si aliqui diuidant aliquid cum minore, & minori committant, quã partem velit eligere: si. n. se inueniat læsum, modo explicato, conceditur ei restitutio in integrum. Si autem sortes bona fide mittantur, esto minori peior pars sorte contingat, non conceditur ei restitutio in integrum: quia non fuit læsus in pacto, & consensu, vt, sortes mitterentur, sed posteà casu euenit vt, contingente illum deteriori sorte, pars deterior ad ipsum attineret; cum euenire potuerit, vt pars melior ipsum contingeret.

8 Minor etiam † adoptatus, aut arrogatus, si postea inueniat se læsũ ex eo statu, quia malè ipsius bona administrantur, aut prauis imbuitur moribus, vel aliqua alia ratione, petere poterit, ac obtinebit restitutionem in integrum, leg. 3. §. si quis minor. ff. de minor. l. & si pubes. ff. de minor. ff. de adopt. & l. 5. tit. 19. part. 6. Si tamen aliquis minor viginti quinque annis, sed maior viginti, se vendat ad pretium participandum quia omnino statum amittit, amittendo libertatem, non conceditur ei restitutio in integrum, vt habetur leg. si ex
9 causa §. Papinianus. ff. de minor. Ex † ingressu autem minoris in religionem, quia is minor læsus non manet, non conceditur minori restitutio in integrum, vt Pano. c. ex par. num. 16. de rest. spol. adnotauit, & cũ Albe. & Guill. de Cuneo, Grego. Lopez leg. 5. citata glos. 1. ait, resque ex se est satis perspicua. In matrimonio item locum non habet restitutio in integ. eo q̃ matrimonium semel celebratum, indissolubile ex natura rei sit. Ita Cou. 1. var. res. c. 5. nu. 1. & 8. Ant. Gom. 2. tom. var. res. c. 14. nu. 2. & alij, quos citant: tametsi circa læsionẽ quo ad causam, seu litem, circa matrimoniũ, & quo ad dotem promissam, & alia cum matrimonio coniuncta, locum habeat restitutio in integrũ, vt ijdem doctores rectè affirmant.

Dictum item supra est, ex contractu pe minoris ætatis validè celebrato concedi minori restitutionem in integrum si se inueniat notabiliter læsũ:
10 quoniam † quamuis, vt restitutio ei concedatur, non requiratur enormis læsio; neq; quæ excedat æstimationem dimidij iusti pretij, seu valoris, sed satis sit longe minor, vt rectè expendit, ac probat Emman. Acosta, §. & quid si tantum par. 3. à nu. 76. non tñ sufficit quæcunq; minima læsio, sed requiritur, arbitrio prudentis iudicis notabilis, hoc est, quòd habita ratione rei, de qua agitur, nõ reputetur pro nihilo, aut ferè pro nihilo. Quò. n. cõtractus est maioris summæ, eò læsio, quæ pro nihilo, aut fere pro nihilo, sit reputanda, habebit maiorẽ latitudinem. Vt si contractus sit rei valoris mille aureorum, læsio in quatuor, sex, octo, decem, quindecim, aut viginti aureis, pro nihilo reputabitur: læsio tamen in decem aureis sufficiet ad petendam restitutionem in integrum, si contractus sit rei valoris centum aureorum. Ita habetur leg. scio. ff.

de in

de in integ.rest.& affirmant Pan.c.1. de in integ. rest.nu.8.& Cou.1.var.res.c.3.nu.11.vbi rem do cte,& prudenter expendit. Obserua tñ,in aliquibus euentibus particularibus,vt restitutio in integrum concedatur,requiri læsionẽ,non solum,quę non pro nihilo,aut,non fere pro nihilo,modo explicato, reputetur, sed etiã requiri grandem arbitrio prudentis. Nempe,qñ pignus iudiciale minoris publica autoritate diuenditum est, ad soluendum id,in quo minor est condemnatus: licet,n.postea minor restituatur aduersus sniam, sitq; ei restituenda pecunia soluta; nisi tamen ex venditione pignoris grande damnum sit secutum minori,non restituitur in integrum aduersus venditionẽ. Ita hĩ l.si ex causa,in princ.iuncta glos.vlt.ibi quæ ait,id esse peculiare in eo euentu.ff.de minor. Idem est, si res minoris ex quacunque alia causa necessaria legis authoritate vendatur, vt hĩ l.pen. ff.eo.tit.& affirmant Couar.vbi supra, & alij, peculiare id esse in ijs euentibus.

Illud † est obseruandum, cõcedi minori modo explicato læso restitutionẽ in integrum nõ solum si læsio consistat in damno minori ipsi emergẽte, sed ẽt si consistat in lucro ei cessante. Ita habetur l. ait prætor,§.vlt. ff.de minor. vbi Vlpianus sic ait. *Hodie certo iure vtimur, vt & in lucro minoribus succurratur.* Idem hĩ l.non oia.ff.eo.tit.& colligit apertè ex c.cõstitutus,de in integ.rest.affirmantq; Bar.& cõis doctorũ snia,q̃ Ant.Gom.2.tom.var. res.c.14.nu.1.refert,ac sequitur. Docte tñ Emmanuel Acosta.§.& quid si tãtum,par.2.a nu.49.pręsertim à nu.57.obseruat,restitutionem eius læsionis,quæ in dãno emergente cõsistit,esse magis privilegiatam,quam eam, quæ consistit in lucro cessante:eaq; de causa sine res, circa quam minor est restituendus,integra sit,siue non conceditur ei restitutio in integrum,quando læsio consistit in dãno emergente: quando verò consistit in lucro cessante,non conceditur restitutio in integrum,si res non sit integra ( quoad id,quod est distractũ,ẽt si pecunia aut aliquid aliud, sit inde comparatum, vt Panor.loco statim citando affirmat ) sed solum restituitur,si res sit integra. Atque hoc modo Emmanuel Acosta intelligit,docteque exponit, & cũ alijs iuribus conciliat leg.quod si minor. §.Scæuola.ff.de minor. Vbi sermo est de læsione minoris ex lucro cessante, & repellitur à restitutione in integrum,si hæreditas,quam repudiauit, eaq; de cã ad substitutum transiuit,integra nõ sit, sed distracta à substituto, qui multa vendidit, ac pecuniam ex illa comparauit: quo ad id enim, quod non est integrum,non restituitur: quam doctrinam prius tradiderat Panorm.c.ex part.num.15.de restitut. spol.vt idem Emmanuel Acosta ibidem num.62. admonuit,eamq; sequitur Couar.1.var.resol.c.5. num.2.

12 Ad eum, qui † restitutionem ex eo capite, petit,quòd,cum minor esset, fuit læsus probare spectat,tum minorem fuisse tempore,quo fuit læsus, tum etiam læsionem ipsam: alioquin restitutio ei non conceditur l.ait prætor.1.non solum.1.versi. mihi autem.l.verum. §.sciẽdum.ff.de minor.leg. nam & postea. §.si minor. ff.de iur.iur.l.si minorem,iuncta l minoribus.1. C.de in integ.rest.& l. 2.ac l.6.in fi.tit.19.par.6.affirmatq; cõis doctorũ snia,quam Ant.Gom. vbi supra in calce nu.5. refert,ac sequitur. Exceptionem vero,q̃ transactum sit quadriennium concessum vltra minorẽ ætatẽ ad petendã restitutionẽ in integrum,probare spectat ad aduersarium, qui illam opponit, vt habetur l. si minorem citata,& supra dictum est.

Si minor læsus fuit ex contractu vẽditionis permutationis,locationis, aut ex quocunque alio one
13 roso,distinguendũ est. Qm̃.† si læsio in eo fuit posita,ac probetur, quod non expediebat rem vẽdere,permutare,aut locare,&c. tunc restitutio in integrum competit,ac conceditur,ad rescindendum contractum,remq; repetendam, ac restituendum minorem ad statum,in quo ea in parte erat,anteq̃ contractus ille celebraretur, modo res minoris tãdita existat:aut,si ei datum est,quod non expediebat ipsum habere reddit,quòd accepit, & restituitur ei pretium. Si verò læsio solùm in eo fuit posita,ac probetur,quòd in pretio,seu valore, fuit læsus,ẽt si læsio non esset vltra,aut infra, dimidium iusti pretij, modò tamen non esset tam modica vt illius non esset habenda ratio,iuxta ea;quæ supra dicta sunt,tunc restituitur minor ad integrum valorem vsq; ad latitudinem infimi iusti;aut,si plus pretij ipse dedit,quam res valebat, redditur ei interementum vsq; ad limites iusti. Rõ aũt vtriusq; asserti est,qm̃ restitutio in integrum, solum resarcit lęsionẽ totam,non verò id,in quo is,q̃ restituitur,non est læsus. Vtrumque assertum patet ex l. si res.§.1.ff.de iur.dot.& vtrumque assertum affirmant gl.vlt.l.si quidem.C.de præd.minor. & cũ ea Bar.ibi,& Pan.c.cõstitutus de integ.rest.n.vlt. qui dicunt,qñ restitutio est solum ad quãtitatem pretij, quia solum in quantitate pretij fuit læsus minor,aut Ecclesia, tunc optionem esse penes emptorẽ,vel augere pretium vsq; ad limites iusti,vel restituere rem, & accipere pretium, rescindendo omnino contractum,quia fortè nollet à principio emere rem tanto pretio;eo modo, quo dispositum est, qñ quis emit rem infra dimidium iusti pretij suoque loco dictum est. Communem etiam doctorum sententiam hac de re refert, ac sequitur Ant. Gom. 2.tom.var.res.c.14.nu.1.corol.1.Consentit etiam in his Cou.1.var.res.c.3.num.14. in postrema editione. Quo loco obserua,si minor simul sit læsus in eo, quòd rem vendidit, aut permutauit,& in eo quòd eam vendiderit,aut permutauerit,infra dimidium iusti pretij, posse tunc indifferenter agere,vel remedio l.2. C.de rescind.vendit. vel remedio restitutionis in integrum. Cæterùm, si agat remedio l.2. in potestate emptoris erit, vel augere pretium,vel rescindere contractum,vt emptor ipse maluerit; si verò agat remedio restitutionis in integrum,poterit ipse indifferenter agere ad rescindendum contractum,& ad id cogere emptorem,vel agere,vt pretium augeat; si tamen ad hoc secũdum agat,in potestate emptoris, vt dictũ est, erit nolle augere pretium,sed velle rescindere contractum.

Si minor aliquid donauit, eo ipso in ea donatione censetur læsus, ac proinde petere poterit



Digitized by Google

14 restitutionem in integrum. Excipitur, nisi † ex iusta, rationabili, vel vtili causa, donauerit: vt si donatio sit remuneratoria, ac commensurata obsequijs, ac beneficijs receptis, aut sit sponsalitia largitas moderata, attenta qualitate personę, ac quantitate patrimonij & consuetudine regionis: ex his quippe, & similibus donationibus, non censetur minor læsus, ac proinde non conceditur ei restitutio in integrum, vt habetur l. 1. C. si aduersus donat. l. cum plures. §. cum tutor. ff. de admin. tut. & affirmat communis doctorum sñia, quam Anto. Gom. nu. 1. citato corol. 2, refert, ac sequitur.

Qñ aliquid solutũ est minori sine curatoris, ac iudicis autoritate, aut dũ sola curatoris autoritate vel cum cutatoris, & iudicis autoritate, quousque minori cõcedatur restitutio in integrũ, aut nõ concedatur, dictũ est disp. 224. à §. ex hactenus dictis,

15 Si minor † mutuũ accepit, læsumq; se inueniat ex illo, quia facilitate, aut culpa sua pecunia illa fuit perdita, aut malè consumpta, petere potest, ac obtinebit restitutionem in integrum soluendo solùm ex ea pecunia id, ꝙ ex ea fuerit factus locupletior. Quòd si id mutuum ab vsurario accepit, vsurario competit probare, quantum ex eo mutuo sit effectus locupletior, idq; solum pót ab eo repetere. Si verò mutuũ ab aliquo alio accepit, tunc minori incumbit probare, qđ non sit factus locupletior, sed læsus manserit, iuxta regulam generalem supra traditã, ac proinde, si non probauerit læsionem, cogetur soluere totũ. Item l. 1. & 2. C. si aduersus creditorem, iunctis glossis ibi l. patri §. 1. ff. de min. & affirmant Bart. & communis sñia, quã Ant. Gom. vbi supra nu. 2. corol. 5. refert, ac sequitur, dictumq; est in calce disp. 300.

Quæst. Vtrum autem, si in renunciatione, aut in permutatione beneficij Ecclesiastici, facta à minore

16 minor † inueniat se notabiliter læsum concedẽda ei sit restitutio in integrum, præsertim si res iam non sit integra, sed beneficium sit alteri collatũ. Multi negant, quos Couar. 1. var. res. c. 5. nu. 1. refert Couar. verò ibidem nu. 3. Emmanuel Acosta, §. & quid si tantum, par. 2. nu. 63. & alijs, quos citant, concedendam nihilominus censent. Qm̃ nõ est, cur læsio hæc minoris excludenda sit à regula iurium generali. Et qm̃ minor, ita læsus, non agit de læsione in lucro cessante, quæ proinde reparari non debeat re nõ integra, iuxta §. Scæuola citatũ, sed de læsione damni emergentis ex eo, quòd sua facilitate, & leuitate, se priuauit beneficio iã suo, effecta renunciatione, aut permutatione illa sibi nociua. Atq; in hanc sñiam propendeo. Meritò verò Couar. ibid. nu. vlt. asserit, in eiusmodi permutationibus inæqualibus quo ad valorem reditruum beneficiorum, locum non habere beneficium l. 2. C. de resc. vend. Qm̃ reditus, temporalia, vt emolumenta beneficijs annexa, vt annexa eis sunt, ratione sortiuntur spiritualium, quę vendi nõ possunt, & in quorum commutatione, & venditione, prout ita annexa sunt, locum habet simonia.

17 Denique † supra dictum est, minori cõcedi restitutionem in integrum ex contractu, aut quasi contractu, tempore minoris ætatis validè celebrato, si se inueniat notabiliter læsum pro tempore, quo celebratus fuit: qm̃ si, qñ fuit ac celebratus vtiliter, prudenter, spectatis circumstantijs tũc concurrentibus, fuit celebratus, qualiter quiuis maior prudens eum celebrare, aut certè consuleret tunc minori, vt eum celebraret, vtique, quamuis res posteà noxia eueniat, aut comperiatur, non cõceditur minori restitutio in integrum: quoniam tempore, quo celebratus fuit non fuit ex cõtractu, aut quasi contractu, læsus. Ita habetur expresè l. verum. §. sciendum, & §. vnde Marcellus. ff. de minor. vbi hĩ, quòd si minor emit seruum sibi necessarium, aut vtilem, & mortuus est, aut fugit, non cõceditur illi restitutio in integrum: quoniã læsio non fuit ex contractu, aut tempore cõtractus, sed ex casu superueniente. Item dicitur, si adiuit hæreditatem pinguem, & prædia casu fortuito periere, mancipia, ac greges, mortua sunt, non concedi minori postea renũciare illi hæreditatis beneficio restitutionis in integrum: quoniam læsus non fuit illam adeundo, temporeve additionis, sed postea casu fortuito. Consentit in his l. 6. in fine, titul. 19. par. 6. Hoc vero loco obserua, quando aliquid minori soluitur, aut mutuo datur, quoniam ea ipsa solutione aut mutuo læsioni, ac iacturæ exponitur propter eius facultatem, imperitiam, ac minorem ætatem, vtique læsio minori postea eueniens, vel ipsius facilitate, imprudentia, ac segni custodia, vel aliorum nequitia, reputatur data tanquam in causa, ea ipsa solutione minori facta, aut mutuo illi dato, ac proinde merito ex ea læsione, restitutio in integrum ei conceditur: atque ita cessat difficultas, quam hac de re excitat glos. verb. item restituitur. §. sciendum citato,

18 Beneficium † restitutionis in integrum non solum competit aduersus hæredes eius, contra quẽ ea restitutio datur, vt ex se est notissimum, sed etiã transit ad hæredes eius, cui id beneficium competebat, vt scilicet intra totum tempus, in quo ille, si viueret, poterat illud petere, possint ẽt id beneficiũ petere hæredes, seu successores vniuersales illius, ẽt si fideicommissarij sint: quia, n. beneficium illud non est merè personale, sed pp læsionẽ concessum certis personis, transit ad hæredes illius, esto non habeant qualitates, ob quas competebat iam defunctis. Ita habetur l. non solũ. ff. de in integr. rest. l. minor aut magistratus §. vlt. ff. de mino. & l. 8. in fi. tit. 19. par. 6. affirmatque cõis doctorũ sñia, quam Ant. Gom. vbi supra num. 6. refert, ac sequitur. Immo vero, si hæres illius, cui id beneficium competebat, minor etiam sit, aut legitimum aliud impedimentum habeat, vt absentiæ in militia, vel aliter causa reipublicæ, ob quod similiter, concederetur ei beneficium restitutionis in integrum, competit ei, vltra hoc totum tẽpus, in quo est minor, aut legitimè impeditus, totum tempus, quod defuncto competebat, vt verat idem beneficium restitutionis in integrum, quod defuncto cõpetebat. Ita habetur l. 1. 2. 3. & 4. ac per totum. C. de tempor. in integ. restit.

Vtrum autem restitutio in integrum concedatur aduersus tertium possessorem, vt si minor vendidit, aut aliter valide alienauit rem aliquam, seque inueniat notabiliter læsum, & is, qui rem à

minore

minore accipit, trāstulit eam in alium tertiū possessorem, venditione, aut aliquo alio titulo, vtrum
19 † tunc competat minori beneficium restitutionis in integrum aduersus tertium illum possessorem. Cui dubio per distinctionem est satisfaciendum. Qm̄, vel minor solum se inuenit læsū quo ad quātitatem pretij, vel quo ad rem ipsam, qm̄ sibi expediens erat, illam non alienare, eaq; de causa petit rescindi contractū, ac rem sibi restitui In hoc posteriori euentu sibi cōpetit beneficium restitutionis aduersus quemcunq; possessorem, apud quem res fuerit reperta. In priori vero, qñ possessor eam accepit, ignorans emptam, aut alio titulo acceptā fuisse à minore, non conceditur aduersus eum restitutio in integrum, nisi in subsidium primi, qui illā accepit à minore; quia videlicet, neque ille primus, neque hæres illius, sunt soluēdo, qđ deest ad integrum valorem illius: qñ enim, vel primus ille, vel hæredes illius, sunt soluendo, solū aduersus illos conceditur minori restitutio. Qñ autem vltimus possessor accepit rem sciens emptam, aut alio titulo acceptam à minore, tunc minor, aut hęredes illius, indifferenter possunt petere aduersus tertiū possessorem, vel aduersus primum, qui rem a minore accepit, aut aduersus hæredes illius, restitutionem in integrum. Hæc habentur l. in causæ. 1. §. interdum, & §. Pomp. ac. l. seq. ff. de minor. Lege tñ sed vbi, eod. titu. subiungitur, si minor petat, & obtineat restitutionē ab vltimo possessore, illū posse agere de euictione aduersum antecessorem ad interesse, & ita oriri quodam vsq; ad primū, qui eam à minore accepit. Hæc eadem affirmat cōmunis doctorum sñia, quam Ant. Gome. nu. 6. citato refert, ac sequitur, consentitq; Cou. 1. var. resol. c. 5. nu. 7. Tametsi, addat, in euentu, in quo minor agere pōt ad rem ipsam; si non multū sua referat, hīc potius rem, q̄ æstimationem illius, non esse cogendum tertium possessorem, qui rē emit, illā tradere, sed pretiū esse minori reddēdū à primo possessore. Ducitur l. 6 ex causa in princ. ff. de minor. Cæterū, vt supra dictū est lex illa loquitur peculiariter de pignorib. iudicialib. minoris, autoritate publica diuenditis, & statuit, in eō euentu si minor aduersus sñiam restituatur, contrāctū esse dēbere pro pignoribus, nisi multū sua interesset hīc pignora ipsa: illud est obseruandum vnum Lassarte de decim. vend. c. 14. a nu. 481 vsque ad 54. Qñ minor rē aliquam vendidit, atque se inuenit læsum, ita vt contractus sit rescindendus, tunc vtique, cum contractus venditionis à prin. fuerit validus, gabellæ iuso
20 quoque ad alcaualam † semel peti fecte cō parauerit, non tenetur illam sibi solutam reddere, esto cōtractus per restit. in integ. postea rescindatur. Atque, cum nunc vterq; contrahentium in suum principium restitui dēbeat; & in Castella Regno ad venditorem spectet soluere alcaualam, sanè minor reddere emptori tenetur integram pretium, quod pro re empta ei dedit; & minor rem suam accipiet ac proinde solus minor remanebit cū iactura alcauale solutæ. In Lusitania verò, cum dimidium tributi illius (quod in eo Regno Sysa appellāt) soluat emptor, & alterum dimidium venditor, vtique vterque cōtrahentium onerabit cum iactura dimidij eius tributi. Qñ autem minor beneficio restitutionis in integrum recuperat rem suam ab vltimo possessore, ad quem deuenerat interuentu multarum intermediarum empt. ac vendit. tunc, cū sem per anterior venditor teneatur ei, qui ab eo emit, de euictione ad integrum interesse, certè iactura omnium eiusmodi tributorum illarum omnium venditionum tam in Lusitania, quàm in Castella, spectabit ad primum venditorem, qui rē, a minore deriuatam, cœpit primo alijs vendere, vt rectè Lassarte nu. 54. citato resoluit.

Ex eo verò, quod minori restitutio in integrū
21 concedatur, si fideiussorem † adhibuit in assecutionem contractus, non manet liber fideiussor, sed tenetur loco minoris ad id, quod minori restituitur, aut ad interesse creditori. Ratio autem est, quoniam restitutio in integrum locum nō habet, nisi qñ contractus erat validus, & ex illo consurrexerat obligatio, quæ eliditur ope restitutionis in integrum: fideiussor verò obligauit se loco minoris, quod obligatio illa firma maneret, staretutque contractui, alioquin ipse solueret loco minoris: at verò restitutio in integrum est priuilegium personale minoris, competens ei, & successoribus illius vniuersalibus loco, & nomine ipsius, non verò fideiussori. Neque item minor tenetur fideiussori ad id, quod loco ipsius soluerit, actione mandati: quoniā similiter restituitur in integrum aduersus eā obligationē, qua ex mandato ei tenebatur; eo q̄ similiter ex eo mandato sit læsus. Ita ex his fundamentis hł l. in causa 1. in prin. ff. de min. l. 2. C. de fideiuss. min. & l. 5. in fin. tit. 19. par. 6. & affirmat communis doctorum sententia, quam Ant. Gome. vbi supra nu. 9. refert, ac sequitur.

Quousq; aduersus minorem præscriptio locū habeat, aut non disp. 78. & 79. dictum est. Quousque etiam locum habeat restitutio in integrū aduersus præscriptionem completam tempore minoris ætatis, aut completam aduersus Ecclesiam, eosque, qui priuilegio gaudent minoris, itemque quousq; maioribus restitutio in integrum concedatur ex iusta, & rationabili causa, disp 80. copiosè est explicatum: quare non est, cur de his rebus iterum sermonem hoc loco faciamus.

22 Beneficiū † restitutionis in integrum peti pōt. Primo directè, id exigendo à iudice, & probando, quæ ad id supra dicta sunt esse probanda, citata ad id parte, aduersus quàm id beneficium petitur. Potest etiam secundo peti incidenter per modum exceptionis. Vt si quis agat aduersus minorem ex aliquo contractu, in quo sit læsus, excipiendo, se esse læsum ex eo contractu tēpore suæ minoris ætatis, petereque restitutionem in integrum. Hæc tamen exceptio non longiori tempore opponi potest, quam iuxta superius dicta peti directè possit restitutio in integrum: quoniam exceptio tunc solum est perpetua, quando nō oritur ex actione, quam quis certo solum tempore possit intentare: hæc verò oritur, & coniuncta est cum iure ad petendam restitutionem in integrum, ac proinde non plus durat, quàm quadriennio post minorem ætatem, in quo solum tempore, potest peti restitutio in integrum. Hæc Ant. Gom. c. 14. citato nu. 8.



Digitized by Google

cum communi doctorum sententia, quam refert,

23 Interrogabis † verò, apud quam iudicem restitutio in integrũ petenda sit. Lex. 2. C. vbi & apud quem cognitio in integ. rest. &c. definit, petẽdam esse apud iudicem eius contra quem petitur, quasi petens actor sit, & is, aduersus quem petitur, reus, atque ita iuxta regulam generalem actor forum rei sequi debeat. Lex 8. titul. 19. ait, petendam esse *delãte del iuz gador ordinario del lugar*, vbi Greg. Lop. intelligendum exponit de iudice rei, & non

Quæst. actoris, iuxta l. 2. citatam. Continuò autẽ quærit, vtrum in loco, in quo factus est cõtractus, qñ reus ibi non hẽt domicilium, possit minor, læsus circa

24 eũ contractũ petere † restitutionẽ in integrũm coram iudice eius loci, si ibi reus, contra quẽ est petenda, reperiatur. Et cũ Baldo, Guil. à Cuneo, Paul. Cast. negantes respondet: qñ licèt in loco contractus possit quis conueniri, esto ibi non hẽat domicilium, id tñ solum hẽt locũ, ad agendũ ex eo contractu, non verò ad contractũ rescindendũ: & idẽ affirmant Iason, & Decius à Cou. 1. var. reso. c. 4,

Decis. nu. 1, relati. Contrariũ tñ affirmat Cou. ibid. cum Bar. & alijs, quos citat. Etenim iudex ille ordinarius est, & verius tunc iudex eius contractus: neq; reddi põt congrua rõ, cur iudex ordinarius sit, vt agatur coram ipso ex eo contractu, & non vt is restitutionem petat, qui eo est læsus, iusque ad eam petẽdam hẽt. Lex aũt 2. citata, si remittit minorẽ, vt restitutionẽ petat corã iudice ordinario territorij rei docet, qđ ordinariæ fieri debet, neque loquitur, qñ contractus celebratus fuit in alio loco, & is, aduersus quem restitutio est petenda, reperitur cum actore in loco, in quo contractus.

Addit Greg. Lop. causam restitutionis in integrum, posse in particulari delegari à principe, & à iudice ordinario domicilij rei. Item addit, restitutionem in integrum peti posse coram iudice delegato ad vniuersitatem causarum à iudice ordinario domicilij rei. Itemq; à iudice delegato ad vnã tantum causam posse incident repeti restitutionẽ in integrũ, si, qui illã petit, lædatur in aliquo actu circa illã cãm, quia id est incidenter illam petere, vt cum Paulo Castrensi affirmat, & ea oĩa sancita sunt l. vltim. C. vbi & apud quem cog. rest. in integ. De iudicibus verò ordinarijs non habentibus certũ territoriũ iurisdictionis, vt sunt iudices vniuersitatum Scholasticorum, & iudices ordinarij concessi aliquib. religionibus, ait Greg. Lop. cum Paulo Castrensi, eos non posse restituere in integrum, iuxta l. vlt. citatam. Si tñ lex illa expẽdatur, sanè non denegat eiusmodi iudicibus restituere in integrum; id tñ denegat delegatis ab eis. Item iudices arbitri restituere non possunt in integrũ, vt eadem lege hr: tametsi gl. ibi dicat, compromitti in eis posse, vt iudicent, an sit restituendũ in integrum, quod Bar. Salyc. & alij probant: Bal. verò reprobat. Iudices item pedanei, quales sunt vicarij Episcopi particularium locorum, & iudices oppidorum particularium, ad quæ iudices non mittuntur, qui tribunal ibi habeant, restituere nõ possunt in integrum, vt eadem lege habetur.

Quæst. Dubiũ est, si Ecclesia se læsam inueniat ex con-

25 tractu celebrato cum laico, vtrũ petere possit † restitutionem in integrũ coram iudice Ecclesiastico, an verò solum corã iudice seculari laico, sequẽdo iuxta regulã gñalem, forum rei. Inno. c. cum sit generale de foro competenti. Panor. c. 1. de in integ. rest. nu. 18. Maranta de ordine iudi. part. 4. distinct. 11. nu. 16. Greg. Lop. l. vlt. gl. 1. tit. 19. par. 6. & cõis sententia, quam Couar. 1. var. res. c. 4. nu. 2. refert asseuerant, Ecclesiam petere tũc posse restitutionem in integrum, etiam coram iudice Ecclesiastico proprio Ecclesiæ, quæ illud petit, idque esse priuilegiũ peculiare Ecclesiæ. Et eodẽ modo dicunt posse agere coram iudice Ecclesiastico de nullitate contractus cum laico ab ea celebrato. Id suadet c. 1. de integ. rest. & multo apertius probat c. pen. de reb. Eccl. non alien. Vbi, cum monasterium quoddam enormiter esset læsum ex contractu cum laico restitui, præcipitur in integrum per iudicem Ecclesiasticum Couar. ibidem renuit cõi sniæ consentire, dicens, posse dici iudicem Ecclesiasticum in c. penult. citato, fuisse etiam iudicẽ illius laici, eo quòd prouincia illa subiecta esset domino temporali Ecclesiæ: tametsi subiungat, facilè posse dici, se diuinare. Non arbitror discedendũ esse à cõi sententia vsu illorum duorum capitum comprobata. Illud verò probo, quod Couar. subiungit, nempe priuilegium illud non esse extẽdendum ad bona personarum Ecclesiasticarum atq; adeo ad contractus, quos personæ Ecclesiasticę de bonis ad se attinentibus celebrauerint: in eis enim contractibus, si minores sint, ac restitutionẽ in integrum petant, sequi debent forum rei sed solum priuilegium illud habere locum in bonis proprijs Ecclesiarum, qualia erant, de quibus duobus capitibus citatis est sermo.

Vtrum autem vnus petere possit restitutionem in integrum pro alio. Dicendum est tutorem, cu- Dubiũ

26 ratorem, prælatum † œconomum hospitalis, aut similis alterius rei, & vniuersim habẽtes legitimã Decisi. administrationem alienorum bonorum, posse pro illis, quorum bona administrant, petere restitutionẽ in integrum sine alio mandato: qñ ex munere proprio id ipsis incumbit. Inter hos autẽ numeratur administrantem bona filij: aduentitia. Ita cum Inno, & alijs Pan. c. 6. suscitata n. 6. de in integ. rest. & Cou. 1. var. reso. l. c. 6. nu. vlt. argõ l. si actor. C. de appell. qua in lege procurator minoris põt sine alio mandato appellare à sniã lata contra minorem, & eadem rõne petere restitutionem in integrum, cum non plus requiratur mandatũ ad vnum, quam ad aliud eademq; est ratio de reliqs habentibus administrationem rerum alienarum. Confirmatur, quia hi oĩa sine alio mandato, iurãt de calumnia pro iis, quorum bona administrant, vt habetur l. 2. §. quod obseruari. C. de iureiur. pp calum. & l. 24. tit. 11. par. 3. Eadem sententia colligitur, sunt potius constat aperte ex l. vlt. titul. 19. par. 6. ibi, *onde los que an en poder*.

27 Quando aliquis non est ita legitimus administrator bonorum alicuius, cui restitutio in integrum competit, non potest petere restitutionẽ pro illo, nisi ad id habeat speciale mandatum, neque sufficit generale mandatũ ad omnes suas causas, & negotia. Ita habetur l. illud. §. vlt. ff. de minor.

Habet

Habet autē id verum, ēt si detur mandatū gñale ad oēs suas causas, & negotia, & addatur clausula, ēt si speciale mandatū requirant, vt hī c. qui ad agendū, & c. q generale, de procu. lib. 6. Quibus aūt clausulis appositis, censeretur ad id concessū speciale mandatū, esto nulla mentio in particulari facta esset de restōne in integrū, dic vt de facultate ad transigendū (quæ ēt requirit speciale mādatum) dispu. 557. §. vlt. dictū est. Admonet verò recte Couar. c. 6. citato num. 2. cum Bart. Innoc. Panor. c. coram de rest. in integ. n. 6. vbi optime loquitur: & cū cōi doctorum sniā, vt procurator, aut mādatarius, petere possit restōnē in integrum in quacunq; causa, aut negotio, in particulari mandantis, satis esse si habeat ab eo mandatū in genere ad petendā loco illius restōnē in integrū, neq; esse opus, vt exprimat cām, aut negotiū, in singulari, nec item psonas, aduersus quas restō peti debeat. Neq; esse patē tōnem de mandato patris filio, vt adire possit hæreditatem. Ne. n. ex additione nocumentū filio obueniat, necesse est, vt pater hēditatē agnoscat in singulari, & circa eā in singulari mādatū filio det: idē vbi supra dicit esse Panor. vniuersim, qñ ad aliquid requiritur speciale mandatū, & ex eo, quod res nō exprimatur in particulari, imminet detrimentū, intellige alicui tertio: ex restōne verò in integrum raro, aut nunquā, obuenire ei pōt nocumentum, cui peteretur. Neque itē esse patem tōnem, quod, ad iurandū de calumnia loco mādantis, accipere ab eo debeat procurator mandatum de cā in singulari, eò qđ alioquin facile interuenire posset periurium noīe mandantis: quod tñ nō cernitur in mandato in genere ad petendā restōnem in integrum loco mandantis. Couar. cum Cassiodoro ibidem vult, si q s habeat mandatum ad agendum, defendendum, & supplicandum, posse admitti ad petendam restitutionē in integrum loco mandantis; qa, inquit, satis est si tacite sub generali verborum serie mādatum speciale significetur. Videntur autē Cassiodorus, & Cou. censere, in illo verbo, ad supplicandū, mandatū speciale ad petendam restōnem in integrum significari: nā sub illis alijs, ad agēdum, & defendendū, manifeste hī c. quis ad agēdum de procu. li. 6. non cōpræhendi, nec significari. Ego verò ea de re non sum certus. Quare in eo euentu, tanq̄ in re dubia, an procurator illo censeretur habere mandatum speciale ad petēdam restōnem in integrū? admitti posset ad illā petendā cum cautione, quod mandans id ratum habebit; quod in euētu dubio præcipitur faciendū l. quod si de speciali in prin. ff. de minor. & notant Panor. ea cōrā citato, nu. 6. & Couar. vbi sup. nu. 4. Ex eo verò, quod procuratori mādatum generale detur, cū clausulā de rato habēdo quodcunq; gesserit, non censetur trādita ei facultas ad ea, quę mandatū speciale requirunt, vt cū gl. Accursij. l. si procuratorem absentē. ff. de procur. & cōi doctorum sententia, Coua. nu. 4. citato affirmat. Ea. n. clausula solum operatur. vt procurator minime teneatur cauere de iudicato soluendo, tametsi alioquin eam cautionem præstare teneretur, etiam si de mandato constaret l. 1. C. de satisdando.

Quamuis consanguinei vsq; ad quartū gradū, p̄stita cautione de rato, agere possint ea cōsanguinei absentis, ad q̄ gñale illius mandatum sufficit, vt hī l. sed & hæc, in princ. ff. de procu. & l. 10. tit. 28 5. par. 5. restōnem † tñ in integrū solus pater pōt petere, non verò reliqui consanguinei, vt expresse hī l. patri pro filio. ff. de minor. nisi minor prodigus, aut amens esset, & haberet cōsanguineos curatores suos: tunc. n. petere possent restitutionē in integrum loco illius, vt ibidē habetur, & ex dictis supra est manifestū. Ita Couar. vbi sup. nu. 5. cum cōi doctorum sniā, quæ idem regulariter intelligendum esse asserit in reliquis rebus, quæ speciale mandatum requirunt. Non obstat. c. constitutus de in integ. rest. vbi frater ad restōnem in integrū alteri fratri obtinendā admissus est. Præterimissis enim alijs responsionibus Couar. & aliorum, quę sane minime satisfaciūt, legitima profecto est. Qđ ibi, non solū frater ille consors erat litis, sed etiam pro seipso restitutionē petebat, eo quod ipse cum suo fratre tempore suæ minoris ætatis læsus fuerat eo contractu: quare cū suam causam ageret, eamque individuam cum causa fratris, & beneficiū sibi cōmune cum fratre in eadē numero repeteret, concedi vtiq; ei debuit: neq; profecto contrarium in hoc euentu intendunt iura citata. Et fortè speciale habuit mandatum à suo fratre, vt causam, vtrique communem, eo modo ageret.

29 Quæ † dicta sunt de speciali mandato necessario ad restōnem in integrum alteri petēdā, intelligenda sunt, qñ principaliter petitur, secus verò qñ petitur incidenter circa causam, aut circa aliqua, q̄ contingunt in causa, ad quā aliquis habet mandatum, licet non in particulari ad petendum restitutionē circa illa, aut circa contingentia in illa: qui. n. mandatū habet ad aliquam cām, eo ipso censetur illud habere ad incidentia in illa. Sicut ēt iudex, qui directo, & principaliter nō pōt cognoscere de restitutione in integrū, eam ve concedere, pōt cognoscere de restōne in integrum circa incidentia in causa sibi cōmissa, eamque concedere, vt supra dictum est. Ita, iuxta c. suscitata, de in integ. rest. & alia iura gloss. ibi Panor. & cōis doctorum sniā, quā Couar. 1. var. rel. c. 6. n. 1. refert, ac sequitur. Portò, quicquid quidā in contrariū dixerint, vt tandem ait Panor. & cum alijs affirmat Coua. vbi supra, interim dum causa principalis perseuerat potest eiusmodi procurator petere restitutionem in integrum, ēt circa sentētias interloquutorias, quæ trāsierint in rem iudicatam, eò quod cōgruo tempore non fuerit ab eis appellatū: qm̄ adhuc censetur hīe mandatū ad oīa, quæ ad eam causam spectant. Circa sententiam autem definitiuā causæ principalis, potest petere restitutionem in integrum, interim dum perseuerat tempus, ad appellandum ab ea, concessum: eo verò elapso, quia iam censetur finita causa, ob quam habebat mandatum, non potest petere restitutionem in integrum sine nouo particulari ad id mandato.

Licet ad petendā restōnem in integrū, eamque prosequendā, mandatū speciale, mō explicato, re-
30 quirat; ad † defendendū tñ eū, aduersus quē ea petitur, sufficit mandatū gñale, vt Panor. c. suscitata

citato,

Digitized by Google

citato,& alij,quos Cou.vbi sup.n.vlt.refert, ac sequitur, recte affirmãt resq; ex se est satis ꝓspicua. Quando duo,aut plures,habẽt rem,vel cãm communem,quorũ vnus sit maior,& alter minor(idẽ dic,qñ vni aliqua alia rõne competit restitutio in
31 integrum,& alteri non)tunc,si minori† sit cõcessa restitutio in integrum, & res,de qua agitur, est diuidua,nõ prodest alteri ea restitutio,ẽt si pro indiuiso res illa ad vtrũque attineret. Ita hĩ expresse l.vnic.C.si in cõi eademq; causa. Lege iura alia,q̃ Gama decis.263.nu.1.cit. Quando autem est indiuidua,vt seruitus in alieno prędio, gl.vlt.l.citata, & cũ ea Paulus Castrensis, voluerunt, restitu-
32 tionem† factam minori,prodesse ẽt maiori,argumento l.si in cõe,in princ.ff.quemad.seruit.amit. vbi hĩ,si seruitus cõis alicui cũ pupillo,nõ prescribatur aduersus pupillum,qa interim,dum est pupillus, locum nõ habeat aduersus eũ præscriptio, neq; ẽt perscribitur per non vsum illius aduersus alterum. Item argumento l. loci corpus.§.si fundus.ff.si seruit.vend.vbi hĩ,si fundus,cui seruitus debetur,plurium sit,cõpetere vnicuique in solidũ actionẽ ad eã seruitutem. Ant.vero Gom.2.tom. var.res.c.14.n.10.contrarium cum Bar. & cõmuni sñia,quam refert,affirmat.Qm̃,inquit,licet minori,qui seruitutem habebat, sibi cõem cum alijs in aliquo prędio,& illam cum illis remisit,si restituatur in integrum, integra seruitus restituatur, cæteri tñ qui illam remiserunt,repellentur ab vsu illius,argumento l. per fundum. ff.de seruit.rust. præd. Dicerem, attendendum esse,an id,ad quod minor restituitur, ita penderet à consensu ipsius, vt sine eo consensu, tota concessio, totiusve contractus esset nullus,& tunc restitutio minoris aduersus suum consensum,seu contractum, prodesset alijs, eò quod reliqui consensus soli nihil efficere potuerunt. Atq; hac rõne lib.3.Lusit.ord.tit.87. §.4. definitur, in contractibus, qui iure Lusitano nulli sunt,nisi interueniat cõsensus vtriusq; cõiugis,si vnus eorũ sit maior,& alter minor, contractusque consensu vtriusque sit celebratus,& vnus coniugum,qui minor est,in integrum restituatur aduersus eum contractum ratione minoris ętatis, eam restõnem prodesse alteri quia sine consensu eius, qui per restõnem in integrum resoluitur, & annullatur, cõtractus totus corruit, & quo ad nihil hẽt firmitatẽ. Consentit l.per fundum citata, vbi hĩ,quia ius seruitutis in terris per fundũ multis,cõem,pendet ex concessione omniũ, esto multi eorum eam concedant, interim tñ dum aliquis eorum eam non concedit, non esse comparatam seruitutem,vltimumque cõsensum anteriores oẽs consensus confirmare, & illis tribuere vim,eò qđ sine vltimo nõ sufficiant,esto,postq̃ præstiti sũt. qui illos dederunt, repugnare non posse illi sint seruituti: vnde constat,qđ,si oẽs consensissent,& vnus eorũ restitueretur in integrum aduersus snũ consensum,desineret oĩno seruitus,etiam comparatione cæterorum,quorum consensus,vt vim ad eam constituendam haberent, à consensu huius pendebant,atque adeò restõ illa cæteris prodesset. Si ergo multi essent dñi vnius prędij,cui alterum prædium deberet seruitutem aliq̃,tunc,si oẽs domini p̃dij, cui seruitus debebatur, illam remisissent,vel gratis,vel pretio,& vnus eorum postea in integrũ restitueretur aduersus eam remissionem, distinguendum est.Quia,si p̃dium,cuius erãt domini,erat aliquo modo diuiduũ,tunc, esto ꝓ indiuiso ab illis dñis possideretur,diuidi prædiũ illud debebat in tot partes, quot erant dñi, solique parti,quæ eum contingeret, qui restitueretur, deberetur deinceps tota illa seruitus, non vero reliquis partibus,vt Bart. Ant.Gom.& alij affirmãt, ac proinde restõ illa nõ prodesset cæteris. Si verò erat oĩno indiuiduũ,tunc restitutio illa oĩb. prodesset,tenebunturque reddere pretiũ,si qđ pro remissione seruitutis illius accipere. Aduersus hanc nostram sñiam,nihil pugnat.l.si cõmunem citata:qa ibi sermo est de ꝓscriptione seruitutis indiuiduæ, cõmunis duobus, quæ,si non præscribitur aduersus vnum eorũ,sed salua manet,neq; prescribitur aduersus alterum: vsus.n.cuiusque illorum duorum, sufficeret ad interrumpendam præscriptionem per non vsum comparatione vtriusque, Neque item pugnat lex,si fundus, citata: quoniam, quod cuique eorum actio ad eam seruitutem competat,ideò est, quoniã est indiuidua,ibi verò subiungitur,interesse ad illam esse diuiduum.

33 Si minor, postq̃† maior est effectus,confirmet, qđ fecerat rpe minoris ætatis, pro quo sibi competebat bñficium restõnis in integrũ,exinde amittit circa illud beneficiũ restõnis;quia à rpe eius confirmationis,aut ratificationis, censetur id factum à maiore,vereque à maiore est iam effectum. Qua ẽt rõne,si res minoris immobilis alienata fuit sine iudicis decreto,ac proinde contractus non valuit, & postq̃ est effectus maior, confirmet, ratamve habeat eam alienationẽ, valida ex tunc efficitur. Excipe in vtroque euentu, nisi dolus interuenisset,maiorque,dum contractũ, aut alienationem, ratam haberet,ac confirmaret, dolum ignoraret. Hæc hãr l.1.& 2.C.si maior iã factus ratũ habuerit,& affirmãt cõis sñia, quã Ant. Gom.vbi sup. nu.11.refert,ac sequitur.Si tamen lęsio esset vltra dimidium iusti pretij, adhuc competeret remedium.l.2.C.de res.vend. quod maioribus conceditur,vt Ant.Gom.vbi supra rectè subiungit.

34 Si minor alienationẽ,† aut cõtractũ,ratõ confirmauit,tunc, esto bonũ immobile fuerit alienatũ sine iudicis decreto,valet alienatio,aut contractus,neq; locũ hẽt restõ in integrũ,nisi in læsione interuenisset iniustitia: & tunc,obtenta prius relaxatione iuramẽti, præcise ad effectũ, vt contractus ad limites iusti reduceretur, inta ea, quæ disput.149.& duabus sequentibus dicta sunt.

## Qui alij beneficio restitutionis in integrum gaudeant.

### DISPVTATIO DLXXIIII.

### SVMMARIVM.

1 *Ecclesia an instar minoris aduersus eius contractum habeat, quadriennium ad petendam in integr. restitut.*

Quod

*Quod ampliatur ēt in hoſpitalibus, & alijs pijs locis, qui ſub nomine eccleſiæ cōprehenduntur. nu. 2.*
*Fallit tamē in aliquibus euētibus, vt etiam vltrà quadriennium, habeat beneficium reſtitutionis. nu. 3.*
*Idē in republica, & milite, et alijs ſimilibus vt n. 4. 5.*

ECcleſia, inſtar minoris, gaudet ēt priuilegio reſtitutionis in integrū; quia tñ nō eſt minor, ſemperq; eſt in eodē ſtatu, ſolū gaudet eo priuilegio quadriēnio à celebrato cōtractu, aut quaſi cōtractu, læſioneve accepta, ſicut minor gaudet eo priuilegio quadriēnio, poſtq̄ explenit vigeſimum quintū ſuæ ætatis annū, vſq; ad annū vigeſimum
1 nonū. Etq; eodē † modo quadrienniū hoc vtile cōparatione Eccleſiæ, quo quadrienniū minoris vtile eſſe, diſputatione præcedente explicatū eſt. Qđ idē intelligendū eſt de cæteris, quibus bñficiū reſtitutionis in integrum competit, vt ibidē dictum eſt, & cōſtat ex l. vlt. C. de temp. in integ. reſt. Eccleſiam gaudere hoc priuilegio quadrienno illo, cōſtat ex c. 1. de in integ. reſt. iuncta l. vlt. C. de tēpor. in integ. reſt. & expreſſus ex c. 1. & 2. de reſt. in integ. lib. 6. ex cle. vnica co. tit. & ex l. vlt. ti. 19. par. 6. conſentitq; communis doctorum ſententia.

2 Nomine † aūt Eccleſiæ hoc loco intelliguntur ēt hoſpitalia, & alia ſimilia pia loca: ad hæc enim oīa extendūtur priuilegia Eccleſiæ l. oīa C. de ſacroſ. Eccleſ. & conſentiūt Panor. c. 1. de in integ. reſt. n. 15. cū Io. Andr. quē citat, & alij, quos referunt, ac ſequūtur Greg. Lopez l. vlt. citata, gl. 1. & Marant. de ord. iud. par. 6. c. 2. actus nu. 85. Cōceditur verò hæc reſtō, qñ ipſa Eccleſia eſt læſa in iure ſuo, rebuſve ſuis, non aūt, qñ pſonę Eccleſiaſticæ læduntur in his, quæ ſibi obueniunt ex Eccleſia, aut ex ſua dignitate Eccleſiaſtica. Vnde ſi capitulum alicuius Eccleſiæ lædatur in iuribus, aut bonis capituli, quę perſeuerant capituli, ac cōmunitatis, conceditur ei reſtitutio in integrum, ſi verò in reditibus diſtribuēdis inter ſingulos, quia male illos locauit, non reſtituitur. Eodē mō, ſi beneficiatus agat de iure ipſo bñficij in ſe, put eſt beneficiū talis Eccleſiæ, ac læſio Eccleſiæ cōtingat, cōceditur ei reſtō in integrū: ſi verò contendat cū aliquo, vtrū tale beneficiū ad ſe, vel ad illū pertineat, aut ſi minori ptio licet reditus eius bñficij, tunc qa læſio ad ſe ſpectat, & nō ad Eccleſiā, non conceditur ei reſtitutio in integrū. Ita Pan. Greg. Lopez, & Maranta, vbi ſup. n. 84. & cōmunis ſententia, quā citant, reſque ex ſe eſt ſatis manifeſta.

Capite 1. de in integ. reſt. lib. 6. hr. Quāuis Ec-
3 cleſiæ † vltra quadrienniū regulariter nō ſit concedendū beneficiū reſtitutionis in integrū, poſſe tñ ei concedi, ſi fraude, ac dolo læſio facta fuit, & id probetur, aut ſi adſit aliqua alia rōnabilis cā, quæ ſuperiorē mouere debeat ad reſtōnem vltra quadrienniū concedendā. Gloſſa verò vlt. ibi, & cum ea Panor. c. 1. de in integ. reſt. n. 2. duas cās cōmemorant. Primā, ſi prælatus, qui læſit Eccleſiā contractū noīe Eccleſiæ celebrādo, vixit toto eo quadriennio, quo reſtitutio erat petēda. Secundam, ſi Eccleſia fuit enormiſſime læſa, pp enormiſſimam enim læſionē. c. ad noſtrā (quod eſt penultimū) de reb. Eccleſ. nō alie. fuit poſt quadrienniū Eccleſiæ cōceſſa reſtitutio in integ. vt Pan. & cōis ſnīa, quā Coua. 1. var. reſ. c. 3. à n. 10. Emmanuel Acoſta. §. & quid ſi tm, par. 2. à n. 74. referūt ac ſequuntur, affirmat. Lex vlt. tit. 19. par. 6. vt hæc reſtō extraordinaria Eccleſiæ, aut reipublicæ, læſis, trāſacto quadriēnio cōcedatur, exigit, vt læſio adeò enormis ſit, vt dimidiū iuſti valoris excedat. Atq; tūc concedendā ſtatuit reſtōnem vſq; ad triginta tm annos, & nō vltra. Rodericus Xuarez allegat. 12. col. pen. ab Emmanuele Acoſta vbi ſup. nu. 83. & à Couar. c. 3. citato in calce n. 12. relatus, ait, de iure cōi pp enormiſſimā læſionē ſolū cōcedi reſtōnem intra aliud quadrienniū, ita vt, ſi læſio enormis ſit, ſolū cōcedatur intra octo annos à contractu celebrato, & læſione ſuſcepta. Meritò tñ Emmanuel Acoſta, & Coua. id reprehendunt. Tum qa, vt Hoſtienſis affirmat, poſt decennium fuit conceſſa reſtō in integrū. c. ad noſtrā citato. Tum ēt, qm̄ ſi reſtitutio in integrū vltra quadrienniū iudicis officio cōcedatur, id officiū eſſe debet perpetuū, argumento l. videamus. ff. de eo qđ met. cauſ. cōpetetq; actio 30. annis, iuxta legē, ſicut in rem, iuncta gloſſa ibi verbo perſequutione. ff. de præſcript. 30. vel 40. annorū. Vnde, cōſentaneè ad ius cōe, arbitrantur latā fuiſſe ea in parte legē vltimā tit. 19. p. 6. Emmanuel Acoſta ibidē. nu. 85. putat, in ea l. vlt. quæ 30. annis Eccleſiæ, & reipublicæ, læſis vltra dimidiū iuſti valoris, reſtitutionē vſq; ad 30. annos cōcedit, non eſſe ſermonē de ea reſtitutione in integrū, de qua loquimur, ſed de reſtitutione, ſeu remedio l. 2. C. de reſ. vēd. Iure tñ optimo id à Couar. vbi ſup. reprobatur, qm̄, vt cōſtat ex antecedētibus in ea lege, totoq; eius decurſu, de reſtitutione in integrū, prout eſt res diſtincta à remedio l. 2. C. de reſcind. vend. eſt in ea ſermo, atq; in eo cōueniunt Greg. Lop. ac reliqui Hiſpani interpretes. Couar. ibid. n. 13. exiſtimat, reſtitutionē in integrū vltra quadrienniū ob enormē læſionē, cōpetere minoribus, Eccleſiæ, & reipublicæ Emmanuel verò Acoſta vbi ſup. nu. 79. ait, nunquam fuiſſe auditū, minorē ob enormiſſimā læſionē reſtitutū fuiſſe poſt quadrienniū, quo ei cōceditur à cōpleta ætate vigintiquinq; annorū vſq; ad annū vigeſimumnonū expletū, neq; illi cōpetere vltra id quadrienniū, ſed cōpetere Eccleſiæ, tōnemque reddit, cur minori denegetur, & Eccleſiæ cōcedatur. Qm̄ inquit, minores, ſi, poſtquā ſunt facti maiores expleto 25. anno, in quadriēnio ſequenti reſtitutionē in integrū non petant, cenſentur tacitè ratū habere, & cōfirmare, quod tpe minoris ętatis fuit effectū, eaq; de cauſa nulla reſtitutio in integrū deinceps eis cōceditur. Quia verò Eccleſia ſēper eſt in eodē ſtatu, vt minori cōparetur, & priuilegio eius gaudeat, conceſſum meritò ei fuit, vt, quāuis regulariter haberet quadrienniū ad petendā reſtitutionē in integrū, ſi tñ enormiter ſit læſa, aut alia rationabilis cauſa occurrat, beneficiū reſtitutionis extraordinarie ei cōcedatur vltra quadrienniū. Quo loco obſerua, tōnē hanc ęque habere vim in republica, atq; in Eccleſia, ą forte cā fuit vt lex vlt. citata, reſtōnem vltra quadriennium ob enormem læſionē extēderet ad rempublicā, & Eccleſiam, nulla de minori facta mētione Coua. vbi

ſup.

Digitized by Google

ſup.n.11.& Emmanuel Acoſta par.2.citata à nu. 82.cẽſent, ſtãdo in iure cõi,iudicis prudẽtis arbitrio eſſe relinquendũ arbitrari,q̃ cẽſenda ſit enormis læſio,vt vltra quadrieniũ reſtõ in integrũ Eccleſiæ cõcedatur, videturq; aſſerere ſufficere eã,q̃ nõ pringat ad læſionẽ vltra dimidiũ iuſti valoris.

4 Reſpublica itẽ,inſtat† minoris,gaudet priuilegio reſtõnis in integ.& eadẽ tõne princeps nõ recognoſcẽs ſuperiorẽ,quo ad bona coronę,ac fiſci, q̃ reputãtur reipublicæ bona,& vere sũt bona eius reipublicæ,q̃ nõ eſt monarchia,q̃ vnico principe, ſeu capite regatur.Secus aũt res hẽt de bonis ſupremi principis,q̃ non poſſidet quatenus princeps & vt bona reipublicæ, ſed perinde, ac cæteri priuati ſua bona poſſidet.Ita hẽ l.reſpublica.C.q̃b.ex cauſis maiores l.rempublicã.C.de iure reip.lib.11.& l.vlt.tit.19.par.6.Id verò intelligendũ eſt, nõ ſolũ de ſuprema,integra,ac tota republica, ſed ẽt de republica cuiuſcunq; ciuitatis,aut oppidi,quę habet *concejo*, regiturq; proinde per aliquẽ, aut aliquos adminiſtratores,quo ad ea,quę oppido cõia ſunt.Secus aũt de laicis cõgregationib. ſartorũ,& aliorũ opificum. De vniuerſitate aũt ſtudiorum, q̃a cõitas illa multos habet minores dicũt Panor. & alij,gaudere priuilegio reſtõnis in integrũ. In his cõſentiũt Panor.c.1.de in integ.reſt.nu.14.& 15.Bart.& pleriq; alij,quos referũt,ac ſequuntur Greg.Lopez l.vlt. citata, & Maranta de ordine iud.par.6.cap.ſecundus actus,nu.85.& 87.

5 Militibus, quo ad † id tps, quo militiam exercent,ijs item,qui reipublicæ cã abſentes ſunt,quo ad id tps, quo ita ſunt abſentes,conceditur reſtitutio in integrũ,vt cõſtat. C. de reſt.milit.per totum. Alijs itẽ cõceditur, de q̃bus diſp.80. dictum eſt. Inter quos cõputant aliqui,quos Maranta vbi ſup.nu.86.refert,ac ſequitur ruſticos imperitos q̃ cõſulere nõ potuerunt peritiores, & alij cõputant ſimplices mulieres. Illud obſerua,militiq.& alijs, qui rudes nõ ſunt, non videri cõcedi reſtitutionẽ in integrum, quo ad contractus, quos per ſe inierint, ſed quo ad alia,nempe quo ad prę ſcriptiones aduerſus ipſos, quo ad iudicia, pignora ipſorum diſtracta,& in his ſimilia,& vt tps,quo eis de cauſis reſtõ in integrum ipſis cõpeteret, ſi eſſent læſi in aliquo,nõ detrahatur de eo tpe, in quo ipſi pro illis,quib. ſuccedũt,petere poſſunt reſtitutionẽ in integrum,ſed, vltra hoc totũ, illud inſup integrũ habeant,vt diſputatione prędẽte dictũ eſt.Quare non eſt,cur hac de re plura hoc loco dicamus.

In reſtitutione in integrum an res cum fructibus ſit reddenda. Et num, poſt celebratam locationem rei minoris, reipublicæ, aut Eccleſiæ, quod alius pretium augeat, ſufficiens cauſa ſit, vt reſtitutio in integrum concedatur.

## DISPVTATIO DLXXV.

### SVMMARIVM.

1 *Fructus circa rem venditam, an veniant in integrum reſtitutione.*

2 *Intellectus ad c. ad noſtram. de rebus eccleſ. non alien.& numero 3.*

4 *Intellectus ad l.quod ſi minor.§.reſtitutio,& l.patri.§. ſi pecuniam ff. de minor.*

5 *Reſtitutio in integrum an concedatur minori aduerſus venditionem perfectam,vbi alius poſtea inuenitur emptor,qui plus pretij offerat.*

QVod ad primum horum attinet. Couar. 1. var.reſ.c.3,nu.1.(cuius ſententiam approbat,approbatamque fuiſſe à Luſitano ſenatu, refert Gama deciſ.212.) Emmanuel Acoſta.§.& q. id ſi tantum, à nu.71. & alij quos referunt, affir- 1 mant,quando† reſtitutio fit in integrum,reſtituẽdam eſſe rem cũ fructibus ex ea perceptis. Quod probant ex l.quod ſi minor.§.reſtitutio.ff. de minor. Vbi Paulus iuriſconſultus ſic ait. *Reſtitutio ita facienda eſt, vt vnuſquiſque in integrum ius ſuum recipiat.Itaque,ſi in fundo vendendo circumſcriptus reſtituitur, iubeat prætor,emptorem fundum eum fructibus reddere, & pretium recipere.* Addit iuriſconſultus. Niſi emptor eo tempore dedetit minori pretium, quãdo veriſimiliter erat credendum illum diſſipaturum,perditurumve illud eſſe: nam tunc ſolum eſt ei reſtituendum de pretio,quod ex illo remanſerit, aut in quo minor factus ex illo fuerit locupletior:non ſecus ac ſi mutuo eam pecuniam illi dediſſet, ſolum teneretur minor illi reddere,quod ex mutuo remaneret,aut in quo minor ex eo mutuo factus fuiſſet locupletior,vt diſput.173.dictum eſt. Quia tamen is,qui emit, neceſſario ſoluit pretium in recompenſationem rei emptæ, qui verò aliquid dat,non ita neceſſe habet illud dare, ſed abſtinere omnino poteſt à mutuo minori dando, ſubiungit, non ita ſeuere eſſe agendum hac in parte cum emptore, ſicut cum mutuante,eaque de cauſa mutuanti indiſtincte ſolum eſſe reddendum,quod de mutuo ſuperfuerit, aut in quo minor factus fuerit locupletior:emptori verò integrũ ſuum pretium eſſe reddendum, niſi illud eo tpe minori ſoluerit, vt credendũ fuerit diſſipaturũ, perditurumve illud: nã tunc ſolum ex eo pretio eſt illi reddendum, quod ſuperfuerit, aut in quo minor factus fuerit locupletior. Hæc ibi. Conſentit Caius iuriſconſultus l.patri.§.ſi pecuniam ff.de minor.vbi addit,ſi minor ex ſua pecunia prædium emit pluris, quam oportuit,iubendum eſſe venditorem reddere pretium cum vſuris,quas ex eo ptio percepit,aũt percipere potuit, & accipere prædiũ cum fructib. ex eis perceptis, quatenus minor ex eis factus fuerit locupletior. Si aũt minor prædiũ vẽdidit minori pretio,q̃ oportuit, teneri emptorem illud reddere cũ fructibus ex eo perceptis(addit gloſſa, & quos percipere potuit, vt de vſuris paulo ante dictum eſt)& accipiet pretium,ſolum quatenus ex illo minor factus fuerit locupletior. Hæc Caius ibi. Idẽ confirmat Couar.ex l.prędium.ff.de prędd.minor. Cæterum ibi ſermo eſt, qñ contractus fuit ipſo iure nullus, neque minor amiſit dominium prædij venditi, quia ſine decreto iudicis fuit venditum, eaq; de cauſa meritò præcipitur reddi, ei pretium cũ fructibus ex eo perceptis, ſi exiſtant, alioquin agere poſſe ad illorum æſtimationem: ita tamen

vt,ſi

Digitized by Google

vt, si ex pretio minor factus fuit locupletior, reddat, in quo factus fuit locupletior, cum vsuris cõsuetis solui ex ea pecunia, & vt soluat sũptos melioramẽtorum prædij. Portò noĩe fructuum, ẽt à malæ fidei possessore perceptorum intelliguntur, qui remanẽt, deductis expẽsis factis in eis colligẽdis, in expẽsis cõputãdo valorẽ industrię appositę probat Cou. vbi sup. n. 3. & a nobis dictum probatumq; est, loco infra citãdo, & alibi in superiorib.

Coua. c. 3. citato nu. 4. doctrina tradita excepit fructus, quos possessor rei obnoxiæ restit. in int. percepisset bona fide ex re illa, illosq; bona fide consumpsisset: neque. n. æquitas patitur, vt hos restituat, nisi quatenus ex eis fuerit factus locupletior; etenim ad cõsumptus bona fide, ex quib. non est effectus locupletior, neq; ex parte rei acceptæ, neque ex parte iniustæ acceptionis, tenetur, ac proinde simpliciter nõ tenetur eos restituere. Cæterũ continuò aduersus hoc obijcit, eiusmodi possessorem censendum nõ esse bona fide illos cõsumpsisse ita, vt abonere eos reddendi, liberetur; quippe cùm, eos consumpserit cũ scientia, qđ res illa empta aut aliter accepta, esset à minore, ac proinde qđ ex iuris dispõne obnoxia esset restõni in integrum cum fructib. ex ea perceptis: id q̃ Imo. Fel. & alij, quos citat, affirmant, & constare vĩ ex. l. in cãæ 1. §. vlt. ff. de min. dictũq; est disp. 573. Etẽ sola scientia in tertio, aut quarto, possessore eius rei, q̃ illa accepta fuerit à minore, obnoxiũ illum reddit, vt immediatè restit. in integ. possit aduersus illum mandari exequutioni, vt rem cũ fructib. restituat, ẽt si primus possessor eius rei, q̃ immediatè illã accepit à minore, soluendo sit, vt disp. 573. visum fuit. Obseruandũ q̃ppe est duplicẽ esse malã fidẽ, seu non bonam fidem, p̃p scĩam, q̃ ignorãtiã excludit. Vnam, qua quis scit, se possidere alienum, & q̃ sub culpa teneatur illud restituere, aut certè ea de re dubitat. Atque eiusmodi mala fides nõ est in possessore, de quo loquimur; possidet. n. q̃ verè suũ est effectũ p alienationẽ factam cũ solẽnitatib. oĩb. requisitis, vt alienatio esset valida, ipseq; dñiũ rei illius cõpararet, ac proinde possidet, q̃ sinè vlla culpa retinet, retinereq; licitè põt, interim dum restõ in integrum illius non petitur. Qđ si ipsi constat, se minori pretio, q̃ par esset, rem illã comparasse, tenetur q̃dem in foro conscĩæ augere, restituereq; p̃tium vsq; ad latitudinem iusti & de fructib. ex ea re perceptis, q̃ rñdet latitudini illi pretij, q̃ restituit, atque quo ad id habet malã fidẽ coniunctam cum culpa, attñ tuta conscĩa retinet rem illam tanq̃ verè suam, interim dum rest. in integ. illius legitimè non petitur. Altera est mala, seu non bona, fides, q̃ ad rem p̃sentem attinet, qua quis scit, se possidere rem ex iuris dispõne obnoxiam restõni, cum oĩb. fructib. ex ea perceptis, si restõ illius petatur. Atq; hæc est in possessore, de quo loquimur, quæ & p̃scriptionẽ fructũ impedit, etiã si per triennium integrum illos cum ea scientia possideat, & est in cã, vt, si illos cum eadẽ scientia consumat, non bona fide illos consumat, ad effectũ, vt teneatur illos restituere, censeturque illos ea lege cõsumere, vt, si postèa restõ rei illius petatur, teneatur de alijs suis bonis eos restituere.

Hanc obiectionem sibimet Cou. obijcit, difficileque ab ea, iuxta suam sniam, se expedit. Etenim in extraordinarijs restõnib. in integ. q̃ vltra quadriennium ex iuris dispositione conceduntur, de quib. disp. præcedente dictum est, & de quarũ numero est illa, quæ hĩ c. ad nostram de reb. Eccl. nõ alien. perseuerat mala fides, de qua loquimur, vltra quadriennium, qñ quidem, ex iuris dispositione, res vltra quadriennium est restituenda, cuius contrarium vĩ Cou. innuere. Præterea, iuxta eandem opin. dicẽdum esset, tertium, & quartũ possessorem, qui iusto pretio emissent rem, q̃ scirent esse minoris, teneri in exteriori, & cõscĩæ foro restituere minori fructus oẽs ex ea re pceptos, ẽt vẽditos, & cõsũptos, eo q̃ nõ bona fide, modo explicato, eos cõsũpsissent, ac vẽdidissent: tametsi primus possessor teneret eis, ẽt quo ad illos, de euict.

Couar. & Emmanuel Acosta sibimet ẽt objciunt. c. ad † nostram, de reb. Eccles. non alien. vbi Summus Põtifex ei, aduersus quem rest. in integ. conceditur, relinquit, atq; adiudicat fructus oẽs ex illa re perceptos, cum tñ, vt recte Coua. & Emman. Acosta aduersus Pan. argumẽtantur, fructus illi multũ excederent sumptus, laborem, & industriã, in eis percipiendis, eo q̃, vt ex ipsomet textu constat, fructus vnius anni æquarent totum p̃tiũ à possessore rei illius pro ea re datum, satisq; insipiens fuisset, qui rem aliq̃ pretio emerat, cuius fructus non excederent in valore sumptus, laborẽ, & industriam, q̃ in eis percipiendis, essent apposita, ipse potius esset læsus, q̃ venditor, ac proinde locum non haberet restitutio in integrũ, præsertim extraordinaria ob læsionẽ venditoris, qualis illa fuit: cõsequens ergo est, vt in rest. in integrum facta minori, aut Ecclesiæ nõ veniant restituẽdi fructus ex re, q̃ restituitur, percepti, siue illi extent siue consumpti sint, sed solũ restituenda veniat res ipsa, accepto pretio pro dato. Ad hanc obiectionẽ Emma. Acosta, & Cou. rñdent, hoc esse discrimẽ inter restitutionem in integrum ex gratia, qualis est, qua ei, qui ob delictum punitus erat amissione suorum bonorum, principis gratia restituũtur ea bona, & inter restitutionem in integrum ex iustitia, qualis est, qua minor, Ecclesia, aut respublica, ordinarie restituũtur in integ. qñ lęsio interuenit. Qđ in restõne gratię non veniunt restituendi fructus rerũ, quibus ob delictum priuatus quis erat, sed solũ res ipsæ sine fructibus, siue illi existãt, sine non, atgõ l. idem est de Nestorianis. C de hær. vbi, si ex filijs hæreticorũ quidã erãt catholici, & quidam hæretici, oĩa bona parentum deueniebãt ad solos catholicos, si tñ filij hęretici conuertebãtur postea ad fidem, restituebantur illis ex gratia portiones ipsorum, sed absq; ratione fructuum, & administrationis: qm̃ fructus percepti, pertinebant ad filios catholicos, qui portiones illas illucusq; administraueraut. In restitutionẽ verò iustitiæ restituendæ veniũt res cũ fructibus ex eis perceptis, vt ex iuribus in principio huius disputationis relatis, patet. Quia verò inquiũt hi autores in restitutione in integrũ extraordinaria, de qua sermo est. c. ad nostrã citato, multum permiscetur gratiæ, eò quod ea restitutio vltra quadriennium

con-

Digitized by Google

cõcedatur, meritò ſancitũ fuit, vt fructus nõ reſtituerẽtur, ſed permanerent integri illius, aduerſus quem reſtõ conceditur: quare ex doctrina, & definitione illius capitis, non ſequitur, idem, dicendũ eſſe in ordinarijs iuſtitiæ reſtõnibus, quæ petuntur, & conceduntur ordinario quadriẽnij tẽpore.

Certè, neque expoſitio hæc capitis ad noſtram, neque p̃pua horũ doctorũ ſnĩa, quod in reſtitutione in integrum ordinarie veniat reſtituẽda res cum oĩbus ſuis fructibus mihi probatur, ẽt ſi excipiantur, qui conſumpti ſunt bona fide ante petitionem reſtõnis in integrũ, ex quibus poſſeſſor factus non fuit locupletior. Neq; video, quod attinet ad fructus perceptos ex re minoris, Eccleſiæ, aut reipublicæ, translata ea re contractu valido ad nouum poſſeſſorẽ, qui vere illius eſt effectus dominus toto tpe, quo reſtõ in integrũ petita, & cõceſſa non eſt, cur recedendum ſit à regulis à nobis traditis, & comprobatis diſp. 463. & alijs diſputationibus in ea citatis, vt eo vſq; ad hunc poſſeſſorẽ nõ pertineant, quouſque ibi explicatũ eſt, ad alios ſimiles poſſeſſores, tanquã ad earum rerum veros tunc dominos, attinere. Idemque intelligo de regulis ea diſputatione traditis quo ad melioramenta, expenſaſve, factas in ea re, interim dum dominium illius apud nouum hunc poſſeſſorem perſeuerauit. Quæ omnia idcirco hoc loco non repeto, quoniam ibi copioſe explicata ſunt.

3 Atque, vt ab † expoſitione c. ad noſtram ordiamur. In primis ex l. idem eſt de Neſtorianis, non cõſtat, vniuerſim in reſtõne gratiæ nõ venire fructus pceptos extantes, nec deniq; alijs conceſſos, quin potius, qñ reus reſtituitur in oĩbus ſuis bonis, & aliud non exprimitur, ẽt reſtitui vẽ in eiuſmodi eorum fructibus quare ex eo, quod lege illa citata, in fauorẽ filiorum, qui tpe mortis parentũ catholici erant, atq, ad præſcindẽdas lites, & difficultates, ſtatuatur, vt fructus percepti ex portionibus filiorũ hæreticorum, qui ad fidẽ conuertuntur, pertineãt ad filios antea catholicos, q̃bus portiones illæ applicatæ erant, nõ colligitur ſufficiẽter, in oĩb. reſtõnibus gratię nullos fructus percẽptos ex bonis, ad quę ea reſtitutio fit, pertinere ad eos, qui ad ea bona reſtituuntur. Deinde, reſtitutio ordinaria, quæ intra quadrẽnium minoribus Eccleſijs, ac reipublicæ, conceditur, certe, ſi attendas ad cæteras ſanctiones iuris oĩbus cões, gratia eſt ac merum priuilegium minoribus, Eccleſię, ac reipublicæ, conceſſum: atque qñ contractus erat oĩno iuſtus, & reſtõ ſolum conceditur, quia expediens non erat minori, Eccleſiæ, aut reipublicæ, id alienari, gratia mera eſt, & priuilegium, quod cõcedatur ea reſtitutio: qñ vero reſtitutio cõceditur, quia minor, Eccleſia, aut reſpublica defraudati ſunt de iuſto valore, ẽt infra dimidium iuſti, ſanè q̃uis in ſe iuſtitia ſit, vt contractus ille ad æqualitatem reducatur, non minus ſi cõtractus celebratus ſit à minore, q̃ ſi celebratus ſit à maiore, quod tñ tunc reſtitutio non concedatur maioribus, ad vitandã litium multiplicitatem, & cõcedatur tñ minoribus Eccleſiæ, & reipublicæ, mera gratia eſt: quare ſicut, ex horũ doctorũ ſnĩa, quod reſtõ hæc, in ſe iuſtitiæ, illud admiſceat de gr̃a, qđ concedatur minoribus, Eccleſiæ, & reipublicæ, & nõ alijs regulariter maioribus, non eſt in cã, qđ fructus pcepti non pertineãt ad minores, Eccleſiam, aut rempublicã (dicunt. n. hi autores ad eos pertinere) ſed ad eos, aduerſus quos reſtitutio conceditur: ita neque, quod reſtõ illa extraordinaria admiſceat illud de gr̃a, qđ ex iuſtiſſima cã concedatur vltra quadriennium, eſſe deberet in cã, vt fructus, qui alioquin attinere deberent ad Eccleſiã, pertineãt ad eum, aduerſus quẽ reſtõ conceditur, vt hi doctores affirmãt. Itẽ validiſſime probatur, non eſſe eam legitimam expoſitionẽ illius textus. Qm̃ laicus ille, qui eo cõtractu, adeò inæquali ex parte ſua, enormiſſimè læſerat monaſterium, tenebatur de iuſtitia in foro conſcientiæ, reducere eum ad æqualitatẽ, ſoluendo incrementũ pretij, vſq; ad limites iuſti monaſterio, & inſuper de fructibus quorãnis pceptis, tenebatur ſoluere monaſterio portionẽ, q̃ in eadẽ eſſet proportione (deductis expenſis) ad fructus, q̃ ſibi manerent, in qua erat pretium, qđ pro villa illa dedit, ad pretium, qđ deerat vſq; ad limites iuxta ea q̃ diſp. 349. & 463. dicta ſunt: immo verò in foro exteriori, eò qđ illa emptio eſſet infra dimidiũ iuſti ꝓij, ad id poterat cõpelli, nulla oĩno facta gratia monaſterio, vtendo remedio legis. 2. C. de reſcind. vend. vel ipſe tenebatur offerre villã monaſterio, repetẽdo pretium, & ſoluendo fructus, quo ad portionem explicatã, qui longe maioris valoris erant, q̃ pretiũ, qđ ipſe pro villa dederat, ac proinde ipſe, vltra villam, reſtituere tenebatur monaſterio incrementum valoris eorũ fructuũ, vltra pretiũ, qđ pro ea villa dedit: quod ergo, ex iuſtiſſima illius enormiſſimæ læſionis cã reſtõ illa poſt quadriennium concedatur monaſterio, ad exonerandam ſimul conſcientiam laici illius, eumq; eruendũ à culpa lethali; vtiq; non eſt ſufficiens rõ, cur laico illi debeantur eẽs fructus tanti valoris, cũ illi omnino (iuxta ſnĩam doctorum, cum quibus diſputamus) illi deberẽtur, ſi reſtõ petita fuiſſe intra quadriennium. Quo loco obſerua, ad canonicum ius, & Summum Pontificem, in eo capite pertinuiſſe, ita rẽ illam componere, vt laicus ille in peccato lethali non maneret. Legitimã ergo expoſitionem eius capitis, hanc eſſe cẽſeo, qđ laico illi, ex natura rei (eò quod vt illius contractus in ſe validi villa facta eſſet ipſius, quo ad vtile dñium, pro eo pretio) debebatur portio fructuũ proportionata pretio, quod ſoluit, vetèque eam fecit ſuam vi cõtractus illius, interim dum remedio reſtõnis in integrum non fuit reſciſſus, reddito ipſi ſuo pretio. Reliqui verò portionẽ fructuũ laico illi condonarũt monaſteriũ, & Sũmus Põtifex, vt facilius pateret, eruereq; à culpa, & ſine amaritudine villã monaſterio redderet, recepto inſuper ex monaſterio ꝓtio, qđ pro illa dedit: illis. n. de cauſis, & monaſterium potuit illi condonare portionem illam fructuũ ad pacem, & charitatem cũ laicis conſeruandam, & qm̃ ipſi inire nõ debuerunt talem cõtractũ, & Summus Põtifex, tanq̃ ſupremũ Eccleſiæ caput, cui ſubſunt bona oĩa Eccleſiarum particularium, potuit eiſdem de cauſis eandem portionẽ illi condonare, æquũque fuit, vt id efficeret,

neque

neq; est incõsuetum benignitati, & charitati Ecclesiasticæ. Quare, de iustitiæ rigore, repeti potuit ex laico illo incrementum illud fructuum, quòd ei condonatum fuit: non verò portio, quæ respondebat pretio, quod pro eo villa dedit. Atque quo ad eam portionem cõfirmat caput illud sententiã nostrã, Emmanueli Acosta, & Couar. contrariã.

Quod verò attinet ad præcipuam Emmanuelis Acosta, & Couar. sniam, Emmanuel. ipse Acosta vbi sup. n. 73. fatetur, contrariũ affirmasse Baldũ, & plerosq; alios, quos citat, habereque cõem Hispaniarum praxim, q̃ subiungit, veteri, eorum doctorũ autoritate deceptã, errasse. Ego aũt tã manifestæ ex ipsamet rei natura æquitati, ac iustitiæ, cã praxim Hispaniarũ inniti cẽseo, vt q̃uis aliquo rũ iurisconsultorũ placitũ aperte esset in contrariũ, dicẽdũ, illi esse derogatũ ea contraria praxi, ac consuetudine; meritoque eam praxim eius placiti ab initio non habuisse rõnem, sequẽdo potius id, q̃ habeat, ac postulat natura ipsa rei, q̃ id erroneũ cõtrariũq; æquitati, ac iustitiæ, placitũ: hoĩes. n. fuerunt ethnici illi iurisconsulti, qui errare potuerunt scrutando naturam ipsam rei, ac definiendo, quid magis expediret, & sæpe errarũt, cõtrariaq. inuicẽ asseruerunt, ac definierunt immo verò, qui tpe ac iussu Imperatoris Iustiniani, ex varijs eiusmodi iurisconsultorum libris, tã multa placita in corpore iuris ciuilis collegerunt, quædam inter se contraria in eo inseruerunt, vt, cum alijs, affirmat Coua. c. 3. citato, atq; ex se satis liquet, neque oĩa, vt certa, vñr inseruisse, sed quędam: vt probabilia, vt ex oĩb. q̃ magis expediret, seligeretur, ac iudicaretur. In corpore itaq; iuris, attendendũ est, qñ à principibus ipsis aliquid tanq̃ positiuũ ius statuatur, illiq; est stãdũ, nisi posteriore alio iure, aut consuetudine in contrariũ, sit illi derogatũ. A cæteris verò, q̃ placita, ac mẽtes continẽt iurisconsultorũ, siue docendo, quid naturã ipsa rei habeat, siue quid censendũ, iudicandũq; sit, suppositis alijs positiuis iuribus licet non facile, immo egerrimè admodum sit recedẽdum, nisi illis similiter derogatũ sit posteriore iure, aut consuetudine in contrarium, non tñ ita tenacites est illis inhærendũ, vt contrario iuri, q̃ plus contineat æquitatis, aut rõni, quę manifestæ iustitię, ac æquitati innitatur, non sit potius stãdũ. In re itaq. proposita, cum cõtractus, de quibus disputamus, & aduersus quos ius ciuile, consentiente canonico iure, cõcedit minorib. Ecclesijs, ac rebus publicis, priuilegium restit. in int. validi in se sint, transferantq; dñium rerũ, q̃ per eos alienantur, in nouos possessores; idq. accepta recompensatione pro eis rebus (loquimur n. de contractibus onerosis: nã in gratuitis nõ est dubiũ, facienda esse restitutionẽ, sicut rerũ à minorib. Ecclesijs, aut rebus publicis, gratuito alienatarũ, tum & fructuũ ex eis perceptorũ, præsertim si bona fide non sint consumpti, ex illisq; possessores facti non sint locupletiores.) Cum, inq̃ eiusmodi cõtractus validi in se sint, redditaq; compẽsatione, ita transferãt dñium rerum per eos alienatarum in nouos possessores, vt tuta conscientia, tanq̃ vere sua, illas retineant, atq; eis perfruantur, non solum in conscia, sed ẽt in exteriori foro, interim dũ ius illud, ac dñium ope beneficij rest. in int. nõ eliditur rescisso contractu, quo id ius, ac dñium, cõparatum est, sanè nulla æquitas, iustitiaue, patitur, vt, cum minores, Ecclesiæ, ac respublicæ toto illo tpe fruitæ sint cõpensatione illa, eave subuenerint suis necessitatibus, possessor rerum ab eis vicissim in recõpensationẽ acceptarũ, non ẽt similiter fruatur, ac retineat fructus totius illius tpis saltẽ pro rata iusti pretij, q̃ pro eis soluerit, sed teneatur res, & fructus oẽs, ẽt quos percipere potuit, & non perceperit, restituere minoribus, Ecclesijs, aut rebus publicis. Profecto, si id esset priuilegiũ minorum, Ecclesiarum, ac rerũ publicarũ, præterquam q̃ irrõnabile, ac iniquũ esset, cederet in detrimentum minorũ Ecclesiarum, ac rerum publicarum: qñ nullus esset, qui cum eis vellet cõtractus celebrare: satis quippe insipiens esset, qui id onus subire vellet, tantoq; discrimini se subijcere. Atq;, vt rẽ pressius vrgeamus, sanè, qñ cõtractus fuit oĩno iustus, & æqualis, sed rescinditur postea, q̃ expedit minori eam rem alienare, nulla omnino æquitas patitur, vt emptor rei illius minoris, cogatur reddere fructus perceptos, ex re empta cõtractu omnino iusto, vereq; effecta sua toto tpe, quo illã possedit. Qñ aũt contractus fuit iniustus, q̃a res fuit, empta infra pretium iustum, læsioque posita fuit, nõ in alienatione rei, sed in quantitate pretij, ex dictis disp. 573. cõstat solum cõcedi minori restitutionẽ vsq; ad quãtitatẽ iusti pretij, nõ verò vt repetat rem venditam: tunc verò satis perspicuum est, emptorem solum teneri augere pretium vsq. ad limites iusti, & restituere de fructibus perceptis, qui rñdent pretio, q̃ vsque ad limites iusti addit: ad vtrumq; vero tenebatur in foro conscię, ẽt secluso beneficio testõnis in integrũ.

4 Ad duo † tñ iura in principio huius disp. pro contraria opinione relata: In primis, q̃ Caius de vsuris pretij ait, locum regulariter non hẽt inter Christianos, quibus vsuræ non ita permittuntur. Deinde, pp solam læsionem in pretio, quia minor vltra pretium iustum emit, aut vendidit infra pretium iustum licet hẽat locum restõ in integrum, vt contractus ad æqualitatem reducatur, reddita portione pretij minori, si emit vltra iustum pretium, aut aucto pretio minori vsq; ad limites iusti, si vendidit infra iustum pretiũ, & insuper reddita illi portione fructuũ, q̃ rñdet ei portioni pretij, q̃ deerat vsq. ad limites iusti, nõ tñ hẽt locum restõ, vt rescindatur contractus, & res cum fructibus reddatur: qñ restõ eatenus solum hẽt locum, vt resarciat læsionem minoris, & non amplius, vt disput. 573. dictum est, & colligitur ex prioribus verbis in principio huius disp. ex Paulo iurisconsulto relatis: Caius autem, quin & Paulus, cõtrarium innuere vñr. Itẽ, quod Caius addit, minorẽ. s. solum teneri reddere pretium precise, quatenus ex illo factus est locupletior, limitandum, atque intelligendum solum est, qñ fuit ei datum tempore, quo præsumendum erat, vanè illud esse consumpturũ, ac perditurum alioquin integrum pretium teneretur reddere, siue ex illo factus fuerit locupletior, siue non, nisi repugnare velit doctrinæ æquæ ex Paulo iurisconsulto relatę. Quod autem

Digitized by Google

tem, de re cum fructibus reddenda, vterque iurisconsultus docet, sanè si ita intelligant, vt reddendi sint fructus percepti, interim dum contractus non est rescissus, siue non, modo proportionati sint pretio, aut alteri rei in recompensationem datæ, audiendi non sunt: quoniam id cum æquitate, & iustitia, vt explicatum est, pugnat. Sufficienter autem vterque contrahentium in integrum suum ius restituitur, si emptor retineat fructus, de quib. loquimur, perceptos interim dum contractus nõ fuit, rescissus, sed res, quam restituit, sua erat illo oneroso: nam illos iustè retinet pro dominio, ac iure, quod in re illa toto eo tempore iustissime habuit. Hæc de primo eorum, quæ proposita sunt.

Quæst. Quod verò attinet ad secundum, Vlpianus l. & si siue. §. quæsitum ff. de minor. occasione eius, qđ disp. 573. dictum est, nempe, ẽt ob læsionem, quo ad lucrum cessans concedi minori restitutione in integrum, quæritur, vtrum, si † vẽdatur res minoris, & post celebratam perfectè venditionem, accedat alius, qui plus pretij offerat pro illa, restituendus sit minor in integrum, ita vt admittendus sit secundus emptor ad augendum pretium, & obtinẽdam rẽ, non secus ac si perfecta non fuisset venditio. Et rñdet affirmanter, prætoresque cõiter minores restituere, & admittere licitationẽ secundi emptoris. Idẽ, eadem ratione, dicendũ est de locatione rei minoris. Consentit verò lex 5. ti. 19. par. 6. quæ idem disponit, modo, inquit, iudex intelligat, *que es gran pro del menor*. Cũ verò Ecclesia, & respublica, ẽt oppidorũ, gaudeant priuilegio restitutionis in integrũ minorũ, idem cẽsent de rebus venditis, aut locatis ab Ecclesia, republica, aut à supremo principe, de bonis, quæ illi cõpetunt, quatenus caput reipublicæ est. Vnde inferunt multi, quos Greg. Lopez l. 5. citata verb. *mas por ella*, & Gutier. de qq. ptac. lib. 1. q. 38. si post contractum alicuius initum, ac cõsummatum cum aliquo oppido, quod ipse vendet carnes oẽs necessarias in eo oppido, aut panes coctos, certo aliquo pretio, sese offerat alius, qui precio minori, reipubliceq; vtiliori, idẽ vendet, posse oppidũ restitui in integrũ, admittereq; hunc alium ad eũ contractum, reiecto illi priori, esto res non sit integra: modo tñ hic secundus indemnẽ seruet illum alium priorem, q̃ reijcitur, sumẽdo illa eodẽ pretio, quæ ad implendũ eum contractũ præparauerat, & soluendo illi æstimationẽ laboris, & industriæ appositæ: tam enim, q̃ in integrũ restituitur, q̃ is, aduersus quem restituitur, debẽt reddi, quoad fieri possit, in statũ pristinum, ac seruari indẽnes. Hoc verò intellige, dũmodò prior ille, in fraudẽ, ne alius, licitaretur, aut, si licitaretur, vt grauius onus hi subeundẽ imponeret, emeret, & præpararet aliqua, quæ alioqn nõ erat præparaturus: nulli.n. fraus, & dolus dẽt patrocinari. Priorem ẽt doctrinã intelligunt, modo, si primus emptor, aut conductor rem velit pro eodem pretio, quod offert secundus, præferatur secundo, & perseueret in contractu, argumento l. penult. & vlt. C. de locat. præd. ciui. lib. 11.

Mihi verò probatur, qđ, cũ Alberico, & cõiori sniã, Gut. & Greg. Lop. vbi supra affirmant. Nẽ- Decis.
pe, si seruata non fuit requisitam solemnitas ad id vendendum, aut locandum, contractũ fuisse nullum, ac proinde sine restitutione in integrum, admitti posse secundum licitatorem. Si verò seruata fuit debita solemnitas, cæterum minor, aut qui minoris priuilegio gaudet, fuit læsus, vel dãno emergente, quia res fuit vendita, aut locata, infra iustũ pretium infimũ, vel in lucro cessante, eo quod ea venditio, aut locatio, celebrata nõ fuerit debito, ac cõgruo tempore, aut eo, quod inordinato affectu, dolo, vel negligentia vendentium, aut locantium, minori pretio fuerit res vendita, aut locata quàm alioquin vendita, aut locata fuisset, locum esse restitutioni in integrum, ac proinde admitti posse secundum licitatorem. Atque in his solum euentib. locum habere, intelligendaq; esse duo iura citata. Modo tñ, vt addit, ac explicat l. 5. citata, quod addit secundus licitator, arbitrio prudentis iudicis, si aliquid notabile: nam pro modico emolumento minoris, aut alterius, qui priuilegio minoris gaudet, non conceditur restitutio in integrum, vt disp. 573. explicatum est. Quando autem nihil horũ interuenit, sed res congruo tempore, ac loco, seruatis solẽnitatibus requisitis, iusto pretio vendita fuit, aut locata, qualiter quiuis prudẽs maior ætate eam vendidisset, aut locasset si esset sua, tunc locum nõ habet restitutio in integrum, nec rescindi potest contractus, ac admitti nouus licitator. Ratio autem est perspicua, quoniam neq; damno emergente, neque in lucro cessante, læsus fuit minor, sed casu euenit, vt postea alius plus pro ea re licitaretur, atq; adeo augeret lucrum: restitutio autem in integrum solum habet locum, vbi vera læsio damni emergentis, aut lucri cessantis, interuenit. Confirmatur hæc ratio, quoniam, vt habetur l. verum. §. sciendum. ff. de minor. & disp. 573. dictum est, locum non habet restitutio in integrum, quando minor, aut alius loco illius, sobriè rem administrauit, qualiter maior illam administrasset, si esset sua, esto casu fortuito sequatur damnum emergens, ergo longe maiori cum ratione locum non habet restitutio in integrum, quando res iustè, circumspectè, ac congruè fuit vendita, aut locata, esto postea casu alius offerat maius lucrum. Quare, quando res hoc modo gesta est, mihi non probatur, quod Gutier. vbi supra affirmat, nempe, si postea alius licitetur, ita vt commodum magnum inde proueniat pauperibus, ac reipublicæ, locum habere restitutionem in integrum, admittendumque proinde esse nouum licitatorem, ex magno quippe, aut paruo eiusmodi lucro, quasi casuali, modo explicato, non est hæc res admetienda. Atque hæc, ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, necnon intemeratæ Virginis Mariæ, dicta sint de hac re tota de contractibus.

LAVS DEO.



Digitized by Google